Universidad de Deusto
Biblioteca

S. THOMÆ
CATHENA
VERE AUREA

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

20 L 25

D. THOMAE AQVINATIS enarrationes quas CATHENAM VERE AVREAM DICVNT,

In quatuor Euangelia ex vetuſtiſſimorum codicum collatione, quantum licuit emendatiores quàm hactenus in lucem editæ.

Additus eſt index *rerum ſcitu dignarum.*

COLEGIO DE S. FRANCISCO
QUITERIA DE NAVARRA

PARISIIS,

Apud Mauritium de Porta, in Clauſo Brunello: ſub ſigno D. *Claudii.*

M. D. XLVI.

1 5 64

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATHALOGVS DOCTORVM IN hoc opere citatorum.

Dionysius.
Origenes.
Ciprianus.
Athanasius.
Chrysostomus.
G.Naziancenus.
G.Nicenus.
Basilius.
Hylarius.
Haymo.
Hieronymus.
Ambrosius.
Augustinus.
Cirillus.
Didimus.

Epiphanius.
Theophilus.
Seuerianus.
Gregorius.
Leo Papa.
Græcus.N
Titus.N.
Maximus.
Isidorus.
Remigius.
Rabanus.
Alcuinus.

Beda.P.

Ex horum ore nectareo velut limpidissimo fonte clarum diuinæ sapiẽtiæ flumen per verbum incarnatum reuelatæ, perpetuo meatu discurrit omnium secum trahens cælestium mercium thesaurum vt necubi iotha desit silaba : quin remotis doctorum vocabulis Thomam solum credas differentem.

DIVI THOMAE AQVINATIS cõtinuum, in librũ euãgelii secundum Matthæum.

Sanctissimo ac reuerendissimo patri domino Vrbano, diuina prouidentia Papæ quarto, Frater Thomas de Aquino ordinis fratrũ prædicatorum, cum deuota reuerentia pedum oscula beatorum. Fons sapientiæ, vnigenitum dei verbũ præsidens in excelsis, per quod pater sapienter fecerat, & suauiter dispoſuerat vniuersa, in fine temporũ carnẽ sumere voluit, vt sub tegumẽto naturæ corporeę, splendorem eius humanꝰ intuitus posset inspicere, quẽ in celsitudine maiestatis diuinæ attingere nõ valebat. Diffuderat siquidẽ radios suos, sapientiæ videlicet suæ, indicia super omnia opera quæ creauit, quodãverò ampliori priuilegio imaginẽ propriam hominũ animabus impresserat, quantũ diligẽtiꝰ expresserat, in cordibus ipsum amantium, secundũ sui muneris largitatem. Sed quid est hominis anima in tam immensa creatura, vt diuinę sapientię vestigia possit cõprehendere ad perfectionẽ? Quinimo & sapientiæ lux infusa hominiꝰ per peccati tenebras & occupationum temporalium caligines fuerat obumbrata, & intantum est quorundam cor insipiens obscuratum, vt dei gloriam in idola vana cõuerterent, & quæ non conueniunt facerent, in sensum reprobũ incidentes. Diuina verò sapientia quæ ad sui fruitionẽ hominẽ fecerat, eum sui inexpertem esse nõ sinẽs, totum se in humanã naturam contulit, eam modo sibi assumendo mirabili, vt errãtẽ hominẽ, ad se totaliter reuocaret. Huius igitur sapientiæ claritatẽ nube mortalitatis velatam. Primus apostolorum princeps fide conspicere meruit, & & eam constãter absq; errore & plena riè confiteri, dicens. Tu es Christus filius dei viui. O beata cõfessio, quã non caro & sanguis, sed pater cælestis reuelat, hæc in terris fundat ecclesiã, aditum præbet in cælũ, peccata meretur soluere, & contra eã portæ inferorũ meritò designantur. Sanè si secundum Platonis sententiã beata censetur respublica, cuius rectores operã sapiẽtiæ dare cõtigerit, illi siquidẽ sapiẽtiæ, quã imbecillitas intellectus humani, erroribꝰ plerunque cõmaculat. Quantò magis sub vestro regimine beatꝰ censeri potest populus Christianus, vbi tanta diligentia excellẽtissimę illi sapientię curã impẽditis, quã dei sapiẽtia, carnalibus mẽbris induta, & verbis docuit, & operibus demõstrauit? Et huius siquidẽ diligentiæ studio, vestræ sanctitati cõplacuit mihi cõmittere Matthæi euangeliũ exponendũ, qđ iuxta propriam facultatẽ exequutus, sollicitè ex diuersis doctorũ libris prędicti euangelii expositionẽ contiuuã cõpilaui, pauca quidẽ certorũ auctorum verbis, vt plurimũ ex glossis adiiciens, quæ vt ab eorum dictis possẽt discerni, sub glossæ titulo prænotaui. Sed & in sanctorũ doctorũ dictis hoc adhibui studiũ, vt singulorũ auctorũ nomina, necnon in quibus habeantur libris assumpta testimonia, describantur: hoc excepto, quòd libros & expositionẽ supra loca, quæ exponebantur, nõ oportebat specialiter designari. Puta sicubi nomen inueniatur Hiero. de lib. mentione non facta, datur intelligi, quòd hoc dicat super Matthęũ, & in aliis ratio similis obseruetur, nisi in his, q̃ de cõmẽtario Chrysostomi sup Matthęũ sumuntur, oportuit inscribi in titulo super Mat. vt per hoc quę ab aliis sumũtur de ipsius homeliario distinguãtur. In assumẽdis autẽ sanctorum testimoniis plerũque oportuit aliqua rescindi de medio ad prolixitatẽ vitandũ, necnon ad manifestiorẽ sensum, vel secundũ cõgruentiã expositionis, literæ ordinẽ cõmutari. Interdũ etiã sensum posui, verba dimisi, pręcipuè in ho. Chrysostomi ꝓpter hoc quod est trãslatio vitiosa. Fuit aũt mea intentio in hoc opere, non sensum ꝓsequi literalẽ, verũ mysticũ ponere, interdũ etiam errores destruere, necnon confirmare catholicã veritatẽ. Quod quidẽ necessarium fuisse videtur: quia in euangelio præcipuè forma fidei catholicæ traditur, & totius vitæ regula christianæ. Opus igitur ꝑsens ꝓlixũ nõ videatur alicui, fieri enim nõ potuit, vt hęc oĩa sine diminutiõe ꝓsequerer, cũ tot sẽtõrũ sentẽtias explicarẽ, oĩmoda breuitate seruata. Suscipiat itaque vestra sanctitas ꝑsens opꝰ, vestro discutiẽdũ, corrigẽdũq; iudicio, vestrę solicitudinis, & obediẽtię meę fructũ, vt dũ à vobis emanauit ꝓceptũ, & vobis reseruetur finale iudiciũ, ad locũ vnde exeũt flumĩa reuertãt.

Quatuor agit in his cõmẽtariis

PROOEMIVM.

Euangelii ꝓnunciator apertꝰ Esaias propheta, euangelicę doctrinę sublimitatem nomen & materiam breuiter cõprehendens euangelicũ doctorem ex persona domini alloquitur, dicens. Super montẽ excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hierusalẽ, exalta, noli timere, dic ciuitatibus Iudę: ecce deus vester, ecce dominus deus in fortitudine veniet, & brachiũ eius dominabitur, ecce merces eius cum eo. Vt autem ab ipso euangelii noĩe sumamus exordium. Aug. contra Faustũ. Euangelii nomen, latinè interpretatur bonus nuncius, vel bona annunciatio: quod quidem cùm aliquod bonum annunciatur, semper dici potest. Tamẽ ꝓpriè hoc vocabulũ obtinuit annũciatio saluatoris. Narratores quippe originis, factorũ, dictorũ, passionũ domini Iesu Christi, ꝓpriè dicti sunt euãgelistę. Chry. in ho. Quid enĩ his bonis nũciatis fiat æquale, deus ĩ terra, homo in cęlo, amicitia dei facta ad nostrã naturã, ꝓlixũ solutũ, ꝓliũ, diabolus cõfusus, mors soluta, paradisus apertꝰ, & hęc oĩa supra dignitatẽ nostrã, & cũ facilitate nobis data sunt, nõ quia laborauimus, sed qa dilecti sumꝰ à deo. Aug. in li. de vera reli. Cũ enĩ oĩbus modis medeatur animis deus, pro tẽporũ opportunitatibus, q̃ mira sapientia eiꝰ ordinantur, nullo modo beneficentiꝰ cõfuluit generi humano, q̃ cùm vnicꝰ filius cõsubstantialis patri, & coętern⁹, totũ hoĩem suscipere dignatus est, & verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Ita enim demõstrauit q̃ excelsum locũ habeat inter creaturas humana natura, in hoc quod hominibus in vero homine apparuit. Augu. in ser. de nat. Demũ factꝰ est deꝰ homo, vt homo fieret deꝰ. Hoc igitur bonũ euangelizandũ ꝓnunciat ꝓpheta, dicens. Ecce deus vester. Beda in epi. ad Flauianũ. Exinanitio aũt illa qua se ĩuisibilis, visibilẽ prębuit, & creator ac dominus oĩm rerum vnusvoluit esse mortaliũ, inclinatio fuit miserationis, non desertio potestatis. Glo. Ne ergo sic deus adesse credatur, vt fieret aliqua diminutio potestatis, subiũgit ꝓpheta. Ecce dominꝰ in fortitudine veniet. Aug. de doctr. Chri. Nõ per locorũ spacia veniendo, sed in carne mortali mortalibus apparẽdo. Beda in ser. de domini passione. De ineffabili autẽ dei potentia factum est, vt dum deus verꝰ est in carne passibili, conferatur homini gloria per cõrumeliã, incorruptio per suppliciũ, vita per mortem. Augustinus de baptismo paruulorũ. Fuso enĩ sanguine fine culpa,

Ratio iniũcti operis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

oĩm culparum chirographa deleta sunt, quibus hoĩes à diabolo anteà tenebãtur. Glo. Quia ergo per virtutẽ Christi patiẽtis, hoĩes à peccato liberati, serui facti dei. Sequitur: Et brachiũ eius dominabitur. Leo papa in ser. de passio. Affuit autẽ nobis in Christo singulare præsidiũ, vt in natura passibili mortis cõditio non maneret, quã impassibilis essentia recepisset, & per id quod non poterat mori, posset id quod mortuũ fuerat suscitari. Glo. Et sic per Christũ nobis ĩmortalis gloriæ aditus aperitur, vnde sequitur: Ecce merces eius cũ eo, de qua. s. ipse dicit. Merces vestra copiosa est in cælis. Aug. contra Faustũ. Aeternæ enim vitæ promissio regnumq; cælorũ ad nouũ ptinet testamentũ: tẽporaliũ verò ꝓmissiones testamẽto veteri continentur. Glo. Sic ergo quatuor nobis de Christo euãgelica doctrina tradit: diuinitatẽ assumentẽ, humanitatẽ assumptã, mortẽ per quam à seruitute eripimur, resurrectionẽ per quã nobis aditus glorioſæ vitæ aperitur, & propter hoc in Ezechiele sub figura quatuor animaliũ demonstrãtur. Grego. sup Ezec. Ipse enim vnigenit⁹ dei filius veraciter fact⁹ est homo: ipse in sacrificio nostrę redẽptionis dignatus est mori, vt vitulus: ipse per virtutẽ suę fortitudinis surrexit vt leo: ipse etiã ascendẽs ad cælos est eleuatus, vt aquila. Glo. In qua ascensione manifestè ostẽdit suã diuinitatẽ. Matthęus ergo in homine intelligitur: quia circa humanitatẽ Christi principaliter ĩmoratur. Marcus ĩ in leone: quia agit de resurrectione. Lucas in vitulo: quia agit de sacerdotio. Ioannes in aquila, scribẽs sacramenta diuinitatis. Ambro. super Luc. Et bene accidit, vt quoniã euãgelii huius librũ secundũ Matthęum dicimus esse moralẽ: opinio huius ꝓtermitteretur: mores enim ꝓpriè dicũtur humani. Figura autẽ leonis ascribitur Marco: quia à potẽtiæ cœpit expressione diuinæ, cũ dixit. Initiũ euãgelii Iesu Christi filii dei. Ioãni aũt figura aquilę: eo ꝙ diuinę miracula resurrectiõis exꝑssit. Greg. sup Ezec. Hęc aũt ipsa vniuscuiusq; libri euangelica exordia testãtur: nã quia ab hũana generatiõe cœpit, iure ꝙ hominẽ Matthæ⁹: quia per clamorẽ in deserto, rectè per leonẽ Marc⁹: quia à sacrificio exorsus est, bene per vitulũ Lucas: quia verò à diuinitate verbi cœpit, dignè per aquilã signatur Ioãnes. Aug. de conſ. euã. Vel Matthęus qui regiã Christi personã maximè cõmendauit per leonẽ significatur. Lucas autẽ per vitulũ ꝓpter victimã sacerdotis. Marcus autẽ qui neq; stirpẽ regiam, neq; sacerdotalẽ narrare voluit: & tamẽ in hũanis versatus ostẽditur, hoĩs figura signatur. Hęc autẽ tria animalia leo, homo, vitulus, in terra gradiũtur. Vnde isti tres euãgelistæ in istis maximè occupati sunt, ꝙ Christus in carne operatus est. At uerò Ioãnes velut aquila volat, & lucẽ incõmutabilis veritatis acutissimis cordis oculis intuetur: ex quo datur intelligi tres euãgelistas circa actiuã vitã fuisse versatos, Ioannẽ verò circa cõtemplatiuã. Remi. Doctores autẽ grẽcorũ per hominẽ intelligũt Matthæũ: quia genealogiã domini secundum carnẽ descripsit: per leonẽ verò Ioannẽ, quia sicut leo suo rugitu cunctis bestiis timorẽ incutit, sic & Ioãnes cunctis hæreticis timorẽ incussit. Per vitulũ intellexerũt Lucã: quia vitulus sacerdotalis est hostia, & ipse semper circa tẽplum & sacerdotiũ versatus est, & per aquilã Marcũ intellexerunt: quia aquila in scripturis diuinis solet significare spiritũ sanctum, qui locutus fuit per ora prophetarum, & ipse à ꝓphetico testimonio exorsus est. Hier. Circa numerũ verò euãgelistarum, sciẽdum est plures fuisse qui euãgelia scripserunt, sicut & Lucas euãgelista testatur, dicens. Quoniã quidẽ multi conati sũt ordinare, &c. Et sicut perseuerãtia vsq; ad ꝓsens tẽpus monimẽta dederant, quę à diuersis auctoribus edita, diuersarum hęresum fuere principia: vt est illud, iuxta Aegyptios & Thomã & Matthiã, & Bartholomęũ. 12. quoq; apostolorũ, & Basilidis atque Apelis & reliquorũ, quos enumerare longissimum est: ecclesia autẽ, ꝙ supra petrã domini voce fundata est, quatuor flumina paradisi instar eructuãs, quatuor annulos & angulos habet, per quos quasi arca testamẽti & custos legis domini, lignis mobilibus vehitur. Aug. de quęst. euan. Vel quoniã quatuor sunt partes orbis terræ, per cui⁹ vniuersitatẽ Christi ecclesia dilatatur. Alius autẽ fuit eis ordo cognoscẽdi atque prædicãdi, alius autẽ scribẽdi. Ad cognoscendum quip pe atq; ꝓdicandũ primi fuerunt, qui secuti sunt dominũ ĩn carne prȩsentẽ, docentẽ audierunt, faciẽtemque viderunt, atq; ex eius ore ad euãgelizandũ sunt missi. Sed in scribendo euãgelio, quod diuinitus ordinatum esse credendũ est, ex numero eorum, quos ante passionẽ domin⁹ elegit, primũ vltimumq; locum duo tenuerunt: primũ Matthæus, vltimum Ioãnes, vt reliqui qui ex illo numero nõ erant, sed tamen Christum in illis loquentem secuti erant, tanq̃ filii amplectendi, ac per hoc in loco medio cõstituti, vtroq; ab eis latere munirentur. Remi. Matthæus quidẽ scripsit in Iudęa sub tẽpore Caii Calliculæ imperatoris. Marc⁹ in Italia, Romę, sub tẽpore Neronis vel Claudii secundũ Rabanũ, Lucas verò in Achaię Beotięq; partib⁹ rogat⁹ à Theophilo: & Ioãnes Ephesi in Asia minori sub tẽpore Neruę principis. Beda. Sed tamẽ cũ sint quatuor euangelistæ, nõ tam quatuor euãgelia quã vnum quatuor librorũ veritati cõsonum ediderunt. Sicut enĩ duo versus eandẽ prorsus habentes materiã, pro diuersitate metri & verborũ duo sunt, & tamen nõ nisi vnã continent sententiã: sic euãgelistarũ libri cũ sint quatuor, vnũ cõtinẽt euãgelium: quia vnã doctrinã faciunt de fide catholica. Chry. in ho. Sufficiebat autẽ vt vnus euãgelista omnia diceret: sed cùm quatuor ab vno ore omnia loquantur, nõ secundum eadem tempora, neq; in eis dẽ locis cõueniẽtes, & adinuicẽ colloquentes, maxima fit demõstratio veritatis. Et hoc ipsum quod in aliquibus modicis dissonare videntur: maximũ signum veritatis est. Si enim per oĩa cõsonarent: crederent inimici quod ex placito quodã humano cõueniẽtes scripserint q̃ scripserunt. In principalibus quidẽ quæ ptinẽt ad informationẽ vitę & prędicationẽ fidei: nequaquã dissonãt, nec in paruo. Si autẽ in miraculis, hic quidẽ hæc, ille verò illa dixit, hoc te nõ conturbet: si enĩ vn⁹ oĩa dixisset, superfluus esset numerus reliquorũ: si oẽs diuersa, nequaquã cõsonantię demõstratio appareret. Si autẽ aliquid de temporib⁹ vel modis differẽter annunciãt, hoc nihil impedit eorũ, quæ dicta sunt, veritatem, vt infrà ostendetur. Aug. de cõs. euã. Quanuis autẽ singuli eorũ suum quiq; narrandi ordinem tenuisse videãtur, nõ tamen vnusquisq; eorum velut alterius prȩcedentis ignarus voluisse scribere reperitur, vel ignorata prætermisisse q̃ scripsisse alius inuenitur: sed sicut vnicuiq; inspiratum est, nõ superfluã cõparationem sui laboris adiunxit. Glo. Sublimitas autẽ euãgelicę doctrinæ cõstitit quidem primo in eius excellentissima auctoritate. Aug. de conſ. euan. Inter oẽs enim diuinas auctoritates, q̃ sanctis literis cõtinentur, euangeliũ meritò excellit: cuius primi prędicatores apostoli fuerunt, qui dominum Iesum saluatorem nostrum Christum etiã in carne prȩsentẽ viderũt, quorũ quidã hoc est Matthæus & Ioãnes etiam scripta de illo quæ scribẽda visa sunt, libris singulis ediderunt. Ac ne putaretur, quod attinet ad percipiendũ, ac prædicãdum

Quin & ęterna le ge signã ter Moysi, Abrahæ.

Typus quatuor euangelistarũ notatur.

Euãgelistarũ numerus discutit.

Veritas euangelii ostenditur.

euangeliũ interesse aliquid: vtrum illi annũcient qui eũdem dominũ hic in carne apparentẽ secuti sunt: an alii qui ex illis cõparata fideliter crediderunt: diuina prouidentia procuratũ est per spiritum sanctũ, vt quibusdã etiam ex illis qui primos apostolos sequebantur, non solũ annunciandi, verumetiã scribendi euangeliũ tribueretur auctoritas. Glo. Et sic patet ꝙ sublimitas euangelicæ auctoritatis à Christo dependet: & hoc designatur in verbis prophetæ præmissis cũ dicitur. Super montẽ excelsum ascende tu. Mons enĩ ex celsus Christus est: de quo idẽ Esaias dicit. Erit in nouissimis diebus prȩparatus mõs domus domini in vertice montiũ. i. super oẽs sanctos, qui à monte Christo mõtes dicũtur: quia de plenitudine ei⁹ oẽs accepim⁹. Rectè autẽ ad Matthæũ dicitur. Supra montẽ excelsum ascẽde tu: quia sicut ꝓdictũ est, ipse in ꝓpria persona facta Christi vidit, & ei⁹ doctrinam audiuit. Aug. de con. euan. Illud autẽ discutiendũ est, qd̃ solet nõnulos mouere, cur ipse dominus nihil scripserit, vt aliis de ipso scribentibus necesse sit credere. Sed nequaquã dicendum est ꝙ ipse non scripserit, quandoquidẽ mẽbra eius id operata sunt, qd̃ dictante capite cognouerunt. Quicquid enim de suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribendũ illis, tanquã suis manibus, imperauit. Glo. Secũdo etiã habet euangelica doctrina sublimitatẽ virtutis. Vnde apostolus dicit, quòd euangelium virtus dei est in salutẽ omni credenti. Et hoc ostendit propheta in præmissis verbis, cũ dicit. Exalta in fortitudine vocẽ tuam. In quo etiam & modum euangelicæ doctrinæ designat in exaltatiõe vocis, per quã doctrinæ claritas datur intelligi. Aug. ad Volusiã nũ. Modus enim ipse quo sancta scriptura contexitur, est oĩbus accessibilis, pauciſſimis penetrabilis eaq̃; apertè cõtinet, quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquitur indoctorũ atq; doctorum. Ea verò q̃ in mysteriis occultat, nec ipse eloquio superbo erigit, quo nõ audeat accedere mens tardiuscula & inerudita, quasi pauper ad diuitẽ, sed inuitat oẽs humili sermõe, quos non solũ manifesta pascat, sed etiã secreta exerceat veritate, hoc tam in prõptis quã in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, eadẽ rursus operta desiderantur, desiderata quodãmodo renouantur, renouata suauiter intimantur. His salubriter & praua corriguntur, & parua nutriuntur, & magna oblectantur ingenia. Glo. Sed quia vox exaltata longius auditur: potuit in exaltatione vocis euangelicæ doctrinæ publicatio designari, quia non ad vnam tantum gẽtem, sed ad vniuersas nationes prædicãda mandatur. Prædicate, inquit dominus, euangelium omni creaturæ. Grego. Potest enim omnis creaturæ nomine, natio gentiũ designari. Glo. Tertio aũt habet euangelica doctrina altitudinẽ libertatis. Aug. In veteri enim testamento propter temporaliũ bonorũ promissionem, malorũq; cõminationem, seruos parit temporales Hierusalem. In nouo autẽ, vbi fides in petra charitatẽ, qua lex posſit impleri, nõ magis timore pœnę, quã dilectione iustitiæ liberos parit Hierusalem ęterna. Glo. Vnde & hãc sublimitatem doctrinę euangelicæ propheta designat, dicens. Exalta, noli timere. Restat autem videre quibus & qua de causa hoc euangelium sit scriptũ. Hiero. Matthæus enim euangelium in Iudæa hebręo sermõe edidit, ob eorum maximè causam, qui in Hierusalẽ crediderant ex Iudæis, cùm enim primò prædicasset euangelium in Iudæa, volens transire ad gẽtes. Primus euangelium scripsit hebraicè, quod fratribus à quibus ibat, in memoria dereliquit. Sicut enim necesse fuit ad confirmationẽ fidei euangelium prædica

Attende quæstionem.

Ratio euangelica Matthæi

CAPVT PRIMVM.

Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, filij Abraham.

Quia faciem hominis Matthæus significat, quasi de homine exorſ⁹ est scribere, dicens. Liber generationis. Raba. Quo exordio satis ostẽdit generationẽ Christi secundũ carnẽ susceptę narrandã. Chry. Iudęis enim euangeliũ scripsit, quibus superfluum erat exponere diuinitatis naturã, quam cognoscebant: necessariũ autẽ fuit eis mysteriũ incarnationis ostendere. Ioannes autẽ cùm gẽtibus euangelium scripsit, quæ non cognoscebãt si deus filiũ habet, ideo necessarium fuit primũ illis ostendere, quia est filius dei deus, deinde quia carnẽ susceperit. Raba. Cùm autẽ parua libri particulã teneat generatio, dixit: Liber generationis. Consuetudo enim Hebræorum est, vt voluminibus ex eorũ principiis imponãt nomina: vt est Genesis. Glo. Planior autem sensus esset, hic est liber generationis, sed hic est mos in multis, vt visio Esaię, subaudis hæc est. Generationis autem singulariter dicitur, quanuis multæ per ordinẽ replicentur, quia propter Christi generationẽ, cæterę hic inducuntur. Grego. in ho. Vel ideo librum hũc generationis nominat, quia hæc est totius dispensationis summa, & radix bonorum omniũ, deum hoĩem factum esse: hoc enim facto alia secundũ rationẽ sequebantur. Remi. dicit autẽ: Liber gene. Iesu Christi, quia nouerat scriptũ esse. Liber generationis Adæ, & ideo sic exorsus est, vt opponeret librũ libro, Adã nouum Adæ veteri, quia oĩa per istum sunt restaurata, quæ per illũ sunt corrupta. Hiero. In Esaia autẽ legimus: generationẽ ei⁹ quis enarrabit? nõ ergo putemus euangelistã prophetæ esse contrariũ, vt quod ille ĩpossibile dixit esse effatu, hic narrare incipiat, quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione dictum est. Chry. in ho. Nec tamẽ parua æstimes te audire, hanc audiens generationem, est enim valde ineffabile ꝙ deus ex muliere nasci dignatus est, & habere progenitores Dauid & Abrahã. Remig. Si autem aliquis dixerit, quia propheta de natiuitate humanitatis dixit, non est respondendũ. Nullus generationem domini narrauit, sed perrarus: quia Matthę⁹ & Lucas. Rab. In hoc aũt qd̃ dicit. Iesu Christi, regalẽ & sacerdotalẽ in eo exprimit dignitatẽ, nã Iesus qui noĩs huius præsagium prætulit, primus post Moysen in populo Israel ducatum tenuit. Aaron uerò, mystico consecratus vnguento, primus in lege sa-

Consuetudo vilis est hebræis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerdos fuit. Aug. de quæst. no. & vet. testa. Quod autē per olei vnctionē præstabat deus illis, qui in reges vel sacerdotes vngebātur, hoc præstitit spūs sanctus homini Christo adita expiatione. Spūs enim sanctus purificauit qđ de Maria virgine in corpus saluatoris ꝓfecit, & hæc est vnctio corporis saluatoris, quare Christus est appellatus. Chry. super Mat. Quia verò impia prudētia Iudęorum negabat Iesum de Dauid semine esse natū, subdit. Filii Dauid, filii Abrahā. Quare autē nō sufficiebat debere illū filiū Abrahę soli⁹, aut Dauid solius? Quia ad ambos de Christo nascituro ex eis promissio fuerat facta, ad Abrahā quidē, sic. Et in semine tuo benedicentur oēs gentes terræ. Ad Dauid aūt ita. De fructu ventris tui ponā super sedē tuam. Ideo ergo vtriusq; filium dixit, vtvtriusq; promissiones in Christo adimpletas ostēderet, deinde quia Christ⁹ tres dignitates fuerat habiturus, Rex, Propheta, Sacerdos. Abrahā propheta fuit & sacerdos, sacerdos sicut de⁹ ad illū dixit in Genesi. Accipe mihi vaccam rufam, sicut ait domin⁹ ad Abimelech de illo. Propheta est, & orabit pro te. Dauid rex fuit & propheta, sacerdos autem non fuit. Ideo ergo amborū filius noīatus est, vt vtriusq; patris triplex dignitas originali iure cognosceretur in Christo. Ambro. super Lucā. Ideo etiā duos generis auctores elegit, vnū qui de cognatione populorū promissum accepit, alterū qui de generatione Christi oraculū consecut⁹ est. Et ideo licet sit ordine successionis posterior, prior tamen describitur, quia plus est promissum accepisse de Christo, quā de ecclesia, quæ est per Christū, potior est enim qui saluat eo qđ saluatur. Hiero. Ordo etiā præposterus, sed necessario cōmutatur, si enī primū posuisset Abrahā, & postea Dauid, rursus ei repetēdum fuit Abrahā, vt generationis series texeretur. Chry. super Mat. Altera aūt ratio est, quia regni dignitas maior est, q̄ naturę. Nam & si Abrahā ꝓcedebat in tēpore, Dauid præcedebat in dignitate. Glo. Quia verò ex hoc titulo, apparet totū hunc librū conscribi de Iesu Christo, necessariū est ꝓcognoscere quid sit sentiendū de ipso, sic enim meli⁹ exponi potuerūt q̄ in hoc libro de eo dicuntur. Augu. de quæst. euan. error aūt hęreticorū de Christo tribus generibus terminatur, aut de diuinitate, aut de humanitate, aut de vtroq; falluntur. Aug. de hær. Cherint⁹ ergo & Ebion Iesum Christū hominē tātū fuisse dixerunt, hos secut⁹ Paulus Samasaten⁹ Christū nō semp fuisse, sed ei⁹ initiū ex quo de Maria nat⁹ est asseuerat nec eī aliquid amplius q̄ homiuē putat, & hæc hęresis postea à Photino cōfirmata est. Aug. cōtra hære. Ioannes aūt apostolus isti⁹ insaniā lōge antè, spū sancto cōspiciens, eū alto ꝑperitiæ sopore demersum suæ vocis ꝓconio excitat, dicēs. In principio erat verbū. Ei ergo qđ in principio erat apud deū, nō relinquitur in nouissimo tēpore, vt originis suæ ab hoīe principiū sumpserit. Itē inquit. Pater glorifica me illa gloria quā habui apud te priusq̄ mūdus fieret, audiat Photin⁹ eā gloriā ante principiū possidere. Aug. de hęr. Nestorii aūt peruersitas fuit, vt hominē tātummō ex beata Maria virgine genitū ꝓdicaret, quē verbū dei nō vnitatē ꝓsonę & in societatē separabilē recepisset, qđ catholicorū aures nequaq̄ ferre potuerunt. Aug. ad mona. Aegypti. Ait enim Apost. de vnigenito, ꝙ cū ī forma dei esset, nō rapinā arbitrat⁹ est esse se equalē deo. Quis est ergo ille qui est in forma dei? aut quō exinanitus est, & descēdit ad hūilitatē secundū hoīs formā? Et quidē si ꝓdicti hęretici in duos diuidētes Christū. i. ī hoīem & verbū, & hominē dicūt sustinuisse exinanitionē, separantes ab eo dei verbum, præostendendū est, quia in forma & in æqualitate intelligitur, & fuit patris sui, vt exinanitionis sustineret modū. Sed nihil creaturarum est, si secundū propriā intelligatur naturā in patris æqualitate, quomodo ergo exinanitus dicitur, & ex qua eminentia, vt esset homo descendit? aut quomodo intelligitur assumpsisse, tanquā non habens in principio seruī formā? Sed aiunt ꝙ verbū patri ęquale existēs, habitauit in hoīe nato per mulierē. Et hæc est exinanitio. Certè audio filiū dicētē sanctis apostolis. Si quis diligit me, verbū meū custodiet. Audis quō in eis qui se diligunt, se & sibi cohabitare dixit deū patrē. Putas ergo ipsum exinanitū & vacuatū, dabimus & seruī formā accepisse, quia in diligentiū se animabus sanctis facit mansionē. Quid aūt spūs habitans in nobis putatis, & ipse humanationis dispēsationē adīplet. Abbas. Isidorus ad archip̄s. Verū nevniuersa ānumerem⁹, vnū ad quod vniuersa intendūt dicem⁹, quia illū qui deus erat, humilia loqui & dispensatiuū simul & vtile est, & nihil inuiolabili naturę ꝓiudicat. Eū verò qui hō est, diuina & supnaturalia quædā loqui sum mæ ꝓsumptionis est malū. Nā regi quidē licet etiā & humiliter agere, militi verò nō licet imperiales voces emittere. Si igitur de⁹ erat hūanat⁹, etiā humilia locū habent. Si verò hō tantū erat, excelsa non habēt locū. Aug. de hær. Sabellū discipulū Noeti quidā phibent, qui dicebat Christū eundē & patrem & spūm sanctū. Aug. cōtra hær. Huius aūt insanissimi furoris audaciā cælestiū testimoniorū auctoritate frenabo ad demonstrandā ꝓpriæ substantiæ filii psonā, non illā quæ hoī susceptō cōgruere cauillatur assumens. sed illa in medium ꝓferens testimonia, quæ sine vllo ancipitis intelligētiæ scrupulo diuinitati eius cōpetere oēs pariter cōfitētur. In Genesi enim deū dixisse legimus. Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. Ecce pluraliter dicit. Faciamus, aliū uidelicet, indicans ad quē loquentis factus est sermo. Si vnus est, ad imaginē suā fecisse diceretur, nunc aūt ali⁹ & alteri⁹ imaginē aper tius fecisse describitur. Glo. Alii verò verā Christi humanitatē negauerūt. Valentin⁹ enim dixit Christū à patre missū spirituale vel cæleste corp⁹ attulisse, nihil que assumpsisse de Maria virgine, sed ꝑ illā tanq̄ perriuū, aut fistulā sine assumpta carne trāsisse. Nos autē nō ideo credim⁹ natū ex Maria virgine ꝙ aliter in vera carne existere atq; hoībus apparere non posset: sed quia sic scriptū est in ea scriptura, cui nisi crediderim⁹ nec christiani, nec salui esse poterimus. Si autē de cælesti vel aerea vel humida creatura corp⁹ assumptū vellet cōmutare in humanæ carnis veriſſimā qualitatē, hoc eū potuisse facere quis negaret? Aug. de hær. Manichæi verò dixerunt, phātasma esse dominum Iesum Christū, nec fœmineo posse nasci ex vtero. Aug. 83. q. sed si phātasma fuit corp⁹ Christi: fefellit Christus, & si fallit, veritas nō est. Est aūt veritas Christ⁹, nō ergo phantasma fuit corp⁹ eius. Glo. Et quia principiū huius euangelii, & etiā euāgelii secundū Lucā, manifestè ostendit Christū natū ex fœmina, ex quo apparet vera Christi humanitas, ergo vtriusq; euangelii principia negāt.. Aug. cōtra Faust. Vnde Faust⁹ dicit euāgeliū qđ à ꝓdicatiōe Christi & esse cœpit & noīari, in quo ipse nusq̄ se natū ex hoīb⁹ dicit. At verò genealogia à deo nō est euāgeliū, vt nec ei⁹ scriptor ausus fuerit eū euangeliū noīare. Quid enim scribit? Liber generatiōis Iesu Christi filii Dauid: nō ergo liber euāgelii Iesu Christi, sed liber generatiōis. At verò Marc⁹ quia generationē scribere nō curauit, sed tantū ꝓdicationē filii dei, qđ ē euāgeliū, vide q̄ cōpetēter sit exord⁹. Euāgeliū inquit Iesu Christi filii dei, vt hic satis ap

Iesꝰ quare Christus dicatur.

Triplex hæresis circum Christū.

Testimonia scripturæ cōtra errores de Christo.

Fausti argumenti insania.

pareat genealogiā nō esse euangeliū, cūque & in ipso Matthæo post inclusum Ioannē in carcere, tunc legitur Iesum cœpisse prædicare euangelium regni. Ergo quicquid ante hoc narratur, genealogiā esse cōstat, nō euangeliū. Ad Ioannem ergo & Marcum me contuli, quorū mihi principia non immeritò placuerunt, quia nec Dauid nec Mariam inducūt, nec Ioseph. cōtra quē Aug. Quid ergo respondebit apostolo dicēti. Memor esto Iesum Christū resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundum euāgelium meū? Quod aūt erat apostoli Pauli euangelium, hoc etiā cæterorū apostolorū & oīm fidelium: hoc enim alibi dicit: siue ego, siue illi euāgelium prædicauerūt. Aug. de hęr. Arriani autē patrem & filium & spiritū sanctum volūt essevnius eiusdemq; substantiæ, naturæ, aut existētiæ, sed esse filium creaturā patris, spiritum verò sanctū, creaturā creaturæ, hoc est ab ipso filio creatum volūt. Christū etiam sine anima carnem suscepisse arbitrantur. Aug. primo de tri. Sed Ioānes in eo declarat filium non tātum deū esse, sed etiā eiusdē cum patre substantiæ, quia cum dixisset. Et deus erat verbum, addidit. Oīa per ipsum facta sunt: vnde apparet ipsum factū nō esse per quem facta sunt oīa: & si factus nō est, creatus nō est, & sic eiusdem cum patre substantię est, oīs enim substantia quę deus nō est, creatura est. Aug. cōtra Feli. Nescio enim quid nobis mediatoris psona cōtulerit, qui medius nostrum, nō redimēs carnē, quæ sine aīa, nec beneficium possit sentire, suscepit. Si enim venit Christus saluum facere quod perierat. quia totus hō qui periit, totus beneficio saluatoris indiget, & ideo Christus veniēdo totum saluat, corpus & animā assumēdo. Augu. in li. 83. q. Quomodo etiā ipsi respōdent tā manifestis obiectiōibus ex euāgelica scriptura, in qua cōtra eos dominus tam multa cōmemorat? vt est illud, Tristis est anima mea vsque ad mortē: &, potestatem habeo ponēdi animam meā, & multa huiusmodi, qui si dicāt in parabolis eum locutum esse, habemus euāgelistarum rationes, qui res gestas narrātes, sicut eū corpus habuisse testantur, sic eum indicāt habere animā p affectiōes, quę nō possunt esse nisi in anima: eis enim narrātibus legimus. Et miratus est Iesus, & iratus, & multa huiusmodi. Aug. de hęre. Apollinaristę autē sicut Arriani Christum dixerūt carnem solā sine anima suscepisse. In qua quæstione testimoniis euangelicis victi, mentem, qua rōnalis est anima hominis, defuisse animę Christi. Sed pro hac, ipsum verbum in ea fuisse dixerūt. Aug. in li. 83. q. Sed si ita est, beluam quandā cum figura humani corporis dei verbū suscepisse crederetur. Aug. de hær. De ipsa verò eius carne sic à recta fide dissēsisse phibētur, vt dicerent carnem illā & verbum vnius eiusdem que substantiæ esse, cōtentiosissimè asseuerātes verbū carnem factum, hoc est, verbi aliquid in carnem fuisse mutatum, atque conuersum, non autem carnem de Marię carne suscepisse, cōuersum atq; mutatū, non autem in carnem de Maria susceptā. Ciril. in epi. ad Ioānem antio. Furere aūt arbitrabamur eos qui susꝑicati sunt, quōd mutationis obumbratio circa diuinā verbi naturam pōt cōtingere: manet enim quod est semper, & nō mutatur: nec cōuersionis est capax. Leo ad Cōstantino polim. Nos autem non ita dicimus Christum hominē vt aliquid ei desit quod ad humanā certum est pertinere naturam, siue animā, siue mētem rationabilem, siue carnem quę non de fœmina sumpta sit, sed facta de verbo in carnē cōuerso atq; mutato. Quę tria falsa Apollinaristarū hæresis, tres varias protulit partes. Leo ad Palesti. Eutices quoq; tertium Apollinaris dogma delegit, vt negata humanæ carnis atque animæ veritate totum dominum nostrum Iesum Christum vnius asseret esse naturæ: tāquam verbi diuinitas ipsa se in carnem animāq; verteret, & cōcipi, nasci, aut nutriri, &c. huiusmodi, eius tantum essētiæ fuerit. s. diuinæ: quę nihil horum in se sine carnis recepit veritate, quoniā natura vnigeniti, natura est patris, natura est spiritussan &i: simulq; impassibilis & sempiterna. Verum si ab Apollinaris peruersitate hæreticus iste discesserit, ne cō uinceretur deitatem passibilem sētire atq; mortalem, & tamē verbi incarnati. i. verbi & carnis vnam audet pronūciare naturā, non dubiè in Manichęi & Martionis trāsit insaniā: & dominum Iesum Christū simulatoriè oīa credit egisse, nec humanū ipsum corpus, sed phātastică corporis speciem oculis aperuisse cernētiū. Idem ad Iulianum. In eo verò quod Eutices in episcopali iudicio ausus est dicere ante incarnationem duas fuisse in Christo naturas, post incarnationem autem vnā: necessarium fuit, vt ad reddēdā rationem ꝓfessionis suæ sollicitis ſterrogatiōibus vrgeretur. Arbitror enim eum talia loquentem hoc habere ꝓpositum: quod anima quā saluator assumpsit, prius in cælis sit cōmorata, quā de Maria virgine nasceretur. Sed hoc catholicę mētes auresq̄; nō tolerāt, quia nil secum dominus de cęlo veniens nostrę conditionis exhibuit. Nec animam eius, quæ anterior extitisset, nec carnem quæ nō materni corporis esset, accepit. Vnde quod in Origene merito dānatum est: qui animarū antequam corpo ribus insererentur nō solū miras, sed & diuersas fuisse asseruit actiones, necesse est, ꝙ in isto plectatur. Remi. Has igitur hęreses in principio euangelii sui euangelistę destruūt: nam Mat. cùm narrat eum duxisse originem per reges Iudæorum: verum hominem eum ostendit, & veram carnem habuisse. Similiter & Lucas qui sacerdotalē stirpem & personā describit. Marcus aūt cū ait. Initium euāgelii Iesu Christi filii dei: & Ioānes cum ait. In principio erat verbum, manifestāt eum ante oīa secula semper fuisse deum, apud deum patrem. *Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autē genuit Iudam & fratres eius.*

Notāda sentētia.

Aug. de con. euan. Matthęus euangelista ostendit generationē Christi secūdum carnem se suscepisse narrādam, quia genealogiam Christi exorsus est. Lucas aūt tanquam sacerdotem in expiandis peccatis magis assignans nō ab initio euangelii sui, sed à baptismo Christi generationes enarrat, vbi testimoniū Ioānes perhibuit, dicens. Ecce qui tollit peccata mundi. In generationibus etiam Matthæi significatur nostrorum susceptio peccatorum domino Christo. In generationibus aūt Lucæ significatur abolitio nostrorū peccatorū ab ipso, ideo generationes Christi Matthæus descēdens enarrat. Lucas autem ascendēs. Humanā autem Christi generationem Matthæus descendēdo describēs ab Abraham generationes cōmemorat. Aug. super Lucā. Prior enim Abraham meruit fidei testimonium, quia credidit deo, & reputatum est ei ad iustitiā: ideo etiā auctor generis debuit significari, quia instaurandæ ecclesię ꝓpositionem primus emeruit, cū dicitur: Benedicētur in te omnes tribus terræ. Et iterum Dauid delatū est quod Iesus filius eius diceretur, vnde huic prærogatiua seruatur, vt ab eo generatiōis dominicæ manaret exordium. Chry. Euāgelista igitur Matthæus generationem dominicæ carnis per seriem parentum volens cōmendare memoriæ, ordiens à patre Abraham dicit. Abraham genuit Isaac. Cur non dixit Ismael, quē primitus genuit? Sequitur. Isaac autē genuit Iacob. Cur senō nō dixit Esau, qui eius primogenitus fuit? Quia. s. per illos ad Dauid peruenire non posset. Glo. Oēs tamen

Abrahā fidei pater.

Duplex sententiandus.

fratres Iudæ cum ipso in generatiõe cõputat,quod etiam ideo factum est, quia Ismael & Esau non remanserũt in cultu vnius dei,fratres verò Iudę in populo sũt cõputati. Chry.vel ꝓpterea 12.patriarcharum memi nit,vt eam quæ ex ꝓgenitorũ nobilitate est, elationẽ auferret.Etenim multi horũ ex ãcillis nati fuerũt,sed omnes similiter erãt patriarchæ & tribuum prĩcipes. Glo.Ideo autem Iudã nominatim posuit,quia de illo tantum dominus desc̃dit.In singulis autem patribus non solum debet notari historia,sed allegoria & moralitas . Allegoria quidem, in quo vnusquisque patrũ Christum præfiguret.Moralitas in hoc notatur quòd ex singulis patribus in nobis aliquavirtus,ꝑ significationẽ nominis vel exẽplũ,ædificetur. Abrahã ergo in multis locis figurã Christi portat,&ꝓpterea in nomine. Abraham enim pater multarũ gentiũ interpretatur,& Christus est pater multorũ fideliũ. Abrahã etiam de cognatiõe sua exiit,& ĩ terra aliena demoratus est,& Christus derelicto iudaico populo ad gẽtes per prædicatores suos exiuit. Chry.super Mat. Isaac autẽ interpretatur risus,risus autem sanctorum est nõ stricta cachinatio labiorum , sed rationabile gaudiũ cordis quod fuit mysteriũ Christi.Sicut enim ille parentibus ĩ vltima senectute donatus est lætitia suis, vt cognoscatur,quia nõ erat filius naturæ,sed gratiæ, sic & Christus ĩ nouissimo fine ꝓductus est à matre Iudæa, qui gaudium cũctis,sed iste pervirginẽ,ille de anu,ambo cõtra spem naturæ.Remig.Iacob supplantator interpretatur,& de Christo dicitur.Supplãtasti insurgẽtes ĩ me subtus me. Iacob genuit Iudã & fratres eius. Chry.super Mat.Et Iacob genuit 12. apostolos in spiritu nõ in carne,verbo,nõ in sanguine.Iudas aũt interpretatur cõfessor,quoniã Christi erat imago,qui cõfessor patris erat futurus,dicẽs.Cõfiteor tibi pater domine cæli & terrę. Glo. Moraliter autem Abraham nobisvirtutẽ fidei per exempla Christi significat , cũ de eo legatur.Abrahã credidit deo,&reputatum est ei ad iustitiam.Isaac significat spẽ,quia interpretatur risus, fuit enim gaudium parentum , spes verò similiter est gaudium nostrum,dũ æterna bona sperare facit, & de eis gaudere.Abrahã ergo genuit Isaac , quia fides generat spẽ.Iacob autem significat charitatem . Charitas enim amplectitur duas vitas, actiuã per dilectionẽ proximi, cõtemplatiuam per dilectionem dei. Actiua per Liam,contemplatiua per Rachel significatur. Lia enim laborans interpretatur,quia actiua in labore est. Rachel visum principium, quia per contemplatiuam principiũ.i.deus videtur.Nascitur ergò Iacob de duobus parentibus , quia charitas nascitur de fide & spe, quod enim credimus & speramus,diligimus.

Tropologica expositio.

Iudas autẽ genuit Phares & zaram de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram . Aram autẽ genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Nahasson . Nahasson autem genuit Salmõ.Salmon autem genuit Booz de Raab.Booz autem genuit Obed ex Ruth.Obed autẽ genuit Iesse.Iesse autem genuit Dauid regem.

Glos.Prętermissis aliis filiis Iacob, euangelista Iudę ꝓsequitur generationẽ, dicẽs. Iudas aũt ge. Pha. &c. Aug.de ciui.dei.Nec Iudas primogenitus , nec istorũ geminorũ aliquis fuit primogenitus Iudę : sed ante illos iã tres genuerat . Eos itaque tenuit in ordine generationũ,per quos ad Dauid atq; inde quo ĩtẽderet, peruenire t.Hier. Notandũ aũt in genealogia saluatoris nullã fãctarũ assumi mulierũ , sed eas quas scriptura reprehendit, vt qui propter peccatores venerat,de peccatoribus nascens oĩm peccata deleret, vnde & in sequẽtibus Ruth moabitis ponitur.Ambro.super Lucã. Lucas aũt hic declarauit,vt immaculatã sacerdotalis generis serię declararet, sed sancti Matthæi cõsiliũ à rationis iustitia non abhorret, nã cùm euãgelizaret secundũ carnẽ generatũ esse, qui oĩm peccata susciperet subiectũ iniuriis,subditũ passiõi:nec hoc quidẽ putauit exortẽ asserẽdũ esse pietatis : vt maculatę quoq; originis nõ recusaret iniuriã:simul ne puderet eccl̃siã de peccatoribus cõgregari , cũ dominus de peccatoribus nasceretur. Postremo,vt beneficiũ redẽptiõis etiã à suis maioribus ĩchoaret,ne quis putaret originis maculã impedimẽto posse esse virtuti,nec se insolẽs de sui nobilitate iactaret.Chry.ĩ ho. Post hoc mõstratur oẽs obnoxios fuisse peccatis,instat enim Thamar fornicatio Iudã accusãs:& Dauid à fornicata muliere genuit Salomonẽ.Si aũt à magnis lex nõ est ꝑpleta, nec à minoribus , & sic oẽs peccauerunt, & necessaria facta est Christi præsentia.Ambro.super Lucã . Vide aũt quia nõ ociosẽ Matthęus vtrunq; significauit,cũ Phares tã tũmodo cõmemorationũ causa deposceret:quia hic in in vtroque mysteriũ est:per geminos enim gemina describitur vita populorũ,vna secundũ legẽ,altera secundum fidẽ.Chry.super Mat.Per Zarã enim significatur Iudaicus populus , qui primus apparuit in luce fidei, quasi devulua tenebrosa mũdi prĩcedẽs,& ideo significatus est cocco circũcisionis mutãtibus oĩbus,quia ipse populus dei erat futurus: sed posita est ãte faciẽ eius lex,quasi sepes vel materia. Sic ergo impeditus est populus iudaicus p legẽ , sed tẽporibus Christi rupta est sepes legis,quę erat inter Iudęos & gentiles , sicut ait apostolus,mediũ parietẽ macerię soluẽs:sic factũ est vt gentilis per Phares significatus, postquã rupta est lex per Christi mãdata,primus ad fidẽ procedat,& postea sequitur iudaicus populus.Sequitur.Phares aũt genuit Esrõ.Glo.Iudas genuit Phares & Zarã, antequã intraret Aegyptũ,in quã ãbo postea cũ patre transierũt. In Aegyptoverò Phares genuit Esrõ.Esrõ aũt genuit Arã.Arã aũt genuit Aminadab.Aminadab aũt genuit Nahassõ:& tũc Moyses eduxit eos de Aegypto. Nahasson aũt fuit dux sub Moyse in tribu Iuda per desertũ,in quo genuit Salmon. Iste Salmõ fuit princeps de tribu Iuda,qui cũ Iosue terram promissionis intrauit. Chry.super Mat.Quoniã aũt ex aliqua causa secundũ prouidẽtiã dei posita,horum patrũ nomina credimus. Sequitur.Nahassõ aũt genuit Salmõ.Iste Salmõ mortuo patre fuit princeps in tribu Iuda, qui cũ Iosue terrã promissiõis intrauit.Chry.super Mat . Accepit aũt vxorẽ nomĩe Raab.Hęc aũt Raab dicitur fuisse Raab meretrix de Hierico,quę susc̃pit exploratores filiorũ Israel,absc̃odit eos & seruauit incolumes.Cũ autẽ Salmon nobilis esset inter filios Israel, quia de tribu erat Iuda,& quia filius prĩcipis erat , vidit Raab sic fidelẽ: quasi magnã aliquã constitutã meruit accipere in vxorẽ.Forsitã aũt & ideo interpretatur Salmon,quasi per ipsum nomen inuitaretur à prouidentia dei, vt acciperet vas electionis Raab. Interpretatur enim Salmõ accipere vas.Sequitur.Salmõ aũt genuit Booz de Raab. Glo.Iste Salmõ in terra,ꝑmissiõis genuit de illa Raab Booz. Booz aũt genuit Obeth ex Ruth. Chrys. super Mat . Quõ autẽ Booz accepit vxorẽ moabitidẽ nomine Ruth:exponere æstimaui superfluũ,cum de his scriptura sit oĩbus manifesta.Hoc autẽ dicimus solũ,quoniã Ruth pro merito fidei suæ, nupsit Booz : quia deo patrum suorũ repulit,& deum viuentẽ elegit.Et Booz pro merito fidei suæ illã accepit vxorẽ,vt ex coniugio tali sanctificato,genus nasceretur regale. Ambr. super Lucã.Quomodo autem Ruth,cũ esset alienigena, Iu-

Allegoria pulchra.

Quare peccatrices in linea Mes siæ assũptæ.

dęo nupsit? & qua rõne in Christi generatiõe eius putauerit euangelista copulæ cõmemorationẽ esse faciẽdã,quę legis serie mœchabatur? Quis ergo nõ de legitima saluator generatiõe manauit,videtur esse deforme nisi ad apostolicã sententiã reuertaris, quia nõ est lex posita iustis,sed iniustis.Hęc enim cũ esset alienigena & moabitidis, præsertim cũ lex Moysi prohiberet has nuptias moabitidis, quia excludet & ab ecclesia quo introiuit in ecclesiã,nisi quia sancta & immaculata moribus supra legẽ facta est.Diffinitionẽ ergo legis excessit, & meruit inter maiores dominici generis cõputari,propter cognitionẽ mentis electa,nõ corporis.Magnum aũt nobis exẽplum est,quòd in illa nõstrũ oĩm qui ex gẽtibus collecti sumus , ingrediẽdi in ecclesiã domini figura præcessit.Hier.in epist. ad Paulinũ.Ruth etiã moabitidis Esaiæ expletvaticiniũ,dicẽtis.Emitte agnum domine,dominatorẽ terrę de petra deserti ad montẽ filiæ Sion. Sequitur. Obeth aũt genuit Iesse.Glo.Iesse pater Dauid binomius est , qa frequentiùs vocatus est Esai:sed quia propheta vocat eum nõ Esai,sed Iesse,dicẽs.Egredietur virga de radice Iessẽ : vt ostenderet illam prophetiã cõpletã in Maria& in Christo,euangelista posuit Iesse.Sequitur.Iesse aũtẽ genuit Dauid regẽ.Remi.Sed quærendum est quare sanctus euãgelista solũ Dauid nominauerit regem? quod ideo dixit,vt ostẽderet eũ primũ fuisse regem in tribu Iuda. Ipse autẽ Christus est Phares diuisor:vt est illud.Diuidet agnos ab hœdis:est & Zarã oriẽs:vt est illud.Eccevir:oriẽs nomẽ eius est.Esrom sagitta,vt est illud.Posuit me sicut sagittã electã.Raba. Vel alterũ propter abũdantiã gratiæ, & latitudinem charitatis. Arã electus secundũ illud.Ecce puer meus electus:vel excelsus secundũ illud. Excelsus super oẽs gentes dominus ipse est. Aminadab.i.volũtarius: qui dicit.Voluntariè sacrificabo tibi.ipse est & Nahassõ, id est auguriũ : qui nouit prætcrita præsentia & futura:vel serpẽtinus secũdum illud.Moyses exaltauit serpentẽ in deserto.Et est Salmõ,id est sensibilis , qui dicit.Ego sensi de me virtutẽ exisse.Glo.Ipse accepit.i. ecclesiam de gẽtibus . Raab enim fames vel latitudo vel impetus,quia ecclesia gẽtiũ esurit & sitit iustitiã: & impetu doctrinæ philosophos & reges conuertit. Ruth etiã ĩterpretatur vidẽs vel festinãs,& significat ecclesiã,quę puro corde videt deũ,& festinat ad brauium supernæ vocationis. Remi.Est & Booz:in quo robur,vt est illud.Cũ exaltatus fuero à terra , oĩa trahã ad me.Est &Obeth seruiẽs,vt est illud.Filius hoĩs nõ venit ministrari:sed ministrare. Est & Iesse incẽsum: secũdũ illud.Ignẽ veni mittere ĩ terrã. Ipse est Dauid manu fortis,secundũ illud. Dominus fortis & potẽs. Desiderabilis,secundũ illud . Veniet desideratus cunctis gẽtibus.Pulcher aspectu:secundũ illud. Speciosus forma præ filiis hoĩm. Glo. Interĩ videamus,quas virtutes isti patres in nobis ædificent,quia fides , spes & charitas oĩmvirtutũ sunt fundamẽtũ. Sequẽtes virtutes sunt quasi superadditiões . Iudas interpretatur cõfessio,duplex est autẽ confessio,est altera fidei , altera pctõrũ.Si ergo post tres supradictas virtutes peccatur, necessaria est non solũ fidei,sed pctorum cõfessio.Post Iudã sequitur Phares & Zarã, Phares diuisio,Zaram oriens interpretatur:& Thamar amaritudo.Cõfessio enim generat diuisionẽ à vitiis, & ortũ virtutũ & amaritudinẽ pœnitẽtię.Post Phares sequitur Esrõ,qui sagitta ĩterpretatur , postquã enim aliquis diuisus est à vitiis & secularibus, debet fieri sagitta,vt in aliis vitia precãdo perimat.Sequitur. Arã qui interpretatur electus vel excelsus , quia postquã aliquis à mundo remotus est,& aliis proficit:necesse est,vt à deo electus hoĩbus celebris,excelsus in virtutibus habeatur. Nahassõ interpretatur auguriũ:hoc aũt augurium nõ est seculare,sed cęleste.De hoc gloriabatur Ioseph fratribus mãdãs. Vos detulistis scyphũ domini mei,in quo augurari solebat.Scyphus est diuina scriptura,vbi est potus sapientiæ,in hac auguratur sapiens, quia ibi videt futura.i.cęlestia.Sequitur.Salmõ.i.sensibilis,postquã enim aliquis studet in diuina scriptura,fit sensibilis.i.discernẽs gustus rationis,quid bonũ, quid malũ, quid dulce,quid amarũ.Sequitur.Booz.i.fortis,instructus enim in scripturis fit ad oĩa aduersa tolerãda fortis.Aug.super Mat.Iste autẽ fortis,est filius Raab.i.ecclesię.Raab eĩ interpretatur latitudovel dilatata,quia enim ex oĩbus finibus terręvocata est ecclesia,ideo gẽtiũ latitudo appellatur.Rab.Sequitur. Obeth.i.seruitus: nõ enim idoneus est ad seruitutem,nisi qui fortis est,q̃ seruitus generatur ex Ruth.i.festinãtia . Oportet enim prõptum esse seruũ, nõ pigrum. Chry.super Mat.Nunc autẽ qui diuitias & nõ mores:pulchritudinẽ & nõ fidẽ,& quod in meretricibus quęri solet,hoc in cõiugibus optant,non generãt subditos filiosvel sibi vel deo,sed contumaces & cõtra deũ: vt filii eorum sint pœna irreligiositatis eorũ. Iste Obeth genuit Iesse.i.refrigeriũ. nam quicunque est subditus deo & pãrẽtibus suis tales filios generat deo præstãte,à quibus refrigeratur.Glo. Vel Iesse.i.incẽsum . Si enim seruimus ex amore & timore:erit deuotio in corde,quæ ex igne & desiderio cordis suauissimũ incẽsũ offert deo: postquam autẽ aliquis idoneus est seruus,& sacrificiũ deo factus,sequiturvt sit Dauid.i.manu fortis,qui cõtra hostes fortiter dimicauit & idoneos tributarios fecit.Similiter ipse debet carnales,id est hominesverbo& exemplo deo subiugare.

Figura ruth moabitidis.

Allegoriæ nomẽ in genealogia Christi.

Tropologica expositio.

Arguuntur mulieres.

Dauid autẽ rex,genuit Salomonẽ ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon autẽ genuit Roboã.Roboã autẽ genuit Abiam . Abias autem genuit Asa . Asa autem genuit Iosaphat.

Glo.Secundi quatriduarii generationis serię euãgelista decurrit,quę à regibus continetur : & ideo à Dauid incipit,qui primus in tribu Iudæ regnauit,dicẽs. Dauid rex genuit Salomonẽ ex ea quæ fuit Vriæ. Augu.de cons.euan.Quia enĩ in generatiõibus Matthei significatur nostrorũ susceptio peccatorũ : ideo ipse à Dauid per Salomonẽ descẽdit,in cuius matre ille peccauit.Lucas verò ad Dauid ꝑ Nathã ascendit,per quẽ prophetã deus peccatum illius expiauit: quia in generationibus Lucæ significatur abolitio pctõrũ. Aug.in li.retra.Dicẽdũ tamẽ fuit cuius noĩs ꝓphetã,ne putaretur idem fuisse hõ,cũ alter fuerit,quãuis & ipse hoc nomine vocaretur.Remig. Quærendũ est autẽ quare euangelista Bersabee ꝓprio noĩe non noĩauit,sicut cęteras mulieres: ꝙ ideo est,quia cæteræ mulieres quãuis reprehẽsibiles fuissent , tamẽ laudabiles erant virtutibus. Bersabee verò non solũ fuit cõscia adulterii, sed etiã homicidii mariti sui:& ideo ꝓprio noĩe eã nõ nominauit in genealogia domini.Glo. Tacet etiã nomine Bersabee: vt nominãdo Vriã reducat ad memoriã illud maximũ scelus,quod in eã fecit Dauid.Ambro.super Lu.At verò sanctus Dauid in eo est præclẽtior,quòd hominẽ se ipse cognouit, & cõmissum superarrepta Vrię vxore peccatũ pœnitentiæ curauit lachrymis abluendũ,ostẽdẽs nobis neminẽ propriè virtuti debere cõfidere.Habemus enĩ aduersariũ magnũ qui vinci à nobis sine dei adiutorio nõ possit,& plerũque in illustribusviris grauia peccata reperies,vt quasi homines tẽtatiõi potuisse succũbere cognoscas, virtutibus egregiis plusquã hoĩes crederent.Chry.super

Universidad de Deusto Biblioteca

Mat.Salomõ autẽ interpretatur pacificus,quoniã om
nibus in circuitu gentibus pacificatis, & tributa red
dentibus,pacificatum habuit regnum. Salomon autẽ
genuit Roboam.Roboam interpretatur à multitudi-
ne populi. Multitudo enim, mater eſt ſeditiõis, quia
quod à pluribus peccatur, plerunque manet inuindi-
cabile.Paucitas autem magiſtra eſt diſciplinæ.

Ioſaphat autẽ genuit Ioram.Iorã autem genuit Oziã.Ozias autem genuit Ioatham.Ioathã autem genuit Achaz.Achaz autem genuit Ezechiam.Ezechias aũt genuit Manaſſẽ. Ma naſſes aũt genuit Amon.Amon aũt genuit Ioſiam.Ioſias aũt genuit Iechoniã,& fratres eius,in trãſmigratiõe Babylõis.

Hiero.In quarto aũt Regum volumine legimus de Io
ram Ochoziã fuiſſe generatũ. Quo mortuo,Ieſabeth
filia Iorã regis,ſoror Ochoziæ, tulit Ioas filiũ fratris
ſui, & eũ internitiõi q̃ exercebatur ab Athalia ſubtra
xit,Cui ſucceſſit in regnũ filius eius Amaſias,poſt quẽ
regnauit filius eius Azarias qui appellatur Ozias,cui
ſucceſſit Ioathã filius eius.Cernis ergo quòd ſecũdũ fi
dem hiſtoriæ,tres reges in medio fuerũt,quos euãgeli
ſta prætermiſit. Ioram quoque nõ genuit Oziam,ſed
Ochoziã & reliquos,quos enumerauimus.Verũ quia
euangeliſtę ꝓpoſitũ erat tres teſſeradecades, & in di-
uerſo temporis ſtatu ponere,& quia Iorã generi ſe mi
ſcuerat impiiſſimæ Iezabelis, idcirco vſq; ad tertiam
generationẽ eius memoria tollitur, ne in ſanctæ nati-
uitatis ordine poneretur.Hil. Purgata verò labe fami
lię gentilis,iã regalis in quarta generationũ conſequẽ
tiũ origo numeratur. Chry.ſuper Mat.Quòd ſpiritus
ſanctus ꝓphetã conteſtatus eſt, dicens.vt diſpergeret
oẽm maſculũ de domo Achab, & Iezabel impleuit Ie
hu filius Nanſi, accepit ꝓmiſſionẽ,vt vſque ad quartã
generationẽ ſedeãt filii eius in ſede regni ſuper Iſrael.
Doctrina coniugalis.
Quãta ergo benedictio facta eſt ſuper Iehu,qui vindi
ctã fecerat ſuper domũ Achab & Iezabel, & vſque ad
quartã generationẽ prçcidantur filii eius regũ nume-
ro,& ſic peccatũ eius deſcendit in filios eius,ſicut fue-
rat ſcriptũ.Reddã peccata patrũ in filios vſque ad ter
tiam & quartã generationem.Videte ergo quã pericu
loſum eſt inire coniugia ex genere impiorum.Aug.de
quæſt.no.&vete.teſtamẽti.Vel non immeritò ſublati
ſunt de numero cæterorũ Ochozia,Ioas, & Amazias.
Sic enim eorum cõtinuauit impietas, vt nullũ inter-
uallum haberet. Salomõ autẽ merito patris dimiſſus
in regno eſt.Roboã autem merito filii,illi aũt tres ma
N... ba.
lignè agentes ſublati ſunt. Ad perditionẽ enim gene
ris exemplum eſt,quando iugiter malignitas pãditur.
ſequitur.Ozias autem genuit Ioathã.Ioatham autem
genuit Achaz.Achaz autem genuit Ezechiam, cui,cũ
eſſet ſine liberis,dictum eſt. Diſpone domui tuæ,quia
morieris.Ideo fleuit nõ propter lõgiorem vitam,cum
ſciret inde Salomonẽ placuiſſe deo,quòd non petiſſet
ampliores annos. Sed quia dubitabat ne ꝓmiſſio dei
impleretur:cũ ſe ſciret eſſe de Dauid,ꝑ quẽ oportebat
venire Chriſtũ,& ipſe erat ſine liberis.Sequitur. Eze
chias autẽ genuit Manaſſem. Manaſſes autem genuit
Amon.Amõ autẽ genuit Ioſiam. Ioſias autem genuit
Iechoniam, & fratres eius,in trãſmigratione Babylo
nis.Chry.ſuper Mat.Sed nõ ſic poſitum eſt in libro re
gum,vbi talis eſt ordo.Ioſias genuit Eliachim,poſtea
vocatũ Ioachim.Ioachim autẽ genuit Iechoniam:ſed
Ioachim ſublatus eſt de numero Regum: quia non po
pulus dei conſtituerat eum in regnum,ſed Pharao per
potẽtatum.Si enim iuſtum fuit,vt propter ſolam com
mixtionem generis Achab tollerẽtur tres reges de nu
mero regum,quare nõ erat iuſtum,vt ſimiliter tollere
tur Ioachim,quẽ Pharao vi hoſtili fecerat regẽ? Et ſic
Iechonias qui eſt filius Ioachim,nepos autẽ Ioſiæ, ſub
lato patre de nũero regum, ipſe eſt poſitus pro eo,qua
ſi filius Ioſiæ.Hier.Vel aliter ſciamus Iechoniam prio
rem ipſum eſſe,qui Ioachim,ſecũdum autẽ filium non
patrẽ:quorum primus per K.& m.ſecundus per ch.&
n.ſcribitur.Quia ſcriptorũ vitio, & lõgitudine tẽpo-
rum,apud græcos latinosq; cõfuſum eſt. Ambr. ſuper
Lucam. Duos enim fuiſſe Ioachim, Regum libri indi
cant.Sic enim ſcriptũ eſt:dormiuit IoaKim cum patri
bus ſuis,& regnauit Ioachin filius eius ꝓ eo, filius au
tẽ eſt cui Ieremias nomen impoſuit Iechoniam. Et be
ne ſanctus Matthæus à propheta voluit diſcrepare,nõ
Ioachim & Iechoniam vocaret ſimul:quia maiorẽ fru
ctum dominicę pietatis aſtruxit.Generis enim nobili
tatẽ dominus in hominibus nõ requiſiuit,ſed de capti
uis peccatoribus cõgruè naſci voluit, qui remiſſionẽ
veniebat p̃dicare captiuis. Nõ igitur ſuppreſſit alterũ
euangeliſta,ſed vtrũque ſignificauit,ꝙ vterq; Iechoni
as dictus ſit.Remi.Sed quæri põt,quare dicat euangeli
ſta eos natos in tranſmigratiõe,cum nati fuiſſent ante
quã trãſmigratio fuerit facta?Ideo autẽ dicit hoc,quia
ad hoc nati ſunt,vt de regno totius populi pro ſuis &
aliorũ peccatis captiui ducerẽtur. Et quia p̃ſcius erat
Quæſtio euãgelica.
deus eos eſſe ducendos captiuos, idcirco dixit eos na
tos in tranſmigratiõe. De his autem quos ſanctus euã
geliſta ĩ genealogia domini ſimul ponit,ſciẽdum quia
aut ſimiles fuerunt fama, aut infamia,Iudas & fratres
eius laudabiles fuerũt fama:ſimiliter Phares & Zarã:
Iechonias & fratres eius notabiles fuerũt ĩfamia.Glo
ſa.Myſticè autem Dauid eſt Chriſtus, qui Goliã.i.dia
bolum ſuperauit. Vrias autẽ.i.luxuria,id eſt diabolus
qui dicit.Similis ero altiſſimo: cui eccleſiam cõiugatã
Chriſt⁹ de ſolario paternę maieſtatis adamauit:& pul
Allegoria de Chriſto.
chra facta ſibi matrimonio copulauit.Vel Vrias.i.iuda
icus populus, qui per legẽ de luce gloriatur. Sed huic
Chriſtus legẽ abſtulit:quam de ſe loqui docuit. Berſa
bee autem eſt puteus ſatietatis.i. abundantiam gratię
ſpiritualis.Remi. Vel Berſabee ĩterpretatur puteus ſe
ptimus:ſiue puteus iuramẽti:per quod ſignificatur fõs
baptiſmatis, in quo datur donũ ſpiritus ſeptiformis,
& fit ibi adiuratio cõtra diabolũ.Eſt & Chriſtus Salo
mõ pacificus ſecundum illud apoſtoli. Ipſe eſt pax no-
ſtra.Eſt Roboam latitudo populi ſecundũ illud.Multi
venient ab oriente & ab occidente.Rab.Vel impetus
populi:quia velociter populos cõuertit ad fidẽ. Remi.
Ipſe eſt Abia.i.pater dominus,ſecũdum illud.Vnus eſt
pater veſter,qui in cęlis eſt,& iterum:Vos vocatis me
magiſter & domine. Eſt & Aza.i.attollens:ſecundum
illud.Qui tollit peccata mundi.Eſt & Ioſaphat.i.iudi
cans:ſecundum illud. Omne iudiciũ dedit filio.Eſt &
Ioram.i.excelſus : ſecundũ illud.Nemo aſcẽdit in cęlũ
niſi qui de cælo deſcendit. Eſt & Ozias.i.robuſtus do
mini:ſecũdum illud. Fortitudo mea & laus mea domi
nus.Eſt & Ioatham cõſummatus vel perfectus: ſecũdũ
illud apoſtoli.Finis legis Chriſtus. Eſt & Achã cõuer
tens:ſecundũ illud:cõuertimini ad me.Rab.Vel cõpre
hendẽs:quia nemo nouit patrẽ niſi filius.Remi.Eſt &
Ezechias fortis dominus:vel dominus confortator:ſe
cundum illud.Confidite,ego vici mũdum. Ipſe eſt Ma
naſſes obliuionis,ſiue oblitus ſecũdũ illud. Peccatorũ
veſtrorum nõ recordabor amplius.Eſt &Amõ fidelis:
ſecũdũ illud. Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis.
Eſt & Ioſias:vbi eſt incẽſum domini: ſecundum illud.
Factus in agonia prolixiùs orabat.Rab.Quòd verò in
cenſum orationũ ſignificat Pſal.teſtatur, dicens: Diri
gatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.Vel
domini ſalus:ſecundum illud.Salus autem mea in ſem
piternum

piternum erit.Remig.Ipſe Iechonias præparans,vel
domini præparatio:ſecundum illud.Si abiero & prę-
parauero vobis locum. Glo. Moraliter autẽ poſt Da
uid ſequitur Salomõ:qui interpretatur pacific⁹. Tũc
enim aliquis fit pacificus motibus ſedatis illicitis,&
quaſi iam in æterna tranquillitate poſitus cũ deo ſer-
Tropologica expoſitio.
uit:& alios ad eum cõuertit.Sequitur. Roboam.i.po
puli latitudo:poſtquam enim nõ habet quod in ſevin
cat,amplecti alios debet &latè populũ dei ad ſuperna
trahere ſecum.Sequitur.Abia.i.pater,dominus. His
enim præmiſſis poteſt ſe profiteri filium dei : & tunc
eſſe Aſa.i.attollens,vtvirtute in virtutẽ ad patrem ſu
um aſcendat:& tunc erit Ioſaphat.i.iudicans:vt alios
iudicet,& à nemine iudicetur. Ita fit Iorã.i.excelſus
quaſi in cæleſtibus habitans. Vnde efficitur Ozias.i.
robuſtus domini,quaſi robur ſuum deo attribuẽs : &
in ſuo propoſito perſeuerans. Et ſequitur.Ioatham.i.
perfectus : quia quotidie in maius perficit. Et ſic fit
Acham.i. cõprehendẽs: ex operatione enim augmen
tatur agnitio:ſecundũ. Annunciauerunt opera dei &
facta eius intellexerunt. Sequitur. Ezechias.i.fortis
dominus:quia deum fortẽ eſſe intelligit:& ideo in a-
morem eius cõuerſus fit Manaſſes.i. obliuioſus tem
poralia tradens obliuioni: & ex hoc fit Amon.i.fide
lis,qui enim temporalia cõtẽnit, neminẽ in re ſua de
fraudat. Et ſic fit Ioſias.i.ſalutem domini ſecurè ex-
pectans.Ioſias enim ſalus domini interpretatur.

Et poſt tranſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Sa tathiel. Salathiel autem genuit zorobabel. zorobabel au= tem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Elia= cim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autẽ genuit Achim.Achim autem genuit Eliud.Eliud autem genuit Eleazar.Eleazar autem genuit Mathan.Mathan au tem genuit Iacob.

Chry.ſuper Mat.Poſt tranſmigrationem inter pri-
uatas perſonas,primò ponit Iechoniam, quaſi priua-
tum & ipſum.Ambro.ſuper Lucam. De quo Hiere-
mias dicit.Scribe virum iuſtũ abdicatũ,quia non ex-
Chriſtus quõ regnauerit
urget ex ſemine eius ſedens in throno Dauid. Quo-
modo autẽ ex ſemine Iechoniæ nullus regnaturus di
citur per prophetam?ſi enim Chriſtus regnauit:ex ſe
mine autem Iechonię Chriſtus eſt:propheta mẽtitus
eſt.Sed illic futuros ex ſemine Iechoniæ nõ negatur,
& ideo de ſemine eius Chriſtus eſt: & quod regnauit
Chriſtus non cõtra prophetam eſt,non enim ſeculari
honore regnauit.Ipſe enim dixit. Regnum meũ non
eſt de hoc mundo.Iechonias autem genuit Salathiel.
Chry.ſuper Mat.De Salathiel quidem nihil legimus
vel boni vel mali, tamen putamus ſanctũ eum fuiſſe,
& in captiuitate aſſiduè deũ petiſſe pro ipſa calamita
te,quæ contigerat Iſrael,ideo petitionem dei eum ap
pellatum fuiſſe,interpretatur enim petitio dei. Sala-
thiel autẽ genuit Zorobabel, qui interpretatur flui-
tio poſtpoſita,vel ex cõmixtione. Vel hic doctor Ba-
bylonię legitur.Si verũ eſt neſcio:quia ſacerdotale &
regale genus mixtum eſt in Zorobabel.Reuerſi ſunt
filii Iſrael in terram propriam: quia cũ contenderent
tres pro ſua ſentẽtia vicit Zorobabel, & ꝓnunciata
eſt omnibus fortior veritas eſſe: propter quod Dari⁹
cõceſſit ei filios Iſrael redire in ſua, & ideo rectè ſecũ
dum prouidentiam dei nominatus eſt Zorobabel.i.
doctor Babyloniæ. Quæ enim maior doctrina quàm
oſtendere veritatem dominatricem eſſe oĩm rerum?
Glo.Sed hoc videtur eſſe contrariũ generationi,quæ
legitur in Paral.Dicitur enim ibi Iechonias genuiſſe
Salathiel,& Phadaia, & Phadaia Zorobabel, & Zo
robabel Moſollam,Ananiam,& Salomith ſororẽ eo-
rum.Sed ſcimus multa in Paralipomenõ vitio ſcripto
Paralipomenõ liber deprauatus
rũ deprauata.Vnde multæ & indeterminatę genealo-
giarum veniunt quæſtiones,quas iubet apoſtolus eui
tari.Vel põt dici.Salathiel & Phadaia eundẽ eſſe qua-
ſi binomiũ, vel Salathiel & Phadaia fratres eſſe,& fili
os eiuſdẽ nominis habuiſſe. & hiſtoriographũ ſecutũ
fuiſſe generationẽ Zorobabel filii Salathiel. De Abi
ud vſq; ad Ioſeph nulla hiſtoria inuenitur in Paralip.
ſed alii multi annales leguntur fuiſſe apud Hebræos,
qui dicebantur verba dierũ, de quibus Herodes rex
alienigena dicitur multos combuſſiſſe, vt ordo regiæ
ſtirpis confunderetur. Et forſitan Ioſeph momina pa
rẽtũ ibi legerat, vel alio quoquomodo retinuerat: vn
de euangeliſta ſeriẽ iſtius generationis poterat ſcire.
¶Notandũ tamen ꝙ prior Iechonias domini reſurre
ctio,ſequẽs domini p̃paratio dicitur.Vtrunq; aũt con
uenit domino Chriſto,qui dicit. Ego ſum reſurrectio
& vita,& vado parare vobis locũ.Salathiel.i.petitio
mea deus,illi conuenit qui dicit.Pater ſancte, ſerua il
los quos dediſti mihi.Remi. Eſt etiam Zorobabel.i.
magiſter confuſionis ſecundũ illud.Magiſterveſter cũ
publicanis & peccatoribus mãducat.Ipſe eſt Abiud.i.
pater meus iſte,ſecundũ illud. Ego & pater vnum ſu-
mus.Eſt & Eliachim.i.deus reſuſcitans,ſecundum il-
lud.Reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.Eſt & Azor.i.
adiutus.Qui me miſit mecũ eſt.Ipſe eſt & Sadoch iu-
ſtus ſiue iuſtificatus:ſecundũ illud.Traditus eſt iuſtus
pro iniuſtis.Eſt & Achiz.i,frater meus iſte,ſecundum
illud. Qui fecerit voluntatem patris mei, hic meus
frater eſt.Et etiam Eliud.i.deus meus iſte, ſecundum
illud.De⁹ meus & domin⁹ meus. Glo.Eſt & Eleazar.
i.deus meus adiutor.Eſt & Nathã.i.donãs vel donat⁹,
ſecũdũ illud. Dedit dona hoĩbus:&,ſic de⁹ dilexit mũ
dum,vt filiũ ſuum daret vnigenitum.Remi.Eſt & Ia-
cob ſupplãtatus: quia non ſolũ ipſe ſupplãtauit diabo
Tropologia hui⁹ teſſeredecadis.
lum,ſed & huius poteſtatẽ ſuis filiabus dedit, ſecun-
dum illud.Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcãdi ſupra ſer
pentes. Eſt & Ioſeph, id eſt,apponens,ſecundũ illud.
Ego veni,vt vitã habeant,& abundantiùs habeãt.Ra
ba. Sed videam⁹ qđ moraliter iſti patres ſignificent:
quia poſt Iechoniã qui dicitur p̃paratio domini, ſe-
quitur Salathiel.i.petitio mea deus, qui enim p̃para-
tus eſt,non petit niſi ſolum deũ.Sed iterum fit Zoro-
babel.i.magiſter Babylonis, ſcilicet terrenorum ho-
minũ, quos facit cognoſcere de deo,qđ pater eſt, qđ
ſonat Abiud,& tunc ille populus reſurget à vitiis, vn
de ſequitur. Eliachiz qui reſurrectio interpretatur,&
idẽ & bene operandũ ad intus, quod ſonat Azor. Fit
Sadoch.i.iuſtus, & tunc dicit fidelis per dilectionem
ꝓximi:ipſe eſt frater meus,quod ſonat Achim.Et per
dilectionẽ dei dicit deus me⁹, quod ſonat Eliud, & ſe
quitur Eleazar.i.deus meus adiutor,quia recognoſcit
deũ ſuum adiutorẽ.Ad quid aũt tẽdit, oſtẽdit Nathã,
qui dicitur donum vel donãs:expectat enim deũ dato
rem,ſicut luctatus eſt in principio & vitia ſupplanta-
uit:ſic & in fine vitæ quod ad Iacob ꝑtinet,& ſic per-
uenitur ad Ioſeph, id eſt ad augmentum virtutum.

Iacob autem genuit Ioſeph uirum Mariæ,de qua natus eſt Ie ſus,qui uocatur Chriſtus.

Glo.Poſt omnes generationes patrum ponit vltimo
Proteruia Iuliani apoſtatę.
generationẽ Ioſeph viri Mariæ,propter quam oẽs a-
liæ introducuntur,dicens, Iacob autẽ genuit Ioſeph.
Hiero. Hunc locum obiicit nobis Iulianus Auguſti-
nus,diſſonãtiæ euãgeliſterũ,cur Matthæus Ioſeph fili
um dixit Iacob, & Lucas filiũ eũ appellauerit Hely,
non intelligens conſuetudinẽ ſcripturarũ,ꝙ alter ſe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundū naturā,alter ſecundū legem ei pater ſit.Scimus enim hoc per Moyſen,deo iubente præceptū, vt ſi frater aut ꝓpinquus abſq; liberis mortuus fuerit, alius eius accipiat vxorē ad ſuſcitandū ſemē fratris,vel propinqui ſui. Super hoc Aphricanus tēporū ſcriptor & Euſebius Cęſarienſis pleni⁹ diſputauerunt.Ex eccleſiaſtica autē hiſtoria:Nathan enim & Melchi diuerſis tēporibus ex vna eadēq; vxore Ieſca noīe ſingulos filios ꝓcrearūt: quia Nathan qui per Salomonē deſcendit vxorē eam primū ceperat,& relicto filio vno, Iacob noīe,defunct⁹ eſt,poſt cuius obitū,quoniā lex viduā alii viro nō vetat nubere,Melchi qui per Nathan genus ducit,cū eſſet ex eadē tribu, ſed nō ex eodē genere,relictā Nathan accepit vxorē, ex qua ipſe ſuſcepit filiū noīe Hely, per quos ex diuerſo patrū genere efficiūtur Iacob & Hely,vterini fratres: quorū alter, id eſt Iacob fratris Hely ſine liberis defuncti,vxorem ex mandato legis accipiēs genuit Ioſeph, natura quidē generis ſuū filiū:propter quod ſcribitur. Iacob aūt genuit Ioſeph.Secundū legis verò præceptū,Hely efficitur fili⁹ Iacob,quia frater erat,& ad ſuſcitandū fratris ſemē eius vxorē acceperat,& per hoc recta inuenitur atq; integra generatio, & ea quā Matthæ⁹ enumerat, & ea quā Lucas, qui legalē ſucceſſionē,quæ velut adoptiōe quadā erga defunctos cōſtat, cōpetenti ſatis per hoc deſignauit indicio, obſeruās ne in hmōi ſucceſſionibus genuiſſe aliquē nominaret.Augu.de conſ. euan. Cōmodius enim filius eius dictus eſt à quo fuerat adoptatus,q̄ ſi diceretur ab illo genitus,cuius carne nō erat natus.Matthęus aūtē dicens. Abrahā genuit Iſaac,& in hoc ꝓſeuerās donec diceret.Iacob genuit Ioſeph : ſatis expreſſit eū patrē produxiſſe ſecundū ordinē generationū à quo Ioſeph nō adoptat⁹, ſed genitus erat : quanq̄ ſi etiā Lucas genitū diceret Ioſeph ab Hely,ne ſic nos hoc verbū perturbare deberet.neque enim abſurde quiſquā dicitur nō carne ſed charitate genuiſſe,quē ſibi filium adoptauerit.Ex eccleſiaſtica hiſtoria. Hæc autē non nobis ad ſubitū reperta, aut abſq; vllis auctoribus cōmentata ſunt:ſed ipſi ſaluatoris noſtri ſecundū carnē propinqui,ſeu ſtudio tāti ſeminis demōſtrandi, ſeu edocendi quæ ſecundū veritatē geſta ſunt,hæc tradiderunt. Aug.de conſ.euan. Merito aūt Lucas qui non ab initio euangelii ſui, ſed à baptiſmo Chriſti generatiōes enarrat, tanquā ſacerdotē in expiandis peccatis, magis aſſignans adoptionis originē ipſe ſuſcepit, quia ꝓ adoptionē efficimur filii dei,credendo in filiū dei.Per carnalē verò generationē quā Matthæus proſequitur,filius dei poti⁹ propter nos homo factus eſt. Satis autē oſtendit Lucas ſe dixiſſe.Ioſeph filiū Hely ꝙ illi fuerit adoptatus, cùm Adā filium dixerit dei, qui per gratiā quā poſtea peccando amiſit:tanquā filius in paradiſo conſtitutus ſit. Chry.in ho. Poſitis igitur progenitorib⁹ vniuerſis & finiens in Ioſeph,addit.Virū Mariæ,mōſtrans ꝙ propter illā & hunc in genealogia poſuit. Cùm autē virū audieris,tibi ſuſpicio non ſubeat nuptiarū, ſed recordare conſuetudinis ſcripturarū,ꝙ ſpōſę vxores & ſpō ſi viri vocantur.Genadi⁹ de eccleſiaſticis dogmatib⁹. Natus eſt autē dei filius ex hoīe.i.ex Maria, & per hominē.i.non ex Maria,& non per hominē.i.ex viri coitu,ſicut Ebiō dicit:vnde ſignanter ſubdit.De qua natus eſt Ieſus.Aug.de hær. Quod eſt cōtra Valentinū, qui dixit Chriſtū nihil aſſumpſiſſe de virgine, ſed per illam tanquā per riuum aut fiſtulā pertranſiſſe.Augu. contra Fauſtū. Cur autē carnē ex vtero fœminæ aſſumere voluerit, ſumma conſilii penes ipſum eſt: ſiue ꝙ vtrunque ſexū hoc modo honorandum iudicauit: aſſumendo formā viri,& naſcendo de fœmina,ſine aliqua alia cauſa,quā non temere dixerim.Aug.de quæſt.no. & vet.teſta.Quod aūt per olei vnctionē præſtabat de us his, qui in reges vngebantur:hoc præſtitit ſpūs ſanctus homini Chriſto,addita expiatione qua natus eſt Chriſtus,eſt appellatus.Et hoc eſt quod dicitur. Qui vocatur Chriſtus.Aug.de conſ. euan. Non tantū erat fas vt eū ob hoc à cōiugio Mariæ ſeparandū putaret, ꝙ nō ex eius cōcubitu,ſed virgo peperit Chriſtū, hoc enim ęxēplo magnificè inſinuatur fidelib⁹ cōiugatis, & ſeruata pari cōſenſu cōtinētia:poſſe permanere cōiugiū non ꝑmixto corporis ſexu, ſed cuſtodito mētis affectu,ꝑſertim quia naſci eis filius potuit ſine vllo cōplexu carnali.Aug.de nup.& cōcu. Oē autē nuptiarū bonū,impletū eſt in illis parētibus Chriſti, fides,proles,& ſacramentū:prolē cognoſcimus Chriſtū dominū fidē:quia nullū adulteriū ſacramentū,quia nullum diuortiū.Hier.Quærat aūt diligēs lector, & dicat:cū Ioſeph nō ſit pater domini ſaluatoris: quod ꝑtinet ad dominū generationis ordo deductus vſq; ad Ioſeph? Cui reſpōdebim⁹ primò nō eſſe cōſuetudinis ſcripturarū,vt mulierū in generationibus ordo texatur:deinde exvna tribu fuiſſe Ioſeph & Mariā:vnde ex lege eā accipere cogebatur vt ꝓpinquā,& quod ſimul cenſentur in Bethleē,vt de vna videlicet ſtirpe generati.Augu.de nup.& cōcu. Fuit & ſeries generationis vſque ad Ioſeph ꝓducenda:ne in illo cōiugio virili ſexui vtique pctōrū peccatori fieret īiuria,cūveritati nihil deperiret:quia ex ſemine Dauid erat & Maria.Aug.contra Fauſtū.Nos ergo credimus etiā Mariā fuiſſe in cognatione Dauid,quia eius ſcripturis credimus quę vtrunque dicunt & Chriſtū ex ſemine Dauid ſecundū carnē,& eius matrē Mariam:non cū viro cōcubendo, ſed virginē.Argeſte cōcilii.Cauēdus autē eſt hic Neſtorii error qui ſic dicit,cū diuina ſcriptura dictura eſt aut natiuitatem Chriſti quæ ex Maria virgine eſt,aut mortē,nuſquā videtur ponēs de⁹,ſed aut Chriſtus,aut filius, aut dominus, q̄ hic tria naturarū ſignificatiua, duarū aliquando quidē huius, aliquādo verò illius,aliquando autē & illius & iſtius. Accipe autē ad hoc teſtimoniū,Iacob genuit Ioſeph virū Mariæ, de qua natus eſt Ieſus,qui dicitur Chriſtus . De⁹ enim verbum ſecunda ex muliere non eguit natiuitate. Augu.cōtra Felicianum.Sed nō alius dei & alius hominis, ſed idē Chriſtus dei & hoīs filius fuit,& ſicut in domino homine aliud animus & aliud corpus, ſic in mediatore dei & hoīm,aliud dei filius,aliud hoīs filius fuit,vnus tamē ex vtroq; Chriſtus dominus fuit.Aliud inquam pro diſcretione ſubſtantiæ,nō alius pro vnitate perſonæ.Sed obiicit hæreticus,neſcio quō natum doceatis ex tēpore,quē coæternū patri dicitis iā fuiſſe?naſci enim eſt velut quidā motus rei non extātis,antequā naſcatur id agens benficio natiuitatis,vt ſit. Quo colligitur eū qui erat,naſci non potuiſſe, ſi naſci potuit nō fuiſſe.Ad quod Aug.Fingamus ſicut pleriq;volūt eſſe in mundo animā generalē,quæ ſic ineffabili motu ſemina cuncta viuificet:vt nō ſit concreta cū geniti,nēpe cū hæc in vterū paſſibilē materiā ad vſus ſuos formatura peruenerit, vnā facit ſecū eſſe perſonam eius rei quam non eandē conſtat habere ſubſtantiam,& fit operāte aīa & pariente materia ex duabus ſubſtātiis, vnus homo:cum aīa aliud doceatur,aliud caro, ſicque animā naſci fatemur ex vtero quā ab vtero venientem vitam dicimus cōtuliſſe cōcepto. Naſci inquā ex matre dicitur qui ex hac ſibi corpus aptauit,in quo naſci poſſet,non quia antequā naſceretur, quantū ad ſe attinet,ipſa penitus non fuiſſet.Si ergo imo multò īcomprehenſi-

Distinctio duplex filiationis

Matrimonium verū inter Mariā & Ioſeph.

Obiectio Feliciani.

prehenſibilius eſt atque ſublimi⁹, natus eſt ſuſceptione perfecti hoīs de matre filius dei, qui per omnipotētiam ſingularem omnibus genitis eſt cauſa naſcendi. *Oēs itaque generationes ab Abraham uſque ad Dauid generatiōes quatuordecim,& ad Dauid uſque ad tranſmigrationem Babylonis generationes quatuordecim,& à trāſmigratione Babylōis uſq; ad Chriſtū generatiōes quatuordecim.*

Explicatur myſteriū generationis Chriſti.

Chry.ſuper Mat.Poſitis generationibus ab Abrahā vſque ad Chriſtū,eas in tres partes diuiſit per generatiōes quatuordecim, quia ter cōpletis quatuordecim generationibus,numeratus eſt in Iudęis ſtatus hoīm, ab Abrahā enim vſq; ad Dauid fuerunt ſub iudicib⁹: à Dauid vſque ad tranſmigrationē Babylonis ſub regibus,à tranſmigratione vſque ad Chriſtū ſub pontificibus.Hoc ergo vult demōſtrare, ſicut ſemper cōpletis.14.generationibus,mutatus eſt hoīm ſtatus:ſic cōpletis.14. generationibus à tranſmigratiōe ad Chriſtū,neceſſe eſt à Chriſto mutari ſimiliter hominū ſtatum,quod & factum eſt. Poſt Chriſtum enī oēs gētes ſub vno Chriſto iudice,rege,& pōtifice acti ſunt: vnde quando iudices,reges & pontifices Chriſti dignitatē præfigurabant, ſemper principia eorū in figura fuerunt Chriſti . Primus iudicū Ieſus Naue, primus regum Dauid, primus pōtificum Ieſus filius Ioſedech: hoc ī figura Chriſti fuiſſe dubitat nemo.Chry. in ho. Vel ideo in tres partes diuiſit oēs generationes,demōſtrans ꝙ neq; regimine tranſmutato facti ſunt meliores,ſed ſub iudicibus,regibus,pōtificibus,& ſacerdotibus in eiſdē permāſerunt malis,propter quod & captiuitatem Babylonis cōmemorat,manifeſtans ꝙ neque ex hoc ſunt correcti. Deſcenſus autē in Aegyptū non meminit:quia Aegyptios nō adhuc timebant ſicut Aſſyrios vel Parthos , & quia illud erat antiquū, hoc autē recens,& quia illuc non propter peccata deducti ſunt ſicut in Babylone.Ambr.ſuper Lucā. Illud aūt nō prætermittendum putamus,ꝙ à Dauid tēpori bus vſque ad Iechoniam cùm.17.fuerint reges Iudęę, 14.generationes Matthęus poſuit.Oportet autem cognoſcere poſſe plures eſſe ſucceſſiones, pauciores generationes:poſſunt enim diutius viuere aliqui, & ſerius generare , aut certè penitus exortes exiſtere, itaq; non quæ regū,eadem generationum tēpora. Glo.Vel poteſt dici tres reges eſſe prætermiſſos,vt ſuperiùs dictum eſt. Ambro.ſuper Lucā.Rurſus ergo cū à Iechonia vſq;ad Ioſeph generationes 12.cōputentur , poſtea 14.generationes deſcriptas eſſe cōmemorauit.Sed ſi diligenter aduertas:hic quoq; 14.generationū poteris inuenire rationem.12.enim à Ioſeph numerantur. 13.eſt Chriſtus,duos aūt Ioachī.i.duos Iechonias fuiſſe hiſtoria indicat,patrem & filium,nō igitur ſuppreſſit alterū euangeliſta, ſed vtrunque ſignificat,ita addito minori Iechonia generatiōes.14.cōputātur.Chry. ſuper Mat.Vel vnus Iechonias bis numeratur in euāgelio, ſemel ante tranſmigrationem , iterum aūt poſt tranſmigrationem.Hic enim Iechonias cū eſſet vnus, duas habuit conditiones,fuit enim & rex ante trāſmigrationē,quaſi rex factus à populo dei,fact⁹ eſt & priuatus poſt tranſmigrationē:ideo ante tranſmigrationē numeratur inter reges,quaſi rex: poſt trāſmigratio nem aūt inter priuatos.Aug.in lib.de conſ. euan. Vel ideo unus in illis progenitoribus bis numeratur.i.Iechonias à quo facta eſt quædā in extraneas deflexio, quoniā in Babylonia tranſmigratus eſt.Vbi autem ordo à rectitudine flectitur,vt eat in diuerſum,tanquam angulum facit,illud autē quod in angulo eſt,bis numeratur, & hoc iam Chriſtū præfigurata circunciſiōe ad præputium migraturum & lapidē angularē futurum.

Cautio erroris.

Remi.Ideo autem.14.poſuit generationes: quia denarius ſignificat decalogū, quaternarius verò quatuor libros euangelii:vnde in hoc oſtendit cōcordiā legis & euangelii.Ideo etiā quaternariū numerum triplicauit, vt oſtenderet,quia perfectio legis prophetiæ & gratię in fide ſanctę trinitatis cōſiſtit . Glo.Vel in hoc numero ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti ſignificatur . Hic enim numerus ex ſeptem cōficitur,quod aūt geminarur,ſignificat gratiā ſpiritus ſancti corpori & animæ eſſe neceſſariā ad ſalutē.Sic ergo hæc generario diuidi tur in tres teſſeradecades.Prima eſt ab Abrahā uſque ad Dauid:ita ꝙ Dauid ibi non includitur, ſed ſecunda à Dauid vſq; ad tranſmigrationē. Ita quod Dauid ibi nō includitur: ſed trāſmigratio ſub eo continetur. Tertia eſt à tranſmigratione vſq; ad Chriſtū,in qua ſi dicamus Iechoniā bis numeratum,tranſmigratio incluſa eſt . In prima, ſignificantur hoīes ante legem,in qua quoſdam hoīes naturalis legis inuenies.ſ.Abrahā, Iſaac & Iacob,oēs vſq; ad Salomonē.In ſecunda ſignificantur hoīes ſub lege, oēs enim qui in ea inueniuntur,ſub lege fuerunt.In tertia hoīes gratiæ : quia terminatur ad Chriſtum,qui gratiæ dator fuit,in qua etiam liberatio à captiuitate Babyloniæ facta eſt:ſignificans liberationē à captiuitate per Chriſtum factā. Augu.de conſ.euan.Cum aūt quaterdenas generatiōes diſtinxiſſet articulis , nō tamen eas dixit in ſumma,vt diceret,fiunt oēs 42. vnus enim in illis progenitoribus bis numeratur,ſcilicet Iechonias.ſic ergo nō 42.quod faciunt ter 14.ſed propter vnum bis numeratū.40.& vnę generationes fiunt . Matthæus igitur qui regiam in Chriſto conſtituerat inſinuare perſonam , excepto Chriſto.40.hoīes ī generationū ſerie numerauit.Numerus enim iſte illud tempus ſignificat, quo in hoc ſeculo regi nos oportet à Chriſto ſecūdum diſciplinam laborioſam,quā ſignificat illa virga ferrea. Quod aūt numerus iſte hanc temporalē vitam æternamq; ſignificet,illa interim cauſa de proximo occurrit , quòd & tēpora annorū quadripartitis vicibus currūt,& mundus ipſe quatuor partibus terminatur: ab oriēte & occidente,aquilone & meridie,ſexaginta aūt quater habēt decē.Porro ipſa decē vb vno vſq; ad quatuor progrediente numero conſummantur.Glo. Vel denarius ad decalogū refertur,quaternarius ad pręſentē vitam, quę per quatuor tēpora trāſit,vel per decē vetus teſtamentum,per quatuor nouum. Remi. Si quis autē voluerit dicere quòd ſunt 40 & duæ generationes:quia non eſt vnus Iechonias,ſed duo.Dicēdum eſt quòd & iſte numerus congruit ſanctę eccleſiæ.naſcitur enī à ſeptenario & ſenario: nā ſexies ſeptē.40.& duo faciūt. Senarius refertur ad laborē,ſeptenari⁹ verò ad requiē. *Chriſti autem generatio ſic erat. Cū eſſet deſponſata mater eius Maria, Ioſeph , antequam conuenirent , inuenta eſt in utero habens de ſpiritu ſancto.*

Allegoricè ſeptenarii duplicati.

Maria quare deſponſata

Chry ſuper Mat.Quoniā ſuperius dixerat:Iacob autem genuit Ioſeph,cui deſpōſata Maria genuit Ieſum: ne aliquis audientiū ſic æſtimaret eſſe natiuitatē quomodo pręcedentium patrū,ipſe ordinē narrationis ſuę præcedēs dicit.Chriſti autē generatio ſic erat,ac ſi dicat . Generatio quidem eorū,quos expoſuimus, patrū ſic fuit,quemadmodū retuli.Chriſti autē generatio nō ſic,ſed ita erat. Cùm eſſet deſponſata mater . Chry.in ho. Quaſi enim aliquid nouū dicturus præmittit modū generationis dicere,ne audiēs virū Mariæ æſtimes natū eſſe lege naturæ.Remi . Poteſt autē ad ſuperiora hoc referri modo . Sic erat Chriſti generatio ſicut dixi.i.Abrahā genuit Iſaac.Hiero.Sed quare nō de ſimplici virgine,ſed deſponſata concipitur . primū vt per

Universidad de Deusto
Biblioteca

generatiõe Ioseph origo Mariæ monstraretur:secundò ne lapidaretur à Iudeis vt adultera:tertiò vt in Aegyptũ fugiens haberet solatiũ mariti. Martyr etiam Ignatius quartam addidit causam, vt partus inquiẽs eius cęlaretur à diabolo, dũ eum putat non de virgine,sed de vxore generatũ.Chry.super Mat. Ideo autẽ & despõsata & domi habita:nã quemadmodũ in ea q̃ in domo viri cõcipit,intelligitur cõceptio naturalis, ita in ea quæ extra domũ concepit,est suspecta cõiunctio.Hiero.cõtra Heluidiũ.Sciẽdum aũt quòd Heluidius quidẽ homo turbulentus accepta materia disputandi blasphemare cõtra dei matrẽ incepit, cuius prima ꝓpositio fuit.Matthæus loquitur sic, cũ esset despõsata.Ecce,inquit,habes desponsatã,non cõmendatã vt dicitis,& vtiq; nõ ob aliud desponsatã,nisi quoniã nupturã.Orige.Desponsata fuit quidẽ Ioseph, nõ tamen in concupiscentia iũcta.Mater eius inquit mater immaculata,mater incorrupta,mater intacta. Mater eius,cuius eius?mater est dei vnigeniti domini regis oĩm,saluatoris & redemptoris cunctorum. Cyril. Quid enim videbit aliquis in sancta virgine præter alias:si dei mater nõ sit,sed Christi vel domini,vt Nestorius dicit.Nihil enim absurdũ est,etiam si voluerit quis matrem vniuscuiusq; vnctorũ Christi nominare genitricẽ.Sola verò præter illas sancta virgo & Christi genitrix intelligitur ac dicitur. Genuit enim non purũ hominem secundũ vos, sed incarnatũ potius & hominẽ factũ ex deo patre verbũ.Sed forsitã illud ais. Dic mihi, putásne diuinitatis mater facta est virgo? Et ad hoc quoq; dicim⁹: quia natũ est ex ipsa dei substantia eius verbũ,& sine principio tẽporis semp existens genitori: in nouissimis aũt temporibus, quoniã caro factũ est,hoc est vnitũ carni animã habẽti rationalem.Natum etiã dicitur carnaliter per mulierẽ.Assimilatur aũt quodãmodo natiuitati,quæ est secũdum nos hoc sacramentũ.Matres etenĩ terrenorũ ministrãt naturæ coagulatã paulatim carnem ꝓficiendã in specie humana.Immittit aũt animali spiritum de⁹.Sed licet sint istæ solũmodo terrenorũ corporũ matres:attamen parientes totũ animal,& nõ partẽ peperisse dicũtur.Tale autẽ aliquid gestũ percipimus in generatione Emanuel:natũ enim est ex patris substãtia dei verbum.Quia verò carnẽ assumpsit,ꝓpriam eã faciẽs,necessariũ est cõfiteri:quia natus est secundũ carnem per mulierem. Quia igitur & deus verè est, quomodo dubitabit quispiã sanctã virginem dicere genitricẽ?Leo papa in sermone de natiuitate. Non aũt te dei conceptus turbet,partus te non confundat auditus,quando virginitas quicquid est humani pudoris excusat, aut quę hęc verecũdiæ lęsio,vbi iniit deitas cũ amica sibi semp ĩtegritate cõsortiũ? vbi est ĩterpres ãgelus,fides pronuba,dispẽsatio castitas,donatio virtus,iudex cõscientia,causa deus, conceptio integritas, virginitas partus, virgo mater. Cyril.ad Ioannẽ Antioche. Sed si de cælo & non ex ipsa sanctũ corpus Christi factum esse diceremus,vt Valentin⁹:quomodo intelligeretur dei genitrix Maria? Nomen autẽ matris ostendit cui subdit,Maria.Beda super Lucã.Interpretatur aũt Maria stella maris Hebraicè,domina Syriacè:quia & lucem salutis & dominũ mundo edidit.Cui aũt desponsata fuerit,ostendit subdens,Ioseph. Chryſ.sup Matt. Ideoq; fabro lignario Maria desponsata erat: quoniã Christus ecclesiæ sponsus oĩm salutem hoĩm operatus erat per lignũ crucis.Chry.in ho.Quod aũt sequitur.Antequã conuenirent,non dicitur antequã duceretur in domũ sponsi:etenim iam intus erat. Consuetudo enim multotiens veterib⁹ erat in domo desponsatas habere,quod & nunc quoq; fieri videtur, & generi Loth intus cũ ipso erant. Glo.Sed dicitur:Antequã conuenirent,ad carnis cõmixtionem.Chry.super Mat.Vt nõ ex cõpassione carnis & sanguinis nasceretur qui ex deo natus est, vt carnis & sanguinis solueret passionẽ.Aug.de nup.& concu.Nuptialis etiã concubitus ibi non fuit: quia in carne peccati nõ poterat sine vlla carnis cõcupiscentia,quę accidit ex peccato, sine qua cõcipi voluit,qui futur⁹ erat sine pct̃o, vt hĩc etiã doceret oẽm,quę de cõcubitu nascitur,carnẽ esse pct̃i, quandoquidem sola quæ non inde nata est, non fuit caro peccati.Augu.in ser.de nat.Nascitur etiã ab intacta fœmina Christus:quia fas non erat, vt virtus per voluptatem,castitas per luxuriã, incorruptio per corruptionẽ nasceretur, nec poterat nisi nouo ordine aduentare de cęlo,qui vetustũ mortis destruere veniebat imperiũ.Regnũ igitur tenuit virginitatis,quæ regem genuit castitatis.Ideo etiam dominus nostер virgineum sibi requisiuit hospitium habitandi,vt nobis ostẽderet deum in casto corpore portari debere, ergo qui scripsit lapideas tabulas sine stilo ferreo,ipse grauidauit Mariã spiritu sancto.Vnde dicitur. Inuẽta est in vtero habens.Hiero. Non ab alio inuenta est, nisi Ioseph,qui penè licentia maritali oĩa nouerat.Chryſ. super Mat.Nam sicut historia non incredibilis docet, quando gesta sunt quæ refert Lucas. Ioseph absens erat,nec enĩ conueniẽs est putare, præsente Ioseph introisse angelũ ad Mariã,& dixisse quę dixit,& Mariã respondisse quæcunq; respõdit.Et si credamus angelũ potuisse intrare ad eã,& loqui planè, tamen Mariam abiisse in mõtana,& mãsisse cũ Elizabeth mensib⁹ tribus,posibile nõ fuit præsente Ioseph:quia necesse erat,vt absentationis eius & mãsionis diutinę requireret causas.Postquã autem rediit peregre post tot menses,inuenit eam grauidã manifestè. Chry.in ho. Propriè aũt dicit.Inuenta est,quod de nõ excogitatis dici consuetũ est.Ne autẽ molestes Euãgelistam,interrogãdo qualiter sit natus ex virgine,breuiter expediuit se,dicẽs.De spiritu sancto,quasi spiritus sanct⁹ est,qui operatus est hoc miraculũ,neq; enĩ Gabriel,neq; Mathæus amplius dicere potuerunt.Glo.Hoc ergo quod dicitur,est ex spiritu sancto, Euangelista ex parte sua adduxit,vt cũ diceretur habere in vtero,oĩs mala remoueretur suspicio à mentibus audientium. Hier.in exp.ca.fi.Nõ autem sicut quidã sceleratissimè opinantur,spiritũ sanctum dicimus fuisse pro semine,sed potentia ac virtute creatoris dicimus operatũ. Ambr.in lib.de spiritu sancto.Quod enim ex aliquo est, aut ex substãtia est,aut ex potestate eius est: ex substantia sicut fili⁹,quia à patre:ex potestate,sicut ex deo omnia, quomodo & in vtero habuit Maria ex spiritu sancto. Aug.ad Eustachiũ.Profecto aũt iste modus quo natus est Christus de spiritu sancto, insinuat nobis gratiam dei, qua homo nullis præcedẽtibus meritis in ipso ex ordine naturæ suæ quo esse cœpit, verbo dei copulatur in tantã personæ vnitatem,vt idem ipse esset filius dei.Sed cũ illã creaturã,quã virgo cõcepit, & peperit,quãuis ad solam personam filii pertinẽtem,tota trinitas fecerit.Neq; enim separabilia sunt opera trinitatis,cur in ea facienda solus spiritus sanctus nominatus est? Hen & quãdo vnus triũ in aliquo opere nominatur,vniuersa operari trinitas intelligitur? Hier. Sed,inquit Heluidius.Neq; de non cõuenturis euangelista dixisset,priusq̃ cõuenirẽt,quia nemo de nõ prãsuro dicit antequam prãderet:quasi siquis diceret. Antequam in portu prãderẽ ad Aphricã nauigaui:nõ posset stare sentẽtia,nisi ei in portu prãdendũ sit quãdoq;, aut non

Heluidius explo ditur.

Vis verborũ Augustini.

Regula theologi ca

volebat dimittere,fatebatur acceptam. Glos. Vel cum nollet eam traducere in domum suam ad cohabitationem assiduam,voluit occultè dimittere eam:id est,tempus nuptiarum mutare.Vera enim virt⁹ est,cũ nec pietas sine iustitia,nec sine pietate seruatur iustitia,quę se paratæ abinuicem dilabuntur. Vel iustus erat per fidẽ qua credebat Christum de virgine nasciturum:vnde voluit se humiliare ante tantam gratiam.

Vera virtutis ratio.

Hæc autẽ cogitante:ecce angelus domini apparuit in sõnis Ioseph,dicẽs:Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariã cõiugem tuã.Quod enim in ea natũ est, de spiritu sancto est.

Remig. Quia sicut dictum est cogitabat Ioseph occultè Mariam dimittere: hoc autẽ si fecisset, perpauci essent qui non magis suspicarentur eam esse meretricẽ, quã virginem:iccireo repentè consilium Ioseph diuino mutatum est consilio: vnde dicitur. Hæc autem eo cogitante. Glo.In quo notatur animus sapientis, qui nihil temere vult incipere.Chryso.in ho.Notatur etiam mãsuetudo Ioseph,quia nulli enarrauit suam suspitionem,neque ei quæ suspecta erat: sed in cogitabat. Augusti.in ser.de natiui.Sed Ioseph ista cogitante non timeat Maria Dauid filia,quoniam sicut Dauid veniam contulit sermo propheticus, sic Mariam liberat angelus saluatoris.Ecce enim iterum virginis ille paranymphus Gabriel aduenit:vnde sequitur, Ecce angelus domini apparuit Ioseph.Glo.Hoc igitur verbo apparuit significatur potestas apparentis,qui quãdo vult & quomodo exibet se videndum.Raba.Quomodo autem angelus Ioseph apparuit demonstratur, cum dicitur. In somnis,id est quomodo Iacob scalam vidit per imaginationem quandam oculis cordis ostensam.Chryso.in ho.Ideo autem non apparuit manifestè Ioseph,sicut pastoribus:quia valde fidelis erat:pastores autem indigebant quasi rudes. Virgo autem indiguit, quasi primo de maximis instruẽda. Similiter etiam Zacharias indiguit ante conceptionem prolis mirabili visione.Gloss. Apparens angelus nomẽ exprimit: genus cõmemorat & timorem excludit,dicens:Ioseph fili Dauid: Ioseph eum ex nomine,quasi notũ & familiarem sibi ostendit. Chryſ.sup.Matth. Filium Dauid eum nominãs:voluit eum adducere in memoriam promissionis dei ad Dauid,vt de semine eius Christus nasceretur.Chry.in ho. Dicens autem.Noli timere,monstra eũ iam timere, ne offenderet deum quasi adulteram habens: alias neque cogitasset eam expellere. Seue.Spõsus etiam ne timeat admonetur,quia prius animus dum cõpatitur plus paueſcit:acsi dicat.Hic nõ est mortis causa,sed vitæ: quia quæ vitã parturit,non meretur occidi. Chry.sup.Mat. Dicens etiam ne timeas:cognitorẽ se cordis eius ostendere voluit:vt per hoc futurorũ bonorum quæ de Christo erat dicturus faceret fidem. Ambro.su.Iu. Non autem te moueat,quòd eam coniugẽ vocat. Nõ enim virginitatis ereptio, sed coniugii testificatio: nuptiarum celebratio declaratur. Hiero.con. Heliud.Non tamen est putandum ꝙ ex eo quòd vxor est appellata, sponsa esse desierit:cũ hanc esse consuetudinem scripturæ nouerimus:ꝙ sponsus viros & sponsas appellet vxores,sicut Deuter.testimonio approbatur.Si quis inquit inuenerit virginem desponsatam viro in campo, & vim faciens dormierit cũ ea,moriatur:quia humiliauit vxorẽ proximi sui.Chryſ.in ho. Dicit autẽ. Noli timere accipere,id est, intus retinere.iam enim mẽte dimissa erat. Raba.Vel noli timere accipere eam:nuptiali conuentu & assidua cohabitatione.Chrysosto.su.Matth.Propter tres autem causas apparuit angelus Ioseph,hoc dicens: ei.Primo ne iustus homo ignorãs,faceret rem iniustam ex proposito iusto,deinde propter honorem ipsius matris.Nam si dimissa fuisset, apud infideles turpi suspitione carere nõ poterat.Theo vt intelligens Ioseph sanctam cõceptionem, diligentius se custodieret ab illa q̃prius.Ideo tamen non ante conceptionem virginis venit ad Ioseph,vt nec cogitaret hic quæ cogitauit,ne pateretur quæ passus est Zacharias, culpam infidelitatis incurrens,de conceptione cõiugis iam longeuę, incredibilior enim erat res,virginem posse concipere quam anum.Chryso.in ho.Vel ideo turbato iam Ioseph angelus venit vt appareat Ioseph sapientia,& vt hoc ipsum fieret ei eorum quæ dicebantur demonstratio.Dum enim audit ab angelo quæ intra se cogitauerat: indubitabile signum erat quod à deo mitteretur, cuius solius est scire cordis secreta. Sermo etiam euangelistæ insuspicabilis fit,demonstrans Ioseph passum quod probabile est virũ pati. Virgo etiã omnem malã suspitionem effugit ex hoc q̃d vir qui Zelotipiã passus est,eã suscepit:& post conceptionẽ seruauit.Ideo aũt virgo Ioseph hæc q̃ angelus nunciaret nõ dixit,quia nõ æstimabat sibi credi à sponso:& maximè iã in suspitionẽ adducto. Virgini aũt ante cõceptionẽ annũciat angel⁹,ne si post conceptionẽ deferret:in angustia esset.Oportebat autẽ extra turbationẽ esse illã matrem quæ omniũ conditorem recepit.Chryso.in home.Non solũ autem angelus ab iniqua cõmixtione virginẽ excusat,sed & supra naturam concepisse demonstrat:non solum timorem auferens, sed & lætitiam addens:vnde subdit. Quod em̃ in ea natum est &c.Glo.Aliud est nasci ĩ ea:& aliud ab ea nasci:ab ea,est prodire in lucem,nasci in ea,est idem quod concipi,vel secundũ prẽsentiam angeli quam habet ex deo,cui futurum quasi præteritũ est, natum dicitur.Augu.de quæst.noui & vete.testa. Sed si de spiritu sancto natus est Christus: cur dictum est.Sapientia ędificauit sibi domum? Quomodo istagemina ratione debet intelligi. primũ em̃ domus Christi ecclesia est,quã ædificauit sibi sanguine suo:deinde potest & corp⁹ eius dici domus eius,sicut dicit templũ eius.Factum aũt spiritus sancti,factum filii dei est,ꝓpter naturæ & voluntatis vnitatẽ:siue enim pater faciat,siue filius, siue spũs sanctus:trinitas est,quę operatur: & quicquid tres fecerint,dei vnius est.Augu.in Enche.Nũquid tamen ideo dicturi sumus patrẽ hominis Christi esse spiritũ sanctũ; vt deus pater verbũ genuerit.spiritus sanctus hominẽ? quod ita absurdũ est,vt nullę fideles aures id valeant sustinere.Quomodo ergo dicimus Christũ natũ de spiritu sancto,si nõ eũ genuit spũs sanctus?an quia fecit eũ? in q̃tum em̃ homo,factus est:sicut Apost.dicit.Fact⁹ ex semine Dauid.s.carne:neq; enim quia mundũ iustũ fecit deus:dici eũ fas est dei filiũ,aut natũ ex deo:sed factũ vel creatũ vel conditũ.Hic autẽ confiteamur eũ natum de spũ sancto,& Maria virgine,qũo non sit filius spirit⁹ sancti:& sit filius Mariæ virginis.Nõ ergo concedendũ est quicquid de aliqua renascĩ, cõtinuò eiusdẽ rei filiũ nũcupãdũ:vt em̃ omittã aliter de hoĩe nasci filiũ, aliter capillũ,pediculũ,& lubricũ,quorũ nihil est fili⁹. Certe hoĩes q̃ nascunt ex aqua & spũ,nõ aquę filios rectè eos dixerit quispiã,sed dei pris & mris ecclesię.Sic ergo de spũ sancto nat⁹ est,& fili⁹ dei patris est,non spũs sancti.

Nõnulli hic dissentiũt à Chryso.

Diffonãtia scripturarũ tollitur.

Quæstionis solutio.

Pariet autem filium,& uocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

Chry.in ho.Quia hoc q̃d angelus ad Ioseph dixerat supra humanã cogitationẽ & legẽ naturæ erat,non solũ ex præteritorũ reuelatione cõfirmat q̃ dixerat, sed etiã ex futuris,dicẽs:Pariet aũt filiũ.Glo.Vt em̃ nõ videret Ioseph amplius cõiugio non esse necessarius, cũ conceptio esset facta sine eius auxilio, ostẽdit ꝙ quãuis nõ sit necessarius cõceptui,tamẽ vtilis est procurationi, quia

Trescausæ conditionis Ioseph.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioseph dicitur Christū circūcidisse.

ipsa pariet filiū:& tūc matri & filio erit necessarius,matrivt ab infamia defendat:filio, vt eū nutriat & circuncidat. Quę circūcisio notat, vbi dicit. Et vo.no.eius Iesum. In circūcisione em̄ solet dari nomen. Chryso.sup. Matt. Nō aūt dixit pariet tibi filiū: sicut ad Zachariā. Ecce Elizabethyxor tua pariet tibi filiū,ga mulier quę ex viro cōcipit marito suo filiū,parit,quia magis ex illo est quā de ipsa. Hæc aūt quæ non de viro cōceperat, non viro filiū peperit,sed sibi tantūmodo. Chry.in ho. Vel indeterminate hoc posuit vt ostēdat q̄ eū peperit orbi terrarū vniuerso. Raba. Dicit aūt. Vocabis nomē, & non impones,quia ab æterno impositū est. Chrys.in ho. Hinc autē ostendit admirabilē esse partū,quia deus est qui nomen desup per angelū mittit,nec nomē quod cunque,sed quod est infinitorū bonorū thesaurus. Ideo que interpretatur illud angelus,bonā substituēs spem, & ex hoc ad credendū quod dicebatur inducit:ad talia enim credēda facilius accedere cōsueuimus. Hiero. Iesus enim hebręo sermone saluator dicitur. Etymologiā ergo nominis significat, dicens: Ipse enim saluū faciet populū suum à peccatis eorū. Ostendit enim eundē totius mūdi saluatorē: & nostræ salutis auctorem. Saluat quidem nō incredulos,sed populum suum:hoc est,in se credentes saluat:nō tam à visibilibus hostibus, quā potius inuisibilibus:hoc est à peccatis saluat,nō armis pugnando:sed peccata relaxando. Seue. Veniāt & audiāt qui requirunt,quis est quē Maria genuit? Ipse em̄ saluū faciet populū suum,non alterius saluū faciet populum: vnde à peccatis eorū,esse deū qui peccata donat si Christianis nō credis,crede infidelibus vel Iudæis,dicentibus. Nemo potest peccata dimittere nisi solus deus.

Hoc autem totū factum est, ut adimpleretur quod dictum est à domino per prophetā dicentem. Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uocabitur nomen eius emanuel: quod est interpretatum nobiscum deus.

Remi. Mos fuit euāgelistæ ea quæ dicit de veteri testamento cōfirmare propter Iudęos,qui in Christū crediderant,vt agnoscerēt ea esse completa in gratia euangelii,quæ prædicta fuerant in veteri testamento: & subdit. Hoc aūt totum factum est. Quærendū autem est in hoc loco quare dixerit hoc totum factum esse, cum superius solam conceptionē narrauerit? Sed Sciendum, q̄ hoc ideo dixit,vt demonstraret quod ante in præsentia dei factum fuit quā fieret apud homines. Siue quia præteritarum rerū erat narrator, totum factum esse dixit:quia quando hoc scripsit, iam totū factum erat. Raba. Vel hoc totū factum esse dicit,quod virgo desponsaretur,quod casta seruaretur,quod grauida inueniretur, q̄uod per angelū reuelaretur,vt adimpleretur quod dictum est. Nō enim hoc impleretur quod virgo conciperet & pareret,nisi despōsata esset,vt lapidaretur: & nisi ab angelo secretū detegeretur: & ita eā Ioseph acciperat,dimissa per infamiam effugeret,& lapidatione periret. Si ergo ante partū periret, cassaretur ꝓphetia quæ ait. Pariet filium. Glo. Vel potest dici quod vt,non ponitur causaliter. Nō enim ideo impletum est, quia implendum erat:ponitur autē consecutiuè,sicut & in Genesi,suspendit alterū in patibulo,vt coniectoris veritas probaretur,quia vno suspēso cōiectoris veritas est ꝓbata,sic & in hoc loco intelligendū est,quod hoc facto quod prædictum est:prophetia impleta est. Chryso. in ho. Vel aliter: Quia vidit angelus abyssum diuinæ misericordiæ,naturę leges solutos,& eū,qui erat omnib⁹ superior,ad hominē qui erat omnibus inferior descendisse. Hęc & huiusmodi vno verbo ostēdit,dicens: Hoc autem totum factum est,quasi dicat,ne putes quod hæc nūc tantū deo placeant,olim præordinata sunt, decenter enim angelus nō virgini, sed Ioseph prophetiā inducit. quasi in prophetis meditanti & experto. Et primo quidem virginē coniugem appellauerat:nunc autē virginem cū propheta inducit, vt hoc etiā à propheta audiret,quasi diu præmeditatū. Vnde ad fidē eorū quæ dicebantur,inducit Esaiā vel magis deum: nō enim dicit,Vt impleretur quod dictum est ab Esaia, sed quod dictum est à domino per Esaiam. Hiero. super Esaiam. Quoniam autē præmittitur in prophetia. Dabit dominus ipse vobis signum:nouum debet esse atque mirabile. Si autem iuuencula. vel puella vt Iudæi volūt: & non virgo pariat,quale signum poterat appellari,cū hoc nomen ætatis sit,nō integritatis? Et venera virgo hebraicè bethula appellatur, quæ in præsenti loco nō scribit in ꝓphetia. Sed pro hoc verbo positū est Halma: quod præter. 7. omnes adolescentulam transtulerunt. Porrò halma apud eos ambiguum est. Dicitur enim & adolescentula & absconditа: ergo halma non solū puella vel virgo,sed virgo absconditа dicitur & secreta, quæ nunquā virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligētia custodita sit. Lingua quoq; punica,quæ de hebræorū fontibus dicitur,propriè virgo halma appellatur. In nostro quoque sermone halma dicitur sancta, omniūq; penè linguarū verbis vtūtur hebræi: & quantum cū mea pugno memoria,nunq̄ me arbitror halmā de muliere nupta legisse,sed de ea quæ est virgo,vt non virgo solūmodo sit:sed in annis adolescentiæ. Potest enim fieri vt virgo sit vetula. Ista aūt virgo erat in annis puellaribus,vel certè virgo, nō puella quæ adhuc virū nosse non posset. Hiero. super Matth. Pro eo autē quod euangelista Matth. dicit. In vtero habebit in propheta, quia futurum prædicit, significat quod futurum sit: & scripsit, Accipiat Euangelista autē quia non de futuro, sed præterito narrat historiam, mutauit accipiet: & posuit. Habebit: qui autem habet nequaquam accepturus est. Dicit aūt. Ecce virgo in vtero habebit & pariet filiū. Leo in epist. ad Flauianum. Cōceptus quippe est de spiritu sancto,intra vterum virginis matris,quæ ita illum salua virginitate ædidit, quemadmodum salua virginitate concepit. Augusti. in sermone de natiui. Qui enim dirupta corporum membra in aliis poterat reintegrare tangendo,quātò magis in sua matre quod inuenit integrum non violauit nascēdo? creuit enim in eius partu corporis integritas potius quā decreuit, & virginitas ampliata est potius quam fugata. Theoph. in ser. Ephe. concilii. Quia verò Protinus purum hominē dicit,qui natus est dei non dicēs partum: & qui ex vulua processit hominē proponit à deo diuisum. Dicat nunc quomodo natura humana per vuluam virginalē nata, virginitate vuluæ seruauit incorruptam? nullus enim hoīs mater virgo permansit. Sed quia natus est carne deus verbū: custodit virginitatem, seipsum per verbum esse ostendens, neq; enim nostrū verbum cum paritur corrumpit mentē, neque deus verbum partum eligens peremit virginitatē. Sequitur: Et vocabunt nomē eius emanuel. Chrys. in ho. Consuetudo quidem est scripturæ res quæ contingunt pro nominibus ponere. Nihil ergo est aliud quod dicitur. Vocabūt nomen eius emanuel: quam videbunt deum cum hominibus: vnde non dicit vocabis: sed vocabunt. Rabanus. Primo quidem angeli psallantes, secundo apostoli prædicantes, adhuc & sancti martyres: deinde cuncti credentes. Hierony. super Esaiam. Septuaginta autē reliqui transtulerunt: similiter. Vocabis,pro quo hic scriptum est. Vocabunt, quod in hebræo non habetur verbum enim charatim, quod omnes interpretati sunt vocabis. potest intelligi & vocabit, quod ipsa scilicet virgo quæ concipiet &

Quomodo pulchra explicatur.

Notatur prauitas hebræorum.

In maria est dedicata virginitas.

peret & pareret, nisi desponsata esset, ne lapidaretur, & nisi ab angelo secretum detegeretur, & ita eam Ioseph acciperet, dimissa per infamiā effugeret, & lapidatiōe periret. Si ergo ante partū periret, cessaretur prophetia quæ ait: Pariet filiū. Glo. Vel potest dici quod, vt nō ponitur causaliter. Nō enim ideo impletum est, quia implendū erat: ponitur autē consecutiuè, sicut & in Genesi, suspēdit alterum in patibulo, vt coniectoris veritas ꝓbaretur: quia vno suspenso cōiectoris veritas est probata, sic & in hoc loco intelligendum est, quòd hoc facto quod prędictū est, prophetia impleta est. Chryso. in home. Vel aliter: Quia vidit angelus abyssum diuinæ misericordiæ, naturæ leges solutas, & eū, qui erat omnib⁹ superior, ad hoīem qui erat omnibus inferior descēdisse. Hæc & huiusmodi vno verbo ostendit, dicens: Hoc autē totum factū est, quasi dicat, ne putes quòd hæc nunc tantū deo placeāt, olim præordinata sunt, decenter enim angelus nō virgini, sed Ioseph prophetiā inducit, quasi in prophetis meditāti & experto. Et primò quidē virginē coniugem appellauerat: nunc autē virginem cū propheta inducit, vt hoc etiā à propheta audiret, quasi diu p̄meditatū. Vnde ad fidē eorū quæ dicebantur, inducit Esaiā vel magis deum: non enim dicit: Vt impleretur quod dictum est ab Esaia, sed quod dictum est à domino per Esaiam. Hiero. sup Esaiam. Quoniam autē præmittitur in prophetia: Dabit domin⁹ ipse vobis signum, nouū debet esse atque mirabile. Si autē iuuencula, vel puella vt Iudæi volūt, & non virgo pariat, quale signū poterat appellari, cū hoc nomen ætatis sit, non integritatis? Et reuera virgo hebraicè Bethula appellatur, quæ in præsenti loco nō scribitur in ꝓphetia. Sed pro hoc verbo positum est Halma, quod pręter septē omnes adolescētulam trāstulerūt. Porrò Halma apud eos ambiguū est. Dicitur em̄ & adolescentula & absconditа, ergo Halma nō solum puella vel virgo, sed virgo absconditа dicitur & secreta, quæ nunquā virorū patuerit aspectibus, sed magna parentū diligētia custodita sit. Lingua quoq; Punica, quę de Hebręorū fontibus dicitur, propriè virgo Halma appellatur. In nostro quoq; sermone Halma dicitur sancta, omniumq; penè linguarū verbis vtuntur Hebræi, & quantū cum mea pugno memoria, nunq̄ me arbitror Halmā de muliere nupta legisse, sed de ea quæ est virgo, vt nō virgo solūmodo sit, sed in annis adolescentiæ. Potest em̄ fieri vt virgo sit vetula. Ista autē virgo erat in annis puellarib⁹, vel certè virgo, non puella quæ adhuc virū nosse non posset. Hiero. super Mat. Pro eo autē quod euangelista Matthęus dicit: In vtero habebit in propheta, quia futurū prædicit, significat quod futurū sit, & scripsit, Accipiat: euangelista autē, quia non de futuro, sed præterito narrat historiā, mutauit accipiet, & posuit habebit: q̄ autē habet, nequaq̄ accepturus est. Dicit autem: Ecce virgo in vtero habebit & pariet filiū. Leo in epist. ad Flauianū: Conceptus quippe est de spiritu sancto, intra vterū virginis matris, quę ita illum salua virginitate edidit, quēadmodum salua virginitate concepit. Augu. in ser. de natiui. Qui enim dirupta corporū membra in aliis poterat reintegrare tangendo, quantò magis in sua matre quod inuenit integrum non violauit nascendo? creuit enim in eius partu corporis integritas potiⁿ quàm decreuit, & virginitas ampliata est potius q̄ fugata. Theop. in ser. Ephesini cōcilii. Quia verò Photinus purum hominē dicit, qui natus est, dei nō dicēs partū, & qui ex vulua processit, hominē proponit à deo diuisum. Dicat nunc quomodo natura humana per vuluam virginalē nata, virginitatē vuluæ seruauit incorruptā? nulliⁿ enim hominis mater virgo permānsit. Sed quia natus est carne deus verbum, custodit virginitatē, seipsum per verbum esse ostēdens, neq; enim nostrum verbū cùm paritur corrumpit mentē, neque deus verbū partum eligēs peremit virginitatem. Sequitur: Et vocabūt nomen eius Emanuel. Chry. in ho. Cōsuetudo quidē est scripturæ res quę contingūt, pro nominibus ponere. Nihil ergo est aliud quod dicitur: Vocabunt nomen eius Emanuel: q̄ videbunt deum cū hominibus, vnde non dicit vocabis, sed vocabunt. Raba. Primò quidē angeli psallentes, secūdò apostoli prędicantes, adhuc & sancti martyres, deinde cuncti credentes. Hiero. super Esaiā. Septuaginta autē reliqui transtulerunt, similiter: Vocabis, pro quo hic scriptum est: Vocabunt, quod in Hebręo non habetur verbum enim charatim, quod omnes interpretati sunt vocabis: potest intelligi & vocabit, quod ipsa scilicet virgo quæ concipiet & pariet Christū, Emanuel appellatum sit nomine, qđ interpretatur nobiscū deus. Remi. Quęrendū autē est, quis est interp̄tatus hoc nomen, ꝓpheta aut euāgelista, aut aliquis trāslator? Sed sciendū q̄ propheta nō est interp̄tatus: sancto aūt euāgelistę quid necesse fuerat interp̄tari, cū scriberet Hebræo sermone? fortassis quia hoc nomen obscurū erat apud Hebræos, idcirco dignū erat interp̄tatione. Sed magis credendū est q̄ aliquis trāslator sit interp̄tat⁹, ne haberet hoc nomen obscurū apud Latinos: hoc deniq; noīe duę substantię, diuinitatis. s. & humanitatis, in vna p̄sona dn̄i nostri Iesu Christi designant, ga qui ante oīa secula ineffabiliter genitus est à deo p̄re, idē ipse in fine tēporū factus est Emanuel. i. nobiscū deⁿ ex virgine matre. Quod aūt dicit nobiscū deus, pōt intelligi hoc mō, nobiscū factus est. i. passibilis, mortalis, & p oīa nostri similis absq; pctō, siue quia substantia nostræ fragilitatis quā assumpsit, substantiæ suæ diuinitatis ī vnitate p̄sonę cōiunxit. Hier. sup Esai. Sed sciēdū q̄ Hebręi hoc de Ezechia filio Achaz ꝓphetari arbitrant, q̄ ipso regnāte capta sit Samaria, qđ oīno ꝓbari non pōt. Siquidē Achaz filiⁿ Ioathā regnauit super Iudęā & Hierusalē annis. 16. cui succesſit in regnū filius eius Ezechias annos natus. 23. & regnauit sup Iudęā & Hierusalē annis. 29. Quō ergo quā vidit primo anno Achaz ꝓphetiā de Ezechię cōceptu dr̄ & natiui tate, cū eo tpe cū regnare cœperat Achaz, iā nouem esset Ezechias annorū? nisi fortè 6. Ezechię regni annū quo capta est Samaria, infantiā eiⁿ appellari dicāt non ætatis, sed īperii, qđ coactū esse, ac violentū etiā stultis patet. Quidā de nostris, Esaiam ꝓphetā duos filios habuisse cōtendit, Ioseph & Emanuel: Emanuel de prophetissa vxore sua esse gnātū in typū domini saluatoris. hoc aūt fabulosum est. Petrus Alfonsus. Non enim scit q̄ aliquis hō illiⁿ tēporis Emanuel sit vocatⁿ. Sed obiicit Hebræus, quō stare poterit q̄ hoc ꝓpter Christū dictū sit & Mariā, cū ab Achaz vsq; ad Mariā multa cētena ānorū trāsierīt? Sed licet ad Achaz loq̄retur ꝓpheta, nō solū tn̄ ad eum vel de suo tpe dicta est prophetia. Propter hoc em̄ dictū. Audite domⁿ Dauid, nō audi tu Achaz. Itē. Dabit dn̄s ipse vobis signum, addit ipse. Ac si diceret, non alius. Ex quo potest intelligi, ipsum dn̄m signum esse futurū. Quod etiā pluraliter ait vobis & nō tibi, iuenit nō ꝓpter Achaz vel ad ipsum solū hoc dictū fuisse. Hier. sup Esa. Est ergo sic intelligendum qđ dr̄ ad Achaz: iste puer qui nascetur ex virgine ò domⁿ Dauid, nūc appellet Emanuel. i. nobiscū deus, quia à rebⁿ ipsis probabiliter à duobⁿ regibus inimicis liberata patebit deum te habere p̄sentē. Postea aūt vocabitur Iesus. i. saluator, eo q̄ vniuersum

Notatur prauitas Hebræorum.

In Maria est dedicata virginitas.

genus hoim sit saluaturus. Non mireris ergo ò domus Dauid ad rei nouitatē, si virgo deū pariat q̄ tātā habeat potestatē, vt multo post tpe nascitur⁹ te nunc liberet inuocat⁹. Aug. cōtra Fau. Quis aūt demētissim⁹ diceret cū Manichæo ver⁹ esse fidei de Christo sine teste nō credere, cū apostolus dicat: Quō credent ei quē nō audierūt? aut quō audient sine p̄dicāte? Vt aūt non contēnerētur, neq; fabulosa ducerent q̄ apostoli nūcia bāt, demōstrat hęc à ꝓphetis fuisse p̄dicta: quia & si attestabātur miracula, nō defuissent qui magicę potētię cuncta illa tribuerent, nisi talis eorū cogitatio cōtestatione ꝓphetica vīceretur. Magicis em̄ artib⁹ lōgè anteq̄ nascēretur prophetas sibi cōstituere à quib⁹ prænunciaretur, nemo vtiq; diceret. Si etiā dixerimus hoī gentili, crede Christo, quia deus est, & respōderit, vnde credo? plataq̄; auctoritate ꝓphetarū ostēderimus fidē prophetarū ex his q̄ vētura cecinerunt eueniſſe certū. Credo em̄ ꝙ eū nō lateret, quātas à regibus huius seculi p̄secutiōes priùs ꝓtulerit christiana religio, videat nūc ipsos reges terræ Christi imperio subiugatos, oēsq; gentes eidē seruientes, q̄ oīa p prophetas fuerūt p̄dicta. Hoc ergo audiēs de scriptura ꝓphetica, & cernēs in vniuersa terra cōpleta, moueretur ad fidem. Glo. Horū ergo errorē euangelista excludit, dicēs: Vt adimp. qđ di. est p prophe. à do. Prophetia aūt alia est ex p̄destinatione dei, quā necessariū est euenire oībus modis, vt sine nostro impleatur arbitrio, vt illa de qua modo agimus. vnde dicit: Ecce ad demōstrandū certitudinē ꝓphetiæ. Alia est ex præsentia dei cui nostrum admiscetur arbitriū, & cooperante gratia consequimur præmium, vel ab ea iustè relicti tormētum. Alia verò ex præscientia, sed est quędā cōminatio more humano facta: sicut illud, Adhuc 60. dies & Niniue subuertetur, intelligendo nisi Niniuitæ corrigantur.

Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præceperat ei angelus domini, & accepit Mariam coniugē suam. Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum, & uocauit nomen eius Iesum.

Remi. Eo aditu rediit vita, quo ingressa est mors. Per inobedientiā em̄ Adę oēs perditi sumus, p obedientiā Ioseph oēs ad pristinū statū incipimus reuocari. Nam his verbis magna nobis virtus obediētiæ cōmendat, quibus dicitur: Exurgēs aūt, &c. Glo. Nō tantū quod p̄cepit angelus fecit, sed etiā sicut p̄cepit. Quisquis etiā à deo monet soluat moras, surgat à somno, faciat qđ iubetur. Et accepit, &c. Chry. Non in domo accepit eam, nec ei adhuc dimiserat eā de domo, sed de aīo suo deposuerat eā, & iterū in animū suum eā recepit. Remi. Vel accepit celebratis nuptiis vt cōiunx vocaretur, non tn̄ vt cōcūberet, quia sequitur: Et nō cognoeā. Hiero. cōtra Heluidiū. Sed Heluidius supfluo labore desudat cognoscendi verbū ad coitū magis q̄ ad scientiā esse referēdū, quasi hoc quisquā negauerit, & eas ineptias quas redarguit aliq̄n prudens quispiā potuerit suspicari. Deinde vult dicere ꝙ donec siue vsq; aduerbium certū tempus significet, quo cōpleto fiat aliquid qđ vsq; ad illud tēpus non fiebat, vt hic: Non cognoeā, do. pe. fi. Apparet, inquit, cognitā esse post partū, cui⁹ cognitionē filii tantū gn̄atio differebat. Et ad hoc approbandū cōgerit de scripturis exēpla quāplurima. Ad quod respōdemus. Et non cognoscebat, & vsque vel donec in scripturis dupliciter intelligēda. Et de eo quidē qđ scriptū est, & non cognoscebat, ad coitum esse referendū, ipse disseruit nullo dubitante, quī ad scientiā sæpè referat: vt ibi, Remansit puer Iesus in Hierusalē, & non cognouerūt parētes eius. Sic etiam donec ī scriptura sæpè certū tēpus, sicut ipse disseruit, significat, sæpè infinitū, vt est illud: Donec consenescatis ego sum. nunquid postq̄ illi senuerint, de⁹ desistet? Et saluator in euan. Ecce ego vobiscū sum vsq; ad cōsūmationē seculi, ergo post cōsummationē seculi à discipulis abcedet? Et apo. Oportet illū regnare donec ponat inimicos sub pedib⁹ eius, nūquid postq̄ illi sub pedib⁹ erūt, regnare desistet? Intelligat ergo ea de quibus posset ambigi si nō fuissent scripta significari. Cętera verò nostræ intelligētiæ dereliqui, iuxta qđ euangelista illud īducat, de quo scādalū poterat moueri, nō eā cognitā esse à viro vsq; ad partū, vt multomagis intelligerem⁹ cognitā nō fuisse post partū. Hier. sup Ma. Vt si qs dicat: Donec ille vixit nō est hoc locut⁹, nūqd p hoc significauit, qa post mortē ille locut⁹ est, qđ fieri non potest? sicut & Ioseph ante partū credibile fuit vt nō cognosceret eā, quia nondū cognoscebat mysterii dignitatē. Postq̄ verò cognouit quia est facta vnigeniti dei tēplum, quō poterat hoc vsurpare? Sed sequentes Eunomiū putant, quia illi ausi sunt hoc dicere, ꝙ & Ioseph hoc facere ausus fuit, sicut īsanus neminē reputat esse sanū. Hier. cōtra Hel. Ad summā illud requiro cur se abstinuerit Ioseph vsq; ad partus diē? respondebit vtiq;, quia angelū audierat dicentē: Quod in ea natū est, &c. Qui ergo sōnio tātū credidit vt vxorē nō auderet tāgere: hic postq̄ pastores audierat, magos viderat, miracula tāta cognouerat, tēplū dei, spūs sācti sedē, dn̄i matrē audebat attingere? Chry. sup Mat. Potest etiā dici quòd verbū cognoscēdi hic accipit ꝓ agnitione: verè enim nō cognouit eam ante cuius fuerat dignitatis, & postq̄ peperit tūc cognouit eā, quia speciosior & dignior facta fuerat q̄ totus mūdus: qa quē totus mūdus capere non poterat, in angusto cubiculo vteri sui sola susċepit. Hil. ī ho. Vel aliter: Propter sanctissimæ Mariæ glorificationē à Ioseph cognosci non potuit donec peperit: dn̄m enī glorię habens in vtero quō cognoscerē? si Moysi cū deo colloquentis glorificata est facies, vt nō possent intēdere in eū filii Israel, quātomagis Maria agnosci vel ītueri nō poterat, q̄ dominū potentiæ in vtero habebat? Post partū aūt à Ioseph agnita inuenit̄ specie faciei, non tactu libidinis. Hier. sup Mat. Ex hoc aūt qđ dicit: Filiū suū primogenitū, quidā peruersissimè suspicant & alios filios habuisse Mariā, dicētes primogenitū non dici nisi ꝙ habebat fratres, cū hic mos scripturarū sit, vt primogenitū non eū vocent, quē fratres sequunt, sed eū qui prim⁹ natus sit. Hier. contra Hel. Alioquin si non est primogenitus nisi quē sequūtur & fratres, tādiu sacerdotibus primogenita non debentur, quādiu & alia fuerint procreata. Glosa. Vel primogenitus dicitur inter oēs electos per gratiā, propriè autē vnigenitus dei patris vel Mariæ dicit̄. Sequitur: Et vocauit nomē eius Iesū. Die. 8. quo fiebat circūcisio & nomē īmponebat̄. Remi. Liquet aūt hoc nomē fuisse notissimū sāctis patribus & dei ꝓphetis, maxīe illi qui dicebat: Defecit in salutari tuo aīa mea, & exultauit cor meum ī salutari tuo. Et illi qui dicebat: Exultabo in deo Iesu meo.

CAPVT SECVNDVM.

Cvm natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente uenerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & uenimus adorare eum.

Aug. in ser. de epi. Post miraculū virginei part⁹ quo vter⁹ diuino numine plen⁹, saluo pudoris signo deū hominēq̄; ꝓfudit īter obscuras cubiculi latebras & p̄sepis āgustias, in qbus īfinita maiestas mēbris cōtractionibus stabulabat, dū pēdet ad vbera, & viliū patit̄ de⁹

inuolumēta pānorū, repēte nouū de cęlo sydus terris effulsit, & totius mūdi dissipata caligine, nocte cōuertit in diē, ne dies cęlaretur ī nocte, vn̄ euāgelista dicit: Cū ergo nat⁹ esset, &c. Remi. In principio aūt hui⁹ euāgelicę lectiōis tria ponit. Persōnā, cū dicit: Cū nā. est. Ie. Locū, cū ait: In Bethlehē Iudæ. Tēp⁹, cū dicit: In dieb⁹ Hero. re. Et hæc tria ad cōfirmationē narrādæ rei ponunt̄. Hier. sup Mat. Putauim⁹ autē ab euāgelista primū editū sicut ī hebraico legim⁹ Iudæ, nō Iudęę. Quę est em̄ aliarū gētium Bethlehē, vt ad distinctionē eius hic Iudęę poneret? Iudæ aūt idcirco scribit̄, quia & aliam Bethlehē in Iudæa legim⁹ in lib. Iesu filii Naue. Glo. Duæ em̄ Bethlehē sunt, alia q̄ est in terra Zabulō, altera q̄ in terra Iuda, quæ prius vocata est Effrata. Aug. de con. euā. De ciuitate aūt Bethlehē Matthæus Lucasq̄; cōsentiūt. Sed quō & qua causa ad eā venerit Ioseph & Maria Lucas exponit, Matthæ⁹ ptermittit. Ecōtra de magis ab Oriēte veniētibus Lucas tacet, Matthæ⁹ dicit. Chry. sup Mat. Sed videamus quid ad vtilitatē respiciat ꝙ euāgelista tps designat quo Christus nascit̄, dicēs: In die. He. re. qđ dicit vt ꝓphetiā Danielis ꝑletā demonstraret, q̄ post. 70. septimanas annorū Christū nasciturū esse p̄dicit, Nā ex illo tpe vsq; ad regnū Herodis. 70. septimanarū anni sunt cōsūmati, vel ideo quia quādiu Iudaica gēs sub iudaicis regib⁹, q̄uis p̄tōrib⁹ tenebat, ꝓphetę mittebātur ad remediū ei⁹, nunc aūt qn̄ lex dei sub potestate regis iniqui tenebatur, & iustitia dei sub dn̄atione Romana p̄mebatur, nasciť Christus, qa magis desp̄abilis infirmitas medicū artificiosiorē quęrebat. Vel ideo regis alienigenæ mētionē fecit, vt ꝑleret ꝓphetia, q̄ dixit. Nō auferetur sceptrū de Iuda, nec dux de femore ei⁹, donec veniat q̄ mittēdus est. Ambr. sup Lu. Ferť aūt ꝙ Idumei latrones Ascalonā ingressi, Antipatrū ītер alios adduxerūt captiuū. Is igitur ībutus mysteriis Iudęorū, Hircano Iudęę regi amicitia copulat̄, quē ꝓ se ad Pōpeiū Hircan⁹ duxerat, & qa legationis fructū potitus est, p eā gratiā partē regni effectauit. Occiso aūt Antipatro fili⁹ eius Herodes sub Anto. senatusco. Iudæis regnare p̄cept⁹ est, in quo claret Herodē nulla affinitate generis Iudæorū, regnū quęsisse. Chry. in ho. Dixit aūt Herodis regis dignitatē addēs: qa & alius filius fuit Herodes qui Ioān̄e interfecit. Chry. sup Mat. Dum ergo hoc ipse natus esset, ecce magi veniūt, hoc est confestī vt natus est, magnū deū ostēdētes in paruulo hoīe. Raba. Magi verò sunt q̄ de singulis reb⁹ philosophātur, sed sermo cōis magos ꝓ maleficiis accipit, q̄ aliter tn̄ habētur apud gētē suā, eo ꝙ sunt philosophi Chaldęorū, & ad huius artis sciētiā reges quoq; & principes eiusdē gētis oīa sapiūt, & ipsi primū ortū dn̄i intellexerūt. Aug. in ser. de epi. Isti autē magi quid fuerunt nisi primitiæ gentiū? Israelitæ pastores, magi gētiles, illi ꝓpè, isti lōgè, vtriq; tn̄ ad angularē lapidē cucurrerūt. Manifestatus est ergo Iesus nō doctis nec iustis. p̄ualet nanq; impitia in rusticitate pastorū, & īpietas ī sacrilegiis magorū, vtrosq; sibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui venerit stulta eligere vt cōfunderet sapiētes, & nō vocare iustos, sed p̄tōres, vt null⁹ magn⁹ supbiret, nullus infirmus desparet. Glo. Hi aūt magi reges fuerūt, qui & si tria munera obtulisse dicūt, non ideo nō plures q̄ tres fuisse ꝓbātur, sed vt p eos gētes, q̄ ex trib⁹ filiis Noe natæ sunt, vēturæ ad fidē p̄figuretur, vel tot fuerūt p̄ncipes, q̄ plures duxerūt ī comitatu suo. Venerunt aūt nō post annū: quia tūc inueniretur in Aegypto, nō in p̄sepio, sed in 13. die. Ad ostendēdū aūt vn̄ venirēt, dicitur: Ab Oriēte. Remi. Sciēdū est aūt qa varia est de magis opinio: quidā em̄ dicunt eos fuisse Chaldæos: Chaldæi em̄ stellā pro deo colebant, & idcirco dixerūt ꝙ nūcupatiuis eorū deus ostē derit deū verū natū. Alii verò dicūt Persas eos fuisse. Nōnulli dicūt illos de vltimis finibus terrę fuisse. Alii verò dicunt illos fuisse nepotes Balaā, qđ magis est credendū. Balaā em̄ inter cætera q̄ prophetauit, dixit: Orietur stella ex Iacob. Illi verò habentes hanc prophetiā mox vt viderunt stellam nouā, intellexerūt regē natū & venerūt. Hier. Et sic hanc stellā futurā vaticinio Balaā nouerant, cuius erant successores. Sed quę rendū est, si Chaldæi vel Persæ aut de vltimis finibus terrę fuerunt, quō in tā breui spacio Hierosolymā venire potuerunt? Remi. Sed sciendū est ꝙ aliqui solent dissentire, ꝙ puer qui tunc natus in tā breui spacio tēporis, de vltimis finibus terræ ad se perducere potuit. Glo. Vel non mirādum est eos in. 13. diebus venisse in Bethlehē, cū equos arabicos & dromedarios haberēt, qui. s. sunt veloces ad iter. Chry. sup Mat. Vel p biēniū ante Christi natiuitatē ꝓfecti sunt, & stella eos p̄cedebat, & neq; esca nec potus defecit in peris eorū. Remi. Vel si fuerūt successores Balaā, reges istorū non longè distant à terra ꝓmissionis, idcirco in tā breui spacio tēporis Hierusalē venire potuerūt. Sed tūc q̄rendū est, quare euāgelista dicat eos ab Oriente venisse? Quod ideo est, qa ab illa regione venerūt, q̄ in oriētali parte Iudæis posita est. Pulchrè aūt ipsi ab Oriēte venisse dicūtur: qa oēs qui ad dn̄m veniūt, ab ipso & p ipsum veniūt. Ipse em̄ est Oriēs, secundū illud. Ecce vir, Oriens nomē eius. Chry. sup Mat. Vel ab Oriente venerunt, vn̄ dies nascitur, īde initiū fidei p̄cessit: qa fides lumē est aīarū. Ab Oriēte ergo venerunt, sed Hierosolymā. Remi. Quanuis dn̄s ibi natus nō esset, quia licet agno scerēt natiuitatis tēp⁹, locū tn̄ nō cognouerūt. Hierusalē em̄ ciuitas regia est, & crediderūt ꝙ talis puer nō nisi in vrbe regia nasci debuisset. Siue ideo venerūt vt adīpleretur qđ scriptū est. De Siō exibit lex & verbū dn̄i de Hierusalē, quia ibi primo annunciat⁹ est Christus. Siue vt studio magorū dānaretur pigritia Iudæorū. Venerūt ergo Hierosolymā, dicētes: Vbi est q̄ nat⁹ est rex Iudæorū? Aug. in ser. de epi. Cū aūt multi nati atq; defūcti essēt reges Iudæorū, nūquid quēquā eorū adorādū magi q̄sierūt? quia nec quēq̄ eorū de cælo loquentē didicerūt. Nō itaq; regi Iudæorū quales esse illic solebāt, hūc tā magnū honorē lōginquè alienigenę ab eodē regno prors⁹ ab extraneis à se deberi arbitrabantur. Sed talē natū esse didicerant, in quo adorando salutē quæ secundū deum esse cōsecuturos minimè dubitarent, neq; em̄ ætas erat saltē, cui adulatio humana seruiret, nō de mēbris purpura, nō in capite diadema fulgebat, non pōpa famulantiū, nō terror exercit⁹, nō gloriosa fama p̄liorū, hos ad eū viros ex remotis terris cū tanto voto supplicationis attraxerūt. Iacebat in p̄sepio puer ortu recens, exiguus corpore, contēptibilis pauptate. Sed magnū aliquid latebat in paruo, qđ illi hoīes primitiæ gentiū, non terra portāte, sed cælo narrāte didicerāt, vn̄ sequitur: Vidi. em̄ stel. eius in Oriē. Annunciant & interrogāt, credūt & quærūt, tanq̄ sīgnificātes eos qui ambulant p fidē, & desiderāt spem. Chry. in ho. Sciendū aūt quòd Priscilianistæ hæretici qui nasci vnúquēque hominē constitutionibus stellarū putāt, hoc in adiutoriū sui erroris assumūt, ꝙ noua stella exiit, cū dn̄s in carne apparuit, cuius fuisse fatū eandē quæ apparuit stellam putāt. Aug. de con. euā. Et secundū Faustū hic stela īducitur, q̄ cōfirmat genesim vt rectè genesidiū hoc magis nuncupari possit, quàm euangeliū. Greg. in ho. Sed absit à fideliū cordibus, vt esse quid fatū dicāt. Aug. de. ciui. dei. Nā hoīes quādo

Oriēs qs dicatur.

Opinio varia de magis.

Priscilianistarū error notatur.

fatũ audiũt, vsitata loquẽdi cõsuetudine non intelligũt,nisi vim passionis syderũ,qualis est qũ quis nascit siue cõcipit,qđ aliqui alienant à dei volũtate.Et hi ab auribus oĩm repellendi sunt,qui qualicunq; deorũ volunt esse cultores.Aliqui verò stellas hãc putant habere potestatẽ traditã sibi à summa dei potestate,qui magnã cælo faciunt iniuriã,in cuius velut splendidissima cutia opinant scelera facienda decerni,qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset gñe humano decernẽte fuerat auertẽda. Chry. super Mat.Si ergo aliquis adulter & homicida fiat per stellã, magna est iniquitas illarũ stellarũ,magis aũt illius qui creauit stellas: nam cũ sit ꝓscius futurorũ deus ex quo tãta iniquitas futura erat per stellas: si voluit ei dare,non est bonus: si voluit ei dare & nõ potuit,impotẽs ẽst. Si etiã stellæ est qđ aut mali sum⁹aut boni, ergo nec bonũ nostrũ laudãdũ est, nec vituperãdũ malũ:quia nec in nobis est voluntari⁹ actus,vt quid enim mali mei pœnã suscipiãt,qđ nõ voluntate,sed necessitate cõmisi? Chry.super Matt. Ipsa deniq; mandata dei ne peccent hoĩes, aut hortamenta vt faciant bonũ,hanc insipientiã destruũt.Quis em̃ iubet aliqué ne faciat malũ,qđ nõ potest declinare, aut faciat bonũ,ad quod nõ põt puenire? Greg.Insipiẽtes verò sunt orationes oĩbus secundũ factum existẽtib⁹: exultat aũt ex prouidentia dei cũ pietate cũ his & homo organũ solum ĩuenitur supni circularis motus. ad hoc enim moueri ad operationes aiũt,non solũ partes corporis & animæ excogitatiões,& vniuersaliter qui hoc dicunt q̃ in nobis sunt, & cõtingentis naturã destruunt ea,& nihil aliud est hoc,q̃ oĩa euertere,vbi etiã de reliquo erit liberũ arbitrium: liberũ enim oportet esse qđ est in nobis. Aug.in.10.de ciui.dei. Nõ vsquequaq; aũt absurdè dici põt ad solas corporũ differentias affatus quosdã valere sydereos, sicut solaribus accessibus & decessib⁹ videm⁹ anni tẽpora variari, & lunarib⁹ incremẽtis atq; decremẽtis augeri & minui q̃dã gña rerũ,sicut conchas & mirabiles ęstus oceani, non aũt animi volũtates positionibus syderũ subdi,ꝙ nõ dicant stellæ significare ista potius q̃ facere, quod est quòd nunquàm dicere potuerũt cur in vita geminorum in actionibus,in euẽtibus, ꝓfessionibus, actibus,honoribus, cæterisq; rebus ad humanã vitam ptinentibus, atq; in ipsa morte plerunq; sit tãta diuersitas vt similiores sint multi extranei quã ipsi ĩter se gemini,per exiguũ tẽporis interuallũ in nascendo separati:in cõspectu aũt per cõcubitũ vno etiã momento seminati. Quid ergo conant efficere de interuallo exigui tẽporis qđ inter se gemini dum nascerẽtur habuerunt, si tñ valet quãta inuenitur in geminorũ voluntatibus, actib⁹,morib⁹,casibusq; diuersitas. Quidã verò nõ astrorũ constitutionẽ, sed oĩm cõnexionem seriẽq; causarum,quẽ dei summi tribuunt voluntati & ꝓsenti fati noĩe appellãt. Si quis ergo res humanas fato tribuit, quia ipsam dei voluntatẽ vel potestatẽ fati noĩe appellat,sententiã teneat,linguã corrigat,q̃m fati nomen solet à loquentibus poni in syderũ cõstitutione, vnde voluntatẽ dei,fati vocabulo nõ nuncupamus, ni si fortè vt fatũ à fando.i.à loquẽdo dictũ intelligamus. Scriptũ est:Semel locutus est deus,duo hęc audiui.Vnde non est multũ cum eis de verbi cõtrouersia laborã dũ atq; certandũ.Aug.contra Fau. Si aũt sub fato stellarũ nullius hoĩs genesim ponimus liberũ arbitriũ voluntatis,ab oĩ necessitatis vinculo vindicemus,quãto minus illius tẽporalẽ generationẽ sub astrorũ cõditione credim⁹ factã, q est vniuersorum ętern⁹ creator & dñs? Itaq; illa stella quã viderũt magi,Christo secũdũ carnẽ nato nõ ad decretũ dñabat,sed ad testimoniũ fabulabat. Proĩde nõ ex illis erat stellis q̃ ab initio creaturę itinerũ suorũ ordinẽ sub creatoris lege custodiũt, sed nouo virginis partu nouũ syd⁹ apparuit, qđ ministeriũ officii sui esset ipsis magis q̃rẽtib⁹ Christũ,cũ añ faciẽ pręret, exhibuit,donec eos vsq; ad ipsum locũ vbi dñs verbũ infans erat ꝑeundo ꝓduceret. Quidã aũt astrologi ita cõstituerũt nascẽtiũ hoĩm fata sub stellis, vt aliquã stellarũ hoĩe aliquo nato circuit⁹ sui ordinẽ reliquisse,& ad eũ qui nat⁹ est prexisse assueręt,sortẽ quippe nascẽtis astrorũ ordini colligari arbitrãt, non astrorũ ordinẽ ad hoĩs nati diẽ posse mutari, quapropter si stella illa ex his erat quę ĩ cęlo pagunt ordines suos,quõ poterat discernere ꝙ Christ⁹ actur⁹ erat,quę nato Christo iussa est relíquere qđ agebat? Si autẽ vt ꝓbabili⁹ credit ad demõstrandũ Christũ quæ nõ erat exorta est,nõ ideo Christ⁹ nat⁹ est: ꝙa illa extitit,sed illa extitit,quia Christus est,vñ si dici oporteret, non stellã Christo,sed Christũ stellæ fatũ fuisse diceremus: ipse quippe illi,nõ illa huic nascẽdi attulit causã. Chr. in ho. Nõ ẽ hoc etiã astronomiæ op⁹ à stellis scire eos qui nascunt,sed ab hora natiuitatis futura ꝑdicere,hi autẽ tẽpus natiuitatis nõ recognouerunt, vt hĩc sumẽtes initiũ à stellarũ motu futura cognoscerẽt,sed ecõuerso.Dicũt ergo:Vidim⁹ stellã ei⁹.Glo.i.ꝓpriã,quia hãc creauit ad ostẽsionẽ sui.Aug.ĩ ser.de epi.Pastorib⁹ angeli,magis stella Christũ demonstrat,vtrisq; loquit lingua cęlorũ,quia lingua cessauerat ꝓphetarũ.Cęlos angeli habitãt,& sydera exornãt,vtrisq; ergo cæli narrant gloriã dei.Greg.Et rõnabiliter Iudęis tanq̃ rõne vtentibus rationale aĩal.i.angelus ꝑdicare debuit,gẽtiles verò quia rõne vti nescíebant,ad cognoscendum dñm,nõ per vocẽ,sed ꝑ signa ꝓducuntur,quia & illis ꝓphetiæ tanq̃ fidelibus,& istis signa tanquã infidelibus data sunt.Eisdẽ autẽ gentibus Christum cũ perfectæ esset ætatis apostoli ꝑdicant,eumq; paruulũ & nec dum per humani oris officium loquentẽ stella gentibus denunciat,quia nimirũ rõnis ordo poscebat,vt loquentẽ iã dñm loquẽtes nobis ꝑdicatores,& necdũ loquentẽ elemẽta muta ꝑdicarẽt.Aug.in ser. de epi.Ipse etiã Christus expectatio gentiũ, de quib⁹ quõdã beatissimo patri Abrahæ innumerabilis fuit ꝓmissa successiõ,nõ carnis semine,sed fidei fœcunditate generãda,& ideo stellarum multitudini cõparata,vt ab oĩ gẽtium parte,nõ terrena,sed cælestis ꝓgenies sperarẽt. Ad credendum ergo ꝓmissæ posteritatis Herodes in syderibus designari,ortu noui syderis excitantur, vt in quo cælum est adhibitum in testimoniũ, cæli famulareꝫ obsequium.Chry.in ho.Quoniã aũt nõ cælestiũ vna stellarum hæc fuit,manifestũ est,nulla em̃ alia stellarum hac via ꝓcedit:hæc em̃ ab oriente in meridiẽ ferebat,ita em̃ Palestina ad Persidẽ iacet. Secundo autẽ à tẽpore quo videbatur, nõ em̃ in nocte apparuit tantum,sed in media die,qđ nõ est virtutis stellæ,sed nec etiã lunæ. Tertio ab eo qđ apparebat & occultabatur rursus:cũ em̃ intrauerunt Hierosolymã,occultauit seipsam:deinde vbi Herodẽ reliquerunt, seipsã mõstrauit, neq; etiã ꝓprium quẽdã gressum habebat, sed cũ oportebat ire magos,ibat:q̃n autẽ stare oportebat,stabat,sicut & de colũna nubis erat in deserto.Neq; etiã sursum manẽs partũ virginis ostẽdebat, sed deorsum descẽdens hoc faciebat,qđ nõ est stellę mot⁹,sed virtutis cuiusdã rõnalis, vñ videt hæc stella virtus inuisibilis fuisse in talẽ apparentiã formata.Remi.Nõnulli dicũt hãc stellã fuisse spiritũ sanctũ,vt ipse qui postea super baptizatũ dñm descẽdit, in spẽ stellæ apparuit magis.Alii dicũt fuisse angelũ, vt ipse qui apparuit pastorib⁹,apparuit etiã magis.Glo.sequitur etiã.In oriẽte,

Astrologorũ vanitas elíditur.

Fati ratio explicatur.

Stellę natalitię ab aliis distinctio.

Vtrũ stella ĩ oriẽte orta sit, an ipsi ibi positi natã & occidentẽ viderint,ambiguũ est:potuit enĩ nasci in oriẽte & eos in Hierusalẽ perducere.Aug.in ser.de epi. Si dicturus es:A quibus audierũt qđ talẽ.s. Christũ natũ significaret? ꝓfecto ab angelis aliqua monitione reuelationis. Quæris fortassis,ab angelis bonis,an malis? Christũ quidẽ & angeli mali,hoc est,dæmones filium dei esse cõfessi sunt. Sed cur nõ & à bonis non audierint,q̃ in Christo adorãdo salus eorũ iã q̃rebat, non iniquitas dãnabat? Potuerũt ergo illis & angeli dicere:Stella quã vidistis,Christus est.Ite adorate illũ vbi natus est,& simul,iudicate qualis quantusq; natus sit. Leo pa.in ser.de epi.Vel ꝑter illã stellæ speciẽ,q̃ corporeũ incitauit obtuitũ,fulgentior veritatis radius eorũ corda ꝑdocuit, & quidẽ ad illuminationẽ fidei ptinebat.Aug.in lib.de quæst.no.& vet.te.Vel Iudæorũ natum regẽ intellexerũt,cũ stella iudice tpalis rex soleat designari.Hi enĩ magi Chaldęi nõ maleuolẽtia astrorum cursum,sed rerũ curiositate speculabantur. Sicut enĩ dat intelligi,traditionẽ Balaã sequebãt,qui dixit: Oriet stella,ex Iacob, vnde vidẽtes stellam extra ordinẽ mundi,hanc intellexerunt,quã Balaã futurã indicẽ regis Iudęorũ ꝓphetauerat.Leo pa.ĩ ser.de epi.Potuerunt aũt illis credita & intellecta sufficere,vt corporali intuitu nõ ĩquirerẽt,qđ plenissimo visu mẽtis inspexerãt,sed diligentia sagacis officii advidendũ vsq; puerum perseuerans,nostri temporis hoĩbus seruiebat,vt sicut oĩbus nobis profuit,ꝙ post resurrectionẽ domini vestigia vulnerũ eius, Thomæ ãpostoli explorauit manus, ita ad nostram vtilitatẽ ꝓficeret,quòd infantiã ipsius magorũ ꝓbauit aspectus,vnde dicunt: Venimus ado.eũ.Chry.super Mat.Sed nunquid nescíebãt, quia in Hierusalẽ regnabat Herodes?nũquid nõ intelligebãt?quia quicunq; rege viuẽte alterũ regẽ pronũciat,aut adorat,punit in sanguine? Sed dũ cõsiderabãt regẽ futurũ,non timebant ꝑsentẽ, adhuc nõ viderant Christũ,& iã parati erant mori pro eo.O beati magi, qui ante cõspectũ crudelissimi regis, priusquam Christum cognoscerent,Christi facti sunt confessores.

Audiens aũt Herodes rex,turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et cõgregans oĩs principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei.In Bethlehẽ Iudæ:sic enim scriptũ est per prophetã. Et tu Bethlehẽ terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

Aug.in ser.de epi.Sicut magi desiderant redẽptorem, ita Herodes timet successorem,vnde sequit: Audiens aũt Hero.rex tur.est.Glo.Rex dicit vt ex collatiõe eius qui q̃rit,hic intelligat extrane⁹.Chry.sup Mat.Et ideo turbatur audiens regẽ natũ Iudęis ex genere Iudæorũ,cùm esset ipse gñe Idumeus:ne regno reuoluto iterũ ad Iudæos,ipse à Iudæis expelleret, & semen ei⁹ post ipsum ꝑcideret à regno, semp enĩ grãdis potestas maiori timori subiecta est.Sicut enĩ rami arborum in excelso positarũ,etiã si leuis aura flauerit,mouẽtur:sic & sublimes hoĩes etiã leuis nuncii fama cõturbat, humiles aũt sicut in cõualle plerũq; in trãquillitate cõsistunt. Augu.in ser.de epi. Quid aũt erit tribunal iudicantis,quando superbos reges timere faciebat nati uitas infantis? Pertimeant regẽ ad patris dextrã iam sedentẽ,quẽ rex impius timuit adhuc matris vbera lãbentẽ.Leo papa in ser.de epi.Superfluo tamen Herodes timore turbaris,non capit Christũ regio tua, nec mundi dominus potestatis tuę cœpit esse cõtentus angustiis.Quem in Iudæa regnare nõ vis, vbiq; regnat. Glo.Vel non solũ propter se timuit, sed propter iram Romanorũ,decreuerãt enim Romani,ne quis rex vel deus sine eorũ cõsilio diceret. Grego. in ho. Cæli autem rege nato,rex terrę turbatus est, quia nimirũ terrena altitudo cõfunditur, cũ celsitudo cælestis aperitur.Leo pa.in ser.de epi.Herodes etiã diaboli personã gerit,cuius tunc fuit intẽtor, ita nunc quoq; est indefessus imitator.Cruciatur enim vocatione gentiũ, & quotidiana potestatis suę destructione torquet.Chry. super Mat.Vterque ergo zelo proprio turbatur,& sui regni successorem timebat.Herodes terrenũ, diabolus aũt cælestem. Ecce aũt & Iudaicus populus turbatur,qui magis de auditu isto gaudere debuerat:qa rex Iudæus surgere dicebatur.Sed turbãtur: quia de aduẽtu iusti nõ poterant gaudere iniqui. Aut certè turbabantur, ne fortè iratus Iudaico regi genus eius vexaret,vnde sequitur:Et oĩs Hiero. cum illo. Volens illi fauere quẽ timebat,popul⁹ enim plus iusto eis fauet, quõs crudeles sustinet.Sequitur: Et congre.oĩs prin. &c.Vbi nota diligentiã inquirentis,vt si inuenerit,faciat quod postea se velle ostendit:sin autem,accusatus sit Romanis.Remi.Scribæ aũt dicti sunt, nõ tamẽ ab officio scribẽdi, sed potius ab interpretatione scriptũrarum,erãt enim legis doctores.Sequitur:Sciscitabatur ab eis,vbi Chri.nasce.Hic attendendum est: quia non dixit, vbi Christus natus est, sed vbi nasceretur. Callidè enim interrogauit eos, vt posset agnoscere si de rege nato lętarẽtur.Christum autẽ vocat: quia nouerat inungi regẽ Iudęorũ.Chry. super Mat. Vt quid aũt interrogat Herodes, qui non credebat scripturis? aut si credebat,quõ sperabat posse interficere illũ,quẽ regẽ futurũ esse dicebant? Sed diabol⁹ instigabat,qui credebat quòd scripturæ nõ mentiuntur, sic sunt oĩs peccatores,qui hoc ipsum qđ credunt, perfectè credere nõ permittuntur,quod enim credunt, veritatis est virtus,quæ non potest esse occulta: quod autẽ non credunt,excęcatio est inimici.Si enim perfectè crederẽt, sic viuerẽt, quasi post modicũ transituri de hoc mũdo, non quasi in ęternũ mansuri.Sequitur:At illi dixerũt: In Bethlehẽ Iudæ.Leo pa.in ser.de epi.Magi quidẽ humano sensu significatũ sibi regis ortũ,existimauerũt ĩ ciuitate regia esse q̃rẽdũ,sed qui serui susceperat formã,& nõ iudicare venerat,sed iudicari,Bethlehẽ pelegit natiuitati,Hierosolymã passioni.Theo.in ser.cõcilii Ephesini.Si em̃ maximã Romã elegisset ciuitatẽ, potẽtia ciuiũ,mutationẽ orbis terrarũ facta putarẽt, si filị⁹ fuisset ĩperatoris, potestati vtilitatẽ ascriberẽt. Sed quid fecit, oĩa egena & vilia elegit, vt diuinitas cognoscereturorbẽ transformasse terrarũ, propterea pauperculã elegit matrẽ,pauperiorẽ patriã, egenus fit pecuniis,& hoc tibi exponit ꝑsepe. Gre.ĩ ho. Bene etiã in Bethlehẽ nascitur. Bethlehẽ quippe domus panis interꝑtat.Ipse nãque est qui ait: Ego sum panis viuus,qui de cælo descẽdi. Chry.sup Mat.Cùm aũt debuisset cęlare mysteriũ regis præfiniti à deo,maximè in cõspectu alienigenę regis,facti sunt non ꝑdicatores operũ dei,sed ꝓditores mysteriorũ eius,& nõ solũ manifestãt mysteriũ,sed etiã ꝓpheticũ ꝓtulerunt exemplũ.Vnde subiungũt: Sic enĩ scriptũ est ꝑ prophetã.s. Micheã.Et tu Bethlehẽ terra Iuda.Glo.hoc sic ponit: vt ab eis dictũ est,qui & si non verba, veritatẽ sensus quodãmodo ponunt. Hiero. Vnde hic reꝓhenduntur Iudæi de ignorantia,q̃m propheta dicit.Tu Bethlehẽ Effrata,illi dixerunt: Tu Bethlehẽ terra Iuda. Chrys. sup Mat.Sed adhuc ipsam prophetiã ꝑcidẽtes interficiẽdorũ paruulorũ facti sunt causa,sic enĩ scriptũ erat: Ex te exiet rex qui pascet populũ meũ Israel, & dies

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius à diebus ſeculi. Si ergo integrã ꝓphetiam protuliſſent, cõſiderans Herodes, quia nõ erat rex terrenus, cuius dies à diebus ſeculi erãt, in tantũ furorẽ nõ exarſiſſet. Hiero. ſup Mat. Eſt aũt ſenſus ꝓphetię talis. Tu Bethlehẽ terra Iuda vel Effrata, qđ ideo dicitur, quia eſt alia Bethlehẽ in Galgalis ſita, q̃uis ſit paruus vic⁹ inter milia ciuitatũ Iuda, tamẽ ex te naſcetur Chriſt⁹, qui erit dominator Iſrael, qui ſecũdũ carnẽ de Dauid eſt: de me tamen natus eſt ante ſecula, & ideo dicitur. Egreſſus ei⁹ ab initio à dieb⁹ æternitatis, quia in principio verbũ erat apud deum. Sed hoc vltimũ vt dictũ eſt, Iudæi tacuerũt, alia verò mutauerunt, vel propter ignorãtiã, vt dictũ eſt, vel ad maiorẽ manifeſtationẽ, vt Herodi alienigenæ intellectũ ꝓphetiæ aperirẽt, vnde ꝓ eo qđ ꝓpheta dixit Effrata: qđ erat nomẽ antiquũ & fortẽ Herodi ignotũ, dixerũt terra Iuda. Pro eo aũt qđ propheta dixerat. Minima es in milibus Iuda, volens oſtendere paruitatẽ eius, quantũ ad populi multitudinẽ, dixerũt: Nequaq̃ minima es in principibus Iuda, volẽtes oſtẽdere magnitudinẽ dignitatis ꝓuenientẽ ex dignitate principis: naſcitur, quaſi dicerent: Magna es inter ciuitates, ex quibus principes prodierũt. Remi. Vel talis eſt ſenſus, q̃uis minima videaris ĩter vrbes prĩcipatũ habẽtes, tamẽ nõ es minima: quia ex te exiet dux, qui regat populum meũ Iſrael: dux aũt iſte Chriſt⁹ eſt, qui populum fidelẽ regit & gubernat. Chry. in ho. Intẽde aũt certitudinẽ ꝓphetiæ: nõ enim dixit ꝙ in Bethlehẽ erit, ſed ꝙ de Bethlehẽ exiet: oſtẽdens ꝙ ibi ſolũ naſceretur. Quõ aũt habet rationẽ de Zorobabel hæc dicta eſſe, vt quidã dicũt? non enĩ exit⁹ eius fuit à principio ex dieb⁹ ſeculi. Neq; etiam ex Bethlehẽ exiuit, cũ nõ in Iudæa, ſed in Babylonia natus ſit. Eſt etiã ad hoc qđ dicit. Nequaq̃ minima es: qa ex te exiet: nullus enĩ ali⁹ illuſtrẽ fecit villã, in qua naſceretur Chriſt⁹. Poſt natiuitatẽ enĩ à finib⁹ orbis terrarũ veniũt viſuri ꝑſepe, & tugurii locũ. Nõ aũt dixit: Ex te exiet filius dei, ſed dux, qui paſcet populũ meum Iſrael, oportebat enĩ in principio cõdeſcẽdere, vt non ſcãdalizarẽtur: & q̃ ad ſalutẽ hoĩm ptinebant ꝑdicare, vt magis inducerẽtur. Quod aũt dicit: Qui regat populũ meũ Iſrael. Iſrael enĩ hic dicit eos qui crediderũt ex Iudęis: ſi aũt nõ oẽs Chriſtus rexit, eorũ eſt accuſatio. De gẽtib⁹ aũt interĩ tacuit, ne ſcãdalizaret Iudęos Vide aũt mirabilẽ diſpenſationẽ, Iudæi enĩ & magi ſimul ſeinuicẽ docẽt. Iudæi à magis audiunt, ꝙ Chriſtũ in oriẽtis regione ſtella ꝑdicabat, & magi à Iudæis, ꝙ prophetę antiquit⁹ eũ nunciauerũt, vt geminato teſtimonio confirmati ardentiori fide expeterẽt: quem & ſtellę claritas, & prophetiæ manifeſtabat auctoritas. Aug. ĩ ſer. de epi. Poterat enĩ ſtella q̃ magos ꝓduxit ad locũ, vbi erat cũ matre virgine deus infans: ad ipſa eos ꝓducere ciuitatẽ. Sed tñ ſubtraxit ſe, nec eis prorſ⁹ apparuit, donec de ciuitate ĩ qua Chriſt⁹ naſceret, & ipſi Iudęi dicerẽt: In Bethlehẽ Iudę ſimiles facti fabris arcę Noe, q aliis vbi euaderent ꝓſtiterunt, & ipſi diluuio perierũt, ſimiles lapidib⁹ à miliariis viã oſtẽderũt, nec ipſi ãbulare potuerũt. Audierũt & abierũt inquiſitores, dixerũt & remãſerũt doctores. Nũc quoq; Iudęi ſimile aliquid vobis exhibere nõ definũt: nõnulli enĩ paganorũ quãdo eis de ſcripturis teſtimonia clara ꝓferim⁹, vt nouerint Chriſtũ ãte ꝓphetatũ: ſuſpecti, ne fortè à chriſtianis iſta cõficta ſint, malũt credere codicib⁹ Iudæorum, & ſicut tunc magi fecerunt, Iudæos dimittunt inaniter lectitare, ipſi pergunt fideliter adorare.

Tunc Herodes clã uocatis magis, diligẽter didicit ab eis tẽpus ſtellæ quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehẽ, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero. Et cũ inueneritis, renunciate mihi, ut & ego ueniens adorem eum. Qui cùm audiſſent regem, abierunt.

Chry. ſuper Mat. Poſtq̃ audiuit Herodes reſpõſum duplici modo credibile: primũ quia à ſacerdotib⁹ fuerat dictũ: deinde quia exẽplo ꝓphetico fuerat cõprobatũ, nõ tamẽ ad deuotionẽ flectitur naſcituri regis, ſed malitiã interfectionis ei⁹ per dolũ. vidit enĩ quia nõ poterat magos nec blandimentis flectere, nec minis terrere, nec auro corrũpere, vt cõſentirẽt in ĩterfectionẽ regis futuri, ideo illos decipere cogitauit, vnde dicitur. Tũc He. clã vo. magis. Occultè aũt vocauit eos, vt nõ viderẽt Iudæi, quos habebat ſuſpectos, ne fortè quaſi regẽ ſuę gentis amãtes, ꝓderent cõſiliũ ei⁹. Dili. didi. ab eis tem. ſtel. Remi. Idcirco diligẽter: quia callid⁹ erat, & timebat ne nõ reuerterentur ad eũ, vt tunc ſciret quid ageret de puero occidendo. Aug. ĩ ſer. de epi. Fermè aũt biennio ante viſa eſt ſtella, mirantib⁹ quid eſſet. Sed tunc ĩtelligitur ĩdicatũ eis cui⁹ eſſet ſtella, q̃ iã diu videbaẽ quãdo nat⁹ eſt, qui p illã ſignificabatur. Sed poſtq̃ Chriſto nato reuelatũ eſt magis, venerunt ab oriente, &. 13. die adorauerunt eũ, quę ante paucos dies natũ fuiſſe didicerunt. Vel ante multũ tẽpus hæc ſtella apparuit, quoniã multũ tẽpus in itinere erãt magi cõſumpturi, vt cõfeſtĩ cũ nat⁹ eſſet, Chriſto aſſiſterẽt, eũ in faſciis adorãtes, vt mirabilior appareret. Gl. Secundũ alios verò à die natiuitatis Chriſti creditur ſtella tantum apparuiſſe, & ꝓacto officio cũ noua eſſet, deſiit eſſe. Ait enĩ Fulgen. Puer nat⁹ nouã ſtellã fabricauit. Cogni. aũt lo. & tem. perſonã pueri vult nõ ignorare, vnde dicit: Ite & inter. dili. de pue. illud ꝓceperat qđ abſq; ꝓcepto erãt facturi. Chry. in ho. Nõ aũt dicit interrogate de rege, ſed de puero, neq; principat⁹ noſſe eũ vocari ſuſtinebat. Chry. ſuper Mat. Ergo vt ad hoc eos induceret, deuotionẽ ꝓmittebat, & per eã gladiũ acuebat, & malitiã cordis ſui humilitatis colore depẽgebat. Talis eſt cõſuetudo oĩm malignorũ, quãdo aliquem ĩ occulto grauí⁹ lędere volunt, humilitatem illi & amicitias fingunt, vnde dicit: Et cũinue. renun. &c. Gre. in ho. Adorare eũ ſe velle ſimulat, vt quaſi hunc ſi ĩuenire poſſit, extĩguat. Sequitur: Qui cũ audi. reg. abie. Remi. Audierunt magi Herodem vt q̃rerent domĩ num, ſed nõ vt ad eum reuerterentur. Significabãt enĩ bonos auditores, qui bona quę audiunt à malis prædicatorib⁹ faciunt, ſed tamen opera illorũ nõ imitãtur.

Et ecce ſtella, quam uiderãt in Oriẽte, antecedebat eos, uſque dum ueniens ſtaret ſupra ubi erat puer.

Chry. ſuper Mat. Ex hoc loco oſtenditur, quia cũ ſtella deduxiſſet magos ꝓpe Hieruſalem, abſcõdita eſt ab eis, vt relicti à ſtella cogerentur in Hieruſalẽ interrogare de Chriſto, ſimul & manifeſtare, ꝓpter duo. primò ad cõfuſionem Iudæorũ, quia gentiles ſtellæ tantũmodo viſiõe cõfirmati Chriſtũ per alienas ꝓuincias requirebãt, & Iudæi ab infantia ꝓphetias legentes de Chriſto, & in ſuis finibus natũ nõ ſuſceperunt: demũ vt ĩterrogati ſacerdotes, vnde naſcitur Chriſt⁹, ad ꝑiudiciũ ſuũ reſpõderent, de Bethlehẽ, qa qui Herodẽ docuerant de Chriſto, ipſi ignorabãt de illo, & ideo poſt ĩterrogationẽ & reſpõſionẽ habitã, ſubditur. Et ecce ſtel. quã vi. ĩ Ori. antece. eos, vt cõſiderãtes obſequium ſtellæ, regis ĩtelligerent dignitatẽ. Augu. in ſer. de epi. Et vt Chriſto plenũ redderet obſequiũ, tẽperauit gradũ, donec magos ꝓduceret ad puerũ. Obſequiũ ꝑbuit, nõ imperiũ adduxit, ſupplices oſtẽdit, hoſpitiũ radiauit ãpliſſimo luĩe, & tecta nati perfudit, ſicq; deceſſit, vnde ſequitur: Vſq; dũ veni. ſta. ſu. vbi erat puer. Aug. ſuper Mat. Quid autem mirum ſi ſole iuſtitię orituro, ſtella miniſtrabat diuina? Stetit enim ſupra caput pueri,

pueri, quaſi dicẽs: Hic eſt, vt quia loquendo monſtrare non poterat, ſtãdo demonſtraret. Glo. Hic aũt apparet ꝙ ſtella in aere poſita erat, & domui, in qua puer erat, multũ vicina: aliter enim domũ non diſcreuiſſet. Ambro. ſup Lucã. Hæc aũt ſtella via eſt, & via Chriſt⁹ eſt, quia ſecundũ incarnationis myſterium Chriſt⁹ eſt ſtella: ipſe enĩ eſt ſtella ſplẽdida & matutina, vnde vbi Herodes eſt, non videtur: vbi aũt Chriſtus, rurſum videtur, & viam oſtendit. Remi. Vel ſtella ſignificat gratiã dei, Herodes diabolũ: qui aũt per peccatũ ſe diabolo ſubdit, mox gratiã perdit: quod ſi per pœnitentiam receſſerit, mox gratiã inuenit quæ non dimittit, donec perducat ad domũ pueri, id eſt, eccleſiam. Glo. Vel ſtella eſt illuminatio fidei, quæ ad proximum ducit, quam dum diuertunt ad Iudæos, magi amittunt: quia dũ à malis conſilium quærũt, veram illuminationẽ perdũt.

Videntes aũtẽ ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno ualdè. Et intrantes domũ, inuenerunt puerum cũ Maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

Glo. Poſtq̃ ꝓmiſit ſtellæ obſequiũ, ſubiungit euangeliſta magorũ gaudiũ, dicens: Viden. aũt ſtel. gauiſi ſunt gau. ma. valde. Remi. Et ſciendũ ꝙ non ſatis fuit dicere euangeliſtæ. Gauiſi ſunt, ſed addidit gaudio magno & valde. Chry. ſup Mat. Gauiſi ergo ſunt, quia ſpes eorum nõ erat decepta, ſed amplius cõfirmata, quod tãti itineris nõ ſine cauſa ſuſceperunt laborẽ. Glo. Gaudio gaudet, qui propter deũ gaudet, qui eſt verũ gaudium. Addidit aũt & magno: qa de magno gaudebãt. Chry. Per myſteriũ enim ſtellæ, intelligebãt quoniã dignitas tũc nati regis excedebat menſurã oĩm mũdaliũ regũ, addidit etiã valde. Remi. Quia voluit oſtendere ꝙ magis gaudent hoĩes de rebus perditis, q̃ ſemper poſſeſſis. Subditur aũt. Et intran. do. inue. puerũ. Leo pa. ĩ ſer. de epi. Quantitate paruũ, alienæ opis indigũ, fandi oĩpotentem, & nulla ab humanæ infantię generalitate diſcretũ, quia ſicut fidelia erant teſtimonia, quæ in eo maieſtatẽ inuiſibilis diuinitatis oſtẽderẽt, ita probatiſſimũ debeat eſſe, ſempiternã illam eſſẽtiã filii dei verã ſuſcepiſſe hoĩs naturã. Cũ Maria mat. ei⁹. Chryſ. ſuper Mat. Nõ diademate coronata, aut in lecto aureo recũbente, ſed vix tunicã habentẽ vnã non ad ornamẽtum corporis, ſed ad tegumentũ nuditatis, qualẽ habere potuit carpentarii vxor peregrè conſtituta. Si ergo regẽ terrenũ quærentes veniſſent, magis fuiſſent cõfuſi quã gauiſi: quia tanti itineris laborẽ ſine cauſa ſuſcepiſſent. Nunc aũt quia cæleſtẽ regem quærebant, & ſi nihil regale videbãt in eo, tamẽ ſolius ſtellæ teſtimonio cõtenti, gaudebãt oculi eorum contẽptibilẽ puerũ aſpicere: quia ſpũs in corde eorũ terribilem eum monſtrabat, vnde ꝓcidentes adorauerunt eum: videt enim hominẽ, & agnoſcũt deum. Raba. Diuino autẽ nutu factum eſt ꝙ abierat Ioſeph, ne aliqua malæ ſuſpicionis occaſio daretur gentibus. Glo. Qui licet morẽ ſuæ gẽtis in donis offerẽdis ſequãtur, arabes enĩ auro, thure & diuerſis generibus aromatũ abundãt, tamẽ aliquid myſterii muneribus demonſtrare volebãt, vnde ſequitur. Aper. theſau. ſuis, obtu. ei mu. au. thus & myrrhã. Grego. Aurũ quippe regi congruit, thus verò in dei ſacrificiũ ponebatur, myrrha autẽ mortuorũ corpora cõdiũtur. Aug. in ſer. de epi. Aurum igitur ſoluitur quaſi regi magno, thus ĩmolatur vt deo, myrrha præbetur, quaſi pro ſalute oĩm morituro. Chry. Hæc autẽ & ſic tunc nõ intelligebãt, ſed quale myſteriũ iſta gerebãt, vel quid ſignificaret vnumquodq; munꝰ eorum, nihil cõtrarium eſt. Gratia enĩ quæ illos hæc oĩa facere hortabatur, ipſa ordinauerat vniuerſa. Remi. Et ſciẽdum quòd iſti nõ ſinguli ſingula obtulerũt, ſed ſingula tria & ſinguli cũ ſuis munerib⁹ regẽ deum & hoĩem prędicauerunt. Chry. in ho. Verecundatur ergo Martion & Paulus Samoſatenus, qui volunt videre quæ magi viderunt, qui eccleſiæ ſunt ꝓgenitores, deum in carne adorantes: quoniã enim in carne erat, facie mõſtrãt & ſæpè: quoniã autẽ non vt purum hoĩem adorãt, ſed vt deum, demõſtrant dona q̃ deo offerre decẽs erat. Confundantur & Iudęi videtes ſe prẽuẽtos à magis, & neque poſt illos venire ſtudent. Greg. Poteſt & in his aliud intelligi. Auro nanque ſapientia deſignatur, Salomone teſte, qui ait: Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapiẽtis. Thure, qđ deo incẽditur, virtus orationis exprimitur, ſecundũ illud. Dirigatur oratio mea ſicut incẽſum in cõſpectu tuo. Per myrrhã verò carnis mortificatio figuratur. Nato ergo regi aurũ offerim⁹, ſi in cõſpectu eius ſapiẽtiæ lumine ſplẽdem⁹. Thus offerimus, ſi p orationũ ſtudia deo redolere valeamus. Myrrhã offerimus, ſi carnis vitia per abſtinentiã mortificamus. Glo. Tres autẽ viri qui offerunt, ſignificant gẽtes trib⁹ partibus mũdi veniẽtes. Theſauros aperiunt, cũ fidẽ cordis p cõfeſſionẽ oſtẽdunt. Bene autẽ in domo docẽtes: ne theſaurũ bonæ cõſcientiæ iactando ꝓpalem⁹. Offerunt tria munera, hoc eſt fidẽ ſanctę trinitatis: vel apertis theſauris ſcripturarũ, hiſtoricũ, moralem, & allegoricum ſenſum offerunt, vel logicã, phyſicam, & ethicam, dum illa fidei ſeruire faciunt.

Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

Aug. in ſer. de epi. Herodes impi⁹ factus, ex timore crudelis voluit deſęquire. Sed quõ poterat capere eum, qui ipſas fraudes venerat amputare? Vt ergo ei⁹ fraus elideretur. Sequitur: Et reſpon. acce. Hier. Qui enim munera obtulerunt domino, cõſequẽter reſpõſum accipiunt. Reſpõſum enĩ p angelũ fieri dicitur, vt meritorũ Ioſeph priuilegium demõſtraretur. Glo. Fit autẽ hæc reſpõſio per ipſum dominũ: quia nullus ali⁹ viã reuerſionis inſtituit, niſi ille qui dicit: Ego ſum via: non tamẽ loquitur puer ad eos, ne diuinitas ante tẽp⁹ reueletur, & vt vera humanitas habeatur. Dicit aũt: Et reſpõ. ac. Sicut enĩ Moyſes tacitus clamat, ſic iſti pio affectu interrogabãt quid diuina iuberet volũtas. Dicit autẽ: Per aliam viã reuerſi ſunt in regio. ſuã: quia infidelitati miſcendi non erãt Iudæorum. Chry. in ho. Intuere autẽ magorum fidem qualiter non ſcãdalizati ſunt in ſeipſis, dicentes: Si magnus eſt puer hic, quæ neceſſitas fugæ eſt, & occultę receſſionis? Hoc enim eſt veræ fidei non quærere cauſas eorũ quæ verè præcipiuntur, ſed ſuaderi ſolum ab eis. Chry. ſuper Matt. Si autẽ magi Chriſtũ quaſi terrenum regẽ quæſiſſent, inueniẽtes eum apud ipſum manſiſſent: nunc autẽ adorauerũt & reuerſi ſunt. Cũ reuerſi fuiſſent, manſetunt colẽtes deum magis quàm antè, & ꝑdicantes multos erudierunt. Et denique cũ Thomas iuiſſet ad prouinciã illã adiũcti ſunt ei, & baptizati facti ſunt executores ꝑdicationis ipſius. Greg. Magnũ verò nobis aliquid magi innuunt, ꝙ in regionẽ ſuam per aliam viam reuertuntur. Regio quippe noſtra paradiſus eſt, ad quã Ieſu cognito redire per viam qua venimus prohibemur. A regione etenim noſtra, ſuperbiendo, inobediẽdo, viſibilia ſequẽdo, cibum vetitum guſtando diſceſſimus, ſed ad eam neceſſe eſt vt flẽdo, obediendo, viſibilia contẽnendo, atque appetitum carnis refrenando redeamus. Chry. ſuper Mat, Nec etiam erat poſſibile, vt quia ab Herode ad Chriſtũ veniſſent, redirent ad Herodẽ: qui enim relicto Chriſto ad diabolum tranſeunt per peccatũ, frequẽter per pœnitẽtiã reuertũtur ad Chriſtũ.

Qui enī fuit in innocētia dū nescit quid sit malū, faci lè decipitur. Sed cum expert⁹ fuerit malū qđ inuenit, & recordatus bonū qđ perdidit, cōpunct⁹ redit ad deum. Qui aūt relicto diabolo venit ad Christū, difficilè redit ad diabolū, quia dū gaudet in bonis q̄ inuenit, et recordatur mala quæ euasit, difficilè redit ad malum.

Qui cū recessisset, ecce angel⁹ domini apparuit ī somnis Ioseph, dicēs. Surge & accipe puerū & matrē eius, & fuge in Aegyptū, & esto ibi usquedū dicā tibi. Futurū est enī, ut Herodes quærat puerū ad perdendū eū. Qui cōsurgēs accepit puerū & matrē ei⁹ nocte, & secessit in Aegyptū. Et erat ibi usque ad obitū Herodis, ut adimpleretur quod dictū est à domino per prophetam dicentē: Ex Aegypto uocaui filiū meum.

Raba. Hic ꝑtermittit Matthæus diē purificationis, in qua oportebat primogenitū offerri ī tēplo, & agnū vel par turturū, aut colūbarū. Et quāuis timerēt Herodē, tamē nō sunt ausi trāsgredi legē, quin ad tēplū puerū deferrēt. Cū itaq; rumor de puero iā īciperet dilatari, mittitur angelus, qui in Aegyptū faciat puerū trāsportari, vnde dicit. Angel⁹ do. appa. in som. Ioseph. Remi. Per hoc qđ semp angelus Ioseph in somnis apparuisse dicitur, mysticè designatur, quia illi qui à curis terrenis & secularibus negociis quiescūt, ꝑfrui angelica visiōe merētur. Dicit ergo ei: Sur. & acci. pu. & ma. eius. Hil. Cū desponsatā eā iusto significabat, coniugē nūcupauit: sed post partū mater tantū Iesu ostēditur, vt quēadmodū iusto Ioseph deputaretur Mariæ in virginitate coniugiū, ita venerabilis eius ostēderetur in Iesu matris virginitas. Chry. sup Mat. Non aūt dicit, accipe matrē & puerū eius, sed econuerso, quia nō propter matrē puer natus est, sed ꝓpter puerū mater præparata est. Sequitur: Et fuge in Aegyptū. Quō aūt filius dei ante hoīem fugit? aut quis liberet de inimicis, si & ipse inimicos suos timet? Et primū quidē oportet vt regulā humanæ naturæ quā suscepit cōseruet, & in hac parte, quia & humanæ naturæ puerilitati cōuenit fugere potestatē minantē, deinde vt cæteri christiani cū necessitas ꝑsecutionis aduenerit, fugere nō erubescāt. Sed quare in Aegyptū? Recordatus est enim dom⁹, qui nō in finē irascitur, quāta mala fecerit super Aegyptū, ideo mittit filiū suū in eam, & illi magnę reconciliationis signū, vt decē plagas Aegypti vna medicina sanaret, vt popul⁹ qui antè fuerat ꝑsecutor populi primogeniti, custos fieret filii vnigeniti, vt qui illi violenter dominati sunt, isti cū deuotione seruirēt, vt iam non irēt ad mare rubrū demergēdi, sed vocarentur ad aquas baptismatis viuificādi. Aug. in ser. de epi. Audi etiā magni mysterii sacramentū. Moyses aliquādo in Aegypto ꝑfidis clauserat diē, illuc Christus aduenies sedētibus in tenebris reddidit lucē: fugit vt illuminaret, nō fugit vt lateret. Sequitur: Et esto ibi vsque dū. di. tibi: futurū est enī vt Herodes q̄rat pue. ad ad perden. eū. Putabat enim infelix tyrānus saluatoris aduētu regali se solio detrudendū, sed nō ita est, nō ad hoc venerat Christ⁹ vt aliena gloriā inuaderet, sed vt suā donaret. Sequitur: Qui cōsur. acce. pu. & ma. eius nocte, & secessit in Aegyptū. Hil. ſ. idolis plenā. Iā enī post Iudæorū insectatiōnē Iudæā relinquens, ignorāti seculo colend⁹ infertur. Hier. Quādo igitur tollit puerū & matrē eius, vt in Aegyptū transeat, nocte tollit & in tenebris: quando verò reuertitur in Iudęā, nec nox, nec tenebræ ponuntur in euangelio. Chry. super Mat. Oīs enim ꝑsecutionis angustia nox est, refrigerium aūt dies. Raba. Vel quia luce vera recedēte lucis ipsius osores in tenebris remanserūt: ipsa verò redeunte illuminātur. Chry. in ho. Vide aūt statim ipso nato tyrānū insanire, & ꝙ mater cū puero ad extrane am effugatur regionē, vt si tu incipies alicui spirituali rei deseruire, videris te tribulari, non turberis, sed oīa viriliter feras, hoc habēs exēplū. Beda. Quod enim dominus à parentib⁹ sublatus est in Aegyptū, significat electos sępius malorū improbitate suis effugandos ex sedib⁹, vel etiā exilio dānandos. Siquidē ipse qui suis erat ꝓcepturus: Cū vos ꝑsecuti fuerint in vnā ciuitatē effugite in aliam, primus fecit quod ꝓcepit, fugiendo, hoīem quasi homo in terra, quē stella magis pauloante adorandū monstrauit ex cælo. Remi. Quod aūt dominus in Aegyptū iturus esset, ꝑdixerat Esaias cū ait: Ecce domin⁹ ascēdet sup nubē lucem, & ingredietur Aegyptū, & diſperdet simulachra Aegypti. Remi. Cō suetudo aūt fuit istius euāgelistæ oīa q̄ dixit cōfirmare, & hoc ideo, quia Iudæis scribebat. Ideoq; subiungit. Vt adīpl. qđ dictū ē à do. per proph. dicen. Ex Aegy. vo. fi. meum. Hier. de optimo genere interpretādi. Hoc. 70. interpretes nō habent, sed in Osee ꝓpheta iuxta hebraicā scribitur veritatē: quia puer Israel, & dilexit eū. Ex Aegypto vocaui filiū meum, ex quo 70. trāstulerūt. Quia paruul⁹ est Israel & dilexi eū, ex Aegypto vocaui filiū meum. Hier. sup Oseā. Hoc aūt testimonio vtitur euangelista, quia hęc typicè referuntur ad Christū. Notandū enim quòd in hoc propheta & in aliis, ita de aduētu Christi, & de vocatione gentium ꝓnunciatur, vt radix historiæ non penitus deseratur. Chry. in ho. Est etiā ꝓphetiæ lex multa multotiēs dici de aliis, cōpleri aūt in aliis, sicut de Simeone & Leui dictū est. Diuidā eos in Iacob, & dispergam ī Israel, qđ nō in eis, sed in nepotibus cōpletum est, qđ & hic apparet. Christus enī natura dei filius est, & sic in eo verē ꝓphetia cōpletur. Hiero. Possumus autē & hunc locū aliter cōsolari, & inducemus testimonium ex numeris. Deus ex Aegypto vocauit eū, gloria eius sicut vnicornis. Per Ioseph aūt designatur ordo ꝓdicatorū, per Mariā sacra scriptura, per puerū notitia saluatoris, per ꝑsecutionē Herodis ꝑsecutio quā passa est ecclesia in Hierosolymis, per fugam Ioseph in Aegyptū, trāsitus ꝓdicatorū ad gentes infideles. Aegyptus enim tenebrę interꝑtantur: per tēpus autē quo fuit in Aegypto spacium temporis ab ascensione domini vsque ad aduentū Antichristi: per obitum Herodis extinctio inuidiæ in cordibus Iudæorum.

Tunc Herodes uidēs quoniā illusus esset à magis, iratus est ualde: Et mittens occidit oēs pueros qui erāt in Bethlehē & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundū tempus quod exquisierat à magis.

Chry. super Mat. Postquā paruul⁹ Iesus magos suo imperio subiugauit, nō potestate corporis, sed gratia spirit⁹, irascebatur Herodes: quia quos ipse sedēs in throno regni suadere nō potuit, his Iesus paruul⁹ placuit in ꝑsepio iacens: deinde cōtēnentes eum magi addiderunt causas doloris, vnde dicitur. Tunc Hero. videns quoniam illu. es. à ma. ira. est valde. Illa enim regū ira magna & ĩextinguibilis est, quā regni ei⁹ accēdit. Sed quid fecit? Mittens occi. oēs pueros. Sicut enim bestia vulnerata, quicquid oculis eius occurrit, quasi actorē sui vulneris dilaniat, sic & ille delusus à magis irā suam sup paruulos diffundebat. Dicebat enī cogitans ī furore: Certè magi puerū inuenerunt, quē regnaturū dicebant: nam rex regni zelo replet⁹, de his oīa timet, oīa suspicatur. Ideo ergo misit & interfecit oēs paruulos, vt vnū inueniret in oībus. Aug. in ser. de epi. Et dū insequitur Christum regi nostro coęuū: ꝓcurauit exercitum stolis victricibus candidatū. Aug. in ser. de ĩno. Ecce ꝓphanus hostis nunq̄ beatis paruulis tantū pro

desse potuisset obsequio, quantum ꝓfudit odio, nam quantum cōtra eos iniquitas abundauit, tantum gratia benedictionis effulsit. Idē. O paruuli beati, ille de vestra corona dubitabit in passione ꝙ Christo, qui etiam paruulis baptismum ꝓdesse nō existimat Christi, nā qui nat⁹ habere potuit ꝓdicatores angelos, narratores cęlos, adoratores magos, potuit & illis, ne pro eo sic morerentur, ꝑstare si sciret illa morte perituros, & nō poti⁹ maiore felicitate victuros. Absit vt ad liberandos hoīes Christus veniens de illorū ꝑmio qui pro illo interficeretur, nihil egerit qui pēdēs in ligno pro eis à quibus interficiebatur, orauit. Raba. Nō est autē cōtentus vastatione Bethlehē, sed & adiacentia loca vastauit, nec vllā misericordiā ętatis habuit, à filio vnius noctis vsq; ad filiū duorū annorū: quin oēs occideret, vnde subdit. In Bethlehē & in oībus finibus eius à bimatu & infrà. Aug. in ser. de epi. In cælo enī viderāt magi ignotissimā stellā nō ante paucos dies, sed ante finē biennii sicut inquirēti Herodi patefecerūt. Vnde à bimatu & infrà occidit infantes, ꝓpter quod sequitur, secūdū tēpus quod exquisierat à magis. Aug. in ser. de inno. Vel quia timebat, ne puer, cui sydera famulantur, speciē suā paulo sup ætatē vel infrà trāsformaret, vt ętatē sui tēporis occultaret, ideo videtur pueros à bimatu vsq; ad pueros vni⁹ diei ĩterfecisse. Aug. de cōs. euā. Vel aliquorū magis ꝓpinquantiū periculo rū terroribus agitatus Herodes ab illa cura. ſ. interficiendi pueros mēte abrepta in aliis poti⁹ occupatur, vel potuit credere magos, fallacis stellę visione, deceptos, posteaquā nō inuenerūt, quē natū putauerūt, erubuisse ad se redire, atq; ita timore depulso à ꝑsequēdo puero quieuit, & sic cōpletis diebus purgatiōis tutè cū illo ascendere tēplū potuerūt. Quis enī nō videat vnū illū diē regem multis occupatū latere potuisse, deinde vulgatis rebus q̄ in tēplo dictæ factæq; fuerant, Herodes sensit se à magis illusum, ac deīde sicut hic dicitur: multos infantes occidit. Beda in ho. In hac autē morte puerorū, oīm Christi martyrū ꝑciosa est mors designata. Quòd paruuli occisi sunt, significat per humilitatis meritū ad martyrii peruenienduū gloriā, quod in Bethlehē & in oībus finibus eius occisi sunt, ostendit in Iudæa vnde ecclesię cœpit origo, & vbiq; per orbē persecutionē sęquitura. Qui bimi occisi sunt, doctrina & operatiōe perfectos indicāt. Qui verò infrà, simplices. Quòd illi quidē occisi sunt, & Christus euasit, insinuat corpora martyrum ab impiis posse perimi, sed Christū ab eis non posse auferri.

Tunc impletū est quod dictū est per Hieremiā prophetā, dicentē. Vox in rama audita est, ploratus & ululatus multus: Rachel plorās filios suos, & noluit cōsolari, quia non sunt.

Chry. in ho. Quia euangelista errore impleuit auditorem, crudelē occisionē narrans: rursus mitigationē apponit, ostendēs ꝙ hęc nō facta sunt deo nequeūte prohibere atq; ignorante, sed ꝑ prophetā ꝓdicentē: vnde dicit. Tunc impletū est. Hiero. sup Hiere. Hoc Hieremiæ testimoniū Matthæus nō secundū Hebraicā veritatē, nec iuxta 70. ꝓtulit. Ex quo ꝑspicuū est euangelistas & apostolos nō ĩterꝑtationē alicui⁹ secutos, sed tanq̄ Hebræos quod legebāt hebraicè suis sermonib⁹ expressisse. Hier. sup Mat. Quod aūt dicitur ī Rama, non putemus loci nomen esse, qđ est iuxta Gabaa, sed Rama excelsum ĩterꝑtatur. vt sit sensus. Vox in excelso audita est. i. lōgè lateq̄; dispersa. Chry. sup Mat. Vel quoniā de morte innocentiū mittebant, ideo in excelso audiebatur, secūdū illud, vox pauperis penetrat nubes. Quod aūt dicit plorat⁹, fletū paruulorū ostendit. Quod aūt dicit vlulatus: matrū significat lamentū: in paruulis aūt mors faciebat finē doloris: in matrib⁹ autē semp per memoriā reparantur, & ideo dicit: Vlulatus multus, Rachel plorās filios suos. Hiero. De Rachel natus est Beniamin: in cuius tribu nō est Bethlehem. Quæritur ergo quō Rachel filios Iudæ. i. filios Bethlehē quasi suos ploret? Respōdebimus breuiter, quia sepulta sit iuxta Bethlehē in Effrata, & ex corpusculi hospitio matris nomē accepit. Siue quoniam Iuda & Beniamin duæ tribus iunctæ erant, & Herodes præceperat non solum in Bethlehē interfici pueros: sed & in oībus finibus eius, per occasionē Bethlehem, intelligimus multos etiam de Beniamin fuisse cęsos. Augu. de quæst. no. & vete. testamē. Vel quia filii Beniamin qui ad Rachel ꝓtinent, olim à reliquis tribubus extincti sunt, & in præsenti & in futuro erasi. Tunc ergo Rachel cœpit fi. su. plan. quando filios sororis suæ in tali causa vidit occisos, vt æternæ vitæ hęredes existerent: cui enī aliquid aduersū euenerit ex felicitate alteri⁹, infausta sua miserè luget. Remi. Assum psit aūt sanctus euangelista ad exaggerandā magnitudinem luct⁹, vt diceret etiā Rachelem mortuā plorasse filios suos, & noluit cōsolari, quia non sunt. Hiero. Et hoc secundū duplicem intelligentiā, siue ꝙ eos in æternū mortuos existimaret, siue ꝙ se cōsolari nollet de his, quos sciuit esse victuros, vt sit sensus. Noluit cō solari quia nō sunt. i. noluit cōsolari de hoc qđ non essent. Hil. Nō enim erāt hi qui mortui putabātur, in ętternitatis enī ꝓfectū per martyrii gloriā efferebātur: consolatio aūt rei amissæ erat ꝑstanda, nō auctæ. Hil. super Mat. Rachel ecclesiæ typū ꝓtulit diu sterilis, nūc fœcundæ: huius plorat⁹ ex filiis non idcirco, quia pemptos dolebat auditur: sed q̄a ab his pimebatur quos filios retinere voluisset. Rab. Vel significat ecclesiā quidem plorare sanctorū de hoc seculo ablationē, sed nō ita velle se consolari, vt qui seculū morte vicerunt, rursus ad seculi certamina secū redeant tolerāda: quia nō sunt vltra reuocandi in mundū. Glo. Vel nō vult cōsolari in prędenti, quia non sunt, sed oēm spē & consolationē ad æternā transmittit vitā. Rab. Bene autē Rachel: quia ouis vel videns dicitur, ecclesiā figurat, cui⁹ tota intentio vt deum contempletur inuigilat, & ipsa est ouis centesima, quam pastor in humeris reportat.

Defuncto aūt Herode, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicens. Suge & accipe puerū & matrem eius, & uade in terram Israel. Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.

Ex ecclesiastica historia. Cū pro sacrilegio quod Herodes in saluatorē cōmiserat, & scelere qđ in ęqueuos eius pegerat, vltio eum diuina purgeret in mortē corpus ei⁹, vt Ioseph refert, morb⁹ inuasit diuersus: ita vt diceretur à vatibus nō morbo corporis hæc, sed diuinæ vltionis esse supplicia, ipse autē furore iā plen⁹ nobiliores & primarios ex oī Iudæa ad se colligi & recludi iubet in carcere, mādans statim vt spiritū exhalasset oēs interfici, vt eius obitū oīs Iudęa defleret inuita. Paulo aūt anteq̄ nouissimū spiritū redderet, Antipatrū filiū suum iugulauit, post duos filios, quos ante necauerat. ſ. Alexandrū & Aristobolū. Talis igitur Herodis finis, qui digna supplicia scelere, qđ in Bethlehē erga paruulos gesserat, & ꝙ ĩsidiis saluatoris exactus est, ab euangelista designatur, cū dicit. Defuncto aūt Herode. Hiero. Multi ꝓpter ignorantiā historię labuntur in errorē, putātes eundē esse Herodē, à quo in passione dominus irridetur, & qui nunc mortuus esse refertur. Ergo Herodes ille qui cū Pilato postea amicitias fecit, hui⁹ Herodis filius, est frater Arthelai: quē Tyberius Cæsar Lugdunū relegauit, fratremq; eius

Herodē ſucceſſorē regni fecit. Primo ergo Herode defuncto: Ecce appa. ange. do. in ſom. Ioſeph ī Aeg. dicēs: Sur. & acci. pue. & ma. eius. Diony. in cæl. hiera. Vide quoniã & ipſe Ieſus ſupercæleſtibus eſſentiis ſuperexiſtens, ad id quod ſecundum nos eſt immutabiliter veniens, non refugit ad ſe ordinatã & aſſumptã humanã ordinationē, ſed obediēs ſubditur dei patris per angelos diſpoſitionibus, & per angelos ipſos annunciatur Ioſeph à patre diſpoſita filii ad Aegyptum receſſio, & iterū ad Iudæã ex Aegypto tranſductio. Chry. Vides etiã quia Ioſeph ad miniſteriū Mariæ erat electus, eunte enim illa in Aegyptū & redeunte, quis miniſteriū ei tantæ neceſſitatis impleret, niſi deſponſata fuiſſet? Nã prima quidē facie Maria puerum nutriebat, & Ioſeph cōſeruabat. Reuerà autē pue. & ma. nutriebat, & Ioſeph tuebatur. Sequitur: Et va. in ter. Iſrael. Quaſi medicus enim deſcendit in Aegyptū, vt viſitaret eam languentē erroribus, nō vt remaneret in ea. Reuerſionis autem ratio aſſignatur, cū ſubditur: Defuncti ſunt enim qui quærebāt animã pueri. Hiero. Ex hoc loco intelligimus non ſolū Herodē, ſed etiã ſacerdotes & ſcribas eo tēpore necem domini fuiſſe meditatos. Remi. Sed ſi multi fuerunt, quō in tam breui ſpacio extincti ſunt? quia vt dictum eſt: Herode mortuo occiſi ſunt oēs maiores qui in cuſtodia tenebantur. Chry. ſuper Mat. Quod dicitur cōſilio factum eſſe, quòd cōſenſerunt Herodi, vt inquireret, puerum occideret, quia ſcriptū eſt: Turbatus eſt Herodes, & oīs Hieroſolyma cum illo. Remi. Aut certè locutus eſt euangeliſta per ſpeciē tropi, quando multi ponuntur pro vno. In hoc autē quod dicit: Animã pueri, deſtruūtur hæretici, qui dixerunt Chriſtum nō ſumpſiſſe animã, ſed loco animæ habuiſſe diuinitatē. Beda in ho. Quod autē occiſis pro domino pueris Herodes nō lōgè poſt obiit, & Ioſeph dominū cum matre ad terrã Iſrael reduxit, ſignificat oēs perſecutiones, quæ contra eccleſiã erant mouendæ, pſecutorum morte vindicandas, & pacē eccleſię denuò reddēdã, & ſanctos qui latuerant ad ſua loca reuerſuros: vel quod defūcto Herode redit ad terrã Iſrael, Ieſ⁹ denūciat qđ Enoch & Helia p̄dicātib⁹, Iudęi ſopita modernę inuidię flāma, fidē veritatis accipient.

Qui conſurgens accepit puerū & matrē eius, & uenit in terrã Iſrael. Audiēs aūt quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo timuit illò ire, & admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ. Et ueniēs habitauit ī ciuitate quæ uocatur Nazareth, ut adīpleretur quod dictū eſt per prophetas. Quoniam Nazaræus uocabitur.

Glo. Angelicæ admonitioni Ioſeph non inobediens fuit, vnde ſequitur: Qui conſur. acce. pue. & ma. eius, &c. Nō enim determinauerat angelus in quo loco terræ Iſrael. vt dubitante Ioſeph iterū reuertatur, & frequentiori viſitatione angeli certior redderetur, vnde ſequitur: Audiens autem ꝙ Arche. &c. Ex hiſto. Ioſephi. Habuit ſiquidē Herodes vxores 20. ex quarum 7. numeroſam ſuſcepit ſobolē: primogenitus ei⁹ Antipater ex Ioſida, Alexander & Ariſtobolus ex Mariamie, Archelaus ex Mathaca Samaritide, Herodes Antipas qui poſtea tetrarcha fuit, & Philippus ex Cleopatra Hieroſolymitide. Tribus igitur primis ab Herode interfectis, & poſt mortē eius occaſione teſtamēti patris Archelao gubernationē regni vſurpante, & cauſa de ſucceſſione regni ad Cæſarē Auguſtum delata, tandē de cōſilio ſenatus oēm Herodis monarchiã diſtribuit, mediã partem. ſ. Idumeam & Iudęam tradens Archelao, ſub nomine tetrarchiæ, pollicitus ſe facturū eum regē ſi ſe dignum præbuiſſet. Mediam verò partem in duas ſecuit tetrarchias, ſeceſsitq; Galilæa in partē Herodis Tetrarchæ. Itureæ verò & Traconitidis regio Philippo. Factus eſt ergo poſt Herodē defunctum Archelaus, quaſi Dyarchus, quod dominii genus hic regnū appellat. Aug. de conſ. euan. Sed hic aliquis quæret, quomodo (ſicut Lucas narrat) ibant parentes eius per omnes annos in Hieruſalē, ſi Archelai timore ibi prohibebātur accedere? Hoc diſſoluere non eſt difficile, fieri enim poterat vt per diē feſtum ītertam ingentē turbam latenter aſcenderent, mox reuerſuri, cū tamen aliis diebus habitare metuerent, vt nec ſolēnitate p̄termiſſa eſſent irreligioſi, nec in cōtinua manſione p̄ſpicui. Iſte quoque intellectus patet, vt quod Lucas dicit per oēs annos eos aſcendere ſolitos in Hieruſalē, tunc accipiamus factū, cū iam non metueretur Archelaus, qui ſecūdum hiſtoriã Ioſephi ſolū 9. annis regnauit, ſequitur: Et admo. in ſom. ſeceſ. in par. Gali. Sed fortè hinc quiſpiã moueatur, cū Matthę⁹ dixerit, ideo timuiſſe Ioſeph cum puero redeuntē ire in Iudæam: quia cum patre ſuo Herode Archelaus filius eius regnabat, quō potuit ire in Galilæã, vbi alius filius eius Herodes tetrarcha erat, vt Lucas teſtatur. Quaſi verò ipſa ſint tempora quibus puero timebatur, quæ Lucas cōmemorauit: quę vſqueadeò mutata erant, vt in ipſa Iudæa nō rex eſſet Archelaus, ſed p̄ſes Pilatus. Glo. Sed tunc q̄ritur: quare nō timuit Ioſeph in Galilęã ire, cū & ibi Archelaus regnaret? Sed melius potuit latere cū puero in Nazareth, quã in Hieruſalē vbi erat apud regiã Archela⁹. Chry. in ho. Et etiã quia vilam natiuitatis mutauit, res obumbratur: impetus enim omnis erat aduerſus Bethlehem & fines eius. Venit igitur Ioſeph in Nazareth, & periculum fugiēs, & in patriam rediens, vnde ſequitur: Et ve. habi. in &c. Aug. de con. euan. Fortè & hoc mouet quomodo dicat Matthæus, propterea cū puero Ieſu parentes eius iſſe in Galilæam: quia metu Archelai in Hieruſalē ire noluerint, cū propterea magis iſſe in Galilæam videtur: quia ciuitas eorum erat Nazareth Galilææ, ſicut Lucas non tacuit. Sed intelligēdum eſt, quia vbi & angelus in ſomnis in Aegypto dixit ad Ioſeph. Vade in terrã Iſrael, ſic intellectum primò eſſe à Ioſeph, vt putaret rectius eſſe pergere in Iudæam, ipſa enim primitus intelligi potuit terra Iſrael. Poſtquã verò cōperit ibi regnare Archelaum, noluit obiicere ſe periculo, cùm poſſet terra Iſrael etiam & Galilęa intelligi: quia & ipſam populus Iſrael incolebat. Quanq̄ poſsit & aliter ſolui: quia potuit videre parentibus Chriſti nō eſſe habitādum ibi cū puero, niſi ī Hieruſalem vbi erat tēplum domini, & illuc iuiſſent, niſi Archelai præſentia terrerentur. Nō autem diuinitus iubebātur in Iudæa, vel Hieruſalem habitare, vt de Archelao, quod timebant deberēt contēnere, ſed in terra Iſrael, in qua etiam vt dictum eſt, poterat intelligi Galilæa. Hil. Verū typica ratio cōſeruata eſt: Ioſeph enim apoſtolorū tenet ſpeciē, quibus Chriſtus circūferendus eſt creditus. Hi tanquã Herode mortuo. i. populo ei⁹ in paſſione domini deperdito, Iudęis p̄dicare ſunt iuſſi, miſſi enim erant ad oues perditas domus Iſrael, ſed manentē hęreditarię infidelitatis dominatu, metuunt & recedunt, per viſum admoniti ſpiritus ſancti donum in gē tibus cōtemplantes ad eum cōferunt Chriſtū. Raba. Vel hic vltima eccleſiæ tēpora deſignat, quando pluri mis Iudæorum ad p̄dicationē Enoch & Helię conuerſis, cæteri ad inſtinctum Antichriſti cōtra fidē pugnabunt. Pars igitur Iudæa, in qua regnabat Archelaus, Antichriſti ſequaces oſtēdit. Nazareth autē Galilææ quo tranſfertur Chriſtus partę eiuſdem gentis, quæ fidem

quę fidē eſt ſuſceptura, deſignat, vnde Galilęa tranſmigratio: Nazareth aūt flos virtutum ītерp̄tatur: quia eccleſia quo ardentius à terrenis ad cæleſtia trāſmigrat, eò magis virtutū flore & germine abundat. Glo. Huic autē ꝑphetę teſtimoniū adiungit, dicens: Vt imple. quod dictum eſt per ꝑphe. quo. Naza. voca. Hiero. Si fixū de ſcripturis poſuiſſet exēplum, nunquã diceret: quod dictum eſt per prophetas, ſed ſimpliciter, quod dictum eſt per prophetā. Nunc autem pluraliter prophetas vocās: oſtendit ſe non verba de ſcripturis ſumpſiſſe, ſed ſenſum. Nazaręus interpretatur ſanctus, ſanctum aūt dominum futurū omnis ſcriptura cōmemorat. Poſſum⁹ & aliter dicere, quòd etiam eiſdē verbis iuxta hebraicam veritatē in Eſaia ſcriptum ſit. Exiet virga de radice Ieſſe, & Nazaræus de radice conſurget. Chry. in ho. Aut fortè legerunt & aliquos prophetas ita dicentes: qui non ſunt nobis canonizati, ſicut Nathan & Eſdra. Et quoniam hoc ꝑphetatū erat, manifeſtat Philippus, dicens ad Nathanaelem: Quē ſcripſit Moyſes in lege, inuenimus Ieſum à Nazareth: vnde etiam prius Chriſtiani Nazaræi vocabātur, ſed apud Antiochiam mutatum eſt hoc nomē, & dicti ſunt chriſtiani. Aug. de conſ. euan. Hæc aūt omnia quę ſunt à narratione magorum, & deinceps Lucas tacet, hoc proinde cognoſcendum quod deinceps ad cætera valeat, ſic vnumquęque euangeliſtarum cōtexere narrationem ſuã, vt tāquam nihil prætermittētis ſeries digeſta videatur: tacitis enī quæ nō vult dicere, ſic ea q̄ vult dicere, illis quæ dicebat, adiungit: vt ipſa cōtinuò ſequi videantur. Sed cùm alter ea dicit quę alter tacuit, diligenter ordo cōſideratus indicat locum, vbi ea potuerit à quo prætermiſſa ſunt tranſilire.

CAPVT TERTIVM.

IN diebus autem illis uenit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorū. Hic eſt enim de quo dictū eſt per Eſaiam prophetam dicentem: Vox clamantis in deſerto, parate uiam domini, rectas facite ſemitas eius.

Chry. ſuper Mat. Sol appropians, antequam appareat, mittit radios ſuos, & facit albeſcere orietem, vt præcedens aurora aduentum diei demonſtret, ſic domin⁹ natus in mundo, antequã appareat per doctrinã, ſpiritus ſui fulgore tranſmiſſo illuminauit Ioannē, vt præcedens ille aduentū annunciet ſaluatoris, & ideo poſt ortum Chriſti enarratū, doctrinã eius enarratur⁹ euã geliſta, & baptiſmum in quo teſtimonium habuit de præcurſore & baptiſta p̄mittit, dicens: In diebus autē il. ve. Ioan. Bap. prædi. in deſer. Remi. His autem verbis, beati Ioannis nō ſolum tēpus & locum & perſonã, ſed etiã officium & ſtudium demonſtrat. Tempus generale demonſtrat, cùm dicit: In diebus autem illis. Aug. de con. euan. Hoc autem tēpus Lucas per terrenas poteſtates expreſſit, cùm dixit: Anno. 15. Sed intelligere debemus Matthæum cū diceret: In dieb⁹ illis, in multo lōgiori ſpacio accipi voluiſſe, mox enim vt narrauit regreſſum de Aegypto Chriſtum, quod vtique tempore pueritiæ vel infantię factum eſt, vt poſſit ſtare quod Lucas de illo cùm. 12. eſſet annorum narrauit, cōtinuò intulit. In diebus autem illis, non utiq; pueritiæ tantum illius dies inſinuans, ſed omnes dies ab eius natiuitate vſquequo prædicare cœpit Ioānes. Remi. Perſonã oſtendit cùm dicit: Venit Ioānes. i. manifeſtauit ſe qui tādiu priùs latuerat. Chry. in ho. Sed quare neceſſarium fuit, vt Ioānes Chriſtum p̄ueniret operū teſtimonio, Chriſtum prędicāte, primo quidem vt hinc Chriſti dignitatē diſcas, quòd ſicut pater ita & ipſe prophetas habet, ſecundū illud Zachariæ: Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis, deinde vt nullã cauſam verecundię Iudæis relinquat, quod & ipſe demōſtrat, dicēs: Venit Ioānes neq; manducās neque bibens, & dicunt: dæmoniū habet. Venit filius hominis māducans & bibens, & dicunt: Ecce homo edax. Sed aliter neceſſariū erat ab alio prius dici quæ de Chriſto erant, & nō ab ipſo, aliàs Iudæi quid dixiſſent qui poſt teſtimoniū Ioānis dixerāt: Tu teſtimoniū perhibes de teipſo, teſtimoniū tuum nō eſt verum. Remi. Officium ſubiungit, cùm dicit, Baptiſta: in quo domini viã præparauit. niſi enim baptizati hoſes cōſueſcerent, baptiſmū Chriſti abhorrerēt. Studiū oſtēdit, cū ait: Prædicans. Raba. Quia etiã Chriſtus prædicaturus erat: poſtq̄ enim viſum fuit idoneū tempus. ſ. circa 30. annos incipiens p̄dicationem ſuam, viam domino p̄parauit. Remi. Locū ſubiungit dicens: In deſerto Iudææ. Maxi. Vbi ad prædicationē eius nec inſolens turba ꝑſtreperet, nec infidelis auditor rediret, ſed hi tantum audire poſſent, qui prædicationem cura diuini cultus expeterent. Hiero. ſuper Eſaiam. Vel in hoc cōſiderandū eſt, quòd ſalutare dei & gloria domini nō prædicatur in Hieruſalē, ſed in ſolitudine eccleſię, & in deſerta gentium multitudine. Hil. Vel etiam ad Iudæã venit deſertam dei frequentatione, nō populi, vt prædicationis locus eorū, quibus prædicatio erat miſſa ſolicitudinē teſtaretur. Glo. Vel typicè, deſertum ſignificat vitã à mundi illecebris ſegregatam, quæ pœnitentibus cōpetit. Aug. in lib. de pœnitē. Niſi aūt pœniteat aliquem vitę veteris, nouam nō poteſt inchoare. Hila. Et ideo pœnitentiã regno cęlorū appropinquante ꝑnunciat, per quã eſt reditus ab errore, recurſus à crimine, & poſt viciorū pudorem profeſſio deſinendi, dicens: Pœnitentiã agite. Chry. ſuper Mat. Vbi manifeſtat in ipſo principio, quia benigni regis eſt nūcius: non enim peccatoribus minas ītendebat, ſed indulgentiam promittebat. Solent reges nato ſibi filio indulgentiam in regno ſuo donare, ſed antè tranſmittūt acerbiſſimos exactores. De⁹ aūt nato ſibi filio volens donare indulgentiã peccatorū, p̄miſit quaſi exactorem exigentē & dicentē: Pœnitentiã agite. O exactio q̄ non facit pauperes, ſed diuites reddit. Nã cùm quis debitū iuſtitiæ ſuæ reddiderit deo nihil præſtat, ſed ſibi lucrū ſuę ſalutis acquirit. Pœnitentia enī cor emundat, ſenſus illuminat, & ad ſuſceptionem Chriſti ꝑparat humana pręcordia: vnde ſubiungit: Appropinquauit enim regnū cęlorum. Hiero. Priùs Baptiſta Ioannes regnū cælorum prædicat, vt præcurſor domini hoc honoretur priuilegio. Chry. in ho. Ideoq; quod nunq̄ Iudæi audierant, neq; etiã à prophetis, cælos & regnū quod ibi eſt prædicant, & nihil de cętero de terra dicit. Sic ergo ex nouitate eorum, quę dicuntur, eri git eos ad quęrēdum eum qui p̄dicatur. Remi. Regnū autem cælorum quatuor modis dicitur: Chriſtus, ſecū dum illud Lucę. 3. Regnū dei intra vos eſt. Sancta ſcriptura, ſecūdum illud Mat. 2. Auferetur à vobis regnū dei, & dabitur genti facienti fructū eius. Sancta eccleſia, ſecundum illud Matt. 25. Simile eſt regnū cælorū decem virginibus. Supernum ſolium, ſecundum illud Mat. 8. Multi venient ab oriente & occidente, & recūbent in regno cælorum, & hoc totum hic poteſt intelligi. Glo. Dicit aūt. Appropinquauit enim regnū cęlorū: quia niſi appropinquaret, nemo redire poſſet: quia infirmi & cæci via, quæ eſt Chriſtus, carebant. Aug. de con. euan. Hæc aūt verba Ioannis alii euangeliſtę prętermiſerunt. Iã verò qui ſequitur: Hic eſt qui dict⁹ eſt per Eſaiam prophetã dicentē: Vox cla. in deſer. re. faci

Universidad de Deusto
Biblioteca

te semitas eius. Ambigue positũ est, nec elucet, vtrum ex persona sua euãgelista cõmemorauit, an ad hæc verba eiusdẽ Ioannis secutus adiunxerit, vt totũ hoc Ioãnes dixisse intelligatur: Pœnitẽtiam agite, appro. enĩ reg. cælo. Hic est enim, &c. Neq; enim hoc mouere dicitur, quia non ait: Ego sum, sed hic est. Nam & Matthæus dixit: inuenit hominẽ sedentem in teloneo, & non dixit: Inuenit me, quòd si ita est, non est mirum si & interrogatus quid diceret de seipso, sicut narrat Ioannes euangelista, respondit: Ego vox clamãtis in deserto. Gre. in ho. Scitur autẽ quia vnigenitus filius verbum patris vocatur secundum illud: In principio erat verbum. Ex ipsa autẽ nostra locutione cognoscimur, quia vox sonat, vt verbũ possit audiri. Aductum itaq; domini Ioannes præcurrẽs vox dicitur: quia per eius mysteriũ patris verbum ab hominib⁹ auditũ. Chry. super Mat. Vox etiã est sonus cõfusus, nullum secretum cordis ostẽdens, sed hoc tantũmodo significans: quia vult aliquid dicere ille qui clamat. Verbũ autẽ est sermo mysteriũ cordis aperiens. Adhuc vox inter homines & animalia cõmunis est, verbum aũt est hoĩm tantum. Ideo ergo Ioannes dictus est vox, nõ verbũ: quia per eum de⁹ sua cõsilia nõ demonstrauit, sed hoc solũ qđ deus aliquid facere in hominib⁹ meditabat, postea aũt per filium suum plenissimè mysterium suæ voluntatis aperuit. Raba. Qui rectè vox clamãtis ob fortitudinem prædicationis dicitur. Tribus aũt modis clamor accidit, hoc est, si longè positus est cui loquat, si surdus, si per indignationem, & hæc humano generi acciderunt. Glo. Est igitur Ioannes quasi vox verbi clamantis, verbũ enim clamat in voce. i. Christ⁹ in Ioanne. Beda. Sicut etiã clamauit in omnibus, quia prĩcipio aliquid diuinitus dixerunt, & tamen iste sol⁹ est vox: quia per eum præsens verbum ostenditur, quod alii longè nunciauerunt. Greg. Ipse aũt Ioãnes est clamans in deserto: quia derelictæ ac destitutæ Iudææ solatium redemptoris annunciat. Remi. Quantum autem ad historiã attinet, in deserto clamabat, remotus erat à turbis Iudæorũ. Quid aũt clamet, insinuat cùm subiungit: Parate viã domini. Chry. super Mat. Sicut enim magno regi ĩ expeditionẽ vẽturo præparatores præcedunt, qui sordida abluunt, dirupta cõponunt: sic & dominum nostrũ præcessit Ioannes, qui ab humanis cordibus pœnitẽtię scopis peccatorum sordes eiiceret, & quæ dissipata fuerant spiritualiũ præceptorũ ordinatione cõponeret. Greg. in ho. Oĩs autẽ qui fidẽ rectã & bona opera prędicat: dño ad corda audientiũ viam parat. Rectas dño semitas facit, dum mundas in aĩo cogitationes per sermonẽ bonæ prædicationis format. Glo. Vel fides est via, qua verbum ad cor descendit: cùm mores in melius mutãtur, fiunt semitæ rectę.

Ipse autem Ioannes habebat uestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erant locustæ, & mel syluestre.

Chry. in ho. Postquam ostendit quia ipse est vox clamantis in deserto, prudenter ipse euangelista subiunxit: Ipse autẽ Ioannes. In quo ostenditur q̃ sit vita ipsius: nã ipse quidẽ testificabatur de Christo: vita autẽ eius de ipso: nemo autẽ potest esse alterius testis idoneus, nisi fuerit fidelis. Hila. Fuerat enim prædicanti Ioanni sicut locus opportunior, ita & vestitus vtilior, & cibus aptior. Hiero. De pilis enim camelorum habebat vestimentum, non de lana, aliud austeræ vestis indicium est, aliud luxurię mollioris. Chry. super Matt. Seruis aũt dei non cõuenit habere vestimẽtum ad speciem visionis, vel ad carnis delectamentũ, sed tãtum tegumentum nuditatis: habebat enim Ioannes vestem non mollẽ, neq; delicatã, sed cilicinã, grauẽ & asperã, & cõterentem corpus potius q̃ fouentẽ, vt de virtute animę eius ipse habitus corporis loqueretur. Sequit: Et zo. pel. circa, &c. Consuetudo enim erat apud Iudæos, vt zonis laneis vterentur: ideo iste quasi durius aliquid facere volẽs, zona pellicea cingebatur. Hiero. Porro quod sequitur: Esca eius erant locu. & mel syl. Habitatoris solitudinis congruum est, vt nõ delicias ciborũ, sed necessitates humanæ carnis expleret. Raba. Tenui victu cõtentus, & ex minutis volatilibus & melle inuẽto in trũcis arborũ. In dictis aũt Arnulphi galliarũ episcopi reperim⁹ minimũ gen⁹ locustarũ fuisse in deserto Iudææ, q̃ corpusculis in modũ digiti manus exilibus & breuibus in herbis facilè capiũtur, coctæque in oleo pauperẽ prębent gustum. Similiter narrat in eodẽ deserto esse arbores habẽtes lata folia & rotunda, lactei coloris & melliti saporis, quæ natura fragilia manibus fricantur & edũtur. Et hoc est quod mel syluestre dicitur. Remi. Sub hoc aũt habitu vestimentorũ, & vilitate ciborum, ostendit se peccata totius generis humani deflere. Raba. Potest & habitus & gustus eius qualitatẽ internæ conuersationis expri mere: nam austerioribus vtebatur indumẽtis, quia vi tam peccantiũ increpauit: zona quidẽ pellicea, qua cinctus fuit vt Helias, mortificationis indiciũ est. Raba. Locustas & mel syluestre edebat, quia dulcis sapiebat turbis prædicatio eius, sed citius finem sortita est: in melle enim dulcedo, in locustis est alacer volatus, sed cito deciduus. Remi. Per Ioannẽ aũt qui dei gratia interpretatur, significat Christus qui mundo gratiã attulit, per vestimẽtum illius designatur ecclesia gentiũ. Hila. Cũ exuuiis immundarũ pecudum quibus gentiles pares existimãtur, Christi prędicator induit, fitq; sanctificatũ habitu prophetali quicquid in eis vel inutile fuerat antè vel sordidũ: zonæ autẽ præcinctio, efficax in omne opus bonum est apparatus, vt ad oẽ ministerium Christi simus accincti. In esum etiã eliguntur locustę fugaces, hominumq; & ad oẽm aduentũ nostri sensim eublątes, nos. s. qui ab omni sermone & cõgressu ipsis quibusdã corporũ saltibus efferebamur voluntate vagi, in operibus inutiles, in verbis queruli, sede peregrini: nunc simus sanctorum alimonia, & societas prophetarum, electi simul cum melle syluestri, dulcissimum ex nobis cibũ non ex aluearĩis legis, sed ex truncis syluestrium arborum prębituri.

Tunc exibat ad eum Hierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.

Chry, super Mat. Cõuersatione Ioannis exposita: cõuenienter subiungit. Tunc exibat ad eum, &c. ampli⁹ enim resonabat conuersatio vitę eius in eremo, quam vox clamoris ipsius. Chry. in ho. Erat enim mirabile in humano corpore tantã patiẽtiam videre, quod denique & Iudęos magis attrahebat, magnũ Heliã in eo videntes. Cõferebat aũt ad stupore q̃ dereliquerat eos gratia prophetarũ, & post longum tempus reuersa videbatur ad eos. Prędicationis etiam modus immutatus ad id proderat: nihil enim assuetorum apud alios prophetas audiebãt, puta prędia & victorias Babylonias & Persas, sed cælos, & quidẽ illic regnum & supplicium gehennę. Dicit aũt: Tunc exi. ad eum, &c. Glo. Baptismo p̃current, non peccata dimittente. Remi. Baptismus enim Ioannis figurã gerebat cathecuminorũ. nam sicut modo catherizantur pueri, vt digni fiant sacramento baptismatis, ita Ioannes baptizabat vt baptizati ab eo, postea deuotè viuendo digni fierẽt accedere ad Christi baptismum. In Iordane autem baptizabat

zabat, vt vbi aperiretur iamua regni cælestis, vbi dat⁹ est aditus filiis Israel terram promissionis intrandi. Sequitur: Confitentes peccata sua. Chry. sup Mat. Ad cõparationem eĩ sanctitatis Ioannis quis poterat arbitrari se iustũ? Sicut eĩ vestis candida si fuerit posita iuxta niuẽ ad cõparationẽ niuis sordida inuenitur, sic ad cõparationem Ioannis omnis homo videbatur immundus, & ideo peccata sua confitebãtur. Confessio autẽ peccatorum testimoniũ est conscientiæ timentis deum. Perfectus eĩ timor soluit oẽm pudorem. Illic autẽ turpitudo cõfessionis aspicitur, ubi futuri iudicii pœna nõ creditur. Et quia ipsum erubescere pœna est grauis, ideo iubet nos deus cõfiteri peccata nostra, vt verecundiã patiamur pro pœna: nã & hoc ipsum pars iudicii est. Raba. Bene autẽ qui baptizandi erant exire ad prophetã dicuntur: quia nisi quis ab infirmitate recedat, pompę diaboli ac mundi illecebris obrenunciet, baptismũ salubre cõsequi non poterit. Bene autẽ in Iordane, qui descensio dicitur, baptizabantur: quia de superbia vitæ ad humilitatẽ veræ confessionis descenderant. Exemplum autem iam tunc cõfitendi peccata, ac meliorẽ vitã promittẽdi baptizandis dabatur.

Videns autem multos pharisæorum & saducæorũ uenientes ad baptismum suũ, dixit eis: Progenies uiperarũ, quis demonstrauit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne uelitis dicere intra uos, patrẽ habemus Abraham. Dico enim uobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Grego. in past. Pro qualitate audiẽtium formari debet sermo doctorum, vt & ad sua singulis congruat, & tamen à cõmunis ædificationis arce nunquã recedat. Glo. Vnde necesse fuit vt post doctrinã, quam Ioannes turbis tradiderat, euangelista etiam illius doctrinę faceret mentionẽ, qua instruxit eos qui ꝓuectiores videbãtur. Et ideo dicit: Videns aũt mul. pha. &c. Isido. in lib. Etymo. Pharisæi & Saducæi inter se cõtrarii sunt: nam Pharisæi ex hebræo in latinum interptantur diuisi: eo q̃ traditionũ & obseruationum iustitiã præferunt, vnde diuisi vocantur à populo, quasi per iustitiã. Saducęi interpretantur iusti: vendicant eĩ sibi qđ nõ sunt, corporum resurrectionem negant, & animã cum corpore interire prædicant. Hi tamen quinque libros legis recipiunt, prophetarum vaticinia respuũt. Glo. Hos ergo qui inter Iudęos maiores videbantur, videns Ioannes, ad baptismum suum venire, dixit eis: Progenies viperarũ, quis vobis demon. fuge. à ven. ira? Remi. Cõsuetudo scripturarum, est ab imitatione operũ nomina imponere, secundum illud. Pater tu⁹ Amorręus, sic & isti ab imitatione viperarum, ꝓgenies viperarum dicuntur. Chry. sup Mat. Sicut eĩ artificiosus medicus si viderit ægrotantis colorẽ, intelligit speciẽ passionis: sic Ioannes veniẽtium ad se pharisæorũ praua cogitationes intellexit: forsitan enim apud se cogitauerunt. Imus & confitemur peccata nostra, nullum laborẽ nobis imponit, baptizamur & cõsequimur indulgentiã peccatorũ. Insipiens, nunquid facta digestione immunditatis, nõ est necessaria sumptio medicinę? sic multa diligentia necessaria est homini post conuersionẽ & baptismum, vt vulnus peccatorum pfectè sanet, ideo dicit: Progenies viperarum. Natura eĩ viperarũ est, quòd statĩ cũ momorderit hominẽ currit ad aquã, quam si nõ inuenerit, moritur: ideo istos dicebat progeniem viperarum: quia peccata mortifera cõmittentes currebant ad baptismum, vt sicut viperę per aquã tantum pericula mortis euaderẽt. Itẽ viperarum natura est rũpere viscera matrum suarum, & sic nasci, quo niã ergo Iudæi, assiduè pśequentes ꝓphetas, corruperunt matrẽ suam synagogã, ideo progenies viperarum nuncupanĩ. Itẽ viperæ à foris speciosæ sunt & quasi pictæ, intus autem veneno repletæ, ita & isti pulchritudinẽ sanctitatis ostendebãt in vultu. Remi. Cũ ergo dicitur: Quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira, subauditur nisi deus? Chry. super Mat. Vel quis vobis demonstrauit, num Esaias propheta? Absit. Si enim ipse vos docuisset, non spẽ in aqua poneretis tantũ, sed etiã in operibus bonis, ille eĩ dicit: Lauamini, & mũdi estote, auferte nequitiã ab aĩabus vestris, discite benefacere. Nunquid etiã Dauid dicens: Lauabis me, & super niuẽ dealbabor? absit, ille enĩ sic dicit postea: Sacrificium deo spiritus cõtribulatus. Si ergo essetis discipuli Dauid cũ gemitu ad baptismum veniretis. Remi. Si verò quis demõstrabit sub futuro legaĩ tempore, is est sensus: Quis doctor, quis prædicator dabit cõsilium, vt possitis euadere iram æternæ damnationis? Aug. in lib. de ciui. dei. Deus autẽ propter quandã operum similitudinẽ, non ꝓpter affectionũ infirmitatem, secundum scripturas irascitur, nec tñ vlla passione turbatur, hoc enim verbum vindictæ vsurpauit effectus, non ille turbulentus affectus. Si ergo vultis effugere, facite dignum fructũ pœnitentiæ. Greg. in ho. In quibus verbis notãdum est, q̃ nõ solum fructum pœnitẽtiæ, sed dignos pœnitentiæ admonet esse faciẽdos. Sciendum enim est, quia quisquis illicita nulla cõmisit, huic iure conceditur vt licitis vtatur. At si quis in culpam lapsus est, tantò à se debet licita abscindere, quãtò se meminit & illicita perpetrasse. Vniuscuiusq; ergo conscientia cõuenitur, vt tantò maiora quęrat bonorum operum lucra per pœnitentiã, quantò grauiora sibi intulerit damna per culpã, sed Iudęi de generis nobilitate gloriãtes, idcirco se agnoscere peccatores nolebãt: quia de Abrahæ stirpe descenderãt, & ideo eis rectè dicitur: Et ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraham. Chry. in ho. Hæc autem dixit nõ prohibens illos debere ex illo se esse, sed prohibet in hoc cõfidere, virtuti animę nõ insistentes. Chry. super Mat. Quid eĩ prodest ei quẽ sordidãt mores generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quẽ mores adornãt? Melius est enim alicui, vt in eo gloriẽtur parẽtes, quia talẽ filium habẽt, quã vt ipse in parentibus glorietur. Sic & vos nolite gloriari, dicentes: quia patrẽ habemus Abrahã, sed magis erubescite, quia filii estis eius, & sanctitatis eius nõ estis hæredes. De adulterio enim natus videtur qui non assimilat patrem. Parẽtum igiĩ gloriã excludit, dicens: Et ne velitis dicere. Rabanus. Quia præco veritatis, ad dignum pœnitẽtiæ fructum faciẽdum eos incitare volebat, ad humilitatẽ prouocabat, sine qua nullus pœnitere potest, subdens: Dico eĩ vobis quoniam potest deus de lapi. istis suscitare fi. Abrahæ. Remi. Fertur quòd in eo loco prædicauit Ioannes circa Iordanẽ, vbi iubente deo 12. lapides de medio alueo Iordanis sublati positi sũt, potuit ergo fieri vt hos demonstrando diceret: De lapidibus istis Hiero. In quo dei indicat potentiã, quòd qui nihilo cuncta fecerat, posset & de saxis durissimis populum ꝓcreare. Prima eĩ sunt rudimẽta fidei crearе deum posse quicquid voluerit: ex lapidibus autem generari homines, simile est ei, quòd ex Sara possit Isaac, vnde & propheta dicit: Aspicite ad petrã de qua excisi estis. Huius igitur prophetiæ eos memores faciens, mõstrat quòd possibile est nunc etiã simile fieri. Raba. Vel aliter; Lapidum nomine gẽtes significatæ

Universidad de Deusto Biblioteca

ſunt,q̃ lapides coluerũt.Chry.ſup Mat. Item lapis durus eſt ad opus,ſed cũ factum fuerit opus ex eo deficere neſcit,ſic & gentes cũ difficultate crediderunt quidem,tamen credentes permanent in æternum in fide. Hiero.lege Ezechie. Auferã, inquit,à vobis cor lapideum,& dabo vobis car carneum.in lapide duritia,in carne mollitudo monſtratur.Rab. De lapidibus ergo filii Abrahæ ſuſcitati ſunt:quia dum gẽtiles in Abrahæ ſemine.i.in Chriſto crediderũt,eius filii facti ſunt, cui⁹ ſemini ſunt vniti.Sequitur:Iam enĩ ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt.Chry.ſup Mat.Securis eſt acutiſſima ira cõſummationis, q̃ totũ pciſura eſt mũdum. Sed ſi poſita eſt , quare non pcidit ? quia rationabiles ſunt arbores,& in poteſtate habẽt facere bonum , aut non facere, vt vidẽtes ad radices ſuas poſitã eſſe ſecurim,timeant ne faciant fructũ. Ergo denunciatio iræ, quod eſt ſecuris poſitio,& ſi in malis nihil agat, tamẽ à malis ſegregat bonos.Hier.in ho.Vel ſecuris eſt pdicatio euangelii iuxta Hieremiã, qui verbũ domini cõparat ſecuri cædenti petrã.Greg.in ho.Vel ſecuris eſt redẽptor noſter, qui velut ex manubrio & ferro ex diuinitate cõſtans & humanitate,tenetur ex humanitate,ſed ĩcidit ex diuinitate,quæ videlicet ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt:quia & ſi per patiẽtiã expectat, videtur tamẽ quid factura eſt.Oĩs enĩ ar.quę non facit fru.bo.exci.& in ignẽ mittetur.Quia vnuſquiſq; peruerſus paratã citiùs gehennæ cõcrematione inuenit, q hic fructũ boni operis facere contẽnit. Securim aũt nõ iuxta ramos poſitã,ſed ad radicẽ dicit, cũ enim malorum filii tolluntur,rami infructuoſæ arboris abſcinduntur,cũ verò tota ſimul progenies cum parente tollitur, infructuoſa arbor à radice abciſa eſt , ne iam remaneant vnde praua iterũ ſoboles ſuccreſcat.Chry.in ho.Cùm aũt dicit:Omnis , excludit primatũ qui eſt à nobilitate.quaſi dicat:Etſi nepos fueris Abrahæ,ſuſtinebis pœnam ſine fructu manẽs.Raba. Quatuor autẽ ſunt ſpecies arborum,quarũ vna tota eſt arida,cui aſſimilantur pagani:altera viridis ſed ſine fructu,cui aſſimilantur hypocritæ:tertia viridis & fructuoſa, ſed venenoſa,cui aſſimilantur hæretici,quarta viridis eſt & fructum bonũ gignit , cui aſſimilantur viri catholici. Grego.in ho.Igitur oĩs arbor non faciens fructum bonum excidetur,& ignẽ mittetur:quia paratã gehennę concremationem inuenit , qui hic boni operis fructũ facere contemnit.

Ego quidẽ baptizo uos in aqua in pœnitẽtiã,qui aũt poſt me uẽturus eſt,fortior me eſt,cuius nõ ſum dignus calceamẽta portare:ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni.Cuius uentilabrũ in manu ſua,& permundabit aream ſuam,& congregabit triticum in horreum ſuum: paleas autem comburet igni inextinguibili.

Glo.Quia in pcedentibus verbis Ioannes explicauerat,qđ ſupra ſummariè de agẽda pœnitentia prædicauit,reſtabat vt etiã diſtinctiùs prædicaret qđ de regni cælorũ appropinquatione iam dixerat , & ideo dicit: Ego quidẽ bapti.vos in aqua in pœni. Greg.in ho. Ioannes nõ in ſpiritu ſed in aqua baptizat: quia peccata ſoluere nõ valebat: corpora quidẽ per aquã lauat , ſed tamen animas per veniã nõ lauat.Chry.in ho . Cũ enĩ nondũ eſſet oblata hoſtia, neq; peccatũ ſolutum eſſet, nec ſpiritus deſcendiſſet in aquam , qualiter fieret remiſſio peccatorũ?Sed quia Iudęi nequaq̃ propria ſentiebant peccata,& hoc erat eis cauſa malorũ , aduenit Ioannes, in cognitionẽ eos ducens,propriorũ peccatorũ pœnitentiã memorando.Greg.in ho.Cur ergo baptizat qui peccata nõ relaxat? niſi in præcurſionis ſuæ ordinẽ ſeruans qui naſciturũ naſcendo preuenerat,baptizaturũ quoque dominum baptizando præueniret. Chry.ſuper Mat.Vel miſſus erat Ioannes ad baptizãdum,vt ad baptiſmũ venientibus, pœnitentiã filii dei in corpore prædicaret,ſicut ipſe teſtatur alibi,dicens: vt manifeſtetur in Iſrael,ideo ego veni in aqua baptizare.Aug.ſuper Ioan.Vel ideo baptizat: quia oportebat baptizari Chriſtũ.Sed quare non ſolus ipſe baptizatus eſt à Ioanne,ſi ad hoc miſſus erat Ioannes p quẽ baptizaretur Chriſtus: Quia ſi ſolus dominus baptizatus eſſet baptiſmate Ioannis,non deeſſent qui putarent baptiſmum Ioannis maiorẽ eſſe quàm baptiſmũ Chriſti, vſqueadeo vt ſolus Chriſtus eo baptizari meruiſſet.Raba.Vel ideo baptizat,vt pœnitentes hoc ſignaculo ab impœnitentibus ſecernendo,ad baptiſmũ dirigat Chriſti.Chry ſup Mat. Ergo propter Chriſtũ baptizabat,ideo ad Chriſtũ veniẽtibus ipſum prædicat appariturũ,& eminentiã poteſtatis eius annũciat, dicẽs:Qui aũt poſt me vẽturus eſt,fortior me eſt.Remi.Sciendũ eſt autẽ ꝙ quinque modis venit Chriſtus poſt Ioannẽ,naſcendo,prædicando,baptizando,moriendo,& ad inferos deſcendendo.Et pulchrè dominus dicitur fortior Ioanne: quia ille purus homo, hic verò deus & homo.Raba.Ac ſi Ioannes dicat:Ego quidem fortis ſum ad pœnitentiam inuitando,ille peccata remittendo: ego regnum cælorũ prædicãdo,ille donando:ego in aqua baptizando,ille in ſpiritu. Chry.ĩ ho.Cũ autẽ audieris: Quia fortior me eſt, ne æſtimes ſecundũ operationẽ me hoc dicere, neq; enĩ inter ſeruos illius ordinari ſum dignus,vt viliſſimam miniſterii ſuſciperẽ particulam,vnde ſubdit: Cuius non ſum &c.Hil.Apoſtolis enĩ circũferendo prædicationis gloriã derelinquẽs, quibus ſpecioſis pedib⁹ pacẽ dei erat debitũ nũciare. Chry.ſup Mat. Vel per pedes Chriſti intelligere poſſumus chriſtianos , præcipuè apoſtolos cæteroſq; pdicatores,inter quos erat Ioãnes Baptiſta. Calceamẽta autẽ ſunt infirmitates, quibus operit prędicatores. Hæc ergo calceamenta Chriſti omnes prædicatores portant,& Ioannes etiã portabat,ſed ſe dignum non eſſe portare pronunciat,vt maiorẽ oſtenderet gratiã Chriſti meritis ſuis.Hiero. in alio euangelio ait: Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calcea.Hic humilitas,ibi miniſteriũ demonſtratur : quia Chriſtus cũ ſpõſus ſit, & Ioannes nõ mereaĩ ſpõſi corrigiã ſoluere,ne vocetur domus eius,iuxta legẽ Moyſi & exẽplum Ruth domus diſcalciati.Chry.ſup Mat. Quia verò nemo poteſt dare dignius beneficiũ quàm ipſe eſt, nec facere alterũ quod ipſe non eſt,rectè ſubdit:Ille vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni.Ioannes quidẽ cũ ſit corporalis,ſpiritualẽ baptiſmum dare nõ poteſt,ſed baptizat in aqua,quę corpus eſt,& ideo corpus cũ corpore baptizat. Chriſtus aũt ſpiritus eſt, quia deus eſt:ſpiritus etiã ſanctus ſpũs eſt,anima quoque ſpiritus eſt : ideo ſpiritus cũ ſpiritu ſpiritũ noſtrũ baptizat. Baptiſmus autẽ ſpiritu pficit:quia ingrediens ſpiritus circũplectitur animã, & quaſi muro quodam inexpugnabili circuit eam,& nõ pmittit vt carnales concupiſcẽtiæ pualeant contra eam : non quidẽ facit,vt caro non cõcupiſcat,ſed tenet animã,vt ei nõ conſentiat.Et quoniã Chriſtus iudex eſt , baptizat in igne.i.in tentationibus: in igne autẽ baptizare nõ poteſt homo purus.Ille enim tẽtandi habet licentiã quo remunerandi habet poteſtatẽ:hic autem baptiſm⁹ tribulationis.i.ignis cõburit carnẽ,vt nõ germinet concupiſcentias.nam caro ſpirituales quidẽ pœnas non timet,ſed carnales . Ideo ergo dominus ſup ſeruos ſuos carnales tribulationes mittit , vt timens anguſtias ſuas caro non concupiſcat malũ.Vides ergo quia ſpirit⁹ repellit

repellit concupiſcentias,& præualere non ſinit:ignis autẽ ipſas concupiſcẽtiarũ radices cõburit.Hiero.Vel in ſpũ ſancto & igni,quia ignis eſt ſpiritus ſanct⁹,quo deſcẽdente ſedit quaſi ignis ſupra ſingulos apoſtolos. Et ĩpletus eſt ſermo dñi,dicẽtis: Ignẽ veni mittere in terrã,ſiue quia in pręſenti ſpiritu baptizamur,& in futuro igni,ſecundũ illud apoſtoli: Vniuſcuiuſque opus quale ſit,ignis pbabit. Chryſo.in ho. Non aũt dicit: Dabo vobis ſpiritũ ſanctum,ſed baptizabit vos in ſpiritu ſancto, copiã gratiæ metaphoricè oſtendens . Per hoc etiã monſtraĩ quòd ſola voluntate etiam in fide ĩdiget ad iuſtificandũ non laboribus & ſudoribus: & ſicut facile eſt baptizari,ita facile eſt p eum tranſmutari & fieri meliores.In igne verò vehementiã gratiæ q̃ vinci non poſſit demõſtrat , & vt intelligat ꝙ ſimiles antiquis & magnis prophetis repẽtè ſuos faciet, propter hoc enĩ ignis meminit:quia plures viſionum prophetaliũ per ignẽ apparuerunt.Chry.ſup Mat. Patet ergo ꝙ baptiſm⁹ Chriſti non ſoluit Ioãnis baptiſmum , ſed in ſe incluſit.qui enĩ baptizatur in nomine Chriſti,vtrũq; baptiſmum habet,& aquæ & ſpiritus: & quia Chriſtus & ſpũs erat & corpus ſuſcepit, vt & corporale & ſpirituale baptiſma daret.Ioãnis aũt baptiſmus non incluſit in ſe baptiſmũ Chriſti : quia qđ minus eſt,maius in ſe includere non poteſt.Ideo apoſtolus cũ inueniſſet quoſdam Epheſios Ioãnis baptiſmate baptizatos, iterum baptizauit eos in noĩe Chriſti:quia in ſpiritu non erant baptizati, qm̃ & Chriſt⁹ iterũ baptizauit eos qui à Ioanne fuerant baptizati,ſicut ſermo Ioannis demõſtrat,dicẽs: Ego vos baptizo in aqua, ille vos baptizabit in ſpiritu . nec videbatur iterũ baptizare,ſed ſemel,quia enim amplius erat baptiſma Chriſti q̃ Ioannis,nouum dabatur & non iteratũ. Hila.Salutis igitur noſtræ & iudicii tẽpus deſignat in domino,dicẽs:Bapti.vos in ſpi.ſan.& igne:qa baptizatis in ſpũ ſancto reliquũ ſit conſummari igne iudicii,vnde ſubditur:Cuius ventila.in ma.ſua. Rab. Per ventilabrũ.i.paleam diſcretio iuſti examinis deſignaĩ quod habet dominus in manu.i.in poteſtate: qa pater omne iudiciũ dedit filio.Sequitur : Et permun. aream ſuã.Chry.ſup Mat.Area.i.eccleſia:horreũ verò regnũ cęleſte,ager aũt,hic mundus.Mittẽs ergo dominus apoſtolos,cæteroſq; doctores quaſi meſſores,pręcidit oẽs gentes de mundo , & in aream eccleſiæ congregauit. hic ergo triturandi ſum⁹,hic vẽtilãdi.oẽs enim hoĩes in rebus carnalibus delectantur , ſicut grana in palea,ſed qui fidelis eſt & boni cordis habet medullam, mox vt leuiter tribulatus fuerit, negligẽs carnalia,currit ad dominũ:ſi autẽ modicę fidei fuerit,vix cũ grandi tribulatione.Qui autẽ omnino infidelis eſt & vacuus,quantũcunq; contritus fuerit, non trãſit ad deũ.Triticum autẽ cũ primum trituratum fuerit , iacet cũ paleis in vno loco confuſum:poſtea autẽ ventilatur vt ſeparetur:ſic & in vna eccleſia fideles cum infidelibus habentur cõmixti , ideo mouetur pſecutio, quaſi ventus,vt vẽtilabro Chriſti iactati:quia iam diſiuncti fuerant actibus,ſeparẽtur & locis.Et vide quia non dixit:Mundabit aream ſuam,ſed pmundabit:neceſſe eſt enĩ vt diuerſis modis tentetur eccleſia, donec pmundetur. Et primũ quidem ventilauerunt illã Iudæi,deinde gentiles,modo hæretici : poſtmodũ peruẽtilabit Antichriſtus. Sicut enĩ quando modica eſt aura,non pmundatur tota tritici maſſa, ſed leuiores paleæ iactantur, grauiores autẽ remanent : ſic & modo, modico flatu tentationis ſufflante,peſſimi hoĩes recedunt. Si autẽ ſurrexit maior tempeſtas , etiam illi qui videntur eſſe ſtabiles, ſunt exituri. Ideo neceſſaria eſt tẽtatio maior,vt pmundetur eccleſia.Remi. Hãc etiã areã.ſ.eccleſiã, dominus mũdat in hac vita, cũ vel per iudiciũ ſacerdotũ mali de eccleſia tolluĩ,vel p mortẽ de hac vita abſcindũtur.Raba.vniuerſaliter autẽ areę purgatio in fine pficieĩ,quãdo mittet angelos ſuos filius hoĩs,& colliget de regno ſuo oĩa ſcãdala.Greg.34. mor.Nã poſt triturã vitę præſentis,in qua nunc triticũ ſub paleis gemit, ita illo extremi iudicii vẽtilabro triticũ,paleaq; diſcernitur,vt nec in tritici horreũ paleæ tranſeant, nec in palearum ignẽ horrei grana dilabanĩ,& hoc eſt quod ſequitur:Et cõgre.trit.ſu.in horre.pal.autẽ combu.igni inextinguibili. Hila. Triticũ ſuum pfectos.ſ.credẽtium,fructus dicit cęleſtibus horreis recondẽdum : paleas verò infructuoſorũ hominũ inanitatẽ. Raba.Verũ hoc inter paleas & zizaniã diſtat, quòd paleæ non alio q̃ triticorum ſemine pdeũt: zizania verò de diuerſo.Paleę ergo ſunt qui fidei ſacramẽtis imbuuntur.ſed ſolidi nõ ſunt: zizania verò qui & opere & pfeſſione ſecernunĩ à bonorum ſorte.Remi.Ignis autẽ inextinguibilis dicitur pœna ęternę dãnatiõis,ſiue quia quos ſemel ſuſcepit nunq̃ extinguit, ſed ſemp cruciat, ſiue ad differẽtiam ignis purgatorii qui ad tẽpus accẽditur & extĩguitur.Aug.de con.euã. Si autẽ q̃ritur q̃ verba potius Ioãnes Baptiſta dixerit, vtrum quæ Matthæus , an q̃ Lucas, an q̃ Marcus eum dixiſſe cõmemorat, nullo modo hic laborandũ eſſe iudicat,qui prudẽter intelligit ipſas ſentẽtias eſſe neceſſarias cognoſcẽdę veritatis,quibuslibet verbis fuerĩt explicatæ.Et in hoc apparet non debere eos arbitrari mentiri:quanq̃ ſi pluribus reminiſcẽtibus rẽ quam audierũt vel viderunt non eodẽ modo atq; eiſdẽ verbis eadẽ res fuerit indicata. Quiſquis autẽ dicit euãgeliſtas p ſpiritus ſancti potentiam hoc potuiſſe concedi, vt nec in genere verborũ,nec in ordine,nec in numero diſcreparẽt, non intelligit , quantò amplius euangeliſtarum excellit auctoritas,tantò magis p eos fuiſſe firmandã cæterorũ hoĩm veram loquẽtium ſecuritatem.Quod autem alius dixit : Cuius non ſum dignus calceamẽta portare , alius verò calceamẽti corrigiam ſoluere,non verbis tantũ,ſed etiam re ipſa videtur aliud eſſe. Meritò ergo quęri poteſt, quod horum Ioannes dixerit?Verũ etiam videĩ narraſſe qui hoc potuit narrare quod ille qui dixit:qui autẽ aliud,&ſi non eſt mentitus,certè vel oblitus aliquid p alio dixiſſe putabitur.Oẽm autẽ falſitatẽ abeſſe ab euangeliſtis decet, non ſolũ eam quæ mentiẽdo pmittitur,ſed etiã eam q̃ obliuiſcendo.Ita ſi ad rem ptinet aliquid aliud intelligere,ex vtroq; dictorum rectè ęſtimandum eſt Ioannẽ vtrũque dixiſſe,ſiue aliud alio tẽpore, ſiue confeſtĩ.Si autẽ nihil intendit Ioannes, cũ de calceamentis domini diceret,niſi excellentiã eius & ſuã humilitatẽ,qđlibet dictorum dixerit , eandẽ tamen ſententiã tenuit, quiſquis verbis ſuis p calceamentorum cõmemorationem eãdem ſignificationẽ humilitatis expreſſit, vnde ab eadẽ voluntate non aberrauit.Vtilis ergo mod⁹ & memorię cõmendand⁹ non eſſe mendacium,cùm quiſque voluntatem eius explicat de quo aliquid narrat, etiam dicens aliquid aliud quod ille non dixit:voluntatẽ tamen ſuam explicauit eandem quam & ille cui⁹ verba cõmemorat.Ita enĩ ſalubriter dicimus nihil aliud eſſe quærendum,quàm quid velit ille qui loquitur.

Tunc uenit Ieſus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo.Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari,& tu uenis ad me? Reſpondẽs autem Ieſus,dixit ei:Sine modò. Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Tunc dimiſit eum.

Glo. Poſtq̃ prędicatione ſui pcurſoris Chriſtus mũdo

prænũciatus est,tandẽ qui diu latuerat,hoĩbus se manifestare voluit,vnde dicitur:Tũc ve.Ie.à Gali.in Ior. ad Io.vt bap.ab eo.Remi. Est sciendũ ꝙ in his verbis describuntur psonæ,loca, tẽpus,& officium.Tempus, cũ dicit:Tunc.Raba.Quando.s.tricenari⁹ erat.in quo ostẽdit nullũ,vel sacerdotẽ,vel p̃dicatorem debere institui, nisi sit pfectę ætatis.Ioseph tricenarius regimen Aegypti suscepit. Dauid ea ætate regnum inchoauit. Ezechiel sub eodẽ tpe propheciã ꝓmeruit.Chry.ĩ ho. Quia etiã post baptismũ hũc, legẽ cessare oportebat, hac ætate ad baptismũ venit qui potest oĩa pctã suscipere, vt lege seruata nullus dicat, quia ideo eã soluit, quia ĩplere nõ potuit.Chry.sup Mat. Tunc etiã.s.quãdo Ioãnes p̃dicauerat,Pœnitentiã agite,vt cõfirmaret p̃dicationẽ ipsius, & vt testimonium acciperet à Ioãne.Sicut autẽ cũ processerit Lucifer, lux solis nõ expectat occasum Luciferi,sed eo procedẽte egredit,& suo lumine obscurat illius cãdorem,sic & Christus nõ expectauit,vt cursum suum Ioãnes ĩpleret, sed adhuc eo docẽte apparuit.Remi.Personę ponuntur,cũ dicit:Venit Iesus ad Ioannẽ.i.deus ad hoĩem, dominus ad seruum,rex ad militẽ,lux ad lucernã. Loca designantur, cũ dicit:A Galilæa in Iordanẽ. Galilæa em̃ trãsmigratio interptatur.Quicunq; ergo vult baptizari, transmigret de vitiis ad virtutes,& veniendo ad baptismũ se humiliet.Iordanis em̃ interptatur defcensus . Aug. Multa autẽ mirabilia in hoc flumine sæpius facta esse scriptura sancta cõmemorat,inter cætera dicens: Iordanis cõuersus est retrorsum : ante quidem retrorsum aquæ cõuersæ fuerant , modo retrorsum peccata conuersa sunt, sicut etiã Helias in Iordane diuisionẽ fecit aquarum, & Christ⁹ dñs in eodem Iordane separationem operatus est pctõrum.Remi. Officium designatur,cũ sequitur:Vt baptizaretur ab eo . Chryso.super Mat.Nõ vt ipse remissionẽ pctõrum acciperet per baptismũ, sed vt sanctificatas aquas relinq̃ret postmodũ baptizandis.Aug.Saluator em̃ ideo baptizari voluit, non vt sibi mundiciã acquireret , sed vt nobis fluenta mundaret.Ex quo ipse in aquã demergitur,ex eo oĩm pctã abluit aqua.Nec mirũ ꝙ aquã,hoc est substantiã corporalẽ ad purificandã animã dicimus ꝓuenire: peruenit planè, & penetrat cõscientiæ vniuersa latibula: q̃is em̃ ipsa sit subtilis & tenuis:benedictiõe tñ Christi facta subtilior,occultæ vitæ causas ad,secreta mentis subtiliore rore ptranſit . Subtilior em̃ est benedictionũ cursus quàm aquarũ meatus,vñ q̃ de saluatoris benedictio fluxit,tanq̃ fluuius spiritalis omnium gurgitũ tractus vniuersorũ fontium venas ĩpleuit . Chry. sup Mat.Ad hoc autẽ ad baptismum venit,vt qui humanã suscepit naturam,totũ humanæ naturæ inuenia tur implesse mysterium : nã quanuis ipse nõ erat peccator,tamẽ naturã suscepit peccatricẽ,ꝓpterea & si ꝓ se baptismate nõ egebat,tamẽ in aliis carnalis natura opus habebat.Aug.in ser.de epi.Itẽ ideo baptizari voluit,quia voluit facere quod faciendũ oĩbus ĩperabat, vt bonus magister doctrinã suã non tã verbis insinuaret,q̃ actibus exerceret.Aug.sup Ioã.Hinc ergo dignatus est à Ioanne baptizari,vt cognoscerẽt serui quanta alacritate debeant currere ad baptisma domini, quando ipse nõ dedignat⁹ est accipere baptisma serui.Hiero.Itẽ baptizari voluit,vt baptismate suo, Ioannis baptisma cõprobaret.Chry.in ho.Quia verò baptismus pœnitentiæ erat , & in demõstrationem delictorũ inducebatur,ne aliquis æstimaret quòd hac ratiõe Christus ad Iordanem venit, ideo venienti dixit: Ego à te debeo baptizari,& tu venis ad me? quasi dicat.Chry. sup Mat.Vt tu me baptizes est idonea ratio, vt iustus efficiar,& dignus cælo,vt aũt ego baptizẽ q̃ est ratio? omne bonũ de cælo descẽdit in terrã,nõ de terra ascẽdit in cęlũ.Hila.Deniq; à Ioanne baptizare ꝓhibetur vt deus,& ita in se fieri oportere vt homo edocet.Vnde sequitur:Respõdens aũt Iesus,dixit ei:Sine modò. Pulchrè dixit modò,vt ostẽderet Christũ in aqua à Ioanne,Ioannẽ à Christo in spiritu baptizandũ.Siue aliter:Sine modò,vt qui formã serui assumpsi , expleã & humilitatẽ eius,alioquin scito te in die iudicii,meo es se baptismate baptizãdum, vel sine modò,vt dicit dominus, habeo & aliud baptisma , quo & baptizandus sum.Tu me baptizas ĩ aqua, vt ego te baptizẽ per me in sanguine tuo.Chry.super Mat.In quo etiam ostendit quia postea Christus baptizauit Ioannẽ : quanuis etiam in apocryphis libris hoc manifestè scriptum sit. Sed modò sine,vt iustitiã baptismatis, nõ verbis, sed factis adípleã:priùs suscipiã,posteà p̃dicabo.Vnde sequitur: Sic em̃ decet nos oẽm implere iustitiã,vbi nõ hoc significat,vt si fuerit baptizatus,adimpleat omnẽ iustitiã, sed si.i.quẽadmodum baptismatis iustitiã prius factis impleuit,posteà p̃dicauit,sic & oẽm aliã iustitiam,secundũ illud.Cœpit Iesus facere & docere.Aut ita,sic oportet nos ĩplere omnẽ iustitiam,sicut iustitiã baptismi,id est secundũ dispensationẽ humanæ naturæ.Sic em̃ impleuit iustitiã nascendi, crescendi , & similiũ. Hila. Erat & per eum omnis implenda iustitia, per quem solũ lex poterat impleri.Hiero.Non autem addidit iustitiã legis,siue naturæ,vt vtrunq; intelligamus.Remi. Vel sic: Docet nos implere omnẽ iustitiã, id est,ostendere exẽplum omnis implendæ iustitiæ in baptismo,sine quo nõ aperitur adit⁹ regni cęlestis,vel etiã discant superbi exemplum humilitatis, vt non dignentur baptizari ab humilibus mẽbris meis, dum viderint me baptizatum à te Ioanne seruo meo . Illa autem est vera humilitas quam comes obedientia sequitur:vnde subditur: Tunc dimisit eum,id est,ad vltimum assensum præbuit vt baptizaret eum.

Baptizatus autem Iesus , confestim ascendit de aqua . Et ecce aperti sunt ei cæli, & uidit spiritum dei descendentem sicut columbam, & uenientem super se.

Aug.in ser.de epi.Quia,vt dictum est,cũ saluator noster abluitur , iam tunc in nostrũ baptismũ tota aqua mundatur,vt securis postmodũ populis lauacri gratia ministretur.Oportuit etiam Christi baptismo ea desi gnari quę per baptismũ consequuntur fideles,vnde dicitur:Baptizatus aũt Ie.cõfe.ascen.de aqua.Chry.super Matt.Factum Christi ad mysterium pertinet oĩm qui postmodum fuerãt baptizandi,& ideo dixit cõfestim.Et nõ dixit simpliciter ascendit,quia omnes qui dignè baptizantur in Christo,cõfestim de aqua ascendunt,id est,proficiũt ad virtutes, & ad dignitatẽ subleuantur cælestẽ.Qui enim in aquam ingressi fuerant carnales,& filii Adæ pctõres,confestim de aqua ascendunt spirituales filii dei facti, si aũt quidã ex sua culpa nihil proficiunt baptizati,quid ad baptismum? Raba. Quia ergo nobis domin⁹ sui corporis intinctu baptismi lauacrum dedicauit , nobis quoque post acceptum baptisma, cęli aditũ patẽre,& spiritum sanctum dari, demõstrauit,vnde sequitur:Et aperti sunt ei cæli.Hiero.Nõ reseratione electorũ,sed spiritalib⁹ oculis,sicut & Ezechiel in principio voluminis sui,apertos esse cõmemorat. Chry.super Mat.Si em̃ ipsa creatura rupta fuisset,non dixisset:Aperti sunt ei,quia quod corporaliter aperitur,oĩbus est apertũ. Sed dicet aliquis,quid enim ante oculos filii dei clausi fuerunt cæli , qui etiã in terra constitut⁹ erat in cælo? Sed sciendum quòd si cut secundũ dispensationẽ humanam baptizatus est, sic secũ-

sic secundum humanã dispensationẽ aperti sunt cæli: secundũ autem naturam diuinam erat in cælis. Remi. Sed nunquid tunc primo aperti sunt ei cæli, etiam secundũ humanam naturam? Fides enim ecclesiæ & credit & tenet quòd non minus aperti sunt ei cæli antè, quàm post.Ideo ergo dicitur ꝙ aperti sunt ei cæli, qa omnibus renatis aperitur ianua regni cęlestis. Chrys. super Matthęũ. Fortè enim erant inuisibilia quædam obstacula prius,quibus obsistentibus animę defuncto rum nõ poterant introire cælos. Nullã enim animam ante Christũ arbitror ascendisse in cælum ex quo peccauit Adã,& clausi sunt cęli. Sed ecce baptizato Christo aperti sunt tantũ . Postquam verò tyrannum vicit per crucem,quia non erãt necessarię portæ, cęlo nunquã claudendo,non dicũt angeli: Aperite portas, iam enim erant apertę,sed tollite portas.Vel in baptizatis aperiũtur cæli,& videt ea quę sunt in cælo,non carnalibus oculis videdo , sed spiritualibus fidei credendo. Aut ita:Cæli sunt scripturæ diuinæ quas oẽs legũt,nõ tamen oẽs intelligunt,nisi qui fuerint sic baptizati,vt accipiant spiritum sanctũ.Vnde & apostolis primitus erant clausæ scripturæ prophetarum,sed accepto spiritu sancto reseratæ sunt eis. Tamen quocunq; modo intelligatur, cæli aperti sunt ei .i. omnib⁹ propter eum: sicut si imperator alicui pro alio petenti dicat:Hoc benificiũ non illi do,sed tibi.i.propter te illi.Glo.Vel tãtus splendor circũfulsit Christũ in baptismo,vt empireũ videretur cælũ reseratum esse.Chry.in ho. Si autẽ tu non vides,non incredulus sis. Etenim in principiis spiritualium rerũ semper sensibiles apparent visiones, propter illos qui nullam intelligentiã incorporalis naturæ susçipere possunt:vt si postea nõ fiant,ex his quæ semel facta sunt recipiant fidẽ.Remi.Sicut autẽ omnibus per baptismũ renatis , aperitur ianua regni cælestis : ita omnes in baptismate accipiunt dona spiritus sancti.Ideo subditur: Et vidit spiritũ dei descen.sicut colum.& venien.super se. Augu.in ser.de epi. Christ⁹ enim postq̃ natus est hominibus renascitur sacramentis, vt quẽadmodũ tunc eum miramur incorrupta matre progenitũ, ita & nunc susçipiamus illum pura vnda submersum : filium enim genuit mater & casta est, Christũ lauit vnda, & sancta est. Denique spiritus sanctus qui tunc illi in vtero affuit,modò eum in gurgite circunfulsit,qui tunc Mariam castificauit, nunc fluẽta sanctificat.Vnde dicit:Et vidit spiritum dei descendẽtem.Chryso. super Matt. Ideo autem spiritus sanctus speciem columbæ susçepit, quoniam prę omnibus animalibus hæc cultrix est charitatis:omnes autẽ iustitię species quas habent serui dei in veritate, possunt habere serui diaboli in simulatione.Solam autẽ charitatem sancti spiritus,non potest immundus spiritus imitari.Ideo ergo hãc priuatã speciem charitatis sibi seruauit spiritus sanctus : quia per nullius testimoniũ sic cognoscitur vbi est spiritus sanctus,sicut per gratiam charitatis.Raba.Signantur etiam quatuor virtutes in baptismate per columbam. Columba enim secus fluẽta habitat,vt viso accipitre mergat se & euadat.Melio ra grana eligit, alienos pullos nutrit , non lacerat rostro , felle caret,in cauernis petræ nidificat, gemitum pro cãtu habet:ita & sancti secus diuinæ scripturæ fluenta resident,vt cursum diaboli euadant.Sanas sententias quibus pascantur eligunt, nõ hæreticos homines qui diaboli fuerũt pulli.i.imitatores,doctrina nutriũt & exẽplo,bonas sentẽtias lacerando nõ peruerterunt, hæreticorũ more.Ira irreconciliabili carent.In plagis mortis Christi , qui petra firma est,nidũ ponunt.i.suũ refugiũ & spẽ: sicut etiã alii delectant in cantu,ita ipsi in gemitu pro peccatis.Chry.in ho.Veteris etiã recordat historię,in diluuio apparuit hoc animal, ramũ ferẽs oliuę , & cõmunẽ orbis trãquillitatẽ annuncians, quæ oĩa typus erant futurorũ.Etenim nunc colũba apparet,liberatorẽ nobis demonstrans,& pro ramo oliuę adoptionẽ generi humano affert. Aug.in ser.de trini . Est autẽ in prõptu intelligere cur spiritus sanctus missus dicatur, cũ in ipsam domũ corporali specie velut colũba descẽdit:facta est enim quędã creaturę species ex tẽpore, in qua visibiliter ostenderetur spiritus sanctus.Hæc autẽ operatio visibiliter expressa, & oculis oblata mortalib⁹ missio spiritus sancti dicta est, nõ vt appareret inuisibilis eius substãtia, sed vt corda hominũ exterioribus visis cõmota ad occultã æternitatem conuerterentur . Non autẽ sic assumpta est creatura,in qua spiritus sanctus apparuit in vnitate.s.personæ,sicut assumpta est humana illa forma exvirgine. Neque em̃ colũbã beatificauit spiritus,aut sibi in personæ suę vnitatẽ in æternũ cõiunxit . Proinde quanq̃ illa colũba spiritus dicta sit, vt ostenderetur per colũbã spiritũ demonstratũ,nõ tamen ita possumus dicere spiritũ sanctũ & deũ & colũbã,sicut dicim⁹ filiũ & deũ & hominẽ:nec sicut dicimus filiũ agnum dei,non solũ Ioanne Baptista dicente , sed etiã Ioanne euangelista vidente agnum occisum in Apocalypsi. illi quippe visio ꝓphetica nõ est exhibita oculis corporeis per formas corporeas, sed in spiritu per spirituales imagines corporũ . De illa verò colũba nullus vnquã dubitauit quin oculis visa sit,nec sicut dicim⁹ filiũ petrã(scriptũ est enim:Petra erat Christus)ita possumus dicere spiritum colũbam.Illa em̃ petra iã erat ĩ creatura, & per actionis modũ nũcupata est nomine Christi,quẽ signi ficabat.nõ autem sic illa colũba,quæ ad hęc tantũmodo signãda repętè extitit.Magis autem simile hoc mihi videt flãmæ,& illi quę in rubo apparuit Moysi,& il li quam populus in heremo sequebatur,& fulguribus ac tonitruis quæ fiebant dũ lex daret in mõte. Ad hoc enim rerũ illarum corporalis extitit species vt aliquid significaret atque præteriret. propter has ergo corporales formas missus dicitur spiritus sanctus : illę verò species corporales ad demõstrandum quod opus fuit ad tẽpus apparuerunt,& esse postea destiterũt . Hiero. Sedit autem colũba super caput Iesu, ne quis putaret vocem patris ad Ioannẽ factam non ad dominũ. vnde sequitur:Et venientem super se.

Et ecce uox de cælis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Aug. in ser.de epi. Nõ em̃ vt ante ꝓ Moysem aut prophetas, nec per typos aut figuras venturũ in carne pater filiũ docuit,sed palã venisse monstrauit,dicẽs:Hic est filius meus.Hila. Vel vt ex his quę cõsummabãtur in Christo, cognoscceremus post aquæ lauacrum & de cęlestibus portis sanctũ in nos spiritũ immolare,& cælestis nos gloriæ vnctione perfundi , & paternæ vocis adoptione filios dei fieri. Hiero.Mysteriũ autem trinitatis in baptismate demõstratur , domin⁹ baptizatur, spiritus descẽdit in habitu colũbæ,patris vox filio testimoniũ perhibẽtis auditur.Aug.ĩ ser.de epi. Nec mirum si in dñico lauacro mysteriũ non defuit trinitatis, cũ nostrũ lauacrũ trinitatis cõpleat sacramẽtũ. voluit em̃ dñs primo circa se exhibere quod erat, postea humano generi ꝓcepturus.Augu.de fide ad Pe.Quanuis aũt pater & filius & spiritus sanctus sint vna natura, firmissimè tamen tene tres esse personas ,patremq̃ solum esse qui dixit: Hic est filius meus dilectus.Et filium solum esse , super quem illa vox patris insonuit: & spiritũ sanctum solũ esse, qui in specie colũbę super

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christum baptizatũ descendit. Augu. 4. de trini. Hæc autẽ opera sunt totius trinitatis. In sua quippe substãtia pater & filius & spiritus sanctus vnũ sunt sine vllis interuallis tẽporum vel locorum. In meis aũt vocibus separati sunt pater & filius & spiritus sanctus, nec simul dici poterũt, & in literis visibilibus sua separatim locorũ spatia tenuerunt, quia similitudine vtrunq; cognoscitur inseparabilẽ in seipsa trinitatem, per visibilis creaturæ speciẽ separabiliter demõstrari. quòd aũt soli⁹ patris vox sit, ostenditur ex hoc quod dicit: Hic est filius me⁹. Hila. in lib. de trini. Non solũ nomine cõtestatus est eũ esse filiũ, sed proprietate. Multi em̃ nos filii dei sumus, sed nõ talis est hic filius. hic em̃ & prius & verus est filius origine, non adoptione: veritate, non nũcupatione: natiuitate, non creatione. Augu. super Ioã. Pater aũt diligit filiũ, sed quomodo pater filium, nõ quomodo dominus seruũ: sed quomodo vnicũ, non quomodo adoptatũ. Et ideo subditur: In quo mihi cõplacui. Remi. Vel si ad humanitatẽ Christi referatur, si legatur: In quo mihi cõplacui. Talis est sensus, in quo mihi cõplacui, quia istum solum reperi sine peccato. Si verò legatur in quo mihi cõplacuit, subauditur placitũ meũ constituere, vt per eum agerẽ q̃ agẽda sunt. i. genus humanũ redimerẽ. Aug. de con. euan. Hæc aũt verba, & alii duo Mar. & Lucas similiter narrant, sed de verbis vocis quæ de cælo facta est, variant locutionẽ, salua tamẽ sententia. Quod enim Matthæus ait dictũ: Hic est filius meus dilectus, & alii duo dicunt: Tu es filius meus dilectus, ad eandẽ sententiam explicandã valet. vox enim cælestis vnũ horum dixit, sed euangelista ostendere voluit ad id valere quod dictum est: Hic est filius meus, vt illis potius qui audiebant indicaretur quòd ipse esset filius dei, atque ita dictũ referre voluit: Tu es fili⁹ meus. acsi illi diceretur: Hic est filius meus. Non em̃ Christo indicabatur, qđ sciebat, sed audiebant qui aderant, propter quos vox facta est. Iáverò, q̃ alius dicit: In quo mihi cõplacui, alius: In te cõplacuit mihi. Si quæris quid horũ illa voce sonuerit, quodlibet accipiendum intelligas eos qui nõ eandẽ locutionẽ retulerunt, eandẽ retulisse sententiam. quòd enim deus in filio sibi cõplacuit, admonetur aliquis ex eo quod dictũ est: In te cõplacui. quòd autẽ in filio pater placuerit hoĩbus, admonetur ex eo qđ dictũ est: In te cõplacuit mihi, seu intelligatur hoc dictũ esse ab oĩbus euangelistis tanq̃ diceretur: In te cõplacitũ meũ constitui, hoc est implere qđ mihi placet.

CAPVT IIII.

TVnc Iesus ductus est in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Cũ ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.

Chrysostomus super Matth. Postquam baptizatus est dominus à Ioanne in aqua, ducitur à spiritu in desertũ, vt baptizaretur igne tẽtationis. vnde dicitur: Tũc Iesus ductus est in desertũ à spiritu. Tũc. s. quando pater clamauit de cælo: Hic est fili⁹ meus dilectus. Chry. in home. Quisquis ergo post baptismũ maiores sustines tentationes, nõ turberis: etenim propter hoc accepisti arma vt nõ vaces, sed vt prælieris. Ideo autẽ tentationẽ à te deus nõ prohibet. Primũ quidẽ vt discas, quoniã multò fact⁹ es fortior. deinde vt magnitudine donorũ non extollaris. Tertiò vt diabolus experiẽtia cognoscat quòd pfectè ab eo absces̃isti. Quartò vt p hoc fortior reddaris. Quintò vt crediti tibi thesauri signũ accipias. neque enim diabolus superueniret tibi ad tentandũ, nisi te in maiori honore effectum videret. Hila. In sanctitate enim maximè diaboli tentamẽta grassantur, quia victoria ei est magis optata de sanctis. Grego. in home. Dubitari aũt à quibusdam solet, à quo spiritu sit ductus Iesus in desertum? propter hoc quod subditur: Assumpsit eũ diabolus in sanctã ciuitatem. Sed verè & absque vlla quęstione cõuenienter accipitur, vt à spiritu sancto ductus esse credatur, vt illuc eũ suus spiritus duceret, quo hunc ad tentãdum spiritus malignus inuenit. Augu. in 4. de trini. Cur seipsum quoque tentandũ præbuit? vt ad superandas tentationes mediator esset, nõ solũ per adiutoriũ, verũetiã per exemplũ. Chry. super Mat. Est autẽ ductus à spiritu sancto, non quasi minor maioris præcepto: non em̃ solũ ductus dicitur qui alicuius potestate ducitur, sed etiam ille qui alicuius rationabili exhortatione placatur: sicut scriptũ est de Andrea quòd inuenit Simonẽ fratrem suũ, & adduxit eũ ad Iesum. Hiero. sup Matt. Ducitur aũt non inuitus aut captus, sed volũtate pugnandi. Chryso. Ad homines enim diabolus vadit vt tentet eos: quoniam aũt aduersus Christum diabolus ire non poterat, ideo contra diabolum Christus processit. vnde dicitur: Vt tentaretur à diabolo. Grego. in ho. Sed sciendum nobis est, quia tribus modis tentatio agitur: suggestione, delectatione, & cõsensu. & nos cũ tentamur, plerunque in delectatione aut in consensu labimur: quia de carnis peccato ꝓpagati in nobis̃is etiam gerimus, vnde certamina toleramus. Deus verò qui in vtero virginis incarnatus in mundũ sine peccato venerat, nihil contradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionẽ potuit, sed eius mentẽ peccati delectatio non momordit, atque ideo oĩs diabolica illa tentatio foris non intus fuit. Chrys. in ho. Tunc aũt maximè instat diabolus ad tentandũ, cũ viderit solitarios: vnde etiam in principio mulierẽ tentauit sine viro eã inueniẽs, vnde & sic per hoc etiã diabolo datur occasio tentandi quòd ducitur in desertũ. Glo. Hoc desertũ est inter Hierusalem & Hiericho vbi morabãtur latrones, qui locus vocatur Dorohin, id est, sanguinis, propter effusionẽ sanguinis quam ibi latrones faciebant: vnde & homo cũ descẽdisset à Hierusalẽ in Hiericho, incidisse dicitur in latrones, gerẽs figurã Adæ, qui à dæmonibus victus est. Cõueniens ergo fuit, vt ibi Christ⁹ diabolũ superaret, vbi diabolus hoĩem sub figura superasse dictus est. Chry. super Mat. Non solũ aũt Christus ductus est in desertũ à spiritu, sed & oẽs filii dei habentes spiritũ sanctũ. Nõ em̃ sunt cõtenti sedere ociosi, sed spiritus sanctus vrget eos aliquod magnũ apprehẽdere op⁹, quod est ire in desertũ quantũ ad diabolũ: quia non est ibi iniustitia, qua diabolus delectatur. Oẽ etiã bonũ est extra carnẽ & mundũ, quia nõ est secundũ voluntatẽ carnis & mundi. Ad tale ergo desertũ oẽs filii dei exeũt vt tentent̃, vtputa si non proposuisti ducere vxorẽ, duxit te spiritus sanctus in desertũ. i. extra fines carnis & mundi, vt tẽteris à cõcupiscẽtia carnis. Quõ em̃ tentatur libidine, q̃ tota die est cũ vxore? Scire aũt debemus, q̃ filii dei nõ tẽtãtur à diabolo nisi in desertũ exierint: filii aũt diaboli in carne & mũdo cõstituti confringunt̃, & parẽt: sicut bonus hõ si vxorẽ habuerit nõ fornicatur, sed sufficit ei vxor sua. Malus aũt etiam habẽs vxorẽ fornicat̃, & nõ est vxore cõtentus, & sic in oĩbus inuenies. Filii ergo diaboli nõ exeunt ad diabolũ vt tentẽtur. Quid enim opus habet ad certamen exire qui non desiderat vincere? Qui aũt gloriosiores sunt filii dei, extra fines carnis exeũt contra illũ, quia victoriæ gloriã concupiscũt. Propterea & ĩ hoc loco Christ⁹ exiit ad diabolũ vt tẽtaret̃ ab eo. Chry. in ho. Vt aũt discas q̃ magnum bonũ est ieiuniũ, & qualiter scutũ est aduers⁹ diabolũ, & quoniã post baptismũ non lasciuiæ sed ieiunio intẽdere oportet, ipse ieiunauit non eo indigẽs, sed nos instruens. Chry. super Mat. Et vt quadragesimi nostri ieiunii poneret mensurã, quadraginta diebus & quadraginta noctib⁹ ieiunauit. vnde sequitur: Et cũ ieiunasset 40. dieb⁹ & 40. noctibus. Chry. in ho. Non aũt vltra pcessit ieiunando q̃ Moyses & Helias, ne incredibilis videret̃ carnis assũptio, Greg. ĩ ho. Ipse aũt auctor omniũ in quadraginta dieb⁹ nullũ omnino cibũ sumpsit. Nos quoq; quantũ possum⁹ quadragesimæ tẽpore carnẽ nostrã per abstinentiã affligamus. Quadragenari⁹ aũt numerus custodit, quia virtus decalogi per libros quatuor sancti euãgelii impletur. denari⁹ etenim quater duct⁹ in quadragenariũ surgit. Vel quia ĩ hoc mortali corpore in quatuor elementis subsistimus, per cuius voluntatẽ præceptis dominicis contrahimus, quæ per decalogũ sunt accepta. Qui ergo per carnis desideria de calogi mandata cõtempsimus, dignũ est vt candẽ carnẽ quaterdecies affligamus. Vel sicut in lege offerre debemus decimas rerum, ita ei offerre contẽdimus decimas dierũ. A prima enim dominica quadragesimę vsque ad paschalis solẽnitatis gaudia, sex hebdomadæ veniũt, quarũ dies quadraginta & duo sunt: ex quibus dũ sex dñici abstinẽtia subtrahunt̃, remanẽt 36. Dũ verò per 300. &. 65. dies annus ducitur, nos autem per 36. dies affligimur, quasi anni nostri decimas deo damus. Aug. in lib. 83. q. Vel aliter: Oĩs sapientiæ disciplina, est creatorẽ creaturãq; cognoscere. Creator est trinitas, pater & fili⁹ & spiritus sanct⁹: creatura verò partim est inuisibilis, sicut ânima, cui ternarius numer⁹ tribuitur. Diligere em̃ deũ tripliciter iubemur, ex toto corde, ex tota aĩa, & ex tota mẽte: partim visibilis, sicut corp⁹ cui quaternarius debetur, propter calidũ & frigidũ, humidũ & siccũ. Denarius ergo numerus, qui totã insinuat disciplinã, quater ductus. i. numero qui corpori debetur multiplicatus (quia per corpus administratio geritur) quadragesimũ numerum confi cit, cuius partes æquales ad quinquaginta perueniũt. Vnũ enim, & duo, & quatuor, & quinq;, & octo, & decem, & viginti, quæ sunt partes quadragenarii simul iuncta, efficiunt quinquaginta. Et ideo tempus quo in gemiscimus & dolemus, quadragenario numero celebratur. Stat⁹ aũt beatitudinis, in quo erit gaudiũ, quĩ quagesimæ celebratione præfiguratur. i. à pascha vsq; ad Pentecosten. Augu. in sermone de quadra. Non autẽ quia Christus post recepũ baptismũ continuò ieiunauit, regulã obseruationis dediss̃e credẽdũ est, vt post Christi baptismum continuò ieiunare necesse sit. Sed quando acriori certamine cũ tentatore cõfligitur, ieiunandũ est, vt corpus impleat de castigatione malitiã, & animus impetret de humiliatiõe victoriã. Chry. super Mat. Sciebat autẽ dominus cogitationẽ diaboli quia volebat eũ tẽtare. audierat enim quia Christ⁹ natus est in hoc mundo angelis prædicantibus, pastoribus referentibus, Magis quærentibus, & Ioanne ostendẽte: vnde dominus processit cõtra eum, non quasi deus, sed magis quasi deus & homo. Nã per 40. dies non esurire, non erat hominis: aliquando autẽ esurire non erat dei: vnde esuriuit ne manifestè intelligat̃ deus, & sic diaboli spẽ tentandi extingueret, suã autẽ victoriã impediret. vnde sequitur: Postea esuriit. Hila. Nã post quadraginta dies nõ in 40. diebus esuriit. Igitur cũ dominus esuriit, non inedię subrepsit operatio, sed naturæ suę hominẽ dereliquit. Non em̃ erat à deo diabolus, sed à carne vincendus, qua rerũ ratione indicat, post quadraginta dierũ consummationẽ, quibus post passionẽ in seculo erat cõmoraturus, esuritionẽ se humanę salutis habiturũ, quo in tẽpore expectatũ deo patri munus hominẽ, quem assumpserat reportauit.

Et accedens tentator, dixit ei: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondẽs dixit, Scriptum est: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei.

Chry. super Ma. Quia diabolus videns per quadragin ta dies Christũ ieiunantẽ desperauerat, postquã esuriẽtem sensit, iterũ cœpit sperare. vnde sequitur: Et accedens tentator. Si ergo ieiunaueris & tẽteris, ne dicas quia perdidi fructũ ieiunii mei. Nã & si non tibi profuit ieiuniũ tuum vt non tẽteris, tamẽ proficiet vt à tẽtationibus nõ vincaris. Greg. in ho. Sed si ipsũ ordinẽ tentationis inspicimus, pẽsamus quanta magnitudine nos à tentatione liberemur. Antiquus enim hostis primũ hominem ex gula tentauit, cũ cibũ ligni vetitũ ad comedẽdũ suasit. Ex vana gloria, cũ diceret: Eritis sicut dii. Ex auaritia, cũ diceret: Scientes bonũ & malum. Auaritia enim non solũ pecuniæ est, sed etiã altitudinis, cũ supra modũ sublimitas ambigitur. Quibus autẽ modis primũ hominem strauit, eisdẽ modis secundo homini tẽtator succubuit. Per gulã tẽtat, cũ dicit: Dic vt lapides isti panes fiant. Per vanã gloriam, cũ dicit: Si filius dei es, mitte te deorsum. Per sublimitatis auaritiam, cũ regna mundi ostendit, dicens: Hæc omnia tibi dabo. Augustinus super Lucã. Inde autẽ cœpit vnde iam vicerat. s. à gula. vnde dixit ei: Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Quid autẽ fibi vult talis sermonis exorsus, nisi quia cognouerat dei filium esse venturũ, sedveniss̃e per infirmitatẽ corporis non putabat? aliud explorãtis, aliud tentãtis est: & deo se profitetur credere, & homini conatur illudere. Hila. Eã ergo in tẽtando conditionẽ operis proposuit, per quã in deo ex mutatione lapidũ in panes virtutẽ potestatis agnoscer̃et, & in homine oblectamento cibi patiẽtiam esurientis illuderet. Hiero. Sed ex duobus cõtrariis teneris à diabolo. Si ad imperium eius possunt lapides panes fieri, ergo frusta tentas eum, qui tantę potentiæ est: si autem non potest facere, frustra dei filiũ suspicaris. Chry. super Matth. Sicut autẽ diabolus omnes homines exçecabat, sic modo iuisibiliter à Christo est excæcatus. Post quadraginta enim dies esuriẽtem sensit, & per quadraginta nõ esurientẽ non intellexit, cũ suspicatus est eũ non esse filiũ dei: non cognouit, q̃m fortis athleta ad ea quę ĩfirma sunt, descẽdere põt: infirmus aũt ad ea quæ fortia sunt ascendere non põt. Magis ergo ex eo quòd per tot dies nõ esuriit, intelligere debuit, quia deus est: quàm ex eo quòd post tot dies esuriit, quia homo est. Sed dicit, Moyses & Helias quadraginta dies ieiunauerũt, & homines erant. Sed illi ieiunantes esuriebant & sustinebant: iste quadraginta diebus non esuriit, sed postea. Esurire enim & non manducare patientiæ est humanæ, non esurire autẽ diuinæ naturæ. Hiero. Propositũ autem Christi erat humilitate vincere. vnde aduersariũ vicit testimoniis legis non potestate virtutis, vt hoc ipso & hominem plus honoraret, & aduersarium plus puniret: cũ hostis generis humani non quasi à deo, sed quasi ab homine vinceretur. vnde sequitur: Qui respondẽs dixit ei: Scriptum est, non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Grego. in home. Sic ergo tẽtatus à diabolo dominus, sacri eloquii præcepta respondit, & qui tẽtatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suæ potentiæ non ostendit: quatenus nobis præberet exemplum, vt quoties à prauis hominib⁹ aliquid patimur, ad doctrinam excitemur, potius quàm ad vindictam. Chrysostomus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuper Matt. Non autem dixit, non in ſolo pane viuo, ne videatur de ſe dictũ eſſe, ſed mediè: non in ſolo pane viuit homo, vt poſſet diabolus dicere: Si filius dei eſt, abſcondit ſe vt non oſtendatur, quod poteſt: ſi homo eſt, aſtutè excuſat ſe, ne oſtendatur nõ poſſe. Raba. Teſtimoniũ autem hoc de Deuteronomio ſumptũ eſt. Ergo ſi quis nõ veſcitur verbo dei, iſte non viuit: quia ſicut corpus humanũ non viuit ſine terreno cibo, ita & anima viuere non poteſt ſine dei verbo. Procedere autẽ verbum de ore dei dicitur, cum voluntatẽ ſuam per ſcripturarum teſtimonia reuelat.

Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum tẽpli, & dicit ei: Si filius dei es, mitte te deorſum. Scriptũ eſt enim: Quia angelis ſuis mãdabit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Ieſus: Scriptũ eſt, Non tentabis dominum deum tuum.

Chryſo. ſuper Matth. Cũ ex præmiſſo Chriſti reſponſo nihil certum dicere diabolus potuiſſet: vtrum Chriſtus deus eſſet an homo, aſſumpſit eũ ad aliam tentationem, dicens apud ſe: Iſte qui fame non vincitur: & ſi filius dei non eſt, tamẽ ſanctus eſt: valent enim homines ſancti fame nõ vinci, ſed poſtquã omnem neceſſitatẽ carnis vicerũt, per vanam gloriã cadunt: ideo cœpit eũ tentare in gloria vana, propter quod ſequitur: Tũc aſſumpſit eũ diabolus in ſanctã ciuitatẽ. Hierony. Aſſumptio iſta nõ ex imbecillitate domini venit, ſed de inimici ſuperbia, qui voluntatẽ ſaluatoris neceſſitatẽ putat. Rabanus. Sancta aũt ciuitas Hieruſalẽ dicebatur, in qua tẽplum dei erat, & ſancta ſanctorũ, & cultus vnius dei ſecũdum legem Moyſi. Remig. In quo oſtẽditur, quia diabolus fidelibus Chriſti etiam in ſanctis locis inſidiatur. Grego. in home. Sed ecce dũ dicitur deus homo in ſanctã ciuitatẽ à diabolo aſſumptus humanæ aures audire expaueſcunt, iniquorũ tamen omniũ diabolus caput eſt. Quid autẽ mirũ ſi ſe ab illo permiſit in montẽ duci, qui ſe permiſit à mẽbris illius crucifigi? Glo. Diabolus enim ſemper ad alta ducit, eleuando per iactantiã vt præcipitare poſſit. Et ideo ſequitur: Et ſtatuit eũ ſupra pinnaculũ tẽpli. Remi. Pinnaculũ ſedes erat doctorũ. Templũ enim non habebat culmẽ erectũ, ſicut noſtræ domus habent, ſed & planũ erat deſuper, more Paleſtinorũ, & in ipſo tẽplo tria tabulata erant. Et ſciendũ quia in pauimento pinnaculũ erat, & in vnoquoque tabulato pinnaculum erat. Siue ergo ſtatuerit eũ in illo pinnaculo quod erat in pauimento, ſiue illis quæ erant in primo, ſecundo vel tertio tabulato, intelligendũ eſt quòd in illo ſtatuiſſet eum, vnde aliquod præcipitiũ eſſe potuit. Glo. Nota verò hæc omnia corporeis ſenſibus eſſe cõpleta: quia eẽ prima adinuicẽ conſequuntur, in ſpecie hominis diabolũ apparuiſſe veriſimile eſt. Chryſo. ſuper Matthæum. Sed fortè dicis quomodo in corpore conſtitutum videntibus omnibus ſtatuitur ſupra tẽplũ? Sed forſitã diabolus ſic eũ aſſumebat, vt ab omnibus videretur. Ipſe autẽ neſciente diabolo inuiſibiliter ſic agebat, vt à nemine videretur. Glo. Ideo autẽ duxit eũ ſupra pinaculum, cũ vellẽt eũ de vana gloria tentare: quia in cathedra doctorum multos deceperat inani gloria, & ideo putauit iſtũ poſitum in ſede magiſterii inani gloria extolli poſſe. vnde ſequitur: Et dixit: Si filius dei es, mitte te deorſum. Hierony. In omnibus enim tẽtationibus hoc agit diabol⁹, vt intelligat ſi filius dei ſit. Dicit autẽ: Mitte te quia vox diaboli quiſ emper homines cadere deorſum deſiderat ꝓſuadere poteſt, præcipitare non poteſt. Chryſo. ſuper Matthæũ. Per hanc autẽ propoſitionem quomodo poterat cognoſcere ſi eſt filius dei, an nõ? Volare enim per aerẽ non eſt propriè opus dei: quia nulli vtile eſt. Si ergo aliquis volauerit prouocat⁹, propter oſtentationẽ ſolam hoc facit, & eſt potius ex diabolo quàm ex deo. Si ergo homini ſapienti ſufficit eſſe quod eſt, & nõ eſt neceſſariũ ei apparere quod nõ eſt: quantò magis filius dei oſtẽdere ſe neceſſariũ nõ habet, de quo nemo poteſt tantũ cognoſcere quantũ eſt apud ſe? Ambro. ſuper Lucã. Sed quia Satanas transfigurat ſe ſicut angelus lucis, & de ſcripturis ipſis diuinis laqueũ fidelibus parat, vtitur teſtimoniis ſcripturarũ, nõ vt doceat, ſed vt fallat. vnde ſequitur: Scriptũ eſt enim quia angelis ſuis mãdauit de te. Hiero. Hoc in nonageſimo pſal. legimus: verum ibi nõ de Chriſto, ſed de viro ſancto prophetia eſt, malè ergo diabol⁹ interpretatur ſcripturas. Chry. ſuper Mat. Verè eẽ filius dei angelorũ manibus nõ portatur, ſed ipſe magis angelos portat: & ſi portatur manibus angelorũ, nõ vt offendat ad lapidẽ pedem ſuũ quaſi infirmus, ſed propter honorem quaſi dominus. O diabole quoniã filius dei manibus portatur legiſti, & quia ſup aſpidẽ & baſiliſcũ calcat, nõ legiſti. Sed illud quidẽ exẽplũ profert quaſi ſuperbus, hoc autẽ tacet quaſi aſtutus. Chryſo. in home. Intuere etiã quia teſtimonia à domino illata ſunt cõuenienter, à diabolo autẽ indecẽter. non enim quod ſcriptũ eſt: Angelis ſuis, &c. ſuadet proiicere ſeipſum & præcipitare. Glo. Eſt ergo ſic exponendũ. Ait enim ſcriptura de quolibet bono homine, quòd angelis ſuis. i. adminiſtratoribꝰ ſpiritibꝰ præcepit de ipſo, quòd in manibꝰ ſuis. i. in auxiliis ſuis tollent eũ, & cuſtodiẽt ne offendat pedẽ. i. affectũ mentis, ad lapidẽ. i. ad veterẽ legem, ſcriptã in lapideis tabulis, vel per lapidẽ poteſt intelligi omnis peccati occaſio & ruinæ. Raba. Notandũ eſt autẽ quòd ſaluator noſter licet permiſiſſet ſe à diabolo ſupra pinnaculũ tẽpli poni: tamen renuit ad imperiũ eius deſcendere, no bis exẽplum donans, vt quiſquis imperauerit viã veritatis altè nos aſcendere, obtẽperemus. Si aũt vult nos de altitudine veritatis & virtutum ad ima erroris & vitiorũ præcipitare, nõ illum audiamus. Hierony. Falſas autẽ de ſcripturis diaboli ſagittas, veris ſcripturarũ frãgit clypeis. vnde ſequitur: Ait illi rurſum Ieſus: Scriptũ eſt, Non tentabis dominũ deum tuum. Hilarius: Diaboli enim conatus contundẽs, & deum ſe proteſtatur ac dominũ. Chryſo. Non autem dixit: Non tentabis me dominum deũ tuum, ſed ita: Non tentabis dominum deũ tuũ, quod poterat dicere omnis homo dei tentatus à diabolo: quoniam & qui hominẽ dei tẽtat, deum tẽtat. Raba. Vel aliter: Suggerebatur ei quaſi homini, vt aliquo ſigno exploraret quantum ap uddeum poſſet. Augu. contra Fauſtũ. Pertinet autẽ ad ſanam doctrinam, quando habet homo quid faciat, non tentare dominum deum ſuũ. Hiero. Et notandũ quòd ne ceſſaria teſtimonia de Deuteronomio tantũ protulit, vt ſecundæ legis ſacramenta monſtraret.

poſitio verborũ pſalmi.

Iterũ aſſumpſit eũ diabolus in montẽ excelſum ualde, & oſtendit ei omnia regna mũdi, & gloriam eorũ, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Ieſus: Vade Satana. Scriptum eſt enim, Dominũ deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei.

Chryſoſtomus ſuper Matthæũ. Diabolus ex ſecundo reſponſo incertus tranſit ad tertiã tentationẽ. quia eẽ Chriſtus retia ventris diſruperat, retia vanæ gloriæ trãſiuerat: ponit ei retia auaritiæ. propter quod dicit: Iterũaſſu, mpſit eũ diabolus in montẽ excelſum valde.

Quem ſcilicet diabolus circuiens omnẽ terram excelſiorẽ cæteris cognoſcebat. Quantò enim excelſior fuerit mons, tantò ex eo ſpacioſior terra videtur. vnde ſequitur: Et oſtendit omnia regna mundi & gloriã eorum. Oſtendit autẽ ita, non vt ipſa regna vel ciuitates eorũ, vel populos, vel argentũ, vel aurum videret: ſed partes terræ, in quibꝰ vnũquodq; regnũ vel ciuitas poſita erat. vt puta ſi aſcẽdens ſup excelſum locũ digito extẽſo dicã tibi: Ecce ibi eſt Roma aut Alexãdria, non ſic oſtendo tibi vt ipſas videas ciuitates, ſed partes terræ in quibus poſitæ ſunt: ſic & diabolus poterat Chriſto ſingula loca mõſtrare digito, & vniuſcuiuſque regni honores & ſtatũ verbis exponere. nã oſtẽſum dicit etiãqd exponitur ad intelligendũ. Orige. ſuper Lucã.

Prior literalis ẽ, hæc moralis expoſitio.

Vel aliter, nõ eſt arbitrandũ ꝙ regna ei mũdi oſtẽdẽs, Perſarũ verbi gratia regnũ, Iudæorũq; oſtenderit, ſed oſtendit ei regnũ ſuum quõ regnaret in mundo. i. quo modo alii regnẽtur à fornicatione, alii ab auaritia. Remi. Gloriã eorũ appellat aurũ, argentũ, & lapides pretioſos, & tẽporalia bona. Raba. Oſtendit autẽ hæc diabolus dño, non quòd ipſe viſum eius amplificare potuit, aut aliquid ignotũ demõſtrare, vel vanitatẽ pompæ mundanæ quã ipſe diligebat, quaſi ſpecioſam ac deſiderabilẽ verbis oſtẽdens in amorẽ Chriſto ſuggerens venire volebat. Glo. Qui nõ cõcupiſcẽtiæ oculo intuetur ſicut nos, ſed ſicut medici videt morbos ſine leſione. Hiero. Sequit: Et dixit illi: Hæc oĩa tibi dabo. Arrogãs & ſupbus de iactãtia loquit. non eẽ poteſt oĩa regna dare, cũ ſciamus pleroſq; ſanctos viros à deo reges factos. Chry. ſuper Mat. Ea quę per iniquitatẽ fiũt in mundo, vtputa per furtũ aut per periuria acquiſitas diuitias diabolus dat. Nõ ergo diabolus quibus vult diuitias dare poteſt, ſed his qui volũt ab illo recipere. Remi. Mirãda etiã eſt diaboli dementia, illi promittebat dare regna terrena, qui ſuis fidelibus dat regna cę leſtia, & gloriã mundi ei qui eſt cæleſtis gloriæ dominus. Ambro. Habet autẽ ambitio domeſticũ periculũ: vt enim dominetur aliis priùs ſeruit, curuatur obſequio, vt honore dominetur: & dũ vult eſſe ſublimior, fit remiſſior. vnde aptè ſubditur: Si cadens adoraueris me. Gloſa: Ecce antiqua diaboli ſuperbia. Sicut enim in principio voluit ſe ſimilẽ deo facere, ita nunc volebat diuinũ ſibi vſurpare cultũ, dicens: Si cadens adoraueris me. Ergo qui adoraturus eſt diabolũ, ante corruit. Sequitur: Tunc dicit ei Ieſus: Vade Satana. Chryſ. ſuper Mat. In quo finẽ tẽtandi diabolo ponit, ne progrediatur vlteriùs tentans. Hierony. Non autẽ vt plerique putant eadẽ Satanas & Petrus condẽnantur ſententia. Petro enim dicitur: Vade retro me Satana, id eſt, ſequere me, qui contrarius es meæ voluntati. huic autem dicitur: Vade Satana, & nõ ei dicitur retro, vt ſubaudiatur, Vade in ignẽ æternum, qui paratus eſt tibi, & angelis tuis. Remi. Vel ſecundum alia exempla. Vade retro, id eſt, reminiſcere, recordare in quãta gloria conditus fuiſti, & in quantam miſeriam cecidiſti. Chryſoſtomus ſuper Matthæũ. Videndũ autem, quia Chriſtus cũ paſſus fuiſſet tentationis iniuriã, dicente ſibi diabolo: Si filius dei es, mitte te deorſum, non eſt turbatus, neque diabolũ increpauit. Nunc autẽ, quando diabolus vſurpauit ſibi dei honorẽ, exaſperat⁹ eſt, & repulit eum, dicens: Vade Satana, vt nos illius diſcamus exẽplo, noſtras quidẽ iniurias magnanimiter ſuſtinere, dei autẽ iniurias nec vſque ad auditũ ſufferre: quoniã in propriis iniuriis eſſe quẽpiam patiẽtem laudabile eſt, iniurias aũt dei diſſimulare nimis eſt impiũ. Hiero. Dicens autẽ diabolus ſaluatori: Si cadens adoraueris me, econtrario audit, quòd ipſe magis adorare eum debeat quaſi dominũ, & deum ſuum. Augu. contra ſermo. Arrianorum. vnde ſequitur: Scriptũ eſt enim: Dominum deũ tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Vnus dominus deus noſter eſt ipſa trinitas, cui ſoli ſeruitutẽ pietatis iure debemus. Auguſt. 10. de ciui. dei. Nomine autẽ ſeruitutis cultus deo debitus intelligitur: latriã quippe noſtri vbicunque ſanctarũ ſcripturarũ poſitũ eſt, interpretati ſunt ſeruitutem, ſed ea ſeruitus quæ debetur hominibus, ſecundum quã præcepit apoſtolus ſeruos dominis ſuis ſubbditos eſſe debere, Græcè nũcupari ſolet dulia. Latria verò, aut ſem per aut tã frequẽter vt penè ſemp ea ſeruitus dicitur, quæ pertinet ad colendũ deũ. Chryſo. ſup Matth. Diabolus autẽ ſicut rationabiliter intelligi poteſt nõ qua ſi obediens præcepto receſſit, ſed diuinitas Chriſti, & ſpũs ſanctus q̃ erat in eo, excuſſit ĩde diabolũ. vñ ſequitur: Tũc reliquit eũ diabolus. Quod ad noſtrã proficit cõſolationẽ, qa nõ tandiu homines dei diabolus tẽtat quandiu vult, ſed quãdiu Chriſtus permittit. Etſi eẽ pmittit eũ pauliſper tẽtare, tamen repellit propter infirmam naturã. Auguſt. 9. de ciui. dei. Poſt tentationẽ verò ſancti angeli ſpiritibus immundis metuẽdi quo modo miniſtrabãt, & per hoc magis, magiſq; innoteſcebat dęmonibus quãtus eſſet. vnde ſequitur: Et ecce angeli acceſſerũt & miniſtrabãt ei. Chryſo. ſup Matt. Nõ autẽ dixit deſcẽdentes angeli, vt oſtẽdat quia ſem per ad miniſteriũ eius erant in terris, ſed tũc pręcipiẽte domino receſſerunt ab eo, vt locus diabolo aduerſus Chriſtũ daretur, ne fortè videns angelos circa eum non appropinquaret ad eũ. In quibus autem rebus illi miniſtrabant, ſcire non poſſumus, vtrũ ad ſanationes infirmitatũ, an ad correctiones animarum, an ad effugationẽ dæmonũ, quæ oĩa per angelos facit: vnde eis faciẽtibus ipſe facere videtur. tamen manifeſtũ eſt quòdnõ propter neceſſitatẽ impotentiæ eius ei miniſtrabãt, ſed ꝓpter honorẽ poteſtatis ipſius. Nõ eẽ dicitur quòd adiuuent eũ, ſed quòd miniſtrẽt. Grego. in ho. Ex his aũt vnius perſonæ vtraq; natura oſtẽditur: quia & hõ eſt quẽ diabolus tentat, & idẽ ipſe deus eſt cui ab angelis miniſtratur. Chry. ſuper Mat. Nũc breuiter perſtringam⁹ quid ſignificẽt Chriſti tẽtationes. Ieiuniũ eſt abſtinentia rei malæ: eſuries eſt deſideriũ eius: vſus eius eſt panis. Qui ergo peccatũ ſibi cõuertit ad vſum, lapidẽ conuertit in panẽ. Reſpõdeat ergo diabolo perſuadenti, quia non in ſolo vſu illius rei viuit homo, ſed in obſeruantia mandatorũ dei. Quando verò quis inflatus fuerit quaſi ſanctus, ductus eſt quaſi ſuper tẽplum: & quãdo æſtimauerit ſe cõſiſtere in ſanctimonii ſummitate, poſitus eſt ſuprapinnã templi. Et hæc tentatio ſequitur primã, quia victoria tẽtationis gloriationem operatur, & fit cauſa iactantiæ. ſed vide quòd Chriſtus ieiuniũ vltro ſuſceperit. Super tẽplum aũt diabolus eũ duxit, vt tu ad abſtinentiã laudabilẽ ſpõte procedas. Extolli aũt ad faſtigium ſanctitatis nõ acquieſcas, fuge exaltationem cordis, & non patieris ruinam. Aſcenſio autem montis, eſt proceſſio ad altitudinem diuitiarum, & gloriæ huius mundi, quę de ſuperbia cordis deſcendit. Cũ ergo volueris diues fieri, quod eſt aſcendere in mõtem, incipis cogitare de diuitiis & honoribus acquirendis, & tunc princeps mũdi gloriam regni ſui tibi oſtendit. Tertio loco prouidet tibi cauſas, vt ſi volueris illas conſequi, ſeruias ei negligens iuſtitiã dei. Hila. Victo autem à nobis calcatoq; diaboli capite, angelorum miniſteria & virtutum in nos cæleſtiũ officia nõ defutura oſtẽditur. Augu. de con. euan. Lucas has tentationes nõ eodem ordine ꝓſecutus eſt: vnde incertũ eſt quod prius factum

Vis eſt ĩ verbis.

Iniuriã dei diſſimulare eſt impiũ.

Latriæ ratio.

Tropologia prædictorũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit. Vtrum regna terrę priùs demõstrata sint,& postea in pinnã templi leuatus sit,an econuerso, nihil tamen ad rem,dum omnia facta esse manifestũ sit. Glosa. Sed quod dicit Lucas,magis videtur secundum historiam esse. Sed Matthæus has refert tentationes secundum hoc quod in Adam factæ sunt.

Cum autem audisset Iesus quòd Ioãnes traditus esset, secessit in Galilæã. Et relicta ciuitate Nazareth, uenit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Neptalin, ut adimpleretur quod dictum est per Esaiã prophetam: Terra Zabulon & terra Neptalin, uia maris trans Iordanem Galilææ gentium, populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. Et sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

Rab. Postquã Matthęus de 40. dierũ ieiunio,& de tẽtatione Christi,& de angelorũ ministerio narrauit,cõtinuò subiecit,dicẽs: Cũ autẽ audisset Iesus quia Ioannes traditꝰ esset. Chryso: super Mat. Sine dubio à deo, quia in virũ sanctũ nemo potest aliquid, nisi tradiderit eũ deus. Sequitur: Secessit in Galilæã. s. de Iudęa vt passionẽ suã opportuno tẽpore reseruaret, deìde vt nobis fugiẽdi periculũ daret exẽplum. Chry. in ho. Non eñ accusabile est non proiicere seipsum in periculũ, sed incidentẽ non stare viriliter. Recedit etiam de Iudęa, Iudaicã inuidiam mitigãs, simul quidẽ prophetiã cõplens,& magistros orbis terrarũ piscari studẽs, qui in Galilæa morabantur. Attende etiã qualiter ad gentes abiturus à Iudæis accepit causam. etenim cũ præcursorẽ in vincula mississent, cõpellunt Iesum trãsire ad Galilęã gentiũ. Glo. Vt aũt refert Lucas: Venit Nazareth vbi erat nutritus,& ibi intrauit in synagogam vbi legit,& dixit multa, propter quæ voluerunt eum præcipitare de monte, & tunc descendit Capharnaũ, vnde modò ait Matthæus: Et reli. ciui. Naza. ve.& habita. Capharnaũ. Hiero. Nazareth est Galilęæ vicus iuxta montẽ Thabor. Capharnaũ est oppidũ in Galilęa gentiũ iuxta stagnũ Genezareth,& ideo dicit: Maritimã. Glo. Addit etiã: In finibus Zabulõ & Neptalim, vbi prima captiuitas Hebręorũ fuit ab Assyriis. Vbi ergo prima legis obliuio est, ibi est prima euãgelii prędicatio, vt & de loco quasi medio diffluere ad Gẽtes & Iudęos. Remi. Reliquit aũt vnã. s. Nazareth, vt p̃dicãdo & miracula faciẽdo plures illuminaret, in quo facto reliquit p̃dicatoribus exẽplũ, vt eo tempore & illis in locis studeãt p̃dicare, qñ multis prodesse possunt. Sequit: Vt adimple. qd̃ dictũ est p Esaiã prophetã. Terra Zabu. & ter. Nep. In ꝓphetia ita habet: Primo tẽpore alleuiata est terra Zabulõ & terra Neptalim,& nouissimo aggrauata est via maris trãs Iordanẽ Galilęę gentiũ. Hiero. sup Esaiã. Dicitur aũt primo tẽpore alleuiata esse ab onere peccatorũ, quia ĩ regionibus duarũ tribuũ primũ saluator euãgeliũ prædicauit: nouissimo verò tẽpore aggrauata est fides eorũ, plurimis Iudæorũ in errore ꝑmanentibus. Mare autẽ hic lacũ appellat Genezareth, qui Iordane influẽte efficitur, ĩ cui⁹ littore Capharnaũ, & Tyberias,& Bethsaida,& Corrozaim sitę sunt, in qua maximè regione Christus prædicauit. vel secundũ Hebręos in Christũ credẽtes, hę duæ tribus Zabulõ & Neptalim ab Assyriis captæ sunt,& Galilęa deserta est, quã ꝓpheta dicit esse alleuiatã, eo quòd pc̃tã populi sustinerent, sed postea reliq̃ tribus q̃ habitabant trãs Iordanẽ,& in Samaria, ductæ sunt in captiuitatẽ. & hoc, inquiũt, scriptura nunc dicit, ꝙ regionis eius populus primũ captiuatus est: ipsa primam lucẽ prędicantis viderit Christi, vel secundũ Nazarẽos aduenìente Christo, primo terra Zabulon & Neptalim est phariseorũ erroribus liberata, postea per euangeliũ apostoli Pauli ingrauata est, id est, multiplicata prędicatio in terminos gentiũ. Glo. Hic autẽ in euangelio diuersi nominatem ad idem verbum reducũtur, ita & terra Zabulon,& terra Neptalim, quę est via maris, quæ est trans Iordanẽ, scilicet populus Galilęę gentiũ, qui ambulat in tenebris &c. Hiero. Nota aũt quòd duæ Galilęę sunt, vna quę dicitur Iudęorũ,& alia quę dicitur Gentiũ. Diuisa est enim Galilęa à tẽpore Salomonis, qui dedit 20. ciuitates in Galilæã Hyram regi Tyri, quę pars dicta est postea Galilęa Gentiũ, reliqua Iudęorũ. Vel legendum est: Trans Iordanẽ Galilęę Gentiũ. Ita, inquã, vt populus qui vel sedebat vel ambulabat in tenebris, lucẽ viderit nequaquã paruam vt aliorũ prophetarum, sed magnã, scilicet illius qui in euangelio loquitur: Ego sum lux mundi. Et qui habitant in regione vmbrę mortis lux orta est eis. Inter mortem & vmbram mortis hoc interesse puto, quòd mors eorũ est qui cũ operibus mortis ad inferos perrexerunt. Vmbra autẽ mortis eorũ est qui dum peccant, nondum de hac vita egressi sunt, possunt enim si voluerint agere pœnitentiam. Chry. sup Matthęũ. Vel in regione vmbrę mortis sedebant Gentiles, quia colebant idola & dæmones. Iudęi autem qui legis opera faciebant, in tenebris erant: quia dei iustitia nondũ erat eis manifesta. Chry. in ho. Vt aũt discas, ꝙ neque lumen neque tenebras sensibiles ait, de lumine dixit: lumen magnum, quod alibi dicitur lumen verum, tenebras autẽ exponens nominauit vmbrã mortis. Deinde monstrans ꝙ non ipsi quęrentes inuenerũt, sed deus ipsis apparuit, dixit quòd lumen ortũ est & effulsit: non eñ prius ipsi ad lumen cucurrerunt. etenim in vltimis malis homines erant ante Christi pręsentiã. Neq; enim ambulabãt in tenebris, sed sedebãt, qd̃ signũ erat qa nõ sperabãt liberari. Sicut eñ nescìẽtes quo oporteret ꝓgredi, ita cõprehẽsi à tenebris sedebãt iam nõ potẽtes stare. Tenebras aũt vocat hic errorẽ & impietatẽ. Raba. Allegoricè aũt Ioannes est vox p̃cedens verbũ & alii ꝓphetę. Postq̃ aũt ꝓpheta cessauit & ligatus est, accessit verbũ cõplẽs qd̃ p̃dicauerat vox. i. propheta. Et secessit in Galilęã. i. de figuris ad veritatẽ. vel in Galilęam. i. in ecclesiã, vbi est transmigratio de vitiis ad virtutes. Nazareth interꝑtatur flos, Capharnaũ villa pulcherrima. Reliquit ergo florẽ figurarũ quo fructus euãgelii significabatur,& venit in ecclesiã quę est Christi virtutib⁹ pulchra. Et maritima est, quia iuxta fluct⁹ seculi posita quotidie tũditur procellis psecutionum. In finib⁹ Zabulon & Neptalim sita est. i. Iudęis cõmunis & Gentibus. Zabulon enim habitaculũ fortitudinis dicitur: quia apostoli qui de Iudæa electi sunt, fortes fuerũt. Neptalí dilatatio, quia Gentiũ ecclesia per orbẽ dilatata est. Aug. de con. euan. Ioannes aũt euãgelista, priusquã iret Iesus in Galilęã, dicit de Petro & Andrea & Nathanael,& de miraculo in Chana Galilææ, q̃ oĩa cæteri euangelistæ ꝑtermiserũt. id cõtexentes suis narrationib⁹, quòd Iesus reuersus sit in Galilæã, vnde intelligit fuisse ĩterpositos aliquos dies, quibus illa de discipulis gesta sunt, q̃ interponunt à Ioanne. Remi. Sed illud solertiùs attẽdendũ est, quare Ioãnes dicat dominum isse in Galilæam antequã Ioannes missus fuisset in carcerẽ? Nã post vinũ de aqua factũ,& descẽsum eius in Capharnaũ, & post ascẽsum eius in Hierusalẽ, dicit in euangelio Ioãnis ꝙ rediit in Iudæã, & baptizabat, & nondũ erat missus Ioãnes in carcerẽ. Hic autẽ dicitur: quòd postquã traditꝰ fuit Ioannes, secessit in Galilęã. & hoc quidem dicit Marcus:

Allegoriæ mysterium.

Galilæa duplex.

Non autem debet hoc contrariũ videri. Nam Ioannes primum aduẽtum domini in Galilæam descripsit, qui scilicet fuit ante incarcerationẽ Ioannis. Sed & de secũdo aduẽtu alibi facit mentionẽ, cùm ait quòd Iesus reliquit Iudæã,& abiit iterũ in Galilæã: & de hoc tantũ secundo aduẽtu in Galilæa, qui scilicet fuit post incarcerationẽ Ioannis, alii euangelistæ dicũt. Ex eccle. histo. Ioannẽ enim tradũt vsque ad vltimũ penè vitæ suæ tempus absque vllius scripturæ indiciis euangelium prædicasse, sed cũ trium euangeliorũ euãgelium ad ipsum notitia pueniſſet: probasse quidẽ veritatẽ dictorũ, deesse tamen vidit aliqua, & maximè quæ primo prædicationis suæ tẽpore dominus gesserat. Certũ est enim quòd in aliis tribus euãgeliis hæc vidẽtur sola contineri, quæ in eo gesta sunt anno quo Ioãnes Baptista vel inclusus est in carcerẽ vel punitus. Matthęus enim post tẽtationẽ Christi cõtinuò subiecit: Audiẽs aũt quia Ioannes traditus esset &c.& Marcus similiter: Lucas verò priusquã aliquid de actib⁹ Christi referret, dicit ꝙ Herodes cõclusit Ioannẽ in carcerẽ. Rogat⁹ est ergo Ioãnes apostol⁹, vt ea quæ ꝑterierãt priores ãte traditionẽ Ioãnis, saluatoris gesta cõscriberet. & ideo dicit in euan. suo: Hoc fecit initiũ signorũ Iesꝰ.

Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.

Quis esse debeat euangelii prędicator.

Chryso. super Mat. Ille debet Christi iustitiã prædicare, qui ventri suo cõtradicere potest, qui seculi istius bona contẽnit, qui vanam gloriam non desiderat. Et ideo dicitur: Exinde cœpit Iesus prædicare, id est, ex quo tentatus famẽ vicit in deserto, auaritiam spreuit iu monte, vanam gloriã repercussit in tẽplo. vel exinde cœpit prędicare, ex quo traditus est Ioannes. Nam si prędicante Ioanne prędicare cœpisset, vilem reddidisset Ioannem,& inueniretur prædicatio Ioãnis esse superflua quantũ ad istius doctrinã, sicut si in vno tempore sol cum Lucifero oriatur, gratiam Luciferi celat. Chryso. in ho. Ideo etiã non prædicauit, donec Ioannes in carcerẽ mitteretur, ne ex hoc multitudo scinderetur: propter quod etiã Ioannes nullũ fecit signũ, vt per miracula omnes traherentur ad Christũ. Raban⁹. In hoc etiã docet, ne quis ab inferiori persona sermonem contẽnat, vnde apostolus: Si cui sedenti reuelatũ fuerit, prior taceat. Chryso. super Mat. Sapienter autẽ inde prædicationis suæ sumpsit initiũ, non vt conculcet Ioannis doctrinã, sed vt magis cõfirmet,& testem eum verũ fuisse demonstret. Hiero. In quo etiã ostendit se eiusdẽ esse dei filiũ, cuius ille fuerat propheta. & ideo dicit: Pœnitentiã agite. Chry. super Mat. Non enim statim iustitiam prędicauit quã omnes cognoscebant, sed pœnitentiã qua omnes indigebãt. Quis ergo ausus est dicere: Volo bonus esse & non possum? Pœnitentia eñ est correctio voluntatis, & si vos mala non terreãt, vt scilicet pœnitentiã agatis, saltẽ bona delectẽt. vnde sequitur: Appropinquabit enim regnum cęlorũ. i. beatitudo regni cælestis, ac si dicat: Parate vos per pœnitẽtiam, quia appropinquauit tẽpus mercedis æternę. Remi. Et notandũ, quia nõ dicit appropinquauit regnũ Chananęorũ aut Iebusęorũ, sed regnũ cęlorum. Lex eñ promittebat bona tẽporalia, sed dominꝰ regna cęlestia. Chry. in ho. Considerandũ etiã quòd in hac p̃dicatione nihil de seipso manifestè prædicabat, quod interim cõueniẽs erat, quia nondũ de eo decentẽ habeant opinionẽ. Incipiens etiã nihil graue & onerosum dixit, sicut Ioãnes dixerat: Securim & arborẽ incisam,& huiusmodi: sed in prĩcipio benigna proposuit, regnũ euãgelizans. Hieronymus. Mysticè autẽ Ioanne tradito Christus incipit prędicare: quia desinente lege, consequenter oritur euangelium.

Ambulans autẽ Iesus iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus, & Andreã fratrem eius, mittentes retia in mare, erãt enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciã uos fieri piscatores hominũ. At illi cõtinuò relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannẽ fratrẽ eius in naui cum Zebedæo patre eorum reficiẽtes retia sua, & uocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.

Mare Galilęę quatuor vocabula habet.

Chryso. super Matth. Antequã Christus aliquid dicat vel faciat, vocat apostolos, vt nihil illos lateat, nec verborũ Christi, nec operũ. vt postmodum fiducialiter dicere possint: Nõ possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. Hinc est quòd dicitur: Ambulãs Iesus iuxta mare Galilææ. Rabanus. Mare Galilæę idẽ est quod stagnum Genezareth, mare Tyberiadis & lacus Salinarum. Glo. Decenter autẽ per piscatoria vadit loca, piscatores piscaturus. vnde sequitur: Vidit duos fratres, Simonẽ qui vocatur Petrus, & Andreã fratrem eius. Remig. Vidit autẽ non tã corporaliter, quàm spiritualiter, ad corda eorũ respiciẽs. Chryso. in home. In mediis autẽ operationibus existentes eos vocauit, mõstrans quòd omnibus occupationibus sequelã suã pręponere oportet. vnde sequitur: Mittentes retia in mare, quod quidẽ eorũ officio congruebat, propter quod sequitur: Erant eñ piscatores. Augu. in sermo. de calẽ. Ianua. Non enim elegit reges aut senatores, aut philosophos, aut oratores: imò elegit plebeios, pauperes, & indoctos piscatores. Augustinus super Ioannem. Si enim doctus eligeretur, fortassis ideo se diceret electũ, quia doctrina eius eligi meruit. Dominus autẽ noster Iesus Christus volens superborũ frangere ceruices, nõ quæsiuit per oratorẽ piscatorem, sed de piscatore lucratus est imperatorem. Magnus Cyprianus orator, sed priùs Petrus piscator. Chryso. super Matth. Futuræ etiã dignitatis gratiã artificii opere prophetabãt. nam sicut qui retia iactat in aquã, nescit quos pisces cõprehensurus est: sic & doctor quando diuini sermonis retia super populũ iactat, nescit qui sunt accessuri ad deum. Sed quoscunque deus excitauerit, illi adhærent eius doctrinæ. Remigius. De his autem piscatoribus loquitur dominus per Hieremiam, dicẽs: Mittam in vos piscatores meos,& piscabũtur vos. vnde & hic subditur: Venite post me. Glo. Nõ tam pedib⁹ quàm affectu & imitatione. Et faciam vos fieri piscatores hominũ. Chrysostom⁹ super Matth. Id est, doctores: vt cùm rete verbi dei comprehẽdatis homines de mundo tempestuoso & periculoso, vbi homines nõ ãbulant, sed fertur: quia diabolus cũ delectatione compellit eos in mala, vbi homines alterutrũ hominum se comedunt, sicut pisces fortiores deuorãt iuniores, vt trãslati viuant in terra corporis Christi membra facti. Grego. in home. Nulla autẽ Petrus & Andreas Christũ miracula facere viderant, nihil ab eo de prẽmio æternæ retributionis audierant,& tamẽ vnum prẽceptũ hoc quod possidere videbãtur obliti sunt. vnde sequitur; At illi continuò relictis reti. secu. sunt eũ. In quo affectum debemus potius pẽsare quàm sensum. Multũ enim reliquit, qui sibi nihil retinuit: multũ dimisit, qui cum re possessa & cõcupiscentiis renunciauit. A sequentibus ergo tãta dimissa sunt, quãta à non sequẽtibus concupisci potuerũt. Exteriora enim nostra domino, quantumlibet parua, sufficiũt: nec perpendit quãtum in eius sacrificio, sed ex quãto proferatur. Aestimationem quippe precii regnum dei non habet, sed tantũ valet

Universidad de Deusto Biblioteca

quantũ habes. Chry.ſup Mat. Non aũt prædicti diſcipuli ſecuti ſunt Chriſtũ, doctoris cupiẽtes honorẽ, ſed operis lucrũ. Sciebant enim q̃ precioſa eſt anima hoĩs, quàm grata eſt apud deũ ſalus ipſius, & quãta eſt merces. Chry.in ho. Tantę igitur promiſſioni crediderũt, & per ſermones, quibus ſunt capti crediderũt ſe alios poſſe piſcari. Chry.ſuper Mat. Hæc igitur capiẽtes ſecuti omnibꝰ relictis, in quo nos docuerũt, quia nemo poteſt terrena poſſidere, & pfectè ad cæleſtia puenire. Glo. In his ergo datum eſt exẽplum illis, qui ſenſum deſerunt pro Chriſti amore. Subditur aũt exemplum eorũ, qui etiã carnales affectus pro deo poſtponunt, vnde dicitur: Et procedens inde, vidit alios duos. Nota quia vocat binos & binos, ſicut alibi legitur, quòd miſit eos binos & binos ad pdicandũ. Greg.in ho. Quatenus hic nobis tacitus innuat, quia qui charitatẽ erga alterũ non habet, pdicationis officiũ ſuſcipere nullatenus debet. Duo enim ſunt præcepta charitatis, & minꝰ quàm ĩter duos charitas haberi nõ poteſt. Chry. ſuper Matt. Super charitatẽ etiã fraternitatis eccleſiæ rectè poſuit fundamenta, vt ex radicibꝰ charitatis exuberans, quaſi humor aſcendat in ramis, & hoc ſup naturalẽ charitatẽ, vt nõ ſolũ per gratiã, ſed etiam per naturam, ipſa charitas firmior habeatur. vnde dicit: Fratres. ſic enim facit deus & in veteri teſtamento ſuper Moyſen & Aaron fratres, ponens ædificationis initium. Quoniã aũt abundantior eſt gratia noui teſtamẽti, quàm veteris, ideo primũ populum ędificauit ſuper vnã fraternitatem, hũc aũt ſuper duas. Iacobũ, inquit, Zebedęi & Ioannẽ fratrem eius in naui cũ Zebedæo patre eorũ, reficientes retia, quod eſt maximę paupertatis indicium: vetera enim reficiebant, qui noua vnde emerent nõ habebãt. Et quod ad maiorẽ pietatem eorum ptinet, in tanta paupertate ſic patri ſuo ſuccurrebant, vt ſecũ eum baiularent in naui: nõ vt ille iſtos adiuuaret in opere, ſed vt iſti illũ cõſolarẽtur ſua præſentia. Chry.in ho. Non parua autem eſt hic demõſtratio virtutis, inopiam facilè ferre, ex iuſtis nutriri laboribus, colligari inuicẽ amoris virtute, patrẽ habere ſecum & curare. Chry.ſup Mat. Aeſtimare autẽ primos velociores ad pdicandũ, quia retia mittebant: iſtos autẽ quaſi pigriores, quia adhuc retia cõponebant, non ſumus auſi, quia differentiã eorum cognoſcere ſolius eſt Chriſti. Fortè verò illi propter Petrum dicti ſunt mittentes retia, qui prædicauit euangelium, ſed non cõpoſuit. Iſti aũt propter Ioãnem cõponentes, qui euangelium cõpoſuit.

Secretũ pãditur.

Sequitur: Et vocauit eos. Erant enim habitatione ciues, dilectione concordes, artificio pares, fraternitatis coniuncti pietate. Ideo ſimul vocauit eos, ne tot bonis coniunctos diſſimilis vocatio ſepararet. Chry.in ho. Vocando aũt nihil eis promiſit ſicut prioribus: obedientia enim eorũ qui pręuenerant, viam eis pręparauerãt. Sed & multa de ipſo audierãt, ſcilicet tanq̃ familiares & conſanguinitate coniuncti. Sequitur: Illi aũt relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum. Chry.ſuper Mat. Tria enim ſunt quæ relinquere debet qui venit ad Chriſtũ, actus carnales, qui per retia piſcationis ſignãtur: ſubſtantiã mundialẽ, quę per nauẽ: & parentes, qui per patrem. Reliquerũt ergo nauem vt fierent eccleſiaſticæ nauis gubernatores. Reliquerunt retia, vt non piſces afferrent ad ciuitatẽ terrenam, ſed hoĩes ad cæleſtẽ. Reliquerunt vnum patrem vt ſpirituales patres oĩm fierent. Hila. Eis igitur artẽ & patriã domum relinquentibus docemur Chriſtum ſecuturi & ſecularis vitæ ſolicitudine, & paternæ domus conſuetudine non teneri. Remi. Myſticè autẽ per mare deſignatur iſte mundus, propter amaritudinem & fluctuationẽ: Galilęa autẽ interptatur, volubilis ſiue rota, & ſignificat mundi volubilitatẽ. Ambulauit igitur Ieſus iuxta mare, dum ad nos per incarnationẽ venit, quia nõ carnem peccati, ſed ſimilitudinẽ carnis peccati ſuſcepit ex virgine.

Allegoria pulcherrima.

Per duos fratres, duo populi deſignantur, qui ab vno deo patre creati ſunt, quos vidit quãdo eos miſericorditer reſpexit. Per Petrũ & qui interpretatur agnoſcens, & dicitur Simon, id eſt, obediens, deſignatur Iudaicus populus, qui per legem deũ agnouit, & præceptis eius obediuit. Per Andreã qui interptatur virilis ſiue decorus, intelligitur gentilis populus, qui poſt agnitionẽ dei viriliter in fide pmãſit. Nos populũ vocauit, quando pdicatores in mũdũ miſit, dicens: Venite poſt me. i. relinquite deceptorem, & ſequimini creatorẽ. De vtroq; etiã populo facti ſunt hoĩm piſcatores. i. prædicatores. Relictis autẽ nauibus. i. carnalibus deſideriis: Et retibus. i. mũdi cupiditatibus, ſecuti ſunt Chriſtũ. Per Iacobũ etiã intelligitur Iudaicus populus, qui per cognitionẽ dei diabolũ ſupplãtauit: Per Ioannẽ gentilis populus, qui ſola gratia ſaluatus eſt. Zebedęus aũt quem relinquunt, & interptatur fugitiuus ſiue habẽs, ſignificat mundũ qui tranſit, & diabolũ qui de cęlis lapſus eſt. Per Petrũ & Andreã mittentes retia in mare, deſignãtur illi qui in prima ætate, nõ de naui corporis ſui mittẽtes retia carnalis cõcupiſcentiæ in mare huius ſeculi, vocantur à dño. Per Iacobũ & Ioannẽ reficientes retia, deſignãtur illi qui poſt pctã ante aduerſitates veniũt ad Chriſtũ, recuperãtes quæ perdiderũt. Raba. Duę naues duas eccleſias figurant, eam quæ ex circũciſione, & eam quæ ex pputio vocata eſt. Quilibet etiã fidelis fit Simon deo obediẽdo, Petrus peccatũ ſuum agnoſcendo, Andreas viriliter labores patiendo, Iacobus vitia ſupplantando. Glo. Et Ioãnes vt totũ gratiæ dei aſcribat, & ideo quarta tantũ vocatio ponitur, per quos prædicatores dei à quatuor mundi partibus vocatos ſignetur. Hila. Vel in hoc futurorũ euangeliſtarũ numerus figuratur.

Moralis expoſitio.

Remi. Per hoc etiã quatuor virtutes principes deſignantur: prudentia enim refertur ad Petrum propter diuinam cognitionẽ, iuſtitia ad Andreã propter operũ vtilitatẽ, fortitudo ad Iacobũ propter diaboli ſupplantationẽ, temperãtia ad Ioannẽ propter diuinæ gratiæ effectũ. Augu.de con.euan. Sanè mouere poteſt quõ Ioannes dicat nõ in Galilæa ſed iuxta Iordanẽ Andreã ſecutũ eſſe dominũ cũ alio, cuius nomen tacetur, deinde Petrũ ab illo nomen accepiſſe. Cæteri aũt tres euãgeliſtæ de piſcatione vocatos eos dicũt, ſatis inter ſe conueniẽter, maximè Matthæꝰ & Marcus: nam Lucas Andreã non nominat, qui tamen intelligitur in eadẽ naui fuiſſe. Hoc etiã videtur diſtare, quòd tantũ Petro à domino dictũ eſſe commemorat Lucas:

Concordia euangeliorũ.

Ex hoc iã hoĩes eris capiens, quod Matthæus & Marcus ambobus dixiſſe narrat. ſed potuit priùs Petro dici ſecundũ Lucã, & ambobus poſteà ſecundũ alios duos. Sed quod de Ioãne diximus, diligẽter conſiderandũ eſt, cũ & locorũ plurimũ interſit & tẽporis & ipſius vocationis. Sed intelligendũ eſt Petrũ & Andreã non ſic vidiſſe dominũ iuxta Iordanẽ, vt ei iam inſeparabiliter inhærerent, ſed tantũ cognouiſſe quis eſſet, & eũ miratos ad propria remeaſſe. Fortè aũt quod prętermiſerat recapitulat: quia ſine vlla conſequẽtis temporis differẽtia dicit: Ambulans autẽ iuxta mare. Quęri etiã poteſt, quõ binos & binos ſeorſum eos vocauerit ſicut narrat Matthæus & Marcus, cũ Lucas dicat Iacobum & Ioãnẽ tanquã ſocios Petri ad adiuuandũ vocatos fuiſſe, & ſimul ſubductis ad terrã nauibus Chriſtũ ſecutos? vnde intelligendũ eſt hoc primo eſſe factum quod

quod Lucas inſinuat, & eos ad capturã piſciũ ex more remeaſſe. Non enim erat dictũ Petro quòd piſces nũquam eſſet capturus, cũ poſt reſurrectionẽ hoc fecerit: ſed quòd hoĩes eſſet capturus, poſtea hoc factũ eſt qđ Matthęus & Marcus narrãt. nõ enim ſubductis ad terrã nauibus tanq̃ cura redeundi ſecuti ſunt eum, ſed tãquam iubentem vt ſequerentur.

Et circuibat Ieſus totam Galilæam, docens in ſynagogis eorũ, & prædicans euãgelium regni, & ſanans oẽm languorem & omnẽ infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, variis languoribus & tormẽtis comprehenſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos & paralyticos, & curauit eos, & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Hieroſolymis, & de Iudæa, & trans Iordanem.

Chry.ſup Mat. Omnis rex pugnaturus contra aduerſariũ congregat exercitũ, & ſic vadit ad pugnã: ſic & dñs contra diabolũ pugnaturꝰ priùs congregauit apoſtolos, & ſic cœpit euãgeliũ prædicare. vnde ſequitur: Et circuibat Ieſus. Remi. In quo doctorũ vita inſtruitur.

Prædicatorũ mores ſignãtur.

Vt enĩ non ſint pigri, docentur per hoc quod dicitur: Circuibat Ieſus. Chry.ſuper Mat. Quia enĩ illi vt debiles ad medicũ venire nõ poterãt, ipſe ſicut ſtudioſus medicus grauiter circuibat ægrotantẽs. & dñs qui dẽ circuibat ſingulas regiones. Qui aũt ſunt vnius regionis paſtores, conſiderando debent circuire populi ſingulas paſſiones, vt ad remediũ paſſionis eorum aliquod medicamentũ in eccleſia proferatur. Remig. Vt autẽ non ſint acceptores perſonarũ docentur prædicatores per hoc quod ſubiungitur: Totã Galilæã. Vt aũt vacui non diſcurrant, docentur per hoc quod ſubdit: Docens. Vt autẽ non paucis, ſed multis prodeſſe ſtudeant, monentur per hoc quod ſequitur: In ſynagogis. Chry.in ho. Synagogas Iudæorũ intrat, in iiſq; doctrinę ſuę cæleſtis verba diffundit, vt quò ad plures loquẽtis magiſtri verba puenerĩt, eò pluriũ corda citenẽ, vt vel credant prudenter, vel inexcuſabiles facti, doctrinã apprimè ſalutarẽ ſuo magno malo reiiciant. Eſt enĩ euangeliũ clariſſima quædã lux, quã ſub modio recondi, & nefas eſt, & ipſe accuratè phibuit Chriſtus, hinc etiã, &c. Hinc etiã eos erudiebat, quod nõ eſt deo cõtrarius, Iudęis prędicans & errorũ prędicator, ſed conſonans patri aduenit. Remi. Vt aũt non errores neque fabulas, ſed ſalutaria prædicent, docentur per hoc qđ ſubditur: Prædicans euangeliũ regni. Diſtat aũt inter docens & prædicans: docens enim refertur ad præſentia, prædicans ad futura: docebat enĩ de præſentibus mandatis, prædicabat de futuris promiſſis. Chry. ſup Mat. Vel docebat iuſtitias naturales, quas. ſ. ratio naturalis docet, vt caſtitatẽ, humilitatẽ, & huiuſmodi, quas per ſeipſos omnes bona eſſe intelligunt, de quibus neceſſaria eſt doctrina, non tantũ propter manifeſtationẽ, quantũ propter excitationẽ cordis. Præualentibus enim delectationibus carnalibus, ſcientia iuſtitiæ naturalis quaſi in obliuionẽ deducta obdormit. Cũ ergo cœpit doctor reprehendere carnalia mala, eius doctrina non nouã ſcientiã introducit, ſed oblitã cõmonefacit.

Differẽtia inter docere & prædicare.

Prædicabat aũt euangeliũ, annũciando bona quæ antiqui manifeſtè nec audierant, vt beatitudinẽ cæleſtẽ, mortuorũ reſurrectionẽ, & huiuſmodi. Vel docebat, interptando prophetias de ipſo. Euangeliũ prædicabat, denunciando in ſe bona futura. Remig. Vt autẽ doctores doctrinã ſuã virtutibus cõmendare ſtudeãt, docentur per hoc quod ſubditur: Sanans oẽm languorem & omnẽ infirmitatẽ in populo. Infirmitas quidẽ eſt corporũ, lãguor aũt animarũ. Chry.ſuper Mat. Vel per languorẽ animæ aliquã paſſionẽ intelligimus, vt auaritiã, libidinẽ, & huiuſmodi. Per infirmitatẽ autem infidelitatẽ, per quã aliquis infirmatur in fide. Vel per languores intelliguntur grauiores corporis paſſiones: per infirmitates autem leuiores. ſicut autem paſſiones corporales diuinitatis virtute ſanabat, ſic ſpiritales verbo pietatis. Primò autẽ docet, & poſtea ſanat propter duo. Primò, quia pręmittitur quod magis neceſſariũ eſt. Verba enim pietatis ædificant animã nõ miracula cõmendantur, & non econuerſo. Chryſ.in ho.

Mos diuinus oſtẽditur.

Conſiderandũ autẽ quòd vbicunque legis cuiuſdã introductio fit, ſigna facere deus aſſueuit, pignora ſuę virtutis legẽ tribuens ſuſcepturis: hominẽ enim facturus mundũ creauit, & tunc illi legẽ in paradiſo propoſuit: & quando Noe legẽ laturus erat, magna ſigna oſtendit. Et ſimiliter Iudęis legẽ laturus prodigia oſtendit, tunc legẽ dedit. ita & hic ſublimẽ illam legẽ introducturus, miraculorũ demonſtratione certificat quæ dicuntur. Quoniã enim regnũ quod prædicabatur non apparebat, ab apparẽtibus ſignis ipſum manifeſtauit. Glo. Sed quia prædicatores debent habere bonum teſtimonium ab his qui foris ſunt, ne ſi vita deſpicitur, prædicatio contemnatur, ſubditur: Et abiit opinio eius in totam Syriã. Raba. Syria eſt omnis regio ab Eufrate vſque ad mare magnũ, à Cappadocia vſq; ad Aegyptũ, in qua eſt prouĩcia Palęſtina, in qua habitant Iudæi. Chry.in ho. Intende aũt moderationẽ euangeliſtæ: quia non vnũquẽque nobis enarrat curatorum, ſed breuibus verbis copioſitatẽ tranſcurrit ſignorum, vnde ſequitur: Et obtulerunt ei omnes malè habẽtes. Remig. Per quos varias vult intelligi infirmitates, ſed leuiores. Cũ verò dicit: Variis languoribus & tormentis cõprehenſos, illos vult intelligi de quibus ſubinfertur, & qui dæmonia habebant, &c. Glo. Languor diuturnus eſt tormentũ: eſt & morbus acutus, vt dolor lateris, & huiuſmodi. Qui aũt dęmonia habebant, ſunt qui à dæmonibus vexabantur. Remi. Lunatici enim dicti ſunt à Luna, quæ dũ menſtruis tẽporibus creſcit & decreſcit, ipſi vexantur. Hiero. Dæmones enĩ obſeruantes lunaria tẽpora creaturam infamare cupiebãt, vt in creatorẽ blaſphemiæ redundarent. Augu.21. de ciui.dei. Illiciuntur tamen dæmones ad inhabitandũ per creaturas, quas non ipſi, ſed deus condidit, delectabilibus pro ſua diuerſitate diuerſis, nõ vt aĩalia cibis, ſed vt ſpiritus ſignis, quæ cuiuſq; delectationi congruunt. Rab. Paralytici aũt ſunt corpore diſſoluti, paralyſis enim græcè, latinè dicitur diſſolutio.

Notula bona.

Sequitur: Et curauit eos. Chry.ſuper Mat. Cũ in quibuſdã locis dicatur: Multos curauit, hic ſimpliciter dicitur: Et curauit eos, ſignans quòd omnes curauit. Sicut & nouitiꝰ medicus intrans ciuitatẽ, oẽs ad ſe veniẽtes curat, propter ſuã opinionẽ cõmẽdandã. Chry.in ho. A nullo autẽ eorũ fidẽ exquiſiuit, quoniã nondũ virtutis ſuæ demonſtrationẽ dederat, & in audiẽdo & afferẽdo à lõgè non paruã oſtenderant fidẽ. Sequitur: Et ſecutæ ſũt eum turbæ multæ. Raba. Quę quadripartitę ſunt, alii propter cæleſte magiſteriũ, vt diſcipuli: alii ob curationem infirmitatũ: alii ſola fama & curioſitate, volẽtes experiri an verũ eſſet quod dicebatur: alii per inuidiam, volentes eũ in aliquo capere & accuſare.

Sequaces Chriſti ſũt duplices.

Myſticè autẽ Syria interptatur elata, Galilæa volubilis, vel rotata, id eſt, diabolus & mundus, qui & ſuperbus eſt, & ad ima ſemper rotatur, in quo fama Chriſti per prędicationẽ innotuit. Dæmoniaci enĩ ſunt idololatræ, lunatici ĩſtabiles, paralytici pigri & diſſoluti. Glo. Turbę autẽ, quæ ſequuntur dñm, ſunt de eccleſia, quæ ſpiritualiter eſt Galilæa, trãſmigrans ad virtutes. Et de-

capolis decima præcepta seruans, & Hierosolyma, & Iudæa, quam visio pacis, & confessio illustrat. Et trans Iordanē, quia baptismo transito terrā promissionis intrat. Remi. Vel sequuntur dominū de Galilæa. i. de vo lubilitate mūdi, & Decapoli quæ est regio 10. vrbiū, & significat decalogi transgressores. Et de Hierosoly ma, quia scilicet priùs inoxia pace detinebatur. Et de Iudæa, id est, de confessione diabolica. Et de trans Ior danē, qui p ri⁹ erant in paganismo constituti, sed trās euntes per aquā baptismi venerunt ad Christum.

CAPVT V.

VIdens autem Iesus turbas, ascendit in montem, & cū sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiēs os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Experiē tia Chrysostomi.

Chry. super Matt. Omnis artifex secundū professionē suā opportunitatē operis videns, gaudet. Carpentari⁹ em̄, si viderit arborē bonā, concupiscit eā prēcidere ad opus artificii sui. Et sacerdos cū viderit ecclesiā plenā, gaudet animus ei⁹, & delectatur vt doceat: Sic & dns vidēs magnā congregationē populi, excitat⁹ est ad docendū, vnde dicit: Videns autē turbas Iesus, ascēdit in montē. Aug. de cōcor. Vel hic potest videri multas turbas vitare voluisse, & ob hoc ascendisse montē, vt solis discipulis loqueret. Chry. in ho. Per hoc autē quōd nō in ciuitate & foro, sed in mōte & solitudine sedit, erudiuit nos nihil ad ostentationē facere, & à tumultibus abscedere, & maximè cū de necessariis disputare oporteat. Remi. Hoc em̄ sciendū est, quōd tria refugia legitur domin⁹ habuisse, nauim, montē, & desertū. ad quorū alterū quotiescūq; à turbis opprimebatur, conscendebat. Hier. Nōnulli aūt simpliciorū fratrū putāt dnm̄ ea quæ sequūtur in Oliueti mōte docuisse, quod nequaquā ita est. Ex præcedētibus enī & sequentibus in Galilæa mōstratur locus, quē putam⁹ esse Thabor, vel quēlibet aliū montē excelsum. Chry. sup Mat. Ascēdit aūt in montē. Primò quidē vt impleret prophetiam Esaiæ, dicentis: Super montē ascende tu. deinde vt ostēdat quoniā in altitudine spiritualiū virtutū cōsistere debet, qui docet dei iustitiā pariter & qui audit: nemo em̄ potest in valle stare & de mōte loqui. Si in terra stas, de terra loquere. Si autē de cælo loqueris, in cælo consiste. Vel ascendit in montē, vt ostendat q̄ omnis qui vult discere mysteria veritatis, in montem ecclesiæ debet ascēdere, de quo ꝓpheta: Mōs dei, mōs pinguis. Hila. Vel ascēdit in montē, quia ī paternę maiestatis celsitudine positus cælestia vitæ præcepta cōstituit. Aug. de ser. domini in mōte. Vel ascēdit in mōtem, vt significet quia minora erant præcepta iustitię, quæ à deo data sunt per ꝓphetas populo Iudęorū, quē timore adhuc alligari oportebat. Per filiū autē suū maiora populo, quem charitate iā cōuenerat liberari. Sequitur: Et cū sedisset, accesserunt ad eū discipuli eius. Hiero. Ideo autē non stās, sed sedēs loquitur: quia non poterāt eū intelligere in sua maiestate fulgentē. Aug. de ser. domini in mōte. Vel quōd sedēs docebat, pertinet ad dignitatem magistri. Accesserunt aūt ad eū discipuli eius, vt audiēdis verbis illius hi essent etiā corpore viciniores, qui præceptis implēdis animo appropinquabāt. Raba. Mysticè aūt sessio domini ī carnatio eius est: quia nisi dns incarnatus esset, humanū gen⁹ ad eū accedere nō potuisset. Aug. de con. euan. Mouet autē quōd Matthæus in mōte dicit hunc habitū esse sermonē à domino sedēte: Lucas aūt in loco cāpestri à domino stāte. Hæc igitur diuersitas facit videri aliū fuisse illū, aliū istum. Quid enim prohibet Christū quędā alibi repetere quæ ante iam dixerat? aut iterū facere, quæ ante iam fecerat? Quanq̄ etiā possit illud occurrere in aliqua excellentiori parte montis, primò cū solis discipulis dnm̄, quando ex eis duodecim elegit: deinde cū eis dēscēdisse nō de monte, sed de ipsa mōtis celsitudine in campestrē locū, id est, in aliquā æqualitatē quæ in latere mōtis erat, & multos capere poterat, atque ibi stetisse, donec ad eū turbæ congregarentur, ac postea cū sedisset accessisse propinquius discipulos ei⁹ atq; ita illis cæterisq; turbis præsentibus vnū habuisse sermonē, quē Matthæus Lucasq; narrāt diuerso narrā di mō, sed eadē veritate rerū. Greg. 4. mora. Sublimia aūt præcepta dño in mōte dicturo ptæmittitur: Et aperiēs os suū docebat eos, &c. qui dudū aperuerat ora prophetarū. Remi. Vbicūque autē legitur dns aperuisse os, inspiciendū est quia magna sunt quæ sequuntur. Aug. de ser. domini in monte. Vel dicit: Aperiēs os suum, vt ipsa mora cōmendet aliquanto longiorē futurū esse sermonē. Chry. ī ho. Vel hoc dicit, vt discas quoniā nunc quidē docebat os aperiens in loquēdo: nunc aūt vocē, quæ est ab operibus emittens. Aug. in ser. do mini in monte. Si quis aūt piè sobrieq; cōsideraverit, ꝛueniet in hoc sermone quantū ad mores opportunos pertinet perfectum vitę christianę modū. vnde sic ipse sermo cōcluditur: Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, similabo eū viro sapienti. Augu. 9. de ciui. dei: Nulla aūt est causa philosophādi nisi finis boni, quod aūt beatum facit, ipse est finis boni. Et ideo à beatitudine incipit, dicēs: Beati pauperes spiritu. Aug. in ser. domini in monte. Præsumptio quidē spiritus audaciā & superbiā significat. Vulgo etiā magnū spiritū supbi habere dicūtur, & rectè. Nā spūs vētus vocatur. Quis verò nesciat supbos inflatos dici quasi vēto distentos? Quapropter rectè hic intelligit: Pauperes spiritu humiles, timentes deū, id est, nō habentes inflantē spiritū, Chry. in home. Vel spiritū hic elationē & animū dicit. Quia em̄ sunt multi humiles nolentes, rerū necessitate coacti: nō est laus. vñ illos beatificat qui se ex electione humiliant. Ideo aūt hic incidit radicitus euellens superbiā: quia hæc fuit radix & fons malitiæ vniuersæ, contra quā ponit humilitatē, velut quoddā stabile fundamentū: qua subiecta cū stabilitate alia superædificantur. Hac aūt destructa, pereūt quæcūq; cōgregaueris bona. Chry. sup Mat. Ideo autē dixit manifestē: Beati humiles spiritu, vt sic humiles ostendat, vt semper adiutoriū dei sint mendicantes. vnde in Græco dicitur: Beati mēdici vel egeni. Sūt enim multi naturaliter humiles & nō ex fide, qui nō pulsant adiutoriū dei, sed solū qui secūdū fidem sunt humiles. Chrys. in home. Vel quia pauperes spū, hic dicit formidantes & tremētes dei iussiones. Quomodo dns per Esaiā cō mendat. Quid autē ampli⁹ quàm simpliciter humiles? Humiliū enim hic quidem mediocriter est, hic aūt superabūdanter. Augu. Superbi ergo appetāt regna terrarū, sed humiliū est regnum cælorū. Chry. super Mat. Nam sicut cætera vitia deponunt ad inferos, maximè tamen superbia: sic & omnes virtutes inducunt in regnum cælorū, maximè tamen humilitas: quia propriū est, vt qui se humiliat, exaltetur. Hiero. Vel beati pauperes spiritu, qui scilicet propter spiritū sanctū volūtariè sunt pauperes. Ambro. de offi. Inde autem incipit beatitudo iudicio diuino, vbi ęrumna æstimatur humano. Glosa. Pauperibus autem in præsenti conuenienter promittuntur diuitiæ cæli.

Concordia euangeliorū.

Quæ humilitas sit laudāda.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

Ambro. super Lucā: Cum simpliciter contentus fuero inops, supereſt vt mores meos tēperē. Quid enim mihi prodest carere secularibus, nisi fuero mitis? Cōgruè igitur sequitur: Beati mites. Augu. Mites sunt qui cedūt improbitatibus, & nō resistūt in malo, sed vincūt in bono malū. Ambr. sup Lucā. Mitiga ergo affectum tuū, vt nō irascaris, aut certè iratus ne peccaueris. Prę clarū est enim motū tēperare cōsilio, nec minoris virtutis dicit prohibere iracundiā quàm omnino nō irasci: cū plerunq; istud leuius, hoc fortius æstimetur. Rixētur igit immites, & dimicēt pro terrenis & tēporalib⁹ rebus. Sed beati mites, quoniam ipsi hęreditabūt terram, de qua euelli nō possunt. Illam, inquam, terrā de qua in Psal. dicit. Portio mea in terra viuentiū. Significat em̄ quandam stabilitatē hæreditatis ꝑpetuę, vbi anima per bonū affectum tanq̄ loco suo requiescit sicut corp⁹ in terra. Et inde cibo suo alitur, sicut corp⁹ ex terra: ipsa est requies & vita sanctorū. Chrys. super Matt. Vel terra hic, sicut quidā dicunt, quandiu est in hoc statu, terra mortuorū est, qa vanitati subiecta est: cū autem liberata fuerit de corruptione, fit terra viuorū, vt mortales hæreditēt immortalē. Alterū exponentē legi, quasi cælū in quo habitaturi sunt sancti, dicatur terra viuorū: quod quantū ad inferiorē regionem cęlū est, quantū autē ad superius cælū dicit terra. Alii dicūt quia corpus nostrū terra est, & quandiu subiacet morti, terra est mortuorū. Cū autem fuerit conforme factū glorię corporis Christi, erit terra viuorū. Hilar.

Discretio verborum.

Vel hęreditatē terrę mitibus dns pollicetur. i. ei⁹ corporis quod ipse assumpsit habitaculū, quia per māsuetudinē mentis nostræ habitat Christus in nobis, nos quoq; clarificati corporis ei⁹ gloria vestiemur. Chry. in ho. Vel aliter: Christus hic spiritualibus sensibilia immiscuit: qm̄ enim æstimat qui mitis est oīa sua perdere: cōtrariū promittit, dicēs: quod cū stabilitate sua possidet, qui non est proteruus: qui autē aliter est, multoties animam & hæreditatē paternam perdit. Quia verò propheta dixerat: Mansueti hæreditabūt terrā, à cōsuetis verbis contexit sermonē. Glo. Mites etiā qui seipsos possederūt, hæreditatē patris in futuo possidebūt. Plus aūt est possidere terrā, quàm habere regnum cælorū: multa enim habemus quæ statim amittimus.

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Ambro. super Lucā. Cū hoc feceris, vt scilicet sis pauper & mitis, memēto quia peccator es, lugeto peccata tua. vnde sequitur: Beati qui lugent. Et bene tertia benedictio est peccata deflētis, quia trinitas est, quæ peccata cōdonat. Hila. Lugentes enim hic dicuntur non orbitantes, aut cōtumelias, aut damna mœrētes, sed peccata vetera flentes. Chry. super Mat. Et qui sua qui dē peccata lugent, beati sunt, sed mediocriter: beatiores aūt sunt qui aliena lugent peccata, tales conuenit esse oēs doctores. Hiero. Luctus enim hic non mortuorū ponitur cōmuni lege naturę, sed peccatis & vitiis mortuorū. Sic fleuit Samuel Saulem, & Paul⁹ eos qui post immūditiam pœnitentiā non egerūt. Chry. super Mat. Cū autē cōsolatio sit lugentiū cessatio luct⁹, qui sua peccata lugent, cōsolabūtur indulgentiā cōsecuti. Chry. in hom. Et licet talibus sufficiat venia frui, non terminat retributionē in pctōrū remissiōe, sed & multarū facit participes consolationū, & hic & in futuro. Semp enim maiores laborib⁹ deus dat retributiones. Chry. sup Mat. Qui verò aliena peccata lugent, cōsolabuntur: qui cū in seculo illo prouidētiam cognouerint dei, & intellexerint quōd qui perierunt nō fuerunt dei, de cuius manu nemo rapere potest, de eis luctu derelicto in sua beatitudine lętabuntur. Vel aliter: Augu. in ser. domini in mōte: Luctus est tristitia de amissione charorū. Conuersi aūt ad deum ea quę in hoc mundo chara habebāt amittunt. non enim gaudēt his rebus q̄bus ante gaudebāt, & donec fiat in illis amor æternorū, nonnulla mœstitia sauciant. Cōsolabuntur ergo spiritu sancto, qui maximè propterea paracletus nominatur. i. cōsolator, vt tēporalē amittentes, æterna lętitia perfruant. Et ideo dicit: Quoniā ipsi cōsolabuntur. Glo. Vel per luctum duo genera cōpunctionis intelligunt, scilicet pro miseriis huius mundi, & pro desiderio cęlestiū. vnde filia Caleph petiuit irriguū superius & inferius: huiusmodi aūt luctus nō habet nisi pauper & mitis, qui cū mūdum diligat, quòd miser est recognoscit, & ideo cælū concupiscit: cōueni enter ergo lugentibus promittitur consolatio, vt qui tristatus est in præsenti, gaudeat in futuro. Maior est aūt retributio lugētis q̄ pauperis & mitis, plus em̄ est gaudere ī regno, quàm habere & possidere: multa em̄ cum dolore possidemus. Chry. in ho. Notādum autem quōd hanc beatitudinē cum intētione quadam ꝓposuit, ideo nō dixit: Qui tristantur, sed qui lugent: in quo etiā perfectionis sapiētię magisteriū dedit. Si em̄ qui filios vel alios defunctos lugēt, secundū illud tēpus nō desiderant pecuniam, nec gloriam, nec conuiciis exacuuntur, neq; aliqua alia passione capiuntur, multomagis hæc seruare debent, qui lugent sua peccata.

Duo gña compunctionis.

Beati qui esuriūt & sitiūt iustitiā, quoniā ipsi saturabūtur.

Ambr. sup Lucā: Postq̄ delicta defleui, esurire incipio & sitire iustitiā: æger enim cū in graui morbo est, non esurit. vnde sequit: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Hiero. Nō nobis sufficit velle iustitiam, nisi iustitię patiamur famē, vt sub hoc exemplo nunquā nos satis iustos, sed semp esurire iustitiæ opera intelligamus. Chry. sup Mat. Quoniā omne bonum quod non ex amore ipsius boni faciūt homines, ingratum est ante deum. Esurit autē iustitiam qui secundū iustitiā dei desiderat cōuersari: sitit autem iustitiam, qui scię tiam eius acquirere cupit. Chry. in home. Iustitiam autē dicit vel vniuersalē vel particularem auaritię contrariā. Quia enim de misericordia dicturus erat, prēmōstrat qualiter misereri oporteat: quia non ex rapina, neque ex auaritia: vnde etiam quod est auaritię proprium. s. esurire & sitire, iustitiæ attribuit. Hila. Sitientibus autem & esurientibus iustam beatitudinē tribuit, significans extēsam in dei doctrinam sanctorū auiditatem, perfecta in cęlo satietate repleri. Et hoc quod dicitur: Quoniā ipsi saturabunt. Chryso. sup Mat. Scilicet largitate remunerantis dei. quoniā maiora erunt prēmia dei, quàm sanctorū desideria. Augu. Vel illo cibo saturabūtur in prēsenti, de quo dominus dicit: Meus cib⁹ est, vt faciā voluntatē patris mei, quod est iustitia, & illa aqua de qua quisquis biberit, fiet ei fons aquæ salientis in vitam ęternam. Chry. in ho. Vel in hoc terrenū prēmiū determinat: quia enim ęstimatur auaritia abūdantes facere, ipse cōtrariū dicit, quòd iustitia hoc operat. Qui em̄ iustitiā cupit, oīa cū stabilitate habet.

Præmia iustorū excedūt derū deria eorū.

Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiā cōsequētur.

Glosa. Iustitia & misericordia ita cōiunctæ sunt, vt altera ab altera debeat tēperari: iustitia enim sine misericordia crudelitas est: misericordia sine iustitia, dissolutio. vnde de misericordia post iustitiā subdit, dicens: Beati misericordes. Remig. Misericors dicitur quasi miserum habens cor, quia alterius miseriā quasi suam reputat, & de malo alterius quasi de suo dolet. Hiero. Misericordia hic non solū in eleemosynis intelligitur sed in omni peccato fratris, si alter alterius onera portemus. Augu. Beatos autem dicit esse qui subueniunt miseris, quoniam eis ita rependitur, vt de miseria liberētur. vnde sequitur: Quoniam ipsi misericordiam consequantur. Hila. Intantū enim deus beneuolentiæ

nostræ in oēs delectaī affectu, vt suā misericordiam sit solis misericordibus prestaturus. Chry. in ho. Videtur aūt esse æqualis retributio, sed est multò maior: nō enim est æqualis humana misericordia & diuina. Glo. Meritò ergo misericordibus misericordia impendit, vt plus accipiāt q̄ meruissent, & sicut plus recipit qui vltra saturitatē habet, q̄ ille, qui habet tantū ad saturitatē: sic maior est gloria misericordiæ, q̄ præcedentiū.

Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt.

Ambro. Qui misericordiā defert, misericordiā amittit, nisi mundo corde misereatur. Nam si iactantiā queˢ rit, nullus est fructus. vnde sequitur: Beati mundo corde. Glo. Conuenienter autē sexto loco ponitur cordis mūditia, quia sexto die homo cōditus est ad imaginē dei, queˢ quidē obtenebrata erat in homine ꝑ culpam, sed in mundis corde reformatur ꝑ gratiā. Meritò autē post prædicta sequit, quia nisi illa p̄cedant, mundū cor in homine nō creatur. Chryso. in home. Mundos autē hic ait, vel eos qui vniuersalē virtutē possident, & nullius sibi malitiæ cōscii sunt: vel eos qui tēperantia cōsistunt, q̄ maximè necessaria est ad videndum deū, secū dū illud Pauli: Pacē sequamini cū omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo videbit deū. Quia enim multi miserentur quidē, sed impudica agūt, monstrans ꝙ non sufficit primū. s. misereri hoc de mundicia apposuit. Hiero. Mundus aūt deus à mūdo corde conspicitur. Tēplū dei non potest esse pollutū. Et hoc est quod dicitur: Quoniam ipsi deū videbūt. Chry. sup Mat. Qui enim oēm iustitiam facit & cogitat, mēte sua deū videt, qm̄ iustitia figura est dei: deus em̄ iustitia est. Sciē dum ergo quòd aliquis eripuerit se à malis & fecerit bona, secundū hoc deū videt, aut parū, aut amplius, aut interdū, aut semper secundū possibilitatē humanam. In seculo autē illo mundi corde deū videbunt facie ad faciē, non in speculo & in ænigmate sicut hic. Augu. in ser. dñi in mōte. Stulti aūt sunt qui deum videre istis exterioribus oculis quærunt, cū corde videatur, sicut alibi scriptū est: In simplicitate cordis queˢrite illum, hoc est enim simplex & mundū cor. Augu. vlt. de ciui. dei. Si autē tantū poterunt in corpore spirituali oculi etiā ipsi spirituales quantū possunt isti, quales nunc habemus: ꝓculdubio per eos deus videri nō poterit. August. in primo de trini. Hæc autē visio merces est fidei, cui mercedi per fidē corda mundant, sicut scriptū est: Mundans fide corda eorū, hoc autē probaī illa maximè sententia: Beati mundo corde, quoniam ipsi deū videbunt. Augu. sup Genesim ad literam. Nemo autē videˢs deum viuit vita ista, qua moraliter viuitur in istis sensibus corporis. Sed nisi ab hac vita quisque fundit⁹ moriatur, siue omnino exiens de corpore, siue ita alienatus à carnalibus sensibus vt merito nesciat, sicut ait apostolus, vtrum in corpore an extra corp⁹ sit, non in illā subuehitur visionē. Glos. Maiorem aūt remunerationem isti habent q̄ primi: sicut qui in curia regis nō solū prandet, sed etiam faciem regis videt.

Mundo corde q dicatur.

Visio est merces sctōrum

Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur.

Ambro. sup Lucam: Cū interiora tua vacua feceris ab omni labe peccati, ne dissensiones cōtentionesq̄; ex affectu tuo ꝓdeant: à te pacē incipe, vt sic pacē aliis feras. vnde sequit: Beati pacifici. Augu. 19. de ciuita. dei. Est autē pax tranquillitas ordinis. Ordo autē est parium disparium q̄; sua loca tribuens dispositio. Sicut aūt nemo est qui gaudere noluerit, ita nemo est qui pacē habere noluerit: quandoquidē & ipsi qui bella volunt, nihil aliud q̄ ad glorioſam pacē cupiunt bellādo peruenire. Hiero. Pacifici autē dicuntur beati, qui primū in corde suo, deinde & inter fratres dissidentes faciunt pacē. Quid em̄ ꝓdest alios per te pacari: cū in tua anima sint bella vitiorū? Aug. in ser. dñi in mōte. Pacifici aūt in semetipsis sunt, qui oēs animi sui motⁿ cōponētes & subiicientes rationi, carnalesq̄; cōcupiscētias habētes edomitas fiunt regnū dei, in quo ita ordinata sunt oīa, vt qđ est in hoīe p̄cipuū & excellēs, ꝑeret cæteris reluctātibⁿ quæ sunt in nobis bestiisq̄; cōmunia, atq; ad id ipsum quod excellit in hoīe, id est mens & ratio subiiciaī pctōri, quod est ipsa veritas filius dei. Neq; em̄ imperare inferioribus pōt: nisi superioribus subiiciaī. Et hæc est pax quæ datur in terra hoībus bonæ voluntatis. Augu. in lib retrac. Non tm̄ cuiq̄ prouenire potest in hac vita, vt lex repugnās legi mentis oīno nō sit in mēbris. Sed hoc nunc pacifici agunt domādo cōcupiscentias carnis, vt ad pacem plenissimā quandoq; veniaī, Chry. sup. Matth. Pacifici aūt, ad alios sunt non solū qui inimicos in pace reconciliant, sed etiā illi qui immemores malorū diligunt pacē. Pax enim illa beata est, queˢ in corde posita est, non tm̄ in verbis. Qui aūt pacē diligunt, filii sunt pacis. Hila. Pacificorū aūt beatitudo adoptionis est merces. Et ideo dicitur: Quoniā filii dei vocabuntur. Parens em̄ omniū deus vnus est, neque aliter transire in nuncupationē familię eius licebit, nisi fraternę inuicē charitatis pace viuamus. Chrys. in ome. Vel qa pacifici dicuntur, qui nec litigant, nec odiunt adinuicem, sed & congregāt litigātes, recte filii dei vocaī, quia vnigeniti hoc est opus, cōgregare dispersa, & pacificare cōtra se præliātia. Augu. Vel quia in pace pfectio est vbi nihil repugnat, pacifici filii dei dicuntur, quoniā nihil resistit deo. Et vtiq; filii similitudinem patris debēt habere. Glos. Maximā ergo dignitatē habēt pacifici, sicut qui filius regis dicit, in domo regia summus est. Septimo autē loco beatitudo hic ponit, quia in sabbato verę requiei dabitur vera pax sex ętatibus transanctis.

Pacismus nus eximium.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Chrys. in ho. Posita pacificorū beatitudine, ne aliquis existimaret ꝙ semper pacē sibi quærere sit bonū, subdit: Beati qui pſecutionē patiunī ꝓpter iustitiā: hoc est ꝓpter virtutē, ꝓpter defensionē aliorū, ꝓpter pietatē. Iustitiā enim cōsueuit ꝓ omni virtute animę ponere. Aug. in ser. do. in mōte. Pace enī intrinsecus cōstituta ac firmata: quascūq; pſecutiones ille qui foras missus est, forinsecⁿ cōcitauerit, aut gerit: auget gloriā quæ secundū deū est. Hiero. Signāter aūt addidit: propter iustitiā. Multi enim ꝓpter pctā pſecutionem patiunī, & nō sunt iusti. Simulq; considera ꝙ octaua verę circūcisiōis beatitudo martyrio terminet. Chry. sup Mat. Nō aūt dixit: Beati qui à Gētilib⁹ pſecutionē patiunī: ne putes illū solū beatū, qui pſecutionem patiī ꝓpter idola colēda: ideo & ab hęreticis pſecutionē patiēs ꝓpter veritatē nō relinquendā, beatus est, quia ꝓpter iustitiā patiī. Sed & si quis ex potentib⁹, qui Christiani videnī forsitā ꝓpter sua pctā correctⁿ à te fuerit pſecutus: beatus es cū Ioāne Baptista. Si enim verū est ꝙ prophetæ martyres sunt qui à suis occisi sunt, sine dubio qui ꝓpter causam dei aliquid patiaī, & si à suis patitur, mercedem martyrii habet. Et ideo nō posuit scriptura personas pſequētiū, sed solā causam pſecutionis: vt nō aspicias quis te persequiī, sed ꝓpter quid. Hila. Si ergo ad postremū eos in beatitudine numerat, quibⁿ oīa pro Christo pati, qui iustitia est pronus affectⁿ est. His igitur & regnū seruaī: quia in cōtēptu seculi sunt pauperes spiritu. vñ dicit: Quoniā ipsorū est regnum cælorum. Aug. Vel octaua beatitudo

Martyrē quid faciat.

beatitudo tanquam ad caput redit: quia consummatum perfectumq; ostendit & probat. Itaq; in prima & octaua nominatum est regnum cælorū. Septem enim sunt quæ perficiunt. nā octaua clarificat, & perfectum demonstrat, & per hos gradus perficiuntur & cæteri, tanquam accipiatur rursus exordium. Ambro. super Lucam. Vel aliter: Primum regnū cælorum sanctis propositū est in absolutione corporis, secundum post resurrectionē esse cum Christo. Post resurrectionē em̄ terrā tuam incipies possidere absolutus à morte, & in ipsa possessione cōsolationē reperies. Consolationē sequitur delectatio: delectationē diuina miseratio. Cui autē miseretur dominus & vocat, & sic vocatus videt vocantē. Qui autē deū viderit, in ius diuinę generationis assumitur, & tūc demū quasi dei filius cælestis regni diuitiis delectatur. Ille igitur incipit, hic replet. Chry. in ho. Ne autē mireris, si secundū vnāquanque beatitudinē regnū non audis, quia cū dicit: Consolabuntur, misericordiā consequētur, & cætera huiusmodi. Per hæc vniuersa nihil aliud quàm regnū cælorum occultè insinuat, vt nihil sensibile expectes. Neque em̄ beatus est, qui in his coronatur, quæ cū præsenti vita discedunt. Augu. Diligēter autē attendēdus est numerus harū sententiarū. His em̄ septē gradibus congruit operatio spiritus sancti septiformis, quā Esaias describit: sed ille à summo, hic ab imo: quia ibi docetur filiⁿ dei ad imā descēsurus, hic homo de imis ad similitudinē dei ascensurus. In his primus est timor, qui congruit hominibus humilibus, de quibus dicitur: Beati pauperes spiritu, id est, non alta sapientes, sed timētes. Secunda est pietas, quæ cōuenit mitibus: qui em̄ piè queˢrit, honorat, nō reprehēdit, nō resistit, quod est mitem fieri. Tertia est scientia, quæ cōuenit lugentibus, qui didicerunt quibus malis nunc vincti sunt, quæ quasi bona petierūt. Quarta est quæ fortitudo cōgruit esurientibus & sitientibus, quia desiderantes gaudiū de veris bonis laborant, à terrenis cupiētes auerti. Quinta consiliū cōuenit misericordibus: quia vnicum remediū est, de tantis malis erui, dimittere aliis & dare. Sexta est intellectus & cōuenit mundis corde, qui pur gato oculo possunt videre quod oculus non vidit. Septima est sapientia quæ conuenit pacificis, in quibus nullus motus est rebellis, sed obtēperant spiritui. Vnū autē prēmiū quod est regnū cælorū, variè nominatum est. In primo sicut oportebat, positū est regnū cælorum quod est perfectæ sapientiæ initiū, acsi diceretur: Initiū sapientiæ timor domini. Mitibus hæreditas tanq̄ testamentū patris cum pietate quærentibus. Lugentibus consolatio, tanquā scientibus quid amiserunt, & in quibus mersi sunt. Esurientibus saturitas tanq̄ refectio laborantibus ad salutē. Misericordibus misericordia tanquā optimo consilio vtentibus, vt hoc eis exhibeatur, quod exhibēt. Mundis corde facultas videndi deum tanquā purum oculū ad intelligenda æterna gerentibus. Pacificis dei similitudinē. Et ista quidem in hac vita possunt compleri, sicut completa esse in apostolis credimus. Nā quod post hanc vitam promittitur nullis verbis exponi potest.

Anagoge verborum.

Cōsonātia donorū & beatitudinū

Beati estis cū maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint oē malū aduersum uos mētientes propter me. Gaudete & exultate, quoniā merces uestra copiosa est i cælis. Sic enī persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante uos.

Raba. Superiores sentētias generaliter digerebat, iam incipit loqui præsentes cōpellans, prædicēs eis, persecutiones quas pro noīe eius passuri erant, dicēs: Beati estis cū maledixerit vobis homines, & pſecuti vos fuerint, & dixe. oē ma. aduer. vos. Augu. Quæri autem potest quid intersit quod ait? Cū vobis maledicent, & dicent omne malum, cū maledicere hoc sit malū dicere. Sed aliter est maledictū iactatū cum cōtumelia coram illo qui maledicit, aliter cū absentis fama lędit. Persequi aūt est vim inferre, vel insidiis appetere. Chrys. super Mat. Si autē verum est quoniā qui calicem aquæ porrexerit, merces eius nō perit: consequenter qui vel vnius leuissimi verbi iniuriā fuerit passus, vacuus non erit à mercede. Vt autē blasphematus sit beatus, duo conuenire debent: vt & mendaciter blasphemetur, & propter deū: alioquin si vnū defuerit, non est beatitudinis merces. Et ideo dicit: Mentientes ꝓpter me. Augu. Quod propter illos additū, puto qui volūt de persecutionibus & de fama suæ turpitudinis gloriari, & ideo dicere ad se pertinere Christū, quòd multa de illis dicuntur mala, cū & verè dicantur quando & de errore illorū dicuntur: & si aliquando falsa iactantur, nō tamen propter Christū ista patiunī. Grego. super Ezechielē. Quid autē poterit obesse si homines vobis derogent, & sola vos cōscientia defendat? Sed tamen linguas detrahentiū sicut nostro studio nō debemus excitare, ne ipsi pereant: ita ob suam malitiā excitatas debemⁿ æquanimiter tolerare, vt nobis meritū crescat. vnde & hic dicitur: Gaudete & exultate, quoniā merces vestra copiosa est in cælis. Glo. Gaudete mēte quidem, & exultate corpore: quia merces vestra non tantū magna est sicut aliorū, sed copiosa est in cælis. Aug. Non hic cælos puto dici superiores partes huius visibilis mūdi. non em̄ merces vestra in rebus visibilibus collocanda est, sed in cælis dictum puto in spiritalibus firmamentis, vbi habitat sempiterna iustitia. Sentiūt ergo iam istā mercedē qui gaudent spiritalibus, sed ex omni parte perficietur, cū mortale hoc induerit īmortalitatē. Hiero. Gaudere igitur & exultare debemⁿ vt merces nobis in cælestibus præparetur, vt qui vanam sectatur gloriam implere non potest. Chry. super Mat. Quia quantū aliquis lętatur de laude hominū, tātum de vituperatione tristatur: qui verò gloriā cōcupiscis in cælo, opprobria non timeas in terris. Grego. super Ezechielē. Aliquando tamen detractores debemus cō pescere: ne dū de nobis mala disseminant, eorū qui audire nos ad bona poterant corda innocentiū corrumpāt. Glo. Non solū autem præmio, sed etiā exemplo eos ad patientiā prouocat, cū subdit: Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Remi. Magnā enim consolationē accipit homo in tribulatione positus, dū recordatur passiones aliorū à quibus exēplum patientiæ accipit. ac si diceret: Mementote quia illius vos estis apostoli, cuius & illi fuerūt prophetæ. Chry. in ho. Simul etiā insinuat coæqualitatē sui honoris ad patrē, ac si dicat: Sicut illi propter patrē, ita & vos propter me patiemini. Cū etiam dixit prophetas qui fuerunt ante vos, mōstrat & ipsos prophetas iam factos. Augu. Persecutionē autē hic generaliter posuit, & in maledictis, & in laceratione famę.

Discretio verborum.

Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Chry. in ho. Quia excelsa præcepta discipulis dederat vt non dicerēt, qualiter poterimus ea seruare, eos laudibus mitigat, dicens: Vos estis sal terræ. In quo monstrat quòd necessariohæc iniungit. non enim pro vestra vita aut pro vna gente, sed pro vniuerso mundo vos mitto: & si alios mordentes malè audiatis, gaudete. hoc enim est opus salis, mollia mordicare: quare aliorū maledictio nihil vobis nocet, sed est testis vestræ virtutis. Hila. Est autē hic proprietas quærenda docto

Moralis declaratio salis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum, quam & apostolorũ officiũ & ipsius salis natura mõstrabit: hoc igitur in omnẽ vsum humani generis effectum incorruptionem corporibus quibus fuerat aspersum impartit, & ad omnẽ sensum cõditi saporis aptissimũ est. Apostoli aũt sunt rerũ cælestium prædicatores, & æternitatis velut salitores, meritò sal terræ nuncupati: quia per virtutẽ doctrinæ quasi saliẽtes æternitati corpora seruant. Remig. Sal etiã per aquã & ardorẽ solis & per flatũ venti in naturã alteram cõmutatur, sic & apostolici viri per aquã baptismi & ardorẽ dilectionis, & flatũ spiritus sancti in spiritalẽ regenerationem cõmutati sunt. Sapientia etiã cælestis per apostolos prædicata exsiccat humores carnaliũ operũ, aufert fœtorẽ & putredinẽ malæ cõuersationis, & vermẽ libidinosæ cogitationis, & illũ de quo dicit propheta: Vermis eorũ non moritur. Remi. Sunt apostoli sal terræ, id est hominũ terrenorũ, qui amãdo terram terra vocãtur. Hiero. Vel apostoli sal terrę appellãtur, quia per illos vniuersum hoĩm conditur genus. Chry. sup Mat. Doctor enim cũ fuerit omnib⁹ prædictis virtutibus ornatus, tunc est quasi optimũ sal, & totus populus de illo cõditur, videndo eũ & audiendo. Remig. Et sciendũ quòd nullũ sacrificiũ offerebatur deo in veteri testamento nisi prius cõdiretur sale: quia null⁹ potest laudabile sacrificium deo offerre absque sapore cęlestis sapientiæ. Hila. Verũ quia cõuersioni homo subiacet, ideo apostolos sal terræ nũcupatos monet in traditæ sibi potestatis virtute persistere, cũ subdit: Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? Hiero. i. si doctor erra uerit, quo alio doctore emẽdabitur? Aug. Et si vos per quos cõdiendi sunt populi, metu persecutionũ temporaliũ amiseritis regna cælorũ, qui erunt homines per quos vobis error auferatur? Alia litera habet: Si sal infatuatũ fuerit, ostendens fatuos esse iudicandos, qui tẽporalium bonorũ vel copiam sectãtes, vel inopiã metuentes amittunt æterna, quę nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Hila. Si autẽ doctores infatuati nil saliãt, & ipsi sensu accepti saporis amisso viuificare non possunt corrupta, redduntur inutiles. vnde sequitur: Ad nihilũ valet vltra, nisi vt mit. foras, & conculab hominib⁹. Hiero. Exẽplum de agricultura scriptũ est: Sal eñ vt in condimentũ ciborum & ad siccãdas carnes necessariũ est, ita aliũ vsum non habet. Certè legimus in scripturis vrbes quasdã ita victorũ sale seminatas, vt germẽ nullũ in ipsis oriretur. Glo. Postq̃ ergo illi qui capita sunt aliorũ, defecerint: nulli vsui apti sunt, nisi ad hoc vt mittantur foras ab officio docendi. Hila. Vel etiã de ecclesiæ promptuariis proiecti pedibus incedentium conterantur. Augu. Non aũt calcatur ab hoĩbus, qui patitur persecutionẽ: sed qui persecutionẽ timendo infatuatur. Calcari eñ non potest nisi inferior: inferior aũt nõ est, qui q̃uis corpore multa in terra sustineat, corde tamẽ in cælo fixus est.

Salis myſterium.

Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra mõtem posita, neque accendunt lucernã, & ponunt eam sub modio, sed super cãdelabrũ, ut luceat oĩbus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cælis est.

Chry. super Mat. Sicut doctores propter bonã conuersationẽ sunt sal quo populus conditur, ita propter verbũ doctrinæ sunt lux, qua ignorantes illuminantur. prius aũt est bene viuere, quàm bene docere: & ideo postq̃ apostolos dixerat sal, cõsequenter vocat eos lucem, dicens: vos estis lux mundi. Vel quia sal in eo statu tenet rem, ne ad deterius mutetur: lux autẽ ad melius perducit illustrando, propter quod apostoli dicti sunt priùs sal propter Iudęos, & propter populũ christianũ à quibus deus cognoscitur, quos seruant in dei scientia: lux autẽ propter gentes, quas ad scientiæ lumen perducũt. Augu. Oportet autẽ hic mundũ nõ cælum & terrã, sed homines qui sunt in mũdo, intelligi, vel qui diligunt mundũ, quibus illuminandis apostoli missi sunt. Hila. Natura eñ luminis est vt lucẽ, quocũque circunferatur, emittat, illatumq̃; ędibus tenebras interimat, luce dominãte. Igitur mũdus extra cognitionẽ dei positus obscurus tenebatur ignorãtiæ tenebris, cui per apostolos scientiæ lumen inuehitur, & cognitio dei claret, & de paruis eorũ corpusculis quocũque incesserint, lux tenebris ministratur. Remi. Sicut autẽ sol dirigit radios suos, ita & dominus qui est sol iustitiæ, direxit apostolos suos ad effugandas humani eneris tenebras. Chry. in ho. Intellige autem quàm magna eis promittit, vt qui in regione propria cogniti non erant, ad fines orbis terrarũ eorum veniret fama, nec persecutiones quas prædixerat eos potuerunt occultare, sed propter hoc magis præclari redduntur. Hiero. Ne autẽ apostoli abscondantur ob metũ, sed tota libertate se prodant, docet eos fiduciã prædicandi, cũ consequenter dicit: Non potest ciuitas abscondi supra montẽ posita. Chry. in ho. Per hoc etiã eos docet esse sollicitos de propria vita, quasi in oculis oĩm positos, sicut ciuitas quę est supra mõtẽ posita, vel lucerna supra candelabrũ lucens. Chry. super Matth. Hæc ciuitas ecclesia sanctorũ est, de qua dicitur: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Ciues ei⁹ sunt oĩs fideles, de quibus Apostolus: Vos estis ciues sanctorũ. Hæc ergo ciuitas posita est supra mõtẽ Christũ, de quo Daniel: Lapis abscissus sine manibus factus est mons magnus. Augu. Vel posita est supra montẽ. i. supra magnã iustitiã, quã significat mõs in quo disputat domin⁹. Chry. super Mat. Non potest ergo ciuitas abscondi posita supra montẽ, etiam si ipsa voluerit. Mons eñ qui eã portat, facit eam omnibus manifestã: sic & apostoli & sacerdotes qui fundati sunt in Christo non possunt esse absconditi, etiam si voluerint, quia Christus eos manifestat. Hila. Vel ciuitatẽ carnẽ quam assumpserat nuncupat, quia in eo per naturã suscepti corporis, quędam humani generis cõgregatio continetur, & nos per cõsortiũ carnis suæ sumus habitatio ciuitatis. Abscondi ergo non potest, quia in altitudine positus celsitudinis dei admiratione operũ suorum offertur omnibus contẽplandus. Chry. super Matth. Quare autẽ sanctos suos Christus manifestet, & non sinat eos esse absconditos per alterã comparationẽ ostẽdit, cũ subditur: Neque accen. lucer. & po. eã sub mo. sed supra cãdelabrũ. Chry. in ho. Vel per hoc quod dicit: Non potest ciuitas abscondi, demõstrauit suam virtutẽ. In hoc autem quod subdit: Neque accen. lucer. eos inducit ad liberã prædicationẽ. ac si diceret: Ego quidẽ lucernam accendi, vestri autẽ erit studii eam manere ardẽtẽ, nõ solum propter vos, sed propter alios qui illuminabuntur, & propter gloriã dei. Chry. super Matth. Lucerna est verbum diuinũ, de quo dictũ est: Lucerna pedibus meis verbum tuum. Accendentes lucernam sunt pater & filius & spiritus sanctus. Augu. Quid aũt putamus dictum esse: Et ponunt eam sub modio? vt occultatio tãtum lucernæ accipiẽda sit, tanq̃ si diceret: Nemo accẽdit lucernã & occultat eã: an etiam aliquid modius significat? vt hoc sit ponere lucernã sub modio, superiora facere corporis cõmoda per prędicationẽ veritatis. Sub modio ergo lucernã ponit, quisquis lucẽ doctrinę bonæ cõmodis tẽporalibus obscurat & tegit. Et bene modius dicit res corporalis, siue propter retributionẽ mẽsuræ, quia ea quisque recipit quę gessit in corpore; siue quia

Doctorũ laus in duobus conſiſtit.

Tropologica expoſitio.

siue quia tẽporalia bona quæ corpore peragũtur circa dierũ mensuram quã significat modius inchoantur & transeunt: ętterna verò & spiritualia nullo tali fine coercentur. Super cãdelabrũ autẽ lucernã ponit, qui corpus suũ ministerio verbi subiicit, vt superior sit prędicatio veritatis, & inferior seruit⁹ corporis: per ipsam enim corporis seruitutẽ excelsior lucet doctrina, dum per vocem & cæteros corporis motus bonis operibus insinuatur discẽtib⁹. Chry. super Mat. Vel modii sunt hoĩes mundiales: quoniã sicut modii desuper quidem vacui sunt, subtus autem pleni: sic oĩs mũdi amatores in rebus spiritualibus insẽsati sunt, in terrenis autẽ sapientes: & ideo quasi modius verbũ dei tenet absconditũ, quando propter aliquã causam terrenã verbũ dei nõ est ausus palã proloqui, nec fidei veritatẽ. Candelabrũ est ecclesia quæ baiulat verbũ vitæ, & omnis ecclesiasticus vir. Hila. Vel synagogã domin⁹ modio cõparauit, quę susceptos fructus intra se tantũ receptans certũ modiũ diuersæ obseruãtiæ continebat. Ambro. super Lucã. Et ideo nemo fidem suã intra mensurã legis includat, sed ad ecclesiã cõferat, in qua septiformi spiritus relucet gratia. Beda in home. Vel ipse Christ⁹ accendit lucernã, qui testã humanæ naturæ flãma suæ diuinitatis impleuit, quam nec credentibus absconderę, nec modio supponere, hoc est sub mensura legis includere, vel intra vnius gentis terminos noluit cohibere. Candelabrũ ecclesiã dicit, cui lucernam superposuit: quia nostris in frontibus fidẽ suæ incarnationis affixit. Hila. Vel lucerna Christi ponitur in candelabrũ, id est, in ligno per passionẽ suspensa, quæ lumẽ æternũ est in ecclesia habitantibus præbitura. Et ideo dicit: Vt luceat omnibus qui in domo sunt. Aug. Si qs enim domũ vult accipere ecclesiã, nõ est absurdũ. Vel domus est ipse mundus, propter id quod superiùs ait: Vos estis lux mundi. Hila. Tali etiã lumine monet fulgere apostolos, vt ex admiratiõe operis eorũ, deo laus impartiatur. vnde sequitur: Sic luceat lux vestra corã hoĩbus, vt videãt opera vestra bona. Chry. super Mat. Id est sic illuminate docentes, vt non vestra tantũ audiant verba, sed vt opera videant: vt quos illuminaueritis per verbũ quasi lux, condiatis per exẽplum quasi sale. Per illos aũt doctores qui docẽt & faciũt, magnificatur deus. nã disciplina dñi ex morib⁹ familię demõstratur. Et ideo sequitur: Et glo. pa. ve. qui in cælis est. Augu. Si tantũmodo diceret: Vt videant opera vestra bona, finẽ constituisse videretur in laudibus hominũ, quas quærunt hypocritæ, sed addidit: Et glorifi. pa. vestrum qui in cælis est, vt hoc ipsum quòd homo per bona opera placet hominibus, nõ ibi finẽ constituat, sed referat ad laudẽ dei: & proptera placeat hoĩb⁹, vt i illo glorificẽt deus. Hila. Non quòd ab hoĩbus oporteat gloriã quærere, sed vt dissimulantibus nobis op⁹ nostrum his inter quos viuim⁹, in honorem dei eluceat.

Chriſtus lucerna.

Nolite putare quoniam ueni soluere legem aut prophetas. Non ueni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico uobis, donec trãseat cælum & terra: iota unum aut apex unus non præteribit a lege donec omnia fiant. Qui ergo soluerit unũ de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorum.

Glo. Postquã hortatus est audientes vt se prępararent ad omnia sustinenda pro iustitia, & nõ absconderent quod accepturi erant, sed ea beneuolentia discerẽt, vt cæteros docerẽt, incipit eos informare quid doceant, tanq̃ si quærerent: Quid est hoc quod non vis abscondi, pro quo iubes oĩa tolerari? nunquid aliquid dicturus es extra ea quę in lege sunt scripta? Ideo ĩquit: Nolite enim putare, quoniã veni soluere legẽ, aut prophetas. Chry. super Mat. Quod propter duas causas dicit: Primũ vt discipulos suos his verbis ad suũ prouocaret exẽplum: vt sicut ipse oẽm legem adimplebat, sic & illi studerent implere. Denique futurũ erat vt calũniarentur eũ Iudæi, quasi legẽ soluentẽ: priusquã incurrat calũniam, calũnię satisfacit. Remi. Ne aũt putaret sic venisse, vt simpliciter legẽ prædicaret, sicut prophetæ fecerant, duo dixit: negat se venisse soluere, & affirmat venisse se implere, & ideo addit: Non enim veni legẽ soluere, sed adimplere. Aug. In hac aũt sententia duplex est sensus. Nã adimplere legem, aut est addẽdo aliquid quod min⁹ habet, aut faciẽdo quod habet. Chry. in ho. Impleuit igitur Christus prophetas, complendo omnia quæ per eos de ipso fuerant dicta: legẽ autẽ, primò quidẽ nihil transgrediendo legaliũ: secundò, iustificando per fidẽ, quod lex per literã facere nõ valebat. Aug. cõtra Faustũ. Demũ etiam quia sub gratia positis in hac mortali vita difficile erat adimplere quod in lege scriptũ est: Non cõcupisces. Ille per carnis suæ sacrificiũ sacerdos effectus impetrat nobis indulgentiã, etiam hinc adimplens legẽ, vt quod per nostrã infirmitatẽ minus possum⁹, per illius perfectionẽ curetur, cuius capitis mẽbra effecti sumus. Puto etiam sic esse accipiendũ quod dicit: Non veni legẽ soluere, sed adimplere: his videlicet additamentis, quæ vel ad positionẽ pertinent antiquarũ sententiarũ, vel ad conuersationẽ in eis. Aperuit enim dñs etiã iniquum motũ ad nocẽdũ fratri in homicidii genere deputari. Maluit etiã nos dñs nõ iurãtes non recedere à vero, q̃ verum iurãtes appropinquare periurio. Sed cur ò Manichæi legem non accipitis & prophetas, cum eos se nõ veniſſe ſoluere dixit, ſed adimplere? Ad hoc reſpõdet Fauſtus hæreticus: Quis hoc teſtatur dixiſſe Ieſum? Matthæus. Quomodo ergo Ioãnes nõ id teſtatur, qui fuit in monte: Matthęus hoc ſcripſit, qui poſtq̃ Ieſus deſcendit de monte, ſecut⁹ eſt eũ? Ad hoc Auguſtinus reſpondet: Si nemo de Chriſto vera dixit, niſi qui vidit eum vel audiuit: hodie de eo vera dicit null⁹. Cur ergo ex ore Ioannis non potuit vera Matthæus audire de Chriſto, ſi ex lib. Ioãnis poſſumus vera loqui de eo nos tanto tẽpore poſt nati? Hinc enim non ſolũ Matthæi, ſed etiã Lucę ac Marci euangeliũ & non impari auctoritate receptũ eſt. Huc accedit, quia & ipſe dñs potuit narrare Matthæo quod egerat, antequam eum vocaſſet. Apertè aũt dicite non vos credere euangelio. nam quæ in euangelio, non niſi quod vultis, creditis, vobis poti⁹ quàm euangelio creditis. Itẽ Fauſtus: Probemus & Matthęũ hoc nõ ſcripſiſſe, ſed alium (neſcio quem) ſuo nomine. Quid enim dicit? Cũ trãſiſſet Ieſus, vidit ſedentem hominẽ ad teloneũ Matthęum nomine. Et quis ergo ſcribens de ſeipſo dicat: vidit hominẽ, & nõ vidit me? Ad quod Auguſtinus: Ita Matthęus de ſe, tã quam de alio ſcripſit, ſicut & Ioannes fecit, dicẽs: Cõuerſus Petrus vidit aliũ diſcipulũ quẽ diligebat Ieſus. Manifeſtũ eſt enim hũc morẽ fuiſſe ſcriptorũ, cũ geſta narrarẽt. Item Fauſtus: Quid quòd etiã ex ipſo ſermone, quòd præcepit nõ putare quia veniret legẽ ſoluere, magis intelligi datur quia ſolueret: neque enim nihil tale eo faciente, Iudęi ſuſpicari hoc poſſent. Ad quod Auguſtinus: Hoc quidẽ valde infirmũ eſt, non eñ negamus Iudęis non intelligẽtibus videri potuiſſe Chriſtũ deſtructorẽ eſſe legis & prophetarũ. Item Fauſtus: Quid quòd etiã lex & pphetæ nec adimpletione gaudent, cũ in Deuteronomio dicatur: Hęc præcepta quę mando tibi obſeruabis, nec addas quicquam eis, nec

Fauſtus inſtat opportunè.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minuas. Ad quod Augustinus: Nõ intelligit Faustus quid sit legẽ implere,cũ hoc de verborũ adiectione putat accipiendũ.Plenitudo eñ legis charitas est, quam dominus dedit mittendo fidelibus spiritum sanctum. Impletur ergo lex ,vel cũ fiunt quæ ibi prẽcepta sunt, vel cùm exhibentur quæ prophetata sunt. Item Faustus: Quòd nouum testamentum Iesum cõdidisse fatemur, quid aliud à destructione fatemur veteris testamenti? Ad quod Augustinus: In veteri testamento figuræ erant futurorum, quas in rebus per Christum prẽsentatis auferri oportebat,vt eo ipso lex & prophetę implerentur, in quibus scriptũ est.daturũ deum nouũ testamentũ. Item Faust⁹: Hoc igitur dixit Christ⁹, aut aliud significans dixit, aut quod absit mentiẽs dixit, aut oĩno nõ dixit: sed Iesum quidẽ mentitũ fuisse nullus dicat:ac per hoc aliter dictum est, aut nec omnino dictum est.me quidẽ iam aduersus capituli hui⁹ neceſſitudinẽ Manichæa fides reddit hic tutũ,quę principio mihi nõ cunctis quæ ex ſaluatoris nomine legunt̃ scripta,passim credere persuasit. Esse eñ multa zizania quæ in contagiũ boni seminis, scripturis penè oĩbus noctiuagus quidem seminator insparsit. Ad quod Augustinus:Manichęus docuit impiã peruersitatẽ, vt ex euangelio quod hæresim tuã non impedit huc accipias:quod autem impedit,non accipias. Nos autẽ docuit apostolus piam prouisionẽ, vt quisquis nobis annunciauerit præter id quod accepimus,anathema sit. Dominus autem exposuit quid sit zizania,non aliqua falsa veris scripturis immissa,sicut tu ĩterpretaris,sed homines filios maligni.Itẽ Faustus: Cũ te Iudęus interpellabat, cur legis & ꝓphetarum p̃cepta nõ serues quæ Christus dixit,nõ se venisse soluere,sed adimplere:cogeris aut vanæ superstitioni succumbere,aut capitulũ ꝓfiteri falsum, aut te Christi negare discipulũ. Ad quod Augustinus:Nullas ex hoc capitulo catholici patiuntur angustias: quasi legis & ꝓphetarum prẽcepta nõ seruent: quia charitatem dei & proximi habent,in quibus p̃ceptis pendet lex & ꝓphetæ.Et quęcunque ibi rebus gestis vel sacramentorum celebrationibus,vel locutionũ modis figurate ꝓphetata sunt,in Christo & ecclesia cõpleri cognoscunt. Vnde nec vanæ supstitioni succũbimus,nec istud euangelii capitulum falsum esse dicim⁹,nec Christi discipulos nos negamus. Qui ergo dicit: Si Christ⁹ legẽ & prophetas non soluisset, illa sacramenta legis & prophetarum in Christianorũ celebrationibus permanerent.Potest dicere:si Christus legẽ & prophetas non soluisset,adhuc ꝓmitteretur nasciturus,passur⁹,resurrecturus:cũ ideo magis hoc nõ soluerit,sed adimpleuerit:quia iam non promittitur nasciturus, passurus, resurrecturus, quod illa sacramenta quodãmodo p̃sonabant.Sed annuncia tur,quòd natus sit,passus sit,resurrexerit:quod hæc sacramenta quę à christianis agũtur,iam personant. Patet ergo quanto errore delirant, qui putant signis sacramentisque mutatis etiã res ipsas esse diuersas:quas ritus propheticus pronunciauit promissas,& euangelicus demonstrat impletas. Item Faustus: Quærendum est si hoc Christus dixit,cur dixerit?vtrũ ne compalpandi Iudęorum furoris causa, qui sancta sua ab eo conculcari videntes, nec audiendũ quidẽ eum exiſtimabant: aut vt nos,qui ei credebamus ex gẽtibus,instrueret legis subire iugũ? Si autẽ hęc non ei fuit causa dicendi, illa debet esse quam dixi, nec hoc ipsum mentitus est.Sunt enim tria genera legum:vnum Hebræorum,quod peccati ac mortis Paulus appellat: aliud gentium,quod naturale vocat, dicens: Gentes aũt naturaliter quæ legis sunt,faciunt: tertium est veritatis,de qua dixit lex, ſpiritus vitæ &c. Item prophetæ alii sunt Iudęorum,de quibus notum est: alii gẽtium, de quibus Paul⁹ dicit: dixit quidã proprius eorũ propheta:alii veritatis,de quib⁹ Christus dicit: Mitto ad vos sapiẽtes & ꝓphetas. Et quidẽ si obseruatiões Hebraicas adimpletionis gratia ꝓtulisset,dubiũ nõ erat, quin de Iudæorũ lege & ꝓphetis dixisset.Vbi verò sola recensęt antiquiora præcepta.i.non occides,nõ mœchaberis,quæ olim promulgata fuerant per Enoch & Seth,& cæteros iustos, cui non videtur hoc eũ dixisse de veritatis lege & ꝓphetis?Vbi verò Iudęorum quędam visus est nominasse,penit⁹ eradicauit, p̃cipiendo contraria,vt est illud:Oculũ pro oculo, dentẽ pro dente.Ad quod Augustin⁹: Manifestũ est quam legem & quos prophetas Christus non venerit soluere,sed implere.Ipsa enim est lex quę per Moysem data est, non aũt sicut Faustus opinat̃, quędam dominus adimpleuit, quę ab antiquis iustis iam dicta erant ante legem Moysi,sicut:Non occides. Quędã verò soluit,quę propria videbant̃ legis Hebrẽorum. nos enim dicim⁹, & hęc pro tempore bene fuisse instituta,& nunc à Christo non soluta, sed adimpleta, vt patebit per singula. Hoc etiã non intelligebant,qui in ea puersitate manserũt,vt gentes cogerent iudaizare, hęretici.ſ.qui Nazarẽi dicuntur.Chry.super Matt. Quoniã verò oĩa quæ ab initio mundi vsq; ad finẽ erant futura,mysticè erãt prophetata in lege,ne videatur aliquid eorum quæ fiunt deus non antea cognouisse,propterea dicit: Non potest fieri vt trãseat cęlum & terra,donec omnia quę in lege prophetata sunt rebus ipsis fuerint adĩpleta.& hoc est qđ dicit:Amẽ quippe dico vobis, donec trãseat cælum & terra,iota vnũ aut vnus apex non prẽteribit à lege donec oĩa fiant.Remi.Amẽ Hebręus sermo est,& latinè dicitur verè,fideliter, siue fiat.Duabus autẽ de causis hoc sermone vtitur dominus,siue propter duritiam illorũ qui tardi erant ad credendũ, siue propter credentes,vt ꝓfundi⁹ attenderent ea quæ sequuntur.Hila.Per hoc autem quod ait: Donec transeat cęlum & terra, cęlum quidẽ & terrã maxima elementa non arbitramur esse absoluenda.Remi.Permanebunt eñ essentialiter,sed transibũt per renouationẽ.Augu. Per hoc aũt quod ait:Iota vnũ aut vnus apex nõ transibit à lege, nihil potest aliud intelligi nisi vehemẽs expressio perfectionis,quæ per literas singulas demõstrata est,inter quas literas Iota minor est cæteris,quia vno ductu fit. Apex etiã est ipsi⁹ aliqua in summo particula.quib⁹ verbis ostẽdit in lege ad effectũ & minima quęq; perduci.Raba.Apertè quoq; Grẽcũ Iota & non Ioth Hebrẽũ posuit:quia Iota in numero decẽ significat, & decalogũ legis enumerat, cuius quidẽ apex & perfectio est euangeliũ.Chry.super Mat. Si autem ingenu⁹ homo vel in vili mendacio inuentus fuerit,erubescit:& vir sapiẽs verbũ quod dixit,non relinquit in vacuũ, quomodo verba diuina sine exitu vacua poterant permanere?vnde concludit: Qui ergo solue.vnũ de mandatis istis mini.& docue.sic homi.mini.voc.in regno cęlorũ. Puto aũt quòd ipse dominus manifestè hoc respondit, quę sunt minima mandata,monstrans dicendo: Si quis soluerit vnum de mandatis istis minimis.i.quę modò dicturus sum.Chry.in ho. Non enim pro veteribus legibus hoc dixit, sed pro his quæ ipse erat prẽceptur⁹,quę quidem minima vocat, licet magna sint.Sicut eñ multoties de se humilia locutus est: ita & de suis prẽceptis humiliter loquitur. Vel aliter. Chry. super Mat. Mandata Moysi in actu facilia sunt: Non occides,non adulterabis.Ipsa enim criminis magnitudo volũtatem faciendi repercutit, & ideo in remunerationem modica sunt, in peccato autẽ magna.Mãdata aũt Christi,id est non irascaris,non concupiscas, in actu difficilia sunt: & ideo in remuneratiõe magna, in peccato aũt minima. Minima igitur dicit ista Christi mandata,nõ irascaris,non cõcupiscas. ergo illi qui leuia peccata cõmittũt, minimi sunt in regno dei, id est,qui renatus fuerit, & grande peccatũ non fecerit: à pœna quidem securus est,scilicet damnationis æternæ, non tamen est in gloria,scilicet quam consequuntur illi qui etiam hæc minima implent.Aug.Vel econtra illa quæ prẽcepta sunt in lege,dicũtur minima:quę autem Christus dicturus est,sunt maxima. Mãdata autem minima, significantur per vnũ iota & vnũ apicẽ. Qui ergo soluerit & docuerit sic,id est secũdum quòd soluit,minim⁹ vocabitur in regno cælorũ. Et fortasse ideo nõ erit,quia ibi nisi magni esse non possunt.Glo. Soluere aũt, est non agere quod rectè quis intelligit, vel non intelligere quæ deprauauit,aut minuere integritatem superadditionis Christi. Chryso. in ho. Vel cũ audieris minimum in regno cælorũ,nihil aliud suspicare quàm suppliciũ & gehennam. Regnũ enim cõ sueuit dicere non solũ regni vtilitatẽ, sed tempus resurrectionis & aduẽtum Christi terribilem.Grego.in home.Vel per regnũ cælorum ecclesia intelligẽda est, in qua doctor qui soluit mãdatum, minimus vocatur: quia cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio cõtemnatur. Hila. Vel minima dicit domini passionẽ & crucem, quæ si quis tanquam erubescẽda non cõfitebitur,erit minim⁹,id est nouissimus ac penè nullus.Confitẽti verò magnæ in cælo vocationis gloriam pollicetur.vnde sequitur: Qui aũt fecerit & docuerit,magn⁹ vocabitur in regno cælorũ.Hiero. Sugillat in hoc phariſæos, qui cõtemptis mandatis dei ſtatuebãt propriãs traditiones: quòd nõ eis prosit doctrina in populo, si vel paruũ quod in lege est destruãt. Possumus aũt & aliter intelligere quòd magistri eruditio, etiã si paruo peccato obnoxia sit,deducat eũ de gradu maximo:nec ꝓsit docere iustitiã,quam minima culpa destruit:beatitudoq; perfecta sit,quæ sermone docueris,opere cõplere,Augu.Vel aliter:Qui soluerit illa minima scilicet prẽcepta legis,& sic docuerit,minimus vocabitur. Qui autẽ fecerit illa minima, & sic docuerit,non iam magnus habendus est, sed tamen non tam minimus q̃ ille qui soluit.vt autem sit magnus,facere debet & docere quæ Christus docet.

Dico autem uobis,quia nisi abũdauerit iustitia uestra plus quàm scribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Audistis quia dictum est antiquis:Nõ occides.Qui autem occiderit,reus erit iudicio.Ego autẽ dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, re⁹ erit iudicio.Qui autem dixerit fratri suo rhaca,reus erit concilio.Qui autem dixerit fatue,reus erit gehennæ ignis.

Hila. Pulcherrimo ingressu opus legis cœpit excedere,aditũ in cęlũ apostolis,nisi iustitiã phariſęorũ anteissent denuncians nõ futurũ,& hoc est qđ dicit: Dico eñ vobis.Chry.super Mat.Iustitiam aũt hic dicit virtutẽ,intẽde aũt gratiæ additamentum. Discipulos enim suos adhuc rudes,magistris qui in veteri testamẽto erãt vult esse meliores. Scribas autem ac phariſæos non dixit iniquos, quia non dixisset eos habere iustitiã.Vide etiam quoniã hic vetus testamentũ confirmat,comparationem faciẽs eius ad nouum.plus enim & minus eiusdem generis est: scribarum autem & phariſæorũ iustitię,sunt mandata Moysi:per impletiones aũt illorum mandatorum sunt mandata Christi.Hoc est ergo quod dicit: Nisi quis supra legis mandata etiam hæc mea præcepta quæ apud illos minima exiſtimabantur,impleuerit,non intrat in regnũ cælorũ.quoniam illa de pœna liberant, quæ scilicet transgressoribus legis debetur,non aũt in regnũ inducunt: hæ aũt & de pœna liberant,& in regnũ inducũt.Cùm aũt sit idem soluere minima mandata & non custodire,quare suprà de soluente dicit quòd minimus vocabitur in regno dei: hic aũt de nõ conseruante,non introibit in regnũ cælorũ?Sed vide quia minimũ esse in regno,idẽ est & non intrare in regnũ. Esse autem aliquem in regno,nõ est regnare cum Christo,sed esse tãtum in populo Christi:tanquã si dicat de soluẽte,quòd inter christianos quidẽ erit,tamen minimus christianus.Qui autẽ intrat in regnũ,fit particeps regni cum Christo.Consequenter & iste qui non intrat in regnũ cælorũ,gloriam quidẽ non habebit cum Christo, erit tamen in regno cælorũ, id est in numero eorum super quos Christus cælorum rex regnat.Augu.9.de ciuita. dei.Vel aliter:Nisi abundauerit iustitia vestra plusquã scribarum & phariſæorũ, id est super eos qui soluunt quod docent,quia de his alibi dictũ est: Dicunt enim & non faciunt,ac si dicat: Nisi ita abũdauerit iustitia vestra vt vos nõ soluatis, sed faciatis poti⁹ quod docetis,nõ intrabitis in regnũ cælorũ.Alio ergo mõ intelligendũ est regnũ cælorũ, vbi ambo sunt, & ille scilicet q̃ soluit qđ docet,& ille qui facit:sed ille minim⁹, hic magnus:quod quidem regnũ cælorum est ecclesia prẽsens.Alio autẽ modo regnum cęlorum dicitur quo nõ intrat,nisi ille qui facit:& hoc est ecclesia, qualis in futuro erit.Augu.contra Faustũ. Hoc autem nomen regni cælorum,quod tam crebro nominat dominus:nescio vtrũ in libris veteris testamenti quisquã inueniat.propriè eñ pertinet ad reuelationẽ noui testamenti,quod ori eius etiam nominandũ seruabatur,quẽ regem ad regendũ seruos suos vetus testamentũ præfigurabat.Hic ergo finis quo p̃cepta referenda sunt, occultus erat in veteri testamento,q̃uis secundũ eum etiam tũ viuerent sancti, qui futuram eius reuelationẽ videbãt. Glo.Vel hoc quod dicit nisi abũdauerit,referẽdũ est ad intellectum phariſæorũ & scribarum,non ad cõtinẽtiam veteris testamẽti. Augu.cõtra Faustũ: Penè eñ omnia quę monuit vel prẽcepit dominus, vbi adiũgebat,Ego autẽ dico vobis,inueniũtur & in illis veteribus libris: sed quia nõ intelligebant homicidium nisi peremptionẽ corporis humani, aperuit dominus omnem iniquum motũ ad nocendũ fratri in homicidii genere deputari.vnde subdit:Audistis quia dictum est antiquis,nõ occides. Chryso.super Matth. Volens Christus ostendere,quia ipse deus qui aliquando locutus est in lege, & qui nũc mãdat in gratia, illud mandatum quod ponitur in lege ante omnia, scilicet prohibitiua,quæ sunt contra proximum, & nũc ponit in principio mãdatorum suorum, Aug.1.de ciuitate dei. Nõ autem quòd audiuimus, Non occides,virgultum vellere nefas ducimus secũdum Manichæorum errorem,nec de irrationabilibus animalibus dictũ intelligimus. qa iustissima ordinatiõe creatoris,vita & mors eorũ nostris vsibus subditur: vnde restat quòd de homine intelligamus qđ dictũ est:Nõ occides, non alterũ ergo,nec te.neq; eñ qui se occidit, aliud q̃ hominẽ occidit.nequaq̃ aũt cõtra hoc prẽceptũ fecerũt qui auctore deo bella gesserũt,ac personã gerẽtes publicę potestatis iustissimæ rationis imperio sceleratos morte punierũt.& Abraham nõ solum nõ est culpatus crudelitatis crimine, verũetiã laudatus est noſe pietatis, q̃ voluit filium obedienter occidere.Hi ergo excipiũtur quos deus occidi iubet: siue lege data, siue ad personã

Fauſtus abutitur verbis Christi.

Valida refutatio Manichæoru.

Refutatio dictorum Fausti.

Mãdata quæ dicãtur minima.

Regnũ cęlorum quo accipiatur.

Expoſitio literalis.

Diſcretio verborum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro tẽpore,expressa iussione.non autẽ ipse occidit,qui ministeriũ dat iubenti: sicut adminiculũ gladius vtenti.nec Sãson aliter excusatur quòd seipsum cũ hostib⁹ ruina domus oppressit,nisi quòd latenter spiritus hoc iusserat,qui per illũ miracula faciebat.Chry.in home. Per hoc aũt quod dicit:Dictũ est antiquis, ostẽdit multum tẽpus esse, ex quo mandatũ hoc acceperant. Hoc ergo dicit,vt prouocet tardos auditores ad altiora pręcepta:sicut si magister puerũ pigritantẽ ad excellẽtiorem doctrinã prouocans,dicat:Multũ tempus consumpsisti in syllabicando.& ideo subdit: Ego autem dico vobis quoniã omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.In quo cõsidera legislatoris potestatem, null⁹ enim antiquorũ ita locutus est,sed sic:Hæc dicit dominus,quia illi vt serui ea quę sunt domini annunciabãt: hic autẽ vt filius ea quæ sunt patris, quæ etiã sua sunt. Et illi conseruis prædicabãt, hic autem suis seruis legem ponebat. Augu.9.de ciuita. dei. Duæ quidẽ sunt sententiæ philosophorũ de animi passionibus:Stoicis enim non placet huiusmodi passiones cadere in sapientem:Peripatetici verò has passiones in sapientẽ cadere dicunt,sed moderatas rationiq; subiectas:sicut cùm ita præbetur misericordia,vt iustitia cõseruetur.In disciplina autẽ christiana nõ tam quæritur vtrũ priùs animus irascatur aut tristetur, sed vnde. Chryso.super Mat.Qui enim sine causa irascitur,reus erit:qui verò cum causa,non erit reus.nam si ita non fuerit,nec doctrina proficit,nec iudicia stant,nec crimina cõpescuntur.Itaq; qui cũ causa nõ irascitur,peccat:patientia enim irrationabilis vitia seminat, negligẽtiam nutrit: & nõ solũ malos, sed etiam bonos inuitat ad malum. Hiero.In quibusdam ergo codicibus additur,sine causa: cæterũ in veris definita sentẽtia est, & ira penitus tollitur. Si enim iubemur orare pro persequentibus, oĩs irę occasio tollitur.irascendum ergo nõ est sine causa,quia ira viri iustitiã dei nõ operatur. Chryso.super Matth.Sed tamen iracundia quæ cum causa est, nõ est iracundia,sed iudicium: iracundia enim propriè intelligitur cõmotio passionis: qui autem cũ causa irascitur,ira illius non est ex passione,ideo iudicare dicitur non irasci. Aug. in libro retrac. Illud etiam dicimus intuendum,quid sit irasci fratri suo. quoniã non fratri irascitur,qui pctõ fratris irascitur.Qui ergo fratri,nõ peccato irascitur, sine causa irascitur. Augu.14.de ciui.dei: Irasci autẽ fratri vt corrigatur, nullus sanæ mẽtis reprehendit:huiusmodi enim motus de amore boni & de sancta charitate veniẽtes,vitia dicẽda nõ sunt cũ rectam rationẽ sequantur.Chry.super Mat.Puto autem nõ de iracundia carnis loquitur Christus, sed de iracundia animæ:caro enim nõ potest obedire vt non conturbetur.Quando ergo homo irascitur,& nõ vult facere quod ira cõpellit:caro eius irata est, animus autem eius non est irat⁹.Aug. Sic ergo in hoc primo est vnũ.i.ira sola:in secũdo aũt sunt duo.s.ira, & vox quæ iram signat. vnde sequitur: Qui aũt dixe.fra.suo rha. reus erit conci.Nonnulli de Greco trahere voluerunt interpretationẽ huius vocis,putãtes pãnosum dici rhaca,quoniã græcè dicitur pãnus rhacos.Probabilius autem est non esse vocẽ significantẽ aliquid, sed indignãtis animi motũ exprimentẽ. Has autem voces grammatici interiectiones vocant,velut cùm dicitur à dolente,heu.Chry.in ho. Vel rhaca est verbum contemptus & vilipensionis.Sicut enim nos vel famulis, vel iunioribus iniungentes dicimus: Vade tu, dic illi tu: ita & qui Syrorũ vtuntur lingua,rhaca dicunt pro tu. Dominus enim & quæ paruissima sunt euellit, & cũ honore nobis inuicem vti iubet.Hiero.Vel rhaca Hebræũ verbũ est, & dicitur inanis aut vacuus, quẽ nos possumus vulgata iniuria, absque cerebro nuncupare. Signanter autẽ addidit, Qui dixerit fratri suo.Frater em̃ noster nullus est, nisi qui eundẽ nobiscũ habet patrẽ.Chryso.super Matth. Indignũ autem dicere homi nẽ vacuum,qui habet in se spiritũ sanctũ.Augu. In tertio aũt significantur tria:ira,& vox quæ irã significat, & in voce vituperationis expressio.vnde dicitur:Qui aũt dixerit fa.re.erit gehen.ignis.Aug.Gradus itaque sunt in istis pctis, primò vt vnusquisque irascatur, & motũ retineat corde conceptũ. Iam si extorsi vocẽ nõ rũ distinguntur, significantẽ aliquid, sed animi motũ ipsa eruptione tenus stantẽ, plus est quàm si ira surgens silentio ꝓmeretur. Sed adhuc plus est si etiã verbũ proferatur, quod iam certam vituperationẽ designat.Chry.sup Matt. Sicut aũt nemo est vacu⁹ qui habet spiritũ sanctũ: ita nemo est fatuus qui Christũ cognoscit. sed si rhaca idem est quod vacuus,quantũ ad sensum verbi vnum est dicere fatue & rhaca, sed differunt quantum ad dicentis propositum:rhaca enim verbũ vulgare erat apud Iudæos, quod non ex ira,neque odio,sed ex aliquo motu vano dicebant,magis fiduciæ causa,quàm iracundiæ: sed si iracundiæ causa non dicitur,quare peccatum est? quia contentionis causa dicitur, non ædificationis:si enim nec bonum verbũ dicere debemus, nisi pro ædificatione, quãto magis illud quod in se naturaliter malũ est? Augu.Vide etiã nunc tres reatus: iudicii, concilii,& gehennæ ignis: in quibus quosdam gradus factos admonet à leuioribus ad grauiora. nã in iudicio adhuc defensionis locus datur,ad conciliũ autẽ pertinere videtur sententiæ prolatio,quando inter se iudices conferunt,quo supplicio dãnari oporteat: in gehẽna verò ignis certa est dãnatio & pœna damnati. vnde patet quantũ intersit inter iustitiã pharisęorũ & Christi:ibi enim occidentẽ reũ facit iudicio,hic aũt iratũ facit reum iudicio, quod horũ trium est leuissimũ.Raba.Gehennam hic saluator inferni cruciatum nominat, quã nomen traxisse putant à valle idolis consecrata, quæ est iuxta Hierusalẽ repleta olim cadaueribus,quam & Iosiam contaminasse in libro Regum legimus. Chry. in home.Hic autẽ primum gehẽnę nomẽ posuit,postquam de regno cælorum suprà dixerat:ostendẽs quòd illud dare,est ex suo amore: hoc autem ex nostra desidia.Multis autem hoc graue videtur,si pro solo verbo tantam patiemur pœnã:propter quod quidam dicũt, hoc hyperbolicè dictum esse. Sed timeo ne verbis hic nosmetipsos decipientes, illic opere vltimum patiamur supplicium. Nõ ergo æstimes hoc esse onerosum: plures enim pœnarum & pctõrum à verbis habẽt principium. etenim parua verba multoties homicidium pepererunt, & ciuitates integras euerterunt. Nec enim parum æstimes fratrem stultum vocare, auferens ei prudentiam & intellectum quo homines sumus, & ab irrationabilibus distamus. Chryso. super Matth. Vel reus erit concilio. i. vt sit vnus ex concilio eorum qui aduersus Christum fuerint,sicut apostoli in suis canonibus interpretãtur.Hila. Vel qui spiritu sancto plenum conuitio vacuitatis insinuat,fit reus cõcilio sctõrũ:contumeliã spũs sancti sctõrum iudiciũ animaduersione luiturus.Aug.Quisquis autẽ dixerit quo grauiori supplicio punitur homicidiũ, si gehẽna ignis punit cõuitiũ? cogit ĩtelligi esse differentiã gehẽnarũ.Chry. in ho.Vel iudiciũ & conciliũ sunt pœnę in pręsenti,gehenna aũt pœna futura.Ideo aũt iræ iudiciũ apposuit, vt ostendat quòd nõ est possibile hominẽ totaliter esse sine passiõibus,sed refrenare eas possibile est:& propterea determinatã pœnam nõ apposuit, ne videretur totaliter irã prohibere.Consiliũ autẽ posuit nunc pro iudicio Iudæorũ, ne videatur semper noua inducere. Aug.In istis aũt tribus sententiis subauditio verborũ intuenda est: habet em̃ prima sententia oĩa verba necessaria, vt nihil subaudiatur. Qui irascitur,inquit, fratri suo sine causa secundũ quosdã. In secunda verò cũ ait: Qui aũt dixerit fratri suo rhaca, subauditur sine causa.Nã in tertia vt ait: Qui autem dixerit fatue, duo subaudiunt,fratri suo, & sine causa.& hoc est vnde defendit ꝙ apostolus Galathas vocat stultos, quos etiã fratres nominat:non enim id facit sine causa.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens, offer munus tuum.

Augu. Si irasci non est fas fratri,aut dicere rhaca,aut fatue, multominus in animo tenere aliquid vt in odium indignatio conuertatur.& ideo subdit:Si ergo offers mun⁹ tuũ ad altare,& ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te.Hier.Nõ dixit: Si tu habes aliquid aduersus fratrẽ tuum, sed si frater tuus habet aliquid aduersum te,vt durior tibi reconciliationis ꝑponatur necessitas.Aug. Tunc em̃ ipse habet aduersus nos, si nos eum in aliquo lęsimus.nã nos aduersus illũ habemus,si ille nos lęserit,vbi non est opus pergere ad reconciliationẽ: non em̃ veniã postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriã, sed tãtũ dimittas,sicut tibi à dño dimitti cupis, qđ ipse cõmiseris. Chty.sup Mat. Si autẽ ille te lęserit, & priùs rogaueris, magnã habebis mercedẽ. Chrys.in ho. Sed si aliquis propter amorẽ ꝓximi ei recõciliari non curat,ad hoc eum inducit,vt saltẽ eius opus nõ remaneat imperfectũ, & præcipuè in loco sacro.vnde subdit:Relinque ibi munus tuũ ante altare,& vade pri⁹ recõciliari fratri tuo. Chry.sup Mat.Ecce à discordãtibus accipere nõ vult sacrificiũ.Hinc ergo ꝑpendite quantũ sit malũ discordia,propter quod & illud abiicitur,per quod culpa relaxatur. Vide autẽ misericordiã dei, quomodo hominũ vtilitates amplius aspicit quàm suos honores: plus em̃ diligit concordiã fidelium q̃ munera: quandiu em̃ fideles hoĩes aliquã dissensionẽ habuerint, munus eorum no susc̃ipitur,oratio enim non exauditur. Nemo em̃ inter duos inimicos põt esse fidelis amic⁹ amborũ: ideo & deus non vult esse amicus fidelium,quãdiu inter se fuerint inimici. Et nos ergo fidẽ deo non seruamus si inimicos eius diligimus,& amicos eius odim⁹. Qualis autẽ præcessit offensio,talis debet sequi reconciliatio:si cogitatu offendisti,cogitatu reconciliare: si verbis offendisti,verbis recõciliare:si operibus offendisti,operibus reconciliare. Omne enim peccatũ quo modo cõmittitur, eo modo de ipso pœnitẽtia agitur. Hilarius:Reconciliata autẽ humana pace reuerti in diuina iubet, in dei charitatẽ de charitate hominũ trãsituros. & ideo sequitur: Et tunc veniens,offeres munus tuum. Augustinus: Si autem quod hic dicitur accipiatur ad literã, fortasse aliquis credit ita fieri oportere si frater sit prẽsens:non em̃ diutius differri potest cũ munus tuum relinquere ante altare iubeatis.Si verò absente, & qđ fieri potest etiã trans mare constituto aliquid tale veniat in mentẽ,absurdũ est credere ante altare munus relinquendũ qđ post terras & maria pererrata offeras deo. & ideo prorsus intro ad spiritualia refugere cogimur,vt quod dictũ est, sine absurditate possit intelligi.Altare itaque spũaliter fidẽ accipere possumus.Munus enim quod offerimus deo, siue doctrina,siue oratio,vel quicquid aliud,deo acceptum esse non potest,nisi fide sulciatur.Si ergo fratrẽ in aliquo lęsimus, pgendũ est ad recõciliationẽ,nõ pedibus corporis,sed motib⁹ animi, vbi te humili affectu prosternas fratri in cõspectu eius cui mun⁹ es oblaturus. Ita enĩ acsi præsens sit,poteris eũ nõ simulato aĩo lenire veniã postulãdo,atq; inde veniẽs.i.intentionẽ reuocans ad id quod agere cœperas, offeras munus tuum.

Esto consentiens aduersario tuo citò dum es in uia cũ eo, ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex te tradat ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

Hila. Quia nullũ tempus vacuum affectu placabilitatis dominus esse permittit, citò in vitæ nostræ via reconciliari nos aduersario præcepit,ne in mortis tẽpus non inita pace trãseamus.& ideo dicit: Esto cõsentiẽs aduersario tuo citò,dũ es cũ eo in via, ne fortè tradat te aduer.iudici.Hier.Pro eo ꝙ nos habemus in latinis codicibus consentiẽs,in græcis scriptũ est synocon,qđ interpretatur beneuol⁹ aut benignus. Aug. Sed videamus quis sit aduersari⁹,cui iubemur esse beneuoli: aut em̃ diabolus est,aut hõ,aut Baro, aut deus, aut ꝓceptũ eius.Sed diabolo nõ video qualiter iubeamur esse beneuoli aut cõsentientes. vbi em̃ beneuolẽtia,ibi amicitia:nec quisquã dixerit amicitiã cum diabolo esse faciendã,neque cõcordare cũ illo expedit, cui semel renunciãdo bellũ indixim⁹:neq; cõsentire illi debet, cui si nunq̃ consensissemus,nunq̃ in istas incidissemus materias.Hier.Quidam tñ dicunt à saluatore ꝑcipi,vt si m⁹ beneuoli ergà diabolũ,ne faciam⁹ eũ pœnã sustinere pro nobis, quę dicũt pro nobis esse torquendũ: si ei cõsenserimus vitia suggerenti.quidã cautius disputãt, in baptismate singulos pactũ inire cũ diabolo ei abrenunciãdo.Si ergo seruauerimus pactũ,beneuoli & cõsentientes sumus aduersario,& nequaquã in carcerem recludendi.Augu. Non aũt video quõ accipiã ab hoĩe nos iudici tradi,vbi Christũ iudicẽ intelligo,ante cui⁹ tribunal oẽs exhiberi oportet. Quõ ergo iudici traditurus est,qui ante iudicẽ pariter exhibẽt? & etiam si occidendo quis nocuerit hoĩ, nõ erit iã tẽpus quo concordet cũ eo in via.i.in hac vita,non tñ ideo nõ sanabitur pœnitẽdo. Carni verò multo minus video quõ cõsentiẽtes esse iubeamur, magis em̃ pctores ei cõsentiunt:qui verò eã seruituti subiiciũt, non ei cõsentiunt, sed eã sibi cõsentire cogũt.Hier.Quõ etiã caro mittẽda erit in carcerẽ si aĩæ nõ cõsenserit, cũ & aĩa & caro pariter recludendæ sint,nec quicquã possit caro facere nisi quod animus ꝑauerit? Aug. Fortassis ergo iubemur ideo cõsentire,quia peccãdo recessimus, vt aduersari⁹ noster dicere possit,dũ nobis resistit:Deus em̃ superbis resistit. Quisq; ergo in hac vita nõ fuerit recõciliat⁹ deo ꝑ mortẽ filii ei⁹, tradet ab illo iudici.i.filio cui pater iudiciũ dedit.Quõ autẽ põt rectè dici hõ esse ĩ via cũ deo,nisi qa deus vbiq; est? aut si nõ placet dici ꝑios esse cũ deo qui vbiq; ꝑsto est, sicut nõ dicimus cæcos esse cũ luce q̃ eos circũfudit. Vnũ reliquũ est vt hic aduersarium ꝓceptum dei intelligam⁹,quod aduersar peccare volentibus,& datum est nobis ad hanc vitã vt sit nobiscũ in via, cui oportet nos cõsentire citò ster. legendo,præaudiendo,deferẽdo ei culmẽ auctoritatis. vt quod aliquis intelligit,nõ oderit propter hoc quòd aduersatur peccatis suis, sed magis diligat ꝓpter correctionẽ.Quod verò obscurum est, oret vt intelligat. Hiero.Sed ex ꝓcedentibus manifestus est sensus,quòd dñs nos ad concordiã proximi cohortatur. nam suprà dictum est:Vade recon.fra.tuo.Chry.super Matth.Festinat enim dominus vt ad amicitiam festinemus inimicorũ nostrorum quandiu viuimus in hac vita, sciẽs quàm periculosum est si vn⁹ ex inimicis,pace nõ facta

Gradus prędictõ distinguntur,

Gehẽnæ quæ sit origo.

Expositio literalis.

Concordię bonũ notatur.

Sal verborũ euangelij.

Præceptũ dei est aduersari notandum.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

mortuus fuerit.Si eñ inimicantes per mortē iueritis,
ante iudicē tradet Chriſto,cōuincens te reū iudicio e-
ius. Tradet aūt te iudici,etiā ſi te priùs rogauerit:qui
eñ rogat priùs inimicum,reum facit eum ante deum.
Hila.Vel aduerſarius tradet vos iudici,quia manēs in
eū ſimultatis veſtræ ira vos arguit.Aug. Iudicē intelli
go Chriſtū: pater eñ omne iudiciū dedit filio . Mini-
ſtrū aūt intelligo angelū . Et angeli,inquit, miniſtra-
bāt ei, & cū angelis ſuis venturū credimus ad iudican
dū.vnde ſequit:Et iudex tradat te miniſtro.Chry.Vel
miniſtro. i.angelo pœnarū crudeli , & ille mittet te in
carcerē gehennæ. vnde ſequit : Et in carcerē mittaris.
Aug.Carcerem aūt intelligo pœnas videlicet tenebra
rū.& ne quis iſtū carcerem contēneret, ſequitur:Amē
dico tibi , nō exies inde donec reddas nouiſſimū qua-
drantē.Hiero.Quadrās genus nummi eſt quod habet
[*Quadrātis valor*] duo minuta.hoc eſt ergo : Non egredieris de carcere,
donec etiā minuuta peccata perſoluas.Aug.Aut enim
pro eo poſitū eſt,quòd nihil relinquitur impunitū , ſi-
cut cū volumus exprimere aliquid ita exactū, vt nihil
relinquatur , dicimus vſque ad fæcē.Vel ſignificantur
ſub noīe quadrantis nouiſſimi terrena peccata. Quar
ta enim pars elementorū huius mūdi & ea nouiſſima
terra inuenitur.In hoc aūt qđ dictū eſt:Soluas,ſignifica
tur pœna æterna,ſicut poſitū eſt Donec, vbi dictū eſt,
Sede à dextris meis,donec ponā inimicos tuos ſub pe
dibus tuis . Non eñ cùm fuerint inimici ſub pedibus
poſiti,deſinit regnare:ita & hic accipi poteſt,Non exi
es inde,donec ſolueris nouiſſimū quadrantem,ſemper
non exiturū: quia ſoluet ſemper nouiſſimū quadrantē
dum ſempiternas pœnas peccatorū terrenorum luit.
Chry. ſuper Matt.Vel ſiquidē in hoc ſeculo ſi pacē fe-
ciſſes etiā grauiſſimi operis poteris accipere indulgen
tiam:ſi aūt ſemel condēnatus fueris, miſſus in carcerē
non ſolū de grauibus peccatis,ſed etiā de verbo ocio-
ſo,qđ poteſt ſignificari per quadrantē , exigentur à te
ſupplicia.Hila. Quia eñ charitas plurimū peccatorū
tegit, nouiſſimū pœnæ quadrantē ſoluem⁹ niſi precio
ipſius culpa criminū redimatur. Chryſo.ſuper Matth.
Vel anguſtiæ huius mundi appellant carceres,in quos
plerūque peccantes mittūtur à deo. Chryſoſtomus in
in ho. Vel loquitur hic de iudicibus qui ſunt in mūdo
iſto,& de via quę eſt ad hoc iudiciū,& de carcere iſto:
vt non ſolū à futuris, ſed à præſentibus auditorē indu
cat,quę ſunt ante oculos, & magis conſueuerūt moue
re,ſicut & Paulus dicit:Si malefeceris,time poteſtatē:
non enim ſine cauſa gladium portat.

Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis. Ego
*autem dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concu
piſcendum eam,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.*

Chry.in ho.Poſtquam dñs primum mandatū adimple
uit.ſ.Nō occides,ordinatè procedit ad ſecundū.Audi-
ſtis quia dictū eſt antiquis: Non mœchaberis,Aug.de
10. chordis. i. non ibis ad aliquā aliam præter vxorē
tuam:ſi enim hoc exigis ab vxore,non vis hoc redde=
re vxori,cū debeas in virtute præcedere vxorem. Tur
pe aūt eſt vt vir dicat non poſſe fieri.quod fœmina fa-
cit,vir non poteſt?Noli aūt dicere:Vxorē non habeo,
ad meretricem pergo,nec hoc prēceptū violo,quod di
cit:Non mœchaberis.iā enim noſti preciū tuum, iam
noſti quod māduces,quod bibas.Abſtine ergo te à for
nicationibus. Cū enim imaginē dei quod es tu,corrū
[*Imago hic capitur pro ſimilitudine.*] pis per fornicationes & defluentias libidinis,ipſe etiā
dominus qui ſcit quid tibi vtile ſit,hoc p̄cepit , ne per
illicitas voluptates corruat templū eius quod eſſe cœ
piſti. Aug. contra Fau.Sed quoniā putabant phariſæi
tantūmodo corporalē cū fœmina illicitam cōmixtio-
nem vocari mœchiā,demonſtrauit dñs talē cēcupiſcē-
tiam nihil aliud eſſe,dicens: Ego aūt dico vobis,quia
omnis qui vi. mulie.ad concupi.eā, iā mœcha.eſt eam
in corde ſuo.Quod aūt lex præcipit, non concupiſces
vxorē proximi tui,videbatur Iudæis intelligendū eſte
de ablatione,non de concubitu.Hiero. Inter paſſionē
& propaſſionē hoc intereſt,ꝙ paſſio reputatur pro vi-
tio , propaſſio &ſi vitii culpā habeat , tamen nō tene-
tur in crimine . Ergo qui viderit mulierem, & anima
eius fuerit titillata, hic propaſſiōe ꝑcuſſus eſt. Si ergo
cōſenſerit,de propaſſione tranſiuit ad paſſionē:& hu-
ic non volūtas pctī eſt,ſed occaſio.Quicunq; igitur vi
derit ad cōcupiſcendū.i.ſi ſic aſpexerit vt concupiſcat,
& facere diſponat,iſte rectè mœchatus dicitur in cor-
de ſuo. Augu. Nam tria ſunt quibus impletur pctm̄.ſ. [*Peccatū tribus cōſummat.*]
ſuggeſtio,quæ per memoriā fit, ſiue per corporis ſen-
ſus:ꝙ ſi frui delectauerit , delectatio illicita refrenan-
da eſt.Si aūt conſenſio facta fuerit,plenum pctm̄ eſt:ve
rūtamen delectatio ante conſenſum vel nulla eſt vel te
nuis,cui cōſentire pctm̄ eſt.Si aūt & in factū proceſſe-
rit, videt ſatiari & extingui cupiditas . Sed poſtea cū
ſuggeſtio repetitur, maior accenditur delectatio, quæ
adhuc minor eſt q̃ illa quæ in conſuetudinē vertitur,
quā vincere difficile eſt.Grego.in 21.Mora.Quiſquis
verò incautè exteriùs reſpicit , plurimum in delecta -
tione pctī cadit,atque obligatus deſideriis incipit vel
le quod noluit:valde nāque eſt quòd caro deorſum tra
hit , & ſemel ſpecies formę cordi per oculos alligata,
vix magni luctaminis manu ſoluitur. Prouidendū er-
go nobis eſt,quia intueri nō debet, quod non licet cō
cupiſci. Vt enim munda mēs in cogitatione ſeruetur: [*Valida cenſura laſciuarū mulierum.*]
à laſciuia voluptatis ſuæ deprimendi ſunt oculi, quaſi
quidam raptores ad culpā. Chry.in ho. Si ergo conti-
nuè velis oculos pulchris faciebus infigere,capieris o-
mnino:& ſi bis vel ter fortaſſe poſſis cōtinere , nō eñ
es extra humanā naturā. Qui aūt flāmam ſemel accē-
dit(etiā viſa muliere) abſente forma apud ſe imaginē
turpiū actionum retinet, à quibus multotiens ꝓcedit
ad opus.ꝙ ſi aliqua ſe ornādo oculos hominū ad ſe ex-
traxerit, etiā ſi nulli plagā intulerit , pœnam patietur
extremā:venenū enim confecit , &ſi nullus qui bibat
inuētus ſit.Quod aūt viris dicit, hoc etiā ad fœminas
loquitur,capiti enim loquens & corpori perſuadet.

*Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te,erue eum &
proiice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorū
tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehēnā ignis.
Et ſi dextera manus tua ſcādalizat te,abſcinde eā,& proii
ce abs te.Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuo
rum,quàm totum corpus tuum eat in gehennam.*

Glo.Quia non ſolum pctā vitanda ſunt,ſed & occaſio
nes pctōrum tollendæ . Poſtquam docuit vitare mœ-
chiæ pctm̄,non ſolū in opere, ſed etiam in corde,con-
ſequenter docet occaſiones pctōrum abſcindere , di-
cens:Quòd ſi oculus tuus dexter ſcādalizat te. Chry.
ſuper Matth . Sed ſi ſecundū prophetam non eſt ſani-
tas in carne noſtra,quot membra quis habet debet ab
ſcindere, vt ſecundū malitiā carnis ſufficiat pœna mē
brorum.Sedvideamus ſi ſic poſſibile eſt intelligere de
oculo corporali vel manu.ſicut totus homo cū conuer
ſus fuerit ad deū,mortuus eſt pctō,ſic & oculus cū de-
ſierit malè aſpicere,eiectus eſt pctō,ſed neque ſic con-
uenit.Si enim dexter oculus ſcandalizat, ſiniſter quid
facit?nunquid contradicit dextero,vt quaſi innocens
reſeruetur?Hier.In dextero ergo oculo & dextera ma
nu,& fratrū,& vxoris,& liberorum , atque affinium,
& propinquorū innuitur effectus:quē ſi ad cōtemplan
dam ve

[*Tropologica expoſitio.*] dā veram lucē nobis impedimēto cernimus, debemus
trūcare hmōi portiones.Aug. Quēadmodū autē in o-
culo cōtemplatio,ſic in manu actio rectè intelligit:per
oculū aūt intelligimus dilectiſſimū amicū . ſolet enim
ab eis qui vehemēter volunt exprimere dilectionē ſu-
am ita dici: Diligo eū vt oculum meū.Oportet aūt in
telligi per oculū amicū conſiliariū:quia oculus iter de
mōſtrat.Quod aūt additum eſt,dexter,fortaſſe ad au-
gendā vim dilectionis valet: dexterū enim oculū ho-
mines magis formidāt amittere . Vel quia dexter eſt,
intelligit conſiliarius in rebus diuinis:ſiniſter aūt ocu
lus eſt conſiliarius in rebus terrenis. vt ſic ille ſit ſen-
ſus:Quicquid illud eſt quod ita diligis, vt pro dextro
oculo habeas,ſi ſcādalizat te.i.ſi impedimento eſt tibi
ad verā beatitudinē,eiice eū,& proiice abs te.De ſini
ſtro autē ſcandalizāte ſuperfluū erat dicere, quādoqui
dē nec dextero parcendū eſt.Dextera aūt manus acci-
pitur dilectus adiutor in diuinis operibus,ſiniſtra aūt
in operibus quæ huic vitæ & corpori ſunt neceſſaria.
Chry. ſuper Mat.Vel aliter vult Chriſtus vt nō ſolum
de periculo noſtri peccati curemus: ſed etiā ne ad nos
ꝑtinentes turpe aliquid agāt:vtputa ſi habes aliquē a-
micū qui res tuas bene aſpicit,quaſi ꝓprius ocul⁹,aut
qui ꝓcuret res tuas quaſi ꝓpria manu , ſi eum cogno-
ueris aliquid turpiter agere,proiice eū lōgè abs te , qa
ſcādalizat te.quia non ſolū pro noſtro peccato , ſed e-
tiā proximorū quos ꝓhibere poſſum⁹,dabimus ratio-
nē.Hila.Fit ergo innocētię gradus celſior:carere enim
nō ſolet propriis vitiis,ſi extrinſec⁹ incidētibus admo
nemur.Hiero.Vel aliter:Quia ſupra de cōcupiſcentia
mulieris dixerat , rectè nunc cogitationē & ſenſum in
diuerſa volitantē oculū nuncupauit:ꝑ dexterā autē &
[*Oculus ſpeculo cōparat.*] cęteras corporis partes volūtatis ad effectū initia de-
mōſtrat.Chry.ſup Mat.Oculus eñ iſte carnalis,ſpecu
lū eſt interioris oculi. Habet aūt & corpus ſuū ſenſum
qđ eſt oculus ſiniſter,& appetitū,qđ eſt man⁹ ſiniſtra.
partes aūt animę,dextræ vocant,qm̄ ī libero arbitrio
anima eſt creata,& ſub lege iuſtitiæ vt rectè videat &
agat. Pars aūt corporis quæ nō habet liberū arbitriū,
& eſt ſub lege peccati,ſiniſtra dicit.Nō aūt carnis ſen
ſum vel appetitū præcidere iubet. deſideria eñ carnis
retinere poſſumus,vt non faciamus qđ deſiderat caro,
p̄cidere aūt nō poſſumus vt nō deſideret.Quādo autē
ex ꝓpoſito volumus malū & cogitamus , tunc dexter
ſenſus & dextera volūtas nos ſcandalizat , & ideo hic
p̄cidere iubet.Poſſūt eñ pręcidi ꝓpter arbitrii liber-
tatē. Vel aliter: Oē bonum gñaliter quod nos vel ali-
os ſcādalizat,p̄ſcindere debemus à nobis, ſicut ſi viſi-
to aliquā mulierem cauſa religionis , bonus reſpectus
eſt oculus dexter: ſed ſi aſſidue viſitās decidi in laque-
um deſiderii eius,vel etiā aliqui videntes ſcandalizan
tur,dexter oculus ſcādalizat, qđ bonū eſt ſcandalizat.
oculus eñ dexter eſt bonus aſpectus.i.intentio, man⁹
[*Moralis expoſitio*] dextera bona voluntas. Glo.Vel oculus dexter eſt vi-
ta contēplatiua, quæ ſcādalizat in deſidiam mittendo
vel arrogantiā, vel quum ex infirmitate contēplari ad
purum non videmus.Dextera autē manus eſt bona o-
peratio vel vita actiua,quæ ſcādalizat , dum per ſeculi
frequentiā & occupationis tędio illaqueamur.Si quis
ergo non poteſt frui contēplatiua, nō torpeat otio ab
actiua,vt ne dum occupatur actibus,areſcat ab inter-
na dulcedine.Remi.Sed quare eiiciendus ſit dexter o-
culus & dextera manus abſcindēda,manifeſtat cū ſub
dit:Expedit enim.Chry.ſup Mat.Quoniā enim alter
alterius mēbra ſumus,melius eſt vt ſine vllo tali mem
bro ſaluemur , q̃ vt volentes tales habere & ipſi perea
mus cū eis.Vel melius eſt vt ſine vno reſpectu aut vno
bono opere ſaluemur,quàm dū omnia opera bona vo-
lumus facere cum omnibus pereamus.

*Dictum eſt autem,quicunque dimiſerit uxorem ſuā,det ei
libellum repudij.*Ego autē dico uobis , *quia omnis qui dimiſe
rit uxorem ſuam,excepta fornicationis cauſa,facit eam mœ
chari:& qui dimiſſam duxerit,adulterat.*

Glo. Docuerat ſuperiùs dominus alienam vxorē non
eſſe cōcupiſcendā : conſequēter hic docet ſuā non eſſe
dimittendā,dicens: Dictū eſt autē,quicunq; dimiſerit
vxo.ſuam,det illi libel.repudii.Hier.In poſteriori par
te iſtum locū plenius dominus & ſaluator exponit, ꝙ
Moyſes libellū repudii dari iuſſerit propter duritiam
cordis maritorū,non diſſidiū concedens,ſed auferens [*Occaſio diuortii apud Hebræos.*]
homicidiū.Chry.ſup Mat.Quando eñ Moyſes filios
Iſrael eduxit de Aegypto, genere quidē erant Iſraeli-
tæ,moribus autē Aegyptii.propter mores gentiliū cō
tīgebat,vt vir odiret vxorē:& quia dimittere illā non
ꝑmittebatur,paratus erat interficere eā,aut aſſidue af
fligere,ideo iuſſit dari libellū repudii : non quia bonū
erat,ſed quia remediū erat mali peioris. Hila.Sed do-
minus æquitatem in omnes concilians, manere eā ma
ximè in coniugiorū pace præcepit. vnde ſubdit : Ego
autē dico vobis,quia omnis qui dimiſerit vxorē ſuam
&c. Augu.contra Fauſtū: Quod hic præcepit domin⁹
de vxore non dimittēda,nō eſt contrarium ei quod lex
præcipit , vt Manichæus dicebat . neque enim ait lex:
Qui voluerit dimittat vxorē , cui eſſet contrariū non
dimittere,ſed vtiq; nolebat dimitti vxorē à viro , qui
hanc interpoſuit moram, vt in diſſidium animus prę-
ceps libelli cōſcriptione refractus abſiſteret,pręſertim
quia vt perhibent apud Hebræos ſcribere literas He-
bræas nulli fas erat,niſi ſcribis ſolis qui excellentiorē
profitebantur ſcientiā.Ad hos igitur lex mittere volu
it eū quem iuſſit libellū dare repudii, ſi dimiſiſſet vxo
rē,qui inter ipſum & vxorē pacificè agendo concordi
am ſuaderēt,& libellū non ſcriberent , niſi iam omni-
no nimis peruerſo cōſilium concordiæ nō valeret. Sic
ergo neq; primorū hoīm legē per verborū additamen
ta impleuit,neq; illam quæ per Moyſen data eſt,quaſi
cōtrariorū oppoſitione deſtruxit, vt Manichęus dice-
bat, ſed potius omnia ex Hebræorū lege cōmemora-
ta ita cōmēdauit,vt quicquid ex ꝑſona ſua inſuper lo-
queretur,vel ad expoſitionē requirendā valeret , ſi qđ
illa obſcurè poſuiſſet, vel tutiùs obſeruandū quod illa
voluiſſet.Augu.de ſermo.do.in mon. Qui ergo dimit
tendi morā quæſiuit, ſignificauit quantū potuit duris
hominibus ſe nolle diſſidiū.Dñs ergo ad illud confir
mandū vt nō facilè vxor dimittat,ſolam cauſam forni
cationis excepit,dicens:Excepta cauſa fornicationis,
cæteras verò vniuerſas moleſtias ſi quæ fortè extite-
rint,iubet pro fide coniugali fortiter ſuſtineri.Chry.
ſup Mat.Si eñ extraneorū vitia ſupportare debemus
dicēte apoſto. Inuicē onera veſtra portate,quantoma
gis vxorū . vir autē chriſtianus non ſolū ſe inquinare
nō debet, ſed nec aliis inquinandi occaſionē præbere,
alioquin illorū crimen ad iſtius redundat peccatū,qui
aliis cōmittendi criminis factus eſt cauſa.Qui ergo di
mittens vxorē,occaſionē dedit adulteriorum commit
tendorū, vt & illa adulteretur in alterū,& alter in il-
lam,pro adulteriis huiuſmodi condēnatur: & ideo di-
cit,ꝙ qui dimiſerit vxorem ſuam,facit eam mœchari.
Augu. de ſer. domi.in mon. Vlterius etiam mœchum
dicit virū,qui eam duxerit,quæ dimiſſa eſt à viro, ſci-
licet per libellū repudii, & ideo ſubdit: Et qui dimiſ-
ſam duxerit,adulterat. Chry.in ho.Nō eñ dicas quo-
niam vir ſuus eam dimiſit, quia etiā poſtquam dimiſ-
ſa eſt, remanet dimittentis vxor. Augu.de ſermo. do.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Huius autē rei apostolus terminū ostendit, qui tādiu obseruandū dicit, quādiu vir eius viuit. Illo autē mortuo dat nubēdi licentiā. Si autē nō cōceditur alteri nubere mulieri, viuēte viro à quo recessit, multò minꝰ fas est illicita cū quibuslibet stupra cōmittere. neq; etiam cōtra istud præceptū quo dominus dimitti cōiugē vetat, facit, qui cum ea nō carnaliter, sed spiritualiter viuit, cū non eā dimittat. Beatiora nanq; sunt cōiugia eorum, qui inter se pari cōsensu continentiā seruant. Ori

Quæstio vexatula.

tur autem hiç quęstio cū dominus causa fornicationis ꝓmittat dimittiv xorē, qualiter hic intelligenda sit fornicatio, vtrū vt eam fornicationē credamus dictā, quæ stupris cōmittitur, an quēadmodum scripturæ solent fornicationē vocare omnē illicitam corruptionē, sicut est idololatria vel auaritia & oīs iam trāsgressio legis per illicitā concupiscentiā? Sed si licet secundū apostolum, vt dimittatur coniunx infidelis, quāuis melius sit non dimittere, & tamen nō licet secundū præceptū domini vt dimittat coniunx nisi causa fornicationis: fornicatio est etiā ipsa infidelitas. porrò si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia idololatria, non est dubitandū & auaritiā fornicationē esse. Quis ergo iam quālibet illicitā concupiscentiā pōt rectè à fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Aug. in lib. Retra. Nolo tamē putare lectorē in re tam difficili istā sibi disputationē nostrā debere sufficere, non em omne peccatū fornicatio est spiritualis. Neq; enim omnē peccantē deus perdit, qui quotidie sanctos suos exaudit, dicentes: Dimitte nobis debita nostra, cū perdat omnē qui fornicatur ab eo: vtrum etiā propter hāc liceat dimittere vxorē, latebrosissima quęstio est, licere tamen ꝓpter istā, quæ in stupris cōmittitur nulla quæstio est. Aug. in lib. 83 quæst. Si em aliquis asserat solā illam fornicationē dūm admittere ad causam relinquēdæ coniugis, quę cōcubitu illicito perpetratur, potes dicere dūm de vtroque fidei dixisse, vt neutri liceat alterum relinquere, nisi causa fornicationis Aug. de ser. domi. Non autē tantum fornicatem vxorē dimittere conceditur, sed quisquis eā quoque vxorē dimittit à quo tēpore ipse cogitur fornicari, causa fornicationis vtique dimittit, non tantū illius, sed & suæ: illius, quia fornicatur: suę, ne fornicetur. Aug. de fide & operibus. Eodem etiam modo eam rectissimè dimittit si viro suo dicat: non ero vxor tua ni si mihi de latrocinio diuitias congreges, aut si quid aliud, vel flagitiosum, vel facinorosum in viro monuerit. Tunc enim ille cui hoc vxor dicit, si veraciter pœnitēs est, membrū quod eum scandalizat amputabit. Augu. de ser. do. in mon. Nihil autē est iniquius q̄ fornicationis causa vxorē dimittere, si & ipse cōuincitur fornicari: occurrit enim illud, in quo alterum iudicas te ipsum condēnas. De eo autē quod dixit: Et qui di. dux. adul.

Casus resoluitur.

potest quęri, vtrū sicut mœchatur ille qui eam duxit, sic & illa quam ducit: iubetur enim ab apostolo & illa manere innupta, aut viro reconciliari. Sed tamen si discesserit à viro, multum interest virum dimittat, an dimittatur: si enim ipsa virum dimiserit & alteri nupserit, videtur cupiditate mundi coniugii virū priorem reliquisse quę adulterina cogitatio est: sed si dimittat à viro, inueniri non pōt quō cùm vir & mulier pari cōsensu misceant, vnus eorū mœchatus sit & non alter. Huc accedit, qa si mœchatur ille ducendo eā q̄ dimissa est à viro, ipsa facit eum mœchari, qđ hic dns vetat.

Iterum audistis quia dictum est antiquis, non periurabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis nō iurare omnino, neque per cælum, quia thronus dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tuum iuraueris: quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autē sermo uester est est, non non: quod autem his abundantius est, á malo est.

Glo. Docuerat suprà dns non esse iniuriā proximo inferendā, prohibendo irā cū homicidio, cōcupiscentiā cū adulterio, & dimissionē vxoris cū libello repudii. nunc autē consequēter docet ab iniuria dei abstinendū cùm ꝓhibet non solū periuriū tanq̄ malū, sed etiā iuramentū tanq̄ mali occasionē. vñ dicit: Iterum audi. quia di. est an. nō periu. Dicit enim in Leui. Nō periurabis in noīe meo, & ne creaturas facerent sibi deos, ꝓcepit reddere deo iuramenta, & nō iurare per creaturas. vnde subdit: Red. autē do. iur. tua. i. si iurare contigerit, per creatorē iurabis, non per creaturā. vnde dr in Deut. Dūm deum tuū timebis, & per nomē eius iurabis. Hiero. Hoc autē quasi paruulis fuerat lege concessum, vt quō victimas immolabāt deo, ne eas idolis īmolarent, sic & iurare permitterentur in deū: non q̄ rectè hoc facerent, sed q̄ melius esset deo hoc exhibere quàm dæmonibus. Chry. super Mat. Nemo em frequēter iurat, qui nō aliquando periuret: sicut qui fecit consuetudinē multa loqui, aliquādo loquitur importuna. Aug. cōtra Fau. Quia verò periurare graue peccatū est, lōgius autē remotus est à periurio, qui nec iurare cōsueuit, q̄ qui verum iurare ꝓcliuis est: maluit nos dns nō iurantes non recedere à vero, quàm verū iurantes appropinquare ꝑiurio. vnde subdit: Ego autē dico vobis nō iurare oīno. Aug. de ser. do. in mō. In quo pharisæorū iustitiā, quę est non peierare cōfirmat: non em potest peierare qui non iurat, sed quoniā ille iurat qui adhibet deum testem, considerandū est ne contra hoc præceptū dñi apostolus fecisse videatur: quia sæpè hoc modo iurauit, cū dicit: Quę scribo vobis, ecce coram deo quia nō mentior, & testis est mihi deus, cui seruio in spū meo. nisi fortè quis dicat tunc cauendā esse iurationē cū aliquid dicit per quod iurat vt non iurauerit. quia nō dixit per deū, sed dixit testis est mihi deus, ridiculū est hoc putare, sed tñ etiam sciat hoc modo iurasse apostolū, dicentē: Quotidie morior per gloriā vestrā fratres. Quod ne quis ita existimet dictū tanq̄ si diceret: Vestra gloria me fecit quotidie mori. Græca exēplaria diiudicāt, in quibus quod scriptū est nō nisi à iurante dr. Aug. cōtra menda. Sed pleraq; verbis intelligere nō valentes, in factis sanctorū colligim⁹ quēadmodū oporteat accipi qđ facilè in aliā partē ducere tur, nisi exēplis reuocaret. iurauit Apost. in epistolis suis, & sic ostēdit quō accipiēdū est, qđ dictū est: Di. aūt vo. non iu. om. ne. s. iurando ad facilitatem iurandi veniat, ex facilitate aūt iurandi ad cōsuetudinē, à cōsuetudine in periuriū decidat. Et ideo nō inuenit iurasse nisi scribēs, vbi cōsideratio cautior nō habet linguam ꝓcipitē, & tamen dns omnino ait nō iurare. non enim cōcessit vt id liceret scribentib⁹, sed quia ꝓcepti violati reū Paulū ꝑsertim in epistolis cōscriptis nefas est dicere, ītelligendū est illud qđ positū est, omnino ad hoc positū vt quantū in te est nō affectes, vbi quasi pro bono cū aliqua delectatione appetas iusiurandū. Aug. cōtra Fau. In prescriptis ergo vbi est cōsideratio maior, pluribus locis apostolus iurasse inuenit: ne quisquā putaret etiā verum iurādo peccari, sed potius intelligeret humanę fragilitatis corda non iurādo tuti⁹ à periurio conseruari. Hier. Deniq; considera, q̄ hic saluator nō per deū iurare prohibuit, sed per cælū & terrā, & per Hierosolymā, & per caput tuū. hanc enim per elementa iurandi pessimam consuetudinē semper habere Iudęi noscuntur. qui autē iurat, aut veneratur, aut diligit

Iuramenta apostoli exponūtur.

cū per quē iurat, Iudæi aūt per angelos & vrbē Hieru salē, & tēplū, & elemēta iurātes: creaturas venerabant dei honore, cū in lege ꝓceptū sit, vt nō iurem⁹ nisi per dūm deum nostrū. Aug. in ser. do. in mō. Vel ideo addi tū est: Neq; per cę. &c. qa Iudęi nō putabāt se teneri iuramēto si p ista iurassent, ac si dicat: Cū iuras per cælū & terrā, non te arbitreris nō debere dño iusiurandum tuū: quia per eū iurare cōuinceris, cuius cælū thronus est, & cui⁹ terra scabellū est. qđ nō est sic dictum quasi habeat de⁹ collocata mēbra in cælo & in terra, vt nos cū sedemus, sed illa sedes dei iudiciū significat. Et quoniā in hoc vniuerso mundi corpore maximā speciē cælū habet, sedere in cælo dicit, tanq̄ ꝑstantior sit excellenti puchritudine vis diuina: terrāq̄; dicit calcare, ꝙ minimā speciē ordinet in extremis. Spūaliter aūt sanctas aīas cæli noīe significat, & terræ peccatorem, qm̄ spūalis oīa iudicat. Peccatori autē dictum est: Terra es & in terrā ibis. Et qui in lege manere voluit, sub lege ponit, & ideo cōgruēter dicit: Scabellū pedum ei⁹. Sequitur: Neq; ꝓpter Hierosolymā, quia ciuitas est magni regis: qđ melius diceret mea, cū tamē hoc dixisse intelligat. Et qa ipse vtiq; est dns, dño iusiurandū debet qui p Hierosolymā iurat. Sequit: Neq; p caput tuum iuraueris. Quid em poterat quisquā magis ad se ptinere arbitrari q̄ caput suū? Sed quō nostrū est, vbi potestatē faciēdi vnum capillū album, aut nigrum non habemus? Propter qđ dicit: Quia nō potes vnū capillū albū facere aut nigrū. Ergo deo debet iusiurandum q̄quis etiā per caput suum iurare voluerit, & hinc etiā cætera intelligunt. Chry. in ho. Attendite autē ꝙ elementa mundi extollit, nō ex ꝓpria natura, sed ex habitudine quā habēt ad deū, ne idololatriæ daret occasio. Raba. Qui autē iurare ꝓhibuit, quō loqui oporteat docuit, dicēs: Sit autē sermo vester est est, nō nō. i. qđ est, sufficiat dicere est: qđ non est, sufficiat dicere non est. Siue ideo dicit bis est est, non nō, vt qđ ore affirmes, operibus ꝓbes: & quod verbis negas, factis non cōfirmes. Hila. Vel aliter: In fidei simplicitate viuētibus iurare opus nō est, cū quibus semp qđ est est, qđ nō non: & p hoc eorū & opus & sermo oīs in vero est. Hier. Euāgelica igit veritas nō recipit iuramentū, cū oīs sermo fidelis iureiurādo sit. Augu. Quapropter qui intelligit non in bonis, sed in necessariis iurationē habendā, refrenet se quātum pōt, vt non ea vtat nisi in necessitate, cū videt pigros esse hoīes ad credendū qđ vtile est credere, nisi iuratione firmet. hoc ergo est bonū & appetendū, quod hic dr: Sit sermo vester est est, non nō. qđ aūt his abundātius est, à malo est. i. si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades, q̄ vtiq; infirmitas malū est. itaque nō dixit: Quod ampli⁹ est, malū est: tu em non malum facis qui bene vteris iuratione, vt alteri ꝑsuadeas quod vtiliter ꝑsuades, sed à malo est illius cuius infirmitate iurare cogeris. Chry. in ho. Vel à malo est. i. ab infirmitate eorū quibus lex iurare ꝓmisit. Ita enim Christus non mōstrat veterē legē diaboli esse, sed à veteri imperfectione ducit ad abundantem nouitatem.

Tropologica expositio.

Quatenꝰ iurandū est christiano.

Audistis quia dictum est, oculum pro oculo, & dentē pro dente. Ego autem dico uobis nō resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicūque te angaria uerit mille passus, uade cum illo & alia duo. Qui autem petit á te, da ei: & uolenti mutuare á te, ne auertaris.

Chryso. Quia superius docuerat dominus non esse ꝓximo iniuriā inferendā, nec irreuerentiā dño: consequenter hic docet qualiter se christianus habere debeat, ad iniuriā sibi inferētes. vñ di. Audi. i. quia dictū est, ocu. pro ocu. & den. pro dē. Aug. cōtra Fau. Quod qui dē ad reprimēdas flāmas odiorū in se inuicē sęuientiū, & īmoderatos aīos refrenandos ita ꝓceptum est. Quis em facilè cōtentus est tātum repēdere vindictæ, quantum accepit iniuriæ? Nōne videmus leuiter læsos homines moliri, cędere, sitire sanguinē, vixq̄; inuenire in malis inimici vnde satient? Huic igit immoderatę ac iniustę vltioni lex iustū modum figēs, pœnā taliōis instituit, hoc est vt qualē quisq; ītulit iniuriā, tale sup pliciū repēdat: qđ non fomes, sed limes furoris est: nō vt id quod sopitū erat hinc accenderet, sed ne id quod ardebat vltra extēderet: impōsita est em iusta vindicta q̄ iustè debet ei qui passus fuerit iniuriā. Quod aūt debet, & si benignè remittitur, non tñ iniquè repetitur. Itaq; cū peccet qui immoderatè vult vindicari, nō peccet autē qui iustè vult vindicari: remotior est à peccato qui nō vult omnino vindicari. & ideo subdit: Ego aūt dico vobis, nō resistere malo. Poterā aūt & ego sic ponere, Dictū est antiquis: Nō iniustè vīdicabis. Ego aūt dico vobis, ne vindicetis, qđ adimpletio est. Si per hæc verba quod legi defuit à Christo additū mihi videretur, ac non potius id quod lex volebat efficere, ne iniustè se quisquā vindicaret, cōseruari tutiùs si omnino se nō vindicaret. Chry. sup Mat. Sine hoc em mandato legis mandatū stare non potest: quia si secundum legis mandatum omnibus reddere mala pro malis cœperimus, oēs efficiemur mali, eo ꝙ persequentes abundēt. Si aūt secundū Christi ꝓceptū non resistit malo: & si mali nō leniunt, tamē boni ꝑmanebunt boni. Hier. Dns ergo nostervicissitudinē tollens, trūcat initia peccatorū. in lege nanq; culpa emēdatur, hic pctōrum auferuntur exordia. Glos. Vel pōt dici quòd dns hoc dixit, iustitiæ veteris legis aliquid addēs. Aug. de ser. do. in mon. Pharisæorū enim iustitia minor est, nō excedere vindictæ modū: & hoc est pacis inchoatio. perfecta aūt pax, est talē penitus nolle vindictā. Intra illud ergo primū qđ præter legē est, vt maius malū pro minori malo reddat: & hoc quod dns perficiendis discipulis dicit, ne pro malo vllū malum reddat: mediū locum tenet, vt tantū reddatur, quantū acceptum est, p quod à summa discordia ad summā concordiā transit⁹ fact⁹ est. Quisquis enim malū prior infert, maximè à iustitia distat. Quisquis aūt nulli prior malefecit, sed tamē læsus rependit grauiùs, recessit aliquantulū à summa iniquitate. Qui verò tantū reddit quantū accepit: iam aliquid donat. Iustū est enim eum qui lęsit prior, grauius lędi. Hāc ergo inchoatā minime iustitiā ille pficit, qui legē venit implere. Duos aūt grad⁹ qui intersunt, intelligēdos reliquit. Nā est qui non reddat tantū, sed minus. Et hinc ascēdit qui omnino nil repēderit, quod parum videtur dño, nisi & amplius sis paratus suscipere. Quapropter nō ait, nō reddere malū pro malo, sed nō resistere aduersus malū: vt nō solū non repēdas qđ tibi fuerat irrogatū, sed etiā non resistas quin aliud irrogetur. Hoc em est quod conuenienter exponit: Sed si quis te percus. in dex. ma. tu ꝑbe ei & al. Quod ad misericordiā pertinere hi maximè sentiunt, qui eis quos multū diligūt seruiūt, vel prauis vel phreneticis, à quibus multa sæpè patiunt: & si eorū salus id exigat, prębent se etiā vt plura patiātur. Docet ergo dns medicę aīarum, vt discipuli sui eorū, quorum saluti consulere vellēt, imbecillitates equo aīo tolerarēt. Oīs nanq; improbitas ex imbecillitate animi venit, quia nihil innocentius est eo qui in virtute pfectus est. Aug. cōtra mēdaces. Ea verò quæ in nouo testamento à sanctis facta

Subtilis deductio verborum.

Vindicta quō christiano permittitur.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſunt,valent ad exẽpla intelligendarũ ſcripturarũ, quę
pręceptis digeſta ſunt. velut cùm legimus in euange-
lio:Accepiſti alapam.Exẽplum autẽ patientię nullum
quàm ipſius domini excellentiꝰ inuenimus,& ipſe cũ
alapa percuſſus eſſet,non ait:Ecce alteram maxillam,
ſed ait:Si malè dixi,exprobra de malo.Si aũt bene,q̃d
me cedis? vbi oſtendit illam pręparationẽ alterius ma
xillę in corde faciendã.Aug.de ſer.dñi in monte:Para

Sal verborũ euãgelii.

tus eñ fuit dñs nõ ſolũ in alterã maxillã cedi pro ſalu
te oĩm,ſed in toto corpore crucifigi.Quæri aũt poteſt
quid ſit dextera maxilla. Sed cũ facies ſit, qua quiſque
cognoſcitur,in faciẽ cedi ſecundũ apoſtolũ, eſt contẽ-
ni ac deſpici.Sed quoniã facies non poteſt dici dexte-
ra & ſiniſtra,& tamẽ nobilitas eſt, ſecundũ deũ & ſe-
cundũ ſeculũ ita diſtribuitur,tanq̃ in dexterã maxillã
& ſiniſtrã,vt in quocunque diſcipulo Chriſti contem
ptũ fuerit quòd chriſtianus eſt,multò magis ſe contẽ-
ni paratus ſit,ſi quos huiuſmodi ſeculi honores habet.
Omnia aũt in quibus improbitatẽ aliquam patimur,
in duo genera diuidunt̃ : quoniã vnũ eſt quod reſtitui
non poteſt , alterum quod põt.. Sed in illo qđ reſtitui
nõ poteſt,vindictæ ſolatiũ quęri ſolet . Quid enĩ pro-
deſt,quòd percuſſus repercutis? nunquid propterea il
lud quod in corpore lęſum eſt,reſtituitur?ſed tumidus
animus talia fomenta deſiderat.Chry.ſuper Mat.Nũ-
quid aũt ſi repercuſſeris eũ,cõpeſcuiſti eum , vt te non
percutiat? ſed magis excitaſti eũ vt adhuc ꝑcutiat . nã
iracũdia per iracundiã non cõpeſcitur,ſed amplius ir-
ritatur,Aug.de ſer.dñi in mõte.Vnde dominus potius
miſericorditer perferendã alterius infirmitatẽ indi-
cat,quàm alieno ſupplicio ſuã mitigandã. neq; tamen
hic ea vindicta ꝓhibetur quæ ad correctionẽ valet. Ip
ſa enim pertinet ad miſericordiam, nec impedit illud
propoſitũ quo quiſque paratus eſt ab eo quẽ correctũ
eſſe vult plura ꝑferre.Requiritur tamẽ vt & ille vindi
cet, cui rerũ ordine poteſtas data eſt,& ea volũtate vĩ
dicet,qua pater in filiũ paruulũ,quẽ odiſſe non poteſt.
Sancti aũt viri nulla peccata morte punierunt:quo &
viuẽtibus vtilis metus incuteret,& illis qui morte pu

Vĩdictæ quõ fiat à ſanctis

niebantur non ipſa mors noceret,ſed peccatũ quod au
geri poſſet ſi viuerent.Inde eſt ꝙ Helias multos mor-
te affecit,de quo cũ exẽplum dediſſent diſcipuli repre
hendit in eis dominus nõ exẽplum prophetę,ſed igno
rantiam vindicandi:animaduertens eos nõ amore cor
rectionis, ſed odio deſiderare vindictã . Sed poſtq̃ eos
docuit diligere proximũ, infuſo etiã ſpiritu ſancto nõ
defuerunt tales vindictæ . Nã & verbo Petri Ananias
& vxor eius exanimes ceciderunt, & Paulus apoſtolꝰ
tradidit quẽdã Satanę in interitũ carnis.& ideo quidã
aduerſus corporales vindictas quæ ſunt in veteri teſta
mento, neſcio qua cæcitate ſęuiant , quo animo facta
ſint neſcientes.Aug.ad boni.comitẽ. Quis aũt mente
ſobrius regibus dicat,non ad vos pertinet , quis velit
eſſe,ſiue religioſus,ſiue ſacrilegus,quibus dici non po
teſt:Non aũt ad vos pertinet in regno veſtro, quis ve-
lit pudicus eſſe,aut impudicꝰ . Melius eſt quidẽ deum
colendũ doctrina homines duci , quàm pœna cõpelli.
Multis autẽ profuit quod experimento probamus,pri
us dolore vel timore cogi,vt poſtea poſſint doceri,aut
quod iam verbis didicerant opere ſectari. Sicut enim
meliores ſunt quos dirigit amor, ita plures ſunt quos
corrigit timor.Agnoſcant apoſtolum Paulũ priꝰ cogẽ
tem Chriſtum & poſtea docentem.Aug. in ſer.domi-
ni in monte : Tenebitur ergo in hoc iniuriarũ genere
quod per vindictã luitur iſte modus à chriſtianis,vt ac
cepta iniuria non ſurgat odiũ , ſed paratus ſit animus
plura perpeti:nec correctionẽ negligat, qui vel cõſilio

vel auctoritate vti poteſt.Hiero. Secundũ autẽ myſti-
cos intellectus percuſſa dextera noſtra , non debemus
ſiniſtrã præbere,ſed alterã, hoc eſt alteram dexteram:
iuſtus enim ſiniſtrã nõ habet. Si nos hæreticꝰ in diſpu
tatione percuſſerit , & dextrũ dogma voluerit vulne-
rare,opponat ei aliud de ſcripturis teſtimoniũ.Augu.

Iniuriarum duę ſpecies.

in ſer.domini in monte:Aliud aũt iniuriarũ genus eſt,
quod integrum reſtitui poteſt,cuius duæ ſunt ſpecies.
Vna ad pecuniã,altera ad opera pertinet.vnde de pri-
mo horũ duorũ ſubdit:Et ei qui vult tecum in iudicio
contendere,& tunicã tuam tollere, dimitte ei & palli
um. Sicut ergo quod poſitũ eſt de percuſſa maxilla o-
mnia ſignificat,quę ſic ingerũtur ab improbis vt reſti
tui non poſſint niſi vindicta, ita quod poſitũ eſt de ve-
ſtimento oĩa ſignificat q̃ poſſunt reſtitui ſine vindicta:
& hoc etiã ad præparationẽ cordis,nõ ad oſtenſionem
operis præceptũ rectè intelligit. Et quod de tunica &
veſtimento dictũ eſt,in oĩbus faciendũ eſt, quæ aliquo
iure tẽporaliter noſtra eſſe dicimus . Si enĩ de neceſſa-
riis hoc imperatũ eſt,quãtomagis ſuperflua contẽnere
conuenit? Et hoc ipſe ſignat,cũ dicit:Qui vult tecum
in iudicio contẽdere.Omnia ergo intelligũtur de qui
bus in iudicio nobiſcũ contẽdi poteſt . Sed vtrũ & de
ſeruis accipiendũ ſit,magna quæſtio eſt. Non enĩ chri
ſtianũ oportet ſic poſſidere ſeruũ quomodo equũ,quã
uis fieri poſſit vt maiori precio valeat equꝰ q̃ ſeruus.
Sed ſi ſeruꝰ rectiꝰ à te regit̃ quàm ab illo qui eũ cupit

Admirãda ſentẽtia.

auferre,neſcio vtrũ quiſquã audeat dicere eũ vt veſti-
mentũ debere contẽni.Chryſo.ſuper Mat.Indigna au
tem res eſt, vt homo fidelis ſtet in iudicio ante conſpe
ctũ iudicis infidelis.Vel ſi fidelis certè ſecularis,& qui
te venerari debuerat propter dignitatem fidei,iudicat
te propter neceſſitatẽ cauſę, & perdes dignitatẽ Chri
ſti propter negociũ mundi . deinde omne iudicium ir
ritatio cordis eſt,& cogitationũ malarũ.Nam ſi vide-
ris quòd cauſa tua fraudibus aut pecuniis expugnet̃,
& ſimiliter tu cauſæ tuæ adeſſe feſtinas, & ſi ab initio
hoc conſiliũ non habuiſti.Aug.in Enchiridio.Et ideo
prohibuit hic dominus ſuos de ſecularibus rebꝰ cũ a-
liis habere iudiciũ , tamen cũ apoſtolus ſinit in eccle-
ſia talia iudicia finiri inter fratres,fratribus iudicanti
bus,extra eccleſiam verò terribiliter vetat:manifeſtũ
eſt ꝙ ſecundũ veniã concedatur infirmis.Greg.in Mo
ra.Sed tamẽ quidam dũ temporalia nobis rapiũt ſolũ-
modo ſunt tolerandi. Quidã verò ſunt,ſeruata chari-
tate,prohibẽdi,non ſola cura ne noſtra ſubtrahant̃,ſed
ne rapientes non ſua ſemetipſos perdant. Plus enĩ ip-
ſis raptoribus debemus metuere, quàm rebus irratio-
nalibus inhiare. Cũ autem pro terrena re pax à corde
cũ proximo ſcinditur,apparet quòd plꝰ res, quàm pro
ximus amatur.Aug. in ſer.domini . Tertiũ verò iniu-
riarũ genus,quod ad operam pertinet,ex vtroque cõ-
fectũ eſt,& ſine vindicta poteſt reſtitui. nam qui anga
riat hominẽ & cogit ſe improbè adiuuari ab initio &
pœnã improbitatis poteſt luere & operã reddere . In
hoc genere iniuriarum dominus docet animũ chriſtia
num eſſe patientiſſimum, & ad plura perferenda para
tum.vnde ſubdit:Et quicunque te angariauerit mille
paſſus,vade cum illo alia duo:& hoc vtique monet nõ
tam vt pedibus agas,quàm vt animo ſis paratꝰ. Chry.
in ho.Angariare enim eſt iniuſtè trahere,& ſine ratio
ne vexare.Aug.de ſer.domini in monte.Sic ergo dictũ
putamus:Vade cũ illo alia duo.ſ.milia, vt tria comple
ri voluerit , quo numero ſignificatur perfectio:vt me-
minerit quiſquis hoc facit , perfectã ſe implere iuſti-
tiã, propter quod & tribus exemplis hoc præceptũ in
ſinuauit, & in hoc tertio exemplo ſimplum duplo ad-

Tria exempla quare introduxerit dñs.

ditur,vt triplũ compleatur : Vel per hoc accipitur, ꝙ
in præcipiendo tanq̃ tolerabilius incipiens paulatim
creuerit.Nã primo præberi voluit alterã maxillã cùm
fuerit dextra percuſſa,vt minus perferre paratus ſis,q̃
pertuliſti.Deinde illi qui tunicã vult tollere, iubet &
palliũ dimitti,vel veſtimentũ ſecundũ aliam literã,qđ
aut tantũdem eſt,aut nõ multò ampliꝰ.Tertio de mil-
le paſſibus quibus addẽda dicit duo milia,vſque ad du
plũ perducit.Sed quoniã parum eſt nõ nocere, niſi &
beneficiũ pręſtes,cõſequenter adiungit & dicit : Qui
autẽ petit à te,da ei.Chry.ſuper Matth. Quia diuitię
noſtræ non ſunt,ſed dei.Deus enim diſpenſatores di-
uitiarũ ſuarũ voluit eſſe nos,non dños,Hier.Sed ſi de
eleemoſynis tantũ dictum intelligamus , in pluribus
pauperibus hoc ſtare non poteſt,ſed ut diuites ſi ſem-
per dederint,ſemp dare nõ poterunt. Augu.in ſer.dñ.
Dicit ergo:Omni petẽti da,non oĩa petenti, vt id des
quod dare honeſtè potes & iuſtè.Quid enim ſi pecuni
am petat,quia innocentẽ conetur opprimere ? quid ſi
ſtuprũ petat ? Damnũ eſt ergo quod nec tibi nec alteri
noceat,quantũ ab homine credi poteſt.& cũ negaue-
ris quod petit,iudicanda eſt iuſtitia vt non eũ inanem
dimittas: & aliquando melius aliquid dabis cũ peten
tẽ iniuſtè correxeris. Aug.ad Vincẽ.Vtilius enim eſu
rienti panis tollitur , ſi de cibo ſecurus iuſtitiã negli-
gat,quàm eſurienti panis frangitur,vt iniuſtitiæ ſedu
ctus acquieſcat.Hiero . Poteſt enim intelligi de pecu-
nia doctrinæ,quæ nunq̃ deficit,ſed quantò plus datur,
tantò amplius duplicatur.Aug. Quod aũt ait:Et volẽ
ti mutuari à te ne auertaris,ad animum referendũ eſt.
Hilarẽ enim datorem eligit deꝰ. Mutuatur aũt omnis
qui accipit,etiã ſi ipſe non ſoluturꝰ ſit, quia miſericor
dibus deus plura reſtituit.aut ſi nõ placet accipere mu
tuantẽ niſi eũ qui accipit redditurus , intelligendũ eſt
dominũ ipſa duo genera præſtandi eſſe cõplexum . nã
aut donamus,aut reddituro cõmodamus . Rectè ergo
ad hoc beneficii genus hortando dicit : Ne auertaris,
id eſt, ne propterea voluntatẽ alienes, quaſi deus non
redditurus ſit,cũ homo reddiderit.cũ enim ex p̃cepto
dei facis,infructuoſum eſſe nõ poteſt. Chry.ſup Mat.

Vſurę deteſtatio.

Ergo iubet nos Chriſtus mutuũ dare, non tamen ſub
vſuris:quia qui ſic dat,nõ ſua dat,ſed aliena tollit : de
vno vinculo ſoluit,& multis alligat:& non ꝑpter dei
iuſtitiã dat,ſed propter ꝓprium lucrũ. Similis eſt etiã
pecunia vſuraria aſpidis morſui.Nã ſicut venenũ aſpi-
dis latenter oĩa mẽbra corrũpit, ſic vſura oẽs faculta-
tes cõuertit in debitũ.Aug. ad Marcel. Obiiciũt autẽ
quidã quòd hæc Chriſti doctrina reipublicæ moribus
nulla ex parte cõueniat. nã quis ĩquiũt tolli ſibi ab ho
ſte aliquid patiatur?vel Romanæ ꝓuinciæ deprædato
ribꝰ nõ mala velit belli iure repẽdere? Sũt aũt iſta prę
cepta patientiæ ſemper in cordis præparatione retinẽ
da,ipſaq; beneuolẽtia,ne reddatur malũ pro malo ſem
per in voluntate cõplenda eſt. Agenda ſunt aũt multa
etiã cum inuitis benigna quadã aſperitate plectendis,
ac per hoc ſi terrena reſpublica,pręcepta chriſtiana cu
ſtodiat, & ipſa bella ſine beneuolẽtia non gerẽtur , vt
ad impietatis, iuſtitiæq; pactam ſocietatẽ victis facili
us cõſulatur.nam cui licẽtia iniquitatis eripitur vtili-
ter vincitur, quoniam nihil eſt infelicꝰ felicitate pec
cantium:qua pœnalis nutritur impunitas, & mala vò
luntas velut hoſtis interior roboratur.

Audiſtis quia dictum eſt:Diliges proximũ tuum,& odio
habebis inimicũ tuum. Ego autẽ dico uobis,diligite inimicos
ueſtros,benefacite his qui oderũt uos , & orate pro perſe-
quentibus & calumniantibus uos , ut ſitis filij patris ueſtri
qui in cælis eſt, qui ſolẽ ſuum oriri facit ſuper bonos & ma-
los, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos . Si enim diligitis eos
qui uos diligunt,quam mercedem habebitis ? Nónne & pu-
blicani hoc faciunt?Et ſi ſalutaueritis fratres ueſtros tantũ,
quid amplius facitis?Nónne & ethnici hoc faciũt?Eſtote er
go uos perfecti, ſicut & pater ueſter cæleſtis perfectus eſt.

Completio charitatis in quo conſiſtit.

Glo.Docuit dñs ſupra iniuriam inferenti non eſſe re-
ſiſtendũ,ſed ad plura perferenda paratũ eſſe.Nunc aũt
vlterius docet iniuriã inferentibus impendendũ eſſe
charitatis affectum ſimul & effectũ.Et cũ præmiſſa ad
cõplementum iuſtitiæ legis pertineant,conuenienter
hoc vltimũ ritè pertinet ad impletionẽ charitatis,quę
ſecundũ apoſtolũ eſt legis plenitudo.Dicit ergo:Audi
ſtis quia dictũ eſt:diliges proximũ tuum. Aug.in 1. de
doctr.chriſtiana: Quòd aũt nullũ hominẽ excepit qui
præcepit proximũ diligere , dominus in parabola ſe-
miuiui relicti oſtendit, dicẽs proximũ,qui erga illum
extitit miſericors:vt eũ intelligamꝰ proximũ,cui exhi
bendũ eſſet miſericordiæ officiũ ſi indigeret,qđ nulli
negandũ eſſe quis nõ videat,domino dicente: Benefa
cite his qui oderunt vos? Aug.in ſer.do.in monte:Gra
dum autẽ eſſe in phariſæorũ iuſtitia,quæ ad lẽgẽ vete-
rẽ ꝑtineret,hinc intelligitur,ꝙ multi etiã eos à quibꝰ
diliguntur oderunt.Aſcendit ergo aliquẽ gradum qui
proximũ diligit, quanuis adhuc oderit inimicũ. vnde
ad hoc deſignandũ ſubditur:Et odio habebis inimicũ
tuum.Quæ vox nõ eſt accipiẽda vt iubentis iuſto, ſed
ꝑmittentis infirmo.Aug.contra Fauſtũ: Quæro aũt à
Manichęis cur proprium velint eſſe legis Moyſi quod
dictũ eſt antiquis:oderis inimicũ tuũ, an & Paulus nõ
dixit homines quoſdã deo odibiles? Quærendũ eſt er
go quõ intelligatur exẽplo dei cui dixit Paulus quoſ-
dã odibiles odio habendos inimicos,& rurſus exem-
plo dei qui facit ſolẽ ſuum oriri ſuper bonos & malos
diligendo inimicos? Hæc itaque regula eſt qua & ode
rimus inimicũ propter id quod in eo malũ eſt.i.iniqui
tatẽ, & diligamus inimicum ꝑpter id quod in eo bo-
nũ eſt.i.rationalem creaturam . Audito igitur & non
intellecto quod antiquis dictũ erat: Oderis inimicum
tuum,ferebãtur homines in hoĩs odium, cũ non debe
rent odire niſi vitiũ. Hos ergo corrigit dominus cùm
ſubdit, ego autẽ dico vobis diligite inimicos veſtros.
vt qui iam dixerat:Non veni legem ſoluere,ſed imple
re.Præcipiendo vtiq; vt diligamus inimicos , cogeret
nos intelligere quõ poſſemus vnũ eundẽq; hominẽ &
odiſſe propter culpã,& diligere propter naturã. Glo.

Scribæ deprauãt legẽ.

Sed ſciendũ eſt in toto corpore legis non eſſe ſcriptũ:
Odio habebis inimicũ tuũ, ſed hoc dicit̃ quantum ad
traditionẽ ſcribarum,quibus viſum eſt hoc addẽdum:
quia dominus præcepit filiis Iſrael perſequi inimicos
ſuos,& delere Amalech de ſub cælo.Chry.ſuper Mat.
Sicut autẽ quod dictum eſt : Non cõcupiſces,nõ dictũ
eſt ad carnẽ,ſed ad animã:ſic & in hoc loco , caro qui-
dẽ inimicum ſuum diligere nõ poteſt, anima autẽ po-
teſt:quia dilectio vel odium carnis in ſenſu eſt,animæ
vero in intellectu . Quando ergo nocemur ab aliquo,
& ſi ſentimus odium, nõ tamẽ exequi volumꝰ, cogno
ſce quia caro noſtra odit inimicũ, anima verò diligit.
Greg.21.mora.Inimici aũt dilectio, tunc veraciter cu
ſtoditur,cũ non de profectu deiicimur, nec de ruina il
lius lętamur.Non enim amat aliquis quẽ non vult eſſe
meliorẽ, eumq; ſtantẽ voto perſequitur , quẽ cecidiſſe
gratulatur.Euenire tamẽ plerũque ſolet,vt non amiſ-
ſa charitate & inimici nos ruina lętificet,& rurſum e-
ius gloria ſine inuidiæ culpa cõtriſtet: cũ & ruente eo
quoſdã bene erigi credimus,& proficiente illo pleroſ-
que iniuſtè opprimi timeamus.Sed ad hoc ſeruandum
eſt diſcretionis examen,ne cũ noſtra odia exequimur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fallamur sub specie vtilitatis alienę. Oportet etiã pensare quid debemus ruinę peccatoris, & quid iustitię frientis. nã cũ peruersum quęquam oĩpotens percutit, & congaudendũ est iustitiæ iudicis, & condolendũ miseriæ pereuntis. Glo. Qui autẽ sunt contra ecclesiã, tribus modis ei aduersãtur: odio, verbis, cruciatu corporis. ecõtra diligit. vnde dicitur: Diligite inimicos vestros, benefacite &c. vnde sequitur: Benefacite his qui oderunt vos. vnde sequitur: Et orate pro persequen. & cal. vos. Hiero. Multi ꝓcepta dei imbecillitate sua, nõ sanctorũ viribus æstimantes, impossibilia putant esse quæ præcepta sunt: & debent sufficere virtutibus nõ odisse inimicos: cæterũ diligere plus præcipi q̃ humana natura patiatur. Sciendũ est ergo Christũ non impossibilia præcipere, sed perfecta quæ fecit Dauid in Saul & Absalon. Stephanus quoq; martyr pro lapidãtibus depcatus est. Et Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Hoc autẽ Iesus & docuit & fecit, dicens: Pater ignosce illis. Aug. in Enchiridio: Sed perfectorũ sunt ista, filiorũ dei: quo quidẽ se debet oĩs fidelis extendere, & humanũ animũ ad hunc affectũ orãdo deũ, secũq; luctando pducere. Tamen hoc tã magnum bonũ tantæ multitudinis nõ est, quantã credimus exaudiri, cũ oratione dicitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimit. debito. nostris. Aug. de ser. do. in monte. Oritur aũt hic quæstio ꝙ huic ꝓcepto domini, quo nos hortat, orare pro inimicis, multæ aliæ scripturæ partes videntur aduersæ, quia in prophetis inueniũtur multę impcationes aduersus inimicos, vt est illud: Fiant filii eius pupilli. Sed sciendũ est quod prophetæ solent figura imprecãtis futura ꝓdicere. Sed illud magis mouet quod dicit Ioannes: Est autẽ peccatũ ad mortẽ, non pro illo dico vt oret quis: apertè ẽm ostẽdit esse aliquos fratres pro quibus orare nobis nõ præcipitur, ꝙ hoc quod præmittit: Si quis scit peccare fratrẽ suum &c. cũ dñs etiã pro persecutoribus nos iubeat orare. Nec ista quõ solui potest, nisi fateamur aliquã peccata esse in fratribus, quæ inimicorũ persecutione sunt grauiora. Nã & Stephan⁹ orat pro eis à quibus lapidatur, quia nondũ Christo crediderant. Et apostolus Paulus nõ orat pro Alexandro, quia frater erat, & per inuidentiã fraternitatẽ oppugnando peccauerat. Pro quo autẽ non oras, iã non contra illũ oras. Sed quid agimus de his contra quos oratũ à sanctis accipimus non vt corrigerentur (nã hoc modo pro ipsis potiùs oratũ est) sed ad illã vltimã damnationẽ non sicut contra domini traditorẽ per prophetã. nã illa prędictio futurorũ non optatis supplicii fuit. Sed sicut in Apocalypsi legimus martyres orare vt vindicẽtur. sed hinc nõ oportet moueri. Quis enim audeat affirmare vtrũ contra ipsos hoĩes, an contra regnum peccati petierint? Nam ipsa & iustitię & misericordiæ vindicta martyrũ, vt euertatur regnũ peccati, quo regnante tãta perpessi sunt: destruitur autẽ partim correctione hominũ, partim dãnatione perseuerantiũ in peccato. Nõ ne tibi videtur Paul⁹ in seipso Stephanũ vindicasse cũ dicit: Castigo corp⁹ meum, &, in seruitutẽ redigo? Augu. de quæst. no. & vet. te: Vel animę occisorũ clamãt, vindicari se postulantes: sicut sanguis Abel clamauit de terra non voce, sed ratione. Nam & opus opificem laudare dicitur, per hoc ipsum quod videntẽ se oblectat. non enim tã impatientes sunt sancti vt vrgeãt fieri quod sciunt tẽpore præfinito futurum. Chry. in ho. Vide autẽ quot gradus ascendit, & qualiter nos in ipsam virtutis verticẽ statuit. Primus gradus est, nõ incipere iustitiã. Secũdus, ęqualẽ non vindicari. Terti⁹, non facere vexanti quæ quis passus est. Quartus, expo nere seipsum ad patiẽdum mala. Quintus, amplius se tribuere quàm ille vult qui fecit mala. Sextus, nõ odio habere eũ qui hoc operatur. Septimus, diligere. Octauus, benefacere. Nonus, pro ipso orare. Et quia magnũ erat præceptũ, prędarum prędmiũ subdit. s. fieri similes deo. vnde dicit, vt sitis filii patris vestri qui est in ędis. Aug. Si quis ẽm præcepta dei custodiat, filius dei efficitur: ergo nõ in natura filius est hic scilicet de quo loquitur, sed arbitrio suo. Aug. de ser. do. in mon. Ex illa autẽ regula intelligendũ est quod hic dicitur, quia & Ioannes dicit: Dedit eis potestatẽ filios dei fieri. Vnus enim naturaliter filius est, nos autẽ potestate accepta efficimur filii, inquantũ illa quæ ab eo ꝓcipiũtur implemus. Itaq; non ait: Facite ista quia estis filii, sed facite ista vt sitis filii. Cũ autẽ ad hoc nos vocat, ad similitudinẽ suã vocat. Vnde sequitur: Qui solẽ suum facit oriri super bo. & ma. & pluit super iu. & iniu. Põt autẽ per solẽ intelligi nõ iste visibilis, sed ille de quo dicitur: vobis qui timetis nomẽ dñi orietur sol iustitiæ, & per pluuiã irrigatio doctrinæ veritatis, quia & bonis & malis apparuit & euãgelizatus est Christus. Hilą. Vel in baptismi & spiritus sacramento tribuit solẽ & pluuiã. Aug. Vel potest accipi sol istevisibilis & pluuia qua fructus gignuntur, quia iniqui in libro sapientiæ plangunt: Sol non ortus est nobis. Et de pluuia spirituali dicit: Mandabo nubibus meis ne pluant super eã. Sed siue hoc, siue illud, magna dei bonitate fit quæ nobis imitanda prædpit, non autẽ solũ ait: Qui facit solẽ oriri, sed addidit suũ. i. quẽ ipse fecit, vt hinc admoneremur quanta liberalitate ex præcepto eius præstare debemus, quòd nõ creamus, sed ex muneribus eius accipimus. Aug. contra Vincen. Sed sicut ista dona eius laudamus, ita etiã flagella in eos quos diligit cogitemus. vnde non oĩs qui parcit amic⁹ est: nec omnis qui verberat inimic⁹. Melius est ẽm cum seueritate diligere, q̃ cum lenitate decipere. Chry. super Mat. Cautè autẽ dixit: Super iustos & iniustos, non super iustos vt iniustos, quia omnia bona deus non propter homines dat, sed propter sanctos, sicut & flagella ꝓpter peccatores: sed in bonis nõ separat peccatores à iustis ne desperent, nec in malis iustos à ꝓbis ne glorientur. Maximè cũ malis bona non prosint, qui malè viuẽtes ad præiudiciũ suum percipiunt: nec bonis mala noceant, sed magis ad iustitiæ lucrum. Aug. in lib. 1. de ci ui. dei: Nã bonus tẽporalibus bonis nõ extollitur, nec malis frangitur. Malus aũt ideo huiusmodi felicitate punitur, quia felicitate corrũpitur: vel ideo ista tẽporalia bona & mala vtrisque voluit esse cõmunia, vt nec bona cupidiùs appetantur quę mali habere cernũtur: nec mala turpiter euitentur, quibus & boni afficiunt. Glo. Amare autẽ amantẽ naturæ est: inimicũ verò amare est charitatis. & ideo sequitur: Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quã mercedẽ habebitis. s. in cælo? nullam. de his enim dicitur: Recepistis mercedẽ vestrã. Sed tamen hæc oportet facere, & illa non omittere. Raba. Si ergo peccatores erga dilectores suos versa vice volũt esse benefici, multò magis vos maioris dilectionis signũ amplecti debetis, etiã nõ amãtes. vnde sequitur: Nónne & publicani hoc faciũt? id est qui publica vectigalia exigunt: vel qui publica negocia secuti vel lucra sectantur. Glo. Si verò pro his tantũ oraueritis, qui aliqua affinitate vobis coniuncti sunt, qd amplius habet beneficiũ vestrum q̃ infideliũ? vnde sequitur: Et si saluta. fra. ve. tantũ, quid amplius facitis? Salutatio ẽm est quædã species orationis. Nónne ethnici hoc faciunt? Raba. i. gentiles. nam ethnos græcè latinè gens dicitur, qui tales sunt vt fuerũt geniti. s. sub pecca-

Christi ꝓcepta perfecta

Gradus virtutis consummatæ.

peccato. Remig. Quia verò profectio dilectionis vltra dilectionẽ inimicorũ non ꝓ põt ꝓcedere: ideo postq̃ dñs ꝓcepit diligere inimicos, subiunxit: Estote ergo & vos ꝓfecti, sicut & pater vester cęlestis perfectus est. Ipse quidẽ ꝓfect⁹ est vt oĩpotẽs, homo autẽ vt ab oĩpotente adiutus. nã sicut quandoque in scripturis pro veritate & ęqualitate accipitur, vt ibi: Sicut fui cũ Moyse, ita & ero tecũ. Aliquando autem pro similitudine, vt hic. Ambro. super Matthæum: Sicut enim filii carnales similant patres in aliquo corporis signo, ita filii spirituales deum in sanctitate.

Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in cælis est.

Glo. Postq̃ Christus legem quantũ ad præcepta impleuit, incipit nunc eã adimplere quantũ ad promissa: vt pro cælesti mercede ꝓcepta dei faciamus, nõ pro terrenis quæ lex promittebat. Oĩa autem terrena ad duo potissima reducunt. s. ad humanam gloriã, & ad terrenorum affluentiã: vtrunq; quoque in lege ꝓmissum esse videtur. De gloria enim dicitur in Deutero. Faciet te dominus excelsiorẽ cunctis gentibus quę versantur in terra. De affluentia verò tẽporalium ibidem subditur: Abũdare te faciet dominus in omnibus bonis, & & ideo dominus hæc duo ab intẽtione fidelium excludit. s. gloriã & terrenorum affluentiã. Sed sciendum ꝙ appetitus gloriæ propinquus est virtuti. Chryso. super Mat. Vbi enim res agitur glorioſa: ibi faciliùs inuenit locũ gloriationis occasio, & ideo intentionẽ glorię primo dominus excludit. Prę omnibus enim vitiis carnalibus periculosiùs hoc esse in hominibus intellexit: cũ enim omnia mala seruos diaboli vexent, concupiscentia vanæ gloriæ magis vexat seruos dei, quàm seruos diaboli. Aug. in lib. de sen. prospe. Quas etiã vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, nõ sentit, nisi qui ei bellũ indixerit, quia & si cuiquã facile est laudẽ nõ cupere dum negatur, difficile tamen est ea nõ delectari cũ offertur. Chry. super Matt. Intuere autẽ qualiter incœpit velut de fera aliqua difficile cognita disputãs & apta furari eũ qui nõ valde vigilat. Occultè ẽm ingreditur, & omnia quæ intus sunt, ĩsensibiliter aufert. Chry. in ho. Et ideo hoc cautius cauẽdum mandat, dicens: Attendite ne iustitiã vestram faciatis coram hominibus. Cor autẽ nostrum attendere debemus, inuisibilis enim est serpens, quẽ obseruare iubemur, & latenter ingreditur & seducit. Sed in corde mũdo si surreptio inimici successerit, mox homo iustus discernit, quia spiritu alieno pulsatur. Si autẽ cor fuerit iniquitatibus plenũ, suggestionẽ diaboli non facilè intelligit. & ideo præmisit: Ne irascaris ac concupiscas &c. quia qui malis istis subiectus est, cor suum non potest attendere. Sed quõ potest fieri vt nõ coram hoĩbus eleemosynam faciamus, aut si fiat quomodo nõ sentiemus? Si ẽm præsẽte aliquo occurrerit pauper, quomodo dabit ei absconse? sed educendo eum in secreto videtur, quia datur. Sed considera quia non dixit: Ne tantũ coram hoĩbus faciatis, sed subdit: Vt videamini ab eis. Qui ergo non ideo facit, vt ab hominibus videatur: & si coram hominibus fecerit, non tamen coram hominibus fecisse videtur: qui enim aliquid facit propter deũ, neminem vidit in corde suo, nisi deum propter quẽ facit: sicut artifex eũ semper habet præ oculis, qui sibi opus faciendũ commisit. Greg. Si ergo dantis gloriã quærimus, & publicata nostra opera in conspectu illius occulta seruamus: si verò per hoc nostram laudẽ conspicimus, foras ab eius conspectu iam fusa sunt, etiam si à multis ignorentur: sed valde perfectorum est sic ostenso opere actoris, gloriã quærere, vt de illata laude priuata nesciant exultatione gaudere: quam infirmi, quia perfectè contẽnendo non superãt, necesse est vt bonũ quod operantur abscondant. Augu. de ser. do. in mon. In hoc verò quod dicit: Vt videamini ab eis, nihil addens: apparet hoc eum prohibuisse vt ibi finem nostri ꝓpositi collocemus. nã & apostol⁹ qui dicit: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus nõ essem. Alio loco dicit: Ego omnibus per omnia placeo. Quod non ideo facit, vt placeret hominibus, sed deo: ad cuius amorem corda hominũ volebat cõuertere, ex eo quòd eis placebat. Sicut nõ absurdè loqueretur qui diceret: In hoc opere quo nauem quæro: non nauẽ quæro, sed patriam. Augu. de ser. do. Dicit autẽ: Vt videamini ab eis: quia sunt quidã qui sic faciunt iustitiam corã hominibus vt non videantur ab eis, sed vt ipsa opera videãtur, & glorificetur pater qui in cælis est: non enim suã iustitiam deputant: sed eius cuius fide viuunt. Aug. de ser. do. in mõte. In hoc etiã quod addit: Alioquin mercedẽ non habebitis apud patrẽ vestrũ qui in cælis est, nihil aliud demonstrat, nisi illud nos cauere oportere ne humanã laudem pro nostrorũ operũ mercede quæramus. Chry. super Mat. Quid autẽ à deo recipies, qui deo nihil dedisti? Nam quod propter deum fit, deo datur, & ab eo recipitur: quod autem propter homines fit, in ventos effunditur. Quæ est autem sapientia rem dare, & verba vacua comparare, & mercedẽ dei contẽnere? Vel illum aspice à quo laudẽ expectas, qui te propter deũ facere putat, alioquin vituperas & te magis. Ille autẽ qui plena quidem volũtate propter homines facit, ille propter homines fecisse videtur. Si autẽ per alicuius cor cogitatio vana ascẽdit, desiderans hominibus apparere, animaduertẽs intelligens contradicit, ille non propter hominẽ fecisse videt: quia quod cogitauit, passio carnis est: quod eligit, iudicium animæ.

Cũ ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & uicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra quid faciat dextera tua: ut sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi.

Augu. de ser. do. in monte: Generaliter suprà dominus iustitiã nominauit cũ dixit: Attendite ne iustitiã vestram &c. nunc autẽ per partes exequitur. Chry. super Mat. Ponit autẽ tria fortia bona. s. eleemosynam, orationem & ieiuniũ, contra tria mala aduersus quæ dominus tẽtationis bellum suscepit: pugnauit enim pro nobis contra gulam in heremo, contra auaritiã supra montẽ, contra vanam gloriã supra templum. Est ergo eleemosyna quæ dispergit contra auaritiam, quæ congregat ieiunium contra gulã, quia est ei contrariũ: oratio verò contra vanã gloriam, quia cum omne malum ex malo nascatur, sola vana gloria de bono procedit, ideo non destruitur per bonũ, sed magis nutritur: nullum ergo remediũ potest esse contra vanam gloriã nisi oratio sola. Ambro. Omnis autẽ sententia disciplinę christianæ in misericordia & pietate est, & ideo ab eleemosyna incipit, dicens: Cũ ergo facis eleemosynã noli tuba canere ante te. Glo. Tuba autẽ est omnis actus vel sermo per quẽ operis iactantia demonstratur: puta qui facit eleemosynam quando aliquẽ videt præsentẽ, vel intercedente aliquo, aut honestiori personæ quæ potest retribuere, aliàs autem non facit. Sed & si in loco secreto fecerit eo proposito vt laudabilis videatur, tuba est. Augu. Sic ergo quod dicit: Noli tuba canere ante te, ad hoc respicit qđ superi⁹ ait: Attendite ne iustitiã vestrã faciatis corã hominibus. Hiero. Qui

Distinctio honorũ terrenorũ.

Quæ sit bonorũ operum intentio.

Tria bona trib⁹ malis opponũtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem tuba canit eleemosynam faciens, hypocrita est. Et ideo subdit: Sicut hypocritæ faciunt. Isido. Nomẽ hypocritæ tractũ est à specie eorũ qui in spectaculis cõtecta facie incedũt, distinguentes vultũ vario colore, vt ad personæ quã simulant colorẽ perueniant, modo in specie viri, modo in fœminę, vt fallant populũ dum in ludis agunt. Augu. de ser. do. in mon. Sicut ergo hypocritæ. i. simulatores tanquã imitatores personarum aliarũ, agunt partes illius quod non sunt: nõ enim qui agit partes Agamẽnonis verè ipse est, sed simulat eũ: sic & in ecclesiis in omni vita humana quisquis vult se videri quod nõ est, hypocrita est. Simulat enim se iustũ & non exhibet, qui totũ fructum in laude hominũ ponit. Glo. Et ideo subdit loca publica cũ dicit: In synagogis & vicis. Et finem intentum cũ subdit: Vt honorificent ab hominibus. Grego. 32. Mora. Sciendum verò est quòd sunt nonnulli, qui & sanctitatis habitũ tenent, & perfectionis meritũ exequi non valẽt, quos nequaq̃ credendũ est inter hypocritarum numerũ currere. quia aliud est infirmitate, aliud callida simulatione peccare. Augu. de ser. do. in mon. Tales autẽ qui simulatione peccant, ab inspectore cordis deo mercedem non capiũt nisi fallaciæ suppliciũ. & ideo subdit: Amen dico vobis recepe. merce. suam. Hiero. Non dei mercedẽ, sed suã. Laudati enim sunt ab hoĩbus, quorũ causa exercuere virtutes. Augu. de ser. do. in mon. Hoc autẽ respicit ad illud quod suprà posuit, Alioquin mercedẽ non habebitis apud patrẽ vestrum. Sic ergo non quomodo illi eleemosynã facias, sed quõ facienda sit iubet conuenienter, cũ dicit: Te aũt facien. eleemo. ne sciat sini. quid faciat dex. tua. Chry. in ho. Hoc aũt per superabũdantiam dicit, ac si dicat: Si possibile est teipsum ignorare, & ipsas manus latere possibile esset, stu diosissimũ est tibi. Chry. super Mat. Apostoli aũt interpretantur in lib. cano. sic: Dextera est populus christianus, qui est ad dexterã Christi. Sinistra aũt est omnis populus qui est ad sinistrã. Hoc ergo dicit ne christiano eleemosynã faciente, quæ est dextera, infidelis respiciat, quę est sinistra. Aug. de ser. do. in mon. Sed secũdum hoc videbitur, nulla esse culpa velle placere fidelibus: cũ tamen in quorũlibet hominũ laudem finẽ boni operis constituere, phibeamur. Vt aũt te imitentur quibus facta tua placuerint, non tantũ fidelibus, sed etiam infidelibus exhibendũ est. Si aũt, vt alii dicũt, sinistram inimicũ putaueris, vt nesciat inimic⁹ tuus cũ eleemosynã facis, cur ipse dominus inimicis Iudęis circũstantibus misericorditer sanauit homines? Deinde quõ cũ ipso inimico faciemus, vt illud impleamus prę ceptũ? Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ: Tertia opinio est ridẽda eorũ, qui debent sinistræ nomine vxorẽ significari: vt quoniã in re familiari tenaciores pecuniarũ solent esse fœminę: lateat eas cũ aliquid viri alienis impendũt, propter domesticas lites. Non aũt solis viris hoc præceptũ datum est, sed etiam fœminis: cui ergo sinistræ iubetur fœmina occultare op⁹ misericordię suę, an etiã vir sinistra erit fœminę? quod si quispiã putat, cũ præceptũ sit talibus vt seinuicẽ bonis moribus lucrifaciant, non sibi debẽt occultare bona opera sua, nec furta facienda sunt vt promereatur deus. quòd si occultandũ est aliquid quãdiu alterius infirmitas id æquo animo non potest sustinere, quanuis non illicitè fiat: non tamẽ fœmina per sinistrã significari facilè apparet totius capituli significatione. Et etiam quam sinistrã vocet. quod em in hypocritis culpatũ est, quòd scilicet laudes hominũ quærunt, hoc tu facere vetaris, quapropter sinistra videtur significare delectationem laudis, dextera aũt significat intentionẽ implendi præcepta diuina. Cũ ergo conscientiæ facientis eleemosynam miscet se appetitio laudis humanæ, fit sinistra cõscia dexteræ. Nesciat ergo sinistra. i. non se misceat cõscia dexteræ. Nesciat ergo sinistra conscientiæ tuæ laudis humanæ appetitio. Dominus autẽ noster multomagis prohibet solã sinistrã in nobis operari, quàm eam miscери operibus dextræ. Quo aũt fine hoc dixerit, ostendit cũ subdit: Vel sit eleemosyna vestra in absconditο. i. in ipsa bona cõscientia, quę humanis oculis demonstrari non potest, nec verbis aperiri, quandoquidẽ multi multa mentiũtur. Sufficit autẽ tibi ad promerendũ præmiũ ipsa conscientia, si ab eo expectas præmium, qui solus conscientiæ inspector est. Et hoc est quod subditur: Et pater tuus qui videt in absconditο, red. tibi. Multa latina exemplaria habent, Reddet tibi palã. Chry. super Matt. Impossibile est enim vt opus bonũ hominis in absc̃dito dimittat deus: sed in hoc seculo manifestat & illo glorificat, qa gloria dei est, sicut & diabol⁹ manifestat malũ in quo malitiæ eius virtus ostẽditur. Propriè aũt publicat deus omne bonũ in seculo illo, cuius bona sunt communia bonis & malis. Ideo cuicunque illic benefecerit deus manifestũ est, quia pro mercede iustitiæ suæ meruit illud. Merces autem iustitiæ in hoc seculo manifesta non est: quia hic non solũ boni, sed etiam mali sunt diuites. Aug. de ser. do. in mon. Sed in græcis exẽplaribus quę propria sunt non inuenimus, palàm. Chrys. in ho. Si ergo vis habere inspectores eorum quæ facis, ecce habes non solũ angelos aut archangelos, sed deum vniuersorum.

Falsi christiani notantur.

Errone⁹ intellectus repellitur.

CAPVT VI.

Multivo lũt 6. ca put ibi ĉhoati, Audistis quia &c. to. 28.

CVm oratis, non eritis sicut hypocritæ qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum orabis, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in absconditο, & pater tuus qui uidet in absconditο, reddet tibi.

Illud refero diligenti lectori. At tũ quo quo modo res se habeat sequar exẽplar in oĩbus Itaq; volunt hãc lectionẽ sic legi. Et cum oratis nõ &c.

Chry. super Mat. Salomon dicit, ante orationẽ præpara animã tuam. Quod quidẽ facit qui faciens eleemosynam venit ad orationẽ: bona enim opera excitant fidem cordis, & dant confidentiam animæ apud deũ orãdi. Ergo eleemosyna prę paratio est orationis, & idẽ dominus post eleemosynam consequẽter de oratione nos instruit. Aug. de ser. do. in mon. Non autẽ hoc monet nunc vt oremus, sed quomodo oremus: sic nec superius vt faciamus eleemosynã, sed quo animo faciamus. Chry. super Mat. Est autẽ oratio quasi quoddam spiritale tributum, quod anima offert deo de visceribus suis. Quanto ergo gloriosior est, tanto cautiùs est seruãda, ne propter homines facta vilescat, & ideo dicit: Cũ oratis non eritis sicut hypocritæ. Chry. in home. Hypocritas vocat, qui deũ fingẽtes orare, homines circũspiciunt, & inde subdit: Qui amant in synagogis orare. Chry. super Mat. Puto aũt non ad locũ hoc referri quod ait dominus, sed ad propositũ orantis: in conuẽtu enim fideliũ orare laudabile est, sicut dictũ est: In ecclesiis benedicite deũ. Qui ergo sic orat vt ab hominibus videatur, non deũ aspicit, sed homines: & ideo quantũ ad propositũ suum in synagoga orat. Cuius autem orantis mens solũ aspicit deum, q̃uis in synagoga oret, tamẽ apud se in secreto videt orare. Sequitur: Et in angulis platearũ, vt videantur absc̃sẽ orare. Et sic dupliciter laudantur, & quia orant, & quia absconsẽ orant. Glo. Vel anguli platearũ sunt vbi via per transuersum vię ducitur, & quadriuium reddit. Chry. super Matt. Eo ergo proposito in conuentu vetat orare vt à cõuentu videatur. vnde subditur: Vt videantur ab hominibus. Orans ergo nihil nouũ faciat quod aspiciãt homi-

Aĩa est tributũ spũale.

homines, vel clamando, vel pectus percutiẽdo, vel manus extendendo. Aug. de ser. do. in mon. Non aũt videri ab hoĩbus nefas est, sed ideo hoc agere vt ab hominibus videaris. Chry. in ho. A vana enim gloria vbiq; erui bonũ est: maximè aũt in oratione. si enim in hoc cogitationibus circũferimur: si ad orandũ ingressi fuerimus hanc habentes ægritudinẽ, qualiter intelligim⁹ ea quæ à nobis dicuntur? Aug. de ser. do. Sic etiã fugiẽdũ est hominũ sentẽtiã: si hoc animo aliquid fiat vt fructus expectetur placendi hoĩbus. vnde subditur: Amẽ dico vobis, receperunt mercedẽ suam. Chry. sup Mat. Vnusquisque em vbi seminat, ibi metet. Vnde qui propter homines orant non propter deũ: ab hoĩbus non à deo laudantur. Chry. in ho. Dicit autẽ: Receperũt, qa deus retributionẽ quæ est ab ipso tribuere vellet, illi autẽ eam quæ est ab hominibus vsurpant. Quomodo aũt orandum sit subiungit, dicens: Tu aũt cùm oraueris, intra in cubi. tuũ, & clau. ostio ora pa. tuũ in absc̃dito. Hiero. Hoc simpliciter intellectũ erudit auditorẽ vt vanam orandi gloriã fugiat. Chry. sup Matth. Vt nemo sit ibi nisi ille qui orat, & ille quem orat. Testis enim orantẽ grauat, non adiuuat. Cypri. de ora. do. In abditis etiã locis orare magis cõuenit fidei, vt sciam⁹ dominũ vbique esse præsentẽ, & maiestatis suæ plenitudine occulta penetrare. Possumus etiam intelligere per ostiũ domus, os corporis, vt non clamosa voce oremus deũ, sed tacito corde propter tria. Primo quia deus non voce clamosa pulsandus est, sed conscientia recta placandus, qui est cordis auditor. Secundò quia secretas orationes tuas nõ oportet alterũ scire nisi te & deũ. Tertio quia clamosẽ orans alterum iuxta te non permittis orare. Ex colla. Cũ summo etiam est orandũ silẽtio, vt ipsos quoq; inimicos nostros, qui orantibus nobis maximè insidiantur, lateat nostrę petitionis intentio. Aug. de ser. do. in mon. Vel per cubicula nostra sunt intelligenda corda nostra de quibus dicitur: Quę dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Ostium est carnalis sensus, foris sunt omnia tẽporalia, quæ per sensum cogitationes nostras penetrant, & turba vanorum phantasmatũ orantib⁹ obstrepunt. Cyp. de orat. do. Quę autẽ cognitia est aliena ri & capi ineptis cogitationibus & prophanis cũ dominũ despcaueris, quasi sit aliquid quod magis debeas cogitare q̃ cũ deo loquaris. Quomodo te audiri à deo postulas, cũ teipsum non audias? hoc est ab hoste nõ cauere, hoc est deum negligẽtia orationis offendere. Augu. de ser do. Claudendũ est ergo ostiũ. i. carnali sensui resistẽdũ, vt oratio spiritualis dirigatur ad patrẽ, q̃ fit in intimis cordis, vbi oratur pater in absc̃dito. vnde sequitur: Et pater tuus qui videt in absc̃dito, reddet tibi. Remi. Et est sensus: Sufficiat tibi vt ille solus noverit tuam orationẽ qui omniũ corda nouit occulta, quia ipse qui est inspector erit exauditor. Chry. in ho. Nõ autem dixit: Gratis dabit, sed reddet tibi. Etem debitorem seipsum tibi constituit.

Secretũ oratiõis commendatur.

Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt. Putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater uester quid opus sit uobis, antequam petatis eum.

Aug. de ser. do. in mon. Sicut hypocritarũ est præbere se spectandos in oratiõe, quorũ fructus est placere omnib⁹, ita est ethnicorũ. i. gentiliũ in multiloquio se putare exaudiri, & ideo subdit: Orantes aũt nolite multũ loqui. Ex colla. Frequẽter enim, sed breuiter est orandũ, ne immorãtibus nobis inserere aliquid nostro cordi insidiator possit inimicus. Aug. ad Probã: Nõ tamen vt quidã putant, hoc est orare in multiloquio si diutiùs oretur. Aliud est sermo multus, aliud diuturn⁹ effectus. nam & de ipso domino scriptũ est, quòd pernoctauerit in orando, & prolixiùs oraverit, vt nobis præberet exẽplum. Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidẽ habere oratiões, sed eas tamẽ breuissimas, & raptim quodãmodo iaculatas: ne illa violenter erepta, quæ oranti plurimũ est necessaria per ꝓductiores moras hebetetur intentio. ac per hoc ipsi satis ostendunt hanc intentionẽ sic esse obruendam, si perdurare nõ põt: ita si perdurauerit, nõ cito esse rũpendam. Absit aũt ab oratione multa locutio, sed non desit multa ꝓcatio, si feruẽs perseuerat intentio. nã multum loqui est in orando rem necessariam supfluis agere verbis. Multũ aũt precari, est eũ quem precamur diuturna cordis excitatione pulsare. nam plerunque hoc negocium plus gemitibus quàm sermonib⁹ agitur, plus fletu q̃ affatu. Chryso. in ho. Dissuadet igitur per hoc inanẽ locutionem in orando, puta cùm non petimus decentia à deo: sed potentatus, & gloria inimicos superare, & pecuniarũ abundantiam. Iubet ergo hic nõ longas oratiões facere. Lõgas autem dico nõ tẽpore, sed multitudine eorũ quæ dicuntur: permanere tamen oportet eos qui petunt. Orationi enim ait apostolus instãtes, nõ tamen iubet decem milium versuum orationẽ cõponere, & cordetenus enunciare: quod occultè insinuat, cũ dixit: Nolite multũ loqui. Glo. Damnat autẽ multiloquium orationis veniens de infidelitate. vnde sequitur: Sicut ethnici faciunt. Gentilibus enim erat necessaria verborum multiplicitas, propter dæmones qui nescirent quid illi peterent, nisi illorũ verbis instructi. vnde sequitur: Putãt enim quòd ĩ multiloquio suo exaudiantur. Augu. de ser. do. in mon. Et reuera omne multiloquiũ à gẽtilibus venit, qui exercendę linguæ potiùs, quàm mũdando animo dant operã, & hoc studii genus etiã ad deum prece flectendo transferre conantur. Greg. 33. Mora. Sed veraciter orare est amaros in cõpuctione gemitus, & non cõposita verba resonare. & ideo subditur: Nolite ergo assimilari eis. Augu. de ser. do. in mon. Si enim verba multa ad id proferuntur vt instruatur ignarus, quid eis opus est ad rerũ omniũ conditorem? vnde sequitur: Scit em pater vester quid opus sit vobis, anteq̃ petatis eum. Hiero. Cõsurgit aũt in hoc loco quædã hæresis philosophorum quorũdam, dogma peruersum dicentiũ: Si nouit deus quid oremus, & anteq̃ petamus scit quo indigeamus, frustra sciẽti loquimur: Quibus respondendũ est, non narratores esse, sed rogatores. Aliud est enim narrare ignoranti, aliud petere scienti. Chry. in ho. Non ergo ores vt doceas, sed flectas vt familiaris efficiaris conti nuitate interpellationis, vt humilieris, vt rememoreris peccatorũ tuorũ. Augu. de ser. do. in mon. Nec etiã verbis nos agere debemus apud deũ, vt impetremus quod volumus, sed rebus, quas animo gerimus, & intẽtione cogitationis cũ dilectione pura, & supplici affectu. Aug. ad Probã: Sed ideo per certa interualla temporum, etiam verbis rogamus deũ, vt illis rerũ signis nos ipsos admoneamus, quantũq; in hoc desiderio profecerimus nobisipsis innotescamus, & ad hoc augendũ nosipsos acriùs excitemus, ne variis curis quod tepescere cœperat, omnino frigescat, & penitus extinguatur, nisi crebriùs ĩflãmetur. Nobis ergo necessaria sunt verba, quibus cõmoueamur, & inspiciamus quid petamus, non quibus dominũ seu docendũ seu flectendũ esse credamus. Augu. de ser. do. in mon. Sed rursus quæri potest, siue rebus, siue verbis orandũ sit, quid oportet ipsa oratione, si de⁹ iam nouit quid nobis necessariũ sit, nisi quia ipsa orationis intentio cor nostrum

Multilo quium à gẽtilibus ortũ est.

Quæstio ꝓponit.

Declaratio orationis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

serenat & purgat,capaciúsque efficit ad excipienda diuina munera, quæ spiritualiter nobis infundunt. Non enim ambitione precum exaudit deus qui semper paratus est dare suam lucem, sed nos non semper parati sumus accipere cùm inclinamur in alia. Fit ergo in oratione cõuersio corporis ad deum,& purgatio interioris oculi,cũ ea quæ cupiebãtur temporaliter excludunt,vt acies cordis simplicis ferre possit simplicẽ lucem,& manere cum gaudio quo beata vita perficitur.

Sic ergo uos orabitis:Pater noster qui es in cælis.

Glo. Inter salutaria monita & diuina, quibus cõsulit credentibus,formã orandi proposuit, & orationes cõposuit breuibus verbis:vt sit fiducia citò annuẽdi, qđ breuiter vult rogari.vnde dicit: Pater noster qui es in cælis. Cypri.de oratione do. Qui fecit viuere, docuit & orare.vt dum oratione quam filius docuit apud patrẽ loquimur,faciliùs audiamur. Amica & familiaris oratio est dñm de suo rogare: agnoscat pater filii sui verba cùm precẽ facimus, & cùm ipsum habeam⁹ aduocatum apud patrẽ pro pctis nostris:quando pctõres pro delictis nostris petim⁹,aduocati nostri verba promamus. Glo. Non tamẽ his solis verbis oratur, sed & aliis sub eodem sensu cõceptis,quibus cor nostrum ac

Laus ꝓci pua orationis dominicæ.

cenditur. Aug.de ser.do.in mõ. Cùm autẽ in omni deprecatione beneuolentia concilianda sit eius quẽ deprecamur,deinde dicendũ quid deprecemur:per laudẽ illius ad quẽ oratio dirigitur,solet beneuolentia conciliari,& hoc in oratiõis principio poni solet. In quo dom⁹ noster nihil aliud nos dicere iussit,nisi: Pater noster qui es in cælis. Multa quidem dicta sunt in laudem dei,nusquam tamẽ inuenitur præceptũ populo Israel, vt dicerent, Pater noster, sed est eis insinuatus vt dominus tanꝙ seruis: sed de populo christiano apostolus dicit, quòd spiritum adoptionis accepit in quo clamamus Abba pater,quod nõ est meritorũ nostrorum,sed gratiæ quam in,oratione ponim⁹, cùm dicimus Pater, quo noĩe & charitas excitatur. Quid enim charius debet esse filiis quàm pater? & supplex affectus cũ hoĩes dicunt deo pater noster, & quædam impetrandi præsuppositio. Quid iam non det filiis petentibus, cùm hoc ipsum ante dederit,vt filii essent? Postremo quanta cura animũ tangit,vt qui dicit:Pater noster, tanto patre non sit indignus. Admonentur etiã hĩc diuites, vel genere nobiles cùm facti fuerint christiani, non superbire aduersus pauperes vel ignobiles, quoniam simul dicunt deo,Pater noster:quod non possunt piè ac verè dicere,nisi se fratres esse cognoscant. Chry.in ho. Quod eñ nocumentũ est ex inferiori cognatiõe, cùm secundũ superiorem omnes simus copulati,qui etiã patrem dicit & pctõrum remissionẽ, & adoptionem, & hæreditatẽ,& fraternitatem quę est ad vnigenitum,& spiritus largitionẽ per vnam hanc confessus est nuncupationẽ. Non enim possibile est vocare deum patrẽ,nisi eum qui est omnibus istis bonis potitus. Dupliciter

Vnitas pop.christiani.

orantiũ igitur erigit sensum, & dignitate eius qui inuocatur,& magnitudine beneficiorũ,quibus orans potitus est. Cypri.de oratione do. Non autẽ dicimus pater meus,sed pater noster, quia pacis & vnitatis magister noluit sigillatim & priuatim precẽ fieri: vt quis cũ precatur, pro se tantũ precetur. Publica enim est nobis & cõmunis oratio:& quãdo oramus,non pro vno tantũ,sed pro populo toto oramus, quia totus popul⁹ vnum sumus. Sic eñ vnum orare pro omnibus voluit,quõ in vno omneis ipse portauit. Chry.super Matt. Pro se enim orare necessitas cogit: pro altero autẽ charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autẽ est ante deũ oratio,nõ quam necessitas transmittit,sed quam charitas fraternitatis cõmendat. Glo. Dicitur etiã pater noster,quod cõmune est omnib⁹,nõ pater meus quod soli Christo cõuenit,qui est filius per naturã. Chry.super Mat. Addit autẽ: Qui es in cælis,vt sciamus nos habere patrem cælestẽ,& erubescãt se terrenis reb⁹ substernere,qui patrẽ habent in cælis. Ex colla. Et vt ad illam regionẽ in qua patrẽ nostrum cõmorari fatemur summo desiderio ꝓperemus. Chry.in ho. In cælis ergo cũ dicit:Non illic deũ concludẽs hoc ait, sed à terra adducens orantẽ,& excelsis regionibus affigẽs. Augu.de ser.do.in mon. Vel dicitur esse in cælis.i.in sanctis & iustis: non enim spatio locorũ continetur deus. Sunt quidẽ cæli excellẽtia mundi corpora, & si in eis locus dei esse credatur,melioris meriti sunt aues,quarum vita est deo vicinior. Non autẽ est scriptum: Prope est dominus excelsis hoĩbus, aut eis qui in montibus habitant,sed cõtritis corde. Sed sicut terra appellatur peccator,cui dictũ est: Terra es,& ĩ terram ibis: sic cælum iustius econtrario dici potest. Recte ergo dicitur: Qui es in cælis,tantũ enim spiritualiter interesse videtur inter iustos & peccatores,quantũ corporali ter inter cælum & terrã. Cuius rei significãdæ gratia orantes ad orientẽ conuertimur,vnde cęlũ surgit:non tanꝙ deus ibi sit,cæteras mundi deferens partes,sed vt admoneatur anim⁹ ad naturã excellentiorẽ se conuertere.i.ad deum:cũ corpus eius quod terrenũ est,ad corpus excellenti⁹.i.ad corpus cæleste conuertitur. Conuenit etiam vt oĩm sensibus & paruulorũ & magnorũ bene sentiatur de deo,& ideo qui nondum possunt aliquid incorporeũ cogitare,tolerabilior est illorum opinio si deum in cælo potiùs esse credant quàm in terra.

Quõ dę sit in cælis.

Sanctificetur nomen tuum.

Aug. Dictũ est quis sit qui petitur,& vbi habitet. Iam videamus quæ sint petẽda. Primum autẽ omnium quę petuntur,hoc est:Sanctificetur nomen tuum,quod nõ sic petitur,quasi non sit sanctũ dei nomen, sed vt sanctum habeatur ab hoĩbus.i.ita innotescat deus,vt non æstimetur aliquid sanctius. Chry.in ho. Vel rogare iubet orantẽ per nostram glorificari vitã, ac si dicat: Ita fac nos viuere,vt per nos vniuersa te glorificent:sanctificetur enim,idem est quod glorificetur. Digna est autẽ deum deprecantis oratio nil petere ante patris gloriam,sed oĩa eius laudi postponere. Chry. Vel aliter: Nõ optamus deo vt sanctificetur orationibus nostris, sed vt nomen eius sanctificetur in nobis. Quia enim ipse dixit:Sancti estote, quia ego sanctus sum,id petim⁹ & rogamus:vt in baptismo sanctificati sumus,in eo quod esse cœperimus,perseueremus. Aug.de perseuerantia: Cur autẽ perseuerantia ista poscitur à deo, si vt Pelagiani dicunt non datur à deo? An & ista irrisoria petitio est, cùm id ab eo petitur quod scitur non ipsum dare, sed ipso non dante esse in hominis potestate? Cypri. Et hoc etiã vt sanctificetur,quotidie deprecamur. Opus eñ est nobis continua sanctificatiõe,vt qui quotidie delinquimus,delicta nostra, sanctificatione assidua purgemus.

Primæ petitiõis expositio.

Adueniat regnum tuum.

Glo. Congrue sequitur vt post adoptionẽ filiorum regnum petamus,quod filiis debetur. vnde sequitur: Adueniat regnũ tuum. Aug.de ser.do.in mon. Quod non ita dictum est quasi deus nũc non regnet etiã in terra, semperq; in ea regnauerit. Adueniat ergo recipiẽdum est,vt manifestetur hoĩbus:nulli autẽ licebit ignorare regnum dei, cũ eius vnigenitus non solũ intelligibiliter,sed etiam visibiliter venerit iudicare viuos & mortuos. tunc autẽ esse futurũ iudicii diem dominus docet,cũ euangeliũ prædicatum fuerit in omnibus gentibus,

Secundæ petitiõis intellectus.

tib⁹, quæ res pertinet ad sanctificationẽ nominis dei. Hier. Vel generaliter pro totius mundi regno petit vt diabolus in mundo regnare desistat, vel vt in vnoquoque regnet deus, & non regnet peccatũ in mortali hominũ corpore. Cypri. Vel nostrũ regnũ petimus aduenire à deo nobis repromissum,& Christi sanguine acquisitũ:vt qui in seculo ante seruiuimus, postmodum Christo dominante regnemus. Aug.ad Probã: Regnũ nanque dei veniet,siue velimus,siue nolimus. Sed desideriũ nostrũ ad illud regnũ excitamus, vt nobis veniat,atque in eo regnemus. Ex colla. Vel quia nouit sanctus testimonio conscientiæ suæ cũ apparuerit regnũ dei,eius se futurum esse consortẽ. Hiero. Attẽdendum autẽ est quòd grandis audaciæ sit & puræ conscientię, postulare regnũ dei,iudiciũ non timere. Cypri. Potest etiã & ipse Christus esse regnũ dei, quẽ venire quotidie cupimus,cuius aduentus vt citò nobis repræsentetur optamus.nã cùm resurrectio ipse sit,quia in ipso resurgimus:sic & regnũ dei potest intelligi, quia in illo regnaturi sum⁹. Bene autem regnum dei petimus.i.cęleste, quia est & terrestre regnũ:sed qui renunciauit iã seculo,maior est etiã honoribus eius & regno. Et ideo qui se deo & Christo dedicat,non terrena sed cælestia regna desiderat. Augu.de perseuerãtia. Cũ autem petitur,adueniat regnũ, quid orant qui iã sancti sunt, nisi vt in ea sanctitate quæ iã illis data est,perseuerent? Neque eñ aliter veniet dei regnũ, quod his qui perseuerant vsque in finẽ,certum est esse venturum.

Tertia petitio.

Fiat uoluntas tua,sicut in cælo & in terra.

Aug. In illo beatitudinis regno vita beata perficietur in sanctis,sicut nunc in cęlestibus angelis. Et ideo post illam petitionẽ quam dicim⁹: Adueniat regnũ tuum, sequitur: Fiat volũtas tua sicut in cælo & in terra.i.sicut in angelis qui sunt in cælo voluntas tua fit, vt per te perfruantur,nullo errore obnubilante eorum sapiẽtiam,nulla miseria impediente eorum beatitudinem: ita fiat in sanctis tuis qui in terra sunt, & de terra quãtum ad corpus attinet facti sunt. Itẽ fiat voluntas tua, rectè intelligitur,obediatur præceptis tuis, sicut in cęlo & in terra.i.sicut ab angelis,ita ab hominibus.non quòd ipsi faciant vt velit deus, sed quia faciunt quod ille vult.i.faciunt secundũ voluntatẽ eius. Chry.in ho. Vide autẽ consequẽtiam optimam:quia enim cõcupiscere docuit cælestia per hoc quod dictũ est: Adueniat regnum tuũ. Antequã ad cælũ perueniatur,ipsam terram iussit fieri cælũ,per hoc quod dicit: Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Hiero. Erubescant autẽ ex hac sententia qui quotidie ruinas in cælo fieri mentiũtur. Augu.de ser.do. in mon. Vel sicut in cælo & in terra.i.sicut in iustis,ita in peccatoribus:tanquam si dicret:sicut faciunt voluntatẽ tuam iusti, ita etiam peccatores vt ad te cõuertantur,siue ita vt sua cuique tribuantur,quod fiet ĩ extremo iudicio. Vel per cælũ & terram accipiamus spiritũ & carnẽ. Et quod dicit apostolus:Mente seruio legi dei, videamus factã dei volũtatem in spiritu. In illa autem imitatione quæ promittitur iustis. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.i. sicut spiritus non resistit deo,ita & corpus non resistat spiritui. Vel: Sicut in cælo & in terra.i.sicut in ipso Iesu Christo,ita & in ecclesia tanquã in viro, qui patris voluntatẽ impleuit,ita & in fœmina,quæ illi desponsata est. Cælũ enim & terra conueniẽter intelligitur, quasi vir & fœmina,quoniã terra cęlo fœcundante fructifera est. Cypri. Non ergo petimus vt deus faciat qđ vult,sed vt nos facere possimus quod deus vult. quod vt faciat in nobis,opus est dei volũtate.i.opera eius & protectione. quia nemo suis viribus fortis est, sed dei misericordia tutus. Chry.in home. Virtus enim nõ est nostri studii solũ, sed superioris gratiæ. Rursum autẽ hic orationẽ pro orbe terrarum cuilibet nostrum iniũxit. Neque enim dixit: Fiat volũtas tua in me vel ĩ nobis,sed vbique terrarum,vt soluatur error,& plãtetur veritas,& expellatur malitia,& reuertatur virtus, & sic iam non differet cælum à terra. Aug.de bono perseuerãtiæ. Ex hoc autem euidẽter ostẽditur cõtra Pelagianos,initiũ fidei esse donum dei, quãdo pro infidelibus vt habere fidem incipiãt sancta orat ecclesia. Cùm etiã in sanctis iã sit facta dei volũtas, cur vt fiat adhuc petũt, nisi vt pseuerẽt in eo quod esse cœperũt? Chry. super Mat. Communiter autẽ accipi debet quod ait: Sicut in cælo & in terra.i. sanctificetur nomẽ tuum sicut in cælo & in terra. Adueniat regnũ tuum sicut in cælo & in terra. Fiat volũtas tua sicut in cælo & in terra. Et vide quàm cautè locutus est.nõ dixit: Pater sanctifica nomẽ tuum in nobis. Adueniat regnum tuũ super nos. Fac volũtatem tuam in nobis. Nec iterum dicit: Sãctificemus nomẽ tuum. Suscipiamus regnũ tuũ. Faciamus volũtatem tuam:ne hoc aut dei tantum,aut hominis tãtum esse videatur: sed mediè dixit & impersonaliter. nam sicut homo nõ potest facere bonũ,nisi habuerit adiutoriũ dei:sic nec deus bonum operatur in homine,nisi homo voluerit.

Pelagiani notantur.

Terra fit cælũ.

Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.

Augu. Hæc ergo tria quæ in præmissis petitiõibus petuntur, hic inchoantur, & quantũcunque proficimus augẽtur in nobis. Perfectè verò quod in alia vita sperandum est,semper possidebũtur: reliquis verò quatuor quæ sequuntur petuntur tẽporalia, quæ propter æterna cõsequẽda sunt necessaria. Panis enim qui cõueniẽter petitur hic,est necessarius. Sequitur enim: Panẽ nostrum supersubstãtialẽ da nobis hodie. Hier. Quod nos supersubstãtialem exprimim⁹,in grẽco habetur epyusion, quod septuaginta interpretes peryusion frequẽtissimè transferũt. Consideramus ergo in Hebrẽo & vbicũque illi peryusiõ expressẽrũt, nos inuenimus sogolla quod Symmachus exẽritõ.i.prẽcipuũ vel egregium transtulit, licet in quodam loco peculiarem interpretatus sit. Quando ergo petimus vt peculiarem, vel prẽcipuũ nobis dominus tribuat panem,illum petimus qui dicit in euãgelio: Ego sum panis viuus qui de cælo desẽdi. Cypri. Nam panis vitæ Christus est, & panis hic oĩm nõ est,sed noster est. Hũc autem panẽ dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie accipimus,interceden te aliquo grauiori delicto à cęlesti pane prohibeamur, & à Christi corpore seperemur. Petimus ergo vt qui in Christo manemus,à sanctificatione eius & corpore nõ recedamus. Aug.de bono perseuerantiæ. Perseuerãtiam ergo à domino sancti poscũt, quãdo petũt ne à Christi corpore separẽtur, sed in ea sanctitate permaneãt vt nullũ crimẽ admittãt. Chry. Vel panem supersubstantialem posuit,hoc est quotidianũ. Ex colla. Cũ enim dicit hodie, ostẽdit eum quotidie esse sumendũ, omniq́ue tempore hęc oratio debet profundi,quia nõ est dies quo non opus sit nobis hui⁹ perceptione,cor interioris hominis cõfirmare. Aug.de ser.do.in mon. Sed cõtra hoc illi mouẽt quæstionẽ qui in orientalibus partibus nõ quotidie cœnæ domini communicãt, qui de hac re suam sentẽtiam defendẽt, vel ipsa auctorita te ecclesiastica quòd sine scãdalo ista faciũt, neque ab eis qui ecclesiis præsunt facere prohibentur. sed vt de istis nil in aliquam partem differamus, illud certè debet occurrere cogitationib⁹, regulam nos orandi à domino accepisse,quam transgredi nõ oportet. Quis er-

Ritus orientalis ecclesię.

Universidad de Deusto
Biblioteca

go audeat dicere ſemel tantũ nos orare debere oratio nem dominicã: aut ſi iterũ & tertio,vſque ad eam tan tum horã, qua corpori domini cõmunicamus? nõ em̃ poſtea dicere poterim⁹,Da nobis hodie,quod iam accepimus. Aut poterit quiſquẽ cogere vt vltima parte diei ſacramentũ illud celebrem⁹? Ex colla. Licet iſtud quod dicitur Hodie,ad præſentẽ vitam poſſit intelligi,id eſt dum in hoc ſeculo cõmoramur, præſta nobis hunc panẽ.Hiero.Poſſumus ſuperſubſtantialẽ panẽ & aliter intelligere,qui ſuper oẽs ſubſtantias ſit, & vniuerſas ſuperet creaturas.ſ.domini. Aug.de ſer.do.Vel quotidianũ panẽ accipiamus ſpirituale,pręcepta.ſ.diuina quæ quotidie oportet meditari & operari.Greg. 14.Mora.Noſtrũ autẽ hunc panẽ dicimus, & tamẽ vt detur oramus:quia dei eſt ex munere, & noſter fit per acceptionẽ.Hier.Alii ſimpliciter putant ſecundũ apoſtoli ſermonẽ dicentis: Habẽtes victũ & veſtitũ his cõtenti ſimus,de præſenti tantũ cibo ſanctos curã agere. vnde in poſterioribus pręceptũ eſt:Nolite cogitare de craſtino. Augu. ad Pro. Sic ergo hic ſufficientiã petimus à parte quę expedit.i. noſe panis totũ ſignantes. Chry. ſuper Matth. Non ſolũ autẽ oramus ideo panẽ noſtrũ da nobis hodie, vt habeamus quid mãducem⁹: quod cõmune eſt ĩter iuſtos & peccatores:ſed vt quod manducemus,de manu dei accipiamus, quod eſt tantum ſanctorũ.Nã illi deus dat panẽ qui cũ iuſtitia pręparat, diabolus autẽ ei qui præparat cũ peccato. Vel ita vt dũ à deo datur,ſanctificat⁹ accipiatur.& ideo addidit:Noſtrum.i.quẽ nos habemus paratũ, illũ da nobis vt à te ſanctificetur, ſicut ſacerdos panẽ accipiens à laico ſanctificat & porrigit ei:panis em̃ offerẽtis eſt, ſed quod ſanctificatũ eſt,beneficiũ eſt ſacerdotis. Dicit aũt:Noſtrũ propter duo.primo quia omnia quę nobis deus dat,per nos aliis dat, vt de eo quod accipim⁹ partẽ impotentibus faciamus.Qui ergo de laboribus ſuis indigentibus præſtat, non tm̃ panẽ ſuũ mãducat, ſed etiã alienũ. Deĩnde qui de iuſtitia acquiſitũ panẽ manducat, ſuũ panẽ manducat: qui autẽ cũ peccato,alienũ.Aug.de ſer.do.in mon.Fortẽ autẽ aliquis mouea tur:cur oremus pro his adipiſcẽdis quæ huic vitæ ſunt neceſſaria,ſicut eſt victus & tegumentũ,cùm dominus dicat: Nolite ſoliciti eſſe quid edatis,aut quid induamini: nõ poteſt autẽ quiſque de ea re pro qua adipiſcẽda orat non eſſe ſolicitus. Aug.ad Probã:Sed ſufficiẽtiã vitæ non indecenter vult, quiſquis vult & nõ amplius: hæc autẽ ſufficientia non appetitur propter ſeipſam,ſed propter ſalutẽ corporis & congruentẽ habitũ perſonę hominis,quo habitu non ſit inconueniens eis cũ quibus honeſtẽ viuendũ eſt. Iſta ergo cũ habentur, vt teneantur: cũ non habẽtur,vt habeãtur orandũ eſt. Chry. in ho. Conſiderandũ eſt autẽ quòd poſtq̃ dixit: Fiat volũtas tua ſicut in cælo & in terra. Et quia hominibus loquebatur in terra carne indutis, & non potentibus habere eandẽ impaſſibilitatẽ cum angelis,cõdeſcendit iã infirmitati noſtræ,quę neceſſario indiget cibo.Et ideo ꝓ pane iuſſit orationẽ facere,nõ ꝓ pecuniis neque pro laſciuia, ſed ſolũ pro pane quotidiano: & neque hoc ſufficit,ſed appoſuit:Da nobis hodie, vt non cõteramus noſipſos ſolicitudine ſuperuenientis diei.Chry.ſuper Matth.Et ſic prima facie videtur hęc verba ſonare:vt qui hoc dicunt non habeant in craſtinũ,aut poſt craſtinũ præparatum.quod ſi ita eſt,oratio iſta aut paucis poteſt cõuenire ſicut apoſtolis,qui docẽ di gratia omni tempore vagabantur,aut forſitan nulli.Doctrinã autem Chriſti ita debemus aptare,vt omnes in ea proficiant. Chry. Diuinũ ergo cibũ diſcipulus Chriſti debet petere,ne in longũ deſideriũ petitio nis extẽdat:quia contrariũ ſibi fit & repugnãs,vt quæramus in ſeculo diu manere, qui petimus regnũ cælorũ velociter aduenire.vel addit:Quotidianũ,vt tantũ quis manducet quantũ ratio naturalis exigit,nõ quantũ laſciuia carnis impellit.Si em̃ in vno cõuiuio tantũ expẽdas quantũ ſufficere tibi poteſt cẽtum diebus: iã non quotidianũ cibũ manducas, ſed multorũ dierum. Hiero.In euãgelio autẽ quod appellatur ſecũdum Hebręos,pro ſuperſubſtãtiali pane moar reperitur, quod dicitur craſtinũ,vt ſit ſenſus:Panem noſtrũ craſtinum, id eſt futurum da nobis hodie.

Euangelium Hebræorũ citatur.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Chryſo.Poſt petitionẽ cibi petitur & venia delicti,vt qui à deo paſcitur,in deo viuat,nec tantũ pręſenti vitę,ſed ęternę cõſulatur:ad quã venire poteſt ſi peccata donẽtur,quę debita dominus appellauit, ſicut alibi dicit:Dimiſi tibi omne debitũ quia rogaſti me.vnde ſequitur:Dimitte nobis debita noſtra. Quare neceſſariè & ſalubriter admonemur qui pctores ſumus, qui pro pctis rogare cõpellimur.& ne quis ſibi quaſi innocẽs placeat,& ſe extollẽdo plus pereat,ĩſtruitur ſe peccare quotidie,dũ pro pctis quotidie iubetur orare.Augu.de bo.perſeueran.Hoc aũt telo Pelagiani cõfodiuntur hæretici, qui audent dicere hominẽ iuſtum in hac vita habere nullum omnino pctm̃, & in talibus homi nibus eſſe iam in pręſenti tempore eccleſiã non habẽtem maculam aut rugã.Chry.in ho.Quoniã verò fidelibus hæc oratio conuenit, & leges eccleſię docent & orationis principiũ,quod docet deum patrem vocare. Qui ergo fidelibus iubet remiſſionem pctorum petere,demõſtrat quòd poſt baptiſmum contingit pctã dimitti cõtra Nouatianos. Chry.Qui ergo ꝓ pctis nos orare docuit,paternã miſericordiã promiſit, ſed planè addidit legem,certa conditione nos cõſtringens,vt ſic nobis debitum dimitti poſtulemus, ſecũdum quòd & & ipſi debitorib⁹ noſtris dimittim⁹.& hoc eſt quod dicit:Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Grego.10. Mora. Vt profectò bonũ quod à deo compũcti petimus,hoc primũ proximo cõuerſi faciamus.Greg. Hoc nõ de pecunia dicitur,ſed de omnibus quę in nos quiſque peccat,ac per hoc etiã de pecunia: peccat nanque in te qui pecuniã tibi debitã cũ habeat vnde redderet,nõ reddit: quod pctm̃ ſi nõ dimiſeris,nõ poteris dicere:Dimit.no.de.no.ſi.& nos di.debi.no.Chry.ſuper Mat.Cũ qua ergo ſpe orat,qui inimicitiam ſeruat aduerſus alterũ à quo forſitã lęſus eſt? Sicut enim ipſe orans mẽtitur(dicit enim remitto, & nõ remittit) ſic & à deo petit indulgẽtiã, & nõ illi ĩdulgetur.Sed multi nolẽtes dare veniã peccãtibus in ſe,fugiũt iſtã orationẽ orare ſtulti.Primo,quia qui nõ ſic oratvt docuit Chriſtus,nõ eſt Chriſti diſcipulus.Secũdo,quia nec pater libenter exaudit orationẽ quam filius nõ dictauerit.cognoſcit enim pater filii ſui ſenſus & verba, neq; ſuſcipit quæ vſurpatio humana excogitauit,ſed quę ſapiẽtia Chriſti expoſuit. Augu.in Enchiridio. Tamen quia hoc tam magnũ bonum.ſ.dimittere debita,& diligere inimicos tantæ multitudinis nõ eſt,quantã credimus exaudiri cũ in oratione dicitur:Dimitte no.debi.no.ſicut & nos dimit.debi.noſtris.Proculdubio verba ſpõſionis huius implẽtur,ſi homo nõdum ita proficit vt diligat inimicum:tamẽ quando rogatur ab hoĩe qui peccauit ĩ eũ, vt ei dimittat,dimittit ex corde,qui etiam ſibi rogãti vtique vult dimitti. Iam verò qui eũ in quẽ peccauit,ſi pctõ ſuo moueturvt roget,nõ adhuc eſt reputãdus inimicus,vt eũ diligere ſit difficile ſicut difficile erat quãdo inimicitias exercebat.

Notã cur oratorẽ ꝓpoſuerit.

Panis noſter propter duo.

Et ne nos

Et ne nos inducas in tentationem.

Chry.ſup Mat. Quia multa magnifica ſuprà mãdauit hoĩbus,vt deũ patrẽ ſuum dicãt, vt regnũ dei petãt venire:ideo nunc addit humilitatis doctrina,cũ dicit,Et ne nos indu.in tẽta.Aug.de ſer.do.in mõ.Nõnulli codices hñt,Et ne nos inferas in tenta.qđ tantũdem valere arbitror:nã ex vno grẽco verbũ vtrunq; eſt trãslatum.Multi aũt interpretãdo ita dicunt:Ne nos patiaris induci in tẽtationẽ,exponentes quõ dictũ ſit inducas:nõ em̃ per ſeipſum inducit de⁹, ſed induci patitur eum quẽ ſuo auxilio deſeruerit.Cypri. Qua ĩ parte oſtenditur cõtra nos nihil aduerſariũ poſſe niſi deus ante permiſerit,vt oĩs timor noſter & deuotio cõuertatur ad deũ.Aug.de ſer.do.in mon.Aliud eſt aũt induci in tẽtationem,aliud tẽtari.nã ſine tẽtatione probatus eſſe nemo põt,ſiue ſibiipſi,ſiue alii. Deo autẽ ante oẽs tẽtationes quiſq; notiſſimus eſt. Non ergo hic oratur vt nõ tentemur,ſedvt nõ inferamur in tẽtationẽ.tanq̃ ſi quiſpiã cui neceſſe eſt igne examinari, non orat vt igne nõ contingatur,ſed nõ exuratur. Inducimur em̃, ſi tales inciderint quas ferre nõ poſſumus.Aug.ad Probã:Cũ ergo dicimus, Ne nos indu.in tenta.nos admonemur hoc petere, ne deſerti eius adiutorio alicui tentationi vel cõſentiamus decepti, vel cedamus afflicti. Cypri.In quo admonemur infirmitatis & imbecillitatis noſtræ,ne quis ſe inſolenter extollat:vt dum procedit humilis & ſubmiſſa confeſſio,& datur totum deo, quicquid ſuppliciter petitur, ipſius pietate præſtetur. Aug.de bono perſeueran. Cũ autẽ ſancti petũt ne nos inferas in tẽtationẽ:quid aliud q̃ vt in ſanctitate perſeuerent orant? Si aũt hoc ſibi cõceſſo quidẽ eſſe de dei dono,cũ ab illo poſcitur demonſtratur:nemo ſanctorũ tenet vſque in finem perſeuerantiã ſanctitatis. neque em̃ quiſquã in propoſito chriſtiano perſeuerare deſiſtit,niſi in tentationẽ primitus inferatur.Ideo ergo petimus ne inferamur in tentationẽ, vt hoc nõ fiat: & ſi nõ fit,deus nõ permittit vt fiat. Nihil em̃ fit niſi quod aut ipſe facit,aut fieri permittit.Potens eſt ergo à malo in bonũ flectere volũtates, & lapſum conuertere ac dirigere ĩ ſibi placitũ greſſum. Cui nõ fruſtrà dicitur: Ne nos inferas in tentationẽ. nam qui in tẽtationem ſuæ malæ voluntatis nõ infertur, in nullã prorſus infertur: vnuſquiſq; enim tentatur à concupiſcẽtia ſua. Voluit ergo deus à ſe poſci ne inferamur in tentationẽ,quod poterat nobis & nõ orantibus dari:quia voluit nos admoneri,à quo beneficia accipiamus. Attendat ergo eccleſia quotidianas oratiões ſuas.Orat vt in creduli credãt:de⁹ ergo cõuertit ad fidẽ.Orat vt credẽtes pſeuerent:deus ergo dat perſeuerantiã vſq; in finẽ.

Quid ſit in tentationẽ induci.

Sed libera no à malo, Amen.

Aug. de ſer.do. Orandũ eſt non ſolũ vt nõ inducamur in malũ quo caremus, ſed ab illo etiã liberemur in qđ iam inducti ſumus. & ideo ſequitur: Sed libera nos à malo. Chry.in ho. Vel malũ hic diabolũ vocat ꝓpter excellentiã malitiæ,nõ quæ ex natura eſt, ſed quæ ex electione.Et quia ad nos implacabile bellũ habet,propter hoc dixit:Libera nos à malo.Cypri.Poſt oĩa quidẽ ſupradicta in cõſummatione orationis venit clauſula vniuerſas preces noſtras collecta breuitate concludens. Nihil em̃ remanet quod vltra adhuc debeat poſtulari, cũ ſemel protectionẽ dei aduerſus malum petamus:qua impetrata, cõtra oĩa quæ diabolus & mũdus operatur ſecuri ſumus. Quis enim de ſeculo met⁹ eſt, cuius in ſeculo deus tutor eſt?Aug.ad Probã:Et hoc vltimũ qđ in oratione dominica poſitũ eſt tã latè patet, vt homo chriſtianus in qualibet tribulatione conſtitutus,in hoc gemitus ędat, & in hoc lacrhymas fundat, hinc exordiat,in hoc terminet orationẽ. vnde ſequit: Amẽ, quo deſideriũ orantis exprimit.Hiero. Amẽ em̃ quod in fine conſtat ſcriptũ,ſignaculũ eſt dominicę oratiõis,qđ Aquila interpretatus eſt Fideliter, quod & nos Verè poſſum⁹ dicere. Cypri.Quid mirũ ſi talis oratio eſt quã deus docuit, qui magiſterio ſuo oẽm precem noſtrã ſalutari ſermone breuiauit?Hinc per Eſaiã fuerat ante prædictũ:Sermonẽ breuiatũ fecit deus ſuper terrã. Nam cũ dominus Ieſus Chriſtus omnibus venerit,vt colligeret doctos pariter & indoctos,omni ſexui atq; ætati præcepta ſalutis ędiderit, præceptorũ ſuorũ fecit grande compẽdium:vt in diſciplina cęleſti diſcẽtium memoria nõ laboraret,ſed quod eſſet ſimplici fidei neceſſariũ velociter diſceret. Augu.ad Probã: Quælibet aũt alia verba dicamus quę affectus orantis vel præcedẽdo format vt clareat, vel cõſequendo attẽdit vt creſcat:nihil aliud dicimus, q̃ quod in iſta oratiõe dominica poſitũ eſt, ſi rectè & cõgruẽter oramus. Qui em̃ dicit,Clarifica te in oĩbus gẽtibus,ſicut clarificatus es in nobis:quid aliud dicit,q̃,Sanctificetur nomẽ tuum?qui dicit, Greſſus meos dirige ſecundũ eloquiũ tuũ:quid aliud dicit,quàm,Fiat volũtas tua?Qui dicit, Oſtẽde faciẽ tuam,& ſalui erimus: quid aliud dicit,quàm, Adueniat regnũ tuũ,fiat vo.tua?Qui dicit, Paupertatẽ & diuitias ne dederis mihi: quid aliud,q̃, Panẽ no.quo.da.no.hodie?Qui dicit, Memẽto domine Dauid,& oĩs manſuetudinis eius,& ſi red.retri.mihi mala,quàm,Dimitte nobis debi.noſtra ſicut & nos dimit.debito.noſtris?Qui dicit,Aufer à me cõcupiſcẽtias vẽtris:quid aliud dicit, quàm, Ne nos inducas in tẽtationẽ? Qui dicit, Erue me ab inimicis meis deus meus:quid aliud dicit,quàm, Libera nos à malo? Et ſi per omnia prædicationũ ſanctarum verba diſcurras, nihil inuenies quod in iſta oratione dominica nõ contineatur.Quiſquis enim id dicit,quod ad euãgelicam iſtã precem pertinere nõ poſſit, carnaliter orat, quod neſcio quomodo nõ dicatur illicitè, quãdo renatos dominus nõ niſi ſpiritualiter docet orare. Qui autem dicit in oratione,Domine multiplica diuitias meas, & honores meos auge: & hoc dicit eorũ habens cõcupiſcentiã,non id attendẽs vt ex his ſecundũ deum proſit hoĩbus, puto eũ nõ inuenire in oratiõe dominica quo poſſit hæc vota aptare.quãobrẽ pudeat ſaltẽ petere,qđ nõ pudet cupere.Aut ſi & hoc pudet,& cupiditas vincit:meli⁹ hoc petet,vt etiã ab iſto cupiditatis malo liberet,cui dicimus:Libera nos à malo.Aug.de ver.do. Videtur etiã iſte numerus petitionũ ſeptenario beatitudinũ congruere.Si em̃ timor dei eſt quo beati fiunt pauperes ſpiritu, quoniã ipſorũ eſt regnum cælorum: petamus vt ſanctificetur in hominibus nomen dei,timore caſto permanente in ſecula ſeculorũ.Si pietas eſt qua beati ſunt mites:petamus vt veniat regnũ eius,vt miteſcamus nec ei reſiſtamus.Si ſcientia eſt qua beati ſunt qui lugẽt:oremus vt fiat voluntas eius ſicut in cælo & in terra.quia cũ corpus tanq̃ terra, ſpiritui tanq̃ cęlo cõſenſerit,nõ lugebimus.Si fortitudo eſt qua beati ſunt qui eſuriunt:oremus vt panis noſter quotidianus detur nobis hodie,quo ad pleniſſimã ſaturitatem venire poſſimus.Si conſiliũ eſt,quo beati ſunt miſericordes, q̃m ipſorũ miſerebitur: dimittamus debita vt nobis noſtra debita dimittantur.Si intellectus eſt quo beati ſunt mundo corde:oremus nõ induci in tẽtationẽ,ne habeamus duplex cor,tpalia & terrena ſectãdo, de quibus tẽtationes fiunt in nobis.Si ſapiẽtia eſt,qua beati ſunt pacifici,quoniã filii dei vocabũtur:oremus vt liberemur à malo,ipſa em̃ liberatio liberos nos faciet filios dei. Chry.in home.Quia verò ſolicitos nos

Mira vis oratiõis dominicæ.

Cõpendiũ oratiõis dominicæ.

Concordia donorũ & petitionum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecerat inimici memoria in hoc ꝙ dixerat, Libera nos à malo: rursus audaciã præbet per hoc, ꝙ in quibusdã libris subdit, Quoniã tuum est regnũ & virtus & gloria. quia si eius est regnũ, nullũ formidare oportet, cũ & qui præliatur contra nos, sit ei subiectus. Cũ aũt virtus eiꝰ & gloria sit infinita, non solũ à malis eruere potest, sed etiã facere gloriosum. Chry. sup Mat. Hęc etiã ad præcedentia pertinẽt: quòd eñ dicit, Tuum est regnũ, respondet ad illud quod dixerat, Adueniat regnũ tuum: ne aliquis dicat, ergo deus non habet regnũ in terra. ꝙ autẽ dicit, Et virtus, respondet ad id quod dixerat, Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra: ne aliquis dicat, quòd deus nõ potest facere quod vult. quòd verò dicit, Et gloria, respondet ad omnia quæ sequuntur, in quibus gloria dei apparet.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester cælestis delicta uestra. Si aũt non dimiseritis hoĩbus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra.

Raba. Per hoc ꝙdñs dixerat, Amen, significat indubitanter illis à dño conferri oĩa quæ ritè postulant, qui conditionis additæ seruare pactũ non negligũt. vnde subditur: Si eñ dimiseritis hoĩbus peccata eorũ &c. Aug. de ser. do. Vbi nõ est prætereundũ ꝙ ex oĩbus his sentẽtiis quibꝰ nos dñs orare præcepit, eam potissimũ cõmendandã esse iudicauit quę pertinet ad remissionẽ pctõrum, in qua nos misericordes esse voluit, quod est vnũ consiliũ miserias euadendi. Chry. sup Mat. Nõ aũt dixit, vt prius nobis deus dimittat, & postea nos debitoribus nostris. scit enim dñs homines esse mendaces. quoniã & si acceperint remissionẽ peccati sui, ipsi suis debitoribus non dimittũt: ideo dicit vt prius dimitta

Nota ordinem.

mus, pòst petamꝰ dimissionẽ. Aug. in Enchi. Quisquis aũt roganti, & peccati sui pœnitenti ex corde non dimittit: nullo modo æstimet à dño sua peccata dimitti. & ideo subdit: Si aũt nõ dimiseritis hoĩbus, nec pater vester dimit. vo. pec. ve. Cypri. Excusatio eñ tibi nulla est in die iudicii: cùm secundũ tuam sententiã iudiceris, & quod feceris hoc ipse patiaris. Hier. Si aũt hoc quod scriptũ est, Ego dixi dii estis, vos aũt sicut hoĩes moriemini: ad eos dicitur qui ꝑpter peccata hoĩes ex diis esse meruerunt: rectè ergo & hi quibus peccata dimittuntur, homines appellati sunt. Chrys. in ho. Ideo autẽ cælorũ & patris meminit, vt ex hoc prouocet auditorẽ: nihil enim ita te deo assimilat, sicut iniuriã tibi facientibus ignoscere. Incõueniens est autẽ si talis patris filius existẽs seruilis efficitur, & ad cęlũ vocatꝰ terrenũ quendã & vitæ huius propriũ habeat sensum.

Cùm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, quia receperunt mercedem suam.

Chry. Quia oratio illa iam fortis est quę fit in spiritu humili & corde contrito, qui aũt deliciis fruitur, spiritum humilẽ & cor contritũ habere non potest, manifestum est quoniã oratio sine ieiunio gracilis est & infirma: & ideo quicunq; pro aliqua necessitate voluerunt orare, ieiuniũ cum oratione iũxerunt, quia ieiuniũ ad iutoriũ est oratiõis. vnde cõsequenter dñs post doctrinã de oratiõe subiũgit doctrinã de ieiunio, dicens: Cũ aũt ieiuna. noli. fie. si. hy. tri. Sciebat eñ dñs gloriã vanam ex omni bono procedere, ideo spinã vanæ glorię quę nascitur in terra bona iubet præcidere ne suffocet ieiunii fructũ. Non aũt potest fieri vt nõ sentiatur qui ieiunat, sed melius est vt ieiuniũ te ostendat, q̃ tu ieiunium. Non autem potest fieri vt sit hilaris qui ieiunat. Ideo nõ dixit, Nolite esse tristes, sed nolite fieri tristes Qui eñ per impostura aliquas fallentes apparent: illi non sunt tristes sed fiunt. Qui aũt naturaliter propter assiduum ieiuniũ tristis est, non sit tristis, sed vere est.

Exterminare quid sit.

vnde subdit: Exterminãt eñ faci. su. vt ap. ho. ieiu. Hiero. Verbũ (exterminãt) quod in ecclesiasticis scripturis vitio interpretũ tritum est: aliud multo significat q̃ vulgo ĩtelligitur. Exterminant quippe exules qui mittunt extra terminos, pro quo ergo sermõe (demoliũt) semper accipere debemus. Demolit aũt hypocrita faciem suã vt tristitiã simulet, & animo fortè lętante luctũ gestat in vultu. Greg. 8. Mora. Nam ora pallescunt, corpus debilitate quatitur, pectus interrũpentibus suspiriis vrgetur, nihilq; tanto labore aliud nisi æstimatio humana cogitatur. Leo pa. in ser. de Epi. Non sunt aũt

Notãda doctrina

casta ieiunia quæ nõ de ratione veniũt cõtinentię, sed arte fallaciæ. Chry. super Mat. Si ergo qui ieiunat, & tristẽ se facit hypocrita est: quanto magis iniquior est qui nõ ieiunat, sed argumẽtis quibuscũq; in facie sua pingit venalem pallorẽ quasi ieiunii signũ. Aug. de ser. do. in mon. In hoc aũt capitulo maximè aduertendũ est: non in solo rerũ corporearũ nitore atq; põpa, sed etiã in ipsis sordibus lutosis esse posse iactantiã, & eo periculosiorẽ quo sub nomine seruitutis dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis atque vestitu, vel cęterarum rerũ nitore fulget, facilè cõuincitur rebus ipsis põparum seculi esse sectator, nec quenquã fallit dolosæ imagine sanctitatis. Qui aũt in professione christianitatis inusitato squalore ac sordibus intẽtos in se hominũ oculos facit cùm id voluntate faciat, nõ necessitate patiat: cæteris eius operibus põt cognosci vtrũ contẽptu superflui cultus, an ambitione aliqua faciat. Remi. Fructus autẽ ieiunii hypocritarum manifestatur, cũ infertur: Vt ap. ho. ieiu. Amen dico vobis, receperunt mercedẽ suam. s. quam desiderauerunt.

Tu autẽ cũ ieiunas, unge caput tuum, & faciẽ tuam lauа, ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscõso: & pater tuus qui uidet in abscõso, reddet tibi.

Glo. Docuit dominus quid nõ est faciẽdum, modo docet quid est faciendũ, dicẽs: Tu autẽ cũ ieiu. vn. ca. &c. Aug. de ser. do. in mon. Quæri aũt solet, quid sit quod hic dicitur. Non eñ quispiã rectè ꝑceperit, quanuis faciẽ quotidiana cõsuetudine lauemꝰ, vnctis quoq; capitibus cũ ieiunamꝰ nos esse debere, quia turpissimũ oẽs fatẽtur. Chry. super Mat. Itẽ si ideo iubet non fieri tristes, ne per tristitiã appareamus hoĩbus ieiunare. Si vnctio capitis & lauatio faciei à ieiunantibus semper reseruentur, nihilo minus erunt signa ieiunii. Hiero. Sed

Ritꝰ pro uicię Palęstinæ.

loquitur iuxta ritũ prouinciæ Palęstinæ, vbi diebus festis solẽt vngere capita. Prœcepit ergo vt qñ ieiunamꝰ, lętos & festiuos nos esse mõstremus. Chry. super Mat. Simplex ergo interpretatio huius est, qm̃ per aggregationẽ intelligenda sunt ista, sicut cætera antedicta: tanquã si dicat, Sic lõgè te facere debes ab ostẽtatione ieiunii tui, vt si posset fieri (quod tñ non decet) ea etiam facias q̃ ex diuerso luxuriæ & æpulationis videnẽ esse indicia. vnde sequit: Ne vide. ho. ie. Chry. in ho. In eleemosyna quidẽ non simpliciter hoc posuit, sed dixit eleemosynã non esse faciendã corã hoĩbus, apponẽs vt videremur ab eis. In ieiunio aũt & oratione nihil tale addidit, qm̃ eleemosynã quidẽ impossibile est oĩno latere: orationem aũt & ieiuniũ possibile est. Nõ paruus aũt fructꝰ est humanã gloriã contẽnere: per hoc eñ alius à graui hoĩm seruitute liberat, & ꝑprię virtutis opator efficit, eã amãs, non ꝑpter alios, sed ꝑpter seipsam. Sicut eñ nos contumeliã æstimamus, cũ non propter nos, sed ꝑpter alios diligimur: ita nec virtutẽ oportet ꝑpter alios sequi, nec deo ꝑpter hoĩes obedire, sed ꝑpter seipsum. Ideo sequit: Sed patri tuo qui est in abscõdito. Glo. Id est patri tuo cęlesti qui est iuisibilis, vel qui

vel qui habitat in corde per fidẽ. deo autẽ ieiunat, qui pro eius amore se macerat: & quod sibi subtrahit, alteri largit. Et pater tuus qui videt &c. Remi. Sufficit eñ tibi vt qui est inspector conscięntię, sit & remunerator. Chry. super Mat. Spũaliter aũt facies animæ conscientia intelligitur. Sicut eñ in cõspectu hoĩm gratiosa est facies pulchra, sic in oculis dei speciosa est mũda conscięntia. Has facies hypocritę, qui ꝑpter hoĩes ieiunãt, exterminant, fallere volẽtes deũ & hoĩes. nã semp vulnerata est conscięntia eius qui peccat. Si ergo abstuleris nequitiã ab aĩa tua, lauisti conscięntiam tuã, & bene ieiunas. Leo pa. in ser. de ieiu. Impleri eñ debet ieiuniũ nõ ciborũ tantũmodo parcitate, sed maximè priuatione vitiorũ. Nam cũ ob hoc castigatio ista sumaf, vt carnaliũ desideriorũ fomites subtrahãtur, nullũ magis sectandũ est cõtinẽtiæ genus, q̃ vt semp simus ab iniusta volũtate sobrii, & ab inhonesta actione ieiuni. q̃ deuotio non secernit inualidos, qa etiã in lãguido corpore

Moralis intelligẽtia.

põt animę ĩtegritas reperiri. Chry. sup Mat. Spũaliter aũt caput tuũ Christꝰ est, sitientẽ pota, esurientẽ ciba, & sic oleo mĩæ vnxisti caput tuũ. i. Christũ, qui clamat in euangelio: quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Grego. in ho. Illud eñ ieiuniũ deus approbat, qd̃ ante oculos eius manus eleemosynarũ lauat. Hoc aũt qd̃ tibi subtrahis, alteri largire: vt vnde tua caro affligitur, inde egentis ꝓximi caro repareť. Aug. de ser. do. Vel caput rectè accipimus rationẽ, qa in aĩa peminet, & cætera hoĩs mẽbra regit. Vngere ergo caput ad lætitiã pertinet. Interius ergo gaudeat de ieiunio suo, qui ieiunando se auertit à voluntate seculi, vt sit subditꝰ Christo. Glo. Ecce non oĩa in nouo testamento ad literã accipiunt. Ridiculũ eñ est in ieiunio oleo delibari, sed spiritu amoris eius, cuius passionibus debemus participare, nos macerando mens debet, inungi. Chry. sup Mat. Propriè aũt debet faciẽ quidem lauare, caput aũt non lauare, sed vngere. Quandiu enim sumus in corpore, conscięntia nostra sordida est in peccatis. Caput aũt nostrum Christus, peccatum non fecit.

Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra: ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem uobis thesauros in cælo, ubi neq; ærugo neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiũt, nec furãtur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

Chry. in ho. Postquã vanæ glorię expulit ægritudinẽ, optimè iam sermonẽ de contẽptu diuitiarum inducit. Nihil enim ita pecunias concupiscere facit, vt gloriæ cupido. propter hoc nanq; famulorũ greges, & auro opertos equos, & argenteas mensas expetũt homines, nõ vtilitatẽ aut voluptatem impleant, sed vt multis ostẽdantur. & hoc est quod dicit: Nolite the. vo. the. in ter. Aug. de ser. do. Si enim eo corde quisq; operetur aliquid, vt terrenũ commodũ adipiscatur, non erit cor mundum, quod in terra volutatur. Sordescit enim aliquis, cùm inferiori miscetur naturæ, quanuis in suo genere non sordidetur: quia etiã de puro argento sordidatur aurũ si misceatur, ita & animus noster terrenorũ cupiditate sordescit, quanuis terra in suo ordine munda sit. Chry. super Mat. Vel aliter: Quia suprà dominꝰ

Doctina de eleemosyna.

nihil de eleemosyna vel oratiõe vel ieiunio docuerat, sed simulatione eorum compescuit tãtum, nunc secundũ tria prędicta tres consequẽtias introducit doctrinę: quarum prima pertinet ad eleemosynã, quæ est hæc: Nolite thesaurizare vobis &c. vbi primo dat consiliũ vt eleemosyna fiat, vt sit ordo narrationis talis: Cũ facis eleemosynã noli tuba canere ãte te. & postea subsequitur: Nolite thesau. vo. the. in ter. vbi primo dat consilium vt eleemosyna fiat, secundo ostendit quæ sit vtilitas in eleemosyna facienda, tertio vt neq; timor inopiæ accidentis impediat voluntatem eleemosynę faciendæ. Chry. in ho. Dicens autẽ: Nolite the. vobis the. in ter. subdit: Vbi ęrugo & tinea demolitur: vt demõstret thesauri, qui est hic, nocumentũ: & eius qui est in cælo vtilitatẽ, & à loco & ab his quæ nocẽt. q. d. quid formidas ne pecuniæ consumantur, si eleemosynã dederis? Itaq; da eleemosynã, & additionẽ accipient: etenim quæ in cęlis sunt, apponẽtur. ꝙ si nõ dederis, pereunt. & non dixit aliis derelinquis, quoniã in hoc delectabile est hominibus. Raba. Tria aũt ponit secũdum tres diuersitates diuitiarũ, metalla ærugine, vestes tinea demoliunt. Sunt aũt alia quæ neq; æruginẽ, neque tineã timẽt, sicut lapides ꝑciosi: & ideo ponit generale detrimentũ. s. fures, qui oẽs diuitias rapere possunt. Chry. sup Mat. Alia litera habet, vbi tinea & comestura exterminãt. Oĩa enim bona mundi tripliciter tollit interitus. Aut eñ à semetipsis veterascunt & tineãt, sicut vestimenta: aut ipsis dñis luxuriosè viuentibꝰ comedunt: aut ab extraneis vel dolo, vel vi, vel calumniis, vel alio iniquo modo diripiunt: qui oẽs fures dicũtur, qa per iniquitatẽ festinãt aliena facere sua. Sed dices: Nunquid oẽs qui hęc hñt, perdunt ea? Interim quidẽ dicã, quia & si non oẽs perdunt, tñ multi pdunt. Verè aũt & malè seruatas diuitias & si non corporaliter, spũaliter tamen perdidisti, quia non proficiunt tibi ad vsum salutis. Raba. Allegoricè aũt ærugo significat superbiã, quæ decorẽ virtutũ obfuscat. Tinea q̃ vestes latenter rodit inuidia est, quæ bonum studiũ lacerat, & p hoc cõpactionẽ vnitatis dissipat. Fures sunt hęretici & dęmones, qui semp ad hoc sunt intẽti vt spũalibus spolient. Hila. Cęterũ laus cęlestis æterna est, nec furto surrepẽti subtrahẽda, nec tinea & rubigine inuidię exedenda, & ideo sequitur: Thesau. aũt vo. the. in cęlis, vbi neq; ærugo, neq; tinea demolitur: & vbi fures non effodiũt, neq; furantur. Aug. de ser. do. in mõ. Cælum autẽ hoc loco non corporeũ acceperim, quia omne corpus pro terra habendum est. Totum eñ mũdum debet conténere, qui sibi thesaurizat in illo cęlo, de quo dictũ est: Cęlum cęli dño. i. in firmamento spirituali. Cælũ eñ & terra trãsibunt. Nõ autẽ in eo quod transit, collocare debemus thesaurũ nostrum, sed in eo quod semper manet. Chry. super Mat. Quid ergo melius est, an super terrã reponere, vbi incertus est cõseruationis euẽtus: an in cęlo, vbi est certa custodia? Quę aũt stultitia est illic relinquere vnde exiturus es, & illuc nõ ꝑmittere quo iturꝰ es? Illic ergo substantiã tuã colloca, vbi patriam habes. Chry. in ho. Quia tamen non omnis terrenus thesaurꝰ ęrugine aut tinea destruitur, aut per fures aufertur, & ideo aliud inducit dicẽs: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ: acsi dicat, & si nihil priorũ eueniat, non paruam sustinebis iacturã inferioribꝰ affixus, & corũ seruus factus, & à cęlestibꝰ cadẽs, & nihil excelsorũ cogitare potens. Hiero. Hoc aũt non solũ de pecunia, sed de cunctis possessionibus sentiendũ est. Gulosi enim deus, venter est: lasciui thesaurus, sunt lubrica: amatoris, libido. huic seruit vnusquisq;, à quo vincit. Ibi ergo habet cor, vbi & thesaurus. Chry. super Mat. Vel aliter: Ponit nũc quæ sit vtilitas in eleemosyna facienda. Qui eñ collocat thesuros in terra, nõ habet quid ſperet in cęlo. Vt quid ergo aſpiciat in cęlũ, vbi nihil repositũ habet? Vnde dupliciter peccat: primo quia mala congregat, secundo quia cor habet in terra: & ex contrariis causis dupliciter benefacit qui thesaurizat in cælo.

Mundi bõa perdunt tripliciter.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuum lucidũ erit. Si autẽ oculus tuus

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerit nequã, totum corpus tuũ tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quãtæ erunt?
Chry. in ho. Postq̃ fecit mentionẽ de intellectu in seruitutem redacto & captiuato, quia hoc nõ multis facile cognoscibile erat, ad exteriorẽ doctrinam transponit, dicens: Lu. cor. tui &c. Si nõ nosti quid est iactura intellectus, à corporalibus hoc discẽ. Quod enim est oculus corpori, hoc est intellectus animæ. Sicut ergo oculis orbatis multũ operationis reliquorũ membrorũ amittitur lumine eis extincto, ita & mẽte corrupta multis malis vita tua impletur. Hiero. Hoc ergo totũ transfert ad sensum. quõ enim corpus totũ est in tenebris, si oculus nõ fuerit simplex: ita si anima principalẽ fulgorẽ suum pdiderit, vniuersus sensus, vel sensualis pars animæ in caligine cõmorabitur. vnde dicit: Si ergo lumẽ quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ sunt? i. si sensus, qđ lumen est animæ, vitio caligatur, ipsa putas caligo quibus tenebris obuoluetur? Chry. sup Mat. Videt autẽ quòd nõ de corporali oculo hic loquat, nec de hoc corpore qđ videt à foris, alioquin dixisset: Si oculꝰ tuus sanꝰ fuerit aut infirmꝰ, nũc aũt subdit: Simplex & nequã. si aũt benignũ oculũ habet & infirmũ, nũquid corpus eius in lumine est? Aut si malignũ & sanũ, nũquid corpus eius in tenebris est? Hiero. Sed solẽt lippientes lucernas videre numerosas, simplex aũt oculus & purus simplicia intuetur & pura. Chry. sup Mat. Vel dicitur oculus nõ à foris, sed ab intus. Lucerna emꝫ est mens per quã anima videt deũ. Qui ergo cor habet ad deũ, illius oculus lucidus est. i. illius mens mũda est, nõ terrenis cõcupiscentiis sordidata. Tenebrę autẽ in nobis, sunt sensus carnales, qui semp desiderãt quę sunt tenebrarũ. Qui ergo habet oculũ mundũ. i. mentẽ spiritualẽ, corpus suum seruat lucidũ. i. sine peccato. Etsi enim caro desiderat mala, virtute tñ diuini timoris repercutit eã. Qui aũt habet oculũ. i. mentẽ aut malignitate tenebrosam, aut concupiscẽtia turbulentã, tenebrosum possidet corpus: non enim resistit carni qñ concupiscit peruersa, quia nõ habet spẽ in cælo q̃ præstat nobis virtutẽ vt concupiscẽtiis resistamus. Hila. Vel aliter: De officio luminis oculi, lumẽ cordis expressit: qđ si simplex & lucidũ manebit, claritatẽ æterni luminis corpori tribuit, & splẽdorẽ originis suæ corruptione carnis infundet. s. in resurrectione. Si aũt obscurũ pctis & voluntate erit nequã, vitiis mẽtis natura corpis subiacebit. Augu. de ser. do.

Intellectus oculo cõparatur.

Intentionis bonę vtilitas.

Vel aliter: Oculũ hic accipere debemus intentionẽ nostrã: q̃ si munda fuerit & recta, oĩa opera nostra q̃ secundũ eã operamur, bona sunt: q̃ quidẽ oĩa totũ corpus appellauit, quia & apostolus mẽbra nostra dicit quædã opera, vbi ait: Mortificate mẽbra vestra fornicationẽ & ĩmunditiã &c. nõ ergo qđ quisq; faciat, sed quo aĩo faciat cõsiderandũ est. Hoc est emꝫ lumẽ in nobis, quia hoc nobis manifestũ est bono aĩo nos facere quod facimꝰ. Oẽ enim qđ manifestat, lumẽ est. Ipsa verò facta q̃ ad hoĩm societatẽ procedunt, incertũ nobis hñt exitũ, & ideo tenebras eas vocauit. non emꝫ noui, cũ pecuniã porrigo indigẽti, quid sit inde factur. Si ergo ipsa cordis intẽtio, q̃ tibi nota est, sordidat appetitu tẽporaliũ rerũ, magis ipsum factũ, cuius incertꝰ est exitus, sordidũ erit. quia & si bene alicui ꝓueniat quod tu nõ recta intẽtione facis, quõ tu feceris imputabit tibi, nõ quõ illi ꝓuenerit. Si aũt simplici intẽtione. i. fine charitatis opa nostra fiãt, tunc mũda sunt, & placẽt in conspectu dei. Aug. cõtra men. Sed ea q̃ constant esse pctã, nulla velut bona intẽtione faciẽda sunt. ea quippe opera hoĩm si causas habuerint bonas vel malas, nũc sunt bona, nunc mala: q̃ non sunt per seipsa pctã. sicut victũ

ꝓbere pauperibus bonũ est, si fiat mĩæ causa: malũ aũt causa iactantię. Cũ verò opa ipsa pctã sunt: vt furta, stupra, & hmõi, quis dicat causis bonis esse facienda: vel peccata non esse? quis dicat furemur diuitibus vt habeamus quid demus pauperibꝰ? Gregorius. 33. Mora. Vel aliter: Si lumẽ quod in te est. i. si hoc quod nos bene agere cœpimus, ex mala intẽtione offuscamus: ipsa quæ mala esse nõ ignoramus, etiã cùm facimus, quãtæ tenebræ erunt? Remi. Vel aliter: Fides, lucernæ assimilat. quia per eã gressus interioris hoĩs. i. actio illumina tur ne offẽdat, secundũ illud: Lucerna pedibꝰ meis verbũ tuũ. quæ si fuerit mũda & simplex, totũ corpus luci dũ erit: si verò sordida, totũ corpus erit tenebrosum. Vel aliter: Per lucernã intelligit rector ecclesię, qui bene oculꝰ dicitur, qa salutaria plebi subiectæ prouidere debet, q̃ per corpus intelligitur. Si ergo rector ecclesię errauerit, quãto magis errabit populus ei subiectus?

Fides cõparatur lucernę.

Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unũ odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ.
Chry. super Mat. Superiꝰ dixerat dñs q̃ qui habet mẽtem spiritalẽ, ille põt corpus suũ seruare sine pctõ: qui aũt non habet, non põt: cuius rationẽ subiungit, dicẽs: Nemo põt &c. Glo. Vel aliter: Quod dictũ est suprà q̃ propter intentionẽ temporaliũ, bona mala fiunt. vnde posset aliquis dicere: Ego faciã bona, & ꝓpter tẽporalia, & propter cælestia. Cõtra quod dñs ait: Nemo põt duo. do. ser. Chry. in ho. Vel aliter: In anterioribus auaritiæ cõpressit tyrannidẽ per multa & magna, sed adhuc alia apponit ampliora. Non emꝫ in hoc solũ nobis nocẽt diuitiæ q̃ latrones aduersus nos armãt, & q̃ intellectũ obtenebrãt, sed etiã à seruitute dei nos expellunt. & hoc ꝓbat à cõmunibus cõceptionibus, dicẽs: Nemo põt duo. do. ser. Duos aũt dicit, qui cõtraria iungũt. Concordia emꝫ multos vnũ facit, qđ ostẽditur per hoc qđ subdit: Aut emꝫ vnũ odio habebit. Ideo aũt duo ponit, vt mõstret facilẽ esse trãsmutationẽ ad melius. Si emꝫ dicas: Seruꝰ factus sum pecuniarũ, amãdo. s. eas, monstrat q̃ possibile est ad aliud venire. s. nõ sustinendo seruitutẽ, sed contẽnendo. Glo. Vel duo tãgere videt seruientiũ genera: quidã emꝫ seruiunt liberaliter ex amore, quidã seruiliter ex timore. Si ergo aliqs ex amore seruiat vni cõtrariorũ dominorũ, necesse est vt alterũ odio habeat. Si verò ex timore seruiat, necesse est vt dum vnũ sustinet, alterũ contẽnat. Res aũt terrena vel deus, si in corde hoĩs dñetur, ad cõtraria exvtroque trahit hõ. nam deus trahit ad superiora sibi seruiẽtẽ, res vero terrena ad inferiora. & ideo quasi concludens subdit: Nõ pote. deo ser. & mam. Hier. Mãmona sermone Syriaco diuitiæ nuncupant. Audiat ergo hoc auarus, qui censet vocabulo christiano, nõ posse simul diuitiis Christoq̃ seruire. & tñ nõ dixit: Qui habet diuitias, sed qui seruit diuitiis. Qui emꝫ diuitiarũ seruus est, diuitias custodit vt seruus: qui aũt seruitutis excussit iugũ, tribuit eas vt dñs. Glo. Per mãmonã etiã intelligit diabolus, qui præest diuitiis: non q̃ possit eas dare nisi qñ deus ꝑmittit, sed qa per eas hoĩes fallit. Augu. de ser. do. in mõ. Qui emꝫ seruit mãmonę. i. diuitiis, illi vtiq; seruit, qui rebus istis terrenis merito suę peruersitatis ꝓpositus princeps huius seculi à dño dr. Vel aliter, qui sint duo dñi ostẽdit eũ dr: Non potest deo ser. & mam. s. deo, & diabolo. Aut ergo hũc odio habe. hõ: & alte. dili. i. deũ. Aut emꝫ vnũ &c. Patitur emꝫ durũ dominũ quisquis seruit mãmonę, sua enim cupiditate implicatꝰ subditur diabolo, & non eum diligit. Sicut qui ancillæ alienę cõiunctus est ꝓpter cõcupiscentiã, durã patit seruitutẽ, & si nõ diligat eũ, cuius ancillã diligit.

Duo seruientium genera.

Dixit au

Dixit autẽ, alterum contẽnet, nõ odio habebit. nullus etiã vera conscientia deũ potest odisse. Contẽnit aũt. i. nõ timet eum, cùm quasi de eius bonitate securus est.

Ideo dico uobis, ne soliciti sitis animæ uestræ quid manducetis, neq; corpori uestro quid induamini. Nónne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm uestimentum?
Aug. de ser. do. in mon. Quia superiùs docuerat dñs q̃ quisquis vult diligere deũ & cauere ne offendat, nõ se arbitret duobus dominis posse seruire: ne, fortè q̃uis iã superflua nõ quęrant, propter ipsa tñ necessaria cor duplicet, & ad ea deflecteda torqueat intentio, subiungit dicens: Ideo dixi vo. &c. Chry in ho. Non hoc dicit q̃ aĩa cibo indigeat (incorporea est enim) sed secundum cõmunem locutus est cõsuetudinẽ: aliter enim nõ põt morari ĩ corpore, nisi eo cibato. Aug. Vel aĩam in hoc loco pro aĩali vita positã nouerimus. Hiero. In nõnullis codicibus additũ est, neque quid bibatis. Ergo qđ oĩbus natura tribuit, & iumẽtis & bestiis hoĩbusq; cõmune est, huius cura penitꝰ liberamur. Quod aũt hic dicit, de carnali cibo & vestimẽto accipiamus. Cęterũ de spũalibus cibis & vestimẽtis semp debemus esse soliciti. Aug. de hære. Dicũtur aũt Euchitæ quidã hęretici opinãtes monacho nõ licere sustẽtandæ vitę suę causa aliquid operari, atq; ita seipsos ꝓfiteri vt oĩno ab operibus vacẽt. Aug. de operibus mona. Inquiunt enim de hoc opere corporali, in quo vel agricolę vel opifices laborãt ꝓcepit apostolus, cũ dixit: Qui nõ vult operari, nõ manducet. Neq; euãgelio posset oĩno esse contrarius vbi ait dominus: Ideo dico vo. ne soli. sitis. In verbo ergo apostoli ꝓdicto spũalia opera debemus accipere, de quibus alibi dicit: Ego plãtaui, Apollo rigauit, & ita se arbitrantur apostolicæ & euãgelicæ obtẽperare sentẽtię, cũ euangeliũ credunt de nõ curãda corporali huius vitæ indigẽtia ꝓcepisse, & apostolũ de opere & cibo spũali dixisse: Qui nõ vult ope. nõ mãdu. Prius ergo demõstremus apostolũ opa corporalia seruos dei operari voluisse. Præmiserat enim dicens: Ipsi scitis quõ oporteat vos imitari; quia nõ inquieti fuimus inter vos, neq; panẽ ab aliquo gratis manducauimus: sed in labore & fatigatione die ac nocte laborantes, ne quẽ vestrũ grauaremus: non quia nõ habuimus potestatem, sed vt nosipsos formã daremus vobis, qua nos imitaremini. Nã & cũ essemus apud vos, hoc denũ ciabamus vobis, qñ si quis nõ vult operari, nõ mandu cet. Quid ad hoc dici põt, qñ exẽplo suo docuit quid ꝓceperit. s. corporaliter operãdo? Nam q̃ corporaliter operaret ostẽditur in Actibꝰ, vbi dicitur, q̃ mansit cũ Aquila & vxore eius Priscilla opus faciẽdo apud illos: erant emꝫ tabernaculorũ artifices, & tñ apostolo tanq̃ ꝓdicatori euangelii, militi Christi, plãtatori vineæ, pastori gregis constituerat dñs, vt de euangelio viueret. qui tñ stipẽdium sibi debitũ non exegit, vt se formam daret eis qui exigere indebita cupiebãt. Audiant ergo qui non hñt hanc potestatẽ, quã ille habebat, vt tantũ modo spũaliter operantes mãducent panẽ à corporali labore gratuitũ. Si autẽ euangelistæ sunt, si ministri altaris, disp̃satores sacramẽtorum, hñt hanc potestatẽ, si saltẽ habebãt aliquid in seculo, quo facile sine opificio sustẽtarent hanc vitã, quod cõuersi ad deũ indigentibus dispartiti sunt, & credẽda est eorũ infirmitas & ferenda. Nec attendendũ in quo loco hoc quod habebãt impẽderint, cùm oĩm christianorũ sit vna respub. Sed qui veniunt ad professionẽ seruitutis dei ex vita rusticana, & ex opificũ exercitio, & plebeio labore, quo minus operẽtur excusari nõ possunt. Nullo emꝫ modo decet vt in ea vita vbi senatores fiunt laborioſi, ibi fiant opifices otioſi: & quo veniunt relictis deliciis suis qui fuerunt prædiorũ domini, ibi sint rustici delicati. At cũ dominus ait: Nolite soliciti esse, nõ hoc dicit vt ista non procurẽt, quantũ necessitatis est, vnde honestè poterunt: sed vt ista intueantur, & propter ista faciant quicquid in euangelii prędicatiõe facere iubentur, eã nanq; intẽtionẽ paulo superiꝰ oculũ vocauerat. Chry. in ho. Vel põt aliter cõtinuari. Cùm emꝫ docuisset dñs pecuniã despicere: ne aliqui dicerent, qualiter poterimus viuere, si oĩa proiecerimus? subiũgit, dicẽs: Ideoq; dico vobis. Glo. Id est, cura temporali ne retrahamini ab ęternis. Hier. Præcipitur ergo nobis ne soliciti simꝰ quid comedamus, quia in sudore vultus præparamus nobis panẽ. Ergo, labor exercendus est, solicitudo tollenda. Chry. sup Mat. Nõ enim solicitudinibus spũalibus, sed laboribus corporalibus acquirẽdus est panis: qui laborãtibus pro prẽmio diligẽtię deo ꝓstante abũdat, & negligẽtibꝰ pro pœna deo faciẽte subducit. Cõfirmat aũt spẽ nostram dñs, & primo de maiori ad minus descẽdit, dicens: Nónne aĩa plus est q̃ esca, & corpus plus q̃ vestimentũ? Hiero. Qui maiora pręstitit, vtiq; & minora ꝓstabit. Chry. super Mat. Nisi enim voluisset cõseruari quod erat, non creasset. qđ autẽ sic creauit vt ꝑ escam seruet, necesse est vt det ei escã quã diu vult esse qđ fecit. Hila. Vel aliter: Quia corruptus circa futurorũ curã infidelitũ sensꝰ est calũniantiũ quæ in resurrectiõe corporũ species sit futura, quæ in substãtia ęternitatis alimonia. Ideo subsequenter dr: Nõne aĩa plus est q̃ esca? Non emꝫ patitur spem nostrã futuri in resurrectiõe cibi & potus & vestitus solicitudine demorari, ne redempti in corpus atque animã contumelia in non efficiendis leuioribus inferatur.

Error Euchitarum exploditur

Respicite uolatilia cæli quoniã non serunt neque metũt, neque congregant in horrea, & pater uester cælestis pascit illa. Nõne uos magis pluris estis illis? Quis aũt uestrũ cogitans, potest adiicere ad staturam suam cubitum unum?
Chry. sup Mat. Postq̃ confirmauit spẽ nostrã de maiori ad minus descendẽs, deinde confirmat de minori ad maius ascẽdens, cũ dicit: Resp. vola. cæ. quia non se. neq; me. Aug. de opibus mona. Quidã se dicunt propterea operari nõ debere, quia nec volucres cæli seminãt neque metunt. Cur ergo non attendũt quod sequit? Neque congregãt in horrea. Cur ergo isti manus otiosas, & plena repositoria volũt habere? cur deniq; molũt & coquunt? hæc emꝫ aues non faciũt. aut si reperiunt quibus hoc persuadeat, vt eis per singulos dies escas afferant ꝑparatas, saltẽ sibi de fontibus aquã afferũt & reponunt, qđ volatilia nõ faciũt. Sed si nec aqua sibi vasa cogunt implere, & iã illos qui tunc erant Hierosolymæ nouo gradu iustitiæ supergressi sunt, qui de misso sibi ex gratia frumento panẽ fecerunt aut facere curauerũt, quod aues non faciũt. Non possunt aũt ista seruare, vt. s. nihil in crastinũ reponant, qui se per multos dies à cõspectu hoĩm separatos, & nulli ad se prębentes accessum includunt seipsos, viuentes in magna intentiõe orationũ. An fortè quò sunt sanctiores, eò sunt vò lucribus dissimiliores? Quod ergo dicit de volatilibꝰ cęli ad hoc dicit, ne quisquã putet deũ seruorũ suorum necessaria non curare, cũ eius prouidentia vsq; ad ista gubernanda perueniat. Neq; enim non ipse pascit eos qui manibus operãtur, neque etiam quia deus dixit: Inuoca me in die tribulationis, & eruã te: non debuit fugere apostolus, sed expectare vt cõprehenderetur, & eũ deus, sicut tres pueros, de mediis ignibus liberaret. Sicut enim qui fugiẽtibus sanctis huiusmodi quæstionẽ obiiceret, respõderent non se oportuisse tẽtare deum, sed tunc talia deũ si vellet esse facturum, vt eos liberaret, sicut Danielẽ à leonibus, & Petrũ à vin-

Doctrina clausstralis.

Tarãtur superstitioſi monachi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

culis,cùm ipsi quid facerẽt non haberent. Cũ verò eis fugã in potestatẽ dedisset,etiã si liberarent per illã, nõ nisi ab ipso liberari: sic seruis dei valentibus manibus suis victũ trãsigere,si ex euangelio mouerit q̃stionẽ de volatilib⁹ cęli,q̃ nõ seminãt neq; metunt, facilè respõdebunt:Si nos ꝑ aliquam infirmitatẽ vel occupationẽ non possum⁹ operari, ille nos pascet sicut oues q̃ nihil operant.Cũ autẽ possumus,nõ debemus tẽtare deum: quia hæc q̃ possumus,eius munere possumus.Et cũ hic viuimus,illo largiẽte viuimus,qui largit⁹ est vt possim⁹: & ille nos pascit à quo aues pascunt,sicut dicit:Et pater vester cælestis pascit illa, nónne vos magis &c. Aug.de ser.do.in mon.Id est carius vos valetis,quia rationale aĩal,sicut est hõ,sublimius ordinat in rerũ natura q̃ irrationalia,sicut sunt aues. Aug.2.de ciui.dei. Plerunq; tñ carius cõparat equus q̃ seruus , & gẽma q̃ famula,non rõne considerãtis,sed necessitate indigentis,seu voluptate cupientis. Chry.sup Mat. Oĩa enim aĩalia deus ꝓpter hoiem fecit,hominẽ aũt propter se: quantò ergo ꝓciosior est hoĩs creatio , tanto maior est dei solicitudo de ipso.Si ergo aues non laborãtes inueniunt escas,hõ non inueniet,cui deus dedit & operandi scientiã & fructificandi spẽ?Hier. Sunt aũt quidam qui dũ volunt terminos patrũ excedere,& ad alta volitare,in ima mergũtur. Volatilia cæli angelos esse volunt,cæterasq; in dei ministerio fortitudines, q̃ absq; cura,dei sui alantur ꝓuidẽtia.Si hoc ita est vt intelligi volũt,quõ sequitur dictũ ad homines:Nónne vos magis pluris estis illis? Simpliciter ergo accipiũt, ꝙ si volatilia absq; cura & ærũnis , dei alũtur prouidentia , q̃ hodie sunt & cras non erũt:quanto magis homines , quibus æternitas repromittitur ? Hila. Potest aũt dici ꝙ sub noĩe volucrum, exẽplo nos immũdorum spirituũ hortatur , quibus sine aliquo negotio quærẽdi & congregandi , viuendi tñ tribuitur de æterni consilii potestate subsũtia : atq; vt ad immũdos istud spũs referatur, opportunè adiecit:Nónne vos magis pluris estis illis? De cõparationis pstantia differẽtiã nequitiæ & sanctitatis ostendẽs.Glo.Non solũ aũt exẽplo auiũ , sed experimento docet, ꝙ ad hoc quòd sumus & viuimus nostra cura non sufficit , sed diuina ꝓuidentia operatur, dicẽs:Quis autẽ vestrũ cogitãs põt adiicere ad staturã suã cubitũ vnũ? Chry.sup Mat.De⁹ ẽm est qui per singulos dies incremẽta corporis tui facit,te nõ intelligẽte . Si ergo ĩ teipso quotidie dei ꝓuidẽtia operat, quõ ĩ necessariis tuis cessabis?Si aũt vos cogitãdo modicã partẽ corpori vestro addere nõ potestis, quõ cogitãdo saluandi estis in toto?Augu.de ser.do.in mon. Vel põt referri ad consequẽtia,acsi diceret:Nõ esse cura nostra factũ,vt ad hanc staturã veniret corpus nostrũ : ex hoc intelligi põt,ꝙ si velletis adiicere vnũ cubitũ,non posse tis.Illi ergo tegẽdi corporis curã relinquite,cui⁹ cura factũ est,vt esset tãtæ staturæ. Hila.Vel aliter:Sicut fidẽ vitalis substantiæ nostræ de documento spirituũ seruauit, ita opinionẽ futuri habitus iudicio cõmunis intelligentię dereliquit. Cũ enim vniuersorũ corporũ quæ vitã hauserunt, diuersitatem in vnũ perfectum virum sit excitaturus,solus qui potẽs sit ad vniuscuiusq; ꝓceritatem cubitũ vnum & alterũ tertiũve præstare, de vestitu.i.de specie corporũ cum eius cõtumelia ambigimus,qui vt æqualẽ omnem hoĩem efficiat, tãtum mensuræ est humanis corporibus additurus. Aug.vlt. de ciui.dei.Sed si Christ⁹ in ea mẽsura corporis in quo mortuus est resurrexit,nefas est dicere cũ resurrectionis oĩm tempus venerit,accessurã corpori eius eã magnitudinẽ quam non habuit,quãdo in ea discipulis in qua not⁹ erat apparuit:vt lõgissimis fieri possit æqualis. Si aũt dixerim⁹ ad dominici corporis modũ etiam minorũ maiorumq; corpora redigẽda, peribit de multorũ corporibus plurimũ , cùm ipse nec capillum periturum esse promiserit . Restat ergo vt quisq; recipiat suam mensurã quã vel habuit in iuuentute, si senex est mortuus:vel fuerat habiturus,si est antè defunctus.Et ideo non est dictũ ab apostolo,in mensurã staturæ, sed in mensuram ætatis plenitudinis Christi : quia resurgent corpora mortuorũ in iuuenili ætate & robore,ad quam Christum peruenisse cognouimus.

Et de uestimentis quid soliciti estis? Cõsiderate lilia agri quõ crescunt:non laborãt neq; nent. Dico aũt uobis,quoniã nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis.Si enim fœnũ agri quod hodie est, & cras in clybanum mittitur,deus sic uestit:quanto magis uos modicæ fidei?

Chry.in ho.Postq̃ monstrauit ꝙ non oportet nos pro cibo esse solicitos,ad id quod leuius est ptransit . neq; ẽm ita necessariũ est indumentũ, sicut cibus.vnde dicit:Et de vesti.quid soli.estis?Non aũt hic vtitur exẽplo volucrũ vt induceret pauonẽ & cygnum,à quibus erat similia exẽpla accipere: sed vtitur exẽplo liliorũ, dicẽs:Considerate lilia agri. Vult ex duobus monstrare superabũdantiã.s.à magnificẽtia pulchritudinis, & à vilitate participantiũ tali decore.Augu.de ser.do.in mon. Ipsa aũt documenta non sic allegoricè discutienda sunt,vt q̃ramus quid significẽt aues cæli aut lilia agri:posita sunt ẽm vt de rebus minoribus maiora persuadeant.Chry.super Mat.Lilia ẽm statuto tẽpore formãtur in frõdibus,vestiunt candore,ĩplent odoribus. Et qđ terra radici nõ dederat,deus inuisibili operatione largitur.In oĩbus aũt eadem plenitudo seruatur, vt non ab euẽtu facta putent,sed dei prouidẽtia intelligãtur esse dispositа. Dicendo aũt, Non laborãt,viros cõfortat.Dicendo verò,Neq; nẽt,mulieres.Chry.in ho. Hæc aũt dicens non opus prohibuit,sed solicitudinẽ, sicut & suprà,cũ de seminatione loqueretur.Chry.Et vt magis dei prouidentia in ipsis cõmendet, quæ omnem superat humanam industriã,subdit: Dico aũt vo. qm̃ neq; Salomon &c.Hier.Reuera ẽm qđ sericũ,quæ regũ purpura,quæ pictura textricũ potest floribus cõparari? Quid ita rubet vt rosa? quid ita candet vt lilium? Violæ verò purpurã nullo superari murice, oculorũ magis q̃ sermonis indicium est. Chry.in ho. Quantũ ẽm veritatis ad mendaciũ, tantũ vestimẽtorũ & florũ differẽtia est. Si ergo Salomõ à floribꝰ superat⁹ est, qui oĩbus regibus fuit ꝑclarior:qm̃ tu vestimẽtis poteris vincere florũ decorẽ? Est aũt Salomõ superatus à florũ decore,non semel tantũ neq; bis,sed per totũ tẽpus sui regni.Et hoc est quod dicit: In oĩ gloria sua, q̃ nec in vno die ita decoratus est vt flores.Chry.super Mat. Vel hoc dicit, quia Salomõ &si nõ laborabat quid vestiret,tñ iubebat.Vbi aũt iussio, illic & ministrãtium offensa,& iubẽtis ira frequẽter inuenit.hęc aũt qm̃ nesciũt sic ornãtur.Hila. Vel lilia intelligẽda sunt angelorũ cęlestiũ claritates:qbus à deo glorię cãdor indut⁹ est.Nõ laborãt aũt neq; nent, qa virtutes angelorũ ex ea,quã adeptę sunt originis suæ sorte, vt sint semp accipiũt.& cũ in resurrectiõe similes hoĩes angelis erũt, sperare cælestis gloriæ voluit operimẽtũ, exẽplo angelicæ claritatis. Chry.sup Mat. Si aũt floribus terrenis sic occurrit de⁹ , qui nati sunt vt tãtummõ videãtur & pereant:hoĩes negliget,quos sic creauit vt nõ pro tempore videant,sed vt ppetuò sint?Et hoc est qđ dicit:Si aũt fœnũ agri qđ hodie est & cras in clybanũ mittitur de⁹ sicvestit:quãto magis vos modicę fidei?Hier.Cras aũt in scripturis futurũ tẽpus intelligit,dicente Iacob: Exaudiat me cras iustitia mea . Glo. Alii libri hũt in ignem

Moralis expositio.

ignẽ vel in aceruũ,qui habet speciẽ clybani. Chrys.in ho.Non aũt lilia iã ea vocat,sed fœnũ agri, vt corũ vtilitatẽ ostendat.Sed & aliã vtilitatẽ apponit dicẽs,quę hodie sunt: & non dixit, Cras non erũt,sed qđ est multo deficiẽtius,quia in clybanũ mittitur.Quod aũt dicit, Quãto magis vos?occultè ĩsinuatur humani generis honor.acsi diceret, Vos quibus animã dedit,corp⁹ plasmauit, ꝓphetas misit , & vnigenitũ filiũ tradidit. Dicit aũt,Modicę fidei,quia modica est fides, quę nec de minimis certa est.Hila.Vel sub fœni noĩe gẽtes nũcupantur.Si igitur gentibus idcirco tantũ indulgetur æternitas corpalis vt mox igni iudicii destinentur , q̃ ꝓphanũ est sanctos de gloria æternitatis ambigere, cũ iniquis ęternitatis opus ꝑstetur ad pœnã?Remi.Spiritualiter autẽ per volatilia,sancti viri designantur: qui ex aqua sacri baptismatis renascũtur,& deuotione terrena despiciunt,& cælestia petunt:quibus plures dicũtur esse apostoli,quia principes sunt oĩm sanctorũ.Per lilia etiã sancti viri intelligunt, qui absq; labore legaliũ cerimonialiũ sola fide deo placuerũt:de quibus dicit, Dilect⁹ meus mihi pascitur inter lilia.Sãcta etiã ecclesia per liliũ intelligitur, ꝓpter candorẽ fidei,& odorẽ bonæ cõuersationis:de qua dicitur, Sicut liliũ inter spinas.Per fœnũ designantur infideles,de quibus dicitur: Aruit fœnũ, & flos eius cecidit. Per clybanũ æterna dãnatio,vt sit sensus: Si deus iufidelibus tribuit bona tẽporalia,quanto magis tribuet nobis æterna?

Tropologica expositio.

Nolite ergo soliciti esse,dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus,aut quo operiemur?Hæc enim omnia gentes inquirunt . Scit enim pater uester quia his omnibus indigetis.Quærite ergo primũ regnum dei & iustitiam eius,& hæc omnia adiicientur uobis.

Glo.Postq̃ sigillatim de victu & de vestitu solicitudinẽ excluserat,argumẽto ab inferioribꝰ sumpto,hic cõsequenter vtrunq; excludit,dicẽs:Nolite ergo sol.esse dicẽ.quid man.aut qd bi.aut quo ope.Remi.Ideo autẽ hoc dñs repetiuit, vt ostenderet hanc rẽ esse ꝓnecessariã,vt arctius eã in cordibus nostris inculcaret. Raba. Notandũ verò ꝙ nõ ait:Nolite quærere,aut soliciti esse de cibo,aut potu,aut indumẽto,sed quid manducetis,aut quid bibatis,aut quid vestiamini.vbi mihi videtur argui qui spreto victu vel vestimẽto cõi, lautiora cibi vel austeriora his,cũ quibus vitã ducunt,alimẽta vel indumẽta requirunt.Glo. Est etiã alia solicitudo supflua ex vitio hoĩm , qm̃ fructus & pecuniã plusq̃ necesse est reseruãt, & dimissis spũalibus, illis intenti sunt,quasi de bonitate dei desperãtes. & hoc prohibetur.vñ subdit:Hæc ẽm oĩa gẽtes requirunt. Chry.sup Mat. Quia in rebus humanis fortunã credũt esse,non ꝓuidentiã,neq; iudicio dei vitas suas gubernari æstimãt,sed incerto duci euẽtu. Et ideo merito timent & desperãt,quasi qui neminẽ hñt gubernantẽ. Qui autẽ credit se dei iudicio gubernari,escã quidem suã in manu dei cõmittit.vñ sequitur, Scit ẽm pater vester quia his oĩbus indigetis.Chry.in ho.Non aũt dixit,Scit deus,sed scit pater vester,vt eos in maiorẽ spem ducat: si ẽm pater est,non poterit despicere filios,cũ nec hoĩes patres hoc sustineãt.Dicit aũt,Quoniã his oĩbus indigetis,vt magis solicitudinẽ abiiciatis, quia necessaria sunt . Qualiter ẽm est pater qui sustinet etiã necessaria filiis nõ dare? Si aũt essent superflua,nõ ita oportere cõsidere. Aug.15.de tri. Non aũt ista ex aliquo tpe cognouit deus,sed futura oĩa tẽporalia,atq; in eis etiã quid & qm̃ ab illo petitur⁹ eram⁹, sine initio ante pręsciuit.Aug.12.de ciui.dei.Quòd aũt dicunt quidã,hęc dei scięti nõ posse cõphẽdi,qa infinita sunt:restat eis dicere,ꝙ nõ oẽs numeros deus nouerit.quos infinitos esse certissimũ est.Infinitas aũt nũeri nõ est incõprehẽsibilis ei,cui⁹ intelligẽtiæ nõ est numer⁹. Quapropter si quicquid scięti cõprehẽdit,scięti cõprehẽsione finitur, ꝓfectò oĩs ĩfinitas quodã ineffabili mõ deo finita est,qa eius scięti incõprehẽsibilis nõ est. Greg.Nicenus in lib.de hoĩe.Quoniam aũt eius ꝓuidentia per hmõi signa demõstrat:pmanẽtia em̃ vniuersorũ,& maximè eorũ q̃ sunt in gñatione & corruptione : & positio & ordo eorum q̃ sunt, semp custodit secundũ eundẽ modũ, qualiter vtiq; ꝑficeretur nullo ꝓuidẽte? Sed quidã dicunt,deo curã esse existentiũ pmanẽtię in vniuersali:& hui⁹ solius ꝓuidentiã habere.Singularia verò fieri vt cõtingit. Tres aũt causas solas vtiq; quis dicet nõ fiendi ꝓuidentiã singulariũ. Aut enĩ hoc qđ est ignorare deũ,qm̃ bonum est particulariũ diligẽtiã habere,aut nõ velle,aut nõ posse.Sed ignorantia oĩno aliena est à beata substãtia.Qualiter enĩ latebit deũ qđ nec hõ sapiens ignorabit, ꝙ singularib⁹ destructis vniuersalia destruẽtur?Nihil autẽ prohibet oĩa indiuidua perire,nulla ꝓcurante potẽtia.Si autẽ non vult, ꝓpter duas fit causas:aut ꝓpter pigritiã, aut ꝓpter indecentiam.Pigritia autẽ à duobus gñatur:aut ẽm voluptate aliqua attracti pigritamur,aut ꝓpter timorem desistimus.quorũ neutrum fas est cogitare de deo.Si aũt dicant nõ decere deũ:indignum enĩ esse tantæ beatitudinis paruis condescẽdere: qualiter nõ incõueniẽs est arctificẽ quidem ꝓcurantẽ vniuersalia,nihil particulariũ neq; paruissimũ derelinquere sine ꝓcuratione,scientẽ ꝙ ad totũ ꝑficit pars : conditorẽ verò deũ artificibus enũciare indoctiorẽ?Si autẽ non põt,imbecillis est deus,& impotẽs benefacere.Si verò incõprehẽsibilis nobis est singulariũ prouidẽtiæ rõ , non ꝓpterea oportet dicere quia nõ est ꝓuidẽtia. ita ẽm dicerent, qa numerũ hoĩm ignoramus,neq; hoĩes esse. Chry.super Mat. Sic ergo qui credit se dei iudicio gubernari,escã suam in manu dei cõmittat:cogitet aũt de bono & malo,de quo nisi solicit⁹ fuerit,neq; malũ fugiet, neq; bonũ apprehẽdet.& ideo subdit:Quærite autẽ primũ regnum dei,& iustitiã eius.Regnũ dei est retributio bonorum operũ.Iustitia autẽ eius, via pietatis per quã itur ad regnũ.Si ergo cogites qualis erit gloria sanctorũ,necesse est aut ꝓpter timorẽ pœnæ recedas à malo , aut ꝓpter desideriũ glorię festines ad bonũ.Et si cogitaueris quę sit dei iustitia,quid.s.odit de⁹ & quid amat:iustitia ipsa ostendit tibi vias suas,quæ amantes se sequitur.Nõ autẽ daturi sumus rationẽ si pauperes sumus aut diuites,sed si bene vel malè egerim⁹,quod est in nostro arbitrio.Glo.Vel dicit iustitiã eius.q.d.vt per eũ,nõ per vos iusti sitis.Chry.sup Mat.Terra aũt etiam propter pctã hoĩm maledicitur,vt non germinet, secundum illud,Maledicta terra in opere tuo: benedicitur autẽ cũ bona fecerimus.Quære ergo iustitiã,& non deerit tibi panis.vnde sequit:Et hęc oĩa adiicient vobis.Aug. de ser.do.in mon.s.tẽporalia, q̃ manifestè hic ostendit nõ esse talia bona nostra , ꝓpter q̃ bñfacere debeam⁹, sed tñ necessaria esse.Regnũ verò dei & iustitia ei⁹ bonũ nostrum est:vbi finis cõstituẽdus est.Sed qa in hac vita militamus,vt ad illud regnũ puenire possimus: q̃ vita sine his necessariis agi non põt, apponẽtur inquit hęc vobis.Cũ autẽ dixit illud primũ, significauit quia hoc posterius quærendũ est nõ tpe,sed dignitate.illud tanq̃ bonum nostrum,hoc tanq̃ necessariũ est. Neque enim(verbi gratia)debemus euãgelizare vt manducemus,quia sic vilius haberemus euãgelium q̃ cibũ : sed ideo mãducare,vt euãgelizem⁹. Quærẽtib⁹ aũt primũ regnũ dei & iustitiã ei⁹.i.hoc ꝓponẽtib⁹ cæteris rebus, vt hoc ꝓpter cætera q̃ram⁹, nõ debet subesse solicitu-

Infinita sunt deo finita.

Ratiocinatio ingeniosa.

Tẽporalia quæ ter quærenda.

Mos gerẽdus humano cõ victui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

do ne neceſſaria deſint,& ideo ait: Hæc omnia adiicie
tur vobis.i. cõſequentur ſine vllo veſtro impedimẽto,
ne cũ iſta quæritis, illinc auertamini,aut duos fines cõ
ſtituatis.Chry.in ho.Et non dixit dabũtur,ſed apponẽ
tur,vt dicas quia præſentia nihil ſunt ad magnitudinẽ
futurorũ.Aug.de ſer.do.in mõ. Cũ aũt legimus in fa
me & ſiti apoſtolũ laboraſſe, nõ exiſtimemus hic do
mini promiſſa titubaſſe,quandoquidẽ iſta ſunt adiuto
ria.Medicus iſte cui nos totos cõmiſimus, nouit quan
do apponat,& quãdo detrahat,ſicut nobis iudicat ex
pedire. Si em̃ nobis aliquãdo defuerit(quod plerũque
propter noſtrã exercitationẽ deus ſinit)non debilitat
propoſitũ noſtrum,ſed examinatum confirmat.

*Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinũ:craſtinus enim dies ſo
licitus erit ſibiipſi:Sufficit enim diei malitia ſua.*

Glo.Prohibuerat ſolicitudinẽ præſentiũ rerum:modo
prohibet ſolicitudinẽ futurarũ vanam,ex vitio homi
nũ proueniẽtem, cũ dicit: Nolite ergo ſoli.eſſe in cra.
Cras futurũ notat. Hiero. Cras in ſcripturis futurum tẽpus intelligitur,
dicẽte Iacob:Exaudiet me cras iuſtitia mea, & in Sa
muelis phãtaſmate phytoniſſa loquitur ad Saulẽ:Cras
eris mecum. de præſentibus ergo cõceſſit debere eſſe
ſolicitos, qui futura prohibet cogitare. Sufficit enim
nobis pr̃eſentis tẽporis cogitatio.Futura quæ incerta
ſunt,deo relinquamus.Et hoc eſt quod dicitur:Craſti
nus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi.i.afferet ſolicitudi
nẽ ſuam ſecũ.Sufficit enim diei malitia ſua. Hic mali
tiã non cõtrariam virtuti poſuit,ſed in laborẽ & affli
ctionẽ & anguſtiã ſeculi.Chry.in ho.Nihil em̃ ita do
lorẽ infert animæ,vt ſolicitudo & cura.Cũ aũtẽ dicat
quòd craſtina dies erit ſolicita de ſe ſeipſa, volẽs mani
feſti⁹ facere quod dicitur,,pſopopœiã facit tẽporis, ſe
cũdum multorum cõſuetudinẽ loquẽs ad plebẽ imper
fectã:vt enim eos magis moueat,ipſos dies conqueren
tes ĩducit pro ſuperflua cura.Nũquid enim dies nõ ſuf
ficiẽs habet onus.i.curã ſuam?quid igitur eũ aggrauas
magis,curam quæ pertinet ad alium diem apponẽdo?
Chry.ſuper Mat.Vel aliter:Per hodie hæc ſolũ ſignifi
cãtur,quæ habem⁹ in vita pr̃ſenti neceſſaria.Quod aũt
dicit cras:quod ſuperfluũ eſt oſtẽdit.dicit ergo:Nolite
ſoliciti eſſe in craſtinũ.i. nihil curetis ſuper id habere
quod neceſſariũ eſt vobis ad vitam quotidianã.Quod
em̃ ſuperfluum fuerit,quod eſt cras,curabit ſe. Et hoc
eſt quod dicit:Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiip
ſi,ac ſi dicat:Superflua cũ congregaueris, ipſa ſe cura-
bunt: te quidẽ eis nõ fruente inuenies dominos mul
tos qui ea procurant.quid ergo curas de illis quorũ po
teſtatem es aliis dimiſſurus? Sufficit enim diei malitia
ſua,quaſi dicat: Sufficit tibi labor quẽ pateris propter
neceſſaria,noli de ſuperfluis laborare. Vel aliter: Au
guſtinus de ſer.do.in mon.Non dicitur craſtinus dies,
niſi in tẽpore vbi præterito ſuccedit futurũ. Ergo cũ
aliquid bohi operamur,non tẽporalia, ſed æterna co
gitemus: craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi.i.cũ
oportuerit ſumas cibũ & huiuſmodi.ſ.cũ neceſſitas vr
gere cœperit. Sufficit em̃ diei malitia ſua.i. ſufficit q̃
iſta ſumere vrgebit neceſſitas,quam malitiã nominat,
quia pœnalis eſt nobis: pertinet em̃ ad mortalitatem,
quam peccãdo meruimus.huic ergo pœnę temporalis
neceſſitatis noli addere aliquid grauius,vt non ſolũ eã
patiaris,ſed etiã propter hanc explendam milites deo.
Hic eſt cauendũ, ne (cũ viderimus aliquem ſeruũ dei
prouidere ne iſta neceſſaria deſint vel ſibi, vel eis quo
rum cura ſibi cõmiſſa eſt) iudicemus eum contra do
mini præcepta facere, & de craſtino eſſe ſolicitum. nã
Diſcretio verborum. & ipſe dominus(cui miniſtrabant angeli)propter exẽ
plum loculos habere dignatus eſt. Et in Actibus apo-

ſtolorũ ſcriptum eſt, ea quæ ad victum ſunt neceſſaria
procurata eſſe in futurum, propter imminẽtem famẽ.
non ergo hoc dñs increpat ſi quis humano more iſta
procuret,ſed ſi quis propter iſta non militet deo.Hila.
Hoc etiã totum ſub dicti cæleſtis ſignificãtia continẽ-
tur.Iubemur igitur nõ ambigere de futuris. Satis em̃
vitę noſtræ malitia dierum,quibus viuimus.ſ.pctã ſuf
ficiũt,vt circa hæc purgãda omnis vitæ noſtrę medita
tio,laborq; verſetur.Ceſſante aũt cura noſtra ipſa fu-
tura ſolicita ſunt, dum nobis æternæ claritatis profe-
ctus deo procurante proponitur.

CAPVT VII.

*Nolite iudicare,& non iudicabimini. Nolite condemna
re & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudica
ueritis,iudicabimini:& in qua menſura menſi fueritis,reme
tietur uobis.*

Aug.de ſer.do in mon. Quia cũ iſta temporalia procu
rantur in futurum,incertum eſt quo animo fiat cũ poſ
ſit ſimplici corde fieri & duplici, opportunè hoc loco
ſubiecit:Nolite iudicare.Vel aliter:Chry.in ho.Huc-
uſque expoſuit conſequentiam ad eleemoſynã pertinẽ
tem: nunc aũt incipit exponere cõſequentiã ad oratio
nem reſpicientem. Et eſt doctrina hæc quodammodo
pars oratiõis,vt ſit ordo narrationis talis:Dimitte no
bis debita noſtra,& ſequitur:Nolite iudicare, vt non
iudicemini.Chry.ſuper Mat.Sed ſi iudicare prohibet,
qua conſequentia Paulus Corinthium iudicat forni-
cantem,& Petrus Ananiam & Saphiram mẽdacii ar-
guit? Sed quidã hunc locum ſecundũ huiuſmodi ſen-
ſum exponunt:quia dominus hoc mandato non prohi
bet chriſtianos ex beneuolẽtia alios corripere, ſed ne
per iactantiã iuſtitię ſuæ chriſtiani chriſtianos deſpici
ant,ex ſolis plerunque ſuſpicionibus odientes cęteros
& condẽnantes, & ſub ſpecie proprium odiũ exequẽ-
tes.Chry.in ho.Vnde nõ dixit,ne quieſcere facias pec
cantẽ,ſed ne iudicaueris,hoc eſt ne amarus fias iudex:
corripe quippe non vt hoſtis expetens vindictã,ſed vt
medicus inſtituens medicinã. Chry.ſuper Mat.Sed vt
non ſic quidem corriperent chriſtiani chriſtianos con
uenit ſermo qui dicit:Nolite iudicare.Sed ſi nõ ſic eor
ripuerint,nunquid propter hoc conſequentur indulgẽ
tiam pctorum,quia dictũ eſt:Nõ iudicabimini? Quis
enim conſequitur indulgentiam mali prioris,quia nõ
addit alterum malũ? Hoc autem diximus volentes o-
ſtendere, quia hic ſermo non eſt poſitus de proximis
non iudicandis, qui peccant in deũ, ſed qui in nos pec
cant. Qui enim non iudicat proximum propter pctm̃
in ſe cõmiſſum,illũ nec deus iudicat propter pctm̃:ſed
dimittit ei debitum,ſicut & ipſe dimiſit. Chry.in ho.
Vel aliter: Non ſimpliciter vniuerſa pctã iubet non iu
dicare,ſed his qui multis malis pleni, & alios pro mi
nimis iudicãt,hanc prohibitionem facit.Sicut & Pau
lus non ſimpliciter prohibet iudicare eos qui peccãt,
ſed diſcipulos iudicantes de magiſtris redarguit, do-
cẽs vt eos qui ſupra nos ſunt, nõ iudicemus. Hila.Vel
aliter:Iudicari de ſponſionibus ſuis deũ vetat, quia vt
iudicia ex incertis rebus inter homines ſumuntur, ita
& hoc iudicium aduerſus deũ ex ambiguitate ſuſcipi-
tur:quod penitus repellit à nobis,ut conſtãs potius fi-
des retineatur. quia non ſicut in certis rebus pctm̃ fit
perperã iudicaſſe,ſed ſi in his rebus dedero iudiciũ,ini
tium fit criminis.Aug.de cõ.euan.Vel aliter:hoc loco
nihil aliud p̃cipi exiſtimo, niſi vt ea facta q̃ dubiũ eſt
quo animo fiant,in meliorẽ partẽ interpretemur.De-
us aũt quę non poſſunt bono animo fieri,ſicut ſunt ſtu
pra,blaſphemiæ,& hmõi,nobis iudicare permittit:de
factis aũt mediis quæ poſſunt bono & malo animo fie
ri,te-

Quatenus licitũ ſit iudicare

In duobus cauẽdũ iudiciũ temerarium.

ri, temerariũ eſt iudicare,maximè vt cõdẽnem⁹. Duo
aũt ſunt in quibus temerariũ iudiciũ cauere debem⁹,
cũ incertum eſt quo animo quicquã factũ ſit:vel cũ in-
certum eſt qualis quiſque futurus eſt, qui nunc vel bo
nus vel malus apparet.Nõ ergo reprehẽdamus ea quæ
nec ſcimus quo animo fiant, neq; ita reprehendamus
quę manifeſta ſunt vt deſperemus ſanitatẽ. Poteſt aũt
mouere quod ait:In quo iudicio iudicaueritis,iudica-
bimini.Nunquid ſi nos temerario iudicio iudicauerim
mus,temerè etiã de nobis deus iudicabit? aut nũquid
ſi menſura iniqua menſi fuerimus,& apud deũ eſt ini-
qua menſura,vnde nobis remetiatur?Nã menſuræ no
mine ipſum iudiciũ ſignificatũ arbitror.Sed hoc dictũ
eſt,quoniã temeritas qua punis aliũ, ipſa te puniat ne
ceſſe eſt. Iniquitas em̃ ſępè nihil nocet ei, qui patitur
iniuriã:ei verò qui facit,neceſſe eſt vt noceat.Aug.21.
de ciui.dei,Dicunt aliqui quõ verũ eſt quod ait Chri-
ſtus, vt in qua menſura menſi fueritis remetietur vo-
bis,ſi tẽporale pctm̃ ſupplicio puniatur ęterno?Nec at
tendunt non propter ęquale tẽporis ſpacium, ſed pro
pter viciſſitudinẽ mali.i.qui mala fecerit mala patiat,
eandẽ dictam menſurã fuiſſe:quanuis in ea re hoc pro-
priè poſſit accipi, de qua dominus cum hoc diceret lo
quebatur.i.de iudiciis & de condẽnationibus.Proin-
de qui iudicat & condemnat iniuſtè,ſi iudicatur & cõ
dẽnatur iuſtè,in eadẽ menſura recipit,quanuis nõ hoc
quod dedit.Iudicio enim fecit quod iniquum eſt, iudi
cio patitur quod iuſtum eſt.

Prauitas quorũdã retaliaẽ.

*Quid autem uides feſtucam in oculo fratris tui, & trabẽ
in oculo tuo non uides? Aut quomodo dices fratri tuo: Fra-
ter,ſine eiiciã feſtucã de oculo tuo, & ecce trabs eſt in ocu
lo tuo?Hypocrita,eiice primũ trabẽ de oculo tuo,& tunc ui
debis eiicere feſtucam de oculo fratris tui.*

Augu.de ſer.do. Quia de temerario & iniquo iudicio
dominus nos admonuerat (maximè aũt hi temerè iu-
dicãt,qui de incertis & facilè reprehendunt,qui magis
amant vituperare & dãnare,q̃ emendare atque corri-
gere,quod vitiũ vel ſuperbia eſt vel inuidia) conſequẽ
ter ſubiicit,& dicit: Quid autẽ vides feſtu.in ocu.fra.
tui,& tra.in ocu.tuo nõ vi.Hiero.De his loquitur qui
cũ mortali crimine detineantur obnoxii,minora pctã
fratribus non cõcedunt. vt ſi fortè ira ille peccauerit,
tu odio reprehẽdas. quantũ aũt inter feſtucam & tra-
bẽ,tantũ inter irã diſtat & odiũ.odiũ em̃ ira inueterata
eſt.Fieri aũt poteſt vt ſi iraſcaris hoĩ,velis eũ corri-
gi:nõ aũt ſi eũ oderis.Chry.in ho.Multi etiã hoc faci-
unt,qui ſi viderint monachũ ſuperfluũ veſtimentũ ha-
bentẽ,aut copioſiori cibo potitũ, amari fiunt accuſa-
tores, quotidie ipſi rapientes & crapulam patientes.
Chry.ſuper Mat.Vel aliter:Hoc quod hic dicitur,do-
ctoribus conuenit. Omne enim pctm̃ diiudicatur mo
dicum aut magnũ ſecundũ peccantis perſonã. Laici e-
nim pctm̃ modicum eſt, & feſtuca quantũ ad pctm̃ ſa-
cerdotis, quod trabi cõparatur. Hila. Vel aliter:Pctm̃
in ſpiritũ ſanctũ, eſt diuinæ virtutis poteſtatẽ negare,
& Chriſto ſubſtantiã abnuere æternitatis: per quẽ qa
in hominẽ venit deus,homo rurſus veniret in deũ.Er-
go quantũ inter feſtucã & trabẽ differentia eſt, tantũ
oſtendit pctm̃ in ſpiritũ ſanctũ cætera crimina excede
re.vt cũ infideles delicta corporis aliis exprobrant,o-
nus pctĩ quo de promiſſis dei ambigunt in ſe ante non
videant,in oculo trabe, tanq̃ in mentis acie inciden-
te.ſequitur: Aut quõ dices fratri tuo,ſine eiiciã feſtu-
cã de oculo tuo,& ecce in oculo tuo trabs eſt? Chryſ.
ſuper Matt. Id eſt cũ qua facie arguis pctm̃ fratris tui,
ipſe autẽ in eodẽ pctõ vel in maiori exiſtens? Augu.de
ſer.do.Primũ ergo cogitemus cũ,aliquẽ reprehendere
nos neceſſitas coegerit,vtrum tale ſit vitiũ quod nun-
quam habuimus. Et tunc cogitemus & nos homines
eſſe,& habere potuiſſe.vel tale quid habuimus,& iam
non habemus. & tunc tangat memoriã cõmunis fragi
litas,vt illã correctionẽ non odiũ ſed miſericordia præ
cedat.Si autẽ inuenerimus nos in eodẽ vitio eſſe, non
obiurgemus, ſed cõgemiſcam⁹,& ad pariter conandũ
inuitemus.Raro autẽ, & ex magna neceſſitate obiur-
gationes adhibendæ ſunt:in quibus non vt nobis, ſed
vt domino ſeruiatur inſtemus. Chry.ſup Mat.Vel ali
ter: Quõ dicis fratri tuo.i.quo propoſito putas ex cha
ritate vt ſalues proximũ tuũ, nõ quia teipſum ante ſal
uares? Vis ergo non alios ſanare,ſed per bonã doctrinã
malos actus celare,& ſcientię laudẽ ab hoĩbus quære-
re,nõ,ædificationẽ mercedis à deo,& es hypocrita.vn
de ſequitur:Hypocri.eiice pri.tra.de ocu.tuo. Aug.de
ſer.do. Accuſare em̃ vitia officiũ eſt bonorũ: quod cũ
mali faciũt,,alienas partes agunt,ſicut hypocritæ qui
tegunt ſub perſona quod ſunt,& oſtendunt in perſona
quod nõ ſunt.Chry.in ho.Et notandũ,quòd vbicunq;
vult mõſtrare magnum aliquod pctm̃:à cõtumelia in-
cipit,ſicut ibi:Serue nequã, oẽ debitum dimiſi tibi.&
ideo hic dicit:Hypo.eiice pri.Etem̃ quę ſuũipſius ſunt
magis aliquis nouit,q̃ quę ſunt aliorũ: & quæ maiora
ſunt magis videt,quàm quę minora:& ſeipſum magis
diligit, q̃ proximũ. Et ideo iubet eũ qui obnoxius eſt
multis pctĩs, non amarũ eſſe iudicẽ delictorũ alterius,
& maximè cũ fuerint parua. Non quidẽ ab arguendo
aut à corrigendo auertens,ſed prohibet propria conte
nere,& alienis inſilire.Oportet em̃ vt primo cũ diligẽ
tia inueſtiges quæ tua ſunt, & tunc quæ proximi ſunt
diſcuties.& ideo ſequitur: Et tunc videbis eiicere fe-
ſtucã de oculo fratris tui.Aug.de ſer.do.in mon. Aufe
rentes em̃ de oculo noſtro trabẽ inuidẽtię vel malitiæ
vel ſimulatiõis,videbimus eiicere feſtu.de ocu.fratris.

Notula generalis in euã geliis.

*Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas
ueſtras ante porcos:ne fortè conculcent eas pedibus ſuis,&
canes conuerſi dirumpant uos.*

Aug.de ſer.do.in mon. Quia poteſt aliquos per nomẽ
ſimplicitatis ad quã per ſuperiora induxerat decipere,
vt ſic putent vitioſum eſſe aliquando verũ occultare,
quõ vitioſum eſt falſum dicere,rectè ſubiungit: Noli-
te ſanctũ dare canibus,neque mittatis margaritas ve-
ſtras ante porcos.Chry.ſuper Mat.Vel aliter: Iuſſerat
ſuperius domin⁹ diligere inimicos, & benefacere his
qui peccant in nos:ne ergo cogitarent ſacerdotes etiã
quę dei ſunt eis cõmunicare, talẽ cogitationẽ cõpeſcu
it,dicens:Nolite ſanctũ dare canibus, ac ſi diceret:Mã
daui vobis diligere inimicos, & benefacere eis de ve-
ſtris corporalibus bonis,non tamen de meis ſpirituali
bus paſſim:quoniã in natura vobiſcum cõmunes ſunt
nõ in fide, & de⁹ carnalia beneficia dignis & indignis
ſimiliter præſtat,non autẽ gratias ſpirituales. Aug.de
ſer.do.in mon.Quęrendũ autẽ eſt quid ſit ſanctũ,quid
canes,quid margaritę,quid porci.Sanctũ eſt quod cor
rumpere nefas eſt: cuius ſceleris voluntas rea tenetur,
q̃uis illud incorruptibile maneat. Margaritę aũt ſunt
quæcũque ſpiritualia magni eſtimãda ſunt. Licet ita-
que vna eadẽq; res & ſanctũ & margarita dici poſſit.
Sed ſanctũ dicitur ex eo q̃ non debet corrũpi:margari
ta verò ex eo q̃ non poteſt contẽni.Chry.ſuper Matt.
Vel aliter: Sanctũ eſt ſicut baptiſmus gratia corporis
Chriſti,& huiuſmodi.Myſteria aũt veritatis margari-
tę ſunt.qa ſicut margaritę incluſę cochleis,poſitę ſunt
in profundũ maris: ſic myſteria diuina verbis incluſa,
poſita ſunt in altitudine ſenſus ſacræ ſcripturę. Chry.
in ho.Quę quidẽ his qui bonæ mẽtis ſunt, & intelle-

Diſtinctio ſpũaliũ donorũ & corporaliũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum hab℈t,reuelata honesta apparent: his aũt qui insensibiles sunt,magis videnṫ reuerenda,cũ ignorãtur. Aug.de ser.do. Canes autẽ pro impugnatoribus veritatis, porcos pro contẽptoribus positos non incõgruè accipimus. Quapropter quia canes exiliunt ad dilacerandũ,quod autẽ dilacerant, integrũ esse non sinunt, dixit:Nolite sanctũ dare canibus, quia quãtum in ipsis est si fieri posset,conanṫ perimere veritatẽ.Porci autẽ quanuis non ita vt canes morsu appetant, passim tamẽ calcando inquinant.Et ideo dicit:Neque mit.marga. ve.ante por.Raba.Vel canes sunt ad vomitũ reuersi,porci nondũ conuersi, sed in luto vitiorum versati. Chry.Vel aliter: Canis & porcus immunda animalia sunt,sed canis ex oĩ parte:quia nec ruminat,nec vngulam findit:porc⁹ aũt ex parte: nã vngulã habet fissam, sed non ruminat,propter quod canes puto intelligendos gẽtiles omnino immũdos,& propter actus,& propter fidẽ:porcos autẽ hæreticos,quia nomẽ domini in uocare videntur. Non est ergo sanctum dare canibus, quia baptismus & alia sacramẽta non sunt dãda nisi fidẽ habentibus.Itẽ mysteria veritatis.i.margaritę non sunt dandæ,nisi desiderantibus veritatẽ, & cũ ratione humana viuentibus.Si enĩ porcis eas miseris.i.cœnosæ vitæ delectatione grauatis,non intelligerent p̃cios itatẽ earũ,sed ę̃stimant eas similes cæteris fabulis mundialibus,& eas actibus suis carnalibus cõculcãt. Aug. de ser.do. Calcari enim dicitur quicquid cõtemnitur. Et ideo dicitur:Ne fortè conculcent eas pedibus suis. Glo.Dicit autẽ ne fortè,quia resipiscere possũt ab immunditia.Aug.Quod autẽ sequitur:Et cõuersi dirumpãt vos. Non ait ipsas margaritas, illas enim conculcant, & cũ conuertũtur vt adhuc aliquid audiant, dirumpũt eum,à quo missas margaritas conculcant.non eñ facilè ĩueneris qđ ei gratũ esse possit,à quo magno labore inuẽta cõtemnanṫ. Qui ergo tales docent,quo modo non dirumpãtur indignãdo & stomachãdo, nõ video. Chry. sup Mat.Vel porci non solũ carnalib⁹ actibus margaritas cõculcant, sed etiã post modicũ conuersi per inobedientiã rumpunt p̃bitores earũ.Frequẽter autẽ & scãdalizati calũniaṁ eos,quasi dogmatum nouorũ seminatores. Canes etiã conculcãtes sordidis actibus, disputationibus suis rũpunt p̃dicatorẽ veritatis. Chry.in ho.Et bene dixit cõuersi.Fingunt eñ mã suetudinẽ vt addiscãt,deinde cũ didicerint detrahunt. Chry.super Mat.Rationabiliter autẽ margaritas dari porcis prohibuit, quia si porcis minus immũdis mitti vetãtur,quanto magis canibus plus ĩmundis?De sancto aũt dando idẽ æstimare non possumus,quia frequẽter etiã benedictionẽ damus p̃ctorum more viuentib⁹ christianis:nõ quia merenṫ accipere, sed ne fortè plenius scãdalizati dispereant.Aug.de ser.do.Cauendum est ergo ne quid aperiaṫ ei qui non capit, melius enim quęrit id quod clausum est,q̃ id quod apertũ est:aut infestat per odiũ vt canis,aut negligit per contemptũ vt porcus.Non est autẽ consequens vt si vertũ occultatur, etiã falsum dicatur: quia dñs quãuis nihil mẽtitus sit, vera tamẽ aliqua occultauit,secundũ illud: Adhuc habeo vobis multa dicere, quæ nõ potestis portare modo.Sed si aliquis non capit propter sordes, mundãdus est vel verbo vel operẽ, quantum fieri potest à nobis.

Allegoria pulchra.

Doctrina Christi discretissima.

Quod aũt dominus quædã dixisse inuenitur,quæ multi qui aderant vel resistendo vel contẽnendo,non rece perunt,non putãdus est sanctũ dedisse canib⁹, aut margaritas ante porcos misisse.Dedit enim eis qui capere poterant,& simul aderant,quos propter aliorũ immũditiam negligi nõ oportebat. & quãuis tentãtes eum in ipsis quæ eis respondebat cõtabescerent,alii tamen qui poterant capere ex illorũ occasione multa vtiliter audiebãt. Qui ergo nouit quid respondeat, debet respõdere saltẽ propter illos quib⁹ desperatio suboritur, si propositã quæstionẽ solui non posse crediderint, & hoc de rebus ad instructionẽ salutis pertinentibus.De supuacuis aũt & noxiis nihil dicẽdũ est,sed hoc ipsum explicãdũ, cur inquirẽti talia nõ oporteat respõdere.

Petite & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate & aperietur uobis.Omnis enim qui petit,accipit:& qui quærit,inuenit:& pulsanti aperietur.

Hiero.Quia carnalia suprà vetuerat postulari,quid petere debeamus ostendit,dicens:Petite, & dabitur vobis.Aug.de ser.do.Vel aliter: Cũ præceptũ esset ne sanctũ daretur canibus, & ne margaritæ ante porcos mittantur: potuit auditor suæ ignorãtiæ conscius dicere, quid sanctum me dare canib⁹ vetas,cũ adhuc me habere non videã? & ideo opportunè subiecit,dicẽs:Petite & accipietis.Chry.super Matt.Vel aliter: Quoniã ad significandã orationẽ quædã dederat eis mandata, dicens:Nolite iudicare,cõpetenter adiungit,Peti.& dabi.vobis. Quasi dicat: Si hanc clementiã seruaueritis ad inimicos,quicquid clausum vobis videtur, pulsate & aperieṫ vobis.Petite ergo precibus die ac nocte orãtes:quærite studio & labore.nec enim laborãtes circa scripturas,acquirimus scientiã sine gratia dei: nec gratiã acquirimus,nisi studuerimus: ne donum dei negligentibus detur.Pulsate aũt oratione,& ieiuniis, & eleemosynis.Sicut enim qui pulsat ostiũ, non tantũ voce clamat,sed manu:sic & qui bona opera facit, pulsat operib⁹ bonis.Sed dices:Hoc ipsum peto,vt sciã & faciã: quõ ergo possum facere priusquã accipiã ? Sed qđ potes fac,vt amplius possis:& quod scis serua, vt amplius scias.Vel aliter:Cũ dixisset suprà oĩbus vt indulgerent inimicis,& postea prohibuerit ne sub obtentu dilectionis sancta canibus darent:nunc dat eis bonum cõsilium,vt petãt deum pro illis,& dabitur eis : quærãt eos qui perierant in p̃ctis,& inuenient.Pulsent eos qui in erroribus sunt cõclusi,& aperiet eos de⁹,vt habeat sermo eorum ad aĩas eorũ ingressum . Vel aliter: Quoniã maiora erãt mandata superius posita q̃ virt⁹ humana,trãsmittit eum ad deũ,cuius gratiæ nihil impossibile est,dicens:Peti.& dabi.vobis.Vt quod ex hominibus cõsummari non põt,per gratiã dei adimpleatur.Cũ enim alia aĩalia deus muniuerit veloci pedum cursu,aut velocibus pennis,aut vnguibus, aut dẽtib⁹, aut cornibus:hominem solũ sic disposuit,vt virtus illius sit ipse,vt infirmitatis sue necessitate coactus sem per necessariũ habeat dñm suum.Glo. Petimus autẽ fide,quærimus spe, pulsamus charitate.Primùm petere debes vt habeas,pòst quærere vt inuenias, inuẽta obseruare vt introeas.Remi.Vel aliter:Petimus orando, q̃rimus rectè viuẽdo,pulsamus pseuerãdo. Aug.de ser.do.in mon. Petitio autẽ pertinet ad impetrandã sanitatẽ animi,vt ea q̃ præcipiuntur implere possimus:inquisitio autẽ ad inueniendã veritatẽ. Sed quum quisq; veram viã inuenerit,pueniet ad ipsam possessionẽ,quę tantũ pulsanti aperietur.Augu.in lib.retract.Operosè quidẽ ista tria quid inter se differant,sic exponendum putaui : sed longè melius ad instantissimã petitionem oĩa referunṫ,vnde postea concludit,dicẽs:Dabit bona petentib⁹ se.Chry.in ho.Per hoc ergo q̃ addidit:Quęrite & pulsate, cum instãtia multa & robore peti iussit.Qui eñ quærit,oĩa alia proiicit à mẽte, & ad illud solũ afficitur qđ quæritur. qui autem pulsat,cum vehementia & feruida mẽte venit.Chry.super Mat. Quia verò dixerat, petite & accipietis:ne fortè peccatores audientes dicerẽt : Ad hoc dominus dignos hortatur,

nos au-

nos autem indigni sumus : ideo repetit, vt tam iustis quàm peccatoribus misericordiã dei cõmẽdet.Et ideo dicit:Oĩs qui petit,accipit.i.siue iustus sit, siue p̃ctor, tamen petere nõ dubitet:vt constet neminẽ sperni nisi qui petere dubitauit à deo.non enim credibile est vt opus pietatis,quod exhibeṫ benefaciẽdo inimicis,deus iniungat hoĩbus:ipse aũt non faciat,cũ sit bon⁹. Augu.super Ioan.Vnde p̃ctores exaudit deus. Si eñ peccatores non audiret, frustrà publicanus dixisset : Domine,propitius esto mihi p̃ctori,& ex ista confessione meruit iustificationẽ.Aug.in lib.senten.Prospe.Fideliter aũt supplicans deo pro necessitatibus huius vitę, & misericorditer audiṫ, & misericorditer nõ auditur. Quid enim infirmo sit vtile, magis nouit medicus q̃ ægrotus.Si aũt id postulat q̃ deus & præcipit,& promittit,fiet omnino quod poscit.quia accipiet charitas quod petit veritas. Augu.ad Paulinũ & Hierasiã. Bonus aũt dominus,qui non tribuit sępè quod volumus, vt quod mallemus attribuat.Aug.de verb.do.Perseuerantia etiam opus est,vt accipiam⁹ quod petimus.Augu.de ser.do.Cũ enim deus aliquãdo tardius dat, commendat dona,non negat. diu desiderata dulcius obtinentur,citò autem data vilescunt. Pete ergo & quære iusta.Petendo enim & quærendo crescit appetitus,vt capias.Seruat tibi deus quod non vult citò dare, vt tu discas magna magne desiderare, ideo oportet semper orare,& non deficere.

Aut quis est ex uobis homo,quem si petierit filius panẽ, nunquid lapidem porriget ei? Aut si pisce petierit, nũquid serpentem porriget ei? Si ergo uos cũ sitis mali nostis bona data dare filiis uestris:quanto magis pater uester qui in cælis est,dabit bona petentibus se ?

Augu.de ser. do. Sicut in superioribus egit de volatilibus cæli & de liliis agri,vt spes de minoribus ad maiora consurgeret:ita & in hoc loco cũ dicit, Aut quis est exvobis homo.Chry.super Mat. Ne fortè aliquis considerans quanta est differentia inter deũ & hominẽ,& ponderans p̃tã sua,deum desperat impetrare,nec incipiat petere,patrũ & filiorũ similitudinẽ introduxit:vt si propter p̃tã nostra desperamus,propter paternã bonitatẽ speremus. Chry.in ho. Duo aũt oportet adesse oranti: & petere vehementer , & quæ oportet petere. Hæc autẽ sunt spiritualia:etenim Salomõ, quia petiit quod petere oportebat,velociter accepit. Chry.super Mat.Quæ aũt petere oportet, sub similitudine panis & piscis ostendit . Panis enim est verbũ de notitia dei patris. Lapis est omne mendaciũ quod habet scandalũ offensionis ad animã.Remi. Piscẽ autẽ possumus intelligere verbũ de Christo , serpentẽ aũt ipsum diabolũ: vel per panẽ intelligitur doctrina spiritualis, per lapidem ignorantia,per piscẽ vnda baptismatis sacri , per serpentẽ astutia diaboli,siue infidelitas.Raba.Vel panis qui est cõmunis cib⁹,charitatẽ significat : sine qua aliæ virtutes nihil valent.Piscis significat fidẽ,quæ ex aqua baptismatis orta est:& in mediis fluctibus huius vitæ pulsatur,& tamen viuit.Lucas autem addidit tertium.s.ouum,quod est spes animalis,vnde spem significat. Contra charitatẽ ponit lapidẽ.i.odii duritiam: cõtra fidem serpentẽ.i.perfidiæ venenũ:contra spem scorpionẽ.i.desperationẽ , quæ retro pungit sicut scorpio. Remi.Est ergo sensus:Non est timendũ quòd si petamus à deo patre panẽ.i.doctrinam vel charitatẽ, quòd porrigat lapidem.i.q̃ permittat cor nostrũ constringi aut frigore odiorũ aut duritia mentis : vel quòd si petierimus fidem,ipse nos permittat perire veneno infidelitatis,vnde sequiṫ:Si ergovos cùm sitis mali.Chry. in ho . Hæc aũt dixit non detrahens humanæ naturæ, neq; malum confitens omne genus humanũ,sed ad differentiã bonitatis suæ, dilectionẽ paternam malitiam vocans,tanta est superabundantia amoris ipsius ad homines.Quia quantũ ad cõparationẽ dei,qui solus singulariter bonus est,omnes mali videntur:sicut ad comparationẽ solis omne lucidũ videtur obscurũ . Hiero. Vel suprà apostolorũ positione , omne hominũ genus damnatur , cuius ab infantia cor ad malũ appositũ est, vt in Genesi legitur. Nec mirũ hoĩes huius seculi dici malos,cũ & apostol⁹ memoret,quoniã dies mali sunt. Aug.de ser.do.Vel malos appellauit huius seculi dilectores,vnde & bona quæ dant,secundũ eorum sensum bona dicenda sunt,quia hoc pro bonis habent: quanq̃ & in rerũ natura ista bona sint.s.tẽporalia,& ad istam vitam infirmã pertinentia.Aug.de ser.do. Bonũ enim quod facit bonos,deus est.Aurũ autẽ & argentũ bonũ est:non q̃ te faciat bonũ,sed vnde facias bonũ.Mali ergo cũ simus,& bonũ patrem habeamus,non semp mali remaneamus. Aug.de ser.do. Si ergo cũ simus mali, nouimus id dare quod petimus,quanto magis sperandum est daturũ deũ nobis bona petentibus? Chry.sup Mat . Quoniam aũt non omnia petẽtibus prẽstat,sed bona tantũmodo:ideo cõueniẽter addidit bona. Glo. A deo enim non nisi bona percipimus , qualiacunque nobis videantur: omnia enim dilectis in bonũ cooperantur.Remi . Et sciendũ quòd vbi Matthæus sic dicit,Dabit bona:Lucas dicit,Dabit spiritũ bonum:sed non debent videri contrariũ, quia cũcta bona quę homo à deo accipit,per gratiã spiritus sancti dantur.

Omnia ergo quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis.Hæc est enim lex & prophetæ.

Aug.de ser.do . Firmitas quædã & valentia ambulãdi per sapientiæ viã in bonis moribus constituta est, qui bus perducuntur homines vsque ad mundationem & simplicitatẽ cordis,de qua iam diu ita loquens concludit:Omnia quæcunq; vultis.Nemo enim est qui velit quẽquam duplici corde secũ agere. Chry.super Matt. Vel aliter:Suprà propter sanctificandã orationẽ mandauit, vt non iudicent hoĩes eos qui peccant in ipsos. Et quia ab ordine narrationis suæ recedens, introduxit alia quædam : nunc ad mandatũ quod cœperat rediens ait:Oĩa quęcunque vultis.i.non solũ mando,no lite iudicare: sed & omnia quęcunque vultis vt faciãt vobis homines,& vos facite eis, & tunc impetrabiliter poteritis orare.Glo.Vel aliter: Oĩm bonorum spiritualium distributor est spiritus sanctus vt opera charitatis impleãtur.vnde subdit:Omnia ergo &c.Chry. in ho.Vel aliter:Vult dominus demonstrare,quoniam oportet homines & superi⁹ inquirere auxiliũ , & quæ à seipsis sunt simul inferre.vnde cũ dixisset:Petite,quęrite,& pulsate : docet apertè ipsos homines studiosos esse.& ideo subdit:Omnia quæcunque. Aug.de verb. do.Vel aliter: Promiserat se dñs petentibus,bona largiturũ.Vt aũt ille agnoscat mendicos suos,agnoscam⁹ & nos nostros.Excepta enim substantia facultatũ,tales sunt qui petunt,quales à quibus petunt. Quã frontẽ habes petendi ad deum tuũ,qui non agnoscis patrẽ tuum?Hinc est quod in Prouerb.dicitur:Qui obturat aurẽ suam ad clamorẽ pauperis,& ipse clamabit,& nõ exaudietur. Quid autem petenti ꝓximo debeam⁹ impendere,vt & ipsi audiamur à deo: ex hoc considerare possumus , quod ab aliis volumus nobis impendi . Et ideo dixit:Omnia ergo quæcunq; vultis &c.Chry.in ho.Non simpliciter dicit omnia,sed addidit ergo.q.d. si vultis audiri,cũ illis quæ dixi,& hæc facite. Nõ autem dixit:Quæcunque vis effici tibi à deo,hæc fac ad proximũ:vt nõ dicas,qualiter hoc est possibile?sed ait:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quęcunque volueris tibi effici à conſeruo, hæc & cir
ca proximũ oſtende. Aug. de ſer. do. Quidam latini co
dices habẽt additum, bona, quod additum puto ad ma
nifeſtationẽ ſententiæ. Occurrebat enim, quòd ſi quiſ-
quã flagitioſẽ aliquid erga ſe fieri velit: & ad hoc refe
rat iſtã ſententiã, vt hoc prior illi faciat à quo ſibi fie-
ri cupit: ridiculum eſt hũc putare iſtam impleſſe ſen-
tẽtiam, intelligendum eſt autem perfectam eſſe ſenten
tiam, etiam ſi hoc non addatur. Quod enim dictũ eſt,
Oĩa quæcunque vultis non vſitate ac paſſim, ſed pro-
priè dictũ accipi oportet. Voluntas nanq; non eſt niſi
in bonis: nã in malis cupiditas propriè dicitur, nõ vo-
luntas. nõ quia ſic ſemp loquãtur ſcripturæ, ſed vbi o-
portet, ibi omnino propriũ verbum tenẽt, vt non ali-
ud intelligaẽ. Cypri. de oratione do. Cùm aũt dei ver-
bũ dominus Ieſus Chriſtus oĩbus venerit: præceptorũ
ſuorũ fecit grande cõpendium, cũ dixit: Quæcunque
vultis vt faciãt vobis hoĩes, & vos facite eis. vnde ſub-
dit: Hęc eſt eñ lex & prophetæ. Chry. ſuper Matt. Nã
quæcunque lex & prophetæ ſparſim in oĩbus præcepe
runt ſcripturis, in hoc cõpendioſo continenẽ manda-
to, quaſi innumerabiles arborum rami in vna radice.
Grego. 10. Mora. Qui eñ cogitat vt ea alteri faciat q̃
ipſe ſibi ab altero fieri expectat, penſat nimirũ vt ma-
lis bona, & bonis meliora reddat. Chryſo. in ho. Vnde
manifeſtũ eſt etiã quoniam ex nobis quæ deceant oẽs
ſcimus, & non eſt poſſibile ad ignorantiã refugere. Au
gu. de ſer. do. Videtur autẽ hoc prẽceptũ ad dilectionẽ
ꝓximi pertinere, nõ aũt ad dei: cũ in alio loco duo eſſe
præcepta dicat, in quibus lex pendet & prophetæ. cũ
aũt hic nõ addit tota lex quod ibi addidit, ſeruauit lo
cũ alteri prẽcepto, quod eſt de dilectione dei. Augu. 8.
de trini. Vel aliter: Ideo ſcriptura tantũ dilectionẽ pro
ximi cõmemorat, cùm dicit: Oĩa quæcũq; vultis, quia
qui proximũ diligit, conſequens eſt vt & ipſam præci
puè dilectionem diligat: deus autem dilectio eſt, conſe
quens eſt ergo vt prẽcipuè diligat deum.

*Intrate per anguſtam portam, quia lata porta & ſpatio-
ſa uia eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrãt
per eam. Quàm anguſta porta, & arcta uia eſt quæ ducit ad
uitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam.*

Aug. de ſer. do. in mon. Admonuerat ſuperiꝰ dominus
ad habendũ cor ſimplex & mundũ, in quo quẽritur de
us: ſed quia hoc paucorũ eſt, iã incipit de inueſtiganda
ſapientia loqui: cui inueſtigandæ & contẽplandæ talis
oculus per oĩa ſuperiora perductus eſt, quo videri iam
poſſit arcta via & anguſta porta. vnde ſubdit: Intrate p
anguſtã portã. Glo. Vel aliter: Etſi difficile ſit vt aliis
facias quod tibi vis fieri, tñ ſic faciendum eſt vt intre-
mus per anguſtam portã. Chry. ſuper Mat. Vel aliter:
Tertia hæc cõuenientia ad iuſtitiam ieiunii pertinet,
vt ſit ordo narrationis talis: Tu autẽ cùm ieiunas vn-
ge caput tuũ, & poſtea ſequatur: Intrate per anguſtam
portã. Præcipuę enim tres ſunt naturales paſſiones &
intimæ carnis: primo eſca & potus, deinde amor viri
ad mulierẽ, tertio loco ſomnus: & ideo grauius eſt eas
à natura carnali præcidere, q̃ cæteras paſſiões. Et ideo
nullius paſſionis abſtinentia ſic ſanctificat corpus, ſicut
quòd homo ſit caſtus, ieiunꝰ, & in vigiliis perſeuerãs:
ergo ꝓpter oẽs has iuſtitias, & præcipuè propter labo
rioſiſſimum ieiuniũ, cũ dicit: Intrate per anguſtã por-
tam. Porta perditionis eſt diabolus, per quẽ introitur
in gehennã. Porta vitæ Chriſtus, per quem introitur
in regna cæleſtia. Lata aũt porta dicitur eſſe diabolus,
non magnitudine poteſtatis extenſus, ſed effrenatę ſu
perbiæ licẽtia dilatatus. Porta aũt anguſta dicit Chri-
ſtus, non paruitate poteſtatis exiguus, ſed humilitatis
ratione collectus. quia quẽ totus non capit mũdus, ſe-
ipſum intra anguſtias vteri virginalis incluſit. Via aũt
perditionis eſt omnis iniquitas. Dicitur aũt ſpatioſa,
quia non eſt intra regulã diſciplinæ incluſa, & ambu-
lantes in ea quicquid eos delectauerit, hoc ſequuntur.
Via aũt vitæ dicitur eſſe oĩs iuſtitia, & propter contra
rias cauſas eſſe arcta. Conſiderandũ aũt quia niſi quis
ambulauerit per viã, non põt peruenire ad portã. Qui
enim nõ ambulat per viam iuſtitiæ, impoſſibile eſt vt
verè Chriſtũ cognoſcat. Similiter nec incurrit in ma-
nus diaboli, niſi qui in via ambulat peccatorũ. Grego.
ſuper Ezechielẽ. Quanuis aũt charitas ſit lata, tamen
per anguſta & ardua hoĩes ducit à terra. Satis anguſtũ
eſt, omnia prętermittere, vnum ſolũ diligere, proſpera
nõ ambire, aduerſa non timere. Chry. in ho. Sed cùm
poſtea dicat, Iugũ meum ſuaue eſt, & onus meũ leue:
qualiter hic anguſtã eſſe viã ait & arctã? ſed & hic mõ-
ſtrat eam leuẽ eſſe & ſuauẽ, quoniã via eſt & porta eſt,
ſicut & altera quæ lata & ſpatioſa dicitur, ipſa via &
porta eſt. horũ autem nihil mãſurũ eſt, ſed omnia per-
tranſeunt. Tranſire aũt labores & ſudores, & in bonũ
finẽ deuenire. ſ. vitã, ſufficiẽs eſt mitigare eos qui ago-
nes patiũtur. Si enim tẽpeſtates nautis & vulnera mi-
litibus leuia ſunt propter ſpem præmiorũ pereuntiũ,
multo magis cùm cælũ præiacẽs fuerit & immortalia
prędia, nullũ aliquis ſentiet imminentiũ periculorũ.
Sed & hoc. i. anguſtã vocare, maximè ad faciendũ eam
leuẽ conferebat. Vigilare eñ eos prẽparabat: hoc eñ
dominus dicit erigẽs noſtrum deſideriũ. Qui eñ in a-
gone certat, cũ viderit principẽ admirantẽ labores a-
gonũ, animoſior fit. Ne igitur mœſti ſimus cùm multa
nobis hic contigerit triſtitia, quia arcta eſt via, ſed nõ
ciuitas. Ideo neq; hic quietẽ oportet expectare, neque
ibi triſte aliquid præſtolari. Dicens aũt: quoniã pauci
ſunt qui inueniunt eã, rurſus hic multorum deſidiam
ſignificauit, & audiẽtes erudiuit non multorũ proſpe-
ritatibus attẽdere, ſed paucorũ laboribus. Hier. Signi
ficanter igitur de vtraq; via locutus dicit, quòd per la
tã multi ambulãt, anguſtã pauci inueniunt. latã enim
non quęrimus, nec inuentione opus eſt, quia ſponte ſe
offert, & errantiũ via eſt: anguſtã verò nec omnes in-
ueniunt, nec qui inuenerint ſtatim ingrediunt per eã.
Siquidẽ multi, inuenta veritatis via, capti voluptati-
bus ſeculi, de medio itinere reuertuntur.

*Attendite à falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſti-
mentis ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructi-
bus eorum cognoſcetis eos. Nũquid colligũt de ſpinis uuas,
aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos fa
cit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non poteſt autem
arbor mala bonos fructus facere: neque arbor bona malos
fructus facere. Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonũ ex-
cidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum co
gnoſcetis eos.*

Chry. ſuper Mat. Suprà mãdauerat apoſtolis dominꝰ,
ne eleemoſynas, orationes & ieiunia corã hominibus
ſicut hypocritæ faciant. & ideo ad cognoſcendũ quia
hæc omnia in hypocriſi fieri poſſunt loquitur, dicens:
Attendite à falſis prophetis. Aug. de ſer. do. Vel aliter:
Cùm dixiſſet dominus paucos eſſe qui inueniũt angu
ſtam portam & arctã viã, ne hæretici qui plerunque ſe
ſub nomine paucitatis cõmendãt, ſe nobis ſupponant,
ſtatim ſubiicit dicens: attẽdite à falſis ꝓphetis. Chry.
in ho. Vel aliter: Quia dictum eſt ꝙ anguſta eſt porta,
ſed & multi ſunt qui puertunt eã quæ illuc fert viam,
ideoq; induxit: Atten. à fal. prophe. In quo vt maiorẽ
ſolicitudinẽ habeãt meminit eorũ quæ in patribus eo
rum fa-

rũ facta ſunt, falſos prophetas vocans: etenim tũc talia
contigerunt. Chry. ſuper Mat. Quod aũt ſcriptum eſt
ĩfrà: Quia lex & prophetæ vſq; ad Ioannẽ: dicitur, ꝙa
prophetia de Chriſto non erat futura poſt eũ. Prophe
tæ aũt & fuerũt & ſunt, ſed non qui prophetarent de
Chriſto: ſed qui interꝑtarẽtur ea quę de Chriſto ab an
tiquis fuerant prophetata. i. doctores eccleſiarũ. nec e-
nim poteſt quis propheticos interꝑtari ſenſus, niſi per
ſpiritũ prophetiæ. Sciens ergo dñs futuros eſſe falſos
doctores hæreſum diuerſarũ, admonet, dicens: Attẽdi-
te à falſis prophetis. Quia eñ non erãt futuri manife
ſti gentiles, ſed abſcõditi ſub noĩe chriſtiano, non di-
xit: Aſpicite, ſed attendite. vbi enim res certa eſt, aſpi-
citur. i. ſimpliciter videtur: vbi aũt incerta, attẽditur,
id eſt cautè conſideraẽ. Item dicit: Attendite, quia fir-
ma tutela ſalutis, eſt ſcire quẽ fugias. Nõ aũt ſic admo-
net: Attendite, quaſi inuito deo diabolus hæreſes in-
troducat, ſed eo permittẽte. quia enim nõ ſine iudicio
vult ſeruos ſuos habere, ideo miſit tentationẽ: quia ve
rò non vult eos per ignorãtiã perire, ideo ꝓmonet. Ne
aũt aliquis hæreticus doctor dicat: quia non dixit vos
falſos ꝓphetas, ſed Gentiliũ & Iudęorũ doctores, ideo
addidit dicens: Qui ve. ad vos in veſti. ouiũ. Oues eñ
chriſtiani dicunt, veſtimentũ aũt ouile, eſt ſpecies chri
ſtianitatis, & ſimulatæ religionis: nulla autẽ res ſic ex-
terminat bonũ ſicut ſimulatio. Nã malũ ſub ſpecie bo
ni celatũ, dũ non cognoſcit, non cauetur. Et ne adhuc
dicat hęreticus: quia de veris doctoribus loquitur, qui
tamẽ peccatores ſunt, ideo addit: Intrinſecus aũt ſunt
lupi rapaces. Catholici aũt doctores & ſi fuerint pecca
tores, ſerui quidẽ carnis dicuntur, non tamẽ lupi rapa
ces: quia nõ habent propoſitũ perdere chriſtianos. Ma
nifeſtè ergo de hæreticis doctoribus dicit, quia eo pro
poſito ſpeciẽ chriſtianorũ ſuſcipiunt, vt chriſtianos ini
quo ſeditionis morſu dilaniẽt. de quibus dixit apoſto-
lus: Scio quia poſt diſceſſum meũ intrabunt in vos lu-
pi graues, non parcentes gregi. Chry. in ho. Sed tamen
videtur falſos prophetas hic non hæreticos inſinuare,
ſed eos quidẽ, qui vitæ ſunt corruptæ, ſed facie quidẽ
virtutis inducunt. vnde dixit: A fructibus eorũ cogno
ſcetis eos. Apud hæreticos enim eſt multoties & vitã
inuenire, apud hos autẽ quos dixi nequaquã. Augu. de
ſer. do. Vnde rectiſſimè quæritur, quos fructus nos at-
tendere voluerit: multi enim quædã in fructibus depu
tant, quę ad veſtitum ouiũ pertinent, & hoc modo de
lupis decipiũtur: ſecuti enim ſunt vel ieiunia, vel elee-
moſynas, vel orationes, quę prętendunt hominibꝰ, pla
cere cupiẽtes eis, quibus iſta difficilia videntur. Hi er-
go nõ ſunt fructꝰ, de quibus cognoſci iſtos monet. Iſta
enim quæ cũ bono animo fiunt, ſunt propriè ouibꝰ ve
ſtes: cũ aũt malo in errore, non aliud q̃ lupos tegũt. ſed
non ideo debent oues odiſſe veſtimentũ ſuum, ꝙ pleru-
nq; illo ſe occultãt lupi. Qui ſint ergo fructus qui-
bus cognoſcamus arborẽ malam, dicit apoſtolus: Ma-
nifeſta ſunt opa carnis, quæ ſunt fornicatio, immundi
tiæ. Qui verò ſint fructus quibus cognoſcamus arbo-
rẽ bonam, idẽ apoſtolus oſtendit, dicens: Fructus autẽ
ſpiritus ſunt, charitas, gaudiũ, pax. Chry. ſup Mat. Fru
ctus etiã eius ouis, eſt cõfeſſio eius fidei. qui eñ ſecun-
dũ deum vocẽ humilitatis, & veræ confeſſionis emit-
tit, ouis eſt: qui aũt contra veritatẽ blaſphemiis vlu-
lat contra deũ, lupus eſt. Hiero. Et ſic ergo põt de oui-
bus intelligi, quod hic de falſis prophetis dicit: qui a-
liud habitu ac ſermone promittũt, aliud opere demõ-
ſtrant. ſpecialiter de hæreticis intelligendũ videt, qui
videnẽ continentia ac ieiunio quaſi quadã pietatis ve
ſte ſe circundare: intrinſecus aũt habentes animũ ve-
nenatũ, ſimpliciorum fratrũ corda decipiunt. Aug. de
ſer. do. in mon. Sed ex operibus coniici põt, vtrũ exte-
riorẽ cultũ ambitiõe aliqua faciãt. Cũ enim cœperint
aliquibus tẽtationibus ea ipſa vel ſubtrahi, vel negari,
q̃ iſto velamine vel cõſecuti ſunt, vel cõſequi cupierũt:
tũc neceſſe eſt vt appareat vtrũ lupus in ouina pelle ſit,
an ouis in ſua. Grego. 31. Mora. Hypocrita etiã ſanctæ
eccleſiæ pace ꝓmitur, idcirco ante oculos noſtros reli-
gione veſtiẽ. Si qua verò fidei tentatio erũpat, ſtatim
lupi mens rabida, habitu ſe ouinę pellis expoliat, quã-
tumq; contra bonos ſæuiat, perſequens demonſtrat.
Chry. in ho. Facilè etiã hypocritæ capiunt: via eñ quã
iuſſi ſunt ambulare laborioſa eſt, hypocrita aũt labora
re non vtiq; eliget. Deinde vt non dicas, qm̃ impoſſi-
bile eſt cognoſcere tales: rurſum rationem ab humano
exẽplo ponit, dicẽs: Nunquid colligent de ſpinis vuas,
aut de tribulis ficus? Chry. ſuper Matt. Vua in ſe my-
ſteriũ Chriſti habet. ſicut enim botrus multa in ſe gra
na ligno mediante ſuſpẽdit, ſic & Chriſtus multos ſi-
bi fideles per lignũ crucis tenet adiunctos. Ficus autẽ
eſt eccleſia, q̃ multos fideles tenet dulci quodã charita
tis amplexu, ſicut ficus multa grana vno tegmine te-
net incluſa. Sunt ergo ficus ſigna hæc: charitatis quidẽ
in dulcedine, vnitatis aũt in coniunctione granorũ. In
vua aũt patientiæ quidẽ ſignũ eſt, quia in torcular mit
titur: gaudii aũt, quia vinũ lętificat cor hoĩs: ſynceri-
tatis, quia non eſt aqua permixtũ: ſuauitatis aũt, in dele-
ctatione. Spinæ autẽ & tribuli ſunt hęretici. ſicut ergo
ſpina vel tribulus ex quacunq; parte habet aculeos: ſic
& ſeruos diaboli ex quacunq; parte cõſideraũerimus,
iniquitatis pleni ſunt. Nõ poſſunt ergo huiuſmodi ſpi
nę & tribuli eccleſiaſticos fructus ꝓferre. Quod autẽ
particulariter ſub ſimilitudine ficus & vitis, ſpinæ &
tribuli dixerat, oſtẽdit cõſequenter vniuerſaliter eſſe
verum, cũ dicit: Sic omnis arbor bona fructus bonos
facit, mala aũt arbor fructus malos facit. Augu. de ſer.
do. In hoc aũt loco illorũ error cauẽdus eſt, qui de dua
bus arboribus duas naturas opinãt eſſe: quarũ vna ſit
dei, altera verò non. Non aũt eos adiuuare duas iſtas
arbores dicendũ eſt, quia de hominibꝰ eum dicere pla
nũ eſt, ſi quis præcedentia & ſequentia legerit. Augu.
12. de ciui. dei. Nominibus autẽ prædictis ipſę naturæ
diſplicent, non eas cõſiderantibus ſecundũ vtilitatem
ſuam. non autẽ ex cõmodo vel incommodo oratio, ſed
per ſeipſam conſiderata natura dat artifici ſuo gloriã.
Naturæ igitur oẽs quoniam ſunt, & ideo habẽt modũ
ſuum, ſpeciem ſuã, & quãdam ſecum pacẽ ſuam, profe
ctò bonæ ſunt. Chry. in ho. Vt aũt nullus dicat quoniã
mala arbor fert quidem fructus malos, fert aũt & bo-
nos, & ſic difficilis ſit cognitio duplici probatione exi
ſtente, ideo ſubiungit: Non põt arbor bona fructꝰ ma
los facere, neq; arbor mala fructus bonos facere. Aug.
de ſer. do. Ex hoc verbo putãt Manichæi, neq; animã
malam fieri poſſe vt in meliꝰ commutẽt, neq; bonam
in deterius: quaſi dictũ ſit, Non põt arbor bona mala
fieri, neq; mala bona fieri. ſed ita dictũ eſt, Non poteſt
arbor bona fructus malos facere, nec ecõuerſo. Arbor
quippe eſt ipſa anima. i. ipſe homo, fructus verò opera
hominis. Non ergo poteſt malus homo bona operari,
neq; bonus mala. Ergo ſi vult malus bona operari, pri
us bonus fiat. Quandiu aũt quiſq; malus eſt, non põt
facere fructus bonos. Sicut eñ poteſt fieri vt quod fu-
it nix, non ſit, non aũt vt nix ſit calida: ſic poteſt fieri
vt qui malus fuit, non ſit malus: non tamẽ fieri poteſt
vt malus bene faciat. quia & ſi aliquando vtilis eſt, nõ
hoc ipſe facit, ſed ſit de illo diuina prouidentia procu-
rante. Raba. Homo autẽ ipſe arbor bona vel mala di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur propter voluntatem bonã vel malam. Fructus autẽ sunt opera q̃ nec bona malę voluntatis esse possunt, nec mala bonę voluntatis. Aug. contra Iulia. Sicut aũt manifestum est ex volũtate mala, tanq̃ ex arbore mala, fructus eius fieri oĩa opera mala: sic ipsam volũtatẽ malã vnde dices esse exortã, nisi quia volũtas mala angeli ex angelo, ex homine hominis orta est? Quid aũt erant hæc duo, anteq̃ in eis ista mala orirentur, nisi bonum opus dei, & bona atq; laudanda natura? Ecce ergo ex bono oritur malũ, nec fuit omnino vnde oriri possit, nisi ex bono, ipsam dico voluntatẽ malam: quoniam nullum malũ præcessit, non opera mala quæ nõ sunt nisi ex voluntate mala, tanq̃ ex arbore mala: nec ideo tanquã ex bono potuit oriri vuluntas mala, quia bonum factũ est à bono deo: sed quia de nihilo factum est, non de deo. Hiero. Queramus aũt ab hęreticis, qui duas in se contrarias dicũt esse naturas, si iuxta intelligentiam eorũ arbor bona malos fructus facere nõ potest, quõ Moyses arbor bona peccauerit ad aquã contradictionis? Petrus quoq; in passione dñm negauerit, dicẽs: Nescio hominẽ? Aut qua cõsequẽtia socer Moysi arbor mala qui in deũ Israel non credebat, dedit cõsilium bonũ? Chry. in ho. Quia verò punire non iusserat falsos prophetas, ideo terret eos secundũ pœnã quę est à deo, dicens: Omnis arbor q̃ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur. quibus verbis & Iudæos insinuare videtur: ideoq; verborũ Ioannis Baptistæ meminit, per eadẽ verba pœnã eis subscribens. Etenim & ille hoc dixit ad Iudęos, securim, & arborẽ incisam, & ignẽ inextinguibilẽ cõmemorans. Si quis aũt diligẽter inuestigabit duę pœnę sunt, & excidi & cõburi: qui enim cõburitur, & à regno exciditur omnino, quę pœna difficilior est. Multi autẽ gehẽnam solum abhorrẽt, ego aũt casum illius glorię multo amariorem pœnam gehẽna esse dico. Quod enim paruum vel magnum malũ nõ susciperet pater, vt videat & potiatur dulcissimo filio? hoc itaq; in gloria illa putem⁹. non enim aliquis filius ita suauis est patri, vt illorũ bonorum requies, dissolui & esse cum Christo. intolerabilis pœna est & gehẽna, sed si quis decẽ mille ponat gehennas: nihil tale dicet quale est à beata gloria illa excidere, & odio haberi à Christo. Glo. Ex præmissa aũt similitudine cõcludit qđ suprà iam dixerat quasi manifestũ, dicens: Igitur ex fructibus eorũ cognoscetis eos.

Non omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit uoluntatẽ patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Multi dicẽt mihi in illa die: Domine domine, nónne in noĩe tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos. Discedite à me oẽs qui operamini iniquitatem.

Hiero. Sicut supra dixerat eos qui habẽt vestẽ bonę vitæ, non recipiendos propter dogmatũ nequitiam: ita nunc econtrario asserit, nec his quidẽ accõmodandam fidẽ, qui cũ polleant integritate doctrinæ, malis operibus destruũt. vtrunq; enim dei seruis necessarium est, vt & opus sermone, & sermo operibus cõprobetur. & ideo dicit: Non omnis qui dicit mihi &c. Chry. in ho. Vbi Iudæos maximè tangere videtur in dogmatibus oĩa ponentes, vnde & Paulus eos incusat dicens: Si aũt tu Iudæ⁹ cognominaris, & requiescis ĩ lege &c. Chry. super Mat. Vel aliter: Quoniam falsos prophetas & veros ex fructibus eorũ docuit discernendos, hic iã manifestius docet qui sunt fructus quibus discernuntur probi doctores & reprobi. Aug. de ser. do. Cauendũ enim est in ipso Christi nomine ab hæreticis, vel quibuslibet malè intelligẽtibus, & seculi huius amatoribus ne decipiamur, & ideo dicit: Nõ omnis qui dicit mihi domine domine &c. Sed merito potest mouere quõ huic sententiæ conueniat illud apostoli: Nemo potest dicere dominũ Iesum nisi in spiritu sancto. Non enim possumus dicere, illos qui non intrant in regnũ cælorum habere spiritũ sanctũ. Sed apostol⁹ propriè posuit hoc verbũ, dicit: vt significet voluntatẽ atq; intellectũ dicẽtis. Ille em̃ propriè dicit, qui volũtatẽ ac mentẽ suã sono vocis enunciat: dominus aũt generaliter hic posuit verbũ dicẽdi. videtur enim etiã ille dicere, qui nec vult nec intelligit quod dicit. Hier. Moris est enim scripturarũ dicta pro factis accipere, secundũ quem sensum dicit apostolus, Confitẽtur se scire deum, factis autẽ negãt. Ambro. Omne etiã verum à quocunque dicatur, à spiritu sancto est. Aug. de ser. do. Nõ ergo putemus ad illos fructus de quib⁹ suprà dixerat ꝓtinere, si quis domino nostro dicat: Dñe dñe, & ex eo nobis arbor bona videatur: sed illi sunt fuctus, facere voluntatẽ dei. sequitur: Sed qui fa. voluntatẽ pa. mei &c. Hila. Cælestis enim regni iter, obedientia voluntatis dei, non nuncupatio repertura est. Chry. super Mat. Quæ aũt est volũtas dei, ipse dominus docet. Hęc est, inquit, volũtas eius qui misit me, vt omnis qui videt filiũ & credit in eũ, habeat vitã ꝓternã. Credulitatis aũt verbum, & ad confessionẽ respicit, & ad actũ. qui ergo nõ confitetur aut non cõuersatur secundũ verbum Christi, non intrabit in regnũ cælorum. Chry. in ho. Non autẽ dixit: Qui facit voluntatẽ meam, sed patris: quoniã interim conueniens erat prius hoc suscipi ad imbecillitatẽ eorum: sed & per hoc illud occultè insinuauit. non est enim alia volũtas filii, quàm quę est patris. Aug. de ser. do. Illud aũt ad rem pertinet ne decipiamur, non solũ nomine Christi per eos qui nomen habẽt, & facta nõ agunt, sed etiã quibusdam factis atq; miraculis: qualia propter infideles cũ fecerit dominus, monuit tamẽ ne talibus decipiamur, arbitrantes ibi esse inuisibilẽ sapientiã, vbi miraculum visibile videmus. vnde subiungit & dicit: Multi dicẽt mihi in illa die. Chry. in ho. Vides qualiter latenter iam seipsum introducit. Quia enim omnem cõpleuit sermonẽ, monstrat seipsum iudicẽ esse. Quę enim pœna expectat eos qui peccãt, iã ante mõstrauit. Quis aũt est qui punit, hoc iã reuelat dicens: Multi dicent mihi in illa die. Chry. super Matt. Quando. s. venerit in maiestate patris sui: quando iam nemo ausus est gãrrula contẽtione sermonũ aut mẽdacium defendere, aut cõtradicere veritati: quando opera singulorũ loquentur, & ora tacebũt: nec alter pro altero interuenit, sed singuli ibi timebunt. In illo em̃ iudicio nõ erũt testes adulatores homines, sed angeli veraces, iudex aũt dominus iustus: vnde propriè timentium hoĩm & angustias patientiũ vocem expressit, dicẽs: Domine domine. Non enim semel sufficit illi dicere domine, quẽ necessitas timoris astringit. Hila. Gloriã aũt sibi ex verbi intẽtione præsumunt in doctrinæ prophetia, & dęmoniorũ fuga, & operũ virtutibus, atque hinc sibi regnũ cælorũ pollicent, dicentes: Nõne in nomine tuo prophetauimus? Chry. in ho. Sed sunt quidã qui dicunt, quoniã mentientes hi hoc dixerũt, ideo saluati nõ sunt: sed non auderent iudice præsente ad ipsum hoc dicere. Sed & ipsa respõsio & interrogatio ostendit eos talia fecisse. Quia enim hic mirabiles erant apud oẽs miracula facientes, illic aũt vident seipsos punitos, admirantes dicũt: Domine nónne in nomine tuo &c. Quidam aũt dicunt, quoniam nõ in tempore in quo hęc miracula faciebãt, iniqua agebant, sed postea. Sed si hoc erit, rursus quod dominus volebat monstrare, non cõstat: quòd scilicet neq; fides, neq; miracula valent bona vita nõ existẽte, quod & Paulus dicit: Si habuero fidẽ vt montes transferã, charitatẽ autẽ non habuero, nihil sum. Chry. super Mat. Sed cõsidera quia in nomine dicunt, non in spiritu. prophetant em̃ in nomine Christi, sed in spiritu diaboli, quales sunt diuinatores. Sed sic discernuntur, quoniã diabolus interdũ falsa dicit, spũs sanctus nunquã: cõcessum est aũt & diabolo interdũ vera dicere, vt mendaciũ suum rara veritate commẽdet. Dæmonia aũt eiiciunt in nomine Christi habẽtes spiritũ inimici, magi aũt non eiiciũt, sed eiicere videtur colludẽtibus sibi dæmonibus: faciunt & virtutes. i. miracula, nõ vtilia & necessaria, sed inutilia & vacua. Augu. de ser. do. Legant enim quanta fecerint resistentes Moysi magi Aegyptiorũ. Hiero. Vel aliter: Prophetare, vel virtutes facere, & dęmonia eiicere etiã diuina virtute interdũ non est eius meriti qui operatur, sed vel ĩuocatio nominis Christi hoc agit, vel ob cõdẽnationẽ eorum qui inuocãt, aut vtilitatẽ eorũ qui vident & audiunt, cõceditur: vt licet homines despiciant signa faciẽtes, tamen deũ honorent, ad cuius inuocationẽ fiunt tanta miracula. Nam & Saul & Balaã & Cayphas prophetauerũt: & in Actib⁹ apostolorũ filii Senæ videbãtur eiicere dæmonia, & Iudas apostolus cũ animo proditoris multa signa inter cæteros apostolos fecisse narratur. Chry. in ho. Quia enim non oẽs ad omnia aptè se habebant, sed hi quidẽ erãt vitę puræ, fidẽ aũt nõ tantã habebãt. hi aũt contrariũ: ideo deus illos per hos cõuertebat, vt multã ostenderent fidẽ: hos aũt per hoc ineffabile signorum donũ, vt fierent meliores, euocabat. vnde & cũ multa copia hãc gratiã eis dabat. Dicẽt enim: Virtutes multas fecim⁹. Sed quia circa eum qui eos ita honorauit, ingrati facti sunt, rectè sequitur: Tũc confitebor illis, quia nunquã noui vos. Hiero. Signanter dicit, tũc confitebor: quia multo tẽpore ante dicere dissimulauerat. Chry. super Mat. Grandẽ enim iram grandis dilatio præcedere debet, quæ iustius facit dei esse iudiciũ, & digniorẽ interitũ peccatorũ. Sciendũ aũt quòd peccatores nescit deus, quia non digni sunt vt cognoscantur à deo, nõ quia omnino ipsos nõ cognoscat, sed quia suos illos esse nõ cognoscit. Sed videtur eos non cognoscere, quia non eos diligit, sicut etiam non videtur deum cognoscere, qui nõ colunt eũ dignè. Chry. in ho. Dicit aũt eis: Nũquã noui vos. Quasi non solũ in tẽpore iudicii, sed neque tunc cũ miracula faciebatis: multos enim & hic iã odio habet, & ante punitionẽ auertit. Hiero. Obserua etiã hoc quod dicit: Nunq̃ noui vos. ecce cõtra quosdã dicentes, ꝙ oẽs homines semper conuersati sunt inter rationabiles creaturas. Grego. 20. Mora. Hac aũt sententia datur intelligi quòd in hominibus charitas, humilitas, non aũt debeant virtutũ signa venerari. vnde nunc sancta ecclesia etiamsi qua sunt hæreticorũ miracula, despicit, quia hæc sanctitatis speciẽ non esse cognoscit. Probatio quidẽ sanctitatis non est signa facere, sed proximũ vt se diligere: de deo vera, de proximo meliora q̃ de seipso sentire. Aug. contra aduersariũ legis & prophetarũ. Absit aũt vt secundum Manichęos ista de prophetis sanctis dominus dixerit: sed dictũ est de his qui posterius euangeliũ prædicatum in eius nomine sibi loqui videntur, nescientes quid loquantur. Hila. Sic aũt hypocritæ gloriati sunt, quasi aliquid proprium sit quæ loquũtur aut faciunt, & non omnia virtus dei inuocata perficiat, cuius doctrinæ scientiam lectio afferat, dæmoniorũ fugam Christi nomen exagitet. De nostro igitur est beata illa ꝑternitas promerenda, prestandumq; est aliquid ex proprio: bonũ velimus, malũ omne vitemus, agamúsque potius quod vult, q̃ quod potest gloriemur. Repudians igitur eos ac expellẽs propter opera iniquitatis, dicit: Discedite à me qui operamini iniquitatem. Hiero. Non dixit qui operati estis iniquitatem, ne videretur tollere pœnitentiam: sed qui operamini. i. qui vsq; in presentẽ horã cùm iudicii tẽpus aduenerit, licet non habeatis facultatẽ peccandi, tamen adhuc habetis affectũ. Chry. in ho. Nam mors quidẽ animam à carne separat, animæ autẽ propositum non immutat.

Omnis ergo qui audit uerba mea hæc, & facit ea, assimilabitur uiro sapienti, qui ædificauit domũ suam super petrã: & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domũ illam, & nõ cecidit: fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit uerba mea hæc, & non facit ea, similis erit uiro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

Chry. in ho. Quoniã quidã futuri erãt quæ dicta sunt à domino admirantes, ostensionẽ autẽ quæ est per opera non tribuẽtes, præueniens eos terret, dicẽs: Omnis ergo qui audit hęc, & facit ea, assimilabitur viro sapiẽti. Chry. super Mat. Non autẽ dixit: Aestimabo eũ qui audit & facit, virum sapientẽ, sed assimilabitur viro sapienti: ergo qui similatur, homo est: cui autẽ assimilat, Christus. Christus autem est sapiens vir, qui ædificauit domũ suam. i. ecclesiam, super petram. i. super fortitudinẽ fidei. Vir autẽ stultus. i. diabolus, qui ædificauit domum suã. i. omnes impios, super arenã. i. inconstantiam infidelitatis, aut super carnales homines qui dicuntur arena, propter sterilitatẽ: & quia non cohærẽt sibi, sed sunt per diuersas opiniones dispersi, & quia sunt innumerabiles. Pluuia autẽ est doctrina quæ irrigat hominẽ, nubes aũt sunt à quibus pluuia fluit. Qui dã à spiritu sancto excitantur, sicut apostoli & prophetæ: & quidã à spiritu diaboli, sicut hæretici. Venti autẽ boni, spiritus diuersarum virtutũ, vel angeli, qui inuisibiliter in sensibus hominũ operantur, & adducũt ad bona. Venti aũt mali, sunt spiritus immũdi. Flumina autẽ bona, sunt euangelistæ & doctores populi. Flumina mala, sunt homines immundo spiritu pleni, & verbositate instructi: sicut philosophi & cæteri seculares scientiæ professores, de quorum ventre exeunt flumina aquæ mortuæ. Ecclesiam ergo, quã Christus fundauit, nõ pluuia mendacis doctrinæ corrũpit, neq; diabolicus flatus impellit, neq; violentorũ fluminũ impetus mouet. Nec est contrariũ quòd quidam de ecclesia cadũt. Non enim oẽs qui christiani dicuntur, Christi sunt. Sed nouit dominus qui sunt eius. Sed contra domum quam ædificauit diabolus, descendit pluuia verę doctrinæ: venti. i. spirituales gratiæ aut angeli: flumina quatuor euangelistę, & cæteri sapientes. Et sic cecidit domus. i. gentilitas, vt surgeret Christus, & facta est eius ruina magna, solutis erroribus, cõuictis mẽdaciis, & idolis in toto mundo destructis. Christo ergo similis est qui audit verba Christi & facit ea: ipse em̃ ædificat super petram. i. Christũ, qui est omne bonũ: vt in quacunq; specie boni aliquis ædificauerit, super Christum ædificasse videatur. sicut autẽ ecclesia ædificata à Christo, dirui non potest: sic talẽ christianũ, qui se ædificauit super Christũ, nulla aduersitas deiicere potest, secundum illud: Quis nos separabit à charitate Christi? Diabolo autẽ est similis qui audit verba Christi, & non facit. Verba enim quę audiũtur & non fiunt, separata sunt & dispersa: & ideo assimilantur arenę. Arena

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiã est omnis malitia,vel etiã mundialia bona. Sicut autẽ domus diaboli destructa est: ita tales super arenã fundati destruũt & cadũt. Et est ruina magna,si de fundamento fidei aliquid ruinæ fuerit passus. Non autẽ si fornicatus fuerit,aut homicidiũ fecerit:quia habet vnde per pœnitentiam surgat,sicut & Dauid. Raba. Vel ruina magna intelligẽda est, qua dicturus est dominus audientibus & nõ facientibus:Ite in ignẽ ẽternũ. Hiero. Vel aliter:Super arenã quæ fluida est,& in vnã copulam non potest redigi,omnis hæreticorũ sermo ædificatur,vt corruat. Hila. Vel aliter: In pluuiis blandarũ & sensim illabẽtiũ voluptatũ illecebras significat, quibus primũ fides rimis patẽtibus ĩmadescit, post quas fluuiorũ procursus.i. grauiorũ cupiditatum motus incurrit,vt exinde tota ventorũ vis circũflantium desæuiat.i. vniuersus diabolicę potestatis spiritꝰ inferatur. Aug.de ser.do. Vel aliter:Pluuia cũ in mali alicuius significatione ponitur, caliginosa superstitio intelligitur. Rumores aũt hominũ ventis cõparantur, fluuius aũt carnalibus concupiscentiis tanq̃ fluentibus super terrã. & qui prosperitatibus inducitur,aduersitatibus frangitur:quorũ nihil metuit, qui fundatam habet domum super petrã.i. qui non solũ audit prœceptũ domini,sed etiam facit. Et in his oĩbus periculosẽ subiicit: qui audit & nõ facit. Non enim quis firmat in se quæ dñs ꝓcipit,vel ipse audit,nisi faciendo. Cõsiderandũ aũt est quia cũ dixit:Qui audit verba mea hæc,satis significat istũ sermonẽ oĩbus ꝓceptis quibus christiana vita formatur esse perfectũ: vt meritò qui secundũ eũ viuere voluerint,cõparentur ædificanti super petram.

Et *factum est cũ consummasset Iesus uerba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docẽs eos sicut potestatem habens,& non sicut scribæ & pharisæi.*

Glo. Posita doctrina Christi, effectum doctrinę ipsius in turbis ostẽdit,dicens: Et factũ est cũ consummasset &c. Raba. Consummatio hęc ad perfectionẽ verborũ & integritatem dogmatis pertinet. Quod aũt dicitur turbas admirari, aut infideles in turba significat(qui ob hoc stupebãt,quia non credebãt verbis saluatoris) aut oẽs generaliter demõstrat,qui excellentiã tantę sapientiæ in eo venerabãtur. Chry. super Mat. Placatus rationabiliter hominis intellectus laudẽ generat, victus autẽ admirationẽ. Quicquid enim dignè laudare non possumus,admiramur. Admiratio tamẽ eorũ magis ad gloriã Christi pertinebat, q̃ ad fidem ipsorum: si enim crederent in Christũ,non mirarentur. Illud enim mouet admirationẽ,quod superat facientis aut dicẽtis personã. & ideo quod à deo factũ aut dictum est, nõ admiremur: quia oĩa minora sunt, q̃ dei potentia. Turbæ aũt erãt quæ mirabãtur.i. populus vulgaris,nõ principes populi, qui non discendi studio audire solebant. Populus aũt simplex,simpliciter audiebat,sed eorum silentiũ,si illi interfuissent, suis cõditionibus conturbassent. vbi enim est maior scientia,illic fortior malitia: qui enim festinat esse prior,nõ est contentus esse secundus. Aug.de con.euan. Ex eo autẽ quod hic dicitur,potest videri discipulorũ turbã deseruisse, ex quibus illos duodecim elegerat in mõte ex plurib⁹, quos apostolos nominauit, quod Matthæus hic prætermisit. Solis enim discipulis in monte videtur Iesus tunc habuisse sermonẽ,quem Matthæus interposuit,& Lucas tacet. Et deinde cũ descendisset in loco campestri habuisse alterum similem,de quo Matthæus tacet, Lucas nõ tacet. Quanquã etiam illud possit occurrere,sicut suprà dictũ est,apostolis cæterisq; turbis præsentibus vnum habuisse sermonẽ, quem Matthæus Lucásque narrarũt,diuerso narrãdi modo, sed eadẽ veritate sententiarũ: & sic planũ est quod hic dicitur de admiratione turbæ. Chry. in ho. Causam autẽ admirationis subdit dicẽs: Erat eñ docens &c. Si aũt hanc potestatem vidẽtes per opera,scribę eũ à se abigebãt, vbi solũ verba erant potestatẽ manifestantia, qualiter scãdalizati nõ fuissent? sed turbæ hoc non passę sunt. Cũ eñ anima beneuola fuerit,facilè persuadetur à sermonibꝰ veritatis. Erat aũt potestas docentis vt multos eorum caperet,& in admirationẽ mitteret: ita quòd propter delectationẽ eorum quę dicta erant, neq; tacentem dimittebant: vnde & secuti sunt eũ descendentẽ de monte. Stupebãt autẽ eius maximè potestatẽ,quia nõ ad aliũ referẽs,vt prophetæ & Moysès dixerũt, quę dixit: sed vbiq; ostẽdit secũ esse qui habet dominiũ. Etenim legem ferẽs continuè apponebat: Ego aũt dico vobis. Hiero. Quia quasi deus & dominus ipsius Moysi pro libertate volũtatis suę,vel ea quę minꝰ videbãtur, addebat in lege,vel cõmutans prædicabat in populo, vt suprà legimus: Dictũ est antiquis,ego aũt dico vobis. Scribę autẽ ea tantũ docebãt,quę scripta sunt in Moyse & prophetis. Greg. 24. Mora. Vel singulariter Christus ex bona potestate locutus est, quia ex infirmitate mala nulla commisit. Nos autem quia infirmi sumus, ex propria infirmitate pẽsemus quo docẽdi ordine infirmis fratribus cõsulamus. Hila. Vel in verborũ virtutibus, effectũ potestatis metiebãtur. Augu.de ser.do. Hoc est enim quod in Psal. significatur: fiducialiter agã in ea. Eloquia domini, eloquia casta, argẽtum igne examinatũ terrę probatũ,purgatum septuplũ. propter quem numerũ,admonitus sum oĩa istа prœcepta ad septẽ illas referre sentẽtias, quas in principio sermonis huius posuit.s.de beatitudinibꝰ. Quòd eñ aliquis fratri irascatur sine causa,vel rhaca dicat, vel fatuũ eum appellet, superbissimè admittitur. cõtra quod est vnũ remediũ,vt supplici animo veniã deprecetur, qui non iactãtię spiritu infletur. Beati ergo pauperes spũ, quoniã ipsorum est regnũ cęlorũ. Cõsentit aũt aduersario, id est verbo dei reuerẽtiam exhibẽdo, si quis ad testamentũ patris aperiẽdum,nõ litibus acerbus,sed pietate mitis accesserit. Beati ergo mites, quoniã ipsi hęreditter. Quisquis etiã carnalem delectationẽ contra rectã voluntatẽ suam rebellare sentit,exclamet: Infœlix ego homo, quis me liberabit de morte corpis huius? Et ita legẽdo imploret consolatoris auxiliũ. vnde beati qui lugent,quoniã ipsi cõsolabũtur. Quid autẽ laboriosius cogitari potest, q̃ vt vitiosa consuetudine superãda præcidat intra se mẽbra impedientia regnũ cęlorũ, nec dolore frãgatur, toleret in cõiugali fide oĩa quę quãuis sint molestissima, crimẽ tamen fornicationis nõ habẽt,verũ loquatur, quod nõ iurationibꝰ crebris,sed morum probitate cõmendet? Sed quis tãtos labores inire audeat,nisi flagraret amore iustitię, qua si fame ac siti vehemẽti accẽsus? Beati ergo qui esuriũt & sitiunt,quoniam ipsi saturabũtur. Quis autẽ potest paratus esse ab infirmis iniurias sustinere, petenti à se tribuere,diligere inimicos, benefacere his qui se oderunt,orare pro persequẽtibus,nisi perfectè misericors? Beati ergo misę. quoniã ipsi misericordiã cõsę. Mundum autẽ cordis oculũ habet,qui finẽ bonorũ operum suorum nõ in eo cõstituit,vt hominibus placeat, neq; vt comparet ea quę huic vitę sunt necessaria, neque temerè animum hominis cõdẽnat, & quicquid exhibet homini,hac intẽtione exhibet,qua sibi vult exhiberi. Beati ergo mũdo corde &c. Oportet etiã vt per mundũ cor inueniat arcta via sapiẽtię, cui peruersorũ hominũ deceptiones obstrepũt: quas euadere,est venire ad pacẽ sapientię. Beati ergo pacifici, &c. Sed siue iste ordo

ordo considerãdus sit siue alius:facienda sunt quę audiuimus à domino,si volumus ędificare super petram.

CAPVT VIII.

Cvm autem descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eũ turbæ multæ. Et ecce leprosus ueniens, adorabat eum, dicens: Domine,si uis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum,tetigit eum,dicens: Volo,mundare,& confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus: uide nemini dixeris, sed uade ostende te sacerdoti, & offer munus tuum quod præcepit Moyses in testimonium illis.

Hiero. Post prædicationẽ atq; doctrinã,signorũ offert occasio:vt per virtutũ miracula ꝓteritus apud audiẽtes sermo firmetur. Chry. Quia eñ quasi potestatẽ hñs docebat,vt nõ æstimaret ostẽtatio esse hic doctrinæ modus, opibus hoc idẽ facit, quasi potestatẽ hñs curare. Et ideo dicit: Cũ aũt descẽ. Ie. de mõ. secu. sunt eũ turb. multæ. Orig. Docente eñ dño in mõte, discipuli erãt cũ ipso, quibus erat datũ cælestis doctrinæ nosse secreta. Nunc aũt descendẽte eo de mõte,turbæ secutę sunt eũ,quæ in monte ascendere nequaq̃ poterãt:quia quos delictorũ sarcina deprimit,ad mysteriorũ sublimia scãdere non valẽt. Descendente aũt dño,hoc est inclinante se ad infirmitatẽ & impotentiã cæterorũ, misertus est imperfectioni eorũ vel infirmitati,secutæ sunt eum turbæ multę:quidã propter claritatẽ, pleriq; propter doctrinã, nõnulli propter curationẽ & administrationẽ. Haymo. Vel aliter:Per mõtem in quo dñs sedet,cę lũ intelligitur,de quo scriptũ est: Cælũ mihi sedes est. Sed cũ dominus in monte sedet, soli discipuli ad eum accedũt: quia anteq̃ fragilitatis nostræ humanitatem assumeret,notus erat tantũ in Iudęa deꝰ. At verò postquã de monte suæ diuinitatis descendit,& humanitatis nostræ fragilitatẽ assumpsit: magna turba nationũ secuta est eũ. Demonstratur aũt doctoribus,vt in prædicatione sua sermonẽ habeant temperatũ: & sicut viderint vnumquẽq; capere posse,ita & verbũ dei annũtient. Ascendunt enim in mõtem doctores, cũ perfectioribus excellentia præcepta ostendũt: descendũt verò, cũ infirmioribus leuiora demonstrant. Chry. sup Mat. Inter cæteros aũt qui montẽ non ascenderunt,& leprosus sursum ascendere nõ valebat, quasi pctõrum baiulans pondus. Lepra eñ est peccatũ animarum nostrarũ. Ideo ergo dñs de altitudine cæli quasi de excelso monte descẽdit,vt leprã pctõrum nostrorũ mundaret. Et ideo quasi iã præparatus descendenti occurrit, propter quod dicitur, Ecce leprosus veniens. Orige. Deorsum currit & in monte nihil dicit, quia tẽpus est oĩ rei sub cęlo:tempꝰ doctrinę, & tẽpus curationis. In monte docuit,aĩas curauit,corda sanauit,quibus completis sicut de cælestibus montibus ad saluãdos carnales descendẽte,venit ad eũ leprosus & adorabat eũ: antequam peteret,adorare cœpit,cultũ ostendẽs. Chry. super Mat. Nõ eñ illũ petebat quasi hoĩem artificem, sed adorabat eũ quasi deum. Oratio aũt perfecta est fides & cõfessio,vnde leprosus fidei opus adorans impleuit,sed opus cõfessionis impleuit in verbis. vnde adorabat eum,dicẽs: Orig. Dñe per te oĩa facta sunt: tu ergo si vis potes me mũdare. Volũtas tua opus est,& opera tuæ voluntati obediunt. Tu prius Naaman Syrum per Helisęũ à lepra mũdasti, & modo si vis potes me mundare. Chry. sup Mat. Non dixit, Si rogaueris deũ, neq; si adoraueris, sed si volueris potes me mũdare. Neq; dixit:dñe munda,sed ei totum cõcedit, & dominum eum facit, & potestatẽ vniuersorũ ei attribuit. Chry. super Mat. Et ita spirituali medico spirituale offerebat mercedẽ. nam sicut medici pecunias, iste oratione placatur. Nihil eñ dignius offerimus deo quàm orationẽ fidelẽ. In hoc aũt quod dicit: Si vis, non dubitat Christi voluntatem ad omne opus bonũ paratã: sed quia non omnibus expedit corporalis integritas, nesciebat vtrum ei expediret curatio illa. Dicit ergo: Si vis,acsi diceret: Credo quia quod bonũ est vis,ignoro autem si est mihi quod desidero,bonum. Chryso. in ho. Cũ autẽ voluntate ac sermone purgare posset,manus apposuit & tactũ. vnde sequitur: Et extendens manum tetigit eum, vt ostendat quoniã non subiacet legi,& quoniã mundo iam nihil est immundũ. Heliseus autem obseruans legis diligentiã, non exiuit & tetigit Naamã,sed mittit eũ ad Iordanẽ lauandum. Dominus aũt mõstrat,quoniã non vt seruus,sed vt dominus curat & tãgit. Non eñ manus à lepra facta est immunda, sed corpus leprosum à manu sancta constitutũ est mundum. Non enim corpora solũ curaturus aduenit,sed & animã in veram sapientiã ducturus. Sicut igitur manibus nõ lotis iam nõ manducare prohibebat: ita & hic erudit,quoniã oportet animæ lepram formidare solã,quod est peccatũ: leprã autem corporis,nullum impedimentũ esse ad virtutẽ. Chryso. super Matt. Quanuis autem literã legis soluerit, propositum tamen eius non soluit. Ideo tamen lex iussit non tangere leprã, quia non poterat facere vt lepra non sordidaret tangentẽ: ergo vetuit tangere leprã, non vt leprosi non sanarẽtur,sed vt tangentes nõ inquinarentur. Iste autem tangẽs nõ inquinatus est à lepra, sed ipsam lepram mundauit tangendo. Dama. Non enim deus solũ erat,sed homo: vnde per tactũ & per sermonẽ diuina signa operabatur. vt enim per organũ,ita per corpus diuinæ perficiebantur actiones. Chryso. in ho. Cũ aũt leprosum tangit nullus eũ incusat, quia nondũ inuidia detenti erãt auditores. Chryso. super Matth. Sin autem tacite eum curasset,quis scire poterat cuius virtute sanatus esset? igitur voluntas mundandi facta est propter leprosum: verbum autem propter spectantes. Ideo dixit: Volo, mundare. Hiero. Non autẽ vt pleriq; Latinorũ putant,iunctim legendum est, Volo munda re: sed separatim,vt prius dicatur: Volo, deinde imperans dicat: Mũdare. Ille enim dixerat: Si vis, dominus respondit: Mundare. Chry. in ho. Nusquam autẽ videtur dicere hoc verbũ,quanuis magna signa faciens: sed hic propterea apposuit, Volo, vt opinionẽ plebis & leprosi de eius potestate cõfirmaret. Chry. in ho. Cessit aũt mandanti natura cũ decenti velocitate. Et ideo sequitur: Et cõfe. mun. est le. eius. sed hoc quod dicit: Cõfestim, multũ est tardius velocitate quæ secundũ opus est facta. Orig. Quia eñ non dubitauit credere, nõ tardatur sanatio: quia non distulit confessionẽ, non differtur mundatio. Augu. de con. euan. Huius autẽ leprosi mundati, quem Lucas meminit, non sanè hoc ordine, sed vt solẽt prætermissa recordari, posterius facta præoccupari, sicut diuinitus suggerebãtur: vt antea cognita, postea recordãdo rescriberent. Chryso. in ho. Curans autẽ Iesus corpus, iubet nulli dicere. vnde sequitur: Et ait illi Iesus, vide nemini dixeris. Quidã igitur aiunt, quoniã ideo iussit hoc, vt nõ malignentur circa eius purgationẽ: qđ insipienter dicitur. Non enim ita mundauit, vt dubitabilis esset mundatio: sed nulli dicere iubet, docẽs non diligere ostẽtationẽ & honorẽ. Qualiter igit alii sanato iubet dicere? Sed in hoc eruditur nos bonæ mẽtis esse. Nõ eñ illic diuulgari se iussit, sed dari gloriã deo. per leprosum ergo hũc, instruit nos nõ esse vanè glorioſos: per illũ aũt nõ esse ingratos, sed oĩa ad laudẽ dei referre. Hiero. Et reuera quid erat necesse ꝙ sermone iactaret, quod corpore prefe-

Tactus Christi mysterium.

rebat. Hilā. Vel vt salus hęc nō offerret potius q̄ quęreretur, silentium imperatur. Sequitur: Sed vade ostende te sacerdoti. Hiero. Mittit aūt eum ad sacerdotes: primū propter humilitatē, vt sacerdotibus deferre videatur: deinde vidētes leprosum mundatū si crederēt saluatori, saluarentur: si verò nō crederent, inexcusabiles fierent: & simul ne, qđ in eo fœpissimè criminabantur, legē infringere videretur. Chry. in ho. Neq; em̄ vbique eā dissoluebat, neq; vbiq; custodiebat: sed quandoque quidē hoc, quandoq; illud faciebat: in vno quidē futuræ sapiētiæ prępara̅s viā, in altero aūt inuerecundā Iudæorū cohibens linguā, & cōdescendēs imbecillitati eorū. Vnde apostoli apparent quandoq; quidē obseruantes legē, quandoq; aūt eam prętermittentes. Orig. Vel mittit ad sacerdotes, vt cognoscant quia nō per legis consuetudinē mundatus est, sed per gratię operationē. Hiero. Erat autē in lege præceptum vt qui mundati fuerant à lepra, offerrēt munera sacerdotib⁹. vnde sequitur: Et offer munus tuum qđ præcepit Moyses in test. illis. Chry. super Mat. Non sic intellige quia hoc Moyses præcepit in testimoniū illis. Chry. in ho. Prēuidēs enim Christus eos ex hoc nihil profecturos, nō dixit: In emēdationē eorum, sed in testimoniū. i. in accusationē & attestationem: quoniā quæ à me erant fienda, oīa facta sunt. Et licet eos præuiderit nō emendari, non tamē dimisit quæ facere oportebat. Illi autē in propria manserūt malitia. Non aūt dixit: munus qđ ego iubeo, sed quod Moyses iussit: vt interim transmittat ad legē, & iniquorū obstruat ora. vt enim non dicant quoniā sacerdotū gloriā rapuit, opus quidē ipse impleuit, probationen aūt illis cōcessit. Orig. Vel offer munus tuū, vt oēs qui vident te portare, miraculo credant. Chry. super Mat. Vel ideo iubet offerri munera, vt si postmodū eum expellere vellēt, diceret eis: munera quasi à mūdato accepistis, & quō me quasi leprosum expellitis? Hila. Vel legēdū est quod Moyses præcepit in testimonium illis: quia quod Moyses in lege præcepit, in testimonium est non effectus. Beda in ho. Si quem autem moueat, quum dominꝰ videatur Moysi sacrificiū approbare, quare id ecclesia non recipiat? meminerit q̄ nondū Christus corpus suum obtulerat per passionē in holocaustū. Non aūt oportebat offerri significātia sacrificia, priusq̄ illud quod significabatur confirmatū esset testimonio apostolorum prædicantiū, & fide credentiū populorū. Vir aūt iste, genus humanū designat: qui non solū leprosus, verūetiam iuxta euangeliū Lucę plenꝰ lepra fuisse describitur. Oēs em̄ peccauerunt, & egent gloria dei: illa. s. vt extensa manu saluatoris, hoc est incarnato dei verbo humanamq̄; contingēte naturā, ab erroris prisci vanitate mundentur: & qui diutiꝰ abominabiles, & à castris populi dei ejecti, iam aliquādo templo redditi, & sacerdoti queant offerre corpora sua hostiam viuentē: illi. s. cui dicitur, tu es sacerdos in æternū. Remig. Moraliter autem per leprosum designatur peccator. nam peccatū immūdā & variā animā facit: qui ante Christū pocidit, quando de pristinis pctis confunditur: & tamē debet confiteri, & remediū pœnitētiæ postulare. Nā leprosus vulnus ostēdit, & remediū postulauit. Extendit autē dns manū, quādo auxiliū diuinę miserationis impendit, & statim consequitur remissio delictorum. nec debet ecclesia eidem reconciliari, nisi iudicio sacerdotis.

Concordantur Christi dicta.

Allegorica expositio.

Cū autē introisset Capharnaū, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicēs: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus: & malè torquetur. Et ait illi Iesus: Ego ueniam, & curabo eum. Et respondēs Centurio, ait illi: Domine, non sum dignus ut intres sub tectū meum: sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate habens sub me milites: & dico huic uade, & uadit: & alio ueni, & uenit. Et seruo meo fac hoc, & facit.

Chry. super Mat. Postq̄ dominus discipulos docuit in monte, leprosum autē sanauit sub mōte: venit Capharnaum in mysterio, quia post Iudæorum mūdationē venit ad gentes &c. Haymo. Capharnaū enim quę villa pinguedinis interpretatur, siue ager consolationis, ecclesiā quæ ex gētibus est collecta significat: q̄ spirituali pinguedine est repleta, secundum illud: Sicut adipe & pinguedine repleatur aīa mea. Et inter pressuras seculi de cęlestibus cōsolatur, secundū illud: Consolationes tuæ lætificauerunt animā meam. vnde dicitur: Cū autem introisset Caphar. accesꝰ. ad eum Centurio. Augu. de ver. do. Iste Centurio de gentibus erat. Iam em̄ Iudęa gēs habebat militē Romani imperii. Chrys. super Mat. Centurio aūt iste primus fructus ex gentibus, ad cuius fidei cōparationē oīm Iudæorum fides infidelitas est inuenta: q̄ neq; Christū audiuit docentē, neque leprosum cū mūdaretur aspexit: sed audita tantūmodo sanitate leprosi, plus credidit q̄ audiuit. erat em̄ in mysterio gentiū futurarū, quæ neq; legē aut prophetas legerant de Christo, neq; ipsum Christū mirabilia faciētem viderunt. Accessit ergo rogans eū, & dicens: Domine, puer meus iacet in do. para. & malè torquetur. Vide aūt bonitatem Centurionis, qui pro salute serui sic solicitè festinabat, quasi non dānum pecuniæ, sed salutis passurus in morte illius. Nullā enim differentiam ęstimabat inter seruum & dominū. quia & si dignitas in hoc seculo diuersa est inter illos, vna tamen est illis natura. fidem aūt Centurionis vide: quia nō dixit veni & salua eū, quia ille cōstitutꝰ in omni loco erat prę-sens: sapiētiā aūt, quia non dixit: hic constitutus salua eum. sciebat em̄ quia potēs est ad faciendū, sapiens ad intelligendū, misericors ad exaudiendū: ideo infirmitatē tantū exposuit, remedium aūt sanitatis in potestate misericordię eius dimisit, dicēs: Et malè torquetur. In quo apparet, quia diligebat eū. Nā vnusquisq; quē diligit, & si modicè fuerit tædiatus, grauius eum putat habere q̄ habet. Raba. Omnia ista cū dolore cognominauit, & iacentē, & paralyticū, & malè detentū: ideo vt animę suæ angustias demōstraret, & dn̄m cōmoueret: sic debēt oēs cōdolere seruis, & eorū curā habere. Chry. in ho. Quidā aūt dicunt, q̄m excusans se in hāc causam dixit, ꝓpter quā non ipsum adduxit. Neq; em̄ possibile erat dissolutum cùm torqueretur, & ad vltimas esset expirationes, portari. Ego autē signū hoc est se magnæ fidei dico: quia enim sciebat q̄ sola iniūctio sufficeret ad restaurationē iacentis, superfluē æstimabat eum ducere. Hila. Iacentes autē in seculo & peccatorū morbis dissolutæ spiritualiter gentes æstimandæ sunt: oībus vndiq; mēbris fluidis & ad consistendi officiū gradiendiq̄; corruptis: quarū salutis sacramentum in puero Centurionis expletur, quē satis dictū sit principē esse gentium crediturarū. Quis autē sit hic princeps, cāticum Moysi in Deuteronomio docet: vbi scilicet dicitur, Constituit terminos gentiū iuxta numerū angelorū dei. Remi. Vel per Cēturionē designātur qui primi ex gentibus crediderūt, & perfecti in virtutibꝰ fuerunt. Cēturio em̄ dicitur qui centū militibus præest: centenarius autem numerus perfectus est. Rectè ergo Centurio pro puero suo rogat, quia primitiæ gentiū pro salute totius gentilitatis deo supplicauerunt. Hiero. Vidēs autem dn̄s Centurionis fidē & humilitatē & prouidentiā, statim se iturū & sanaturū promittit. vnde sequitur: Et ait illi Iesus: Ego ve. & cura. eū. Chry. in ho. Quod nunq̄ fecit, hic facit Iesus. vbiq; em̄ sequitur

Cēturio primitię gētium.

Cēturionis magna laus

sequitur volūtatē supplicantiū, hic aūt ꝓsilit: & nō solū curare promittit, sed ire ad domū. facit aūt hoc vt discamus Cēturionis virtutē. Chry. sup Mat. Nisi enim ille dixisset, Ven. & cura. eū: nunq̄ iste respōderet, Nō sum dignus. deinde qm̄ pro seruo petebat, ideo ire ꝓmisit: vt nos doceat non colere magnos, & contēnere modicos: sed pauperes & diuites similiter honorare. Hiero. Sicut aūt in Centurione cōmendamus fidē, eo q̄ credidit paralyticū à saluatore posse sanari: ita patet humilitas in hoc q̄ se iudicauit indignū, cuius tectum dn̄s intraret. vnde sequit: Et respōdens Centurio, ait illi: Dn̄e non sum dignus vt intres sub tectū meū. Raba. Propter cōscientiā em̄ vitæ gentilis, grauari se magis dignatione putauit q̄ iuuari: cuius & si fide ꝓditus nondū erat, erat sacramētis imbutus. Augu. de ver. do. Dicendo aūt se indignū, ꝓstitit dignū: non in cuius parietes, sed in cuius corverbū dei Christus intraret. Neque hoc diceret cū tanta fide & humilitate, nisi illum, quē timebat intrare domū suā, corde gestaret. nā non erat magna fœlicitas, si Iesus intraret in parietes eius, & nō esset in pectore eiꝰ. Seuer. Mysticè aūt hoc tectū, corpus est qđ regit aīam, qđ libertatē mētis cælesti visione in se cōcludit. sed deus neq; habitare carnē, neq; tectū nostri corporis dedignatur intrare. Orig. Nunc etiā q̄ sancti & deo acceptabiles ecclesiarū antistites sub tectū tuum intrāt, tunc ibidē per eos dn̄s ingreditur: & tu sic æstimes, quasi dn̄m suscipiens. Et q̄ corpus & sanguinē dn̄i manducas & bibis, tunc dn̄s sub tectū tuū ingredit. & tu ergo humiliās teipsum dicas: Dn̄e non sum dignus &c. Vbi em̄ indignē ingredit, ibi ad iudiciū ingreditur accipiēti. Hiero. Prudentia autē Cēturionis apparet in hoc, q̄ vltra corporis tegimen latētē vidit diuinitatē. vn̄ subiūgit: Sed tan. dic ver. & sa. pu. me. Chry. sup Mat. Sciebat em̄ q̄m astabant illi inuisibiliter angeli ministrātes, qui oē verbum eiꝰ ver tunt in opus: q̄ & si angeli cessent, tū infirmitates præceptis eius viuacibus expelluntur. Hila. Dicit etiā Cēturio puerū verbo posse sanari: quia salꝰ gentiū omnis ex fide est, & præceptis dn̄i vita est vniuersorū: & ideo subiungit, dicens: Nā & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites. Et dico huic vade, & vadit: & alio veni, & venit: & seruo meo fac hoc, & facit. Chry. super Matth. Patris & filii mysterium spiritu sancto suggerente depinxit, acsi diceret: Etsi ego sum sub potestate alterius, tamen habeo potestatē iubendi eis qui sub me sunt: sic & tu, quanuis sis sub potestate patris. i. inquātum homo, habes tamen potestatē iubendi angelis. Sed fortè dicit Sabellius, volens ostendere eundē esse patrem qui & filius est, sic hic esse intelligendū. Si ego sub potestate constitutus possum iubere, quanto magis tu qui sub nullius es potestate? Sed hanc expositionē non recipit textus. Nō enim dixit, Si ego homo sub potestate, sed dixit: Nam & ego homo sub potestate. In quo patet q̄ inter se & Christū nō comparationis differentiā fecit, sed rationē similitudinis introduxit. Aug. de ver. do. Si ego qui sum sub potestate iubendi habeo potestatē, quid tu potes cui oīm seruiunt potestates? Glo. Potes per angelorū ministeria sine corporis præsentia dicere infirmitati vt recedat, & recedet: & sanitati vt veniat, & veniet. Haymo. Possunt aūt per subiectos Cēturionis, virtutes naturales intelligi, in quibus plurimi gentiliū pollebāt: vel etiā cogitationes bonæ aut malę. malis aūt dicamꝰ vt recedant, & recedēt: sed bonas vocemus, & veniēt. seruo quoq; nostro, hoc est corpori vt subiiciatur volūtati diuinæ. Aug. de con. euā. Huic autē qđ hic dicitur, videtur repugnare qđ ait Lucas, cū audisset Centurio de Iesu, misit ad eos seniores Iudæorū rogāns eum vt veniret & sanaret seruum eius, & iterū q̄ cùm longe esset à domo, misit ad eū Cēturio amicos dicens: Dn̄e, noli vexari. non enim sum dignus vt sub tectum meū intres. Chry. in ho. Quidam autem dicunt, qm̄ nō est idē ille & hic, quod multas coniecturas habet. De illo em̄ ait, qm̄ synagogam nostrā construxit, & gentē diligit. De isto aūt eodē Iesus ait: Neq; in Israel tantā fidē inueni. vnde videtur Iudęū illū esse, mihi autē videtur idem hic & ille esse. Sed qm̄ Lucas dicit, q̄ misit vt veniat, blanditias Iudęorū insinuauit. Cōueniens em̄ est credere Centurionē volentē abire, prohibitū esse à Iudæis blandiētibus & dicētibus, qm̄ nos abimus & educimus eū. Sed quando ab eorū imminētia erutꝰ est, tunc misit, dicens: Ne æstimes q̄ propter desidiam nō veni, sed quia me indignū æstimaui, vt te in domū meam susciperē. Quod aūt Matthæus ait nō per amicos, sed per ipsum hoc eum dixisse, nihil contrariū est. vter quę em̄ desiderium viri repsentauit, & qm̄ de Christo decentē opinionē habebat. Conueniens aūt est opinari & ipsum, postq̄ misit amicos, ad venientē per se hoc dicere. Si aūt hoc non dixit Lucas, neq; illud Matthęus, nō sibi contradicunt, sed cōplent quæ abinuicē derelinquebātur. Aug. de con. euan. Matthęus ergo accessum Cēturiōis ad dn̄m per alios factū cōpendio dicere voluit, quia fidē eius qua verè ad deū acceditur, laudauit vt diceret: Nō inueni tantā fidē in Israel. Lucas autē ideo totū, vt gestū est aperuit, vt ex hoc intelligere cogeremur qualiter eum accepisse dixerit Matthæus, qui mentiri nō potuit. Chry. in ho. Neq; enim est contrariū q̄ fabricauit synagogā secūdum Lucā, & q̄ hic ostēditur nō esse Israelita. possibile em̄ est Iudæū non existentē & synagogā fabricasse, & gentē diligere.

Concordantia cuāgelio rum.

Tropologia pulchra.

Sabellius explo ditur.

Audiens autē Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem uobis, quòd multi ab Oriente & Occidente ueniēt & recumbent cū Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorū: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentiū. Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

Chry. in ho. Sicut qđ leprosus dixerat de Christi potestate, si vis potes me mūdare, Christi voce cōfirmat dicētis: Volo, mūdare: ita & hic Centurionē, de Christi potestate testātē nō solū nō accusauit, sed etiā cōmēdauit. Sed & amplioꝰ aliq̄d fecit. intētionē em̄ laudis euāgelista significās, dicit: Audiēs aūt Ie. &c. Orig. Attende quātum sit aut quale, qđ deus vnigenitus mirat. aurū, diuitiæ, regna, principatus, in cōspectu eius sunt, tā quā vmbra vel flos decidēs. Nihil ergo horū in cōspectu dei mirabile est, quasi magnū vel ꝓciosum, sed tantū fides. hanc mirat honorificās, hanc acceptabilē sibi æstimat. Aug. sup Gene. contra Mani. Quis aūt in illo fecerat illā fidē, nisi ipse qui admirabatur? q̄ si & alius eā fecisset, vt quid miraret qui prescius erat? Quod ergo miratur dn̄s, nobis mirandū esse significat, quibꝰ adhuc opus est sic moueri. oēs enī tales motus eius nō perturbati aī signa sunt, sed docentis magisteriū. Chry. in ho. Vn̄ plebe oī presente admiratus esse dr̄, & aliis exēplū dedit vt eū mirent. sequitur enī, Et sequen. sedi. Amē dico &c. Aug. cōtra Fau. Fidē laudat illius, nō aūt desertionē militiæ imperauit. Hiero. Hoc autē de præsentibus loquit, nō de oībus retro patriarchis & ꝓphetis. Chry. sup Mat. Credidit enim Andreas, sed Ioāne dicēte, Ecce agnus dei. Credidit Petrus, sed euāgelizante sibi Andrea. Credidit Philippus, sed legendo scripturas. & Nathanael priꝰ signū diuinitatis acce

Militia licita.

pit,& ſic fidei confeſſionẽ obtulit. Orig. Iair⁹ Iſraelis princeps pro filia ſua petẽs,nõ dixit:Dic verbo,ſed veni velociter.Nicodemus de fidei ſacramento audiens, ait:Quõ poteſt hoc fieri?Maria & Martha dicunt:Domine ſi fuiſſes hic,frater meus nõ fuiſſet mortu⁹, quaſi dubitantes quòd vbique poſſet adeſſe dei potentia. Chry.ſuper Mat. Aut ſi volumus fideliorẽ putare iſtũ quàm apoſtolos,ita teſtimoniũ Chriſti intelligendum eſt,ꝙ vnumquodq; bonũ hominis ſecundũ quantitatẽ perſonæ illius laudatur: ruſticũ enim dicere aliquid ſapienter magnũ eſt,qđ de philoſopho nõ eſt mirũ:ſic de Centurione dictũ eſt, in nullo tantã fidẽ inueni in Iſrael.Chry.in ho.Non em̃ erat æquale, Iudæũ credere & Gẽtilem.Hiero.Vel fortè in Centurione fides gentiũ ꝓponitur Iſraeli.vnde ſubdit: Dico aũt vobis ꝙ multi ab Oriente &c.Aug.de ver.do.Non oẽs ait,ſed multi, tamen ipſi ab Oriente & Occidente:iſtis duabus partibus totus orbis deſignatur.Haymo.Vel ab Oriente veniũt,qui ſtatim illuminati trãſeunt:ab Occidẽte,hi qui pſecutionẽ vſq; ad mortẽ tolerauerũt pro fide. vel ab Oriente quis venit,cũ ab infantia deo ſeruire incipit:ab Occidente, dũ in ipſa decrepita ætate ad deum cõuertitur. Orig. Sed quõ alibi dicit quòd pauci ſunt electi?per diuerſas enim generatiões pauci electi ſunt, ſimul verò cõgregati in tẽpore viſitationis multi inuenientur.Sequitur:Et recũbent,nõ carnaliter iacentes, ſed ſpiritualiter requieſcentes: non temporaliter potẽtes,ſed æternaliter epulantes cũ Abraham Iſaac & Iacob in regno cęlorũ:vbi lux,exultatio,gloria & lõgęuitas vitæ ęternæ. Hiero. Quia aũt deus Abrahã cæli conditor pater Chriſti eſt, idcirco in regno cælorũ eſt & Abraham,cũ quo accubituræ ſunt nationes q̃ crediderunt in Chriſtũ filium creatoris.Aug.de ver.do.Sicut aũt videmus chriſtianos vocatos ad cæleſte conuiuium,vbi eſt panis iuſtitiæ,potus ſapiẽtiæ: ita videm⁹ & Iudęos reprobatos.vnde ſequitur:Filii au.reg.ciici. in tene.exte.Iudæi.ſ.qui legẽ acceperũt,qui celebrãt figuras oĩm futurorum,qui tamen præſentia non agnouerunt.Hiero.Vel filios regni dicit Iudęos,quia in eis deus ante regnauit . Chry.in ho. Vel filios regni dicit eos quibus regnum erat præparatũ:quod & magis eos mordebat. Aug.contra Fau. Si ergo non cõmendauit Moyſes populo Iſrael deũ , niſi deũ Abraham Iſaac & Iacob,eumq; ipſum Chriſtus cõmendat, non eſt conatus illum populũ auertere à deo ſuo: ſed ideo minatus eſt eos ituros in tenebras exteriores, quòd auerſos videret eos à deo ſuo: in cuius regno gẽtes vocatas ex toto orbe terrarũ recubituras dicit cũ Abrahã Iſaac & Iacob,nõ ob aliud q̃ ꝙ fidẽ tenuiſſet dei Abrahã Iſaac & Iacob. Quibus nõ quaſi in morte correctis,vel poſt paſſionẽ ſuam iuſtificatis teſtimoniũ dominus perhibeat.Hiero.Tenebræ aũt exteriores dicuntur,quoniam qui à dño expellitur foras , reliquit lumẽ.Haymo. Quid aũt ibi paſſuri ſint,manifeſtat cũ ſubdit:ibi erit fletus & ſtridor dentiũ . Per metaphorã enim mẽbrorum pœnas deſcribit tormentorũ . Solent enim oculi fumo tacti lachrymas producere,dentes verò à nimio frigore ſtridere.oſtenditur ergo quòd reprobi in inferno & calorẽ intolerabilem & frigus ſuſtinebunt, ſecũdum illud Iob: Tranſient ab aquis niuiũ ad calorẽ nimium.Hiero.Si aũt fletus oculorũ eſt , & ſtridor dentium oſſa demõſtrat, vera eſt corporũ & eorũdem mẽbrorũ quæ ceciderãt, reſurrectio. Raba.Vel ſtridor dẽtium prodit indignantis affectũ,eo ꝙ ſero vnumquẽq; pœniteat,ſero ſibi iraſcatur quòd tã pertinaci improbitate deliquit.Remi.Vel aliter:Tenebras exteriores appellat exteras nationes, quãtum enim ad hiſtoriam attinet,ꝓdicit dñs his verbis interitũ Iudæorum , qm̃ ꝓpter infidelitatẽ ducendi erãt captiui, & diſpergendi per diuerſa regna terrarũ.fletus em̃ ab igne ſolet fieri, ſtridor dentiũ à frigore . Illis ergo aſcribitur fletus qui in calidioribus locis habitãt , ſicut in India & Aethiopia.Stridor verò dentiũ illis aſcribitur qui in frigidioribus locis cõmorantur,ſicut eſt Hircania & Scytia.Chry.ſup Mat. Ne quis aũt exiſtimet blanditiarũ eſſe hęc verba , qđ dictũ erat, credere facit ſigno.vnde ſequit:Et di.Ie.Cẽtu.Vade,& ſicut cre.fi.ti.Rab. q.d. ſecundũ menſurã fidei metietur tibi & iſta gratia.Poteſt aũt meritum dñi etiam famulis ſuffragari, non ſolum merito fidei , ſed etiam ſtudio diſciplinę . vnde ſequitur:Et ſanat⁹ eſt puer ex illa hora. Chry.in ho.Vbi velocitatẽ admirare: neq; em̃ ſolũ curare,ſed inopinatè , & in momento tẽporis hoc facere virtutẽ Chriſti oſtẽdebat.Aug.de ver.do.Sicut em̃ dñs domũ Centurionis corpore non intrauit, ſed abſens corpore,præſens maieſtate puerũ ipſum ſanauit:ſic & in ſolo Iudai co populo corpe fuit, apud alias aũt gẽtes nec de virgine natus eſt,nec paſſus eſt,nec humanã pertulit,nec diuina mirabilia fecit , & tamen impletũ eſt quod dictũ erat:Popul⁹ quẽ non cognoui ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.Iudęa enim gens cognouit,& crucifixit:orbis terrarum audiuit,& credidit.

Allegoria pulcherrima.

Et cũ ueniſſet Ieſus in domum Petri, uidit ſocrum eius iacentem & febricitantem: Et tetigit manum eius , & dimiſit eam febris, & ſurrexit, & miniſtrabat eis.

Raba. Poſtq̃ oſtendit Matthæus per leproſum totũ genus humanũ ſanatũ, & in ſeruo Cẽturionis gẽtilis populi ſanationẽ,conſequẽter per ſocrũ Petri deſignat eu rationẽ ſynagogæ.vnde dicit:Et cũ ve.Ie.in do.Pe.Prius aũt narrat de ſeruo,quia maius miraculũ fuit & maior gratia in gentili cõuerſo, vel quia in fine ſeculi ſynagoga eſt plenariè cõuertenda , cũ plenitudo gentiũ ſubintrauerit. Domus autem Petri in Bethſaida erat. Chry.in ho.Sed cur intrauit in domũ Petri?mihi videtur cibũ aſſũpturus. vñ ſequit: Et ſur.& mi.eis. Apud diſcipulos enim diuertebat honorãs eos , & auidiores ex hoc faciens.Attende aũt Petri ad Chriſtũ reuerentiam,habẽs enim ſocrũ domi febricitantẽ , non traxit eũ in domũ ſed expectauit doctrinã cõpleri,& alios curari.Ab exordio em̃ erudiebat,quæ aliorũ erant ſibiipſi ꝓponere.Quocirca neq; ipſe eũ inducit, ſed Chriſt⁹ ſponte adiuit,poſtq̃ dixit Centurio : Nõ ſum dign⁹ vt intres ſub tectũ meum:monſtrans quantũ largiebat diſcipulo.Non eſt aũt dedignatus ſub vilia tuguria piſcatorũ intrare,erudiẽs per oĩa humanũ conculcare tumorẽ.Et quãdoq; quidẽ ſolũ verbis curat, quãdoq; aũt etiã manũ extendit.vnde & hic dr̃:Et teti.ma.eius &c. Non em̃ volebat ſemp cũ ſuperabundãtia miracula facere,oportebat em̃ interim latere. Tangẽs aũt non febrẽ extinxit ſolũ,ſed &purã tribuit ſanitatẽ.Quia em̃ ęgritudo curabilis erat,mõ curationis ſuã virtutẽ oſtẽdebat,faciẽdo qđ ars medicinalis nõ operat̃,vt.ſ.ſimul perfectã reſtituat ſanitatẽ.vnde euãgeliſta hoc intuens dicit ꝙ ſurrexit,& miniſtrabat eis.Hiero.Natura em̃ hoĩm iſtiuſmodi eſt, vt poſt febrẽ magis laſſeſcant corpora,& incipiẽte ſanitate ęgrotationis mala ſentiant. Verũ ſanitas quę confertur à dño,tota ſimul redditur. Chry.in ho.In hoc ergo qđ dicitur ꝙ ſurrexit & miniſtrabat eis,& Chriſti virtutis ſignũ eſt, & diſpoſitiõis mulieris quã erga Chriſtũ oſtendebat.Beda in ho.Myſticè aũt domus Petri lex vel circunciſio eſt.Socrus eſt ſynagoga,q̃ quodãmodo eſt mater eccleſię Petro commiſſæ:hæc febricitat,qa inuidiæ æſtib⁹ laborabat ꝑſequens eccleſiã:cuius manũ dñs tangit,qñ carnalia eius opera in

opera in ſpũalem vſum cõuertit.Remig.Vel per ſocrũ Petri põt intelligi lex, quæ ſecundũ apoſtolũ infirmabatur per carnẽ.i.carnalẽ intelligentiã.Sed cũ dñs per myſteriũ incarnatiõis viſibilis in ſynagoga apparuit, & opere legẽ impleuit, & ſpũaliter intelligendã docuit, mox ipſa ſociata gratia euangelii tantũ robur accepit,vt q̃ fuerat miniſtra mortis & pœnæ, poſtmodum fieret vitæ & gloriæ.Raba.Vel vnaquæq; anima, quæ carnis cõcupiſcentiis militat quaſi febribus ęſtuat:ſed manu miſericordiæ diuinę tacta cõualeſcit,& per continẽtię frena carnis laſciuiã conſtringit:& mẽbris quibus ſeruierat immũditiæ, ſeruit iuſtitiæ. Hila. Vel in ſocru Petri vitioſa ĩfidelitatis æſtimat̃ affectio,cui adiacet libertas volũtatis, quæ nos ſibi quadã cõiugii ſocietate coniũgit.Ergo ingreſſu dñi in Petri domũ.i.in corpore , curatur infidelitas peccatorũ calore ęſtuans, & ſaluata officii famulatu miniſtrat. Aug.de con.euã. Hoc aũt quando factũ ſit.i. poſt quid vel ante quid nõ exꝑſſit Matthę⁹.nõ enim poſt quid narratur, poſt hoc etiã factũ neceſſe eſt intelligat̃. Nimirũ tamen iſte hic recoluiſſe intelligit̃,quod prius omiſerat.Nã id Marc⁹ hic narrat anteq̃ illud de mũdato leproſo cõmemoret, quod poſt ſermonẽ in monte habitũ,de quo ipſe tacuit,videt̃ interpoſuiſſe . Itaq; & Lucas hoc poſt factum narrat de ſocru Petri,poſt qđ & Marcus ante ſermonẽ etiã quẽ prolixũ interpoſuit:qui põt idẽ videri quẽ dicit habitũ in mõte Matthę⁹. Quid aũt intereſt q̃s quo loco ponat,ſiue qđ ex ordine inſerit,ſiue qđ omiſſũ recolit,ſiue qđ poſtea factũ ãte ꝓoccupat,dũ tñ nõ aduerſetur eadẽ alia narrãti nec ſibi nec alteri.quia em̃ nullius ĩ poteſtate eſt res opportunè cognitãs quo quiſq; ordine recordet,ſatis ꝓbabile eſt ꝙvnuſquiſq; euãgeliſtarũ eo ſe ordine credidit debuiſſe narrare,quo voluiſſet de⁹ ea q̃ narrabat ei⁹ recordationẽ ſuggerere. Qua propter,vbi ordo tẽporũ nõ apparet,nihil noſtra ĩteresſe debet, quẽ narrãdi ordinẽ quilibet eorũ tenuerit.

Concordia euangeliorũ.

Veſpere aũt facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eiiciebat ſpiritus uerbo, & oẽs malè habentes curauit,ut adimpleretur quod dictũ eſt per Eſaiam prophetã, dicentem: Ipſe infirmitates noſtras accepit , & ægrotationes noſtras portauit.

Chry. in ho. Quia multitudo credentiũ erat iã aucta, neq; tpe impellẽte à Chriſto abſcedere patiebant̃,veſpere ei infirmos adducũt.vnde dicit: Veſpe.aũt fa.obtul.ei mul.dęmo.habẽ.Aug.de con.euã.Per hoc aũt qđ dicit:Veſpere aũt facto, ad eiuſdẽ diei tẽpus hoc ptinere ſatis indicatur.q̃uis neceſſe nõ ſit,vbi dicit: Veſpere facto,eiuſdẽ diei veſperũ accipere.Remig.Chriſtus aũt dei filĩ⁹ auctor humanæ ſalutis,fons & origo totĩ⁹ pietatis cæleſtẽ medicinã tribuebat.vnde ſequitur:Et eiicie.ſpi.ver.& oẽs ma.haben.cura. Dæmones em̃ & morbos ſolo verbo repellebat,vt his ſignis & virtutib⁹ oſtẽderet ſe ad ſalutẽ totĩ⁹ generis humani veniſſe. Chry. in ho. Intende aũt quantam multitudinẽ curatam tranſcurrũt euangeliſtæ,non vnũquenq; curatum enarrantes,ſed vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes . Ne aũt magnitudo miraculi incredulitatẽ immittat,ſi tantã plebem & varias ægritudines vno temporis momẽto curauit, inducit prophetã attẽſtantem his q̃ fiebãt.vnde ſubdit:Vt adim.qđ dictũ eſt per Eſa.prophe.di.Ipſe infir.no.acce.Raba.Non vt ſibi haberet,ſed vt nobis auferret:& ægrotationes noſtras portauit,vt quod pro imbecillitate virium ferre nõ poteramus,ille pro nobis portaret.Remi.Quia humanæ naturæ infirmitatẽ ad hoc ſuſcepit , vt nos infirmos faceret fortes atq; robuſtos.Hil.Et paſſione corporis ſui ſecundũ prophetarũ dicta,infirmitates humanæ imbecillitatis abſorbuit. Chry.in ho. Hoc autẽ de peccatis magis à propheta dictũ eſſe videtur.Qualiter igitur euãgeliſta de ægritudinibus hoc exponit ? Sed ſciendum quòd vel hiſtorię hic teſtimoniũ adaptauit, vel oſtendit quoniã plures ægritudinũ ex pctis ſunt animabus:& ipſa mors à pctis habet radicẽ.Hiero.Attendendũ autem ꝙ omnes non mane,nõ meridie , ſed ad veſperã curantur:quãdo ſol occubiturus eſt, & quãdo granũ tritici in terra moritur,vt multos afferat fructus. Raba. Solis enim occubitus paſſionẽ & mortem deſignat illius qui dixit,quãdiu ſum in mũdo,lux ſum mundi: qui tẽporaliter viuens in carne,paucos Iudæorum docuit:calcato autem regno mortis,omnibus per orbem gentilibus fidei dona promiſit.

Peccata ſunt cauſæ infirmitatum

Videns autẽ Ieſus turbas multas circũ ſe,iuſſit diſcipulos ire trans fretum.Et accedẽs unus ſcriba,ait illi : Magiſter, ſequar te quocũque ieris. Et dixit illi Ieſus: Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos , filius autẽ hominis non habet ubi caput ſuum reclinet . Alius aũt de diſcipulis eius ait illi: Domine,permitte me primũ ire, & ſepelire patrẽ meum.Ieſus autem ait illi : Sequere me , & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

Chry.in ho.Quia Chriſtus non ſolũ corpora curabat: ſed animã emendabat, & verã ſapientiã monſtrare voluit non ſolũ ęgritudines ſoluendo, ſed etiam nihil ad oſtentationẽ faciendo.& ideo dicitur: Vi. autẽ Ie.tur. mul.circũ ſe,iuſ.diſci.ire trans fretũ. Faciebat aũt hoc & ſimul moderata nos capere docẽs,& inuidiã Iudaicam mitigãs,& docens nos nihil ad oſtentationẽ facere.Remi.Vel hoc fecit quaſi homo,volens turbarũ importunitatem declinare.Erant autẽ ei affixi admirantes eum,& videre ipſum volentes: quis enim diſcederet à talia miracula operante?quis non in faciem eius ſimplicẽ vellet videre, & os talia loquens?Si em̃ Moyſes glorificatã faciem habebat,& Stephanus ſicut angeli:intellige cõmunem dominatorẽ,qualẽ decens eſt, tunc apparuiſſe.vnde propheta dicit:Specioſus forma prę filiis hoĩm. Hila. Diſcipulorũ aũt nomen nõ duodecim tantũ apoſtolis cõuenire æſtimandũ eſt:nã pręter apoſtolos plures fuiſſe diſcipulos legimus.Aug.de con.euan. Manifeſtũ eſt autẽ aliũ eſſe diẽ quo iuſſit ire trans fretũ, non eũ qui ſequitur illũ in quo ſocrus Petri ſanata eſt , quo die Marcus Lucáſq; eum in deſertũ exiſſe affirmant.Chry.in ho. Vide aũt qualiter turbas non ſimpliciter abiicit,vt non offendat.Non enim dixit recedite, ſed vltro diſcipulos iuſſit abire , ſpẽ dans turbæ eundi etiam illuc.Remi.Sed quid inter iuſſionẽ dei & transfretationẽ geſtũ ſit, euangeliſta ſtuduit manifeſtare,cùm ait:Et acce.vnus ſcriba ait illi:Ma.ſe. te quo.ieris.Hiero.Iſte ſcriba qui tantũ literã nouerat occidentẽ,ſi dixiſſet:Dñe ſequar te quocũq; ieris,nõ fuiſſet repulſus à dño , ſed quia magiſtrũ vnũ de pluribus æſtimat,& literator erat & nõ ſpũalis auditor,ideo nõ habet locũ in quo poſſit Ieſus reclinare caput ſuũ. Oſtẽditur aũt nobis & ob hoc ſcribã repudiatũ, quòd ſignorũ videns magnitudinem ſequi voluerit ſaluatorẽ vt lucra ex operũ miraculis q̃reret, hoc idẽ deſiderans quod & Simõ Mag⁹ à Petro emere voluerat. Chry.in ho.Vide etiã quãtus eſt tumor.Ita em̃ aduenit,& locutus eſt,ſicut dedignans cũ turba annumerari,ſed oſtendens quoniã ſuper multos eſt ipſe.Hila.Vel aliter: Iſte ſcriba qui eſt vnus ex doctoribus legis an ſit ſecuturus interrogat , quaſi lege nõ contineret hũc eſſe Chriſtũ, quẽ vtiliter ſequat̃.Igitur infidelitatis affectũ ſub diſſimulatione interrogationis exꝑſſit, quia fidei aſſumptio nõ interrogãda eſt,ſed ſequẽda.Chry.in ho. Reſpõdet autem ei Chriſtus nõ ad interrogationẽ verborũ, ſed ad

Multi à Chriſto curati.

Scriba quare rę pulſus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõsilũ obuiãs mentis.vnde sequitur: Et dixit ei Iesus: Vulpes fouea.ha.& volu.cæ.ni.fili.aũt ho.nõ habet vbi ca.suũ recli.Aesi dicat. Hiero. Quid me ꝓpter diuitias & seculi lucra cupis sequi,cũ tantæ sim paupertatis,vt nec hospitiolũ quidẽ habeam: & tecto vtar non meo? Chry.in ho.Hoc aũt non erat auertentis, sed arguentis quidẽ malũ consiliũ, concedẽtis aũt si vellet cũ paupertatis expectatione sequi Christũ. Et vt discas eius malitiã,audies hoc & correctus nõ dixit, paratus sum sequi.Aug.de ver.do. Vel aliter: Filius hominis nõ habet vbi ca.recli.s.in fide tua.Vulpes eñ habent foueas i corde tuo,quia dolosus es: volatilia cæli habẽt nidos in corde tuo,quia elatus es.Dolosus & elatus non me sequeris,quõ enim dolosus sequitur simplicitatẽ? Greg.19.Mora.Vel aliter:Vulpes valde fraudulenta sunt animaliã,quæ in fossis vel specubus absondũtur:cũq; apparuerint,nunq̃ rectis itinerib⁹,sed tortuosis anfractibus currũt, volucres verò alto volatu se subleuant. Nomine ergo vulpiũ,dolosa atq; fraudulenta:nomine autẽ volucrũ, hæc eadẽ superba dæmonia designãtur. ac si dicat: Fraudulẽta & elata dæmonia in corde tuo inueniũt habitationẽ suã: humilitas aũt mea requiem in superba mẽte non inuenit.Aug.de quæst.euan.Intelligitur eñ miraculis motus propter inanẽ iactantiam eum sequi voluisse,quam signant aues: finxisse aũt discipuli obsequiũ, quæ fictio vulpiũ nomine significata est. Raba. Hęretici autem in sua versutia confidentes significant per vulpes,& maligni spũs per volucres cęli,qui in corde Iudaici populi foueas & nidos.i. domicilia habebant.Sequitur:Alius aũt de di.illius ait:Domine,permitte me ire primũ, & sepelire patrẽ meum. Hier.Quid simile est inter scribã & discipulũ? ille magistrũ vocat, hic dñm confitetur.Iste pietatis occasione ad sepeliendũ patrẽ ire desiderat , ille secuturum se quolibet ierit promittit,non magistrũ quærẽs, sed ex magistro lucrũ.Iste etiam discipulus nõ interrogat an sequatur,iam eñ sequi se oportere credidit:sed ꝓmitti sibi orat sepelire patrẽ.Aug.de ver.do.Dñs aũt qñ parat homines euãgelio,nullã excusationẽ vult interponi carnalis huiꝰ,tẽporalisq; pietatis . & ideo sequitur: Iesus autẽ di.ei sequere me : & di.mor.sepe.mor.suos. Chry.in ho. Hoc aũt dixit nõ iubens cõtemnere amorẽ qui est ad parẽtes, sed monstrans quoniam nihil cælestibus negociis nobis magis necessariũ esse oportet. Et quoniã cum toto studio his iungi debemus, & neque parũ tardare,etiãsi valde ineuitabilia & incitãtia fuerint quę abstrahũt.Quid eñ magis necessariũ erat q̃ sepelire patrẽ? Quid etiã facilius?neq; eñ tẽpus multũ cõsumendũ erat.per hoc etiã eum dñs à multis malis eripuit,puta luctibꝰ & mœroribus , & ab his q̃ hĩc expectãtur. Post sepulturã eñ necesse iam erat & testa mẽta scrutari,& hęreditatis diuisionẽ,& alia hmõi: & ita fluctuationes ex fluctuationibꝰ ei succedẽtes longè eũ à veritate abducere potuerũt . Si aũt adhuc tumultuaris,excogita qm̃ multi infirmos non ꝓmittũt scire, nec ad monumentũ sequi, etiamsi pater aut mater aut filius sit qui defunctus est:nec ex hoc excusantur crudelitatis,sed cõtrariũ crudelitatis esset. Et multò maius malũ est abducere hominẽ à spiritualibus sermonibꝰ, & maximè cũ fuerint qui hoc cõpleant. Erant eñ qui cõpleturi erant huius funeris sepulturã.vnde dicit:Dimitte mor.sepe.mor.suos.Aug.de ver.do.q.d.Pater tuus mortuus est.Sunt aũt alii mortui qui sepeliant mortuos suos,quia infideles sunt.Chry.in ho. In quo monstrat quoniã hic mortuus nõ erat eiꝰ:etenim qui defunctus erat,sicut æstimo,de numero infideliũ erat.Si admiraris iuuenẽ quoniã pro negocio ita necessario iter rogauit Iesum , & non spontaneè abiit : multo magis admirare,quoniã & prohibitus ꝓmansit , qđ non erat ingratitudinis,cũ non ꝓpter desidiã fecerit, sed vt nõ intercideret negociũ magis necessariũ.Hil. Item quia accepimꝰ in dominicæ orationis exordio ita primum precandum: Pater noster qui es in cælis,& in discipulo credẽtis populi persona est,admonet ꝙ pater sibi vius in cęlis est. Deinde inter fidelẽ filiũ patrẽq; infidelem ius paterni noĩs relinqui admonuit , etiã non admisceri memoriis sctõrum mortuos infideles , & etiã esse mortuos qui extra deũ viuũt , & iccirco mortui se peliant à mortuis: quia per dei fidẽ viuos viuo oportet adhærere.Si aũt mortuũ sepelit mortuꝰ,nõ debemꝰ habere curã mortuorũ,sed viuentiũ: ne dũ soliciti sumus de mortuis,nos quoq; mortui appellemur.Greg. 4.Mora.Mortui etiã mortuũ sepeliunt,cũ peccatores peccatoribus fauẽt.Qui eñ peccantẽ laudibus prosequũtur,extinctũ sub verborũ suorũ aggere abscõdunt. Raba.Notandũ est etiã in hac sentẽtia, quia aliquãdo minora bona prætermittenda sunt pro vtilitate maiorum. Aug.de con.euan. Quòd aũt Matthęus dicit tũc istud gestũ esse quando iussit vt irent trans fretũ , Lucas verò ambulantibus illis in via , non est contrariũ: quia viã vtique ambulabant , vt venirent ad fretum.

Et ascendente eo in nauiculã,secuti sunt eũ discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari,ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse uerò dormiebat . Et accesserunt ad eũ discipuli eius,& suscitauerũt eũ,dicẽtes:Domine salua nos, perimus . Et dixit eis Iesus: Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit uentis & mari,& facta est trãquillitas magna.Porrò homines mirati sunt, dicẽtes:Qualis est hic,quia uenti & mare obediunt ei?

Orig. Cũ multa magna & miranda ostendisset Christus in terra,transit ad mare, vt ibidẽ excellẽtia opera demõstraret, quatenus terrę marisque dñm cunctis se esse ostenderet.vnde dicitur: Et ascen.eo in naui.secu. sunt eum disci.eius.Nõ imbecilles, sed firmi & stabiles in fide.Hi ergo secu.sunt eũ,non tantũ gressus eius sequẽtes,sed magis sanctitatẽ cõcomitantes.Chry.Accepit aũt discipulos secum & in naui, vt ad vtraq; eos erigeret: & ad hoc quòd in periculis non stupescerẽt, & ad hoc ꝙ in honoribus moderata de se autumẽt . vt enim nõ magna de se saperent,propter hoc quòd aliis dimissis eos retinuerat , ꝓmittit eos fluctuari.Vbi eñ miraculorũ ostẽsio erat,plebẽ permittit adesse: vbi autẽ tentationũ & timorũ arreptio, athletas orbis terrarum quos excitaturus erat,hos solos assumit.Orig.In gressus ergo nauiculã fecit turbari mare. vnde sequit: Et ecce motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibꝰ.Hęc tẽpestas nõ ex se orta est, sed potestati paruit imperãtis,qui educit vẽtos de thesauris suis. Facta est autẽ tẽpestas magna , vt magnum opus ostẽderetur. quia quantò magis fluctus nauiculæ irruebant, tantò magis discipulos timor cõturbabat, vt plꝰ desiderarẽt se liberari per mirabilia saluatoris. Chry.Quia enim viderant alios Christi beneficia accepisse , nõ aũt similiter aliquis ęstimat quę in alienis corporibus fiunt,& quæ in seipso: oportuit per familiarẽ sensum hos potiri bñficiis Christi,& ideo voluit hãc fieri tẽpestatẽ,vt per liberationẽ manifestiorẽ accipiant bñficii sensum . Erat aũt hęc turbatio typus futurarũ tentationũ , de quibus Paulus dicit : Nolo vos ignorare fratres , qm̃ grauati sumus supra virtutẽ . Vt ergo daret tẽpus formidini,sequit: Ipse verò dormiebat.Si eĩ vigilãte eo facta fuisset tẽpestas, vel nõ timuissent,vel nõ rogassent,vel neq; posse ipsum tale aliqđ

facere crederent.Orig.Est autẽ res mirabilis & stupenda , is qui nunq̃ dormit neq; dormitat, dormire dicit. Dormiebat quidẽ corpore , sed vigilabat deitate: demonstrãs quia verum humanũ portabat corpus, quod corruptibile induerat. Corpore itaque dormiebat, vt apostolos faceret vigilare, & ne oẽs nos vnquã animo dormiamus.Tanto aũt metu discipuli fuerũt cõterriti & penè animo alienati , vt irruerẽt in eum , & nõ modestè ac leuiter suggererẽt,sed turbulẽter susciterẽt eum.vnde sequit:Et acce.ad eũ di. eiꝰ & susci.eũ di.Domine salua nos,perimus.Hiero.Huius signi typũ in Iona legimus, qñ cęteris periclitantibus ipse securus est & dormit & susciteꝝ.Orig. O veraces discipuli,saluatorẽ vobiscũ habetis,& de periculo timetis? Vita vobiscũ est,& de morte soliciti estis?Sed respõdeãt, paruuli sumꝰ,adhuc infirmi,ideoq; timemus.vnde sequit: Et di.eis Iesus:Quid timidi estis modicæ fidei? Quasi diceret,si potentẽ me super terrã cognouistis,quare nõ creditis ꝙ in mari potens sim?Et si mors irrueret,nõne debuistis eã constãtissimè sustinere? Qui modicum credit,arguet:qui nihil credit,contẽnetur.Chry.in ho. Si aũt aliquis dixerit qm̃ non fuit modicæ fidei , accedẽtes excitare Iesum:hoc signũ fuit,ꝙ non decentẽ de ipso opinionẽ habebãt. Nouerãt enim ꝙ excitatus poterat mare increpare,nõdum aũt ꝙ dormiẽs . Propter hoc etiã neq; prẽsentibus turbis hoc signũ fecit, vt nõ accusent modicę fidei,sed discipulos solũ accipiẽs corrigit prius,& soluit turbationẽ aquarũ.vnde sequitur: Tunc surgẽs imperauit ventis & mari:& facta est trãquillitas magna.Hiero.Ex hoc autẽ loco intelligimus ꝙ omnes creaturæ sentiant creatorẽ: quibus enim imperat,sentiũt imperantẽ:nõ errore hæreticorũ,qui oĩa putãt animãtia sensibilia,sed maiestate cõditoris,quæ apud nos insensibilia sunt,illi sensibilia sunt.Orig.Imperauit ergo ventis & mari , & de magno vento facta est tranquillitas magna.Decet eñ magnũ magna facere,& ideo qui prius magnificè cõturbauit profundum maris, nunc iterũ tranquillitatẽ magnã fieri iussit , vt discipuli nimiũ cõturbati,magnificè lætarẽtur. Chry. in ho.In hoc etiã ostẽditur ꝙ oĩs cõfestim soluta est tẽpestas: & neq; semita turbationis remãsit, qđ quidem extraneũ erat . Cũ eñ naturaliter fluctuatio terminat vsq; ad multũ tẽpus, aquæ cõcutiunt,sed hic simul oĩa soluebant.vnde qđ de patre dictum est:Dixit,& stetit spiritus ,pcellę, hoc Christꝰ opere ĩpleuit. solo eñ verbo & præcepto mare sedauit,& refrenauit. A visu aũt & à somno & ex vtẽdo nauigio,qui aderat,eũ hominẽ æstimabãt:propter hoc ĩ admirationẽ ceciderũt. vñ se quit:Porrò ho.mira.sunt di.&c. Glo. Chry.ponit hãc literã:Qualis,est hic hõ?somnus eñ, & quod apparebat,hoĩem demõstrabat:sed mare & trãquillitas , deũ ostẽdebat.Orig.Sed qui hoĩes mirati sunt?Non putes hic apostolos significatos:nusquã eñ inuenimꝰ præter honorẽ cognominari dñi discipulos,sed semp aut apostoli aut discipuli nominant. Mirabãtur ergo hi hoĩes qui cũ eo nauigabãt,quorũ erat nauicula.Hier.Si autẽ quis cõtentiosẽ voluerit eos qui mirabant fuisse discipulos,respõdebimꝰ rectè hoĩes appellatos, quia necdũ nouerãt potentiã saluatoris.Orig. Non aũt interrogãtes dicũt,qualis est iste? sed asserẽtes quia iste talis est, cui vẽti & mare obediũt . Qualis ergo est iste.i.quantus,q̃ fortis,q̃ magnus.Iubet oĩ creaturę, & nõ supergredi iussionẽ eius,soli hoĩes resistunt,& ideo in iudicio dãnabunt.Mysticè aũt oẽs in sanctæ ecclesiæ nauicula cũ dño per hũc vndosum supernatamus mundum. Ipse aũt dñs pio obdormit somno, patientiã nostrã & ĩpiorũ pœnitentiã expectãs. Hila.Vel dormit, eo ꝙ somno nostrò consopiat in nobis. Maximè aũt id accidit,vt à deo auxiliũ in periculi metu sperẽmꝰ.atq; vtinã vel spes sera cõfidat se periculũ posse euadere,Christi intra se vigilantis virtute:Orig. Alacriter ergo accedamus ad eum cum propheta,dicẽtes: Exurge,quare obdormis dñe? & ipse imperauit vẽtis.i.dæmonibꝰ qui cõcitant fluctus.i.principes huius mundi ad persecutiones sanctis immittẽdas,fecitq; tranquillitatẽ magnã,circa corpus & spiritũ,pacẽ ecclesiæ,& serenitatẽ mundo.Raba.Vel aliter:Mare est æstus seculi.Nauicula quã Christus ascendit,intelligit arbor crucis, cuius auxilio fideles transactis mũdi fluctibus ꝓueniunt ad cælestẽ patriam quasi ad littus securũ, in qua Christus vnà cũ suis ascẽdit.vnde post ait:Qui vult venire post me,abneget semetipsum,& tollat crucẽ suã, & sequatur me.Cũ ergo Christus in cruce positus fuisset,motꝰ magnus factus est,quia cõmotę sunt mentes discipulorũ de eius passione:& nauicula operta est fluctibus,qa tota vis ꝓsecutionis circa crucẽ Christi fuit,vbi.s.mortе occubuit.vnde dictũ est:Ipse verò dormiebat.Suum dormire,mori est.Excitant aũt discipuli dominũ,dum turbati morte,maximis votis resurrectionẽ quærũt,dicentes:Salua resurgẽdo, quia perimus turbatione tuæ mortis.Ipse verò resurgens increpat duritiã cordis eorũ,vt alibi legit. Imperauit aũt dñs ventis, qa diaboli superbiã strauit.Imperauit mari,quia vęsaniã Iudęorũ dissecit,& facta est trãquillitas magna , qa sedatæ sunt mentes discipulorũ visa resurrectiõe.Glo.Vel nauicula est ecclesia præsens,in qua Christus cũ suis mare seculi transit,aquas persecutorum cõpescit: vnde miremur,& gratias agamus.

Et cũ uenisset Iesus trans fretũ in regionẽ Gerazenorũ, occurrerũt ei duo habẽtes dæmonia,de monumẽtis exeuntes, sæui nimis:ita ut nemo trãsire posset per uiã illã. Et ecce clamauerũt,dicẽtes:Quid nobis & tibi Iesu fili dei? Venisti huc ante tẽpus torquere nos?Erat aũt non lõgè ab illis grex multorũ porcorũ pascẽs.Dæmones aũt rogabãt eum,dicẽtes : Si eiicis nos hinc,mitte nos in gregem porcorũ.Et ait illis:Ite. At illi exeuntes,abierunt in porcos . Et ecce magno impetu abiit totus grex per præceps i mare,& mortui sunt in aquis. Pastores aũt fugerũt:& uenientes in ciuitatẽ, nuntiauerũt hæc omnia, & de his qui dæmonia habuerant . Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Iesu.Et uiso eo rogabant eum ut transiret à finibus eorum.

Chry.in ho.Quidã hoĩes Christũ hoĩem esse dicebãt, venerunt dæmones diuinitatẽ eius diuulgãtes, vt qui mare ꝓcellosum,& rursus quietũ nõ audiebãt,dæmones audirent clamãtes.vnde dicitur: Et cũ venis.trans fre.&c. Raba. Gerasa vrbs est Arabiæ trans Iordanẽ, iuncta mõti Galaad,quã tenuit tribus Manasse,nõ longè à stagno Tyberiadis,in quo porci præcipitati sunt. Aug.de con.euan.Quòd autẽ Matthæus duos dicit fuisse qui dæmonia patiebant, Marcus aũt & Lucas vnũ cõmemorant, intelligas vnũ eorũ fuisse personæ alicuius clarioris & famosioris,quẽ regio illa maximè dolebat,& pro cuius salute populus satagebat,de quo facti huius fama ꝓclarius flagrauit . Chry.in ho. Vel Lucas & Marcus vnũ eorũ sæuiorẽ elegerunt,vnde & eius calamitatẽ exprimunt. Lucas eñ dicit ꝙ ruptis vinculis agebat in deserto,Marcus aũt ꝙ & lapidibus seipsum intercidebat.nec tũ dicunt qm̃ vnus solus erat,ne Matthęo contraria dicere viderent.Per hoc aũt qđ subdit: De monumẽtis exeũtes, ꝓniciosum dogma imponere volebãt.s.ꝙ animæ morientiũ dęmones fiãt.vnde multi aruspicũ occidũt pueros,vt aĩam eorũ cooperãtẽ habeãt,propter quod & dæmoniaci clamant, qm̃ anima

Universidad de Deusto
Biblioteca

illius ego sum. Nō est aūt anima defuncti quę clamat, sed dæmon hoc fingit vt decipiat audientes. Si enim in alteri⁹ corpus aīa mortui possibile esset ītrare, multo magis in corpus suū. sed neq; habet rationē iniqua passam animā cooperari iniqua sibi facienti, vel hominē posse virtutē incorporeā in aliam transmutare substantiā. s. animā in substantiā dæmonis. Neq; enim in corporibus hoc machinari quis potest: vt. s. hoīs corpus, faciat asini corpus. neq; enim rationabile est, animā à corpore separatam hic iā oberrare. Iustorū enim animę in manu dei sunt, vnde & quę puerorū: neq; eā malæ sunt. Sed & quæ peccatorū sunt, confestim hinc abducuntur, & hoc manifestū est ex Lazaro & diuite. Quia verò nullus afferre audebat ad Christū propter sæuitiā hos dæmoniacos, Christus ad eos vadit. Quæ quidē eorū sæuitia designatur cū subditur: Sæui nimis ita vt &c. Sed quia alios prohibebant pertransire: obstruentē igiturviam inuenerūt. Etenim flagellabantur inuisibiliter, intolerabilia patientes ex Christi p̄sentia. vnde sequitur: Et ecce cla. di. &c. Hiero. Nō est aūt voluntaria ista cōfessio quā p̄miū sequitur confitentiū, sed necessitatis extorsio, quæ cogit inuitos. velut si serui fugitiui post multū temporis dominū suum videant, nihil aliud nisi de verberibus dep̄cātur: sic & dæmones cernentes dm̄ in terris repēte versari, ad eos iudicādos se venisse credebāt. Ridiculū autem putant quidā dæmonia scire filiū dei, & diabolum ignorare: eo quòd minoris malitię sunt isti quàm ille, cuius satellites sunt, cū omnis sciētia discipulorū ad magistrū referenda sit. Aug. 9. de ciui. dei. Tantū autē innotuit eis deus quantū voluit, tantū autem voluit quantū oportuit. Innotuit ergo eis nō per id quod vita æterna est, & lumen quod illuminat pios, sed per quædā temporalia suæ virtutis effecta, & occultissimæ præsentię signa quæ angelicis spiritibus etiam malignis potius quàm infirmitati hoīm possunt esse perspicua. Hiero. Sed tamē tam dæmones q̄ diabolus suspicari magis filiū dei quàm nosse intelligendi sunt. Aug. in lib. de quęst. no. & vet. testa. Quòd aūt dæmones clamant: Quid nobis & tibi Iesu fili dei? magis ex suspiciōe quàm ex cognitione dixisse credēdi sunt. Si enim cognouissent, nunquā dominū gloriæ crucifigi permisissent. Remi. Sed quotiescunq; eius virtute torquebātur, & signa & miracula facientē videbāt, æstimabant eū esse filium dei: postq̄ videbant eū esurire, sitire, & his similia pati, dubitabāt & credebant hominē purū. Considerandū est q̄ etiā Iudęi increduli dicentes Christū in Beelzebub eiecisse dæmonia, & Arriani dicentes eū esse creaturā, non solū iudicio dei, sed etiā dæmonum cōfessione dānari merentur, qui Christū filiū dei dicunt: Quid nobis &c. hoc est, nihil cōmune est nostrę malitię & tuæ gratiæ, quia secundū apostolū, nulla societas est lucis ad tenebras. Chry. in ho. Vt aūt non videretur adulationis hoc esse, ab experiētia clamabāt, dicentes: Veni sti ante tēpus torquere nos. Aug. 8. de ciui. dei. Siue qa subitū illis fuit quod futurū quidē, sed tardius opinabātur: siue quia proditionē suam hanc ipsam dicebāt, quia fiebat vt eorū cognitio sperneretur: & hoc erat ante tēpus iudicii, quo æterna dānatione puniēdi sunt. Hier. Præsentia etiā saluatoris torm̄ēta sunt dæmonū. Chry. in ho. Non aūt poterant dicere se non peccasse, quia eos Christus inuenerat mala operātes, & facturā dei punientes. vnde æstimabant propter superabundā tiam malorū quæ fecerant, quòd non expectaretur in eis tēpus extremæ punitionis, quæ erit in die iudicii. Aug. de con. euan. Quòd autē verba dęmonū diuersimode ab euāgelistis sunt dicta, non habet aliquid scru-

puli: cū vel in vnam redigi sententiā, vel omnia dicta possunt intelligi: nec quia pluraliter apud Matt. apud illos aūt singulariter loquitur, cū & ipsi narrent q̄ interrogatus quid vocaretur, legionē se esse respōdit, eo q̄ multa essent dæmonia. Sequit: Erat aūt nō longè ab &c. Greg. 2. Mora. Scit enim diabolus quia quod licet agere ex semetipso non sufficit; quia nec per semetipsum in eo quod est spiritus exīstit. Remi. Sed ideo non petierunt vt in homines mitterentur, quia illū cuius virtute torquebant, humanā speciē gestare videbant. Nec etiā petierūt vt in pecora mitterentur, qa pecora dei p̄cepto munda sunt aīalia, & tūc in tēplo dei offerebant. Præ aliis aūt īmundis in porcos mitti petierūt, quia nullū aīal est immundius porco. vñ & porcus dicitur quasi spurc⁹, eo q̄ in spurcitiis delectet sic & dę mones spurcitiis pctōrū delectant. Non autē petierūt vt in aerē mitterent, propter nimiā cupiditatem nocē di hoībus. Sequitur: Et ait illis: Ite. Chry. in ho. Nō autē hoc fecit Iesus quasi à dæmonib⁹ persuasus, sed multa hinc dispensans: Vnū quidem, vt instruat magnitudinē nocumenti dæmonū, qui illis hominibus insidiabantur: Aliud, vt discant oēs, qm̄ neq; aduersus porcos audent, nisi ipse cōcesserit. Tertiū, vt ostenderet q̄ graviora in illos homines operati essent, quàm in porcos, nisi essēt homines illi inter calamitates diuina prouidentia adiuti: magis enim odio habēt homines, q̄ irrationalia. Per hoc aūt manifestum est quoniam nullus est qui nō potiatur diuina prouidētia. Si aūt nō omnes similiter neq; secundū vnum modū, & hæc etiā prouidentię maxima species est: ad id enim quod vnicuique expedit prouidentia ostendit. Cū prædictis autē & aliud ex hoc dicimus, qm̄ non cōmuniter omni prouidet solū, sed singulariter vnicuiq;: quod in dæmoniacis his aliquis aspiciet manifestè, qui olim suffocati essent, ni si diuina procuratione potiti essent. propterea etiā cōcessit abire in gregē porcorū, vt qui regiones habitabant illas, discant eius virtutē. Vbi enim nullus eū cognouerat fulgere faciebat miracula, vt eos in suæ diuinitatis cognitionē trahat. Hiero. Non ergo vt cōcederet saluator dæmonibus quod petebant dixit: Ite, sed vt per interfectionē porcorum hominib⁹ salutis occasio p̄beretur. Sequitur: At illi exeuntes. s. ab hominibus, abierūt in porcos, & ecce magno impetu abiit totus grex p̄ceps in mare, & mortui sunt in aquis. Erubescat Manichęus. Si de eadē substantia, & ex eadem origine hominū bestiarumq̄ sunt animę, quomodo ob vnius hominis vel duorū salutē, duo milia porcorū suffocantur? Chry. in ho. Ideo aūt porcos dæmones occiderūt, quia vbiq; homines in mœstitiam mittere student, & de perditione lætantur. Dāni etiam magnitudo augebat eius quod factū erat famā: à multis enim diuulgabatur. s. ab his qui curati erant, & à porcorū dominis, & à pastoribus. vnde sequitur: Pastores autē fuerunt & ve. &c. & de his qui dęmonia habuerant, & ecce tota ciuitas exiit obuiā Iesu. Sed cū diceret eos adorare & admirari virtutē, emittebant eū à se. vnde sequitur: Et viso eo rogabant eū vt transiret à finibus eorū. Intuere aūt & Christi māsuetudinē post virtutē. quia enim beneficia adepti ambigebant eū, nō restitit, sed recessit: & eos qui indignos se nūtiauerunt eius doctrina dereliquit, dans eis doctores liberatos à dęmonib⁹, & porcorū pastores. Hiero. Vel quòd rogāt vt transeat fines eorū, non de superbia hoc faciunt, sed de humilitate quasi se indignos domini præsentia iudicabant: sicut & Petrus ait: Exi à me domine, quia vir peccator sum. Raba. Interpretatur aūt Gerasa colonū eiiciens, vel aduena propinquans, hoc est gentilitas quæ diabolum à se eiecit. Et quæ prius longè, modo facta est propè, post resurrectionē visitata à Christo per prædicatores. Ambro. super Lucā. Duo quoq; dęmoniaci figurā populi gentilis accipiūt: qm̄ cū tres filios Noe genera-uit: Sem, Cham, & Iaphet: Sem tantūmodo familia in possessione accita est dei: ex duobus autē aliis nationū populi pullularūt. Hila. Vnde extra vrbē. i. extra legis & prophetarū synagogā, duos homines in monumentis dęmones detinebāt, duarum. s. gētium origines: intra defunctorū sedes & mortuorum reliquias obsederāt, efficientes prætereūtibus viam vitæ p̄sentis infestam. Raba. Vel nō immerito in monumētis illos habitantes significauit: quid em̄ aliud sunt corpora perfidorū, nisi quædā defunctorū sepulchra? in quibus non dei sermo, sed anima peccātis morte recluditur. Dicit autē: Ita vt nemo posset transire per viam illā, quia ante aduentū saluatoris in via gentilitas fuit. Vel per duos Iudæos & gentes accipe qui nō habitabant in domo. i. in cōscientia sua nō requiescebant. In monumentis manebant. i. in operibus mortuis delectabātur: nec sinunt per viā fidei, quā viam Iudęi impugnabant, aliquem transire. Hila. Occursus autē eorū concurrentiū ad salutem voluntas iudicatur: videntes autē dęmones non sibi iam locū in gentibus derelinqui, vt patiatur habitare se in hæreticis deprecātur: quibus occupatis, in mare. i. in cupiditatem secularē dęmonum p̄cipitantur instinctu, cū reliquarum gentiū infidelitate moriuntur. Vel porci sunt qui lutulentis delectantur actibus. nam nisi quis porci more vixerit, non in eū diabolī accipiunt potestatē, aut ad probandū tantum nō ad perdendū accipiēt. Quòd aūt in stagnum p̄cipitati sunt porci, significat quòd etiā liberato populo gentiū à dominatione dæmonū, in abditis agunt sacrilegos rit⁹ suos, qui Christo credere noluerūt, cęcati & profunda curiositate submersi. Quòd aūt pastores porcorū fugientes ista nuntiāt, significat quosdā etiam primates impiorū quanquā christianā legem fugiant, potentiā tamen Christi stupendo prędicare non cessant. Quòd magno timore percussi rogant, vt ab eis discedat, significat multitudinem vetusta sua vita delectatam, honorare quidē se nolle christianam legē dum dicūt, quòd eam implere non possunt. Hila. Vel vrbs illa Iudaici populi habuit speciē, quæ Christi operibus auditis domino suo obuiam pergit, prohibens ne fines suos vrbemq̄; contingeret: neq; enim euangelia recepit.

CAPVT IX.

ET ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebāt ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem Iesus fidem illorū, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cùm uidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittēdi peccata (tūc ait paralytico) Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Et surrexit, & abijt in domū suam. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerūt deum, qui dedit talem potestatem hominibus.

Chry. in ho. Monstrauit superius Christus suam virtutem per doctrinā, quando docuit eos vt potestatem habens: per leprosum, quando dixit: Volo, mundare: per Centurionē, qui dixit: dic verbo, & sanabitur puer meus: per mare, quod verbo refrenauit: per dęmones, qui eum cōfitebantur. Hic autem rursus alio maiori modo inimicos eius cogit confiteri æqualitatem honoris ad patrem. vnde ad hoc ostendendū subditur: Et ascen. in na. transfre. & ve. in ciui. suā. Nauigiū autem intrans pertrāsit, qui pede mare poterat pertrāsire: non enim semper mirabilia volebat facere, ne incarnationis noceat rationi. Ioan. episcopus. Creator aūt rerum, orbis terræ dominus, posteaq̄ se propter nos nostra angusta uit in carne, cœpit habere humanā patriam, cœpit ciuitatis Iudaicæ esse ciuis, parētes habere cœpit, parentum oīm ipse parens: vt attraheret charitas, quos dispersérat met⁹. Chry. in ho. Ciuitatē autem suā hic Capharnaū dicit. alia enim eum susceperat nascentem. s. Bethlehē: alia eum nutriuit. s. Nazareth: alia aūt habuit cōtinuè habitātem. s. Capharnaū. Aug. de con. euan. Vel aliter: Quod Matthęus hic scribit de ciuitate dñi, Marcus autē de Capharnaū, difficilius soluerēt, si Matthæus Nazareth nominaret: nūc verò cū potuerit ipsa Galilæa dici ciuitas Christi, quia in Galilæa erat Nazareth, sicut vniuersum regnū Romanū in tot ciuitatibus cōstitutum dicitur modo Romana ciuitas. Quis dubitauerit vt veniens in Galileam dominus rectè diceretur venisse in ciuitatē suam, in quocūque esset oppido Galilęę: p̄sertim quia ipsa Capharnaū extollebatur in Galilæa vt tanq̄ metropolis haberetur? Hiero. Vel ciuitatem eius nō aliam intelligamus, q̄ Nazareth: vnde & Nazarenus appellatus est. Augu. de con. euan. Et secūdum hoc dicimus Matthęū p̄termisisse, quæ gesta sunt posteaq̄ Iesus venit in ciuitatē suam, do nec veniret Capharnaū, & hic adiūxisse de sanato paralytico, sicut in multis faciunt p̄termittentes media, tanq̄ hoc continuo sequat, quod sine vlla prætermissionis significatione subiungunt, & hoc modo hic subditur: Et ecce offe. ei paraly. in lecto. Chryso. in ho. Paralyticus aūt hic alter est p̄ter eū qui in Ioāne ponitur. Ille quidē in natatoriis iacebat, hic autē in Capharnaū: & ille famulis carebat, hic autē habebat eos qui sui curā habebāt: qui & portātes eum attulerunt. Hiero. Obtulerūt ei iacentem in lecto, quia ipse ingredi nō valebat. Chry. in ho. Non autē vbique ab ægris solū quęrit fidē, puta cū insaniunt, vel aliter ab ægritudine in excessu fuerint mentis. Vnde subditur: Videns autē Iesus fidē illorum. Hiero. Non eius qui offerebat, sed eorum qui offerebāt. Chry. in ho. Quia igitur tantam ostēdunt fidem, monstrat & ipse suam virtutē, cū omni potestate soluens peccata. vnde sequit: Dixit paraly. Confi. fili, remit. tibi peccata. Ioā. episcopus. Quātum valet apud deū fides propria, apud quē sic valuit aliena, vt intus & extra sanaret hominē. Audit veniā & tacet paralyticus, nec vllam respondet gratiā: quia plus corporis q̄ animæ tendebat ad curā. Merito ergo Christus offerentiū recepit fidē, non verecundiam iacētis. Chry. Vel erat magna fides etiam huius infirmi: non em̄ pmisisset se submitti (vt alius euangelista dicit) per tectū, non credēs. Hiero. O mira humilitas, despectū & debilē, totis mēbrorū compagibus dissolutū, filiū vocat: quē sacerdotes nō dignantur attingere. aut certè ideo filiū, quia dimittūtur ei peccata sua. vbi datur nobis intelligentia, propter peccata, pleraſque euenire corporū debilitates. Et iccirco forsitā prius dimittūtur peccata, vt causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur. Chry. in ho. Scribæ autē differre volētes, etiam nolentes fecerunt clarere quod factū est: eorum enim æmulatione ad signi ostensionē vsus est Christ⁹. Hoc em̄ est. superabundantia eius sapientiæ, q̄ sua per inimicos manifestat. vnde sequitur: Et ecce quidā de scri. dixe. intra se: Hic blasphemat. Hiero. Legimus in prophetia: Ego sum qui deleo oēs iniquitates tuas. Cō sequenter ergo scribæ, quia hominē putabant, & ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ba dei non intelligebāt, arguunt eū vitio blaſphemię. Videns autē cogitationes eorum oſtendit ſe deum, qui poteſt cordis occulta cognoſcere, & quodāmodo tacēs loquitur. Eadē potentia, qua cogitationes veſtras intueor, poſſum & hoībus delicta dimittere. Et vos intelligite quid paralyticus cōſequat. vnde ſequitur: Et cùm vi. le. cog. eo. dixit: Vt quid co. ma. in cor. veſtris? Chry. in ho. Non quidē eorum deſtruxit ſuſpicionem, qua. ſ. cogitabāt eum prędicta dixiſſe vt deum. Si enim non eſſet æqualis deo patri, oportebat eū dicere, longē ſum ab hac poteſtate. ſ. dimittendi peccata. nunc autem contrariū firmauit ſua voce, & miraculi oſtenſione. vnde ſubdit: Quid eſt faci. dice. dimit. tibi pec. tua, an dice. ſur. & ambula? Quantò quidē aīa corpore potior eſt, tantò peccatū dimittere maius eſt, q̄ corpus ſanare. Sed quia illud quidē non manifeſtū, hoc aūt manifeſtū: facit minus quod eſt manifeſtius, vt demōſtret maius & nō manifeſtū. Hiero. Vtrū non ſint paralytico peccata dimiſſa, ſolus nouerat qui dimittebat. Surge autē & ambula, tā ille qui ſurgebat, q̄ hi qui ſurgētem videbant poterant approbare: quanq̄ eiuſdē virtutis ſit, & corporis & animæ vitia dimittere. Inter dicere tñ & facere multa diſtātia eſt: fit ergo carnale ſignū, vt ꝓbetur ſpirituale. vnde ſequitur: Vt aūt ſciatis quoniā filius hominis habet poteſtatē in terra dimittendi peccata. Chry. in ho. Suprà quidē paralytico nō dixit: dimitto tibi peccata, ſed dimittūtur tibi peccata: quia verò ſcribę reſiſtebant, altiorē ſuam potentiā demonſtrat, dicēs: quia filius hominis habet poteſtatē dimittendi peccata. Et vt oſtēdat ſe patri æqualem, nō dixit ꝙ filius hominis indiget aliquo ad dimittendū pecca ta, ſed quoniam habet. Glo. Hæc autē verba vt ſciatis poſſunt eſſe Chriſti vel euangeliſtæ, quaſi euangeliſta diceret: Ipſi dubitabāt eū peccata dimittere, ſedvt ſcia tis quoniā filius hominis habet poteſtatē, ait paralytico. Si aūt Chriſtus dicatur ꝓnunciaſſe hæc verba, ſic intelligetur: Vos dubitatis me poſſe peccata dimittere, ſed vt ſciatis quoniā filius hominis &c. quæ quidē oratio imperfecta eſt, ſed ſubditur act⁹ loco conſequē tis. vnde dicitur: Ait paraly. Surge & tol. lect. tuū. Ioā. epiſcop⁹. Vt quod fuit teſtimoniū infirmitatis, ſit probatio ſanitatis. Et vade in do. tuam, ne chriſtiana fide curat⁹ moreris in perfidia Iudæorū. Chry. in ho. Hoc autē præcepit vt non æſtimetur fantaſia eſſe quod factum eſt. vnde ad veritatē facti oſtendēdam ſubdit: Et ſurre. & abiit in do. ſuam. Sed tamen aſtātes homines adhuc deorſum trahuntur. vnde ſequitur: Videntes autem turbæ &c. Si em̄ bene cogitaſſent apud ſe, cognouiſſent quia filius dei erat. Interim enim nō paruū erat ęſtimare oībus hominibus maiorē, & à deo venire. Hila. Myſticè aūt à Iudæa repudiatus in ciuitatē ſuam reuertitur. Dei ciuitas fideliū plebs eſt: in hanc ergo introiuit per nauim, id eſt eccleſiā vectus. Ioan. eps. Non autē Chriſtus indiget naui, ſed nauis Chriſto, quia ſine cæleſti gubernatione nauis eccleſiæ per mundanū pelagus ad cęleſtē portum nō valet peruenire. Hila. In paralytico autē gentiū vniuerſitas effertur medenda: hic itaq; angelis miniſtrandus offertur: hic filius nunc upatur, quia dei opus eſt. huic remittuntur animę pec cata, quæ lex laxare nō poterat: fides enim ſola iuſtificat. Deinde virtutē reſurrectionis oſtēdit, cū ſublatione lectuli infirmitatē corporibus docuit defuturā. Hiero. Iuxta tropologiam autē interdum anima iacens in corpore ſuo virtutib⁹ diſſolutis à perfecto doctore domino offert curanda: vnuſquiſque enim ęger petendæ ſalutis monitores debet adhibere, per quos actuū noſtrorum clauda veſtigia, verbi cęleſtis remedio reformentur. Sunt igit monitores mentis, qui animum auditoris ad ſuperiora erigunt, quanuis exterioris corporis debilitate torpentē. Ioan. eps. Dominus aūt in hoc ſeculo inſipientiū voluntates non quærit, ſed reſpicit ad alterius fidē, nec medicus languētiū reſpicit voluntatē, cū contraria requirat infirmus. Raba. Surgere autē, eſt animā à carnalibus deſideriis abſtrahere. Lectū tollere, eſt carnē à terrenis deſideriis ad voluntatē ſpiritus attollere. Domū ire, eſt ad paradiſum redire, vel ad internā ſui cuſtodiā, ne iterū peccet. Greg. 23. Mor. Vel per lectū voluptas corporis deſignatur: iubet itaq; vt hoc ſanus portet, vbi infirmus iacuerat. quia omnis qui adhuc vitiis delectatur, infirmus iacet in voluptatibus carnis: ſed ſanatus hoc portat, quia eiuſdē carnis contumelias poſtmodū tolerat, quod intus prius deſideriis requieſcebat. Hila. Videntes aūt turbæ timuerūt. Magni enim timoris res eſt, nō dimiſſis à Chriſto peccatis in mortē reſolui, quia nullus eſt in domū æternam reditus, ſi cui indulta nō fuerit venia delictorum. Ceſſante autem timore honor deo redditur, quòd poteſtas hominibus hac via data ſit per verbum eius, & peccatorum remiſſionis, & corporum reſurrectionis, & reuerſionis in cælum.

Et cū tranſiret inde Ieſus, uidit hominem ſedentem in teloneo, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eum. Et factū eſt, diſcūbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores uenientes diſcūbebāt cum Ieſu & diſcipulis eius. Et uidentes phariſæi dicebant diſcipulis eius: Quare cū publicanis & peccatoribus māducat magiſter ueſter? At Ieſus audiens ait: Non eſt opus ualentibus medico, ſed malè habentibus. Euntes aūt diſcite quid eſt, Miſericordiam uolo, & non ſacrificium. Non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores.

Chry. in ho. Cū Chriſtus feciſſet miraculū non permā ſit in eodē loco, ne Iudæorū zelum accenderet amplio rem: hoc & nos faciamus, nō obſtinatē obſiſtentes eis qui inſidiantur. vnde dicit: Et cū tranſiret inde Ieſus. ſ. à loco vbi miraculū fecerat. Vidit ho. ſed. in telo. Mat. nomine. Hiero. Cæteri euangeliſtæ propter verecūdiā & honorē Matthęi, noluerūt eū nomine appellare vulgato, ſed dixerūt Leui. Duplici em̄ vocabulo fuit: ipſe autē Matthæus ſecundū illud Salomonis: Iuſtus accuſator eſt ſui: Matthæū ſe & publicanū nominat. vt oſtē dat legētibus, nullū debere ſalutē deſperare, ſi ad meliora cōuerſus ſit, cū ipſe de publicano in apoſtolum ſit repentè mutatus. Glo. Dicit aūt: Sedentē in teloneo. i. in domo vbi vectigalia cōgregantur. Erat em̄ telonarius dictus, à telos græcè, quod eſt vectigal. Chry. in ho. Per hoc etiā monſtrat vocantis virtutē, quoniā nō deſiſtētem à periculoſo officio ex mediis ipſum euulſit malis, ſicut & Paulū adhuc inſaniētem. Et ideo ſequitur: Et ait illi: Sequere me. Sicut vidiſti vocātis virtutē, ita diſce vocati obedientiā: neque em̄ reſtitit, neq; domū abire rogauit & ſuis hoc cōmunicare. Remi. Humana etiā pericula, quæ ei à principibus accidere poterant, paruipēdit, dū officii ſui rationes imperfectas reliquit. vnde ſequitur: Et ſurgens ſecutus eſt eū, & quia terrena lucra deſeruit, ideo iure factus eſt dominicorū talentorū diſpēſator. Hiero. Arguit aūt in hoc loco Porphyrius & Iulianus Auguſtus vel imperitiā hiſtorici mentientis, vel ſtultitiā eorū qui ſtatim ſecuti ſunt ſaluatorē, quaſi irrationabiliter quēlibet vocantē hominem ſint ſecuti, cū tantæ virtutes tantaq; ſigna præceſſerit, quæ apoſtolos anteq̄ crederēt vidiſſe nō dubiū eſt. Certè fulgor ipſe & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiā in facie refulgebat humana, videntes ad ſe trahere poterat in

terat in primo aſpectu. Si enim ex magnete lapide hęc eſſe vis dicitur, vt ferrū trahat, quanto magis dñs oīm creaturarū ad ſe trahere poterat quos volebat? Chry. in ho. Sed cur non cū Petro & Ioanne & aliis eū vocauit? quoniā durius adhuc diſpoſitus erat, ſed poſt multa miracula & multā Chriſti famā, quando aptiorē eū ad obedientiā ſciuit, qui intima cordis nouit. Aug. de con. euan. Vel probabilius videtur ꝙ hæc prætermiſſa recordando Matthęus cōmemorat, quia ante ſermonē habitum in monte credendū eſt vocatū eſſe Matthæū. in eo quippe monte tunc Lucas cōmemorat oēs duodecī electos, quos & apoſtolos nominat. Glo. Matthæ⁹ enim vocationē ſuam refert inter miracula: magnū enim miraculū fuit quòd publicanus factus eſt apoſtolus. Chryſo. in ho. Quid eſt aūt quòd de aliis apoſtolis nobis non dicitur, qualiter & quando ſunt vocati niſi de Petro & Andrea & Iacobo, Ioāne & Matthęo? Hi em̄ maximè erāt in incōuenientibus & humilibus ſtudiis. Neq; em̄ telonęi officio eſt aliquid deteri⁹, neque piſcatione vilius. Glo. Congruā aūt cœleſtis beneficii vicē impendēs Matthęus Chriſto magnū conuiuiū in domo ſua parauit, vt illi cōmodaret ſua temporalia, à quo expectabat ꝑpetua bona. vnde ſequitur: Et fa. eſt, diſcum. eo in do. Augu. de con. euan. Hic Mat. non expreſſit in cuius domo diſcūbebat Ieſus, vnde poſſet videri non hoc ex ordine ſubiunxiſſe, ſed quod alio tempore factū eſt recordatus interpoſuiſſe, niſi Marcus & Lucas qui hoc omnino ſimiliter narrant, manifeſtarēt in domo Leui, hoc eſt Matthęi diſcubuiſſe Ieſū. Chry. in ho. Honoratus aūt Matthęus ingreſſum Chriſti in domo eius, oēs publicanos qui erant eiuſdē artis conuocauit. vnde ſequitur: Ecce multi publicani, &c. Glo. Publicani enim vocantur, qui publicis negotiis implicantur, quę ſine peccato aut vix aut nunq̄ poſſunt tractari. & pulchrū fuit pręſagium, quia qui apoſtolus & doctor gentiū erat futurus, in prima ſua conuerſione peccantiū gregē poſt ſe trahit ad ſalutē: & vt iam perficeret exēplo, quod perficere debebat & verbo. Hiero. Tertulianus hos dicit fuiſſe ethnicos, dicente ſcriptura: Non erit vectigal pendens ex Iſrael: quaſi Matthæ⁹ non fuerit Iudæus. dominus aūt non conuiuatur cum ethnicis, cū id maximè caueret, ne legē ſoluere videretur, qui & diſcipulis præcepit: In viā gentiū ne abieritis. Viderant aūt publicanū à peccatis ad meliora conuerſum, locū inueniſſe pœnitētię, & ob id etiā ipſi nō deſperant ſalutē. Chry. in ho. Vnde acceſſerunt ad redēptorē noſtrū: & non ſolū ad colloquendū, ſed etiam ad conueſcendū recepti ſunt: non ſolū deputans aut curans aut arguens inimicos, ſed etiā conueſcens emendabat multoties eos qui malè diſpoſiti erant. per hoc docens nos, qm̄ omne tēpus & omne opus poteſt nobis tribuere vtilitatē. hoc aūt videntes phariſęi indignati ſunt, de quibus ſubditur: Et vi. pha. di. diſci. ei⁹: Quare cū publicanis &c. Notandū quòd cū diſcipuli viſi ſunt peccare, Chriſtū alloquuntur, dicentes: Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet facere in ſabbato. Hic apud diſcipulos Chriſto detrahunt, quæ oīa malignantiū erant & volentiū ſeparare à doctore corda diſcipulorū. Raba. Duplici aūt errore tenebant, quia & ſe iuſtos arbitrabant, qui ſuperbię faſtu à iuſtitia longè diſceſſerant: & eos criminabantur iniuſtos, qui reſipiſcendo à peccatis iuſtitię appropinquabant. Aug. de con. euan. Lucas aūt aliquanto differentius hoc videtur cōmemoraſſe, ſecundū quem phariſęi dicunt diſcipulis: Quare cū publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Chriſto & diſcipulis ei⁹ hoc obiectū inſinuās. Sed cū diſcipulis dicebat, magis magiſtro obiicitur quē ſectando imitabātur. Vna eſt ergo ſentētia, & tāto melius inſinuata, quanto quibuſdā verbis manente veritate mutata. Hiero. Neque verò in priſtinis permanentes veniunt ad Ieſum, vt phariſæi & ſcribæ murmurant, ſed pœnitētiam agentes: quod & preſens ſermo domini ſignificat. vnde ſequitur: At Ieſus audiens ait: Non &c. Raba. Seipſum medicū dicit, qui miro medicandi genere propter iniquitates noſtras vulneratus eſt, vt vulnus peccatorum noſtrorum ſanaret. Sanos quidem eos appellat, qui ſuā volentes ſtatuere iuſtitiā, verę dei iuſtitię ſubiecti non ſunt. Malè habētes eos vocat qui ſuæ fragilitatis cōſciētia deuicti, nec per legē videntes ſe iuſtificari, pœnitendo ſe ſubmittunt gratię dei. Chryſ. in ho. Poſtq̄ à cōmunibus opinionibus eos allocutus eſt, alloquitur eos ex ſcripturis, cū dicit: Euntes autē diſcite quid eſt, Miſericordiā volo, & non ſacrificiū. Hiero. De propheta. ſ. Oſee ſumens teſtimoniū ſugillat ſcribas & phariſæos, qui ſe iuſtos ęſtimantes pctōrum & publicanorū cōſortia declinabant. Chryſo. in ho. Acſi dicat: Cur accuſatis me, quando peccatores corrigo? ergo & deū patrē ex hoc incuſate. Sicut em̄ ille vult peccatorū emendationē, ita & ego. & ſic oſtendit non ſolū non eſſe prohibitū quod incuſabant, ſed & ſecundum legē maius eſſe ſacrificio. non em̄ dixit: Miſericordiā volo, & ſacrificium: ſed hoc iniunxit, illud autē eiecit. Glo. Non tamē deſpicit deus ſacrificiū, ſed ſacrificiū ſine miſericordia. faciebāt autē phariſæi ſæpe ſacrificia in tēplo, vt iuſti apparerent corā populo: ſed non exercebant miſericordiæ opera, in quibus probatur vera iuſtitia. Raba. Admonet itaq; eos vt per opera miſericordię ſibimetipſis ſupernæ miſericordiæ prēmia requirāt, & nō contēptis pauperū neceſſitatibus per oblationē ſacrificiorū ſe deo placere cōfidant. vnde dicit: Euntes. ſ. à temeritate ſtultę vituperationis, ad diligentiorē ſcripturę ſanctę meditationē, quę miſericordiā maximè cōmendat: vnde & ſuum de miſericordia exēplum eis proponit, dicens: Non em̄ veni vocare iuſtos, ſed pec. Aug. de con. euan. Lucas addidit in pœnitentiā, quod ad explanandā ſententiā valet, ne quiſquā peccatores; ob hoc ipſum quòd peccatores ſunt, diligi arbitretur à Chriſto: cū & illa ſimilitudo de ęgrotis bene intimet quid velit deus, vocando peccatores, tanq̄ medicus ęgros: vtiq; vt ab iniquitate tanq̄ ab ægritudine ſalui fiant, qđ fit per pœnitentiā. Hila. Omnibus autē Chriſtus venerat, quō ergo non ſe iuſtis veniſſe dicit? Erāt ergo quibus neceſſe nōn erat vt veniret. ſed nemo iuſtus ex lege eſt: oſtēdit ergo inanē iuſtitię iactantiam: quia ſacrificiis infirmis ad ſalutē, miſericordia erat vniuerſis in lege poſitis neceſſaria. Chry. in ho. vnde ironicè videt ad eos loquens, ſicut cū dicitur: Ecce iā Adā factus eſt quaſi vnus ex nobis. Quoniā em̄ nullus iuſtus erat in terra, Paulus ſignificat, dicēs: Oēs peccauerūt & egent gloria dei. In hoc aūt illos mitigauit, qui vocati erāt. q. d. Tantū renuo abominari pctōres, qui ꝓpter eos ſolos aduenio. Raba. Vel quia qui iuſti erant ſicut Nathanael & Ioannes Baptiſta, non erant ad pœnitentiā inuitandi. Vel non veni vocare iuſtos falſos, qui de iuſtitia ſua gloriantur, vt phariſæos: ſed illos, qui ſe peccatores recognoſcūt. Per Matthæi autem & publicanorū vocationē, fides gentiū exprimitur, q̄ prius mundi lucris inhiabant, & nunc ſpiritualiter cum domino reficiuntur: per ſuperbiā phariſæorū, inuidia Iudęorum de ſalute gentiū. vel Matthęus ſignificat hominē terrenis lucris inhiantē: quem videt Ieſus, dum oculo miſericordiæ reſpicit. Matthęus enim interpretatur donatus, Leui aſſumpt⁹: pœnitens autē à maſſa

Universidad de Deusto
Biblioteca

perditorum assumitur, & gratia dei ecclesiæ donatur. Et ait illi Ies⁹: Sequere me, vel per ꝓdicationẽ, vel per scripturę admonitionẽ, vel per internã inspirationem.

Tunc accesserunt ad eũ discipuli Ioannis, dicẽtes: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli aũt tui non ieiunãt? Et ait illis Ies⁹: Nunquid possunt filij spõsi lugere, quandiu cũ illis est sponsus? Veniẽt autem dies cũ auferetur ab eis spõsus, & tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit cõmissuram panni rudis in uestimẽtum uetus: tollit enim plenitudinem eius à uestimento, & peior scissura fit. Neque mittunt uinum nouũ in utres ueteres: alioquin rumpũtur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittunt, & ambo conseruantur.

Glo. Cũ de conuiuio peccatorum & de participatione respondisset eis, de comestione eum aggrediuntur. vnde dicitur: Tunc accesad eũ disci. Ioan. dicen. Quare nos &c. Hiero. Superba interrogatio, & ieiunii reprehendenda iactantia: nec poterant discipuli Ioannis nõ esse sub vitio, qui iungebantur phariseis, quos à Ioanne nouerãt condẽnatos: & calũniabantur eum, quẽ sciebant magistri vocibus prędicatum. Chryso. in ho. Quod autẽ dicunt tale est: Esto, tu vt medicus hęc facis: sed cur discipuli tui dimittentes ieiunium talibus mensis attendunt? deinde excusationẽ ex cõparatione augere volentes, primo seipsos ponunt, & deinde pharisæos. Ieiunabãt em̃ illi quidẽ à lege discẽtes, sicut & phariseus dixit: Ieiuno bis in sabbato: ipsi autẽ à Ioanne. Raba. Ioannes em̃ vinum & sicerã non bibit, quod abstinentiæ meritum non auget, cui nulla est potentia naturæ. Dominus autem qui peccata potest condonare, cur à peccatoribus manducãtibus declinaret, quos abstinentibus poterat facere iustiores? Ieiunat autem Christus, ne pręceptũ declines: manducat autẽ cũ peccatoribus, vt gratiam & potestatẽ intelligas. Aug. de con. euan. Sed cũ Matthæus tantũ discipulos Ioannis hoc dixisse perhibeat, verba quæ apud Marcũ leguntur, magis indicant alios hoc dixisse de aliis. i. conuiuas de discipulis Ioannis & phariseis: quod Lucas eui dentius expressit, qui alios de aliis dixisse narrauit. vnde ergo Matthæus dicit: Tunc accesserunt &c. nisi qa & ipsi aderãt, & oẽs certatim, vt quisque poterat, hoc obiecerunt? Chryso. in ho. Vel Lucas dicit ꝙ pharisæi hoc dixerunt, hic autẽ dicitur quòd discipuli Ioannis: quia pharisæi illos secũ acceperunt ad dicendũ, quod postea in Herodianis fecerunt. Sed cõsiderandũ quòd quando pro extraneis (sicut pro publicanis) sermo erat, vt eorũ turbatam mitiget animã, vehemẽtius exprobrantes incusauit. vbi autẽ discipulos conuitiabantur, cũ mansuetudine respondet. vnde sequitur: Et ait illis Ies⁹: Nunquid possunt fi. spon. lu. quãdiu cũ illis est spõsus? Primo quidẽ seipsum medicũ vocauerat, hic autẽ sponsum: in memoriã reducens verba Ioannis, q̃ dixit: Qui habet sponsam sponsus est. Hiero. Sponsus Christus est, sponsa autẽ ecclesia. de hoc spirituali cõnubio apostoli sunt creati, qui lugere nõ possunt quandiu sponsum in thalamo vident, & sciunt sponsum esse cum sponsa. Quando verò transierint nuptię, & passionis ac resurrectionis tẽpus aduenerit, tunc sponsi filii ieiunabunt. Et hoc est quod subdit: Venient aũt dies &c. Chry. in ho. Quod aũt dicit tale est: gaudii est prẽsens tẽpus & lætitiæ, non ergo introducenda sunt tristia: etem̃ ieiunium triste est nõ naturaliter, sed illis qui imbecillius adhuc dispositi sunt: his enim qui sapientiã contemplari desiderant, delectabile est. vnde secundũ opinionẽ illorum hoc dixit: per hoc autẽ monstrat quòd nõ gulæ erat quod fiebat, sed dispẽsationis cuiusdam. Hiero. Nonnulli autem putant idcirco dies quadraginta passionis ieiunia debere cõmitti: licet ita tim dies Pentecostes & spiritus sanctus veniens inducat nobis festiuitatẽ. Ex huiusmodi occasione testimonii Montanus Prisca & Maximilla etiã post Pentecosten faciunt quadragesimam, quòd ablato sponso, filii sponsi debeant ieiunare: ecclesiæ autẽ consuetudo ad passionẽ domini & resurrectionem per humilitatẽ carnis venit, vt spiritualis saginæ ieiunio corporis ꝑpare mur. Chry. in ho. Rursus autẽ à cõmunibus exẽplis cõfirmat hunc sermonem, cũ subdit: Nemo autẽ mittit cõmissuram pan. &c. quasi diceret, nõdum effecti sunt fortes mei discipuli, sed adhuc multa indigent cõdescẽsione: nondũ sunt per spiritum renouati. Sic aũt dispositis non oportet grauedinẽ imponere præceptorum. hoc aũt dixit regulam dans suis discipulis, vt discipulos ex vniuerso orbe terrarũ cum mãsuetudine suscipiant. Remi. Vestimentũ vetus discipulos suos vult intelligi: quia nõdum erant per oĩa innouati. Pannũ rudẽ. i. nouum, appellat nouã gratiam. i. euangelicam doctrinam: cuius quędã particula est ieiuniũ, & ideo nõ conueniebat vt sçuiora prçcepta ieiunii illis cõmitterentur: ne fortè austeritate ieiunii frãgerẽtur, & fidẽ perderent quã habebant. ideo subdit: Tollit enim plenitudinẽ &c. Glo. Quasi dicat: Ideo rudis pannus. i. nou⁹ non debet poni in vestimento veteri, quia tollit sæpe à vestimento plenitudinẽ eius. i. perfectionem, & tunc fit peior scissura. Graue enim onus rudi inium̃tũ, illud boni quod prius inerat, sępe destruit. Remig. Duabus autẽ similitudinibus positis. s. nuptiarũ, & de panno rudi & de vestimento veteri: nunc tertiã addit similitudinẽ de vtribus & de vino. Neq; mittunt vinum nouum in vtres veteres. Vtres veteres appellat suos discipulos, qui nondũ perfectè erant innouati. Vinũ nouũ appellat plenitudinem spiritus sancti, & profunda cęlestiũ mysteriorum, quę tunc discipuli ferre non poterant: sed post resurrectionẽ vtres noui facti fuerunt, & vinum nouũ receperunt, quando spiritus sanctus repleuit corda eorũ. Vnde quidã dixerũt: Oẽs isti musto pleni sunt. Chry. in ho. Hinc & nos causam docuit humilium verborum, quę & cõtinuò ad eos dicebat ꝓpter imbecillitatẽ ipsorum. Hiero. Vel aliter: Per vestimentum vetus & vtres veteres, debemus intelligere scribas & pharisæos: particula vestimenti noui & vinum nouum, sunt præcepta euangelica sentienda, quæ non possunt sustinere Iudæi ne maior scissura fiat. tale quid & Galatæ facere cupiebant, vt cũ euangelio legis prẽcepta miscerent, & in vtribus veteribus mitterent vinum nouũ. sed apostolus ad eos loquitur ad Gala. 3. O insensati Galatæ, quis vos fascinauit nõ obedire veritati? Sermo igitur euangelicus apostolis potius q̃ scribis & pharisæis est infundendus, qui maiorũ traditionibus deprauati ꝯceritatẽ prẽceptorũ Christi nõ poterãt custodire. alia est enim puritas virginalis animę, & nulla prioris vitii contagione pollutæ, alia eius quę multorum sordiũ libidini subiacuerit. Glo. Per hoc ergo significat quòd apostoli non erant in veteribus obseruantiis detinendi, quos oportebat gratiæ nouitate perfundi. Aug. in ser. de quadragesima. Vel aliter: Oĩs qui rectè ieiunat, aut animã suam in gemitu orationis & castigatione corporis humiliat, aut illecebra carnalia spiritualis sapientię delectatione suspendit. de vtro que autẽ ieiunii genere dominus hic respondet. Nam de primo, qui habet animæ humiliationẽ, dicit: Non possunt filii sponsi lugere. De illo qui habet epulum mentis, consequenter locutus est, dicens: Nemo mittit cõmissuram panni rudis &c. Deinde quia spõsus ablatus nobis

tus nobis est, vtiq; lugendum est. Et rectè lugemus, si flagramus desiderio eius. Beati quibus licuit eum ante passionẽ tũc habere præsentẽ, interrogare sicut vellent, audire sicut deberent. illos dies cõcupierunt videre patres ante aduentũ eius, neque viderunt. quia in alia dispensatione sunt ordinati, per quos venturus annunciaret, non à quibus veniẽs audiretur. in nobis autẽ illud impletũ est quod ipse dicit: Venient dies quãdo desiderabitis videre vnũ de diebus istis, & non poteritis. Quis ergo hic nõ lugebit? quis non dicet factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dũ dicit mihi quotidie, vbi est de⁹ tuus? Merito ergo apostolus cupiebat dissolui, & esse cũ Christo. Aug. de con. euan. Quod ergo dixit Matthæus Lugere, vbi Marc⁹ & Lucas dicunt Ieiunare, significauit de tali ieiunio dominum locutũ, quod pertinet ad humilitatẽ tribulationis, vt illud alterũ quod pertinet ad gaudiũ mentis in spiritualia suspensę, & ob hoc alienatę à corporalibus cibis, posterioribus similitudinibus significasse intelligatur: ostendens quòd circa corpus occupatis, & ob hoc veterẽ sensum habentibus hoc genus ieiunii non congruat. Hila. Mysticè verò quòd præsente sponso ieiunãdi necessitatẽ discipulis nõ esse respondet: prẽsentiæ suæ gaudiũ, & sacramentũ sancti cibi edocet, quo nemo se præsente. i. in conspectu mentis Christũ habituri, continens indigebit, quasi eo carens. ablato autẽ se ieiunaturos esse dicit: quia omnes nõ credentes resurrexisse Christũ, habituri nõ essent cibum vitæ. In fide enim resurrectionis sacramentũ panis cælestis accipitur. Hiero. Vel cùm propter peccata à nobis recesserit, tunc indicendũ est ieiuniũ, tunc luctus est recipiẽdus. Hila. Ponit etiã exempla, quibus ostendit firmitates vetustate peccatorum & animas & corpora nouæ gratiæ sacramenta nõ capere. Raba. Cũ autẽ datæ sint diuersæ similitudines ad idẽ, differunt tamen. vestis enim qua foris tegimur opera bona significat, quæ foris agimus: vinũ quo intus reficimur, feruor est fidei & charitatis quo intus reformamur.

Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit, & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed ueni, impone manũ tuam super eam, & uiuet. Et surgẽs Ies⁹ sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum uestimentũ eius, salua ero. At Ies⁹ conuersus, & uidens eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluã fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.

Chryso. in ho. Post sermones opus adiũxit, in quo amplius pharisæi obstruerentur, eo ꝙ qui aduenit ad miraculum petendũ archisynagogus erat, & luctus magn⁹, quia puella vnigenita erat, & duodecim annorũ, quando incipit esse flos ætatis. & ideo dicitur: Hęc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit. Augu. de concor. euan. Dicunt autẽ hoc & Marcus & Lucas: sed ab isto ordine iam recedũt, eo enim loco hoc inserunt vbi post expulsa dæmonia & in porcos missa trãsfretando redit à regione Gerazenorum. Et per hoc qđ Marcus dicit, intelligendum est hoc factum esse postquam venit rursus Ies⁹ trans fretum: sed quantum post non apparet. nisi autẽ fuisset aliquod interuallũ, non esset quãdo fieret, quod narrat Matthęus in cõuiuio domus suæ. post hoc factũ continuo sequitur de archisynagogi filia. Si em̃ loquente eo de pãno nouo & vino nouo accessit princeps, nihil aliud factorũ dictorumq̃; eius interpositũ est: in narratione aũt Marci patet locus vbi alia interponi potuerũt. Similiter autem Lucas nõ renititur Matthæo. quod em̃ adiũxit: Et ecce vir cui nomẽ erat Iairus, nõ cõtinuo accipiendũ est factũ: sed post illud de cõuiuio publicanorũ, vt narrat Matthæ⁹, dicẽs: Hæc illo loquẽte ad eos, ecce prĩceps vnus. s. Iairus archisynagogus, accessit & adorabat eũ, dicẽs: Domine, filia mea modo defuncta est. Consideranduũ est autẽ ne repugnare videatur, ꝙ alii duo euãgelistæ morti iã proximã, non tamẽ mortuã esse dicãt: vsq; adeo, vt dicãt venisse postea qui mortuã nuntiarẽt: & ob hoc non debere vexari magistrũ. intelligendũ est enim breuitatis causa Matthæum hoc poti⁹ dicere voluisse, rogatum dominum esse vt faceret, quod ipsum fecisse manifestũ est: vt. s. mortuã suscitaret. Attendit enim non verba patris de filia sua, sed quod potissimũ est, voluntatẽ. Ita enim desperauerat vt poti⁹ eã vellet reuiuiscere: nõ credẽs viuam posse inueniri, quã morientẽ reliquerat. Duo itaq; posuerũt quod dixerit Iairus, Matthæus autẽ quid voluerit atq; cogitauerit. Sanè si quisq̃ illorũ duorũ patrẽ ipsum cõmemorasset dixisse, vt nõ vexaretur Ies⁹, quòd puella mortua fuisset, repugnarẽt eius cogitationi verba quæ posuit Matthæus: nũc verò nõ legit ꝙ suis nuntiãtibus ille cõsenserit. Hinc autẽ rẽ pernecessariã dicimus, nihil in cuiusq; verbis debere inspicere nisi volũtatem, cui debẽt verba seruire: nec mẽtiri quẽq̃, si aliis verbis dixerit quod ille voluerit, cui⁹ verba nõ dicit. Chrys. in ho. Vel hoc quod princeps dixit de morte puellæ, est augere calamitatẽ. Etenĩ cõsuetudo est rogãtibus, extollere sermone propria mala, & ampli⁹ aliquid eo qđ est dicere, vt magis attrahãt eos quib⁹ supplicant. vñ subiungit: Sed veni impo. ma. su. eã, & viuet. Vide aũt eius grossitiã. Duo enĩ expetit à Christo: & accedere ipsum, & manũ imponere. Hoc etiam Syrus ille Naamã & à ꝓpheta expetebat. Etenim & visu indigent, & sensibilib⁹ reb⁹, qui grossi⁹ dispositi erãt. Remi. Mirãda est autẽ pariter atq; imitãda domini hũilitas & mãsuetudo: nã mox vt rogat⁹ est, rogantẽ cœpit sequi. vnde subdit: Et surgens Ies⁹ sequebatur eũ. Hic subditos & prælatos pariter instruxit: subditis exemplũ obedientiæ reliquit, prælatis verò instantiã & solicitudinẽ docẽdi demõstrauit: vt quotiescunq; audirint aliquẽ mortuũ in anima, statim adesse studeãt. Et cũ eo ibant discipuli eius. Chry. in ho. & Marcus quidẽ & Lucas dicũt, quoniã tres accepit discipulos. s. Petrum, Iacobũ, & Ioannẽ: Matthæũ aũt non assumpsit, ampliorem ei concupiscẽtiam immittens, & quia imperfecti⁹ adhuc dispositus erat. propter hoc enim illos honorat, vt alii similes illis efficiãtur. Sufficiebat enĩ interim Matthæo videre ea quæ facta sunt circa sãguinis fluxũ patientẽ, de qua subditur: Et ecce mul. quæ san. flu. patie. 12. an. ac. re. & teti. fim. vestimẽ. ei⁹. Hiero. Hęc autẽ mulier sanguine fluẽs, nõ in domo, nõ in vrbe accedit ad dominũ, quia iuxta legẽ vrbib⁹ excludebatur, sed in itinere ambulãte domino: vt dũ pergit ad aliã, alia curaretur. Chry. Ideo aũt nõ libera propalatione ad Christũ venit, quia verecundabatur, ꝓpter passionẽ, immundã se existimãs. Etenim apud legem multa immunditia æstimabatur esse hæc passio, ꝓpter hoc latet, & occultatur. Re. In quo laudãda est ei⁹ humilitas, quia nõ ad faciẽ accessit, sed retro, & indignã se iudicauit pedes domini tangere: & nõ plenitudinẽ vestimẽti tetigit, sed tãtũmodo fimbriã. Habuit enim domin⁹ fimbriã iuxta legis prĩceptũ. Pharisæi etiam fimbrias habebãt quas magnificabant, in quibus etiã spinas appendebant. sed fimbriæ domini nõ habebãt vulnerare, sed poti⁹ sanare. Et ideo sequitur: Dicebat enĩ intra se, quia si tetigero tm̃ vestimentũ eius, salua

Concor dãtia euangelio rum.

Exẽplũ Christi proponi tur.

Dñs habuit fim brias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ero.In quo fides eius admiranda est : quia desperas de salute medicorum in quos sua erogauerat, vt Marcus dicit:intellexit cælestem adesse medicu , & ineo tota suam intetionem collocauit,& ideo saluari ꝓmeruit. vnde sequitur:At Iesus conuersus & videns eam,dixit: Confide filia:fides tua te saluam fecit.Raba.Quid est ꝙ eam confidere iussit,quæ si fidem non haberet,salutem ab eo non quæreret?sed robur & perseuerantiam fidei ab ea expostulauit, vt ad certam & veram perueniat salutem.Chry.in hom.Vel quia formidolosa erat hæc mulier,propter hoc ait:Confide. Et filiam eā vocat,quia fides eam filiam fecerat.Hiero. Non autē dixit:Quia fides tua te saluam factura est, sed saluam fecit.in eo enim ꝙ credidisti,iam salua facta es.Chry.in hom.Nondū tamen perfectam de Christo opinionem habebat,quia nequaq̄ æstimasset eum latere:sed Christus non dimisit eam latere,non quasi gloriam concupiscens,sed multorum causa. Primo enim soluit timorem mulieris,ne à conscientia pungatur,quasi donum furatura.Secundo eam emēdat de hoc,ꝙ æstimauit se latere.Tertio omnib⁹ fidem eius ostēdit,vt eam æmulentur.Quarto dedit in hoc signum quod monstrauit se nosse omnia:non minus eo quòd fontem sanguinis siccauit,de quo sequitur:Et sal.fa.est mulier ex illa hora.Glo.Intelligēdū est ex illa hora,ex qua tetigit fimbriam:nō ex illa hora,ex qua Iesus cōuersus est ad eā: iam enim salua facta erat,vt alii euangelistę manifeste ostendunt,& ex verbis domini perpendi potest.Hila. In quo magna virtutis dominicæ admiratio est: cū potestas intra corpus manēs rebus caducis efficaciā adderet sanitatis,& vsq; in vestiū fimbrias operatio diuina procederet:nō enim comprehēsibilis erat de⁹ vt corpore clauderetur.Assumptio nāq; corporis nō naturā virtutis inclusit,sed ad redemptionē nostrā fragilitatem corporis virtus assumpsit. Mysticè autē princeps hic,lex esse intelligitur: quæ dominū orat vt plebi quam ipsa Christo,eius aduentus expectatione prę dicata nutrierat,vitam mortuæ reddat.Raba. Vel archisynagog⁹ signat Moysen:& dicitur Iairus.i. illuminans siue illuminat⁹,quia accepit verba vitæ dare nobis:& per hoc cunctos illuminat ipse à spiritu sancto illuminatus.Filia igitur archisynagogi.i.ipsa synagoga velut duodecimo ætatis anno.i.tempore pubertatis : postq̄ spiritalem sobolem deo generare debebat, errorū languore consternata est.Ad hanc ergo principis filiā dum properat dei verbum vt saluos faceret filios Israel,sancta ecclesia ex gentibus cōgregata,quæ interiorū lapsu criminū deperibat,parata aliis fide pcepit sanitatem.Notandū autem ꝙ dū archisynagogi filia sit duodecēnis,& mulier hæc ab annis 12. sanguine fluxit:eo tempore quo hæc nata est,illa cœpit infirmari:vna em̄ pene seculi ętate,& synagoga ex patriarchis cœpit nasci,& gentiū exterarū natio idololatriæ sanie fœdari.Nā fluxus sanguinis bifariā potest intelligi:hoc est super idololatriæ pollutione , & super his quæ carnis & sanguinis delectatione gerūt:& sic q̄diu synagoga viguit,laborauit ecclesia:sed illorū delicto, salus gentibus facta est.Accedit autē & tāgit dominū ecclesia,cū ei per fidem appropinquat. Glo.Credidit, dixit,tetigit:quia his tribus,fide,verbo,& opere omnis salus acquirit.Raba.Accedit aūt retro siue iuxta, hoc est quod ipse ait:Si quis mihi ministrat,me sequatur:siue quia præsentē dominū in carne nō vidēs,peractis iam sacramētis incarnationis illius ad agnitionis eius gratiā peruenit,vnde & fimbriā vestimenti tangit:quia cū Christū in carne gentilis populus non vidisset,verba incarnationis recepit . Vestimentū enim Christi dicitur mysteriū incarnationis eius,quo diuinitas induta est,fimbriæ vestimenti,verba de incarnatione eius dependētia.Non autē vestē,sed fimbriā tangit:quia nō vidit in carne dominū,sed suscepit p apostolos incarnationis verbum. Beatus qui vel extremā partem verbi fide tangit.Non autē in vrbe,sed in itinere pergēte domino sanatur.Vnde apostoli: quia indignos vos iudicatis vita æterna,ecce cōuertimur ad gentes.gentilitas autē ex hora dominici aduentus cœpit habere salutem.

Secreta reuelāt.

Et cum uenisset Iesus in domū principis,& uidisset tibicines & turbā tumultuantē,dicebat illis:Recedite:nō enim est mortua puella,sed dormit.Et deridebant eum. Et cū eiecta esset turba,intrauit & tenuit manū eius,& dixit: Puella,surge.Et surrexit puella.Et exiit fama hæc in uniuersam terram illam.

Glos.Post mulieris hæmorrhoissæ curationē,sequit de mortuæ suscitatiōe,cū dicit: Et cum venisset Iesus in domū principis &c.Chrys.in ho.Considerandū est autē ꝙ ꝓpter hoc tardius vadit,& plura loquit mulieri curatæ , vt pmittat mori puellā,& sic manifesta fiat resurrectionis demōstratio:& similiter in Lazaro vsq; ad tertiū diē māsit.Sequit : Et cū vidisset tibicines & turbā tumultuātē,qđ est mortis demōstratio.Amb.super Luc.More em̄ veteri,tibicines ad excitādos luct⁹ in mortuis solebāt adhiberi.Chry.Sed Christ⁹ tibias vniuersas ꝓiecit.parētes aūt puellæ introduxit,ne posset dici ꝙ aliter curauit.sed & ante resuscitationē puellę,sermone spē erigit.Vñ sequit:Dicebat, recedite, nō est em̄ mortua puella,sed dormit.Rab.q.d. Vobis mortua est,deo autē qui suscitare potest,dormit, tā in aīa,q̄ in corpore.Chry.Per hoc aūt & tumultū mētis remouet eorū q aderāt,& ostēdit qm̄ facile est ei mortuos suscitare.quod vtrq; in Lazaro fecit,dicēs: Lazarus amic⁹ noster dormit.Et simul docuit nō formidare mortē:quia em̄ & ipse erat moritur⁹,in aliorū corporib⁹ instruxit discipulos confidere,& viriliter ferre mortē.Etenī eo accedēte iā mors somn⁹ erat.Hoc aūt dño dicēte deridebat.Vñ seq̄t,Et deridebāt eū.Chry. in ho.Nō autē increpauit derisionē,vt & ipsa derisio, & tibię,& alia vniuersa,demōstratio fiāt mortis.quia em̄ multoties postq̄ facta sunt miracula nō credūt homines,antea eos cōuincit ꝓpriis respōsionibus:qđ & in Lazaro fecit,cū dixit:Vbi posuistis eū?vt qui dixerūt,veni & vide,& qm̄ fœtet,quadriduan⁹ em̄ est , nō ampli⁹ possint nō credere,qm̄ mortuū suscitauit. Hiero.Nō autē erāt digni vt viderēt mysteriū resurgētis qui resuscitātē indignis cōtumeliis irridebāt . & ideo sequit:Et cū eiecta esset turba,intrauit & tenuit manū ei⁹,& surrexit puella.Chrys.Nō quidē aliā superinducēs animā eā suscitauit,sed eā quæ exierat reinducēs,& velut ex somno erigens, vt antea viā faciat per visum fidei resurrectionis:& nō solū puellā resuscitat, sed & cibū ei iubet dari,vt alii euāgelistæ dicūt,vt nō videat fantasma esse quod factū est.Sequit:Et exiit fama hæc in vni.ter.illā.Glos.Quod ad magnitudinē & nouitatē miraculi pertinet,& ad manifestā veritatem ipsi⁹ne cōfictū putet.Hila.Mysticè aūt dns domū principis.s.synagogā ingredit,cui in canticis legis hymn⁹ luctū personabat.Hiero.Vsq; enim hodie iacet in domō principis mortua,& qui videntur magistri, tibicines sunt,carmē lugubre canētes. Turba quoq; Iudæorū nō est turba credentiū,sed tumultuantiū.sed cū intrauerit plenitudo gentiū,tūc oīs Israel salu⁹ fiet,Hila.Vt aūt rarus ex lege credentiū electionis numerus posset intelligi,turba oīs expulsa est,quā vtiq; saluari dns optasset,sed irridendo dicta gestaq; eius resurrectionis

Allegoria pulcherrima.

Fides quare expetitur.

ctionis nō fuit digna consortio.Hiero.Tenuit autem manum eius,& surrexit puella: quia nisi prius mūdatæ fuerint manus Iudæorū,quæ sanguine plenæ sunt, synagoga eorū mortua non consurget. Hila.Exeunte autem fama in vniuersam terram illā, electionis salus donum Christi atque opera prædicantur.Raba. Moraliter autem puella in domo mortua,est anima mortua in cogitatione.Dicit autē ꝙ puella dormit:quia q peccant in præsenti,adhuc per pœnitentiā resuscitari possunt.Tibicines sunt adulatores,qui fouēt mortuā. Greg.17.Mora..Foras autem turba eiicitur,vt puella suscitetur:quia nisi prius à secretioribus cordis expel latur secularium multitudo curarū,anima quæ intrin secus iacet mortua,non resurgit. Raba.In domo autē puella paucis arbitris surgit,iuuenis extra portam,& Lazar⁹ coram multis:quia publica noxa publico eget remedio , leuis leuiori & secreta potest deleri pœnitentia.

Notula pœnitētialis.

Et transeunte inde Iesu,secuti sunt eum duo cæci clamantes,& dicentes:Miserere nostri fili Dauid. Cū autem uenisset domū,accesserunt ad eum cæci. Et dixit eis Iesus:Creditis quia hoc possum facere uobis? Dicunt ei: Vtique domine. Tunc tetigit oculos eorū,dicens:Secūdum fidē uestram fiat uobis.Et aperti sunt oculi eorum, & cōminatus est illis Iesus,dicens: Videte ne quis sciat.Illi autē exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.

Hierony.Priori signo de principis filia & morbosa muliere,consequenter signū de duobus cæcis adiungitur:vt quod ibi mors & debilitas , hic cæcitas demōstraret,& ideo dicitur:Et transeunte inde Iesu.s.à domo principis,secuti sunt eum duo cæci clamātes & dicentes:Miserere nostri fili Dauid.Chry.Nō autē parua hic Iudæorum accusatio est,cū hi quidem oculis carentes,ex auditu solo fidē suscipiant. Non autē illi habentes visum attestantur miraculis quæ fiebāt . Vide autē & eorū desiderium:neq; enim simpliciter accesse runt,sed cū clamore, & nihil aliud q̄ misericordiā postulantes.Filiū autem Dauid vocabant,quia nomē honoris esse videbatur.Remi.Recte ergo filiū Dauid vocant,quia virgo Maria de stirpe Dauid originē duxit. Hiero. Audiāt Marchion & Manichæus, & cæteri hæretici:qui vetus laniant testamentū,& discant saluatorem appellari filiū Dauid:si enim nō est natus in carne,quomodo vocatur filius Dauid? Chry.Considerādū autem ꝙ multoties dominus noluit rogat⁹ sanare, vt non aliquis ęstimet eū propter captandam honoris magnificentiā ad miracula insilire.Hiero. Et tamē rogantes nō curantur in itinere,non transitoriè vt putabant,sed postq̄ venit in domū suam,accedunt ad eum vt introeāt:& primū eorum discutitur fides,vt sic veræ fidei lumen accipiant.vnde sequitur:Cùm autē vedo.accesſ.ad eum cæci,& dixit eis Iesus:Creditis quia hoc pos.fa.vo.Chr.Rursum aūt hic erudit nos, gloriā multitudinis expellere:quia enim propè erat dom⁹,ducit eos illuc singulariter curaturus.Remi.Qui aūt cæcis reddere poterat visum,nō ignorabat si crederent: sed ideo interrogauit,vt fides eorū quæ gestabat corde,dū cōfiterētur ore,digna fieret ampliori mercede, secundum illud Apostoli: Ore cōfessio fit ad salutem. Chrys.Et non propter hoc solū,sed vt ostenderet quoniā digni erant curatione,& vt nō aliquis dicat,quoniā si misericordia solū saluabat,omnes saluari oportebat.Ideo etiā fidē ab eis expetit,vt ex hoc ad excelsius eos reducat: quia enim dixerant eum filium Dauid, erudit quòd oportet de eo maiora sentire, vñ nō dixit:Creditis quoniā nō possum rogare patrem : sed creditis quoniā possum hoc facere?de quorū respōsione sequitur:Dicūt ei,vtiq; domine. Nō vltra filiū David eum vocant:sed altius eleuant, & dominationem confitētur.Et tūc iam ipse imponit eis manum. vnde sequitur: Tunc teti.ocu.eo.di.Secundū fidem vestram fiat vobis.Dicit autē hoc fidē eorū infirmans,& cōtestans quoniam non adulationis erant verba quæ dixerant.Postea curationē subiungit,dicens: Et aper.sunt ocu.eo.Deinde post sanationem iubet nulli dicere, & nō simpliciter iubet,sed cū multa vehemētia.vnde sequitur:Et comminatus est eis Iesus,dicens:Videte ne quis sciat.Illi autē exeūtes,diffamauerūt eum in tota terra.Hiero. Dominus quidem propter humilitatem fugiens iactātiæ gloriam hoc præceperat , & illi propter memoriam gratiæ nō possunt tacere beneficium. Chry.Quod autē alteri dicit:Vade, & annuncia gloriā dei,nō est contrarium:erudit enim nos,prohibere eos qui volunt nos propter nos laudare.Si autē ad domini gloriā refertur,nō debem⁹ prohibere,sed magis iniungere vt hoc fiat.Hila. Vel silentiū cæcis domin⁹ imperat,quia apostolorum proprium erat prædicare. Greg.19.Mora.Quærendum autē nobis est , quid sit hoc ꝙ ipse omnipotēs,cui hoc est velle quod posse, & taceri virtutes suas voluit,& tamen ab eis qui illuminati sunt quasi inuitus indicatur: nisi quòd seruis suis se sequētibus exēplū dedit,vt ipsi quidē virtutes suas occultari desideret,& tamen vt aliis eorum exemplo proficiāt, prodātur inuiti. Occultenē ergo studio,necessitate publicentur:& eorum occultatio sit custodia propria,eorū publicatio sit vtilitas aliena.Remi. Allegoricè autē per hos duos cęcos duo populi designant, id est Iudaicus & Gentilis,vel duo populi Iudaicæ gētis. nam tempore Roboā, regnum eius diuisum est in duas partes.De vtroq; aūt populo in se credēte Christus illuminauit in domo,per quā intelligitur ecclesia, quia absq; vnitate ecclesię null⁹ saluari potest.Illi autem qui ex Iudæis crediderūt aduentū domini,p vniuersum orbē diffamauerunt.Raba. Dom⁹ autē principis synagoga est subdita Moysi:dom⁹ Iesu cælestis est Hierusalē.Domino ergo per hoc seculū transeunte, & in domū suam reuertēte,duo cæci secuti sunt eū : quia prædicato euāgelio per apostolos, multi ex Iudæis & gentibus cœperunt eum sequi . Sed postquā in cælum cōscenderat intrauit in domum,id est in ecclesiam,& ibi illuminati sunt.

Exēplū humilitatis in Christo.

Egressis autem illis,ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habētem.Et eiecto dæmonio , locutus est mutus: & miratæ sunt turbæ dicētes:Nūquā apparuit sic in Israel. Pharisæi autem dicebant:In principe dæmoniorum eiicit dæmones.

Remi.Pulchrè illuminatis cæcis muto loquelā reddidit,& obsessum à dæmone curauit: in quo facto ostēdit se dominū virtutum,& cælestis medicinæ authorē.nā per Esaiam dictum est:Tunc aperiētur oculi cęcorū,& aures surdorū patebunt,& aperta erit lingua mutorum.vnde dicitur:Egressis aūt illis,ecce ob.&c. Hiero.Quod aūt dicitur grecè cophos,magis tritum est sermoni cōmuni,vt surdus q̄ mutus intelligat: sed moris est scripturarum cophon indifferēter vel surdū vel mutū dicere.Chry.Non autē naturæ erat hæc passio,sed ex dęmonii insidiis:ideoq; & aliis indiguit qui eum adducerent:neq; enim per seipsum rogare poterat,sine voce existēs:neq; aliis supplicare,dęmone animam cū lingua colligante.propter hoc,neque expetit fidem ab eo,sed confestim ægritudinē sanat . vnde sequitur:Et eie.dæmo.locu.est mu.Hila. In quo rerū ordo seruatus est:nam dæmon prius eiicitur,& tūc reli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua corporis officia ſuccedunt. Sequiſ: Et mi. ſunt tur. di. Nunq̃ ap. ſic in Iſrael. Chry. Præponebant quidē cæ teris eū, non quia curabat ſolum, ſed quoniā facilē & velociter, & infinitas ægritudines & inſanabiles ſana bat. Hoc autem maxime phariſæos contriſtabat, quo niā omnibus eū prēponebant, nō ſolū his qui tūc erāt, ſed & his qui vnquā geniti fuerant in Iſrael: vnde pha riſæi concitati econuerſo detrahebant. propter qđ ſe quitur: Phariſæi aūt dice. In prin. dæmo. eiicit dæmo. Remi. Scribæ nāq; & phariſæi facta domini negabāt, quæ poterāt: & quæ non poterāt negare, in ſiniſtram partē interpretabant, ſecundū illud Pſalm. In multitu dine virtutis tuæ mētiētur tibi inimici tui. Chry. Eo rum autē dicto quid eſt demētius? Nō em̄ cōfingi po teſt dæmonem proiicere alterū dæmonem: ſuis em̄ ap plaudere cōſueuit, non diſſoluere ſua. Chriſtus autem nō ſolū dæmones eiiciebat, ſed & leproſos mūdabat, & mortuos ſuſcitabat, & peccata ſoluebat, & regnū dei prædicabat, & ad patrē homines adducebat: quæ dæmon neq; poſſet facere, neque vellet. Raba. Myſti ce aūt ſicut in duobus cæcis ſignatus eſt vterq; popu lus Iudæorū & gentiū: ita in homine muto & dæmo niaco generaliter ſignatū eſt omne genus humanū. Hi la. Vel in muto & ſurdo & dæmoniaco, gentiū plebs indigna totius ſalutis infertur. omnib⁹ em̄ vndiq; ma lis circūſeſſa, totius corporis vitiis implicabāt. Remi. Gētilis enim populus mutus erat: quia in confeſſione verę fidei, & in laude ſui creatoris os aperire nō pote rat, ſiue quia mutis idolis cultum impēdebat ſimilis il lis factus. Dęmoniacus erat, quia per mortem infideli tatis diaboli imperiis ſubditus erat. Hila. Dei autē co gnitione ſuperſtitionū omniū væſania effugata, & viſus & auditus & ſermo ſalutis inuehitur. Hiero. Sicut enim cæci lumen recipiunt, ſic & muti ad loquēdū lin gua laxatur: vt confiteatur eū quem antea denegabat. In turba autem admirante confeſſio nationum eſt. Phariſæi autē per ſuam calumniā vſq; hodie Iudæo rum infidelitatē demonſtrāt. Hila. Admirationē autē turbæ talis confeſſio ſubſecuta eſt: Nunq̃ apparuit ſic in Iſrael. quia is, cui per legē nihil operis afferri potuit verbi virtute ſaluatur. Remi. Illi vero qui mutū ſanan dū domino obtulerunt, intelliguntur apoſtoli & prę dicatores, qui aſpectibus diuinæ pietatis gentilē popu lū ſaluandum obtulerunt. Aug. de con. euan. Quod au tem hic dicitur de duobus cæcis & dæmonio muto, ſo lus Matthæus poſuit. Illi duo cæci de quibus alii nar rant, non ſunt iſti, ſed tamen ſimile factum eſt: ita vt ſi ipſe Matthæus non etiā illius facti meminiſſet, poſſet putari hoc quod nūc narrat, dictum fuiſſe etiā ab aliis duobus. Quod cōmendare memoriæ diligenter debe mus, eſſe quædam facta ſimilia, quod probatur nō eſſe idē, cū ipſe euangeliſta vtrunq; cōmemorat: vt ſi quan do talia ſingula apud ſingulos inuenirem⁹, atq; in eis contrariū quod ſolui nō poſſit occurrat nobis, nō eſſe factum idem, ſed aliud ſimile vel ſimiliter factum.

Allego ria.

Concor dātia e uāgelio rum.

Et circuibat Ieſus omnes ciuitates, & caſtella, docens in ſynagogis eorum, & prædicans euangeliū regni, & curās omnē languorē & omnem infirmitatem. Videns autem tur bas, miſertus eſt eis: quia erant uexati & iacentes, ſicut o ues non habentes paſtorem. Tunc dixit diſcipulis ſuis: Meſ ſis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo domi num meſſis, ut eiiciat operarios in meſſem ſuam.

Chry. Noluit dominus ipſo facto redarguere accu ſationem phariſæorū dicentiū: In principe dæmonio rū eiicit dæmonia. dæmon enim cōuitium paſſus non benefacit, ſed nocet eis qui eū inhonorant. Dominus aūt contrariū facit, qui poſt conuitia & contumelias non ſolū non puniit, ſed nec etiā increpauit, quinimo beneficia præſtitit. vnde ſequiſ: Et cir. Ie. om. ci. & ca. In quo erudit nos accuſatorib⁹ noſtris retribuere non accuſationes, ſed beneficia. Qui enim poſt accuſatio nē deſiſtit a beneficio, mōſtrat quoniā ꝓpter hominū laudē benefacit. Si vero propter deū benefacis conſer uis, quicquid illi fecerint, non deſiſtis benefaciens, vt maior ſit merces. Hiero. Vides autē ꝙ æqualiter & vi cis & vrbibus & caſtellis. i. & magnis & paruis euan geliū prædicauerit, vt non cōſideraret nobiliū poten tiā, ſed ſalutē credentiū. Sequitur: Do. in ſyna. eorum. hoc. ſ. habēs operis qđ mādauerat pater, & hāc eſurię vt per doctrinā ſaluos faceret infideles. Docebat autē in ſyna. euange. reg. vnde ſequitur: Et prędi. euāg. reg. Remigius: Intelligendum eſt dei. Quāuis enim annūcientur bona temporalia, tamen nō dicitur euangeliū. Hinc eſt ꝙ lex nō nominatur euangeliū, quia ſuis obſeruatorib⁹ nō promittebat bona cęleſtia, ſed terrena. Poſt prędicationē autē & doctrinam, curabat omnem languorē, & omnē infirmitatē: vt quib⁹ ſermo nō ſuaſerat, opera perſuaderent. vnde ſequitur: Curans om nem languorē, & omnē infirmitatē: quod de ipſo pro prie dicitur: nihil quippe ei impoſſibile eſt. Glo. Lan guorem, vocat diuturnā infirmitatē: infirmitatē autē, leues morbos. Remi. Sciendū eſt autē, quia illos quos corpore ſanabat forinſecus, mente ſanabat intrinſecꝰ. Alii vero hoc facere non poſſunt ſua poteſtate, ſed per dei gratiam. Chryſ. Non autē in hoc ſtat Chriſti boni tas, ſed & aliam priuidentiā circa eos oſtendit, viſce ra miſericordiæ circa eos expandens. vnde ſequiſ: Vi dens autē turbas, miſertus eſt eis. Remi. Per quod of ficiū boni paſtoris magis q̃ mercēnarii in ſe Chriſtus oſtendit. Quare autē miſert⁹ ſit ſubiungit: Quia erāt vexa. & iacen. ſi. oues nō ha. pa. Vexati quidē à dæmo nibus, ſiue quia à diuerſis infirmitatibus & languori bus erant attriti. Raba. Vel vexati per diuerſos erro res, & iacentes. i. torpentes non valentes ſurgere: & cū haberent paſtores, erant quaſi non haberēt paſtorem. Chryſ. Hæc principū Iudæorū erat accuſatio: qm̃ paſtores exiſtentes, ea quæ luporum erant oſtendebant. non ſolū enim non emēdabant multitudinē, ſed & no cebant eorū profectui. illis enim admirantibus, & di centib⁹: Nunq̃ apparuit ita in Iſrael, ęcontrario dice bant: Quoniam in principe dæmoniorū eiicit dæmo nia. Remi. Poſtquā autē dei filius de cælo proſpexit in terrā, vt audiret gemitus cōpeditorū, mox multa meſ ſis cœpit augeri. turbæ nāq; humani generis fidei non appropinquaſſent, niſi quia auctor humanæ ſalutis de cęlis proſpexit in terram. & ideo ſequitur: Tūc dixit diſcipulis ſuis: Meſſis quidē multa, operarii aūt pauci. Gloſ. Meſſis ergo dicuntur homines qui poſſunt meti à prędicatoribus, & de collectione perditorum ſepara ri: vt grana excuſſa à paleis, poſtea in horreis reponan tur. Hiero. Meſſis multa, populorum ſignat multitudi nem: Operarii pauci, penuriā magiſtrorum. Rem. Par uus enim erat numerus apoſtolorū ad cōparationē tā tarū ſegetū. Hortatur autē dominus ſuos prædicato res, id eſt apoſtolos & eorū ſequaces, vt quotidie ſui numeri augmentationē expoſcāt. vnde ſubdit, Roga te ergo do. meſ. vt mittat operarios in meſ. ſuā. Chryſ. Latenter ſeipſum dominū oſtēdit. Ipſe em̄ eſt qui meſ ſis eſt dominus. Si em̄ metere miſit, quæ apoſtoli non ſeminauerunt: manifeſtū eſt quoniā non aliena mete re miſit, ſed ea quæ ipſe per prophetas ſeminauit. Sed cū duodecim apoſtoli ſint operarii, dixit: Deprecami ni dominū meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuā, & tamē

Chriſti duplex ſanatio.

& tamē nullum eis adiecit: quia. ſ. eos iam duodecim exiſtentes multiplicauit non numero adiiciēs, ſed vir tutē largiens. Remi. Vel tunc augmentatus eſt quādo deſignauit & alios 72. & quando ſunt facti multi præ dicatores ſpiritu ſancto deſcendente ſuper credentes. Chryſ. Oſtēdit aūt q̃ magnū donū ſit hoc. ſ. vt aliquis habeat virtutē decēter prędicandi: p hoc ꝙ dicit hoc eſſe orandū. Cōmemorat autē in hoc loco verborum Ioannis de area & ventilabro, & palea, & frumento. Hila. Myſticè aūt ſalute gentib⁹ data, ciuitates omnes & caſtella omnia virtute & ingreſſu Chriſti illuminā tur, & omnem infirmitatem veterem languoris eua dunt. Immundi aūt ſpiritus dominātē violētia vexa tā, & ſub legis onere ægrotā plebem dñs miſeratꝰ: quia nullus adhuc eis paſtor erat cuſtodiā ſancti ſpūs reddi turus. Erat aūt doni iſtius copioſiſſimus fructꝰ: cuiꝰ co pia haurientiū multitudinē vincit. nā quantūlibet aſ ſumaꝰ à cūctis, ad largiendū tñ ſemp exuberat: & quia plures eſſe vtile eſt, per quos miniſtretur, rogari domi nū meſſis iubet: vt ad capeſſendum qđ præparabaꝰ do num ſpūs ſancti, meſſorum copiā deus præſtet: per ora tionem enim hoc munus à deo nobis effunditur.

CAPVT X.

ET conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatē ſpirituū immundorū ut eiicerent eos: & curarēt omnē languorē, & omnem infirmitatē. Duodecim autē apoſtolorū nomina ſunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus zebedæi, & Ioānes frater eius, Philippus & Bartholomæus, Thomas & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi & Thadæus, Simon Chanæus & Iudas Iſchariotes, qui & tradidit eum.

Gloſ. A curatione ſocrus Petri vſq; huc continuatio nem habuerūt relata miracula. Et fuerūt ante ſermo nem in monte habitū facta, qđ ex electione Matthæi, quæ inter ipſa refertur, indubitanter habemus. Fuit em̄ vnus de 12. electus in monte ad apoſtolatū. hic au tem redit ad ordinē rei ſicut geſta eſt, poſt curatū cen turionis ſeruum dicens: Et conuo. 12. diſci. Remi. Nar rauerat enim ſuperius euangeliſta: quia cohortatus eſt dominus diſcipulos rogare dominū meſſis, vt mitte ret operarios in meſſem ſuam: & quod hortatus eſt, hoc nunc implere videtur. Duodenarius enim nume rus perfectus eſt. Naſcitur enim à ſenario qui pfectio nem habet: eo ꝙ ex ſuis partibus quę ſunt vnum, duo, & tria, in ſeipſum formatur. Senarius autem numer⁹ duplicatus, duodenarium gignit. Glo. Quæ quidē du plicatio ad duo pręcepta charitatis, vel ad duo teſta menta pertinere videtur. Raba. Duodenarius etiā nu merus qui conficitur ex ternario & quaternario deſi gnat eos per quatuor mundi climata fidem ſanctæ tri nitatis prædicaturos. Iſte etiā numerus per multas fi guras in veteri teſtamēto præſignatꝰ eſt. Per 12. filios Iacob: per 12. principes filiorum Iſrael: per 12. fontes viuentes in Helim: per 12. lapides in rationali Aaron: per 12. panes ꝓpoſitionis: per 12. exploratores à Moy ſe miſſos: per 12. lapides, vnde factū eſt altare: per 12. lapides ſublatos de Iordane: p 12. boues qui ſuſtine bant mare æneum. In nouo etiam teſtamento: per 12. ſtellas in corona ſponſæ: per 12. fundamenta Hieruſa lem, quæ vidit Ioannes: & per 12. portas. Chry. Nō ſo lum autem eos cōfidere fecit eorum miniſterium vo cando miſſionem in meſſem, ſed & faciendo eos potē tes ad miniſterium. vnde ſequitur: Dedit illis poteſta. ſpiri. immun, vt eiicerent eos, & cura. omnem lāguo. & omnē infirmi. Remi. In quo apertè demonſtratur, quia vexatio turbarum non fuit tantum vna aut ſim plex, ſed varia: & hoc eſt miſereri turbis, dare diſcipu lis poteſtatem curandi & ſanandi eas. Hiero. Benign⁹ enim & clemens dominus ac magiſter nō inuidet ſer uis atque diſcipulis virtutes ſuas: & ſicut ipſe curaue rat omnem lāguorem & infirmitatem, apoſtolis quo que ſuis tribuit poteſtatem vt curent omnem languo rem & omnem infirmitatem. Sed multa differētia eſt inter habere & tribuere, donare & accipe. Iſte quod cūq; agit, poteſtate domini agit: illi ſi quid faciunt, im becillitatem ſuam & virtutē domini confitentur, di centes: In nomine Ieſu ſurge & ambula. Catalog⁹ au tem apoſtolorum ponitur, vt extra hos qui pſeudoa poſtoli ſunt excludātur. vnde ſequitur: Duodecim au tem apoſtolorum nomina ſunt hæc: Primus, Simō qui vocatur Petrus, & Andreas frater eius. Ordinem qui dem apoſtolorum & meritum vniuſcuiuſq;, illius fuit diſtribuere qui cordis arcana rimatur. Primus ſcribi tur Simon cognomine Petrus, ad diſtinctionē alteri⁹ Simonis, qui appellatur Chananæus de vico Galilææ Chana, vbi dominus aquam conuertit in vinum. Ra ba. Idem eſt autem græcè ſiue latinè Petrus, quod Sy riacè cephas: & in vtraq; lingua nomē à petra deriua tum eſt, nec dubium quin illa de qua Paulus ait: Pe tra autē erat Chriſtus. Remi. Fuerunt autē nonnulli qui in hoc nomine græco ſcilicet atq; latino, quod eſt Petrus, quærentes Hebraicæ linguæ interpretationē, dixerunt, quōd interpretatur diſcalciās ſiue diſſoluēs, vel agnoſcens. Sed illi qui hoc dicunt, duabus tenētur contrarietatibus. Prima eſt ex proprietate Hebraicæ linguæ, in qua p. non exprimitur: ſed loco eius f. ponitur. Vnde pilatum dicunt filatum. Secūda ex interpre tatione euāgeliſtæ, qui narrat dominū dixiſſe: Tu vo caberis Cephas: & ipſe de ſuo addit, qđ interpretatur Petrus. Simon aūt interpretatur obediens. Obediit enim verbis Andreę, & cū eo venit ad Chriſtum: ſiue quia obediuit ꝓceptis diuinis: & quia ad vnius iuſſio nis vocē ſecutꝰ eſt dominum. Siue vt quibuſdā placet interpretaꝰ deponēs mœrorē, & audiens triſtitiā. Do mino enim ſurgente depoſuit mœrorē dominicæ paſ ſionis, & triſtitiam audiuit, dicente ei domino: Alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Sequiſ: Et Andreas frater eius. Chry. Nō paruaautē & hæc laus eſt. Petrū enim denoīauit à virtute, Andreā vero à nobilitate, quę eſt ſcđm morē: in hoc ꝙ eum fratrem Petri dixit. Marcus autem poſt duos vertices. ſ. Petrum & Ioan nē, Andreā numerat: hic aūt non ita. Marcus em̄ ſecū dum dignitatē eos ordinauit. Remi. Andreas autē in terpretatur virilis. Sicut em̄ apud latinos à viro deri uaꝰ virilis: ita apud Grę cos ab anir deriuaꝰ Andreas. Bene autem virilis dicitur, quia relictis oībus ſecutꝰ eſt Chriſtum, & viriliter in mādatis eius pſeuerauit. Hiero. Euangeliſta aūt paria iuga apoſtolorū quæque cōſociat. Iungit enim Petrum & Andreā fratres non tam carne q̃ ſpiritu: Iacobū & Ioannem, qui patrem corporis relinquentes, verū patrem ſecuti ſunt. vnde ſequitur: Iacobus Zebedæi & Ioannes frater eius. Ia cobū quoq; appellat Zebedæi, quia & alius ſequitur Iacobus Alphæi. Chry. Vide aūt quia non ſcđm digni tatē ordinat. Mihi em̄ videꝰ Ioannes non aliis ſolum, ſed etiā fratre maior eſſe. Remi. Interpretatur autē Ia cobus ſupplantans ſiue ſupplantator: quia nō ſolū vi tia carnis ſupplantauit, ſed etiam eandem carnem He rode trucidante contēpſit. Ioannes interpretatur dei gratia, quia præ oībus diligi à dño meruit: vñ ob ꝑci pui amoris gratiā, ſupra pectus domini in cœna recu buit. Sequiſ, Philipp⁹ & Bartholomę⁹. Philippus in terꝑtatur os lampadis ſiue lāpadarū, quia lumen quo

Interpre tationes nominū apoſtolo rum.

illuminatus est à dño, mox inuẽto fratri per officiũ oris studuit propinare. Bartholomęus Syrum nomẽ est non Hebræum, & interpretatur filius suspendentis aquas. i. Christi, qui corda suorũ prędicatorum de terrenis ad cælestia sublcuat & suspẽdit: vt quo magis cę lestia penetrant, eo corda suorum auditorũ gutta santę prædicationis magis inebrient & infundant. Sequit: Thomas & Matthæus publicanus. Hiero. Cęteri euãgelistæ in cõiunctione nominũ primũ ponũt Matthęum, postea Thomã. Nec publicani nomẽ ascribũt, ne antiquæ conuersationis recordãtes, sugillare euangelistã viderẽtur. Iste vero & post Thomã se ponit, & publicanũ appellat: vt vbi abundauit pctm̃, superabũdet & gratia. Remi. Thomas autẽ interpretaẽ abyssus siue geminꝰ: qui Græcè dicitur dydimus. Bene autem dydimus & abyssus interpretaẽ: quia quo diutius dubitauit, eo profundius effectũ dominicæ passionis credidit, & mysterium diuinitatis agnouit. vñ dixit: Dominus meus & deus meus. Matthæus autem interpretaẽ donatus: quia dei munere de publicano euangelista factus est. Sequitur: Et Iacobꝰ Alphæi & Thadæꝰ. Raba. Iste Iacobꝰ est qui in euãgeliis frater dñi noĩatur, & etiã in epĩa ad Galat. quia Maria vxor Alphæi, soror fuit Mariæ matris dñi, quam Ioãnes euangelista Mariã Cleophæ nominauit: fortasse quia idem Cleophas & Alphæus est dictus. Vel ipsa Maria defuncto Alphæo post Iacobũ natũ, nupsit Cleophæ. Remi. Et bñ dicit filius Alphęi. i. iusti siue docti: qui nõ solũ vitia carnis supplantauit, sed etiã curã carnis contẽpsit: nã cuius meriti fuerit, testes sunt apĩi, qui eum episcopum Hierosolymitanæ ecclesiæ ordinauerũt: vnde & Ecclesiastica historia inter cætera de eo dicit: Quia carnẽ nũq̃ comedit, & vinũ & sicerã nõ bibit, balneis & lineis vestibus nõ est vsus, die noctuq; flexis genibꝰ orabat. Adeo etiam magni meriti fuit, vt ab omnibꝰ iustus vocaretur. Thadæus autẽ ipse est, quẽ Lucas Iudam Iacobi. i. fratrem Iacobi appellat: cuiꝰ epistola in ecclesia legitur, in qua se fratrem Iacobi nominat. August. de con. euãg. Nonnulli aũt codices habent, Lebbęum: quis autẽ vnq̃ prohibuit duobus vel tribus nominibus vnũ hominẽ vocari? Rem. Iudas aũt interpretatur cõfessus, eo ꝙ filium dei cõfessus sit. Raba. Thadæus autẽ siue Lebbæus interpretatur corculus. i. cordis cultor. Sequitur: Simon Chananęus & Iudas Iscarioth qui tradidit eum. Simon Chananęus ipse est qui ab alio euangelista scribitur zelotes: chana quippe zelus interpretaẽ. Iudas aũt Iscarioth, vel à vico in quo ortꝰ est, vel ex tribu Isachar vocabulũ sumpsit, vt quo dã vaticinio in condẽnationẽ sui natus sit. Isachar em̃ interptatus est merces: vt significetur preciũ pditoris, Remi. Interpretatur aũt scarioth memoria dñi, quia secutus est dñm: siue memoriale mortis, q̃diu meditatus est in corde suo vt dominum traderet in mortem: seu suffocatio, quia seipsum strangulauit. Et sciendum ꝙ duo discipuli hoc nomine sunt vocati, per quos oẽs Christiani designaẽ: per Iudã Iacobi, illi qui in cõfessione fidei perseuerant: per Iudã Scariothem, illi q̃ recta fide retro conuertũt. Glo. Duo & duo noĩatim exprimũtur, vt iugalis societas approbetur. Augu. 18. de ciui. dei. Elegit ergo hos in discipulos, quos & apostolos noĩauit humiliter natos, inhonoratos, illuminatos: vt quicquid magnũ essent & facerẽt, ipse in eis esset & faceret. Habuit inter eos vnũ, quo malo vtẽs bene, vt suæ passionis impleret dispositũ, & ecclesiæ suæ tolerandorũ malorũ pberet exẽplũ. Rab. Qui etiã nõ per imprudentiam inter apostolos eligitur: magna est enim veritas, quam nec aduersariꝰ minister infirmat. Voluit etiam à discipulo prodi, vt tu à socio proditus modeste feras tuum errasse iudiciũ, perisse beneficiũ.

Hos duodecim misit Iesus, præcipiẽs eis, & dicẽs: In uiã gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Euntes aũt prædicate, dicẽtes: quia appropinquabit regnum cælorũ. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos munda te, dæmones eiicite: gratis accepistis, gratis date.

Glo. Quia manifestatio spũs vt apĩs dicit, ad vtilitatẽ ecclesiæ datur: post datam apĩis potestatẽ, mittit eos vt potestatẽ ad aliorũ vtilitatẽ exequant. vñ dicitur: Hos. 12. misit Iesus. Chry. Attendite aũt opportunitatem missionis. Postq̃ enim viderunt mortuũ suscitantẽ, mare increpantẽ, & cætera hmõi, & sufficiẽter virtutis eius demonstrationẽ susceperant per verba & per opera: tunc eos mittit. Glo. Mittẽs autẽ docet eos quo eant, quid prædicent, & quid faciant. Primo quidẽ quo eant. vnde dicitur: Præcipiens eis & dicens: In viam gentiũ ne abie. & in ciui. Sa. ne intr. sed potius ite ad oues quę perie. do. Israel. Hiero. Non est aũt contrarius locus iste ei præcepto quo postea dicit: Euntes docete oẽs gentes. quia hoc ante resurrectionẽ, illud post resurrectionẽ præceptũ est. Et oportebat prius aduentũ Christi nunciare Iudæis: ne iustã haberent excusationẽ, dicẽtes: ideo à se dñm reiecisse, quia ad gẽtes & Samaritanos apĩos miserit. Chrysо. Ideo etiã primo ad Iudæos mittit, vt quasi in quadam palæstra in Iudæa exercitati, ad agones orbis terrarũ intrarent, & velut quosdam pullos debiles ad volandũ eos inducens. Greg. in ho. Vel quia priꝰ soli Iudęæ voluit & postmodũ gentibus pdicari, quatenꝰ redẽptoris nostri prædicatio à ꝓpriis repulsa, gẽtiles populos quasi extraneos quęreret. Erãt etiã tũc quidã qui de Iudęa vocandi essent, & de gentibus vocandi nõ essent: qui nec ad vitã reparari mererentur, nec tamẽ grauius de contẽpta prædicatione iudicari. Hila. Legis etiam lectio obtinere priuilegiũ euangelii debebat: hoc minꝰ Israel sceleris sui excusationem habiturꝰ, quo plus sedulitatis in admonitione sensisset. Chry. Item ne existimarent quia Christo conuiciabantur & dæmoniacum eum vocabant, ꝙ propter hoc eos odio haberet: primum eos emendare studuit, & ab omnibus aliis discipulos abducens, eis medicos & doctores mittit: & nõ solũ prohibuit aliis annũciare anteq̃ Iudęis, sed neque viã quæ ad gentes fert pertingere concedebat, qđ signat cum dicit: In viã gẽtiũ ne abieritis. Et quia Samaritani cõtrarii erãt Iudęis: quãuis faciliores essent vt conuerterentur ad fidem, tamen neq; Samaritanis priusq̃ Iudæis prædicari permisit. vnde dicit: Et in ciui. Sama. ne intra. Glo. Samaritani quidem fuerũt gẽtiles dimissi in terra Israel à rege Assyriorum post captiuitatem ab eo factam, & multis periculis coacti ad Iudaismum sunt conuersi: circuncisionem & quinque libros Moysi recipientes, cætera vero omnino abhorrentes: vnde Iudæi Samaritanis non coutebantur. Chry. Ab his ergo discipulos auertens, ad filios Israel mittit, quos oues pereuntes vocat nõ abscõdentes: vndiq; veniã eis excogitans & attrahens eorũ mentem. Hila: Qui tñ licet oues vocent, in Christũ luporũ ac viperarum linguis & faucibus fæuierunt. Hier. Iuxta tropologiã vero pręcipit nobis qui Christi censemur noĩe, ne in viã gentium & hæreticorũ ambulemus errorem: vt quorũ religio separata est, separetur & vita. Glo. Postquã aũt docuit eos quo eãt, insinuat qd pdicent. vnde subdit: Euntes autẽ prędi. dicẽ. quia appropin. reg. cælorũ. Raba. Hic appropinquare dicitur regnum

Allegoriæ mysterium.

gnum cælorum per collatã nobis fidẽ inuisibilis creatoris, non aliqua motione electorum. Rectè autẽ cæli vocantur sancti, qui deũ fide retinent, & diligunt charitate. Chry. in ho. Vides mysterii magnitudinem, vides apostolorũ dignitatem: nihil sensibile præcipiuntur dicere, vt Moyses & prophetæ: sed noua quædã & inopinata. Illi enim terrena bona pdicauerunt, hi autem regnũ cælorũ & omnia quę illic sunt bona. Greg. in ho. Adiuncta sunt autem prædicatorib⁹ sanctis miracula, vt fidem verbis daret virtus ostẽsa: & noua faceret, qui noua prædicarent. vnde sequitur: Infirmos cu. mor. susci. lepro. mun. dęmo. eiicite. Hiero. Ne em̃ hominibus rusticanis & absq; eloquii venustate indoctis & illiteratis nemo crederet pollicentibus regna cælorum, dat potestatem prædicta faciendi: vt magnitudinẽ promissorũ, probet magnitudo signorũ. Hila. Tota autem virtutis dominicæ potestas, in apostolis refertur: vt qui in Adam imagine & similitudine dei erant figurati, nunc perfectã Christi imaginẽ sortiantur: & quicquid malorum Adæ corpori satanę instinctus intulerat, hoc rursum ipsi de cõmunione domini cæ potestatis emendent. Greg. in ho. Hęc aũt signa in exordio ecclesiæ necessaria fuerunt: vt enim fides cresceret, credentiũ miraculis erat nutriẽda. Chry. Postea autem steterunt reuerentia fidei vbiq; plantata. Si aũt & postea facta sunt, pauca & rara fuerunt: cõsuetudo enim est deo talia facere, cum aucta fuerint mala: tunc em̃ suam demõstrat potentiã. Greg. in ho. Sãcta tamẽ ecclesia quotidie spiritualiter facit, quod tunc ꝑ apostolos corporaliter faciebat: quæ nimirum tanto maiora sunt, q̃to per hæc nõ corpa sed animæ suscitãtur. Rem. Infirmi quippe sunt ignaui, qui non habent vires bene viuendi. Leprosi sunt immũdi ope vel delectatione carnali. Mortui sunt, qui opa mortis agunt. dæmoniaci sunt, qui in potestatẽ diaboli sunt redacti. Hier. Et quia semp dona spiritualia, si merces media sit, viliora fiunt: adiungitur auaritiæ condẽnatio cum subdit: Gratis accepi. gra. da. q. d. Ego magister & dominus absque precio vobis hoc tribui: ergo & vos sine precio date. Glo. Hoc aũt dicit ne Iudas qui loculos habebat de prędicta ptãte pecuniã cõgregare vellet: dãnans etiã hic pfidiã simoniacæ hæreseos. Greg. in ho. Præsciebat nãq; nõnullos donum accepti spiritus in vsum negociationis inflectere, & miraculorum signa ad auaritiæ obsequiũ declinare. Chry. Vide autẽ qualiter morũ diligẽtiã nõ minus habet q̃ signorum: mõstrans qm̃ signa sine his nihil sunt. Etenim superbiam eorũ cõprimit, dicẽs: Gratis accepistis: & ab amore pecuniarũ mundos esse præparat, dicens: Gratis date. Vel vt non videatur eorũ esse beneficiũ, ait: Gratis accepistis. q. d. nihil vos de vestro largimini suscipiẽtibus, neq; em̃ mercede hoc accepistis, neq; laborãtes in ea gratia, gratis em̃ accepistis: ita igit aliis date. neq; em̃ est condignum precium eorum inuenire.

Nolite possidere aurũ neque argentũ, neq; pecuniã in zonis uestris: non peram in uia, neq; duas tunicas, neq; calceamẽta, neque uirgã. Dignus est enim operarius cibo suo.

Chry. Quia spiritualiũ mercationẽ suprà dñs ꝓhibuerat, consequẽter radicem omniũ malorũ euellens ait: Nolite possidere aurum neque argentum. Hier. Si em̃ sic prędicant vt precium nõ accipiãt, superflua est auri & argenti nũmorũq; possessio. Nã si hæc habuissent, videbantur non causa salutis hominum, sed causa lucri prædicare. Chry. Per hoc ergo pręceptum primo quidem discipulos facit non esse suspectos. Secundo ab omni eos liberat solicitudine, vt vacarent omnino verbo dei. Tertio docet eos suam virtutem. Hoc nempe eis postea dixit: Nũquid aliquid defuit vobis q̃n misi vos sine sacculo & pera? Hiero. Qui autẽ diutias detruncauerat, quæ ꝑ aurũ & argentũ & æs signãtur, propemodũ & vitæ necessaria amputat: vt apostoli doctores, verę religionis, q̃ instituebãt oĩa dei ꝓuidentia gubernari, seipsos ostenderent nihil cogitare de crastino. Glo. Vnde addit: Neque pecu. in zo. vris. Duo em̃ sunt gña necessariorũ: vnũ quo emunt necessaria, qđ intelligit ꝑ pecuniã in zonis: aliud ipsa necessaria, qđ intelligitur per perã. Hiero. Per hoc autẽ qđ dicit: Neq; peram in via, arguit philosophos qui vulgo appellant bactrophoritæ, ꝙ contẽptores seculi & oĩa pro nihilo ducentes cellariũ secum vehant. Seq̃t: Neq; duas tu. In duabꝰ tunicis duplex mihi videt innuere vestimentũ, nõ ꝙ in locis Scythię & glatiali niue rigentibꝰ vna quis tunica debeat esse cõtentus, sed ꝙ in tunica vestimentum intelligam⁹: ne alio vestiti, aliud nobis futurorũ timore reseruem⁹. sequit: Neq; calce. Et Plato etiã præcipit, duas corporis summitates nõ esse velandas, nec assuefieri debere mollitie ea pitis & pedũ. cũ enim hæc habuerint firmitatẽ, cætera robustiora sunt. sequit: Neq; virgã. Qui em̃ dñi habem⁹ auxiliũ, baculi ꝓsidiũ cur quęram⁹? Rem. Ostendit etiã dñs his verbis, quia sancti ꝑdicatores reuocati sunt ad primi hoĩs dignitatẽ, q̃ q̃diu cælestes possedit thesauros, ista nõ cõcupiuit: sed mox vt peccãdo illa amisit, ista desiderare cœpit. Chry. in ho. Fœlix aũt est ista cõmutatio. nã ꝑ auro & argẽto & hmõi, acceperũt ptãtẽ curãdi infirmos, suscitãdi mortuos, & alia hmõi. vñ nõ à principio dixit eis, Nõ possideatis aurũ vel argentũ, sed q̃n dixerat: Leprosos mũdate, dæmones eiicite. Ex quo patet ꝙ angelos eos ex hoĩbus, vt ita dicã, cõstituit, ab omni soluens vitæ huiꝰ solicitudine, vt vna sola detineaẽ cura, quę est doctrinæ. A qua & eos soluit, dicens: Ne soli. si. quid lo. quare, qđ videẽ esse valde onerosum & graue, hoc maxie leue eis ostẽdit & facile. Nihil enim est ita iucundũ, vt à cura & solicitudine erutũ esse, & maxime cũ possibile fuerit ab hac erutos ĩ nullo minorari, deo ꝓsente & ꝙ oĩbꝰ nobis effecto. Hiero. Et qa nudos, quodãmodo & expeditos ad ꝑdicãdũ apĩos miserat, & dura videbaẽ esse cõditio magistrorũ, scieritẽ ꝓcepti, sequenti snĩa tẽperauit, dicẽs: Dignꝰ est em̃ op. ci. suo. q. d. Tm̃ accipite, q̃tũ in vestitu & victu vobis necessariũ est. vñ apĩs: Habẽtes victũ & vestitũ, his cõtenti sim⁹. & alibi: Cõicet is q cathechizaẽ, ci q se cathechizat ĩ oĩbꝰ bonis. vt quorũ discipuli metũt spiritalia, cõsortes faciãt eos carnaliũ suorũ, nõ in auaritiã, sed in necessitatẽ. Chry. A discipulis aũt apĩos cibari oportebat, vt neq; ipsi magna saperẽt aduersus eos q docebãt, sicut oĩa ꝑbẽtes & nihil accipiẽtes: neq; rursus illi abscedãt, quasi ab his despecti. Deinde vt nõ dicãt apĩi: Mẽdicãtes ergo nos iubet viuere: & in hoc verecũdarẽt, mõstrat hoc eis debitũ eẽ, oparios eos vocãs, & qđ daẽ, mercedẽ appellãs. nõ em̃ qa apĩorũ in sermonibꝰ opatio erat, æstimare debebãt, merũ eẽ bñficiũ qđ ꝓstabãt. & ideo dicit: Dignus est ope. ci. suo. Hoc aũt dixit, nõ qđẽ ostẽdẽs tãto ꝓcio apĩcos dignos esse labores, sed apĩis legẽ inducẽs, & tribuẽtibꝰ suadẽs, qa qđ ab ipsis daẽ, debitũ est. Chry. Nõ ergo est vęnale euãgeliũ, vt ꝙ tpalibꝰ ꝑdiceẽ. Si eẽ sic vẽdũt, magnã rẽ vilipẽdũt. Accipiãt ergo ꝑdicatores sustẽtationẽ necessitatis à ppĩo, mercedẽ dispẽsatiõis à deo. Nõ em̃ à ppĩo reddiẽ quasi merces illis q sibi ĩ charitate euãgelii seruiũt, sed tãq̃ stipẽdiũ datur quo vt possint laborare pascãt. Au. de cõ. e. Vel aliter: Cũ dixerat dñs apĩis: Noli. pos. au. cõtinuo subiecit:

Legatio apostolica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dignus est enim operarius cibo suo. vnde satis ostendit, cur eos possidere hoc ac ferre mluerit: non q̃ necessaria non sint sustentationi huius vitæ, sed quia sic eos mittebat, vt eis hoc deberi demonstraret ab illis, quibus euangeliũ credentibus annunciarent, tanq̃ stipendia militãtibus. Apparet autẽ hoc non præcepisse dñm ita, tanq̃ euangelistæ viuere aliunde nõ debeãt, q̃ eis præbentibus quib⁹ annũciant euangeliũ. Alioquin contra hoc præceptum fecit Paul⁹, qui victũ de manuũ suarũ laboribus transigebat: sed apparet potestatem dedisse apostolis, domũ in qua starent sibi ista debere. Cũ aũt à domino aliquid imperatur, nisi fiat, inobediẽtiæ culpa est. Cũ autẽ à domino potestas datur, licet cuiq; non vti, & tanq̃ de suo iure recedere. Hoc ergo ordinãs dñs, q̃ qui euangeliũ annunciant, de euãgelio viuãt: illa apostolis loquebat, vt securi nõ possiderẽt, neq; portarẽt huic vitæ necessaria nec magna nec minima. ideo posuit: Nec virgã, ostẽdens à fidelibus suis oĩa deberi ministris suis, nulla supflua requirentibus. Hãc ergo potestatẽ virgæ noĩe signauit, cũ dixit sẽm Marcũ, ne qd tollerẽt in via, nisi virgã tm. Sed & calceamenta cũ dicit Matthæus in via non esse portanda, curã prohibuit qua ideo portanda cogitant, ne, desint: hoc de duabus tunicis intelligẽdũ est, ne quisquã eorũ p̃ter eã qua esset indutus aliã portandã putaret, solicitus ne op⁹ esset: cũ ex ptãte illa possit accipere. Proinde Marcus dicendo calceari eos sanda liis vel soleis, aliquid hoc calceamentũ mysticæ significationis habere admonet: vt pes neq; tectus sit desuper, neq; nud⁹ ad terrã. i. non occultet euangeliũ, nec terrenis cõmodis innitant. Et q̃ non portari duas tunicas, sed expressius indui prohibet, monet non dupliciter sed simpliciter ambulare: ita dñm oĩa dixisse nullo modo dubitãdũ est, partim propriè, partim figuratè: sed euangelistas alia istũ, alia illum inseruisse scriptis suis. Quisquis autem putat non potuisse dominũ in vno sermone quædã figuratè, quædam ꝓpriè ponere eloquia, cætera eius inspiciat: & videbit q̃ temerè atq; ineruditè arbitret. quia em̃ dñs monet vt nesciat sinistra quid faciat dextera, ipsas eleemosyuas & quicquid hic aliud præcipit, figuratè accipiendũ putabit. Hiero. Hæc historicè dixerimus, cætera secundũ anagogẽ. Non licet magistris aurũ & argentũ & pecuniã q̃ in zonis est, possidere. Aurũ sæpe legim⁹ ꝓ sensu, argentũ pro sermone, æs pro voce: hęc nõ licet vobis ab aliis accipe, sed data à dño possidere, neq; hæreticorũ & philosophorũ peruersæq; doctrinæ susципe disciplinas. Hila. Quia vero zona ministerii apparat⁹ est, & ad efficaciã opis p̃cinxio: ꝓ hoc ꝙ æris in zona inhibetur possessio, ne quid in ministerio vęnale sit, admonemur. Admonemur etiã nec peram habere in via, curã scilicet sæcularis substantiæ relinquẽdã: quia oĩs thesaur⁹ in terra pniciosus est cordi, illic futuro vbi cõdatur thesaur⁹. Dicit aũt: Non duas tunicas: sufficit em̃ nobis semel Christus indutus, néve post intelligentiã verã, altera deinceps vel hæresis, vel legis veste induamur. Nõ calceamenta, quia in sancta terra ꝓtorũ spinis atq; aculeis non obsessa (vt Moysi dictũ est) nudis pedib⁹ statuti, admonemur nõ aliũ gressus nostri hre, q̃ quẽ accepim⁹ à Christo, apparatũ. Hiero. Vel docet dñs pedes nostros mortiferis vinculis nõ alligari, sed sanctã terrã ingredientes esse nudos: neq; habere virgã, quæ vertat in colubrũ, neq; in aliquo præsidio carnis inniti: quia hmõi virga & bacul⁹ arũdine⁹ est, quẽ si paululũ presseris frangitur, & manũ transforat incumbentis. Hila. Potestatis autem hesternæ iure non sumus indigni, habentes virgam de radice Iesse.

Calceamentum apostolorum.

In quãcunque autẽ ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi manete, donec exeatis. Intrãtes aũt in domũ, salutate eã, dicẽtes: Pax huic domui. Et si quidẽ fuerit domus illa digna, ueniet pax uestra super eam: si autem nõ fuerit digna, pax uestra reuertetur ad uos. Et quicũque nõ receperit uos, neque audierit sermones uestros: exeuntes foras de domo uel ciuitate, excutite puluerem de pedibus uestris. Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicii, q̃ illi ciuitati.

Chrys. in ho. Quia dixerat superi⁹ dñs: Dign⁹ est operarius cibo suo, ne crederet, ꝑpter hoc oĩm eis ianuã aperire, multam diligentiã hic iubet facere de hospite eligendo. vnde dicit: In quãcunq; ciuitatem aut castellum intr. &c. Hiero. Apostoli nouam introeũtes vrbem, scire nõ poterãt quis talis esset: ergo fama hospes eligendus est populi, & iudicio uicinorũ, ne prędicatoris dignitas susципiẽtis infamia deturpet. Chrysost. in ho. Qualiter ergo ipse Christus apud publicanum manebat? quia. s. dignus effectus erat ex conuersione: hoc etiã non solum in gloriam eis proderat, sed in cibationem. Si em̃ dignus est, omnino dabit cibũ: & maximè, cũ nihil amplius necessariis peteret. Intendit autem qualiter omnibus eos denudans, oĩa eis dedit, permittens in domibus eorum qui docebant manere. Ita em̃ & ipsi à solicitudinibus eruebãt, & aliis suadebãt, qm̃ ꝑpter eorũ aduenerãt salutẽ solã: in hoc ꝙ nihil deferebant, & nihil amplius necessariis expetebant. Et nõ ad oẽs simpliciter introibant: non enim signis solũ volebat eos claros apparere, sed magis virtute. Nihil autẽ ita virtutẽ designat, sicut non supfluis vti. Hila. Hospes vnus etiã eligit̃ non tribuens beneficiũ ei, qui apud se mansurus est, sed accipiens: hic em̃ dicit̃ quis in ea dignus sit, vt magis se nouerit accipere gratiã q̃ dare. Hier. in ho. Intẽde aũt quia nondum omnia eis tribuit, neq; em̃ eis largit̃ vt sciant quis sit dignus, sed iubet scrutari. Non solũ autẽ dignos iubet quærere, sed neq; de domo in domum transmutari, cũ subdit: Et ibi manete do. exea. vt neq; susципientẽ contristent, neque ipsi opinionẽ accipiãt leuitatis, aut gulæ. Ambro. super Luc. Nõ ergo otiosa domus, quã ingrediantur apostoli, eligenda discernitur, vt mutandi hospitii causa non suppetat, nõ tamẽ eadem cautio receptori mandatur: ne dũ hospes eligitur, hospitalitas minuatur. sequitur: Intrantes au. in do. sa. eã dicẽ. Pax huic domui. Glo. Quasi diceret: Pacem hospiti precamini, vt sopiatur omnis repugnantia contra veritatẽ. Hiero. In hoc etiã occultè similitudinẽ Hebræi ac Syri sermonis expressit. Quod em̃ Græcè dicitur Chære, & latinè Aue, Hoc Hebraico Syroq; sermõe appellatur Salẽlach, siue Samalach. i. pax tecũ. Quod autem præcipit, tale est: Introeuntes autẽ, pacẽ imprecamini hospiti: & quãtũ in vobis est, discordiæ bella sedate. Si nautẽ orta fuerit cõtradictio, vos mercedẽ habebitis de illata pace: illi qui habere noluerunt, bellũ possidebunt. vnde sequitur: Et si quidẽ fu. do. il. di. ve. pax ve. sup eam: si nautem non fu. di. pax vẽa ad vos reuertetur. Remi. Quia. s. aut erit quisque prædestinat⁹ ad vitam, & cæleste verbum sequitur quod audit: aut si nullus audire voluerit, ipse prædicator sine fructu nõ erit: quia ad eum pax reuertitur, quando ei à domino pro labore sui operis recompensatur. Chry. in ho. Instruit ergo eos dominus, q̃ non propter hoc expectẽt ab aliis præsalutari, quia docebant: sed antecedere salutatione, alios honorando. Deinde mõstrat q̃ nõ sola salutatio, sed benedictio, per hoc quod dicit: Si aũt nõ &c. Rem. Docuit ergo dñs discipulos suos offerre pacem

Pax triplici lingua expressa.

pacẽ in introitu dom⁹ vt salutatione pacis eligeret̃ domus digna vel hospes, acsi patenter diceret: Omnibus offerte pacẽ, quia aut accipiendo dignos, aut nõ accipiendo indignos se manifestabunt. q̃ us em̃ fama populi dignus elect⁹ sit hospes, tamẽ salutand⁹ est: vt magis sua dignitate prædicatores vocẽtur, q̃ vltro se ingerere videãtur. hæc autẽ pax paucorũ verborũ ad totã explorationẽ dignę dom⁹, vel hospitis, potest referri. Hila. Salutant ergo apostoli domum cũ pacis affectu, sed ita vt potius pax dicta sit q̃ data. Porrò autem pacem propriã, quæ viscera miserationis sunt, non oportere in eã venire nisi sit digna: quę si digna reperta non fuerit, sacramentũ pacis cælestis intra propriã apostolorũ conscientiã est continendũ: in eos autẽ qui cælestis regni præcepta respuerint, egressu apostolorũ & signo pulueris à pedibus excussi æterna maledictio relinquatur. vnde sequit̃: Et quicũq; nõ rece. vos, neque au. ser. ve. ex. fo. d. do, vel de ciuita. excu. puluerem de pedib⁹ vestris. Existẽti em̃ in loco cũ loco videtur esse cõmunio. Totũ ergo qd illius domus, excusso puluere pedũ relinquit̃, nihilq; sanitatis de insistentiũ apostolorum vestigiis mutuatur. Hiero. Puluis etiã excutitur de pedib⁹ in testimoniũ laboris sui, ꝙ ingressi sint ciuitatẽ, & prædicatio apostolica ad illos vsque puenerit. Siue excutit̃ puluis, vt si tolerabili⁹ erit terræ Sodomorũ q̃ illi ciuitati, quæ non recipit euangeliũ: nihil ab eis accipiant nec ad victum quidẽ necessaria, qui euangelium spreuerint. Rab. Vel aliter: Pedes discipulorũ ipsum opus incessumq; prædicationis signãt. Puluis vero quo aspergunt̃, terrenæ leuitas est cogitatiõis, à qua etiã summi doctores immunes esse nequeũt, cum pro auditoribus soliciti salubribus curis intendunt: & quasi per itinera mũdi, vno calcaneo terræ puluerẽ legunt. Qui ergo spreuerint doctrinam docentium, sibi labores & pericula tædiumq; solicitudinũ ad testimoniũ suæ dãnationis inflectunt. Qui vero receperint verbũ, afflictiões curasq; doctorũ quas pro se tolerabunt, in argumentũ sibi vertunt humilitatis. & ne leuis culpa videat̃ esse apostolos non recipe, subdit: Amen di. vo. tole. erit ter. So. & Go. in die iu. q̃ illi ci. Hier. Quia Sodomitis & Gomorrhęis nõ fuit ꝑdicatũ: huic aũt cũ prædicatũ sit, non recipit euangeliũ. Remi. Vel quia Sodomitæ & Gomorrhęi inter vitia carnis & hospitales fuisse legunt̃, q̃us nõ tales hospites receperint, sicut apostoli. Hier. Si autẽ tolerabilius erit terræ Sodomorũ q̃ illi ciuitati, quæ nõ recipit euãgeliũ: ergo inter pctores supplicia diuersa sũt. Remi. Spiritaliter tũ Sodomorũ & Gomorrhęorum mentionẽ fecit, vt ꝓ hoc demonstraret, quia illa pcta sunt deo magis odibilia quę fiunt cõtra naturã, ꝙ quibus delet⁹ est mund⁹ aquis diluuii, quatuor ciuitates subuersæ, & mũd⁹ quotidie diuersis malis affligit̃. Hila. Mysticè aũt instruit nos dñs nõ immiscere eorũ domib⁹ aut familiaritatib⁹, qui Christũ aut insectãt̃, aut nesciũt: & in quacũq; ciuitate interrogare quis eorũ habitatione sit dign⁹. i. sicubi ecclesia sit, & Christus habitator: neq; quoq̃ alibi trãsire. quia hęc est domus digna, & iust⁹ hospes. Iudæorũ aũt plures erãt futuri, quorũ tãt⁹ in fauorẽ legis affect⁹ esset, vt q̃us ꝓ admissionẽ operũ in Christũ credidissent, tñ in legis operib⁹ morarẽtur, alii vero explorãdæ libertatis quæ in Christo est curiosi, transire se ad euangelia ex lege essent simulaturi. Multi etiã in hæresim per intelligentiæ peruersitatem traducerẽt. Et quia istiusmodi omnes penes se esse veritatem catholicam mentiunt̃, domo ipsa. i. ecclesia caute vtendum est.

Allegoria.

Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colũbæ. Cauete aũt ab hominibus. Tradent enim uos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt uos: & ad præsides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus.

Chrys. in ho. Quia superius apostolorũ remouit solicitudinẽ, & signorũ suorũ ostẽsione eos armauit: cõsequẽter prędicit eis mala, quę debebãt eis cõtingere. Primo quidẽ, vt discerẽt p̃sciẽtię ei⁹ virtutẽ. Secũdo, vt null⁹ suspicaret, qm̃ ꝑpter imbecillitatẽ magistri hæc eis supuenirẽt mala. Tertio, vt ipsi sustinẽtes non obstupescerẽt, dũ inopinabiliter & p̃ter spem eueniret. Quarto, vt hoc audiẽtes nõ turbent̃ in tpe crucis: deinde vt discãt, qm̃ noua hæc p̃lii lex est. Nudos em̃ mittit, à susципientib⁹ iubet cibari. Neq; in hoc sistit, sed vlteri⁹ suã virtutẽ ostẽdit, dicens: Ecce ego mitto vos &c. Vbi cõsiderandũ ꝙ non simpliciter ad lupos, sed in medio luporũ mittit: vt sic suã virtutẽ magis demonstrent, cũ oues lupos superauerint, etiã in medio luporum existentes: & plurimos morsus accipientes ab eis non solũ non consumunt̃, sed & illos cõuertunt. Multo aũt mirabilius est & maius, transmutare mentes eorũ q̃ interficere eos. Inter lupos autẽ, ouiũ mansuetudinẽ eos docet ostendere. Greg. in ho. Qui em̃ locũ prædicatoris susципit, mala inferre nõ debet, sed tolerare. vt ex ipsa sua mãsuetudine, irã sumentiũ mitiget, & pctorũ vulnera ipse in aliis afflictionibus vulnerat⁹ sanet. Quoniã & si q̃n zel⁹ rectitudinis exigit, vt erga subditos sæuiat: furor ipse de amore sit, nõ de crudelitate: quatenus & iura disciplinę foris exhibeat, & intus paterna pietate diligat quos foris castigat. Multi autem cum regiminis iura susципiunt, ad lacerandos subditos inardescũt, terrorẽ potestatis exhibẽt, dñi videri appetũt, patres se esse minime recognoscunt, humilitatis locum in elatione dñationis immutãt: & si q̃n extrinsecus blandiunt̃, intrinsec⁹ sæuiunt. de quib⁹ dicit̃: Veniunt ad vos in vestimẽtis ouiũ, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Cõtra q̃ nobis considerandũ est, quia sicut oues inter lupos mittimur: sensum seruãtes innocẽtiæ, morsum malitiæ non habeamus. Hiero. Lupos autẽ scribas & pharisæos vocat, q̃ sunt clerici Iudæorũ. Hila. Lupos etiam significat oẽs hos q̃ væsano furore in ap̃los desęuituri erant. Chrys. in ho. Malorũ autẽ erat eis consolatio mittẽtis virt⁹. Et ideo añ oĩa posuit, dicẽs: Ecce ego mitto vos. q. d. Ne turbemini, q̃n in medio luporũ mittimini, possũ enim facere vt nihil mali sustineatis, nõ solũ lupis nõ suppositi, sed leonibus terribiliores effecti: sed ita expedit fieri. hoc enim vos clariores facit, & meã virtutem magis diuulgat. deinde, vt aliqd etiã à seipsis inferant, & nõ sine causa coronari æstimẽt̃, subdit: Esto te ergo pru. &c. Hiero. Vt per prudentiã deuitent insidias, ꝓ simplicitatẽ nõ faciant malũ. Et serpẽtis astutia ponit̃ in exẽplum, quia toto corpe occultat caput: vt illud, in quo vita est, ꝑtegat. Ita nos toto periculo corporis caput nostrũ, qui Christus est, custodiam⁹. i. fidẽ integrã & incorruptã seruare studeam⁹. Raba. Solet etiã serpens eligere strictas rimas, ꝓ quas trãsiens veterẽ pellẽ exuat: similiter ꝑdicator trãsiens ꝓ angustã viam, veterem hoĩem omnino deponat. Remi. Pulchre etiã dñs ꝑdicatores serpẽtis prudẽtiã monet habere, quia prim⁹ homo ꝓ serpentẽ decept⁹ est. ac si diceret, quia hostis callidus fuit ad decipiendũ, vos prudentes sitis ad liberandũ. ille laudauit lignum, vos laudate crucis virtutẽ. Hila. Ille animũ primo mollioris sexus aggressus est, & cõmunionẽ mortalitatis spopõdit. Pari ergo opportunitate ĩtrospecta vniuscuiusq; natura & voluntate, verborũ adhibẽda prudentia est,

De⁹ qua re mala prędixit apostolis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpes futurorũ bonorũ reuelanda: & quod ille mentit⁹ eſt,nos prædicemus ex vero ſecundũ ſpõſionẽ dei,angelis ſimiles futuros eſſe q̃ credãt. Chryſ.in ho. Sicut aũt prudentiã ſerpẽtis oportet habere,vt in principa libus nõ lædamur:ſic & ſimplicitatẽ colũbę in nõ vindicando cũ iniuſta patimur,neq; p̃ inſidias alicui nocẽdo. Remi. Ideo aũt dñs hęc duo ſociauit,quia ſimplicitas abſq; prudẽtia facile decipi põt: & prudẽtia periculoſa eſt,niſi ſimplicitate tẽperetur alicui nocendo. Hiero. Simplicitas autẽ colũbarum ex ſpiritus ſancti ſpecie demonſtrat:vñ dicit apoſtolus:Malitia aũt paruuli eſtote. Chryſ.in ho. Quid aũt durius his fiet iuſſionibus? nõ em̃ ſufficiẽs eſt pati mala,ſed neq; turbari cõceditur,quod eſt colũbę.ira em̃ non per irã,ſed p̃ mãſuetudinẽ extinguit. Raba. Quòd aũt lupi,de quibus ſuprà dixerat,ſint hoſtes,oſtẽdit cũ ſubdit: Cauete autẽ ab hominibus. Glo. Ideo autẽ neceſſariũ eſt vt ſitis ſicut ſerpẽtes.i.aſtuti:nam ſecundũ ſuã conſuetudinẽ tradẽt vos,primũ in cõcilii is prohibendo,ne p̃dicetis in noſe meo,deinde incorrectos flagellabũt vos, tandem ad reges & p̃ſides ducemini. Hyla. Qui extorquere ſilentiũ veſtrum, aut cõniuentiam tentant. Chry.in ho. Mirandum eſt autẽ qualiter hoc audientes,non ſtatim abſceſſerant homines,qui ſtagnũ illud nunq̃ egreſſi fuerant,circa quod piſcabãtur: quod nõ virtutis eorum erat ſolum,ſed ſapiẽtiæ doctoris. Vni cuique enim malorum mitigationẽ adiungit,vnde & hoc dicit propter me:non enim parua conſolatio eſt propter Chriſtum pati,quoniã nõ vt pernicioſi & no ciui hoc patiebãtur. Et iterũ addidit,in teſtimonium illis. Grego. Qui.ſ.perſequendo mortẽ intulerunt,vel qui videndo nõ ſunt mutati. Mors quippe ſanctorum bonis eſt in adiutorium,malis in teſtimonium:vt inde peruerſi ſine excuſatione pereant,vnde electi exemplum capiunt & viuunt. Chry.in ho. Hoc autẽ eos cõſolabatur,nõ quia aliorum cupiebãt pœnã,ſed vt cõfidentiã habeant,quoniã vbique eum habent præſentem & præſcientem. Hyla. Non ſolũ autem hoc teſtimonio, excuſatio ignoratæ diuinitatis adimenda eſt perſequentibus,ſed etiam gentibus via pandenda credẽdi Chriſtũ p̃tinaciter,inter ſæuientiũ pœnas cõfeſſorũ vocib⁹ prędicatũ:& hoc eſt q̃d ſubiũgit: Gẽtib⁹.

Cum autem tradent uos,nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis.

Chry.in ho. Cum præmiſſis conſolationib⁹ nõ paruam & aliã apponit:vt enim non dicerẽt,qualiter ſua dere poterimus hominibus talibus perſequẽtib⁹? p̃ſecutionibus exiſtentibus iubet eos de reſponſione cõfidere,dicẽs:Cum autẽ tra.vos,nolite &c. Remi. Duo aũt dicit: Quomodo, aut quid:quorũ vnum refertur ad ſapientiã,alterum ad oris officiũ. Quia em̃ & ipſe ſubminiſtrabat verba quæ loquerent, & ſapientiam qua ea proferrent:non fuerat neceſſe ſanctis prædicatoribus quid loquerẽtur,aut quomodo. Hiero. Cũ em̃ propter Chriſtum ducamur ad iudices, voluntatẽ tm̃ noſtrã pro Chriſto debem⁹ offerre. Cæterũ ipſe Chriſtus,qui in nobis habitat,loquitur pro ſe, & ſpiritus ſancti in reſpondendo gratia miniſtrabit. Hila. Fides enim noſtra omnibus præceptis diuinæ volũtatis intẽta,ad reſponſionem ſciẽtiæ inſtruetur,in exẽplo habens Abrahã,cui poſtulanti ad hoſtiam Iſaac, nõ defuit aries ad victimam. Et ideo ſequitur: Nou em̃ vos eſtis &c. Remi. Et eſt ſenſus: Vos acceditis ad certamen,ſed ego ſum q̃ prælior. Vos verba æditis,ſed ego ſum qui loquor. Hinc Paulus ait: An experiẽtiã quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Hiero. Per hoc aũt ad p̃phetarũ dignitatẽ eos reduxit,qui.ſ.dei ſpiritu ſunt locuti. Cũ aũt hic di.ne ſoli. ſitis quid loqua. alibi dicit:Parati ſemp̃ ad ſatiſfactionẽ omni poſcẽti vos rationẽ de ea,quæ in vobis eſt ſpe. Cum enim in medio amicorum certamen erit, iubemur eſſe ſoliciti:cum autẽ eſt iudicium terribile, & plebes inſanientes,& timor vndiq;, auxilium à Chriſto prebetur, vt confidenter loquantur,& non obſtupeſcant.

Tradet autẽ frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent filii in parentes, & morte eos afficiẽt, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perſeuerauerit uſque in finem,hic ſaluus erit.

Glo. Præmiſſa cõſolatione ſubdit grauiora pericula: vnde dicit:Tradet aũt fra.fr.in mor.& pater fi. & inſurgent &c. Greg. in ho. Minorem enim dolorẽ ingerunt mala quæ ab extraneis,maiorẽ quæ ab illis patimur,de quorũ mentibus præſumebam⁹:quia cũ dãno corporis,mala nos cruciant charitatis amiſſæ. Hiero. Hoc aũt in perſecutionib⁹ fieri crebro videm⁹,nec vllus eſt inter eos fidus affectus, quorũ diuerſa eſt fides. Chry. Deinde quod eſt multo horribili⁹,appoſuit di. Et eritis odio omni.homi.vt em̃ cõmunes orbis terrarũ hoſtes,ita eos expellere tentabãt. Hinc etiã rurſus apponitur cõſolatio,cũ dicit: Propter nomẽ meũ. Et cum hoc rurſus aliã conſolationẽ ponit,cũ ſubdit: Qui autẽ perſeue. &c. Quoniã enim cõſueuerũt multi in principio quidẽ eſſe vehementes,poſtea vero diſſolui,propter hoc ait:Quoniã finẽ requiro. Quæ em̃ vtilitas eſt ſeminum,in principio quidẽ floreſcentiũ, poſtmodũ autẽ tabeſcentiũ? Propter hoc autẽ ſufficiẽtem perſeuerantiã expetit ab ipſis. Hiero. Non em̃ cœpiſſe,ſed perfeciſſe,virtutis eſt. Remi. Nec inchoantibus,ſed perſeuerantibus præmiũ tribuit. Chry. Ne autẽ aliquis dicat,quia oĩa Chriſt⁹ in apſtolos fecit,nihil mirabile eſt tales illos eſſe effectos, nihil patiẽtes oneroſum: p̃pter hoc ait,q̃ p̃ſeuerãtia eis eſt op⁹. Etſi em̃ ex primis eruti fuerint periculis,aliis difficiliorib⁹ cõſeruant̃,& poſt illa rurſus alia ſuccedent: & nõ ſtabũt quin inſidias ponant̃, donec viuũt:& hoc occultẽ inſinuat,dicens:Qui perſeuerauerit vſq; in finẽ,hic ſaluus erit. Remi.i.qui præcepta fidei non deſeruerit,& in perſecutionib⁹ non defecerit,ſalu⁹ erit: quia p̃ pſecutionibus terrenis percipiet p̃mia regni cæleſtis. Et notãdum,quia finis non ſemper ſignat cõſumptionem,ſed aliquãdo perfectionem. iuxta illud: Finis legis Chriſt⁹ eſt. vnde etiã poteſt eſſe ſenſus:Qui perſeuerauerit vſque in finem.i.in Chriſto. Aug.21.de ciui.dei. In Chriſto nãq; perſeuerare,eſt in fide ei⁹ permanere,quæ per dilectionem operatur.

Cum autem perſequentur uos in ciuitate iſta: fugite in aliam. Amen dico uobis, non cõſummabitis ciuitates Iſrael, donec ueniat filius hominis.

Chry.in ho. Poſtq̃ prædixit terribilia illa quę poſt crucẽ & reſurrectionẽ & aſcẽſionẽ eis erant uentura, rurſus ducit eos ad mãſuetiora. Non em̃ iuſſit eos ad p̃ſecutionẽ audaciter ire,ſed fugere. vñ dicit: Cũ autẽ pſe. &c. Quia em̃ interim principiũ erat cõuerſionis eorũ,condecẽte vtiẽ ſermone. Hiero. Hoc em̃ ad illud tempus referendũ eſt, cũ ad prædicationem apoſtoli mittebant̃,quibus & p̃riè dictum eſt:In viã gẽtium ne abieritis: q̃ p̃ſecutionẽ timere non debeãt,ſed declinare. Quod quidẽ videmus in principio feciſſe credentes,quãdo orta Hieroſolymis perſecutione,diſperſi ſunt in vniuerſam Iudæã, vt tribulationis occaſio, fieret euãgelii ſeminariũ. Aug. cõtra Fau. Neq; tm̃ ſaluator,quia non poterat tueri diſcipulos ſuos,ideo fugere

Perſeuerãtiæ expoſitio.

gere præcipit,& hui⁹ rei prior exemplũ præbuit: ſed inſtruebat hominis infirmitatẽ, ne deũ tentare audeat,quãdo habet quid faciat,vtq̃ cauere oportet euadat. Augu.1.de ci.dei. Potuit aũt eos admonere vt ſibi manus inferrent,vt non in manus perſequentiũ deuenirent. Porrò ſi hoc ille non iuſſit aut monuit, vt hoc modo ſui ex hac vita emigrarent, quibus migrantib⁹ ſe manſionẽ æternam præparaturũ eſſe promiſit:quęlibet exẽpla apponãt gẽtes,quæ ignorant deũ. Manifeſteſtũ hoc nõ licere credẽtib⁹ vnũ verũ deũ. Chryſ. in ho. Ne aũt dicant, quid igit̃ ſi perſecutionẽ paſſi fugerimus, & rurſus hinc nos abiecerint? hũc deſtruẽs timorẽ ait:Amen di.vo.nõ conſum.i.non p̃uenietis me circũeũtes Palæſtinã,donec vos aſſumã. Raba. Vel prædicit q̃ non antè prædicationibus ſuis ad fidẽ pducent oẽs ciuitates Iſrael,q̃ reſurrectio dñi fuerit perpetrata,,& in toto orbe terrarũ prædicandi euãgeliũ poteſtas conceſſa. Hila. Vel aliter:Ex vna in aliã fugã ſuadet,quia prædicatio eius primũ à Iudæa effugata tranſit ad Græciam. Deinde diuerſis intra Græciæ vrbes apoſtolorum paſſionibus fatigata,Tertio in vniuerſis gentib⁹ demorat̃. Sed vt oſtenderet gentes quidem apoſtolorũ prædicationi credituras,verũ vt reliquum Iſrael crederent,eſſe aduentui ſuo debitum ait: Nõ cõſum.ci.Iſrael.ſ.poſt plenitudinẽ gentiũ, q̃d erit reliquũ Iſrael ad implendũ numerum ſanctorũ, futuro claritatis Chriſti aduentu eſt in eccleſia conuocandum. Aug. in epiſt. ad Honoſr. Faciãt ergo ſerui Chriſti quod præcepit,vel p̃miſit:ſicut ipſe fugit in Aegyptũ,fugiant omnino de ciuitate in ciuitatem,quando eorũ quiſq; ſpecialiter à perſecutorib⁹ quẽrit̃:vt ab aliis qui non ita requirunt̃ nõ deſerat̃ eccleſia,ſed præbeant cibaria cõſeruis,quos aliter viuere nõ poſſe nouerunt. Cũ aũt oĩm.i.epiſcoporũ,clericorũ,& laicorũ, eſt cõmune periculũ: hi qui aliis indigent,non deſerãt ab his quib⁹ indigẽt. aut igit̃ ad loca munita oẽs trãſeant,aut qui habent neceſſitatẽ remanendi, non relinquãt ab eis,p̃ quos illorũ eccleſiaſtica eſt ſupplẽda neceſſitas: vt vel pariter viuãt,vel pariter ſufferãt q̃d eos paterfamiliãs volet pati. Remi. Præterea ſciẽdũ eſt q̃ ſicut & præceptũ pſeuerãdi in pſecutionib⁹ ſpecialiter ad apſtos p̃tinet, & ad eorum ſucceſſores viros fortes,ſic licentia fugiendi ſatis cõuenit infirmis in fide, quib⁹ condeſcẽdit pius magiſter:ne ſi ſe vltro ad martyriũ obtuliſſent, fortaſſis poſiti in tormẽtis negarẽt. Ieuius em̃ erat fugere, q̃ negare. Sed q̃uis fugiẽdo pfectæ fidei conſtãtiã in ſe nõ oſtẽderẽt,tm̃ magni meriti erãt:qm̃ oĩa p̃ Chriſto parati erãt deſerere. ſ.fugiẽdo. Niſi aũt illis licẽtiã fugiẽdi dediſſet, dicerẽt eos aliq̃ alienos eſſe à gloria regni cæleſtis. Hiero. Spiritaliter aũt poſſum⁹ dicere:Cũ pſecuti vos fuerint in vna ciuitate,hoc eſt in ſcripturarũ libro vel teſtimonio:nos fugiamus ad alias ciuitates. i.ad alia volumina. quanuis em̃ contentioſus fuerit perſecutor,antè præſidium ſaluatoris aduenìet,q̃ aduerſariis victoria concedatur.

Verbum dñi mundo vulgatum.

Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ, nec ſeruus ſuper dominum ſuum. Sufficit diſcipulo ut ſit ſicut magiſter eius: & ſeruo ſicut dominus eius. Si patremfamiliãs Beelzebub uocauerũt: quanto magis domeſticos eius?

Chry.in ho. Quia futurũ erat vt diſcipuli cũ promiſſis perſecutionibus etiã diffamati, malã opinionẽ paterent̃,q̃d multis oneroſius eſſe videbatur: hic eos conſolat̃ à ſeipſo,& ab his quæ de ipſo ſunt dicta: cui conſolationi nulla poterat eſſe æqualis. Hiero. Dominus em̃ lumen æternũ,dux credentiũ,& immortalitatis parẽs diſcipulis ſuis in futurarũ paſſionũ ſolatium antè p̃miſit,vt glorię loco amplectamur ſi dño noſtro vel paſſionibus adæquemur. vñ dicit:Nõ eſt diſci.&c. Chry.in ho. Intelligendũ donec fuerit diſcipul⁹ & ſeruus,non eſt inquã ſuper magiſtrũ & dñm, ſecundũ honoris naturam. Nec mihi ea quæ raro contingunt hic obiicias,ſed ab his quæ ſunt in pluribus ſuſcipe hunc ſermonẽ. Remi. Magiſtrũ aũt & dominũ ſemetipſum appellat:per ſeruũ & diſcipulũ,ſuos vult intelligi apoſtolos. Glo. q.d. Ne indignemini tolerare quæ tolero, quia dñs ſum,faciens q̃d volo:& magiſter,docens q̃d vtile ſcio. Remi. Et quia hæc ſentẽtia minus videbat̃ ſuperioribus verbis congrua,quo tendant verba manifeſtatur,cũ ſubditur:Si patrẽ Beel.voca.&c. Chryſ. in ho. Non dixit ſeruos ſed domeſticos,vt multam ad eos familiaritatẽ oſtẽderet,ſicut & alibi dixit:Nõ dicam vos ſeruos,ſed amicos meos. Remi. q.d. Vos ergo temporales honores & humanã gloriã non quæratis, dum me videtis per irriſiones,& opprobria genus humanũ redimere. Chry.in ho. Non ſolũ autẽ dicit, ſi dominus dominũ cõuitiati ſunt, ſed ipſam ſpeciẽ cõuitii, qm̃ Beelzebub eum vocauerũt. Hiero. Beelzebub idolum eſt Accaron quod vocatur in regũ volumine idolũ muſcæ. Beel ipſe eſt bel ſiue baal, zebub aũt muſca dicitur. Principem ergo dæmoniorum ex ſpurciſſimi idoli appellabant vocabulo, qui muſca dicitur, p̃pter immunditiam quæ exterminat ſuauitatem olei.

Ne ergo timueritis eos. Nihil enim eſt opertum, quod nõ reueletur: & occultũ, quod nõ ſciatur. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.

Remi. Poſt præmiſſam conſolationem,aliã nõ minorem ſubiungit,dicẽs:Ne ergo timue.eos.ſ. perſecutores. Quare autẽ non eſſet timendum,manifeſtat cũ ſubiũgit:Nihil enim oper.eſt &c. Hiero. Quomodo ergo in præſenti ſeculo multorũ vitia neſciuntur? ſed de futuro tempore ſcribitur,quãdo iudicabit deus occulta hominum,& illuminabit latebras tenebrarum, & manifeſta faciet conſilia cordium. & eſt ſenſus: Nolite timere perſecutorũ ſæuitiã, & blaſphemantiũ rabiẽ:quia veniet dies iudicii,in quo & veſtra virt⁹, & illorũ nequitia demõſtrabit̃. Hila. Igitur non minas, non conuicia,non poteſtates inſectantium monet eſſe metuendas:quia dies iudicii nulla hęc fuiſſe,atq; inania reuelabit. Chry.in ho. Vel aliter: Figura quidẽ eorum quę dicuntur, vniuerſalẽ videtur enunciationem habere:verũ non de omnibus,ſed de præmiſſis ſolum dictum eſt. q.d. ſi doletis audientes conuicia,hoc cogitate: quia & ab hac ſuſpicione poſt parum eruemini. Vocãt quidem vos ariolos, & magos, & ſeductores: ſed expectate parũ,& ſaluatores vos orbis terrarũ vniuerſi dicẽt,cũ per res ipſas apparueritis benefactores: nec illorum attendent ſermonibus homines,ſed rerũ veritati. Remi. Quidã autem dicũt q̃ his verbis p̃miſerit dñs diſcipulis ſuis,q̃ per eos eſſent reuelãda oĩa occulta myſteria,quæ ſub velamine literæ legis latebãt,vnde apoſtolus dicit: Cũ cõuerſi fuerint ad Chriſtum,tunc auferetur velamen. & eſt ſenſus: Quare debetis timere veſtros perſecutores, cũ tãtæ ſitis dignitatis,vt per vos occulta myſteria legis & prophetarũ ſint manifeſta? Chryſ. in ho. Deinde quia eos ab oĩ timore liberauerat,& altiores opprobriis fecerat: nũc opportuno tẽpore eis loquit̃ de libera propalatione,q̃ eſt in p̃dicatione,dicẽs:Quod di.vo.&c. Hil. Nõ legimus dũm ſolitũ fuiſſe noctib⁹ ſermocinari,& doctrinã in tenebris tradidiſſe,ſed hoc dicit,quia oĩs ſermo ei⁹ carnalibus tenebræ ſunt,& verbũ eius infidelib⁹ nox

Honor apoſtoli cus.

Universidad de Deusto Biblioteca

est.Itaq; ab eo qđ dictū est,cū libertate fidei & cōfessione est loquēdū.Remi.Est ergo sensus: Quod di.vo. in tene.i.inter Iudæos incredulos, vos dicite in lu.i.fidelibus prædicate. Et qđ in au.au.i.qđ dico vobis secretè,prædicate super tecta.i.palā,coram omnib⁹.Solemus em̄ dicere:In aurē loquitur illi.i.secretè.Raba. Sanè ꝙ ait:Prædicate sup tecta,iuxta morē prouinciæ Palæstinæ loquit̄,vbi solent in tectis residere: quia nō sunt cacuminata,sed æqualia.Ergo prædicabit̄ in tectis,qđ cūctis audientibus palā dicet̄.Glo. Vel aliter: Quod di.vo.in te.i.dū adhuc in timore carnali estis, Dicite in lu.i.in fiducia veritatis,cū à spiritu sctō eritis illuminati.Et qđ in au.aud.i.solo auditu pcipitis, prædicate opere cōplendo.Sup tecta.i.qđ vos erudiui in paruulo Iudææ loco,vniuersis vrbib⁹ in toto mūdo audacter dicite.Chry.in ho.Sicut aūt quādo dicebat: Qui credit in me,opa quæ ego facio & ille faciet, & maiora his faciet:ita & hic mōstrat qm̄ oīa p eos operat̄,etiā plusq̄ p seipm.q.d.principiū ego dedi, sed qđ plus est per vos explere volo. hoc aūt nō iniūgētis est solū,sed & futurū prædicētis,& ostēdentis qm̄ oīa superabunt.Hila.Cōstāter ergo ingerēda est dei cognitio,& profundū doctrinæ euangelicæ secretū,lumine prædicationis reuelandū:non timēdo eos quib⁹ cū sit licētia in corpa tm̄,ī animā ius nullū est.Et ideo subdit̄:Et no.ti.eos qui oc.cor.ani.au.nō pos.oc. Chry.in ho.Vide qualiter omnibus eos statuit superiores,non solicitudinē solū & maledictionē,neq; pericula,sed & ipsam,quæ omnib⁹ videtur terribilior, mortē suadēs propter dei timorē cōtēnere.vnde subdit: Sed po. ti. eū qui po.ani.& cor.per.in ge.Hier.Nomē gehēnæ in veteribus libris nō inuenit̄,sed primo à saluatore ponitur:quæramus ergo quæ sit huius sermonis occasio. Idolū Baal fuisse iuxta Hierusalem, ad radices mōtis Moria,in quibus Siloe fluit, non semel legimus. Hæc vallis & parua cāpi planicies irrigua erat & nemorosa,plenaq; deliciis,& luc⁹ in ea idolo cōsecrat⁹.In tantā autē populus Israel dementiam venerat, vt deserta tēpli vicinia,ibi hostias immolaret, & rigorē religionis deliciæ vincerent,filiosq; suos incenderent dæmoni:& appellabatur locus ipse gehennō.i. vallis filiorū Ennō.Hoc regū volumen & Paralipomenon & Hieremias scribunt plenissime:& cōminat̄ deus se locum ipsum impleturū cadauerib⁹ mortuorū,vt nequaq̄ vocet̄ Tophet & Baal,sed vocet̄ Polyandriū.i. tumulus mortuorū. Futura ergo supplicia & pœnæ perpetuæ quibus peccatores cruciandi sunt,huius loci vocabulo denotātur. Aug.3. de ci.dei. Hoc aūt nō antea fiet, q̄ anima corpori fuerit copulata, vt nulla direptione separent̄:& tamen tunc recta mors animæ dicit̄, quia nō viuit ex deo:mors aūt corporis quia in dānatione nouissima,quāuis homo sentire nō desinat,tamē quia sensus ipse nec voluntate suauis, nec quiete salubris, sed dolore pœnalis est,mors potius appellata q̄ vita. Chry.in ho.Vide aūt rursus,quia nō promittit eis liberationē à morte,sed suadet contēnere mortē, quod multo maius est q̄ erui à morte:& ꝙ hoc sermone ea, quæ de immortalitate sunt dogmata,eius infigit.

Gehēna vnde dicatur.

Nōne duo passeres aße uæneunt? Et unus ex illis nō cadet super terrā sine patre uestro. Vestri autē & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere:multis passeribus meliores estis uos.

Chrys.in ho.Postq̄ timorē mortis excluserat,ne æstimarēt apostoli ꝙ si interficerēt̄,essent derelicti à deo: rursus sermonē de prouidētia dei inducit,dicēs:Nōne duo pas.asse væneūt?& vn⁹ ex il.nō ca.sup ter. sine patre vestro.Hiero.Et est sensus: Si parua aīalia absque deo nō decidunt auctore, & in omnib⁹ est ꝓuidentia: & quæ in his peritura sunt,sine volūtate dei nō peūt: vos qui æterni estis,nō debetis timere ꝙ absq; dei viuatis prouidētia.Hila.Mysticè aūt qđ vēdit̄,corp⁹ atque aīa est: & cui vendit̄,pctm̄ est.Qui ergo duo passeres asse væneūt,seipsos pctō minimo vendūt,natos ad volandū,& ad cælū pēnis spiritualibus efferēdos: sed capti preciis præsentiū voluptatū,& ad luxū seculi venales,totos se talibus actionib⁹ nūdinant̄.dei aūt voluntatis est,vt vnus ex illis magis euolet:sed lex cōstitutione dei perfecta decernit,vnū ex eis poti⁹ decidere.Queādmodū em̄ si euolarent,vnum essent,fieretq; corpus spirituale:ita pctōrū precio venditis,aīa terrenā contrahit ex vitiorū sorde materiā,fitq; vnū ex illis quod tradat̄ in terrā.Hiero. Quod autē ait: Vestri autem & capil.ca.oēs nu.sunt:immēsam dei erga homines ostēdit prouidētiā,& ineffabilē signat affectū, ꝙ nihil nostrorū deū lateat.Hila.In numerū em̄ aliqd colligi diligētiæ est.Chr. Vñ hoc dixit,nō ꝙ pilos de⁹ numeret,sed vt diligentē cognitionē, & multā circa eos prouidentiā ostendat.Hiero. Derident aūt intelligētiā ecclesiasticā in hoc loco,qui carnis resurrectionē negāt:quasi nos & capillos qui numerati sunt,& à tonsore decisi,oēs dicamus resurgere:cū saluator non dixerit, Vestri aūt & capilli oēs saluandi sunt,sed numerati sunt.Vbi numer⁹ est,scientia numeri demonstratur,nō eiusdē numeri cōseruatio.Aug.vlt.de ciui. dei.Quanuis & de ipsis capillis possit inquiri,vtrum redeat quicquid tōdentib⁹ decidit. qđ si rediturū est, quis nō exhorreat illā deformitatē?Semel autē intellecto ita nihil periturū esse de corpore, vt deforme nihil sit in corpore:simul intelligitur ea quæ deformem factura fuerant enormitatē, massæ ipsi accessura esse, nō locis quibus mēbrorū forma turpet̄. velut si de limo vas fieret,qđ rursus in eundē limum redactū totū de toto iterum fieret: nō esset necesse vt illa pars limi quæ in ansa fuerat,ad ansam rediret:aut quæ fundum fecerat,ipsa rursus faceret fundum:dū tamē totum reuerteret̄ in totū.i.totus ille limus in totum vas, nulla sui parte pdita remaneret.Quapropter si capilli toties tonsi ad sua loca deformiter redeunt,nō redibūt: quia in eandem carnē,vt quęcūq; locū ibi corporis teneāt,seruata partiū cōgruētia materiæ in vtilitatem vertent̄.Quāuis ꝙ dicit: Capillus capitis vestri non peribit,nō de longitudine,sed de numero capillorum posset intelligi.vñ & hic dicit̄: Capilli capitis vestri numerati sunt.Hila. Neq; em̄ dignū negocium est peritura numerare. Vt igit̄ nihil ex nobis periturū esse cognoscerem⁹,ipso capillorum nostrorum supputatorū numero indicatur.Nullus igitur corporū nostrorū casus est pertimescendus.Et ideo subditur: Nolite ergo timere,multis passeribus meliores estis vos.Hier. In quo manifestius superior expositionis sensus expressus est, ꝙ timere nō debeāt eos qui possunt corp⁹ occidere.quoniā si sine dei scientia parua quoq; aīalia non decidunt,quāto magis hō qui apostolica fult⁹ sit dignitate?Hilari⁹.Vel cū dicit plurimis eos antestare passeribus,ostendit multitudini infidelium electionē fidelium præesse. quia his casus in terra est,illis volatus in cælū.Remi.Mystice autem Christus caput est, apostoli capilli:qui pulchrè nūerati dicūtur,quia nomina sanctorum scripta sunt in cælis.

Anagogicus intellect⁹.

Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum corā patre meo qui in cælis est. Qui autem negauerit me coram hominibus,negabo & ego eum coram patre meo qui in cælis est.

Chry.

Chry. Eiiciens dominus timorē qui discipulorū concutiebat animā, per ea quæ consequūtur rursus eos cōfortat:non solū timorē eiiciens,sed & spe præmiorum maiorū eos erigens in liberā propalationē veritatis, dicens:Omnis ergo qui confitebitur me corā hominibus, confitebor & ego eū coram patre meo qui est in cælis.Hila.Hoc concludendo dicit,quia doctrinis talibus cōfirmatos oportet liberā de deo confitendi habere constantiā.Remi. Confessio aūt hic illa intelligēda est,de qua dicit apostolus, Corde creditur ad iustitiā, ore fit cōfessio ad salutē.Ne ergo aliquis putaret se absque oris confessione posse saluari,nō solū ait: Qui me confessus fuerit,sed addit,corā hoībus,& iterū addit, Qui aūt negauerit me corā hoībus, negabo & ego eū cora patre meo qui est in cælis. Hila. In quo ostendit quales nos nominis sui testes hoībus fuerimus, tales apud deū patrem testimonio eius vsuros. Chry.in ho. Vbi cōsiderandū est, quia in pœna ampli⁹ est supplicium, & in bonis maior retributio.q.d. Superabundasti prius,me hic confitendo aut negādo,superabundabo & ego ineffabiliter tibi maiora dando.Illic em̄ ego te confitebor aut negabo. Propter hoc si feceris aliqđ bonū,& nō susceperis retributionē,ne turberis:cū additamēto em̄ in futuro tēpore retributio te expectat. Et si feceris aliquod malū,& nō exolueris vindictā,nō contēnas: illic em̄ te excipiet pœna, nisi transmuteris & melior fias.Rab.Et sciendū ꝙ negare quòd deus nō sit,nec pagani possunt: sed ꝙ non sit deus filius & pater,negari ab infidelibus potest.Confitebitur ergo aliquem filius apud patrē, qui per filiū habebit accessum ad patrē.Et quia filius dicet:Venite benedicti patris mei.Remi.Negabit autem negantem se,quia per ipsum nō habebit accessum ad patrē,& à cōspectu suæ diuinitatis & patris repellet̄. Chry.Ideo aūt non solū fidē quæ est secundū mentē,sed & confessionem erigit oris:vt erigat nos in liberā propalationem, & ampliorem amorē,excelsos nos faciens.Hæc aūt verba ad vniuersos loquitur, & neq; persona apostolorū vtitur solū.Non enim solos apostolos,sed & discipulos eorum facit viriles.Qui nunc hoc seruat,non solū cum libera propalatione docebit,sed & oībus facilè suadebit: huius enim verbi obseruatio multos ad apostolos adduxit. Raba. Vel,confitetur quis Iesum, ea fide quæ per dilectionem operatur,mandata eius fideliter implendo:negat,qui præceptis non obedit.

Deū negare esse non possunt.

Nolite arbitrari,quia pacem uenerim mittere in terram. Nō ueni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrē suam, & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis, domestici eius.

Hiero. Suprà dixerat: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: nunc infert quid post prædicationē sequatur,dicēs:Nolite arbitrari quia &c.Glo.Vel aliter continua: Sicut timor mortis non debet attrahere,sic nec carnalis affect⁹.Chry.Qualiter ergo eis iniunxit,vt in vnāquanq; domū ingredientes pacē indicerent?Qualiter etiā & angeli dixerunt:Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus. quoniā hic maximè est pax,cū id quod ægrotat,inciditur:cū id quod litem infert,separatur:ita enim possibile erit cælū terræ copulari.Nā & medicus ita reliquū conseruat corpus, cū id quod insanabiliter se habet, absciderit. Ita quidē & in turri Babel gestū est, malā enim pacem,bona dissonantia soluit.Ita & Paulus eos qui aduersus eum consonabant,diuisit. Nō enim vbique concordia bonū est,nam & latrones cōsonant. Hoc aūt præliū non est sui propositi,sed illorū consilii. Hiero. Ad fidē em̄ Christi totus orbis cōtra se diuisus est.Vnaquæq; domus & infideles habuit,& credētes: & propterea bellū missum est bonū,vt rūperetur pax mala.Chry. Hoc aūt dixit,quasi discipulos cōsolās,acsi diceret: Ne turbemini,quasi præter spē his cōtingētibus:propter hoc em̄ veni,vt præliū mittam.Et non dixit præliū,sed qđ difficilius est, gladiū.Voluit enim asperitate verborū, eorū excitare auditū: vt non in difficultate rerū deficiant.ne aliquis dicat,ꝙ blāda suasit,sed difficilia occultauit. Melius est enim in rebus mansuetudinē videre, q̄ in verbis:& propter hoc in his non stetit, sed exponēs prælii speciē, ostendit hoc esse ciuili bello difficilius, dicēs: Veni enim separare hoīem aduersus patrē suū,& filiā aduersus matrē suam,& nurū aduersus socrū suam.In quo ostēdit ꝙ non solū in familiaribus erit hoc præliū, sed in amātissimis & valde necessariis, quod maximè Christi virtutem ostēdit.quia discipuli hæc audiētes,& ipsi susceperūt,& aliis suaserūt.Quāuis autē non ipse Christus hāc separationē fecerit,sed illorū malitia, tamē dicit se facere secūdum scripturæ cōsuetudinē.Scriptū est enim: Dedit eis de⁹ oculos vt nō videāt.Hoc aūt maximè ostēdit,vetus testamētum nouo esse cognatū. Etenim in Iudæis vnusquisq; proximū interficiebat, qñ vitulum fecerūt,& quādo Beelphegor immolauerūt.vnde vt monstraret eundē esse cui hæc & illa placuerūt,prophetiæ meminit,dicēs:Et inimici hominis domestici eius.Et in Iudæis tale aliquid cōtigit,erāt enim prophetæ,& pseudoprophetæ: & plebs scindebatur,& domus diuidebātur: & hi quidem his credebāt, alii aūt illis.Hiero. Hic autē locus propè iisdē verbis in Michæa propheta describitur.Et notādum vbicūque de veteri testamēto testimonium ponitur,vtrū sensus tantū,an & verba cōsentiāt.Hila. Mysticè aūt gladius telorū oīm acutissimū est, in quo est ius potestatis & iudicii,seueritas & animaduersio peccatorū. Dei igitur verbū nūcupatū meminerimus in gladio, qui gladius missus est in terrā.i.prædicatio eius hoīm cordibus infusa.Hic igitur quinq; habitantes in vna domo diuidit,tres in duo,& duo in tres, & tria ad hoīem referimus.i.corpus & animā & volūtatem.nam vt corpori anima data est, ita & potestas homini vtēdi vtroq; vt vellet,indulta est. Atq; ob id lex est proposita voluntati, sed hoc tantum in illis deprehēditur, qui primi à deo figurati sunt. Sed ex peccato atq; infidelitate primi parētis sequentibus generationibus cœpit esse corporis nostri pater peccatū, mater animæ infidelitas,volūtas aūt sua vnicuiq; adiacet:ergo iam vnius domus quinq; sunt.Cū ergo innouamur baptismi lauacro,per virtutē verbi ab originis nostræ pctīs separamur, recisiq; quadā abscctione gladii dei, à patris & matris affectionibus dissidemus, fitq; grauis in domo vna dissensio, & domestica nouo homini erūt inimica: quia ille manere in spirit⁹ nouitate gaudebit, ea verò q̄ à prosapiæ antiquitate deducta sunt, cōsistere in his,quibus oblectantur concupiscunt.Augu.de quæst.euan.Vel aliter: Veni separare ho.aduersus patrē suum.quia renūciat quis diabolo,qui fuit filius eius.Et filiam aduersus matrē suam,plebs dei aduersus mundanā ciuitatē, hoc est perniciosam societatem generis humani,quā nunc Babylonia, nūc Aegypto,nūc Sodoma, nūc aliis atq; aliis nominibus scriptura signat.Nurū aduersus socrū suam, ecclesiam aduersus synagogam,quæ secūdum carnem Christū peperit, spōsum ecclesiæ. Diuidūtur aūt in gladio spiritus, quod est verbū dei. Et inimici hominis domestici ei⁹, cū quibus antè consuetudine implicatus erat. Raba. Nulla apud eos iura custodiri possunt,inter quos fidei

Pacis mandatū à domino.

Verbum dei gladius est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bellū est.Glo.Vel aliter:Hoc dicit.q.d.Non ad hoc inter homines veni,vt carnales affectus confirmē,sed spirituali gladio dissecem. vnde rectè dicitur:Et inimici hominis domestici eius.Grego.3.Mora. Callidus nanque aduersarius cū à bonorū cordibus repelli se cōspicit,eos qui ab illis valde diligūtur exquirit. Et per eorū verba blandiens loquitur,qui plus cæteris amātur: vt dū vis amoris cor perforat, facilè persuasionis eius gladius ad intimæ rectitudinis munimen irrumpat.

Qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus.Et qui amat filium aut filiam super me,non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam & sequitur me, nō est me dignus.Qui inuenit animā suam,perdet illā. Et qui perdiderit animam suam propter me,inueniet eam.

Hiero.Quia ante præmiserat,nō veni pacem mittere, sed gladiū,& diuidere hoīem aduersus patrē & matrē & socrū,ne quis pietatē religioni anteferrret, subiecit,dicēs:Qui amat pa.aut ma.&c.Et in Cantico legimus canticorū:Ordinauit in me charitatē.hic enim ordo in omni affectu necessarius est.Ama post deū,patrē aut matrem aut filios. Si autē necessitas venerit, vt amor parētum aut filiorū, dei amori cōparetur, & non possit vtrunq; saluari:odium in suos, pietas in deū est. Nō ergo prohibuit amari patrē aut matrē,sed signanter addidit:Plusquàm me.Hila. Illi enim qui domesticas hoīm charitates dilectioni eius prętulerint,futuro rū bonorū indiguerunt hæreditate. Chry.Si aūt Paulus iubet per oīa parentibus obedire nō mireris:in illis em̄ solū dicit obediendū,quæ nō nocent pietati:etenim sanctū est,oēm eis alium reddere honorē.Cū autē amplius debito exegerint,nō oportet assentire.Sūt aūt hęc veteri testamēto cōsonantia,etem̄ illic eos qui idola colebāt,nō odio habere solū,sed & lapidare dn̄s iubet:& in Deutero.dicitur: Qui dixerit patri suo & matri suæ,nescio vos,& fratribus suis ignoro illos, hi custodierūt eloquium tuū.Glo.Videtur aūt id in pluribus accidere,vt parentes plus diligāt filios,q̄ filii diligāt eos:& ideo gradatim postq̄ suū amorē, amori parentū esse præponendū docuit,docet cōsequenter prę ferendū esse filiorū amori,dicēs:Et qui amat fi.&c.Raba. Per qđ significat illū diuino cōsortio esse indignū, qui cōsanguinitatis carnalē amorē,p̄ponit spūali amori dei.Chry. Deinde vt nō molestē ferant illi.s.quibus amor dei p̄fertur,ad altiorē adducit sermonē:aīa enim nihil est familiarius alicui, sed tamē & hāc non simpliciter eā haberi odio iussit,sed vt eā quis tradat in occasiones & sanguines:ostendēs q̄ nō solū ad mortē oportet esse paratū, sed ad mortē violentā & reprobatissimam.s.mortē crucis.vnde sequit:Et qui non acci.cru. &c.Nihil aūt adhuc eis de propria dixerat passiōe,sed interī in his eos erudit,vt sermonē de passiōe eius magis susciant.Hila.Vel qui Christi sunt, crucifixerūt corpus suum cū vitiis & cōcupiscentiis: & indign⁹ est Christo qui nō crucē suam,in qua cōpatimur, cōmorimur,cōsepelimur,cōsurgimus, accipiens dn̄m sit securus, in hoc sacramento fidei spiritus nouitate victur⁹. Grego.in ho.Crux quippe à cruciatu dicitur, & duobus modis crucē dn̄i baiulamus : cū aut per abstinentiam carnē affligimus,aut per cōpassionē proximi,necessitatē illius nostrā putam⁹. Sciendū verò est q̄ sunt nōnulli,qui carnis abstinentiā nō pro deo,sed pro inani gloria exhibēt: & sunt nōnulli, qui cōpassionē proximo non spūaliter sed carnaliter impendunt,vt ei nō ad virtutē, sed quasi miserando ad culpas faueant . Hi itaq; crucē vidēt ferre,sed dn̄m non sequunt.Et ideo ait:Et sequitur me.Chry. Quia verò p̄cepta hæc quæ iniungunt̄ onerosa videbant̄,ponit & vtilitatē eorum maximā existentē,dicēs:Qui inue.ani.&c.q.d.Non solū hæc q̄ p̄misi nō nocēt,sed maximè ꝓderūt, cōtraria verò nocebūt:& hoc vbiq; facit.Ab his em̄ q̄ hoīes cōcupiscūt inducit,sicut si dicat:Propter quid nō vis con tenere aīam tuā? quia diligis eā ? Quocirca ꝓpter hoc contemne:& tūc ei maximè ꝓderis. Remi. Aīa aūt in hoc loco nō subiecta est intelligēda,sed hęc vita p̄n̄s.& est sensus:Qui inue.ani.suā.s.hāc p̄sentem vitā.i.qui hāc lucē & eius dilectionē & voluptates ad hoc desiderat , vt semp inuenire possit istā quā semp seruare cupit,pdet, & aīam suā ęternæ dānationi p̄parat. Raba. Vel aliter:Qui salutē animæ suę q̄rit æternā,perdere, hoc est in mortē dare nō dubitat. vtriq; aūt sensui congruit apte qđ sequit, Et qui pdi. ani.suā &c.Remi.Id est, qui hāc tempalem lucē & eius dilectiones & voluptates tēpore p̄secutionis,ꝓpter confessionē noīs mei contēpserit,animę suæ inueniet æternā salutē.Hil.Sic ergo ꝓficit lucrū aīæ in mortē,& dānū in salutē:detrimēto em̄ breuis vitæ,fœnus imortalitatis acquiritur.

Qui recipit uos, me recipit:& qui me recipit, recipit eū qui me misit.Qui recipit prophetā in nomine prophetæ,mercedem prophetæ accipiet . Et qui recipit iustū in nomine iusti, mercedem iusti accipiet . Et quicunque potū dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ,tantum in nomine discipuli:amen dico uobis, non perdet mercedem suam.

Hiero.Dn̄s ad prædicationē discipulos mittēs , docet pericula nō timenda,affectū subiicit religioni.aurū suprà tulerat,ęs de zona excusserat : dura euāgelistarum cōditio.Vnde ergo sumptus? vnde vict⁹? vnde necessaria & cætera?Et ideo austeritatē p̄ceptorū spe tēperat promissorū,inquiēs:Qui reci.vos,me reci.vt in suscipiendis apostolis vnusquisq; credentiū Christū se suscepisse arbitret.Chry.Sufficientia siquidē erāt p̄missa ad p̄suadēdū eis qui erāt apostolos suscepturi.Quis em̄ eos,qui ita erāt fortes , & oēs contemnebāt vt alii saluarentur,non susciperet cum omni desiderio?& superius quidem pœnā comminatus est his,qui non reciperent,hic aūt retributionem promittit recipientibus. Et primo quidē repromittit honorem suscipientibus apostolos, vt Christū suscipiant & etiā patrem. vnde subdit: Et qui me recipit, recipit eū qui me misit.Quid autem huic honori fiet æquale,vt quis patrē & filiū recipiat?Hila.In quibus verbis docet etiā in se mediatoris officiū,qui cū sit receptus à nobis atque ipse profectus ex deo sit , deus per illū transfusus in nobis sit , & per hunc ordinē gratiārum non aliud apostolos recepisse quàm deū:quia & in illis Christus, & in Christo deus habitat . Chryso. Promittit aūt post hæc & aliā retributionem,dicens:Qui recipit prophetam in nomine prophetæ , mercedē prophetæ accipiet:& qui reci. iustū &c. Non autem simpliciter dixit: Qui suscipit prophetā,aut qui suscipit iustum,sed addit:In nomine prophetæ,& in nomine iusti:hoc est,si non propter vitæ huius eminentiā,neq; propter aliud tēporalium susceperit,sed quia vel propheta est,vel iustus.Hiero.Vel aliter: Quia ad susceptionē magistrorum discipulos prouocauerat,poterat credentiū occulta esse respōsio,ergo & pseudoprophetas & Iudā proditorem debemus suscipere : vnde dominus dicit non personas suscipiendas esse, sed nomina : & mercedem non perire suscipientis, licet indignus fuerit qui susceptus sit.Chry.Dicit autē:Mercedem prophetę,& mercedē iusti accipiet.i. qualem decens est accipere eū qui suscipit prophetam vel iustum,vel qualē propheta aut iustus est accepturus.Chry.in ho.Nō enim ait mercedē de ꝓpheta vel iusto , sed mercedē ꝓphetæ vel iusti. Iste enim fortasse iustus est : & quanto in hoc mundo nihil

Christus mediator.

Notabilis diuisio.

Ordo charitatis.

nihil possidet, tanto loquendi pro iustitia fiduciā maiorē habet.hunc cū ille sustentat qui in hoc mūdo aliquid possidet,illius iustitiæ libertatē sibi participē facit:& cū eo pariter iustitię prēmia recipiet,quē sustentando adiuit.Ille prophetię spiritu plenus est,sed tamē corporeo eget alimento.Et si corpus nō reficitur,certū est q̄ vox ipsa subtrahatur.Qui igitur prophetę alimenta tribuit ,vires illi ad loquendū dedit.Cū propheta ergo mercedē prophetæ accipiet , qui hoc ante dei oculos exhibuit quod audiuit.Hiero.Mysticè aūt qui prophetam recipit vt prophetā,& intelligit eū de futuris loquentē,hic prophetæ mercedē accipiet. Igit Iudæi carnaliter intelligētes prophetas,mercedē non accipient prophetarū.Remi.Nonnulli verò prophetā intelligūt dominū Iesum Christū, de quo Moyses dicit:Prophetā vobis susciabit deus , quē similiter per iustū intelligunt,quia incōparabiliter iustus est. Qui ergo in noīe iusti & prophetæ.s. Christi , prophetam vel iustū susciput,ab eo recipiet remunerationē,pro cuius amore recipit.Hiero.Poterat aūt aliquis causari & dicere: Paupertate prohibeor,vt hospitalis esse nō possim.& hanc excusationē leuissimo exēplo diluit, vt calicē aquę frigidę toto animo porrigamus , dicens: Et quicunq; potū dederit vni ex &c.Frigidę inquit nō calidæ,ne & in calida pauptatis & penurię lignorū occasio quęreretur.Remi.Dicit autē minimis.i.nō prophetę,non iusto,sed alicui ex minimis. Glo.Vbi nota deū magis ad piū affectū dantis respicere, q̄ ad quantitatē rei exhibitę.Vel minimi sunt qui nihil penitus habent in hoc mūdo:& iudices erunt cum Christo. Hila. Vel prēuidēs plures futuros tantū apostolatus nomine gloriosos,omni verò vitæ suę opere improbabiles : obsequiū quod ipsis sub religionis opiniōe delatū est, mercede nō fraudat.nam licet & ipsi minimi essēt.i. peccatorum omnium vltimi,non inania tamen in eos etiam leuia , sub frigidæ aquæ nomine designata officia esse decernit.Non enim peccatis hominis,sed discipuli nomini honor præstitus est.

Christus prophetā & iustus antonomaticè.

CAPVT XI.

ET factum est cū consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis,transiit inde,ut doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.

Raba. Postq̄ discipulos suos domin⁹ ad prędicandum mittens,pr[illegible] his verbis eos instruxit: ipse etiā quod docuerat verbis,fac[illegible] impleuit,offerens primā prædicationē Iudęis,& hoc est quod dicitur: Et factū est cū consum.Iesus. Chry.in ho.Dicit autē : Transiit inde. Quia enim eos misit, subtraxit seipsum,dans locū eis & tēpus facere quę iniunxerat:eo enim p̄sente & curante nullus ad discipulos vellet accedere.Remi. Pulchre autē de spirituali doctrina,qua.s.apostolos instruxerat, ad generalem transit in ciuitatibus prędicādo: quia in hoc de cęlis ad terras descendit, vt omnes illuminaret : in quo facto monentur etiam sancti prædicatores, vt omnibus prodesse studeant.

Ioannes autem cū audisset in uinculis opera Christi,mittens duos de discipulis suis,ait illi:Tu es qui uenturus es,an alium expectamus?Et respondens Iesus ait illis : Euntes renuntiate Ioanni quæ auditis & uiditis: cæci uident , claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt,pauperes euangelizantur.Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

Glo. Posuit suprà euangelista quomodo per miracula & doctrinā Christi tam discipuli q̄ turbæ instruebantur , nunc ostendit quomodo hæc instructio vsque ad discipulos Ioannis peruenerit, qui ad Christū æmulationē habere videbantur.vnde dicit: Ioānes autē cùm audisset in vin.&c. Grego. Quęrendus autē nobis est Ioannes propheta & plusquā propheta, qui veniētem ad baptismū dominū ostendit,dicēs: Ecce agnus dei, ecce q̄ tollit pcā mundi.cur in carcere positus mittēs discipulos requirit:Tu es qui vēturus es, an aliū expectamus?tanq̄ si ignoraret quē ostenderat,& an ipse sit nesciat,quē ipse prophetizando , baptizando,ostendēdo ipsum esse clamauerat. Ambro. Nonnulli autē hoc sic intelligunt:Magnū quidē ita ꝓphetam esse Ioannē vt Christū agnosceret,annuntiaret remissionē peccatorū futuram:sed tamē tanq̄ pium vatē quem venturū crediderat,nō credidisse moriturū. Nō igitur fide sed pietate dubitauit.Dubitauit etiā & Petrus,dicēs:Propiti⁹ tibi esto dn̄e,non fiet hoc.Chry.in ho.Sed nō vtique hoc habet rationē. Ioannes enim neq; hoc ignorabat, sed hoc primū testatus est,dicens: Ecce agnus dei qui tol.pec.mūdi. Agnū enim vocans, crucē diuulgat, nec aliter quàm per crucem peccatū abstulit mundi. Qualiter autē maior propheta est hic,si neq; quę prophetarū nouit?Etem̄ Esaias dicit : Sicut ouis ad occisionē ductus est.Grego.in ho.Sed aliter hæc q̄stio soluitur,si gestæ rei tēpus pensatur.Ad Iordanis enim fluenta positus,quia ipse redēptor mundi esset,asseruit:missus verò in carcere, an ipse veniat, requirit:non quia ipsum esse mundi redēptorē dubitat , sed quærit vt sciat,si is qui per se in mundū venerat,per se etiā ad inferni clausтra descendat. Hiero.Vnde non ait:Tu es qui venisti,sed tu es qui vēturus es ? Et est sensus: Mā da mihi,quia ad inferna descēsurus sum, vtrū te etiam inferis debeā nuntiare, an aliū ad hæc sacramenta missurus es?Chry.in ho. Sed qualiter & hoc habet rationē?Cuius enim gratia nō dixit:Tu es qui venturus es in infernū?sed simpliciter:Qui venturus es ? quanuis & derisibilius videatur q̄ propter hoc ei dixerit,vt & illuc abiens prædicaret:præsens enim vita,gratię tempus est:post obitū autem iudiciū est,& pœna: quare in in nullo opus erat pręcursore illic.Sed aliter:Si infideles post mortē credentes essent saluādi, nullus peribit aliquando:oēs enim pœnitebunt tunc, & adorabunt. Omne enim genu flectetur,cælestiū,terrestriū & infernorum.Glo. Considerandū autem est q̄ non ideo Hieronymus & Gregorius dixerūt,q̄ Ioannes aduentum Christi in infernū prenūtiaturus esset,quia eius prędicatione aliqui nō credentes cōuerterentur ad fidē:sed vt iustis in expectatione Christi manentibus,ex vicino aduentu cōsolationē afferret. Hila. Certū est tamē q̄ qui venturū vt prærcursor nuntiauit , consistentē vt propheta agnouit, adeūtem vt cōfessor veneratus est: eius abundāti scientiæ error nō obrepsit.Nec sanè credi potest spiritus sancti gratiā in carcere posito defuisse, cū apostolis virtutis suę lumē esset in carcere positis ministraturus.Hiero.Non ergo quasi ignorans interrogat, sed quomodo saluator interrogat vbi sit Lazarus positus:vt qui locū sepulchri indicabant, saltem sic pararētur ad fidē,vt viderēt mortuum resurgētem. Sic & Ioānes interficiendus ab Herode discipulos suos mittit ad Christū, vt per hāc occasionem vidētes signa atque virtutes, crederent in eū & magistro interrogante sibi diceret. Quòd aūt haberēt discipuli Ioannis aliquid mordacitatis ex inuidia aduersus dominū,superior quoq; interrogatio demonstrauit,cū dixerunt:Quare nos & pharisęi ieiunamus frequenter,discipuli autē tui non ieiunāt?Chry in ho. Donec igitur Ioānes erat cū ipsis,suadebat eis continuè de Christo: quia aūt iam erat obiturus,amplius studiū facit.Etem̄ formidabat ne relinquat in discipulis suis pernicioſi

Quæstio euangelica.

dogmatis cõditionem,& maneant abiecti à Christo, cui & à principio oẽs suos afferre studuit. Si aũt dixisset eis: Abite ad ipsum,quia melior me est:non vtique persuasissẽt, sed æstimaretur humilia de se sentiẽs hoc dicere,& sic magis essent ei affixi. Quid igitur facit? Expectat ab eis audire ꝙ Christus miracula facit:neque oẽs mittit,sed duos quosdã,quos nouerat fortassis aliis persuasibiliores existentes, vt insuspicabilis interrogatio fieret, & ex rebus ipsis discerent distãtiam inter eum & Iesum.Hila.Ioãnes igitur nõ suæ,sed discipulorũ ignorantiæ consulit. vt enim scirent non alium à se prædicatum, ad opera eius intuenda discipulos suos misit, vt auctoritatẽ dictis suis illius opera cõferrent,nec Christus alius expectaretur q̃ cui testimoniũ opera pstitissent.Chry.in ho.Christus aũt mẽtem noscens Ioannis,nõ dixit: Quoniã ego sum, quia per hoc rursus obsisteret hoc audiẽtib⁹: excogitassent eñ &si non dixissent,quod Iudæi ad ipsum dixerunt: Tu de teipso testimoniũ perhibes, & propter hoc à miraculis fecit eos discere, insuspicabilẽ doctrinã faciens, & manifestiorẽ.Testimoniũ enim quod est à reb⁹, credibilius est testimonio quod est à verbis:vnde confestim curauit cæcos & claudos,& alios multos: non vt doceret Ioannẽ scientem, sed hos qui dubitabant. & ideo sequitur:Et respondens Iesus ait illis:Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis.Cæci vident, claudi ambulant,leprosi mundãtur,surdi audiũt,mortui resurgunt,pauperes euangelizantur.Hiero. Quod præmissis non minus est.Pauperes autẽ euangelizatos intellige,vel pauperes spiritu,vel certè opibus pauperes.Vt nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites &egenos in prædicatione,distantia sit:hęc magistri rigorẽ, hæc pręceptoris cõprobãt veritatẽ: quando omnis apud eũ qui saluari potest æqualis est.Chry.Quod autẽ ait: Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me: internuntios percutit. quia enim scandalizabantur in ipso,dubitationẽ eorũ non diuulgans,& soli eorum conscientiæ derelinquẽs,redargutionem eorũ latenter induxit.Hila.Itaque cui rei Ioannes cauissẽt ostendit,dicens beatos eos in quibus aliquid in se scandali non fuissẽt:quia metu eius.s.ne scãdalizarentur,discipulos suos Ioãnes,vt Christũ audirent,misit.Greg. Vel aliter: Infideliũ mens, graue in Christo scandalũ pertulit,cũ eum etiam post tot miracula morientẽ vidit.vnde Paulus dicit:Nos prædicamus Christũ crucifixũ, Iudęis quidẽ scandalũ.Quid ergo est dicere: Beatus qui non fuerit scãdalizatus in me, nisi aperta voce abiectionẽ mortis suæ humilitatemq̃; signare?acsi patenter dicat:Mira quidẽ facio,sed abiecta perpeti non dedignor.quia ego moriendo te subsequor,cauendum valde est hominib⁹ ne in me mortẽ despiciant,qui signa venerãtur.Hila.Præbetur etiã mysticè in his quę in Ioanne gesta sunt,intelligentia amplior: vt prophęta ipso cõditionis suæ genere ꝓphetizaret, quia in eo forma legis lata est.Christũ enim lex annũtiauit,& remissionẽ peccatorũ prædicauit,& regnũ cęlorũ spopõdit,& Ioãnes totũ hoc opus legis expleuit.Igitur cessante iã lege,quæ pctis plebis inclusa,ne Christus posset intelligi, quasi vinculis & quasi carcere contineba tur,ad euangelia contnenda lex mittit,vt infidelitas fidem dictorũ contempletur in factis. Ambro.super Lucã.Et fortasse isti discipuli quos misit, sunt duo populi:vnus qui ex Iudęis credidit,alter qui ex gentilibus.

Ioannes discipulorũ curã gerit.

Allegorica expositio.

Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum uidere? Arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestitum? Ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? Prophetam? Etiam, dico uobis, & plusquàm prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te.

Chryso. Quantũ ad discipulos Ioannis satis actũ erat, certificati eñ de Christo per signa quæ viderãt,recesserunt.Sed oportebat etiã turbas sanari,quę ex interrogatione discipulorũ Ioannis multa inconuenientia subintellexerint,ignorantes mittentis consiliũ.Poterant vtiq; dicere,qui tanta testatus est de Christo,aliter persuasus est nunc,& dubitat vtrũ sit ipse.Nũquid ergo alterans ad Iesum hoc dicit? nũquid timidior à carcere factus?nunquid vanè & inaniter priora dixit? Hil. Ac ne illud qd immediatè pmiserat referri posset ad Ioãnem tanq̃ scandalizatus esset in Christo, subditur: Illis aũt abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne.Chry.in ho. Propter hoc aũt abeũtibus eis vt nõ videatur homini adulari: corrigẽs aũt & plebẽ, non ducit in mediũ suspicionem eorũ,sed solutionẽ cogitationũ eorũ inducit,qua eos in dubitationem mittebat demonstrans se nosse occulta.Neque enim dicit sicut Iudęis,quid cogitatis mala? etenim si mala cogitauerint,nõ tamen ex malitia,sed ex ignorãtia. vnde nõ loquitur eis durè,sed respõdet pro Ioãne,ostendẽs ꝙ non excidit à priori opinione.Hoc aũt docet,nõ solũ proprio verbo,sed eorũ testimonio: non tãtum per ea quę dixerũt,sed per ea quæ egerũt.Ideoq; ait:Quid existis in desertũ videre?acsi diceret:Propter quid ciuitates dimittẽtes cõuenistis in desertũ?Nõ eñ plebs tãta cũ tanto desiderio in eremũ venisset, nisi magnũ quẽdam & mirabilẽ & petra solidiorem se videre existimãs.Glo.Non aũt tunc exierãt in desertũ adhoc vt viderent Ioãnem, nec enim erat tũc in deserto, sed in carcere:sed præteritũ refert,quia frequẽter exierat populus in desertũ videre Ioãnem,cùm adhuc esset in deserto.Chry.in ho. Et vide quia oẽm aliã malitiã prætermittens remouet à Ioãne leuitatẽ,de qua turbæ dubitabãt,dicens:Arũdinem vento agitatam. Grego.in ho.Quod videlicet nõ asserendo, sed negãdo intulit. Arũdinem quippe vt mox aura cõtingit, in partẽ flectit:per quã carnalis animus designatur,qui mox vt fauore & detractione tangitur,in partem quãlibet declinatur.Arundo ergo vento agitata Ioãnes nõ erat,quẽ à statu sui rectitudine nulla rerũ varietas inflectebat. acsi dominus diceret. Hiero. Nunquid ob hoc existis in desertũ,vt videretis hoĩem calamo simílem,qui omni vento circũfertur, & leuitate mentis de eo ambigeret,quem antea prædicaret? An forsitan stimulus inuidiæ cõtra me cogitur,& prædicatio eius vanã sectatur gloriam,vt ex ea quærat lucra? Cur diuitias cupiat? vt affluat dapibus?locustis vescitur & melle syluestri.An vt mollib⁹ vestiatur?pili camelorũ sunt tegmẽ eius.& ideo subiũgit: Sed quid existis videre? hoĩem mollib⁹ vestitũ? Chry.in ho.Vel aliter:Quod non sit Ioãnes similis calamo mobili, per vestrũ studium significastis, scilicet in desertũ exeuntes. Non tñ potest aliquis dicere,ꝙ Ioannes quidẽ constãs erat,sed postea lasciuiæ seruiẽs factus est mobilis. sicut eñ aliquis est iracũdus natura,alius per infirmitatẽ longã:ita aliqui sunt mobiles per naturã, alii verò lasciuiæ seruiendo mobiles fiunt.Ioannes aũt neque natura mobilis erat, propter quod dixerat:Nũ existis videre arundinem vento agitatam?Neq; lasciuię dans seipsum,perdidit quã habebat excellentiã.quòd enim nõ seruierit lasciuię, monstrat stola,solitudo,& carcer. Si enim vellet mollibus vestiri, non eremum inhabitasset, sed regum palatia. vnde sequitur:Ecce qui mollib⁹ vestiũtur,in domibus regum

Ioannis cõstãtia.

regum sunt.Hiero.Ex hoc ostenditur rigidã vitam & austeram prædicationẽ,vitare debere aulas regum,& molliũ hominum palatia declinare.Grego.in ho.Nemo aũt existimet in fluxu atq; studio pciosarũ vestium peccata deesse: quia si hoc culpa non esset,nullo modo Ioãnem dñs de vestimenti sui asperitate laudasset. Et nequaq̃ Petrus fœminas à pciosarũ vestium appetitu cõpescerẽt,dicens:Non in veste preciosa. Augu.4. de doctrina Christia.Cũ in omnibus talibus nõ vsus rerũ sed libido vtentis in culpa est. Quisquis eñ rebus restrictius vtitur q̃ se habẽt mores eorum cũ quibus viuit,aut intẽperans,aut superstitiosus est. Quisquis verò sic vtit vt metas consuetudinis bonorũ inter quos versatur,excedat:aut aliquid significat,aut flagitiosus est.Chry.in ho.A loco aũt & vestimentis & à concursu hominũ eius moribus designatis,inducit iã & prophetam etiam eũ esse, dicens: Sed quid existis videre? prophetã?dico vobis etiam plusquã prophetam.Grego. Prophetæ eñ ministerium est ventura prædicere, non etiã demonstrare.Ioannes ergo plusquã propheta est,quia eũ quẽ pręcurrendo prophetauerat,etiã ostendendo nuntiabat.Hiero. In quo etiam cæteris prophetis maior est. Et quia ad priuilegiũ prophetale etiã baptismi accessit pmiũ,vt suũ dũm baptizaret. Chrys.in ho. Deinde monstrat secundũ quid est maior, dicens: Hic est eñ de quo scriptũ est, Ecce mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã.Hiero. Vt eñ meritorũ Ioannis augmẽtum faceret de Malachia testimoniũ infert, in quo etiam angelus prædicatur.Angelũ autẽ hic dici Ioannẽ non putemus naturæ societate, sed officii dignitate.i. nuntiũ qui venturũ dũm nuntiauit.Grego.Qui enim græcè angelus, hic latinè nuntius dicitur. Rectè ergo qui nuntiare supernũ nuntium venerat,angelus vocatur:vt dignitatẽ seruet in nomine,quam explet in operatione. Chry.in ho. Mõstrat igitur secũdum quid est maior Ioãnes ꝓphetis,secũdum id.s.ꝙ est prope Christum. sicut enim qui prope currũ regis incedunt, aliis sunt clariores:ita & Ioannes prope Christi præsentiã. Glo.Deinde alii prophetę missi sunt vt aduentũ Christi annũtiarent:iste aũt vt prępararet viam ipsius. vnde sequitur:Qui præparabit viã tuã ante te.i.puia reddet tibi corda auditorũ,pœnitentiã pdicando, & baptizãdo.Hila.Mysticè aũt desertum,spiritu sancto vacuũ est sentiendũ,in quo habitatio dei nulla sit.In arũdine,homo talis ostẽditur,de gloria seculi vitæ suę inanitate specioſus,in se aũt fructu veritatis cauus:exteriorem placens,& nullus interior,ad oẽm ventorum motũ, id est immundorũ spirituũ flatu mouendus,neq; ad cõsistendi firmitatem valẽs, & animę medullis inanis.veste autẽ,corpus quo induitur anima,signatur: quod luxu ac lasciuiis mollescit.in regibus transgressorũ angelorũ nuncupatio est,hi enim seculi sunt potentes,mũdiq; dominantes.Ergo vestiti mollibus in domib⁹ regũ sunt.i .illorũ quib⁹ per luxũ fluida & dissoluta sunt corpora,patet esse dæmonũ habitationem. Grego.Ioãnes etiam mollibus vestitus non fuit, quia vitam pectantiũ non blandimentis fouit, sed rigore asperę inuectionis increpauit,dicens:Genimina viperarum &c.

Dignitas Ioannis.

Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Qui autem minor est in regno cælorũ, maior est illo.

Chry. Prœmissa cõmendatione Ioãnis ex prophetæ testimonio non hic stetit,sed iam sententiã propriam de ipso inducit,dicens:Amen dico &c.Raba. Ac si diceret:Quid dicerẽ per singula de cõmẽdatiõe Ioãnis? Amẽ dico vobis,inter natos mulierũ: inter natos inquit mulierũ,non virginũ:mulieres enim propriè corruptę vocantur.Si aũt Maria aliquando mulier in euã gelio nũcupatur,sciendũ est interpretẽ, mulierem pro fœmina posuisse,sicut ibi:Mulier,ecce filius tuus.Hiero.His ergo pręfertur hominibus, qui de mulieribus nati sunt & de concubitu viri, & non ei qui natus est ex virgine & spiritu sancto: quãuis in eo quod dixit, Non sur.inter na.mu.ma.Io.Bap.nõ cęteris prophetis & patriarchis cunctisq; hominib⁹ Ioannẽ pretulit:sed Ioanni cæteros exequauit.Non eñ statim sequitur,vt si alii maiores eo nõ sunt, ille maior aliorũ sit. Chrys. super Mat. Sed tanta cũ sit iustitię altitudo, vt in illa nemo possit esse perfectus nisi solus deus, puto ꝙ oẽs sancti, quantũ ad subtilitatẽ diuini iudicii, inuicẽ sibi inferiores sunt aut priores.ex quo intelligimus, quoniã qui maiorẽ se nõ habet,maior omnibus est.Chry. in ho.Ne autẽ rursus superabũdantia laudũ pariat aliquod incõueniens Iudęis Ioannẽ præferentibus Christo,conuenięter hoc remouet, dicens: Qui aũt minor est in regno cęlorũ,hic maior est illo.Augu.contra aduersariũ legis & prophetarũ. Argumẽtatur aũt ex hoc hęreticus,ita velut ratiocinãdo,tanq̃ Ioãnes non pertineat ad regnũ cęlorũ: & ob hoc multò minus cæteri prophetę illius populi,quibus maior est Ioãnes. Hæc autem verba domini duobus modis possunt intelligi. Aut eñ regnũ cælorũ appellauit hoc quod nondũ accepimus:de quo in fine dicturus est,Venite benedicti patris mei,percipite regnũ:& quia ibi sunt angeli,quib⁹ in eis minor,maior est quòlibet iusto portante corpus quod corrũpitur. Aut si regnũ cælorum intelligi volu it ecclesiã, cuius filii sunt ab institutione generis humani vsque nũc omnes iusti, dñs seipsum significauit: qui nascẽdi tẽpore minor erat Ioãne,maior aũt diuinitatis ęternitate,& dominica potestate. Proinde secundum priorẽ expositionẽ ita distinguitur: Qui minor est in regno cælorũ,ac deinde subinfertur:Maior est illo.Secundũ hanc autem posteriorẽ,ita:Qui autem minor est, ac deinde subinfertur: In regno cęlorũ maior est illo.Chry.Dicit autem in regno cælorum.i.in spiritualibus & vniuersis,quę sunt secundũ cęlum: quidã autẽ dicunt quoniam de apostolis hoc dixit Christus. Hiero.Nos aũt simpliciter intelligamus ꝙ omnis sanctus qui iam cũ domino est,sit maior illo qui adhuc cõsistit in prælio.aliud est eñ victorię coronam possidere,aliud adhuc in acie dimicare.

Iesu de Ioãne digna sententia.

A diebus autem Ioannis Baptistæ usque nunc, regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Oẽs enim prophetæ & lex, usque ad Ioannem prophetauerunt: & si uultis recipere, ipse est Helias qui uenturus est. Qui habet aures audiendi, audiat.

Glo.Quia dixerat superiùs:Qui minor est ī regno cælorũ, est maior Ioanne:ne videretur Ioãnes à regno cælorũ esse alienus, hoc remouet subdẽs:A diebus aũt &c.Grego.Per regnum cælorũ supernum solium designatur, cum quo peccatores quolibet facinore polluti ad pœnitẽtiam redeunt,& semetipsos corrigũt quasi peccatores in locũ alienũ intrãt, & violenter regnũ cęlorum rapiunt. Hiero. Si aũt primus Ioãnes Baptista pœnitẽtiam populis nuntiauit, dicẽs: Pœnitentiã agite,appropinquabit enim regnum cælorũ,cõuenien ter à diebus illius regnũ cælorum vim patitur,& violenti rapiunt illud. Grandis est enim violẽtia in terra nos esse generatos,& cælorum sedẽ quęrere,& possidere per virtutẽ quæ nõ tenuimus per naturã. Hila. Vel aliter: Dominus apostolos ire ad oues perditas Israel iusserat,sed omnis hęc pdicatio profectũ publicanis & peccatoribus afferebat: itaque vim regnum patiũt, violenti diripiunt, quia gloria Israel à patribus debi-

Vim inferre cælo quid sit.

Universidad de Deusto Biblioteca

ta,à prophetis nũtiata,à Christo oblata,fide gentium occupať & rapitur.Chry. Vel rapiunt regnũ dei per fidem Christi oẽs,qui cũ festinatione veniunt.vnde dicit: A diebus autẽ Ioannis vsque nunc.Et ita impellit & festinare facit ad fidẽ suam,simul autẽ & his quæ antea dicta sunt à Ioãne opitulatur . Si eñ vsque ad Ioãnem oĩa completa sunt,ipse est qui venturus est. vnde subdit:Oẽs enim prophetę &c.Hiero.Non quòd post Ioannẽ excludat prophetas . Legimus enim in Actibꝰ apostolorum & Agabũ prophetizasse, & quatuor virgines filias Philippi . Sed vt lex & prophetæ quos scriptos legimus, quicquid prophetizauerunt de domino vaticinati sunt.Quando ergo dicitur: Vsque ad Ioannẽ prophetizauerunt , Christi tẽpus ostenditur:& quẽ illi dixerũt esse venturũ,Ioãnes venisse ostẽdit. Chry. Deinde aliã coniecturã sui aduentus ponit, dicens:Et si vultis recipere,ipse est Helias qui vẽturus est. Dicit dominꝰin Malachia:Mittã vobisHeliam Thesbitem, & de isto dicit: Ecce ego mitto angelũ meum ante fa-
Reditus animarũ retundiť ciẽ tuam.Hiero.Helias ergo Ioannes dicitur:non secũdum stultos philosophos & quosdã hæreticos, qui reuersionẽ animarũ introducũt , sed ꝙ iuxta aliud testimoniũ euangelii venerit in spũ & virtute Heliæ,& eã dẽ spũs sancti vel gratiã habuerit vel mensurã . Sed & vitæ austeritas rigorq; mẽtis Heliæ , & Ioannis pares sunt:vterq; in eremo,vterq; zona pellicea cingebatur. Ille qm̃ regẽ Achab & Iezabel impietatis arguit , fugere cõpulsus est: iste quia Herodis & Herodiadis illicitas arguit nuptias,capite trũcatur.Chry.Et bene dixit:Si vultis recipere,libertatẽ ostendẽs,& voluntariã expetẽs mentẽ.Est eñ ille hic,& hic ille: quia præcursores facti sunt vtrique.Hiero.Hoc aũt quod dictũ est, ipse est Helias:mysticũ esse & egere ĩtelligẽtia,sequẽs dñi sermo demonstrat,dicens: Qui habet aures audiendi audiat. Remi. Acsi diceret: Qui habet aures cordis audiendi.i.intelligendi,intelligat:quia nõ dixit Ioannem Heliã esse in persona,sed in spiritu.

Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt: Cecinimus uobis, & non saltastis: lamẽtauimus, & nõ planxistis. Venit enim Ioannes neque manducans neque bibens, & dicunt dæmoniũ habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo uorax & potator uini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filiis suis.

Hila.Totus hic sermo infidelitatis opprobriũ est,& de affectu superioris querimoniæ descendit: quia insolens plebs per diuersa sermonũ genera docta non fuerit. Chrys. Vnde & interrogatione vtitur,monstrans qm̃ nihil quod deberet fieri ad salutẽ eorum,derelictũ est,dicẽs:Cui autẽ similem ęsti.&c. Glo.q.d.Tãtus est Ioannes,sed vos nec sibi nec mihi voluistis credere:& ideo cui vos similes æstimabo ? per generationẽ accipit cõmuniter & Iudæos & se cũ Ioanne . Remi. Mox autẽ sibiipsi respondet,subiungens : Similis est pueris sedentibus in foro,qui clamantes coæqualibus dicũt: Cecin.vo.& non salta. lamen.& nõ plan. Hila.In pueris,prophetæ signantur, qui in simplicitate sensus , vt pueri prædicauerũt,& in medio synagogæ tanq̃ in publico fori cõuentu coarguũt:quòd cantantibus sibi officio corporis nõ obsecundauerint,& quòd dictis suis non paruerint . ad cãtantium eñ modum saltantium motus aptatur. Prophetæ enim ad confessionẽ psallendi deo prouocauerunt,vt cãtico Moysi tenetur, vt Esaiæ,vt Dauid.Hiero.Dicunt ergo: Cecinimus vobis & nõ saltastis,id est prouocauimus vos,vt ad nostrum canticũ bona opera faceretis,& noluistis. Lamẽtati sumus, & vos ad pœnitentiã prouocauimus : & nec hoc quidẽ facere voluistis,spernentes vtranque prędicationẽ,tã exhortationis ad virtutes, q̃ pœnitẽtiæ post peccata.Remi.Quid est autẽ quod dicit coæqualibus?Nũquid infideles Iudæi coæquales erant sanctis prophetis?Sed hoc dicit,quoniã de vna stirpe orti fuerũt. Hiero.Pueri etiã sunt de quibus Esaias loquitur:Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dñs.isti ergo pueri sedẽt in foro vbi multa venalia sunt, & dicunt. Chrys. Cecinimus vobis & nõ saltastis,hoc est remissam vitã ostẽdi , & nõ persuasi estis: lamẽtauimus & nõ planxistis, hoc est Ioãnes durã sustinuit vitam,& non attendistis: non autẽ dicit ille illud,& ego hoc,sed cõmuniter : qa vna intentio vtriusq; erat.vnde sequitur : Venit enim Io.neq; mandu.neq; bi.& di.dæmo.habet.Venit filius &c.Aug.cõtra Fau. Vellem aũt vt mihi Manichęi dicerent,quid mãducabat & quid bibebat Christus,qui in cõparatione Ioãnis non mãducantis neq; bibentis hic se dicit mãducantẽ ac bibentẽ ? Non eñ dictũ est ꝙ Ioannes omnino nõ biberet,sed quòd vinũ & sicerã nõ biberet:bibebat ergo aquã.cibus aũt eius nõ omnino nullus erat, sed locusta & mel syluestre . vnde ergo dictus est nõ manducãs neq; bibens,nisi quia illo victu quo Iudæi vtebãtur nõ vtebatur?hoc ergo dñs nisi vteretur,non in eius cõparatione manducãs bibensq; diceretur. Mirũ aũt si nõ manducãs dicitur,qui locustas & mel comedit:& manducãs dicitur qui pane & olere contentus est.Chry.Dicit ergo:Venit Iesus,acsi dicat per cõtrariã viã venimus ego & Ioãnes,& idẽ fecimꝰ: sicut si venatores per duas cõtrarias vias aliquod aĩal insequãtur, vt in alterũ incidat. Vniuersum aũt hoĩm genꝰ ieiuniũ & duram vitã admiratur: & propter hoc dispensatũ est à prima ætate ita nutriri Ioãnem,vt per hoc digna fide essent,quæ dicerẽtur ab ipso.Incessit siquidẽ dñs per hanc viam, quãdo quadraginta diebꝰ ieiunauit:sed tamẽ & alter docuit ꝙ sibi esset credendũ: multo eñ maius erat quod testareť pro eo Ioãnes, qui per hancviã incesserat,q̃ quòd ipse per hanc viam incederet:aliter Ioannes nihil plus ostendit, pręter vitam & iustitiam:Christus aũt & à miraculis testimonium habebat. dimittens ergo Ioannẽ ieiunio fulgere , ipse contrariam incessit viã,ad mẽsam intrans publicanorum,& manducãs & bibens.Hier. Si ergo ieiuniũ vobis placet,cur Ioãnes displicuit?si saturitas , cur filius hoĩs?quorũ alterum dæmoniũ habentẽ , alterum voracem & ebriũ nuncupastis.Chry. Qualẽ igitur iam excusationẽ accipiẽt? ꝓpter hoc subdit:Et iustificata est sapiẽtia à filiis suis,hoc est:Etsi vos ꝑsuasi nõ estis,sed me iã incusare non habetis,qđ & de patre ait propheta : Vt iustificeris in sermonibus tuis. etsi eñ nihil in vobis expleatur à ꝓcuratiõe dei,quæ est circa nos oĩa quæ sunt,ex patre suo complet , vt inuerecũdis neque vmbrã relinquat ingratę dubitationis. Hiero. Iustificata est ergo sapiẽtia à filiis suis.i. dei dispensatio atq; doctrina:vel ipse Christus qui est dei virtus, & dei sapientia iustè fecisse ab apostolis,suis filiis,comprobatus est.Hila,Est autẽ ipse sapientia non ex effectu , sed ex natura.Plures eñ dictũ apostolicum quod ait,Christum dei sapientiam & dei virtutem,his modis solent eludere : quòd in eo ex virgine creando efficax dei sapientia & virtus extiterit: sed ne tale posset intelligi, ipsum se sapientiã nuncupauit,eam in se,non quę sunt eius,ostendẽs.Non eñ idem opus virtutis& virtus:& efficiẽs discernit ab effectu.Aug.de quęst.Vel iustificata est sapiẽtia à filiis suis,qa sancti apostoli ĩtellexerũt regnũ dei non esse in esca & potu,sed in ęquanimitate tolerãdi

Manichęorũ hęreticorũ redargutio.

Notanda expositio.

tolerandi, quos nec copia subleuat nec deprimit egestas.vnde & Paulus dicebat:Scio abundare, & penuriam pati.Hier.In quibusdã libris legitur,Iustificata est sapiẽtia ab operibus suis:sapiẽtia nanq; non quęrit vocis testimoniũ,sed operum.Chryso.Si aũt exẽpla vilia sunt de pueris,non mireris: ad imbecillitatẽ enim audientiũ loquebatur: sicut Ezechiel multa exẽpla dixit Iudæis conuenientia,dei magnitudine indigna. Hila. Mysticè autẽ Iudæos nec Ioannis prædicatio inflexit, quibus & lex grauis visa est potibus cibisq; præscriptis & difficilis & molesta,peccatũ inse quod dæmonium nuncupauit habẽs:quia per obseruantiæ difficultatẽ,necesse eis esset in lege peccare:rursũsque in Christo euangelii prędicatio vitę libertate nõ placuit , per quã difficultates legis & onera laxata sunt, & ad eam publicani peccatorésque crediderunt. atque ita tot & tantis admonitionũ generibus frustrà habitis nec per gratiã iustificantur,& lege sunt abdicati:& iustificata est sapiẽtia à filiis suis , ab his.s.qui regnũ cęlorum fidei iustificatione diripiunt , confitentes iustum sapientiæ opus , quòd munus suum ad fideles à contumacibus transtulerit.

Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius, quia non egissent pœnitentiã. Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida: quia si ĩ Tyro & Sidone factæ essent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Verũtamen dico uobis: Tyro & Sidoni remißius erit in die iudicii quàm uobis. Et tu Capharnaum, nunquid usque in cælum exaltaberis? usque in infernũ descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in te, fortè mansissent usque in hanc diem. Verũtamen dico uobis, quia terræ Sodomorum remißius erit in die iudicii, quàm tibi.

Glo.Hucusq; Iudæos cõmuniter increpauerat, nũc aũt quasi nominatim quasdã ciuitates increpat, quibꝰ spiritualiter prædicauerat , nec tamen conuerti volebãt.vnde dicitur, Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus &c.Hiero. Exprobratio enim ciuitatũ Corozaim & Bethsaidę & Capharnaũ,capituli huius titulo pãditur,ꝙ ideo exprobrauerat eis,qa post factas virtutes & signa q̃plurima nõ egerint pœnitentiã . vnde subditur:Væ tibi Coro.vę tibi Beth.Chry.Vt aũt nõ dicas à natura ipsos esse malos , ponit nomẽ ciuitatis, scilicet Bethsaida,à qua quandoq; processerunt apostoli.etenim Philippus & duo binarii principaliũ apostolorum hinc fuerũt,scilicet Petrus & Andreas,Iacobus & Ioãnes.Hiero.Sed per hoc quod dicit Væ,hæ vrbes Galilęę à saluatore plangũtur: ꝙ post tanta signa,atq; virtutes nõ egerint pœnitentiã.Rab.Corozaim aũt q̃ interpretatur mysteriũ meũ:& Bethsaida quæ domus fructuũ vel domꝰ venatorũ dicitur,ciuitates sunt Galilęę sitę in littore maris Galilęæ . Plãgit ergo dominus ciuitates quę quondam mysterium dei tenuerũt, & virtutũ iam fructũ gignere debuerũt, & in quas spirituales venatores sunt missi.Hiero.Et pręferũtur eis Tyrus & Sidon vrbes idololatrię & vitiis deditæ. & ideo sequitur : Quia si in Tyro & Sidone factæ essent &c.Grego.35.Mora.In cilicio quidẽ asperitas,quę pũctio peccatorũ,in cinere aũt puluis ostenditur mortuorum : & idcirco vtrũque hoc adhiberi ad pœnitẽtiam solet,vt in pũctione cilicii cognoscamus quid per culpam fecimꝰ, & in fauilla cineris perpẽdamus quid per iudicium facti sumus.Raba.Tyrus autẽ & Sidon sunt vrbes Phœnicis:interpretatur autẽ Tyrus angustia,& Sidõ venatio,& significat gẽtes , quas venator diabolus in angustia pctõrum comprehẽdit:sed saluator Iesus per euangeliũ absoluit.Hiero.Quęrimus autẽ vbi scriptum sit, quòd in Corozaim & Bethsaida dominꝰ signa fecerit.Suprà legimꝰ : Et circuibat ciuitates oẽs & vicos,curans omnẽ infirmitatẽ,& reliqua.Inter cæteras ergo vrbes & viculos, ęstimandũ est in Corozaĩ & in Bethsaida dominũ signa fecisse. Aug.de perseue. Non ergo verũ est quòd his tẽporibus,& his locis euãgelium eius prędicatũ non est:in quibus tales oẽs futuros esse ꝑsciebat,quales multi in eius corporali pręsentia fuerũt,qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt . Ecce enim dominus attestatur quòd Tyrii & Sidonii acturi essent magnę humilitatis pœnitẽtiam,si in eis facta essent diuinarũ signa virtutum. Porrò si etiam secũdum facta quę facturi essent,si viuerent, mortui iudicãtur: ꝓfectò quia fideles futuri erãt isti,si eis cũ tantis miraculis euangelium fuisset prædicatũ,nõ sunt vtique puniẽdi:& tamẽ in die iudicii puniẽtur.Sequitur eñ:Verũtamẽ dico vobis.Seueriꝰ ergo puniẽtur illi,isti remissiꝰ.Hier.Quod ideo est:quia Tyrus & Sidõ naturalẽ tantum legẽ calcauerãt,istę verò ciuitates post trãsgressionem naturalis legis & scriptę,etiam signa quæ apud eos facta sunt , parui duxerunt.Raba.Impletum autẽ hodie videmus dictum saluatoris:quia.s. Corozaim & Bethsaida pręsente domino credere noluerũt. Tyrus autẽ & Sidon postea euãgelizãtibus discipulis crediderunt.Remi.Capharnaũ autẽ metropolis erat Galilęę, & insignis ciuitas illius prouincię:& ideo dominus spiritualiter mẽtionem illius facit,dicẽs:Et tu Capharnaum,nũquid vsq; in cęlũ exaltaberis?vsque ad infernum descẽdes. Hiero. In altero exẽplari reperimus,Et tu Capharnaũ quę vsque ad cęlum exaltata es,vsque ad inferna descẽdes. Et est duplex intelligẽtia:vel ideo ad inferna descẽdes , quia contra prędicationẽ meam superbissimè restitisti.Vel ideo quia exaltata vsque in cælũ,meo hospitio & meis signis atque virtutibus tãtum habẽs priuilegiũ maioribus plecteris suppliciis, ꝙ his quoq; credere noluisti.Remi.Non solũ autẽ Tyri & Sidonis , sed ipsa Sodomorũ & Gomorrhæorum fecerũt leuia peccata per cõparationem,& ideo sequitur:Quia si in Sodomis factæ essent virtutes quę factæ sunt in te,fortè mansissẽt vsque in hunc diem.Chry.In quo augetur eorũ accusatio.etenim maxima malitię demõstratio est,cũ non solum his qui tunc erant,sed his qui nunq̃ fuerant mali, apparẽt deteriores. Hiero. In Capharnaum autẽ, quę interpretatur villa pulcherrima,cõdemnatur Hierusalem,cui dicitur per Ezechielẽ : Iustificata est Sodoma ex te.Remi. Ideo autẽ dominus qui oĩa nouit , in hoc loco verbũ dubitatiuum posuit.s.fortè:vt demõstraret quia liberũ arbitrium cõcessum ẽst hominibꝰ . Sequitur:Verũtamẽ dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii q̃ tibi. Et sciẽdum est ꝙ nomine ciuitatis vel terræ, nõ ędificia vel domorũ parietes dominus increpat,sed hoĩes in eis cõmorãtes, secũdum speciẽ tropi, quę est metonomia . In qua per hoc quod cõtinet,id quod cõtinetur,ostẽditur.per hoc aũt quod dicit:Remissius erit in die iudicii:apertè demõstrat, quia diuersa sunt supplicia in inferno,sicut & diuersę sunt mãsiones in regno cęlorũ.Hiero.Quęrat autẽ prudẽs lector,& dicat:Si Tyrus & Sidõ & Sodoma potuerunt agere pœnitẽtiam ad prędicationẽ saluatoris,signorumq; miracula:nõ sunt in culpa ꝙ nõ crediderunt,sed vitii silẽtium in eo est,qui acturis pœnitentiã noluit prædicare . Ad qđ facilis & aperta est respõsio:ignorare nos iudicia dei, & singularium eius dispẽsationum sacramẽta nesciri.Propositũ fuerat Iudęorũ fines nõ excedere,ne iustam pharisæis & sacerdotibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

occasionem persecutionis daret. vnde & apostolis præcepit: In viã gentiũ ne abieritis. Corozaim & Bethsaida dãnantur, q̃ præsente domino credere noluerunt. Tyrus & Sidõ iustificantur, q̃ apostolis illius crediderunt. Non quæras tempora, cũ credentiũ intuearis salutem. Remi. Soluitur aũt & aliter: Fortassis erant plurimi in Corozaim & Bethsaida qui crediturí erant, & erant multi in Tyro & Sidone qui non erãt crediturí, & ideo non erant digni euãgelio. Dominus ergo ideo habitatoribus Corozaim & Bethsaidæ prædicauit, vt illi qui crediturí erant crederẽt: & habitatoribus Tyri & Sidonis prædicare noluit, ne fortè illi qui non erant crediturí, contẽptu euãgelii deteriores facti atrocius punirentur. Augu. de perseueran. Quidã autem disputator catholicus nõ ignobilis, hunc euangelii locũ sic exposuit, vt diceret pscisse dominũ Tyrios & Sidonios à fide fuisse postea recessuros, & cũ factis apud se miraculis credidissent: & misericordia potiº non eum illic ista fecisse, quoniã grauiori pœnæ obnoxii fierẽt, si fidẽ quam tenuerãt reliquissent, q̃ si eam nullo tempore tenuissent. Vel aliter: Præsciuit profecto deus beneficia sua, quibus nos liberare dignatur: hæc autẽ est prædestinatio sanctorũ, prescitia. s. & pparatio beneficiorũ dei: quibus certissimè liberantur, quicunq; liberantur. Cæteri aũt non nisi in massa perditionis, iusto diuino iudicio relinquentur, vbi Tyrii relicti sunt & Sidonii, qui etiam credere poterant, si multa Christi signa vidissent: sed quoniã vt crederent non eis erat datum, & vnde crederent est negatũ. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio diuinũ naturaliter munus intelligentię quo moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiant verba vel signa conspiciãt: & tamen si dei altiore iudicio, à perditionis massa nõ sunt gratię prædestinatione discreti, nec ipsa eis adhibentur vel dicta diuina, vel facta, per quæ possent credere, si audirent vtique talia, vel viderent. In eadẽ perditionis massa relicti sunt etiam Iudæi, qui non potuerunt credere factis in cõspectu suo tam magnis clarisq; virtutibus. Cur enim non poterant credere, non tacuit euangeliũ, dicens: Cũ autem tanta signa fecisset coram eis, non poterant credere, quia dixit Esaias: Excæcauit oculos illorũ, & induraui cor eorũ. Non erant ergo sic excæcati oculi, nec sic induratũ cor Tyriorũ & Sidoniorũ, quin credidissent, si qualia viderunt isti signa vidissent. Sed nec illis profuit q̃ poterãt credere, quia prædestinati non erant: nec istis obfuisset q̃ non poterãt credere, si ita prædestinati essent vt eos cæcos dominus illuminaret, & induratis cor lapideum vellet auferre. Augustinus de con. euan. Hoc aũt quod hic dicitur, etiã Lucas cõmemorat continuatim cuidã sermoni dñi, etiam hic ex ipsius ore coniũgens. vnde magis videtur ipse hoc ordine illa cõmemorare, quo à domino dicta sunt, Matthæus aũt suę recordationis ordinem tenuisse: aut illud quod Matthæº ait, Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus: sic accipiendũ putant, vt punctũ ipsum tẽporis voluisse credatur exprimere in hoc quod est, Tunc: non aũt ipsum tempus aliquanto latiº quo hic multa gerebantur & dicebantur. Quisquis ergo credit, credat hoc esse bis dictum. Cũ enim & apud vnũ euangelistam inueniãtur quædã, quæ bis dixerat dominus: sicut apud Lucã de non tollenda pera in via: quid mirũ si aliquid aliud bis dictũ, sigillatim à singulis dicitur eodem ordine quo dictũ est? Et ideo diuersus ordo apparet in singulis, quia & tunc quando ille, & tunc quando iste commemorat, dictum est.

In illo tempore, respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te.

Chry. Quia sciebat dñs multos de superiori quæstione dubitaturos. s. q̃ Iudęi Christũ non receperũt, quem gentilitas tam prona suscepit, respondet hic cogitationibus eorũ. Et ideo dicit: Respon. Ie. di. Confi. tibi pa. &c. Glo. Id est q̃ facis cęlos, & relinquis in terrenitate quos vis. Vel ad literã. Augu. de ver. domi. Si Christus dixit confiteor, à quo longè est omne peccatum, cõfessio non solius peccatoris, sed aliquando etiã laudatoris. Confitemur ergo siue laudantes deum, siue accusantes nosmetipsos. Dixit ergo confiteor tibi. i. laudo te, nõ accuso me. Hiero. Audiant ergo qui saluatorẽ non natũ sed creatũ calumniantur, q̃ patrẽ suum voceat cæli & terræ dominũ. Si em̃ & ipse creatura est, & creatura conditorem suum patrẽ appellare potest: stultũ fuit non & sui, & cęli & terræ dominũ vel patrẽ similiter appellare. Gratias aũt agit q̃ apostolis aduentus sui aperit sacramenta, quæ ignorauerunt scribæ & pharisęi: qni sibi sapientes videntur, et in cõspectu suo prudentes. Et ideo sequitur: Quia abscondisti &c. Augu de ver. do. Nomine sapientũ & prudentum superbos intelligi posse, ipse exposuit, cùm ait: Reuelasti ea paruulis. Quid em̃ est paruulis nisi humilibus? Greg. 27. Mora. Quòd enim non subiũxit, Reuelasti ea stultis, sed paruulis: tumorem se damnasse innuit, nõ acumen. Chry. Vel dicens sapientes, non veram sapientiã dicit, sed eam quã videbãtur scribę et pharisæi ab eloquentia habere. Propter hoc neque dixit, Reuelasti ea stultis, sed paruulis. i. informibus aut rusticis: in quo erudit nos per omnia ab elatione erui, humilitatem autem zelare. Hila. Cęlestiũ ergo verborũ arcana atque virtutes sapientibus abscondũtur, et paruulis reuelantur: paruulis malitia, non sensu: sapientibus verò stultitiæ suę præsumptione, nõ prudentiæ causa. Chry. Reuelatũ aũt esse his, dignũ est lętitia: occultari autẽ his non lætitia, sed lachrymis dignũ est. Nõ ergo propter hoc lętatur, sed quoniã quæ sapiẽtes non cognouerũt, cognouerũt hi. Hila. Facti aũt huius æquitatẽ, dominº paternę voluntatis iudicio confirmat: vt qui indignãtur paruuli in deo fieri, stulti deinceps in sapiẽtia sua fiãt. Et ideo subditur: Ita pater, quoniã sic placitũ fuit ante te. Grego. 25. Mora. Quibus verbis exempla humilitatis accipimus, ne temerè discutere superna consilia de aliorũ vocatione, aliorũ verò repulsione præsumamus: ostendens q̃ iniustũ esse non potest quod placuit iusto. Hiero. In his etiam verbis blandientis affectu loquitur ad patrem, vt cœptũ in apostolis cõpleatur beneficiũ. Chry. Hęc aũt quę dñs discipulis dixit, studiosiores eos fecerunt: quia em̃ consequens erat eos de se magna sapere qui dęmones abigebant, ideo hinc eos reprimit: reuelatio enim erat quod eis factũ est, nõ illorũ studium. ideoq; scribæ sapientes et prudentes æstimantes se esse, exciderunt propter propriũ tumorẽ. Vnde si propter hoc ab eis abscondita sunt dei mysteria, timete dicit & vos, & manete paruuli: hoc em̃ fecit vos reuelatione potiri. Sicut aũt cũ Paulus dicat: Tradidit illos deus in reprobũ sensum: non hoc dicit inducẽs deũ hoc agẽtẽ, sed illos qui causam tribuerũt: ita & hic, Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus. Et propter quid abscondita sunt ab illis? audi Paulum dicentẽ: quoniam quærentes propriã iustitiam statuere, iustitię dei non sunt subiecti.

Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.

Chry. Quia dixerat: Cõfiteor tibi pater, quoniam abscon

abscondisti hæc à sapientibus: vt non æstimes, quoniã ita gratias agit patri, sicut si ipse sit hac virtute priuatus, consequenter adiũgit: Oĩa mihi tradita sunt à patre meo. Cũ aũt audieris, quoniã tradita sunt, nihil humanũ suspiceris: vt enim non duos deos ingenitos esse existimes, hanc ponit dictionem. Simul em̃ cũ genitus est, omniũ dominator fuit. Hiero. Alioquin si iuxta nostrã fragilitatẽ sentire volumus: cũ cœperit habere qd̃ accepit, incipiet non habere quod dedit. Vel tradita sibi omnia, non cælũ & terra & elementa intelligenda sunt, & cætera quæ ipse fecit, & cõdidit: sed hi, qui per filiũ accessum habent ad patrẽ. Hila. Vel hoc dicit, ne quid in illo minus q̃ quod in deo est æstimaretur. Augu. contra Maximũ. Nam si minus habet in potestate aliquid q̃ pater, non sunt eius omnia quæ habet pater: gignendo enim dedit pater potentiã filio, sicut omnia quæ habet in substantia sua gignendo, dedit ei quę genuit de substantia sua. Hila. Deinde in mutua cognitione patris & filii, dat intelligere non aliud in filio q̃ quod in patre extitisse. Sequitur em̃: Et nemo nouit filium, nisi pater: neq; patrẽ quis nouit, nisi filius. Chry. Ex eo enim quòd solus patrem nouit, latenter ostendit eiusdẽ se esse substantiæ, acsi diceret: Quid mirum est si omniũ sum dominator, cùm aliquid aliud maius habeam, scilicet scire patrẽ, & eiusdem esse substantię? Hila. Eandẽ enim vtriusque in mutua cognitione docet esse substãtiam, cùm qui filiũ cognoscet, patrem quoque cogniturus esset in filio, quia omnia ei à patre sunt tradita. Chryso. Cũ autem dicat, neque patrem aliquis cognoscit nisi filius: non hoc ait, quoniam eum omnes omnino ignorent, sed quoniã cognitione qua ipse eum nouit, nullus eum scit: quod & de filio dicendum est. Neque etiam de ignoto quodam deo hoc dixit, sicut Martion ait. Augu. primo de trini. Denique propter substantiæ inseparabilitatẽ sufficienter aliquã do nominatur vel solus pater, vel solus filius: nec inde separatur vtriusque spiritus, qui propriè spiritus dicitur veritatis. Hiero. Erubescat ergo Eunomius hæreticus tantã sibi notitiã patris & filii, quantã alterutrũ inter se habent vendicans. q̃ si inde contendit, & suã consolatur insaniã, quia sequitur: Et cui voluerit filius reuelare. Aliud est naturę æqualitate nosse qd̃ noueris, aliud reuelãtis dignatione. Aug. 7. de ciui. dei. Reuelatur aũt pater per filiũ. i. per verbũ suum. Si em̃ hoc verbum quod nos proferimus temporale & transitoriũ, & seipsum ostendit & illud de quo loquimur: quanto magis verbũ dei, per quod facta sunt omnia? quod ita ostendit patrẽ, sicuti est pater: quia & ipsum ita est, & hoc est quod pater. Aug. de quæst. euan. Cũ autem diceret: Nemo nouit filiũ nisi pater, non dixit: & cui voluerit pater filiũ reuelare: sed cũ diceret, Nemo nouit patrẽ nisi filius, addidit: Et cui voluerit filius reuelare, qd̃ nõ ita intelligendũ est, quasi filius à nullo possit agnosci nisi à patre solo: Pater autẽ non solũ à filio, sed etiam ab eis quibus reuelauerit filius. sic enim potius dictũ est, vt intelligamus patrẽ & ipsum filiũ per filium reuelari, quia ipse est menti nostræ lumẽ, vt quod postea intulit, Et cui voluerit filius reuelare: non tantũ patrem, sed etiam filium accipiamus: ad totũ enim quod dixit illatum est, verbo enim suo se pater declarat. Verbum autem non solum id quod per verbum declaratur, sed etiam seipsum declarat. Chrysostomus. Si ergo patrem reuelat. Sed hoc quidem vt manifestum dimisit, illud autẽ posuit: quia scilicet poterat esse dubium: per hoc etiam instruit, quòd adeò concordat patri, quòd non est possibile aliquem venire ad patrem nisi per filium: hoc enim maximè scandalizabat, quòd videbatur deo contrarius. Et ideo per omnia hoc destruere studuit.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugũ meũ super uos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus uestris. Iugũ enim meũ suaue est, & onus meum leue.

Chry. Per ea quæ dicta sunt in desideriũ sui discipulos constituerat, ostẽdens ineffabilẽ suã virtutẽ: nunc aũt eos ad se vocat, dicẽs: Venite ad me oẽs qui labo. & one. estis. Aug. de ver. do. Quare em̃ oẽs laboramus? nisi quia sumus hoĩes mortales, lutea vasa portãtes, quæ faciũt inuicẽ angustias. Sed si angustentur vasa carnis, dilatẽtur spatia charitatis, ad quid ergo dicit, Venite ad me oẽs qui laboratis, nisi vt nõ laboretis? Hila. Legis etiã difficultatibus laborantes, & peccatis seculi oneratos ad se vocat. Hiero. Grauia em̃ esse onera peccati & Zacharias ,,ppheta testatur, iniquitatẽ dicens sedere super talentũ plũbi. Et Psalmista cõpleuit: Iniquitates meæ aggrauatæ sunt super me. Grego. 30. Mora. Asperũ etiã iugũ & durũ seruitutis pondus est subesse tẽporalibus, ambire terrena, retinere labẽtia, velle stare in non stãtibus: appetere quidẽ transeuntia, sed cum trãseũtibus nolle transire. Dũ em̃ contra votũ cuncta fugiũt, quæ prius mentẽ ex desiderio adeptionis affligerant, pòst ex pauore amissionis premũt. Chry. Non aũt dicit, Venite ille & ille, sed oẽs qui in solicitudinibus, qui in tristitiis, qui in peccatis estis: non vt expetã noxas, sed vt soluã peccata. Venite, non q̃ũ indigeo vestra gloria, sed quia volo vestrã salutẽ: vnde dicit, Et ego reficiã vos: nõ dixit, saluabo solũ, sed qd̃ multo amplius erat, reficiã vos. i. in oĩ quiete constituã. Rab. Nõ solũ exonerabo, sed interna refectiõe saturabo. Remi. Venite dicit nõ pedibus, sed moribus: nõ corpore, sed fide. Iste nanque est spũalis accessus, quo quis deo appropĩquat. & ideo sequitur, Tol. iu. meũ sup vos. Rab. Iugũ Christi est euangeliũ Christi, qd̃ Iudæos & Gentes in vnitate cõiungit & sociat. Hoc aũt super nos iubemur sumere. i. in honore habere, ne fortè subtº ponẽtes. i. illud praue contẽnentes lutulentis pedibus vitiorũ cõculcemº. vnde subditur, discite à me. Aug. de ver. do. Non mundũ fabricare, non in ipso mundo miracula facere, sed quia mitis sum & humilis corde. Magnus esse vis? à minimo incipe. Cogitas magnã fabricã cõstituere celsitudinis? de fundamẽto prius cogita humilitatis. & quantò quisque vult superimponere maius ædificiũ, tantò altius fodiat fundamentũ: quo aũt puentu rũ est cacumẽ nostri ædificii? vsq; ad conspectũ dei. Raba. Discendũ ergo nobis est à saluatore nostro, vt simº mites moribº, & humiles mẽtibus: neminẽ lędamº, ne minẽ contẽnamus: & virtutes quas foris ostẽdimus in opere, intus teneamus in corde. Chry, Et ideo incipiẽs diuinas leges ab humilitate incipit, & maximũ pmiũ ponit, dicẽs: Et inue. requi. anima. vestris. Hoc maximũ est præmiũ, non em̃ alteri efficeris vtilis solũ, sed teipsum requiescere facis: & ante futurã hanc tibi dat retributionẽ, in futuro aũt perpetua gaudebis requie. Chry. Et ne formidarent, qa dixerat, onus & iugum, subdit: Iugũ em̃ meũ &c. Hila. Iugi aũt suauis, & leuis oneris blãdimẽta ,,pponit, vt credẽtibus eius boni sciẽtiã pstet, quod ipse solus nouit in patre. Grego. 4. Mora. Quid graue mẽtis nostrę ceruicibº imponit, qui vitare oẽ desideriũ quod perturbat, pręcipit: qui declinare laboriosa mũdi huius itinera monet? Hila. Et quid iugo ipso suauiº, quid onere leuius? ,,pbatior fieri, scelere abstinere, bonũ velle, malũ nolle, amare oẽs, odisse nullũ, æterna cõsequi, pscntibº nõ capi, nolle inferre alteri, quod sibi ppeti sit molestũ. Rab. Sed quomodo

iugum Christi suaue,cum suprà dicatur:Arcta est via, quæ ducit ad vitam?Sed quod angusto initio incipit, processu temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur.Aug.de ver.do.Itẽ qui iugum domini intrepida ceruice subierunt,tam difficilia pericula patiuntur,vt non à laboribus ad quietem, sed a quiete ad laborem vocari videantur. Sed profecto adest spiritus sanctus, qui in exterioris hominis corruptione interiorem renouaret de die in diem,& gustata requie spirituali in affluentia deliciarum dei, in spe futuræ beatitudinis omnia psentia deliniret aspera, & omnia grauia releuaret.Secari & vri se homines patiuntur, vt dolores nõ æterni sed aliquanto diuturniores vlceris, acriorũ dolorum pcio redimantur.Quibus tempestatibus vel pœnis importuni sunt mercatores,vt diuitias perituras acquirant?Sed qui has non amant, eadem grauia patiuntur.Qui verò amant,eadem quidẽ sed non grauia patiuntur.Omnia enim sæua & immania, prorsus facilia & prope nulla efficit amor. quãto ergo facilius ad veram beatitudinem charitas facit, quod ad miseriam quantũ potuit cupiditas fecit? Hiero. Quõ etiã leuius est lege, euangelium:cum in lege homicidiũ & adulterium,in euangelio ira concupiscentiaq; puniat? In lege enim multa prcepta sunt:quæ apostolus non posse compleri,plenissime docet. In lege opera requiruntur, in euangelio voluntas quæritur:quę etsi effectum non habuerit,tamen pmium non amittit. Euangelium ea prcipit,quę possumus,ne.s. cõcupiscamus, hoc in nostro arbitrio est:lex cum voluntatem nõ puniat,punit effectum,ne adulteriũ facias.Finge in persecutione aliquam virginem prostitutam: hæc apud euangelium,quia voluntate non peccat,virgo suscipitur:in lege,quasi corrupta repudiatur.

CAP. XII.

In illo tempore: Abiit Iesus per sata sabbato,discipuli autem eius esurientes cœperũt uellere spicas & mãducare. Pharisæi autẽ uidentes,dixerũt ei:Ecce discipuli tui faciunt quod nõ licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis: Nõ legistis quid fecerit Dauid quãdo esuriit ipse,& qui cũ eo erant, quomodo intrauit in domũ dei, & panes propositionis comedit,quos nõ licebat ei edere,neque his qui cũ eo erãt, nisi solis sacerdotibus? Aut nõ legistis in lege,quia sabbatis sacerdotes in tẽplo sabbatũ uiolant,& sine crimine sunt? Dico autem uobis,quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est, Misericordiam uolo, & non sacrificium,nunquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis etiam sabbati.

Glos.Narrata prædicatione cũ miraculis vnius anni ante quęstionem Ioannis factis, transit ad ea quę facta sunt in alio anno.s.post mortem Ioannis, quando iam in omnibus Christo contradicit:vnde dicit,In illtẽ.&c.Aug.de con.euan. Hoc autẽ quod hic sequitur, sine vlla repugnantię quęstione cõmemoratur à Marco & à Luca,sed illi non dicunt:In illo tempore. vnde fortassis Matthęus rei gestæ hic ordinẽ tenuit, illi autem recordationis suę:nisi latius accipiatur quod dictum est, In illo tempore.i.quo hæc multa & diuersa gerebantur.vnde concipitur ista omnia post mortem Ioannis completa esse. Cum enim Ioannes discipulos suos ad Christum misisset,creditur post paululum decollatus fuisse:vnde cum dicitur, In illo tempore: interminatũ tempus ponere videtur. Chry. Quare autem per sata sabbato eos ducebat, quia omnia prescit,nisi quia volebat soluere sabbatum? volebat quidem,sed non simpliciter:ideoq; non sine causa id soluit,sed dans occasionẽ rationabilẽ:vt & legem cessare faciat,& legẽ nõ offendat,& ideo hic vt Iudæos mitiget,naturæ necessitatẽ pmittit: & hoc est quod dicitur,Discipuli autẽ eius esuriẽ.&c.Quãuis in peccatis quæ manifesta sunt,nulla sit excusatio: neq; enim occidens,ad sui excusationem potest furorem prætẽdere:neque qui adulterat,concupiscentiam, sed nec vllam aliã causam:hic tamen famẽ inducens, discipulos ab omni accusatione liberat.Hier. Vt autem in alio euangelista legimus propter nimiam importunitatẽ nec vescendi quidem habebant locũ,& ideo quasi homines esuriebant.Quod autẽ spicas segetum manib⁹ confricant,& in eisdem consolantur: vitæ austerioris indicium est, non pparatas epulas, sed simplicẽ cibũ quærentium.Chry. Tu autẽ admirare discipulos qui ita erant oppressi,& nullã corporalium habebant curam,sed & contemnebant carnalem mensam: & fame oppugnabantur, nec tamen desistebant à Christo.nisi enim eos cogeret vehementer esuries, nequaquam hoc fecissent.quid autẽ pharisæi ad hoc dicerent,subditur:Pharisæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt &c. Augustinus de operibus monachorum: De sabbato autem potius quàm de furto discipulis domini Iudæi calumniati sunt:quia populo Israel per legem præceptum est,vt in agris suis furem nullum tenerent,nisi qui secum aliquid vellet auferre. nam qui nihil aliud attigisset q̃ id quod comedisset, liberum impunitumq; abire sinerent.Hiero. Nota verò quòd primi apostoli saluatoris literam sabbati destruunt aduersus Ebionitas,qui cũ cæteros recipiant apostolos,Paulum tanquã transgressorem legis repudiant.deinde ad excusationem eorum subditur,At ille dixit eis:Non legistis quid fecerit Dauid quãdo esuriit?Ad confutandam siquidẽ calumniam pharisęorum,veteris recordatur historiæ,quando Dauid fugiens Saulem inuenit Nobbã, & ab Achimelech sacerdote susceptus postulauit cibos,qui cum panes laicos non haberet,dedit eis consecratos panes, quibus non licebat vesci nisi solis sacerdotibus & leuitis: melius arbitratus de famis periculo homines liberare,quàm deo sacrificium offerre.hostia enim deo placabilis, est hominum salus.Opponit ergo dominus & dicit:Si & Dauid sanctus est,& Achimelech pontifex à vobis nõ reprehenditur,& legis vtique mandatũ probabili excusatione transgressi sunt,& fames in causa est:cur eãdẽ famẽ non probatis in apostolis,quã probatis in cæteris? Quanquã & in hoc multa distantia sit. Isti spicas in sabbato manu confricãt,illi panes comederunt leuiticos:& ad sabbati solennitatẽ accedebãt neomeniarum dies,quibus requisitus in cõuiuio fugit ex aula regia.Chry.Excusans aũt discipulos, Dauid in mediũ adducit.etenĩ multa ,ppheta huiꝰ erat gloria apud Iudęos.Nec potest responderi q̃ Danid ,ppheta erat: quia nec ,ppter hoc ei licebat, sed sacerdotibus solis. tãto aũt magis discipulos ab accusatiõe liberat,quãto maior inuenit qui hoc fecit.sed etsi Dauid propheta erat,nõ tamẽ qui cũ ipso erãt.Hiero.Obserua tñ quòd panes ,ppositionis nec Dauid nec pueri eius acceperũt antequã mũdos se à mulieribus esse respõderit.Chry. Sed dicet aliq̃s:Quid est exẽplũ hoc ad id quod quęritur?Non enĩ Dauid sabbatũ trãsgressus est,sed in hoc ostendit Christi sapiẽtia, q̃ aliud exẽplũ fert sabbato maius.Neq; enĩ est ęquale trãsgredi sabbati diẽ,quod multoties factũ est:& sacram illã tãgere mẽsam, quod nulli fas erat.Deinde rursus & aliter soluit,principaliorẽ inducens solutionẽ,cũ dicit:Aut nõ legistis in lege,quia sabbatis sacerdotes in tẽplo sabbatũ violant, & sine crimine sunt?Hic.Acsi diceret: calũniamini discipulos meos,cur sabbato spicas triuerint,famis necessitate cogente, cũ ipsi sabbatũ violetis in tẽplo immolãtes victimas,cedentes tauros, holocausta sup lignorũ strue incẽdio cõcremãtes,& iuxta alterius euãgelii fidẽ circũciditis paruulos in sabbato,vt dũ aliam legẽ seruare cupitis,sabbatũ destruatis.Nũquã autẽ leges dei sibi cõtrariæ sunt.& prudẽter vbi discipuli sui argui poterãt trãsgressionis,& Achimelech & Dauid dixit exẽpla sectantes:verã autẽ & absque necessitatis obtentu sabbati præuaricationẽ in ipsos refert,qui ea lũniã fecerant.Chry.Ne autẽ mihi dicas,quoniã afferre in mediũ aliũ peccantẽ,non est erui ab accusatione. cũ enim non accusatur qui fecit, excusatio fit circa id quod factũ est.Verũ hoc his non suffecit, sed quod maius est dixit, quòd sine crimine sunt. Vide aũt quanta posuit.Locũ,vbi dicit:In tẽplo.Tempus,cũ dicit: Sabbatis.Legis remissionem,cũ dicit:Violant & non soluunt. Et quòd non solum liberãtur à pœna, sed à culpa liberati sunt.vnde dicit:Sine crimine sunt. Neque aũt hoc secundũ simile est priori,quod dixerat de Dauid.Illud enim & semel factũ est, & à Dauid nõ sacerdote,& necessitatis causa fuit.Hoc aũt secundũ singulo sabbato,& à sacerdotibus,& secundũ legẽ. Et ideo nõ secundũ veniã,vt in primo exẽplo, sed secundũ legẽ sunt discipuli ab accusatiõe liberati. Sed nũquid discipuli sunt sacerdotes? imò sunt sacerdotibus maiores:ipse enĩ aderat qui templi est dñs,qui veritas est & non typus:& ideo subditur, Dico autẽ vo.&c.Hiero. Hic,nõ pronomẽ sed aduerbiũ loci legendũ est: quòd maior templo sit locus,qui dominũ tẽpli teneat.Aug. de quę.euan.Notãdũ aũt vnũ exemplũ datũ esse regiæ potestatis de Dauid,alterũ sacerdotalis de his qui ,ppter ministerium tẽpli sabbata violant: vt multo minus ad ipsum euulsarum sabbato spicarũ crimen pertineat,qui verus rex & verus sacerdos est.Chry. Dein de quia graue audientibus videbatur esse quod dixerat,rursus conuolat ad misericordiam, sermonem cũ quadam vehementia inducẽs,cũ dicit:Si autem sciretis quid est,Misericordiam volo & nõ sacrificiũ, nunquã condẽnassetis innocentes.Hiero.Quid aũt est Misericordiam volo & non sacrificium, suprà diximus. Quod autẽ dixit:Nunquã cõdẽnassetis innocẽtes, de apostolis intelligẽdũ est.Et est sensus:Si mĩam cõprobastis Achimelech, eo quòd periclitãtẽ fame Dauid refocillauit,quare meos discipulos condẽnatis? Chry. Vide autẽ rursus qualiter ad veniã ducens sermonem discipulos rursus venia superiores ostendit, in hoc q̃ dicit eos innocẽtes:quod quidẽ suprà & de sacerdotibus dixerat.Deinde & aliam causam dicit quare sunt innocẽtes,dicens:Dominus enĩ est filius hominis etiã sabbati.Remi.Filium autem hominis seipsum appellat. & est sensus:Ille quẽ vos purũ hoiem putatis,deus est omnium creaturarũ dominus,& etiam sabbati: & ideo potest legem mutare pro sua voluntate, quia fecit eam.Aug.cõtra Fau.Discipulos autem suos vellere spicas sabbato nõ prohibuit,vt inde cõuinceret & præsentes Iudęos & futuros Manichęos,qui herbã nõ euellunt,ne homicidiũ perpetrent. Hila. Mystice aũt in principio est contuẽdum sermonẽ hunc ita cœptũ esse in illo tempore, quo.s.deo patri gratiã data gentibus salute cõfessus est.Ager autẽ,mũdus est: sabbatũ, otium est:seges,creditorũ profectus in messem. Est ergo sabbato in agrum profectus, in legis otio domini progressus in hunc mundũ est.Esuries fames est salutis humanę.Raba.Spicas vellũt,dum singulos homines à terrena intentione retrahunt. Fricant,dum à cõ cupiscẽtia carnis mentes exuunt.Grana comedũt, dũ emẽdatos in corpus ecclesiæ traiiciunt.Aug.de quæst. euang.Nullus autẽ transit in corpus Christi, nisi carnalibus spoliatus fuerit indumentis: secundũ illud apostoli,Exuite vos veterẽ hoiem.Sabbato hoc agũt.s. spe quietis æternæ ad quã alios inuitant. Raba. Item ambulant per sata cum domino, qui in scripturarum meditatione delectãtur. Esuriunt panẽ vitæ,id est dei amorem in eis euenire desiderant. Vellunt spicas & terunt,dũ testimonia discutiũt donec inueniant quod latebat in litera:& hoc sabbato,dũ à turbidis cogitationibus vacant.Hilarius. Pharisæi qui penes se clauem cælorum esse existimabant,illicita agere discipulos arguunt,quos dominus factorum in quibus sub rerum argumento prophetiæ ratio continetur admonuit:atque vt ostenderet omnium rerum efficaciã speciem futuri operis cõtinere,adiecit: Si autem sciretis quid est,Miam volo &c.opus enim salutis nostrę non in sacrificio legis,sed in misericordia est:&lege cessante,in dei bonitate saluamur. Cuius rei donum si intellexissent,nunquã condemnassent innocentes, id est apostolos suos quos insimulaturi erant transgressæ legis inuidia,cum sacrificiorum vetustate cessante vniuersis per eos misericordiæ nouitas subueniret.

Et cũ inde transisset,uenit in synagogã eorum. Et ecce homo manum habens aridam& interrogabant eum, dicentes: Si licet sabbatis curare?ut accusarent eum. Ipse autem dixit eis:Quis erit ex uobis homo qui habeat ouem unam. Et si ceciderit hæc sabbatis in foueam,nonne tenebit & leuabit? Quanto magis melior est homo oue?Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit,& restituta est sanitati sicut altera.

Hiero. Quia destructionem sabbati qua discipulos arguebant, probabili exemplo excusauerat:ipsum calumniari volunt. Vnde dicitur: Et cum inde transisset venit in &c.Hila.Hæc eñ quę prœmissa sunt in cãpo dicta gestaq; sunt, & post hęc synagogam ingreditur.Augustinus de concor. Euange. Posset autem putari eodem die factum & de spicis & de isto sanato,quoniam & sabbatum hic commemoratur: nisi Lucas aperuisset alio sabbato factum fuisse. Proinde quòd dicit Matthęus:Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum. Non quidem venit, nisi cum inde transisset:sed post quot dies in synagogam eorum venerit posteaquàm à segete illa transiit,an recte continuoq; illuc ierit,non expressum est:ac per hoc locus datur narrationi Lucæ, qui dicit alio sabbato hmõi manum fuisse sanatam.Hila. Ingresso autẽ synagogã hoiem aridæ manus offerũt,interrogantes an curare sabbatis liceret,occasionẽ arguẽdi eũ ex responsione q̃rentes.vñ sequit:Ecce homo ma.&c.Chry. Non aũt interrogãt vt addiscãt,sed vt accusent eũ.vnde sequit: Vt accusarẽt eũ.quãuis & ipsum opus sufficeret,si accusare volebãt:sed & p verba volebãt captionẽ inuenire maiorẽ copiã argutionũ sibi pparãtes.Hie. Et interrogant, vtrũ liceat curare sabbatis: vt si non curauerit, crudelitatis aut imbecillitatis:si curauerit,trãsgressionis vitio eũ accusent.Aug.de cõ.euã. Sed potest mouere quõ Matthęus dixerit, q̃ ipsi interrogauerunt dñm si licet sabbato curare?cùm Marcus & Lucas illos potius à dño interrogatos esse perhibeant: Licet sabbato benefacere,an male? Itaque intelligendum, q̃ illi prius interrogauerunt dominum:Si licet sabbato curare,deinde intelligens cogitationes eorum aditũ accusandi q̃rentium,constituit in medio illũ quem erat sanaturus: & interrogauit q̃ Marcus & Lucas eũ interrogasse cõmemorãt: & tũc illis tacẽtibus ,pposuit similitudinẽ de oue:& cõclusit q̃ licet sabbato bene-

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere,vnde ſequitur:Ipſe aũt dixit illis: Quis erit ex vobis hõ &c.Hiero.Vbi ſic ſoluit ꝓpoſitã q̃ſtionẽ, vt interrogãtes auaritię cõdẽnaret.Si vos(inquit) in ſabbato ouem, & aliud quodlibet animal in foueã decidens,eripere feſtinatis:nõ animali,ſed veſtræ malitiæ conſulẽtes:quanto magis ego hominẽ, qui multo melior eſt oue,debeo liberare?Raba.Cõpetenti ergo exemplo ſoluit queſtionẽ eorũ,vt eos oſtẽdat ſabbatum violare in opere cupiditatis, qui eũ violare arguũt in opere charitatis:legẽ male interp̃tantes,qui dicunt in ſabbato à bonis feriãdũ, in quo à malis tantũ feriandum eſt. Vnde opus ſeruile non facietis in eis,hoc eſt peccatũ:ſic in ęterna requie à malis tantũ feriabiť, nõ à bonis.Aug.de con.euã.Poſita aũt ſimilitudine de oue,concludit ꝙ liceat ſabbato benefacere,dicẽs: Itaq; li.ſab.benefacere.Chry.Intẽde autẽ qualiter vanę excuſationis de ſolutiõe ſabbati inducit:ſed quia iã inſanabiliter ęgrotabat,ad opus ꝓceſſit.vnde ſequiť: Tũc ait hoĩ:Extẽ.ma.&c.Hiero.in euan.quo vtunť Nazarẽi & Ebionitę,quod vocať apoſtoliq;;Matthęi autenticum:Homo iſte qui aridã habet manũ,cementarius ſcribitur,iſtiuſmodi vocibus auxiliũ precãs : Cementarius erã,manibus victũ quęritans : precor te Ieſu vt mihi reſtituas ſanitatẽ, ne turpiter mendicem cibos. Raba.Sabbatis autẽ præcipue docet & operať Ieſus, non ſolum ꝓpter ſpirituale ſabbatum, ſed etiam propter celebriorem populi conuentum, quærens ſalutẽ omnium.Hila. Myſticè autẽ poſt reditũ de ſegete, ex qua iã apoſtoli fructus ſationis acceperãt, ad ſynagogã venit,nã illic meſſis ſuæ opus paratus, quia plures poſtmodum vnà cũ apoſtolis extiterũt qui curabanť. Hier. Vſq; autẽ ad aduentum domini ſaluatoris arida manus in ſynagoga Iudæorum fuit : & dei opera non fiebant in ea.Poſtquã aũt ille venit in terras, reddita eſt in apoſtolis credẽtibus dextera, & operi priſtino reſtituta.Hila.Curatio autem oĩs in verbo eſt: & manus ſicut altera redditur.i. ſimilis miniſterio apoſtolorum in officium dãdæ ſalutis efficitur, docetq; phariſęos ægre ferre non oportere operationem humanæ ſalutis in apoſtolis,cum ipſis ad officii eiuſdem miniſterium manus ſit reformanda ſi credãt.Raba.Vel aliter:Homo qui habebat manum aridã, humanum genus indicat,ſterilitate boni operis arefactũ: per manũ ad donũ extenſam,quam ſanauit, manus innocens in cruce extenſa:& bene manus in ſynagoga erat arida, quia vbi maius donum ſcientiæ, ibi grauius eſt inexcuſabilis noxæ periculũ.Sananda autem manus arida iubetur extẽdi,quia infructuoſa debilitas animæ nullo melius ordine quàm eleemoſynarum largitate curatur.Habebat autem homo dexteram manum languidam,quia ab eleemoſynis torpebat: ſiniſtram ſanam,quia ſuæ vtilitati intendebat. ſed veniẽte domino dextra ſanatur vt ſiniſtra, quia quod congregauerat auide,modo diſtribuit charitatiue.

Exeuntes autem phariſæi conſilium faciebant aduerſus eum,quomodo perderẽt eum.Ieſus autem ſciens, ſeceſſit inde:& ſecuti ſunt eum multi,& curauit eos omnes.Et præcepit eis,ne manifeſtum eum facerent. Vt adimpletur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentem: Ecce puer meus quem ego elegi,dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ:ponam ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus nuntiabit.Non contendet, neque clamabit: neque audiet aliquis in plateis uocem eius. Arundinem quaſſatam non confringet,& lignum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad uictoriam iudicium:& in nomine eius gentes ſperabunt.

Hila.Inuidiã autem facti phariſęos cõmouet, quia contuentes hominem in corpore, deũ in operibus nõ intelligebãt.vnde dr:Exeuntes autẽ phari.&c. Raba. Exeuntes dicit, quia eorum mens à domino auerſa fuit:conſilium fecerunt,quõ vitam perderent, nõ quõ ipſi vitam inuenirent.Hila. Sciensque eorum conſilia ſeceſſit,vt à conſiliis malignantiũ procul abeſſet, vnde ſequitur:Ieſus autem ſci.&c.Hiero. Sciens inquã eorũ inſidias,ſeceſſit:vt phariſęorum cõtra ſe occaſionem impietatis auferret.Remi.Siue ſeceſſit inde quaſi homo,fugiẽs inſidias ſuorum perſequentiũ:ſiue quia non erat tẽpus neq; locus patiendi.nõ eĩ capit perire prophetã extra Hieruſalem,ſicut ipſe dicit. Declinauit etiã dñs odio ſe perſequentes, & puenit illuc vbi inuenit plurimos ſe per amorẽ diligentes.vnde ſequitur:Et ſecu.ſunt eũ mul.Quẽ phariſęi vnanimi conſilio ꝑdere queręrũt,turba indocta vnanimi dilectione ſequitur:vnde mox ſui deſiderii conſequũtur effectum. Nã ſequiť:Et curauit eos oẽs.Hila.His autẽ,quos curauit,ſilẽtiũ imperauit.vnde ſequiť: Et ꝑce.eis ne &c. nã ſalus vnicuiq; reddita,erat ſibiipſi teſtis.Sed iubẽdo ſilentiũ teneri,& gloriãdi de ſe iactãtiã declinat,& nihilominus cognitionẽ ſui pręſtat in eoipſo,cum admonet de ſe taceri: quia obſeruatio ſilẽtii ex re quę ſit ſilẽda,proficiſciť.Raba. In hoc etiã nos inſtruit,ne cũ aliquid magni fecerimus,laudẽ foris quęram⁹. Remi. Ideo etiã ꝑcepit vt nõ manifeſtarent eum,ne ꝑſequentes ipſum deteriores fierẽt.Chry.in ho. Deinde vt nõ turberis in his q̃ fiunt in inſania opinabili phariſæorũ,induxit prophetam hoc ꝑdicẽtem. Tãta enim erat prophetarum diligẽtia,vt neq; hoc derelinquãt,ſed & vias eius & trãſitus ꝓphetizarent,& intẽtionẽ cũ qua hoc faciebat:vt diſcas quoniã oĩa à ſpiritu ſancto loq̃bant,ſi eĩ cogitationes hoĩm ꝑoſſibile eſt ſcire, multo magis Chriſti intẽtionẽ niſi ſpiritus ſanctus reuelaret.Sequiť ergo : Vt impleretur quod dict.&c.Remi. Dominus quidẽ Ieſus Chriſtus puer omnipotẽtis dei dictus eſt,nõ ſecundũ diuinitatẽ,ſed ſecundum aſſumptę carnis diſpenſationem,quia coopante ſpiritu ſancto carnẽ ſuſcepit ex virgine abſque macula peccati. Quidã libri habẽt:Electus quẽ elegi . Electus eĩ fuit à deo patre,prædeſtinatus,vt eſſet filius dei proprius, nõ adoptiuus.Raba.Quẽ elegi dicit ad op⁹ quod nemo alius fecit,vt redimeret genus humanum,& pacificaret mundum cum deo . Sequiť : Dilectus meus in quo &c.Quia ipſe ſolus eſt agnus ſine macula peccati,de quo pater dicit:Hic eſt filius meus dilect⁹ in quo mihi bene cõplacui.Remi. Quòd autem dicit Animæ meæ, non ita intelligendũ eſt quòd deus pater animã habeat,ſed translatiue anima in deum aſcribitur,vt ꝑ eam demonſtraretur dei affect⁹. Nec mirum ſi anima tranſlatiue in deo dicitur,cũ etiã cętera corporis mẽbra ei aſcribantur.Chry. Hoc autem in principio ꝓpheta ponit,vt diſcas,quia hoc quod hic dicitur, fuit ſecũdũ conſilium patris:dilectus enim ſecundũ conſilium eius qui diligit,facit. Sed iterum electus non vt aduerſarius ſoluit legẽ,neq;, vt inimicus exiſtens legiſlatori,ſed ei concordãs.quia ergo dilectus eſt, ponã ſpiritum meũ ſuper eum.Remi. Tunc etiã deus pater poſuit ſpiritũ ſuum ſuper eũ, cũ operante ſpiritu ſcto ſuſcepit carnẽ ex virgine,& mox vt homo fact⁹ eſt plenitudinem ſpiritus ſancti ſuſcepit.Hier. Ponitur autẽ ſpiritus ſctũs non ſup dei verbũ,ſed ſup vnigenitũ qui de ſinu patris ꝓceſſit.ſ. ſuper eũ de quo dictũ eſt: Ecce puer meus.Quid aũt per ipſum facturus ſit, ſubditur: Et iudi.gen.nun.Aug.xx.de ciui. dei . Quia.ſ.iudiciũ prænunciauit futurum, quod gẽtibus erat occultum.

Chry.

Chry.Deinde humilitatẽ ei⁹ manifeſtãs,dicit:Nõ cõtẽdet.quia ſicut illi placuit oblat⁹ eſt,& manibus ꝑſequẽtiũ ſe vltro obtulit. Neq; clamauit, quia ſicut agn⁹ corã tondẽte ſe obmutuit.Neq; audiet aliquis in plateis vocẽ eius.Hiero.Lata eĩ eſt & ſpatioſa via quæ ducit ad perditionẽ,& multi ingrediũtur per eã: qui multi nõ audiũt vocẽ ſaluatoris, quia nõ ſunt in arcta via, ſed in ſpacioſa.Remi.Platea nanq; græcè,latinè latitudo dicit. in plateis ergo vocẽ eius nemo audiuit, quia ſuis dilectoribus nõ delectabilia in hoc mundo promiſit,ſed aſpera.Chryſo.Volebat aũt dominus per hmõi manſuetudinẽ curare Iudæos : ſed licet iſti renuerent, non tñ eis reſtitit eos deſtruendo.vnde & eius virtutẽ, & illorũ imbecillitatẽ propheta oſtendens dicit:Arundinem quaſſatã non cõfringet, & lignũ fumigans non extinguet.Hiero. Qui peccatori nõ porrigit manum, nec portat onus fratris ſui,iſte quaſſatũ calamũ cõfringit : & qui modicã ſcintillam fidei contẽnit in paruulis,hic lignũ extinguit fumigans.Aug.20.de ciui.dei. Vnde perſecutores Iudæos(qui calamo quaſſato perdita integritate,& ligno fumanti amiſſo lumine cõparati ſunt)non cõtriuit,nõ extinxit.quia pepercit eis,qui nondũ venerat eos iudicare,ſed iudicari ab eis. Augu. de quæſt.euã.In ligno etiã fumigante notandũ eſt, qa deſerto lumine facit putorẽ. Hila. Vel in hoc ꝙ dicit: Arundinẽ quaſſatam non cõfringet,oſtendit ꝙ ita facile erat ei omnes eos frangere,ſicut arundinem, non ſimpliciter arundinem, ſed iam contritam . In hoc autem quòd dicit: Lignum fumigans non extinguet. demonſtrat & illorũ furorem accenſum, & virtutem Chriſti potentẽ ad extinguẽdũ hmõi furorem eũ oĩ facultate.vnde in hoc multa manſuetudo Chriſti oſtẽditur.Rab.Vel per hoc ꝙ dicit:Arũdinem q̃ quaſſata eſt nõ eſſe confractã,oſtendit caduca & quaſſata gentium corpa nõ fuiſſe cõtrita, ſed in ſalutẽ potius reſeruata. Per hoc aũt quòd dicit,Lignũ fumi.non extin. oſtẽdit exiguitatẽ ignis iã tantũ fumigantis in ligno non extincta.i.Iſrael ex reliquiis veteris gratię ſpiritũ nõ ablatum, quia reſumendi totius luminis in tẽpore pœnitẽtię ſit facultas.Rab. Vel econuerſo, arũdinem quaſſatam vocat Iudęos,quos à vento agitatos,& quaſi abinuicẽ diſſipatos,non ſtatim dñs condẽnauit,ſed patienter ſupportauit . Lignũ aũt fumigans vocat populũ de gentibus congregatũ: qui extincto naturalis legis ardore fumi amariſſimi & oculis noxii,tenebroſæq; caliginis inuoluebantur erroribus:quẽ non ſolũ non extinxit & redegit in cinerẽ,ſed ecõtrario de parua ſcintilla &penè moriẽte,maxima ſuſcitauit incẽdia.Chry. Sed poſſet aliquis dicere:Quid igitur?ſemp hæc erũt? & feret vſq; in finẽ eos qui ſic inſidiantur & inſaniũt? Abſit,ſed cũ ſua omnia facta erunt, tunc & illa operabitur.Et hoc ſignauit,dicens: Donec eiiciat &c. Acſi dicat: Cũ ea quæ ex ſe ſunt omnia cõpleuerit,tũc perfectã vltionẽ inducet:tunc enĩ punientur cũ clarã fecerit ſuã victoriã,vt nõ relinquatur eis inuerecũda cõtradictiõis occaſio.Hila.Vel donec eiiciat ad victoriã iudiciũ,ſublata.ſ. mortis poteſtate , iudiciũ claritatis ſuę reditũ introducat.Raba.Vel donec illud iudicium qđ in eo agebať, ad victoriã perueniret : quia poſtquã mortem reſurgendo ſuperauit,expulſo principe huius mũdi victor ad regnum rediit,in patris dextera ſedẽs donec ponat ſub pedibus omnes inimicos ſuos.Chry. Sed nõ in hoc ſtabũt ea quę ſunt diſpenſationis,vt ſolum puniãtur qui nõ crediderũt,ſed & orbẽ terrarum ad ſe trahet,vnde ſequiť:Et in noĩe eius &c. Aug.xx. de ciui. Hoc aũt vltimũ iã videmus impletũ . & ſi per hoc quod negari nõ poteſt,crediť & illud quod ſpru-

dẽter à quibuſdã negatur , nouiſſimũ iudiciũ:quod ponet in terra,cũ venerit ipſe de cęlo.quis enim ſperaret gẽtes in xp̃i noĩe ſperaturas,q̃ tenebať, ligabať,cedebatur,illudebatur,& crucifigebať,quãdo & ipſi diſcipuli ſpẽ perdiderãt, quam in illo habere iã cœperant? quod tunc vix vnus latro ſperauit in cruce, nũc ſperãt gẽtes lõge lateq; diffuſę.Et ne in ęternũ morianť, ipſa in qua ille mortu⁹ eſt cruce ſignãť.Nullus igiť dubitet per Ieſum Chriſtũ nouiſſimũ futurũ eſſe iudiciũ.Remi.Sciendum eſt autẽ quia non ſolum iſtius loci ſenſus,ſed & multorũ aliorum hoc teſtimonio confirmãtur.nam quòd dicit:Ecce puẽr meus:ad illũ locum refertur vbi dixerat pater:Hic eſt filius meus. Quòd verò ait:Ponã ſpiritum meũ ſuper eum, ad hoc refertur quòd ſpiritusſanctus deſcendit ſuper dñm baptizatũ. Quòd autẽ ſubiungit: Iudiciũ gentibus nuntiabit,refertur ad id quod infrà dicitur: Cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę.Quòd autẽ ſubdit:Non cõtendet neq; clamabit,ad hoc refertur quòd dominus pauca reſpondet principi ſacerdotũ & Pilato, Herodi verò nulla. Quòd vero dicitur : Arundinem quaſſatã nõ cõfringet,ad hoc pertinet quòd domin⁹ ſuos perſecutores declinauit,ne fierent deteriores. Quòd verò dicit:In nomine eius gentes ſperabũt,ad hoc referť quod ipſe dixit:Euntes docete omnes gentes.

Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens,cæcus & mutus:& curauit eum,ita ut loqueretur & uideret . Et ſtupebant omnes turbæ,& dicebant:Nũquid hic eſt filius Dauid? Phariſæi autem audiẽtes dixerunt: Hic non eiicit dæmones, niſi in Beelzebub principe dæmoniorum.

Glo.Cõfutauerat ſuperius dñs phariſæos Chriſti miracula calumniantes, ex hoc quòd ſabbatũ ſoluere videbať:ſed quia maiori nequitia ipſa Chriſti miracula diuina virtute facta peruertebãt,attribuẽtes ea immundo ſpiritui,ideo euãgeliſta prẽmittit miraculum ex quo blaſphemãdi occaſionẽ ſumpſerũt,dicens:Tũc oblatus eſt ei &c.Remi.Quòd autẽ dicit:Tunc, ad ſuperiora refertur,quando ſanato homine qui habebat manũ aridã,exiuit de ſynagoga.Siue quòd dicit:Tũc, poteſt referri ad latius atq; prolixius tps,vt ſit ſenſus: Tunc,quãdo hæc vel illa dicebanť vel gerebãť. Chry. Mirãda eſt autẽ nequitia dęmonis:vtrunq; ingreſſum oppilauit,per quẽ ille erat crediturus.ſ.& auditũ & viſum.Sed Chriſt⁹ vtrũq; aperuit.Vnde ſequiť:Et curauiteũ &c.Hiero.Tria autẽ ſigna ſimul in vno hoĩe ꝑpetrata ſunt. Cęcus videt,mutus loquiť, poſſeſſus a dæmone liberatur. Quod & tũc quidẽ carnaliter factum eſt,ſed quotidie cõpletur in cõuerſione credẽtium, vt expulſo dęmone primum fidei lumen aſpiciãt, deinde in laudes dei tacentia prius ora laxentur. Hila.Nõ autem ſine ratione cũ turbas oẽs curatas in cõmuni dixiſſet,nunc ſeorſum dæmoniũ habens cęcus & mutus offertur.Oportebat enim vt poſtquã manus aridæ homo oblat⁹ eſt,qui in ſynagoga curabať, in vnius hmõi hoĩs forma,gentiũ ſalus fieret:vt qui erat habitatio dęmonii,& cęcus & mut⁹,deo capax paretur,& deũ cõtineret in Chriſto , & Chriſti opera cõfeſſiõe laudaret.Aug.de q̃.euã.Dęmoniũ eĩ habẽs cæcus & mut⁹, eſt qui non credit:& ſubditus eſt diabolo,qui nõ intelligit & non confiteť ipſam fidẽ,vel qui nõ dat laudem deo.Aug.de cõ.euã.Hoc autẽ non iſto ordine,ſed poſt multa alia Lucas cõmemorat, & mutum dicit tantũ & non cęcũ.Sed etiã ex eo ꝙ aliquid tacet, de alio dicere putãdus eſt. ea eĩ ſeq̃ntia & ipe cõtexit q̃ Matth. Hila . Stupuerũt facti iſti⁹ oẽs turbę,ſed phariſæorum ingraueſcit inuidia.vñ ſequiť: Et ſtupebant &c . Glo. Ob mĩam,& beneficia filiũ Dauid prædicant . Beda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Turbis autē quæ minus eruditæ videbātur, dñi semp facta mirātibꝰ;illi cōtrà vel negare hoc, vel quę negare nequiuerāt siniſtra increpatione puertere laborabāt, quaſi hæc nō diuinitatis, ſed immūdi ſpiritus opa fuiſſent. i. Beelzebub qui deus erat Accarō. vnde ſequitur: Phariſæi autē audiētes dixerunt: Hic nō eiicit dæ. niſi in Beelze. prin. dæ. Remi. Beelzebub aūt ipſe eſt Beel & Baal & Belphegor. Beel fuit pater Nini regis Aſſyriorum. Baal dictus eſt, quia in excelſo colebatur. Belphegor à loco. i. à mōte Phega. Zebub ſeruus fuit Abimelech filii Gedeonis, qui occiſis ſeptuaginta fratribꝰ ædificauit tēplum Baal, & cōſtituit eū ſacerdotē in ipſo ad abigendas muſcas, quæ ibi congregabantur propter nimiū cruorē victimarū. Zebub nanq; muſca dicitur. Beelzebub ergo vir muſcarū interpretat. vnde propter ſpurciſſimū ritum colēdi, dicebant eum eſſe principem dæmoniorum. nihil ergo ſordidius inuenientes quod domino obiicerent, dicebant eum in Beelzebub eiicere dęmonia. Et ſciendū ꝙ non eſt legēdum per d, vel t, in fine vt quædam mendoſa exemplaria habent, ſed per b.

Ieſus autē ſciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum cōtra ſe diuiſum, deſolabitur: & oīs ciuitas uel domus diuiſa contra ſe, non ſtabit. Et ſi ſatanas ſatanā eiicit, aduerſus ſe diuiſus eſt. Quomodo ergo ſtabit regnum eius?

Hiero. Phariſæi opera dei, principi dæmoniorū deputabāt: quibus dominus nō ad dicta, ſed ad cogitata reſpōdit, vt vel ſic cōpellerētur credere potentiæ eius, qui cordis videbat occulta. vñ dicitur: Ieſus aūt ſciens &c. Chry. Superius quidē & de hoc Chriſtū accuſauerāt, quia in Beelzebub eiiceret dęmonia, ſed tunc quidē eos non increpauit, concedēs eis & à plurib⁹ ſignis cognoſcere eius virtutē, & à doctrina diſcere eius magnitudinē: ſed quia permanebāt eadē dicētes, iā increpat eos, quāuis eorū accuſatio valde irrationabilis eſſet. Inuidia aūt non quęrit quid dicat, ſed ſolū vt dicat: neq; tñ Chriſtus eos contēpſit, ſed reſpondet cū decenti manſuetudine, docēs nos mites eſſe inimicis & non turbari, etiāſi talia dicant quę nos in nobis nō recognoſcimus, neque habēt aliquā rationē. In quo etiam oſtendit mendacia eſſe quę ab ipſis ſunt dicta: neq; em̄ eſt dęmoniū habentis tantā oſtēdere manſuetudinē, & cogitationes ſcire. Et quia valde irrationabilis erat eorum ſuſpicio, & multitudinē timebāt, non audebāt publicare Chriſti accuſationē, ſed in mēte voluebāt. Propter qđ dicit: Sciens cogitationes eorū. Ipſe autē accuſationē quidē in reſpondēdo non ponit, neq; diuulgat eorū nequitiā, ſolutionē autē inducit. ſtudium em̄ eius erat prodeſſe peccātibus, non publicare. Non autē reſpondet eis à ſcripturis, quia non attenderēt aliter exponentes, ſed à communibus opinionibus. Non em̄ ita exteriora prēlia corrumpunt, ſicut ea quæ ſunt cōtribuliū: hoc em̄ fit in corporibꝰ, & in oībus rebus: ſed interim à magis cognitis exēpla ducit, dicēs: Omne regnū contra &c. Nihil em̄ eſt in terra regno potentius, ſed tamē per altercationē perit. Quid autē dicendū eſt de ciuitate, vel de domoꝰ ſiue magnum ſiue paruū fuerit, contra ſeipſum pugnans perit. Hila. Vnde domꝰ & ciuitatis eadē eſt hic ratio, quę eſt regni, propter quod ſequitur: Et oīs ciuitas &c. Hiero. Quō em̄ concordia paruæ res creſcunt, ſic diſcordia maximę dilabuntur. Hila. Sermo autē dei diues eſt, & vel ſimpliciter intellectus, vel inſpectus interius ad oēm profectū eſt neceſſarius. Relictis ergo his quæ ad cōmunē intelligentiā patēt, cauſis interioribus īmoremur. Reſponſurus em̄ dñs ad id quod de Beelzebub dictū erat, in ipſos quibꝰ reſpondebat reſponſionis conditionē retorſit. lex em̄ à deo eſt, & regni Iſrael pollicitatio ex lege eſt. ſi regnū legis contra ſe diuiditur, diſſoluatur neceſſe eſt: & ſic Iſrael amiſit legē, quando impletionē legis in Chriſto plebs legis impugnat. Sed ciuitas hic Hieruſalē indicatur, quę poſtq̄ in dñm ſuū furore plebis exarſit, & apoſtolos eius cū credentiū turbis fugabit, poſt diuiſionē non ſtabit: atq; ita quod per hanc diuiſionē mox conſecutū eſt, ciuitatis illius denuntiat excidium. Deinde aſſumit: Et ſi ſata. ſata. & c. Hier. Acſi diceret: ſi ſatanas pugnat contra ſe, & dęmon inimicus eſt dęmoni, deberet iā mundi venire cōſummatio. Nec habēt in eo locū aduerſariæ poteſtates, quare īter ſe bellū, pax hoīm eſt. Glo. Neceſſaria ergo complexione eos arguit. Vel em̄ Chriſtus in virtute dei dæmones eiicit, vel in principe dęmoniorū: ſi in virtute dei, fruſtra calūniantur: ſi in principe dęmoniorū, regnū eius diuiſum eſt, nec ſtabit: & ideo à regno eius recedāt, quod innuit ſibi eos elegiſſe, dum in ſe non credūt. Chry. Vel ſic: Si diuiſus eſt, imbecillior factus eſt & perit: ſi autē perit, qualiter poteſt aliū proiicere? Hila. Vel aliter: Si ad diuiſionem ſuam coactus eſt dæmō vt dæmones perturbaret, hinc quoq; æſtimādum eſt plus in eo qui diuiſerit, q̄ in his qui diuiſi ſunt ineſſe virtutis: ergo regnū diaboli diuiſione facta, à Chriſto eſt diſſolutum. Hiero. Si autē putatis ò ſcribæ & phariſęi, quòd receſſio dæmonū obedientia ſit ī principē ſuum, vt homines ignorātes fraudulenta ſimulatione deludant, quid poteſtis dicere de corporū ſanitatibus quas dñs perpetrauit? Aliud eſt ſi mēbrorum quoque debilitates & ſpiritualium virtutum inſignia dæmonibus aſſignetis.

Et ſi ego in Beelzebub eiicio dæmones, filij ueſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices ueſtri erunt. Si aūt ego in ſpiritu dei eiicio dæmones, igitur peruenit in uos regnum dei.

Chry. Poſt primam ſolutionē venit ad ſecundā, prima manifeſtiorē, dicēs: Et ſi ego in Beelze. &c. Hiero. Filios Iudæorū vel exorciſtas legis gētis illius ex more ſignat, vel apoſtolos ex eorū ſtirpe generatos. Si exorciſtas, qui ad inuocationē dei eiiciebāt dæmones, coarctat phariſęos interrogatione prudenti, vt confiteantur ſpiritus ſancti eſſe opus eorū. Si expulſio, inquit, dęmonū in filiis veſtris deo, nō dæmonibus deputatur, quare ī me idē opus nō eandē habeat & cauſam? ergo ipſi veſtri iudices erunt, nō poteſtate ſed comparatione, dum illi expulſionē dæmonū deo aſſignāt, vos principi dæmoniorū. Sin autē & de apoſtolis dictū eſt, qđ & magis intelligere debemus, ipſi erunt iudices eorū, quia ſedebunt in duodecim ſoliis, iudicātes duodecim tribus Iſrael. Hila. Idcirco autē dignè iudices ſunt in eos cōſtituti, quibus id dediſſe Chriſtus aduerſus dæmones poteſtatis reperitur qđ ipſe eſt negatus habuiſſe. Raba. Vel quia apoſtoli bene ſibi cōſcii erant, nihil malę artis ſe ab eo didiciſſe. Chry. Non autē dixit: Diſcipuli mei, neq; apoſtoli, ſed filii veſtri. Vt ſi quidē voluerint reuerti ad illorū dignitatē, multam hinc accipiant occaſionē: ſi autē ingrati fuerint, neq; inuerecundā habēt excuſationē. Eiiciebant autē apoſtoli dęmones, quia acceperāt poteſtatē ab ipſo, & tamē nihil eos incuſabant: non em̄ rebus, ſed perſonæ Chriſti aduerſabātur. volens igitur mōſtrare quoniā inuidię erāt quæ dicebātur de ipſo, apoſtolos in medium ducit. Rurſus autē ad ſui cognitionē inducit eos, demōſtrans quoniam ꝓpriis aduerſant bonis, & contrariātur ſuæ ſaluti: cū deceret eos lętari, ꝙ magna bona illis aduenerat donaturus. vnde ſequitur: Si autē ego &c. Per hoc aūt demonſtrat ꝙ magnæ virtutis opus eſt dęmones eiicere, & nō cuiuslibet gratia. Et ob hoc quidē ſyllogizat, dicēs: Ergo puenit in vos regnū dei. Acſi dicat: Si hoc eſt

profectò

profectò filiꝰ dei aduenit, hoc eſt obūbratē dicit, vt nō illis ſit graue: deinde vt illos alliciat, non dixit ſimpliciter peruenit regnū, ſed in vos. q. d. Vobis veniūt bona, propter quid veſtrā impugnatis ſalutē? hoc em̄ eſt ſignū à prophetis traditū, prēſentię filii dei tanta fieri poteſtate diuina. Hiero. Regnū em̄ dei ſeipſum ſignat: de quo in alio loco ſcriptū eſt: Regnū dei ītra vos eſt, & medius ſtat inter vos, quē neſcitis. Vel certè illud regnū, quod & Ioannes & ipſe dñs prædicauerat: Pœnitentiā agite, appropinquabit em̄ regnū cælorum. Eſt & tertiū regnum ſcripturæ ſanctæ, quod aufertur à Iudęis, & traditur genti facienti fructus eius. Hila. Si ergo diſcipuli operantur per Chriſtum & ex ſpiritu dei Chriſtus operatᵛ, adeſt regnū dei iā in apoſtolos mediatoris officio transfuſum. Diminutio etiā regni diaboli, eſt augmētatio regni dei. Aug. de con euā. Vnde poteſt etiā hic eſſe ſenſus: Si ego in Beelzebub eiicio dęmones, etiā ſecundū veſtrā ſententiā peruenit in vos regnū dei. quia regnū diaboli ſtare non poteſt, quē aduerſum ſe diuiſum fatemini. Regnū enim dei nunc dixit, quo dānantur impii, & à fidelibus de peccatis ſuis pœnitentiam agentibus nunc ſecernunt.

Aut quō pōt quiſquā intrare ī domū fortis, & uaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortē, & tūc domū illiꝰ diripiet?

Chry. Poſita ſecunda ſolutione inducit & tertiā, dicens: Aut quō poteſt &c. Quòd em̄ non poteſt ſatanas ſatanā eiicere, manifeſtū ex dictis eſt. Sed quoniā neq; alius poteſt eū eiicere niſi prius eū ſuperauerit, oībus eſt manifeſtū: cōſtituitur ergo quod & antea, cū manifeſtiori abundantia. dicit em̄: Tantū abſiſto ab hoc ꝙ vtar diabolo coadiutore, ꝙ prēlior cū eo & ligo eū: & huius coniectura eſt, ꝙ vaſa eius diripio. Et ſic contrariū eius quod illi tentabant dicere, demōſtrat. Illi em̄ volebant oſtendere ꝙnon propria virtute eiicit dęmones. Ipſe autē oſtendit, quòd non ſolū dæmones, ſed & eorum principē ligauit: quod manifeſtū eſt ab his quæ facta ſunt. Qualiter enim principe non victo, hi qui ſubiacēt dæmones direpti ſunt? Hoc autē mihi prophetia videtur eſſe quod dicitur. Non em̄ ſolū dæmones eiicit, ſed & errorē vniuerſi orbis terrarum abiget, & machinationem diaboli diſſoluet. & non dixit rapiet, ſed diripiet: oſtēdens quòd hoc cū poteſtate fiat. Hiero. Domus illius, mundus eſt: qui in maligno poſitus nō creatoris dignitate, ſed magnitudine delinquentis alligatus eſt fortis, & religatus in tartarum, & domini pede contritus. Non autē debemus eſſe ſecuri, aduerſarius noſter fortis victoris quoq; vocibus cōprobatur. Chry. Fortem autē eum vocat, antiquā eius oſtendens tyrannidē, quæ ex noſtra deſidia orta eſt. Aug. de quę. euan. Quos. ſ. ipſe tenebat, ne poſſent viribus ſuis ab illo ſe hoīes eruere, ſed per gratiā dei. Vaſa eius dicit omnes infideles. Alligauit autē fortem, quia poteſtatē illi ademit impediendi voluntatē fidelium, aſſequendo Chriſtū & obtinendo regno dei. Raba. Domū ergo eius diripuit, ꝙa ereptos à diaboli laqueis eos quos ſuos eſſe præuidit eccleſiæ adunauit, vel quia oēs mundi partes apoſtolis & eorū ſucceſſoribus conuertendū diſtribuit. Oſtendit igitur per manifeſtā parabolā, dicens: quòd non concordat in fallaci operatione cū dęmonibus vt calumniabantur, ſed virtute ꝺiuinitatis homines à dæmonibus liberauit.

Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecum, ſpargit.

Chry. Poſita tertia ſolutione, hic ponit quartā, dicens: Qui nō eſt mecū &c. Hila. In quo oſtendit lōgè à ſe eſſe, vt aliquid à diabolo mutuatū ſit poteſtatis: & ex hoc ingētis periculi res intelligitur, malè de eo opinari, cū quo non eſſe, idipſum eſt qđ cōtra eſſe. Hiero. Non tñ putet hoc quiſquā de hæreticis dictū & ſchiſmaticis, quanq̄ & ita ex ſuperfluo poſſet intelligi: ſed ex conſequentibus textuq; ſermonis ad diabolū refertur, eo ꝙ non poſſint opera ſaluatoris Beelzebub operibus cōparari. Ille cupit animas hominū tenere captuas, dominus liberare. Ille p̄dicat idola, hic vnius dei notitiam. Ille trahit ad vitia, hic reuocat ad virtutes. Quomodo ergo poſſunt inter ſe habere concordiam, quorū opera ſunt diuerſa? Chry. Qui ergo nō mecum cōgregat neq; mecum eſt, nō erit mihi cōparandus vt mecū dæmones eiiciat, ſed magis deſiderat quæ mea ſunt ſpargere. Sed dic mihi: Si oportuerit cum aliquo pliari: qui non vult tibi auxiliari, hoc ipſo non eſt aduerſum te. Ipſe etiam dñs alio in loco dixit: Qui nō eſt aduerſum vos, pro vobis eſt. Sed non eſt contrariū hoc quod hic dicitur: Hic enim loquitur de diabolo aduerſario exiſtēte, ibi autē de hoīe qui in parte erat cū eis: de quo dictū erat, Vidimus quendā in noīe tuo eiicientem dęmonia. Videtur autē Iudęos hic occultè inſinuare, cū diabolo ſtatuēs eos: ipſi em̄ aduerſus eum erant, & ſpargebant quæ ipſe congregabat. Sed & decens eſt credere, hoc de ipſo dixiſſe: quia aduerſus diabolum erat, & quæ illius ſunt diſpergebat.

Ideo dico uobis: omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemia non remittetur. Et quicunque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctū, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.

Chry. Quia dominus phariſæis excuſando reſponderat, iam eos terret. Eſt em̄ hoc correctionis nō parua pars, non ſolū excuſando reſpondere, ſed & contrariari. Hila. Phariſæorū em̄ ſententiā, & eorū qui ita cū his ſentiūt peruerſitatē, ſeueriſſima diffinitione condēnat: peccatorum oīm veniam promittens, & blaſphemię ſpūs indulgētiam abnegans. Ideo dico vobis &c. Remi. Sciendū eſt tamen ꝙ non paſſim quibuſcunque dimittuntur, ſed illis qui pro ſuis reatibus dignā pœnitentiā egerint. Deſtruitur autē his verbis error Nouatiani, qui dicebat ꝙ fideles poſt lapſum per pœnitētiam non poſſunt ſurgere, neq; peccatorum ſuorū veniam promereri, maximè illi qui in perſecutione poſiti negabant. Sequitur: Spiritus aūt blaſ. &c. Augu. de ver. do. Quid em̄ ītereſt ad rē, vtrū dicat: Spiritus blaſphemiæ non remittetur, an dicatur: Qui blaſphemauerit in ſpiritum ſanctū, nō ei remittet, vt Lucas dicit? niſi fortè ꝙ eadē ſententia aptius iſto modo q̄ illo dicitur. aliū euangeliſtā non deſtruit alius, ſed exponit. Spiritus em̄ blaſphemię clauſe dictū eſt, quia non eſt expreſſum cuius ſpiritus, & ideo ad huiuſmodi expoſitionem ſubditur: & quicunq; &c. Ideo poſt vniuerſalē cōmemorationem oīs blaſphemiæ eminētius voluit exprimere blaſphemiā quæ dicitur contra filiū hoīs, quā in euangelio ſecundū Ioannē valde graue oſtendit hoc eſſe peccatū, vbi ait de ſpiritu ſancto: Ille arguet mundum de peccato, de iuſtitia, & de iudicio: de peccato quidē, quia non credunt in me. Sequitur: Qui autē di. &c. Non ergo hoc dicitur propterea, quia in trinitate maior eſt filio ſpiritus ſanctus, quod nullus vnquā vel hæreticus dixit. Hila. Quid autē tam extra veniā eſt, q̄ in Chriſto negare qđ dei eſt, & conſiſtentē in eo paterni ſpūs ſubſtantiā adimere, cū in ſpiritu dei omne opus cōſummet, & in eo deus ſit mundū reconcilians ſibi? Hiero. Vel ita locus iſte eſt intelligēdus: Qui verbum dixerit cōtra filiū hoīs, ſcandalizatus carne mea, & me hoīem tantū arbitrās: talis opinio atq; blaſphemia quanq̄ culpa non careat erroris, tamē habet veniā

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter corporis vtilitatẽ. Qui aũt manifesta intelligẽs opera dei,cũ dei virtutẽ negare nõ possit,eadẽ calumniatur ſtimulatus inuidia, & Chriſtũ dei verbum & opa ſpiritus ſancti dicit esse Beelzebub : iſti nõ remittetur neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Augu. de ver.do.Sed ſi hoc propterea dictũ esset, profecto de oĩ blaſphemia taceretur: & hęc ſola remiſſibilis videretur quę cõtra filium hominis dicitur,quaſi cũ homo ſo lũ putatur.Cũ verò præmiſſum ſit:Omne pctm & blaſphemia remittetur hoĩbus,,pculdubio & illa blaſphemia quæ cõtra patrẽ dicitur,iſta generalitate cõcluditur:& tũ hæc ſola irremiſſibilis diffinitur q̃ dicitur cõtra ſpiritũ ſanctum . Nũquidnam & pater formã ſerui accepit,quaſi ſit maior ſpũs ſanctus? Quis etiã non cõuincitur dixiſſe verbum contra ſpiritũ ſanctum,anteq̃ chriſtianus vel catholicus fieret? Primo ipſi pagani cũ dicũt Chriſtum magicis artib⁹ feciſſe miracula , nõne ſimiles ſunt his qui dixerũt eũ in principe dęmoniorũ eieciſſe dæmonia? Iudæi etiam & quicunque hæretici, qui ſpiritũ ſanctum cõfitentur,ſed negãt eũ esse in corpore Chriſti,quod eſt eccleſia catholica , ſimiles ſunt phariſęis,qui negabãt ſpiritum ſanctũ esse in Chriſto. Quidã etiã hęretici ipſum ſpiritũ ſanctũ vel creaturã esse cõtẽdũt,ſicut Arriani,Eunomiani, & Macedonia ni:vel eũ prorſus ita negãt vt deum negẽt esse trinitatẽ,ſed ſolum patrẽ esse deum aſſeuerãt, & ipſum aliq̃n vocari filium,aliquando ſpiritũ ſanctum,ſicut Sabellia ni:Photiniani quoq; patrẽ ſolũ esse dicẽtes deum,filiũ verò nõ niſi hoĩem, negãt omnino tertiam esse perſonam ſpiritũ ſanctum.manifeſtũ eſt igit à Paganis, Iudęis,& hæreticis blaſphemari ſpiritũ ſanctũ . Nũquid ergo deſerẽdi ſunt,& ſine vlla ſpe deputãdi ? quibus ſi nõ eſt dimiſſum verbũ quod dixerũt cõtra ſpiritũ ſanctũ,inaniter eis ,,pmittitur q̃ in baptiſmo ſiue in eccleſia remiſſionẽ accipiãt pctorum.Non em̃ dictũ eſt:Nõ remittetur ei in baptiſmo, ſed neq; in hoc ſeculo neq; in futuro: & ſic illi ſoli æſtimãdi ſunt ab hmõi grauiſſi mi pctĩ reatu liberi,qui ab infantia ſũt catholici. Nõnullis aũt videtur eos tantũmodo peccare in ſpiritum ſanctũ,qui lauacro regeneratiõis abluti in eccleſia , & accepto ſpiritu ſancto,velut tanto poſtea dono ſaluatoris ingrati mortifero aliquo pctõ ſe immerſerũt, qualia ſunt vel adulteria,vel homicidia , vel ipſa diſceſſio à nomine chriſtiano ſiue catholica eccleſia.Sed iſte ſenſus vnde probari poſſit ignoro: cũ & pœnitẽtię quorũ cunq; criminũ locus in eccleſia nõ negetur,& ipſos hæreticos ad hoc vtique corripiẽdos dicat apoſtolus: Ne fortè det illis deus pœnitẽtiam ad cognoſcẽdam veritatem.Poſtremo nõ ait dominus, qui fidelis catholic⁹ dixerit verbũ cõtra ſpiritum ſanctum,ſed qui dixerit: hoc eſt quicũque dixerit,non remittetur ei , neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Aug.de ſer.do.in mõ.Vel aliter dicit Ioãnes apoſtolus:Eſt pctm̃ ad mortẽ , non pro eo dico vt roget quis. pctm̃ autem fratris ad mortem dico esse , cùm poſt dei agnitionem per gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti,quiſque oppugnat fraterni tatem , aut aduerſus ipſam gratiam qua reconciliatus eſt deo,inuidentię facibus agitatur . Huius pctĩ tanta labes eſt, vt deprecandi humilitatem ſubire non poſſit,etiam ſi pctm̃ ſuum mala conſciẽtia & agnoſcere & annuntiare cogat. Quis mẽtis affectionẽ propter pctĩ magnitudinẽ iam de dãnatione aliquos habere credẽdus eſt?& hoc fortaſſe eſt peccare in ſpiritũ ſanctum.i. per malitiã & inuidiã,fraternã impugnare charitatẽ, poſt acceptã gratiam ſpũs ſancti : quod pctm̃ dñs neq; hic,neq; in futuro ſeculo dimitti dicit.Vnde quęri poteſt vtrũ in ſpiritũ ſanctũ Iudæi peccauerint, q̃n dixerunt , q̃ in Beelzebub principe dæmoniorũ dominus dęmonia expellebat? vtrũ enim hoc in ipſum dominũ dictũ accipiam⁹? quia de ſe dicit alio in loco: Si patrẽfamilias Beelzebub vocauerũt,quanto magis domeſticos eius? An quoniã de magna inuidentia dixerãt , ingrati tam præſentibus beneficiis, quanuis nondũ chriſtiani fuerint,tamẽ propter ipſam inuidẽtiæ magnitudinẽ in ſpiritum ſanctũ peccaſſe credẽdi ſunt?Non em̃ hoc colligitur de verbis dũi,videri tamẽ poteſt adhuc eos monuiſſe vt accedãt ad gratiã, & poſt acceptã gratiam nõ ita peccẽt vt nũc peccauerũt.Nũc enim in filium hominis dixerũt verbũ nequã,& poteſt eis dimitti ſi conuerſi fuerint & ei crediderint.Si aũt poſtq̃ ſpiritũ ſanctum acceperint , fraternitati inuidere & gratiam quã acceperunt oppugnare voluerint , nõ eis dimitti,neq; in hoc ſeculo,neque in futuro.Nã ſi eos ſic haberet condemnatos, vt nulla ſpes illis reliqua eſſet, nõ adhuc monẽdo iudicaret cũ addidit,dicẽs:Aut faci. arbo.bo.&c.Aug.in lib.retra.Hoc aũt non cõfirmaui, quia hoc putare me dixi:ſed tamẽ addendum fuit,ſi in hac tam ſcelerata mẽtis peruerſitate finierit hanc vitam. quoniã de quocũque peſſimo in hac vita cõſtituto,nõ eſt vtiq; deſperandũ: nec pro illo imprudẽter oratur,de quo nõ deſperatur.Aug.de ver.do.Eſt aũt magnũ ſecretum huius quæſtionis.Lumẽ ergo expoſitionis à domino quæratur.Dico aũt charitati veſtrę,fortè in omnibus ſcripturis ſanctis nulla maior quæſtio, nulla difficilior inuenit . Priùs ergo vt aduertatis admoneo,nõ dixiſſe dominum:Omnis blaſphemia ſpiritus non remittetur,neq; dixiſſe:qui dixerit quodcunque verbum cõtra ſpiritum ſanctũ, ſed qui dixerit verbum.Quapropter nõ eſt neceſſe vt oẽm blaſphemiam & omne verbũ , quod dicitur contra ſpiritum ſanctũ, remiſſionẽ quiſquam exiſtimet nõ habere . ſed neceſſe eſt planè vt ſit aliquod verbũ,quod ſi dicatur cõtra ſpiritum ſanctũ,nullam remiſſionẽ mereatur . Solent em̃ ſcripturæ ita loqui, vt quãdo aliquid ſic dicitur vt neque ex toto neque ex parte dictũ ſit: non ſit neceſſe vt ex toto fieri poſſit,vt ex parte nõ intelligatur. ſicut cũ dominus dixit Iudęis: Si nõ veniſſem & locut⁹ eis nõ fuiſſem,peccatũ non haberent. Nõ enim ita dictũ eſt, vt ſine vllo omnino peccato vellet intelligi futuros fuiſſe Iudęos,ſed esse aliquod peccatũ quod non haberẽt niſi Chriſtus veniſſet . Quis aũt ſit iſte modus contra ſpiritum ſanctũ,ordo poſtulat vt dicamus. Inſinuatur ſiquidẽ nobis in patre auctoritas, in filio natiuitas, in ſpiritu ſancto patris filiiq; cõmunitas.Quod ergo cõmune eſt patri & filio,& per hoc nos voluerũt habere cõmunionem,& inter nos, & ſecũ. Charitas enim dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ,qui datus eſt nobis: & quia peccatis alienabamur à poſſeſſione bonorum verorũ, charitas operit multitudinẽ peccatorũ . Quòd em̃ Chriſtus in ſpũ ſancto peccatata dimittat hĩc intelligi poteſt,quòd cũ dixiſſet diſcipulis, Accipite ſpiritum ſanctũ,continuò ſubiecit: Si cui dimiſeritis peccata,dimittentur illi.Primũ itaq; credentiũ beneficiũ eſt in ſpiritu ſancto remiſſio pctorũ,contra hoc donũ gratuitũ loquitur cor impœnitẽs:ipſa ergo impœnitẽtia eſt ſpũs blaſphemia, quæ nõ remittetur,neq; in hoc ſeculo neq; in futuro.Cõtra em̃ ſpiritũ ſanctũ,quo pctã dimittũtur,verbũ valde malũ,ſiue cogitatiõe,ſiue lingua ſua dicit, qui ſecundũ duritiã cordis ſui cor ĩpœnitens theſaurizat ſibi irã in die irę:hęc omnino impœnitẽtia nõ habet remiſſionẽ neq; in hoc ſeculo neq; in futuro : quia pœnitẽtia impetrat remiſſionem in hoc ſeculo,quæ valeat in futuro.Sed iſta im pœnitentia quandiu quiſque in hac carne viuit , non poteſt

poteſt iudicari.de nullo enim deſperandum eſt , q̃diu patientia dei ad pœnitentiam adducit . Quid enim ſi iſti quos in quocũq; genere erroris notas, & tanq̃ deſperatiſſimos dãnas,anteq̃ iſtam vitam finiant, agant pœnitẽtiã,& inueniãt verã vitã in futuro?Hęc autem blaſphemia quãuis prolixa & plurib⁹ verbis cõtexta ſit,ſolet tamen ſcriptura etiam multa verba verbũ appellare.neq; enim vnũ verbum locutus eſt domin⁹ cũ propheta,& tamẽ legit:Verbum quod factũ eſt ad illum vel ad illum prophetam.Hic aũt fortaſſis aliquis quærat,vtrũ tantũmodo ſpiritus ſanct⁹ peccata dimittat,an & pater & filius?reſpondemus q̃ & pater & filius.ipſe enim filius de patre dicit: Dimittet vobis pater veſter peccata veſtra.& de ſe ait: Fili⁹ hominis poteſtatem habet in terra dimittendi peccata.Cur ergo illa impœnitentia quæ nunquã dimittitur,ſolũ ad ſpiritus ſancti blaſphemiam dicit pertinere? tãq̃ ille qui in hoc impœnitentiæ peccato fuerit obligatus , dono ſpiritus ſancti reſiſtere videat,q̃ eo dono fiat remiſſio peccatorum.ſed peccata,quia præter eccleſiam nõ dimittuntur,in eo ſpũ dimitti oportebat, quo in vnũ eccleſia congregatur.Remiſſio ergo peccatorũ,quã tota trinitas facit,proprie ad ſpiritũ ſanctũ dicitur pertinere:ipſe enim ſpũs adoptionis filiorũ, in quo clamam⁹ abba pater,vt ei poſſimus dicere:Dimitte nobis debita noſtra : & in hoc cognoſcimus ſicut dicit Ioannes: Quoniam Chriſt⁹ manet in nobis, de ſpũ ſancto quẽ dedit nobis . Ad ipſum etiam pertinet ſocietas , qua efficimur vnum corpus vnici filii dei , quia quodammodo ſocietas patris & filii eſt ipſe ſpiritus ſanctus. Quiſquis ergo reus fuerit impœnitentia cõtra ſpiritum ſanctũ,in quo vnitas & ſocietas cõmunionis congregatur eccleſiæ,nunq̃ illi remittitur.Chry.Vel aliter ſecundũ primam expoſitionẽ: Iudæi quidã ignorabant Chriſtum quis eſſet:ſpũs autẽ ſancti ſufficiẽs ac ceperãt experimentũ: etenim prophetæ per eũ locuti ſunt.Quod ergo dicit,hoc eſt:Eſto q̃ me offenditis ,,pter carnem circũpoſitã,nunquid & de ſpũ ſancto habetis dicere,quoniã ignoramus eum?propter hoc nõ ignoſcibilis eſt vobis hæc blaſphemia , & hic & illic dabitis vindictã.quia enim dæmones eiicere, & ſanitates perficere,ſpũs ſancti eſt. Non ergo mihi cõtumelias infertis ſolũ,ſed ſpiritui ſancto: ideoq; vobis ineuitabilis erit condẽnatio,& hic & illic.Etenim hoĩm hi quidem hic ſolũ puniuntur,ſicut qui indigni participauerunt myſteriis apud Corinthios:hi autẽ illic ſolum,ſicut diues in inferno:hi autẽ hic & illic , ſicut & ipſi Iudæi,qui & hic intolerabilia paſſi ſunt Hieruſalẽ capta,& ibi difficillimã ſuſtinent pœnam.Raba.In hac aũt auctoritate extinguitur hæreſis Origenis,qui aſſerit poſt multa ſecula omnes pctores veniam conſecuturos,quæ refellitur per hoc quòd dicitur q̃ non remittet neq; in hoc ſeculo,neq; in futuro.Greg.in dialo.Datur etiã intelligi quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdã vero in futuro relaxari.quod enim de vno negatur,de quibuſdam conceditur.ſed tamẽ hoc de paruis minimiſq; peccatis fieri poſſe credendum eſt,ſicut eſt aſſidu⁹ otioſus ſermo,immoderat⁹ riſus,vel peccatum curæ rei familiaris,quæ vix ſine culpa vel ab ipſis agitur,qui culpam qualiter debeant declinare ſciunt: aut in non grauibus culpis error ignorantiæ,quæ etiã poſt mortem grauant,ſi nobis in hac vita adhuc poſitis minimè fuerint relaxata.Hoc tamen ſciendum eſt, quia illic ſaltem de minimis nil quiſque purgationis obtinebit,niſi qui hoc bonis actibus in hac vita poſitus vt obtineat,promeretur.

Aut facite arborem bonam,& fructum eius bonũ : aut facite arborem malam,& fructum eius malum . Si quidẽ ex fructu,arbor agnoſcitur. Progenies uiperarũ,quomodo poteſtis bona loqui,cum ſitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur . Bonus homo,de bono theſauro profert bona: & malus homo,de malo theſauro profert mala.

Chry.Poſt priores redargutiones, rurſus eos aliter confundit.Hoc autẽ facit,non vt ſeipſum accuſatione liberet,ad hoc enim ſufficiebant priora : ſed eos corrigere volens.vnde dicit:Aut facite arbo. bo.&c. Ac ſi dicat:Nullus veſtrũ dixit quòd malũ eſt aliquos a dæmone liberare:ſed quia operibus non maledicebant,ſed diabolum dicebant hoc operantẽ,demõſtrat q̃ hæc accuſatio eſt præter conſequentiã rerũ,& præter cõmunes conceptiones.talia aũt cõfingere,eſt immenſæ verecundiæ.Hiero.Conſtringit ergo eos ſyllogiſmo,quem græci vocant aphyc̃ton, nos ineuitabilẽ poſſumus appellare:qui interrogatos hincinde cõcludit,& in vtroq; cornu premit. *Si*,inquit,diabol⁹ malus eſt,bona opera facere non poteſt:ſi autẽ bona ſunt quæ facta cernitis,ſequitur vt non ſit diabolus qui illa fecit:neque em̃ fieri poteſt vt ex malo bonũ, aut ex bono oriatur malũ.Chryſ. Etenĩ arboris diiudicatio à fructu apparet,nõ fructus ab arbore. vnde ſequitur: Siquidem ex fru.arbor ag.&c . Etſi enim arbor fruct⁹ eſt cauſa,ſed tamen fructus arboris eſt demonſtratiu⁹: vos autẽ contrariũ facitis.In operibus em̃ nihil accuſare habentes,contrariũ de arbore fertis ſententiam, me dæmoniacũ appellantes.Hila.Sic ergo in præſens Iudæos refellit,qui cum intelligerẽt Chriſti opera vltra humanã esse virtutẽ,noluerunt tamen ea quæ dei ſunt confiteri.futuram vero omnẽ fidei peruerſitatem coarguit,eorũ.ſ.qui diuinitatem & cõmunionem paternę ſubſtantiæ dño detrahentes in diuerſa hęreſum ſtudia efferbuerunt,neutrum facientes,nec inter gentes ſub venia ignorationis habitantes , nec in veritatis cognitione verſantes . Arborem ſe in corpore poſitum ſignat,quia per interiorem virtutis ſuæ fœcunditatem exeat vbertas hominis in fruct⁹.igitur arbor bona facienda cũ fructibus bonis eſt,aut mala conſtituenda cũ malis fructibus.nõ q̃ arbor mala poſſit cõſtitui quæ bona eſt,nec econtra. Sed vt per hanc ſignificantiam intelligeremus Chriſtũ tanq̃ vilẽ relinquẽdũ,aut tanquã bonorum fructuũ vtilitate retinendũ. Cęterũ medium ſe agere,& in Chriſtum aliqua deferre,negare quæ maxima ſunt:venerari tanq̃ deum,dei cõmunione ſpoliare,blaſphemia ſpũs eſt : vt cũ p admirationẽ tantorũ operum dei nomen detrahere non audeas,per maliuolentiã mẽtis generoſitatẽ eius abnegata paternæ ſubſtantiæ cõmunione deturpas.Augu.de ve.do.Vel in hoc admonuit nos dñs vt bonę arbores ſimus,vt bonos fructus producere poſſim⁹.vbi em̃ ait:Facite em̃ arborẽ bonã,& fructũ eius bonũ:eſt præceptũ ſalubre,cui obedientia eſt neceſſaria.Quod autẽ dicit : Facite arborẽ malã,& fructũ eius malũ:nõ præceptũ eſt vt faciatis,ſed monitio vt caueatis.Contra hos em̃ dixit,qui putabant ſe cũ mali eſſent,bona loqui poſſe,vel bona opera habere:hoc dominus dicit esse nõ poſſe.Prius em̃ eſt mutãdus homo,vt opa mutentur.ſi em̃ manet homo in eo q̃ malus eſt,bona opera habere nõ poteſt:ſi manet in eo quod bonũ eſt, mala opera habere non poteſt.Omnes ergo malas arbores Chriſtus inuenit , ſed dedit poteſtatem filios dei fieri credentibus in noĩe eius.Chry. Quia vero nõ ,,p ſeipſo ſed pro ſpiritu ſancto facit ſermonẽ, eos cõuenienter increpat,dicens:Progenies viperarũ, qũo poteſtis bona loqui,cũ ſitis mali?Hoc autẽ dicit & eos incuſans,& eorũ quæ dicta ſunt demonſtrationem ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsis præbens.q.d.Ecce vos cũ sitis arbores malę,non potestis portare fructum bonum.nõ ergo miror quòd hæc loquimini.etẽ male nutriti estis à malis progenitoribus,& mentem malam habetis. Et vide quòd non dixit: Qualiter potestis bona loqui, cũ sitis progenies viperarum? Nihil enim hoc ad illud pertinet: sed qualiter potestis bona loqui,cũ sitis mali? Progenies autem viperarum eos dicis, quia in progenitoribus gloriabãtur.vt ergo excluderet eorum superbiã, separauit eos à cognatione Abraham, attribuens eis progenitores similium morum.Raba. Vel progenies viperarũ,id est filios & imitatores diaboli eos appellat:quia scienter bonis operibus detrahunt,quod diabolicum est.vnde sequitur:Ex abundantia enim cordis os loquitur.Ille homo ex abundãtia cordis loquitur,qui non ignorat ex qua intentione verba promãtur:quod apertius ostendere volens, subiũgit: Bonus homo de bono thesauro profert bona,& malꝰ homo de malo thesauro profert mala.Thesaurus cordis intẽtio est cogitationis, ex qua interiꝰ arbiter iudicat ꝓuentum operis:vt aliquando maiora minorẽ habeant mercedem,aliquando ob incuriam cordis tepidi, maiorum virtutum opera ostentantes,minora à domino præmia sortiuntur.Chrysosto. Ex his etiam demonstrat suam deitatem scientem cordis occulta, quoniã non verborum solum,sed etiam malarum cogitationum exoluent vindictam. Est autẽ naturæ continentia superemanantis,inter nequitię verba per os extra effundi. quare cum audieris hominẽ male loquentẽ, multo ampliorem æstimes nequitiam quàm verba demonstrant.Quod eñ exterius dicitur,est superfluentia eius quod intus est: in quo eos vehemẽter tetigit. Si enim quod dictum est ab eis,ita est malum: excogitata radix verborum quàm magna est? Contingit autẽ hoc decenter: lingua enim confusa multoties non repente effundit nequitiam,cor autem nullum hominum habens testem,sine timore quæcũque vult parturit mala:dei enim non multa cura est ei,sed cum augetur multitudo malorum,quæ intus sunt,quæ interim occultabãtur,extra per verba proueniũt. Et ideo dicit:Ex abundantia cordis os loquitur. Et quòd homo de thesauris cordis loquitur.Chrysosto.In hoc autem quod dicit:Bonus homo de bono thesauro loquitur.&c.Vel ipsos Iudæos deum blasphemantes ostendit de quali thesauro blasphemiam proferant. Vel cũ superiori quæstione hæret sententia, quòd quomodo non possit bonus homo proferre mala,nec malus bona: sic non possit Christus mala, nec diabolus bona opera facere.

Dico autem uobis,quoniam omne uerbũ otiosum quod locuti fuerint homines,reddent rationem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis,& ex uerbis tuis condemnaberis.

Chrysosto.Post præmissa eis dominus multum timorem incutit,ostendens quòd vltimam dabunt vindictam,qui talia deliquerunt. vnde dicit:Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint ho.&c.Hierony.Et est sensus: Si otiosum verbum quod nequaquã ædificat audientes,non est absque periculo eius qui loquitur, & in die iudicii reddet vnusquisque rationem sermonum suorum: quanto magis vos,qui opera spiritus sancti calũniamini,& dicitis me in Beelzebub eiicere dæmonia, reddituri estis rationem calumniæ vestræ? Chrysosto.Non autem dixit:Quod locuti estis vos,simul quidem omne hominum erudiens genus,simul autem minus onerosum faciens suum sermonem. Otiosum autem verbũ est quod mendax est,quod calumniam habet. Quidã autem dicunt quoniam & vanũ,quale est quod risum mouet inordinatum vel turpe,vel inuerecundũ.Gregorius in ho.Vel otiosum verbum est, quod aut vtilitate rectitudinis,aut ratione iustæ necessitatis caret, quod scilicet sine vtilitate & loquentis dicitur & audientis:si omissis seriis de rebus friuolis loquamur,& fabulas narremus antiquas.Cæterum qui scurrilia replicat,& cachinnis ora dissoluit,& aliquid ꝓfert turpitudinis:hic nõ otiosi verbi,sed criminosi tenebitur reus.Remi. Ex superioribus autem verbis adhuc sequens dependet sententia,cum dicitur:Ex verbis eñ tuis iustificaberis,&c. Non est dubiũ quia vnusquisque de verbis suis malis,quæ loquitur, condemnabitur.Verũtamen quia ex bonis verbis non iustificatur quis,nisi ex intimo corde & deuota intẽtione ea ꝓferat.Chrys.Vide autem quia non est onerosum hoc iudicium:non ex quibus alius dixit de te,sed ex quibus ipse locutus es,sententias iudex feret.Non igitur accusatos timere oportet,sed accusantes: non enim illi coguntur accusare se pro his malis quæ audierũt, sed hi pro his quæ male dixerunt.

Tunc responderunt ei quidam de scribis & pharisæis, dicentes: Magister, uolumus a te signum uidere. Qui respõdẽs ait illis:Generatio mala & adultera signum quærit,& signũ nõ dabitur ei,nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uẽtre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

Chrysost.Quia dominus superius multoties verbis inuerecũdam pharisæorum obstruxerat linguam, rursus ad opera veniunt: quod admirans euangelista, dicit:Tunc responderunt ei quidã de scribis &c. Tũc scilicet cum flecti oportebat,cum admirari,cũ obstupescere:sed tunc à malitia non desistunt. Dicũt enim, volumus à te signum videre,vt eum capiant.Hieron. Sic signa postulãt,quasi quæ viderãt,signa nõ fuerint. sed in alio euãgelista quid petant,plenius explicatur: Volumus à te signũ vi.de cæ. Vel in morẽ Heliæ ignẽ de sublimi venire cupiebant, vel similitudinẽ Samuelis tẽpore æstiuo,contra naturã loci mugire tonitrua, coruscare fulgura,imbres ruere. quasi non possint & illa calũniari,& dicere ex occultis & variis aeris passionibus accidisse.nã qui calũniaris ea quæ oculis vides,manu tenes,vtilitate sentis:quid facturus esses in his quæ de cælo veniunt? vtiq; respondebis & magos in Aegypto multa signa fecisse de cælo.Chrys.Verba aũt eorũ adulatione & ironia sunt plena: & priꝰ quidẽ conuitiabãtur dæmoniacũ eũ dicẽtes, nunc autem adulantur,vocãtes eũ magistrũ: ꝓpter hoc & dñs eos vehementer arguit,vnde sequit:Qui respondens, ait illis:Gene.&c.Et quidẽ cũ ei cõuitiabãt,mãsuete eis respõdebat:cũ aũt adulabant,cõuitiose: demõstrãs ꝙ vtraq; passione erat superior,& neq; cõuitiis in iram deducitur,neq; ab adulatione mollit.Quod aũt dicit tale est:Quid mirũ si hoc in me facitis qui ignotꝰ sum vobis,cum in patrẽ cuiꝰ tantã accepistis experientiã, hoc idẽ fecistis, derelicto eo ad dæmones currentes? Propter hoc autẽ eos dicit generationẽ malã,quia ingrati semper facti sunt circa benefactores, & beneficiis deteriores fiũt,qđ est vltimæ malitiæ.Hier. Egregie aũt dixit:& adultera,quia dimiserat virũ,& iuxta Ezechielem multis se amatoribus copulauit. Chrys. Vnde & monstrat se patri æqualẽ, si ei non credere generationẽ adulteram facit.Raba. Deinde respondere incipit

incipit non eis signum de cælo,quod indigni erant videre,sed de profundo inferni tribuens.Discipulis aũt suis signum de cælo dedit,quibus æternam beatitudinis gloriã,& prius in monte figuraliter, & pòst veraciter in cælum supereleuatus ostendit.vnde sequitur: Et sig.nõ dabit.&c.Chry. Quia nõ vt eos induceret, signa faciebat (sciebat enim eos lapideos esse) sed vt alios emendet,aut quoniã non acciperẽt signũ quale est illud quod petebant.Signũ enim eis factũ est,quãdo per propriam pœnã cognouerunt eius virtutẽ.hoc igitur occultè insinuans,dicit: Signũ non dabitur ei, ac si diceret:Multa beneficia demõstraui,nihil horum vos allexit ad venerandũ meam virtutẽ, quam cognoscetis per pœnã,quando ciuitatem vestrã in terrã ꝓiectam videbitis.Interim autẽ sermonẽ de resurrectione interponit, quẽ cognituri erant per ea quæ postea erant passuri,dicẽs:Nisi sig.Io.prophe.Crux eñ ꝓfecto credita non esset,nisi signa testãtia habuisset. Hac autẽ non credita & resurrectio vtiq; credita nõ esset: ꝓpter hoc & signũ hoc vocat,& figurã in mediũ fert vt veritas credatur.vnde sequitur:Sicut fuit Ionas in ven.&c.Raba.Ostendit Iudæos ad instar Niniuitarũ criminosos,& nisi pœniterent subuersioni proximos. sed sicut illis denunciatur supplicium, & demonstratur remedium:ita Iudæi non debent desperare veniã, si saltem post Christi resurrectionẽ egerint pœnitentiam.Ionas eñ.i.columba vel dolens, signum est eius super quem descendit spiritus sanctus in specie columbæ,& qui dolores nostros portauit.Piscis qui Ionã deuorauit in pelago,significat mortem,quã Christꝰ passus est in mundo. Tribus diebus & noctibus fuit ille in vẽtre ceti,& iste in sepulchro:ille eiectus est in aridã,iste resurrexit in gloriã. Aug.de con.euan. Quidã aũt modum locutionis scripturæ nescientes, noctẽ voluerũt aduertere tres illas horas à sexta vsq; ad nonã quibus sol obscuratus est:& diẽ tres horas alias,quibꝰ iterũ terris est redditus.i. à nona vsq; ad eiꝰ occasum. Sequitur enim nox futura sabbati,qua cũ suo die cõputata erũt iam duæ noctes & duo dies.Porrò autem pòst sabbatũ sequitur nox primæ sabbati.i.illucescentis diei dominici,in qua tunc dominꝰ resurrexit.Erũt ergo duæ noctes & duo dies, & vna nox etiam si tota posset intelligi, nec ostenderemus ꝙ illud diluculum pars eius extrema sit:quapropter nec annumeratis illis sex horis,quarũ tribus tenebratus est & tribus illuxit,constabit ratio trium dierũ & trium noctium.restat ergo vt hoc inueniatur illo scripturarũ vsitato loquendi modo,quo à parte totũ intelligit. Hier. Nõ ꝙ omnes tres dies & tres noctes in infernum fecerit,sed quòd in parte parasceues & dñicæ,& tota die sabbati tres dies & tres noctes intelligantur. Augu. 4.de tri. Ipsum enim triduum non plenum & totum fuisse scriptura testis est,sed primus dies à parte extrema totus annumeratus est,dies vero tertiꝰ à parte prima & ipe totus:medius aũt inter eos.i.secũdus dies absolute totus 24.horis suis,12.nocturnis 12.diurnis: nox enim vsq; ad diluculũ quo dñi resurrectio declarata est, ad tertium pertinet diem. Sicut enim primi dies ꝓpter futurum hominis lapsum à luce in noctẽ, ita isti propter hominis reparationẽ à tenebris in lucẽ cõputantur.Chrys.Non aũt manifestè dixit quòd resurgeret, quia eũ derisissent:sed occultè insinuat,vt & illi crederent quod præsciuit.Non autem dixit in terra,sed in corde terræ:vt & sepulchrũ ostenderet, & ꝙ nullꝰ solã mortis apparentiã suspiceret.Et tres dies ꝓpter hoc posuit,vt credatur ꝙ mortuus est.Sed ipsa figura veritatem demonstrat. non eñ fuit Ionas in ventre ceti in phantasia,sed in veritate:neq; figura fuit in veritate,& veritas in imaginatione. propter quod manifestum est quòd filii sunt diaboli, Marchionem sequentes,qui Christi passionẽ phantasticã esse asseruit:& ꝙ pro eis esset passurus,licet eis nõ proficeret, ostendit. Per hoc innuit quòd illi generationi signum daret Ionæ prophetę.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condẽnabunt eam,quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce pluſquã Ionas hic. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condẽnabunt eam: quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce pluſquam Salomon hic.

Chry.Ne aliquis existimaret quòd talia deinceps futura essent in Iudęis,qualia Niniuitis contigerant: vt sicut Ionas illos conuertit,& ciuitas fuit à periculo liberata,ita isti pòst resurrectionem conuerterẽtur, dominus nunc totũ contrarium ostendit:quoniã scilicet ex beneficio passionis nullũ fructum perceperunt, sed & grauia patientur,vt infra ostendit per exẽplum dæmonis.Interim aũt ostendit quòd iustè patientur, dicens:Viri Niniuitæ.&c.Remi.Ostendit autẽ dominus his verbis vnã esse malorũ & bonorũ resurrectionẽ futurã,cõtra quosdã hæreticos q dixerunt vnã esse resurrectionẽ bonorũ,& alterã malorũ. Destruit etiã his verbis fabula Iudæorũ,qui solent dicere quòd ante iudiciũ mille annis celebret resurrectio,apertè his verbis ostẽdẽs,quia mox vt celebrabitur resurrectio, celebrabitur & iudiciũ.Et condẽnabunt eam.Hiero. Non sentẽtiæ potestate,sed cõparationis exẽplo. vnde subdit:Quia pœniten.ege.&c.Hic,aduerbiũ loci, nõ pronomen intelligas.Ionas secundũ 70.interpretes triduo prædicauit,ego tanto tẽpore. Ille Assyriis genti incredulę,ego Iudęis populo dei.Ille voce locutus est simplici,nihil signorum faciens, ego tanta faciens Beelzebub calumniã sustineo.Chry.Nõ autem hic stat dominus,sed & aliã annũciationem adiũgit, dicens:Regina Austri.&c.Istud plus fuit q̃ prius. Ionas eñ ad illos abiit,regina autẽ Austri non expectauit Salomonẽ ad ipsam ire,sed ipsa ad eum accessit:& mulier & barbara,& tantũ remota non mortẽ formidans,sola cupidine verborum sapientũ.Ibi ergo mulier aduenit,hic ego veni.Et ipsa quidẽ à finibus terræ surrexit,ego autẽ ciuitates & castra circũeo.Et illa quidem de arboribus & lignis disputauit, ego autẽ de ineffabilibus mysteriis.Hiero.Eodem ergo modo condẽnabit regina Austri populũ Iudæorũ, quo condẽnabunt viri Niniuitę Israelẽ incredulũ.Ista est regina Saba,de qua in Regum volumine, & in Paralipomenon legimus:quæ per tantas difficultates gẽte sua & imperio derelictis,venit in Iudæam sapientiã audire Salomonis:& ei multa munera obtulit. In Niniue autẽ,& in regina Saba occultè fides nationũ præfert Israeli.Raba.Niniuitæ significãt eos qui peccare desistunt,regina vero eos qui peccare nesciunt. pœnitentia eñ peccatũ abolet,sapientia cauet.Remi. Pulchrè autẽ ecclesia de gentibus congregata regina dicitur, quia mores suos regere nouit.De qua Psalmista: Astitit regina à dextris tuis.Austri autem regina est,quia ardore spiritus sancti superabundat.Auster enim ventus calidus, significat spiritum sanctum.Salomon autẽ qui interpretatur pacificus, significat ipsum de quo dictum est:ipse est pax nostra.

Cum autem immundus spiritus exierit ab homine,ambulat per loca arida quærens requiẽ,& non inuenit. Tunc dicit:Reuertar in domum meam unde exiui. Et ueniens,inue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nit eam uacantem, scopis mundatam & ornatam. Tunc uadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit generationi huic pessimæ.

Chry. Quia dominus dixerat Iudæis: Viri Niniuitæ surgẽt in iudicio & condẽnabunt generationẽ istã, ne propter temporis tardationẽ contẽnerent & fierẽt pigriores, ostendit ꝙ non solũ in futuro seculo: sed & hic grauissima patientur, futurã in eis pœnã sub quodam ænigmate subdens. vnde dicit: Cũ autẽ &c. Hiero. Quidã istum locũ de hæreticis dictũ putant, quòd immundus spũs qui in eis ante habitauerat, quãdo gẽtiles erant, ad confessionẽ verę fidei eiiciatur. Postea vero cũ se ad hæresim transtulerint, & simulatis virtutibus ornauerint domũ suam, tũc aliis septem nequã spiritibus adiunctis, reuertatur ad eos diabolus: & habitet in illis, fiãtq; nouissima eorum peiora priorib⁹. Multo quidem peiori conditione sunt hęretici, quàm gentiles: quia in illis spes fidei, in istis est pugna discordiæ: cum hæc intelligentia plausum quendã & colorem doctrinæ præferat, nescio an habeat veritatem, ex eo enim ꝙ finita vel parabola vel exẽplo sequit: Sic erit generationi huic pessimæ, cõpellimur non ad hęreticos & quosq: homines, sed ad Iudæorum populũ referre parabolam: vt contextus loci non passiuus & vagus in diuersum fluctuet, atq; insipiẽtiũ more turbetur, vel hærens sibi vel ad priora, vel ad posteriora respondeat. Vñ, Immundus spũs exiit à Iudæis, quando acceperunt legem. Expulsus aũt à Iudæis, ambulauit per gentiũ solitudines. vnde sequit: Ambulat p lo. &c. Remi. Loca arida appellat corda gentium ab omni humore salutarium aquarũ, hoc est sanctarũ scripturarũ spiritalium donorum, & ab infusione sancti spũs aliena. Raba. Vel loca arida sunt corda fideliũ, quæ à mollitie fluxæ cogitationis expurgata callid⁹ insidiator explorat, si quos gressus infigere possit. sed castas mentes effugiens diabolus, in solo corde prauorũ gratam sibi potest inuenire quietẽ. vnde sequitur: Et non inuenit. Remi. Putabat autem diabolus se perpetuam quietẽ posse habere in gẽtili populo, sed subditur: Et nõ inuenit. quia apparente dei filio per mysteriũ incarnationis suæ gentilitas credidit. Hiero. Quæ cum dominus credidisset, ille non inuento loco in nationibus dixit: Reuer. in do. me. vnde exiui. Habeo Iudęos quos antè dimiseram. Et veni. inue. va. scopis mun. & orna. Vacabat eũ templum Iudæorũ, & Christũ hospitem non habebat, dicentẽ: Surgite & abeamus hinc. Quia igitur & dei & angelorum præsidia non habebant, & ornati erant superfluis obseruationibus legis, & traditionibus pharisæorum: reuertitur diabol⁹ ad sedẽ suã pristinã, & septenario nũero sibi addito dæmonũ habitant pristinam domum, & fiunt nouissima illius populi peiora prioribus. Multo enim nũc maiore dæmonum numero⁹ possidentur blasphemãtes in synagogis suis Christum Iesum, quàm in Aegypto possessi fuerant ante legis notitiã. quia aliud est vẽturũ nõ credere, aliud non suscepisse qui venerat. Septenarium aũt numerũ adiunctum diabolo vel propter sabbatũ intelige, vel propter numerum spũs sancti: vt quomodo in Esaia super florem, qui de radice Iesse descendit, septẽ spũs virtutum descendisse narrant: ita è contrario, vitiorũ numerus in diabolo consecratus sit. Pulchrè ergo septẽ spũs assumi dicuntur, vel propter violationẽ sabbati, vel propter criminalia peccata, quæ cõtraria sunt septem donis spũs sancti. Chry. Vel hic pœnã eorum demõstrat. Dicit eñ quòd cum dæmoniaci liberati fuerint ab infirmitate, si desidiores efficiãtur grauiorem attrahunt aduersus se phantasiam: ita & in vobis fiet. Etenim antè detinebamini à dæmone, quãdo idola adorabatis, & filios vestros dęmonibus occidebatis: sed tamẽ non dereliqui vos, sed expuli dæmonẽ illum per prophetas, & per memetipsum: rursus veni, amplius expurgare vos volens. Quia igitur non vultis attẽdere, sed in maiorẽ excidistis nequitiã: grauius enim est occidere Christum, q̃ prophetas: ꝓpter hoc difficiliora patiemini. Quæ enim sub Vespasiano & Tito cõtigerunt, eis multo grauiora fuerunt his, quæ passi sunt in Aegypto, & in Babylone, & sub Antiocho: nec hoc solum ostendit, sed quoniã ab omni virtute erunt desolati, & dęmonum actibus occupabiles magis q̃ antè. Hæc autem non solũ ad illos, sed ad nos etiam dicta esse rationẽ habet: si illuminati, & à prioribus eruti malis, rursus ab eadem possideamur nequitia. Etenim difficilior iam erit pœna posteriorũ peccatorum. propter quod paralytico Christus dixit: Ecce sanus factus es, noli peccare, ne deterius tibi aliqd cõtingat. Raba. Homo eñ quilibet ad fidẽ cõuersus est, à quo diabolus per baptismum eiicitur: qui eie⁹ inde loca arida peragrat, id est corda fidelium. Greg. 33. Mora. Loca eñ arentia atq; inaquosa, sunt corda iustorũ, quæ per disciplinæ fortitudinẽ ab omni carnalis concupiscentiæ humore siccãtur. Loca vero humẽtia, sunt terrenorũ hominum mentes, quas humor carnalis concupiscentiæ, quia replet, fluidas facit: in quibus diabolus iniquitatis suæ vestigia tãto alti⁹ imprimit, quãto in eisdẽ mentibus per trãsitus illius, quasi influxa terra descendit. Raba. Rediẽs autem ad domũ suã, vnde exiuerat, inuenit eã vacantẽ à bonis actibus per negligentiam, scopis mundatã. s. à vitiis pristinis per baptismũ. Ornatam simulatis virtutib⁹ per hypocrisim. Aug. de quæst. euang. Vñ per hæc verba signat dominus quosdam ita credituros, vt non possint ferre laborem cõtinentiæ, & ad seculũ redituri sunt. Quòd dicit: Assumit secum alios septẽ, intelligitur quia cũ quis ceciderit de iustitia, etiam simulationẽ habebit. Cupiditas enim carnis expulsa per pœnitentiã, cõsuetis operibus, cũ non inuenerit in quibus delectationi bus conquiescat, auidius redit, & rursus occupat mentem hoĩs, si negligẽtiã subsecuta est, vt nõ introduceretur tanq̃ habitator mundatæ domui, sermo dei per sanã doctrinã. & quoniã non solum habebit illa septẽ vitia quę septẽ virtutibus sunt cõtraria spiritualibus, sed etiã per hypocrisim se ipsas habere virtutes simulabit: propterea assũptis secũ septem aliis nequioribus, hoc est ipsa septenaria simulatione redit ipsa concupiscentia, vt sint nouissima hoĩs illius peiora prioribus. Grego. 7. Mor. Plęrũq; etiam fit vt cum mens ex ipso exordio sui profectus extollitur, cũq; se iam quasi de virtutibus erigit, sęuienti cõtra se aduersario aditũ pandat: tantoq; se vehementius in eius confractione exhibet, quãto & grauius, quia vel ad modicũ fuerat proiectus, dolet.

Adhuc eo loquẽte ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidã: *Ecce mater tua & fratres tui foris stãt, quærẽtes te.** At ipse respondens dicenti sibi ait: *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendẽs manũ in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicunque enim fecerit uolũtatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est.* * alloqui

Hila. Quia prædicta omnia in paternę maiestatis virtute loquebantur, nuntianti sibi ꝙ foris à matre, atq; fratribus expectaret, quid responderit euangelista demonstrat, subdens: Adhuc eo loquẽte ad turbas, ecce

ecce mater eius & fra. foris sta. &c. Aug. de con. euãg. Hoc sine dubio conuenienter gestum intelligere debem⁹: præmisit eñ cũ ad hoc narrandũ trãsiret, adhuc eo loquen. ad tur. Quid est autem, Adhuc, nisi quãdo illud loquebatur. Nam & Marcus post illud quod de blasphemia spũs sancti retulerat, dixit: Et veniunt mater eius & fratres. Lucas aũt non huius rei gestæ ordinẽ tenuit, sed præoccupauit hoc, & recordatũ añ narrauit. Hiero. cõtra Heluidiũ: Hinc Heluidii vna propositio sumit, ex hoc ꝙ fratres dñi in euangelio nominantur. Vnde (inquit) fratres domini dei sunt, qui nõ erant fratres? Sed iam nũc sciendũ est quatuor modis in scripturis diuinis fratres dici: natura, gente, cognatione, & affectu. Natura, vt Esau & Iacob. Gente, vt omnes Iudæi fratres inter se vocent, vt in Deuteronomio: Non poteris constituere super te hominẽ alienũ, qui nõ est frater tu⁹. Porrò cognatione fratres vocantur, qui sunt de vna familia, sicut in Genesi: Dixit aũt Abrahã ad Loth: Non sit rixa inter te & me, quoniam fratres sum⁹. Affectu etiã fratres dicũtur, quod in duo diuidit: in speciale, & cõmune: in speciale, qa omnes Christiani fratres dicũt, vt saluator dicit: Vade, die fratribus meis. Porrò in cõmune: quia oẽs homines ex vno patre nati, pari inter nos germanitate cõiungimur, sicut ibi: Dicite his qui oderũt vos, fratres nostri vos estis. Interrogo ergo iuxta quem modũ fratres dñi in euãgelio appellent? Iuxta naturam? sed scriptura nõ dicit, nec Mariæ eos vocãs filios, nec Ioseph. Iuxta gentẽ? Sed absurdum est vt pauci ex Iudæis vocati sint fratres, cum omnes qui ibi fuerãt Iudæi, fratres potuerunt appellari. Iuxta affectum hũani iuris & spirit⁹ verum sit: qui magis erãt fratres q̃ apostoli, quos dominus docebat intrinsecus? Aut si quia omnes homines sunt fratres, stultũ fuit nũtiare quasi proprium: Ecce fratres tui quærunt te. Restat igit vt fratres eos intelligas appellatos cognatione, non affectu, non gentis priuilegio, nõ natura. Hiero. sup Mat. Quidam vero fratres domini de alia vxore Ioseph filios suspicãtur, sequentes deliramenta apocryphorũ, & quandã mœcham vel escham mulierculã confingẽtes: nos aũt fratres domini, non filios Ioseph, sed cõsobrinos saluatoris sororis Mariæ materterę domini filios intelligimus: quæ esse dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph, & Iudæ: quos in alio euangelii loco fratres domini legimus appellatos. fratres autẽ cõsobrinos dici, omnis scriptura demonstrat. Chry. Vide aũt & fratrum eius elationem. cum eñ deceret eos ingredi, & audire cum turba: vel si hoc non vellẽt, expectare finem sermonis & tunc eum adire: hi extrà eum vocant, & corã omnibus hoc faciunt, & superfluũ honoris amorem ostendentes, & monstrare volentes quòd cum omni potestate Christo aliquid iniungũt: quod & euangelista ostendit, hoc ipsum obscure insinuans, cum dicit: Adhuc eo loquente: ac si diceret, Nunquid non erat tẽpus aliud? Quid autẽ & loqui volebant? si pro veritatis dogmatibus, cõmuniter hoc proponere oportebat, vt alios lucrarentur: si autem de aliis sibi ipsis pertinentibus, non oportebat ita festinanter vocare. vnde manifestum est, quoniã solum ex vana gloria hoc faciebant. Aug. de natura & gratia. Sed quicquid dicatur de fratribus, de sancta virgine Maria ꝓpter honorẽ Christi, nullã prorsus cũ de peccatis agit, habere volo quæstionẽ. Inde enim scimus quòd ei pl⁹ gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quòd concipere & parere meruit eũ, quem constat nullũ habuisse peccatũ. Sequitur: Dixit ei quidã, Ecce mater tua & fratres tui foris stant quęrentes te. Hiero. Videtur mihi iste qui nũtiat nõ fortuitu & simpliciter nuntiare, sed insidias tendere, vtrum spirituali operi carnem & sanguinẽ præferat. vnde & dominus non quòd matrẽ negaret & fratres, exire contẽpsit: sed quo responderet insidianti. Chry. Neq; autem dixit, Vade dic ei quoniã non est mater mea, sed ad eũ qui nuntiauerat extẽdit sermonem. Sequit eñ, At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Hila. Non autẽ fastidiose de matre sua sensisse existimandus est, cui in passione posit⁹ maximæ solicitudinis tribuit affectũ. Chry. Quòd si negare vellet matrem, tunc vtique negasset quando Iudęi exprobrabant ei de matre. Hiero. Non ergo iuxta Marchionẽ & Manichæũ matrẽ negauit, vt natus de phantasmate putaretur: sed apostolos cognationi prætulit, vt & nos in comparatione dilectionis carni spiritum præferamus: nec maternum refutat obsequiũ pietatis, cuius pręceptum est: Honora patrẽ tuũ, & matrẽ tuã. Sed paternis se mysteriis vel affectibus amplius, q̃ maternis debere demonstrat. vnde sequitur: Et ex. ma. in discipulos di. Ecce mater mea, & fra. mei. Grego. in ho. Fideles quidẽ discipulos fratres nominare dignatus est dominus, dicens: Ite nnnciate fratribus meis. Qui ergo frater domini fieri ad fidem veniẽdo potuit, quærẽdũ est quomodo etiã possit esse mater? Sed sciendũ nobis est, quia qui Christi frater vel soror est in credendo, mater efficitur prædicãdo: quasi enim parit dominũ, quẽ cordi audiẽtis infundit: & mater eius efficitur, si per ei⁹ vocẽ amor domini in proximi mente generatur. Chry. Cum his autem quę dicta sunt, & aliud nos docuit: videlicet ĩ nulla cognatione cõfidentes virtutẽ negligere. Si enim matri nihil prodest matrẽ esse nisi virt⁹ adesset, quis vtiq; ali⁹ per cognationẽ saluabitur? Vna eñ nobilitas sola est, dei facere voluntatẽ. & ideo sequitur: Quicunq; enim fece. &c. Multæ mulieres beatificauerunt sanctã virginẽ illã, & eius vterũ, & optauerunt tales fieri matres. Quid est igitur quod prohibeat? Ecce latã vobis constituit viã: & licet nõ mulieribus solũ, sed & viris fieri matrẽ dei. Hiero. Dicam⁹ aũt & aliter: Saluator loquitur ad turbas, intrinsecus erudit nationes: mater eius & fratres, hoc est synagoga & populus Iudæorũ, foris stant. Hila. Cũ itaque ingrediendi ad eũ haberẽt vt cæteri potestatẽ, sed quia in sua venit & sui eũ non receperunt, ingressu eius atq; aditu abstinent. Grego. in ho. Vnde & mater eius cũ quasi non agnoscitur, foris stare perhibetur. quia videlicet synagoga idcirco ab auctore suo non recognoscitur, quia legis obseruationẽ tenens, spiritualem intellectũ perdidit, & se ad custodiam literæ foris fixit. Hier. Cũque rogauerint, & quæsierint, & nuntiũ miserint, responsum accipiẽt: liberos eos esse arbitrii, intrare posse si velint & ipsi credere.

CAPVT XIII.

In illo die exiẽs Iesus de domo, sedebat secus mare. Et cõgregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita ut in nauiculã ascẽdens sederet: & omnis turba stabat in litore, & locutus est eis multa in parabolis, dicens: Ecce, exiit qui seminat, seminare . Et dum seminat, quædam ceciderunt secus uiam, & uenerunt uolucres cæli, & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multã, & cõtinuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto æstuauerunt: & quia non habebant radicẽ, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas: & creuerũt spinæ & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terrã bonam, & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesi-* Semen suum.

te. Hiero. Videtur mihi iste qui nũtiat nõ fortuitu & simpliciter nuntiare, sed insidias tendere, vtrum spirituali operi carnem & sanguinẽ præferat. vnde & dominus non quòd matrẽ negaret & fratres, exire contẽpsit: sed quo responderet insidianti. Chry. Neq; autem dixit, Vade dic ei quoniã non est mater mea, sed ad eũ qui nuntiauerat extẽdit sermonem. Sequit eñ, At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Hila. Non autẽ fastidiose de matre sua sensisse existimandus est, cui in passione posit⁹ maximæ solicitudinis tribuit affectũ. Chry. Quòd si negare vellet matrem, tunc vtique negasset quando Iudęi exprobrabant ei de matre. Hiero. Non ergo iuxta Marchionẽ & Manichæũ matrẽ negauit, vt natus de phantasmate putaretur: sed apostolos cognationi prætulit, vt & nos in comparatione dilectionis carni spiritum præferamus: nec maternum refutat obsequiũ pietatis, cuius pręceptum est: Honora patrẽ tuũ, & matrẽ tuã. Sed paternis se mysteriis vel affectibus amplius, q̃ maternis debere demonstrat. vnde sequitur: Et ex. ma. in discipulos di. Ecce mater mea, & fra. mei. Grego. in ho. Fideles quidẽ discipulos fratres nominare dignatus est dominus, dicens: Ite nnnciate fratribus meis. Qui ergo frater domini fieri ad fidem veniẽdo potuit, quærẽdũ est quomodo etiã possit esse mater? Sed sciendũ nobis est, quia qui Christi frater vel soror est in credendo, mater efficitur prædicãdo: quasi enim parit dominũ, quẽ cordi audiẽtis infundit: & mater eius efficitur, si per ei⁹ vocẽ amor domini in proximi mente generatur. Chry. Cum his autem quę dicta sunt, & aliud nos docuit: videlicet ĩ nulla cognatione cõfidentes virtutẽ negligere. Si enim matri nihil prodest matrẽ esse nisi virt⁹ adesset, quis vtiq; ali⁹ per cognationẽ saluabitur? Vna eñ nobilitas sola est, dei facere voluntatẽ. & ideo sequitur: Quicunq; enim fece. &c. Multæ mulieres beatificauerunt sanctã virginẽ illã, & eius vterũ, & optauerunt tales fieri matres. Quid est igitur quod prohibeat? Ecce latã vobis constituit viã: & licet nõ mulieribus solũ, sed & viris fieri matrẽ dei. Hiero. Dicam⁹ aũt & aliter: Saluator loquitur ad turbas, intrinsecus erudit nationes: mater eius & fratres, hoc est synagoga & populus Iudæorũ, foris stant. Hila. Cũ itaque ingrediendi ad eũ haberẽt vt cæteri potestatẽ, sed quia in sua venit & sui eũ non receperunt, ingressu eius atq; aditu abstinent. Grego. in ho. Vnde & mater eius cũ quasi non agnoscitur, foris stare perhibetur. quia videlicet synagoga idcirco ab auctore suo non recognoscitur, quia legis obseruationẽ tenens, spiritualem intellectũ perdidit, & se ad custodiam literæ foris fixit. Hier. Cũque rogauerint, & quæsierint, & nuntiũ miserint, responsum accipiẽt: liberos eos esse arbitrii, intrare posse si velint & ipsi credere.

CAPVT XIII.

In illo die exiẽs Iesus de domo, sedebat secus mare. Et cõgregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita ut in nauiculã ascẽdens sederet: & omnis turba stabat in litore, & locutus est eis multa in parabolis, dicens: Ecce, exiit qui seminat, seminare . Et dum seminat, quædam ceciderunt secus uiam, & uenerunt uolucres cæli, & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multã, & cõtinuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto æstuauerunt: & quia non habebant radicẽ, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas: & creuerũt spinæ & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terrã bonam, & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesi-

simum, aliud trigesimum. Qui habet aures audiendi audiat.

Chrys. Postquam increpauerat eum qui matris & fratrum præsentiam nuntiauit, dehinc fecit quod illi cupiebãt. exiit. s. domum primo sanans ægritudinem vanæ gloriæ fratrum: secundo decentem honorẽ exhibens matri. vnde dicitur: In illo die exiens Iesus &c. Aug. de con. euange. Cum dicit in illo die, satis indicat, aut hoc consequenter gestum post præmissa, aut nõ multa interponi potuisse: nisi forte dies, more scripturarum, tempus significet. Raba. Nõ solum autem verba & facta domini, verũetiã itinera ac loca in quibus virtutes operatur, & prædicat, cælestib⁹ sunt plena sacramentis. Post sermonem quippe in domo habitum, vbi nephanda blasphemia dæmonium habere dictus est, egrediens docebat ad mare: vt ostenderet se relicta ob culpam perfidiæ Iudæa, ad gentes saluãdas esse transiturum: gentium enim corda diu superba & incredula, merito tumidis amaris q; fluctib⁹ maris assimilantur: domum vero domini, per fidem fuisse Iudæam quis nesciat? Hiero. Considerandũ etiam q̃ populus domum Iesu nõ poterat intrare, nec esse ibi, vbi apostoli audiebant mysteria. Idcirco miserator dominus egreditur de domo sua, & sedet iuxta huius seculi mare, vt congregentur ad eum multæ turbæ, & audiant in litore, quæ intus non merebantur audire. vnde sequitur: Et congregatę &c. Chry. Hoc autem nõ simpliciter euangelista posuit, sed vt mõstraret quòd dominus hoc fecerit: volens cum diligentia hoc spectaculũ statuere, vt nullum dimittat post dorsum, sed omnes coram facie habeat. Hila. Sedisse autem dominum in naui & turbas foris stetisse ex subiectis rebus est ratio. In parabolis em̃ erat locuturus: & facti ipsi⁹ genere significat eos qui extra ecclesiã positi sunt, nullam diuini sermonis posse capere intelligentiam. Nauis em̃ ecclesiæ typum præfert, intra quã verbum vitæ positum est & prædicatũ his qui extra sunt, & arenæ modo steriles intelligere non possunt. Hier. Iesus etiam in mediis fluctibus est, hincinde mari tunditur, & in sua maiestate securus appropinquare facit terræ nauiculam suã: vt populus nequaq̃ periculũ sustinens, non tentationibus circũdatus quas ferre nõ poterat, stet in litore fixo gradu vt audiat quæ dicũtur. Raba. Vel quòd ascendẽs nauem sedebat in mari, significat q̃ Christus per fidem ascensurus erat in mentes gentiliũ, & ecclesiam̃ collecturus in mari. i. in medio nationum contradicentiũ. Turba vero quæ stabat in litore, quæ neque in naui neque in mari erat, gerit figuram recipiẽtiũ verbũ dei: & iam fide à mari. i. à reprobis seperatorum, sed necdũ mysteriis cęlestibus imbutorum. Sequitur: Et locut⁹ est eis multa in parabolis. Chry. Quãuis an monte ita non fecerit, non enim per parabolas sermonem contexit. Tunc enim turbę solæ erant & plebs incõposita, hic autẽ & scribæ & pharisæi. Non propter hoc autem solũ in parabolis loquit, sed vt manifestiorem sermonẽ faciat, & ampliorem memoriã imponat, & sub visu res reducat. Hiero. Est notandũ q̃ non omnia locutus sit eis in parabolis, sed multa. si enim dixisset cũcta in parabolis, absque emolumento populi recessissent. perspicuã miscet obscuris, vt per ea quæ intelligunt, prouocentur ad eorum notitiam, quæ non intelligunt. Turba etiã non vnius sentẽtiæ est, sed diuersarum in singulis voluntatũ: vnde loquitur ad eam in multis parabolis, vt iuxta varias voluntates, diuersas reciperent disciplinas. Chrys. Primam autem parabolam ponit eam quæ faciebat auditorem attẽtiorem: quia enim sub ænigmate erat tractaturus, erigit mentes audientium per primã parabolam, dicens: Ecce exiit qui seminat seminare semen suũ. &c. Hieron. Significatur autem sator iste qui seminat esse filiũ dei, & patris in populis seminare sermonem. Chrysosto. Vnde autem exiit qui vbique præsens est, vel qualiter exiit? non loco, sed incarnatione propinquior factus nobis per habitũ carnis: quia em̃ nos intrare non poteramus ad eum, peccatis nostris prohibentibus nobis ingressum, ipse ad nos egredit. Rabanus. Vel exiit, cum relicta Iudæa, per apostolos ad gentes transiuit. Hierony. Vel intus erat, dum domi versabatur: loquebatur discipulis sacramẽta. Exiit ergo de domo sua, vt seminaret in turbis. Chrysosto. Cum autem audieris, quoniam exiit qui seminat vt seminet: non æstimes esse idẽtitatem sermonis. Egreditur enim multoties qui seminat & ad aliam rem, vel vt scindat terram, vel vt malas incidat herbas, vel vt spinas euellat, vel vt aliam quandam talem diligentiã exhibeat: hic autem ad seminandum exiuit. quid igitur fit de semine isto? tres depereunt partes, & vna saluatur: & hoc non æqualiter, sed cum differentia quadam. vnde sequitur: Et dum seminat quædam se. &c. Hieron. Hanc parabolã ad probandam hæresim suã Valentinus assumit, tres introducẽs esse naturas: spiritualem, naturalem, vel animalem, atque terrenam. cum hæc quatuor sint: vna iuxta viã, alia petrosa, tertia plena spinis, quarta terra bona. Chry. Sed secundũ hoc qualiter haberet rationẽ inter spinas seminare, & super petram, & in via? In seminibus quidẽ & terra materialibus non haberet vtique rationem, nõ em̃ est in potestate petræ fieri terram: neque viæ, non esse viam: neque spinæ, non esse spinam. In animabus autẽ & doctrinis multam habet hoc laudem: possibile em̃ est petrã fieri terrã pinguẽ, & viam non vltra concalcari, & spinas destrui. Quòd igit plus seminis periit, non est ab eo qui seminat, sed à susciptẽte terra, id est ab anima. Ipse enim qui seminat, non diuitem, nõ pauperem discernit: non sapientem, neque insipiẽtem: sed omnibus loquebatur, quæ à seipso erant complens: præuidens tamen quæ futura erant, vt liceat ei dicere: Quid me oportuit facere, & non feci? Ideo autem non dicit manifeste, quoniam hæc susceperunt desides, & perdiderunt: hæc autem diuites, & suffocauerũt: hęc autem molles, & perdiderunt: non voluit eos vehementer tangere, vt non in differentiam mittat. Per hãc etiam parabolam discipulos erudit: & si plures audientium eos fuerint qui pereãt, vt non ꝓpter hoc desides sint, quia nec ꝓpter hoc dominus qui omnia præuidit destitit à seminando. Hieronymus. Obserua autem hanc esse primam parabolam quæ cũ interpretatione sua posita est: & cauendum est vbicunque dominus exponit sermones suos, ne vel aliud vel quid plus vel minus præsumas intelligere, quàm ab eo expositum est. Rabanus. Quæ vero tacita nostræ intelligẽtiæ dereliquit, perstringenda sunt breuiter. Via est mens sedula malarum cogitationum, meatu trita atque arefacta. Petram, duritiam proteruæ mentis: terram, leuitatem animæ obedientis: solem, dicit feruorem persecutionis sæuientis. Altitudo terræ, est probitas animæ disciplinis cęlestib⁹ institutæ: in qua expositione dixim⁹, quia nequaquam ipsæ res in vna eademque significatione semper allegoricè ponãtur. Hiero. Prouocamur autẽ ad dictorũ intelligentiã quoties his sermonibus cõmonemur qui sequuntur: Qui habet aures audiendi, audiat. Remigius. Aures audiẽdi sunt aures mentis, scilicet intelligendi & faciendi quæ iussa sunt.

Et ac-

Et accedẽtes discipuli dixerũt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondẽs ait illis: Quia uobis datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autem nõ est datũ. Qui enim habet, dabitur ei, & abũdabit: qui autem nõ habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis: quia uidẽtes nõ uidẽt, & audiẽtes nõ audiũt, neque intelligunt. Et adimpleatur in eis prophetia Esaiæ dicẽtis: Auditu audietis, & nõ intelligetis: & uidentes uidebitis, & nõ uidebitis. Incrassatũ est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierũt, & oculos suos clauserũt, nequãdo uideãt oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertãtur, & sanem eos. Vestri autẽ beati oculi quia uident, & aures uestræ quia audiũt. Amen quippe dico uobis, quia multi prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

Glo. Intelligentes discipuli esse obscura quæ à domino populo dicebantur, voluerunt domino intimare ne parabolicè loqueretur. vnde dicitur: Et accedisci. dixe. ei. &c. Chrysost. Vbi dignum est admirari discipulos, quare discedere cupientes sciunt, quãdo interrogare oporteat, non enim coram omnibus hoc faciunt: & hoc ostendit Matthæus, cum dicit: Et accedẽtes. Marcus aũt manifestius demonstrat, dicens q̃ singulariter accesserunt. Hiero. Quærendum est autem quomodo accedant tunc ad eum, cum Iesus in naui sedebat? nisi fortè intelligatur quòd dudum cũ ipso nauem conscenderint, & ibi stãtes super interpretatione parabolæ sciscitati sunt. Remi. Dicit ergo euangelista: Accedentes, vt ostenderet quo solicitati sunt, siue poterãt accedere corpore: quãuis esset aliquod vel breue spacium inter eos. Chry. Consideranda est autẽ & eorum rectitudo, qualiter multam pro aliis habent curam: & prius quæ aliorum sunt quærunt, & tũc quę sunt ipsorum: non enim dixerunt: In parabolis loqueris nobis: sed in parabolis loqueris illis. Qui respõdẽs ait illis: quia vobis datum est nosse mysterium regni cęlorũ. Remi. Vobis inquã qui mihi adhæretis, & in me creditis. Mysteria enim regni cælorũ appellat euãgelicam doctrinam. Illis autem. s. qui foris sunt, & in eum credere nolunt: scribis scilicet & pharisæis, & cęteris in infidelitate perseuerantibus non est datũ. Accedamus ergo cũ discipulis ad dominum corde, vt nobis euangelicã doctrinam interpretari dignetur: iuxta illud: Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius. Chry. Hoc autem dixit non necessitatem inducens neque fatũ, sed monstrans quoniã illi quibus non est datum, causa sibi sunt vniuersorũ malorum: & ostendere volens, quoniã cognoscere diuina mysteria donũ dei est, & gratia desuper data, non tamen propter hoc liberũ arbitrium destruitur: & hoc ex his quæ sequuntur manifestum est: vt em̃ neq; isti desperent, neque illi pigritentur, audientes quoniam eis datũ est, demõstrat à nobis principium horũ esse, cum subdit: Qui enim habet, dabitur ei &c. acsi diceret: Cum aliquis desiderium habuerit & studium, dabuntur ei & vniuersa quæ à deo sunt. Cum aũt his vacuus fuerit, & quæ ad se pertinent non inferat: neque quæ à deo sunt ei dantur, sed & quod habet auferetur ab eo: non deo auferente, sed se indignum faciente his quæ habet. vnde & nos si viderimus aliquem desidiose audientem, & exhortãtes quòd attendat nõ ei persuaserim⁹, sileamus: quia si magis immorati fuerimus, intẽdet ei desidia. Studẽtẽ aũt discere allicim⁹, & multa effundim⁹. Et bñ dixit scdm euangelistã: Quod vidẽt habere: neq; em̃ habet ipm qd̃ habet. Remi. Qui etiam habet studiũ legendi, dabitur ei & facultas intelligendi: & qui non habet legendi studium, hoc qd̃ per naturale bonum videtur habere, auferetur ab eo: vel qui habet charitatem, dabũtur ei cæteræ virtutes: & qui non habet, auferetur ab eo: quia absq; charitate nullum bonum esse potest. Hiero. Vel apostolis in Christo credentibus conceditur, Iudęis vero qui non crediderunt in filium dei, etiã si quid per naturale bonum possident tollitur. neque enim possunt aliqui sapienter intelligere, quia sapientiæ non habent caput. Hila. Fidem etiã Iudæi non habentes, legem quoque quam habuerunt perdiderũt. & ideo perfectum fides euangelica habet donũ, quia susceptа nouis fructibus ditat, repudiata vero etiã veteris substantiæ opes detrahit. Chry. Vt autem manifestius quod dixerat fiat, subdit: Ideo in parabolis loq. eis &c. Et si quidem naturæ hæc excæcatio esset, aperire eorũ oculos oportebat: quia vero voluntaria est hæc excæcatio, propter hoc non dixit simpliciter, Non vident, sed videtes nõ videt: viderunt enim dęmones exeũtes, & dixerũt: In Beelzebub eiicit dæmonia. Audiebant q̃ ad deũ omnes attrahebat, & dicũt: Nõ est hic homo à deo. Quia ergo contraria his quæ videbãt & audiebant enũtiabãt, propter hoc ipsum videre & audire eis aufertur: nihil enim hinc proficiunt, sed in iudicium magis incidunt: vnde & à principio nõ eis parabolicè loquebatur, sed cũ multa certitudine. Quia autẽ audita & visa peruertunt, iam in parabolis loquitur. Remi. Et notandũ est quia nõ solum quæ loquebatur, verum etiã quæ faciebat parabolæ fuerunt. i. signa spiritualiũ rerum: qd̃ liquido ostendit, cum dicit: Vt videntes non videant. Verba nãque videri non poterant, sed audiri. Hiero. Hæc de his loquitur qui stant in litore, & diuidũtur à Iesu, & sonitu fluctuũ perstrepẽte non audiũt ad liquidum quæ dicuntur. Chry. Deinde vt nõ diceret, quoniã vt inimicus noster nobis detrahit, ꝓphetam inducit eadem sentientem. vnde sequitur: Vt impleatur in eis prophetia Esaiæ dicentis: Auditu audietis, & nõi ntelligetis: & videntes videbitis, & nõ videbitis. i. auditu audietis verba, sed nõ ĩtelligetis verborũ arcana. Vidẽtes videbitis, carnẽ. s. & nõ videbitis, hoc est nõ intelligetis diuinitatẽ. Chrys. Hoc aũt dixit, quia sibiipsis abstulerũt videre & audire, aures & oculos sibi claudentes & cor incrassantes. Nõ enim solũmodo audiebant, sed grauiter audiebãt. vñ sequitur: Incras. est. &c. Raba. Incrassatũ est em̃ cor Iudæorũ crassitudine malitiæ, & abundãtia peccatorũ grauiter verba domini audierũt, quia ĩgrati susceperũt. Hiero. Ac ne fortè arbitremur crassitudinem cordis, & grauitatẽ auriũ naturæ esse, nõ volũtatis: subiũgit culpam arbitrii & dicit: Et oculos suos clauserunt. Chryso. In hoc autem intensam eorum nequitiã ostẽdit, & auersionem cũ studio: vt autẽ attrahat eos subdit, Et conuertantur & sanem eos. In quo demõstrat, quia si conuerterentur sanarẽtur. sicut si aliquis diceret: Si rogatus essem, confestim donaturus erã: ostendit qualiter aliquis sibi reconcilietur, ita & hic cũ dicit: Nequando cõuertantur & sanem eos: demõstrat quoniam & conuerti possibile est, & pœnitentiã agẽtes saluari. Augustus. de quæst. euang. Vel aliter: Oculos suos clauserunt, nequando oculis videant. i. ipsi causa fuerunt vt deus eis oculos clauderet. Alius em̃ euãgelista dicit: Excæcauit oculos eorum. Sed vtrũ vt nunq̃ videant, an vero ne vel sic, vel sic aliquando videant. cæcitate sua sibi displicentes & se dolentes, & ex hoc humiliati atque commoti ad cõfitendum peccata sua & pie quærendum deum. Si enim Marcus hoc dicit: Ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata.

Vbi intelliguntur peccatis ſuis meruiſſe vt nõ intelligerent,& tamen hoc ipſum miſericorditer eis factũ, vt peccata ſua cognoſcerẽt, & cõuerſi veniã mererẽt. Quod autem Ioãnes hunc locũ dicit, propterea non poterãt credere,quia iterũ dixit Eſaias,Excæcauit oculos eo.& indu.cor.eo.vt non videãt oculis & nõ intelligant corde & cõuertãtur & ſanẽ eos:aduerſari videtur huic ſententiæ,& omnino cogere vt quod hic dictũ eſt:Nequando oculis videãt:nõ accipiatur ne vel ſic aliquãdo oculis videant,ſed prorſus vt nõ videãt: quandoquidẽ apertè dicit,Ita vt oculis non videant. Et quod ait:Propterea nõ poterant credere: ſatis oſtẽdit,nõ ideo factã excæcationẽ,vt ea cõmoti & dolentes ſe non intelligere conuerterenẽ aliquãdo per pœnitentiã.nõ enim poſſent hoc facere niſi prius crederent,vt credẽdo conuerterẽtur,& cõuerſione ſanarẽtur,& ſanati intelligerent. ſed ideo potiꝰ excæcatos, vt nõ crederẽt:dicit em̃ apertiſſimè, Propterea nõ poterãt credere.quod ſi ita eſt,quis nõ exurgat in defenſionẽ Iudæorum,vt eos extra culpã fuiſſe proclamet, ꝙ non crediderũt?propterea em̃ nõ poterãt credere, quia excæcauit oculos eorũ.Sed quoniã potiꝰ deꝰ extra culpã debet intelligi,cogimur fateri aliis quibuſdã peccatis ita eos excæcari meruiſſe,qua tamẽ excæcatione non poterãt credere:verba enim Ioannis iſta ſunt:Nõ poterãt credere,quia iterũ dixit Eſaias: Excæcauit oculos eorũ.Fruſtra itaq; conamur intelligere ideo fuiſſe cęcatos vt conuerterẽtur,cũ cõuerti nõ poterant,quia non credebant:& ideo credere non poterãt,quia excæcati erant.An fortè non abſurdè dicimus quoſdam Iudæorum fuiſſe ſanabiles, ſed tãto tamen tumore ſuperbiæ periclitatos, vt eis expedierit primo non credere,vt non intelligerent dominum loquentẽ parabolas,quibus non intellectis nõ in eũ crederent:nõ credẽtes aũt cum cæteris deſperatis crucifigerẽt eũ,atq; ita poſt eiꝰ reſurrectionẽ conuerterent: quãdo iam de reatu mortis domini amplius humiliati diligerent,à quo ſibi tantũ ſcelus dimiſſum eſſe gauderent,quoniã tanta eorum ſuperbia tali humiliatione eſſet deiicienda.quod incongruè dictum eſſe quilibet arbitretur,ſi nõ ita contigiſſe in Actibus apoſtolorũ manifeſtè legerit.Nõ ergo abhorret qđ ait Ioannes,propterea nõ poterant credere,quia excæcauit oculos eorũ vt non videant.Ab ea ſentẽtia qua intelligimus ideo excæcatos vt conuerterẽtur: hoc eſt, ideo eis per obſcuritates parabolarũ occultatas ſententias domini,vt poſt eius reſurrectionẽ ſalubriori pœnitentia reſipiſcerẽt:quia per obſcuritatẽ ſermonis excæcati,dicta dñi non intellexerunt,& ea nõ intelligẽdo nõ in eum crediderũt,nõ credẽdo eum crucifixerũt, atq; ita poſt reſurrectionẽ miraculis quæ in eius nomine fiebãt exterriti,maioris criminis reatu cõpuncti ſunt & proſtrati ad pœnitentiã,deinde accepta indulgẽtia ad obedientiã flagrãtiſſima dilectione cõuerſi:quibuſdã autem nõ profuit illa cęcitas ad cõuerſionem.Remi.Et quantũ ad hoc poteſt hęc ſentẽtia ſic intelligi, vt in omnibus ſubaudiatur nõ:hoc modo, nequando oculis videant,& nequãdo auribus audiant, & neqñ corde intelligãt,& nequãdo cõuertantur & ſanẽ eos. Glo.Sic ergo oculi eorũ qui videt & nolunt credere ſunt miſeri,veſtri autẽ beati.vnde ſequitur:Veſtri autẽ oculi quia vident, & aures veſtræ quia audiũt.Hiero.Niſi autẽ ſupra legiſſemus auditores ad intelligentiã prouocatos,ſaluatore dicẽte:Qui habet aures audiẽdi audiat:putarem̃ nunc oculos & aures,quæ beatitudinẽ accipiunt, corporales intelligi. Sed mihi videntur oculi illi beati,qui Chriſti poſſunt agnoſcere ſacramenta:& illæ beatæ aures,de quibꝰ Eſaias loquitur:Dominus appoſuit mihi aurẽ.Glo.Mens enim eſt oculus,quia naturali vigore ad intelligẽdum aliquid dirigitur:auris,quia alio docẽte diſcit.Hila.Vel apoſtolici tẽporis beatitudinem docet, quorũ oculis atq; auribus cõtigit dei ſalutare viſere & audire, ꝓphetis atq; iuſtis cupientibus videre & audire in plenitudine tẽporũ deſtinatũ.vñ ſequitur: Amẽ quippe dico vobis,quia multi prophetæ & iuſti cupierũt videre quę vos videtis,& nõ viderunt:& audire quę vos auditis, & nõ audierunt.Hiero.Videt aũt huic loco illud eſſe cõtrarium quod alibi dicitur: Abrahã cupiuit videre diem meũ:vidit,& gauiſus eſt.Raba. Eſaias quoq; & Michæas & multi alii prophetæ viderunt gloriã dñi, qui etiam propterea videntes appellati ſunt.Hieron. Nõ aũt dixit ꝓphetę & iuſti,ſed multi. Inter multos em̃ poteſt fieri vt alii viderint,alii non viderint: licet & in hoc periculoſa ſit interpretatio,vt inter ſanctorum merita diſcretionem quamlibet facere videam̃, ſcilicet quantũ ad fidẽ de Chriſto habitã.ergo Abrahã vidit in ænigmate, nã vidit in ſpecie:vos autẽ impræſentiarũ tenetis,& habetis dominũ veſtrũ, & ad voluntatẽ interrogatis,& cõueſcimini ei.Chry. Hæc ergo quæ apoſtoli viderunt & audierunt,præſentiam ſuã dicit,miracula,vocẽ,& doctrinã.In hoc aũt nõ ſolũ malis,ſed his qui boni fuerant eos pręponit.Etem̃ antiquis iuſtis beatiores eos dicit:quoniam nõ ſolum quę Iudęi non viderant hi vident, ſed & quæ iuſti & prophetæ cupierunt videre,& non viderũt.Illi em̃ fide ſolã conſideraverũt,hi autem viſu & multo manifeſtius.Vides autẽ qualiter vetus teſtamentum copulat nouo.non em̃ ſi prophetę alieni cuiuſdam & contrarii dei ſerui fuiſſent, Chriſtum cupiuiſſent.

*Vos ergo audite parabolam ſeminantis:Omnis qui audit uerbum regni & non intelligit, uenit malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius,hic eſt qui ſecus uiam ſeminatus eſt.Qui autem ſupra * petroſa ſeminatus eſt: hic eſt qui uerbũ audit,& continuo cũ gaudio accipit illud: nõ habet autẽ in ſe radicẽ,ſed eſt tẽporalis.Facta autẽ tribulatione & perſecutione propter uerbũ,cõtinuo ſcandalizatur.Qui autẽ ſeminatus eſt in ſpinis,hic eſt qui uerbum dei audit,& ſollicitudo ſeculi iſtius & fallacia diuitiarum ſuffocat uerbum,& ſine fructu efficitur.Qui uero in terrã bonam ſeminatus eſt,hic eſt qui audit uerbum, & intelligit, & fructum affert:& facit aliud quidem centeſimum, aliud autem ſexageſimum,aliud uero trigeſimum.* petrã.*

Glo.dixerat ſuperiꝰ quia Iudęis nõ eſt datũ noſſe regnũ dei,ſed apoſtolis:& ideo concludit,dicẽs: Vos ergo audite parabolã ſeminãtis:quibus.ſ. committũt cęli myſteria.Auguſt.ſup Geneſim ad literã.8.Quod narrauit euãgeliſta,factum eſt,dominum.ſ.talia locutum fuiſſe:ipſius autẽ domini narratio,parabola fuit: de qua nunq̃ exigitur vt etiam ad literam facta monſtrentur,quæ ſermone proferuntur.Glo. Vnde parabolam exponẽs,ſubdit:Omnis qui audit verbũ regni & non intelligit,ſic cõſtruendũ eſt. Omnis qui audit verbum regni,id eſt prędicationem meam,quę ad regnũ cęlorũ adipiſcẽdũ valet. Et non intelligit. Quomodo autem non intelligat,ſubiungit: Venit em̃ malus.i.diabolus:& rapit qđ ſeminatum eſt in corde eiꝰ. Omnis inquã qui talis eſt,hic eſt qui ſecus viam ſeminatus eſt.Notandum eſt autem ꝙ ſeminatum, diuerſis modis accipitur. Dicitur em̃ & ſemẽ ſeminatũ,& ager ſeminatꝰ:qđ vtrũq; hic inuenitur. Vbi enim ait: Rapit quod ſeminatum eſt,de ſemine intelligendum eſt:vbi autẽ ſequitur,Secus viam ſeminatꝰ eſt: nõ de

mine,ſed de loco ſeminis intelligendũ eſt, id eſt homine qui eſt quaſi ager diuini verbi ſemine ſeminatꝰ.Remi.His autem verbis exponit dominus quid ſit ſemẽ, verbum.ſ.regni.i.euangelicæ doctrinæ.Sunt em̃ nonnulli qui verbum dei nulla cordis deuotiõe ſuſcipiũt, & ideo ſemen verbũ dei,quod in eorum cordibus ſeminatur,dæmones quaſi ſemen viæ tritæ ſubito auferunt.Sequitur: Qui autem eſt ſeminatus ſupra petrã, hic verbũ &c. Semen em̃ verbũ dei quod in petra.i. corde duro & indomito ſeminat, fructificare nõ poteſt.quia multa eſt eius duritia,& paruum cæleſte deſiderũ:vnde propter nimiam duritiam nõ habẽt in ſe radicem.Hiero.Attende autem quòd dictum ſit:Continuo ſcandalizatur.Eſt ergo aliqua diſtantia inter eũ qui multis tribulationibus pœnisq̃ compellitur Chriſtum negare,& eum qui ad primam perſecutionẽ ſtatim ſcandalizatur,corruit,de qua hic loquitur.Sequitur:Qui autem ſeminatus, &c. Mihi videtur & illud quod iuxta literam ad Adam dicitur: Inter ſpinas & tribulos panem tuum manducabis:hic ſignificare myſticè quòd quicunque ſeculi ſe dederit voluptatibus, curisq̃; iſtius mundi,panem cæleſtem & cibũ verũ inter ſpinas comedit.Rabanus.Rectè autẽ ſpinæ vocantur,quia cogitationum ſuarum punctionibus mẽtem lacerant,& quaſi ſtrangulando ſpirituales virtutũ fructus gignere non permittunt.Hiero.Et eleganter adiunxit:Fallacia diuitiarum ſuffocat verbũ.Blandę em̃ ſunt diuitiæ:aliud agentes,aliud pollicentes. Lubrica eſt illarum poſſeſſio,dum huc illucq; circunferuntur: & inſtabili gradu vel habentes deſerunt, vel non habentes reficiunt:vnde & dominus diuites aſſerit difficulter intrare in regnum cælorum ſuffocantibꝰ diuitiis verbum dei,& vigorẽ virtutũ emollientibus.Remi.Et ſciendum ꝙ his tribus generibꝰ terrę nequam, comprehenduntur omnes qui verbum dei audire poſſunt,ſed tamen ad ſalutem perducere non valent.Excipiuntur gentiles,qui nec audire meruerunt. Sequitur: Qui vero in ter.bo.&c. Terra bona eſt fidelis conſcientia electorum,ſiue mens ſanctorũ: quæ verbũ dei cum gaudio & deſiderio, & cordis deuotiõe ſuſcipit: & inter proſpera & aduerſa viriliter conſeruat, & ad futura perducit.vnde ſequitur:Et facit fructum aliud cẽteſimum,aliud ſexageſimum, aliud vero triceſimũ. Hiero.Et notãdum quòd ſicut in terra mala tres fuere diuerſitates.ſ.ſecꝰ viam, & petroſa, & ſpinoſa loca: ſic in terra bona,trina diuerſitas eſt:centeſimi,ſexageſimi,& fructꝰ triceſimi.Et in illa,aut etiam in iſta nõ mutatur ſubſtantia,ſed voluntas:& tam incredulorũ q̃ credentium corda ſunt,qui ſemen recipiunt. Vnde primo dixit:Venit malus, & rapit qđ ſeminatũ eſt in corde eius:& ſecundo,& tertio ait:Hic eſt qui verbũ audit.In expoſitione quoq; terræ bonæ,iſte eſt qui audit verbũ.Primum ergo debem̃ audire,deinde intelligere,poſt intelligentias fructus reddere doctrinarũ: & facere vel centeſimũ fructũ, vel ſexageſimum atq; triceſimũ.Augu.21.de ciui.dei. Quidã putant hoc ſic eſſe intelligendũ,quòd ſancti pro ſuorum diuerſitate meritorũ alii tricenos homines liberent, alii ſexagenos,alii centenos:quod in die iudicii futurũ ſuſpicari ſolent,non poſt iudicium.qua opinione quidã cũ videret homines impunitatẽ peruerſiſſime pollicentes,eo ꝙ omnes iſto modo ad liberationem pertinere poſſe videantur:reſpondit,bene potius eſſe viuẽdum,vt inter eos quiſq; reperiat, qui pro aliis interceſſuri ſunt liberandis:ne tam pauci ſint vt cito ad numerũ ſuum peruenientes multi remaneant,qui erui iam de pœnis illorum interceſſione non poſſint, & in eis inueniat quiſquis ſibi ſpem fructꝰ alieni temeritate vaniſſima pollicetur.Remi.Tricesimum ergo fructum facit,qui fidem ſanctæ trinitatis docet:ſexageſimum vero, qui perfectionem bonorum operum commendat:ſenario em̃ numero omnis mundi ornatus completus eſt. Cẽteſimum autẽ fructum facit,qui vitam æternam promittit:centenarius enim de læua tranſit ad dexterã:ꝓ læuam autem vita præſens deſignatur, per dexterã futura.Aliter ſemẽ verbi dei triceſimum fructum facit, quando bonam cogitationem gignit: ſexageſimum, quando bonam locutionem:centeſimum, quando ad fructum boni operis perducit. Aug.de quæſt.euange. Vel aliter:Cẽteſimus fructus, eſt martyrum, propter ſanctitatem vitæ,vel contemptum mortis.Sexagenarius,virginũ:propter otium interius, quia nõ pugnãt contra conſuetudinem carnis:ſolet enim otium cõcedi ſexagenariis poſt militiam,vel poſt actiones publicas:triceſimꝰ vero,coniugatorũ:quia hæc eſt ætas prę liantiũ,ipſi habent acriorem cõflictum,ne libidinibꝰ ſuperentur.Vel aliter: Confligendum eſt cum amore temporalium bonorũ,vt ratio vincat:aut etiã edomitus ſubditusq; eſſe,vt cum ſurgere cœperit, facile reprimat:aut ita extinctus, vt ſe omnino nulla ex parte cõmoueat.Ex quo fit vt ipſam etiam mortẽ ꝓpter veritatẽ alii fortiter ſubeant,alii ęquanimiter,alii libenter:quæ tria genera fructus ſunt terræ triceni, & ſexageſimi,& centeſimi.In horũ aliquo genere inueniendus eſt tẽpore mortis ſuæ,ſi quis de hac vita recte cogitat emigrare.Hiero.Vel cẽteſimus fructus,virginibus:ſexageſimꝰ,viduis & continẽtibus:triceſimꝰ, ſancto matrimonio deputatur.Nam ipſa digitorũ coniũctio,& quaſi molli ſe oſculo cõplectẽs & fœderãs maritum pingit & coniugẽ:ſexaginta ad viduas,eo ꝙ in anguſtia & tribulatione ſint poſitæ. vnde & inferiori digito deprimũtur, quãto maior eſt difficultas expertę quondã voluptatis illecebris abſtinere, tãto maius & pręmiũ.Porrò cẽteſimus numerus à ſiniſtra tranſit ad dexteram,& iiſdem digitis non eadẽ manu circulum faciẽs,exprimit virginitatis coronam.

Aliam parabolam propoſuit illis,dicens:Simile factum eſt regnum cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.Cum autẽ dormirent homines,uenit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici,& abiit.Cũ autem creuiſſet herba,& fructum feciſſet: tunc apparuerunt & zizania.Accedentes autẽ ſerui patrisfamilias,dixerunt ei:Domine,nõne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo?Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis igitur imus & colligimus ea? Et ait: Nõne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticũ.Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem: & in tempore meſſis dicam meſſoribus:Colligite primũ zizania,& alligate ea in faſciculos ad comburendum:triticũ autem congregate in horreum meum.

Chry.In præcedenti parabola locutus eſt dñs de his qui verbũ dei nõ ſuſcipiũt,hic aũt de his qui ſuſcipiunt corruptiuũ ſermonẽ:etem̃ hoc eſt diabolicę machinationis,veritati ſemp errorẽ inſerere.vñ dicitur: Aliam parabolã propo. &c. Hiero.Propoſuit aũt aliã parabolam,quaſi diues paterfamiliãs inuitatos diuerſis reficiens cibis,vt vnuſquiſque ſecundum naturam ſui ſtomachi varia alimenta ſuſciperet.Non autem dixit alteram,ſed aliã.Si enim propoſuiſſet alterã,expectare tertiam non poteramus:præmiſit aliam,vt plures ſequãtur.Quę autem ſit parabola,oſtenditur cum ſubditur: Simile factum eſt regnũ cælo.ho.qui ſe.&c. Remi.Regnũ cælorum appellat ipſum filiũ dei, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

regnū ſimile dicitur eſſe homini, qui ſeminauit bonū ſemen in agro ſuo. Chryſoſt. Deinde modum inſidiarū diaboli oſtendit, dicens: Cum autem dormirēt homines, venit inimicus eius & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abiit. Demonſtrat hic quōd error poſt veritatē exiſtit: quod & rerum exitus teſtatur. Et enim poſt prophetas fuerūt pſeudoprophetæ, & poſt apoſtolos pſeudoapoſtoli, & poſt Chriſtum Antichriſtus. Niſi em̄ diabolus viderit quid imitetur, vel quibus inſidiet, non tentat. quia igit vidit quōd hic reddit in fructu cēteſimū, ille lx, alius xxx, & non poterat rapere neq; ſuffocare quod radicatū erat: per aliā deceptionē inſidiat, interſerēs ſua, multis ea ſimilitudinibus colorās, vt facile ſurripiat his qui habiles ſunt ad deceptionē: propter hoc non dicit q̄ ſeminet aliquod aliud ſemen, ſed zizania, quæ ſecundū viſum aſſimilatur quodāmodo frumēto. Hinc etiam apparet diaboli malignitas: tunc enim ſeminauit, quādo vniuerſa erāt cōpleta, vt magis noceret agricolæ ſtudio. Auguſt. de quæſt. euang. Dicit autē cum dormirēt hoīes, quia cū negligentius agerent præpoſiti eccleſiæ, aut dormitionē mortis acciperent apoſtoli, venit diabol⁹, & ſuperſeminauit eos quos malos filios dominus interpretatur. Sed rectè quæritur vtrum hæretici ſint, aut malè viuentes catholici. Sed quōd dicit eos in medio tritici ſeminatos, quaſi videntur illi ſignificari, qui vnius cōmunionis ſunt. Verūtamen quoniā agrū ipſum non eccleſiam, ſed hunc mundum interpretatus eſt, bene intelliguntur hæretici: qui in hoc mundo permiſcent bonis, vt illi qui in eadem fide mali ſint, palea potius q̄ zizania deputentur, quia palea etiam fundamētum habet cū frumento radicemq́; communē. Schiſmatici autē videntur ſpicis corruptis etiā ſimiliores, vel paleis ariſtarū fractis vel ſciſſis & de ſegete abiectis: nec tamen conſequens eſt vt omnis hęreticus vel ſchiſmaticus ab eccleſia corporaliter ſepareť. multos em̄ portat eccleſia, quia non ita defendunt falſitatē ſentētiæ ſuæ, vt intentā multitudinē faciant: quod ſi fecerint, tunc expelluntur. Cum ergo diabolus aſperſis prauis erroribus, falſisque opinionibus ſuperſeminaſſet, hoc eſt præcedente nomine Chriſti hæreſes ſuperieciſſet: magis ipſe latuit, atque occultiſſimus factus eſt. Hoc eſt enim quod dicit: Et abiit, quāquam in hac parabola dominus ſicut in expoſitione concluſit non quædā, ſed omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, zizaniorum nomine ſignificaſſe intelligitur. Chryſoſt. Ex poſterioribus aūt diligenter hæreticorū formam deſcribit, dicens: Cum autem creuiſſet herba & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. In principio em̄ hæretici obūbrant ſeipſos, cum autē multā acceperint libertatē, & ſermone aliquis cū eis participauerit, tunc venenum effundunt. Aug. de con. euange. Vel aliter: Cum homo ſpiritualis eſſe cœperit diiudicans omnia, tunc ei errores incipiunt apparere: diſcernit em̄ quicquid audierit, aut legerit abhorrere à regula veritatis: ſed donec in eiſdē perficiatur ſpiritualib⁹, poteſt eum mouere, quare ſub nomine Chriſtiano tam multæ hæreticorū extitere falſitates. vnde ſequitur: Accedentes aūt ſerui patrisfamiliâs dixerunt ei: Domine, nónne bonū ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? &c. Vtrū autē ipſi ſint ſerui quos poſtea meſſores appellat, an quia in expoſitione parabolæ meſſores dicit eſſe angelos? nec quiſquā dicere facile auſus fuerit angelos neſciſſe, quia zizania ſuperſeminauerit: magis oportet intelligi homines fideles ſeruorum nomine hoc loco ſignificatos. nec mirum ſi & bonum ſemen ipſi dicūtur: ex diuerſis enim ſignificationibus vna res diuerſas ſimilitudines recipit: ſicut & de ſe ait, quōd ipſe ſit ianua, quōd ipſe ſit paſtor. Remi. Accedūt aūt ad deū ſine corpore, ſed cor de & mentis deſiderio. quo docēte intelligunt diaboli calliditate hoc eſſe factū. vnde ſequitur: Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Hiero. Diabolus propterea inimicus homo appellatur: qui de⁹ eſſe deſiit, & in no no pſal. ſcriptū eſt de eo: Exurge dñe, non confortetur hō. Quāobrē non dormiat qui eccleſiæ præpoſit⁹ eſt, ne per illius negligentiā inimicus hō ſuperſeminet zizania, hoc eſt hæreticorū dogmata. Chry. Inimic⁹ aūt vocat propter iactūrā, quā infert hoībus: vexatio em̄ diaboli aduerſus nos eſt: principiū autē vexationis factū eſt non ab inimicitia quę eſt ad nos, ſed quæ eſt ad deū. Auguſt. de quæſt. euang. Cū autē ſerui dei cognouerint hanc excogitaſſe diabolū fraudē, cū contra tāti noīs auctorē nihil ſe valere ſentiret, vt fallacias ſuas eodē noīe obtegeret, poteſt ſibi ſuboriri voluntas, vt tales hoīes de reb⁹ hūanis auferāt, ſi aliquā tēporis habeant facultatē: ſed vtrū facere deceant, iuſtitiā dei conſulunt. vnde ſequitur: Serui autē dixerūt ei, ſi im⁹ & colligimus ea? Chryſoſto. Vbi intuenda eſt ſeruorū diligentia & dilectio: etem feſtinant zizania euellere: quod modo monſtrat eorū de ſemine ſolicitudinē. Ad hoc em̄ ſolū reſpiciunt, non vt aliquis puniatur, ſed vt ſeminata non pereant. Quid autē dñs reſponderit, ſubditur: Et ait, non. Hierony. Datur em̄ locus pœnitentiæ, & monemur ne cito amputemus fratrē: quia fieri poteſt vt ille qui hodie noxio depraua⁹ eſt dogmate, cras reſipiſcat, & defendere incipiat veritatem. vnde ſubditur: Ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticū. Auguſt. de quęſt. euang. In quo eos patientiſſimos & tranquilliſſimos reddit: hoc em̄ dicitur, quia boni dū adhuc infirmi ſunt, opus habēt in quibuſdā malorū cōmixtione: ſiue vt per eos exerceā-tur, ſiue vt eorū cōparatione magna illis exhortatio fiat & inuitentur ad melius. Aut fortè ſimul eradicatur triticū cū auferūtur zizania, quia multi primo zizania ſunt, & poſtea triticū fiunt: qui niſi patiēter cū mali ſunt tolerentur, ad laudabilē mutationē nō perueniunt. itaque ſi euulſi fuerint, ſimul eradicatur & triticū, quod futuri eſſent ſi eis parceretur. Ideo dicit tales non eſſe auferendos de hac vita: ne cū malos conatur interficere, bonos interficiat, qđ fortè futuri ſūt: aut bonis obſit, quibus & inuitis vtiles ſunt. Sed tūc opportune hoc fiet, cū iā de fine non reſtat, vel tēpus cōmutandæ vitæ, vel proficiendi ad veritatē ex occaſione atque cōparatione alieni erroris. & ideo ſubdit, Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem. i. vſq; ad iudiciū. Hiero. Videtur autē hoc eſſe contrariū illi præcepto: Auferte malū de medio veſtrū. Si em̄ prohibetur eradicatio, & vſq; ad meſſem tenenda eſt patiētia: quo modo eiiciendi ſunt quidā de medio noſtrū? Sed inter triticū & zizania (quod nos appellam⁹ loliū) q̄diu herba eſt, & necdū calam⁹ venit ad ſpicā, grādis ſimilitudo eſt: & in diſcernēdo aut nulla, aut difficilis ſubſtantia. primo monet ergo dñs ne verbi quod ambiguū eſt, cito ſententiā proferamus, ſed deo iudici referuemus: vt cū dies iudicii venerit, ille non ſuſpicionē criminis, ſed manifeſtū reatū de ſctōrum cœtu eiiciat. Aug. contra epiſt. Parmeniani. Cū em̄ quiſque Chriſtianorū intus in eccleſia conſtitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehenſus, vt anathemate dign⁹ habeatur: fiat hoc (vbi periculū ſchiſmatis nō timeť) cū dilectione, nō ad eradicandū, ſed ad corrigēdū: q̄ ſi ſe nō agnouerit, neq; pœnitēdo correxerit, ita foris exiet, & per propriā voluntatē ab eccleſiæ comunione diri-

Hęreſeos prauitas.

Concordātia euāgeliorum.

dirimetur: vnde dñs cū dixiſſet, Sinite vtraq; creſcere vſque ad meſſem: ſubiunxit cauſam, dicens: Ne fortè cum vultis colligere zizania, eradicetis ſimul & triticum. Vbi ſatis oſtendit cū metus iſte non ſubeſt, ſed omnino de frumentorum ſtabilitate certa ſecuritas manet, id eſt quando ita cuiuſque crimen notum eſt, & oībus execrabile apparet, vt vel nullos prorſus vel non tales habeat defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere, non dormiat ſeueritas diſciplinæ: in qua tanto eſt efficacior emendatio prauitatis, quāto diligentior fuerit obſeruatio charitatis. Cum vero idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud boni reſtat q̄ dolor & gemit⁹: ſic igitur miſericorditer corripiat homo quod poteſt, quod autē non poteſt patienter ferat: & ex dilectiōe gemat atque lugeat, donec ille deſuper emendet ac corrigat, atq; vſq; ad meſſem differat eradicare zizania & paleā vētilare. Turba aūt iniquorū cū facultas eſt in populis promēdi ſermonē generali obiurgatione ferīēda eſt, & maxīe ſi occaſionē atq; opportunitatē præbuerit aliquod domini deſuper flagellū, quo eos appareat pro ſuis meritis vapulare: tūc em̄ aures humiles præbet emendari ſermone calamitatis auditorū, & facilius in gemitū confitēdi q̄ in murmura reſiſtendi afflicta corda cōpellit. q̄q̄ etſi nulla calamitas tribulationis premat, cū facultas detur vtiliter corripiť in multitudine multitudo. Nā ſicut ſeparata fœuire, ſic in ipſa congregatione obiurgata gemere cōſueuit. Chry. Hoc autē dixit dñs prohibēs occaſiones fieri: neq; em̄ oportet interficere hęreticū, quia prælīū inexpiabile in orbē terrarū induceretur: & ideo dicit: Ne eradicetis ſimul cū eis frumentū. i. ſi moueritis arma, & occideritis hæreticos, neceſſe eſt multos ſanctorū ſimul ſubmitti: nō ergo detinere hæreticos, & abſcindere liberā eorū propalationē, & ſynodos & ſtudia diſſoluere prohibet, ſed interficere & occidere. Aug. ad Vincē. Hęc aūt primit⁹ mea ſentētia erat, neminē ad vnitatē Chriſti eſſe cogēdū: verbo em̄ agēdū, diſputatiōe pugnādū, ratiōe vincēdū: ne fictos catholicos haberem⁹, quos aptos hæreticos noueramus. Sed hęc opinio mea non contradicentiū verbis, ſed demonſtrantiū ſuperabatur exēplis. harū em̄ legū terror quibus promulgandis reges ſeruiunt dño in timore, ita profuit vt nūc alii dicant: Iā hoc volebam⁹, ſed deo gratias q nobis occaſionē præbuit & dilationum morulas amputauit. Alii dicāt: Hoc eſſe verū iā ſciebamus, ſed neſcio qua conſuetudine tenebamur: gratias deo, qui vincula noſtra dirupit. Alii dicāt: Ne ſciebamus hoc eſſe veritatem, nec eam diſcere voleba mus, ſed ad eā cognoſcendam metus fecit intētos: gratias domino, qui negligentiā noſtrā ſtimulo terroris excuſſit. Alii dicant: Nos falſis rumorib⁹ terrebamur intrare, quos falſos eſſe neſciremus niſi intrarem⁹: nec intraremus, niſi cogeremur: gratias deo qui prædicationem noſtrā flagello abſtulit, expertos docuit, q̄ vana & inania de eccleſia ſua mendax fama iactauerit. Alii dicant: Putabamus quidem nihil intereſſe vbi fidem Chriſti teneremus: ſed gratias domino qui nos à diuiſione collegit, & hoc vni deo cōgruē, vt in vnitate colatur oſtendit. Seruiāt ergo reges terræ Chriſto, leges ædendo pro Chriſto. Aug. ad Bonifaciū comitē. Quis autē veſtrum velit non ſolum aliquē hæreticorū perire, verūetiam aliquid perdere? ſed aliter nō meruit habere pacem domus Dauid, niſi Abſalon filius eius in bello quod contra patrē gerebat fuiſſet extinctus: q̄uis magna cura mandauerit ſuis, vt eū quātum poſſent viuum ſaluūq; ſeruarent: & eſſet cui pœnitēti paternus affectus ignoſceret. Quid autē ei reſtitit, niſi perditū flere, & ſui regni pacę acquiſita ſuam mœſtitiā conſolari? Sic ergo catholica mater eccleſia, ſi aliquorū perditione tam multos cæteros colligit, dolorem materni cordis linit, & ſanat tātorū liberatione populorū: vbi eſt autē quod iſti clamare cōſueuerunt, liberū eſt credere vel non credere? cui vim Chriſt⁹ intulit? quē coegit? ecce habent apoſtolum Paulū, agnoſcant in eo prius cogentem Chriſtum, & poſtea docentem: prius ferientem, & poſtea conſolantem. Mirū autē eſt quomodo ille qui pœna corporis ad euāgelium coactus intrauit, plus illis omnibus qui ſolo verbo vocati ſunt in euangelio laborauit. cur ergo nō cogeret eccleſia perditos filios vt redirent, ſi perditi filii coegerūt alios vt perirent? Sequitur: Et in tempore meſſis dicā meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum. Remi. Meſſis autē appellatur tēpus metendi: per meſſem vero deſignatur dies iudicii, in quo ſeparandi ſunt boni à malis. Chry. Sed propter quid dicit colligite primū zizania? vt non timeāt boni, quaſi ſimul cum zizaniis tollatur frumentum. Hiero. Quōd autē dicit zizanio rum faſciculos igni tradi, & triticū congregari in horrea, manifeſtū eſt hæreticos quoſque & hypocritas gehennæ ignibus concremandos: ſanctos vero, qui appellantur triticum, horreis, id eſt cęleſtibus manſionibus recipi. Auguſt. de quæſt. euan. Quæri autē poteſt cur non vnū faſcē, aut vnum aceruum zizaniorum fieri dixerit: niſi fortè propter varietatē hæreticorū, nō ſolum à tritico, ſed etiam à ſeipſis diſcrepantium. Ipſa vniuſcuiuſque hæreſeos, in quibus ſigillatim ſua cōmunione diſiuncti ſunt nomine faſciculorum deſignauit, vt etiā tunc incipiant alligari ad comburendū, cū à catholica cōmunione ſegregati, ſuas proprias quaſi eccleſias habere cœperint: vt combuſtio earum ſit in fine ſeculi, non alligatio faſciculorum. Sed ſi ita eſſet non tam multi reſipiſcendo & in catholicam remeando ab errore diſcederent. Quapropter alligatio faſciculorum in fine profutura eſt, vt non confuſe, ſed pro modo peruerſitatis ſuæ vniuſcuiuſque erroris pertinacia puniatur. Raba. Et notādum quōd vbi dicit: Seminauit bonum ſemen: notat bonam voluntatem, quę in electis eſt: vbi vero dicit, inimicus venit, &c. cautelā habendam intimare voluit: de qua creſcentibus zizaniis quaſi patienter ferens ait: Inimicus homo hoc fecit: patientiam nobis commendauit. vbi vero ait: Ne forte colligentes zizania, donauit nobis diſcretionis exemplum. Quando autem ſubiungit: Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, cōmendauit longanimitatem. Ad vltimū iuſtitiā, cū dixit: Alligate ea in faſciculos ad comburendum &c.

Aliam parabolam propoſuit eis, dicens: Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo: quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus. Cum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut uolucres cæli ueniāt, & habitēt in ramis eius.

Chryſo. Quia dominus dixerat quōd de ſemine tres partes pereunt & ſaluatur vna: & in ipſa rurſus quæ ſaluatur, multa efficitur iactura, propter zizania quę ſuperſeminantur, ne dicerent: Qui ergo erunt, & quanti fideles? conſequenter hūc timorem aufert per parabolam ſinapis, & ideo dicitur: Aliam parabolam propoſuit eis, dicens: Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo &c. Hiero. Regnum cælorū prædicatio euāgelii eſt & notitia ſcripturarū, quæ ducit ad vitā: de qua dicitur ad Iudæos, Auferet a vobis regnū dei. hmōi ergo regnū cęlorum eſt ſimi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

le grano ſinapis. Aug. de quæſt. euan. Granum nãq; ſinapis ad feruorem fidei pertinet, vel eo quòd dicatur venena expellere. ſequitur: Quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo. Hier. Homo qui ſeminat in agro ſuo, à pleriſq; ſaluator intelligit, qui in animis credentiũ ſeminat. Ab aliis, ipſe homo ſeminans in agro ſuo, id eſt in corde ſuo. Quis autẽ eſt iſte qui ſeminat, niſi ſenſus noſter & animꝰ? qui ſuſcipiens granũ prædicationis, & fouens, ſementẽ hũore fidei facit in agro ſui pectoris pullulare. ſequitur: Quod minimũ quidẽ eſt omnibus ſeminibus. Prædicatio euãgelii minima eſt omnibus diſciplinis: ad primam quidem doctrinam fidẽ non habet veritatis: hominẽ deum, deũ mortuum, & ſcandalum crucis prędicans: confer huiuſmodi doctrinam dogmatibꝰ philoſophorum & libris eorũ, & ſplendori eloquentiæ, cõpoſitioniq; ſermonum: & videbis quanto minus ſit cæteris ſeminibus ſemẽ euangelii. Chry. in ho. Vel minimum eſt ſemen euangelii, quia diſcipuli vniuerſis erant imbecilliores: ſed tamẽ quia magna erat virtus in eis, expanſa eſt eorũ prædicatio vbiq; terrarũ. & ideo ſequitur: Cum autẽ creuerit, maius eſt omnibus oleribus. i. dogmatibus. Aug. de quæſt. euan. Dogmata aũt ſunt placita ſectarũ. i. vt placuit ſectis. Hieron. Phariſæorum enim dogmata cũ creuerint, nihil mordax, nihil vitale demonſtrant, totum flaccidum marcidũq; ebullit in olera & in herbas, quæ cito areſcunt & corruunt. Prædicatio autem euãgelica, quæ parua videbatur in principio: cum vel in animam credentis, vel in totum mundũ ſata fuerit, non exurgit in olera, ſed creſcit in arborem: ita vt volucres cæli (quas vel animas credentiũ, vel fortitudines dei ſeruitio mancipatas ſentire debemꝰ) veniãt & habitent in ramis eius. vnde ſequitur: Et fit arbor, ita vt volucres cæli veniant & habitent in ramis eiꝰ. Ramos puto euangelicæ arboris, qui de grano ſinapis creuerint, dogmatum eſſe diuerſitates, in quibꝰ ſupra dictarum volucrũ vnaqueq; requieſcit. Aſſumamꝰ & nos pẽnas colũbæ vt altiora volitantes poſſimꝰ habitare in ramis huius arboris, & nidos nobis facere doctrinarum, terrenaq́ fugientes ad cæleſtia feſtinare. Hila. Vel grano ſinapis ſeipſum dominus cõparauit, acri ſemini & omniũ ſeminum minimo, cuius virtus preſſuris accendit. Greg. 19. Mora. Ipſe quidẽ eſt granũ ſinapis, q in orto ſepulturæ plãtatus arbor magna ſurrexit. Granum nãq; fuit cũ morereꝰ, arbor cum reſurgeret: granum per humilitatẽ carnis, arbor per potentiam maieſtatis. Hil. Granum igitur hoc poſtq̃ in agro ſeminatũ fuit. i. vbi à populo cõprehenſus & traditus morti, tanquã in agro fuit ſatione quadam corporis conſepultus, vltra menſurã omniũ olerũ excreuit, & vniuerſam prophetarum gloriam excedit. Oleris enim vitæ tanquam ægroto Iſrael data eſt prædicatio prophetarũ: ſed iam in ramis arboris cæli volucres inhabitant, apoſtolos ſcilicet ex Chriſti virtute protenſos, & mundũ inumbrantes in ramis intelligimus: in quos gentes in ſpem vitæ aduolabunt, & aurarum turbine. i. diaboli ſpiritu flatuq́; vexatæ, tãquam in ramis arboris conquieſcent. Greg. 19. Mora. In iſtis etiam ramis volucres requieſcunt: quia ſanctæ animæ quæ quibuſdam virtutũ pẽnis à terrena cogitatiõe ſe ſubleuant, in eorum dictis atque conſolationibus ab huiuſmodi fatigatione vitæ reſpirant.

Aliam parabolam locutus eſt eis, dicens: Simile eſt regnum cælorum fermento: quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.

Chry. Ad idem oſtendendum dominꝰ apponit parabolam de fermẽto. vnde dicitur: Aliam parabolam locutus eſt eis. Simile eſt regnum cælorum fermento. q. d. Sicut fermentum multam farinam tranſmutat in ſuam virtutẽ, ita & vos totũ mundũ tranſmutabitis. Et vide Chriſti prudẽtiã: ea em̃ quæ ſunt naturę inducit, demonſtrans, quoniã ſicut illa poſſibile eſt fieri, ita & hoc. Non aũt dixit quòd poſuit ſimpliciter, ſed abſcondit: acſi diceret: Ita & vos cũ ſubiecti fueritis impugnatoribus veſtris, tunc eos ſuperabitis. Et ſicut fermentũ ſuffoditur quidẽ, nõ autem deſtruitur: ſed paulatim ad ſuũ habitum omnia tranſmutat, ſic & in prædicatione veſtra continget. Nõ itaq; quia multas dixi ſuperuenturas vobis vexationes, timeatis: ita em̃ fulgebitis, & omnes ſuperabitis. Tria aũt ſata hic pro multis poſuit, hunc em̃ numerum determinatum pro multitudine indeterminata accepit. Hiero. Satũ autem, eſt genus menſuræ iuxta morẽ prouinciæ Palęſtinæ, vnũ modiũ & dimidium accipiens. Auguſt. de quæſt. euan. vel fermentum dicit dilectionẽ, eo ꝙ ferueſcere facit & excitat. Mulierẽ, ſapientiam dicit. In farinæ autẽ ſatis tribus intelliguntur, vel tria illa in homine, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: vel tria illa fructifera: centeſimũ, ſexageſimũ, & triceſimum: vel tria illa genera hominũ: Noe, Daniel, & Iob. Raba. Dicit autẽ donec fermentatũ eſt totũ: quia charitas in noſtra mente recondita eouſq; creſcere debet, vt totã mentẽ in ſui perfectionem cõmutet: quod hic quidẽ inchoatur, in futuro vero perficietur. Hier. Vel aliter: Mulier iſta quæ fermentũ accipit, & abſcõdit: prędicatio mihi videtur apoſtolica, vel eccleſia de vniuerſis gentibus congregata: hæc tollit fermẽtum, intellectũ ſcilicet ſcripturarũ, & abſcondit illud in farinæ ſatis tribus, vt ſpiritus, anima, & corpus in vnũ redacta non diſcrepent inter ſe: Vel aliter: Legimus in Platone tria eſſe in anima: rationale, iraſcibile, & concupiſcibile: & nos ergo ſi acceperimus fermẽtum euangelicũ ſacrarũ ſcripturarum, in ratione poſſideamus prudentiã, in ira odium contra vitia, in deſiderio cupiditatẽ virtutũ: & hoc totum fiet per euangelicam doctrinã, quã nobis mater eccleſia præſtitit. Dicã & quorundã intelligentiã: mulierẽ iſtã & ipſi eccleſiã interpretantur, quæ fidẽ hoĩs farinæ ſatis tribus cõmiſcuit. ſ. credulitati patris & filii & ſpiritus ſancti: cum in vnũ erit fermentata, non nos ad triplicẽ deũ, ſed ad vnius diuinitatis perducit notitiã. Pius quidẽ ſenſus, ſed nunquã parabolæ & dubia ænigmatũ intelligẽtia poſſunt ad auctoritatẽ dogmatũ proficere. Hila. Vel aliter: Fermento ſe dñs cõparauit: fermentũ em̃ de farina eſt, quod virtutẽ acceptã aceruo ſui generis reddit: hoc autẽ fermentũ acceptũ mulier, ſynagoga ſcilicet per iudiciũ mortis abſcondit. hoc autem in farinę mẽſuris tribus, id eſt legis, prophetarũ, euangeliorũ æqualitate coopertũ, oĩa vnũ fecit, vt quod lex conſtituit, prophetæ nunciauerunt, idipſum euangeliorum profectibꝰ expleatur, quãq̃ ad triũ gentiũ vocationẽ, ex Sem, Cham, & Iaphet, tres mẽſuras farinæ eſſe referẽdas ſenſiſſe multos memini. Sed neſcio an hoc ita opinari ratio permittat, cũ etſi oĩm gẽtiũ vocatio ſit, in his tamen Chriſtus non abſconſus ſit ſed oſtenſus: & in tanta infidelium multitudine non fermentatũ eſt totum.

Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas: & ſine parabolis non loquebatur eis. Vt impleretur quod dictum erat per prophetam, dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.

Chry. Poſt p̃miſſas parabolas ne aliqs opinareꝰ ꝙ Chriſtꝰ noua induceret, ĩduxit euãgeliſta, pphetã, etiã hunc prædicentẽ doctrinæ modum. Et ideo dicit: Hęc omnia &c. Marcus autẽ ait: Quoniã ſicut poterant audire, loquebatur eis ſermonem in parabolis. vnde nõ mireris ſi de regno diſputans, grani & fermẽti meminit: hominibus enim loquebatur idiotis, & indigentibus ab his iuduci. Remi. Parabola græcè, latinè dicitur ſimilitudo, per quã veritas demonſtrat. Oſtendit quippe in ipſa ſimilitudine quaſdam figuras verborũ, & imagines veritatis. Hiero. Non autẽ diſcipulis, ſed turbis parabolas loquebat: & vſq; hodie turbæ in parabolis audiunt. & ideo dicitur: Et ſine parabolis non loquebatur eis. Chry. Quãuis enim nõ multa ſine parabolis turbis dixerit, ſed tamen tunc nihil. Augu. de quæſt. euan. Vel hoc dicitur, nõ quia nihil proprie locutꝰ eſt, ſed quia nullũ ferè ſermonẽ explicauit, vbi nõ per parabolam aliquid ſignificauerit: quãuis in eo aliqua & propriè dixerit, ita vt ſæpe inueniatur totus ſermo eius parabolis explicatus, totꝰ autẽ propriè dictus nullus inueniatur. Explicatos autẽ ſermones dico, quãdo ex aliqua occaſione rerũ incipit loqui, quouſque terminet quicquid ad ipſam rẽ pertinet, & trãſeat ad aliud. Nonnũquam ſanè alius euãgeliſta contexerit, quod alius diuerſis tẽporibꝰ dictum indicat: nõ enim omnino ſecm rerum geſtarũ ordinem, ſed ſecm ſuę quiſque recordationis facultatẽ, narrationẽ, quam exorſus eſt, ordinauit. Quare autẽ in parabolis loqueretur, manifeſtat euangeliſta, cum ſubdit: Vt adimpleretur quod &c. Hiero. Hoc teſtimonium de 77. pſalmo ſumptum eſt. Legi in nõnullis codicibus eo loco, vbi nos poſuimus, & vulgata æditio habet: Vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam dicẽtem, vbi ſcriptum eſt per Eſaiã prophetam dicentẽ. Remi. Vnde Porphyrius obiecit fidelibus: Euãgeliſta veſter tãtæ inſipientię fuit, vt qđ reperitur in pſalmis, ipſe deputauerit Eſaię. Hier. Quia ergo minime inueniebatur in Eſaia, arbitror poſtea à prudentibus viris eſſe ſublatum. Sed mihi videtur in principio ita æditum: Quod ſcriptum eſt per Aſaph prophetam, dicentem. Septuageſimus em̃ ſeptimus pſalmus, de quo ſumptũ eſt hoc teſtimoniũ, Aſaph prophetæ inſcribit: & primum ſcriptorem nõ intellexiſſe Aſaph, & putaſſe ſcriptoris vitiũ, atq; emendaſſe nomen Eſaię, cuius vocabulũ manifeſtius erat. Sciendum eſt itaque ꝙ non ſolũ Dauid, ſed etiã cæteri (quorum in pſalmis & hymnis & canticis dei, præſcripta ſunt nomina) prophetæ ſunt appellandi, Aſaph videlicet, & Idithum, Emam Eſraytes, & reliq quos ſcriptura cõmemorat, quodq́; in perſona domini dicit: Aperiã in parabolis os meũ, &c. Conſiderandũ attentius & inueniendum deſcribi egreſſum Iſraelis ex Aegypto: & omnia ſigna narrari quę in Exodi cõtinentur hiſtoria. Ex quo intelligimꝰ vniuerſa illa quæ ibi ſcripta ſunt parabolicè ſentienda, & manifeſtare abſcondita ſacramẽta. Hoc em̃ ſaluator edicturum ſe eſſe promittit, dicẽs: Aperiã in parabolis os meũ. Glo. q. d. Qui prius locutꝰ ſum per prophetas, modo in propria perſona aperiam os meũ in parabolis, & eructabo de theſauro mei ſecreti, emittam myſteria, quæ abſcondita erant à conſtitutione mundi.

Tunc dimiſſis turbis uenit in domum. Et acceſſerũt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Ediſſere nobis parabolam ziza niorum agri. Qui reſpondens ait illis: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis. Ager autem, eſt mundus. Bonũ uero ſemen, hi ſunt filii regni: zizania autem, filii ſunt nequã. Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Meßis uero, conſummatio ſeculi eſt. Meſſores autem, angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in cõſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

Chry. Locutꝰ fuerat dñs turbis in parabolis, vt eos ad interrogãdum induceret: & q̃uis multa in parabolis dixiſſet, nullus tamen eũ interrogauit: & ideo eos dimiſit. vnde ſequitur: Tunc dimiſſis turbis, venit in domum. Nullus autem eum ſcribarũ ſequitur. Vñ manifeſtum eſt ꝙ propter nihil aliud prius ſequebant, q̃ vt eũ caperent in ſermone. Hiero. Dimittit aũt turbas Ieſus, & domũ reuertitur, vt accedãt ad eum diſcipuli, & ſecreto interrogent, quæ populꝰ nec merebaũ audire, nec poterat. Raba. Myſticè aũt dimiſſa turba tumultuantium Iudæorũ ingrediẽ eccleſiam gentiũ, & ibi fidelibus exponit ſacramenta cæleſtia. vnde ſequit: Et acceſ. ad eũ &c. Chryſo. Cum aliquando volentes diſcere formidauerint interrogare: nũc libere interrogãt & cõfiſi ſunt, qm̃ audierant: Vobis datũ eſt nõſſe myſterium regni dei: ideoq́; ſingulariter interrogant, non multitudinẽ ęmulantes, quibus non erat datum. Dimittunt aũt parabolam ferm̃ti & ſinapis, vt manifeſtiores. Interrogant aũt de parabola zizaniorum, quia habet conuenientiam ad prę miſſam parabolã de ſemine, & aliquid amplius oſtendit: dominus aũt quæ eſſet parabola, exponit. vnde ſequitur: Qui reſpondẽs ait eis: Qui &c. Remi. Ideo aũt dominus ſe filiũ hominis appellauit, vt hoc indicio nobis exẽplũ hũilitatis relinq̃ret: ſiue quia futurũ erat, vt hæretici negarent eum verum hominẽ eſſe, ſiue vt per humanitatis fidẽ poſſimus cõſcendere ad diuinitatis cognitionem. Sequit: Ager aũt eſt mundus. Glo. Cum autẽ ipſe ſit qui ſeminat agrum ſuũ, manifeſtum eſt quòd præſens mũdus eſt eius. Sequit: Bonum vero ſemen, &c. Remi. i. ſancti & electi viri, qui inter filios regni cõputantur. Aug. contra Fauſtũ. Zizania aũt exponit dominꝰ nõ aliqua falſa veris ſcripturis immiſſa, ſicut Manichęus interpretatur, ſed omnes filios maligni. i. imitatores diabolicæ falſitatis. vnde ſequitur: Zizania autẽ ſunt filii nequã. Per quos omnes impios & malignos vult intelligi. Aug. de quæſt. euan. Omnis autem immũditia in ſegete, zizania dicuntur. Sequitur: Inimicꝰ aũt &c. Chry. Etenim hoc diabolicæ eſt machinatiõis, veritati ſemper inſerere errorẽ. Sequit: Meſſis vero conſummatio eſt ſeculi. Alio aũt loco ait, de Samaritanis loq̃ẽs: Leuate oculos veſtros & cõſiderate regiones, quoniam iam albæ ſunt ad meſſem. Et rurſus: Meſſis quidẽ multa, operarii aũt pauci: in quibus verbis meſſem dicit iã adeſſe. Qualiter ergo hic eã dicit eſſe futurã? Sed ſciendum quòd in alia ſignificatiõe meſſem dicit: vnde & ibi dicit quòd aliꝰ eſt qui ſeminat, & alius qui metit: hic aũt eundẽ dicit eſſe qui ſeminat, & qui metit: quoniã ibi nõ ad ſui differentiã, ſed apoſtolorum pphetas induxit. Etem̃ ipſe Chriſtus per prophetas ſeminauit in Iudæis & Samaritanis. Idẽ ergo nominat ſemen & meſſem ſecundũ aliud & aliud. Cũ em̃ de obedientia loquaꝝ, & perſuaſione ad fidẽ, tunc vocat meſſem: ſicut in quo totũ perficit. Sed cũ inquirit de fructu auditionis verbi dei, tũc cõſummationẽ dicit meſſem, ſicut hic. Remi. Per meſſem em̃ deſignatur dies iudicii, in quo ſeparãdi ſunt boni à malis, qđ fiet miniſterio angelorũ, vnde infra dicitur, ꝙ veniet filius hoĩs cũ angelis ſuis iudicare. ꝓpter quod ſequitur: Meſſores aũt angeli ſunt. Sequitur: Sicut ergo colligunt zizania &c. Aug. 20. de ciui. dei: Nũquid de regno illo vbi nulla ſunt ſcãdala? de regno ergo iſto eiꝰ

quod est hic.s.ecclesia,colligentur.Aug.de quę.euan. Quod autem primo separantur zizania, hoc est,quia tribulatione præcedente separabũtur impii à piis,qđ per bonos angelos intelligitur fieri:quia officia vidictæ possunt implere boni bono animo,quomodo lex, quomodo iudex:officia vero misericordiæ, mali implere non possunt.Chry.Vel potest intelligi de regno cęlestis ecclesiæ,& tunc ostenditur hic duplex pœna: videlicet ꝙ excidunt à gloria, in hoc ꝙ dicit:Et colligent de regno eius omnia scandala.s.ne scãdala in regnum eius intrent:& quod comburũtur,in hoc quod subdit:Et mittent eos in caminum ignis.Hier. Omnia autem scandala referuntur ad zizania. hoc autem quod dicit:Et cõlligẽt de reg.&c.Inter hæreticos & schismaticos,qui faciunt iniquitatem, voluit distinguere:vt per eos qui faciunt scandala,intelligãtur hæretici:per eos vero qui faciunt iniquitates,intelligantur schismatici.Glos. Vel aliter: Per scandala possunt intelligi illi qui præbent proximo occasionem offensionis aut ruinæ: per facientes iniquitatem,quoscunque peccantes.Rabanus.Obserua quod dicit: Et eos qui faciunt iniquitatem,non qui fecerũt. quia nõ qui conuersi sunt ad pœnitentiam, sed solum qui permanent in peccatis,æternis cruciatib⁹ mancipãdi sunt. Chry.Vide autem ineffabilem dei amorem ad homines.Est enim ad beneficia promptus, & ad pœnã tardus.Cum enim seminat,per seipsum seminat:cum autem punit,per alios:mittit enim ad hoc angelos suos. Sequitur:Ibi erit fletus & stri.den.Remi. His verbis demonstratur vera corporum resurrectio.nihilo min⁹ ostenditur per hoc duplex pœna inferni:scilicet nimii caloris,& nimii frigoris.sicut autem scandala referuntur ad zizania,ita iusti reputãtur in filios regni.de quibus sequitur:Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum:in præsenti enim seculo fulget lux sanctorum coram hominibus,post consummationem autem mundi,ipsi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui.Chryso.Non quia ita solum sicut sol,sed quia hoc sydere aliud magis luculentum non noscimus,cognitis nobis vtitur exemplis.Remi.Quod autem dicit:Tunc fulgebunt,intelligendum est, quia & nunc fulgent in exemplum aliorum:sed tunc fulgebunt sicut sol,ad laudandum deũ.Sequitur:Qui habet aures aud.&c.Raba.id est qui habet intellectum intelligat, quia mystice hæc omnia intelligenda sunt.

Simile est regnũ cælorũ thesauro absondito in agro: quem qui inuenit homo,absondit,& præ gaudio illius uadit,& uendit uniuersa quæ habet,& emit agrum illum.

Chrys.Parabolæ quas supra dñs posuerat de fermento & sinapi,ad virtutẽ euangelicæ prædicationis referuntur,quoniã superabit orbem terrarum:nũc autem vt preciositatem & magnificentiam eiusdẽ ostenderet,proponit parabolam de thesauro & margarita, dicens:simile est regnum cælorum the.abscõ.in agro. Prædicatio em euangelii occultata est in mundo:& si non vẽdideris omnia,nõ emes eam:& cũ gaudio hoc oportet facere.vnde sequitur: Quem qui inuenit homo absondit.Hila. Hic quidem thesaurus gratis inuenitur.Euangeliorum enim prædicatio in absondito est.Sed vtendi & possidẽdi huiusmodi thesauri cũ agro potestas nõ potest esse sine precio, quia cælestes diuitiæ nõ sine dãno seculi possidẽt.Hier.Quod autem absondit,nõ de inuidia facit,sed more seruantis & nolentis prodere:absondit in corde,quem pristinis prætulit facultatibus.Greg.in ho.Vel aliter:Thesaurus in agro absondit⁹, est cęleste desideriũ. Ager vero in quo thesaurus absõditus,est disciplina studii cælestis:quẽ.s.thesaurum cũ inuenit homo absondit,scilicet vt seruet.quia studium cælestis desiderii à malignis spiritibus custodiri nõ sufficit ei,qui hoc ab humanis laudibus non absondit:in præsenti etenim vita quasi in via sumus,qua ad patriam pergimus.Maligni autem spiritus iter nostrum, quasi quidam latrũculi,obsident.Deprædari ergo desiderant,qui thesaurũ publicè portant i via.Hoc autẽ dico,non vt proximi nostri opera nostra non videant, sed vt per hoc qđ agimus,laudes exterius non quæramus. Cælorũ autẽ regnum ideirco terrenis reb⁹ simile dicitur: vt ex his quæ anim⁹ nouit, surgat ad incognita,vt per hoc qđ scit notum diligere,discat ignotum amare.Sequit:Et præ gaudio &c.Agrum profecto venditis omnib⁹ cõparat,q voluptatibus carnis renuntians, cũcta sua terrena desideria per disciplinæ cælestis custodiã calcat. Hiero.Vel thesaurus iste in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absc̃diti, aut deus verbum est, qui in carne Christi videtur absconditus : aut sanctæ scripturæ,in quib⁹ reposita est notitia saluatoris.Augus.de quæst.euang.Hunc autem thesaurum dixit in agro absconditũ.s.duo testamenta in ecclesia: quæ cũ quis ex parte intellectus attigerit, sentit illic magna latere,& vadit & vendit omnia sua & emit illum, id est contemptu temporalium comparat sibi ocium, vt sit diues cognitione dei.

Iterum simile est regnũ cælorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta aũt una pretiosa margarita,abiit, & uendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

Chryso. Euangelica prædicatio nõ solum lucrum multiplex præbet vt thesaurus, sed & preciosa est vt margarita.Vnde post parabolã de thesauro,ponit parabolam de margarita,dicens : Iterum simile est reg. cælo.&c.In prædicatione enim duo oportet adesse.s. ab huius vitæ negociis separari,& vigilãtem esse : qđ negociatio designat.vna autem est veritas & non partita,& propter hoc vna margarita dicitur inuẽta. Et sicut qui margaritam habet,ipse quidem nouit quod diues est,aliis vero non est cognitus,multoties eã manu detinens propter eius paruitatem: ita est in prædicatione euangelii.qui enim eam detinent,sciunt se diuites esse:infideles autem hunc thesaurum nescientes, diuitias nostras ignorant.Hiero.Bonæ autem margaritæ possunt intelligi lex & prophetę.Audi ergo Marchion & Manichæe,ꝙ bonæ margaritæ sunt lex & ꝓphetæ.Vna ergo preciosissima margarita est scientia saluatoris,& sacramẽtum passionis & resurrectionis illius:qđ cum inuenerit homo negotiator similis Pauli apostoli,omnia legis prophetarumque mysteria & obseruationes pristinas in quibus inculpate vixerat, quasi purgamenta contẽnit, vt Christũ lucrifaceret. nõ quod inuentio bonæ margaritæ condẽnatio sit veterum margaritarum:sed quod cõparatione eius,omnis alia gemma sit vilior.Glos.Vel per margaritã preciosam,intelligitur celestis vitæ dulcedo,quam inuẽtam omnia vẽdens emit:quia qui cælestis vitæ dulcedinẽ,inquãtum possibilitas admittit,perfecte cognouerit:ea quæ in terris amauerat,libenter cuncta derelinquit.deforme cõspicit quicquid de terrenæ rei pulchritudine specie, quia sola preciosę margaritę claritas fulget in mente.Aug.de quæ.euã.Vel homo cũ q̃rat bonas margaritas,inuenit vnã preciosam,quia q̃rens homines bonos cum quibus vtiliter viuat, inuenit vnũ sine peccato,Iesum Christũ:aut præcepta quęrẽs quibus seruatis cũ hominibus rectè conuersẽt,inuenit dilectionem proximi,in quo vno dicit apostolus oĩa cõtineri:aut bonos intellect⁹ quęrẽs,inuenit illud verbũ quo

quo cuncta continent,in principio erat verbum:quod est lucidũ candore veritatis,& solidũ firmitate æternitatis,& vndiq; sibi simile pulchritudine veritatis, qui deus penetrata testudine intelligẽdus est.Quodlibet vero illorũ triũ sit,vel si aliud occurrere potuerit,quod margaritæ vnius preciosę nomine significet precium eius est nosipsi,qui ad eam possidendam non sumus liberi,nisi omnibus pro nostra liberatione cõtẽptis quæ temporaliter possidentur.Venditis em rebus nostris,nullum aliud precium maius accipimus q̃ nosipsos:quia talibus implicati,nostri non eramus:vt rursus nos pro illa margarita demus, non quia tãtum valet,sed quia plus dare non possumus.

Iterũ simile est regnũ cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cũ impleta esset educentes , & secus litus sedentes , elegerunt bonos in uasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in cõsummatione seculi. Exibũt angeli,& separabunt malos de medio iustorum,& mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium.

Chry.Postquam per prædictas parabolas euangelicã prædicationem cõmendauerat, vt non cõfidam⁹ in prædicatione solũ,neq; quidẽ nobis æstimem⁹ sufficere ad salutẽ:aliã parabolã terribilẽ subdit,dicens: Iterum simile &c.Hiero.Impleto em Hieremiæ vaticinio dicentis:Ecce ego mittã ad vos piscatores multos,postq̃ autẽ audierunt Petrus & Andreas, Iacob⁹ & Ioannes,sequimini me, faciam vos fieri piscatores hominũ,contexuerunt sibi ex veteri & ex nouo testamento sagenã euangelicorum dogmatũ:& miserũt eã in mare huius seculi,quæ vsq; hodie in mediis fluctibus⁹tendit,capiens de salsis & amaris gurgitibus qcquid inciderit.i.bonos hoĩes & malos . & hoc est qđ subdit:Et ex omni,&c.Greg.Vel aliter:Sancta ecclesia sagenę cõparat,quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisq; ad æternũ regnũ à præsentis seculi fluctibus trahitur,ne æternæ mortis profundo mergatur:quę ex omni genere piscium congregat,quia ad peccatorũ veniã sapientes & fatuos,liberos & seruos,diuites & pauperes, fortes & infirmos vocat.Quę sagena.s.tunc vniuersaliter impletur,cũ in fine suo humani generis summa concludit.vnde'sequitur:Quã cum imple.&c.Sicut enim mare seculũ,ita seculi finem significat litus maris : in quo.s.fine,boni pisces in vasis eliguntur,mali proiiciuntur foras:quia & elect⁹ quisque in tabernacula æterna recipit, & in æterni regni luce perdita,ad exteriores tenebras reprobi ꝓtrahuntur.Nunc enim malos bonosq; cõmuniter quasi permixtos pisces fidei sagena cõtinet , sed litus indicat, sagena ecclesiæ quid trahebat.Hieron.Dũ em sagena extrahetur ad litus , tunc verũ secernendorũ piscium iudiciũ demonstrabit.Chrys. Quid autem distat hæc parabola,à parabola zizaniorũ?Etem illic hi quidem saluant,hi aũt pereunt,sicut & hic:sed illic quidẽ,propter prauorũ dogmatũ hæresim.In anteriori aũt parabola de semine,quia non attẽdebant quæ dicebãtur, hic autem propter vitæ nequitiã:propter quã quãuis & piscatione capti.i.cognitione dei fruẽtes, non possunt saluari.Ne aũt audiens qm malos foras miserũt, æstimes hãc pœnã nõ esse periculosam,ꝓ expositionẽ eius grauitatem ostẽdit,dicẽs: Sic erit in cõsum.seculi.exibunt angeli &c.quãuis alibi dicat ꝙ ipse segregabit eos,sicut separat pastor oues: hic angelos hoc facere dicit,sicut & in parabola zizaniorum.Greg.in ho. Timendũ est aũt hoc pot⁹,q̃ exponẽdũ: aperta enim voce tormenta peccantiũ dicta sunt,ne qs ad ignorantiæ suæ excusationẽ recurreret,si quid de æterno supplicio obscure diceret.Rab. Cũ em venerit finis mundi,tunc verum secernendorũ piscium iudiciũ demonstrabit:& quasi in quodã quietissimo portu,boni mittentur in vasa cælestium mansionum, malos aũt torrendos & exiccandos gehennæ flamma suscipiet.

*Intellexistis hæc oĩa ? Dicunt ei: Etiã *. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regnũ cælorũ,similis est homini patrifamiliãs,qui profert de thesauro suo noua & uetera.* * domine.

Chrys.Recedentibus turbis,dñs discipulis in parabolis loquitur,ex quibus sapientiores sunt facti,ita ꝙ intelligunt quæ dicuntur.Quocirca dicit eis:Intellexistis hæc omnia?dicunt ei:Etiam.Hier. Ad apostolos em proprie sermo est,quos non vult audire tãtum vt populum,sed etiã intelligere vt magistros futuros. Chrys.Deinde quia intellexerunt , rursus eos laudat. vnde sequitur:Ait illis:Ideo oĩs scri.&c. Augu.20.de ciui.dei,Non dixit:Vetera & noua.quod vtiq; dixisset,nisi maluisset meritorum ordinẽ seruare q̃ temporũ.Manichęi etiam dũ sola dei promissa noua tenere se arbitrant,remanent in vetustate carnis,& nouitatem inducunt erroris.Aug.de quęst.euan. Vtrum aũt ista conclusione exponere voluit,quem dixerit thesaurũ in agro absconditum (qm̃ sanctæ scripturę intelligunt,quæ nomine duorũ testamentorũ,noui & veteris concludũtur)an ostendere voluit eum doctũ habẽdum in ecclesia,qui etiã scripturas veteres parabolis explicatas intellexerit,ab istis nouis accipiens regulas,quia & ista dñs per parabolas enũciauit: vt si ipe, in quo illa complent & manifestant,per parabolas ad huc loquit,donec passio eius velum discindat,vt nihil sit occultũ,quod nõ reueleť,multo magis illa, quæ tã longe de illo scripta sunt,parabolis operta esse nouerimus:quæ cũ Iudæi ad literam accipiant, noluerunt esse docti in regno cælorum.Chrys.Sed si per nouũ & vetus,qđ dicitur,vtrunq; testamentũ accipim⁹,Abrahã doctũ fuisse denegam⁹?:qui noui & veteris testamẽti,etsi facta nouit,minime verba nunciauit . Moysen quoque docto patrifamilias comparare non possum⁹, quia etsi testamentũ edocuit vetus , noui tamẽ dicta nõ protulit.Sed in eo qđ hic dicitur,intelligi valet qa nõ de his qui fuerant,sed de his qui esse in ecclesia poterant,loquebatur: qui tunc noua & vetera proferũt, cũ vtriusq; testamenti prędicamẽta vocibus & moribus loquũt.Hila.Discipulis em est loquut⁹,quos scribas,ꝓpter scientiã nũcupat,eo ꝙ intellexerint ea q̃ illa noua & vetera.i.euãgeliis & in lege ꝓtulerit , quæ sunt & eiusdẽ patrisfamiliãs, & vni⁹ vtraq; thesauri, ipsos etiã sub patrisfamiliãs noĩe sibi comparat,eo ꝙ doctrinã de spũs sancti thesauro suo nouorũ ac veterũ sunt adepti.Hiero.Vel apostoli instructi scribæ dicũtur, quasi notarii saluatoris,qui verba illi⁹ & ꝓcepta signabãt in tabulis cordis carnalib⁹ regnorũ cælestiũ sacramẽtis,& pollebãt opib⁹ patrisfamiliæ, eiicientes de thesauro doctrinarũ suarũ noua & vetera: vt quicquid in euangelio ꝓdicabant,legis & prophetarũ vocib⁹ cõprobarẽt.Vñ & spõsa dicit in Cãtico cãtico. Noua cũ veterib⁹ dilecte mi reseruaui tibi. Greg.Vel aliter:Vetus est vt ꝓ culpa humanũ gen⁹ in æterna pœna intereat,& nouũ vt conuersus in regnũ viuat.Pri⁹ aũt de regni similitudine thesaurũ inuentũ ac margaritã bonã ꝓtulit,postmodũ inferni pœnas de malorũ combustione narrauit, atq; in conclusione subiungit: Ideo doctus scriba &c.Ac si dicat:Ille in sancta ecclesia doct⁹ prædicator est , qui & noua scit proferre de suauitate regni,& vetusta dicere de terrore supplicii:vt vel pœnę terreant, quos præmia non inuitant.

Et factum est cum consummasset Iesus parabolas istas, trãsiit inde. Et ueniens in patriam suã, docebat eos in synagogis eorũ, ita ut mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia hæc & uirtutes? Nõne hic est fabri filius? Nõne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph, & Simon, & Iudas? & sorores eius, nõne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabãtur in eo. Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi uirtutes multas, propter incredulitatem illorum.

Hiero. Post parabolas quas dominus ad populum est locutus, & quas soli apostoli intelligunt, trãsiit in patriam suam, vt ibi apertius doceat. Et hoc est quod dicitur: Et factum est. &c. Augusti. de consen. euang. A superiori sermone parabolarum istarum sic transit, vt non ostendat consequentis ordinis necessitatem, præsertim quia Marcus ab istis parabolis non in qđ Matthæus, sed in aliud intendẽs, in quod & Lucas, ita cõtexuit narrationẽ, vt credibilius ostendatur hoc esse potius consequenter gestum quod ipsi duo consequenter adiungũt, de nauis. in qua dormiebat Iesus, & de miraculo expulsorum dæmoniorũ, quæ Matthæus superius recolens interposuit. Chry. Patriam autem eius hic Nazareth vocat, non enim fecit ibi virtutes multas, vt infra dicitur, sed in Capharnaum fecit multa signa: sed doctrinam eis ostẽdit nõ minorẽ admirationem habentem, q̃ signa. Remi. In synagogis autẽ docebat, vbi plurimi conueniebant, quia propter multorum salutẽ de cælis descendit ad terras. Sequitur: Ita vt mira. & dice. Vnde &c. Sapiẽtia refertur ad doctrinam, virtutes vero ad miraculorũ operationem. Hiero. Mira stultitia Nazarenorũ. Mirantur vnde habeat sapientiã sapiẽtia, & virtutes virtus. sed error in prõptu est, quia fabri filium suspicantur: vnde & dicunt: Nónne hic est fabri filius? Chrysost. Per omnia ergo erant insensati, vilipendentes eum ab eo qui æstimabatur esse pater, quãuis multa horum exempla haberent in antiquis temporibus, & patrum ignobiliũ nobiles videntes filios. Etenim Dauid cuiusdã agricolæ Iesse fuit filius: & Amos cuiusdã pastoris, & ipse pastor. Oportebat eũ ꝓpter hoc maxime ipm honorare, qm̃ à talibus existens, talia loquebat. Ex hoc eũ erat manifestũ qm̃ non ex humana diligentia erat, sed ex diuina gratia. Aug. in ser. de nat. Est autẽ pater Christi faber deus, qui totius mũdi opera fabricatus est, arcam Noe disposuit, Moysi tabernaculũ ordinauit, arcã testamenti instituit. Fabrũ dixerim qui mentẽ rigidam explanat, ac cogitationes superbas excidit. Hil. Fabri etiã hic erat filius, ferrũ ignea vincẽtis ratione, seculi virtutẽ iudicio decoquẽtis, massamq; formãtis in omne opus vtilitatis hũanæ, formã. s. corporũ nostrorũ in diuersa mẽbrorũ ministeria, & ad oĩa æternæ vitæ opera fingẽtis. Hiero. Cũ autẽ errent in patre, nõ est mirandũ si errent in fratrib⁹. vñ subdit: Nónne eius mater dicit Maria? &c. Hiero. contra Heluidiũ: Fratres dñi hic appellant filii materteræ eius Mariæ: & hæc est mater Iacobi & Ioseph, i. Maria Cleophe vxor Alphæi, & hæc dicta est Maria mater Iacobi minoris. Aug. de quæ. euã. Nõ ergo mirũ est dictos esse fratres dñi ex materno gñe quoscũq; cognatos, cũ etiã ex cognatione Ioseph dici potuerũt fratres eius ab illis qui eũ patrẽ dñi esse arbitrabant. Hila. Inhonoratur ergo domin⁹ à suis: & quãquã docendi prudẽtia & operandi virtus admirationem cõmoueret, non tñ credunt hæc in noĩe domini agere, & paternæ artis quodã opprobrio lacessunt. Inter tot ergo magnifica quæ gerebat, corporis eius contẽplatione cõmouebãt, & ideo dicunt: Vñ ergo huic omnia ista? Sequit: Et sic scandalizabantur in eo. Hiero. Error Iudæorum salus nostra est, & hæreticorũ cõdẽnatio. intantũ eũ cernebãt hominem Iesum Christũ, vt putarent filiũ fabri. Chrys. Intuere enim Christi mãsuetudinẽ: cõuitiatus est, sed cũ multa mansuetudine respondit. vnde sequit: Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua & in domo sua. Remi. Prophetam seipsum appellat, quod & Moyses manifestat, cum dicit: Prophetam suscitabit deus de fratribus vestris vobis. Et hoc sciendum, quia non solum Christus qui est caput omniũ prophetarũ, sed etiã Hieremias & Daniel & cæteri minores prophetæ, maioris honoris & dignitatis fuerũt apud exteros, q̃ apud suos. Hiero. Propemodũ enim naturale est, cives semper ciuibus inuidere: non eũ considerant præsentia viri opera, sed fragilis recordantur infantiæ: quasi nõ & ipsi per eosdẽ ętatum gradus ad maturam ætatẽ venerint. Hila. Inhonorabilem etiam prophetam in patria sua esse respondit, quia in Iudæa esset vsque ad crucis sententiã cõdẽnandus: & quia penes solos fideles dei virtus est: & ꝓpter eorũ incredulitatẽ operibus diuinę virtutis abstinuit. vnde sequitur: Et non fecit &c. Hiero. Non ꝙ etiam incredulis illis facere nõ potuerit virtutes multas, sed quòd ne multas faciẽs virtutes ciues incredulos condemnaret. Chry. Si autem admiratio ei adueniebat ex miraculis, quare non multa fecit? quia non ad ostẽtationem suam inspiciebat, sed ad ea quæ aliis erant vtilia. hoc igitur nõ proueniente despexit quod erat suiipsius, vt non pœnã eis augeat. Cur igit & pauca fecit signa? vt non dicãt: Si vtiq; facta essent signa, nos credidissemus. Hiero. Potest etiam aliter intelligi ꝙ Iesus despiciat in domo & in patria sua, hoc est in populo Iudæorum, & ideo ibi pauca signa fecerit, ne penitus inexcusabiles fierent. maiora autẽ signa quotidie in gentibus per apostolos facit, non tam in sanatione corporum q̃ in animarum salute.

CAPVT XIIII.

In illo tempore: Audiuit Herodes Tetrarcha famã Iesu, & ait pueris suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo uirtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum, & posuit in carcerẽ propter Herodiadẽ uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. Et uolens illum occidere, timuit populum: quia sicut prophetam eum habebant.

Glo. Quia supra euãgelista ostenderat quomodo pharisæi Christi miracula calumniabant, conciues autem eius hoc admirantes, Christũ tamen contẽnebãt: refert nunc quam opinionẽ ex auditis miraculis Herodes de Christo cõceperat. vnde dicitur: In illo tempore &c. Chrysost. Non absque causa hic tẽpus cuãgelista designat, sed vt discas tyranni superbiã & negligentiam. neque eũ à principio didicit ea quæ erãt de Christo, sed post plurimum tempus. sic etiam multi qui in potestatibus sunt, multa elatione circundati huiusmodi tarde addiscunt, quia nõ multam horũ faciũt curã. Aug. de con. euãg. Dixit aũt Matthæus in illo tẽpore, non in illo die, vel ipa hora. nam & Marcus quidem hoc eodem modo dicit, sed non eodem ordine, sed postquam discipulos ad prædicandũ misit: nulla tamen facta necessitate, qua hoc consequẽter gestũ esse intelligeretur. Lucas etiam narrandi eum ordinẽ tenet, quem & Marcus, nec ipse tamen rerum gestarũ ordinẽ fuisse eũdẽ credi cogit. Chry. Vide ergo q̃ magnum quid est virtus: nam & defunctum Ioannẽ Herodes

rodes formidauit, & de resurrectiõe philosophatur. & ideo sequitur: Et ait pueris suis &c. Raba. Sed quanta est inuidia Iudæorũ ex isto loco docemur. Ioannẽ eĩ à mortuis potuisse resurgere, nullo attestãte, Herodes alienigena pronũciauit. Iudæi verò Christũ, quẽ prophetæ prædixerant, non resurrexisse, sed furtim ablatũ esse, credere maluerũt. in quo insinuatur ꝙ prõptior est animus gentiũ ad credulitatẽ, q̃ Iudęorũ. Hiero. Quidã aũt ecclesiasticorũ ĩterpretũ quærit, quare Herodes ista sit suspicatus, vt putet Ioannẽ à mortuis surrexisse? quasi alieni erroris nobis reddẽda sit ratio, aut ex his verbis habeat occasionẽ hæresis Methemichoseos, quę post multos annorũ circulos in diuersa corpora dicit animas insinuari: cũ eo tẽpore quo Ioãnes decollatus est, dñs triginta annorũ esset. Raba. Bene aũt de resurrectionis virtute oẽs senserunt, ꝙ maioris potentiæ sunt sancti futuri cũ à mortuis resurrexerint, q̃ fuere dũ adhuc carnis infirmitate grauarẽtur. Propterea dicit: Et ideo virtutes operantur in eo. Aug. de con. euan. Lucas aũt dicit: Et ait Herodes: Ioãnem ego decollaui, quis est iste de quo audio talia ego? Quia ergo hęsitantẽ Lucas cõmemorauit Herodẽ, intelligendũ est aut post hanc hæsitationẽ confirmasse in animo suo, quod ab aliis dicebatur, cũ dixit pueris suis, sicut hic Matthæus narrat: Hic est Ioannes Bapti. &c. aut ita pronũcianda sunt hæc verba, vt hæsitantem adhuc indicent: vtroque eĩ modo pronũciari potest, vt aut confirmatũ eũ ex aliorũ verbis accipiamus, aut adhuc eũ hæsitantẽ vt Lucas cõmemorat. Remi. Fortè autem quęret aliquis, quare dicat Matthęus: In illo tẽpore audiuit Herodes &c. cũ lõgè superi⁹ dicat ꝙ mortuo Herode reuersus est dominus ex Aegypto? Sed hæc quæstio soluitur, si intelligatur duos fuisse Herodes: mortuo nanq; priore Herode successit ei Archelaus filius eius, qui post decẽ annos relegatus est exilio apud Viennã vrbẽ Gallię. Deinde Cæsar Augustus iussit diuidi illud regnũ in tetrarchias, & tres partes dedit filiis Herodis. Iste ergo Herodes qui Ioannẽ decollauit, est filius maioris Herodis, sub quo dñs natus est: & vt hoc ostenderet euãgelista, addidit, tetrarcha. Glo. Quia verò dixerat de opinione resurrectionis Ioannis, cũ nihil de morte dixisset, ideo reuertitur & narrat qualiter obierit. Chry. Et hanc historiã nobis euangelista nõ principaliter inducit, quia totũ studiũ fuit ei dicere de Christo, & nihil aliud, nisi ad hoc conferre deberet. Dicit ergo: Herodes tenuit Ioannẽ, & alligauit eum. Aug. de con. euan. Lucas quidẽ non eodẽ ordine id recordatur, sed circa baptismũ quo dominus baptizatus est. vnde hoc præoccupasse intelligitur, vt narret quod multo pòst factũ est. Cũ enim cõmemorasset Ioãnes verba de domino ꝙ vẽtilabrũ in manu eius sit, cõtinuo hoc subiecit, quod nõ continuo factũ esse Ioannes euangelista exponit, cũ cõmemoret posteaq̃ baptizatus est Iesus, isse eũ in Galilęã, & pòst rediisse in Iudæã, & ibi baptizasse circa Iordanẽ anteq̃ Ioannes in carcerẽ missus esset. Sed nec Matthæus nec Marcus eo ordine de Ioãne in carcerẽ misso in sua narratione posuerunt, quo factũ apparet in eorũ scriptis: nã & ipsi dixerũt tradito Ioanne dominũ isse in Galilęã, & post multa quæ fecit ibi ex occasione famæ veniẽtis ad Herodẽ de Christo, narrant omnia quæ de Ionane fuerũt incluso & occiso. Causam aũt quare positus sit in carcerẽ, ostendit cũ dicit: Propter Herodiadẽ vxorem fratris sui, dicebat eĩ isti Ioãnes: nõ licet tibi habere eã. Hiero. Vetus narrat historia, Philippũ Herodis maioris filiũ, fratrẽ huius Herodis, duxisse vxorẽ Herodiadẽ filiam Arethæ regis Arabũ. postea verò socer eius, exortis quibusdã contra generũ simultatibus, tulisse filiã suã, & in dolorẽ prioris mariti, Herodis inimici eius nuptiis copulasse. Ergo Ioannes Baptista, qui venerat in spiritu & virtute Heliæ, eadẽ auctoritate qua ille Achab corripuerat & Iesabel, arguit Herodem & Herodiadẽ ꝙ illicitas nuptias fecerint, & nõ liceat fratre viuente germano vxorẽ eius ducere: malens periclitari apud regem, q̃ propter adulationẽ esse immemor pręceptorũ dei. Chry. Non tantũ vxori loquitur, sed viro eius, quoniã principalior erat hic. forsan eĩ legẽ Iudæorũ tenebat, & ideo Ioãnes eũ ab adulterio prohibuit. Sequitur: Et volẽs eum occidere, timuit populũ. Hiero. Seditionẽ quidẽ populi verebatur ꝓpter Ioannẽ, à quo sciebat turbas in Iordane plurimas baptizatas, sed amore vincebatur vxoris, ob cuius ardorem etiam dei præcepta neglexerat. Glo. Timor enim dei corrigit, timor hominũ differt, sed voluntatem nõ aufert. vnde & auidiores reddit ad crimen, quos aliquando suspendit à crimine.

Die autem natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Vnde cũ iuramento pollicitus est ei dare quodcũque postulasset ab eo. At illa præmonita à matre sua: da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est rex. Propter iusiurandum autem & eos qui pariter recumbebant, iussit dari. Missitq;, & decollauit Ioannem in carcere. Et allatũ est caput eius in disco, & datum est puellæ: & illa attulit matri suæ. Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud, & uenientes nunciauerunt Iesu.

Glo. Postq̃ enarrauit euangelista incarcerationem Ioannis, prosequitur de occisione ipsius, dicẽs: Die autem natalis &c. Hiero. Nullũ inuenimus aliũ obseruasse diẽ natalis sui nisi Herodẽ & Pharaonẽ: vt quorũ erat par impietas, esset vna solẽnitas. Remi. Et sciendũ ꝙ consuetudo est non solũ diuitum, sed etiã pauperum mulierũ, ita pudicè filias suas nutrire, vt vix ab extraneis videantur. Hæc autẽ impudica mulier impudicè filiã suam nutriuit, quam non docuit pudorẽ, sed saltationẽ. Nec minus reprehendendus est Herodes qui oblitus est domũ suam esse aulã regiam, quam prędicta mulier fecerat theatrũ. vnde sequitur: Et placuit Herodi, vnde &c. Hier. Ego aũt non excuso Herodẽ ꝙ inuitus & nolens propter iuramentũ homicidium fecerit, qui ad hoc fortè iurauit, vt futurę occisiõis machinas præpararet: alioquin si ob iusiurandũ feciſſe se dicit, si matris, si patris postulasset interitũ, facturus fuerat, an non? tulit: quod in se ergo repudiaturus fuit, contẽnere debuit in propheta. Isido. In malis ergo promissis rescinde fidẽ. Impia est promissio quæ scelere adimpletur. Illud non est obseruandũ sacramentũ, quo malum incautè promittitur. Sequitur: At illa prẽmonita à matre &c. Hiero. Herodias eĩ timens ne Herodes aliquando resipiscęret, vel Philippo fratri amicus fieret, atq; illicitę nuptiæ repudio soluerentur, monet filiam vt in ipso statim conuiuio Ioannis caput postulet: digno operi saltatiõis, dignũ sanguinis prẽmium. Chry. Duplex est aũt hic puellę accusatio: & quoniã saltauit & quoniã ita ei placuit, vt occisionẽ expeteret in mercedẽ. Vide aũt qualiter crudelis, & qualiter mollis est Herodes: seipsum enim obnoxiũ iuramento facit, illã autẽ dominã petitionis constituit. quia ergo sciuit ꝙ ex eius petitione malũ eueniebat, tristatus est. vnde sequitur: Et contristatus est rex. Virtus enim etiã apud malos admiratiõe & laudibus digna est. Hiero. Vel aliter: Consuetudinis scripturarũ est, vt opinionẽ multorum sic narret historicus, quomodo eo tẽpore ab homi

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus credebatur,ſicut Ioſeph ab ipſa quoq; Maria appellabatur pater Ieſu, ita & nũc Herodes dicitur contriſtatus,quia hoc diſcũbentes putabãt.Diſſimulator eñ mentis ſuæ & artifex homicidii, triſtitiã præferebat in facie,cũ lętitiã haberet in mente.Sequitur:Propter iuſiurandũ &c. Scelus excuſat iuramento, vt ſub occaſiõe pietatis impius fieret.Quod aũt ſubiicit: Et propter eos q̃ pariter diſcũbebãt, vult omnes ſceleris ſui eſſe conſortes,vt in luxurioſo cõuiuio cruentæ epulæ deferrentur.Chry.Si autẽ teſtes habere periurationis formidauit,quanto magis timuiſſe oportebat tam iniquæ occiſionis tantos teſtes habere? Remi. Sed in eo minus peccatũ,factũ eſt cauſa maioris peccati. nam quia libidinoſam voluntatẽ non extinxit, idcirco ad luxuriã vſque peruenit:& quia luxuriam non coercuit ideo ad reatũ homicidii deſcendit.vnde ſequitur: Miſitq; & decollauit &c.Hiero.Legimus in Romana hiſtoria Flaminiũ ducẽ Romanorum,q̃ accubanti iuxtà meretriculę,quę nunq̃ vidiſſe ſe diceret hominẽ decollatum, accenſus ſit,vt reus quidã capitalis criminis in conuiuio truncaretur,à cenſoribus pulſum curia,quòd epulas ſanguini cõmiſcuerit:& mortẽ, quanuis noxii hominis,in alteri⁹ delicias præſtiterit,vt libido & homicidiũ pariter miſcerẽtur: quanto ſceleratior Herodes,& Herodias,ac puella quę ſaltauit, in precium ſanguinis petiit caput prophetę,vt haberent in poteſtate linguã,quę illicitas nuptias arguebat.Sequitur:Et datũ eſt puellę &c.Glo.Vt habeat in poteſtate linguam, quæ illicitas nuptias arguebat. Greg.4.Mora.Sed nõ ſine admiratione grauiſſima perpendo quòd ille prophetiæ ſpiritu intra matris vterũ impletus, quo inter natos mulierũ nemo maior ſurrexit,ab iniquis in carcerẽ mittitur,& pro puellę ſaltu capite truncaẽ, & vir tantæ ſeueritatis pro riſu turpiũ moritur. Nũquid nã credimus aliquid fuiſſe quod in eius vita illa ſic deſpecta mors tergeret? Sed idcirco deus ſuos ſic premit in infimis,quia videt quomodo muneret in ſummis.Hic ergo vnuſquiſq; colligat quid illi ſint paſſuri quos reprobat,ſi ſic cruciat quos amat.Grego.29.Mor. Neq; aũt Ioannes de cõfeſſione Chriſti,ſed de iuſtitię veritate requiſitus occubuit. Sed quia Chriſtus eſt veritas, vſq;ad mortẽ pro Chriſto,quaſi pro veritate peruenit. Sequitur:Et acceden.diſci.&c.Hiero.In quo ipſius Ioannis & ſaluatoris diſcipulos intelligere poſſum⁹. Raba.Narrat aũt Ioſephus vinctũ Ioannẽ in caſtellũ Macheronta adductũ,ibiq; truncatũ:Eccleſiaſtica verò hiſtoria narrat ſepultũ eum in Sebaſtia vrbe Paleſtinorum,quæ quondã Samaria dicta eſt.Chry.Intende aũt qualiter diſcipuli Ioannis iam magis familiares facti ſunt Ieſu:ipſi enim ſunt qui annũciauerunt ei quod factũ eſt de Ioanne.vnde ſequitur:Et veni.nun.Ieſu &c. Etẽm vniuerſos dimittẽtes ad ipſum confugiũt,& ita paulatim poſt calamitatẽ & reſponſionẽ à Chriſto datam directi ſunt.Hila. Myſticè aũt Ioannes ꝓtulit formã legis,quia lex Chriſtũ prædicauit:& Ioãnes profectus ex lege eſt,Chriſtũ ex lege pronuncians.Herodes verò princeps eſt populi,& populi princeps ſubiectę ſibi vniuerſitatis nomen cauſamq; cõplectitur. Ioannes ergo Herodẽ monebat,ne fratris ſui vxorẽ ſibi iungeret.Sunt eñ atq; erant duo populi circũciſionis & gẽtiũ:hi igitur fratres ex eodẽ ſunt humani generis parẽte,ſed Iſraelẽ lex admonebat, ne opera gentiũ & infidelitatẽ ſibi iũgeret,quę ipſis tanq̃ vinculo coniugalis amoris annexa eſt.Die aũt natalis.i.rerũ corporalium gaudiis,Herodis filia ſaltauit: voluptas enim tanq̃ ex infidelitate orta, per oĩa Iſrael gaudia totis illecebris ſuæ curſibus offerebatur, cui ſe etiam ſacramento vęnalem populus addixit. ſub peccatis enim & ſeculi voluptatibus Iſraelitę vitę ęternæ munera vendiderunt. Hęc matris ſuæ.i.infidelitatis inſtinctu, orauit deferri ſibi caput Ioannis.i.gloriã legis: ſed populus boni ei⁹ qđ in lege erat conſcius, voluptatis conditionibus nõ ſine periculi ſui dolore cõcedit, ſcitq; ſe talẽ præcepto rum gloriã non oportuiſſe cõcedere,ſed peccatis tanq̃ ſacramento coactus & principũ adiacentiũ metu atq; exẽplo deprauatus:& victus illecebris voluptatis mœſtus obtẽperat.Igit inter reliqua diſſoluti populi gaudia,in diſco Ioannis caput offertur,damnũ.ſ.legis,voluptas corporũ,& ſecularis luxus augetur. Igit per puellam ad matrẽ defertur,acſi probroſus Iſrael etiã voluptati & infidelitati ſuæ gloriam legis adduxit.Finitis igitur legis tẽporibus & cũ Ioanne ſepultis:& diſcipuli eius res geſtas dño annunciant, ad euangelia.ſ.ex lege venientes.Hiero.Vel aliter: Nos vſq; hodie cernimus in capite Ioannis ꝓphetæ,Iudæos Chriſtũ,qui caput prophetarũ eſt, perdidiſſe. Raba. Sed & linguã & vocẽ apud eos perdidit ꝓpheta.Remi.Vel aliter: Decollatio Ioannis ſignat minorationẽ famę illius qua ęſtimatur à populo Chriſtus, ſicut exaltatio domini in cruce ſignat profectũ fidei. vnde Ioãnes dixerat:Illum oportet creſcere,me autem minui.

Quod cũ audiſſet Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula,in locum deſertum ſeorſum.Et cũ audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus.Et exiens uidit turbam multã,& miſertus eſt eis,& curauit languidos eorum.

Glo.Saluator audita nece ſui baptiſtę, ſeceſſit in locũ deſertum.vnde ſequitur:Quod cũ audiſſet Ieſus ſeceſſit in locũ deſertum.vnde ſequitur:Quod cũ audiſſet Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula in locum deſertũ ſeorſum.Aug.de con.uã.Hoc aũt continuo poſt Ioãnis paſſionẽ euangeliſta factũ eſſe cõmemorat: vnde poſt hæc facta ſunt illa quæ primo narrata ſunt,quibus motus Herodes dixit:Hic eſt Ioannes.Illa enim poſteriora debẽt intelligi quę ad Herodẽ pertulit fama vt moueretur & hæſitaret.quiſnã iſte eſſe poſſet,de quo audiret talia,cũ Ioannẽ ipſe occidiſſet.Hiero.Non aũt fecedit in locũ deſertũ, vt quidã arbitrantur timore mortis: ſed parcens inimicis ſuis ne homicidiũ homicidio iungerent,vel in diẽ Paſchæ ſuum interitũ differẽs, in quo propter ſacramentũ immolandus eſt agnus, & poſtes credentiũ ſanguine reſpergendi.Siue ideo receſſit vt nobis præberet exemplũ temeritatis vltro ſe tradẽtium vitandæ: quia non oẽs eadẽ conſtantia perſeuerant in tormentis,qua ſe torquendos offerunt.Ob hãc cauſam in alio loco præcipit:Cũ perſecuti vos fuerint in iſta ciuitate,fugite in aliã.vnde elegãter quoq: euangeliſta nõ dicit:Fugit ĩ locũ deſertũ,ſed receſſit,vt pſecutores vitauerit magis q̃ timuerit: põt etiã aliam ob cauſã audito Ioãnis ĩteritu receſſiſſe in deſertũ locũ, vt credentiũ ꝓbaret fidẽ.Chry.Vel ideo hoc fecit, qa plura humanitus vult diſpẽſare,nondũ tẽpore exiſtẽte denudandi ſuã manifeſtè deitatẽ: propter quod & diſcipulis dixit,q̃ nulli dicerẽt quòd ipſe eſſet Chriſtus. Poſt reſurrectionẽ autem volebat hoc fieri manifeſtũ. Ideo aũt quãuis per ſe nouerit quod factũ eſt, tñ anteq̃ nuntiaretur ei,non ſeceſſit,vt demõſtraret per oĩa incarnationis veritatẽ:non eñ ſolo viſu,ſed operib⁹ hoc credi volebat.Recedẽs verò non abiit in ciuitatẽ, ſed in deſertũ in nauigio,vt nullus ſequeretur. Turbæ aũt neq; ita deſiſtunt,ſed ſequunt:& neq: quod geſtũ eſt de Ioanne eos terruit.vnde ſequit: Et cũ audiſſent turbæ &c.Hiero.Secutæ ſunt aũt eum pedeſtres, nõ iumentis,nõ in vehiculis, ſed proprio labore pedũ:vt ardorẽ mẽtis oſtenderẽt.Chry. Et ꝓpter hoc ſtatim retributionem

tionẽ acceperunt.vnde ſequitur:Et exiens vidit turbã multam, & miſertus eſt eius,& curauit languidos eorum.&ſi enim multa erat affectio eorũ qui ciuitates dimittebant,& diligenter eũ quærebant:ſed tamen quæ ab ipſo fiebant,omnis ſtudii ſuperexcedũt retributionem. Ideoq; cauſam talis curationis miſericordiã ponit. Eſt aũt magna miſericordia q̃ oẽs curat, & fidem non expetit.Hila.Myſticè aũt dei verbũ lege finita,nauem conſcendens eccleſiã adiit, in deſertum deſcẽdit. Relicta quippe cõuerſatione Iſrael,in vacua diuinę cognitionis pectora tranſit.Turba autẽ hoc audiens,dominũ de ciuitate ſequitur in deſertũ,de ſynagoga videlicet ad eccleſiã tendens:quã videns miſertus eſt,& omnem languorẽ infirmitatẽq; curat: obſeſſas.ſ.mẽtes, & corda infidelitatis vitio ad intelligentiã nouæ prædicationis emũdat. Rab.Illud quoq; notandũ q̃ poſtq̃ dominus in deſertũ venerit,ſecutę ſunt eũ turbę multæ.Nam anteq̃ veniret in ſolitudinẽ gentiũ,ab vno tã tũ populo colebatur. Hiero. Relinquunt aũt ciuitates ſuas, hoc eſt priſtinas cõuerſatiões & varietates dogmatũ. Egreſſ⁹ aũt Ieſus ſignat q̃ turbę quidẽ habebãt eundi voluntatẽ, ſed perueniendi ỹres nõ habuerunt, ideo ſaluator egreditur de loco & obuiã pergit.

Veſpere autem facto acceſſerunt ad eum diſcipuli eius,dicentes:Deſertus eſt locus,& hora iam præteriit:dimitte turbas ut euntes in caſtella,emant ſibi eſcas.Ieſus autẽ dixit eis:Non habent neceſſe ire,date illis uos manducare. Reſponderunt ei:Non habemus hic niſi quinque panes, & duos piſces.Qui ait eis:Afferte mihi illos huc. Et cũ iuſſiſſet turbã diſcumbere ſuper fœnum, acceptis quinque panibus & duobus piſcibus,aſpiciens in cælum benedixit & fregit, & dedit diſcipulis panes,diſcipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes,& ſaturati ſunt. Et tulerũt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos.Manducantiũ autem fuit numerus quinq; milia uirorũ,exceptis mulieribus & paruulis.

Chry. Turbarum fidem oſtendit,q̃ dũm etiam famem patientes expectabant vſque ad veſperã. & ideo ſequitur:Veſpere aũt facto acceſ.ad eũ di.eius dicẽ.Deſertus eſt locus.Cibaturus quidem eos dominus expectat rogari,quaſi vbique non inſiliens prior ad miracula,ſed vocatus.Ideo autem nullus de turba accedit, venerabantur eñ eum abundanter: & neque famis ſenſum accipiebant amore inſtantiæ.Sed neque diſcipuli accedentes dicunt:Ciba eos:adhuc enim imperfectius erant diſcipuli diſpoſiti:ſed dicũt, Deſertus eſt locus. quod enim videbantur Iudęis in eremo eſſe miraculũ, cũ dicerent:Nunquid poteſt parare menſam in deſerto?hoc & per opera oſtendit.Propter hoc aũt & in deſertũ eos ducit, vt ſine omni ſuſpicione ſit hoc miraculum:& nullus æſtimet ex caſtello aliquo prope exiſtenti inferri aliquid ad menſam. Sed quanuis deſertus ſit locus,tamen qui nutrit orbẽ terrarũ adeſt: &ſi hora iã præteriit,vt dicunt:tamen qui non erat horæ ſuppoſitus,loquebatur. Et quanuis præueniens diſcipulos do minus multos infirmos curauerit,tamẽ interim ita imprfecti erant, q̃ neq; quid de panibus facturus erat poterant ęſtimare.vnde ſubdunt:Dimitte turbas &c.Vide autẽ magiſtri ſapientiã,non eñ ſtatim dixit eis:Ego cibabo eos:neque enim hoc facilè ſuſcepiſſent, ſed ſubditur: Ieſus aũt dixit eis: Non habent neceſſe ire, date illis vos manducare.Hiero. In quo prouocat apoſtolos ad fractionẽ panis,vt illis ſe non habere teſtanti bus magnitudo miraculi notior fieret. Augu.de con. euan. Poteſt autẽ mouere, ſi dominus ſecundũ narrationẽ Ioãnis proſpectis turbis quæſiuit à Philippo vnde illis eſcæ dari poſſent, quõ ſit verũ quod Matthæus hic narrat, prius dixiſſe domino diſcipulos vt dimitteret turbas quo poſſent alimenta emere de proximis locis? Intelligitur ergo poſt hęc verba dominũ inſpexiſſe multitudinẽ,& dixiſſe Philippo quod Ioãnes cõmemorat, Matthęus aũt & alii prętermiſerunt. & omnino talibus quęſtionibus neminẽ moueri oportet,cùm ab aliquo euangeliſtarum dicitur quod ab alio prętermittitur.Chry.Diſcipuli verò neque per prœmiſſa verba directi ſunt, ſed adhuc vt homini loquũtur. vnde ſequitur:Reſponderunt ei:Non habemus hic &c. Addi ſcimus autem in hoc diſcipulorũ philoſophiam,qualiter contempſerunt eſcã. duodecim eñ exiſtententes, quinque panes habebant & duos piſces: contemptibilia eñ illis erant corporalia,& à ſpiritalibus poſſidebantur.Quia igitur diſcipuli adhuc ad terrã trahebantur,iam dominus inducere incipit,quę ab ipſo erãt.vnde ſequitur:Qui ait eis,afferte illos mihi huc.Propter quid autẽ non facit panes ex nihilo, quibus turbã paſcat?vt.ſ.obſtruat Marchiõis & Manichæi os,qui creaturas alienant à deo:& per opera doceat, quoniã omnia quę videntur, ei⁹ opera & creationes ſunt:& vt oſtendat quoniam ipſe eſt qui fructus tradidit, qui dixit à principio:Terra germinet herbam virentẽ. neq; enim hoc minus illo eſt. Non eñ minus eſt de quinq; panibus facere tantos:& de piſcibus ſimiliter,q̃ de terra educere fructũ:& ab aquis reptilia alia animata,qđ demonſtrat eum eſſe dominũ terræ & maris.Oportet aũt erudire diſcipulorũ exemplo, quoniã &ſi pauca habuerimus, oportet ea retribuere indigentibus. Iuſſi nanque diſcipuli afferre quinque panes,non dicunt vn de mitigabimus famẽ noſtrã?ſed obediunt confeſtim. vnde ſequitur:Et cũ iuſſiſſet tur.diſcum.ſuper fœ.&c. Quare aũt aſpexit in cælum & benedixit?Oportebat nanque credi de eo, quoniam à patre eſt, & quoniã ei æqualis eſt. Aequalitatẽ demõſtrabat, cũ poteſtate omnia faceret.A patre autẽ ſe eſſe mõſtrabat,per hoc q̃ ad ipſum omnia referẽs faciebat, inuocans eum ad ea quę fiebant:& ideo vt vtrunque oſtendat, nunc quidẽ poteſtate,nunc autẽ orans miracula facit. Deinde confiderandũ q̃ in minoribus quidẽ reſpicit in cęlũ,in maioribus aũt poteſtate oĩa facit. Quando eñ pctã dimiſit,mortuos ſuſcitauit, mare refrenauit,occulta cordiũ redarguit,oculos cõdidit cęci nati,quę ſolius dei ſunt, nequaq̃ videtur orans. Quando autẽ panes multiplicari fecit,quod his omnibus minus eſt, tunc reſpexit in cælum:vt diſcas quoniam & in minoribus non aliunde virtutẽ habet q̃ à patre. Simul autẽ erudit nos non prius tangere menſam,donec gratias egerimus ei qui cibum dat nobis. Propter hoc etiam & in cælũ reſpicit:aliorum eñ ſignorum multorũ exẽpla habebãt diſcipuli,huius autẽ nullum.Hiero.Frangente aũt domino ſeminariũ fit ciborũ:ſi enim fuiſſent integri,& non in fruſta diſcerpti,& non diuiſi in multiplicẽ ſegetem, tantã multitudinẽ alere non poterant.Turbæ aũt à domino per apoſtolos alimenta ſuſcipiũt. vnde ſequitur: Et dedit diſcipulis &c. Chry.In quo quidem non ſolũ eos honorauit,ſed voluit vt hoc miraculo facto non increduli fiant, neque obliuiſcantur eius cũ prætererit,manibus ipſis teſtantibus.Ideoq; turbas dimittit prius famis ſenſum accipere,& diſcipulos accedere & interrogare, & ab ipſis accepit panes:vt multa eſſent teſtimonia ei⁹ qđ fiebat, & multas rememoratiões haberent miraculi. Ex hoc autẽ q̃ nihil amplius q̃ panes & piſces eis dedit,& ex hoc q̃ omnibus cõmuniter ea appoſuit:humilitatẽ,parſimoniam, & charitatem,qua omnia æſtimarent cõmunia,eos erudiuit:quod & à loco docuit,cũ ſuper fœnum eos diſcũbere fecit.non eñ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nutrire ſolũ corpora volebat,ſed & animã erudire. Panes aũt & piſces in diſcipulorũ manibus augebantur. vnde ſequitur: Et manducauerunt oẽs &c. Sed neque vſque ad hoc ſtetit miraculũ:ſed & ſuperabũdare fecit non panes integros,ſed fragmenta: vt oſtendat quoniam illi panes,neq; quantũ reliquiæ erant,& vt abſentes diſcãt quod factũ eſt, & ne vllus quod factũ eſt ęſtimet eſſe phantaſiã.vnde ſequitur:Et tulerunt reliquias duodecim cophinos plenos fragmentorum. Hiero. Vnuſquiſq; eñ apoſtolorũ de reliquiis ſaluatoris implet cophinũ ſuũ,vt ex reliquiis doceat veros fuiſſe panes,qui multiplicati ſunt. Chry. Propter hoc enim & duodecim cophinos ſuperabundare fecit, vt & Iudas ſuum cophinũ portaret. Accipiẽs autẽ fragmẽta dedit diſcipulis & non turbis, quæ adhuc imperfectius diſpoſitæ erant q̃ diſcipuli.Iuxta numerũ quinq; panum, & comedentiũ virorum quinque miliũ multitudo eſt. vnde ſequitur:Manducantiũ aũt &c. Chry.Hoc enim erat plebis maxima laus, quoniã mulieres & viri aſtabant,qũ hę reliquiæ factę ſunt.Hila.Non autẽ quinq; panes multiplicãtur in plures, ſed fragmentis fragmẽta ſuccedunt. Creſcit deinde materies,neſcio vtrum in menſarũ loco,aut in ſumentiũ manibus.Rab.Hoc autẽ miraculũ ſcripturus Ioannes præmiſit, quia proximũ eſſet Paſcha. Matthæus verò & Marcus hoc interfecto Ioãne continuo factũ eſſe cõmemorant:vnde colligitur imminẽte paſchali feſtiuitate fuiſſe decollatũ: & anno poſt ſequente cũ paſchale tẽpus rediret,myſteriũ dominicæ paſſionis eſſe cõpletum.Hiero.Oĩa autẽ hæc plena myſteriis ſunt: hoc enim facit dominus nõ mane,non meridie,ſed veſpere, quando ſol iuſtitię occubuit. Remi. Per veſperũ eñ mors domini deſignat, quia poſtq̃ ille verus ſol in ara crucis occubuit, fameli cos ſatiauit.Vel per veſperũ vltima ętas ſeculi deſignatur,in qua filius dei veniẽs,turbas in ſe credentiũ refecit.Raba. Quia autẽ diſcipuli rogãt dominũ vt dimittat turbas vt emãt ſibi cibos per caſtella,ſignat faſtidium Iudæorũ contra turbas gentiũ,quos iudicabãt magis aptos vt quærerẽt ſibi cibũ in cõuenticulis phariſæorũ,q̃ diuinorũ librorũ vterẽtur paſtu.Hila. Sed dominus reſpondit:Non habẽt neceſſe ire:oſtendens eos quibus medetur,vęnalis doctrinæ cibo non egere,neque neceſſitatẽ habere regredi ad Iudęã cibóſque mercari:iubetq; apoſtolis,vt eſcã darent.Nũquid aũt ignorabat non eſſe quod dari poſſet? ſed erat omnis typica ratio explicanda. nondũ enim conceſſum apoſtolis erat ad vitæ æternę cibũ cæleſtẽ panẽ perficere ac miniſtrare:quorũ reſponſio ad ſpiritualis intelligentiæ ordinẽ tendit, quia adhuc ſub quinque panibus.i.quinque libris legis continebantur: & piſciũ duorũ.i. prophetarũ & Ioannis prædicationibus alebantur.Raba. Vel per duos piſces,& pphetias & pſalmos habemus: totũ enim vetus teſtamentũ in his tribus cõpletur: lege,prophetis, & pſalmis.Hila.Hæc igitur primũ,quia in his adhuc erat,apoſtoli obtulerunt: ſed ex his euangeliorũ prędicatio ad maiorẽ ſuę virtutis abundatiam creſcit. Accũbere poſt hoc ſupra fœnũ populus iubet, nõ iam in terra iacens,ſed lege ſuffultus,& tanq̃ terra fœno fructib⁹ operis ſui vnuſquiſq; ſubſternitur.Hiero.Vel diſcũbere iubentur ſuper fœnũ,& ſecundũ aliũ euangeliſtã per quinquagenos & cẽtenos,vt poſtq̃ calcauerint carnẽ ſuam , & ſeculi voluptates quaſi arenę fœnũ ſibi ſubiecerit,tunc per quinquagenarii numeri præſentiã ad perfectũ centeſimi numeri culmen aſcendant. Aſpicit autẽ ad cęlũ,vt illuc dirigẽdos oculos doceat.Frangitur autẽ lex cũ prophetis,& in eius medio proferuntur myſteria:vt quod integrũ non alebat, diuiſum per partes alat gentiũ multitudinẽ.Hila. Dantur autẽ apoſtolis panes,quia per eos erant diuinæ gratiæ dona reddenda.Idẽ autẽ edentiũ numerus inuenitur,qui futurus fuerat crediturorũ: nam ſicut in libro Actuũ continetur ex Iſrael populi infinitate, virorum quinque milia crediderunt.Hiero. Comederunt autẽ quinque milia virorũ, qui in perfectũ virum creuerãt: mulieres autẽ & paruuli,ſexus fragilis, & ętas minor numero indigni ſunt.Vnde & in Numerorũ libro, ſeorſum,mulieres,& paruuli,& vulgus ignobile abſque numero prętermittitur.Raba. Turbis autẽ eſurientibus non noua creat cibaria,ſed acceptis eis quę habebant diſcipuli benedixit: quia veniens in carne non alia q̃ quæ prædicta ſunt prędicabat , ſed legis & prophetarum ſcripta myſteriis grauida eſſe demõſtrat. Quod aũt ſupereſt turbis,à diſcipulis tollitur,quia ſecretiora myſteria quę à rudibus capi nequeũt,nõ ſunt negligẽter habẽda , ſed à duodecim apoſtolis qui per duodeci cophinos ſignãtur,& ab eorũ ſucceſſoribus diligenter requirẽda.Cophinis eñ ſeruilia opera agũtur:& deus infirma mũdi elegit,vt confundat fortia. Quinque autem milia pro quinque ſenſib⁹ corporis hi ſunt,qui in ſeculari habitu exterioribus rectè vti nouerunt.

Et ſtatim compulit diſcipulos aſcendere in nauiculam,& præcedere eũ trans fretum,donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba,aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autem facto,ſolus erat ibi.Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus.Erat enim cõtrarius uentus.Quarta autem uigilia noctis,uenit ad eos ambulãs ſuper mare. Et uidẽtes eũ ſuper mare ambulantem,turbati ſunt, dicentes: quia phantaſma eſt.Et præ timore clamauerunt.Statimq; Ieſus locutus eſt eis,dicens:Habete fiduciam,ego ſum,nolite timere. Reſpondẽs autem Petrus,dixit illi: Domine ſi tu es,iube me ad te uenire ſuper aquas.At ipſe ait: Veni . Et deſcendens Petrus de nauicula,ambulabat ſuper aquã ut ueniret ad Ieſum. Videns uerò uentum ualidũ, timuit. Et cũ cœpiſſet mergi, clamauit,dicens:Domine, ſaluum me fac . Et continuò Ieſus extendens manum,apprehendit eum,& ait illi: Modicæ fidei,quare dubitaſti? Et cũ aſcendiſſet in nauiculam , ceſſauit uentus.Qui autem in nauicula erant uenerunt, & adorauerunt eum,dicentes:Verè filius dei es.*

*venien tem

Chry.Diligentẽ examinationẽ eorum quæ facta erant tradere volens, eos qui præmiſſum ſignũ viderãt, iuſſit à ſe ſeparari: quia &ſi præſens viſus fuiſſet,phantaſticè & nõ in veritate feciſſe miraculũ demõſtraret: nõ tamẽ vt abſens.Et ideo dicitur:Et ſtatim compulit Ieſus &c.Hiero.Quo ſermone oſtẽditur inuitos eos à domino receſſiſſe,dũ amore pręceptoris ne ad pũctum quidẽ tẽporis ab eo volũt ſeparari.Chry.Conſiderandum autẽ q̃ cùm dominus magna operatur , dimittit turbas,docẽs nos nuſquam gloriã multitudinis proſequi,neque attrahere multitudinẽ.Et iterũ docet , non debere turbis nos cõmiſcere cõtinuè,neq; fugere multitudinẽ ſemper,ſed alterutrũ vtiliter facere. vnde ſequitur:Et dimiſſa turba &c.In quo nos docet,quia ſolitudo bona eſt,cũ nos deũ interpellare oporteat:propter hoc etiã ad deſertũ vadit , & ibi pernoctat, dũ orat,erudiẽs nos in oratione tranquillitatẽ quærere,& à tẽpore,& à loco.Hiero.Quia autẽ aſcendit ſolus orare,non ad eũ referas quidẽ, qui quinque panibus quinque milia hominũ ſatiauit,ſed ad eum qui audita morte Ioãnis receſſit in ſolitudinẽ:nõ quo perſonam domini ſeparemus,ſed quo opera eius inter deum hominẽq; diuiſa ſunt.Aug.de con.euan.Poteſt autẽ hoc videri contrarium , q̃ Matthæus dimiſſis turbis eum dicit aſcendere in mõtem,vt illic ſolus oraret.Ioãnes autem in monte

in mõte fuiſſe,cũ eaſdẽ turbas pauit.Sed cũ & ipſe Ioannes dicat poſt illud miraculũ fugiſſe eum in mõtem ne à turbis teneretur,quæ eũ volebãt facere regẽ:vtiq; manifeſtũ eſt q̃ de monte in planiora deſcẽderat,quando illi panes miniſtrati ſunt:nec illud repugnat q̃ Matthæus dixit:Aſcẽdit in montẽ ſolus orare. Ioãnes aũt, Cũ cognouiſſet,inquit, q̃ vẽturi eſſent vt facerent eũ regẽ,fugit iterum in montẽ ipſe ſolus. neque eñ cauſa orandi,cõtraria eſt cauſæ fugiẽdi:quãdoquidẽ & hinc dominus docet hanc eſſe nobis magnã cauſam orãdi, quando eſt cauſa fugiẽdi.Nec illud contrariũ eſt quòd Mattheus prius dixit eũ iuſſiſſe aſcẽdere diſcipulos in nauiculã , ac deinde dimiſſis turbis aſcẽdiſſe in montẽ ſolus orare. Ioãnes verò prius eum fugiſſe cõmemorat ſolũ in montẽ,ac deinde : Vt aũt ſero factũ eſt,inquit, deſcẽderunt diſcipuli eius ad mare, & cũ aſcendiſ.na. &c.Quis eñ nõvideat hoc recapitulãdo Ioannẽ poſtea dixiſſe factũ à diſcipulis , quod iã Ieſus iuſſerat antequã fugiſſet in mõtem?Hiero.Rectè aũt quaſi inuiti & retractãtes apoſtoli à domino receſſerãt, ne illo abſente naufragia ſuſtinerent.Sequitur eñ:Veſpere autẽ facto &c. Chry. Rurſus aũt diſcipuli tẽpeſtatẽ ſuſtinẽt ſicut & prius: ſed tũc quidẽ habẽtes eũ in nauigio hoc paſſi ſunt,nunc aũt ſoli exiſtentes.Paulatim eñ ad maiora eos ducit,& ad ferendum omnia viriliter inſtruit. Hiero.Domino quidẽ in montis cacumine cõmorante,ſtatim vẽtus cõtrarius oritur & turbat mare,& periclitantur apoſtoli: & tandiu imminẽs naufragiũ pſeuerat,quandiu Ieſus veniat. Chry. Tota aũt nocte dimittit eos fluctuari:erigens eorum cor poſt timorẽ, in maius ſui deſideriũ immittens eos,& in memoriã cõtinuam,propter hoc nõ confeſtim eis aſtitit.vnde ſequitur: Quarta aũt vigilia noctis &c.Chry.Stationes eñ & vigilię militares in trina horarũ ſpatia diuiduntur. Quando ergo dicit : Quarta vigilia noctis veniſſe ad eos dominũ,oſtẽdit tota nocte periclitatos.Chry.Erudiens eos nõ cito ſolutionẽ inquirere aduenientiũ malorum,ſed ferre ea quę contingũt viriliter. Quãdo autem putauerũt erui, tunc intenſus eſt timor . vnde ſequitur:Et videntes eũ &c.Semper eñ hoc dominus facit,cũ ſoluturus ſit mala aliqua , difficilia & terribilia inducit.Quia eñ nõ eſt longo tẽpore tentari cũ finiendi ſunt agones iuſtorũ,volens amplius eos lucrari,auget eorũ certamina:quod & in Abrahã fecit,vltimum certamẽ tentationũ filii ponens.Hiero.Confuſus autẽ clamor,& incerta vox, magni clamoris indiciũ eſt. Si aũt iuxta Marchionem & Manichæũ dominus noſter non eſt natus ex virgine,ſed viſus in phantaſmate,quõ nunc apoſtoli timẽt ne phãtaſmata videãt?Chry.Chriſtus ergo non prius ſe reuelauit diſcipulis , donec clamauerũt:quãtò enim magis intẽdebatur timor, tantò magis lætati ſunt in eius præſentia.vnde ſequitur: Statimq; Ieſus locutus eſt eis,dicẽs:habete fiduciam, ego ſum,nolite timere. hoc autẽ verbum & timorẽ ſoluit, & fiduciã pręparauit.Hiero.Quia aũt dicit:Ego ſum, nec ſubiũgit,quis ſit: vel ex voce ſibi nota poterãt intelligere eum, qui per obſcuræ noctis tenebras loquebatur:vel ipſum eſſe ſcire poterant, quem locutum ad Moyſen nouerãt: Hæc dices filiis Iſrael , qni eſt, miſit me ad vos.In omnibus aũt locis ardentiſſimę fidei inuenitur Petrus . Eodẽ igitur fidei ardore quo ſemper, nunc quoq; tacẽtibus cęteris credit ſe poſſe facere per voluntatẽ magiſtri , quod nõ poterat per naturã.vnde ſequit:Reſpon.aũt Pe.di.Domine &c. Tu præcipe,& ilicò ſolidabũtur vndę:& leue fiet corpus, quod per ſe graue eſt. Aug.de ver.do. Non eñ poſſum hoc in me, ſed in te.Agnouit Petrus quid ſibi eſſet à ſe,quid ab illo,cuius voluntate ſe credidit poſſe,quod nulla humana infirmitas poſſet. Chryſo. Vide autẽ quãtus eſt fervor,quanta fides,nõ dixit:Ora,& deprecare,ſed iube. Non eñ ſolũ credidit quoniã poteſt Chriſtus ambulare ſuper mare , ſed quoniã poteſt & alios inducere : & cõcupiſcit velociter ad eum ire.Hoc eñ tam magnum quęſiuit propter amorẽ ſolũ, non propter oſtẽtationẽ. Non eñ dixit:Iube me ire ſuper aquas,ſed iube me venire ad te. Patet aũt q̃ cũ in miraculo ſuprà poſito oſtẽderit q̃dominatur mari,nunc ad mirabilius ſignũ eos inducit.vnde ſequitur:At ille ait:Veni. Et deſcendẽs Petrus,quaſi mollẽ & aereum inceſſerit.Reſpondeant quomodo ambulauerit Petrus,quẽ vtiq; verũ hominẽ nõ negabunt.Raba.Deniq; Theodorus ſcripſit corporale põdus non habuiſſe dominũ ſecũdum carnem,ſed abſq; pondere ſuper mare ambulaſſe: ſed contrariũ fides catholia prædicat.Nã Dionyſius dicit, q̃ nõ infuſis pedibus corporale pondus habentib⁹ & materiale onus deambulabat ſuper vndã. Hiero. Petrus autẽ qđ maius eſt ſuperans ſcilicet vndas maris , à minori turbatur.ſ.à vẽti impulſu.vnde ſequit:Videns aũt &c.Talis eſt eñ natura humana, vt multoties in magnis rectè ſe habens,in minoribus reprehẽdatur.hic autem q̃ Petrus timuit,differentiã demõſtrabat magiſtri & diſcipuli,ſed alios diſcipulos mitigabat. Si eñ in duob⁹ fratribus ſeſſuris ad dexterã moleſtati ſunt,multo magis hic moleſtati fuiſſent,nondũ eñ erant ſpiritu pleni: poſtea verò ſpirituales effecti vbiq; Petro primatũ concedũt,& in cõcionibus eũ præmittunt. Hiero.Paululũ etiã relinquitur tẽtationi, vt augeatur fides,& intelligat ſe nõ facultate poſtulationis, ſed potentia dñi cõſeruatũ. Ardebat eñ in animo eius fides, ſed hũana fragilitas in profundũ trahebat.Aug.de ver. do. Præſumpſit ergo Petr⁹ de domino,titubauit vt homo, ſed rediuit ad dominũ. vnde ſequitur : Et cũ cœpiſſet &c. Nunquid autẽ dominus deſereret titubantem, quẽ audierat inuocantẽ?vnde ſequitur:Et cõtinuo &c.Chry. Ideo aũ non iniunxit ventis quieſcere , ſed extendens manũ apprehendit eum,quoniam illius fide opus erat. Cùm enim quæ à nobis ſunt defecerint, tum ea quę à deo ſunt ſtant.Vt igitur mõſtraret , quia non vẽti immiſſio, ſed illius modica credulitas periculũ operabatur,ſubditur:Et ait illi:Modi.fi.qua.du. In quo manifeſtat,quia neq; ventus nocere potuiſſet, ſi fides firma fuiſſet . Sicut autẽ pullum ante tẽpus ex nido exeuntẽ & caſurũ mater alis portãs, rurſus ad nidũ reducit:ita & Chriſtus fecit.vnde ſequitur:Et cũ aſcen.in na.&c. Verè filius dei es.Raba.Quod quidẽ de nautis intelligendũ eſt,ſiue de apoſtolis.Chry.Vide autem qualiter paulatim ad id quod eſt excelſius vniuerſos ducebat? Suprà eñ increpauit mare,nunc aũt magis virtutẽ ſuam demõſtrat ſuper mare ambulãdo , & alii hoc idem facere iubendo,& periclitantem ſaluando.ideoq; dicebant ei:Verè filius dei es,quod ſuprà nõ dixerant. Hiero . Si ergo ad vnum ſignũ tranquillitate maris reddita (quæ poſt nimias procellas interdum & caſu fieri ſolet) nautę atq; rectores verè filium dei confitẽtur , cur Arrius ipſum in eccleſia prædicat creaturam ? Aug.de ver.do.Myſticè autẽ mons altitudo eſt . Quid autẽ altius cælo in hoc mundo? Quia verò in cælũ aſcẽdit nouit fides noſtra.Cur autẽ ſolus aſcẽdit in cælũ?quia nemo aſcendit in cælũ,niſi qui de cælo deſcendit: quanuis & cũ in fine venerit,& nos in cælum leuauerit,etiam tunc ſolus aſcẽdet : quia caput cum corpore ſuo vnus eſt Chriſtus,nunc autem ſolũ caput aſcendit.Aſcẽdit autem orare, quia aſcẽdit ad patrem pro nobis interpellare.Hila.Vel q̃ veſpere ſolus eſt , ſolitudinẽ ſuã

Universidad de Deusto
Biblioteca

in tẽpore passionis ostendit, cæteris trepidatione dilapsis. Hiero. Ascendit etiã in montẽ solus, quia turba ad sublimia sequi nõ potest, nisi docuerit eã iuxta mare in litore. Augu. de ver. do. Verũtamen dũ Christus orat in excelso, nauicula turbatur magnis fluctibus in profundo: & quia insurgunt fluctus, potest ista nauicula turbari: sed quia Christus orat, non potest mergi. Nauiculã quippe istã, ecclesiã cogitate: turbulentũ mare, hoc seculũ. Hila. Quod aũt nauẽ conscendere discipulos iubet & ire trans fretũ, dũ turbas ipse dimittit, & dimissis turbis ascẽdit in montẽ orare: esse intra ecclesiã iubet, & periculũ fieri vsque in id tẽpus quo reuertens in claritatis aduentũ populo omni qui ex Israel erit reliquus salutẽ reddat, eiusq; peccata dimittat, dimissoq; eo vel in cęleste regnũ potius admisso, agens deo patri gratias in gloria eius & maiestate consistat. Sed inter hæc discipuli vẽto ac mari deferũtur, & totius seculi motibus ĩmundo spũ aduersante iactantur. Aug. de ver. do. Quãdo em̃ aliquis impię volũtatis maximę potestatis ꝓsecutionẽ indicit ecclesiæ, sup nauiculã Christi grandis vnda cõsurgit. Raba. Vnde bene dicitur quia nauis erat in medio mari, & ipse solus in terra: quia nonnunq̃ ecclesia tãtis pressuris est afflicta, vt eã dominus deseruisse videatur ad tẽpus. Augu. de ver. do. Venit aũt dñs ad visitãdos discipulos suos qui turbabãt in mari, quarta vigilia noctis. i. extrema parte noctis. Vigilia em̃ vna tres horas habet, ac per hoc nox quatuor vigilias habet. Hil. Prima igit vigilia fuit legis, secunda prophetarũ, tertia corporalis aduentus, quarta in reditu claritatis. Aug. de ver. do. Quarta igitur vigilia noctis hoc est penè iã nocte finita, veniet in fine seculi iniquitatis nocte transacta ad iudicãdum vivos & mortuos: venit aũt mirabiliter. Surgebãt em̃ fluctus, sed calcabãtur: quantũlibet em̃ potestates seculi consurgãt, premit earũ caput, nostrũ caput. Hila. Veniens aũt Christus in fine inuenit ecclesiã fessam, & Antichristi spiritu & totius seculi motibus inueniet circumactã. Et quia de Antichristi consuetudine ad oẽm tentationũ nouitatẽ soliciti erunt, etiã ad domini aduentũ expaueſcent falsas rerũ imagines metuẽtes. Sed bonus dñs timorẽ depellet, dicẽs: Ego sum, & aduentus sui fide metũ naufragii imminẽtis repellet. Augu. de quæ. euan. Vel ꝙ dixerunt discipuli phantasmata esse, signat quia quidã, qui cesserint diabolo, de Christi aduẽtu dubitabũt. Quia aũt Petrus implorat auxiliũ à domino ne mergatur, signat quibusdã tribulationibus etiã post vltimã ꝓsecutionẽ purgaturũ ecclesiam, quod & Paulus signat, dicẽs: Saluus erit, sic tamẽ quasi per ignẽ. Hila. Vel ꝙ Petrus ex omni cõsistentiũ in nauis numero respondere audet, & iuberi sibi vt supra aquas ad dominũ veniat precatur, passionis tẽpore volũtatis suæ designat affectũ, dũ vestigiis domini inhærẽs ad contẽnendã mortẽ conatus est. Sed infirmitatẽ futuræ tẽtationis timiditas eius ostẽdit. Per metũ enim mortis vsq; ad negandi necessitatẽ coactus est. Clamor aũt eius pœnitentię suæ gemitus est. Rab. Respexit dominus, & ad pœnitentiã conuertit: manũ extendit, & indulgentiã tribuit, & sic discipulus salutẽ inuenit. qa nõ est volẽtis neq; currentis, sed miserentis dei. Hila. Quia aũt trepidante Petro virtutẽ perueniendi ad se dñs nõ inducit: sed manu apprehensum sustinuit, hęc est ratio: solus em̃ passur⁹ pro oĩbus omniũ peccata solue bat, nec sociũ admittit quicquid vniuersitati præstatur ab vno. Aug. de ver. do. In vno etiã apostolo. i. Petro in ordine apostolorũ primo & præcipuo, in quo figurabatur ecclesia, vtrũque genus significandũ fuit. i. firmi in hoc ꝙ sup aquas ambulauit, & infirmi in hoc ꝙ dubitauit. Nã & vnicuiq; sua cupiditas tẽpestas est. Amas deũ? ambulas supra mare, sub pedibus tuis est seculi timor. Amas seculũ? absorbet te. Sed cũ fluctuat cupiditas cor tuũ: vt vincas cupiditatẽ, inuoca Christi diuinitatẽ. Rab. Aderit aũt dñs si sopitis tentationũ periculis protectionis suæ fiduciã retribuat: & hoc, diluculo appropinquãte. Cũ em̃ humana fragilitas pressuris obsita suarũ viriũ paruitatẽ cõsiderat, erga se tenebras cernit. Cũ autẽ mentẽ ad supernũ præsidiũ erexerit, repente exortũ Luciferi cõspicit, qui totã vigiliam matutinã illuminat. Nec mirandũ si ascendẽte in nauiculã dño, vẽtus cessauit. In quocunq; em̃ corde dñs per gratiã adest, mox vniuersa bella quiescũt. Hila. Ascẽsu etiã Christi in naui ventũ & mare esse sedatũ, post claritatis suæ reditũ æterna ecclesiæ pax & tranquillitas indicatur. & quia tũc manifestius aduenient, rectè admirantes vniuersi locuti sunt: Verè filius dei es. Cõfessio em̃ vniuersorũ tunc absoluta & publica erit: dei filium non iã in humilitate corporea, sed in gloria cælesti pacem ecclesiæ reddidisse. Augu. de quæst. euan. Signatur enim claritatẽ eius tunc manifestã futuram, per speciẽ iam videntibus, qui per fidẽ nunc ambulant.

Et cũ transfretassent, uenerunt in terrã Genezareth. Et cũ cognouissent eum uiri loci illius, miserunt in uniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè hauentes, & rogabant eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt, salui facti sunt.

Remi. Narrauerat superius euangelista dominũ iussisse discipulos suos ascẽdere in nauiculã, & ꝓcedere eũ trãs fretũ, nunc in cœpta intẽtione perseuerãs dicit quo in trãsfretando peruenerint, dicens: Et cũ &c. Raba. Terra Genezar, iuxta stagnũ Genezareth à loci ipsius natura nomẽ trahẽs, qua crispãtibus aquis de seipso sibi excitare aurã phibetur: græco em̃ vocabulo quasi generans sibi auram dicitur. Chry. Monstrat aũt euangelista quod post multũ tẽpus ad partes illas Christus venerat. Et ideo sequitur: Et cũ cognouissẽt &c. Hier. Cognouerunt aũt eum rumore, nõ facie: vel certè pro signorũ magnitudine quæ ꝓpetrabat in populis, vultu plurimis notus erat. Et vide quãta fides sit hominũ terrę Genezareth: vt nõ prẽsentium tantũ salute contenti sint, sed mittant ad alias per circuitũ ciuitates. Chry. Neq; em̃ similiter vt prius ad domos trahebant, & tactũ manus inquirebant: sed cũ maiori fide eum allicibãt. vnde sequitur: Et obtulerũt &c. Mulier enim quæ fluxũ sanguinis patiebatur, vniuersos hanc sapientiam edocuit, vt. s. tangendo fimbriã vestimẽti Christi salua rentur. Patet etiã ꝙ tempus quo Christus absens fuit, non solũ fidẽ eorum dissoluit, sed & maiorẽ reddidit, cuius virtute oẽs saluati sunt. & ideo sequitur: Et quicũque tetigerunt, salui facti sunt. Hiero. Si autẽ scire mus quid in nostra lingua resonat Genezareth, intelligeremus quomodo Iesus per typum apostolorũ & nauis ecclesiam de persecutionis naufragio liberatã trãsducat ad litus, & in trãquillissimo portu faciat requiescere. Raba. Genezar enim interpretatur ortus principium: tunc autẽ plena nobis tribuetur trãquillitas, quando paradisi per Christum nobis restituetur hęreditas, ac primę stolę iocunditas. Hila. Vel aliter: Finitis legis tẽporibus, & ex Israel quinque milibus virorum intra ecclesiam collocatis, iam credentium populus occurrit, iã ipse ex lege per fidẽ saluus, reliquos ex suis ĩfirmos ægrotósq; offert domino, oblatiq; fimbrias vestimentorũ contingere optabãt salui per fidẽ futuri, sed vt ex veste tota fimbrię, ita ex domino nostro Iesu Christo sancti spiritus gratia virt⁹ exiit: quæ apostolis data, ipsis quoq; tanq̃ ex eodẽ corpe exeuntibus

salutẽ his qui cõtingere cupiunt, subministrãt. Hiero. Vel fimbriã vestimẽti eius, minimũ mandatũ intellige: quod qui transgressus fuerit, minim⁹ vocabitur in regno cælorũ: vel assumptionẽ corporis, per quam venimus ad verbũ dei. Chryso. Nos autem non solũ fimbriam aut vestimentũ Christi habemus, sed etiam corpus eius vt comedamus. Si ergo qui fimbriã vestimenti eius tetigerunt, tantam acceperũt virtutem, multo magis qui qui totum ipsum sument.

CAPVT XV.

Tunc accesserunt ad eũ ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui transgrediũtur traditionem seniorũ? Non enim lauant manus suas cũ panẽ manducant. Ipse autem respondens, ait illis: Quare & uos transgredimini mandatũ dei propter traditionem uestram? Nã deus dixit, honora patrem & matrem. Et qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, quicunque dixerit patri uel matri, mun⁹ quodcũque est ex me, tibi proderit. Et non honorificabit patrem suum aut matrem suam, & irritum feciſtis mandatũ dei propter traditionẽ uestram.

Raba. Homines Genezareth & min⁹ docti credũt, sed qui sapientes videntur ad pugnã veniunt: iuxta illud, Abscondisti à sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. vnde dicitur: Tũc accesserunt &c. Augu. de con. euan. Ita aũt conserit euãgelista narrationis suę ordinẽ, dicens: Tunc accesserunt, vt quantum ipse transitus ꝓdicat, rerũ etiam consequentiũ ordo seruetur. Chry. Propter hoc aũt euangelista hic tẽpus designat, vt ostendat ineffabilẽ illorũ nequitiã nulli cedentem: tunc em̃ venerunt, quando plurima signa operatus est, quando infirmos ex tactu fimbriæ curauerat. Quod autẽ ab Hierosolymis veniſſe dicũtur scribę & pharisęi, sciẽdum est ꝙ per omnes tribus erant disseminati: sed qui in metropoli habitabant, peiores aliis erant, velut ampliori fruentes honore, & maiorẽ superbiã possidentes. Remi. Duabus autẽ de causis reprehendũtur: & quia ab Hierosolymis venerant. i. à loco sancto descenderãt: & quia seniores populi, & legis doctores erant, & nõ ad discendũ, sed ad reprehendẽdum dominũ venerant. Subditur em̃: Dicẽtes, quare discipuli &c. Hiero. Mira pharisæorũ scribarumq̃ stultitia: dei filiũ arguũt, quare traditiones hominũ & prẽcepta nõ seruet. Chryso. Vide aũt qualiter & à sua interrogatione capiuntur. Non em̃ dicunt: Quare transgrediũtur legẽ Moysi: sed traditionẽ seniorum: vnde manifestũ est ꝙ multa noua inducebant sacerdotes. quanuis Moyses dixerit, Nõ adiicietis ad verbũ, quod ego propono vobis hodie, & nõ auferetis ab eo. & quando oportebat eos ab obseruationibus liberari, tũc amplioribus obseruationibus se alligabant, timentes ne aliquis eorũ principatũ auferret, terribiliores esse volentes, quia & ipsi essent legislatores. Remi. Quæ aũt fuerint traditiones, manifestat Marcus cũ ait: Pharisæi & oẽs Iudęi nisi crebro lauent manus suas, non manducant panẽ: vnde & hic discipulos reprehendunt, dicentes: Non em̃ lauãt &c. Beda super Mat. Verba em̃ prophetarũ carnaliter accipientes quod dictũ erat: Lauamini, & mundi estote: de corpore solũ lauando seruabant, & ideo statuerant nõ nisi lotis manibus manducandũ esse. Hiero. Manus aũt. i. opera non corporis, sed animæ lauãdę sunt, vt fiat in illis verbũ dei. Chry. Ideo autẽ discipuli nõ lotis manibus mãducabant, quia iam superflua despiciebant, ea solũ quæ sunt necessaria attẽdentes: & neque nõ lauari pro lege habẽtes, sed vt contingebat alterutrũ facientes. Qui em̃ & ipsum necessariũ cibum contẽnebãt, qualiter circa hoc studiũ habe-

Superstitio sacerdotum.

Honor quid in scriptura.

rent? Remi. Vel reprehendebãt pharisæi discipulos domini, nõ de ista lauatione quæ cõsueto more congruit, & necessariis tẽporibus agit: sed de illa superflua, quæ de superstitiosa traditiõe seniorũ fuerat reperta. Chry. Christus autẽ non excusauit, sed cõfestim reaccusauit: demõstrans quoniã eum qui magna peccat, pro paruis peccatis aliorũ solicitũ esse nõ oportet. vnde sequit: Ipse autẽ respondens ait illis: Quare & vos &c. Non aũt dicit ꝙ bene faciunt transgredientes, vt nõ det eis occasionẽ calũniæ. neque tũ vituperat quod ab apostolis factũ est: ne approbet eorũ traditiones. Neq; rursus accusat seniores, ne tanq̃ iniuriatorẽ eum repulissent: sed increpat eos qui aduenerãt, tãgens etiam seniores qui talẽ traditionẽ statuerãt, dicẽs. Hiero. Cũ vos propter traditionẽ hominũ præcepta dei negligatis, quare discipulos meos arguẽdo creditis, ꝙ se iuniorũ iussa paruipendãt, vt dei præcepta custodiãt? nã deus dixit: honora patrẽ & matrẽ. Honor in scripturis non tantũ in salutationibus & officiis deferendis, quantũ in eleemosynis ac munerũ oblatione sentiũt. Honora, inquit apostolus, viduas, quæ veræ viduæ sunt: hic em̃ honor donũ intelligitur. Pręceperat ergo dominus, vel ĩmbecillitates, vel ætates, vel penurias parentũ considerãs, vt filii honorarent etiã in vitæ necessariis ministrãdis parentes suos. Chry. Voluit autẽ monstrare ꝙ parẽtes essent valde honorãdi, per hoc quod adiunxit & prẽmium & pœnã. sed dominus hic præmiũ prætermittens quod honorãtibus repromittitur, scilicet esse lõgæuũ super terrã: ponit quod terribilius est, scilicet pœnam: vt & ipsos stupefaceret, & alios attraheret. vñ addit: Et qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. In quo demõstrat eos morte dignos esse. Si em̃ qui verbo dehonorat parentẽ, morte punitur, multo magis vos qui opere, & nõ solũ dehonoratis parentes, sed & alios hoc docetis. Qui igitur neq; viuere debetis, qualiter meos discipulos incusatis? Quõ autẽ dei mandatũ transgrediãtur, manifestat cũ subdit: Vos autẽ dicitis, quicũque dixerit &c. Hiero. Præmissã em̃ prouidentissimã dei legẽ volentes scribę pharisęiq̃: subuertere, vt impietatẽ sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios, vt si quis ea quæ parentibus offerenda sunt, deo voluerit soluere, qui verus est pater, oblatio domini prẽponatur parentũ muneribus. Glo. vt sit sensus: Quod ego offero deo, & mihi & tibi proderit: & ideo nõ debes sumere, scilicet res meas ĩ tuos vsus, sed pati vt deo offerã. Hiero. Vel certè ipsi parẽtes qui deo cõsecrata cernebãt, ne sacrilegii crimẽ incurrerent, declinãtes egestate cõficiebantur: atq; ita fiebat vt oblatio liberorũ, sub occasiõe tẽpli & dei, in lucra cederet sacerdotũ. Glo. Vt sit sensus: Quicunq;. i. quisquis vestrũ ò iuuenes, Dixerit. i. dicere poterit, vel dicet patri vel matri: O pater, munus quod est deo ex me iã deuotũ, proderit tibi, admirãdo: quasi diceret, nõ debes sumere, ne sis re⁹ sacrilegii. Vel potest legi per defectum, hoc modo: Quicũque dixerit patri &c. subaudi faciet dei mandatũ, vel cõplebit legẽ, vel erit dignus vita æterna. Hiero. Potest autẽ & hunc breuiter habere sensum: Cõpellitis inquit filios, vt dicãt parentibus suis: Quodcunque donũ oblaturus erã deo, in tuos cõsumo cibos, tibiq; prodest ò pater & mater: quasi diceret, nõ. Glo. Et sic propter istas persuasiones auaritię vestræ, ille iuuenis nõ honorificabit patrẽ & matrẽ. vnde sequitur: Et non honorificabit patrem & matrem. quasi diceret: Vos filiis ista pessima suasistis, & propter hoc filius postea patrẽ & matrẽ nõ honorificabit, & ita mandatũ dei de sustentãdis parẽtibus fecistis irritũ ꝓpter traditionẽ vestrã. s. auaritię vestræ seruiẽtes. Augu. con

Sensus verborũ.

tra aduersariũ legis & prophetarũ. Euidenter autẽ hic Christus ostẽdit & illam esse dei legẽ, quam hæreticus blasphemat: & Iudæos habere suas traditiones à libris propheticis & legitimis alienas, quas apostolus appellat prophanas fabulas & viles. Augu. contra Faustum: Multa etiã nos hic dominus docet: & Iudæos à deo suo se non auertere, & eius mandata non tantũ se non infringere, verũetiam illos à quibus infringerentur arguere, & non nisi per Moysen ista mandasse. Augu. de quæst. euan. Vel aliter: Munus quodcunque est ex me, tibi proderit. i. munus quod offers causa mei, ad te iam pertinebit. quibus verbis significant filii, iam sibi non necesse esse parentũ pro se oblationẽ: ꝙ ad eam ætatem peruenissent, vt possent iã ipsi offerre pro se. In hac ergo ætate cõstitutos vt possent parentibus suis hoc dicere: cũ hoc dixissent, negabãt pharisæi reos esse, si parentibus nõ præstarent honorem.

Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Esaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor aũt eorũ longè est à me. Sine causa aũt colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

Chry. Monstrauerat dominus ꝙ pharisæi non erãt digni accusare transgredientes mandata seniorũ, cùm dei legẽ destruerent. Rursus aũt demõstrat hoc ipsum & à propheta. vnde dicit: Hypocritę, bene &c. Remig.

Hypocrisis ratio.

Hypocrita dicitur simulator: quia aliud opere simulat, & aliud corde gestat. Isti ergo bene hypocritæ dicuntur: quia sub honore dei, terrena sibi lucra accumulare cupiebant. Raba. Prœuidit aũt Esaias simulationes Iudæorũ, quòd in dolo pugnarent contra euangeliũ. Et ideo dixit ex persona domini: Populꝰ hic labiis me honorat &c. Remig. Iudæorũ nanque populus labiis & ore deo appropinquare & honorare eũ videbatur, quia vnius dei cultũ se habere gloriabatur: sed corde longè à deo recessit, quia visis signis atque miraculis, nec diuinitatẽ eius cognoscere, nec eũ susципere voluerunt. Raba. Itẽ labiis eũ honorabant, quando dicebant: Magister, scimus quia verax es, sed cor eorũ longè ab eo fuit, quando miserũt insidiatores vt eũ caperent in sermone. Glo. Vel cõmendando exteriorẽ munditiã eum honorabant, sed dũ interiori quæ vera est, carebãt, cor eorũ longè erat à deo, & illis talis honor inutilis erat, vnde sequitur: Sine causa aũt colunt me, docentes doctrinas & mandata hominũ. Raba. Non enim habebũt mercedẽ cũ veris cultoribus docẽtes doctrinas & mandata hominũ, contẽptis præceptis diuinis. Chry. Augmentata ergo accusatione pharisæorũ à testimonio prophetæ, & illis non emẽdatis, iam eis nõ loquitur, sed turbis. vnde dicit: Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite. Quia turbis dogma excelsum & multa philosophia plenũ propositurus erat: non simpliciter hoc enunciat, sed susceptibilẽ facit sermonẽ: primo quidẽ & ore & solicitudine exhibita circa turbas: quod ostendit euangelista, dicens: Et conuocatis ad se turbis. Deinde etiã susceptibilẽ facit sermonẽ ex tẽpore, quia post mortuos susцitatos, post victoriam contra pharisęos habitam, tunc legem proponit, vt facilius susцipiatur. Et non solũ simpliciter turbas aduocauit, sed etiã eos attẽtiores fecit in hoc quòd dixit: Audite & intelligite, id est attendite & erigimini mente ad hoc audiendũ. Non autẽ dixit eis: Nihil est obseruatio escarum, neq; ꝙ Moyses malè iniunxerat: sed per modũ admonitionis & consilii, à rerum ipsarũ natura testimoniũ accipiens, ait: Non quod intrat in os, coinquinat hominẽ &c. Hieronymus habet, communicat. Hiero. Verbum cõmunicat, propriè scriptura rum est, & proprio sermone non teritur, populus autẽ Iudæorũ cũ partem dei se esse iactans, cõmunes cibos vocat, quibus omnes vtuntur homines, verbi gratia, Suillam carnã, ostreas, lepores, & istiusmodi animãtia quæ vngulã non findũt, nec ruminãt, nec squamosa in piscibus sunt. Vnde & in Actibus apostolorũ scriptũ est: Quod deus sanctificauit, tu ne cõmune dixeris. Cõmune ergo quod cæteris hominibus patet quasi nõ de parte dei, pro immundo appellatur. Augu. contra Faustũ. Testamento autẽ veteri non est contraria ista sententia, qua dominus dicit: Non quod intrat in os &c. & qua apostolus dicit: Omnia munda mundis, & omnis creatura dei bona est. Si possunt hoc apostolũ de ipsis dixisse naturis intelligant Manichæi: illas autẽ litteras propter quasdã prefigurationes tempori cõgruentes, animalia quædã non natura, sed significatione immunda dixisse. Itaq; verbi gratia, Si de porco & agno requiratur: vtrũque natura mundũ est, quia omnis creatura dei bona est: quadã verò significatione agnus mũdus, porcus immũdus est. tanꝙ si stultũ & sapientẽ diceres, vtrunque hoc verbũ natura vocis & literarũ & syllabarũ, quibus constat, vtique mundũ est: significatione autem vnũ horum verbũ quod dicitur stultus, immundũ dici potest: non natura sui, sed quoniã quod dam immundũ significat. Et fortasse quod est in rerũ figuris porcus, hoc est in hominũ genere stultus. & tã illud animal quàm istæ duæ syllabæ quod dicitur stultus, quoddã vnum idemq; significant. Immundũ quippe illud animal in lege positũ est, eo quòd nõ ruminet: non autẽ hoc eius vitium, sed natura est. Sunt autẽ homines qui per hoc animal significantur immundi proprio vitio, non natura, qui cũ libenter audiant verba sapientiæ, postea de his omnino non cogitant. Quod enim vtile audietis velut ab intestino memoriæ, tanquam ad os cogitationis recordandi dulcedine reuocare, quid aliud est ꝙ spiritualiter ruminare? quod qui nõ faciunt, illorũ animaliũ genere figurantur. Hæ autem similitudines rerũ in locutionibꝰ vel obseruationibus figuratis rationales mentes vtiliter & suauiter mouent. sed priori populo multa talia non tantũ audienda, verũetiam obseruanda præcepta sunt. Tẽpus enim erat quo nõ tantũ dictis, sed etiam factis prophetizari oportebat ea quę posteriore tẽpore fuerant reuelãda, quibus per Christũ atq; in Christo reuelatis, fidei gentiũ onera obseruationũ nõ sunt imposita, prophetię tamen est auctoritas cõmẽdata. Requiro aũt à Manichæis, vtrum ista domini sentẽtia, qua dixit nõ inquinari his hominẽ quę in os eius intrãt, vera aut falsa sit? Si falsam dicũt, cur eorũ doctor Adimãtus à Christo prolatã dicẽs, ad expugnãdum vetus testamentũ obiecit? Si aũt verax est, cur aduersus eã crẽdunt se coinquinari? Hiero. Opponat aũt prudẽs lector & dicat: Si quod intrat in os nõ coinquinat hominẽ, quare idolothytis nõ vescimur? Sciẽdum igitur ꝙ ipsi quidẽ cibi & omnis dei creatura per se munda sit, sed idolorũ & dæmoniorũ inuocatio ea facit immunda, apud eos. s. qui eum cõscientia idoli idolothytũ mãducãt: & cõscientia eorum, cũ sit infirma, polluitur vt apostolus dicit. Remi. Quicunq; autẽ tantę fidei est, vt intelligat creaturam dei nullo modo inquinari posse: sanctificetur cibus per verbum dei & orationẽ, & comedat quicquid vult, ita tamen quòd hæc licentia offendiculum non fiat infirmis, vt apostolus dicit.

Obseruatio escarum.

Doctor Manichęorum.

Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: Scis quia pharisæi, audito hoc uerbo, scandalizati sunt? At ille respondens ait: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cæleſtis, eradicabitur. Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

Hiero. Ex vno sermone domini omnis superstitio obseruationũ Iudaicarũ fuerat elisa: qui in cibis sumẽdis abominandisq; religionẽ suã sitam arbitrabantur. Chry. Præmissa itaq; cum audissent pharisæi, nihil cõtradixerunt illi: quia vehementer eos conuicerat, non redarguendo solũ, sed & dolũ illorum propalando: sed scandalizati sunt pharisęi. s. non autẽ turbæ: vnde dicitur, Tunc acceden. disci. eius dixe. ei: Scis quia pharisęi audito hoc verbo, scandalizati sunt? Hiero. Quia crebro teritur in ecclesiasticis scripturis scãdalũ: breuiter dicendũ quid significat scandalũ, nos offendiculum vel ruinã & impactionẽ pedis possumus dicere. Quando ergo legimus: Quicunque scandalizauerit: hoc intelligimus, ꝙ dicto vel facto occasionẽ ruinę dederit. Chry. Christus autẽ non soluit pharisæorũ scandalũ, sed magis eos increpauit. vnde sequitur: At ille respõdẽs, ait: Omnis plan. quam non planta. pa. meus cæle. eradicabitur. hoc autẽ Manichæi de lege dictũ esse dicunt, sed confutant eos quę antea dicta sunt. Si enim de lege dixisset: qualiter superiꝰ pro lege pugnasset, dicẽs: Quare transgredimini mandatũ dei propter traditionẽ vestrã? Qualiter etiã prophetam induxisset in mediũ? Si etiã deus dixit: Honora patrẽ & matrẽ: qualiter quod in lege dictũ est, nõ est dei plantatio? Hila. Dicẽs ergo omnẽ plantationẽ quæ nõ à patre sit, docet traditionẽ hominũ eradicandã, cuius fauore legis præcepta trãsgressi sunt. Remi. Omnis etiã falsa doctrina & superstitiosa obseruatio cum suis auctoribus permanere nõ potest: & quia à deo patre nõ est, cum eisdẽ eradicabitur. Illa ergo sola pmanebit, quę à deo patre est. Hiero. Nũquid ergo eradicabitur & illa plãtatio de qua Apostolus ait: Ego plãtaui, Apollo rigauit? Sed soluit quæstio ex eo quod sequitur: Deus autẽ incrementũ dedit. Dicit & ipse: Dei agricultura, dei ędificatio estis. & alibi: Cooperatores dei sumus. Si aũt cooperatores, igitur plãtante Paulo & rigãte Apollo, deus cũ cooperatoribus suis plãtat & rigat. Abutũtur aũt hoc loco qui diuersas naturas introducũt, dicẽtes: Si plãtatio quam nõ plãtauit pater eradicabitur, ergo quã ille plantauit non potest eradicari. Sed audiãt illud Hieremiæ: Ego vos plãtaui vineam verã, quomodo versi estis in amaritudinẽ vitis alienę? Plãtauit quidẽ deus, & nemo potest eradicare plãtationẽ eius. Sed quoniã ista plãtatio in volũtate proprii arbitrii est, nullus alius eam eradicare poterit, nisi ipsa tribuerit assensum. Glo. Vel plãtatio ista doctores legis significat cũ sequacibus suis, qui Christũ non habebãt fundamentũ. Quare aũt sunt eradicãdi subditur: Sini. il. cęci sunt &du. cęcorũ. Rab. Cæci quidẽ sunt. i. luce mandatorũ dei priuati: & sunt duces cæcorũ, quia alios in præcipitiũ trahũt errantes, & in errorẽ mittentes. vnde subditur: Cæcus autem si cæco ducatũ præstet, ambo in foueam cadunt. Hiero. Hoc etiã est quod Apostolus prœceperat: Hęreticũ hominẽ post primã & alteram correctionẽ deuita, sciens quòd sit peruersus huiusmodi. In hũc sensum & saluator præcipit doctores pessimos dimittendos arbitrio suo, sciens eos difficulter ad veritatem posse retrahi.

Scandalizatio.

Doctrina moralis.

Respondens autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolã istã. At ille dixit: Adhuc & uos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in uentrem uadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominẽ. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinant hominem.

Remi. Consueuerat dominus parabolice loqui, & ideo Petrus cum audisset, quod intrat in os, non coinquinat hominem, putauit illum parabolice fuisse locutum: & ideo interrogauit, vt subditur: Respondens autem Petrus, dixit ei: Edis. no. para. istam. Et quia ex persona cæterorũ hoc dixerat, iccirco simul cum aliis à domino reprehensus est. vnde sequitur: At ille dixit: Adhuc & vos si. intel. estis? Hiero. Corripitur autem à domino quare parabolice dictum putet, quod perspicuè locutus est. Ex quo animaduertimus vitiosum esse auditorem qui obscura manifeste, aut manifeste dicta obscure velit intelligere. Chry. Vel ideo dominus increpat eum, quia non erat ex incertitudine quod quæsierat, sed ex scandalo quo scandalizatus erat. Turbæ enim non intellexerant quod dictum erat. Discipuli autem scandalizati fuerant, vnde à principio quasi pro pharisæis interrogare volebãt. sed quia audierant eum magna dicentem, omnis plantatio &c. repressi fuerũt. Sed Petrus qui vbiq; ferues erat, neque ita silet: quem dominus increpat, & increpationi rationem addidit, dicens: Non intelligitis quia om. quod in os intrat, in ven. va. & in secess. emittitur? Hiero. Ex hac sententia quidam calumniantur quòd dominus physicæ disputationis ignarus, putet omnes cibos in ventrem ire & in secessum digeri, cum statim infusæ escæ per artus & venas ac medullas, neruósque fundantur. Sed sciẽdum quòd tenuis humor & liquens esca, cum in venis & artubus concocta fuerit & digesta, per occultos meatus corporis, quos græci poros vocãt, ad inferiora dilabitur, & in secessum vadit. Aug. de ve. reli. Alimenta carnis corrupta. i. amittẽtia formã suam in mẽbrorum fabricã migrant: & corrupta reficiũt in aliam formã per conuenientiã transeuntia, & per vitalẽ motum diiudicãtur quodãmodo, vt ex eis in structurã huius pulchri visibilis quæ apta sunt, assumantur: non apta vero, per cõgruos meatus abiiciãtur: quorũ aliud fœculẽtissimũ redditur terrę ad alias formas assumẽdas, aliud per totũ corpus exhalat, aliud totius animalis latẽtes neruos accipit, & inchoatur in prolẽ. Chry. Cum aũt hoc dñs dicit, adhuc discipulis secũdum Iudaicã infirmitatem respõdet: dicit enim quoniã cibus nõ manet, sed egreditur: quàmuis etsi maneret, non faceret immundũ, sed nondũ hæc audire poterãt: propter hoc autem Moyses tantũ tẽpus dicit esse immũdos, quantũ cibus intus manet. In vespere enim iubet lauari & mundũ esse, quasi tẽpus digestionis & egestionis dimetiens. Aug. xv. de trini. Duo autẽ quædã hominis ora dominus cõplexus est: vnum corporis, aliud cordis: nam cum dicit, Omne quod in os intrat &c. Apertissime demõstrauit os corporis. At in eo quod sequitur, os cordis ostendit, dicẽs: Quæ autem procedunt de ore &c. Chry. Quæ enim cordis sunt, intus in homine manẽt, & exeuntia inquinant non manẽtia solũ: imò tunc magis, cum exierint. vnde subiũgit: De corde enim exeũt cogitationes malę: quas primo ponit, quia hoc erat Iudaicũ vitiũ: qui. s. ei insidiabãtur. Hier. Principale igitur animæ non secundum Platonem in cerebro est, sed iuxta Christũ in corde: & arguẽdi sunt ex hac sentẽtia, qui cogitationes à diabolo immitti putant, & non ex propria nasci voluntate. Diabolus adiutor esse & incensor malarum cogitationum potest, auctor esse non potest. Si autem semper in insidiis positus, leuem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammauerit: non debemus opinari eum quæque occulta cordis rimari, sed ex corporis habitu & gestibus æstimare quid

Duplex os hominis.

Universidad de Deusto Biblioteca

versemus intrinsecus.verbi gratia,Si pulchrã mulierẽ nos crebro viderit inspicere, intelligit cor ab oculis vulneratũ.Glo. Ex cogitationib⁹ aũt malis proueniũt & mala facta & mala verba,quę lege prohibẽtur.vnde subdit:Homicidia, quæ prohibentur illo legis præcepto:Nõ occides. Adulteria,fornicationes,q̃ intelligũtur prohiberi illo p̃cepto: Nõ mœchaberis.Furta,quæ prohibẽtur illo præcepto:Non furtũ facies.Falsa testimonia,cõtra illud pręceptũ:Nõ dices aduersus proximũ tuũ falsum testimoniũ.Blasphemiæ, cõtra illud p̃ceptũ:Non assumes nomen dei in vanũ.Remi. Nominatis aũt vitiis q̃ diuina lege prohibentur,pulchrè dominus subiungit:Hæc sunt quæ coinquinãt hominẽ.i. immundũ & impurũ reddunt.Glo. Et quia huiusmodi verba domini ex pharisæorũ nequitia occasionẽ sumpserãt, qui traditiones suas diuinis p̃ceptis p̃ferebant: cõsequẽter cõcludit incõuenientiã traditionis p̃missę, dicẽs:Nõ lotis aũt manibus mãdu.nõ coinquinat hominẽ.

Cautio verborũ.

Chry.Nõ aũt dixit,escas in lege prohibitas mãducare,nõ coinquinat hominẽ,vt non possent illi contradicere:sed concludit de illo,de quo disputatio erat.

Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa clamauit, dicens ei:Miserere mei domine fili Dauid,filia mea male à dæmonio uexatur.Qui non respondit ei uerbum.Et accedentes discipuli eius,rogabant eum,dicẽtes: Dimitte eam,quia clamat post nos.Ipse autem respondens,ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.At illa uenit,& adorauit eum,dicens:Domine,adiuua me.Qui respõdens,ait:Non est bonum sumere panem filiorum,& mittere canibus.At illa dixit: Etiam domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi:O mulier,magna est fides tua:fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Hieronymus: Scribis & pharisæis & calũniatoribus derelictis trãsgreditur in partes Tyri & Sidonis, vt Tyrios Sidoniosq; curaret:& ideo dicitur,& egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis.Remi. Tyrus & Sidon ciuitates fuere gentilium. nam Tyrus metropolis fuerat Chananęorũ,Sidon terminus Chananæorum,respiciens ad Aquilonem.

Reuelatur mysterium.

Chry. Considerandum autẽ quòd quando ab escarũ obseruatione Iudæos eripuit, tunc & gentibus ianuã aperuit. sicut & Petrus prius in visione iussus est hãc legem soluere, & pòst ad Corneliũ mittitur.Si quis aũt quęrat:cũ discipulis suis dixerit,In viam gentiũ ne abieritis: qualiter hanc ambulat viam? Primũ quidẽ illud dicemus: quia non erat obnoxius præcepto quod discipulis dederat. Secundo autẽ,quia neq; vt prędicaturus abiit.vnde & Marcus dicit: Quoniã occultauit seipsum. Remi.Iuit autẽ vt Tyrios Sidoniosque curaret,siue vt huius mulieris filiã liberaret à dæmonio,quatenus per eius fidẽ, scribarum & pharisæorum nequitiã condemnaret: de qua quidẽ muliere subditur,Ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa,&c.Chry.Dicit autem euangelista esse Chananæã:vt ostendat virtutẽ præsentiæ Christi. Chananæi enim, qui expulsi fuerant vt non peruerterent Iudæos, hi Iudæis apparuerunt prudentiores: vt exirent à terminis suis, & accederẽt ad Christũ. Cum autem hæc mulier accessisset,nihil aliud quàm misericordiam poposcit. vnde sequitur:Clamauit,dicens ei:

Planct⁹: Chananææ.

Miserere mei dñe fili Dauid. Glo. Magna fides Chananææ hic notatur: deum credit,vbi dominum vocat: hominem,vbi dicit filium Dauid.Nihil ex merito postulat, sed solam misericordiam deĩ efflagitat, dicens: Miserere. Nec dicit, Miserere filiæ:sed, Miserere mei: quia dolor filiæ, dolor est matris: & vt magis eum ad compassionem moueat,totum ei dolorem enarrat.vnde sequitur: Filia mea male à dæmonio vexatur. In quo vulnera medico detegit,& magnitudinem &qualitatem morbi:magnitudinem,cum dicit: Male vexatur:qualitatem, cum dicit:A dæmonio. Grego. in ho. Vide autem prudentiam fœminæ: non iuit ad homines seductores, non quæsiuit inanes ligaturas: sed omnes relinquens diaboli cultus, venit ad dominum. Non petiuit Iacobum, non rogauit Ioannem, non accessit ad Petrum: sed suscepit in se pœnitentiæ patrocinium, & sola cucurrit ad dominum. Sed vide, inexpertum negocium petit, & lamentum suum producit in clamorem: & amator hominum deus non respondet verbum.vnde sequitur: Qui non respondit ei verbum.Hier. Non autem de superbia pharisaica, nec de scribarũ supercilio: sed ne ipse sententię suæ cõtrarius videretur,per quam iusserat: In viam gentium ne abieritis: nolebat enim occasionem calumniantibus dare, perfectáque salutem gentium passionis & resurrectionis tempori reseruabat.Glo.Differẽdo etiã & non respondendo, patientiam mulieris & perseuerantiam nobis ostendit. Ideo etiam non respondit, vt discipuli pro ea rogarent: ostẽdens per hoc necessarias esse preces sanctorũ ad aliquid impetrandũ.vnde sequitur: Et ac.dis.ei⁹ &c.Hier. Discipuli adhuc illo tẽpore mysteria dñi nesciẽtes,vel misericordia moti, rogabant pro Chananæa muliere, vel importunitate eius carere cupiẽtes.Augu.de cõ.euã. Affert autẽ aliquã repugnantię quęstionẽ q̄ Marcũs in domo dicit fuisse dñm,cum ad illũ venit mulier p̱ filia sua rogãs:Matthęus aũt posset intelligi de domo tacuisse, eandẽ tamẽ rem cõmemorasse. Sed quoniã dicit discipulos domino ita suggessisse:Dimitte illam quoniam clamat post nos:nihil videtur aliud significare quàm post ambulantem dñm mulierem istã deprecatoriã vocem misisse.

Concordia euã.

Intelligendum est ergo dixisse quidẽ Marcũ,quòd intrauerit vbi erat Iesus,cũ eum prædixisset fuisse in domo.Sed quia Matthæus ait, Non respõdit verbũ:dedit ei agnoscere quòd tacuerunt ambo,& in eo silentio egressum fuisse Iesum de domo illa:atq; ita cętera cõtexũtur,quę iam in nullo discordent. Chryso. Aestimo autem & discipulos ad calamitatem mulieris esse tristatos, sed tamẽ non sunt ausi dicere, Da ei hanc gratiam: sed, Dimitte eam: sicut & nos , cum voluerimus alicui persuadere, multoties contraria dicimus. Ipse autem respondens ait: Non sum missus &c. Hiero. Non autem hoc dicit,qui aad gentes non missus sit, sed quòd primum ad Israel missus est: vt illis non recipientibus euangelium,iusta fieret ad gentes transmigratio. Remi. Specialiter etiã missus est ad salutem Iudæorum, vt etiam corporali præsentia eos doceret.Hiero. Signanter autem dixit,Ad oues perditas domus Israel, vt etiam ex hoc loco nunc erroneam ouem de alia parabola intelligamus.Chrysosto. in ho. Sed quia mulier vidit nihil posse apostolos, inuerecunda effecta est. bona inuerecũdia: antea enim neque in conspectũ venire audebat. vnde dictum est: clamat post nos. Quando autem videbatur vt angustiata recederet, tunc propius venit. vnde sequitur:At illa ve.& ado.eum.Hier. Nota quòd ista Chananæa perseueranter primum filium Dauid, deinde dominũ vocat, & ad extremũ deum adorauit. Chryso.Ideoq; non dixit,Roga,vel deprecare deũ,sed Domine adiuua me.Quãto ergo magis mulier multiplicabat supplicationẽ,tanto& ipse multiplicabat negationẽ:& non adhuc Iudęos oues vocat,sed filios,illã autẽ canem.vnde sequitur: Qui respõ.ait: Non est bo. &c.Glo.Filii sunt Iudæi generati & nutriti sub cultu

vnius dei per legem. Panis est euãgelium,miracula, & alia quæ ad salutẽ nostrã pertinẽt. non est ergo conueniens vt à filiis auferantur & dentur gẽtibus, qui sunt canes,donec Iudæi repudiẽt. Raba.Canes autẽ gẽtiles propter idololatriã dicuntur,qui esui sanguinis dediti & cadaueribus mortuorũ,vertũtur in rabiẽ.Chry.Vide autẽ mulieris prudẽtiam: qualiter neq; cõtradicere ausa est,neq; tristata in aliorũ laudibus,neq; molestata in proprio conuitio.vnde sequitur:At illa dixit,Etiam do.nã & catel. edunt de &c.Ille dixerat, Nõ est bonũ: hęc aũt dixit, Vtiq; domine. Ipse Iudæos filios vocat, hæc autẽ dominos: ipse canẽ eam nominauit,hæc autẽ & opus canis adiecit: ac si dicat,Si canis sum,non sum aliena.canem me dicis,ergo nutri me vt canẽ:non possum relinquere mensam domini mei.Hiero. Mira autẽ huius mulieris fides, patientia, & humilitas prædicatur:fides,qua credebat sanari posse filiã suam:patiẽtia, qua toties contẽpta in precibus perseuerat: humilitas, q̄ se non canibus sed catulis cõparat. Scio me,inquit, filiorũ panem nõ mereri, nec integros capere posse cibos,nec sedere ad mensam posse cum patre:sed cõtenta sum reliquiis catulorũ, vt per humilitatẽ micarũ ad panis integræ veniã magnitudinẽ.Chry. Propter hoc autẽ Christus tardabat, præsciebat enim eam hoc dicturã,nec occultari volebat tantã mulieris virtutẽ.vnde seqtur:Tũc respõdẽs Iesus,ait illi:O mulier,magna est fides tua:fiat tibi sicut vis.Acsi dicat:Fides tua maiora his audire potest, verũ interim fiat tibi sicut vis. Vide aũt qualiter non parũ & hæc mulier intulit in filię medicinã: p̱pter hoc enim neq; Christus dixit:Sana sit filia tua:sed magna est fides tua:fiat tibi sicut vis. vt discas quoniã simpliciter loquebatur,& non adulationis, sed multæ fidei erant verba ipsius. Hæc autem Christi vox similis est illi voci quæ dixit : Fiat firmamentũ,& factũ est.vnde sequitur: Et sanata,&c. Intẽde aũt qualiter apostolis non impetrantibus impetrat ipsa,tam magnũ quid est instãtia orationis. Etenim p̱ nostris noxis à nobis vult magis rogari, quàm ab aliis pro nobis.Remi.His etiã verbis datur nobis exẽplum catechizãdi & baptizãdi pueros, quoniam hoc mulier

Tropologica expositio.

nõ ait,Salua filiã meã:aut,adiuua eã:sed miserere mei: & adiuua me.Hinc etenim descẽdit consuetudo in ecclesia vt fideles pro suis paruulis fidẽ deo promittant, quãdo ipsi nõ sunt tãtæ ętatis & rationis,vt per se fidẽ deo p̱mittere valeant:quatenus sicut fide istius mulieris sanata est filia eius,ita & fide virorũ catholicorum peccata paruulis relaxẽtur.Allegorice autẽ hęc mulier sanctã ecclesiã significat,de gẽtibus cõgregatã.Per hoc enim q̄ dominus relictis scribis & pharisæis venit in partes Tyri & Sidonis,pręfigurabatur,quia relicturus erat Iudęos,& trãsiturus ad gẽtes.Est autẽ hæc mulier egressa à finibus suis,quoniam ecclesia sancta recessit à pristinis erroribus & vitiis.Hiero.Filiã aũt Chananęę puto animas esse credentiũ:quę male à dęmonio vexabantur,ignorãtes creatorẽ & adorantes lapidẽ.Remi. Filios autẽ dominus appellat patriarchas & prophetas illius tẽporis. Per mẽsam,designatur sacra scriptura:per micas vero, minima præcepta vel interna mysteria,quibus sancta ecclesia pascitur: per crustas vero, carnalia præcepta,quæ Iudæi obseruãt.Micæ autẽ sub mẽsa comedi dicuntur, quia ecclesia humiliter se submittit ad implẽda diuina præcepta.Raba.Non autem crustas, sed micas de pane puerorũ edunt catelli, quia cõuersi ad fidẽ qui erant despecti in gentibus:non literæ superficiẽ in scripturis,sed spiritualem sensum quo in bonis actibus proficere valeant, inquirunt. Hiero. Mira autem rerũ conuersio: Israel quondam filius,nos canes:pro diuersitate fidei,ordo nominum cõmutatur. De illis postea dicitur: circũdederunt me canes multi: nos audiuimus cum muliere,Fides tua te saluam fecit.

Allegoria pulchra.

Raba. Quæ merito magna dicitur,quia cũ gentes nec lege fuerint imbutæ,nec vocib⁹ prophetarũ instructæ, ad p̃dicationẽ mox apostolorũ in auditu auris obedierunt,ideóq; salutẽ impetrare meruerũt. Verũ si ad primas ecclesiæ rogantis lachrymas dominus salutẽ animæ differt dare,nõ est desperandũ vel à petẽdo cessandũ,sed magis precibus insistendũ.Aug.de quæst.euan. Quòd & puerũ Centurionis, & filiã Chananææ mulieris,non veniẽs ad domos eorũ sanat, significat gẽtes ad quas non venit,saluas fore per verbũ suũ.Quòd rogantibus filii sanãtur: intelligẽda est persona ecclesiæ, quæ sibi est & mater & filii.nã simul oẽs quibus cõstat ecclesia mater dicitur, singuli aũt idem ipsi filii appellãtur.Hila.Vel hæc mulier proselytorũ formã pręfert: fines suos egreditur, & ex gẽtibus.s. in populi alterius nomen excedẽs,quæ pro filia videlicet gentium plebe dominatu immundorũ spirituũ occupata erat: & quia dominum cognouit ex lege , Dauid filium nuncupat. Raba. Itẽ si quis conscientiã habet alicuius vitii sorde pollutam,filiã habet male à dęmonio vexatam.Item si quis bona quæ gessit peccatorum peste fœdauit,filiam habet immundi spiritus furiis agitatam : ideoque necesse est vt ad preces lachrymasque confugiat, sanctorumque intercessiones & auxilia quærat.

Et cum trãsisset inde Iesus,uenit secus mare Galilææ:& ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ,habentes secum mutos,cæcos,claudos,debiles, & alios multos. Et proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos:ita ut turbæ mirarẽtur,uidẽtes mutos loquẽtes, claudos ambulantes,cæcos uidentes, & magnificabant deum Israel.

Hie.Sanata Chananęæ filia reuertitur domin⁹ ad Iudæã,vnde dicitur:Et cum tran.&c.Remi.Hoc mare diuersis vocabulis appellatur. Dicitur enim mare Galilææ, p̱pter Galilæã adiacentẽ: mare Tyberiadis,p̱pter Tyberiadẽ ciuitatẽ.Sequitur:Et ascende.in mon. sede.ibi.Chry.Considerandũ autẽ q̄ aliquãdo dñs circuit vt sanet ĩfirmos, aliquãdo aũt sedet, expectãs eos, & ideo conuenienter hic sic subditur: Et accesserũt ad eũ &c.Hiero. In eo loco vbi latinus interpres trãstulit debiles,in græco scriptũ est cylloys:qđ non debilitatis generale,sed vnius infirmitatis nomẽ est,vt quomodo claud⁹ dicitur,q pede claudicat vno:sic cylloys appelletur,qui vnã manũ debilẽ habet.Chry.Hi aũt in duobus fidẽ suã demõstrabant: & in ascendendo montẽ,& in hoc quia existimabant se nullo alio indigere, nisi vt proiicerentur ad pedes Iesu,neq; etiã adhuc tãgunt ad fimbriã vestimẽti,sed & ad altiorẽ fidẽ ascẽdunt. vnde dicitur:Et proi.eos ad pedes eius.Et mulieris quidem filiã cũ multa tarditate curauit, vt eius virtutẽ ostẽderet. His autẽ non quia meliores erãt,sed vt infidelium Iudæorũ ora obstrueret, cõfestim sanationem præbet. vnde sequitur:Et curauit omnes.Multitudo autẽ eorũ qui curabantur,& facilitas sanationis eos in stuporem mittebat.vnde sequitur: Ita vt tur.mira.vi. mutos loquen.Hiero.De debilibus tacuit,quia quid de contrario diceret vno verbo,non habebat.

Expositio allegorica.

Rabanus.Mystice autẽ cum filia Chananææ præfigurasset salutẽ gẽtium, venit in Iudæam: quia cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus erit.Glo. Mare autem iuxta quod venit Iesus, turbida huius seculi volumina significat, quod est Galilææ : cum homines à vitiis ad virtutes transmigrant. Hiero. Ascẽdit autem in montem, vt quasi auis teneros fœtus prouocet ad volandũ. Raban⁹:Vt scilicet auditores suos erigat ad superna &

Universidad de Deusto
Biblioteca

cælestia meditanda. Sedebatq; ibi, vt demõstraret non nisi in cælestibus requiem esse quærendam. Eo autem sedẽte in monte id est in cælorum arce, accedũt turbæ fidelium deuota mente illi appropinquantes: ducentes secũ mutos & cęcos &c. eosq; ad pedes Iesu proiiciũt, quia peccata confitentes ipsi soli curandos subiiciunt: quos ita curat, vt turbæ miretur & magnificent deum Israel, quia fideles quando viderint eos qui spiritualiter ęgrotauerãt diuersis operibus virtutũ ditatos, laudem deo decantant. Glo. Muti autẽ sunt, qui non laudant deũ: cęci, qui non intellligunt viã vitę: surdi, qui non obtẽperant: claudi, per deuia boni operis nõ recte eũtes: debiles sunt, qui infirmi sunt in bonis operibus.

Iesus autẽ conuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ: quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod mãducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiãt in uia. Et dicũt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantã? Et ait illis Iesus: Quot panes habetis? At illi dixerunt, septem, & paucos piscículos. Et præcepit turbæ ut discũberẽt super terram. Et accipiens septẽ panes, & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis, & discipuli dederunt populo. Et comederũt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis tulerũt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerant, quatuor milia hominum: extra paruulos & mulieres.

Doctrina moralis.

Hiero. Prius Christus infirmorũ debilitates abstulerat, postea vero sanatis offert cibos. Conuocat quoque discipulos suos, & quod factũ est loquitur, vnde dicitur: Iesus autẽ &c. Hoc autẽ facit vt magistris exẽplum tribuat cum minoribus atq; discipulis cõmunicãdi cõsilia: vel ex cõfabulatione intelligant signi magnitudinẽ. Chry. Turbę enim cum ad sanationẽ venissent, non audebãt petere panes. vnde ipse amator hominũ, & oĩm curam gerẽs etiã non petẽtibus dat. propter quod dicit: Misereor turbę. Ne autẽ dicatur, quoniam venientes viaticũ portauerãt, dicit: Quia triduo iam perse. mecum, & non habẽt quod mãducent. Etsi enim qñ venerũt cibos habuerunt, tñ consumpti iam erãt: & propter hoc non in prima aut secunda die hoc fecit: sed in tertia, qñ iam oĩa erãt consumpta: vt prius ipsi in necessitate cõstituti cum ampliori desiderio susciperẽt quod fiebat. Mõstrat autẽ & quòd de lõge venerãt, & nihil eis reliquũ fuerat, in hoc quod dicit: Et dimittere &c. Cũ autem nolit eos ieiunos dimittere, ideo tamẽ non statim signũ facit, vt ex hac interrogatione & respõsione attẽtiores discipulos faciat: & fidẽ suã ostẽdãt, dicẽtes: Fac panes. Et quãuis Christus plurima fecerit vt miraculi prius facti recordarẽtur, quia fecit eos ministros: & partiti sunt cophinos, adhuc tamẽ impfectius dispositi erãt, quod patet per hoc quod sequitur: Et discipuli &c. Ipsi quidem infirma cogitatione hoc dixerũt: p hoc tamẽ miraculũ futurũ insuspicabile facientes. ne aliquis enim suspicaretur, quòd ab aliquo propinquo castello accepti sunt cibi, ꝓpter hoc miraculũ istud in solitudine fit, multũ à castellis distãte. Ipse autẽ Christus vt discipulorũ erigat mẽtem, eos interrogat, vt ex modo interrogationis eos cõmoret illorũ quæ prius facta sunt, vnde sequit: Et ait illis Iesus: Quot panes habetis? At illi dixe. &c. Non autẽ addunt: Sed hæc quid sunt inter tãtos? sicut antea dixerãt. iam enim paulatim profecerãt: licet non totum apprehẽdatur ab eis. Admirare autẽ in apostolis veritatis amorem: qualiter ipsi scribẽtes non occultãt suos etiã magnos defectus. non enim est quantalibet accusatio, parum ante tali signo facto confestim obliuisci. Admirare autem & aliam sapientiam eorum, qualiter ventrem superabant, non multam mensæ curam faRõ interrogationis xpi.

cientes. In heremo enim existentes, & per tres dies ibi morantes: solum septem panes ibi habebãt. Alia vero similiter prioribus fecit: etenim recũbere eos fecit in terra, & in manibus discipulorũ crescere panes, vnde sequitur: Et precę.tur. &c. Hierony. De hoc autẽ supra diximus: & eadẽ repetere otiosi est: tantum in his quæ discrepãt immoremur. Chrysost. Finis autẽ vtriusque miraculi nõ similis est. Sequitur enim: Et quod superfuit &c. Erãt autẽ &c. Quare autẽ minores fuerũt reliquiæ in hoc miraculo q̃ in primo: & si non tot fuerint qui comederũt? Aut igitur hoc est, quia sportę cophinis maiores erãt: aut ex diuersitate rememorentur & illius & huius miraculi: & propter hoc tũc quidem fecit cophinos reliquiarũ numero æquales discipulis, nũc autem sportas panibus æquales. Remigius. In hac autẽ euangelica lectione consideranda est in Christo operatio diuinitatis & humanitatis. p hoc enim quòd turbis miseretur, ostendit se humanæ fragilitatis affectionẽ habere. In eo vero quòd panes multiplicauit, & turbas pauit, ostendit diuinitatis operatio. Destruitur ergo hic error Euticetis qui in Christo dicebat vnam naturã. Augu. de cõ. euã. Sanè nõ ab re est admonere in hoc miraculo quòd si aliquis euãgelistarũ hoc dixisset: qui de quinque panibus non dixisset, cõtrarius cęteris putaretur. Sed quia illi qui miraculũ de septẽ panibus narrauerũt, nec illud de quinq; tacuerũt, neminẽ mouet: & vtrũq; factũ homines intelligũt. Hoc ideo diximus, vt sicubi simile reperitur factũ à domino, quod in aliquo alter alteri euangelistæ ita repũgnare videatur, vt oĩno solui non possit, nihil aliud intelligatur quàm vtrũque factũ esse & aliud ab alio cõmemoratũ. Glo. Notandũ autẽ ꝙ prius dñs aufert debilitates, & postea cibat: qa prius sunt remouẽda peccata, & postea anima verbis dei nutrienda. Hila. Sicut autẽ illa turba quam priº pauit, Iudaicæ credentiũ cõuenit plebi, ita hæc populo gentiũ cõparatur. ꝙ vero quatuor milia virorum cõgregãtur, multitudo innumerabiliũ ex quatuor orbis partibus intelligitur. Hier. Isti etiã non sunt quinque milia, sed quatuor milia, qui numerus semper in laudibus ponitur: & quadrãgulus lapis nõ fluctuat, nõ est instabilis, & ob hanc causam etiã euangelia in hoc numero consecrata sunt. In superiori ergo signo quia propinqui erant, & vicini quinque sensuũ: nõ ipse dñs eorũ recordatur, sed discipuli. Hic aũt ipe dñs misereri se dicit eorũ, qa triduo iam pseuerant cũ eo: quia. s. patri, filio, spirituiq; sancto credebãt. Hila. Vel qa omne passionis dñicæ tẽpus cum dño agunt, siue quia vẽturi ad baptismũ cõfitentur se credere in passione ac resurrectione eius, siue quia toto passionis dñicæ tẽpore, ieiuniis dño quadã cõpassionis societate iũgũtur. Raba. Vel hoc dicitur, quia in toto seculo triplex tempus est quo gratia datur. Primũ ante legẽ, secundum sub lege, tertiũ sub gratia, quartũ est in cælo, ad quod tẽdẽs reficitur in via. Remi. Vel quia peccata cõmissa per pœnitentiam corrigẽtes, cogitatione, locutione, & opere conuertuntur ad dominum. Has turbas noluit dñs dimittere ieiunas, ne deficẽrent in via: quia pctõres per pœnitentiã cõuersi in cursu labentis seculi pereunt, si absque sacræ doctrinę pabulo dimittantur. Glo. Septẽ panes sunt scriptura noui testamẽti, in quo gratia spiritus sancti & reuelatur & datur: neque sunt hordeacei vt supra, quia nõ hic vt in lege vitale alimentũ figuris quasi tenacissima palea, tegitur: hic non duo pisces, vt in lege duo vngebantur. s. rex & sacerdos: sed pauci, id est sancti noui testamenti, qui de fluctibus seculi erepti, & sustinent turbulentum mare, & exemplo suo nos reficiunt, ne in via deficiamus. Hila. Turbæ autem

Allegoria pulchra.

in terram recumbũt: nullis enim legis operibus fuerãt ante subStratę, sed peccatorũ & corporũ suorũ inhærebãt. Glo. Vel ibi sup fœnũ, vt desyderia carnis cõprimãtur: hic super terrã, vbi & ipse mũdus relinqui præcipitur: vel mons in quo dñs reficit, est altitudo Christi: ibi ergo fœnũ super terrã, qa ibi est celsitudo Christi, ꝓpter carnales, carnali spe & desiderio tegitur, hic remota omni cupiditate carnali cõuiuas noui testamẽti spe pmanentes, solidatósq; cõtinet: ibi quinq; milia, qui carnales quinq; sensibus subditi: hic quatuor, propter quatuor virtutes, quibus spiritualiter muniũtur: Tẽperantiam, Prudẽtiã, Fortitudinẽ, & Iustitiã: quarũ prima est cognitio rerũ appetendarũ & vitãdarum: secũda refrenatio cupiditatis ab his q̃ tẽporaliter delectant: tertia firmitas contra molesta seculi: quarta quæ per oẽs diffundit, dilectio dei & proximi: & ibi & hic mulieres & paruuli excepti sunt, qa in veteri & nouo testamẽto nõ admittũtur ad dñm qui nõ perdurãt occurrere in virũ perfectũ vel infirmitate viriũ, vel leuitate mẽtis. Vtraq; refectio in mõte celebrata est, quia vtriusq; testamẽti scriptura & altitudinẽ cęlestiũ præceptorũ mãdat & pręmiũ. Vtraque altitudinẽ Christi prędicat, altiora mysteria quę non capit cõmunis turba, apostoli sufferũt & implent. s. perfectorũ corda septiformis spiritus gratia ad intelligendum illustrata: sportæ iunco & foliis palmarum solent contexi: & significant sanctos qui radicem cordis in ipso fonte vitæ collocant ne arescant, vt iuncus in aqua: & palmam æternæ retributionis in corde retinent.

Expositio allegorica.

CAPVT XVI.

*Plurimi hic xvi. cap. incipiũt *rogauerunt.

Et dimissa turba ascendit in nauiculam: & uenit in fines Magedan. Et accesserunt ad eum pharisæi & sadducæi tẽtantes & *rogãtes eum, ut signum de cælo ostenderet eis. At ille respõdens ait illis: Facto uespere dicitis, serenũ erit, rubicundum est enim cælum. Et mane, hodie tempestas: rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli diiudicare nostis: signa autem temporum non potestis. Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis abijt.*

Chry. Sicut post miraculum quinq; panũ dominus turbas dimisit, ita & nunc: nec autẽ pedes recedit, sed nauigio, ne turba eum sequatur: vnde dicitur, Et dimissa turba &c. Augu. de cõ. euan. Marcus autem dicit quòd in Dalmanutha: nec est dubitãdum eundem locum esse sub vtroque nomine. Nam plerique codices non habent, etiam secundum Marcum, nisi Magedan. Raba. Est autem Magedan regio contra Gerasam, & interpretatur poma vel nuncia: & significat hortum, de quo dicitur: Hortus conclusus, fons signatus, vbi crescunt poma virtutum: & vbi nunciatur nomen domini. Docet autẽ quòd prædicatores ministrato verbo turbæ, ipsi intra cubiculũ cordis virtutũ pomis debẽt refici. Sequitur: Et accesserũt ad eũ pharisęi & sad. &c. Remi. Admiranda quippe est cæcitas pharisæorum & sadducæorum: sic enim postulabãt signũ de cælo, quasi ea nõ essent signa quæ facere videbatur. Quòd autem signum postularẽt, Ioãnes manifestat: refert enim post refectionem de quinque panibus turbam accessisse ad dominum & dixisse, quod signum facis vt videamus & credamus tibi? Patres nostri manna in deserto comederunt, sicut scriptum est: Panem de cælo dedit eis manducare. Ideóque & hi dicunt: Ostende nobis signũ de cælo. i. fac vt vno vel duobus diebus manna pluat, vt totus populus pascatur, sicut multo tempore factum est in deserto. Ipse vero inspiciens cogitationes eorum vt deus, & sciens quòd si etiam signũ de cælo eis ostenderet non crederent, noluit eis dare signum quod postulabant: vnde sequitur, At ille respõdens ait illis: Facto vespere &c. Hiero. Hoc apud græcos in plærisque codicibus non habetur. Sensus autem manifestus est, quòd ex elemẽtorum ordine & cõsonantia, possunt & sereni & pluuiosi dies prænosci. Scribæ autẽ & pharisæi, qui videbãtur legis esse doctores, ex prophetarum vaticinio non poterãt cognoscere saluatoris aduẽtum. Aug. de quæst. euan. Potest etiã intelligi quod dixit dominus: Facto vespere dicitis, serenum erit: etenim rubicundum est cælũ. i. sanguine passionis Christi primo aduẽtu indulgẽtia pctorum datur. Et mane, hodie tempestas, rubet enim cũ tristitia cælũ: illud est quòd secũdo aduẽtu igne prędente vẽturus est. Glo. Vel aliter: Rutilat triste cælum. i. patiuntur apostoli post resurrectionẽ, post quos me iudicare in futuro scire potestis: quia cum non parco meis bonis quin patiãtur, nõ parcam aliis in futuro. Faciem ergo cęli iudicare nostis, signa autem temporum non potestis. Signa tẽporum dixit de aduẽtu suo vel passione, cui simile est roseum cælum vespere: & idem de tribulatione ante aduẽtum suũ futura, cui simile est mane roseũ cum tristitia cęlũ. Chry. Sicut ergo in cælo aliud quidem est signum serenitatis, aliud pluuiæ: ita & in me putare oportet. nũc enim s. in primo aduẽtu his signis quæ in terra sunt opus est, quæ autem in cælo sunt, cõseruantur tempori secundi aduentus. Nunc enim sicut medicus veni, tunc sicut iudex adero: propter hoc nunc occultus veni, tunc autem cum multa diuulgatione, quando virtutes cælorũ mouebũtur. Sed nõ est nunc tẽpus horum signorum, quia veni mori, & quæ abiecta sunt pati: & ideo sequitur, Generatio mala & adultera signum quærit &c. Augu. de cõ. euã. Hoc autẽ & alibi iam dixit Matthæus: vnde retinendum est eadem dominum sæpe dixisse, vt quod existente cõtrario solui non poterit, bis dictum intelligatur. Glo. Dicit autẽ, generatio mala & adultera. i. incredula, pro spirituali carneum habens intellectum. Rab. Non ergo generationi illi tentantium dominum signum cæleste datur, quale quęrebãt, quibus multa signa dedit in terra. Sed generationi quærẽtium dominum. i. apostolis, quibus cernentibus ascẽdit in cęlum, & spiritũ sanctum misit. Hier. Quid autem sibi velit signum Ionæ, iam supra dictum est. Chry. Cum autem hoc secundo pharisæi audissent, oportebat interrogare & dicere: Quid est quod dicitur? Sed ipsi non desyderio discẽdi hoc à domino quæsierunt, & ideo dominus eos reliquit: vnde sequitur, Et relictis illis abiit. Raba. i. relicta generatione mala Iudæorum, abiit trãs fretum: & gentiũ secutus est populus. Nota quòd non sicut in aliis legitur locis, dimissis turbis abiit, sed qa infidelitatis error insolentium animos obtinebat, dicitur quòd eos reliquit.

Allegorica expositio.

Signa duplicita.

Et cum uenissent discipuli eius trans fretũ, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: Intuemini & cauete à fermento pharisæorum & sadducæorum. At illi cogitabant inter se, dicẽtes, quia panes non accepimus. Sciens autẽ Iesus dixit illis: Quid cogitatis inter uos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panũ & quinque miliũ hominũ, & quot cophinos sumpsistis? Neque septem panũ & quatuor milium hominum, & quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis quia non de pane dixi uobis, cauete à fermento pharisæorum & sadducæorũ? Tunc intellexerunt quia non dixerit cauendum à fermẽto panum, sed à doctrina pharisæorum & sadducæorum.

Glo. Sicut dñs pharisæos reliquerat, ꝓpter eorũ infidelitatẽ, ita cõsequenter & doctrinã eorũ à discipulis cauẽdã esse docet: vnde sequitur, Et cum ve. disci. eius trãs fre. ob. sunt pan. ac. Remi. Tanto ẽnim amore ma-

gistri detinebantur, vt nec etiã ad punctũ vellẽt ab eo recedere. Animaduertendũ est ergo quantũ alieni essent ab appetitu deliciarũ, cũ tam paruã haberent de necessariis curã, vt etiã obliti sint panes accipere, sine quibus humana fragilitas subsistere non potest. Sequitur: Qui dixit illis, Intuemini & cauete &c. Hila. In quo monentur apostoli non admisceri Iudęorũ doctrinę, quia legis opera in effectũ fidei & prefigurationem rerũ consequentiũ constituta sunt: & in quorũ tẽpora atq; etatẽ veritas contigisset, nihil vltra in veritatis similitudinẽ positũ arbitrarẽtur: ne doctrina pharisæorũ Christum nescientes, effectũ euangelicæ veritatis rũperet. Hiero. Qui eñ cauet à fermento pharisęorũ & sadducęorũ, legis ac literę præcepta nõ seruat, traditiones hominũ negligit, vt faciat dei mãdata, hoc est fermentũ de quo apostolus ait: Modicũ fermentũ totam massam corrũpit. Istiusmodi fermentũ etiam oĩ ratione vitandũ est, qđ habuit Marchion & Valentinus, & oẽs hęretici. Fermentũ eñ hanc habet vim, vt si farinæ mixtũ fuerit, quod parũ videbatur crescat in maius, & ad soporẽ suum vniuersam cõsperſionem trahat: ita & doctrina hæretica, si vel modicã scintillã iecerit in tuũ pectus, in breui ingens flãma concrescit, & totã hominis passionẽ ad se trahit. Chry. Sed quare nõ dixit: Attendite à doctrina pharisæorũ manifestè? quia vult cõmemorare ea quę facta sunt. s. de multiplicatione panum: etenim nouerat eos esse oblitos: simpliciter autẽ de hoc eos incusare non videtur rationẽ habere, occasione autẽ ab eis recepta eos increpare susceptibilẽ faciebat incusationẽ: & ideo quæ cogitabant discipuli, euãgelista in mediũ introducit dicens: At illi cogitabant intra se, dicẽtes: Quia panes nõ accepimus. Hiero. Quõ autem panes non habebãt, qui statim impletis septẽ sportis, ascenderũt in nauiculã & venerũt in fines Mageda, ibi audiũt nauigantes quòd cauere debeant à fermento pharisæorũ & sadducæorũ, sed scriptura testatur quòd obliti sunt eos secũ tollere. Chry. Quia verò discipuli circa obseruationes Iudaicas adhuc repebant, ideo dñs vehementer eos increpat ad vtilitatẽ omnium. vnde sequitur: Sciens aũt Iesus dixit eis: Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes nõ habetis? Glo. q.d. Quid cogitatis me dixisse de terrenis panibus, de quibus nõ est vobis dubitandũ, cũ de tam paucis tantas feci abundare reliquias? Chry. Hoc aũt facit vt solicitudinẽ escarũ ab eis abiiciat. Sed quare non arguit eos, cũ dixerunt: vnde nobis in solitudine panes tanti? etenim opportunius videbatur hoc dici. Sed ideo tunc nõ reprehẽdit eos, ne videretur se ingerere ad signa faciẽda, & nolebat ante turbas eos increpare. Tunc etiã rationabilior hęc accusatio fuit, qñ iam duplici miraculo de panibus facto tales erant, vt adhuc de escis dubitarent. Vide aũt & increpationẽ cũ manſuetudine. velut enim excusando respõdet pro his quos increpauerat dicens: Nondũ intelligitis &c. Glo. q.d. Neq; mysteriũ intelligitis, neq; virtutẽ in memoria habetis. Chry. Per quod in memoriam eos reducit ad ea quę præterierunt, & ad futura attentiores facit. Hiero. Per hoc aũt quod dicit: Quare non intelligitis &c. ecce per occasionẽ docet eos quid significent quinque panes & septem, quinque milia hominum & quatuor milia quæ pasta sunt in eremo. Si eñ fermẽtũ pharisæorũ & sadducæorũ non corporalẽ panem, sed traditiones peruersas & hęretica significãt dogmata, quare cibus quibus nutritus est populus dei, non verã doctrinã integrãq; significent? Chry. Vt aũt discas quantũ in discipulis potuit interptatio Christi, & qualiter eorũ mentẽ erexerit dormientẽ, audi qđ euãgelista dicat: Tũc intellexerunt ꝙ nõ dixit cauendũ à fermento panũ, sed à doctrina pharisęorũ & sadducęorũ, q̃uis eo hoc nõ interptante. Interpretatio ergo dñi eos à Iudaicis obseruationibus abduxit: desides exĩstentes attentiores fecit, & à parua fide eos eripuit: vt non timeant si qñ paucos panes habere videantur, neque pro pane soliciti sint, sed hæc despiciant vniuersa.

Fermentum matiæ cauẽdum.

Venit aũt Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quẽ me dicunt homines esse filiũ hoĩs? At illi dixerunt: Alij Ioannẽ Baptistam, alij autem Heliã, alij verò Hieremiã, aut unũ ex prophetis. Dixit illis Iesus: Vos aũt quẽ me esse dicitis? Respõdens Simõ Petrus dixit, Tu es Christus filius dei uiui. Respondens aũt Iesus dixit ei, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meã, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatũ & in cælis. Et quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis.

Glo. Postq̃ discipulos à pharisæorũ doctrina remouerat dñs, cõuenienter euangelicæ doctrinæ altitudinẽ in eis fundat, & vt maior solẽnitas designetur, locꝰ describitur cũ dicitur: Venit autẽ Iesus in partes Cæsareę Philippi. Chry. Ideo aũt non simpliciter Cæsareã nominat, sed Cæsaream Philippi, quia est alia Cæsarea, quę est Stratonis: nõ autem in illa, sed in hac discipulos interrogauit, longè eos à Iudęis abducens, vt ab omni timore eruti, liberè dicant quæ habebant in mẽte. Philippus aũt iste frater fuit Herodis tetrarchę Itureæ & Thraconitidis regionis, qui in honorẽ Tyberii Cæsaris, Cęsareã Philippi, quæ nũc Paneas dicitur, appellauit. Glo. Cõfirmaturus aũt in fide discipulos, priꝰ opiniones & errores aliorũ à mentibus eorũ voluit remouere, vnde sequitur: Et inter. dis. su. di. Quẽ &c. Orige. Interrogat Christꝰ discipulos, vt ex apostolorũ responsionibus nos discamus diuersas opiniones fuisse tũc apud Iudęos de Christo: & vt nos semp scrutemur qualis opinio sit apud hoĩes de nobis. vt si qd malè dicit de nobis, occasiones illius p̃cidamus: si quid aũt boni, eius occasiones augeamus. Sed & discipuli episcoporũ apostolorũ instruunt exẽplo, vt qualescunq; opiniones audierint foris de ep̃is suis referãt eis. Hic. Pulchrè aũt interrogat: Quẽ dicũt hoĩes esse filium hoĩs? Quia qui de filio hoĩs loquunt, hoĩes sunt: qui verò diuinitatẽ eiꝰ intelligũt, nõ hoĩes sed dii appellãt. Chry. Nõ aũt dicit: Quẽ me dicũt scribę & pharisæi esse, sed quẽ me dicũt hoĩes esse? plebis mentẽ, q̃ ad malũ prona inflexa nõ erat, ſuestigãs. Etsi eñ multo humilior q̃ oportebat eorũ erat de Christo opinio, sed tñ à nequitia libera erat: pharisęorũ aũt opinio de Christo erat plena multa malitia. Hil. Dicẽdo ergo: Quẽ di. ho. &c. ſignificauit p̃ter id qđ in se videbat esse, aliud sentiẽdũ, erat eñ hoĩs filius. Quod igit de se opinandi iudicium desiderabat? nõ illud arbitramur qđ se ipse cõfessꝰ est, sed occultũ erat de quo q̃rebat, in qđ se credentiũ fide debeat extẽdere. Est aũt hæc cõfessionis tenẽda ratio, vt sicut dei filiũ, ita & filium hoĩs meminerimus: quia alterũ sine altero nihil spei tribuit ad salutẽ, & ideo ſignanter dixit: Quẽ di. ho. esse fi. ho. Hiero. Non enim dixit: Quẽ me esse dicunt hoĩes, sed quẽ dicũt esse filiũ hoĩs? ne iactãter de se quærere videret. Et nota ꝙ vbicũq; in veteri testamẽto scriptũ est: Filius hoĩs, in Hebręo positũ est filius Adã. Orig. Diuersas aũt Iudæorũ opiniões de Christo discipuli referũt. vñ dicit: At il. di. Alii Ioan. Bap. æstimationẽ. s. secuti Herodis. Alii aũt

Heliã, videlicet ęstimãtes ꝙ aut secundã natiuitatẽ suſceperit Helias, aut ex eo tẽpore in corpore viuẽs in tẽpore apparuit illo. Alii verò Hieremiã, quẽ dñs in gẽtibus prophetã constituit, nõ intelligentes qm̃ Hieremias typus fuerat Christi. Aut vnũ ex ꝓphetis, rõne simili ꝓpter illa q̃ deus ad ipsos locutꝰ est per ꝓphetas, non tũ in ipsis, sed in Christo sunt impleta. Hiero. Sed tñ turbæ sic errare potuerunt & in Helia & in Hieremia, quõ Herodes errauit in Ioanne: vnde miror quosdã interpretes causas errorũ ſquirere ſingulorũ. Chry. Quia verò discipuli opinionẽ turbæ recitauerant, euocat eos per secundam interrogationẽ ad opinandũ aliquid maius de ipso, & ideo seqnitur: Dicit il. Ie. Vos aũt &c. Vos inquã qui simul mecũ estis semp, quia maiora signa vidistis, q̃ turbæ, non oportet vos in opinione conuenire cũ turbis. & propter hoc nõ à principio prædicationis eos de hoc interrogauit, sed postquam multa signa fecit, & multa locutus est eis de sua deitate. Hiero. Attende autẽ ꝙ ex hoc textu sermonis, apostoli nequaq̃ homines, sed dii appellantur. Cũ enim dixisset: Quẽ dicunt ho. esse filium ho. subiecit: Vos autem quem me es. di. Acsi dicat illis, quia homines sunt humana opinãtes, vos qui dii estis, quẽ me esse existimatis? Raba. Non aũt quasi nesciens de sententia discipulorum vel extraneorũ inquirit, sed ideo discipulos quid de se sentiant interrogat, vt confessionẽ rectæ fidei digna mercede remuneret. Ideo quid alii de se sentiant inquirit, vt expositis primo sententiis errantiũ, discipuli probarentur veritatem suæ confessionis non de opinione vulgata, sed de ipso percepisse dominicæ reuelationis arcano Chry. Quando vero dominus de plebis opinione interrogat, omnes respondent, sed omnibus discipulis interrogatis, Petrus tanquã os apostolorum & caput, pro omnibus respõdet. vnde sequitur: Respondens Simon Pe. di. &c. Orige. Denegauit quidẽ Petrus aliquid eorũ esse Iesum, quę arbitrabantur Iudæi, confessus est autẽ: Tu es Christus, quod nesciebãt Iudæi: sed & quod maius est, filius dei viui, qui & per prophetas dixerat: Viuo ego dicit dominus, & ideo dicebatur viuus, sed secundũ supereminẽtiã, quia supereminet omnibus habentibus vitã, quoniã solus habet immortalitatẽ: & est fons vitę, quod propriè dicitur deus pater, vita autẽ est quasi de fonte procedẽs, qui dixit: Ego sum vita. Hiero. Deũ etiã viuũ appellat ad cõparationẽ eorũ deorũ, qui putantur dii, sed mortui sunt. Saturnũ dico, Iouẽ, Venerẽ & Herculẽ: & cætera idolorũ portenta, Hila. Est autẽ vera & inuiolabilis fides ex deo deũ filiũ profectũ esse, cui sit ex æternitate patris æternitas. Hũc igitur assumpſisse corpus & hominẽ factũ esse, perfecta confesio est. Cõplexus est itaque omnia qui & naturã & nomen expresit, in quo ſumma virtutũ est. Raba. Mira autẽ distinctione factũ est, vt dominus ipse humilitatẽ assumptæ humanitatis profiteatur, discipulus excellẽtiã diuinæ æternitatis ostẽdat. Hila. Dignũ autẽ confesio Petri præmiũ cõsecuta est, quia dei filiũ in homine vidisset. vnde sequitur: Respõdens autẽ Iesus di. ei: Beatus es Simon &c. Hie. Reddit enim Christus apostolo vicẽ protestimonio quod de se Petrus dixerat: Tu es Christus filius dei viui. Dominus autẽ dixit ei: Beatus es Simõ Bariona, quare? quia nõ reuelauit tibi caro & ſanguis: ſed reuelauit pater. Quod caro & ſanguis reuelare nõ potuit, ſpiritus ſancti gratia reuelatũ est. Ergo ex confeſsione ſortitur vocabulũ quod reuelationẽ ex ſpiritu ſancto habeat, cuius & filius appellãdus ſit. ſiquidẽ Bariona in lingua noſtra ſonat filius columbæ. Hiero. Alii ſimpliciter accipiunt, quòd Simon. ſ. Petrus filius ſit Ioannis, iuxta alterius loci interrogationẽ: Simon Ioannis, diligis me? & volũt ſcriptorũ vitio depraua-tum, vt pro Barioãna. i. filiꝰ Ioãnis, Bariona ſcriptũ ſit vna detracta ſyllaba. Ioãna vero interpretatur dei gratia, vtrũq; autẽ nomẽ myſtice intelligi poteſt: quòd & colũba ſpiritu ſancto, & gratia dei donũ ſignificet ſpirituale. Chry. Vanũ autẽ eſſet dicere: Tu es filius Ionæ vel Ioanna, niſi vt oſtendat quoniã ita naturaliter eſt Chriſtus filius dei, ſicut Petrus filius Ionæ, eiuſdẽ ſubſtantię cũ eo qui genuit. Hie. Illud autẽ quòd ait, Quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, apoſtolicę narrationi cõparat, in qua ait: Cõtinuo nõ acquieui carni & ſanguini, carnẽ ibi & ſanguinẽ Iudæos ſignificans, vt hic quoq; ſub alio ſenſu demõſtretur ꝙ ei nõ per doctrinã phariſęorũ, ſed per dei gratiã Chriſtus dei filius reuelatus ſit. Hila. Vel aliter: Beatus hic, quia vltra humanos oculos & intẽdiſſe & vidiſſe laudatꝰ eſt, nõ id quod ex carne & ſanguine eſt contuẽs, ſed dei filiũ cæleſtis patris reuelatione conſpiciens, dignúſq; iudicatus eſt vt primus agnoſceret quòd diuinitas eſſet in Chriſto. Orige. Eſt autẽ in hoc loco quærendũ, vtrum cũ prius mitterentur iam cognoſcebant diſcipuli quoniã ipſe erat Chriſtus? Hic enim ſermo demõſtrat, quoniã tũc primũ cõfeſſus fuerit eũ Petrus Chriſtũ filiũ dei viui. & vide ſi potes, quoniã credere Ieſum eſſe Chriſtũ, minus eſt q̃ cognoſcere. vt dicamus ꝙ qñ mittebãtur ad prędicandũ, credebant quidẽ Ieſum eſſe Chriſtũ, poſtea aũt proficientes etiã cognouerunt. Aut ita eſt reſpõdendũ, vt dicamus qm̃ tũc quidẽ apoſtoli initia cognitionis habebãt Chriſti, & exigua cognoſcebant de illo: poſtea aũt profecerũt in agnitionẽ ipſius, vt poſſent capere ſententiã Chriſti reuelatã à patre, ſicut & Petrus qui beatificat, non ſolũ in eo ꝙ dicit, Tu es Chriſtus, ſed in eo magis ꝙ addidit, filius dei viui. Chryſo. Nimirũ aũt ſi non cõfeſſus eſſet Petrus, Chriſtũ propriè ex patre natũ, nõ eſſet hic reuelatione opus, neque æſtimare Chriſtũ vnũ ex multis filiis adoptiuis beatitudine dignũ eſſet. Nam & ante hoc illi qui erãt in naui, dixerũt: Verè filius dei eſt hic. Sed & Nathanael dixit: Rabi, tu es filius dei. nõ tamẽ beati dicti ſunt, quia non talẽ confeſſi ſunt filiationẽ, qualem Petrus, ſed vnum ex multis eũ ęſtimabant, nõ verè filium: vel & ſi præcipuũ quidẽ præ multis, non autem ex ſubſtantia patris. Vides autẽ qualiter & filium reuelat pater, & patrẽ filius. Non eñ ab alio eſt dicere filium q̃ à patre, nec ab alio patrẽ q̃ à filio: quare & hinc manifeſtũ eſt quòd filius eſt conſubſtantialis & coadorandus patri. Oſtẽdit autẽ Chriſtus exhinc iam multos creditu-ros, quod fuerat Petrus confeſſus. vnde ſubdit: Et ego dico tibi &c. Hiero. Acſi dicat, quia tu mihi dixiſti: Tu es Chriſtus filius dei viui: & ego dico tibi, non ſermone caſſo, & nullũ opus habente, ſed dico tibi: quia meũ dixiſſe, feciſſe eſt. Quia tu es Petrꝰ. ſicut enim ipſe lumẽ apoſtolis donauit, vt lumen mundi appellentur, & cætera quę à domino ſortiti vocabula ſunt: ita & Simoni qui credebat in petrã Chriſtum, Petri largitus eſt nomen. Aug. de con. euan. Nullus tamẽ arbitretur quòd hic Petrus nomẽ acceperit, non eñ accepit hoc nomẽ niſi vbi Ioãnes cõmemorat ei dictum eſſe: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Hier. Secundũ aũt metaphorã petrę, rectè dicit ei: Ædificabo eccleſiã meam ſuper te. & hoc eſt quod ſequit: Et ſuper hãc petrã ædificabo eccleſiã meam. Chry. i. in hac fide & confeſſione ędificabo eccleſiã meã. Hinc oſtẽdit multos iã credituros quod Petrus confeſſus fuerat: & exigit eius ſenſum, & paſtorẽ ipſum facit. Aug. in lib. retrac. Dixi in quodã loco de apoſtolo Petro, quòd in illo, tãquam

Manſuetudo Chriſti.

Cõfeſſio Petri.

in petra ædificata est ecclesia:sed scio me postea sæpissimè sic exposuisse quod à domino dictũ est, Tu es Petrus &c.vt super hunc intelligeretur,quẽ confessus est Petrus,dicens:Tu es Christus filius dei viui,acsi Petr⁹ ab hac petra appellatus,personã ecclesię figuraret,quę super hanc petrã ędificatur.non em̃ dictũ est illi:Tu es petra,sed tu es Petrus:petra aũt erat Christus, quẽ cõfessus Simõ,sicut ei tota ecclesia cõfitetur,dict⁹ est Petrus.Harũ aũt duarũ sentẽtiarũ quæ sit probabilior eligat lector.Hila.Est aũt,in nuncupatione noui nominis fœlix ecclesiæ fundamentũ,dignaq; ędificatione illius petra,quæ infernales leges,& tartari portas,& omnia mortis claustra dissolueret.vnde ad ostendendã firmitatem ecclesię supra petrã fundatę,subditur:Et portæ inferi &c.Glo. Id est,non separabunt eam à charitate mea & fide. Hiero. Ego portas inferi vitia reor atque peccata,vel certè hęreticorũ doctrinas,per quas illecti homines ducuntur ad tartarũ.Orig. Sed & singulę spirituales nequitię in cælestibus,portæ sunt inferorum, quibus contrariãtur portæ iustitię. Raba.Portæ quoque inferi, etiã tormenta & blãdimẽta sunt persecutorum, sed & praua infideliũ opera , ineptaq; colloquia portę sunt inferi,quia iter perditionis ostẽdũt . Chry. Non aũt exprimit vtrũ petræ nõ pręualebunt , in qua ędificat Christus ecclesiã:aut ecclesiæ,quã ędificat sup petrã.tñ manifestũ est,quia nec aduersus petrã nec aduersus ecclesiã portæ prævalent inferorũ. Cyril.in lib. thesau. Secundũ autẽ hanc dñi promissionẽ ecclesia apostolica Petri ab oĩ seductione hęreticaq; circunuentione manet immaculata,sup oẽs præpositos & episcopos,& super oẽs primates ecclesiarũ & populorũ in suis pontificibus,in fide plenissima & auctoritate Petri. Et cũ aliæ ecclesiæ quorundã errore sint verecundatę, stabilita inquassabiliter ipsa sola regnat,silentiũ imponens & omniũ obturans ora hæreticorũ:& nos necessario salutis nõ decepti superbia,neq; vino superbię ebriati, typũ veritatis & sanctę apostolicæ traditionis, vnà cũ ipsa confitemur & prędicamus. Hiero . Nemo aũt putet hoc de morte dici, q̃ apostoli cõditioni mortis subiecti non fuerint , quorũ martyria videat coruscare.Orige.Si ergo & nos, patre nobis reuelante,qui est in cælis,quando.s.conuersatio nostra in cęlis est,cõfessi fuerimus Iesum Christũ esse filiũ dei viui, & nobis dicetur : Tu es Petrus &c. Petra em̃ est omnis qui imitator est Christi.aduersus quẽ aũt portæ pręualent inferorũ,ille neq; petra dicendus est , supra quã ædificat Christus ecclesiã,neq; ecclesia,neque pars ecclesię, quã Christus ædificat supra petrã.Chry.Deinde & alium Petri dicit honorem,cũ subditur: Et tibi dabo claues regni cęlorũ.q.d.Sicut pater dedit me cognoscere, ita & ego aliquid dabo.s.claues regni cęlorum. Raba. Qui em̃ regẽ cęlorũ maiori prę cęteris deuotione cõfessus est, merito præ cęteris ipse collatis clauibus regni cęlestis donatus est:vt cõstaret omnibus, quia absque ea confessione ac fide regnum cęlorũ nullus posset intrare . Claues aũt regni cęlorũ ipsam discretionẽ & potentiã nominat:potentiã qua liget & soluat,discretionẽ qua dignos vel indignos discernat.Glo.Vnde sequitur : Et quodcũque ligaueris.i.quẽcunque indignũ remissione iudicaueris dũ viuit,indignus apud deũ iudicabitur.Et quodcũque solueris.i. quẽcunque soluendũ iudicaueris dũ viuit, remissionẽ peccatorũ cõsequetur à deo.Orig.Vide aũt quantam potestatẽ habet petra,super quã ędificatur ecclesia ei⁹,vt etiã iudicia maneant firma,quasi deo iudicãte per eã. Chry. Vide aũt qualiter Christ⁹ reducit Petrũ ad excelsam de ipso intelligentiã.Hęc em̃ ei se ꝓmittit daturũ,quę sunt propria dei solius.s. peccata soluere, & ecclesiã immutabilẽ facere inter tot persecutionũ & tentationũ procellas. Raba. Hęc aũt ligandi atq; soluendi potestas q̃is soli Petro data videatur à domino , tñ & cæteris apostolis dat, necnõ etiã nunc in episcopis ac presbyteris oĩ ecclesię.Sed ideo Petrus specialiter claues regni cælorũ & principatũ iudiciarię potestatis accepit,vt oẽs qui per orbẽ credentes intelligant,quia quicunque ab vnitate fidei vel societatis illius quolibet mõ semetipsos segregant,tales nec vinculis pctõrum absolui , nec ianuam possunt regni cęlestis ingredi.Glo.Specialiter etiã eã Petro cõcessit vt ad vnitatẽ nos inuitaret.Ideo em̃ eum principẽ apostolorum cõstituit,vt ecclesia vnũ principalẽ Christi haberet vicariũ,ad quẽ diuersa mẽbra ecclesiæ recurrerent , si fortè inter se dissentirent. Quod si diuersa capita essent in ecclesia,vnitatis vinculum rũperetur.Quidam autẽ dicunt q̃ ideo dicit,super terrã. Non em̃ data est potestas hoĩbus ligandi vel soluẽdi mortuos,sed viuos . Qui autẽ mortuos solueret vel ligaret, nõ super terram,sed post terrã hoc faceret.Ex senten.Constantinopoli.cõcilii. Quõ autẽ prę sumunt quidã dicere de viuis tantũmodo hęc dicta esse an ignorant, quia iudiciũ anathematis nihil est aliud q̃ separatio ? Euitandi sunt autẽ illi qui à pessimis culpis detinentur,siue in viuis sint,siue nõ. A nocente em̃ semper resurgere necessariũ est . Sed & Augustini religiosæ memoriæ , qui inter Aphricanos episcopos splenduit,diuersæ epistolę recitatæ sunt , significantes q̃ oporteret hęreticos & post mortẽ anathematizare. Talẽ autem ecclesiasticã traditionẽ & alii Aphricani episcopi seruauerunt. Sed & sancta Romana ecclesia quosdam episcopos post mortẽ anathematizauit, licet pro fide in vita sua nõ essent accusati.Hiero. Istum locum episcopi & presbyteri nõ intelligẽtes,aliquid sibi de pharisæorũ assumunt supercilio:vt vel dãnent innocentes, vel soluere se noxios arbitrentur:cũ apud dñm nõ sentẽtia sacerdotum,sed reorũ vita quęratur. Legimus in Leuitico de leprosis, vbi iubẽtur ostẽdere se sacerdotibus:& si leprã habuerint, tunc à sacerdote immundi fiãt: nõ q̃ sacerdotes leprosos faciant & immũdos,sed q̃ habeant notitiã leprosi & nõ leprosi:& possunt discernere qui mundus, quive immũdus sit. Quo modo ergo ibi leprosum sacerdos immũdũ facit,sic & hic alligat vel soluit episcopus, vel presbyter:non eos qui insontes sunt vol inoxii, sed pro officio suo cũ peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit , qui soluendus.Orige.Sit ergo irreprehensibilis qui alterũ ligat vel soluit,vt inueniatur dignus ligare vel soluere in cælo . Sed & ei qui potuerit virtutibus portas obstruere inferorũ, quasi præmiũ dantur claues regni cælorum : omnes em̃ species virtutum cũ quis eam cœperit operari,quasi ipsa se adaperit ante eũ,domino videlicet aperiẽte eam per gratiã suam, vt inueniatur eadẽ virtus & porta esse,& clauis portę. Forsitan autem & vnaquęq; virtus est regnum cęlorum.

Claues ecclesiæ quę sint.

Tunc præcepit discipulis suis ut nemini dicerent quia ipse esset Iesus Christus.Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis quia oporteret eũ ire Hierosolymam : & multa pati à senioribus & scribis,& principibus sacerdotum,& occidi, & tertia die resurgere.

Apostolica auctoritas sup viuos & mortuos

Orig.Postq̃ Petrus cõfessus est Christũ filiũ dei viũ,quia noluit hoc eos interim prędicare,subdit : Tũc pręcepit discipulis &c.Hiero. Sed cũ suprà mittẽs discipulos suos ad ꝓdicandũ,iusserit eis , vt annuntiarẽt aduẽtum suũ,videt esse cõtrariũ qđ hic ꝓcepit,ne se dicãt esse Iesũ Christũ.mihivideť aliud esse Christũ prędicare

dicare,aliud Iesum Christũ.Et Christ⁹ cõe dignitatis est nomẽ,Iesus ,ppriũ vocabulũ saluatoris. Orige.Vel tunc leuiter quidem de eo annunciabant,quasi de magno & mirabili viro,Christũ aũt esse eum nondũ annunciabant.Qui autẽ vult etiã Christũ eũ prædicatũ prius ab apostolis,dicet quoniã leuiter pręmittere voluit eos mentionẽ nominis sui,vt interim facto silentio prædicationis huius,hoc ipsum qđ leuiter de Christo auditũ fuerat,digeratur in sensibus auditorũ. Aut ita est soluenda quæstio,vt videantur ea quæ superius de annunciando Christo sunt dicta,non ad temp⁹ pertinere quod fuit ante Christi resurrectionẽ,sed ad tẽpora post futura.Hæc autẽ quę mandat vt nemini dicant,tunc apostolis conuenire:inutile enim est ipsum quidem prædicari,crucẽ autem eius tacere.Propterea præcipit eis vt nemini dicerent,quia ipse est Christ⁹: & præparabat eos vt postmodũ dicant , quoniam ipse est Christus qui crucifix⁹ est, & resurrexit à mortuis. Hier.Quod ne quis putet nostræ tantũ esse intelligẽtiæ,causas tunc prohibitę prædicationis exponit. Sequitur enim: Exinde cœpit Iesus &c. Est autẽ sensus: Tunc me prædicate , cum ista passus fuero . quia non prodest Christum publicè prædicari, & eius vulgare in populis maiestatẽ,quẽ post paululũ flagellatũ visuri sunt & crucifixum.Chry. Quod em̃ semel radicatũ est,& postea euulsum:si iterũ plantetur,difficile retinebitur apud multos:quod autẽ infixum semel est, & mansit postea immobile,facile prouehitur ad augmẽtum.propter hoc autẽ immoratur tristibus prędicendis,& sermonẽ multiplicat:vt aperiat discipulorũ mẽtes.Orig.Et vide quia non dixit:Cœpit dicere vel docere,sed ostendere.quoniã sicut corporalia ostendi dicuntur,sic ostendi dicuntur à Christo ea quæ loquebatur.Non autẽ sic puto eis qui corporaliter eum multa patientem viderunt,ostensa fuisse ea quæ videbãtur, quomodo discipulis ostẽsus est rationabilis sermo de mysterio passionis & resurrectiõis Christi:& tũc quidem cœpit ostendere,consequenter autẽ postea capacioribus factis plenius demonstrauit:quia omne quod cœpit Iesus, hoc perfecit . Oportebat autem eũ ire in Hierusalẽ,vt occidatur quidẽ in Hierosolymis , quæ sunt deorsum,regnet aũt resurgens in Hierusalẽ cælesti.Postquã enim resurrexit Christus,& alii consurrexerunt ei,iã non deorsum quęritur Hierusalẽ, vel domus orationis in ea,sed sursum.patitur autẽ multa à senioribus Hierusalẽ terrenæ,vt glorificetur ab his q̃ capiunt beneficia eius cælestibus senioribus . Tertia aũt die resurrexit à mortuis,vt eripiẽs à maligno acquirat eis qui liberati fuerant hoc donũ, vt baptizentur spiritu & anima & corpore in nomine patris & filii & spũs sancti.qui sunt tres dies simul ppetuo instãtes eis,qui per eos facti fuerunt filii lucis.

Et assumens eũ Petrus,cœpit increpare illum, dicens: Absit à te domine:non erit tibi hoc.Qui cõuersus,dixit Petro:Vade post me satana,scandalum es mihi: quia non sapis ea quæ dei sunt,sed ea quæ hominum.

Orige.Adhuc initia eorũ quæ ostendebantur dicens Christus,Petrus indigna hæc filio dei viui arbitrabatur:& quasi oblitus,quoniã filius dei viui nihil dignum increpatione facit aut agit,cœpit increpare: & hoc est quod dicitur: Et assumens eũ Petr⁹ &c.Hiero.Sæpe diximus nimii ardoris,amorisq; quammaximi fuisse Petrũ in dominũ saluatorem. Qui ergo post cõfessionẽ suã & præmium saluatoris quod audierat, non vult destrui confessionẽ suam,nec putat posse fieri vt dei filius occidatur,assumit eum in affectũ suum, vel separatim ducit,ne præsentibus cæteris condiscipulis videatur magistrũ arguere: & cœpit illum increpare amantis affectu,& obstans dicere:Absit à te dñe. Vel vt melius habetur in Græco:Propitius sis tibi domine,non erit hoc:quasi necessariã haberet propitiationẽ,cuius affectum quidẽ susciens Christus,ignorantiã exprobrat.vnde sequitur: Qui cõ.dixit Petro: Vade, &c.Hila.Sciens em̃ dñs diabolicę artis instinctum,Petro,ait:Vade retro post me.i. vt exemplũ suæ passionis sequatur.In eũ vero per quẽ opinio hęc suggerebatur cõuersus,adiecit:Satana,scan. &c. Non em̃ conuenit existimare Petro satanæ nomen,& offensionẽ scandali deputari,post indulta illa beatitudinis & potestatis tanta præconia.Hiero. Sed mihi error apostolicus de pietatis affectu veniens,nunquã incentiuũ videbitur diaboli.prudẽs ergo lector cõsideret Petro illam beatitudinẽ ac potestatẽ in futuro promissam, non in præsenti datã:quam si statim dedisset ei,nunq̃ in eo prauæ confessionis error inuenisset locũ.Chrys. Quid etiam mirabile est hęc pati Petrũ,qui de his reuelationẽ non suscepit.Vt em̃ discas q̃ neque illa q̃ de Christo confessus fuerat,ex se locutus est, vnde qualiter in his quæ non reuelata sunt ei turbationẽ patiat: humana em̃ & terrestri cogitatione quæ sunt Christi considerans,æstimabat turpe & indignũ esse ei quod pateretur.Et ideo dñs subiecit:Quia nõ sapis ea &c. Hiero.q.d.Meæ voluntatis est & patris,vt pro hominũ salute moriar,tu tuã tantũ considerans voluntatẽ: nõ vis granũ tritici cadere in terrã, vt multos afferat fructus:& ideo quia contraria loqueris volũtati meę, debes aduersarius appellari:satanas em̃ interpretatur aduersarius,siue contrarius.non tamen vt pleriq; putant eadẽ satanas & Petrus sententia condẽnantur: Petro em̃ dicit , Vade retro me satana.i. sequere me qui cõtrarius es voluntati meæ.Ille audit, vade satana:& non ei dicit retro,vt subaudiatur:Vade in ignẽ æternum.Orig.Dixit ergo Petro:Vade post me,quasi desistenti per ignorãtiã ire post Christũ . Satana autẽ dixit ei,quasi per ignorantiã aliquid habenti contrariũ deo.Beatus aũt ad quẽ cõuertitur Christus, etiam si corripiendi causa cõuertitur.Sed quare dixit ad Petrum:Scãdalum mihi es, cum in psalmo dicatur: Pax multa diligentibus legem tuã, & non est illis scandalũ?Sed respondendũ est , quoniam non solũ Iesus non scandalizatur,sed nec omnis homo qui in dilectione dei perfectus est.sed quantũ ad se qui tale aliquid vel agit vel loquitur,scandalum est alteri,licet ille inscãdalizabilis sit.Aut certe omnẽ discipulum peccãtem scandalum sibi appellat.sicut & Paul⁹ dicebat : Quis scandalizatur,& ego non vror?

Petrus quo sata nas.

Tunc Iesus dixit discipulis suis:Si quis uult post me uenire,abneget semetipsum,& tollat crucem suam, & sequatur me.Qui enim uoluerit animam suã saluam facere , perdet eam . Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

Chrys.Postquã Petrus dixerat,propitius esto tibi, nequaquã erit tibi hoc:& audiuit, vade retro me satana:non fuit dñs hac solũ increpatione contentus,sed ex superabundantia voluit ostendere inconuenientiã dictorum à Petro & fructũ suę passionis.vnde subdit: Tũc Iesus dixit discipulis suis,si quis vult post me venire.q.d.tu dicis mihi,propitius esto tibi.Ego autem dico tibi,quoniã non solum me prohibere à passione nociuum tibi est,sed neque saluari poteris nisi patiaris, & moriaris, & vitæ abrenũties semper.& vide q̃ non coactiuum facit sermonẽ:non em̃ dixit,si volueris,oportet vos hoc pati,sed si quis vult:hoc autem dicẽs magis attrahebat.qui em̃ libertati auditorem di-

mittit,magis attahit:qui vero violentiã infert, multoties impedit.non autẽ solis discipulis suis,sed & cõmune hoc dogma orbi terrarum proponit,dicens: Si quis vult.i.si mulier,si vir,si rex,si liber,si seruꝰ.Chrysosto.Tria autẽ sunt quæ dicuntur: Abneget semetipsum,& tollat crucẽ suam,& sequatur me.Grego.in ho.Quia nisi quis à semetipso deficiat, ad eum qui super ipsum est,non appropinquat. Sed si nosipsos relinquimus,quo ibimus extra nos:vel quis est qui vadit, si se deseruit?sed aliud sumus per peccatũ lapsi, aliud per naturam conditi:tunc ergo nosmetipsos relinquimus & abnegamus,cũ vitamus quod per vetustatem fuimus,& ad hoc nitimur ad quod per nouitatẽ vocamur.Greg.super Ezech.Semetipsum etiam abnegat, quicũque mutatur ad meliora,& incipit esse quod nõ erat,& desinit esse quod erat.Greg.23.Mora. Semetipsum etiã abnegat,qui calcato typo superbiæ,añ dei oculos se esse à se alienum demõstrat. Orig.Quanuis autẽ videatur aliquis à peccato abstinere:tamẽ nisi in crucẽ Christi crediderit,non potest dici Christo confixus,siue cruci.vnde sequitur: Et tollat crucẽ suam. Chry.Vel aliter:Qui negat aliũ,vel fratrẽ,vel famulũ,vel quẽcunq;:& si flagellatũ viderit, & quodcũque patientẽ non assistit,non adiuuat: ita vult corpori nostro nos non ignoscere, vt si flagellauerint vel quodcũq; aliud fecerint,corpori non parcamus.hoc em̃ est parcere,sicut patres tunc ignoscunt filiis, cum magistris eos tradentes iusserint vt non parcãt. Ne autem æstimes ꝙ vsque ad verba tm̃ & contumelias oportet abnegare seipsum,ostendit vsq; ad quantũ abnegare seipsum oporteat,quia vsq; ad mortẽ etiã turpissimã, scilicet crucis:qđ significat in hoc quod dicit, Et tollat crucem suã,& sequatur me.Hila.Sequendus enim est dominus cruce assumpta passionis suæ,& si nõ sorte,tamen voluntate comitandus est.Chry.Quia etiã latrones multa grauia patiuntur,vt nõ æstimes quòd passio malorum sufficiat,adiungit causam patiendi,cũ dicit:Et sequatur me: vt propter eũ omnia sustineas, & alias eius virtutes addiscas:hoc est em̃ sequi Christum vt oportet,diligentem esse circa virtutes,& pati omnia propter ipsum.Greg. Duobus etiam modis crux tollitur:cũ aut per abstinentiã affligitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animꝰ. Sed quia ipsis virtutibus quędã vitia mixta sunt,dicendũ nobis est ꝙ abstinentiam carnis nonnunq̃ vana gloria obsidet.quia dum tenuitas in corpore,dum pallor in vultu respicitur,virtus patefacta laudatur.Cõpassionẽ vero animi plerũq; latenter obsidet pietas falsa, vt hanc nõnunq̃ vsq; ad condescendendũ vitiis pertrahat:vnde ad hæc excludenda subdit,Et sequat̃ me. Hiero.Vel aliter:Tollit crucẽ suam,qui mundo crucifigit: cui autẽ mundus crucifixus est,sequitur dominũ crucifixum.Chrys.Deinde quia graue videbat̃ qđ dictum est,per ea quæ cõsequuntur id mitigat, p̃mia ponens supereminentia laboribus,& malitiæ pœnas. vnde sequitur: Qui em̃ volue.&c.Origc.Quod dupliciter potest intelligi.Primum sic:Si quis amator vitæ præsentis parcit animæ suę timẽs mori,& putans animã suam per hanc mortem perire, iste volens hoc modo saluare animã suã,perdet eam,alienam illã faciens à vita æterna.Si quis contẽnens vitã præsentem vsq; ad mortem pro veritate certauerit,perdet quidẽ animã suã quantum ad vitã præsentẽ:sed quoniã propter Christum perdet eã,magis eam saluã faciet in vitam æternam.Alio modo sic:Si quis intelligit quæ est vera salus,& acquirere vult eam ad salutem animæ suæ: iste abnegans semetipsum perdit quantũ ad voluptates carnales,animã suam propter Christũ: & perdens animã suam hoc modo,saluat eam per opera pietatis. dicendo em̃:Qui voluerit,præcedentem & sequentẽ vnum sensum esse ostendit.Si ergo quod superius dixit,Abneget semetipsum,de morte corporali dixit,cõ sequenter hoc de sola morte intelligere debemꝰ dictũ esse.si autẽ abnegare seipsum,est carnalẽ conuersationem reiicere:& perdere animã,est deponere voluptates carnales.

Quid enim prodest homini,si uniuersum mundum lucretur,animæ uero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis uẽturus est in gloria patris sui cum angelis suis: & tũc reddet unicuique secundũ opera eius. Amen dico uobis,sunt quidam de hic stantibus,qui non gustabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno suo.

Chrys.Quia dixerat,qui vult saluare,perdet:& ꝙ perdet saluabit,vtrobiq; salutẽ & perditionẽ ponẽs: ne aliquis æstimet æqualem esse hincinde perditionẽ & salutem,subiungit:Quid enim prodest,&c.q.d. ne dicas ꝙ qui pericula,quę propter Christũ imminent, effugit,saluet animã suam.i.vitam temporalẽ. Sed pone etiam cũ anima.i. vita tẽporali totum orbem terrarũ,quid ex his homini erit amplꝰ anima in perpetuũ pereunte?Si em̃ famulos tuos videas in lætitia,te autem in malis vltimis constitutũ,quid lucrareris ex eorũ dominio?Hoc etiã in anima tua reputa,cũ carne lasciuiente ipsa futurã perditionẽ expectat.Orige.Puto etiã ꝙ mundum lucratur,qui non abnegat semetipm, nec perdit animã suã quantũ ad voluptates carnales, & facit animæ suæ detrimentũ.Ideo duobus nobis ꝓpositis,magis est eligendum vt mundũ perdamus, & lucremur animas nostras.Chry.Sed,si regnaueris supvniuersum orbẽ terrarũ,non poteris animã tuã emere.vnde sequitur: Aut quã dabit homo cõmutationẽ pro anima sua?Ac si dicat:Diuitias si perdideris,poteris dare diuitias alias ad eas redimendas: animã autẽ perdens,non poteris animã aliquã dare, sed neq; aliquid aliud.Quid autem mirabile est, si in anima hoc cõtingit?Etenim in corpore hoc videtur contingere. Et si em̃ decẽ milia diademata corpori insanabiliter ægroto circumposueris,non curatur.Orig. Et prima quidem facie cõmutatio animæ est in substãtia,vt det substantiam suã homo pauperibus, & saluet animam suã.Sed puto ꝙ non habet aliquid homo, quod dans quasi cõmutationẽ animæ suæ liberet eam de morte, deus autẽ pro animabus hominũ dedit cõmutationẽ preciosum sanguinẽ filii sui.Greg.Vel aliter potest cõtinuari,quia sancta ecclesia aliud habet tẽpus persecutionis,& aliud pacis: redemptor noster ipsa eius tẽpora distinguit in præceptis: nã persecutiõis tẽpore ponẽda est anima:pacis aũt tẽpore,ea quæ amplꝰ domi nari possunt frangenda sunt desideria terrena.vñ dicitur:Quid em̃ prodest homini?Hiero. Prouocatis aũt discipulis vt abnegarent se, & tollerent crucẽ suam, grandis fit terror audientiũ.Idcirco tristibus lęta succedũt,& dicit:Filius em̃ hominis &c. Times mortẽ? audi gloriã triumphantis.Vereris crucẽ? ausculta angelorũ ministeria. Orig.q.d.Nunc quidẽ filius hominis venit,sed non in gloria,non em̃ decebat eũ in gloria constitutum peccata nostra portare: sed tunc veniet in gloria,cũ ante præparauerit discipulos suos,factus sicut illi,vt illos faceret,sicut & ipse, conformes gloriæ suæ.Chry.Non aũt dixit in tali gloria in quali est pater, ne alteritatẽ gloriæ suspiceris,sed ait:Gloria patris,vt eadem gloria ostendatur. Si autẽ gloria

Gloria Christi quæ sit.

vna est,manifestum quòd & substantia vna est.Quid ergo times Petre mortem audiens?tũc me videbis in gloria.Si autem ego in gloria,& vos:sed tamen dicẽs gloriã,terribilia immiscuit in mediũ iudicium introducens.vnde sequitur:Et tunc reddet vnicuiq; secundum opera eius.Hiero.Non est em̃ distinctio Iudęi & Gentilis,viri & mulieris,pauperum & diuitum, vbi non personæ sed opera considerantur.Chry.Hoc autẽ dixit non solũ peccatoribus pœnas cõmemorans, sed iustis brauia & coronas.Hier.Poterat aũt apostolorũ tacita cogitatio istiusmodi scandalum sustinere.Occisionẽ & mortẽ nunc dicis esse futurã, ꝙ autẽ promittis te affuturũ in gloria,in tẽpora longa differtur.Prę uidens ergo occultorũ cognitor,quid possent obiicere,præsentem timorẽ præsenti compensat pręmio dicens:Amẽ dico vobis,sunt &c.Chry. Volẽs ergo mõstrare quid est illa gloria in qua postea ventura est, eis in præsenti vita reuelauit sicut possibile erat eos discere,vt neque in domini morte iam doleãt. Remi. Quod ergo hic dicitur,impletum est in tribus discipulis, quibus dominus transfigurat̃ in mõte gaudia æternæ repromissionis ostendit,qui viderunt eum in regno suo venientẽ.i.in ea claritate fulgẽtem,in qua peracto iudicio videbitur ab omnibus sanctis.Chrys. Propter hoc autẽ non prędicit nomina eorũ qui ascẽsuri erant in montem,quia reliqui valde concupiscerent sequi,exemplũ illius gloriæ visuri:& grauiter tulissent velut despecti.Grego.Vel regnum dei præsens ecclesia vocatur,& quia nõnulli ex discipulis eius vsqueadeo in corpore victuri erant,vt ecclesiam dei cõstructam cõspicerent,& contra huius mundi gloriam erectam:consolatoria promissione nunc dicitur:Sunt quidam de hic stantibus.Orig.Moraliter autem verbũ dei his qui nouiter inducuntur ad fidẽ, formã habet serui,perfectis autẽ venit in gloria patris. Raba. Angeli autẽ illius sunt prophetarum sermones, quos non est possibile ante spiritualiter intelligere, nisi cũ spũaliter intellectũ fuerit verbum Christi,vt videantur simul apparere in maiestate.Tunc autẽ dabit vnicuique de gloria sua secundum actum eius:quia quãto quis melior fuerit in actibus suis, tanto spirituali intelligit Christũ vel prophetas ipsius. Stantes autẽ vbi stat Iesus,sunt ꝙ fundatas habent apud Iesum animæ bases.Ex quibus qui melius stãt,dicuntur nõ gustare mortem,donec videant verbum dei,quod venit in regno suo,videns eminentiam dei, quã videre non possunt,qui diuersis ĩuoluti sunt peccatis,qđ est mortem gustare,qua peccans anima moritur. Sicut em̃ vita est & panis viuus qui de cælo descẽdit, sic & inimica eius mors panis est mortuus.Ex istis autẽ panibus quidam modicũ manducant,tantũ gustãtes, quidam autem abundantius.qui em̃ raro & modicum peccãt, tantũmodo gustant mortẽ:qui autem perfecti susceperint spũalem virtutem,non gustant eã, sed viuo pane semper vescuntur.ꝙ aũt dicit,donec videant,non diffinit tempus,vt postquã transierit illud,donec fiat quod ante non fuerat factum:sed rem, quæ necessaria est,exponit.qui enim semel videt eum in gloria eius, iam nequaquam gustabit mortem.Raba. Sanctos aũt mortem gustare testatur,à quibꝰ mors corporis quasi libando gustatur,vita vero animæ possidẽdo tenetur.

Vita panis est.

CAPVT XVII.

ET post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius,& duxit illos in montem excelsum seorsum,& transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol:uestimẽta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Iesum:Domine,bonum est nos hic esse:si uis,faciamus hic tria tabernacula:tibi unum,Moysi unum,& Eliæ unum.

Remi.Claritatem suæ visionis quam promiserat dominus discipulis suis in hac transfiguratione habita in monte post sex dies compleuit.vnde dicitur: Et post sex dies &c.Hiero.Quæritur aũt quomodo post sex dies assumpsit eos,cum Lucas octonarium numerum ponat?sed facilis est responsio:quia hic medii ponuntur dies,ibi primus additur & extremus. Chrys. Ideo autẽ nõ confestim facta promissione eos sursum ducit,sed post sex dies,vt reliqui discipuli nihil patiãtur humanum.i.aliquem inuidiæ motum,vel vt horũ dierum sp:tio vehementiori concupiscentia repleti, qui assumendi erant, solicita mẽte accederent.Raba. Merito autem post sex dies gloriam illã ostẽdit, quia post sex ætates futura est resurrectio. Orige. Vel quia in sex diebus totus perfecti nnmeri factus est visibilis mundus,qui transcendit omnes res mũdi, potest ascẽdere super montem excelsum,& gloriam aspicere verbi dei.Chry.Ideo autem hos tres assumpsit,quoniam aliis potiores erant.Intende aũt qualiter Matthęꝰ nõ occultat eos qui sibi prępositi sunt, hoc em̃ & Ioãnes facit,præcipuas Petri laudes cõmemorans. Ab æmulatione em̃ vana gloria mũdus fuit apostolorũ chorꝰ. Hila.In tribus aũt assumptis de trium origine Sem, Cham,& Iaphet,futura electio populi ostẽdit. Raba. Vel tres solũmodo discipulos secum ducit,quia multi sunt vocati,pauci vero electi. Vel quia qui nunc fidẽ sanctæ trinitatis incorrupta mente seruant,tunc æterna eius visione lætantur.Remi.Ostẽsurus autẽ dominus gloriam suæ claritatis discipulis,duxit eos in mõtem.vñ sequitur:Et duxit illos &c.In quo docet,quia necesse est omnibus qui deũ contẽplari desiderant,vt nõ in infimis voluptatibꝰ iaceant,sed amore superno rum semper ad cælestia erigantur,& vt ostendat discipulis quatenus gloriam diuinæ claritatis non in huiꝰ seculi profundo quærant,sed in cælestis beatitudinis regno.Ducuntur autem seorsum,quia sancti viri toto animo & fidei intentione separati sunt a malis, fundi tusq; separabuntur in futuro, vel quia multi vocati, pauci vero electi.Sequitur:Et transfi.&c.Hiero.Qualis em̃ futurus est tempore iudicãdi,talis apostolis apparuit. Nemo autem putet pristinam eũ formã & faciem perdidisse,vel amisisse corporis veritatem,& assumpsisse corpus spiritale vel aereum. Sed quomodo transfiguratus sit,euangelista demõstrans dicit,resplẽduit facies eius sicut sol,vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.Vbi splendor faciei ostenditur, & candor describitur vestium:non substantia tollit̃, sed gloria cõmutatur. Certè transformatus est dominus in eam gloriam qua venturus est postea in regno suo. Transformatio splendorem addidit,facẽ non substraxit:& si corpus spiritale fuerit,vnde & vestimẽta mutata sunt:quæ intantum fuere candida vt alius euãgelista differit,qualia fullo super terram non posset facere.huiusmodi autem corporale est & tactui subiacet, non spiritale & aereum quod illudat oculos,& tãtum in phantasmate aspiciatur.Chry.Si autẽ facies domini resplenduit sicut sol,& sancti sicut sol fulgebũt,nũ quid erit æqualis claritas domini & seruorũ?nequaq̃. Sed quia nihil lucidius inuenitur sole,idcirco ad manifestandũ exemplũ futuræ resurrectiõis,& facies domini resplẽdere,& iusti fulgere dicũtur sicut sol. Orige.Mysticè autem cum aliquis transcenderit sex dies secundũ quod diximus,videt trãsfiguratum Iesum añ

Expositio anagogica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

oculos cordis sui. Diuersas enim habet verbum dei formas, appparens vnicuique secundum quòd videnti expedire cognouerit: & nemini supra quod capit semetipsum ostendit. vnde non dixit simpliciter, Transfiguratus est, sed corã eis. In euãgeliis enim Iesus simpliciter intelligitur ab eis qui non ascendunt per excitationem verborum spiritalium, super excelsum sapientiæ montem. Eis autem qui ascendunt, iam non secũdum carnem cognoscitur, sed deus verbũ intelligitur. Coram his ergo transfiguratur Iesus, & non coram illis qui sunt deorsum in cõuersatione terrena viuentes. His autẽ coram quibus transfiguratur, facti sunt filii dei, & ostenditur eis sol esse iustitiæ, & vestimenta ipsius fiunt candida sicut lumen, quæ sunt sermones & literæ euangeliorũ, quibus Iesus est indutus secũdũ illa quæ ab apostolis dicũtur de eo. Glo. Vel vestimẽta Christi sanctos significãt, de quibus Esaias: Omnibus his velut vestimento vestieris: & viui operantur, quia candidi erunt virtutibus: & omnis vitiorum æstus ab eis remot⁹ erit. Sequitur: Et appa. illis Moy. &c. Chry. Hoc autem multas habet rationes: Et prima quidẽ est hęc: Quia enim turbę dicebant eum esse Eliã vel Hieremiam, aut vnum ex prophetis, capita prophetarũ secum ducit, vt saltẽ hinc videatur differentia seruorum & domini. Alia ratio est: Quia enim continuè Iesum accusabant Iudęi, tanquã transgressorem legis & blasphemum, patris sibi gloriam vsurpantem: vt ostendatur ab vtraque accusatione innoxius, eos q in vtroque fulserunt in medium ducit. etenim Moyses legem dedit, & Elias pro gloria dei æmulator fuit. Alia ratio est, vt discant, quoniam mortis & vitę potestatem habet, propter hoc & Moysen qui morte defecerat, & Eliam qui nõdum mortẽ passus fuerat, in mediũ ducit. Aliã causam & ipse euãgelista reuelat. s. monstrare crucis gloriam, & mitigare Petrũ, & alios discipulos passionem timentes. Loquebantur enim, vt alius euangelista dicit, de excessu, quem completurus erat in Hierusalem: vnde eos in medium ducit qui se morti exposuerunt pro his quæ deo placebant, & pro plebe credentium. Etenim tyrannis vterque se libere pręsentauit. Moyses quidem Pharaoni, Elias autẽ Achab. Ducit autẽ & propter hoc eos in medium: volebat enim quòd discipuli illorum priuilegia zelarent, vt. s. fierent mansueti sicut Moyses, & zelantes sicut Elias. Hila. Quòd etiam Moyses & Elias ex omni sanctorum numero assistũt, medius inter legem & prophetas Christus in regno est. Cum his enim Israelem, quibus testibus prędicatus est, iudicabit. Orig. Si quis etiã intelligit spiritalem legem cõuenientem sermonibus Iesu, & in prophetis absconditam Christi sapientiam, ille vidit Moysen & Eliã in gloria vnà cum Iesu. Hiero. Cõsiderandum est etiã quòd scribis & pharisæis, de cælo signa poscẽtibus dare noluit: hic vero, vt apostolorum augeat fidem, dat signum de cęlo. Elia inde descẽdente quo cõscenderat, & Moyse ab inferis resurgente, quod & Achaz per Esaiam pręcipitur, vt petat sibi signum de inferno vel de excelso. Orig. Quid autem feruidus Petrus dixerit, subditur: Respon. autẽ Pe. di. ad Ie. &c. Quia enim audiuit, quòd oportet eum Hierosolymã ire, adhuc timet pro Christo, sed post increpationem non audet dicere rursus: Propitius esto tibi: sed idẽ occulte per alia signa insinuat. Quia enim videbat multam quietem & solitudinem, cogitauit conuenientem ibi stationem esse ex loci dispositione, quod significat, dicẽs: Bonum est nos hic esse. Vult etiã ibi semper esse, ideo tabernaculorum meminit, dicẽs: Si vis, faciamus hic tria tabernacula. Cogitauit enim quòd si hoc fieret, non ascenderet Hierosolymam: & si non ascẽderet Christus, non moreretur. Ibi enim sciebat scribas insidiari ei. Cogitabat etiam quòd Elias aderat, qui in montem ignem descendere fecit: & Moyses, qui intrauit nebulã & deo locutus est: vnde occultari poterant, vt nullus persecutorum sciret vbi essent. Remi. Vel aliter: Visa domini maiestate & duorũ seruorũ, Petrus adeo delectatus est, vt cũcta tẽporalia obliuioni traderet, & ibi in perpetuum vellet manere. Si autem tunc Petrus sic accensus est, quanta erit suauitas & dulcedo videre regem in decore suo, & interesse choris angelorum & omnium sanctorum? In eo sanè quòd ait Petrus: Domine si vis, deuotionem subditi & obedientis serui ostẽdit. Hie. Erras tamen Petre: & sicut alius euãgelista testatur, nescis quid dicas. Noli tria tabernacula quęrere, cum vnũ sit tabernaculum euãgelii, in quo lex & prophetæ recapitulanda sunt. Si autem quæris tria tabernacula, nequaquam seruos cum domino cõferas, sed fac tria tabernacula, imò vnum patri & filio & spiritui sancto: vt quorũ est vna diuinitas, vnũ sit & in pectore tuo tabernaculum. Remi. Errauit etiã, quia voluit vt regnum electorũ cõstitueretur in terra, quod dominus promiserat dare in cælis. Errauit etiam, quia oblitus est se & socios suos esse mortales: & absque gustu mortis voluit subire æternam fœlicitatem. Raba. Et in eo quòd cęlesti conuersationi tabernacula faciẽda putauit, in qua domus necessaria nõ erat, cum scriptum sit: Templum non vidi in ea.

Tropologia pulchra.

Moyses & Elias quare p̃sentes.

Anagogica expositio.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce uox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt ualde. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos suos, neminem uiderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, præcepit illis Iesus, dicens: Nemini dixeritis uisionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.

Hiero. Qui carnale ex frondibus aut tentoriis quęrebant tabernaculum, nubis lucidę opperiũtur vmbraculo. vnde dicitur: Adhuc eo loquen. ecce, &c. Chry. Cum dominus comminatur, nubẽ tenebrosam ostendit, sicut in Sina. hic autem quia non terrere volebat, sed docere, nubes apparuit lucida. Orige. Lucida autẽ nubes obumbrans sanctos, est virtus paterna, vel forte spiritus sanct⁹: dicam etiam saluatorem nostrũ esse lucidam nubem, quę obumbrat euangelium & legem & prophetas, sicut intelligũt, qui possunt aspicere lumen ipsius in præmissis. Hiero. Quia vero imprudenter interrogauerat Petrus, propterea domini responsionem non meretur, sed pater respondet pro filio, vt verbum domini cõpleretur: Qui me misit, ipse de me testimonium perhibet. Chry. Neque autem Moyses loquitur, neque Elias, sed pater omnibus maior vocem emittit ex nube, vt discipuli credant, quòd a deo hęc vox erat. Sẽper enim apparere solet deus in nube, sicut scriptum est: Nubes & caligo in circuitu eius: & hoc est quod dicitur, Et ecce vox de nube. Hiero. Vox quidem patris de cælo loquentis auditur, quæ testimonium perhibeat filio, & Petrũ errore sublato doceat veritatem, imò per Petrum cæteros apostolos. vnde subdit, dicẽs: Hic est filius meus dilectus, huic est fiendum tabernaculum, huic obtẽperãdum, hic est filius, illi serui sunt, debent & ipsi nobiscum in penetralibus cordis sui domino tabernaculũ præparare. Chry. Ne igitur timeas Petre. Si enim potens est deus, manifestum quia & filius similiter potens est: si enim diligitur, ne timeas: nullus enim eum quem diligit prodit: nec tu æqualiter

Nubes quę inuolligatur

eum diligis genitori. Neq; autẽ solũ diligit eum quia genuit, sed & quia vnius est volũtatis cum ipso. Sequitur enim: In quo mi. be. cõpla. ac si diceret: In quo requiesco, quẽ accepto, quia oĩa quæ sunt patris cum diligẽtia exequitur, & est volũtas vna ipsius & patris: quare & si crucifigi vult, nõ cõtradicas. Hila. Hunc ergo esse filiũ, hunc dilectũ, hunc cõplacitũ, sed & hunc audiendum vox de nube significat, dicens: Ipsum audite, vt. s. idoneus ipse præceptorum taliũ auctor esset, qui seculi damnũ, crucis volũtatem, obitũ corporis, & post hæc regni cælestis gloriã facti confirmasset exemplo. Rem. Dicit ergo: Ipsum audite, ac si aliis verbis diceretur: Recedant vmbrę legales & typi prophetarũ, & solum coruscũ lumen euãgelii sequamini. siue ideo ait: Ipsum audite, vt illũ esse ostenderet, quẽ Moyses prædixerat, dicens: Prophetam suscitabit vobis deus de fratribus vestris tanquã me, audietis ipsum. Sic ergo dñs vndique habuit testes, ex cęlo vocẽ patris, ex paradiso Eliã, ex inferis Moysen, ex hoĩbus apostolos: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiũ, terrestriũ, & infernorũ. Orige. Vox autẽ de nube aut ad Moysen & Eliã loquitur, qui desiderabãt videre filiũ dei & audire eũ, aut discipulos docet. Glo. Notãdũ autẽ quòd bene cõuenit mysteriũ secũdæ regenerationis, quæ scilicet erit in resurrectione: vbi caro resuscitabitur cum mysterio primæ, quæ est in baptismate: vbi aĩa resuscitatur. In baptismate eñ Christi operatio totius trinitatis ostẽsa est. Fuit enim ibi filius incarnatus, apparuit in colũbæ specie spiritus sanctus, & pater fuit ibi in voce declaratus. Et similiter in transfiguratione, quę est sacramentũ secundæ regenerationis, tota trinitas apparuit: pater in voce, filius in homine, spiritus sanctus in nube. Queritur autẽ quare spiritus sanctus ibi in colũba, hic in nube declarat⁹ est? Dona siquidẽ sua per species declarare solet. Innocẽtiam autẽ in baptismate donat: quę per auem simplicitatis designatur. Daturus est aũt claritatẽ & refrigerium in resurrectione: ideo in nube refrigeriũ, in fulgore nubis claritas resurgẽtiũ corporũ designatur. Sequitur: Et audi. disci. &c. Hiero. Triplicem autẽ ob causam pauore terrẽtur: vel quia se erasse cognouerant, vel quia nubes lucida operuerat eos, aut quia dei patris vocem loquentis audierant. Humana enim fragilitas conspectũ maioris glorię ferre non sustinet, ac toto aĩo & corpore contremiscens ad terram cadit. quanto enim quis ampliora quęsierit, tanto magis ad inferiora collabitur si ignorauerit mensurã suã. Remi. In eo vero quòd sancti apostoli in faciẽ ceciderunt, fuit indiciũ sanctitatis: quia sancti in faciẽ cadere dicuntur, impii vero retrorsum. Chryso. Sed cum ante in Christi baptismo, quando talis etiã vox de cælo delata est, nullus ex turba quæ aderat tale aliquid passus est, quomodo discipuli in mõte ceciderũt? quia scilicet solitudo, altitudo, & silentiũ erat multũ, & trãsfiguratio stupore plena, & lumen purum, & nubes extẽsa: ex quibus oĩbus stupor in eis cõgregabatur. Hiero. Quia vero illi iacebãt & surgere non poterãt, ipse clemẽter accedit, & tangit eos: vt tactu fuget timorẽ, & debilitata mẽbra solidẽtur: & hoc est quod dicitur, Et accessit Iesus & tetigit eos. quos autẽ manu sanauerat, etiã sanauit imperio. vnde sequitur: Dixitque eis, surgite & nolite timere. Primũ timor expellitur, vt postea doctrina tribuatur. Sequitur: Leuantes autẽ oculos suos &c. Quod rationabiliter factum est, ne si Moyses & Elias perseueraſſent cum domino, patris vox videretur incerta, cui potissimũ daret testimoniũ. Videt etiã Iesum stantẽ ablata nube & Moysen & Eliã euanuisse, quia postquàm legis & prophetarũ vmbra discesserat, vtrũque in euangelio reperitur. Sequitur: Et descẽdentibus illis de mõte præcepit eis Iesus, dicens: Nemini &c. Nõ vult ergo in populos prædicari, nẽ & incredibile esset pro rei magnitudine: & post tãtã gloriã apud rudes animos sequens crux scandalũ faceret. Remi. Siue quia si maiestas illius diuulgaretur in populo, populi impedirent dispensationẽ passionis eius, resistẽdo principibus sacerdotũ, & sic redẽptio humani generis retardaretur. Hila. Silentium etiã rerũ gestarum quas viderant imperat, vt cum essent spiritu sancto repleti, tunc gestorum spiritualium testes essent.

Comparatio baptismi & resurrectionis.

Indiciũ sanctitatis.

Et interrogauerunt eum discipuli eius, dicẽtes: Quid ergo scribæ dicunt quòd Eliam oporteat primo uenire? At ille respondens ait eis: Elias quidem uenturus est, & restituet omnia. Dico autem uobis: quia Elias iam uenit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque uoluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis.

Hiero. Traditio Pharisæorũ est iuxta Malachiã ꝓphetã, ꝙ Elias veniat antę saluatoris aduentũ, & reducat cor patrũ ad filios, & filiorũ ad patres, & restituat oĩa in antiquũ statũ. Aestimant ergo discipuli trãsformationẽ gloriæ hanc esse: quã in mõte viderãt. Et ideo dicitur: Et interrogauerũt &c. Ac si diceret: Si iam venisti in gloriã, quomodo ꝑcursor tuus nõ apparet? maxime aũt hoc dicũt, quia Eliã viderãt recessisse. Chry. Non autẽ aduentũ Eliæ discipuli de scripturis sciebãt, sed scribę eis manifestabant: & ferebatur hic sermo in plebe indocta, sicut & de Christo. Non aũt vt oportebat aduẽtus Christi & Eliæ, à scribis interpretabatur. Scripturę enim duos dant Christi aduẽtus: eũ. s. qui factus est, & eũ qui futurus est. Sed scribę plebẽ euertentes, secundũ aduentũ solũ cõmemorabant plebi, & dicebãt: Quoniã si hic est Christus, oportebat Eliã prævenire. Est igitur solutio quã Christus inducit. Sequitur: At ille respondens ait: Elias quidẽ ven. est: & restiuĩa. Dico autẽ vobis. &c. Ne autẽ ęstimes eũ in sermone erasse, si quandoq; dicit Eliã venturũ, & quãdoque venisse. Cũ enim dicit ꝙ Elias vẽturus est, & restaurabit oĩa, de ipso Elia in propria ꝑsona loqtur: qui quidẽ restaurabit oĩa, dum corriget infidelitatẽ Iudęorũ, qui tunc inueniẽtur: quod est cõuertere corda patrũ ad filios. i. Iudæorũ ad apostolos. Augustinus de quæstione euan. Vel restituet omnia. i. eos quos antichristi persecutio perturbauerit, vel vt ipse restituat moriẽdo, quæ debet. Chry. Si aũt tot bona erũt ex Eliæ ꝑsentia, quare tũc non eũ misit? Dicemus quia & tũc Christũ æstimãtes Eliã, non crediderũt ei. Tunc autẽ Eliæ credẽt: quia cũ post tantã expectationẽ venerit annuntiãs Iesum, facilius suscipiẽt, quæ ab eodẽ dicẽtur. Cum vero dicit, ꝙ Elias iam venit: Ioannẽ Eliã vocat, ꝓpter mysterii modũ: sicut enim Elias secũdi aduẽtus prævrsor erit, ita Ioannes pręcursor factus est primi. propter hoc autẽ Ioãnem Eliã nominat, vt ostendat primũ suũ aduentũ veteri testamẽto & prophetiæ cõuenire. Hiero. Ipse ergo qui vẽturus est in secũdo saluatoris aduentu iuxta corporis fidẽ, nunc per Ioannem venit in virtute & spiritu. Sequitur: Et non cognouerũt eum, &c. Hoc est ꝓueruerunt & decollauerunt eum. Hila. Vt domini aduentum prænũtians passionem quoq; præcurreret, & iniuriæ & vexationis exẽplo. vnde sequitur: Sic & filius &c. Chrys. In quo opportune suã passionẽ cõmemorat ex passione Ioannis, multã eis ꝑbens cõsolationẽ. Hiero. Quæritur ergo cũ Herodes & Herodias Ioannẽ interfecerint, quomodo ipsi quoq; Iesum crucifixisse dicãtur, cũ legamus eum à scribis & pharisæis interfectũ? Et breuiter respondẽdum, ꝙ in Ioãnis nece

Duo aduentus Christi.

Quæstio euangelica.

pharisæorum factio cõsenserit: & in occisione domini Herodes iunxerit voluntatẽ suã:qui illusum atque despectũ remisit ad Pilatũ,vt eũ crucifigeret.Rab.Ex iudicio aũt passionis suæ, quam dñs eis sæpius prædixit, & p̃cursoris sui quã iam cõpletam cernebant:discipuli cognoscebant Ioannẽ sibi in Elię vocabulo demõstratum esse,vnde sequitur:Tunc intel.discipuli,&c.Origenes:Quod autem dixit propter Ioannem,Elias iam venit: non anima Eliæ est intelligenda, ne incidamus in dogma transcorporationis,quod alienum est ab ecclesiastica veritate:sed sicut angelus prędixit,Venit in spiritu & virtute Eliæ.

Et cum uenisset ad turbã, accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eũ,dicens:Domine,miserere filio meo,quia lunaticus est, & male patitur. Nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum.Respondẽs autem Iesus,ait: O generatio incredula & peruersa,quousque ero uobiscum? Vsquequo patiar uos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illũ Iesus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora.

Orige.Concupiscens Petrus spectabilẽ illã vitam, & præponens vtilitatẽ suã vtilitatibus plurimorũ, dicebat:Bonũ est nos hic esse.Sed quoniam charitas non quęrit quę sua sunt,hoc quod videbatur bonum Petro non fecit Iesus, sed quasi de monte excelso diuinitatis descẽdit ad turbã: vt qui nõ poterant ascẽdere sursum ꝓpter infirmitatẽ animarũ suarũ, illis proficiat. Vnde dicitur:Et cũ venisset ad turbã.Nisi enim cũ discipulis suis electis venisset ad turbã,non accessisset ad eum ille,de quo subditur: Accessit ad eũ homo genibus prouolutus ante eũ,dicẽs:Domine miserere filio meo.Vbi considerandum est,ꝙ quãdoque qui patiũtur, credunt & deprecantur pro sua salute:quãdoq; autẽ pro eis alii faciũt,sicut nunc qui genibus voluitur pro filio rogat: quãdoq; vero à semetipso saluator etiã à nullo rogat⁹, sanat. Primo aũt quæram⁹ quid est quod sequit̃:Quia lunaticus est,& male patit̃.Medici ergo loquũtur quæ volũt:quia nec immundũ spiritũ arbitrãtur,sed corporalẽ aliquã passionẽ: & dicũt humida moueri in capite secũdũ aliquã cõpassionẽ ad lumẽ lunare,quod humidã habet naturã. nos aũt qui euãgelio credimus,dicemus hãc passionẽ immundũ spiritũ in hoĩbus operari. Obseruat eñ quædã schismata lunæ,& sic operatur, vt ab obseruatione lunæ pati hoĩes mẽtiantur,& p̃ hoc culpabilẽ dei creaturã ostẽdat:sic & alii dæmones secũdũ aliqua stellarũ schismata insidiãtur hoĩbus,vt iniqtatẽ cũ in excelso loquitur,quasdã stellas dicẽtes maleficas, quasdã bñficas: cum nulla stella à deo sit facta, vt male faciat.In hoc aũt quod subditur: Nam sæpe &c.Chry. Cõsiderandũ est ꝙ nisi ꝓpter peccãtia hic homo esset munitus,dudũ periisset.Dęmõ enim qui ipsum in ignẽ & in aquã mittebat,interfecisset eũ oĩno,nisi deus eũ refrenasset.Hier.Quod aũt dicit:Et obtuli &c. latẽter accusat apostolos cũ impossibilitas curãdi interdũ nõ ad imbecillitatẽ curãtiũ, sed ad eorũ qui curãdi sunt; fidẽ referatur. Chry. Inspice aũt & aliũde eius insipientiã: qualiter corã turba interpellat ad Iesum aduersus discipulos,sed ipse eos liberat ab accusatione,defectũ curationis imputãs illi.Ex multis enim mõstratur eũ infirmũ in fide fuisse, nõ tamẽ tãtũ in eius personã inuehitur:ne ipsum cõturbaret,sed in oẽs Iudæos. Probabile est enim multos præsentiũ de discipulis incõueniẽtia cogitasse,& ideo sequitur:Respõdẽs aũt Iesus &c. Per hoc aũt quod dicit:Quousq; ero vo.ostẽdit desideratã ab eo esse mortẽ & cõcupiscibilẽ recessum.Remi.Sciẽdum quoque quia dñs nõ tantũ tunc cœperat pati improbitatẽ Iudæorũ,sed à lõgo prius tẽpore,& ideo hic dicit: Vsquequo patiar vos? ac si dicat:quia lõgo tẽpore cœpi pati vestras improbitates, ideo indigni estis mea p̃sentia.Orig.Vel quoniã nõ potuerãt eum sanare discipuli, quasi adhuc modicæ fidei cõstituti, ꝓpterea dixit:O generatio incredula.& ꝙ ait:Peruersa,ostẽdit quoniã ex peruersitate malitia est ĩtroducta extra naturã,puto aũt ꝙ ꝓpter peruersitatẽ totius humani generis quasi grauatus malitia eorũ,dixit: Vsquequo ero vobiscũ? Hiero. Nõ aũt credẽdũ est ꝙ tædio superatus sit & mansuetus ac mitis in verba furoris eruperit.sed ꝙ in similitudinẽ medici si ægrotũ videat cõtra sua p̃cepta se gerere,dicat: Vsquequo accedã in domũ tuã? vsquequo artis perdã industriã, me aliud iubẽte & te aliud perpetrãte? ꝙ aũt nõ sit iratus homini,sed vitio, ac p̃ vnũ hominẽ Iudæos arguat infidelitatis, patet ex hoc quod infert: Afferte huc illum ad me. Chry.Possũ enim discipulos excusauerat, ducit pãtrẽ pueri ad spẽ benignã credẽdi ꝙ ab hoc malo eripietur, & vt inducatur pater ad fidẽ futuri miraculi videns dæmonẽ tumultũ pati,ex hoc solũ ꝙ vocabatur increpauit eũ.vnde sequitur:Et increpauit eũ Iesus.Non ille qui patiebatur,sed dæmon increpatur.Remi. In quo facto reliquit exẽplũ p̃dicatoribus,vt vitia persequantur, hoĩes vero subleuẽt.Hier.Siue increpauit puerũ,quia ꝓpter peccata sua à dæmone fuerat oppressus. Sequitur: Et exiit ab eo &c.Raba.Quia nulla remanet ibi infirmitas,vbi oĩpotẽs salutẽ p̃stat.Hiero.Mihi aũt videtur iuxta tropologiã lunaticus esse, qui p̃ horarũ mometa mutatur ad vitia,& nũc quidẽ in ignẽ fertur,quo adulterantiũ corda succẽsa sunt: nũc in aquas.s. voluptatũ, vel cupiditatũ, quæ nõ valent extinguere charitatem. Augu.de quæst.euã.Vel ignis ad iram ptinet,eo ꝙ alta petat:aqua ad voluptates carnis.Orig. De incõstantia autẽ peccatoris dicitur:Stultus vt luna mutatur.Et est videre in talibus impetus quosdã quasi operũ bonorũ subrepere: aliquãdo aũt quasi quadã abreptione spirit⁹ à passionib⁹ cõprehenduntur,& cadũt à statu bono,in quo stare putabantur. Forsitan ergo angelus qui sortitus est huius lunatici custodiã, pater huius appellatur, deprecans quasi pro filio medicum animarum, vt liberet eum, qui non potest sanari à passione per verbum humile discipulorũ Christi: quia nõ recipit eorũ admonitionẽ,veluti surdus. Et ideo opus est ei Christi sermo vt iam decætero sine ratione non agat.

Lunaticus quis dicitur.

Christus medic⁹.

Tropologica expositio.

Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerũt: Quare nos nõ potuimus eiicere illũ? Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem uestram. Amen quippe dico uobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc, & transibit: & nihil impossibile erit uobis. Hoc autem genus non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium.*

* eius.

Chry. Acceperant discipuli à domino potestatem spirituũ immũdorũ: & quia oblatũ dæmoniacũ curare non potuerãt,videtur ꝙ in dubitationẽ deuenerint,ne forte gratiã quæ erat eis tradita,pdidissent, & ideo dicit:Tũc accesserũt &c. Interrogant quidẽ singulariter nõ ꝓpter verecũdiã,sed quia de ineffabili & magna re erãt eum interrogaturi.Sequitur:Dixit illis Iesus &c. Hila.Crediderãt quidẽ apostoli,nõdũ tamen erãt perfectæ fidei, nam dño in mõte demorante, & ipsis cum turbis residẽtibus quidã tepor eorũ fidẽ retardauerat. Chry. Vnde manifestũ est hinc, quoniã & discipuli in fide infirmati sunt,sed nõ oẽs: columnæ enim illæ non aderãt.s.Petrus,Iacobus,& Ioãnes.Hie.Hoc est autem quod in alio loco dñs dicit: Quæcũq; in nomine meo &c. Ergo quoties nõ accipimus, non præstãtis est impossibilitas, sed poscẽtiũ culpa.Chry. Sciendũ tamen quod sicut multoties accedentis fides accipere sufficit

Sancti montes trãstulerunt.

effectũ miraculi:ita multoties faciẽtium miracula sufficit virtus,etiã nõ credẽtibus illis qui expetierint miracula operari. Etenim qui circa Corneliũ ex propria fide allexerũt gratiam spiritus sancti.Ille autẽ mortuus qui proiectus est in sepulchrũ Helisei,sola virtute corporis sancti resuscitatus est. cõtigit autẽ & tunc discipulos infirmari in fide:imperfecti⁹ enim dispositi erãt ante crucẽ,& ideo fidem dicit hic esse causam signorũ. vnde subditur: Amen quippe &c. Hier. Putant aliqui fidẽ grano sinapis cõparatam paruã dici, cũ apostolus dicat:Et si habuero tantam fidẽ ita vt montes transferam:magna est ergo fides quæ grano sinapis comparatur.Gre.x.Mor. Granũ quippe sinapis nisi teratur,nequaquã virtus eius agnoscitur:sic si virũ sanctũ tritura persecutionis opprimat, mox in feruorẽ virtutis vertitur quicquid in illo antea despicabile infirmumq́ videbatur.Orige. Vel ideo omnis fides grano sinapis cõparatur, quoniã contẽnitur quidẽ fides ab hominibus,& modicũ aliquid & vile apparet.Cum vero consecutum fuerit huiusmodi semen bonam animã quasi terram,fit arbor magna.Sic autem magna est prędicta lunatici infirmitas,& fortis ad curandum inter omnia mala, vt monti assimiletur, nec expellatur, nisi per omnem fidem eius qui passiones huiusmodi sanare voluerit.Chry. Vnde & de translatione mõtium mẽtionem facit. Et vltra procedit, dicens: & nihil imposs. erit vob. Raba. Sic enim fides mẽtem nostrã capacem donis cælestibus facit, vt quæcunq; volumus,facilime à fideli domino impetrare possimus.Chry. Si autẽ dixeris,vbi apostoli montem transtulerũt? Illud dicam, quia multa maiora fecerunt, mortuos plurimos suscitantes. Dicuntur aũt post Apostolos,sancti quidam apostolis minores, mõtes necessitate imminẽte transtulisse. Si aũt apostolorũ tẽpore mõtes non sunt trãslati, hoc non fuit quia non potuerunt, sed quia noluerunt, vtilitate nõ imminente. Nec dominus dixit quòd hoc essent facturi, sed quòd hoc facere possent: probabiliter tamen est factum esse,sed scriptũ nõ esse. neq; enim omnia miracula quæ fecerunt,scripta sunt.Hiero.Vel montis translatio non eius significatur quẽ oculis carnis aspicimus,sed illius qui à domino translatus fuerat ex lunatico:qui per prophetam corrumpere dicitur omnem terram.Glo.Vt sit sensus: Dicetis mõti huic.i. superbo diabolo: Transi hinc.i. ab obsesso corpore in altum maris.i.in profundũ inferni, & transibit: & nihil impossibile erit vobis.i. nulla incõmoditas insanabilis.Augu.de cõ.euan. Vel aliter: Ne discipuli in miraculis faciendis extollerentur in superbiã, admoniti sunt potius per humilitatem fidei, quasi per sinapis granũ elationẽ terrenã, quæ mõtis nomine significata est,curare transferre.Raba.Dum autẽ docet apostolos quomodo dæmon debeat expelli, omnes instituit ad vitã: vt scilicet nouerimus grauiora quæq; vel immũdorum spirituũ, vel hominum tentamenta ieiuniis & orationibus esse superãda: iram quoq; domini hoc remedio singulari posse placari.vnde subdit: Hoc autem genus &c.Chry. Quod dicit non solũ de genere lunaticorum,sed & vniuerso genere dęmonũ.Ieiuniũ enim multã sapientiã imponit, & hominẽ quasi angelum de cælo cõstituit,& incorporeas potestates impugnat:sed & oratione op⁹ est,quasi principaliori.Qui enim orat vt oportet,& ieiunat, non multis indiget: & ita nõ fit auarus,sed ad eleemosynã prõpt⁹ est. Qui etiã ieiunat leuis est,& vigilanter orat,& cõcupiscentias pnitiosas extinguit,& propitiũ deũ facit, & animã superbã humiliat. Qui ergo orat cũ ieiunio duplices habet alas, etiã ipsis ventis leuiores. Neq; enim oscitat & torpet orans,quod & multi patiuntur: sed est igne vehementior,& terra fixior: ideoq; talis maxime dæmoniis aduersatur.nihil est homine decẽter orante potentius.Si aũt infirmũ est tibi corpus ad cõtinue ieiunandũ, non tamẽ ad adorandũ:& si ieiunare nõ potes,potes tamen non lasciuire. non paruũ aũt est hoc,neq; multũ à ieiunio distans.Orig.Si ergo aliquãdo oportuerit nos circa curationẽ tale aliquid patientiũ permanere, nõ adiuremus, neq; interrogemus,neq; loquamur quasi audienti spiritui immũdo: sed abigamus ieiuniis & orationibus nostris spiritus malignos. Glo. Vel hoc gen⁹ dęmonii.i.ista carnaliũ voluptatũ mutabilitas,nõ vincitur nisi spiritus oratione confirmetur,& caro per ieiuniũ maceretur.Remi.Vel ieiuniũ hic intelligitur generale,quo non solũ abstinemus à cibis, sed ab omnibus illecebris carnalibus & peccatorũ passionibus:similiter oratio intelligenda est generalis,quę in piis & bonis operibus consistit. De qua dicit apostolus: Sine intermissione orate.

Cõuersantibus autẽ eis in Galilæa, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt uehementer.

Remi. Sæpe dominus mysteria suæ passionis discipulis prædixit:vt quãdo accidertẽt, tanto leuius ea ferrent quanto pręcognita haberent.Et ideo hic dicitur: Cõuersantibus autẽ eis in Galilæa &c.Orig. Videtur quidẽ hæc illis quæ suprà dixerat similia esse, vt facile quis dicat dominũ eadẽ ipsa repetere,quod non est ita: tradendũ enim superius nõ est dictũ,hic autẽ nõ solum tradendũ, sed etiã in manus hominũ tradendũ audiuimus. Traditũ igitur apostolus filiũ narrat à deo patre, sed etiã cõtrarię potestates eum in manus hominũ tradiderunt.Hiero.Semper aũt prosperis miscet tristia.Si enim cõtristat eos quia occidendus est,debet lætificare quod subditur:Et die tertia resurget.Chry.Neq; enim multũ tẽpus dixit quo in morte maneret,sed tertia die se dixit resurrecturũ.Orig. Prædicente aũt hæc domino tristati sunt discipuli. vnde sequitur: Et contristati sunt vehemẽter,non attẽdentes ad illud quod dixerat: Et tertia die resurget, nec considerantes quis esset cui ad destruendã mortem trium dierũ tempus sufficeret. Hiero. Porrò quòd contristabantur vehementer, non de infidelitate venit, verùm pro dilectione magistri, nihil de eo finistrum & humile patiuntur audire.

Et cum uenissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei: Magister uester nõ soluit didrachma? Ait: Etiam. Et cum intrasset in domũ, præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum uel censum, à filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filii. Vt autem non scandalizemus eos, uade ad mare & mitte hamum: & eum piscem qui* primo ascenderit, tolle. Et aperto ore eius inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.*

* illis.

* prim⁹.

Ratio didrachmatis.

Glo. Quia discipuli audita domini passione contristati erant,ne aliquis passionẽ Christi necessitati ascriberet non humilitati, subiungit factum in quo Christi libertas & humilitas demonstratur. vnde dicitur: Et cum venisset &c. Hila. Dñs didrachma soluere postulatur.i.denarios, hoc enim omni Israel lex pro redemptione corporis & animæ constituerat in ministerio tẽpli seruientiũ.Chry. Cum enim primogenita Aegyptiorũ interfecit deus, tunc tribum Leui pro eis accepit.Deinde quia primogenitis qui erant apud Iudæos minor huius tribus numerus erat,pro deficientibus in numerũ siclũ iussit inferri,& extunc tenuit cõsuetudo

vt primogenita vectigal hoc inferrent. Quia igitur primogenitus erat Christus, videbatur aũt discipulorũ primus esse Petrus, ad eũ accedunt. Et vt mihi videtur, non in vnaquaque ciuitate hoc expetebant. Ideoq; in Capharnaũ adeunt Christũ, quia eius patria existimabatur. Hiero. Vel aliter: Post Augustũ Cæsarẽ Iudæa facta est tributaria: oẽs censi capite ferebãtur, vnde & Ioseph cũ Maria cognata sua ꝓfectus est in Bethlehẽ. Rursus quoniã dñs nutritus erat in Nazareth, qđ est oppidũ Galilææ subiacẽs Capharnaũ vrbi, ibi deposcitur tributũ, & pro signorũ magnitudine hi q exigebãt non audebant ipsum repetere, sed discipulũ cõueniunt. Chry. Et neq; hunc cũ multa vehementia, sed mansuetius: neque enim incusantes, sed interrogantes dixerunt: Magister vester nõ soluit didrachma? Hiero. Siue malitiose interrogant vtrũ reddat tributa, an cõtradicat Cæsaris volũtati. Chry. Quid igitur Petrus? Ait: Etiã. Et his quidem dixit, quoniã soluit: Christo aũt nõ dixit, erubescens fortassis pro his ei loqui. Glo. Vel aliter: Et Petrus respõdit: Etiã. i. ita est ꝙ non soluit. Voluit aũt Petrus dño intimare quòd Herodiani peterent cẽsum: sed dñs ꝓuenit eum. vnde sequitur: Et cũ intrasset. &c. Hiero. Ante quidem q̃ Petrus suggerat, dñs interrogat: ne scandalizentur discipuli ad postulationẽ tributi, cũ videant eũ nosse quæ absente gesta sunt: Sequitur, At ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filii. Orig. Sermo iste duplicem habet sensum. Secũdum vnum enim, filii regũ terrç liberi sunt apud reges terræ, extranei aũt extra terram liberi non sunt, propter eos qui deprimunt eos, sicut Aegyptii filios Israel. Secundum alterũ autem, ꝓpter hoc ipsum ꝙ aliqui sunt alieni à filiis regum terræ, sed sunt filii dei, liberi sunt: qui manent in verbis Iesu & cognouerũt veritatẽ, & veritas liberauit eos à seruitute peccati. Filii aũt regũ terrę, liberi nõ sunt: quoniam
Christus rex. omnis qui facit peccatũ, seruꝰ est peccati. Hie. Dominus aũt noster & secundũ carnẽ & secundũ spiritũ filiꝰ erat regis: vel ex Dauid stirpe generatus, vel omnipotentis patris verbũ. Ergo tributa, quasi filius regis, nõ debebat. Aug. de cõ. euã. Dicit enim in omni regno liberos esse filios. i. non esse vectigales. Multo ergo magis liberi esse debent in quolibet regno terreno filii regni ipsius, sub quo sunt oĩa regna terrena. Chry. Si autẽ non erat filius: inaniter hoc exẽplum induxit. Sed dicet aliquis: Filius est, sed non proprius, est ergo alienus: & sic hoc exẽplum non habet veritatem. Ipse enim de propriis filiis disputat, ad quorũ differentiam alienos vocat: qui non ex parẽtibus substãtialiter nati sunt. Intende autẽ qualiter & hinc Christus certificat eam cognitionẽ quę Petro reuelata est à deo: per quam dixit, Tu es Christꝰ filius dei viui. Hiero. Quãuis ergo liber esset, quia tamen humilitatẽ carnis assumpserat: debuit omnẽ iustitiã adimplere. vnde sequitur: Vt
Doctrina pulchra. autẽ non scan. &c. Orig. Consequens quoq; est intelligere: quoniã quoties exurgunt quidã, qui per iustitiã tollant nostra terrena: reges huius terrę eos transmittunt, vt exigant à nobis quæ sunt ipsorũ: & suo exẽplo prohibet dñs aliquod scãdalũ fieri etiã huiusmodi hominibus, siue ne amplius peccẽt, siue vt saluentur. Filius enim dei qui nullũ opus fecit seruile, quasi habens formã serui, quam propter hominẽ suscepit, tributũ & censum dedit. Hiero. Quid primum in hoc loco mirer nescio, vtrũ præscientiam, an magnitudinẽ saluatoris. Præscientiã, quòd nouerat habere piscẽ in ore stateręm, & quòd primus ipse capiẽdus esset: magnitudinẽ atq; virtutẽ, si ad eius verbũ stater in ore piscis creatus est: & quod futurum erat, ipse loquendo fecerit. Ipse ergo Christꝰ propter eximiã charitatẽ & crucẽ sustinuit & tributa reddidit. nos infœlices, qui Christi censemur nomine, & nihil tanta dignũ facimus maiestate. pro illius honore & tributa nõ reddimus, & quasi filii regis à vectigalibus immunes sumus. Hoc etiam simpliciter intellectũ ædificat auditorẽ, dum audit dominũ tantæ fuisse paupertatis, vt vnde tributa pro se & apostolo redderet, non habuerit. Quòd siquis obiicere voluerit: quomodo Iudas in loculis portabat pecuniã? respõ debimus, rem pauperũ in vsus suos conuertere nephas putauit, nobisq; idem tribuit exẽplum. Chry. Vel ideo nõ ex repositis iubet dare, vt ostẽdat ꝙ maris & piscium dominetur. Orig. Vel quoniã Iesus non habuit imaginẽ Cæsaris, princeps enim huius seculi nihil habebat in eo, propterea non ex proprio, sed ex mari imaginem Cæsaris accepit: non aũt susceptit ipse staterẽ, neq; fecit eũ sibi possessionẽ, ne sit aliquãdo imago Cęsaris apud imaginẽ inuisibilis dei. Vide etiã Christi prudentiam, qualiter nec renuit tributũ, nec simpliciter iubet dari: sed prius ostendit se non esse obnoxiũ, & tũc dat: quorum vnũ fecit. s. dare tributũ, vt illi. s. exactores nõ scãdalizẽtur: hoc aũt. s. quòd ostendit se liberũ, vt nõ scãdalizentur discipuli. Alio vero loco contẽnit phariseorum scandalum, quando de escis disputabat: docẽs nos scire tempora secundũ quę oportet non contẽnere eos qui scãdalizantur, & secundũ quæ oportet contẽnere. Greg. super Ezechielẽ. Cõsiderandũ enim est, quia inquantũ sine peccato possumus, vitare proximorũ scandalũ debemus. Si aũt de veritate scandalũ sumitur, vtilius permittitur nasci scãdalum q̃ veritas relinquatur. Chry. Sicut aũt stupescis de Christi virtute, ita admirare Petri fidem, quoniam rei tam difficili obediuit. Ideoq; de fide eũ remunerans, copulauit eũ sibi in tributi datione, quod fuit abundantis honoris. Et hoc est quod dicitur: Et aperto ore eius inuenies sta. &c. Glo. Consuetudo enim erat vt vnusquisque pro se didrachma redderet. Stater vero est põdus duorũ didrachmatum. Orig. Mysticè aũt in agro consolationis (sic enim interpretatur Capharnaũ) consolatur omnẽ discipulũ, & liberũ filiũ esse pronunciat: & dat ei virtutẽ piscãdi primũ piscẽ, vt ascẽdẽte eo cõsolationẽ accipiat Petrus supereum quẽ piscatus est. Hila. Cũ aũt primũ piscem admonetur Petrus inquirere: ascensuri ostenduntur & plures. Beatus ille primus martyr Stephanus, primus ascendit, & staterẽ in ore continuit. In quo didrachma nouæ prædicationis tanquã duo denarii habebantur: dei enim gloriã & dominũ Christũ in passione cõtuẽs prædicabat. Hiero. Vel iste piscis qui primus captꝰ, est primus Adam, qui per secundũ Adam liberatur: & id quod in ore eius hoc est in cõfessione, fuit inuentũ, pro Petro & domino redditur. Orig. Cũ etiã videris auarũ hominẽ ab aliquo Petro correctũ, quod abstulit de ore eius verbũ pecuniæ: dices eum ascendisse de mari. i. de fluctibus solicitudinũ auaritię, ad hamũ rationabilem, & cõprehensum atq; saluatũ ab aliquo Petro, qui eum docuit veritatẽ: vt pro stratere habeat imaginem dei. i. eloquia eiꝰ. Hiero. Et pulchre illud ipsum quidẽ datur precium: sed djuisum est: quia pro Petro quasi pro peccatore, precium reddebatur. Dominus aũt noster peccatum non fecit. Ostenditur autem similitudo carnis dum eodem & dominus & seruus precio liberantur.
Expositio moralis.

CAPVT XVIII.

IN illa hora accesserũt discipuli ad Iesum, dicẽtes: Quispũtas maior ẽst in regno cælorum? Et aduocans Iesus puruulum: statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cælorum. Quicũque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in regno cælorum. Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Hiero. Quia discipuli viderant pro Petro & domino idem tributũ redditũ: ex ęqualitate precii, arbitrati sunt omnibus apostolis Petrum esse prælatũ. Chry. Vnde passi sunt aliquod humanũ, quod euãgelista designat, dicens: In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicẽtes: Quispũtas maior est in regno cælorum? Verecũdati siquidẽ passionem cõfiteri, quã passi sunt, nõ dicũt manifestè: Petrũ cur præhonorasti nobis? sed indeterminatè interrogãt: Quis maior est? Quãdo aũt tres prehonoratos viderũt. s. Petrũ Iacobũ, & Ioãnem in transfiguratione, nihil tale passi sunt. quãdo verò in vnũ solũ contulit honorem, tunc doluerunt. Tu autem cõsidera primũ quidẽ, ꝙ nihil eorũ, quæ sunt in terris, quærunt: deinde, ꝙ postea hanc passionẽ deposuerunt. Nos autẽ neq; ad defectus eorũ contingere possumus: neq; enim quærimus quis maior est in regno cælorũ, sed qs maior est in regno terrę. Orig. In his aũt imitatores discipulorũ esse debemus, si quãdo aliquid in nobis dubiũ quæritur & non inuenitur, vt cum omni cõsensu accedamus ad Iesum, qui potens est illuminare corda hominũ ad intelligendã solutionẽ omniũ quæstionũ. Interrogemus etiã aliquẽ doctorũ, qui prępositi habẽtur in ecclesiis. Sciebant autẽ discipuli hoc interrogãtes, quia non est æqualitas sanctorum in regno cælesti: sed quomodo maior, & qualiter viuens minimus, hoc discere cupiebãt. Vel sciebant quis esset minimus & quis magnus, ex eo quod suprà dominus dixerat: sed ex multis magnis quis esset maior, hoc eis non erat manifestũ. Hiero. Videns autẽ Iesus cogitationes eorũ, voluit desiderio gloriæ humilitatis contentionem sanare. vnde sequitur: Et aduocans &c. Chry. Mihi videtur valde paruulũ in medio statuere omnibꝰ passionibus exutũ. Hiero. Vt in eo & ætatẽ quæreret, & similitudinẽ innocentię demõstraret: vel certe paruulum statuit in medio eorũ seipsum, qui non venerat ministrari sed ministrare, vt eis humilitatis tribueret exẽplũ. Alii paruulũ interpretantur spiritũ sanctũ, quẽ posuerit in cordibus discipulorũ, vt superbiã in humilitatem mutaret. sequitur: Et dixit, Amen dico vobis &c. Non præcipit apostolis vt ætatem habeant paruulorũ, sed innocentiam: & quod illi per annos possidẽt, hi possideant per industriam: vt malitia, non sapientia
Conditiones paruulorũ. paruuli sint. Acsi dicat: Sicut iste paruulus cuius vobis exẽpsum tribuo, non perseuerat in iracundia, Ihesus non meminit, videns pulchram mulierẽ non delectatur, non aliud cogitat & aliud loquitur: sic & vos nisi talem habueritis innocentiam, & animi puritatem, in regnum cælorũ nõ poteritis intrare. Hila. Pueros etiã credentes omnes per audientiæ fidem nuncupauit. hi enim patrem sequuntur, matrem amant: velle malum nesciunt, curam operum negligunt: non insolescunt, non oderunt, non mentiuntur: dictis credunt, & quod audiunt verum habẽt. litera ergo sic legitur. Glo. Nisi cõuersi fueritis ab hac elatione & indignatione in qua modo estis, & efficiamini omnes ita innocentes & humiles per virtutẽ sicut paruuli sunt per ætatem, nõ intrabitis in regnũ cælorũ: & quandoquidem aliter non intratur, Quicũq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorũ. Quanto enim quis erit humilior, tanto maior efficitur in regno cælorum. Remi. i. in cognitione gratiæ, vel ecclesiastica dignitate: vel certe in æterna beatitudine. Hierony. Vel aliter: Quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste. i. qui se in exẽplum mei humiliauerit, hic intrabit in regnum cælorũ. Sequitur: Et qui susceperit vnũ &c. Chry. ac si di. Non solũ si tales efficiamini, mercedẽ accipietis, sed & si alios tales propter me honorabitis: & honoris qui est ad illos retributionẽ, vobis determino regnũ. Magis autẽ quod multo maius est ponit, dicens: Me suscipit. Hier. Qui enim talis fuerit, vt Christi imitetur humilitatẽ & innocẽtiã, in eo Christus suscipitur: & prudẽter (ne cum delatũ fuerit apostolis, se putẽt honoratos) adiecit: non suo illos merito, sed magistri honore suscipiẽdos. Chty. Deinde facile susceptibilẽ hunc sermonẽ facit, pœnã inducens. vnde sequitur: Qui autem scãdalizat &c. Acsi diceret: Sicut qui hos honorãt propter me, mercedẽ habẽt: ita & qui hos dehonorant, vltimã sustinebũt vindictã. Si autem conuitium scandalum vocat, ne mireris: multi enim pusillanimes ex eo ꝙ despiciũtur, scãdalizati sunt. Hiero. Nota ꝙ qui scãdalizatur, paruulus est: maiores enim scãdala non recipiũt. Et quãquam generalis possit esse sentẽtia aduersus omnes qui aliquẽ scãdalizant, tamen iuxta consequentiam sermonis etiã cõtra apostolos dictũ iutelligi potest: qui interrogãdo quis maior esset in regno cęlorũ, videbãtur inter se de dignitate contendere: & si in hoc vitio permãsissent, poterãt eos quos ad fidẽ vocabant per suum scãdalũ perdere, dum apostolos viderẽt inter se de honore pugnare. Orige. Quomodo autem ꝙ cõuersus est & factus quasi puer, & minimus est & potes scãdalizari? hoc sic possumus explanare: Omnis qui filio dei credit & cõuersatur secundũ euãgelicos actus, cõuersus ambulat quasi puer: qui autẽ non conuertitur vt fiat sicut puer, hunc impossibile est intrare in regnũ cælorũ. In omni autem credentium multitudine, sunt quidam nuper conuersi vt fiant sicut paruuli, nondum autem sunt facti: hi pusilli habentur in Christo, & sunt scandali receptores. Hiero. Quod autem dicitur: Expedit ei vt suspendatur &c. Secundum ritum prouinciæ loquitur: quo maiorum criminum ista apud veteres Iudæos pœna fuerat: vt in profundum ligato saxo demergeretur. Expedit autẽ ei, quia multo melius est pro culpa breuem recipere pœnam, quàm æternis seruari cruciatibus. Chry. Consequens autem erat prioribus dicere: Me non suscipit: quod erat omni pœna amarius. sed quia grossi erant, & prędicta pœna eos non mouebat, comparatione exempli cogniti manifestat præparatam pœnã: propter hoc enim dicit, ꝙ expedit ei hoc sustinere: quoniam eos alia grauior pœna expectat. Hila. Mystice autem molæ opus labor est cæcitatis. Nam clausis iumentorũ oculis aguntur in gyrũ. & sub asini quidẽ nomine, frequenter gentes cognominatas reperimꝰ: qui cæci laboris ignorãtia cõtinentur, Iudæis autẽ scientiæ iter in lege prestitũ est: q si Christi apostolos scãdalizauerint, rectiꝰ alligata collo mola asinaria demersi in mare fuissent. i. gẽtiũ labore depressi, ignorantia seculi demõstrarentur: quia illis tolerabilius fuerat nescisse Christũ, quàm prophetarũ dominum nõ recepisse. Grego. 7. Mor. Vel aliter: Quid per mare nisi seculũ? quid per molam asinariam, nisi actio terrena significatur? quæ cùm colla mentis per stulta desideria stringit, hanc in laboris circuitũ mittit. Sunt vtiq; nõnulli qui dum terrenas actiones deserũt, & ad cõtẽplationis studia humilitate postposita vltra intelligẽtiæ vires surgũt: non solũ se in errorem deiiciunt, sed infirmos quosq; de gremio veritatis diuidunt. Qui ergo vnũ de minimis meis scandalizat, melius ei fuerat, ligata collo mola asinaria in mare proiici, quia nimirũ puersæ menti expediẽtius esse potuisset, vt occu-

pata mũdo terrena negotia ageret, quàm per cõtẽplationis studia ad multorum perniciem vacaret. Aug. de quæst. euã. Vel aliter: Qui scãdalizauerit vnũ ex pusillis istis. i. ex humilib⁹, quales vult esse discipulos suos, nõ obtẽperando vel etiã cõtradicendo: sicut de Alexãdro apostol⁹ dicit: expedit ei vt mola asinaria suspẽdatur collo eius, & ꝓcipitetur in ꝓfundũ maris. i. cõgruit ei vt cupiditas rerũ tẽporalium, cui stulti & cæci alligãtur, eum deuinctũ põdere suo deducat ad interitum.

Væ mũdo à scãdalis. Necesse est enim ut ueniant scãdala. Verũtamen uæ homini illi per quem scandalum uenit. Si autẽ manus tua, uel pes tuus scãdalizat te: abscinde eũ, & proiice abs te. Bonum est tibi ad uitam ingredi debilem uel claudũ, quàm duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te. Bonũ est tibi unũ oculum habentem in uitã intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

Glo. Dixerat dominus ꝙ expedit ei qui scãdalizat, vt suspẽdatur mola asinaria in collo eius. Cuius rationẽ assignãs subdit: Væ mũdo à scãdalis. i. ꝓpter scãdala. Orig. Hoc nõ de elementis mundi intelligamus, sed hic homines qui sunt in mũdo, dicuntur mundus. Non sunt autẽ discipuli Christi de hoc mũdo, vnde non potest eis esse à scãdalis væ. Nam etsi multa sunt scãdala, non tangunt eum qui non est de hoc mundo. Si autem adhuc est de hoc mũdo, propterea ꝙ diligit mundũ & quæ sunt in eo: tãta scãdala cõprehendent eum, quãtis fuerat obligatus in mundo. Sequitur: Necesse est enim vt veniãt scãdala. Chry. Cum autem dicit: Necesse est: nõ destruit libertatẽ arbitrii, neq; necessitati aliquarũ rerum supponit: sed quod omnino futurum est prædicit. scãdala quidẽ sunt prohibitiones rectæ viæ: nõ autẽ prædictio Christi scandala inducit. neq; enim quia prædixit, ꝓpter hoc fit: sed quia omnino futurũ erat, ꝓpter hoc prædixit. Sed dicet aliquis: Si omnes corrigãtur, & nullus sit qui scandala afferat, nõne mẽdacii arguetur hic sermo? Nequaquã. quia enim ꝓuidit inemendatos futuros homines esse, propter hoc dixit: Necesse est vt veniãt scãdala. i. omnino veniẽt: si aũt corrigẽdi essent, non dixisset. Glo. Vel necesse est vt veniãt scãdala, quia sunt necessaria. i. vtilia: vt qui per hoc probati sunt, manifesti fiãt. Chry. Scandala enim erigũt homines, & acutiores eos faciũt: & eum qui cadit, velociter erigunt, inquãtum. s. ingerunt solicitudinẽ. Hila. Vel humilitas passionis scandalũ mũdo est, ꝙ sub deformitate crucis æternæ glorię dominũ voluit accipere. Et quid in mũdo tam periculosum, quàm non recepisse Christũ? Ideo vero necesse ait venire scandala: quia ad sacramentum reddendæ nobis æternitatis, oĩs in eo passionis humilitas esset cõplẽda. Orige. Vel veniẽtia scãdala, sunt angeli satanæ: nec tamen putes secundũ naturam vel substantiã esse huiusmodi scandala: sed libertas arbitrii in quibusdã genuit scandalũ, volens susc̃ipere pro virtute laborem. Non potest autẽ esse verũ bonum nisi habeat impugnationem mali. Sic ergo necesse est venire scandala, sicut necesse est sustinere malitiã cęlestiũ: qua magis irritantur, quanto magis verbũ Christi in hominibus inualescẽs, expellit ab eis malignas virtutes. Quęrunt autem organa per quæ scãdala operẽtur, quib⁹ est magis væ. Nã multo peius erit ei qui scãdalizat, quàm ei qui scãdalizatur. vnde sequitur: Verũtamẽ væ homini illi per quẽ scãdalũ venit. Hier. Ac si dicat, vę homini illi qui vitio suo facit vt per se fiat, quod necesse est vt in mũdo fiat. Simúlq; per generalem sententiã percutitur Iudas, qui ꝓditioni animũ prẽparauerat. Hila. Vel sub hominis nuncupatione, auctorẽ scandali huius quod est extra passionem Christi, Iudaicũ populũ designat, per quẽ omne huic mundo periculũ cõparatur, vt Christum in passione abnegẽt, quẽ lex & prophetæ passibilẽ prędicauerunt. Chry. Vt autẽ discas quòd nõ sunt absolutæ necessitatis scãdala, audi quę sequũtur: Si autẽ manus tua, vel pes tuus &c. Non autẽ hoc de mẽbris corporalibus dicit, sed de amicis, quos in ordine necessariorũ mẽbrorum habem⁹. nihil est enim ita nociuũ, vt conuersatio mala. Raba. Scãdalũ quippe sermo græcus est, quod nos offendiculum vel ruinã & impactionẽ pedis dicere possumus. Ille ergo scandalizat fratrem, qui ei dicto factóve minus recto occasionẽ ruinæ dederit. Hiero. Igitur omnis truncatur affectus, & vniuersa propinquitas amputatur, ne per occasionẽ pietatis vnusquisq; credentiũ scãdalis pateat. Si (inquit) ita est tibi cõiunctus vt manus, pes, oculus, & est vtilis atque solicitus & acutus ad prospiciendũ, scandalũ autẽ tibi facit, & propter morũ dissonantiã te pertrahat in gehennam: melius est vt propinquitate eius careas, & emolumẽtis carnalibus: quàm dũ vis lucrifacere cognatos & necessarios, causam habeas ruinarũ. Nouit enim vnusquisq; credẽtium quid sibi noceat, vel in quo solicitetur animus ac sæpe tentetur. melius est enim vitã solitariã ducere, q̃ ob vitę prẽsentis necessaria vitã ęternam perdere. Orig. Vel sacerdotes rationabiliter possunt dici ecclesiæ oculus, quoniã speculatores habẽtur: Diaconi autẽ cęteriq;, manus: quia per eos opera spiritualia gerũtur. populus autem, sunt pedes corporis ecclesiæ: quibus omnibus parcere non oportet, si scandalum ecclesiæ facti fuerint. Vel actus animæ, peccãs manus intelligitur: & incessus animæ, peccans pes: & visus animæ, peccans oculus: quos oportet præcidere, si scandalum prębent. Frequenter enim ipsa opera membrorum, pro membris in scriptura ponuntur.

Tropologia.

Allegoria.

Videte ne cõtemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis, quia angeli eorũ in cælis semper uident faciẽ patris mei qui in cælis est. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. Quid uobis uidetur? si fuerint alicui centum oues, & errauerit una ex eis: nõne relinquet nonagintanouem in mõtibus, & uadit quærere eã quæ errauit? Et si cõtigerit quòd *ut inueniat eam: Amen dico uobis, quia gaudebit super eã magis quàm super nonagintanouem, quæ non errauerunt. Sic non est uoluntas ante patrem uestrum qui in cælis est, ut pereat unus de pusillis istis.*

Hiero. Suprà dixerat dominus per manũ & pedem & oculũ, omnes propinquitates & necessitudines quæ scandalum facere poterant, amputandas: austeritatem itaque sententiæ subiecto ꝓcepto temperauit, dicẽs: videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Ac si dicat: Quãtũ in vobis est, nolite cõtẽnere, sed post vestram salutem etiã illorũ quærite sanitatẽ. Si autem perseuerantes in peccatis videritis, melius est vos saluos fieri, q̃ perire cũ multis. Chry. Vel aliter: Sicut fugere malos, ita honorare bonos magnũ habet lucrũ. Suprà ergo docuit scãdalizantium abscindere amicitias: hic aũt docet exhibere sanctis honorẽ & ꝓcurationẽ. Glo. Vel aliter: Quia tantũ malũ prouenit ex scandalizatis fratribus, videte ne contẽnatis vnũ ex his pusillis. Orige. Pusilli autẽ sunt qui nuper in Christo sunt nati, aut tales qui permanent sine profectu, quasi nuper nati. Non autem habuit necesse mandare Christus de perfectioribus fidelibus nõ contẽnendis, sed de pusillis sicut & suprà dixerat: Si quis scandalizauerit vnum ex pusillis istis. Alius autem forte dicit pusillum, hic dicit perfectũ: secundũ ꝙ alibi ait: Qui minimus fuerit in vobis, hic erit maior. Chry. Vel ꝙa perfecti paruuli apud multos æstimantur. s. pauperes & contẽptibiles. Orig. Sed huic expositioni non videtur conuenire quod dicitur,

si quis scandalizauerit vnũ de pusil. &c. Perfectus enim non scãdalizatur, nec perit. Sed qui hãc expositionem æstimat veram, dicit quòd iusti hominis anima vertibilis est, & scandalizatur aliquãdo, etsi non facile. Glo. Ideo autẽ non sunt contemnendi, quia adeo chari sunt deo, quòd angeli sunt eis ad custodiam deputati. vnde sequitur: Dico enim vobis, quia &c. Orig. Quidã volunt ex eo dari hominibus angelum adiutorem, ex quo per lauacrũ regenerationis nati sunt infantes in Christo, dicẽtes non esse credibile incredulis & errantibus prędesse angelum sanctum, sed tempore infidelitatis & peccatorum est homo sub angelis satanæ. Alii autem volunt mox cum quis fuerit natus, eorũ qui prędocogniti sunt, à deo accipere sibi prępositum angelum. Hiero. Magna enim dignitas animarum, vt vnaquęq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Chry. Hic autem non de quibuscũque angelis loquitur: sed de superueniẽtib⁹. Cũ enim dicat: Videt faciem patris mei, nihil aliud ostẽdit quàm magis liberã prędestinatam & maiorẽ eorũ apud deũ. Grego. in home. Dionysius autẽ dicit ꝙ ex minoribus angelorũ agminibus ad explendũ ministeriũ vel visibiliter vel inuisibiliter mittuntur: nam superiora illa agmina vsũm exterioris ministerii nequaquã habent. Grego. 2. Mora. Et faciem ergo patris angeli semper vident, & tamen ad nos veniunt: quia & ad nos speciali prędestinatia foras exeunt, & tamen ibi se vnde recesserant per internam cõtemplationem seruant. Neque enim sic à diuina visione foras exeunt, vt internę cõtemplationis gaudiis priuentur. Hiero. Saluandorũ igitur per Christũ orationes angeli deo quotidie offerunt: ergo periculose ille contẽnitur, cuius desideria ac postulationes ad ęternũ & inuisibilem deũ angelorum famulatu ac ministerio peruehuntur. Aug. vl. de ci. dei. Vel angeli nostri dicuntur, qui sunt angeli dei. Dei sunt, quia deũ nõ relinquerunt: nostri sunt, quia suos ciues nos habere cœperũt. Sicut ergo nunc illi vident deum, ita & nos futuri sumus visuri facie ad faciem: de qua visione dicit Ioãnes: Videbimus eũ sicuti est. facies enim dei manifestatio eius intelligenda est: non aliquod tale membrum quale nos habemus in corpore, atque isto nomine nuncupamus. Chry. Rursus aliam rationem ponit, qua e pusilli non sint contẽnendi priore maiorem, dicens: Venit enim fi. ho. Remi. q.d. Non contemnatis pusillos, quia ego pro hominibus homo fieri dignatus sum. Cum enim dicit, quod perierat, subintelligendum est genus humanum: omnia enim elementa suum ordinem seruãt, sed homo errauit, quia suum ordinem perdidit. Chry. Deinde ad hanc rationem parabolam copulat, per quam & patrẽ inducit salutem hominum volentem, dicẽs: Quid vobis videtur si fuerint &c. Grego. in ho. Hoc ad ipsum auctorem hominum pertinet: quia enim centenarius perfectus est numerus: ipse centum oues habuit, cũ angelorum & hominum substantiam creauit. Hilarius: Quis autem vna homo intelligendus est, & sub homine vno, vniuersitas sentienda est: in vnius enim Adæ errore omne hominum genus oberrauit. Igitur & quęrens hominem, Christus est: & nonagintanouem relictæ, cælestis gloriæ multitudo est. Greg. Dicit autẽ euã gelista eas relictas in montibus, vt significet in excelsis. quia nimirum oues, quæ non perierant, in sublimibus stabant. Beda. Quem ergo dominus inuenit, quando hominem restaurauit. Et super eam inuentam maius gaudium est in cęlo, quàm super nonagintanouem: quia maior materia diuinæ laudis est in restauratione hominum, quàm in creatione angelorum. Mirabiliter enim angelos creauit: sed mirabilius hominem restauravit. Rabanus. Nota quòd vnum deest à nouem, vt x. sint: & à nonagintanouem, vt centũ sint. Variari ergo per breuitatẽ & magnitudinem numeri possunt quib⁹ vnũ deest, & vt perficiãtur: ipsum vero vnũ sine varietate in se manens, cum accesserit, cęteros perficit. Et vt perfecta summa ouiũ integraretur in cælo, homo perditus quęrebatur in terra. Hiero. Alii vero nonagintanouem ouibus, iustorũ putant numerũ intelligi: & in vna ouicula, peccatorũ, secundum ꝙ in alio loco dixerat: Nõ veni vocare iustos, sed peccatores. Greg. in ho.

Angelus pest hominib⁹.

Quæstio pulchra.

Anagoge.

Considerandũ autẽ nobis est cur dominus plus de cõuersis peccatoribus, quàm de stãtibus iustis gaudiũ esse fateatur: quia. s. plęrunq; pigri remanẽt ad exercẽda bona prępicua, qui valde sibi securi sunt ꝙ nulla commiserint mala grauiora. At cõtrà nonnunquã hi qui se aliquid egisse illicitè meminerũt, ex ipso suo dolore cõpuncti inardescũt in amorẽ dei. Et quia se errasse à deo cõsiderant, dãna prędecentia lucris subsequentibus recõpensant: sic & dux in prędio plus eum militẽ diligit qui post fugã conuersus hostẽ fortiter premit: quàm illum qui nũquã terga ꝑbuit, & nunquã aliquid fortiter fecit. Sed & sunt quidã iusti de quibus tantum est gaudiũ, vt eis nullus pœnitens prędponi possit: qui etsi non sint sibi malorũ conscii, tamẽ licita respuunt, & in omnibus se humiliãt. Quãtũ ergo gaudiũ est, si humiliter plangat iustus: cum gaudiũ sit, si quod male gessit damnat iniust⁹. Beda. Vel per nonagintanouẽ oues quas in montibus reliquit, superbos significat, quibus ad perfectionem vnitas deest. Cum ergo inuenerit peccatorem, magis super eũ gaudet. i. suos gaudere facit, quàm super iustos falsos. Hiero. Quòd autem subditur: Sic non est volũtas &c. refertur ad superius propositũ: de quo dixerat, Videte ne contẽnatis vnũ de pusillis istis: & docet idcirco parabolam positam, vt pusilli non cõtemnantur. In eo autem quod dicit: Non est voluntas ante patrem &c. ostendit quòd quotiescunque perierit aliquis ex pusillis, non voluntate patris perit.

Si autem peccauerit in te frater tuus: uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quòd si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

Chryso. Quia superius vehementem sermonem aduersus scandalizantes proposuit, vndique eos terrens: ne rursus hi quibus scandala inferuntur sic fiant resupini, vt totum contemnentes in aliud vitium incidant, scilicet negligentiæ, sed scandalizantes per omnia sibi parci volentes in elationem incidant, hic dominus eos comprimit, & redargutionem fieri iubet, dicens: Si autem peccauerit &c. Aug. de ser. do. Admonet nos quidem dominus noster non negligere inuicem peccata nostra, non quærendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas. Debemus enim amando corripere, non nocendi auiditate, sed studio corrigendi. si neglexeris, peior eo factus es. Ille iniuriã fecit, & iniuriam faciendo graui seipsum vulnere percussit: tu vulnus fratris contẽnis, peior es tacẽdo, quàm ille cõuitiãdo. Aug. 1. de ci. dei. Plærũque enim à malis docẽdis, admonẽdis, aliquãdo etiã obiurgãdis & corripiẽdis, male dissimulatur: vel cũ laboris piget, vel cũ eorũ inimicitias deuitamus, ne impediant & noceant in istis temporalibus rebus: siue quas adipisci adhuc nostra cupiditas appetit, siue quas adhuc amittere formidat infirmitas. Si autẽ propterea quisq; obiurgãdis & corripiendis male agẽtibus parcit, quia opportuni⁹ tẽpus inquiritur, vel

eisdē ipsis metuit ne deteriores ex hoc efficiātur,vel ad bonā vitā & piam erudiēdos impediāt alios infirmos, aut premant,atq; auertāt à fide: non videtur esse cupiditatis occasio,sed consiliū charitatis.Longe autē graviorē habent causam ecclesiarū præpositi,qui in ecclesiis cōstituti sunt, vt nō parcāt obiurgādo peccata: nec ideo tamen ob huiuscemodi culpā penitus alienus est, qui licet ꝓpositus nō sit,in eis tamē,quibus vitę huius necessitate cōiungitur,multa monēda vel arguēda nouit & negligit: deuitās eorum offensiones propter illa quibus in hac vita non indebite vtitur,sed plus quàm debuit delectatur.Chry.Considerandū autē ꝙ quādoque dns eum qui cōtristauit,ad eum qui cōtristatus est ducit: sicut cum dicit, si recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduersum te:vade recōciliari fratri tuo.Quādoq; autē eum qui iniusta passus est,iubet dimittere,ꝓximo.sicut ibi: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos &c. Hic autē alium excogitat modū: eum enim qui cōtristatus est ducit ad eum qui contristauit: & ideo dicit,Si peccauerit in te frater tu⁹. Quia enim ille qui iniusta fecit,nō facile veniret ad excusationem verecundatus:hunc qui passus est,ad illū trahit,& non simpliciter,sed vt corrigat quod factum est:vnde dicit, Vade & corripe eum.Raba.Non passim iubet peccāti dimittere,sed audienti.i.obedienti & pœnitentiam agenti:ne vel difficilis sit venia, vel remissa indulgētia. Chry.Non autē dicit:accusa,neq; increpa,neq; vindictas expete:sed argue.i.rememora sibi peccatum,dic ei quæ ab eo passus es. Ipse enim ira & verecundia detinetur ebrius factus, quasi graui somno. Vnde oportet te qui sanus es,ad illū qui ægrotat abire.Hiero.Sciendum tamen quòd si peccauerit in vos frater vester, & in qualibet causa vos lęserit,dimittendi habetis potestatem,imò necessitatem: quia præcipitur, vt debitoribus nostris debita dimittamus. propter quod & hic dicitur:Si peccauerit in te frater tuus.Si autem in deū quis peccauerit,non est nostri arbitrii.Nos econtrario in dei iniuria benigni sumus,in nostris cōtumeliis exercemus odia.Chry.Ideo autē præcepit arguere ei qui passus est iniuriam,& non alii: quia ille qui fecit iniuriam,ab eo mansuetius sustinet: & maxime cum solus eum corripiat. Quū enim qui vindictam expetere debebat,hic salutis videtur diligentiam habere,maxime hoc eum potest ꝓpitiū facere.Aug.de ver.do.Quando ergo in nos aliquis peccat,habeamus magnam curam, non pro nobis,nam gloriosum est iniuriā obliuisci:sed obliuiscere iniuriā tuā,non vulnus fratris tui:ergo corripe eum inter te & ipsum solum, studens correctioni, parcens pudori. Forte enim præ verecūdia incipit defendere peccatū suum:& quē vis facere correctiorem, facis peiorē.Hiero. Corripiēdus est enim seorsum frater,ne si semel pudorē atq; verecundiam amiserit,permaneat in peccato.Aug. de ver.do. Apostolus autē dicit:Peccantē coram omnibus argue,vt & cęteri timorem habeant. Aliquando ergo scias corripiendum esse fratrem solū,aliquādo autem corā omnibus. Quid autem ante facere debeamus intendite & videte.Si peccauerit,inquit,in te frater tuus,corripe eum inter te & ipsum solū. quare?quia in te peccauit:tu scis quia peccauit. Quid est,in te peccauit? Quia enim secretū fuit quando in te peccauit:secretū quære cum corrigis,quæ peccauit. nam si sol⁹ nosti quia peccauit in te,& cū vis coram omnibus arguere:non es corrector, sed ꝓditor. Peccauit ergo in te frater tuus: sed si tu solus nosti,tūc vere in te solū peccauit. Nam si multis audientib⁹ tibi fecit iniuriā:& in illos peccauit quos testes suæ iniquitatis effecit.ergo ipsa corripiēda sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus: ipsa corripienda sunt secretius,quæ peccātur secretius. Distribuite tēpora,& cōcordate scripturas. Quare autē proximum corripis? quia tu doles quòd peccauerit in te? absit. si autem amore tui id facis,nil facis:si amore illius facis, optime facis.Denique,in ipsis verbis attende cuius amore id facere debeas: vtrum tui, an illius. Sequitur enim:Si te audierit &c. Ergo propter illum fac vt lucreris illum.Agnosce,quia in hominem peccando periit:nam si nō perieras, quomodo te lucratus est? Nemo ergo contemnat quando peccat in fratrem. Chry. In quo etiam demonstratur quòd inimicitia damnum est commune:& propter hoc non dixit quòd ille lucratus est seipsum,sed quòd tu lucratus es eum. ex quo ostendit quoniam & tu & ille dānum passi eratis ex discordia.Hiero. Per salutem enim alterius nobis quoq; acquiritur salus.Chry.Quid autē facere debeas si non persuadeatur,subditur:Si autem te non audierit,adhibe tecum vnum vel duos. Quanto enim inuerecūdior fuerit & pertinacior, tanto magis nos ad medicinam studere oportet,non ad iram & odium. Etenim medicus cum viderit morbum non remitti,non desistit:sed tunc magis præparatur ad curādum.Vide autem qualiter non vindictæ gratia hæc correctio fit, sed emendationis:& propter hoc non confestim iubet duos accipere,sed quando ipse corrigi non voluerit:neq; tunc ad eum mittit multitudinem,sed vnum vel duos,& ad hoc legis testimonium inducit,dicens: Vt in ore duorum &c.q.d. Habeas iam testimonium quòd totum feci sti quod tuum erat.Hiero.Vel intelligendum est hoc modo:Si te audire noluerit,adhibeatur vnus frater tātum. quòd si nec illum audierit,adhibeatur & tertius: vel corrigendi studio,vt.s. vel admonitione aut pudore corrigatur,vel conueniendi sub testibus. Glo.Vel si dixerit, non esse peccatum: vt probent illud esse peccatum. Hiero. Porrò si nec illos audire voluerit, tunc multis dicendum est, vt detestationi eum habeant: vt qui nō potuit pudore saluari,saluetur opprobriis. vnde sequitur: Quòd si non audierit eos, dic ecclesiæ. Chry.i.his qui ecclesiæ prędident.Glo.Vel dic toti ecclesię,vt maiorem erubescentiā patiatur.Post hęc omnia sequatur excōmunicatio,quę fieri debet per os ecclesiæ.i.per sacerdotem,quo excōmunicāte tota ecclesia cum eo operatur. vnde sequitur:Si autem ecclesiam nō &c. Aug. de ver.do.i. noli illū iam deputare in numero fratrum tuorum: nec sic tamen salus eius negligenda est.nam & ipsos ethnicos.i. gentiles & paganos in numero quidē fratrum non deputamus, sed tamen eorū salutem semper inquirimus. Chry. Nihil tamen tale præcepit dominus obseruandū in his qui extra ecclesiā sunt,quale præcipit hic de fratribus corripiēdis. Sed de exterioribus dicit: Si quis percusserit te in vna maxilla,præbe ei & aliam.quod & Paulus dicit: Quid mihi est de his qui foris sunt iudicare? Hiero. Fratres autē & arguere & auertere iubet.Quòd autē dicit:Sicut ethnic⁹ & publicanus,ostēditur maioris esse detestationis,qui sub nomine fidelis agit opera infideliū,q̄ hi qui aperte gētiles sunt.Publicani enim vocātur,qui seculi sectātur lucra,& exigunt vectigalia per negociationes & fraudes ac furta scelerata atq; periuria.Orig. Videamus autē ne fortè sententia hæc non de quocunque peccato posita sit. quid enim si aliquis peccauerit aliquod peccatorum quę sunt ad mortem,puta masculorum concubitor factus, adulter, homicida, aut mollis:nunquid talem rationis est arguere solus ad solum: & si audierit statim eum dicere lucrifactum & non prius expulerit eum de ecclesia, nisi postquam corā te-

Iniuriæ mittēdę.

Ethnici non dicuntur fratres nostri.

stibus argutus & ab ecclesia, perstiterit in actu priori? Alius autē respiciēs ad immēsam misericordiā Christi, dicet: quoniā cū verba Christi nullā faciāt differentiā peccatorū,contra Christi misericordiā faciūt, qui hæc ad minima tantū peccata ꝓtinere distinguūt.Alius cōtrà caute ipsa verba cōsiderās,nō de omni peccato hęc dicta defendet: quoniā qui grādia illa peccata facit nō est frater, sed nominatur frater: cū quo scdm apostolū nō oportet nec cibū sumere.sicut aūt negligētibus peccādi occasionem dāt,qui ad omne peccatū hoc ꝓtinere exponūt:sic ecōtrà,qui docet in minimis & nō mortiferis peccatis peccantē,post argutionē testiū vel ecclesię, fieri oportere sicut ethnicū & publicanū, aliquid crudelitatis videtur inducere. Vtrū enim omnino pereat, ꝓnūtiare nō possumus. primū, quia q ter argutus non obediuit,potest in quarto obedire. deīde,quia aliquādo nō scdm opera hominis reddit ei,sed amplius q̄ peccauit,qd expedit in hoc mūdo. demū, qa nō dixit solū, Sit sicut ethnicus & publican⁹,sed sit tibi.Qui ergo in pcō leui correctus ter,nō se emēdat, nos qdē debemus eū habere sicut ethnicū & publicanū, abstinētes ab eo vt cōfūdat:an aūt etiā à deo quasi publican⁹ & ethnic⁹ iudicetur,nō est nostrū ꝓnūtiare,sed est in iudicio dei.

Amen dico uobis,quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo:& quæcunque solueritis super terrā, erunt soluta & in cælo.Iterū dico uobis,quia si duo ex uobis cōsenserint super terrā, de omni re quācunque petierint,fiet illis à patre meo qui in cælis est. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo,ibi sum in medio eorum.

Hiero. Quia dixerat,si ecclesiā nō audierit,sit tibi sicut ethnicus & publicanus: & poterit cōtēpti fratris hęc esse respōsio vel tacita cogitatio: Si me despicis,& ego te despicio:si me cōdemnas, & tu mea sentētia cōdēnaberis:potestatē tribuit apostolis vt sciāt quòd qui talibus condēnātur,humanā sentētiam diuina sentētia corroborari.vnde dicitur:Amē dico vobis,quęcunque &c. Orige.Non dixit: In cælis,sicut Petro:sed in cælo vno, quia nō sunt tātæ perfectionis sicut Petrus. Hila. Per hoc tamē ad terrorē maximi metus, quo ad ꝓsens omnes cōtinentur,immobile seueritatis apostolicę iudiciū demonstrauit: vt quos in terris ligauerint.i.peccatorū nodis innexos reliquerint:& quos soluerint,cō cessionē.s. veniæ acceperint in salutē, hi in cælis ligati sunt vel soluti.Chry.Et notādū ꝙ nō dixit primati ecclesię:Liga talē:sed,si ligaueris,indissolubilia erunt ligamina:quasi hoc eius iudicio dimittēs. Vide aūt qualiter incorrigibilē duplicib⁹ colligauit necessitatib⁹:s. & pœna quę est hic.s.proiectione ab ecclesia:quā suprà posuit,dicēs:Sit tibi sicut ethnicus &c. & supplicio futuro, quod est ligatū esse in cælo: vt multitudine iudiciorū dissoluat fratris iram.Aug. de ver.do. Vel aliter: Cœpisti habere fratrē tuū tāquā publicanū, ligās eum in terra: sed vt iuste alliges, vide. Nam iniusta vincula disrūpit iustitia.Cū autē correxeris & cōcordaueris cū fratre tuo,soluisti illū in terra: cum solueris in terra,solutus erit & in cælo. Multū præstas,nō tibi,sed illi: qa multū nocuit,nō tibi,sed sibi.Glo. Nō solū autē de excōmunicatione, sed etiam de omni petitione quæ fit à cōsentientibus in vnitate ecclesiæ, dat confirmationē, cum subdit:Iterū dico vobis,quia si duo ex vobis consenserint super terrā:vel pœnitentē recipiendo,vel superbū abiiciēdo,vel de alia re quā petierint,quæ nō est cōtraria ecclesiæ vnitati, Fiet à patre meo qui in cælis est.Per hoc autē quod dicit: Qui in cælis est,eum super omnia esse ostendit,& per hoc cōplere eum posse quod petitur.Vel in cælis est.i. in sanctis:quod valet ad probandū,quòd fiet illis quicquid petierint quod dignum sit:quia illū apud se habent à quo petunt.Vnde rata est sententia consentientiū, quia deus cum eis habitat. & ideo sequit: Vbi enim sunt duo vel tres &c.Chry. Vel quia dixerat: Fiet illis à patre meo,vt ostēdat se etiam esse datorē simul cum patre,subdit:Vbi sunt enim duo vel tres.Orig.Non autē dixit:In medio eorum ero,sed sum.Mox enim vt aliqui cōsenserint,Christus inuenitur in eis.Hila.Ipse enim qui pax atq; charitas est,sedē atq; habitationē in bonis atq; pacificis voluntatibus collocabit.Hiero.Vel aliter:Omnis superior sermo ad concordiā nos ꝓuocauerat, igitur & præmiū pollicetur,vt solicitius festinemus ad pacē, cum se dicat inter duos vel tres mediū fore. Chry. in ho. Non autē dixit simpliciter: Vbi congregati fuerint: sed addit, in nomine meo.q.d.Si quis propter me principalem causam amicitiæ ad proximū habuerit,cum eo ero,si & in aliis virtuosus erit. Quomodo ergo non ibi consentientes consequuntur id quod petunt? Primo quidē, quia non expedientia petunt. Secūdo, quia indigni sunt qui petunt,& ea quæ sunt à seipsis non inferunt: vnde dicit: Si duo ex vobis, qui euangelicā ostenditis cōuersationē.Tertio,quia aduersus eos qui contristauerūt,orant, vindictā quærentes.Quarto,quia petunt misericordiā peccātibus,qui non pœnituerunt.Orig. Et ista est etiā causa ꝓpter quā non exaudimur orantes, quia non cōsentimus nobis per omnia super terrā, neq; dogmate, neq; cōuersatione. Sicut enim in musicis nisi fuerit cō uenientia vocū,nō delectat audiētem:sic in ecclesia,nisi cōsensum habuerit nō delectat deus in ea, nec audit vo ces eorum.Hier.Possumus autē & hoc spiritualiter intelligere,ꝙ vbi spiritus & anima corpusq; cōsenserint, & non intra se bellum diuersarum habuerint volūtatum,de omni re quam petierint, impetrēt à patre.nulli enim dubium est quin bonarum rerum postulatio sit,vbi corpus vult habere ea quæ spiritus. Orige. Vel in quo duo testamenta consentiunt sibi, eus inuenitur oratio de omni re acceptabilis deo.

Tropologica expositio.

*Tunc accedens Petrus ad eum,dixit: Domine,quoties *peccauerit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi usque septies: sed usque septuagies septies.*

*peccabit.

Hier.Suprà dixerat dominus: Videte ne contemnatis vnum de pusillis istis: & adiecerat, Si peccauerit in te frater tuus &c.& prēmium repromiserat,dicens: Si duo ex vobis &c. vnde prouocat⁹ apostolus Petrus interrogat, & hoc est quod dicitur: Tunc accedens ad eum Pe.dixit: Domine &c.Et cum interrogatione ꝓfert sententiam,dicens:Vsque septies?Chryso.Putauit quidem Petrus aliquid se magnum dicere. Sed quid amator hominum Christus respōderit, subditur: Dicit il.Ie.Non dico ti.&c.Aug. de ver.do. Audeo dicere & si septuagies octies peccauerit,ignoscas:&si centies:& omnino quoties peccauerit,ignosce. Si enim Christus milia peccatorum inuenit, & tamen omnia donauit: noli subducere misericordiam.Ait enim apostolus:Donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut deus in Christo donauit nobis. Chry. Cum ergo dicit: Vsque septuagies septies, non numerum determinatum ponit vt numero cōcludat remissionem, sed quod continue & semper est significauit. Aug.de ver.do.Nō tamen sine causa dns septuagies septies dixit.nam lex in decē præceptis cōmendatur:lex enim per x.peccatū per xi.significatur,quia transgressio denarii est. Septem autem solet pro toto cōputari, quia septē diebus voluitur tēpus. Duc autē septies xi. fiūt septuagies septies.Oīa ergo peccata dimittivoluit, qa ea septuagesimo septimo numero ꝓsignauit. Orige.

Mysteriū numeri.

Vel quia numerus sex, videtur esse operis & laboris, septim⁹ aũt repausationis, dicit remissionẽ fieri oportere fratribus in hoc mũdo de gẽtibus, secundũ res huius mũdi peccãtibus. Si aũt aliquis vltra ea peccata peccauerit, iam nõ habebit remissionẽ. Hiero. Vel intelligendũ est septuagies septies. i. quadringẽtis nonaginta vicibus: vt toties peccãti fratri dimitteret, quoties ille peccare posset. Rab. Aliter tamen datur venia petendi fratri, vt nobis. s. socia charitate communicet, sicut Ioseph fratribus: aliter inimico persequenti, vt bonum ei velimus, & si licet faciamus, vt Dauid lugens Saul.

Ideo assimilatũ est regnũ cælorum homini regi, qui uoluit rationẽ ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationẽ ponere, oblatus est ei unus qui debebat ei decem milia talenta. Cũ autẽ non haberet unde redderet, iussit eum dominus eius uenũdari & uxorẽ eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidẽs autẽ seruus ille, orabat eũ, dicẽs: Patientiam habe in me, & omnia reddã tibi. Misertus aũt dominus serui illius, dimisit eũ, & debitũ dimisit ei. Egressus aũt seruus ille, inuenit unũ de cõseruis suis, qui debebat ei cẽtũ denarios: & tenẽs suffocabat eũ, dicẽs: Redde quod debes. Et procidẽs cõseruus eius, rogabat eũ, dicẽs: Patiẽtiã habe in me, & omnia reddã tibi. Ille autẽ noluit: sed abiit, & misit eum in carcerẽ, donec redderet debitũ. Videtes aũt cõserui eius quæ fiebãt, cõtristati sunt ualde, & uenerũt, & narrauerũt domino suo omnia quæ facta fuerãt. Tũc uocauit illũ dominus suus, & ait illi: Serue nequã, omne debitũ dimisi tibi, quoniã rogasti me. Nõnne ergo oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet ei uniuersum debitum. Sic & pater meus cælestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris.*

*vniuersum,

Chry. Ne aliqs æstimaret magnũ quid & graue dñm iniũxisse, cũ dixit dimittendũ vsq; septuagies septies, adiecit parabolã. Hier. Familiare enim est Syris & maxime Palęstinis ad omnẽ sermonẽ suũ parabolã iũgere: vt quod p simplex pceptũ ab auditoribus teneri nõ poteſt, per similitudinẽ exẽploq; teneatur. vnde dicitur: Ideo assimilatũ &c. Orig. Filius dei sicut est sapientia, iustitia, & veritas, ita ipse est regnũ: nõ aũt alicuius eorũ quæ sunt deorsum, sed omniũ q̃ sunt sursum, in quorũ sensibus iustitia & cæteræ virtutes regnãt: qui facti sunt cæli, per hoc cp portãt cælestis imaginẽ. Hoc ergo regnũ cęlorũ. i. filius dei, quãdo fact⁹ est in similitudinẽ carnis peccati, tũc similis factus est homini regi, vniẽs hominẽ sibi. Remi. Vel regnũ cęlorũ cõgrue sancta ecclesia intelligitur, in qua dñs operatur hoc quod in ista parabola loquitur. Nomine aũt hominis aliquãdo designatur pater, sicut ibi: Simile est regnũ cęlorũ homini regi, q̃ fecit nuptias filio suo &c. aliquãdo vero designatur filius: hic aũt vtrũq; intelligi potest, & pater & filius, qui sunt vnus deus. Deus autẽ rex dicitur, cuncta quę creauit regnãdo & gubernãdo. Orig. Serui autẽ hi soli sunt, quantum ad istas parabolas, qui dispẽsatores verbi habẽtur, & quibus hoc est cõmissum vt negotiẽtur. Remi. Vel per seruos hui⁹ hominis regis, designãtur oẽs homines, quos ad laudandũ se creauit, quibusq; legẽ naturæ dedit: cũ quibus rationẽ ponit, quãdo vitã & mores & actus singulorũ discutit, vt vnicuiq; secundum cp gessit tribuat. vnde sequitur: Et cũ cœpisset rationẽ ponere &c. Orige. Omnis autẽ vitæ nostræ ratio ponẽda est à rege, quando omnes nos præsentari oportuerit ante tribunal Christi. Nec hoc dicimus vt suspitio sit, ne forte res ipsa necessariũ habeat longũ tẽpus. Volens enim deus ventilare omniũ mẽtes, cito omnia ab omnib⁹ omni tẽpore gesta, singulis quibusq; faciet in mentẽ venire ineffabili quadã virtute. Dicit autem: Et cum cœpisset rationem ponere, quia initiũ iudicii est, vt incipiat à domo dei. In principio ergo ponendæ rationis oblatus est debitor talentorũ multorũ, qui. s. multa fecerat damna, & magna ei erãt iniũcta, & nullum attulit lucrũ: qui forsitan tot talẽta perdidit, quãtos perdidit homines. & ideo talentorũ multorũ est factus debitor, quoniã secutus est mulierẽ super talentũ plũbi sedentẽ, cuius nomẽ iniquitas. Hiero. Scio quosdam istũ qui debebat decẽ milia talẽta, diabolũ interpretari: cuius vxorẽ & filios venundãdos, perseuerante illo in malitia, insipiẽtiã & malas cogitatiões intelligi volunt. Sicut enim vxor iusti, dicitur sapiẽtia: sic vxor iniusti & peccatoris, appellatur stultitia. Sed quomodo ei dimittat dñs decẽ milia talenta, & ille nobis cõseruis suis x. denarios non dimiserit, nec ecclesiasticæ interpretationis est, nec à prudẽtibus viris recipienda. Aug. de verb. do. Ideo dicẽdũ est, quòd quia lex in decem præceptis cõmendatur, ille debebat decem milia talentorũ, per quod omnia peccata significat, quæ secundũ legem fiunt. Remi. Homo autẽ sua voluntate & sponte peccans, suo conatu nullo modo surgere valet, & non habet vnde reddat: quia nihil in se inuenit, per quod se à peccatis soluat. vnde sequitur: Cum autẽ non haberet &c. Vxor quidem stulti, est stultitia & carnis voluptas seu cupiditas. Aug. de quæst. euan. Per hoc ergo significatur trãsgressorem decalogi pro cupiditate & prauis operibus, tanquam vxore & filiis pœnas soluere debuisse, quod est preciũ eius. preciũ enim venditi, est supplicium damnati. Chry. Hoc autẽ non ex crudelitate iussit, sed ex ineffabili affectione. Vult enim eum terrere per has minas vt supplicet & non vendatur: quod & factũ ostenditur, cum subditur: Procidens autẽ seruus ille. &c. Remi. His autẽ verbis humiliatio & satisfactio peccatoris demõstratur, dũ dicitur: Procidens. In hoc vero quòd dicit: Patientiã habe in me, vox exprimitur peccatoris, poscentis tẽpus viuẽdi, & spaciũ corrigendi. Est autẽ larga dei benignitas & clementia erga peccatores conuersos, quoniã ipse semper paratus est, per baptismũ aut pœnitentiam peccata dimittere. vnde sequitur: Misertus autem dominus &c. Chry. Vide autẽ diuini amoris superabundantiã: petit seruus solius tẽporis dilationẽ, ipse aũt maius eo quod petiit, dedit: & dimissionẽ, & concessionẽ totius mutui. volebat autẽ & à principio dare, sed nolebat solum suũ esse donũ, sed & supplicationis illius: vt nõ incoronatus abscedat. Ideo autẽ antequam rationẽ poneret, debitũ non dimisit: quia docere voluit à quantis debitis eum liberat, vt saltem ita ad conseruos mansuetior fieret. Et quidẽ vsque ad hæc quæ præmissa sunt, acceptabilis fuit. Etenim confessus est, & promisit se reddere debitũ: & procidens rogauit, & debiti magnitudinem cognouit. Sed quæ postea fecit, indigna fuere prioribus. Sequitur enim: Egressus autẽ seruus ille &c. Aug. de ver. do. Quòd autem dicitur quòd debebat ei centũ denarios, ab eodẽ numero. s. decẽ sumitur, qui est numerus legis. nam & centũ centies, fiunt decẽ milia, & decies deni sunt centum: illa decem milia talentorum, & illi decies deni, & à legitimo numero non recedunt: in quo vtroque inuenies peccata. vterque est ergo debitor, vterque veniæ deprecator. Omnis enim homo & debitor est dei, & debitorem habet fratrem suum. Chry. Tanta autem differentia est peccatorum quæ cõmittuntur in hominem, & quæ cõmittuntur in deum: quanta est differentia x. milium talentorum, & centum denariorum. magis autem & multo plus patet ex differentia personarũ, & à paucitate peccantiũ. Homine enim videte & desistim⁹, & pigritamur peccare: deo autẽ videte secundũ vnũquẽque diẽ, nõ obsistim⁹, sed agimus informidabiliter oĩa & loquimur. Nõ hinc aũt solũ grauiora patẽt peccata in deũ, sed etiã à bñficio quo sumus potiti ab illo. Fecit enim nos esse, & oĩa ꝓpter nos operatus est. Animã rationalẽ nobis inspiravit, filiũ suũ misit, cęlũ nobis aperuit, & nos filios suos fecit. Nũquid ergo si vnaquaq; die moreremur ꝓ illo, retribueremus ei aliqđ dignũ? nequaquã. Sed hoc rursus ad vtilitatẽ nostram ptineret. Nos aũt ecõtrario in legib⁹ eius offendim⁹. Remi. Sic ergo p debitorẽ decẽ miliũ talentorũ signãtur illi, qui maiora crimina committũt: per debitorẽ aũt centũ denariorũ, qui minora committit. Hie. Quod vt manifestius fiat, dicamus sub exẽplo: Si quis vestrũ cõmiserit adulteriũ, homicidiũ, sacrilegiũ, maiora crimina decẽ milia talẽtorũ roganti dimittũtur, si & ipse dimittat minora, peccãtib⁹. Aug. de ver. do. Sed ille seruus ingratus, iniquus noluit prẽstare quod illi indigno prælatũ fuit. Sequitur enim: Et tenẽs suffo. eũ, di. Redde &c. Remi. i. acriter insistebat vt vindictã ab eo exigeret. Orige. Ideo vt arbitror suffocabat, qm̃ à rege exierat: nõ enim suffocaret cõseruũ suũ, si non exisset à rege. Chry. Per hoc etiam cp dicitur egressus, ostẽditur cp nõ post multũ tẽpus, sed cõfestim adhuc quasi in auribus habẽs beneficiũ, in malitiã abusus est liberatione à ꝓprio dño sibi data. Quid igitur ille fecerit subditur: Et ꝓci. conser. eius rogabat eũ. di. Patiẽtiã &c. Orig. Cõsidera subtilitatẽ scripturæ, quoniã seruus multorũ debitor talentorũ ꝓcidẽs adorauit regẽ, qui aũt centũ debebat denarios, ꝓcidens nõ adorabat, sed rogabat conseruũ, dicẽs: patientiã habe. Chry. Sed neq; hæc verba ingratus seru⁹ reueritus est, quib⁹ sanat⁹ est. Sequitur enim: Ille aũt noluit. Aug. de quæst. euã. i. tenuit cõtra eũ hũc animũ, vt suppliciũ illi vellet. sed abiit. Remi. i. magis ira exarsit, vt ab eo vindictam exigeret, & misit eũ in carcerẽ donec redderet debitũ, id est apprehẽso fratre vindictã ab eo exegit. Chry. Vide dñi charitatẽ, & serui crudelitatẽ. hic pro decẽ milibus talẽtis, hic autẽ ꝓ centũ denariis: hic cõseruũ, hic autẽ dominũ rogabat: & hic quidẽ totalẽ absolutionẽ accepit, ille autẽ solã dilationẽ petebat, nec hoc dedit. Cõdoluerunt qui non debebãt. vnde sequitur: Videtes aũt cõser. &c. Aug. de quæst. euã. Per conseruos intelligitur ecclesia, quæ illũ soluit & ligat. Remi. Vel cõserui fortẽ angeli sunt intelligẽdi, aut ꝓdicatores sanctæ ecclesiæ, siue quicũq; fideles, qui videtes aliquẽ fratrẽ remissionẽ pctorum adeptũ, non velle misereri cõseruo sui, cõtristantur de eius ꝓditione. Sequitur: Et venerũt & narra. &c. Veniũt quidẽ nõ corpore, sed corde. Dño autẽ narrare, est dolores & cõtristationes cordis in suo affectu demonstrare. Sequitur: Tũc vocauit eũ dñs su⁹. vocauit quidẽ per sententiam mortis, & ab hoc seculo migrare iussit, & dixit ei: Serue nequã, omne debitum dimisi tibi, quoniã rogasti me. Chry. Et quãdo quidem decẽ milia talẽta debebat, non vocauit eũ nequã, neq; cõuitiatus, sed misertus. Quãdo autẽ contra seruũ ingratus est effect⁹, tũc dicitur: Serue nequam. & hoc est quod dicitur: Nõne ergo oportuit &c. Remi. Et sciendum, quia seruus ille nullũ respõsum legitur dño dedisse. in quo demonstratur, cp in die iudicii & statim post hanc vitã, omne argumentũ excusationis cessabit. Chry. Quia vero beneficio nõ est factus melior, relinquitur vt pœna corrigatur. vnde sequitur: Et iratus dominus eius &c. Nõ autẽ simpliciter dixit: Tradidit eũ, sed iratus, quod non posuit quãdo iussit eũ vendi. Non enim hoc erat iræ, sed magis amoris ad correctionem: nunc autẽ hæc sententia est supplicii & pœnæ. Remi.

Interpretatio vana reiicitur.

Diuina largitas commẽdatur.

Reatus pœnæ æternæ.

Palæstinis parabolæ sunt familiares.

Tunc enim dicitur deus irasci, quãdo aduersus peccatores vindicat. Tortores autẽ dicuntur dęmones, quia semper ad hoc parati sunt, vt ꝓditas animas suscipiant, & in pœna æternę dãnationis eas torqueant. Nunquid autẽ postquã aliquis demersus fuerit in ęternã damnationẽ, poterit inuenire spaciũ corrigendi, aut aditũ exeundi? Non: Sed, quousque, ponitur pro infinito, & est sensus: semper soluet, sed nunquã persoluet: & semper pœnã luet. Chry. Per hoc ergo ostẽditur cp continue. i. æternaliter punietur, neq; reddet aliquãdo. quãuis aũt irreuocabilia sint charismata & dei vocationes, tamen tantum valuit malitia, vt hãc legem soluere videatur. Aug. de ver. do. Dicit eñ deus: Dimittite, & dimittetur vobis: sed ego prior dimisi, dimitte vel postea. nam si non dimiseris, reuocabo te, & quicquid tibi dimiserã, replicabo tibi. non enim fallit aut fallitur Christus, qui subiecit, dicẽs: Sic & pater meus cęlestis faciet vobis, si nõ remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Melius est enim vt clames ore, & dimittas in corde: quàm sis blandus ore, & crudelis in corde. Ideo enim dñs subdit: de cordibus vestris: vt si per charitatẽ imponitis disciplinam, de corde lenitas non recedat. Quid enim tam piũ, quàm medicus ferens ferramẽtũ? sæuit in vulnus, vt homo sanetur. quia si vulnus palpatur, homo perditur. Hiero. Ideo & dñs addidit: De cordib⁹ vestris, vt omnẽ simulationẽ fictæ pacis auerteret. Præcipit ergo dñs Petro sub cõparatione regis dñi, & serui qui debitor x. miliũ talentorũ à dño rogãs veniã impetrauerat, vt ipse quoq; dimittat cõseruis suis minora peccãtibus. Orig. Vult etiã docere faciles nos esse ad indulgendũ eis qui nocuerũt nobis, maxime si satisfaciant & deprecẽtur sibi veniam dari. Rab. Allegorię autẽ sensus hic, qui x. milia talentorũ debuit, Iudaicus est populus decalogo legis astrict⁹, cui dominus sæpius dimisit debita, quãdo in angustiis cõstituti illius misericordiam deprecabãtur: sed liberati, omnes debitores atrociter repetebãt: & à gentili populo, quasi sibi obnoxio, circũcisionem & cerimonias legis expetunt, & prophetas & apostolos crudeliter trucidant. vnde tradidit eos dominus in manus Romanorũ vel malignorum spirituum, qui æternis cruciatibus eos punirent.

Allegorica expositio.

CAPVT XIX.

Et factum est, cum cõsummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & uenit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ: & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacũque ex causa? Qui respõdens ait eis: Nõ legistis quia qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos? & dixit: Propter hoc, dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Itáque iã non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus cõiunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mãdauit dari libellum repudii, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiã cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras: ab initio autem non fuit sic.*

*homi-nem.

Chry. in hom. Dominus prius Iudæam relinquens propter illorum æmulationem, nunc ibidem iam immoratur, quia passio in proximo futura erat: non tamen ad Iudæã interim ascẽdit, sed in terminos Iudææ. vnde dicitur: Et factũ est cũ cõsum. Iesus &c. Rab. Hic ergo incipit narrare quæ in Iudæa fecit & docuit, siue passus est: & primo quidẽ trans Iordanẽ ad orientem, deinde etiam cis Iordanem, quando venit Hierico & Bethphage & Hierusalem. vnde sequitur: Et ve. in fines &c. Chry. Quasi iustus dominus omnium qui sic diligit alios seruos, vt alios non contemnat. Remig.

Sciendū est autē ꝙ omnis illa Israelitarū ꝓuincia generaliter Iudæa dicebatur ad cōparationē aliarū gētiū, verūtamē meridiana eius plaga in qua habitabat trib⁹ Iuda & tribus Bēiamin specialiter dicebatur Iudæa ad distinctionē aliarū regionū, quę in ipsa ꝓuincia continebātur.i.Samaria, Decapolis: & reliquę aliç. Sequtur: Et secu.sunt eū tur.mul. Chry.sup Mat. Perducebāt eū quasi paruuli filii patrē peregre longe proficiscētē. Ipse aūt tanquā pater ꝓficiscēs, pignora charitatis filiis reliquit remedia sanitatum. vnde dicitur: Et curauit eos. Chry.in ho. Cōsiderādū etiā ꝙ neq; doctrinæ verborū continue dns insistit, nec signorū operationi: sed nunc quidē hoc, nūc aūt illud facit: vt à signis credibilis appareret in his quę dicebat. Ex sermonum aūt doctrina vtilitas quæ erat in signis ostenderetur. Orig. Sanabat autē dns turbas trās Iordanem, vbi baptism⁹ dabatur. Vere enim oēs à spūalibus infirmitatibus saluātur etiā in baptismo: & multi quidē sequūtur Christū sicut turbæ, tamē nō surgētes vt Matthæus, qui surgens secut⁹ est dūm. Rab. Curat etiā Galilæos in Iudææ finibus, vt peccata gentiū in eam vineā quę Iudææ parabatur admitteret. Chry.in ho. Curabat siquidē Christus homines, & illis benefaciēs: & p eos multis aliis. Horū em sanatio aliis erat occasio diuinæ cognitionis, sed non pharisæis qui ex signis duriores fiebāt. vnde sequitur: Et accesſ.ad eum pha.ten.eum & di. Si licet &c. Hic. Vt quasi cornuto eū teneāt syllogismo, & quodcūq; respō deat, pateat captioni. Si dixerit dimittēdā vxorē qualibet ex causa & ducēdā aliā, pudicitiæ prędicator sibi videtur dicere cōtraria. Sinautē respōderit, non omnē ob causam debere dimitti, quasi sacrilegii reus tenebitur, & aduersus doctrinā Moysi & dei facere. Chry. in ho. Intuere aūt ex modo etiā interrogationis malitiā: dns enim supra de lege hac disputauerat, ipsi aūt quasi iam nullo dicto interrogant. s.opinātes ꝙ oblitus esset eorū quę dixerat. Chry.super Mat. Sicut autē si videas hominē assidue amicitias medicorū colentē, intelligis quia infirm⁹ est: sic & cū videas virū siue mulierē de dimittēdis vxoribus aut viris interrogātes, cognosce qa vir ille lasciu⁹ est, mulier illa meretrix est. nam in matrimonio castitas delectatur, libido autē quasi vinculo cōiugii alligata torquetur. Sciebāt aūt quoniā nullam causam idoneā habebāt circa dimittendas vxores ꝑter solā turpitudinem: & alias atq; alias sibi iungebāt. Timuerūt aūt interrogare ex quibus causis, ne seipsos infra angustias certarū causarū astrīgerēt, sed interrogauerūt si ex omnibus causis licet, sciētes quia modū nescit, nec infra terminos vnius cōiugii capit libido: sed quāto magis exercetur, magis accēditur. Orig. Tētato autē dño, nullus discipulorū eius qui positus est ad docendū grauiter ferat, si tētatus fuerit à quibusdā: tamē & tentatoribus respōdet dogmata pietatis. Hiero. Sic aūt respōsionē tēperat: vt disciplinā transeat, scripturā sanctā adducēs in testimoniū & naturalē legē, primāq; dei sentētiā secūdo opponēs. vnde sequitur: Qui respō dens ait eis: Nō le. &c. Hoc in exordio Geneſis scriptū est. Dicēdo aūt masculū & fœminā, ostendit secūda vitāda coniugia, nō enim ait: Masculū & fœminas, quod ex priorū repudio quęrebatur: sed masculū & fœminā, vt vnius cōiugii cōsortia necterētur. Rab. Salubri autē cōsilio dei factū est vt sui corporis portionē vir amplecteretur in fœmina, nec à se putaret esse diuersum, qđ de se cognosceret fabricatum. Chry.super Mat. Si ergo ad hoc de⁹ marē & fœminā ex vno creauit vt sint vnū, quare ergo decętero vir & mulier nō ex vno vtero nascuntur, sicut volatilia quædā? quia deus masculū quidē creauit & fœminā, ꝓpter necessitatē filiorū generādorum: tamen semper fuit castitatis amator, & cōtinētiæ auctor. Ideo illū typū non seruauit in omnibus, vt siquidē vult homo nubere secundū primā dispositionē creationis humanæ intelligat quid est vir & vxor. Si autē noluerit nubere, non habebit necessitatē nubēdi propter coniunctionem natiuitatis, ne forte videatur per suam cōtinētiam alterum perdere qui nolebat esse cōtinens: sicut dns post cōiunctum matrimoniū iubet, ne alter altero nolente se separet. Chry.in ho. Non solū autē ex modo creationis, sed etiā ex modo legislationis mōstrauit, quoniā vnū oportet vni coniungi: & nunquā rescindi. vnde sequitur: Et dixit, propter hoc relinquet &c. Hie. Similiter ait vxori, non vxorib⁹. Et expresse subditur: Et erūt duo in carne vna. Præmium enim est nuptiarū, ex duobus vnā carnē. s. prolis fieri. Glo. Vel in carne vna.i. in carnali copula. Chry. super Mat. Si ergo quia ex viro est vxor, & ex vna carne sunt ambo, relinquet homo patrē suū & matrem, maior nūc charitas debet esse inter fratres & sorores: quia hi quidem ex eisdē parentibus exeunt, illi autē ex diuersis. Sed hoc magnū est nimis, quia fortior est dei constitutio, quàm virtus naturæ. Non enim p̄cepta dei naturæ subiecta sunt, sed natura dei p̄ceptis obtēperat. Deīde fratres ex vno nascūtur, vt diuersas vias petant: vir aūt & vxor ex diuersis nascūtur, vt in vnū cōueniāt. Ordo etiā naturę dei ordinationem sequitur. Quod enim est in arboribus humor, hoc est in hominib⁹ amor. humor autē de radicibus ascendit in herbā: & rursum trāsmittitur in semen. Ideo parentes quidē diligunt, sed nō sic diligūtur à filiis. homo enim nō ad parentes, sed ad ꝓcreandos filios trāsmittit affectū, & hoc est quod dicitur: Propter hoc relinquet homo patrē & matrē, & adhærebit vxori suæ. Chry.in ho. Vide etiā sapientiā doctoris. Interrogatus enim si licet, non confestim dixit: Non licet, vt non turbarentur, sed per probationē hoc constituit. Deus enim à principio masculum & fœminā fecit, & non simpliciter eos coniunxit, sed matrem iussit dimittere & patrē: & non simpliciter virū ꝗ mulieri dixit aduenire, sed coniungi: ex ipso modo locutionis indiuisibilitatē ostendens. Sed & maiorē copulā adiunxit cum dixit, Et erunt duo in car.vna. Aug. ix. super Ge.ad lit. Hæc tamen verba cum primi hominis fuisse scriptura testetur, dns tamen hic deū hoc dixisse declarat, vt hinc intelligeremus propter extasim, quæ præcesserat in Adā hoc diuinitus tanquā ꝓphetam dicere potuisse. Remi. Mysteriū enim hoc esse apostolus dicit in Christo & ecclesia: dns enim Iesus Christus quasi patrē deseruit, cum de cęlis ad terrā descendit: & matrē deseruit.i.synagogā, ꝓpter infidelitatē: & adhæsit vxori suæ, sanctę.s.ecclesię: & sunt duo ī carne vna.i. Christus & ecclesia in vno corpore. Chry. in ho. Postquàm vero veteris legis & verba & facta induxit cum potestate, iam & ipse interpretatur & legē induxit, dicens: Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Sicut enim qui spiritualiter se diligunt, vna aīa esse dicūtur, dicēte scriptura: Omniū credentiū erat cor vnū & anima vna: sic vir & vxor qui carnaliter se diligūt, vna caro esse dicuntur. Quēadmodū igitur carnē incidere est sordidū, ita & mulierē diuidere est iniquū. Aug. xiii. de ci. dei. Vnū etiā dicuntur vel ꝓpter coniunctionē, vel propter originē fœminæ, q̄ de masculi latere creata est. Chry. ī ho. Vlterius aūt & de⁹ induxit dicens: Quod ergo de⁹ cōiunxit, homo non separet: demōstrans ꝙ & ꝑter naturā, & ꝑter legē est vxorē dimittere: præter naturam quidē, quia vna caro diuiditur: præter legē aūt, quoniā deo copulante & iubente non diuidi, vxor dimittitur. Hier. Deus enim cōiunxit vnam faciēdo carnē viri & fœminę: hanc ergo homo non potest separare, sed solus deus. Homo separat, quando ꝓpter desyderiū secundæ vxoris prima dimittitur. Deus separat, qui & coniunxerat, quādo ex consensu ꝓpter seruitutē dei sic habemus vxorē quasi non habētes. Aug. cōtra Faustū. Ecce Iudæi ex libris Moysi cōuincuntur non esse vxorē dimittendā, qui secundū voluntatē legis Moysi arbitrabantur se facere, cū dimitterēt. Simul & illud hoc, ipso Christo attestante, cognoscimus deum fecisse & coniunxisse masculū & fœminā, quod Manichæi negando dānantur Christi euāgelio resistētes. Chry. super Mat. Grauis est aūt fornicariis interpretatio castitatis: sed contra rationē respōdere non possunt, veritati tamen credere non acquiescunt. Conferunt ergo se ad patrociniū Moysi, sicut homines malā causam habentes cōfugiunt ad potentes viros: & si iustitiā nō possunt, vincant personā. vnde sequtur, Dicūt illi: Quid ergo Moyses mādauit &c. Hier. Aperiunt calūniam quā parauerant, licet dns non propriā sentētiam ꝓtulerit, sed veteris historiæ & mādatorū dei fuerit recordat⁹. Chry. in ho. Si aūt dominus alienus esset à veteri testamēto, non decertasset pro Moyse, neq; quæ sua sunt mōstrasset veteribus conuenire. Sed ineffabilis Christi sapiētia & pro his excusando respōdit. vnde sequitur: Et ait illis: Quoniam Moyses ad duritiā cordis vestri &c. In quo liberat Moysen ab accusatione, & totū in illorum caput conuertit. Aug. contra Faustū. Quāta enim erat duritia, q̄ nec per libelli interpositionē vbi dissuadēdi locus iustis & prudentibus tribuebatur, solui & flecti posset ad recipiendā vel reuocandā coniugii charitatē? Porrō qua calliditate reprehēdunt Manichęi Moysen, tanquam coniugium dirimentē per libellū repudii: & laudant Christū tanquam eius in omni vinculū confirmantem, cum secundū suā sacrilegā sententiam, Moysen laudare debuerunt, separantem quod coniunxerat diabolus, & Christum vituperare diaboli ligamenta solidantem. Chry.in ho. Deniq; quia graue erat quod dictum erat, statim reducit sermonem ad antiquam legem, dicens: Ab initio autem non fuit sic. Hier. Quod dicit huiusmodi est: Nunquid potest deus sibi esse contrarius, vt aliud ante iusserit, & sententiam suam nouo frangat imperio? Non ita sentiēdū est, sed Moyses cum videret propter desyderium coniugum secundarū, quę illis ditiores vel iuniores vel pulchriores essent, primas vxores interfici, aut malam vitam ducere, maluit indulgere discidium, quàm odia & homicidia pseuerare. Simulq; considera quòd non dixit: Propter duritiā cordis vestri permisit vobis deus, sed Moyses: vt iuxta apostolum, consilium esset hominis, non imperium dei. Chry. sup Mat. Propterea bene dixit, quòd Moyses hoc p̄misit nō p̄cepit. Quod enim p̄cipimus, semp volumus: quod autem permittimus, nolentes indulgemus, quia malam volūtatem hominum ad plenum ꝓhibere non possumus. Permisit ergo vobis facere mala, ne faceretis peiora: ergo hoc vobis permittendo nō vobis dei iustitiam demonstrauit, sed à peccato abstulit culpam peccādi, vt quasi secundū legem à gentibus vobis peccatum vestrum non videatur esse peccatum.

Dico autem uobis, quia quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliā duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur.

Chry.in ho. Quia os illorum oppilauerat, iam cum auctoritate legem inducit, dicens: Dico autem vobis, quia &c. Orig. Forte autem dicet aliquis, quoniam Iesus dicens, Quicunq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, permisit vxorem dimittere, quemadmodum Moyses, quem retulit propter duritiam cordis Iudæorū hoc præcepisse. Sed ad hoc respōdendum: quoniam si secundū legem adultera lapidatur, non secundū hoc intelligitur res turpis, ꝓpter quam Moyses pmittit libellum repudii: nec enim in causa adulterii oportebat libellum dare repudii. Sed forsitan Moyses omnē culpam mulieris turpem rem appellauit, quæ si inuenta fuerit in vxore, scribitur ei libellus repudii. Quærendū est autem si ꝓpter solā causam fornicatiōis dimittere iubet vxorē: quid est si mulier nō fuerit fornicata, sed aliud quid grauius fecerit, puta venefica inueniatur, aut interfectrix filiorū? Sed dns exponēs rem alibi dixit: Qui dimiserit, excepta causa fornicatiōis, facit eam mœchari, dans ei occasionē secundarum nuptiarum. Hiero. Sola ergo fornicatio est q̄ vxoris vincit affectum. imò cum illa vnā carnem in aliam diuiserit, & se fornicatiōe separauerit à marito, nō debet teneri, ne virū quoq; sub maledictione faciat, dicēte scriptura: Qui adulteram tenet, stult⁹ & impius est. Chry. super Mat. Sicut enim crudelis est & iniquus qui castā dimisit, sic fatu⁹ est & iniquus qui retinet meretricem. Nam patron⁹ turpitudinis est, qui crimē celat vxoris. Aug. de adulterinis cōiugiis. Nō tamen erit turpis, nec difficilis etiā, post patronata & purgata adulteria, recōciliatio cōiugii, vbi p claues regni cęlorum nō dubitatur fieri remissio p̄ctorum: nō vt post viri diuortium adultera reuocetur, sed vt & post Christi consortium adultera non vocetur. Chry.sup Mat. Omnis autem res per quas causas nascitur, per ipsas soluitur. Matrimonium autem non facit coitus, sed voluntas: & ideo non soluit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis. Ideo qui dimittit coniugem suam & aliam non accipit, adhuc maritus est: nam etsi corpore iam separatus est, tamen adhuc voluntate cōiunctus est. Cum ergo aliam acceperit, tunc planè dimittit. Et ideo dns nō dicit, Qui dimittit mœchatur, sed qui alteram ducit. Rab. Vna ergo solummodo carnalis est causa. i. fornicatio: vna spiritualis, hęc est timor dei vt vxor dimittatur: nulla autem causa est vt viuente ea q̄ relicta est, alia ducatur. Hiero. Poterat autem accidere vt aliquis calumniam faceret innocenti vxori, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret. Ideo sic priorem dimittere iubet vxorem, vt secundam prima viuente nō habeat. Necnon quia poterat euenire, vt iuxta eandem legem vxor quoq; marito daret repudium, eadem cautela p̄cipitur, ne scđm accipiat virum: & quia meretrix, & quia semel fuerat adultera, opprobrium nō timebat, secundo nō nubere p̄cipitur viro, ꝙ si talem duxerit, sub adulterii crimine sit. vnde sequitur: Et qui dimissam duxerit, mœchatur. Glo. Accipiētem terret, quia adultera non timet opprobrium.

Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat.

Hier. Graue pondus vxor est, si excepta causa fornicationis eam dimittere non licet. Quid enim si temulenta fuerit, si iracunda, si malis moribus, tenenda erit? Videntes ergo apostoli graue vxorum iugū, proferunt motum animi sui: vnde dicitur, Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa &c. Chry.in ho. Leuius enim est contra concupiscentiam præliari, & cōtra seipsum, quàm ad mulierem malam. Chry. super Mat. Non autem dixit, quia expedit, sed magis consensit ꝙ non expedit, sed infirmitatem carnis cōsiderauit. vnde sequitur: Qui dixit eis, Non omnes capiūt verbum istud. i.

non omnes hoc possunt. Hier. Nemo autem putet sub hoc verbo quod addit: Sed quibus datū est, vel pactum vel fortunā introduci: q̄ hi sunt virgines, quos ad hoc casus adduxit. Sed his datū est à deo qui petierūt, qui voluerunt, qui vt acciperent laborauerunt. Chry. super Mat. Ideo ergo nō omnes capere possunt, quia non omnes volunt: palma proposita est, qui cōcupiscit gloriam, non cogitet de labore. Nemo vinceret, si omnes periculum timerent. Ex eo ergo quòd quidam à proposito continentiæ cadunt, non debemus circa virtutem castitatis fieri pigriores: sicut & qui in pugna cadunt, non exanimant cæteros. Quod ergo dicit: Quibus datum est, illud ostendit, quia nisi auxilium gratię acciperemus, nihil nobis valeret. Hoc autem auxilium gratię volētibus non denegatur. Dicit enim dñs: Petite, & accipietis. Chry. in ho. Deinde possibile hoc esse ostendens, ait: Sunt enim eunuchi, q.d. Excogita si ab aliis excisus esses, quid vtiq; faceres? voluptate quidem priuatus, mercedē autem non haberes. Chry. super Mat. Sicut enim peccatum opus sine volūtate non facit, ita & iustitia ex opere non consummatur, nisi & voluntas affuerit. Illa est ergo gloriosa cōtinentia, non illa quam transgredi non potest necessitas debilitatis corporis, sed quam complectitur voluntas sancti proposīti. Hier. Triplex ergo genus eunuchorum posuit: quorū duo sunt carnales, & tertii spirituales. Alii enim sunt qui de vtero matris sic nascuntur: alii quos vel captiuitas facit, vel deliciæ matronales. Tertii sunt qui seipsos castrauerunt propter regnū cælorū, & qui cum possint esse viri, propter Christum eunuchi fiunt. Istis promittitur præmium: superioribus autē, quibus necessitas castimonia est, non voluntas, nihil omnino debetur. Hila. In vno enim eorum posuit naturā. s. in eo qui nascitur: in altero necessitatem. s. in eo qui fact⁹ est: in tertio voluntatem, qui. s. spe regni cælestis talis esse decreuit. Chry. super Mat. Quòd autem aliqui sic nascuntur hac ratione fit, sicut & nascuntur sex digitos habentes, aut quatuor. Si enim deus sicut ab initio cōstituit vnāquamq; naturam, sic dimitteret illā immutabiliter semper in suo ordine permanere, in obliuionem deduceretur coram hominibus operatio dei. Ideo ergo interdum natura rerum conuertitur contra suam naturam, vt semper deus naturæ opifex in memoriam reducatur. Hier. Possum⁹ & aliter dicere: eunuchi sunt ex matris vtero, qui frigidioris naturæ sunt, nec libidinem appetentes: & alii qui ab hominibus fiūt, quos aut pharisæi faciūt, aut propter idolorum cultū emolliuntur in fœminas, vel persuasione hæretica simulant castitatem, vt mentiantur religionis veritatē. Sed nullus eorū consequitur regnū cælorum, nisi qui se ꝓpter Christum castrauerit. vnde sequitur: Qui potest ca. capiat. Vt vnusquisq; consideret vires suas, vtrum possit virginalia & pudicitiæ implere præcepta. Per se enim castitas blanda est, & quemlibet ad se alliciens: sed cōsiderandæ sunt vires, vt qui potest capere, capiat. Quæ hortantis domini vox est, & milites suos ad pudicitiæ præmium cōcitantis: quasi qui potest pugnare, pugnet & superet, ac triumphet. Chry. in ho. Cum autē dicit: Qui se castrauerūt: non membrorum dicit abscisionem, sed malarum cogitationum interemptionem: maledictioni est enim obnoxi⁹ qui membrum abscidit. Etenim quæ homicidarū sunt, talis ꝓsumit. Et Manichæis, qui detrahunt creaturis, tribuit occasionē: & eadem cum gentibus membra detrūcantibus, iniqua agit. Absciderē enim membra, dæmoniacæ tentationis est. Cum his autē quæ dicta sunt neq; cōcupiscentia māsuetior ita fit, sed molestior. Aliunde enim habet fontes sperma quod in nobis est: & ꝓcipue à proposito incontinenti, & mēte negligēte: & si ipsa sobria fuerit, naturaliū motuū nullū est nocumentū: nec ita abscisio mēbri cōprimit tentationes & trāquillitatem facit, vt cogitationis frenū.

Triplex genꝰ eunuchorū

Tunc oblati sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus uero ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me uenire. talium est enim regnum cælorum. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde.

Chry. super Mat. Dominus de castitate sermonē fecerat, audientes autē quidā obtulerunt ei infantes castitate mundissimos: putabant enim quia dominus corpore mundos tantum laudaret. & hoc est quod dicitur: Tunc oblati &c. Orige. Iam enim ex ꝓcedentibus virtutibus eius experti erant, quoniā per impositionē manuum eius, & orationem, repelluntur mala. Offerunt ergo ei pueros, cōsiderantes quoniā impossibile est vt postquàm per tactū dominus dederit in eis diuinā virtutem, vt ruina aut dęmoniū aliquod tangere eos possit. Remi. Consuetudo etiam fuit apud veteres vt paruuli offerrētur senioribus, quatenus eorum manu vel ore benedicerentur: & iuxta hāc consuetudinem paruuli oblati sunt domino. Chry. super Mat. Caro autem quia non delectatur in bonum, facere obliuiscitur bonum: malum autē quod audierit, retinet semper. Ante modicum autem tempus Christus accipiens puerum, dixit: Nisi facti fueritis sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cælorū: & ecce statim obliti discipuli puerilis innocentiæ, vetabant pueros ad Christū quasi indignos accedere. vnde sequitur: Discipuli autē increpabant eos. Hier. Non quia nollent eis saluatoris & manu & voce benedici, sed quòd nondū habentes plenissimam fidem, putarent eum in similitudinem aliorū hominum, offerentium importunitate lassari. Chry. in ho. Vel discipuli expellebant pueros causa dignitatis Christi. Dominus autem docēs eos moderata sapere, & tumorem conculcare mundanum, accepit paruulos, & in vlnis tenuit eos, & talibus regnum cęlorum promittit. vnde sequitur: Iesus autem ait eis: Sini. par. & noli. &c. Chry. super Mat. Quis enim mereatur appropinquare Christo, si repellitur ab eo simplex infantia? Ideo dixit: Et nolite &c. Nā si sancti futuri sunt, quid vetatis filios ad patrē venire? Si autem pctōres futuri sunt, vt quid sententiam cōdemnationis profertis antequam culpam videatis? Hier. Signanter autem dixit: Talium est enim re. cæ. non istorum: vt ostenderet non ætatem regnare, sed mores: & his qui similem haberēt innocentiam & simplicitatem, præmium repromitti. Sequitur: Et cū imposuisset &c. Chry. super Mat. Præsens locus instituit omnes parētes, vt filios suos sacerdotibus offerāt: nō enim sacerdos manus imponit, sed Christus, in cuius nomine manus imponitur. Si enim qui escas suas per orationē offert deo, sanctificatas eas manducat (Sanctificatur enim per verbum dei & orationem, vt apostolus dicit) quāto magis pueros offerri deo & sanctificari necesse est? Causa autem sanctificādarum escarum, hæc est: quoniā totus mundus in maligno positus est. vnde & res corporales, quæ sunt magna pars mundi, in maligno positę sunt. Consequenter infantes, quando nascuntur, & ipsi (quantum ad carnem) in maligno positi sunt. Orige. Pueros autem mysticè dicimus, qui in Christo adhuc carnales sunt, & lacte opus habentes. Qui autem profitentur verbi doctrinam, simpliciores quidem & quasi puerilem fermonem habentes, quo nutriuntur, adhuc nouitii sunt, qui offerunt saluatori pueros & infantes. Qui autem videntur esse perfectiores, & ideo sunt discipuli Iesu,

Mos antiquus.

Benedictionis vtilitas.

priusquàm discāt rationē iustitiæ de pueris, reprehendūt eos qui per simplicē doctrinā pueros & infantes. i. minus adhuc eruditos offerunt Christo. Dominus aūt hortans discipulos suos, iam viros constitutos, condescendere vtilitatibus puerorum: vt fiant pueris quasi pueri, vt pueros lucrētur, dicit: Talium est enim re. cæ. Nam & ipse cū in forma dei esset, factus est puer. Hæc ergo debemus attendere, ne ęstimatione sapientiæ excellentioris & profectus spūalioris, contēnamus quasi magni pusillos ecclesiæ, prohibentes pueros venire ad Iesum. Quoniam autē pueri non omnia quę dicuntur, sequi possunt, imposuit eis manus Iesus: & virtutē relinquens in eis per tactū, abiit ab eis quasi non potentibus sequi Christū, sicut cæteri discipuli eius perfecti. Remi. Manibus etiam impositis benedixit pueris, significans quòd humiles spiritu, sunt digni eius gratia & benedictione. Glo. Imposuit etiam eis manus, viris continentibus, vt gratiam sui auxilii conferendam significaret. Hila. Infantes etiam gentium forma sunt, quibus per fidem & auditum salus redditur. Verum ex affectu primo saluandi Israel à discipulis inhibētur accedere: quos dominus ait nō oportere ꝓhiberi. Munus enim spiritus sancti & per impositionē manus & precationem, testante legis opere, erat gentibus largiēdū.

Allegorica expositio.

Et ecce unus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam ut habeam uitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, deus. Si autem uis ad uitā ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autē dixit: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem tuam: & diliges proximum tuum sicut teipsum. Dixit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo, & ueni, sequere me. Cum audisset autem adolescens uerbum, abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones.

Raba. Audierat forsan homo iste à domino tantū eos, qui volunt paruulis similes esse, dignos introitu regni cælestis: & ideo certior cupiens esse, non per parabolas, sed aperte postulat exponi, quib⁹ meritis vitā æternā cōsequi possit. Et ideo dicitur: Et ecce vnus ac. ait il. Magister &c. Hiero. Iste qui interrogat, & adolescens & diues erat & superbus, & non voto discētis, sed tētantis interrogat. quod ex eo probare possumus, quòd dicente sibi dño, si vis ad vitā ingredi, serua mādata: rursum fraudulenter interrogat, quæ sunt illa mā data? quasi non & ipse legere, aut dñs posset eidem hęc iubere contrariā. Chry. in ho. Ego autē auarū quidem eum, & pecuniarū amatorem nequaquā recuso dicere, quia & Christus talem eū esse redarguit: simulatorem autē nequaquā, quia nō est securū de incertis iudicare, & maxime accusando. Marcus autē hanc suspicionem destruit, dicit enim q̄ occurrens & genuflectens rogabat eum: & quoniā inspiciens eum Iesus amauit eum. si etiam tentans accessisset, demōstrasset nobis hoc euāgelista, sicut in aliis facit. Si autē & ipse siluisset, Christus eum non permisisset latēre, sed redarguisset manifeste, aut occulte insinuasset. Hoc autē non facit. Sequitur enim: Qui dicit ei, Quid me inter. de bono? Aug. de cō. euā. Potest aūt videri distare aliquid quòd hic secundū Mat. dicitur, Quid me inter. de bo. secundum alios aūt, Quid me dicis bonū? Nam quid me interrogas de bono, ad illud magis referri potest, quod ait ille quærens, quid boni faciā? Ibi enim & bonum nominauit, & interrogatio est. Magister aūt bone, nōdum est interrogatio. Cōmodissime ergo intelligitur vtrumq; dictū, Quid me dicis bonum, & inter. me. de bo. Hiero. Quia vero magistrū vocauerat bonū, & nō deum vel dei filium confessus erat: dixit quemuis sanctum hominē cōparatione dei non esse bonum, de quo dicitur: confitemini dño quoniā bonus. Et ideo dixit: Vnus est bonus, deus. Ne quis aūt putet in eo q̄ bonus deus dicitur, excludi à bonitate filiū dei, legimus in alio loco: Pastor bonus ponit animam suam pro ouibus suis. Aug. 1. de ciui. dei. Vel quia ille vitā æternam quęrebat. Vita autē æterna est in illa cōtemplatione, qua non ad pœnā videtur deus, sed ad gaudiū sempiternū: & non intelligebat cum quo loquebatur: quoniā tantummodo eum filiū hominis arbitrabatur. ideo dicit: Quid me interro. de bo. & vocas me, secundū q̄ vides, magistrū bonū? Hæc forma filii hominis apparebit in iudicio, non tantū iustis, sed & impiis: & ipsa visio malum eis erit, quia pœnalis erit. Est aūt visio formę meę, in qua æqualis sum deo. Ille ergo vnus deus pater, filiꝰ, & spiritus sanctus, ipse est solus bonus, quia nemo videt eum ad luctū & planctū, sed tantū ad salutem & lętitiā verā. Hiero. Saluator etiā noster bonitatis testimoniū nō renuit, sed magistri absq; deo excluſit errorem. Quæ autē vtilitas est, vt ita responderet? Reducit enim eum paulatim & erudit liberari ab omni adulatione: & ab his quæ sunt super terrā eum abducēs, deo adhærere suadet, & futura quærere, & nosse eum qui vere est bonus & radix & fons vniuersorū bonorum. Orige. Respōdet etiā sic Christus propter eum qui dixit: Quid bo. fa. &c. quando enim declinamus à malo & facimus bonū, quantū ad cōparationē cæterorū hominū, dicitur bonū quod facimus: quantū autē ad veritatē, secundū q̄ hic dicitur, Vnus est bonus, bonū nostrū non est bonū. Dicere aūt potest quis, quoniā sciēs dñs propositū interrogātis nō esse vt faciat, vel humanum bonum dixit: Quid me interrogas de bono? Ac si dicat, Cum sis imparatus ad ea quæ dicuntur, cur me interrogas de bono? Post hoc autē dicit: Si vis ad vitā &c. Vbi considera quoniā adhuc quasi extra vitā constituto respondit, Si vis ad vitā ingre. secundum enim vnū modū homo est extra vitā, qui est extra eū qui dixit: Ego sum vita: aliàs autē omnis qui super terrā est, quāuis iustissimus, potest quidē in vmbra esse vitæ, nō autē in ipsa vita, cum sit corpore mortis circundatus. Introibit autē quis in vitam, abstinens se ab operibus mortuis, appetens autē opera viua. Sunt autē & verba mortua, & verba viua: & cogitationes mortuæ, & cogitationes viuæ. & ideo dicit: Si vis ad vi. &c. Aug. de ver. do. Nec etiam dixit, Si vis venire ad vitā æternā: sed, Si vis ingredi ad vitā, eam diffiniēs vitā, quę fuerit æterna vita. Hic ergo cōsiderādū est quēadmodū amāda sit ęterna vita, quādo sic amat misera ista, & quādoque finienda vita. Remi. Demōstratur autē his verbis quia lex suis impletoribus nō solū bona tēporalia dabat, sed & vitā æternā. Et quia hoc audierat, solicitus fact⁹ interrogauit. vnde sequtur: Dicit illi, Quæ? Chry. in ho. Hoc autē non tētans dixit, sed æstimās alia quædam ꝓcepta esse prēter legalia, quæ vitæ causa fierēt ei. Remi. Iesus vero quasi infirmo cōdescēdēs, clemētissimè legis prēcepta exposuit. vnde sequitur: Iesus autem dixit: Non ho. &c. Quorū prēceptorū expositio est sequens sententia, qua dicitur: Et diliges proximū tuum sicut teipsum. Etenim apostol⁹ dicit: Qui diligit proximū, legē impleuit. Quærendū est aūt, quare dñs tantum secūdæ tabulæ præcepta cōmemorauit? Idcirco. s. quia fortè iste studiosus erat in dilectione dei, siue quia dilectio proximi gradus est ascendendi ad dilectionem dei. Orig. Forsitan autem ista prēcepta sufficiunt vt in

Vita quæ sit.

Universidad de [illegible] Biblioteca

principio(vt ita dicã)vitæ ingrediatur quis, non autẽ sufficiunt hęc vel alia similia istis ad interiora vitæ introducere quęquam. Qui aũt pterierit vnũ istorũ mãdatorum,nec in principium vitæ intrauit.Chry.in ho. Quia ergo dñs ea pcepta cõmemorauerat,quæ erãt in lege,ideo seqtur:Dicit illi adolescens:Hæc omnia seruaui à iuuẽtute mea.Et neq; hic stetit,sed rursus interrogat;Quid adhuc mihi deest?Quod & ipsum signum est vehementis desyderii.Remi.Illis autẽ qui in gratia pfecti esse volũt, ostẽdit qualiter ad perfectionẽ venire possunt.vnde sequitur:Ait illi Iesus,Si vis pfectus esse, vade & vẽde omnia quæ ha.&c.Notanda sunt ista verba,non ait:Vade & mãduca omnia quę habes:sed,Vade & vẽde.Et nõ ait Aliqua:sicut Ananias & Sapphira,sed Omnia. Et pulchrè subiungit:Quæ habes. Illa enim habemus,quę iuste possidemus.Illa ergo quæ iuste possidentur,vendenda sunt. Quæ vero iniuste,sunt eroganda illis quibus fuerãt ablata. nec ait: Da proximis aut diuitibus,à quibus accipies similia:sed,da pauperibus.Aug.de operibus monachorũ: Nec attendendum in quibus monasteriis,vel in quo loco indigentibus fratribus hoc quod habebat aliquis impenderit. Notanda sententia. Omniũ Christianorũ vna respublica est. Et ideo quisquis Christianus necessaria vbilibet erogauit, vbicũque etiam ipse, quod necessarium est sibi,accipit:de eo quod est Christi,accipit. Raba.Ecce duas vitas hominibus propositas audimus:actiuã,ad quam ptinet: Nõ occides & cætera legis mãdata: & cõtẽplatiuã, ad quã pertinet: Si vis pfectus esse &c. Actiua ad legẽ ptinet, contẽplatiua ad euangeliũ. quia sicut vetus nouũ præcessit testamentũ, ita bona actio pcedit contẽplationẽ. Aug.cõtra Fau. Nec tamen illi soli qui vt sint perfecti vendunt vel dimittunt omnia sua, pertinent ad regnũ cælorũ:sed huic militiæ Christianæ propter quoddam commercium charitatis subiungitur etiã quædã stipẽdiaria multitudo,cui dicetur in fine: Esuriui, & dedistis mihi mãducare. quos absit vt istos à mãdatis euãgelicis alienos à vita æterna separandos iudicemus. Hie.contra Vigilantium:Quòd autẽ Vigilantius asserit eos melius facere qui vtãtur rebus suis,& paulatim fructus possessionũ pauperibus diuidãt,quàm illos qui possessionibus venũdatis semel omnia largiãtur:non à me ei,sed à deo respondebitur:Si vis esse perfectus,vade & vende. Iste quem tu laudas, secundus aut tertius gradus est:quem & nos recipimus,dummodo sciamus prima secundis & tertiis pferenda.Genadius de eccle. dog.Bonũ est enim facultates cũ dispensatione pauperibus erogare, melius est pro intentione sequẽdi dñm in simul donare, & absolutum solicitudine egere cum Christo.Chry.in ho. Et quia de pecuniis erat sermo,à quibus denudari admonuit:ostẽdit ꝙ ampliora his retribuet,quanto terra maius est cælum.& ideo dicit:Et ha.the.in cę. In thesauro enim copia & permanentia retributionis ostẽdit.Orig. Si autẽ omne mandatũ in hoc verbo impletur:Diliges proxi.tuũ si.teip.Perfectꝰ autẽ est qui impleuerit omne mandatũ, quomodo dñs dicenti adolescẽti:Hæc omnia seruaui à iuuẽtute mea, quasi nondũ perfecto dicit: Si vis pfectus esse?forte aũt quod ait:Dili.proxi.tuũ,non à dño positũ est,sed ab aliquo additũ: quia nec Marcus,nec Lucas hunc locum exponẽtes,hoc addiderunt. Vel aliter: Scriptum est in euangelio secundũ Hebręos,quòd cum dñs dixisset ei: Vade & ven.omnia quę ha.cœpit diues scalpere caput suũ:& nõ placuit ei.Et di.ad eum do.Quomodo dicis, feci legẽ & pphetas? quoniã scriptum est in lege:Dili. proxi. tuũ sicut teipsum. Et ecce multi fratres tui filii Abrahæ amicti sunt stercore, morientes præ fame: & domus tua plena est multis bonis,& nõ egreditur omnino aliquid ex ea ad eos.Volens ergo dñs arguere diuitẽ illũ,dicit: Si vis perfectus esse, vade &c. Sic enim apparebit,si diligis proximũ tuum sicut teipsum.Sed si perfectus est qui habet omnes virtutes, quomodo fit perfectus qui vendit omnia sua & pauperibus dat?Ponamus enim aliquem hoc fecisse, quomodo statim erit sine ira,sine concupiscentia, suscipiẽs omnes virtutes, & deponens malitiam vniuersam?Sapienti ergo videbitur forsan dicere, quoniã q pauperibꝰ tradidit bona sua,ipsorũ orationibꝰ adiuuatur,accipiẽs ad suã spũalẽ inopiã,illorũ spũalẽ abũdantiã:& fit hoc modo pfectꝰ, quãuis aliquas humanas habuerit passiões.Aut ita,iste q mutauit p diuitiis paupertatẽ vt fiat pfectus,credẽs sermonibꝰ Christi,adiuuabit vt sapiẽs fiat in Christo, iustus & castus,& absq; omni passione:non tamẽ sic,vt in ipso tẽpore quo tradiderit bona sua pauperibus, fiat omnino perfectꝰ,sed ex illo die incipiet speculatio dei adducere eũ ad omnes virtutes. Aliter autẽ ad expositionẽ moralẽ transibit,dicens: substantiã esse vniuscuiusque,actus animæ eius. Imperat ergo Christus vendere omnẽ substantiã malã,& quasi tradere eam virtutibus operantibus eam, quæ ab omni bono pauperes sunt. Sicut enim pax apostolorum reuertitur ad ipsos, nisi fuerit filius pacis:sic vniuersa peccata reuertuntur ad actores eorũ, cum non fuerit quis vtens malis eorũ: & sic neq; dubitatio erit quin statim erit perfectus,qui sic vendidit omnes pprias facultates.Manifestũ est aũt ꝙ qui talia agit,habet thesaurum in cęlo,& ipse factus cęlestis.In suo enim cælo habebit thesaurũ gloriæ dei: & diuitias in omni sapientia dei.Talis autẽ poterit sequi Christũ, quia non distrahitur ab aliqua mala possessione,quo minus Christũ sequatur.Hie.Multi etiam diuitias relinquentes dñm non sequuntur, nec hoc ad perfectionẽ sufficit, nisi post contẽptas diuitias saluatorẽ sequãtur.i. relictis malis faciãt bona.Facilꝰ enim sacculus contẽnitur,quàm voluntas. Et ideo sequitur: Et veni,sequere me. Sequit enim dñm, q imitator est eius, & per vestigia illius graditur. Sequitur:Cum audisset aũt adolescẽs verba hæc,abiit tristis.Hæc est tristitia quæ ducit ad mortẽ. Causaque tristitiæ redditur: Erat enim habens multas possessiones.i. spinas & tribulos,quæ sementẽ dominicã suffocauerũt.Chry.Non enim similiter detinẽtur qui pauca habẽt, & qui multis abundant.quoniã abiectio diuitiarũ maiorẽ accendit flãmam,& violentior fit cupido.Aug.in epistola ad Paulũ & Therasiam:Nescio autẽ quomodo cum superflua terrena diliguntur, arctius adepta q̃ concupita cõstringunt.nã vnde iuuenis iste tristis discessit,nisi quia magnas habebat diuitias? Aliud est enim nolle incorporare quę desunt,aliud iam incorporata diuellere.Illa enim velut extranea repudiãtur, ista velut membra pciduntur. Cõditio adolescentis. Secundũ historiã autẽ iste adolescẽs laudabilis quidẽ est,quia nõ occidit,nõ adulteratus est:vituperabilis autẽ,quia cõtristatꝰ est in verbis Christi vocãtibus eum ad perfectionẽ. Adolescẽs quippe erat secundũ animã,& propterea relinquens Christum abiit.

Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico uobis,quia diues difficile intrabit in regnum cælorum. Et iterum dico uobis: Facilius est camelum per foramen acus trãsire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur ualde, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciẽs autem Iesus,dixit illis: Apud homines hoc impossibile est,apud deum autem omnia possibilia sunt.

Glo.Occasione huius auari,de quo prędictũ est,habuit sermonẽ dñs de auaro.vnde dicitur:Iesus autẽ dixit dis.suis:Amen di &c.Chry. Quod quidẽ dixit non

pecuniis quidẽ detrahẽs, sed eis qui detinent ab ipsis. Et discipulos pauperes existẽtes nõ verecũdari ob inopiam. Hila. Habere enim diuitias criminis non est, sed modus in habẽdo retinẽdus est.Nã quomodo communicandũ est necessitatibus sanctorũ, si cõmunicãdi materia non relinquitur? Rabanꝰ. Sed inter pecunias habere & pecunias amare, nõnulla distãtia est: tutius aũt est nec habere nec amare diuitias.Remi. Vnde dominus in Marco exponẽs huius loci sensum,dixit:Difficile est cõfidẽtibus in diuitiis,intrare in regnũ cęlorũ.Illi enim in diuitiis cõfidũt,qui oẽm suã spẽ in diuitiis collocãt.Hiero.Quia vero diuitiæ habitæ,difficile cõtẽnuntur, nõ dixit quòd impossibile est diuitem intrare in regnũ cælorũ, sed difficile: vbi difficile ponitur,nõ impossibilitas prætendit,sed raritas demõstratur.Hila. Periculosa enim cura est velle ditescere, & graue onus innocẽtia subit incrementis opum occupata.Rem enim seculi,famulatus dei non sine seculi vitiis assequetur:hinc difficile est diuitẽ regnũ cælorũ adire.Chry.in ho.Quia vero dixerat difficile diuitem intrare in regnũ,procedit ad ostẽdendũ quòd est impossibile:vnde sequitur: Et iterũ dico vobis: facilius est camelũ &c.Hiero. Secundũ hoc nullus diuitũ saluus erit.Sed si legamus Esaiã, quomodo cameli Madian & Epha veniãt ad Hierusalẽ cũ donis atq; muneribus:& qui quõdã curui erãt, & vitiorũ grauitate distorti, ingrediãtur portas Hierusalẽ: videbimus quomodo & isti cameli,quibus diuites cõparantur,cũ deposuerint grauẽ sarcinã peccatorũ, & totius corporis prauitatẽ,intrare possunt per angustã & arctã vitã, q̃ Allegorica expositio. ducit ad vitã.Chrys.super.Matt.Gẽtiũ etiã animæ assimilatæ sunt tortuosis camelis,in quibus erat gibbus idololatriæ:quoniã cognitio dei,erectio est animarũ: Acus autẽ est filius dei, cuius prima pars subtilis est, secundũ diuinitatẽ:alia vero grossior, secundũ incarnationẽ eius.Tota aatẽ recta est,& nullã habet deflexionẽ:per cuius vulnus passionis,gẽtes ingressæ sunt in vitã æternã,hac acu consuta est immortalitatis tunica:ipsa est acus q̃ spiritui consuit carnẽ:hæc acus Iudaicũ populum iunxit & gentiũ: hæc acus àmicitiam angelorũ & hominũ copulauit.Facilius est ergo gẽtiles transire per foramẽ acus,quàm diuites Iudæos intrare in regnũ cælorũ. Si enim gẽtes cũ tanto labore diuellũtur ab irrationabilibꝰ idolorũ culturis : quãto magis Iudæi diuellunt à rationalibꝰ dei culturis?Glo. Aliter dicitur: Quia Hierosolymis quædã porta erat q̃ foramẽ acus dicebat,per quã camelus, nisi deposito onere,& flexis genibus, trãsire nõ poterat:per qđ significat diuites nõ posse transire viã arctã, q̃ ducit ad vitã:nisi sordibꝰ peccatorũ & diuitiis depositis, saltẽ nõ amãdo.Gre.xxxv.Mora.Vel noĩe diuitis quẽlibet elatũ,cameli appellatione propriã cõdescẽsionẽ signi- Camelũ alii funẽ nauticũ interpretatur. ficat.Camelus aũt per foramẽ acus trãsit, cũ redẽptor noster vsq; ad susceptionẽ mortis per angustias passionis intrauit,quæ passio velut acus extitit,quia dolore corpus pupugit.Facilius autẽ camelus foramen acus, q̃ diues regnũ cælorum,ingreditur:quia nisi ipse prius p passionẽ suã formã nobis humilitatis ostẽderet,nequaq̃ se ad humilitatẽ ipsiꝰ supba nr̃a rigiditas inclinaret.Chry.in ho.Discipuli aũt inopes existẽtes, turbantur, pro salute aliorũ dolentes, & doctorũ iam viscera assumẽtes: vnde sequitur: Audiẽtes aũt discipuli mirabantur,dicẽtes:Quis ergo poterit saluus esse?Aug.de quæst.euan.Cũ aũt pauci sint diuites in cõparatione multitudinis pauperũ: intelligẽdũ est ꝙ oẽs qui diuitias cupiunt,in diuitũ numero haberi, discipuli animaduerterũt.Chrys.ĩ ho.Dei aũt opus hoc esse cõsequenter ostendit:quoniam multa opus est gratia,vt homo in diuitiis dirigatur.vnde sequitur:Aspiciẽs aũt Iesus,dixit eis:Apud homines hoc impossibile est,apud deum autẽ oĩa possibilia sunt . Per hoc qđ dicit:Aspiciẽs,significat euãgelista ꝙ mansueto oculo timidam eorũ mentẽ mitigauit.Remi. Nõ aũt hoc sic intelligendũ est:ꝙ possibile sit apud deũ ꝙ diues cupidus,auarus,& superbus intret in regnũ cælorũ , sed vt conuertatur & sic intret.Chry.in ho.Neq; etiã hoc ideo dicitur vt resupinus iaceas , & sicut ab impossibilibus abstineas,sed magnitudinem iustitiæ considerans insilias deum rogans.

Tunc respondens Petrus,dixit ei: Ecce, nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Iesus autẽ dixit illis: Amẽ dico uobis,quòd uos qui secuti estis me,in regeneratione cũ sederit filius hoĩs in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim,iudicãtes duodecim tribus Israel. Et oĩs qui reliquerit domũ,uel fratres,aut sorores,aut patrẽ,aut matrẽ,aut uxorẽ,aut filios,aut agros,propter nomen meũ:centuplũ accipiet, & uitã æternã poßidebit. Multi autem erunt primi nouißimi, & nouissimi primi.

Orig.Audierat Petrus verbũ domini dicẽtis:Si vis perfectꝰ esse,vade & vẽde oĩa q̃ habes.Deinde cõsiderauit adolescẽtẽ cũ tristitia abeuntẽ,& difficultatem diuitũ ingrediendi in regnũ cælorũ,ideo quasi qui nõ facilẽ rem cõsummauerat fiducialiter q̃siuit.Etsi enim minima cũ fratre reliquit,sed nõ minima ęstimata sũt apud deũ,cõsiderantẽ quoniã ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt,vt etiãsi multas habuissent possessiones, oĩa reliquissent.Et puto ꝙ magis Petrus cõfidens de affectu suo q̃ de ipsa quantitate rerũ relictarũ,fiducialiter ĩterrogauit:vnde dicit, Tũc respõdẽs Petrus dixit ei:Ecce nos reliquimus omnia. Chrys.in ho. Qualia omnia ò beate Petre?arundinẽ, Notãda sententia. rhete nauigiũ.Omnia quidẽ hæc dicit,nõ propter munificentiam,sed vt per interrogationẽ hanc inopẽ inducat plebem. quia enim dñs dixerat:Si vis perfectus esse &c.ne dicat aliquis inopũ:Quid igitur,si non habuero,non possum esse perfectus ? Interrogat Petrus, vt tu inops discas,quoniã in nullo hinc diminutꝰ es. Qui enim claues regni cælorũ acceperat:pro his quæ ibi sunt iam confidit:& pro orbe terrarũ vniuersa interrogat.Intuere aũt & qualiter respõdet diligenter, sicut Christus inquisiuit. etenim Christꝰ duo à diuite expetiit:dare pauperibꝰ q̃ habebat, & sequi se. ppter hoc ipse addit:Et secuti sumus te.Orig.Potest dici secundũ oĩa q̃ pater reuelauit Petro esse filiũ suum,secuti sumus te,iustitiam,sanctificationem & huiusmodi. Propter hoc quasi victor athleta interrogat q̃ sint præmia certaminis.Hiero . Quia ergo non sufficit tantũ relinquere, iungit quod pfectũ est.Et secuti sumus te. fecimus quidẽ quod iussisti:quid ergo erit nobis pręmii?& hoc est ꝙ dicit,Quid ergo erit &c.Sequit:Iesus aũt di.il.Amen dico vo.quòd &c.Hier. Nõ dixit: Qui reliquistis oĩa.Hoc enim & Socrates philosophꝰ fecit:& multi alii diuitias contẽpserunt.Sed qui secuti estis me:qđ proprie apostolorũ est,atq; credẽtium. Hila.Secuti sũt quidẽ discipuli Christum in regeneratione,id est in lauacro baptismi.in fidei sanctificatione:hæc enim illa regeneratio est,quam Apostoli sunt secuti,quam lex indulgere non potuit.Hiero.Vel aliter debet cõstrui:Vos qui secuti estis me, sedebitis in regeneratione,id est quando mortui ex corruptione resurgent incorrupti:sedebitis & vos in soliis iudicantium condemnantes xii.tribus Israel:quia vobis credentibus illi credere noluerunt.Augu.xx. de ciui.dei. Sic enim caro vestra regenerabitur p incorruptionẽ,

quemadmodum anima nostra regenerabitur per fidē. Chry. sup Matth. Futurū enim erat vt in die iudicii re sponderēt Iudæi: Dñe, non te cognouimus filiū dei in corpore cōstitutū: quis hoīm videre poterat thesaurū ī terra absconditū, solē nube celatū? Respondērūt ergo discipuli: Et nos hoīes sumus rustici & obscuri in plebe, vos sacerdotes & scribæ: sed in nobis ꝓbona volūtas facta est, quasi lucerna rusticitatis nostræ: in vobis aūt malitia facta est quasi caligo scientiæ vestrę. Chrys. in ho. Propter aūt hoc non dixit: Et gentes, & orbē terra rū: sed tribus Israel, quia in eisdē erant educati & legi bus & consuetudinib⁹ apostoli & Iudęi. Cū ergo dixe rint Iudæi, qm̄ propter hoc nō potuim⁹ credere Chri sto, quia lex prohibuit: discipuli in mediū inducētur q̄ eandē susceperūt legē. Sed dicet aliquis: Quid magnū promisit eis, si id quod Niniuitæ habēt & regina Au stri, hoc & ipsi habebūt? Maxima quidē alia ꝓmia ante & post eis promittit: sed & hic occulte insinuat aliquid plus illis. De illis enim simpliciter dixit, ꝙ surgent & cōdēnabunt generationē hanc: de his aūt, Cū sederit filius hoīs, sedebitis & vos. Manifestū est ergo ꝙ cōregnabunt & cōmunicabunt in gloria illa: honorē enim & gloriā ineffabilē significauit per thronos.

Iudas excluditur

Qualiter aūt hęc promissio cōpleta est? nunquid enim & Iudas sedebit? nequaquā. Lex enim à dño posita est per Hieremiā prophetā, loquar sup gentē & regnū vt ædificē, & plantē illud. sed si fecerit malū in conspectu meo, pœnitebo & ego de bonis quę locutus sum vt facerē eis. quasi dicat, Si indignos seipsos promissiōe faciant, non adhuc faciā quod promisi. Indignū autē seipsum principatu Iudas ostendit: & propter hoc tunc loquens discipulis, nō simpliciter eis promisit: neque enim dixit, Vos sedebitis: sed adiūxit, Qui secuti estis me. vt & hinc Iudam excludat, & eos qui postea futuri erant, attraheret. non enim ad illos solos dictū est: neque ad Iudā iā ꝺignū effectū. Hila. Sequela ergo Christi Apostolos sup duodecim thronos iudicādis duodecim tribubus Israel, id est duodecim patriarcharū gloriā copulauit. Aug. xx. de ciui. dei. Ex hoc enim loco discimus cū suis discipulis iudicaturū Iesum: vnde & alibi Iudæis dicit: Ideo iudices vestri erūt: nec qm̄ super duodecim sedes sessuros esse ait, duodecim solos hoīes cū ipso iudicaturos putare debem⁹. Duodenario quippe numero vniuersa quędā significata est iudicantium multitudo, ꝓpter duas partes numeri septenarii, quo significatur plerunque vniuersitas, q̄ duę partes id est tres & quatuor, altera ꝑ alterā multiplicatę, duodecim faciūt. alioquin qm̄ in locū Iudæ traditoris, apostolū Matthiā legimus ordinatū, Apostolus Paulus, qui plus illis oībus laborauit, vbi ad iudicandū sedeat nō habebit: q̄ profecto cū aliis sanctis ad numerū iudicū se ꝓtinere demonstrat, cū dicit: Nescitis quia angelos iudicabimus? Aug. in lib. de pœnitentia. In hoc ergo numero iudicantiū omnes intelliguntur, qui propter euangelium sua omnia dimiserunt, & secuti sunt dñm. Grego. x. Mor. Quisquis enim stimulo diuini amoris excitatus, hic possessa reliquerit, illic proculdubio culmē iudiciarię potestatis obtinebit: vt simul tunc iudex cū iudice veniat: qui nunc consideratione iudicii sese spō tanea paupertate castigat. Aug. xx. de ciui. dei. De ipsis quoque iudicandis in hoc numero duodenario similis causa est: non enim quia dictū est, Iudicātes duodecim tribus Israel, tribus Leui quæ xiii. est, ab eis iudicanda non erit: aut solum illum populum, non etiam gentes cęteras iudicabunt. Chry. super Matth. Vel per hoc ꝙ dicit, In regeneratione, præmittit Christus tēpus christianitatis futurum post ascensionem suam: quia scilicet homines regenerantur per baptismum: & illud est tēpus quando Christus sedet in sede maiestatis suę. Et vide quia non de tēpore futuri iudicii dicit, sed de vocatione gentium vniuersarum: non enim dixit, Cū venerit filius hominis sedens super sedē maiestatis suæ: sed in regeneratione, cū sederit in sede maiestatis suæ. Quod extunc fuit, ex quo gentes credere cœperunt in Christū, secundū illud psalmi. Regnabit dñs super gentes: deus sedet super sedē sanctam suam. Et extūc apostoli sederunt super duodecim thronos, id est in omni b⁹ christianis: omnis enim christian⁹ qui suscipit verbum Petri, thronus fit Petri, & sic de aliis apostolis: sedent ergo apostoli in his thronis. i. in duodecim partes distinctis secundū differentias animarū, & diuersitates cordium: quas solus deus cognoscit. Sicut enim Iudęorum populus in duodecim tribus fuit diuisus, sic & vniuersus populus christianus diuiditur in duodecim tribus, vt quędam animę sint de tribu Ruben, & sic de aliis propter diuersas virtutes. Non enim oēs gratiæ ī omnibus æqualiter sunt, sed vnus ꝑcedit in ista, alius ī illa. Et sic apostoli iudicabunt duodecim tribus Israel, i. oēs Iudæos, per hoc ꝙ verbū Apostolorū est à gentibus receptū. Omnes aūt christiani, sunt quidē duodecim sedes Apostolorum: sed vna sedes Christi. Christi enim oēs virtutes sunt, quasi vna sedes: quia in omni virtute æqualiter ipse solus pfectus est: vnusquisq; etiā apostolorū in aliquo bono speciali fit pfectior, vt Petrus in fide: & ideo Petrus requieſcit in fide, Ioānes in innocentia, & sic de aliis. & quòd de retributione apostolis in hoc mundo danda Christus loquatur, demonstrat qđ sequitur: Et oēs qui reliquerit do. &c. Si enim in hoc seculo cētuplū recipiunt: sine dubio & apostolorū etiā in hoc seculo merces futura ꝓmittebat. Chry. in ho. Vel discipulis promittit futura, quia excelsiores erant iā & nihil ꝑsentiū q̄rebant, aliis aūt q̄ sunt hic repromittit. Orig. Vel aliter: Si quis reliquerit omnia & secutus fuerit Christū, quæ promissa sunt Petro, & ipse recipiet. Si aūt non oīa reliquit, sed quædā, q̄ specialiter referuntur: hic multiplicia recipiet, & vitā possidebit æternā. Hiero. Ex occasione aūt huius sententiæ quidā introducunt mille annos post resurrectionē, dicentes: Tunc nobis centuplū omniū rerū quas dimisimus, & vitā æternā esse reddendam. quòd si in cæteris digna sit promissio, in vxorib⁹ appareat turpitudo, vt qui vnā pro domino dimiserit, centū recipiat in futuro. Sensus igitur iste est: Qui carnalia pro saluatore dimiserit, spiritualia recipiet: quæ comparatiōe & merito sui, quasi paruo numero centenarius numerus cōparetur. Orig. Sed in hoc seculo quia pro fratribus carnalibus multos inueniet fratres secūdū fidem: sic & parentes oēs episcopos & presbyteros & filios oēs ætatē filiorū habentes. Sunt aūt & angeli fratres & sorores omnes, quæ exhibuerunt se Christo virgines castas, tā istæ quæ nunc habentur in terris, quàm illę quę iā viuunt in cælis. Agros autē & domos multiplices, intellige in requie paradisi & ciuitate dei: super hæc autem omnia possidebunt vitam æternam. Aug. xx. de ciui. dei, hoc etiam quod hic dicitur: Cētuplum accipiet, exponens quodammodo Apostolus, ait: quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Centum enim pro ipsa vniuersitate ponuntur aliquando. Hier. Quod aūt dicit: Et oīs qui reli. congruit illi sententię qua dixerat: Veni separare hoīem à pre suo. Qui enim propter fidē Christi ad ꝓdicationē euāgelii oēs affectus cōtēpserit atq; diuitias, & secli voluptates: isti cētuplū accipiēt, & vitā ęternā possidebūt. Chrys. ī ho. Cū aūt di. Qui reuxo. nō hoc ait vt simp'r nuptię diuellātur, sed vt omnibus præferamus fidei pietatem. Videtur autem mihi & pſecutionis tēpus occulte insinuare: quia enim multi futuri erant, filios ad impietatē trahentes, cū hoc audierit, neq; pro patribus, neq; ꝓ viris habeant. Rab. Verū quia multi virtutū studia nō eadē, qua incipiūt, intentione pietatis cōsummant: sed vel tepescunt, vel accelerate labūtur, sequit: Multi aūt erūt pri. &c. Orige. Per hoc exhortat eos qui nuper accedunt ad verbū diuinū: vt festinent ad pfectū ascendere præ multis, q̄ vident senuisse in fide. Potest etiā hic sensus destruere eos qui gloriantur eo quòd christianis parētibus sunt enutriti in ipsa christianitate, neq; pusillanimes fiant, ꝙ christianitatis dogmata nouissime receperunt. Habet etiā alīū intellectū, vt sint primi Israelitæ, qui facti sunt nouissimi, propter infidelitatē: gentes aūt nouissimæ, primi. Caute aūt dicit, Multi: non enim omnes primi, erunt nouissimi: nec oēs nouissimi, primi. Adhuc aūt multi hominū qui natura nouissimi sunt, efficiuntur per vitā angelicā quibusdā angelis superiores: & quidā angeli qui fuerunt primi, sunt nouissimi propter culpam. Remi. Potest etiā specialiter referri ad tristitiā diuitis, qui primus videbat legis præcepta implē do: sed quia terrenā substantiā ptulit deo, nouissimus factus est. Sancti vero apli nouissimi videbant, sed relinquendo oīa ꝓ humilitatis gratiā, facti sunt primi. Sunt etiā plurimi q̄ post studia bonorū operū à bonis operibus deficiunt, & cū fuerint primi, fiūt nouissimi.

Error retunditur

CAPVT XX.

Simile est regnum cælorum homini patrifamiliās, qui exiit primo mane conducere operarios in uineam suā. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in uineam suam. Et egressus circa horam tertiam uidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & uos in uineā meā, & quod iustū fuerit, dabo uobis. Illi autē abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam, & fecit similiter. Circa undecimam uero exiit, & inuenit alios stantes, & dixit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei, quia nemo nos conduxit. Dixit illis: Ite & uos in uineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dominus uineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem suam, incipiens à nouissimis usque ad primos. Cum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant, acceperunt singulos denarios. Venientes aūt & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi. Acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrem familiās, dicentes: Hi nouissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus? At ille respondens uni eorum dixit: Amice, non facio tibi iniuriā. Nónne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & uade. Volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod uolo facere? An oculus tuus nequā est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi.*

*Aut.

Remi. Quia dixerat dñs: Multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi: vt hanc sententiā cōfirmaret, subiunxit similitudinem, dicens: Simile est reg. cælo. &c. Chry. sup Mat. Hō paterfamiliās Christ⁹ est, cui cę li & terra, quasi vna est domus: familia autē, cęlestiū & terrestriū & inferiorū creaturarū: vinea aūt ei⁹ iustitia est, in qua diuersæ species iustitiarū positæ sunt, quasi vites: puta mansuetudo, castitas, patientia, cæteræque virtutes, quæ omnes generaliter iustitia appellantur: homines autem, vineæ cultores ponuntur. vnde dicit: Qui exiit pri. &c. Deus enim iustitiam suam dedit in sensibus nostris, non propter suam vtilitatem, sed propter nostram. Scitote ergo quia mercennarii sumus cō ducti. Sicut ergo nemo ideo conducit mercennarium, vt hoc solum faciat quod manducat, sic & nos nō ideo vocati sumus à Christo, vt hæc solum operemur, quæ ad nostrum pertinent vsum, sed ad gloriam dei. Et sicut mercēnarius prius aspicit opus suum, deinde quotidianum cibum: sic & nos primum debemus aspicere, quæ ad gloriam dei pertinent, deinde quę ad nostrā vtilitatem. Et sicut mercennarius totā diem circa dñi opus impendit: vnam autē horam circa suum cibū: sic & nos omne tēpus vitæ nostræ debemus impēdere circa gloriam dei, modicā autē partem circa vsus nostros terrenos. Et sicut mercennarius ea die qua opus nō fecerit, erubescit intrare in domū, & petere panē: quomodo tu non confunderis intrare in ecclesiam, & stare ante conspectum dei, quando nihil boni in conspectu dei gessisti? Greg. ī ho. Vel paterfamiliās. i. cōditor noster habet vineā, vniuersam. s. ecclesiam, quæ ab Abel iusto, vsq; ad vltimum electum qui in fine mūdi nasciturus est quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Ad etudiendam aūt dominus plebē suā, quasi ad excolendā vineā suā nullo tēpore destitit operarios mittere: quia & prius per patres, & postmodū per legisdoctores, deinde p ꝓphetas, ad extremū vero per apostolos quasi p operarios in vineę cultum laborauit: quanuis in quolibet modulo vel mēsura quisquis cū fide recta bonę actionis extitit, huius vineę operarius fuit.

Vineæ tropologica expositio.

Orig. Totū aūt hoc seculū prēsens, vnū diē dicere possumus: magnum quidē quantū ad nos, modicū aūt quā tum ad dei vitā. Greg. in ho. Mane aūt mundi fuit ętas ab Adam vsq; ad Noe. Et ideo dicitur: Qui exiit primo mane conducere operarios in vineā suam, & modum cōductionis subiungit, dicens: Conuen. aūt facta &c. Orig. Salutis autē arbitror nomen esse denarium. Remi. Denarius enim dicitur qui antiquitus pro x. nūmis imputabat, & figurā regis habet. Recte ergo per denarium designatur obseruati decalogi prēmiū. pulchre ergo dicit: Cōuentiōe facta &c. Quia vnusquisq; in agro sanctę ecclesiæ pro spe futurę remunerationis laborat. Greg. Tertia vero hora à Noe fuit vsq; ad Abraham, de qua dicitur: Et egressus circa horā. tertiā, vidit alios in foro stantes otiosos. Orig. Forū autē est, quicquid est extra vineā. i. extra ecclesiā Christi. Chry. sup Mat. In hoc enim mūdo vēdēdo & emēdo viuūt homines: & inuicem sibi fraudem facientes, vitam suam sustentant. Greg. Qui autē sibi viuit, qui carnis suę voluptatibus pascitur, recte otiosus arguitur: quia fructū diuini operis non sectatur. Chry. super Mat. Vel otiosi sunt peccatores, illi enim mortui dicuntur. otiosus autem est, qui opus dei non operatur. Vis ergo non esse otiosus? non aliena tollas, & de tuis des: & operatus es in vinea dñi, misericordię vitē colens. Sequitur: Et dixit illis: Ite & vos in vineam meā. Nota ꝙ solis primis conuenit specialiter dare denariū, alios autē sub incerto pacto cōduxit, dicēs: Quod iu. fue. da vo. Sciēs enim dominus quia prēuaricaturus fuerat Adā, & oēs postmodū in diluuio erant perituri, certum fecit pactum ad eum: nequando dicat ideo se neglexisse iustitiam, quia nesciebat quę prēmia fuerat recepturus. Istis aūt non fecit pactum: quia tantum paratus est retribuere, quantum mercennarii recipere non sperabant. Orige. Vel quia operarios tertiæ horæ non inuitauit ad totum opus: quicquid autē poterūt operari, suo arbitrio reseruauit. Poterant enim ęquale opus facere in vinea eis qui ex mane sunt operati, quicunque in tempore breui volebant operantem virtutem ad opus extendere, quę ante non fuerat operata. Greg. Sexta quoq; hora est ab Abraham vsque ad Moysen. Nona est à Moy

Aetates mundi.

se vsque ad aduentum domini. vnde sequitur: Iterum autem exiit.&c.Chry.super Mat.Ideo autē coniunxit sextam & nonam,quia in sexta & nona generationem vocauit Iudæorum,& frequētauit cum hominibus di sponere testamenta quasi diffinito salutis omni tēpore iam appropinquāte. Greg. Vndecima vero hora est ab aduentu domini vsque ad finē mundi. Operator er go mane,hora tertia,sexta,& nona antiqꝰ ille & Hebraicus populus designatur, qūi in electis suis ab ipso mundi exordio dum recta fide deū studuit colere,quasi non destitit ī vineæ cultura laborare:ad vndecimam vero gentiles vocantur.vnde sequitur: Circa vndecimam vero exiit &c.Qui enim transacto tam lōgo mū di tempore pro vita sua laborare neglexerant,quasi to ta die otiosi stabant.sed animaduerte quid inquisiti re spondeant.Sequitur enim:Dicunt ei, quia nemo nos cōduxit.Nullus quippe ad eos patriarcha,nullus propheta ad eos venerat.& quid est dicere, Nemo nos cō duxit:nisi vitæ nobis nemo viam prædicauit?Chryso. super Mat. Quæ est enim conductio nostra & conductionis merces?promissio vitę æternæ: gentes enim so læ neque deum sciebant neque dei promissa.Hila. Hi igitur mittuntur ad vineam.vnde sequitur:Dixit eis, Ite & vos &c:Raba.Postquam autē operis diurni ratio reddita est ad remunerationis tempus opportunū, dicit:Cum autem sero factū esset,hoc est cum dies totius mundi ad vesperam consummationis inclinata es set.Chry.super Mat.Considera quia sero,non alio mane mercedem reddit:ergo adhuc stante seculo isto iudicium est futurum, & vnicuique merces sua reddenda:& hoc propter duas rationes. Prima est, quia ipsa beatitudo futura est merces iustitiæ, ideo non in illo seculo fit iudicium,sed ante illud. Deinde,ante aduen tum diei illius remittitur iudicium, ne videāt peccato res diei illius beatitudinem. Sequitur: Dicit domin⁹ procu.suo.i.filius spiritui sancto:Glos.Vel si volueritis dici pater filio,qui scilicet pater operatur per filiū, & filius per spiritum sanctum,non propter aliquam differentiam substantiæ aut dignitatis.Origenes.Vel di cit dñs procuratori suo.i. alicui angelorum,qui super mercedes retribuendas est positus:siue alicui ex multis procuratoribus,secundum q̄ scriptum est: Sub curatoribus & tutoribus esse hæredē in tempore quo paruulus est.Remi.Vel dñs Iesus Christus ipse est paterfa miliās,& vineæ procurator:sicut & ipse est & ostium & ostiarius.ipse enim est venturus ad iudicium,vt vni cuique reddatur secundum q̄ gessit . Vocat ergo operarios, & reddit illis mercedem, quando omnes congregabuntur in iudicio,vt vnusquisque accipiat secun dum opera sua.Origenes.Primi autem operarii testimonium habentes,per fidem non acceperunt dei promissionem,pro nobis aliquid melius prospiciente patrefamiliās,vt non sine nobis perficiantur. Et quia mi sericordiam consecuti sumus, primi mercedem speramus accipere,q̄ sumus Christi:post nos aūt q̄ ante nos opati sunt. & ideo dicit:Voca operarios,& redde illis mercedem &c.Chry.super Matth.Semper enim liben tius aliquid damus illis quibus gratis donamus,quia pro solo nostro honore donamꝰ.Ergo oībus sanctis deꝰ reddens mercedem , iustus ostendit: gentibus autē dans,misericors:dicente apostolo , Gentes autem super misericordiam honorare deū & ideo dicitur:Inci piēs à nouissimis vsque ad primos. Aut certe vt ostendat deus inæstimabilem misericordiam suam,primum nouissimis & indigniorib⁹ reddit mercedē,postea pri mis: nimia enim misericordia ordinem non aspexit. Aug.de spiritu&litera.Vel ideo velut priores reperiūt minores, quia minus dilati sūt.Sequitur:Cū venissent autem &c.Grego.Eundem denariū accipiunt qui labo rauerunt ad vndecimam(quem expectauerunt toto de siderio)& qui laborauerunt ad primam:quia æqualem vitæ æternæ retributionē sortiti sunt cum his qui ab initio mundi vocati fuerant , hi qui in fine mundi ad deū venerunt.Chry.super Mat. Non autem iniuste:nā & qui in prima parte seculi natus est , & non amplius vixit q̄ statutum tempus vitæsuæ,& quid illi nocuit si post illius exitum mundus stetit?& qui circa finem na scūt nō minus viuent q̄ dies qui numerati sunt eis : & quid illis prodest ad compendium laboris,si cito mun dus finitur cum pēsum vitę suæ compleant ante mūdum?Deinde non est in homine quādo nascatur prius aut postea,sed potestatis diuinæ. Nec ille quidem sibi priorem debet locum defendere , qui prius natus est: nec ille cōtēptibilior debet esse, qui postea.Sequitur: Et acci.mur.aduer.pa.fa.Si autem verum est quod dixi mus,quia primi & posteriores tempus suū vixerunt, & non amplius neque minus , & vnicuique mors sua est consummatio ipsius,quid est quod dicunt,Portaui mus pondus diei & æstus?quia. ſ.magna est nobis virtus ad faciendam iustitiam,cognoscere propè esse finē mundi.Vnde & Christus nos armans dicebat: Appro pinquauit regnum cælorum.Illis autē infirmatio erat, scire mundi spacia esse longinqua'. quanuis ergo non per omne seculum vixerint,tamen totius seculi graua mina pertulisse videntur.aut pondus totius diei, dicit onerosa legis mandata:æstum autem, vrentem erroris tentationem:quam cōflabant spiritus maligni in eos, ad æmulationem gentium eos irritantes:à quibus om nibus gentiles liberi extiterunt Christo credentes,& per compendium gratiæ ad plenum saluati.Greg.Vel pondus diei & æstus ferre,est per longioris vitę tēpora carnis suæ calore fatigari.Sed potest quæri quomodo murmurare dicti sunt,qui ad regnum vocantur cę lorum?etenim regnū nullus q̄ murmurat accipit,nullus qui accipit murmurare potest.Chrysost.in ho.Nō autem oportet ea quæ in parabolis sunt secundum totum quod dicitur inuestigare,sed intentionem propter quā composita est intelligere,& nihil vltra scrutari.Non ergo inducit hoc, vt ostendat aliquos esse in uidia morsos:sed vt ostendat hos tanto potitos esse ho nore,quōd & inuidiā aliis poterant generare. Grego. Vel quia antiqui patres vsque ad aduentum dñi, quātumlibet iuste vixerant,ducti ad regnum non sunt:eo rum hoc ipsum murmurasse est.Nos autem qui ad vn decimā venimus,post laborē non murmuramus . quia post mediatoris aduentum in hoc mundo veniētes,ad regnū ducimur mox vt de corpore eximus.Hiero.Vel omnis retro vocatio gentilibus inuidet,& in euāgeliis torquetur gratia.Hila.Et secundum insolentiā po puli iam sub Moyse contumacis hoc murmur operantium est.Sequitur: At ille respōdens vni eorum dixit: Amice,non facio tibi iniuriam.Remi.Per hunc vnum possūt intelligi omnes qui ex Iudæis crediderūt,quos amicos propter fidem nominat.Chry.super Matt.Nō autem dolebant quasi defraudati de mercede sua,sed quia illi amplius q̄ merebantur,acceperant . Sic enim dolent inuidi,quando alteri aliquid additur, quasi eis subtrahatur:ex quo patet quōd ex vana gloria nascitur inuidia.Ideo enim dolet esse secundus , quia desiderat esse prior: & ideo inuidiæ motū remouet,dicēs: Nónne ex denario conueniſti mecum? Hiero.Denarius figurā regis habet : recepisti ergo mercedē,quam tibi promiseram:hoc est imaginem & similitudinem meam: quid quæris amplius?& non tam ipse plus ac-

Allegorica expositio.

Denarius beatitudinis.

cipere, quàm aliū nihil accipere desideras. Tollequod tuū est,& vade.Remi.Id est,recipe mercedē tuā,& vade in gloriā.Volo autē & huic nouissimo.i.gētili popu lo dare secundū meritū,sicut & tibi.Orig.Forsitan aūt Adæ dicit:Amice,non facio tibi iniuriā: nónne ex de nario conueniſti mecū?tolle quod tuū est,& vade.Tuū est salus,quod est denarius:volo autē & huic nouissimo dare sicut & tibi.nō incredibiliter potest quis arbitrari hūc nouissimū esse apostolū Paulū,qui vna hora operatus est:& similiter omnes qui ante eum fuerūt. Aug. de san.virg.Quia vero ipsa vita æterna pariter erit om nibus sanctis equalis,denarius omnibus est attributus qui est omniū merces. quia vero in ipsa vita æterna di stinctę fulgebūt lumina meritorū,multę māsiones sunt apud patrē: ac in denario quidē impari non viuet alius alio prolixius,in multis autē māsionibus honoratur a lius alio clarius.Greg. Et quia ipsa regni pceptio eius est bonitas voluntatis,recte subiungitur:Aut non licet mihi quod volo facere?Soluta enim est quæstio homi nis,cōtra bonitatē dei murmurare.Conquerēdū quippe esset, nō si dat quod nō debet, sed si non daret quod deberet: vnde aperte subditur, An oculus tuus nequā est:quia ego bonus sum?Remi.Per oculū enim vult in tentionē intelligi. Iudæi nāq; nequā habuerūt oculū.i. intentionē malā,quia de salute gentiū dolebāt:ad quid autē sensus huius parabolæ tēdat,manifestat cū subdi tur:Sic erūt primi nouissimi,& nouissimi primi:eo.ſ.q̄ Iudęi de capite vertātur in caudā,& nos de cauda mu tamur in caput.Chry.super Mat. Aut ideo primos di cit nouissimos, & nouissimos primos: nō vt nouissimi digniores sint quàm primi,sed vt coęquentur,& nulla sit inter eos differētia,tēporis causa. Quōd autē dicit: Multi sunt voca.pau.vero electi:Nō ad superiores san ctos pertinet,sed ad gētes. quoniā ex ipsis gētibus qui multi vocati sunt,pauci sunt eligendi.Greg. Ad fidem enim plures veniūt,&ad cæleste regnū pauci perducū tur.Plęriq; enim deū vocibꝰ sequūtur,moribus fugiūt. Ex hoc ergo duo pēsare debemus. Primum est,vt de se quisq; minime præsumat: quia etsi iam ad fidē vocatus est,vtrū ad regnū eligēdus sit,nescit. Secundū vero est, vt vnusquisq; proximū suū quem iacere in vitiis cōspi cit,desperare nō audeat,quia diuinę misericordię diui tias ignorat.vel aliter: Mane nostrū,pueritia est: hora tertia,adolescētia intelligi potest.quia quasi iam sol in altū proficit,dum calor ætatis crescit.Sexta autem,iu uētus est:quia velut in centro sol figitur, dum in ea ple nitudo roboris solidatur. Nona aūt,senectus intelligi tur,in qua velut sol ab alto axe descēdit:quia ętas à ca lore iuuentutis deficit.Vndecima vero est ea ætas,quæ decrepita vel veterana vocatur.Chry.in ho.Quōd aūt nō omnes simul cōduxit,sed alios mane, alios hora ter tia,&sic de aliis,ex differētia mētis eorū processit.Tūc enim eos vocauit,quando erāt obedituri:nā & latronē vocauit,quādo obediturus erat. Si autē dicāt,quia ne mo nos cōduxit,sicut dictū est: Nō oportet omnia scru tari quæ in parabolis sunt.Itē hoc nō dicit dñs,sed ope rarii:q̄ ipse enim omnes quantū ad se pertinet à prima ætate vocet,significatur,cū dicitur:Exiit primo mane operarios conducere.Greg.Qui ergo vsq; ad vltimam ætatē deo viuere neglexerūt, vsq; ad horā vndecimam ociosi steterūt:&tamē tales paterfamiliās vocat.&plęrūque ante remunerātur,quia priꝰ ad regnū de corpore exeūt, quàm hi qui modo in pueritia vocati esse videbātur.Orig.Non autē dicetur:Quid hic statis tota die ociosi,his qui spiritu incipiētes carne cōsumūtur,si po stea regredi volūt,vt iterū spiritu viuāt. quod nō dici mus dissuadētes ne ad domū paternā reuertātur lasciui filii,qui viuēdo luxuriosę euāgelicæ doctrinæ substātiā cōsumpserunt. Sed quoniā non similes sunt eis qui pec cauerunt in iuuentute sua, dum non adhuc didicissent quæ fidei erant.Chry.in ho.Quōd autem dicit: Erunt primi no.& nouiſ.primi:eos occulte insinuat q̄ à prin cipio claruerunt,& postea virtutem contempserunt:& rursus eos qui à malitia reducti sunt, & multos super excesserunt. Composita est ergo hæc parabola, vt eos auidiores faceret, qui in vltima senectute conuertun tur:ne existimarent se minus aliquid habituros.

Anagogica expositio.

Et ascēdens Iesus Hierosolymā assumpsit duodecim discipulos secretò,& ait illis:Ecce ascēdimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotū & scribis, & condēnabunt eū morte,& tradēt eum gētibus ad illudēdum, & flagellandum,& crucifigendum, & tertia die resurget.

Chry.in ho.Dominus à Galilæa veniens nō repēte Hierosolymam ascēdit: sed prius miracula fecit,phari sæos cōfutauit,& discipulos de vitæ pfectione & remu neratione instruxit: nunc iā ascēsurus Hierusalē rursus eis de passione loquitur.vnde dicitur:Et ascē.Iesus&c. Orige.In xii.adhuc erat & Iudas,adhuc enim forsitan dignus erat cum aliis seorsum audire quæ passurus erat magister.Chry.super Matt. Omnis autē salus hominū in Christi morte posita est:nec est aliquid ꝓpter quod magis deo gratias agere debeamus,quàm ꝓpter mortē ipsius. Ideo duodecim Apostolis in secreto mortis suæ annūtiauit mysteriū, quia semper preciosior thesaurus in meliorib⁹ vasis includitur.Si autē alii audissent passionē Christi futurā,viri forsitā turbarētur ꝓpter infir mitatē fidei:& mulieres ꝓpter mollitiā suæ naturæ,ex qua in tali negocio ad lachrymas excitantur. Chrys.in ho.Dictū est quidē&ad multos,tamē occultē,sicut ibi: Soluite tēplū hoc:&signū nō dabitur ei,nisi signū Ionę ꝓphetę.Discipulis autē manifeste exposuit,dicēs:Ecce ascēdimus Hierosolymā.Chry.superMat.Quōd dicit, Ecce: cōstātiæ sermo est,vt memoriā præsentiæ huiusmodi in cordibus recondant.Dicit autē:Ascēdimus:ac si d.Videte quia volūtarie vado ad mortem. Cum ergo videritis me in cruce pēdentem,ne æstimetis me homi nem esse tantum.nam etsi posse mori hominis est,velle tamen mori hominis non est.Orig. Hoc igitur cōsideratēs scire debemus, quoniam frequēter etiam cognoscentes,quoniā & tentationes aliquas subituri sumus, nosipsos offerre debemus. sed supra dictum est: Si quis vos persecutus fuerit in vna ciuitate,fugite in aliā: sapiētis in Christo est,vt cognoscat quale tempus exigit declinationē,quale autem obuiationem periculorum. Hiero. Crebro autē de passione sua discipulis dixerat, sed quia multis in medio disputās poterat labi de memoria quod audierāt: iturus Hierosolymā, & secū ducturus apostolos,ad tentationem eos parat:ne cum venerit persecutio, & crucis ignominia, scandalizentur. Chry.super Matt. Tribulatio enim cum superuenerit expectātibus nobis, leuior inuenitur quàm esset futura,si repentina venisset.Chry.in ho.Prędicit etiam eis vt discant,quoniā præscius ad passionē venit &volēs. sed à principio quidē mortē prædixit eis solam, quādo autem exercitati sunt, adducit alia,scilicet quoniā tradent eum gentibus.Rab.Tradidit enim Iudas dominū Iudæis,& ipsi tradiderūt eum gētibus.i. Pilato,& potestati Romanorū. Ideo autē dominus in mūdo noluit prosperari,sed grauia pati: vt ostenderet nobis qui per delectationem cecidimus,cum qua amaritudine redire debeamus.vnde sequitur:Ad illu. & fla.& crucifigēdū. Aug.xviii.de ciuita dei:Passione ostēdit quid sustinere pro veritate,resurrectione quid sperare in trinitate debeamus.vnde dicit:Et tertia di.re.Chryso.in ho.Quæ

Aetates hominis.

Mors Christi sanctissima.

quidē huius gratia dixit,vt cum tristia viderint,resurrectionē expectarēt.vnde subdit:Et tertia die resurget.
Tropologica expositio. Aug.4.de ciui dei. Vna enim mors.s.saluatoris,secundum corpus,duabus mortibus nostris saluti fuit.s.animæ & corporis: & vna eius resurrectio,duas nobis resurrectiones prestitit.Hęc autē ratio simplici ad duplū: oritur quidē à ternario numero:vnū quippe & duo,tria sunt:Orig.Hic autē non referūtur discipuli dixisse aut fecisse aliquid,cum audissent tristia hęc Christo futura,recordātes quæ dominus dixit ad Petrū:ne audiant talia,vel peiora.& nunc quidē qui diuinas literas scire se arbitrantur scribæ,condemnant Iesum morte, & in linguis suis flagellāt:& crucifigūt eū per hoc ꝙ tollere volunt doctrinā ipsius. Ille autem paululum deficiens, surgit apparens his qui acceperunt posse videre.

Tunc accessit ad eū mater filiorū Zebedæi cum filiis suis, adorās & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid uis? Ait illi:Dic ut sedeant hi duo filij mei,unus ad dexteram tuā,& unus ad sinistram in regno tuo. Respōdens autē Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum? Dicūt ei:possumus. Ait illis:Calicē quidē meū bibetis,sedere autem ad dexteram meam uel ad sinistram,nō est meum dare uobis,sed quibus paratum est à patre meo.*

*& sinistrā.

Hiero.Quia post omnia dixerat dominus.Et tertia die resurget,putauit mulier post resurrectionē eum regnaturū,& auiditate fœminea præsentia cupit:immemor futurorum.vnde dicitur:Tūc accessit ad eum &c.
Maria Salome. Chry.super Mat.Hæc mater filiorū Zebedęi,est Salome,cuius apud alterū euangelistā ponitur nomen,vere pacifica:quæ vere filios genuit pacis. Magna laus mulieris ex hoc loco colligitur, quia nō solū filii reliquerunt patrē:sed ipsa reliquerat virū suū, & secuta fuerat Christū.quia ille,sine ista viuere poterat, ista autē sine Christo salua esse nō poterat.nisi forte quis dicat:quia infra tēpus vocationis Apostolorū & passionis Christi mortuus est Zebedę⁹, & sic illa sexu fragilis, ætate defecta,Christi vestigia sequebatur. quia fides nunquam senescit,& religio fatigationē non sentit.Audacē autē fecerat eam ad petendū naturæ affectus. vnde dicitur: Adorans & pe.ali.ab eo.i.reuerentia exhibita petit,vt quod petierit sibi detur. Sequitur: Qui dixit ei, quid vis?Non interrogat quasi nescięs,sed vt illa exponēte manifestū faceret irrationabilē esse petitionem. vnde subditur, Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filii. Aug. de con.euang.Quod autē hic per matrem dictū esse Matthæus expressit, Marcus ipsos filios Zebedęi perhibet dixisse, cum illa eorū voluntatē attulisset ad dominū: vnde magis ipsos q̄ illā dixisse quod dictū est, Marcus breuiter intimauit.Chry.in ho. Videbāt enim seipsos honoratos præ aliis,& audierāt,quōd super duodecim thronos sedebitis,vnde primatū ipsius cathedræ petebāt accipere.& ꝙ quidē plus aliis honoris apud Christum habebāt,nouerāt: timebant vero Petrū sibi præferri.vnde & alius euāgelista dicit,ꝙ quia prope erant Hierusalem, putabāt quōd regnū dei esset in ianuis.i. aliquid sensibile. Vnde manifestū est quōd nihil spirituale petebāt,nec intelligentiā superioris regni habebāt.Orig. Sicut enim in regno mūdiali in honore esse vidētur qui sedēt cum rege,non fuit mirū si mulier mu liebri simplicitate vel imperitia,talia se debere petere æstimauit:& ipsi fratres adhuc imperfecti, & nihil altius cogitātes de regno Christi, talia arbitrati sunt de
Doctria salubris. his qui sedebant cum Iesu.Chry.super Mat. vel aliter: Non dicimus ꝙ recte peteret hæc mulier,sed hoc dicimus, quia non terrena sed cælestia filiis suis optabat. non enim sentit sicut cæteræ matres quæ corpora natorum suorū amant,animas autē cōtemnunt:desiderāt illos valere in seculo isto: & nō curāt,quid sint passuri in illo:vt ostēdant quia corporū sunt parētes,non animarū. Aestimo autē quōd hi fratres cum audissent dominum de passione ac resurrectione sua prophetātem, cœperunt dicere intra se, cum essent fideles: Ecce rex cælestis descendet ad regna Tartarea,vt regem mortis destruat. Cum autem victoria fuerit cōsummata,quid aliud restat,nisi vt regni gloria subsequatur? Orig. Destructo enim peccato quod regnabat in corporib⁹ mortalibus hominum, & omni principatu malignarū virtutum eminentiam Christi in hominibus Christū recipit:quod est ipsum sedere in sede glorię suæ.ꝙ autem omnia deus facit ad dexteram & sinistram, hoc est vt iam nullum malum sit ante eum, & qui quidē præcellunt præ cæteris appropinquantibus Christo, sunt à dextris eius: qui autem inferiores sunt, à sinistris sunt eius. Dexterā autem Christi, vide si potes intelligere inuisibilem creaturam: sinistram autem, visibilem & corporalem.Appropinquātium enim Christo quidam dexteram sortiuntur,vt intelligibilia:alii sinistram, vt sensibilia.Chry.super Mat. Qui autē seipsum donauit hominibus, quomodo regni sui societatē nō donabit? Petentis negligētia reprehēditur, vbi de dantis misericordia non dubitatur.Si nos rogamus magistrū,forsitan cæterorū fratrū corda cōcutimus.Etsi enim vinci à carne non possunt quasi iam spirituales, tamē percuti possunt quasi adhuc carnales. ergo submittamus matrem nostram,vt suo nomine deprecetur pro nobis. Si enim reprehēsibilis inuēta fuerit,facile mērebitur veniam: ipse enim sexus excusat errorem. Si autem non fuerit importuna, facilius impetrabit mater, pro filiis suis rogans.Ipse enim dominus,qui maternos animos filiorū miseratione impleuit, facilius audiet maternū affectū. Tunc dominus occultorū cognitor nō ad verba intercedētis mulieris respōdit,sed ad consilia suggerentium filiorū.Bonum quidem erat eorum desideriū, sed inconsiderata petitio: ideo etsi impetrare non debebant,simplicitas tamen petitionis eorum confundi nō merebatur: quia de amore domini talis petitio nascebatur, propterea solam ignorātiam in eis dominus
Respōsio domini. reprehēdit.vnde sequitur:Respōdens autē Iesus,dixit: Nescitis quid petatis. Hiero.Nec mirum si ista arguatur imperitiæ,cum & de Petro dicatur: Nescіens quid diceret.Chrys.super Matth.Nam frequenter dominus patitur discipulos suos aliquid non recte aut dicere aut agere aut cogitare, vt ex illorum culpa occasionem inueniat exponendi regulam pietatis: sciens quia error eorum non nocet præsente magistro. & non solum in præsenti, sed etiam in futuro doctrina eius ædificat. Chry.in ho. Hoc autem dicit, ostendens quōd vel nihil spirituale petebant: vel si nouissent quæ petebant, non ausi fuissent tātum quid petere, quod superexcedit superiores virtutes.Hila.Nescіunt etiam quid petant, quia nihil de gloria apostolorum ambigendum erat. Iudicaturos enim eos sermo superior exposuit. Chry. super Matth.vel Nescitis quid petatis,quasi dicat,Ego vos vocaui ad partē dexteram de sinistra,& vos vestro cōsilio curritis ad sinistrā. ideo forsitan & per mulierē res agebatur.Cōtulit enim se diabol⁹ ad cōsueta arma mulierū: vt sicut Adā per mulierē spoliauit,ita & istos separaret per matrē: sed iam nō poterat per mulierem perditio introire in sanctos, ex quo de muliere salus cūctorū processit.Vel ideo dicit:Nescitis quid petatis. Non enim solū debemus cogitare qualem gloriā cōsequamur,sed quomodo euadamus ruinā peccati,quia &
Cautio spūalis. in seculari bello,qui semper de pręda victorię cogitat, difficile vincit. ideo petendū erat,Da nobis auxilium

gratiæ tuæ,vt omne malū vincamus.Rab. Nesciebant etiā quid peterent,quia sedē glorię à dño,quam nondū merebātur,inqrunt.Delectabat eos culmē honoris,sed prius habebant exercere viā laboris. vnde subdit: Potibere ca.&c.Hie.Calicē in scripturis diuinis passionē intelligim⁹:vt in psal.Calicē salutaris accipiā:statimq; infert quis iste sit calix, Precіosa in cōspectu dñi mors sanctorū eius.Chry. super Matt.Sciebat autē dns,quia passionē ipsius poterant imitari:sed ideo interrogat,vt omnes audiamus quia nemo potest cū Christo regnare,nisi passionē Christi fuerit imitat⁹. Res enim pcіosa,nō nisi precіoso precio cōparatur. Passionē autē dñi dicimus non solū persecutionē gentiliū,sed omnē violentiā,quam patimur cōtra peccata certantes.Chry.in ho.Dicit ergo,Potestis bibere&c.Ac si dicat:Vos mihi de honore & coronis loquimini,ego autē de agonibus vobis & sudoribus, non enim hoc est præmiorum tēpus.Ex modo autē interrogationis eos attrahit:non enim dixit, Potestis sanguinē vestrū effundere:sed potestis bibere calicē. Deinde addit: Quē ego bibiturus sum.Remi. Vt ex cōmunione ad ipsum auidiores fiāt. At illi qui iam martyrii libertatē cōstantiamq; retinebāt,bibituros se pollicētur,vnde sequitur: Dicі:Possumus.Chry.super Mat.Vel dicūt hoc nō tam ex fiducia suæ fortitudinis, q̄ ex ignorantia. Inexpertis enim leuis videtur esse tentatio passionis & mortis. Chry. in ho.Vel hoc ex desiderio promittūt.Neq; enim hoc dixissent,nisi expectassent audire quod petebāt.Domin⁹ autē eis ꝓphetat magna bona.i. martyrio dignos efficiendos.Sequitur:Ait il.Calicē qui.me.bibetis.Orig. Nō ita respōdit Christus;Calicē meū bibere potestis: sed ad futurā eorū perfectionē respiciēs,dixit:Calicem quidē meū bibetis.Hiero. Queritur aūt quomodo calicē martyrii,filii Zebedęi,Iacobus videlicet & Ioannes,biberint,cū scriptura narret Iacobū tantū apostolum ab Herode capite truncatū,Ioānes autem propria morte vitā finierit? Sed si legim⁹ in ecclesiastica historia ꝙ ipse Ioānes ꝓpter martyriū sit missus in feruētis olei doliū,& relegat⁹ in Pathmos insulā sit:videbimus martyrio animū nō defuisse,& bibisse Ioannē calicem cōfessionis,quē & tres pueri in camino ignis biberūt, licet persecutor nō fuderit sanguinem.Hila. Dns ergo collaudās eorū fidē,ait,martyrio quidē eos secū cōpati
Martyriū apostolorū. posse,sed læuæ eius ac dextræ assidēre aliis à deo patre fuisse dispositū.vnde sequitur:Sede.autē &c. Et quidē quantū arbitramur, ita honor iste aliis est reseruat⁹, ꝙ tamē nec apostoli ab eo erūt alieni: qui in xii.patriarcharū sede cōsidentes,Israelē iudicabūt:& quantū sentire ex ipsis euangeliis licet,in regno cęlorū Moyses & Elias assidebūt, quibus comitātibus cū gloriæ suæ habitu,in mōte apparuit.Hiero. Sed mihi hoc nequaquā videtur,sed ideo sedentiū in regno cęlorū vocabula nō dicūtur,ne paucis nominatis cæteri putarētur excluſi. regnū enim cælorū non est tantū dantis,sed accipiētis. Nō enim est personarū acceptio apud deū: sed quicūq; talē se ꝓbuerit vt regno cælorū dignus fiat,hic accipiet quod nō personæ,sed vitæ paratū est.Si itaq; tales estis qui cōsequamini regnū cęlorū,quod pater meus victoribus pręparauit,vos quoq; accipietis illud.Ideo tamē nō dixit:Neq; nō sedebitis,ne duos cōfunderet:neque sedebitis,ne cæteros irritaret.Chryso.in ho. vel aliter: Videtur inuius omnibus esse locus ille, nō solū hominibus,sed etiā angelis.sic enim pręcipuū vnigeniti ponit id Paulus,dicēs: Ad quē aūt angelorū dixit vnquā, Sede à dextris meis? Dns ergo non quasi existentibus quibusdā qui assessuri sunt,sed cōdescendens interrogantiū suspicioni respondit: hoc enim vnū solū quærebant prę aliis,stare apud ipsum.Sed dns respōdet:Moriemini quidē ꝓpter me,nō tamē hoc sufficit,vos facere primū ordinē obtinere. Si enim aliquis alius venerit cū martyrio ampliorē virtutē possidēs: nō quia vos amo,illū expellā, & vobis dabo primatū. Propter hoc autē vt nō infirmus esse ostēdatur nō dixit simpliciter: Nō est meū dare,sed nō est meū vobis dare,sed quibus paratum est, his.s.qui ab operibus possunt fieri clari. Remi.vel aliter:Non est meū dare vobis.i.superbis talibus,quales vos estis:sed humilibus corde, quibus paratū est à patre meo.Aug.1.de trini.vel aliter:Secundū formā serui discipulis dominus respondet:Sedere autē ad dexterā &c. Quod autem paratū est à patre eius, & ab ipso filio est paratū,quia & ipse & pater vnū sunt.

Et audiētes decē, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autē uocauit eos ad se,& ait:Scitis quia principes gentiū dominātur eorū:& qui maiores sūt,potestatē exercēt in eos. Non ita erit inter uos.Sed quicunq; uoluerit inter uos maior fieri,sit uester minister.Et quicūq; uoluerit ītr uos primus qui esse,erit uester seru⁹. sicut filius hominis nō uenit ministrari, sed ministrare,& dare animā suā in redēptionē pro multis.*

Chry.in ho.Donec Christi sentētia incerta erat nō tristabantur alii discipuli, sed tunc tristati sunt quādo eos increpauit. vnde dicitur: Et audientes,&c. Hier. Non ad mulierem audaciam referunt postulantis, sed ad filios:quōd ignorantes mensuram suam,non modica cupiditate exarserunt. Chry. in hom. Intellexerunt Imperfectio apostolorū. enim quia hæc petitio discipulorum fuit, quando eos dominus increpauit. Quando autē eos à domino præhonoratos viderunt in transfiguratione, & se secundum mentem volebant in medium efferre, non audebant venerantes doctorem.Chry.super Mat.Sicut autē duo carnaliter petierunt,ita & x.carnaliter contristati sunt.nam velle quidem esse super omnes, vituperabile est:sustinere autem alium super se, minus est gloriosum. Hiero. Humilis autem magister & mitis nec cupiditatis duos arguit postulantes,nec x.reliquos indignationis increpat & liuoris. vnde sequitur: Iesus autem vocauit eos ad se.Chrysost.in ho. Quia enim turbati erant,vocatione eos consolatur,de propinquo eis loquendo. etenim duo à societate x.seipsos separantes propius stabant, seorsum domino loquentes: non tamen sicut prius pueros in medium ducens,eos consolatur,sed à contrario inseruit,dicens: Scitis quia principes gentium dominantur eorum. Origenes.i. Non contenti tantum regere suos subditos, sed violēter eis dominari nituntur: inter vos autem qui estis mei,non erunt hæc. quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita,spiritualia autem in voluntate:sic & qui principes sunt spirituales, principatus eorum in dilectione subditorū debet esse positus,non in timore corporali.Chry.in ho. Ostendit autem in hoc,quōd gētiDistinctio carnaliū & spiritualium. lium est primatus cupere: & sic gentiū comparatione, eorum animam æstuantem cōuertit.Chry. super Mat. Et corpus quidem desiderare bonum, bonum est: quia nostræ voluntatis est,& nostra est merces:primatū autem honoris concupiscere, vanitas est. hoc enim consequi iudicium dei est: propter quod ex primatu honoris nescimus si mercedem iustitiæ meremur. Neque enim apostolus laudem habebit apud deum quia apostolus fuit, sed si opus apostolatus sui bene impleuit. nec apostolus pro merito suo antecedenti honoratus est vt esset apostolus, sed ad hoc ministerium aptus est iudicatus secundum motum animæ suæ. Primatus etiam fugientem se desiderat, & desiderantem se horret. conuersatio ergo melior desideranda est, non dignior gradus. Volēs ergo dominus & duorum fratrum

Zebedæi,& aliorũ indignationẽ extinguere,introducit differẽtiã inter principes mũdiales & eccl'iasticos. ostendens quia primatus in Christo nec ab aliquo appetendus est non habẽte,nec alteri inuidẽdus est habẽti.quia principes mundi ideo sunt vt dominẽtur minoribus suis, & eos seruituti subiiciant & expolient,& vsq; ad mortẽ eis vtantur ad suã vtilitatẽ & ꝯgloriam. Principes aũt eccleſiæ fiunt, vt seruiant minorib⁹ suis, & ministrent eis quæcunque acceperunt à Christo: vt suas vtilitates negligant, & illorũ procurent: & mori nõ recusent pro salute inferiorũ. Primatũ ergo eccl'iæ cõcupiscere,neq; iustũ est,neq; vtile. Null⁹ sapiẽs vult vltro se subiicere seruituti & periculo tali,vt det ratiõẽ ꝓ omni eccl'ia: nisi forte qui nõ timet dei iudicium abutens primatu suo ecclesiastico seculariter,ita vt cõuertat illum in secularẽ.Hiero. Denique sui proponit exemplũ,vt si dicta paruipenderent, erubescerent ad opera.Vnde subdit: Sicut filius hoīs &c.Orige.Nã & si angeli & Martha ministrauerunt ei,tamen non ideo venit vt ministretur, sed vt ministret: & tantũ creuit ministrãs,vt impleretur qđ seqtur : Et daret aīam suã redẽptionem pro multis.ſ. qui crediderunt in eum: daret inquam in mortem.Sed qm̃ solus erat inter mortuos liber,& fortior omni potestate mortis, oẽs sequi se volentes liberauit à morte. Ecclesiarum ergo principes imitari debent Christum accessibilem,& mulieribus loquentem,& pueris manus imponentem,& discipulis pedes lauantem: vt ipsi similiter faciant fratribus.Nos autem tales sumus vt etiam principum mũdi excedere videamur superbiam, vt non intelligẽtes & contemnentes mandatum Christi:& quærim⁹ sicut reges acies prẽcedentes,& terribiles nos & accessũ difficiles(maxime pauperibus)exhibemus,nullam affabilitatẽ habẽtes,vel habere ad nos permittentes. Chry. in ho.Quantocunque ergo te humiliaueris, non poteris tantum descendere quantum dominus tuus.

Exẽplũ prælatorum.

Et egredientibus illis ab Hierico, secuta est eũ turba multa.Et ecce duo cæci sedentes secus uiam,audierunt quia Iesus transiret:& clamauerunt,dicentes:Domine miserere nostri, fili Dauid.Turba autem increpabat eos ut tacerent . At illi magis clamabant,dicentes:Domine,miserere nostri,fili Dauid.Et stetit Iesus,& uocauit eos,& ait:Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi:Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus,tetigit oculos eorum. Et confestim uiderunt,& secuti sunt eum.

Chry.super Mat.Sicut testimoniũ studiosi agricolæ,est messis fœcunda:ita assidui doctoris est documẽtum, ecclesia plena.vnde & hic dicitur:Et egredientibus,&c.Neminem labor itineris impediuit: qa amor spiritualis fatigationẽ nõ sentit.Neminem passionum suarum recordatio retraxit:quia ingrediebãtur in possessionẽ regni cælestis.Vere enim non habet sup terrã qđ amet,qui bonũ cæleste inveritate gustauerit.Oportune autem oblati sunt ante faciem Christi duo cæci: vt apertis oculis quasi testes virtutis, ascenderẽt cum eo in Hierusalẽ.vnde sequit̃:Et ecce duo cæci.Hi currentium strepitum audiebant & psonas non videbãt: nihil solutum habentes de toto corpore,nisi vocẽ . Et ideo quia pedibus eum sequi nõ poterant, voce sequebantur.vnde dicitur:Audierunt quia Iesus &c.Augu. de con.euan.Hoc aũt factũ Marcus cõmemorat,sed de vno cæco factum.Quia ita soluitur quæstio, nã duorũ cęcorũ,quos Matthęus interposuit,vnũ fuisse in illa ciuitate famosissimum ex hoc satis apparet,ꝙ & nomen eius,& patris eius Marcus cõmemorauit. Bartimeus enim,Timei filius,ex aliqua magna fœlicitate deiectus,notissime fuit:qui non solum cæcus , verũ etiam mẽdicus sedebat.Hinc est ergo ꝙ ipsum solũ voluit cõmemorari Marcus,cui⁹ illuminatio tã clarã famã huic miraculo cõparauit,q̃ erat illi⁹ nota calamitas. Lucas vero quãuis omnino eodem modo factũ, tamẽ in alio cęco intelligendus est,par cõmemorare miraculũ. Ille quippe hoc factum dicit, cum appropinquaret Hierico:alii,cum egrederetur ab Hierico.Sequitur: Turba autẽ increpabãt.&c.Chry.sup Matth.Videbant enim sordidas vestes:& non considerabant cõscientiæ claritatẽ. Ecce fatua sapientia hominũ: exĩstimabant enim iniuriam pati magnos, si à pauperibus honorentur. Quis enim pauper ausus est diuitem publice salutare? Orig. Vel silentium non causa honoris exigunt, sed quod acerbe à cæcis audiebant quod negabant.ſ.dominum esse Dauid filium.Orig.Vel qui crediderant increpabãt eos,vt non appellarent eum cõtemptibili noīe filium Dauid,sed potius dicerent: Fili dei,miserere nr̃i.Hila. Inuitabantur autẽ magis vetiti,quàm compescebanť. fides enim quando vetatur,magis accenditur:& ideo ĩ securitate periclitatur.vnde sequitur: At illi magis clamabant, dicentes: Miserere nostri fili Dauid . Primo enim clamabant,quia cæci erant. Secundo magis clamabant,quia vetabantur ad lumen accedere. Chry.in ho.Christus autem permittebat eos vetari:vt plus eorũ desiderũ appareret.Hinc autẽ discę , qm̃ si abiecti fuerimus cum studio accedẽtes ad deum: per nosipsos assequemur qđ petimus. Sequitur: Et stetit Iesus &c. Hiero.Ideo autem stetit Iesus:quia cęci quo pergerẽt, ignorabant.Multæ foueæ erant in Hierico,multæ rupes,& prærupta in profundum vergentia: idcirco dñs stat,vt venire possint.Orig. Vel Iesus non pertransit, sed stat:vt stante eo non transfluat beneficiũ, sed quasi de fonte stãte misericordia defluat vsque ad eos.Hier. Vocari autem iubet,ne turbæ prohibeant: & interrogat quid velint,vt ex responsione eorum manifesta,debilitas appareat,& virt⁹ ex remedio cognoscať.Chry. sup Matt.Vel interrogabat propter fidem:vt dum cæci Christũ filiũ dei confitẽtur, confundantur vidẽtes, qui eũ tm̃ hoīem putãt. Dñm qdẽ Christũ vocauerãt & verũ dixerant.Sed dicẽtes filiũ Dauid , dissipabant qđ bene cõfessi sunt.nã abusiue & hoīes dñi dicuntur: vere aũt nemo dñs,nisi deus.Cũ ergo dicunt:Dñe, fili Dauid:abusiue Christũ secũdũ hoīem honorãt . Si aũt solũmodo dñm dicerent,deitatẽ confiterenť, ideo interrogat:Quid vultis?Tunc illi iã non dixerũt: Dñe, fili Dauid:sed tm̃,dñe.Sequit̃ enim:dicũt illi, Dñe,vt aperiantur oculi nostri.Filius enim Dauid cęcos illuminare nõ potest:filius dei potest.Quandiu ergo dixerũt:Dñe fili Dauid,suspẽsa est sanitas. Mox autẽ vt dixerũt dñe,infusa est sanitas.Sequit̃ enim:Misertus aũt eorũ Iesus &c.Tetigit autẽ vt homo carnaliter, sanauit vt de⁹.Hier.Præstat enim artifex,qđ natura nõ derat:aut certe qđ debilitas tulerat, misericordia donat.Chry.in ho.Hi aũt,sicut ante dationẽ fuerũt perseuerantes,ita & post donationem non fuerunt ingrati. Chry.super Mat.Bonũ enim munus obtulerunt Christo sanati.Seqtur enim:Et secuti sunt eũ. Hoc enĩ de⁹ à te requirit secũdũ ꝓphetã,solicitũ te ambulare cum dño deo tuo.Hier.Hi ergo ĩ Hierico cõtracti sedebãt, nec clamare tantũ nouerãt: postea sequũtur Iesum,nõ tam pedibus q̃ virtutibus.Raba.Hierico autẽ quę interpretatur luna,defectũ nostræ mutabilitatis significat.Orig.Mystice autem Hierico intelligitur mũdus, in quẽ Christus descendit. Qui autem sunt in Hierico,exire nesciũt de sapiẽtia mũdi,nisi viderint nõ solũ Iesum exeuntẽ de Hierico,sed etiã discipulos ei⁹. Hęc ergo vidẽtes secutæ sunt eũ turbæ multæ,mũdũ & mũ

Aurea sẽtentia.

Christ' filiꝰ Dauid.

Allegorica expositio.

dana oĩa cõtẽnẽtes,vt Christo duce ascẽdãt in Hierusalẽ cælestem.Duos cæcos possumus dicere Iudã & Israel,q̃i ante Christi aduẽtũ cæci fuerũt,quia nõ videbãt verbũ verũ qđ erat in lege & ꝓphetis : tm̃ sedẽtes secus viã legis & ꝓphetarũ,& secũdũ carnẽ tm̃ intelligẽtes,clamabãt tm̃ ad eũ qui factus est ex semine Dauid secũdũ carnẽ.Hie.Vel duos cęcos pleriq; phariseos & Sadducæos intelligũt.Vel aliter:Duo cæci sedentes iuxta viã,significat de vtroq; populo quosdã iã cohærẽtes ꝓ fidẽ dispensationi tẽporali, secũdũ quã Christus via est,& desiderantes illuminari.i.aliqd de verbi ęternitate intelligere:qđ trãseũte Iesu impetrare cupiebãt i.per meritũ fidei,qua credit̃ filius dei & natus homo, & passus ꝓpter nos:per hãc enim dispensationẽ quasi transit Iesus,quia actio tẽporalis est . Oportebat autẽ vt tantũ clamarẽt,donec resistentis sibi turbę strepitũ vincerent.i.tã pseuerando animũ intẽderent orando, atque pulsando,quousq; cõsuetudinẽ desyderiorũ carnaliũ, quæ tãq̃ turba obstrepit cognitioni,lucẽ veritatis æternæ videre conãti:vel ipsam hoīm carnaliũ turbam studia spũalia ĩpediẽtẽ, fortissima intẽtione superarent.Aug.de ver.do.Bonos enim christianos volẽtes facere ꝑcepta dei,christiani mali & tepidi prohibent: clamant tm̃ illi non deficiẽtes.cũ enim quisq; christianus cœperit bene viuere, mundũq; contẽnere , in ipsa sui nouitate patit̃ reprẽhẽsores,frigidos christianos: sed si pseuerauerĩt,ipsi iam obsequẽtur q antè ꝓhibebant. Aug.de q̃st.euan.Itaq; audiẽs Iesus quia pulsanti aperiet̃,stans eos tangit,& illuminat: quia enim fides incarnationis tẽporalis ad æterna intelligendo nos ꝓparat,transeunte Iesu admoniti sunt vt illuminarẽtur,& ab eo stante illuminati sunt:tẽporalia enim transeunt,

Moralitas.

æterna stant.Chry.sup Mat. Quidam interpretantur duos cæcos gentiles,vnus ex Cham,alius ex Iaphet: q secus viam sedebant.i.iuxta veritatem cõuersabantur, sed veritatem inuenire non poterant: vel secũdũ rationem verbi cõsistentes,quia notitiam verbi nondũ acceperant.Raba.Agnita autem fama noīs Christi, ptices eius fieri quęrebant:cõtradicebant multi,primo Iudæi vt in Actibus legim⁹:deinde etiam gentiles pse cutione instabant:nec tm̃ eos qui erant ad vitam pordinati,salute priuare valebant.Chry,sup Mat.Consequenter aũt gentium oculos mentis tetigit Iesus:dans eis gratiã spũs sancti,q̃ illuminatę secutę sunt eũ, operibus bonis.Orig.Et nos ergo sedentes iuxta scripturarũ viam,& intelligentes in quibus cæci sumus:si ex affectu petierimus,tanget oculos aīarũ nostrarũ,& recedet à sensib⁹ nostris tenebra ignorantiæ:vt eũ videamus & sequamur,qui dedit nobis posse videre, ꝓpter nihil aliud,nisi vt eum sequamur.

CAPVT XXI.

ET cũ appropiquassent Hierosolymis,& uenissẽt Bethphage ad mõtẽ oliueti,tũc Iesus misit duos discipulos,dicẽs eis:Ite in castellũ quod cõtra uos est, & statim inuenietis asinã alligatam & pullũ cum ea:soluite,& adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit:dicite quia dominus his opus habet,& cõfestim dimittet eos.Hoc aũt factũ est, ut adimpleretur quod dictũ est per prophetã dicentẽ:Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi mansuetus,sedens super asinã & pullum filiũ subiugalis.Eũtes autẽ discipuli,fecerũt sicut præcepit illis Iesus.Et adduxerũt asinã & pullũ: & imposuerunt super eos uestimẽta sua,& eũ desuper sedere fecerũt. Plurima autẽ turba strauerunt uestimẽta sua in uia. Alii aũt cædebãt ramos de arboribus,& sternebant in uia. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur,clamabant, dicentes: Hosanna filio Dauid:benedictus qui uenit in nomine domini: Hosanna in excelsis.

Remi.Narrauit superius euãgelista dñm egressum à Galilęa & cœpisse ascẽdere Hierosolymã.Postq̃ ergo narrauit quid in via gesserit,in incœpta intẽtione pseuerans,dicit:Et cũ appropinquassent Hieroso.&c.Bethphage viculus fuit sacerdotũ, situs in latere montis olueti,distãs vno miliario à Hierusalẽ: Sacerdotes enim qui p certos dies in tẽplo deseruiebãt , cõpleto officio vicis suæ,illic diuertebãt ad manẽdũ:sil'r & illi qui accipiebãt officiũ,illuc diuertebant. quia ꝑceptũ fuit in lege,vt nullus dieb⁹ sabbatorũ plus q̃ mille passus incederet.Orig.Vñ & interpretat̃ Betphage , dom⁹ maxillarũ:qm̃ maxilla propria erat pars sacerdotũ in lege.Sequitur:Tũc Iesus,&c.Chry. sup Mat.Non dixit discipulis,dicatis.Dñs tuus his opus habet,vel dñs vester: vt intelligãt quia ipse sit solus dñs,non solũ aīaliũ sed oĩm hoĩum.nã & pctores cõditione quidẽ,sui sunt: voluntate autẽ sua,diaboli.Chry.in ho.Neq; paruũ enĩ exĩstimes quod factũ est.quis enim suasit dñis iumẽto rum,non velle cõtradicere volentes silere & cõcedere? & in hoc discipulos erudit,qm̃ poterat & Iudæos ꝓhibere,sed noluit:sed & docet vt quodcunque petitum fuerit,darent.si enim qui ignorabant Christum, ita cõ cesserunt,multo magis discipulos conuenit omnib⁹ dare.ꝙ autẽ dicitur,Et cõfestim dimittet eos: Chry.sup Mat.Intelligendũ est ꝙ aīal postq̃ ingressum est ĩ Hierusalẽ,ad dominum suũ remissum est à Christo . Glo. Vel dominus iumentorum confestim dimittet eos in dñi seruitio mancipãdos.Adhibetur autem huic facto prophetæ testimoniũ,vt appareat dominũ omnia quæ de ipso scripta erant impleuisse:sed inuidia cæcatos Scribas & Pharisæos ea quæ ipsi legebant,intelligere noluisse . & ideo sequitur:Hoc autem totũ fa.est &c.ꝓ prophetam scilicet Zachariam:Chry.super Mat.Sciẽs enim propheta malitiam Iudæorũ, quia contradicturi erant Christo ascendenti in templum: præmonuit vt per hoc signum cognoscerent regem suum,dicens: Dicite filiæ Sion &c.Rab.Filia Sion historialiter dicitur Hierusalem ciuitas,quæ sita est in monte Sion: mystice autem est ecclesia fidelium , pertinens ad supernam Hierusalem.Chry.super Matt. Ecce,ostendentis verbum,id est,carnali aspectu,sed spirituali intellectu opera virtutum eius aspicite.Ante tempora quidem multi dicebant:Ecce,vt ostenderẽt quia ille de quo loquebatur,antequam nasceretur iam erat rex tuus.Cum ergo videritis eum,nolite dicere : Non habemus regem nisi Cæsarem.Venit tibi: si intellexeris , vt saluet te:si non intellexeris,venit cõtra te.Mãsuetus.Non vt propter potentiam timeretur,sed vt propter mansuetudinẽ amaretur:vnde non sedet in curru aureo preciosa purpura fulgens, nec ascendit super feruidũ equũ, discordiæ amatorẽ & litis:sed super asinam,tranquillitatis & pacis amicam. vnde sequitur : Sedẽs sup asinam, &c.Aug.de concor.euang.In hoc autẽ testimonio prophetico,aliquanto diuersa est euangelistarum locutio: hoc enĩ Matthæus sic adhibet,vt asinã dicat cõmemorasse prophetam:non autem ita se habet vel quod Ioãnes interponit,vel codices ecclesiasticæ interpretationis lxx. Cuius rei causa mihi videtur quòd Matthęus Hebræa lingua perhibetur euangelium conscripsisse. Manifestum est aũt interpretationem illã, quę dicitur lxx . in nonnullis aliter se habere q̃ inueniunt in Hebręo,qui eam linguã nouerũt, & qui interpretati sunt singuli eosdem libros Hebręos.Huius autem distãtiæ causa si quęratur, nihil probabilius ęstimo quàm eos lxx.eo spiritu interpretãtos,quo & illa quę interptabantur dicta fuerãt,qđ ex ipsa eorũ mirabili q̃ pdicať cõsensione firmatũ est:ergo & ipsi nõnulla in eloquio

Concordãtia euãgeliorum.

variãdo, & volũtati dei, cuius verba erãt,nõ credẽdo, nihil aliud demõstrare voluerũt,q̃ hoc ipsum qđ in euãgelistarum cõcorda quadã diuersitate narrat: qua nobis oñdit non esse mẽdaciũ,si quisquã ita diuerso modo aliquid narret,vt ab eius voluntate cui cõsentiẽdũ est nõ recedat.qđ noscere,in moribꝰ vtile est ꝓpter caueda mẽdacia:& ipsi fidei,ne putemus quasi cõsecratis sonis ita muniri veritatẽ,tanq̃ deus nobis quẽadmodũ ipsam rẽ,sic verba q̃ propter illã sunt dicẽda,cõmẽdet: cũ potius ita res sermonibus ꝓferatur, vt istos omnino q̃rere nõ deberemus,si rem sine his nosse possemus, sicut illã nouit deus,& in eo angeli eius.Sequit:Eũ.au tẽ discipuli &c.Cæteri autẽ euãgelistæ de asina tacent. Nõ deberet aũt ꝓmouere lectorẽ,nec si Matthęꝰ de pullo tacuisset,sicut illi de asina tacuerunt:quanto minus moueri oportet,quia vnus ita cõmemorauit asinã, de qua cęteri tacuerũt,vt tñ pullum nõ taceret de quo illi dixerunt? vbi enim vtrũq; põt intelligi factũ,nulla repugnãtia est, nec si alꝰ aliud cõmemoraret:quãto minus vbi vnus vnũ, alius vtrunq;?Sequit: Et imposuerũt sup eos &c.Hier.Sed videt ꝙ super vtrunq; aĩal in paruo itineris spatio dñs sedere nequiuerit: ergo cum historia aut ꝓssibilitatẽ habeat, aut turpitudinẽ: ad altiora transmittit.i. ad mysticũ seusum . Remi. Licet potuerit fieri vt super vtrũq; animal dñs sederit.Chryso.in ho.Mihi aũt videtur ꝙ nõ ꝓpter mysteriũ solum sup asinã sedit,sed & mẽsurã nobis sapiẽtiæ tribues demõstrat.s.qnõ super equos ferri neeesse est,sed sufficit asino vti,& eo qđ necessitatis est esse cõtẽtum.Interroga aũt Iudæos, quis rex sup asinã delatus intrauit Hierosolymã?sed nõ vtiq; aliã habẽt dicere, nisi istũ solũ. Hier. Turbæ ergo q̃ egressæ fuerant de Hierico & secutæ saluatorẽ,supposuerunt vestimenta sua, &̃ straueruũt viã ramis arborũ.& ideo sequit:Pl.au.tur.&c.pedibꝰ asini,necubi offẽdat ĩ lapidẽ,nec calcet spinã, nec labatur in foueam.Sequitur:Alii aũt cæde.ra de arbo.& ster. in via. de arboribus.s.fructiferis,quibus mõs Oliueti cõsitus est.Cũq; opere cuncta feciſſent, vocis quoq; tribuunt testimoniũ. vnde sequit:Turbę aũt q̃ præce.& seque.cla.di.Hosanna fi.Da. Quid aũt ſignificet hosanna,nunc ꝓstringã breuiter.In psal.cẽtesimo xvii. qui manifeste de aduentu saluatoris scriptus est, inter cætera hoc quoq; legimus:O dñe,saluum me fac:ô domine,bene prosperare. Benedictus qui venturus es in nõe domini.Pro eo quod in lxx.habetur interpretibꝰ O domine saluum me fac, in Hebræo legimus Anna adonay osi anna , Quod manifestius est interpretatus Symmachus,dicens:Obsecro domine, saluum me fac. Nemo ergo putet ex duobus verbis , græco scilicet & hebræo sermonem esse compositum,sed totum hebraicũ est.Remi.Et est cõpositus ex integro & corrupto. Osi enim latine dicitur salua,siue saluifica: Anna vero apud illos interiectio est obsecrantis.nam sicut apud illos ab obsecrante dicitur,anna:sic apud latinos à dolente dicitur,heu. Hiero . Significauit enim ꝙ aduentus Christi salus mundi sit. vnde sequitur: Benedictus qui venit in nõe dñi.Saluatore quoque idipsum in euangelio comprobante:Ego,inquit , veni in nomine ꝑris mei.Remi.Quia.s.in oĩbꝰ bonis operibus non suam, sed patris gloriam quęsiuit.Glo.Et est sensus:Benedictus.i.gloriosus sit,Qui venit.i.incarnatus est,In nõe dñi.i.patris,eũ glorificando.Iterũ repetunt: Hosanna i.salua obsecro:& determinãt vbi se vellent saluari,In altissimis.i.in cælestibus,non in terrenis . Hiero.vel ꝙ hoc ꝙ iũgitur,Hosanna.i.salus in excelsis,ꝑspicue ostẽditur quod aduentus Christi non tantũ hominis salus, sed totius mũdi sit terrena iungẽs cælestibꝰ.Orig.Vel humanã quidẽ Christi dispẽsationẽ laudãt in eo quod dicebant,Hosanna filio Dauid,benedictus qui venit ĩ nomine dñi.Restitutionẽ aũt eius in sancta, in eo qđ dicebãt,Hosanna in excelsis. Chry.super Mat.Hosanna etiam quidã interpretantur gloriã:alii vero redemptionẽ.Nã & gloria illi debetur,& redẽptio illi cõuenit qui oẽs redemit.Hila. Laudationis enim verba redẽptionis in eo exprimũt potestatẽ:filiũ aũt Dauid nũ cupant , in quo agnoscerent æterni regni hæreditatẽ. Chry.Nunq̃ aũt antea dñs sibi adhibuit ministeria iumentorũ,nec ramorũ virentia circa se ornamẽta constituit:nisi modo quãdo Hierusalẽ,vt pateret, ascẽdit. Excitauit enim videtes vt facerent qđ prius volebant: ergo potestas eis data est,nõ mutata voluntas. Hiero. Mystice aũt,appropiquat dñs Hierosolymis egrediẽs de Hierico,turbis inde eductis quãplurimis,quia magnus magnis ditatus mẽtibus salute credẽtiũ rediens, ingredi cupit vrbẽ pacis & locũ visionis dei . Et venit Bethphage.i.ad domũ maxillarũ,& cõfessionis portabat typũ,& erat situs in mõte Oliueti,vbi est lumẽ sciẽtiæ,laborũ & dolorũ requies.Per castellũ enim qđ contra apłos erat,mundus iste designatur:contra apłos enĩ erat,nec lumen doctrinarũ volebat accipe.Remi.Dñs ergo de mõte Oliueti discipulos ad castellũ misit:quia de primitiua eccłia prædicatores in mundum direxit. Duos quippe misit,propter duos ordines ꝑdicatorũ, quos manifestat apłs, dicens: Qui operatus est Petro ĩ apostolatũ circũcisionis:operatus est & mihi inter gẽtes.siue qa duo sunt ꝑcepta charitatis , siue ꝓpter duo testamẽta,siue ꝓpter literã & spiritũ.Hier.Siue ꝓpter theoricã & practicã.i.scientiã & opera . Asina aũt ista, q̃ subiugalis fuit & edomita,& iugum legis traxerat, synagoga intelligitur.Pullus asinę lasciuus & liber gẽtiũ populus.Iudæa enim secundũ deum, mater est gentiũ.Rab.Vñ Matthæus solus q̃ Iudæis euangeliũ scripsit,asinã dño refert adductã,v eidẽ etiã genti Hebręę si pœniteat non desperandã monstret esse salutẽ.Chryso.sup Mat.Propter quasdã aũt similitudines, animalibus assimilati sunt homines,dei filiũ non cognoscentes.Est enim animal immundũ & præ cæteris penè iumentis magis irrationabile, & stultum, & infirmum, & ignobile,& oneriferum.Sic fuerunt homines ante Christi aduentum,passionibus diuersis immundi,irrationabiles,verbi ratione carentes, stulti ꝓpter cõtemptum,infirmi secundum animã:ignobiles, quia obliti generationis cælestis,facti fuerant serui passionum, & dæmonum:oneriferi, quia sufferebãt sarcinã erroris à dæmonibus vel pharisæis impositam.Ligata autẽ erat asina,id est diabolici erroris vinculo impedita,vt non haberet libertatem eundi quo vellet.nam anteq̃ peccemus,liberum habemus arbitrium sequi voluntatem diaboli,an nõ. Quod si semel peccãtes obligauerimus nos opibꝰ eiꝰ,iã nra virtute euadere nõ possumus: sed sicut nauis fracto gubernaculo,illuc ducitur vbi tempestas voluerit:sic & homo diuinæ gratiæ auxilio pdito ꝓ peccatum, non quod vult agit,sed quod diabolus vult.Et nisi deus valida manu misericordię suæ soluerit eum, vsq; ad mortẽ ĩ peccatorum suorum vinculis ꝓmanebit. & ideo dicit discipłis:Soluite. s.ꝓ doctrinã vestrã, & ꝓ miracula vra:qa oẽs Iudęi & gẽtes ꝓ apłos sunt liberati.Et adducite mihi.i.ad gloriam meã illos conuertite.Orig.Vñ & ascẽdens in cælum iussit discipulis suis vt soluerẽt peccatores,dãs eis spm̃ sc̃tm̃.Absoluti autẽ & ꝓficiẽtes,& nutriti verbi diuinitate,digni habẽtur remitti in locum ex quo erãt assumpti:nõ iam ad opera priora,sed vt ꝑdicarẽt eis filiũ dei.& hoc est quod significat,dicẽs:Et cõfe.di.eos.Hila. Vel per

Interpretatio varia super hosanna

Allegorica expositio.

asinã & pullũ , duplex vocatio ex gẽtibꝰ ostẽdit. Erãt enĩ Samaritani sub quadã obseruãtiæ suæ cõsuetudine seruiẽtes & feroces.q.s. significantur ꝓ asinã: erant etiã indomitæ gẽtes & feroces,quæ. s.signãtur ꝓ pullũ.Igitur duo mittunt vt soluant ligatos erroris vinculis,per Philippum enim Samaria credit,ꝓ Petrũ Cornelius Christo tanq̃ primitiæ gentiũ adductus est.Remi.Sicut aũt tunc dictũ est apostolis:Si quis vobis aliquid dixerit,dicite quia dñs his opus habet:sic nũc ꝑdicatoribꝰ est præceptũ,vt si aliquid aduersitatis obstiterit, à ꝑdicando nõ cessarẽt.Hier. Vestis aũt apłica, q̃ humẽto superponitur:vel doctrina virtutũ,vel discretio scripturarum intelligi potest,siue ecclesiasticorum dogmatũ varietates:quibus nisi aĩa instructa fuerit & ornata, sessorem habere dñm nõ meretur. Remi. Dñs autem sup asellũ sedens Hierosolymã tendit,quia ꝑsidens sanctæ eccłesiæ vel animæ fideli,& eam in hoc seculo regit, & post hanc vitã ad visionẽ cælestis patriæ introducit.Apostoli aũt & cæteri doctores,vestimenta posuerũt sup asinã:quia gloriam quam acceperũt à Christo,gentibus dederunt. Turba aũt vestimẽta sternebat in via,quia credentes ex circũcisione gloriam, quã habebãt ex lege,cõtẽnebãt.Ramos aũt de arboribus ꝑcidebãt,qa ex prophetis acceperunt exempla de Christo quasi de arboribꝰ virentibꝰ. Vel turba q̃ vestimẽta strauit in via,significat martyres , qui vestimẽta sua.i.corpora q̃ tegumẽta sunt animarum,pro Christo ad martyrium tradiderunt. Vel significãt illi q̃ corpa sua per abstinentiã domant.Illi autẽ ramos arborũ ꝑcidunt,q̃ dicta & exẽpla sanctorũ patrum q̃runt ad suam vel filiorum salutẽ.Hiero. Quod autẽ ait: Turbæ autem quæ præcedebãt & quæ sequebantur, vtrunq; populum ostendit: & qui ante euangelium , & qui post euangelium domino crediderunt,consona Iesum confessionis voce laudarunt.Chry.super Mat.Et illi quidem prophetantes de Christo venturo clamauerunt: hi aũt laudãtes clamãt de aduẽtu Christi iã adimpleto

Et cũ intrasset Hierosolymã,cõmota est uniuersa ciuitas, dicẽs:Quis est hic?populi aũt dicebãt:Hic est Iesus prophęta à Nazareth Galilææ.Et intrauit Iesus in tẽplũ dei:& eiiciebat oẽs uendẽtes & emẽtes in tẽplo,& mẽsas nũmulariorũ,& cathedras uẽdẽtiũ colũbas euertit, & dixit eis: Scriptũ est,domus mea,domus orationis uocabitur:uos aũt fecistis illã,spelunca latronũ.Et accesserunt ad eũ cæci,& claudi in tẽplo:& sanauit eos.Videtes aũt principes sacerdotũ, & scribæ mirabilia quæ fecit,& pueros clamantes in tẽplo, & dicentes Hosanna filio Dauid:indignati sunt,& dixerũt ei:Audis quid isti dicũt?Iesus aũt dixit eis:Vtiq;. Nũquã legistis,quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?

Hiero.Introeunte Iesu cum turba,tota Hierosolymorum ciuitas commouet,mirans frequentiam , nesciens veritatem.vñ dicit:Et cum intras.Hieroso.&c. Quis est hic? Chry.sup Mat.Merito autem commouebantur videntes rem mirabilem:homo laudabat quasi deꝰ,sed deꝰ laudabat in homine.Puto autem ꝙ nec ipsi q̃ laudabant,sciebant qđ laudabãt, sed spiritus subito ingressus in eos veritatis verba fundebat . Orige.Sed & qñ intrauit Iesus Hierosolymam veterani admirantes virtutes cælestes,dicebant : Quis est iste rex gl̃iæ? Hie.Aliis autem vel ambigentibꝰ vel interrogantibꝰ, nisi plebecula confitet. vnde seqtur:Populi autem di. Hic est Iesus &c . A minoribus incipiunt, vt ad maiora pueniant:ꝓphetam enim dicunt , quem Moyses sui similem dixerat esse venturum.A Nazareth autem Galilææ,qa ibi educatus fuerat:vt flos campi nutriret in flore virtutum. Raba.Notãdum autem ꝙ hic introitus eius in Hierusalem fuit ante quinq; dies paschę. Narrat enim Ioannes ꝙ ante sex dies paschæ venerit in Bethaniam , & in crastinum asino sedẽs,venerit in Hierusalem.vbi notanda est cõcordia nõ solũ in rebꝰ, sed etiã in tẽporibꝰ veteris & noui testamẽti. Decima enĩ die mẽsis primi agnꝰ q̃ in pascha immolaret,domũ introduci iussus est:quia & dñs decima die eiusdẽ mẽsis,hoc est ante quinq; dies paschæ,ciuitatem ĩ qua pateret,erat ingressurꝰ.Sequit:Et intra.lesꝰ in tẽ. Chry. sup Mat. Hoc erat ꝓpriũ boni filii , ad domũ curiere pris,vt illi honorem redderet: & tu imitator Christi factꝰ,cũ ingtessꝰ fueris in aliquã ciuitatẽ,primo ad eccłesiã curras. hoc etiã erat boni medici, vt ingressꝰ ad infirmã ciuitatem saluadã,primũ ad originem passiõis intenderet.Nã sicut de templo omne bonũ egredit,ita de templo oñe malũ ꝓcedit.si enĩ sacerdotiũ integrũ fuerit,tota eccłia floret:si aũt corruptũ fuerit , tota fides marcida est.sicut enĩ cũ víderis arborẽ pallentibꝰ foliis,intelligis quia vitiũ habet in radice:sic cũ videris populũ indiscipłinatũ,sine dubio cognosce,quia sacerdotiũ eius nõ est sanũ.Seqtur:Et eiiciebat oẽs ven. &c.Sciendũ quidẽ est ꝙ iuxta mandata legis in venerabili toto orbe templo dñi,& de cũctis penè regionibus Iudæorũ illuc ꝓpłꝰ cõfluẽte,innumerabiles ĩmolabant hostiæ,maxime festis diebꝰ,taurorũ,arietũ,hircorũ:pauperibꝰ,ne absq; sacrificio essent, pullos colũbarũ,& turtures offerentibus.Accidebat aũt,vt qui de longe venerant victimas non haberent:excogitauerũt igit sacerdotes qũo prędã de ꝓpłꝰ facerẽt,& omnia animalia quibꝰ opus erat ad sacrificia,vẽdebãt,& vt vẽderent nõ habẽtibꝰ, & vt ipsi rursus empta susciperẽt. hanc ergo strophã.i.fraudẽ se in diuersa vertentẽ,crebro venientiũ inopia dissipabat,qui indigebant sũptibus,& non solum hostias non habebant, sed nec vnde emerent.Posuerunt itaq; nũmularios , qui mutuã sub cautione darent pecuniã.sed quia erat lege præceptũ, vt nemo vsuras acciperet, & prodesse nõ poterat pecunia fœnerata,q̃ cõmodi nihil haberet,& interdũ pderet sortẽ,excogitauerũt & aliã technen .i. artẽ,vt pro nummulariis collybistas facerent:huius verbi ꝓprietatẽ latina lingua nõ exprimit.Collyba sunt apud illos, quæ nos appellamus tragemata vel vilia munuscula, verbi gratia frixi ciceris vuarũq; passarũ, & poma diuersi generis.Igitur quia vsuras accipere nõ poterant collybistæ pro vsuris accipiebant varias species : vt q̃ in nummo non licebant, in his rebus exigerent quæ nũmis coemuntur,quasi non hoc ipsum Ezechiel præ dicauerit,dicẽs:Vsurã & superabundantiã nõ accipietis.Istiusmodi dñs cernens in domo ꝑis negociationẽ seu latrocinium,ardore spiritꝰ cõcitatꝰ tãtã hominum multitudinẽ eiecit de tẽplo.Orig.In quo nõ debẽt vẽdere & emere,sed orationibus tm̃ vacare , qui cõgregantur quasi in domo oratiõis.vñ sequit: Et dicit eis, Scriptum est.s.in Esaia:Domꝰ mea do. ora.voca.Aug. in regula.Nemo ergo in oratorio aliquid agat, nisi ad qđ factum est,vñ & nomẽ accepit.Sequit: Vos autem fe.&c.Hie.Latro enim est,& tẽplum dei in latronum cõuertit spelunca,qui lucra de religiõe sectat.Mihi autẽ inter omnia signa quę fecit dñs, hoc videt esse mirabilius, ꝙ vnus homo in illo tempore cõtẽptibilis,intã tum,vt postea crucifigeretur,scribis & pharisæis contra se sæuientibus & videntibus lucra sua destrui,potuerit ad vnius flagelli verbera tantã eiicere multitudinem.Igneum enim qddã atq; sydereum radiabat ex oculis eiꝰ,& diuinitatis maiestas lucebat ĩ facie.Aug. de con.euã.Manifestum autem est, hoc non semel , sed iterum à dño esse factum: sed primum cõmemoratum est à Ioãne,hoc autem vltimum à cæteris tribꝰ. Chry.

Collyba quid.

Concordia legis & euangelii.

in ho. In quo maior est accusatio Iudæorum: qm̃ cũ bis hoc idẽ fecisset, morabãtur tamẽ in sua demẽtia. Ori. Mystice autem templũ dei, est ecclesia Christi. Sũt aũt multi in ea, nõ (sicut decet) viuentes spiritualiter, sed secundũ carnẽ militant: qui domũ orationis de lapidibus viuis constructã, faciunt spelunca esse latronũ actibus suis. Si aũt oportet tres species eiectas à tẽplo cautius exponere, possumus dicere: Quicunque in populo Christiano ad nihil aliud vacãt, nisi circa emptiões & venditiones, rarius aũt in orationibus permanent, vel in aliis actibus rectis: ipsi sunt vendentes & ementes in templo dei. Diaconi, qui non bene tractãt ecclesiarũ pecunias, & diuites fiunt de rebus pauperũ: ipsi sunt nũmularii pecuniarũ mensas habẽtes, quas Christus euertit. ꝙ aũt mensis ecclesiasticarũ pecuniarũ diaconi præsint, docemur in actibus apostolorũ. Episcopi aũt qui tradunt ecclesias quibus nõ oportet, ipsi sunt qui vendunt colũbas. i. gratiã spiritus sancti, quorũ cathedras Christus euertit. Hila. Iuxta simplicẽ enim intelligentiã colũbæ nõ erãt in cathedris, sed in caueis: nisi fortè columbarum institores sedebant in cathedris, quod absurdum est. quia in cathedris magistrorũ magis dignitas indicatur, quæ ad nihilũ redigitur cũ mixta fuerit lucris. Obserua etiã propter auaritiã sacerdotũ altaria dei nummulariorum mensas appellari.

Doctria moralis.

Quod aũt de ecclesiis diximus, vnusquisq; de se intelligat. dicit enim apostol⁹: Vos estis tẽplum dei, non sit ergo in domo pectoris vestri negociatio, nõ donorũ cupiditas: ne ingrediatur Iesus iratus & rigidus, & nõ aliter mũdet templum suum, nisi flagello adhibito, vt de spelunca latronũ domũ faciat orationis. Orig. Vel in se cũdo aduentu eiiciet vel euertet quos inueniet ĩ tẽplo dei indignos. Chryso. sup Mat. Ideo etiã nũmulariorũ mensas euertit: quod significat ꝙn tẽplo dei nõ debẽt esse nũmi nisi spirituales, qui dei habẽt imaginem, nõ qui portant imaginẽ terrenã. Cathedras vendẽtiũ colũbas euertit, loquẽs ipso facto: quid faciunt in templo multæ columbæ venales, ex quo vna columba gratuita descẽdit in tẽplũ corpis mei? Quod aũt turbæ verbis clamauerũt, dñs factis ostẽdit. vnde sequitur: Et accesser. ad eũ &c. Origen. In tẽplo enim dei. i. in ecclesia, nõ sunt oẽs videntes, neque recte ambulãtes: sed qui ex eis intelligũt, quia nullius est opus nisi Christi vt sanẽtur, accedẽtes ad verbũ dei sanãtur. Remi. Quod aũt ĩ tẽplo sanãtur, significat quod hoies nõ nisi in ecclesia sanari possunt, cui data est potestas ligãdi atq; soluẽdi. Hiero. Nisi aũt mensas nũmulariorũ subuertisset, cathedrásq; colũbas vendentiũ: cæci & claudi lucẽ pristinã, & cõcitum gradũ in tẽplo nõ meruissent recipere.

Chrys. in ho. Principes aũt sacerdotũ neq; ita persuadebãtur, sed ex reliquis miraculis & ex pconiis puerorũ eũ extollentib⁹ indignabãtur. vnde sequitur: Vi. aũt prin. sacer. Hiero. Cũ enim manum non audeãt in eum iniicere sacerdotes, tm̃ opa calumniantur, & testimoniũ populi atq; puerorum, q̃ clamãt Hosanna filio David, bñdictus qui venit in noĩe dñi: ꝙ videlicet hoc nõ dicit nisi soli filio dei. Videant ergo epi & quilibet sc̃i homines cũ quanto periculo dici sibi ista patiant̃, si vero dño cui hoc dicebat, quia nondũ solida erat credentiũ fides, ꝓrimine impingit. Chry. sup Mat. Sicut aũt colũna si modicũ obliquata fuerit, accepto põdere amplius vadit in latus, sic & cor hoĩs cũ ꝓsum fuerit, si alicuius viri iusti opa videat vel audiat, nõ cõfirmatur, sed magis ad inuidiã cõcitat. Hoc mõ sacerdotes cõcitati sunt cõtra Christum, dicẽtes: Audis qd isti dicũt? Hie. Sed Christi ꝛñsio moderata fuit. Nõ dixit (qd̃ scribę audire cupiebãt) bene faciũt pueri, vt mihi testimonium phibeant: nec rursum, errãt, pueri sunt, debetis ætati ignoscere; sed profert exẽplũ de octauo psalmo, vt tacente dño testimonium scripturarum puerorum dicta firmaret. vñ sequit: Ies⁹ aũt dixit eis: Vtiq;. Nũq̃ legistis &c. Chry. sup Mat. Tãq̃ si dicat: Esto, mea culpa est quia isti clamant: nunqd mea culpa est, quia tot milia annorũ hoc futurũ ꝓpheta ꝑdixit? Infantes aũt & lactẽtes nec intelligere aliquẽ, nec laudare possunt. Dicũt ergo infantes, nõ ætate sed simplicitate cordis: lactentes aũt, qm̃ quasi lactis suauitate, ita mirabilium delectatione excitati clamabãt. Lac enim dicitur opus miraculorum, quia miracula nullũ laborẽ videntibus ponũt, sed vidẽtes admiratione delectãt & ad fidẽ molliter inuitant. Panis aũt est doctrina perfectæ iustitiæ, quã accipe nõ possũt nisi exercitati sensus circa res spirituales. Chry. in ho. Hoc aũt & typus gentiũ erat, & apostolis nõ parua cõsolatio. vt enim nõ angustiarẽtur qualiter idiotæ existentes possent ꝓdicare, præuenientes pueri eorum eiecerũt timorẽ: quoniã scilicet dabit eis sermonem, qui hos fecit laudem cantare. Hoc etiã miraculum significat ꝙ Christus cõditor erat naturæ, quia pueri significatiua loquebantur & prophetis cõsona, viri autem insipientia & insania plena.

Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniã: ibique mansit. Mane autem reuertens in ciuitatem esuriit.* *Et uidens fici arborem unam secus uiam, uenit ad eam: & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Et uidentes discipuli, mirati sunt, dicẽtes: Quomodo continuo aruit? Respondens autem Iesus, ait eis: Amen dico uobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis,* tolle & ita ecta te in mare: fiet. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.*

*& docebat eos de regno dei.

*tollere & iactare.

Chryso. sup Mat. Malũ hoĩem melius locũ dãdo põt aliquis vincere, q̃ rñdendo: quia malitia nõ instruitur sermonib⁹, sed excitat̃: & ideo dñs recedendo cõpescere studuit, quos respõdẽdo nõ cõpescuit. vñ dicit: Et relictis &c. Hie. Hinc aũt intelligendũ est ꝙ dñs tantæ fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus sit: vt in vrbe maxima nullũ hospitẽ, nullã inuenerit mãsionẽ, sed in vico paruulo apud Lazarũ sororés̃q; eius habitaret: eorum quippe viculus Bethania est. vnde sequit: Ibique mansit. Chry. sup Mat. Vt. s. ibi maneret corporaliter vbi spiritualiter repausabat. nã sctorum virorum est, ꝙ nõ gaudẽt vbi epulę largæ sunt, sed vbi sanctitas floret. Hier. Discussis aũt noctis tenebris, cum in ciuitatẽ reuerteret dñs, esuriit. vñ seq̃t: Mane aũt reuer. ĩ ciui. esu. veritatẽ. s. humanę carnis oñdẽs. Chry. sup Mat. Quãdo em̃ cõcessit carni qd̃ ꝓpriũerat pati, tũc demõstrat ei⁹ passionẽ. Raba. Nota aũt maiorẽ studiosi oratoris affectum, dum dicit mane reuertisse in ciuitatẽ vt ꝓdicaret, & vt aliquos deo pri acquireret. Hier. Dominus aũt passurus in ꝓphis & baiulaturus scãdalum crucis, voluit discipulorũ aĩos signi anticipatione firmare. vñ sequit: Et vi. fici arborẽ &c. Chry. in ho. Non ꝓpter hoc veniebat quia esuriebat, sed ꝓpter discipulos, qa enĩ vbiq; bñfaciebat, nullũ aũt puniebat, oportebat & punituris eius virtutis demõstrationẽ tribuere. Noluit aũt̃ in hoĩbus hoc ostendere, sed in planta. Hila. Et in hoc quidẽ bonitatis dñicæ argumẽtũ reperimus. Nã vbi afferre voluit ꝓcuratę ꝓ se salutis exemplum, virtutis suæ potestatẽ ĩ humanis corporib⁹ exercuit: spẽ futurorum, & aĩæ salutẽ curis ꝑsentiũ ægritudinũ cõmendãs. nũc vero verbi in cõtumaces formam seueritatis cõstituebat, futuri speciẽ dãno arboris indicauit. vnde sequitur: Et ait illi: Nunq̃ ex te fruc. na. in sempi. Hiero. Vel in seculũ, vtrũq; enim vno modo græcus sermo significat. Chry. in ho. Suspicionis aũt discipulorũ erat existimare ꝓpter hoc eã esse maledictã, quia nõ habebat fructũ. cur igitur maledicta est? discipulorũ gratia, vt discãt quoniã poterat siccare eos qui crucifixerunt eum. vnde sequitur: Et arefacta est conti. ficul. Ideo aũt nõ in alia plãta, sed in omniũ humidissima miraculũ hoc fecit, vt & hinc maius hoc miraculũ appareat. Cum aũt̃ in plantis vel in brutis fit aliquid tale, non quæras qualiter iuste siccata est ficus, si tẽpus non erat? hoc enim quærere, est vltimę dementiæ: quia scilicet in talibus non inuenitur culpa & pœna, sed miraculũ inspice & admirare miraculi factorem. vnde sequitur: Et viden. discipuli &c. Glos. Non facit creator iniuriam possidenti, sed creatura suo arbitrio ad vtilitatem aliorum mutatur. Chry. in ho. Et vt discas quoniam ꝓpter eos hoc factũ est. s. vt ad confitendũ eos erigat, audi quid deinceps dicatur. Sequitur enim: Respõ. autẽ Iesus ait illis: Amẽ dico &c. Hier. Latrant contra nos gentiliũ canes, asserẽtes apostolos non habuisse fidẽ, quia mõtes trãsferre non potuerũt. Quibus respõdemus multa facta esse signa à domino, quæ scripta nõ sunt: igitur & hæc credimus fecisse apostolos, sed ideo scripta non esse, ne fidelibus cõtradicendi maior daretur occasio: alioquin interrogemus eos, vtrũ credãt his signis quæ scripta narrãtur, an nõ? & cũ incredulos viderimus, cõsequẽter ꝓbabimus nec maioribus eos credituros fuisse, qui minoribus non crediderũt. Chry. in ho. Hoc autẽ quod dominus, dicit orationi ascribit & fidei, vnde iterũ dicit: Et omnia quæcunque petie. &c. Orig. Discipuli enim Christi nihil eorũ q̃ nõ oportet, petũt, & quasi credẽtes magistro nihil aliud petũt nisi magna & cælestia. Rab. Quotiescunq; autẽ petẽtes nõ exaudimur, ideo fit: qa vel cõtra auxiliũ nostræ salutis petimus, vel qa eorũ pro quib⁹ petim⁹ puersitas vt nõ impetremus obsistit: vel in futurũ petitionis nostrę differtur effectus, vt desyderia crescant, & perfectius capiãt gaudia quæ requirũt. Aug. de quę. euã. Cõsiderandũ autẽ miratos esse discipulos de hoc ꝙ arbor aruerat: & eis dominũ respõdisse quod dictũ est de fide, nõ ipso secũdo die quo maledixit arbori, sed tertio die Marcus dicit. Ipso quippe die secũdõ, cõmemorauit Marcus de tẽplo eiectos vendentes, quod primo die factũ prætermiserat: ipso ergo secũdo die dicit facta vespere egressum de ciuitate: & eũ mane trãsirent vidisse discipulos mane factã ficũ aridã. Matthæus aũt sic loquitur tãquã secundo die hoc totũ sit factũ: vnde intelligitur ꝙ cum Matthæus dixisset arefacta est cõtinuo ficulnea, ꝑtermissis cæteris ad secundũ diẽ pertinẽtibus adiũxit statim: Et vidẽtes discipuli admirati sunt. ita tamen ꝙ alio die viderit dominus ficulneam, & alio die discipuli admirati sunt. intelligitur enim non tũc aruisse, quãdo viderũt arefactã, sed cõtinuo quãdo maledicta est: non enim arescentem, sed penitus arefactam viderũt, ac sic eã cõtinuo in verbo domini aruisse intellexerũt. Orig. Mystice autem relinquẽs domin⁹ principes & scribas, factus est extra Hierusalẽ terrenã quę ideo cecidit. Venit autẽ in Bethaniã ad domũ obediẽtię. i. ecclesiã, vbi cũ requieuisset post principiũ constituendi ecclesiã, reuertitur in ciuitatẽ quã pauloante reliquerat: & reuertens esuriit. Chry. s. super Mat. Si autẽ quasi homo esurisset cibũ carnalẽ, nũquam mane esurisset: sed mane esurit, qui aliorũ esurit salutẽ. Hiero. Arborẽ autẽ quam vidit in via, intelligimus synagogã: quæ iuxta viã erat, quia legẽ habebat, nõ tamẽ credebat in viã. i. in Christũ. Hila. Quę ficus arbori cõparatur, quia credẽtes primi ex Israel apostoli grossorũ modo, cæteros resurrectionis gloria & tẽpore anteibũt. Chry. sup Mat. Ficus etiã ꝓpter multitudinẽ granorum sub vno cortice, est quasi cõgregatio multorũ fideliũ. Nihil autẽ inuenit in ea nisi folia tantũ. i. traditiones pharisaicas, iactationẽ legis absq; fructibus veritatis. Orige. Et quoniã arbor illa erat figuraliter animã habens, quasi audienti dicit: Nunquã ex te fructus nascatur in ꝛempiternũ, ideo infructuosa est synagoga Iudæorũ: & hoc erit vsq; ad cõsummationẽ seculi, donec intrauerit gẽtiũ multitudo. & aruit ficulnea adhuc peregrinante in hac vita Christo: & vidẽtes discipuli oculis spiritualibus mysterium fidei siccatæ, mirati sunt: sed & discipuli Christi fideles & non hæsitãtes, relinquẽtes eam, siccã faciũt: cum vitalis virtus trãsierit ab eis ad gẽtes. sed & à singulis qui adducuntur ad fidem, tollitur mons ille satanas, & mittitur in mare. i. in abyssum. Chry. super Mat. Vel in mare. i. in istũ mundũ vbi sunt aquæ salsæ. i. populi iniqui. Raba. Exclusionẽ enim suã ab electis amplius sæuiendo vindicat in reprobis. Aug. de quæ. euã. Vel hoc sibi seruus dei dicere debet de monte superbiæ vt eam à se repellat, vel quia per eos euãgeliũ prædicatum est, ipse dominus qui mons appellatus est à Iudæis, in gentes tanquã in mare iacitur. Orig. Omnis etiã qui obedit verbo dei Bethania est: & requiescit Christ⁹ in eo, malos quidẽ & peccatores relinquit. quãdo autẽ fuerit apud iustos, fit & apud alios post illos & cum illis, non enim dicitur ꝙ relinquens Bethaniã venit in ciuitatẽ. Esurit autẽ semper dominus in iustis, volens mãducare fructũ spiritus sancti in eis, qui sunt Charitas, Gaudiũ, & Pax. Erat autẽ secus viã hæc ficus, quæ folia tantum habuit sine fructu. Chry. super Mat. i. iuxta mũdũ. Si enim homo iuxta mundum vixerit, non potest in se fructũ iustitię tenere. Orig. Si autẽ venerit dominus in tẽtationibus fructũ requirẽs, & inuentus fuerit aliquis nihil iustitiæ habẽs, nisi professionẽ tantũmodo fidei, quod est folia sine fructu: mox exsiccat̃, hoc ipsum etiã ꝙ videtur fidelis amittens. sed & vnusquisque discipulorũ ficum arescere facit, manifestum faciens eum esse vacuum à Christo, sicut Petrus dixit ad Simonem: Cor tuum nõ est rectum coram deo. Melius est enim vt fallacem ficum quæ viuere æstimatur, nõ autẽ fructificat, siccari verbis discipulorum Christi & fieri manifestã: quàm vt furetur per figmẽtum innocentium corda. Est autẽ & in vnoquoq; infideli mons secundũ mensuram ꝛnfidelitatis suæ, q̃ verbis discipulorũ Christi tollitur.

Mysterium arboris.

Allegorica expositio.

*habẽt.

Et cum uenisset in templum, accesserunt ad eum docentem, principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? Respondens Iesus, dixit eis: *Interrogabo uos & ego unum sermonem: quem si dixeritis mihi, & ego uobis dicam in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis unde erat: è cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes: Si dixerimus è cælo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus turbam. Omnes enim* habebant Ioannem sicut prophetam. *Et respõdentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico uobis in qua potestate hæc facio.*

Chry. Quia viderant sacerdotes Christum cũ magna gloria introeuntem in templũ, inuidia torquebantur. Itáq; non sufferentes in pectore suo inuidiæ stimulantis ardorẽ, prorũpunt in vocẽ. vnde sequitur: Et cũ ve. in tẽplum &c. Chry. in ho. Quia enim signis detrahere non habebant, ex his quæ inhibebãtur in templo vẽdere, afferunt reprehensionẽ. acsi dicerent: Nunquid magistralẽ suscepisti thronũ? Sacerdos consecratus es,

quoniã tantã demonstrasti potestatẽ? Chry. super Mat. Per hoc autẽ ꝙ subdunt: Et quis de. tibi hãc potestatẽ? Ostendunt multas esse personas, quæ dant hominibus potestatẽ, siue corporalem, siue etiã spiritualem. quasi diceret: De sacerdotali familia genitus non es, senatus tibi hoc non concessit, Cæsar non donauit. Si autẽ credidissent quia omnis potestas ex deo est, nunquam interrogassent, quis tibi dedit hanc potestatem? Omnis enim homo secundum se æstimat alterum: fornicarius neminem ẽstimat castum, castus non facile de fornicario suspicatur. sic qui non est ex deo sacerdos, nullius sacerdotium putat ex deo. Hier. Vel his verbis eandẽ, quam supra calumniam struunt, quando dixerunt: In Beelzebub principe dęmoniorũ eiicit dęmonia. Quãdo enim dicunt: In qua potestate hæc facis? dubitãt de dei potestate: & subintelligi volunt diaboli esse quod faciat. Addentes quoque: Quis tibi dedit hanc potestatem? manifestissime dei filium negant, quem putant non suis sed alienis viribus signa facere. Poterat autẽ dominus aperta responsione tentatorũ calumniã confutare, sed prudenter interrogauit, vt suo ipsi vel silentio vel scientia condemnarentur. vnde sequitur: Respõdens Iesus dixit eis: Interrogabo &c. Chry. super Mat. Non quidẽ vt respõdentes audiant, sed vt impediti nõ interrogent. quia ipse præceperat: Nolite sanctũ dare canibus. Deinde etiam si dixisset, nihil proficeret. quia non potest sentire quæ lucis sunt tenebrosa voluptas. Interrogantẽ enim opportet dicere: tẽtantem autẽ rationabili percussione confundere, nõ autem ei virtutẽ mysterii publicare. Dominus ergo simplici interrogationi laqueũ ponit in sua interrogatione: & quia eum vitare non poterant, subdit: Quẽ si dixeritis mihi &c. Est autem interrogatio talis: Baptismus Io. vnde erat, è cæ. an ex hominibus? Aug. super Ioan. Accepit quidẽ Ioannes vt baptizare posset, ab eo quem postmodum baptizauit: baptismꝰ autem quem accepit, baptismus Ioãnis hic dicitur. Solus tale donũ accepit: nullus ante ipsum iustorũ, nullus post ipsum accepit baptismũ, qui baptismus diceretur ipsius. Venit enim Ioãnes baptizare in aqua pœnitẽtiæ viã dño præparando, non autẽ interius mũdãdo: quod purus homo nõ potest. Hiero. Ipsi autẽ sacerdotes quid in sua malitia pertractauerĩt, ostẽditur, cum subditur: At illi cogitabant inter se. Si enim respõdissent baptisma Ioãnis esse de cælo, consequens erat responsio: quare ergo non estis baptizati à Ioãne? Si autẽ dicere voluissent humana deceptione cõpositum, & nihil habere diuinũ: seditionẽ populi formidabant. Omnes enim cõgregatæ multitudines Ioãnis receperãt baptisma, & sic habebãt eum vt prophetam. Respondit itaq; impiissima fictio, & humilitatis verbo, quo nescire se diceret, versa est ad insidias cooperiendas. vnde sequitur: Et respondentes Iesu, dixerunt: nescimus. In eo ꝙ nescire se respõderant, mentiti sunt. cõsequens ergo erat iuxta respõsionẽ eorũ dominũ quoq; dicere: Nec ego scio, sed mẽtiri veritas nõ potest. Sequitur enim: Ait illis & ipse, Nec ego dico &c. Ex quo ostendit & illos scire, sed respõdisse nolle: & se nosse, & ideo non dicere, quia illi quod sciant, taceant. Orig. Sed dicet aliquis cõtra hoc: quia ridiculum erat interrogare, in qua potestate hæc faceret Iesus: nec enim poterat fieri vt responderet, quia in potestate diaboli faceret, sed nec ipse respõderet quod erat verum, quoniã in potestate ꝓpria facit. Si quis autẽ dicat, quoniã interrogabãt principes vt illum terrerẽt: vtputa si facit aliquis quod nobis nõ placet in nostris, dicimus ei: quis te iussit hoc facere? eũ terrẽtes vt recedat ab actu: sed quid ꝙ & Christus ita respondit? Dicite mihi vos hoc: & ego vobis dico in qua potestate hæc facio: forte ergo sic intelligitur hic locus. Generaliter quidẽ sunt duæ potestates diuersæ: vna ex parte dei, altera ex parte diaboli. Specialiter autẽ sunt plures. Non enim vna potestas omnibus ꝓphetis faciẽtibus signa coeperabatur: sed alia istis, alia illis: & ad res forsitã inferiores inferior, ad res autẽ eminẽtiores eminentior. Principes autẽ sacerdotũ videbãt Iesum multa prodigia faciẽtem: & ideo ptãtis sibi cooperãtis speciẽ & proprietatem volebãt audire à Christo. Alii quidem qui signa fecerũt, in primis quidẽ in ista ptãte fecerũt: proficientes autem in alia ptãte maiori. tamen saluator vniuersa fecit in vna ptãte, quam accepit à patre. Quoniam autem nõ erant digni talia audire mysteria, propterea non dat eis respõsum, sed econtra interrogat. Rab. Ob duas enim causas scientia veritatis est occultanda quęrẽtibus: cum scilicet is qui quærit aut minus capax est ad intelligendum, aut odio vel contemptu veritatis indignus est cui debeat ãperiri quod quærit.

Omnis ptãtus à deo.

Duæ diuersæ potestates.

Quid autem uobis uidetur? Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad primũ, dixit: Fili, uade, hodie operare in uineam meam. Ille autem respõdens, ait: Nolo. Postea autem pœnitentia motus, abiit. Accedẽs autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait: Eo domine. Et non iuit. Quis ex duobus fecit uoluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Iesus: Amen dico uobis, quia publicani & meretrices præcedent uos in* regno dei. Venit enim ad uos Ioánnes in uia iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei. Vos autem uidentes, nec pœnitẽtiam habuistis postea, ut* crederetis ei.*

*vinea mea

*regnũ

*et

Hier. Post ꝓmissa ĩfert dñs parabolã, qua & illos impietatis arguat, & ad gẽtes regnũ dei doceat trãsferendũ, dicens: Quid autẽ vobis videtur? Chry. super Mat. Quos reos ꝓponit in causa, ipsos & iudices petit: vt à nullo mereãtur solui, q seipsos cõdẽnant. Magna est fiducia iustitiæ, vbi aduersario ipsi⁹ causa cõmittitur. In parabolis ergo figurat personas eorũ, vt non intelligãt quomodo ipsi aduersus se sententiam dicerẽt. Sequitur enim: Homo quidã &c. Quis ille nisi de⁹, q omnes homines creauit? q cũ sit natura dñs, tamẽ vult magis diligi quasi pater, q timeri vt dñs. Maior filiꝰ gẽtiũ populꝰ erat, minor vero populꝰ Iudęorũ: quoniã gẽtes quidem erant ex tẽpore Noe. Sequit: Et ac. ad primũ dixit: Fili &c. Hodie. i. tẽpore seculi huiꝰ: locutus est autẽ nõ in facie vt homo, sed in corde vt deꝰ, sensibꝰ ingerẽs intellectũ. Operari autẽ in vinea, est iustitiã facere: nescio autẽ si totã quis hominũ sufficiat operari. Hier. Primo ergo dicitur gentiliũ populo ꝑ naturalis legis notitiã: Vade & operare in vineã meã, hoc est, qđ tibi nõ vis fieri, alteri ne feceris. qui superbe respõdit: vnde sequitur, Ille autẽ respõdẽs, ait: Nolo. Chry. super Mat. Gẽtes enim à principio relinquẽtes deũ & iustitiã eius, & trãseuntes ad idola & peccata, in cogitationibꝰ suis respõdere videtur: Nolumus facere dei iustitiã. Hiero. Postea vero in aduẽtu saluatoris, gentium populus acta pœnitentia operatus est in vinea dei, & sermonis cõtumaciã labore correxit: & hoc est quod dicitur: Postea pœnitentia motus, abiit. Sequitur: Accedens autẽ ad alterũ dixit similiter. At ille respõ. ait: Eo domine. Secundus enim filius, populus Iudæorũ est qui respondit Moysi: Omnia quęcũq; dixerit nobis dñs, faciemus. Chry. super Mat. Sed postea auersi, mẽtiti sunt deo, secũdũ illud: Filii alieni mentiti sunt mihi: & hoc est quod dicitur: Et non iuit. Interrogat ergo dñs cõsequẽter. Quis ex duobus fecit voluntatẽ patris? Dicũt ei: Primus. Vide quomodo aduersus se protulerunt sententiam, dicentes: Priorem filiũ voluntatẽ patris feciſſe. i. populũ gentiũ, quia

Iustitiæ magna fiducia.

melius est non promittere deo iustitiã & facere, quàm ꝓmittere & mẽtiri. Orig. Vnde potest cõsiderari dũm esse locutũ in parabola ista ad eos, qui modicũ aut nihil ꝓmittũt, operibus aũt ostẽdũt: & cõtra eos qui magna ꝓmittũt, nihil autẽ secundũ ꝓmissionẽ suã agunt. Hiero. Sciendũ est autẽ in veris exẽplaribus non haberi nouissimũ, sed primũ, vt ꝓprio iudicio cõdẽnentur. Si autẽ nouissimũ voluerimus legere, vt quidã habent, manifesta est interpretatio, vt dicamꝰ ĩtelligere quidẽ Iudæos veritatẽ, sed tergiuersari & nolle dicere quid sentiũt: sicut & baptismũ Ioãnis scientes esse de cęlo dicere noluerũt. Chry. super Mat. Eorũ autẽ iudiciũ dñs abundanter confirmat. vnde sequitur: Dixit illis Iesus: Amẽ dico vobis, quia publicani & meretrices præcedẽt vos in regno dei. ac si dicat, Nõ solũ populus gẽtiũ melior est vobis, sed etiã publicani & meretrices. Rab. Potest autẽ regnũ dei euãgeliũ vel ecclesia præsens intelligi, in quo gẽtes Iudæos præcedũt, quia citius credere voluerũt. Orig. Per hoc autẽ non excluditur quin Iudæi aliquãdo intrent in regnũ dei, sed cũ plenitudo gẽtiũ intrauerit, tũc omnis Israel saluus fiet. Chry. super Mat. Puto aũt ꝙ ex persona omniũ virorũ peccatorũ publicani ponũtur, & ex ꝑsona omniũ mulierũ pecatricum meretrices: quia auaritia pręcipue in viris abundat, fornicatio autẽ in mulieribus. Mulier enim in quiete sedet incluſa: fornicatio autem maxime ex otio nascitur: vir autẽ quoniã in actibus rerũ diuersarum est assidue, in auaritiæ peccatũ facile incurrit, in fornicationẽ autẽ nõ facile, nisi multũ sit lasciuꝰ: nã occupatio virilium solicitudinũ voluptatẽ plerũq; excludit: vnde propriũ est hoc adolescentiũ nihil agentiũ. Consequẽter exponit causam eiꝰ quod dixerat, dicẽs: venit enim Ioãnes ad vos in via iustitię, & non credidistis ei. Rab. Viã iustitiæ Ioãnes prædicãs venit, quia Christum, qui cõsummatio legis est, digito mõstrauit. Chry. sup Mat.

Doctria moralis.

Vel venit in via iustitiæ sic manifeste, vt cõuersatio eiꝰ venerabilis peccatorũ corda cõcuteret. vnde sequitur: Publicani autẽ & meretrices crediderũt ei. Considera quomodo conuersatio bona prędicatoris, prędicationi præstet virtutẽ, & etiam indomita domet corda. sequitur: Vos autẽ vidẽtes nec pœnitentiã habuistis postea vt crederetis ei. ac si diceret: Illi fecerũt, quod maius est credẽdo. Ifti autẽ neq; pœnitentiã fecerũt, quod minꝰ est. In hac autẽ expositione, quã secundũ multorũ expositionẽ tractauimus, aliquid mihi videtur esse contrariũ. Si enim duo filii, Iudæi & gẽtes intelligendi sunt, postquam sacerdotes interrogati responderunt priorẽ filiũ patris voluntatẽ feciſſe, cõcludens Christus parabolã, sic debuit dicere: Amẽ dico vobis, quia gẽtes prędcedẽt vos in regno dei. Nũc autẽ dicit, quia publicani & meretrices prędcedent vos in regno dei, quod magis populariũ hominũ ostẽdit cõditionẽ quàm gentiũ, nisi fortè intelligamus, vt prius dictũ est: Intantũ gentium populus magis placet deo quàm vos, vt etiã publicani & meretrices sint acceptabiliores deo quàm vos. Hier. Vnde alii putãt non gentiliũ & Iudęorũ esse parabolã, sed simpliciter peccatorũ & iustorũ. eo ꝙ illi quidẽ per mala opera deo seruire negauerant, postea pœnitentiæ baptismũ acceperãt à Ioãne: Pharisæi autẽ qui iustitiã prędcferebãt, & legẽ dei se facere iactabãt: Ioãnis contẽpto baptismate, eius præcepta non fecerũt. Chry. super Mat. Hoc autẽ ideo introducit, quia sacerdotes nõ discędi causa, sed tẽtandi intrrogauerãt: In qua ptãte hoc facis? Multi autẽ ex populis crediderant: & ideo introducit parabolã duorum filiorum, ostẽdens eis per eam, quia meliores sunt populares qui à principio seculare profitentur vitã quàm sacerdotes, qui à principio profitentur deo seruire. quia populares quidem aliquando compuncti conuertuntur ad deum, sacerdotes autẽ impœnitibiles cõstituti, nũquam desinũt peccare in deũ. Prior enim filius populꝰ est. Nõ enim populus est propter sacerdotes, sed sacerdotes propter populum.

Aliam parabolam audite: Homo erat paterfamiliãs qui plantauit uineã, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eã agricolis, & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium cæciderunt, alium occiderunt, alium uero lapidauerũt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suũ, dicens: Verebuntur filium meum. Agricolæ autem uidẽtes filium, dixerunt inter se: Hic est hæres: uenite, occidamus eum, & habebimus hæreditatẽ eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra uineam, & occiderunt. Cum ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet, & uineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis, Lapidẽ quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Ideo dico uobis, quia auferetur a uobis regnũ dei, & dabitur gẽti facienti* fructum eius. Et qui ceciderit super lapidẽ istũ, con-*fringetur: super quem uero ceciderit, conteret eum.

*forte

*fructus

Chry. in ho. Post priorem parabolam, aliam ponit: vt ostẽdat eorum accusationem esse maiorem, & venia indignã. vnde dicitur: Aliam parabolam au. Homo erat &c. Orig. Homo paterfamiliãs deus est, qui dicitur homo in quibusdã parabolis, sicut si pater cũ paruulo filio suo loquatur infantilia, vt descendat ad verba filii sui, & instruat eum. Chry. super Mat. Homo autem dicitur nomine, non natura: similitudine, non veritate. prescius enim filius, quia propter appellationẽ humani nominis quasi homo purus fuerit blasphemãdꝰ, etiã deũ patrẽ inuisibilẽ hominẽ appellauit, qui angelorum & hominũ natura dominꝰ est, beniuolẽtia pater. Hier. Plantauit autẽ vineã, de qua Esaias loquitur: Vinea domini Sabaoth, domus Israel est. Sequitur: Et sepẽ circũdedit ei, vel murũ vrbis vel angelorũ auxiliã. Chry. super Mat. Vel per sepẽ intellige custodiã patrũ iustorum, qui tanquã murus facti sunt populo Israel. Orige. Vel custodia dei fuit sepes ipsius, torcular autem locus libationũ. de quo sequit: Et fodit in ea torcular. Hier. Altare. s. aut torcularia illa quorum titulo tres psalmi prænotantur, octauus, octogesimus, octogesimus tertius. s. martyres. Hila. Vel prophetas quasi quædã torcularia aptauit, in quos musti modo quædã vbertas spiritus sancti feruẽtis influeret. Chry. super Mat. Vel torcular est verbũ dei, quod cruciat hominẽ cõtradicente carnis natura. Sequitur: Et ædificauit turrim. Hiero. i. tẽplum de quo dicitur per Micheam: Et tu turris nebulosa filiæ Sion. Hila. Vel in turre eminentiam legis extruxit, quæ & in cælũ ex solo egressu proueheret, & ex qua speculari Christi posset aduentus. Sequitur: Et locauit eam agricolis. Chry. super Mat. Quãdo. s. per legem cõstituti sunt sacerdotes & leuitæ, & procurationem regendi populum susceperũt. Sicut autẽ colonus, quãuis de suo munere obtulerit domino, non sic eum placat, sicut si de vinea eius redditus ei obtulerit: sic & sacerdos nõ tantũ propter suã iustitiã placet deo, quomodo si populũ dei in sanctitate docuerit. quoniã ipsiꝰ iustitia vna est, populi aũt multiplex. Sequitur: Et peregrè profectus. Hiero. Non loci mutatione, nec enim deꝰ alicubi abesse potest quo cõplẽtur omnia, sed abire

videtur à vinea, vt vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat. Chry. in ho. Vel peregrè profect⁹ est, cum longanimitatem habuit, non semper eorũ pec catis pœnas inducens. Orig. Vel quia dominus qui fuerat cum illis in nube diei, & in colũna ignis per noctẽ, nequaquam postea similiter apparuit illis. In Esaia ergo Iudaicus populus vinea nominatur: & comminatio patrisfamiliâs contra vineam fit. In euangelio autem vinea non culpatur, sed eius coloni. Sed fortè in euangelio vinea est regnum dei, id est doctrina quę scripturis inserta est scientiæ: vita autem irreprehensibilis hominum, est vineæ fructus. Litera autem scripturæ est vineæ sepes circumposita, vt non videantur ab his qui foris sunt fructus qui sunt in abscoso: profunditas autẽ eloquiorum dei, est vineæ torcular: in quod qui profecerunt de eloquiis dei, infundunt studia sua quasi fructus. Turris autem ędificata, est verbum de ipso deo, & de dispensationibus Christi, hanc vineam tradidit colonis. i. populo ante nos, tam sacerdotib⁹ quàm laicis. Et peregrè profectus est ad suam profectionem, dans occasionem colonis. Appropinquat autem tempus fructuum: & secundum vnumquemque, & generaliter populo vniuerso. Primum enim vitæ tempus est secũdum infantiam: & tunc nihil vinea ostẽdit, nisi tantum habens in se vitalem virtutem: cum autem cœperit posse loqui, tempus est generationis. Quantum autem proficit anima pueri, & tãtum vinea. i. verbum dei: & post profectum, vinea operatur fructum maturum charitatis & gaudii & pacis & huiusmodi. Sed & populo q acceperunt legem per Moysen tempus fructuum appropinquat aliquãdo. vnde sequitur: Cum autẽ tem. fruct. appro. &c. Raba. Vnde tempus fructuum posuit non prouentuum: nullus enim est fructus populi contumacis. Chryso. in ho. Seruos dicit prophetas, qui offerunt quasi sacerdotes domini populi fructus, & obedientiæ ostensionem per opera. Hi autem non solũ malitia potiti in non dando fructum, sed etiam in indignando ad eos qui venerunt, & sanguine manus impleuerũt. vnde sequitur: Et agri. app. ser. eius, &c. Hier. Cæciderunt quidem, vt Hieremiam: occiderunt, vt Esaiam: lapidauerunt, vt Nabot, & Zachariam, quem interfecerunt inter templum & altare. Chry. super Mat. Per singulos autem gradus malitiæ dei misericordia addebatur, & per singulos gradus diuinæ misericordiæ malitiæ Iudæorum crescebant: & sic contra dei clementiam, malignitas humana certabat. vnde sequitur: Iterum misit alios seruos &c. Hila. Missi autem plures prioribus illud tempus designat, quo post singulorũ prophetarum prædicationem, plurimus simul numerus prophetantium emissus est. Raba. Vel primi serui qui missi sunt, ipse legifer Moyses intelligitur, & Aaron primus sacerdos dei: quos cæsos flagello linguæ, vacuos emiserũt: alios autem seruos, prophetarum choros intellige. Hila. In filio autem ad vltimum misso domini nostri aduẽtus significatur. Sequitur enim: No. autem mi. ad eos fi. suum. Chry. in ho. Quare autem non confestim misit? vt ex his quæ ad alios fecerant, seipsos accusarẽt, & furorem dimittentes, verecundarentur propter filium aduenientem. vnde sequitur: Vereb. for. fi. meum. Chry. Hunc autem misit non quasi ad obnoxios pœnæ sententiam baiulantem, sed pœnitentiæ veniam: misit eos confundere, non punire. Hiero. Quòd autem dicit Vereb. for. fi. meũ, non de ignorãtia venit. Quid enim nesciat paterfamiliâs, qui hoc loco deus intelligitur? sed semper ambigere deus dicitur, vt libera voluntas homini reseruetur. Chry. in ho. Vel hoc dicit annuncians quid fieri debebat, quoniam oportebat eos vere-

Allegorica expositio.

cundari. per hoc enim vult ostendere peccatum eorum magnum, & omni excusatione priuatum. Orig. Vel illud quod ait: Verebũtur forte filiũ meũ, videtur implere tum illis Iudæis qui intelligentes Christum crediderunt in eum. Hoc autẽ quod sequitur: Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, venite occidamus eum: in illis impletũ est qui videntes Christum, & cognoscentes filium dei, nihilominus crucifixerunt eum. Hiero. Interrogemus Arriũ & Eunomiũ. Ecce, pater dicitur ignorare. quicquid pro patre respõderint, hoc intelligant de filio, qui se dicit ignorare cõsummationis diem. Chry. super Mat. Dicunt autẽ quidam, quia post incarnationem dict⁹ est Christus filius ex baptismo, sicut cæteri sancti: quos ex hoc loco conuincit dominus, vbi dicitur: Mittam filium meũ. Quãdo ergo adhuc cogitabat ad transmittendum filiũ post prophetas, iam filius erat. deinde si eo modo dicitur filius sicut omnes sancti ad quos factum est verbum dei, debuit & prophetas dicere filios sicut & Christũ: aut & Christum seruum dicere, sicut & cæteros prophetas. Hiero. Per hoc autem quod dicunt: Hic est hæres: manifeste dominus probat Iudæorum principes, non per ignorãtiam, sed per inuidiam dei filium crucifixisse: Intellexerunt enim eum esse illum, cui pater per ꝓphetam dicit: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã. Hæreditas quippe filio sancta ecclesia data est: quam non moriens pater illi reliquit, sed ipse sua morte mirabiliter acquisiuit. Chry. super Mat. Tamen postquam introiuit in templum, & vẽdentes animalia, quæ ad sacrificium pertinebant, foras eiecit: tunc præcipue cogitauerunt eum occidere. vnde dicunt: venite, occidamus eum. Dicebant enim intra se: Necesse est vt populus per istum dimittat cõsuetudinem hostiarum, quæ ad nostrum pertinent lucrum: & acquiescat offerre sacrificium iustitiæ, quod ad gloriam pertineat dei: & sic iam nõ erit populus iste possessio nostra, sed dei. Si autẽ occiderimus eum, dum non est qui iustitię fructum à populo quærat, semper durabit consuetudo offerendarum hostiarum: & sic populus iste erit nostra possessio. & hoc est quod sequitur: Et nostra erit hæreditas. hæc est cogitatio communis omnium sacerdotũ carnalium, qui non sunt soliciti quomodo viuat populus sine peccato, sed aspiciũt quid in ecclesia offeratur: & hoc æstimant sacerdotii sui lucrum. Rab. Vel hæreditatem occiso eo præripere moliebantur Iudæi, cum fidem quæ per eum est, extinguere, & suam magis, quę ex lege est iustitiam præferre, ac gentibus imbuendis conabantur inserere. Sequitur: Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Hila. Christus enim extra Hierusalem tanquam extra vineam in sententiam damnationis abiectus est. Orige. Vel quod dicit, eiecerunt extra vineam: tale mihi videtur: Quantum ad se, alienum eum esse iudicauerunt à vinea & colonis. Sequitur: Cum ergo vene. domi. vineæ, quid faciet agricolis illis? Hiero. Interrogat quidem eos dominus, non quòd ignoret quid responsuri sint, sed vt propria responsione damnentur. Sequitur: Aiunt illi, Malos malè perdet &c. Chry. super Mat. Quòd autem verum responderunt, non est illorum, qui iuste iudicauerunt, sed ipsius causæ: veritas enim ipsis violentiam fecit. Orig. Sicut enim Caiphas, sic & isti non ex se prophetauerunt contra se, quoniam tollenda ab eis erant eloquia dei, & danda gentibus, fructum in tempore daturis: vel dominus, quem occiderũt, statim venit resurgens à mortuis: & malos quidem colonos malè perdidit, aliis autem colonis. i. apostolis vineam suam cõsignauit. i. eis qui ex Iudaico populo crediderũt. Aug. de

Arrius & Eunomius cõdemnantur.

Interrogatio domini.

con. euan. Marcus autem hoc nõ ab ipsis respõsum esse cõmemorat, sed dominum cõsequenter locutum, post interrogationem suam ipsum sibi quodãmodo respõdisse. Sed facilè potest intelligi, vel illorum vocem ita subiectam, vt non interponeretur: illi responderunt: sed tamen intelligeretur. aut ideo responsionem istam domino potius attributam, quia cum verum dixerũt, etiam de illis hoc ipse respondit qui veritas est. Chry. in homel. Vel non est contradictionis, etenim vtraque facta sunt: quia. s. & ipsi primo hoc responderunt, & postea dominus intrauit. Augustinus de con. euang. Sed illud magis mouet quòd Lucas non solum eos hoc respondisse non dicit, verum etiam contrariam retulisse responsionem. Ita enim narrat: Quo audito. s. hac sententia ex ore domini prolata, dixerũt: Absit. Restat ergo vt intelligamus in plebe, quæ audiebat, quosdã respondisse quod Matthæus commemorat, quosdã vero illud quod Lucas dicit. i. absit. Nec moueat quòd Matthæus principes sacerdotũ & seniores populi dixit accessisse ad dominum, & sic fine interpositione alicuius personæ sermo contexitur, vsque ad hoc quod de locata agricolis vinea commemoratur. Potest enim putari omnia hęc cum principibus sacerdotum locutum fuisse, sed Matthæus breuitatis causa tacuit, quod Lucas non tacuit: parabolam. s. istam non ad eos solos dictam qui de potestate interrogauerãt, sed ad plebem: in qua erant qui dicerent, perdet illos, & vineam suam dabit aliis: quæ vox recte etiam ipsius domini fuisse intelligitur, siue propter veritatem, siue propter membrorũ eius cum suo capite vnitatem. Erãt etiam qui talia respondentibus dicerent: Absit. quia intelligebant cõtra seipsos parabolã esse dictã. Chry. super Mat. Vel aliter: Lucas quidẽ secundum responsionem oris eorum narrauit, Matthæus secundum responsionem cordis. Nam vere visibiliter quidem in facie contradixerunt, dicentes: Absit. In conscientia autem susceperunt, dicentes: Malos malè perdet. Sicut cum homo deprehensus fuerit in malo: verbis quidem excusat, intus autẽ eius cõscientia recognoscit. Chry. in homel. Vel aliter: Dominus propter hoc eis parabolã proposuit, vt ipsi non intelligentes contra se sententiam proferrent: sicut & ad Dauid factũ est per Nathan. rursus autem intelligẽtes quæ dicta sunt contra se esse, dixerũt: Absit. Rab. Moraliter autẽ cuique vinea locatur colenda, cum baptismi mysterium datur, quod operãdo exerceat. Mittitur seruus vnus, alter, & tertius: cum lex, psalmus, prophetia legitur: ad quorum monita bene operetur. Sed missus cęditur & eiicitur, cum sermo contemnitur, vel quod peius est, blasphematur. Hęredem quantum ad se occidit, qui filium dei conculcauerit, & spiritui gratiæ cõtumeliã fecerit. Perdito malo cultore vinea alii datur, cum donum gratiæ quod superbus spreuerit, humilis accipit. Chry. super Mat. Deinde quasi non acquiescẽtibus illis, testimonium scripturæ inducit. Sequitur enim: dicit illis Iesus, Nunquã legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt. i. si parabolam meam non intelligitis, vel istam scripturã cognoscatis. Hiero. Variis autem parabolis res eadẽ contexuntur. quos enim suprà operarios & agricolas appellarat, nunc ædificatores. i. cementarios vocat. Chry. in homel. Lapidẽ autem, Christum vocat. Aedificatores autẽ doctores Iudæorum, qui Christum reprobauerũt, dicentes: Hic nõ est à deo. Raba. Sed illis nolẽtibus ideo lapis caput anguli firmauit, quia de vtroq; populo quotquot ipse voluit, sua fide coniunxit. vnde sequitur: Hic factus est in caput anguli. Hila. Est enim caput anguli fact⁹: quia est inter legem & gentes lateris vtriusq; cõiunctio. Chry.

Concordia euãgeliorũ.

Christus lapis est.

in ho. Deinde vt discant, quoniã nihil eorum quæ fiebant, deo cõtrarium erat, subdit: à domino factum est. Orig. Id est, iste lapis, donum est donatum à deo ædificio vniuerso: & admirabile caput in oculis nostris, qui possumus eum videre oculis mentis. Chry. super Mat. Quasi diceret: Quare non intelligitis in cuius ędificii angulo ponendus est ille lapis, non in vestro, quãdo reprobatus est, sed in alio? Si autem aliud ædificiũ est futurum, ergo vestra ædificatio est cõtẽnenda. vnde subdit: Ideo dico vobis &c. Orige. Regnum dei dicit mysteria regni dei. i. diuinas scripturas, quas tradidit dominꝰ: Primo quidem populo illi priori, cui credita sunt eloquia dei: Secundo autem gentibus facientibus fructum. Nemini enim datur verbum dei, nisi faciẽti fructum de eo: & nemini in quo peccatũ regnat, datur regnum dei. quomodo ergo illis datũ est, à quo & ablatum est? Sed considera quomodo quod datur, intelligitur gratis datum. Quibus ergo locauit, non omnino quasi electis & fidelibus dedit: quibus autem donauit, cum iudicio electionis donauit. Chry. super Mat. Lapis autem dicitur Christus, non solum propter firmitatẽ: sed etiam quia est inimicorum magna confractio. vnde sequitur: Et qui ceciderit super lapidem istum &c. Hiero. Qui peccator est & tamen in illum credit, cadit quidem super lapidem, & confringitur: sed non omnino conteritur, reseruatur enim per patientiam ad salutem. Super quẽ vero ille ceciderit, hoc est cui lapis ille irruerit, & qui Christum penitus negauerit, sic conteret eum, vt nec testa quidem remaneat, in qua hauriatur aquæ pusillum. Chry. super Mat. Aliud est enim confringi, & aliud comminui. De eo enim quod confringitur, aliquid remanet: quod autem comminuitur, quasi in puluerem cõuertitur. Quod autẽ cadit ad lapidem, non frangitur secũdum quòd est lapidis virtus, sed inquantũ fortiter cadit, aut propter pondus suum, aut propter altitudinẽ casus: sic & christianus peccans, non tantum perit quantum potest perdere Christ⁹, sed quantum ipse se perdit per opera sua, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereunt tantũ, quantum potest eos perdere Christus. Chry. in hom. Vel hic duas perditiones eorũ ostendit: vnam ab eo quòd offenderũt, & scãdalizati sunt: quam designat, dicens: Qui ceciderit super lapidem &c. aliam à captiuitate eis superuentura: quam manifestat, dicens: Super quem verò ceciderit, &c. Aug. de quæst. euan. Vel de his dicit qui cadent super eum, qui illum modo contemnunt vel iniuriis affi ciunt. Ideo nondum penitus intereunt, sed tamen cõfringuntur, vt non recti ambulent. super quos cadet, dum veniet desuper in iudicio cum pœna perditionis. Ideo dixit: Conteret eos: vt sint impii tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.

Et cum audissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius: cognouerunt quòd de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetã eum habebant.

Hiero. Quanuis duro corde Iudæi propter incredulitatem essent: tamen intelligebant contra se omnes domini sententias dirigi. vnde dicitur: Et cum audissent principes &c. Chry. super Mat. Hęc est autem differẽtia bonorum hominum & malorum. Bonus enim comprehensus in peccato gemit, quia peccauit: malus autem fremit, non quia peccauit, sed quia comprehensus est in peccatõ: & non solum pœnitẽtiam non agit, sed magis aduersus corripientem irascitur. vnde & isti comprehẽsi magis ad malitiam sunt excitati. Sequitur enim: Et quærentes eum tenere, timuerũt turbas. quo-

Universidad de Deusto Biblioteca

niam ſicut prophetã eum habebãt. Orig. Sapiunt quidem aliquid de eo quod verũ eſt, prophetam eum eſtimantes: non autem magnitudinem eius intelligũt, ſecundum quod erat filius dei. Turbas autem ſic ſapiẽtes de eo, & paratas pro eo pugnare timent principes: neq; enim ad eorum ſcientiam pertingere poſſunt, nihil dignum ſentientes de eo. Deinde ſciendũ eſt, quoniam volentium Ieſum tenere differentia eſt. Aliter enim principes & phariſæi quærebant eum tenere: aliter ſponſa quæ dicit, Tenui eum, nec dimittam, adhuc eum tẽtura melius. ſicut dicit: Aſcẽdam in palmam, & tenebo altitudinẽ eius. Omnes enim non recte ſapientes de diuinitate, tenere volũt Ieſum, & perdere eum. Et alia quidẽ verba præter verbũ Chriſti poſſibile eſt cõprehendere & tenere. Verbũ autem veritatis nemo poteſt cõprehendere. i. intelligere, neq; tenere. i. conuincere, neq; ſeparare à ſenſu credẽtium, neque mortificare. i. deſtruere. Chry. ſuper Mat. Omnis etiam homo malus quantum ad voluntatem ſuã & manus mittit in deũ, & occidit eum. Qui enim præcepta dei conculcat, qui murmurat contra deũ, & turbato vultu aſpicit cælũ, nõne ſi fieri potuiſſet manus mitteret in deũ & occideret eũ, & iam licẽter peccaret? Rab. Sed tamẽ q̃ timẽt mittere manũ in Ieſum propter turbã, quotidie in eccleſia geritur: cum quilibet ſolo nomine frater, fidei & pacis vnitatẽ quam nõ diligit, propter bonos cohabitantes vel erubeſcit impugnare, vel timet.

Iesusquõ tenetur.

Tropologica expoſitio.

CAPVT XXII.

ET reſpondens Ieſus dixit iterum in parabolis eis, dicẽs: Simile factum eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos uocare inuitatos ad nuptias: & nolebant uenire. Iterum miſit alios ſeruos, dicẽs: Dicite inuitatis, ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in uillam ſuam, alius uero ad negociationem ſuam. Reliqui uero tenuerunt ſeruos eius: & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audiſſet iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit. Tũc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt: ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum, & quoſcunque inueneritis, uocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbẽtium. Intrauit autem rex ut uideret diſcumbentes, & uidit ibi hominem non ueſtitum ueſte nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc intraſti non habens ueſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tũc dixit rex miniſtris: Ligatis manibus & pedibus eius mittite eũ in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Multi enim ſunt uocati, pauci uerò electi.

Chry. in ho. Quia dixerat: Dabitur genti facienti fructũ eius: hic oſtẽdit cui gẽti. vnde dicitur: Et reſpõdẽs Ieſus dixit &c. Glo. Dicit autem, Reſpõdens. i. obuians prauæ cogitationi eorũ de morte ſua. Aug. de cõ. euã. Parabolam autẽ iſtã ſolus Matthæus narrat: ſimile quidẽ etiã Lucas cõmemorat, ſed non eſt hoc; ſicut & ipſe ordo indicat. Greg. in hom. Hic per nuptias, præſens eccleſia: illic per cœnam, æternum & vltimũ cõuiuium deſignatur: quia & in hãc nõnulli exituri intrãt, ad illud quiſquis ſemel intrauerit vlteriꝰ nõ exibit. At ſi quis forte cõtendat hãc eandẽ eſſe lectionẽ: intelligi forſitã poteſt, quia de proiecto eo qui cũ nuptiali veſte nõ intrauerat, quod Lucas tacuit, Matthęꝰ dixit: q̃ vero per illũ cœna, per hũc autẽ prãdiũ dicitur, nequaquã obſiſtit: quia cum ad horã nonã apud antiquos prãdiũ fieret quotidie, ipſum quoq; prandiũ cœna vocabatur.

Concordia euã.

Orig. Regnũ autem cælorũ ſimile eſt ſecũdũ eum quidem qui regnat, homini regi: ſecundũ eum autem qui cõregnat, filio regis: ſecundũ ea vero quæ ſunt in regno regis, ſeruis & inuitatis ad nuptias: inter quos eſt & exercitus regis. Additũ eſt autẽ homini regi, vt hominibus quaſi homo loquatur: & diſpenſat homines, non cupientes diſpenſari à deo. Sed tunc ceſſabit regnũ cælorum eſſe ſimile homini, cum ceſſante zelo & contentione & cæteris paſſionibus & peccatis, ceſſauerimus ſecundũ hominẽ ambulare, & videbimꝰ eum ſicuti eſt. Nunc enim videmus eum non ſicuti eſt, ſed ſicuti per noſtram diſpenſationẽ factus fuerit nobis. Greg. in ho. Tunc autem deus pater deo filio nuptias fecit, quando hunc in vtero virginis humanæ naturæ coniunxit. Sed quia ex duabus perſonis fieri ſolet nuptiarum coniunctio, abſit hoc ab intellectibus noſtris: vt perſonam redẽptoris noſtri ex duabus perſonis credamꝰ eſſe vnitam. Ex duabus quippe, atque in duabus hunc naturis exiſtere dicimus: ſed ex duabus perſonis credere cõpoſitũ, vt nephas vitamus. Securius ergo dici poteſt, quia in hoc rex pater regi filio nuptias fecit, q̃ ei per incarnationis myſteriũ ſanctã eccleſiã ſociauit. Vterus autẽ genitricis virginis, huius ſpõſi thalamus fuit. Chry. ſuper Mat. Vel aliter: Cũ reſurrectio fuerit facta ſanctorum, tunc ſuſcipiet hominẽ vita, quæ eſt Chriſtꝰ, mortalitatẽ eius ſua mortalitate abſorbẽs. Nũc enim quaſi arras futuri cõiugii ſpiritũ ſanctũ accipimus, tunc autẽ ipſum Chriſtũ plenius in nobis habebimus. Orig. Vel coniunctionẽ ſponſi ad ſponſam. i. Chriſti ad animam, verbi ſuſceptionem intellige: partus autẽ, opera bona. Hila. Merito aũt à patre iam ſunt hæ nuptię factę, quia ęternitatis huius ſocietas, & noui corporis deſponſata cõiunctio, habetur iam perfecta in Chriſto. Sequitur: Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias, & noluerũt venire. Chry. ſuper Matt. Ergo quãdo miſit ſeruos ſuos, iam inuitati prius erãt. Inuitati ſunt enim homines à tẽpore Abrahæ, cui Chriſti incarnatio ꝓmittebatur. Hier. Miſit aũt ſeruũ ſuũ nec dubiũ quĩ Moyſen, per quẽ legẽ inuitatis dedit. Si autẽ ſeruos legerimus, vt plæraq; habẽt exẽplaria, ad prophetas referendum eſt: quia inuitati per eos venire contẽpſerunt. Sequitur: Iterũ miſit alios ſeruos, dicẽs: Dicite inuitatis. Serui qui ſecũdo miſſi ſunt, melius eſt vt prophetæ intelligãtur quàm apoſtoli, ita tamen ſi ſeruus ſupra fuerit ſcriptus: ſinautẽ ſeruos ibidẽ legas, hic serui ſecũdi apoſtoli ſunt intelligẽdi. Chry. ſuper Mat. Quos miſit cum eis dixit: In viã gẽtium ne abieritis, ſed potius ite ad oues ꝓditas domus Iſrael. Orig. Vel qui primo mittuntur ſerui vocare inuitatos ad nuptias, habẽtur prophetæ conuertentes ex populo per ſuas prophetias ad lætitiã & reſtitutionẽ eccleſiæ ad Chriſtũ. Qui autem noluerunt venire in primis inuitati, ſunt qui noluerũt audire verba prophetarũ: Iterũ alii tranſmiſſi, alia cõgregatio prophetarum eſt. Hila. Vel ſerui primo miſſi, qui inuitatos vocarent apoſtoli ſunt: qui autem admonentur vt veniant inuitati antea, populus Iſrael eſt: in gloriã enim æternitatis per legẽ eſt aduocatus. Apoſtolorum ergo erat propriũ, cõmonefacere eos quos inuitauerãt ꝓphetæ. Qui vero iterũ cum præceptorũ conditione mittũtur apoſtolici viri, ſunt ſucceſſores eorũ. Grego. Sed quia hi qui prius inuitati ſunt ad nuptiarũ cõuiuiũ venire noluerũt, in ſecũda inuitatione iam dicitur: Ecce prãdiũ meũ paraui. Hier. Prandiũ paratũ & tauri & altilia occiſa, vel per metaphorã opes regię deſcribũtur, vt ex carnalibus intelligãtur ſpiritualia: vel certe dogmatũ magnitudo & doctrina dei lege pleniſſima ſentiri poteſt. Chry. ſuper Mat. Cũ ergo dominus

Nuptiæ allegoricæ.

prandiũ meũ paraui. i. ex lege & prophetis ſcripturarũ menſas ornaui. vnde ſequitur: Tauri mei &c. Grego. in ho. Per tauros autẽ patres veteris teſtamẽti figurãtur: qui ex permiſſione legis inimicos ſuos virtutis corporeæ cornu feriebant. Altilia vero ſaginata dicimus, ab eo enim quod eſt alere altilia: quaſi alitilia, vel quaſi alita vocamus. Per altilia ergo patres noui teſtamẽti figurantur: qui dum gratiã pinguedinis internæ dulcedinis percipiunt, à terrenis deſideriis ad ſublimia contemplationis ſuæ pẽna ſubleuantur. Dicit ergo: Tauri mei & altilia occiſa ſunt. acſi dicat: Patrũ ꝓcedentium mortes aſpicite, & remedia vitę veſtræ cogitate. Chry. ſuper Mat. Vel aliter: Ideo dicit, Et ſaginata & tauros, nõ quia & tauri non fuerint ſaginati, ſed quia non omnes ſaginati fuerunt tauri: ergo ſaginata tantummodo dicit prophetas, qui fuerunt ſpiritũ ſancto repleti: tauros autẽ, qui prophetæ fuerũt & ſacerdotes: ſicut Hieremias, & Ezechiel. vt enim tauri duces ſunt gregis, ita & ſacerdotes principes ſunt populi. Hila. vel aliter: Tauri, gloriоſa martyrũ ſpecies eſt, qui confeſſioni dei tanquã hoſtia electa ſunt immolati. Saginata vero ſunt homines ſpirituales, tanquã cæleſti pane ad euoladum aues paſtæ: cæteros accepti cibi vbertate expleturæ. Greg. Notandũ vero quòd in priore inuitatione nil de tauris & altilibus dicitur. In ſecunda autẽ iam tauri & altilia mactata memorãtur: quia omnipotẽs deus cum verba eius audire nolumus, adiũgit exempla. vt omne quod impoſſibile credimus, tanto nobis ad ſperãdum fiat facilius, quanto per hoc tranſiſſe & alios audimus. Orig. Vel qa prãdiũ qđ paratur, eſt eloquiũ dei: fortia quęq; eloquiorũ dei, tauri intelligantur: ſuauia vero & delectabilia eorũ, ſunt ſaginata. Si quis enim proferat quædã dicta modica & nõ firma, & non magnã virtutẽ rationis habẽtia: videtur macra eſſe quæ proferuntur. Saginata autẽ ſunt, cum ad vnãquamq; propoſitionem exẽpla multa rationis probatione repleta inducuntur: puta, ſi aliquis de caſtitate ſermonẽ loquitur, recte intelligitur turtur. Sed cum ipſum ſanctitatis ſermonem cum rationis probatione de ſcripturis repletũ protulerit, ita vt delectet & cõfirmet animũ audiẽtis: protulit eum ſaginatũ. Chry. ſuper Mat. Quod autẽ dicitur, Et omnia parata ſunt: intelligitur quia quicquid quæritur ad ſalutẽ, iam adimpletum eſt in ſcripturis. Qui enim ignorãs eſt, inuenit ibi quod diſcat. Qui contumax eſt, inuenit ibi quod timeat. Qui laborat, inuenit ibi promiſſa, quibus excitetur ad opus. Glo. Vel omnia parata ſunt: introitus regni paratus eſt per fidem meæ incarnationis, q̃ antè fuerat clauſus. Chry. ſuper Matt. Vel omnia parata dicit, quę pertinent ad myſteriũ dominicæ paſſionis, & noſtræ redẽptionis. Dicit autem: Venite ad nuptias, nõ pedibus ſed fide & moribus. Sequitur: Illi aũt neglexerũt. Qua aũt re neglexerint manifeſtat, cum ſubditur: Et abierũt: alius in villã ſuã &c. Chry. in ho. Quãuis autẽ videantur rationabiles occaſiones eſſe: ſed hinc diſcimus etiã ſi neceſſaria ſunt quæ detinẽt: omnibus tamẽ præponere ſpiritualia oportet. Mihi autẽ videtur q̃ his occaſionibus vſi, negligentiæ velamina proponebant. Hila. Ambitione enim ſeculi tanquã villa, homines occupãtur: plures vero propter pecunię cupiditatẽ negociatione detinentur. Chry. ſuper Matt. vel aliter: Cum labore manuũ noſtrarum aliquid facimus, puta exercentes agrũ vel vineã, aut opus ligni vel ferri, villã colere videmur. Cum autẽ non labore manuũ noſtrarũ alia lucra ſequimur, totum hoc, negociatio appellatur. O miſerrimus mũdus, & miſeri qui eum ſequuntur. Sẽper enim mũdialia opera homines excluſerunt à vita. Greg. Qui ergo intentus labor terreno, vel mundi actionibus deditus, myſteriũ incarnationis dominicæ pẽſare, & ſecundũ illud viuere diſſimulat: quaſi ad villã vel negociũ pergẽs, venire ad regias nuptias recuſat: & plærumque (quod eſt grauius) nõnulli vocati gratiã non ſolũ reſpuunt, ſed etiã perſequuntur. vnde ſubditur: Reliqui vero tenuerunt &c. Chry. ſuper Matt. Vel per occupationẽ villę, populares Iudæorum ſignificat, quos mũdi delectatio ſeparauit à Chriſto. Per occupationẽ vero negociationis, ſacerdotes cęteroſq; miniſtros tẽpli ſignificauit: quos lucri obtentu venientes ad miniſterium legis & tẽpli, auaritia ſeparauit à fide: quibus nõ dixit q̃ malignati ſunt, ſed neglexerunt. qui enim odio aut inuidia crucifixerunt Chriſtũ, illi malignati ſunt: qui autẽ negociis impediti nõ crediderũt, illi neglexiſſe dicũtur non malignati. De ſua tamen morte dominus tacet, quia in priori parabola dixerat: ſed oſtendit mortẽ diſcipulorũ ſuorum, quos poſt aſcenſum ipſius occiderũt Iudęi, Stephanum lapidãtes, & Iacobum Alphæi occidẽtes, propter quæ Hieruſalem deſtructa eſt à Romanis. Et notandũ quòd ira in deo nõ proprie, ſed tranſlatiue dicitur. Tũc enim iraſci dicitur, quãdo vlciſcitur. vnde & hic dicitur: Rex autẽ cum audiſſet iratus eſt. Hiero. Quãdo inuitabat ad nuptias, & agebat opera clemẽtiæ, hominis nomẽ appoſitum eſt: nunc autẽ quando ad vltionẽ venit, homo ſilẽtur, & rex tantũ dicitur. Orig. Dicãt autẽ qui peccãt in deũ legis & prophetarũ & totius creationis, vtrũ iſte qui & homo dicitur, & iratus proponitur, ipſe eſt pater Chriſti: q̃ ſi dixerint hunc ipſum eſſe, cogendi ſunt cõfiteri, quoniã multa in eo ſecundũ paſſibilem hominum naturã eſſe dicũtur: non quia ipſe paſſibilis eſt, ſed quia morem gerit paſſibilis naturæ hominũ. Et ſecundum hãc cõſequentiam ſuſcipere cõuenit & iram dei, & pœnitentiam, & cætera huiuſmodi in prophetis. Sequitur: Et miſſis exerci. &c. Hier. Per hos exercitus, Romanos intelligimus ſub duce Veſpaſiano & Tito, qui occiſis Iudææ populis prævaricatricem incẽderunt ciuitatẽ. Chry. ſuper Mat. Romanus autẽ exercitus, dicitur exercitus dei: quia domini eſt terra, & plenitudo eius. nec etiam veniſſent Romani Hieruſalem, niſi eos dominus excitaſſet. Orig. Vel angelorum agmina, ſunt exercitus regis noſtri. miſſis ergo exercitibus extinxiſſe homicidas dicitur, quia in hominibus omnẽ iudicium per angelos exercetur. Homicidas ergo perdit, quia perſequẽtes interimit. Ciuitatẽ eorũ igni ſuccendit, quia illorũ non ſolũ animæ, ſed caro quoque in qua habitauerãt æterna gehennæ flamma cruciãtur. Vel ciuitas impiorũ eſt ſecundum vnumquodque dogma cõgregatio eorũ qui conueniunt in ſapientia principum huius ſeculi: quam ſuccendit rex & exterminat, quaſi ex malis ędificationibus conſiſtentem. Greg. Sed is qui inuitantẽ ſe contemni conſpicit, filii ſui nuptias vacuas non habebit. quemque enim ſermo dei inuẽturus eſt vbi requieſcat. vnde ſubditur: Tunc ait ſeruis ſuis. Origenes: Id eſt apoſtolis aut angelis, qui præpoſiti erant in vocatione gentiũ: Nuptiæ quidem paratæ ſunt. Remi. Id eſt omne ſacramentũ humanæ diſpenſationis iam peractũ atque cõpletum eſt. Sed qui inuitati erant. i. Iudæi, non fuerũt digni: quia dei iuſtitiã ignorantes & ſuã ſtatuere volentes, indignos ſe iudicauerũt æternæ vitæ. Reprobato ergo Iudaico populo, ad has nuptias gentilis populus eſt ſuſceptus. vnde ſequitur: Ite ergo ad exitus viarũ &c. Hiero. Gentiliũ enim populus nõ erat in vtis, ſed in exitibus viarũ. Remi. Qui ſunt errores gentilium? Chry. ſuper Matt. Vel viæ ſunt omnes profeſſiones huius mundi, vt puta philoſophiæ, militię, & huiuſmodi. Dicit ergo: Ite ad exitus viarum

Patres veteris teſtamẽti figurantur.

Tropologia verborum.

Excuſationes vanæ.

Allegorica expoſitio.

vt cuiuslibet cõditionis homines vocẽt ad fidẽ. Adhuc: ſicut caſtitas via eſt quæ ducit ad deũ, ſic fornicatio via eſt quæ ducit ad diabolũ, & ſic de aliis virtutibus & vitiis. Iubet ergo vt cuiuſcunq; cõuerſationis vel conditionis homines inuitẽt ad fidẽ. Hila. Per viã etiã tẽpus ſeculi intelligẽdũ eſt: atq; ideo ad exitus viarũ iubẽtur ire, quia omnibus retroacta donãtur. Greg. Vel aliter: In ſcriptura ſacra vias, actiones accipim⁹: exitus viarũ, intelligimus defectus actionũ. quia illi plerumq; facile ad deum veniunt, quos in terrenis actionibus proſpera nulla comitãtur. Orig. Vel aliter: Puto hanc primã vocationẽ fuiſſe ad nuptias aliquarũ ingenuarũ animarũ. Principaliter enim deus vult venire ad epulationẽ diuini eloquii eos, qui ad intelligẽdũ ſunt ingenioſiores: & quoniã huiuſmodi ſunt, nolũt ad iſtã vocationẽ venire: trãſmittũtur alii ſerui prouocãtes eos, & promittẽtes ꝙ ſi venerint, percipiẽt prandiũ paratũ à rege. Sicut enim in corporalibus alia eſt quę nubit ſponſa, alii inuitatores, alii qui inuitantur ad nuptias: ſic deus ſcit diuerſos ordines animarũ, earũq; virtutes & cauſas ob quas hi quidẽ in cõſtitutione ſponſæ accipiũtur, alii in ordine ſeruorũ vocantiũ, alii in numero inuitatorũ ad nuptias. Sed q principaliter quidẽ fuerãt inuitati, primos inuitatores quaſi pauperes ſenſu neglexerunt, & abierũt ſua ſequentes: in quibus magis ſunt delectati, q̃ in his quæ rex per ſeruos ſuos promittebat: ſed hi leuiores ſunt his, qui ſeruis tranſmiſſis iniuriãtur, & interficiũt: qui. ſ. prę paratione cõtentioſorũ verborũ auſi ſunt tenuiſſe ſeruos miſſos: qui non ſunt præparati ad ſoluẽdas quęſtiones eorũ verſutas, & contumeliis afficiũtur vel interficiũtur ab eis. Sequitur: Et egreſſi ſerui eius in vias &c. Orig. Egrediẽtes ſerui ſue de Iudęa & Hieruſalẽ apoſtoli Chriſti, ſiue ab interioribus angeli ſancti: & veniẽtes ad vias diuerſas diuerſorũ morũ, cõgregauerũt quoſcunq; inuenerũt. Et non curãt vtrũ aliquãdo ante vocationẽ mali fuerint, aut boni. bonos autẽ intelligere hic ſimpliciter conuenit humiliores & rectiores ex eis qui veniebãt ad cultũ dei, quib⁹ cõueniebat quod apoſtolus ait: Cũ gẽtes quæ legẽ nõ habẽt ea, quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex. Hier. Inter ipſos enim gẽtiles infinita eſt diuerſitas: cũ alios ſciam⁹ eſſe ꝑcliuiores ad vitia, alios ad honeſtatẽ morũ virtutibus deditos. Greg. Vel hoc dicit: quia in hac eccleſia nec mali ſine bonis, nec boni ſine malis eſſe poſſunt. bonus autẽ nõ fuit, q malos tolerare recuſauit. Sequitur: Et impletę ſunt nup. diſ. &c. Orig. Nuptię. ſ. Chriſti & eccleſiæ ſunt implętę, dũ reſtituti deo qui ab apoſtolis ſunt inuẽti recubuerũt ad epulãdũ in nuptiis. ſed quoniã bonos & malos oportuit quidẽ vocari, nõ autẽ vt mali permanerẽt mali: ſed vt deponerẽt veſtimenta cõtraria nuptiis, & induerẽt nuptialia induměta. ſ. viſcera miſericordię benignitatis &c. Ideo rex egreditur vt videat diſcũbentes, priuſquã apponatur eis prãdiũ: vt retineat habẽtes nuptialia veſtimẽta & delectet, cõdẽnetq; contrarios. vnde ſequitur: Intrauit autẽ rex vt videret diſcũbẽtes. Chry. ſuper Mat. Non quia alicubi ipſe nõ eſt: ſed vbi vult per iudiciũ aſpicere, ibi dicitur prẽſens: vbi aũt nõ vult, abſens videtur. Dies autẽ aſpectionis, eſt dies iudicii: quando viſitaturus eſt chriſtianos, q ſuper mẽſam ſcripturarũ recũbunt. Orig. Ingrediẽs autẽ inuenit quẽdã qui nõ mutauerat ꝓprios mores. vnde ſequitur: Et vidit ibi hominẽ nõ ve. &c. Singulariter dixit: quia vnius ſunt generis omnes qui ſeruãt malitiã poſt fidẽ, quam habuerãt ante fidem. Greg. Quid autẽ debemus intelligere per nuptialẽ veſtẽ, niſi charitatẽ? quia hãc in ſe dominus habuit, dũ ad ſociãdę ſibi eccleſię nuptias veniret. Intrat ergo ad nuptias, ſed ſine veſte nuptiali, qui in eccleſia fidẽ habet, ſed charitatẽ non habet. Aug. cõ. Fau. Vel ſine veſte nuptiali nuptias adit, qui quęrit ibi gloriã, nõ ſpõſi, ſed ſuã. Hila. Vel veſtis nuptialis eſt gratia ſpiritus ſancti, & candor habitus cęleſtis: qui bonæ interrogationis confeſſione ſuſceptus, vſq; in cœtũ regni cælorum immaculatus & integer eſt reſeruãdus. Hic. Vel veſtis nuptialis præcepta ſunt domini, & opera quę cõplentur ex lege & euangelio, nouiq; hominis efficiũt veſtimẽtum: quod qui in die iudicii inuẽtus fuerit ſub nomine chriſtiano nõ habere, ſtatim corripitur. vnde ſequitur: Et ait illi: Amice, quomodo &c. Amicũ vocat, quia eſt inuitatus ad nuptias: quaſi ſit amicus per fidẽ. Arguit autem imprudentiæ, ꝙ veſte ſordida munditias polluerit nuptiales. Orig. Et quoniã qui peccat & nõ induit dominũ Ieſum Chriſtũ, nõ habet excuſationẽ aliquam. ideo ſequitur: At ille obmutuit. Hiero. In tẽpore enim illo nõ erit locus imprudẽtię, nec negãdi facultas: cum omnes angeli & mũdus ipſe teſtes ſint peccatorũ. Greg. Nõ autẽ ſolũ reiectus eſt à nuptiis q iniuriã nuptiis fecit, ſed adhuc à miniſtris regis ſuper vincula conſtitutis ligatus, inceſſione qua non eſt vſus ad bonũ, & apprehẽſoria virtute qua nullũ opus ab bonũ impleuit: cõdẽnatus eſt in loco ab omni lumine alieno, qui vocantur tenebrę exteriores. vnde ſequitur: Tunc rex dixit miniſtris: Ligatis mani. & pedi. mitti. eum in tene. exterio. Grego. Ligãtur tũc pedes & manus per diſtrictionẽ ſentẽtię, q modo à prauis operibus ligari noluerũt per meliorationẽ vitæ. vel tũc ligat pœna, quos modo à bonis operibus ligauit culpa. Aug. xi. de trinitate. Prauarũ vero atque diſtortarũ voluntatũ implicatio, vinculum eſt quo alligatur qui hoc agit, vt proiiciatur in tenebras exteriores. Greg. Interiores autẽ tenebras, dicimus cæcitatem cordis: exteriores vero tenebras, ꝙternam noctem damnationis. Chry. ſuper Matt. Vel per hoc deſignatur differentia tormentorum in peccatoribus. Sunt enim primæ tenebræ exteriores, interiores autẽ minores & nouiſſima loci. Sequitur: Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Hiero. In fletu oculorũ & ſtridore dentium, per metaphorã mẽbrorum corporalium magnitudo oſtẽditur tormentorũ. Manus quoq; ligatas & pedes, fletũ oculorũ & ſtridorẽ dentium, ad cõprobandam reſurrectionis intellige veritatem. Grego. Vt illic dentes ſtrideant, qui de edacitate gaudebant: illic oculi defleant, qui hic per illicitas concupiſcentias verſabãtur: quatenus ſingula mẽbra ſupplicio ſubiaceant, quæ hic ſingulis quibuſque vitiis ſubiecta ſeruiebant. Hiero. Et quia in conuiuio nuptiali non initium, ſed finis quæritur: ſubditur, Multi enim ſunt vo. &c. Hila. In inuitante enim ſine exceptione publicæ bonitatis, humanitas eſt: in inuitatis vero vel vocatis, de iudicio meritorum probitatis electio eſt. Grego. Nonnulli enim bona nec incipiũt, nonnulli vero in bonis quæ inceperunt minime perſiſtũt. Tanto ergo ſibi vnuſquiſque ſolicitè metuat, quãto ignorat quæ reſtãt. Chry. ſuper Mat. Vel aliter: Quoties deus tentat eccleſiam ſuã, ingreditur ad eam vt videat diſcũbentes: & ſi inuenerit aliquem non habentem veſtem nuptialem, interrogat eum: vt quid factus es chriſtianus, ſi hæc opera negligebas? Talẽ ergo Chriſtus tradit miniſtris ſuis. i. aliquibus magiſtris ſeductionis: & ligant manus eius. i. opera: & pedes, id eſt motus animæ: & mittunt eum in tenebras, id eſt in errores, vel gentium, vel Iudæorum, vel hæreſim. propinquiores enim ſunt tenebrę gentiliũ, quia veritatem ſpernunt quam non audierunt: ſed exteriores Iudæorum qui audierunt, ſed non crediderunt: ſed magis exteriores hæreticorum, qui audierunt, & didicerunt.

Conditiones gẽtiliũ.

Tenebræ exteriores.

Moraliter intelligendũ.

Tropologica expoſitio.

Tunc abeuntes phariſæi, conſilium inierunt, ut caperent eum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus quia uerax es, & uiã dei in ueritate doces, & nõ eſt tibi cura de aliquo. Nõ enim reſpicis perſonã hominum. Dic ergo nobis quid tibi uidetur? Licet cenſum dare Cæſari? an non? Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Ieſus: Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris. Tunc ait illis, Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt dei, deo. Et audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt.

Chry. ſuper Matt. Sicut ſi aliquis claudere voluerit aquę currẽtis meatum, ſi excluſa fuerit per aliquã violentiã, aliũde ſibi ſemitã q̃rit: ſic Iudæorum malignitas ex vna parte cõfuſa, aliũ ſibi aditũ adinuenit, vnde dicitur: Tunc abeũ. phariſæi &c. Abierũt inq̃ ad Herodianos. Quale cõſiliũ, tales & cõſiliatores, & ideo ſequitur: Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis dicentes: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam dei &c. Glo. Tanq̃ ignotis, vt facilius deciperẽt & per eos illũ caperẽt: cũ timẽtes turbã hoc per ſe nõ ꝓſumerẽt facere. Hier. Nuper quidẽ ſub Cæſare Aug. Iudæa ſubiecta Romanisq̃ in toto orbe eſt celebrata deſcriptio, ſtipẽdiaria facta fuerat. Et erat in populo magna ſeditio, dicẽtibus aliis pro ſecuritate & quiete, qua Romani pro omnibus militarẽt debere tributa ꝓſolui. Phariſæis vero, qui ſibi applaudebãt in iuſtitia, ecõtrario nitẽtibus non debere populũ dei (qui decimas ſolueret, & primitias daret, & cætera q̃ in lege ſcripta ſunt) humanis legibus ſubiacere. Cæſar aũt Auguſtus Herodẽ filiũ Antipatris alienigenã & proſelytũ, regẽ Iudæis conſtituerat, qui tributis peſſet, & Romano parẽret imperio. Mittunt igitur phariſęi diſcipulos ſuos cũ Herodianis id eſt militibus Herodis: ſeu quos illudentes phariſæi (qa Romanis tributa ſoluebãt) Herodianos vocabãt, & non diuino cultui deditos. Chry. in ho. Propter hoc autẽ ſuos diſcipulos & Herodis milites ſimul mittunt, vt quodcunq; dixerit, reprehẽdatur: cupiebãt em̃ magis aduerſum Herodianos eũ aliquid dicere: quia em̃ eũ detinere timebãt, propter turbas, voluerũt ei periculum immittere, ex hoc quòd eſſet publicis tributis obnoxius. Chry. ſuper Mat. Hæc eſt aũt hypocritarũ prima ſimulatio, quia laudãt quos perdere volunt. Et ideo in laudẽ prorũpunt, dicẽtes: Magiſter, ſcim⁹ quia verax es. Magiſtrum eũ vocãt, vt quaſi honoratus & laudatus myſterium ſui cordis ſimpliciter eis aperiat, tãquam volẽs eos habere diſcipulos. Glo. Tripliciter aũt cõtingit aliquẽ veritatẽ nõ docere. Primo ex parte ipſius docentis, quia. ſ. veritatẽ vel nõ nouit, vel nõ amat, & contra hoc dicunt: Scimus quia verax es. Secũdo ex parte dei, cuius timore poſtpoſito quidã veritatem de deo, quã nouerunt, non purè annũciant, & contra hoc dicũt: Et viã dei in veritate doces. Tertiò ex parte proximi, ex cuius timore vel amore aliquis veritatẽ tacet, & ad hoc excludendũ dicũt: Et nõ eſt tibi cura de aliquo. ſ. homine, non enim reſpicis perſonam hominum. Chry. in ho. Hoc de Herode & Cæſare occulte inſinuabãt. Hiero. Blanda quidem & fraudulẽta interrogatio illuc prouocat reſpondentem, vt magis deũ quàm Cęſarẽ timeat: vnde dicunt, Dic ergo nobis quid tibi &c. Vt ſi dicat non debere tributa ſolui: ſtatim audientes Herodiani, ſeditionis reum contra Romanum principem eum teneant. Chryſo. in ho. Quia enim ſciebant quòd quidam hãc diſcordiam meditantes occiſi erãt, volebant & ipſum per ſermones hos in talem ſuſpicionem immittere. Sequitur: Cognita autem Ieſus &c.

Hypocritæ nõ tantur.

Chry. ſuper Mat. Non ſecundum ſermones eorum pacificos blande reſpondit, ſed ſecundum conſcientiam eorum crudelem aſpera dixit: quia deus voluntatibus reſpondet, non verbis. Hiero. Prima ergo virtus eſt reſpondentis, interrogantiũ mẽtes cognoſcere, & non diſcipulos ſed tẽtatores vocare: hypocrita ergo vocatur qui aliud eſt, & aliud ſimulat. Chry. ſuper Matt. Dicit ergo eis, hypocritæ, vt cõſiderantes eum humanorum cordium cognitorem, quod facere cogitabant perficere non auderent. Vide ergo quòd phariſæi blandiebantur vt perderent: ſed Ieſus eos cõfundebat vt ſaluaret: quia vtilior eſt homini deus iratus, quàm homo propitius. Hieroni. Sapientia enim ſemper ſapienter egit, vt ſuis potiſſimum tẽtatores ſermonibus cõfutentur. Et ideo ſequitur: Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denariũ, hoc genus nũmi eſt quod pro decẽ nũmis cõputabatur: & habebat imaginem Cæſaris. vñ ſequitur: Et ait illis Ieſus: Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? Qui putãt interrogationẽ ſaluatoris ignorantiã eſſe & non diſpenſationẽ: diſcãt ex præſenti loco ꝙ vtiq; poterat ſcire Ieſus, cuius imago eſſet in nummo. Sequit: Dicunt ei, Cæſaris. Cæſarẽ non putemus Auguſtum, ſed Tyberiũ priuignũ eius ſignificari, ſub quo & paſſus eſt dñs. Oẽs aũt reges Romani à primo Caio Cæſare, qui imperiũ arripuerat: Cęſares appellãtur. Sequitur: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cęſari. i. nũmum, tributũ, & pecuniam. Hila. Si enim nihil q̃ Cæſaris eſt, penes nos reſederit: conditione reddẽdi ei quæ ſua ſunt, non tenebimur. Porrò autẽ ſi rebus illius incũbamus, ſi iure poteſtatis ſuæ vtimur, extra querelã iniurię eſt, reddere Cæſari q̃ Cæſaris eſt. Chry. Tu autẽ cũ audieris: Redde q̃ ſunt Cęſaris Cæſari: illa ſcito eum dicere ſolũ, quæ in nullo pietati nocent: quia ſi aliquid tale fuerit, non adhuc Cæſaris eſt, ſed diaboli tributum. Deinde vt non dicãt: q̃m hominibus nos ſubiicis, ſubdit: Et quæ ſunt dei, deo. Hiero. id eſt decimas, primitias, oblationes, & victimas: ſicut & ipſe dominus reddidit Cæſari tributa pro ſe & Petro: & deo reddidit quæ dei ſunt, patris faciens voluntatem. Hila. Deo etiã quę eius ſunt, reddere nos oportet. i. corpus, & animam, & voluntatem. Numiſma enim Cæſaris in auro eſt, in quo eſt eius imago depicta. Dei aũt numiſma, homo eſt, in quo eſt dei imago figurata: ideo diuitias veſtras date Cæſari, deo autẽ innocentiæ veſtræ conſcientiã ſeruate. Orige. Ex hoc loco diſcimus ſaluatoris exemplo vt non his quæ à multis dicuntur, & propterea glorioſa videtur, occaſione pietatis attẽdamus: ſed quæ cõuenienter ſecundum ordinẽ rationis dicuntur. Poſſumus autem & moraliter intelligere locum iſtum, quoniã debemus corpori quædam dare quaſi tributũ Cæſari, id eſt neceſſaria. Quæcunque autẽ ſunt cõuenientia animarum naturę, id eſt ea quę ducunt ad virtutem, debemus deo offerre. qui ergo ſupra modũ docent legem dei, & de rebus debitis corpori nihil curare prẽcipiunt: ſunt phariſęi, qui reddere Cæſari tributum vetabant: prohibentes ſcilicet nubere, & abſtinere à cibis quos deus creauit. qui vero ſupra modũ eſtimant oportere corporibus indulgere, ipſi ſunt Herodiani. Saluator autẽ noſter vult, vt nec virtus minoretur, dum ſupra modum carni ſeruimus: nec carnis natura grauetur, dum abundantius virtutibus adhęremus. Vel princeps mundi, id eſt diabolus, dicitur Cęſar. non enim poſſum⁹ reddere deo quę dei ſunt, niſi prius reddiderimus principi quę ſunt ſua, id eſt, niſi depoſuerimus malitiam vniuerſam. Hoc etiã diſcamus ex loco præſenti, quòd contra tentãtes nec omnino tacere debemus, nec ſimpliciter re-

Reſponſiõis modus.

spōdere,sed circūspectè: vt præcidamus occasionē quę rentiū in nobis occasionē, & doceamus irreprehensibi liter,quæ possunt saluare volētes saluari.Hier.Qui aūt credere debuerant ad tantā sapientiā,mirati sunt ꝙ cal liditas eorū insidiandi non inuenissēt locū.vnde sequi tur:Et audientes mirati sunt,& relicto eo abierūt. Infi delitatem pariter cum admiratione reportantes.

In illo die accesserunt ad eum Sadducæi,qui dicunt non es se resurrectionem,& interrogauerunt eum dicentes:Magi ster,Moyses dixit:Si quis mortuus fuerit,non habens filium, ut ducat frater eius uxorem illius,& suscitet semē fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus uxore du cta defunctus est:& non habens semen,reliquit uxorem suam fratri suo.Similiter secundus & tertius, usque ad septimum. Nouissime autē omniū & mulier defuncta est,. In resurrectio ne ergo cuius erit de septem uxor? Omnes enim habuerunt eam.Respondens autē Iesus,ait illis:Erratis nescientes scri pturas,neque uirtutē dei.In resurrectione enim neque nubēt, neque nubētur,sed erunt sicut angeli dei in cælo.De resurre ctione autē mortuorum nō legistis quod dictum est à deo di cēte uobis,ego sum deus Abraham,& deus Isaac,& deus Ia cob?Non est deus mortuorum,sed uiuētium.Et audiētes tur bæ,mirabantur in doctrina eius.*

* sunt

Chry.in ho. Confutatis phariseorum discipulis cū He rodianis,Sadducēi se immittunt,cū tamen ex confusio ne priorum eos oporteret effici pigriores:sed præsump ptio,inuerecundū quid est,& pertinax, & impossibilia tentās. propter hoc & euāgelista stupens eorum demē tiam,hoc ipsum significat,dicens:In illo die &c.Chry. super Mat. Quando recedebant pharisei, accedebant Sadducēi:forte tali consilio,quia decertabāt quis e um ante deprehendere posset: vel si ratione eum non pos sent superare, saltem per ipsam frequentiā subuerterēt sensum eius. Hiero. Duæ hęreses erant in Iudęis: vna pharisæorū,& altera Sadducæorū. pharisęi traditionū & obseruationum iustitiam præferebant, vnde & diui si vocabantur à populo:Sadducæi autem,qui interpre tantur iusti,& ipsi vendicabāt sibi quod non erāt, prio ribus & corporis & animę resurrectionem credentib⁹ confitentibusq;,& angelos & spiritū sequentes, iuxta actus apostolorum,omnia denegabant. vnde & hic dicitur:Qui dicunt resurrectionē nō esse.Orig.Non solū autem carnis resurrectionē negabant,sed etiam animæ immortalitatē tollebant.Chry.super Mat. Videns em diabolus, quia iustitiam dei omnino extinguere nō po tuit,introduxit hęresim Sadducæorū,qui dicerent non esse resurrectionem mortuorū:quæ res omne propositū faciendę iustitię frangit.quis enim cōtentus erit aduer sus seipsum quotidie luctamina exercere, nisi ad spem resurrectionis aspiceret? Grego.ca.4.Mora. Sunt autē nōnulli considerātes ꝙ spūs à carne soluitur, ꝙ caro in putredinem vertitur,quod putredo in puluerē reducitur,ꝙ puluis in elemēta soluitur vt nequaq; ab humanis oculis videatur, resurrectionē fieri posse desperant: & dū arida ossa inspiciunt,hæc vestiri carnibus,rursumq; ad vitam virescere posse fieri diffidunt. Aug.in Enchi.

Duę hę reses Iu dęorum.

Fides re surrectio nis.

Non aūt perit deo terrena materies,de qua mortalium creatur caro in quēlibet puluerē cinerémve soluatur, in quoslibet halitus aurasq; diffugiat, in quamcunque aliorum corporum substātiā vel in ipsa elemēta vertat, in quorumcūque animaliū, aut etiam hoīm cibum ce dat,carnemq; mutetur:animæ illi humanę in pūcto tēporis reddit,quæ eā primit⁹ vt hō fieret,viueret & cre sceret,animauit.Chry.super Mat.Ad defensionē aūt sui erroris,inuenisse se argutissimam rationē Sadducēi pu tabant.vñ sequitur:Et interro.eū diçen.Magister &c. Chry.in ho.Quia em immitigabile malū mors erat a pud Iudęos,qui omnia pro præsenti vita faciebāt:in le gem deduxit Moyses defuncti sine filiis vxorē fratri da ri oportere,vt defuncto filius nascerēt ex fratre:& non excideret nomen eius,quod erat quędam mortis miti gatio.Non autē alius quàm fratervel propinquus iube batur accipere vxorem defuncti,quoniā non ita putare tur qui ex tali coniunctione erat nasciturus esse filius eius qui obiit:& iterū extraneus non ita haberet neces sitatē stattuere domum eius qui obierat,sicut frater:cui etiam ex cognatione hoc facere iustū erat.Sequit:Erāt autem &c.Hiero. Qui resurrectionē corporum nō cre debant & animam putabant interire cum corporibus, rectè istiusmodi fingunt fabulam, quę deliramenti ar guat eos qui resurrectionē asserant mortuorum.Turpi tudinē ergo fabulę opponunt, vt resurrectionis dene gent veritatē:vnde concludūt in resurrectioue ergo cu ius erit?potest autem fieri, vt verè in gentem eorū hoc aliquando acciderit. Augu.de quæst.euan.Per hos autē fratres mysticè intelliguntur homines impii, qui fru ctum iustitiæ nō potuerūt afferre in terra per omnes se ptem mundi ætates, quibus ista terra consistit. Postea em & ipsa terra transiet,per quam oēs illi, quasi septē steriliter transierūt.Sequitur: Respondens autē Iesus, ait illis: Erratis nescientes scri. &c.Chrys.super Mat. Sapiēter primum arguit stultitiam eorum, quia nō le gebant.Secūdo ignorātiam, quia nō cognoscebāt deū. Ex diligētia enim lectionis,nascitur scientia dei.ignorā tia autē,negligētiæ filia est.Hiero. Propterea ergo erāt,quia scripturas nesciūt: & quia scripturas nesciūt, consequēter ignorāt virtutem dei.Orig.Duas autē res dicit eos nescire: vnam quidē scripturas, alteram autē virtutē dei,per quam resurrectio fit & noua vita in ea. Vel dominus argues Sadducæos nescire virtutem dei, se eos nō cognoscere arguebat.Ipse em erat virtus dei, & nō cognoscebāt eum,quasi nescientes scripturas, quę loquūtur de eo. Propterea nec resurrectionē credebāt, quam facturus fuerat ipse.Quęritur autem,cū saluator dicat: Erratis nescientes scripturas:An dicat,quòd in quibusdam scripturis positū est, quod sequitur:In re surrectione neque nubent &c.quod in veteri testamē to nō legitur scriptū?Nos aūt dicimus, quia scriptum est, non in ipsis sermonibus manifestè ista dicentibus, sed in mysterio indicātibus,secundū intellectum mora lem.Nā cū sit lex vmbra futurorum bonorum: dicens quodlibet de viris & vxoribus, de spiritualib⁹ nuptiis principaliter dicit.Sed nec hoc inuenio alicubi scriptu ram dicentē, sanctos post exitū fore sicut angelos dei, nisi fortè quis & hoc moraliter intelligat,secundum il lud quod dicitur:Tu autem ibis ad patres tuos.Itē, ap positus est ad populum suū.Dicet autem aliquis: Ideo eos increpabat,quia non legebant cæteras scripturas, quæ sunt extra legē:& ideo errabāt. Alius autem dicit ꝙ nesciebant Mosaicæ legis scripturas: ex eo quòd di uinum sensum earum non scrutabātur.Chry. sup Mat. Vel quod dicit,In resurrectione neque nubent neq; nu bentur &c. retulit ad hoc quod dixerat, Nescitis vir tutem dei. Quod autem dixit: Ego sum deus Abra ham,& deus Isaac, & deus Iacob: ad illud quod dixe rat: Nescitis scripturas. Et quidem calumniatoribus primum oportet in aliqua quæstione auctoritatem scri pturæ proferre, deinde rationem exponere: interro gantibus autem per ignorantiam prius rationem expo namus, postea auctoritate confirmemus. quoniam ca lumniatores cōuincere oportet, interrogatores autem docere: ideo his interrogantibus per ignorantiā,prius rationem exposuit,dicens: In resurrectione. Hiero. In

Modus informā di.

hoc aūt quod dicit,Neq; nubent neq; nubentur: Latina cōsuetudo,Græco idiomati nō respondet. Nubere em apud latinos,propriè dicūtur mulieres, sed nos sim pliciter dictū intelligamus ꝙ nubere de viris, & nubi de mulieribus dictū sit. Chry.super Mat. In hoc quidē seculo quia morimur,ideo nascimur:qa nascimur, ideo vxores ducimus:vt quod moriendo minuitur, nascēdo suppleat.Ibi autem moriendi necessitas tollitur, vnde & nascendi causa soluta est.Hila.Et quidem suffecerat aduersus Sadducæos opinionē illecebræ corporeæ re cidisse,& officiis cessantibus inania hæc corporū gau dia sustulisse,sed adiecit: sed sunt sicut angeli dei in cæ lo.Chry.in ho. Per quod ad interrogatū conuenienter respondet. quia enim hęc erat eis causa æstimandi re surrectionem non esse,quia credebant eandem fore re surgentiū conditionem.Hanc causam remouit, ostē dens eos alterius conditionis futuros. Chry. sup Mat. Notandū verò quòd cū de ieiuniis & eleemosynis cęte risq; virtutibus spiritualibus locutus fuit, nūquā ange lorum similitudinē introduxit, nisi cum de absolutio ne à coitu loqueretur.quoniā sicut omnes actus carna les,opera sunt animaliū, præcipuè tamen actus libidi nis:sic omnes virtutes sunt res angelicę,præcipuè tamē castitas, per quam vincitur natura virtutibus. Hiero. Quod ergo infertur: Sed sunt sicut angeli dei in cæ lo,spiritalis conuersatio repromittitur. Dio. Tunc e nim quando incorruptibiles & immortales erimus, vi sibili quidē ipsius dei apparitione in castissimis contē plationibus adimplebimur:intelligibilis autem lumi nis datione participabimus in impassibili & in imma teriali mente,secundū imitationem supercęlestium mē tium:propter quod dicitur,quòd erimus angelis æqua les.Hila.Eandem autē calumniam quam Sadducæi af ferunt de coniugio, afferre plures solent: in quam for mam muliebris sexus resurgat.Sed qualis in scripturis auctoritas est de angelis opinando,talem in resurrectio ne speciei nostræ sensum oportet esse de fœminis. Au. 22.de ciuita.dei. Sed mihi melius videntur sapere, qui vtrunque sexum resurrecturū esse non dubitant. Non em libido ibi erit,quę confusionis causa est. Nam pri usquā peccassent,nudi erāt: natura aūt seruabitur,quæ tunc quidē & à cōcubitu,& à partu immunis erit:erūt tū mēbra fœminea non accōmodata vsui veteri,sed de cori nouo: quo nō allicitur aspiciētis cōcupiscētia,quę nulla erit:sed dei laudet sapientia,atq; clemētia: qui & qđ nō erat fecit, & liberauit à corruptione quod fecit. Hiero.Nemo em dicit de lapide & arbore,& his rebus quæ non habent mēbra genitalia,quòd non nubent ne que nubētur:sed de his qui cū possunt nubere, tamē ali qua ratione non nubūt. Raba. Hæc aūt quæ dicta sunt de resurrectionis conditionibus,ꝓpositę reddidit quę stioni:de ipsa verò resurrectione contra eorum infideli tatē conuenienter loquitur. Chry.in ho. Et quia illi in terrogando Moysen præmiserāt, per Moysen eos confu tat.vnde subdit: De resurrectione autē mortuorū &c. Hiero. Ad comprobandā resurrectionis veritatē mul tis aliis exemplis manifestioribus vti potuit, ex quib⁹ est illud: Resuscitabuntur mortui, & resurgent qui in monumentis sunt.Et in alio loco:Multi dormientium de terræ puluere resurgēt. Quæritur ergo quid sibi vo luerit dominus hoc proferre testimoniū quod videtur ambiguum,vel non satis ad resurrectionis pertinēs ve ritatem:& quasi hoc prolato probauerit quodvolebat, statim intulerit:Non est deus mortuorū, sed viuentiū? Suprà diximus autem Sadducæos nec angelum nec spi ritū,nec resurrectionē corporum confitētes: & anima rū quoq; interitū prædicasse. Hi quinque tantū libros Moysi recipiebāt,prophetarū vaticinia respuētes. Stul tum aūt erat inde proferre testimonia, cuius auctorita tē nō sequebātur.Porrò ad æternitatē animarū probā dā de Moyse ponit exēplum:Ego sum deus Abrahā,sta timq; infert:Nō est deus mortuorū,sed viuentiū: vt cū ꝓbauerit animas pmanere post mortē(neque em pote rat fieri vt eorū esset deus,qui nequaq; subsisterent)cō uenienter introduceretur & corporū resurrectio, quæ cū animabus bona malaq; gesserunt.Chryso.in ho.Sed qualiter alibi ait:vt viuorū & mortuorū dominet? sed hoc non est simile ei quod hic dicitur. Mortuorū enim ibi dicitur esse dominus eorū.s.qui victuri sunt, non au tē eorū qui semel disparuerunt, & vltra nō resurgent. Hiero. Considerandū etiā quòd sermo hic ad Moysen iam factus erat,sanctis patriarchis iam pridē quiescen tibus:erāt ergo,quorū deus erat. nihil enim habere po terant,si non erāt.quia in natura rei est,vt esse id neces se sit,cuius sit alterū:atque ita habere deum,viuentium est,cū deus æternitas sit: & non sit eorum quæ mortua sunt,habere id quod æternū est,& quomodo esse illi fu turi semper negabuntur, quorū se esse profiteatur æter nitas?Orige.Deus etiā est qui dicit: Ego sum qui sum. Sic ergo impossibile est vt dicatur eorū de⁹ esse qui nō sunt.Et vide quia non dixit: Ego sum deus Abraham, Isaac & Iacob: sed deus Abraham, deus Isaac,& deus Iacob.In alio autem loco sic dixit: Deus Hebræorum misit me ad te. Qui enim perfectissimè sunt circa deū, quantum ad cōparationem cæterorū hominum,totum habent deum in se: propterea non cōmuniter, sed sin gulariter dicitur eorū deus.vtputa si dicamus:Ager il le,illorum est:ostēdimus quòd vnusquisque eorum non habet eum in toto.Si autem dicimus quòd ager ille il lius est,demonstramus quia totum agrum possidet ille. Vbi ergo dicitur:Deus Hebræorū,imperfectio demon stratur eorum: quia vnusquisque eorum aliquid modi cum de deo habebat.Dicitur aūt deus Abraham, deus Isaac,& deus Iacob: quia singuli eorū totum habebāt deum.non aūt ad modicam laudem respicit patriarcha rum quòd viuebant.Aug.contra Fau.Opportune itaq; eadem voce nunc conuincūtur Manichæi, qua tunc cō uicti sunt Sadducæi:nam ipsam resurrectionē alio qui dem modo,sed tamen ipsi negant.Augu. super Ioannē. Ideo autē specialiter deus Abrahā, deus Isaac,& deus Iacob dicitur:quia in istis tribus omnes modi genera tionis filiorum dei vocantur.Generat enim deus mul tos de bono prędicatore bonū filium,& de malo ma lum:quod significatur per Abrahā, qui de libera vxore fidelē filium habuit,& de ancilla infidelē genuit. Aliqñ verò generat per bonum prædicatorē, bonū & malum filium:quod significatur in Isaac, qui de libera vnū bo nū,& alterum malū genauit. Aliquādo generat bo nos per bonū & malum prædicatorē:quod significatur per Iacob,q bonos filios genuit & de liberis,& de an cillis. Chry.super Mat. Et vide quō sit infirmior con gressio Iudæorum contra Christū.Prima fuit cū terro re,dicēdo:In qua potestate hęc facis? contra quam ne cessaria fuit constantia cordis. Secunda fuit cum dolo, contra quam necessaria fuit acuta sapientia. Hæc autē fuit cū præsumptione ignara,quæ præcedentibus faci lior est.Hominē enim putantē se aliquid scire cū nesci at,viro scienti facile est cōuincere. Sic & operatio ini mici,in primis grauis est,sed si qs forti animo sustinue rit,inueniet eum infirmiorē.sequitur:Et audientes tur bæ mirabātur &c.Remi.Non quidē Sadducæi, sed tur bæ mirantur.Hoc etiam quotidie agitur in ecclesia.cū enim diuina inspiratione aduersarii ecclesię superātur, turbæ fidelium lætantur.

Libidinis detestatio.

Assertio resurrectionis.

Tres modi generationū.

Pharisæi autem audientes quòd silẽtium imposuisset Sadducæis, cõuenerũt in unum, & interrogauit eum unus ex eis legisdoctor tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primũ mandatum. Secundum aũt simile est huic: Diliges proximũ tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetæ.

Hiero. Quòd suprà pharisæi in ostensione denarii fuerant cõfutati, & aduersæ partis viderant factionem subrutã: debuerãt ex hoc moueri, ne vltra molirẽtur ĩsidias. sed maleuolentia & liuor nutrit impudentiã. vnde dicitur: Pharisæi autẽ au. ꝙ &c. Orig. Silentium autem Sadducæis imposuit Iesus, volens ostendere, quoniã mendacii vocem obmutescere facit claritas veritatis. Sicut em̃ proprium iusti est tacere, cũ sit tempus tacendi: & loqui, cũ sit tempus loquendi, non tamen obmutescere: sic proprium est omniũ, qui mẽdacii sunt doctores, obmutescere quidem quantũ ad rem, non autem tacere. Hiero. Pharisæi ergo & Sadducæi qui inter se contrarii sunt, ad tentandum Iesum pari mente consentiunt. Chry. super Mat. Vel conuenerunt in vnum pharisæi vt multitudine vincerent, quẽ rationibus superare non poterant: à veritate se nudos professi sunt, qui multitudine se armauerunt. Dicebant enim apud se: Vnus loquatur pro omnibus, & omnes loquamur per vnũ. vt si quidẽ vicerit, oẽs videamur uicisse: si autẽ conuictus fuerit, vel solus videatur confusus, & ideo sequitur: Et interrogauit eũ vnus &c. Orig. Omnẽ ergo qui non discendi sed tentandi causa interrogat aliquẽ doctorum, æstimare debemus illius pharisæi fratrẽ: secundum illud, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Aug. de con. euan. Non moueat autẽ ꝙ Matthæus hic dicit tentatũ fuisse, à quo dominus Iesus interrogatus est: Marcus autẽ hoc tacet, & in fine ita concludit, ꝙ ei dominus sapienter respõdenti dixerit: Non longè es à regno dei. Fieri em̃ potest vt quãuis tẽtans accesserit, dñi tamen respõsione correctus sit. Aut certè ipsam tentationem, de qua loquitur Iacob, non accipiamus malam, tanquam decipere volentis inimicum. sed causa potius tanquam experiri ampliusvolentis ignotum. neque frustra scriptum est, Qui facilè credit, leuis est corde. quid autem interroget, subditur: Magister, quod est mandatum in le. &c. Orig. Tentans dicebat: Magister, quoniam non inquantum discipulus Christi proferebat hanc vocem. Si quis ergo non discit aliquid à verbo, nec tradit se ex toto animo suo: dicit autem ei magister, frater pharisæi est Christũ tentantis. Cùm ergo ante saluatoris aduentum legeretur lex: forsitan quærebatur quod est mandatum magnum in ea. Neq; em̃ interrogasset hoc pharisæus, nisi diu apud illos de hoc quæsitum fuisset, & non inuentum, donec veniens Iesus hoc doceret. Chryso. super Mat. De magno tamẽ mandato interrogat, qui nec minimum obseruabat. ille debet interrogare de maiore iustitia, qui iam minorem compleuit. Hiero. Vel non de mandatis interrogat, sed quod sit primum mãdatum magnumq;. vt cùm omnia quę deus mandauerit magna sint, quicquid ille respondeat occasionem habeat calumniandi. Chryso. super Mat. Dominus autem sic ei respondit vt interrogationis eius fictam conscientiam statim primo respõso percuteret. vnde sequitur: Ait illi Iesus, Diliges dominum deum tuum &c. Diliges, inquit, non timore: quia diligere magis est quàm timere. timere enim seruorum est, diligere filiorum. Timor sub necessitate est, dilectio in libertate. Qui in timore seruit deo, pœnam quidem euadit, mercedem verò iustitiæ nõ habet: quia inuitus fecit bonum, propter timorẽ. Non vult ergo deus vt timeatur seruiliter ab hominibus, quasi dominus: sed vt diligatur, quasi pater: qui adoptionis spiritũ donauit hominibus. Diligere autem deum ex toto corde, est vt cor tuum nõ sit inclinatum ad alicuius rei dilectionem magis quàm dei. Diligere autẽ deum in tota anima, est certissimũ animum habere in veritate, & firmũ esse in fide. Alius est enim amor cordis, & alius est amor animæ. Amor cordis quodammodo carnalis est, vt etiam carnaliter diligamus deum: quod facere non possumus, nisi recedamus ab amore carnalium rerum. Cordis ergo amor sentitur in corde, amor verò animæ nõ sentitur, sed intelligit: quia in iudicio animæ consistit. Qui enim credit apud deum esse omne bonum, & nihil boni esse extra ipsum: hic diligit deũ in tota anima. Tota verò mente diligere deum, est vt omnes sensus deo vacent. Cuius enim intellectus deo ministrat, cuius sapientia circa deum est, cuius cogitatio ea quæ dei sunt tractat, cuius memoria quæ bona sunt recordatur: tota mente diligit deum. Augu. de doctri. christiana. Vel aliter: Deũ ex toto corde diligere præciperis, vt omnes cogitationes tuas: Ex tota anima, vt omnẽ vitam tuã: Ex tota mente tua, vt omnem intellectum tuum, in illum conferas, à quo habes ea quæ confers. Nullam ergo vitæ nostræ partem reliquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, vt alia re velit frui. Sed quicquid aliud diligendũvenerit in animum, illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. Tunc enim est optimus homo, cum tota vita sua pergit in incommutabile bonum. Glo. Vel ex toto corde, id est intellectu: Anima, id est voluntate: Mente, id est memoria: vt nihil ei contrarium velis, sentias, aut recorderis. Orige. Vel aliter: Ex toto corde, id est secũdum totam recordationem, & operationem, & cogitationem: Ex tota anima, id est vt parati sint eã ponere pro pietate dei: In tota mente, nihil aliud scilicet proferentes nisi quæ dei sunt Et vide si potes, cor quidem accipere pro intellectu, quo intelligibilia speculantur: mentem autem ad proferendas res. Mente enim proferimus singulas res, & per vnũquodque quod significatur, quasi mẽte nostra inambulamus atque proferimus. Si autẽ tentanti pharisęo dominus nõ respondisset: æstimare possemus non esse vnum mãdatum maius altero. Sed dominus respõdens subdit: hoc est maximum & primum mandatum. vbi discimus sentẽtiam de mandatis, quod est magnum, & sunt inferiora vsque ad minima. Respõdet autẽ dominus non solum quod est magnũ mandatũ, sed etiam primum: nõ pro ordine scripturę, sed pro dignitate virtutis. Hi autem soli huius mandati in se suscipiũt magnitudinem & primatum, qui non solũ diligunt dominum deũ suum, sed etiã illa tria susceperint, scilicet ex toto corde &c. Docuit autẽ quòd non solum est magnũ & primũ, sed etiam quod esset secundum simile priori. vnde sequitur: Secundũ autem simile est huic: Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Si autem qui diligit iniquitatem, odit animam suam: manifestum quòd nõ diligit proximum sicut seipsum, cũ nec seipsum diligat. Augu. de doctri. christia. Manifestum est autẽ omnem hominẽ proximum esse deputandum: quia erga neminẽ operandum est malum. Iam verò si vel cui præbendũ, vel à quo præbẽdum est nobis officium misericordię rectè proximus dicitur: manifestum est hoc præcepto, quo tenemur diligere proximum: etiam sanctos angelos contineri: à quibus nobis tanta misericordiæ impenduntur officia, quanta nobis in scripturis animaduertere facile est: ex quo & ipse dominus noster, proximum se nobis dici voluit: quoniam

Expositio præceptι charitatis.

Timor minuit meritum

Angeli diligẽdi

seipsum dominus Iesus Christus significat opitulatũ esse semiuiuo iacenti in via. Aug. 8. de tri. Qui aũt amat hoĩes, aut quia iusti sunt, aut vt iusti sint amare debet: sic em̃ & seipsum amare debet, aut qa iust⁹ est, aut iust⁹ fit: sic enim diligit proximũ sicut seipsum sine vllo periculo. Aug. 1. de doct. christ. Si aũt teipsum non propter te debes diligere, sed ꝓpter illũ vbi dilectionis tuæ rectissimus finis est: non succenseat aliquis homo, si & ipsum propter deũ diligis. Quisquis ergo rectè proximũ diligit, hoc cũ eo debet agere, vt etiam ipse toto corde diligat deũ. Chry. sup Mat. Qui autẽ hoĩem amat, simile est sicut qui deũ amat: quia imago dei est homo, ĩ quo deus diligitur, sicut rex in sua imagine honoratur. Et ꝓpter hoc, dicitur hoc mandatũ simile esse primo. Orige. Vel aliter: Quòd mandatũ sequens, primo est simile: significat idẽ esse officii & meriti in vtroque. neque enim aut dei sine Christo, aut Christi sine deo põt vtilis esse dilectio ad salutẽ. Sequitur: In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Augu. de quæst. euã. Pẽdet dixit. i. illuc refert vbi habet finẽ. Raba. Ad duo em̃ hæc ꝓcepta pertinet totus decalogus. Præcepta qui dẽ primæ tabulæ ad dilectionẽ dei, præcepta secũdę ad dilectionẽ proximi. Orig. Vel qa qui oĩa impleuit quæ scripta sunt de dei dilectione & proximi, dign⁹ est magnas gratias à deo percipere, vt intelligat oẽm legem & prophetas. Augu. 7. de tri. Cũ aũt sint duo ꝓcepta in quibus pendet lex & ꝓphetę, dilectio dei & proximi, non immerito scriptura plerũque pro vtroque vnũ ponit: siue dilectionẽ dei, sicut est illud, Scim⁹ em̃ qm̃ diligentibus deũ oĩa cooperantur in bonũ: siue dilectionẽ proximi, sicut est illud: Oĩs lex in vno sermone impletur, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Sed hoc ideo, quia qui proximũ diligit, cõsequens est vt deũ diligat. Ex vna eadẽq; charitate deũ proximumq; diligim⁹: sed deũ propter deũ, nos aũt & proximũ propter deũ. Augu. 1. de doct. christ. Sed tñ qm̃ excellentior & supra nostrã naturã est diuina substantia, pręceptum quo diligimus deũ, à proximi dilectione distinctum est: ꝙ si te totum intelligas. i. animã & corpus, & proximũ tuum. i. animã & corpus, nullũ diligendarũ rerum genus in his duobus præceptis prętermissum est. Cũ em̃ præcurrat dilectio dei, sequitur dilectio proximi, eiusq; dilectionis modus præscriptus sit, vt eũ sicut teipsum diligas simul & tui abs te dilectio prętermissa non est.

Duo præcepta de calogi.

Congregatis autem pharisæis interrogauit eos Iesus, dicens: Quid uobis uidetur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quõ ergo Dauid in spiritu uocat eum dominũ, dicẽs: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eum dominũ, quõ filius eius est? Et nemo poterat ei respondere uerbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Chry. in ho. Iudęi æstimantes Christum esse hominẽ purum, eum tentabãt: nec eũ tentassent, si filiũ dei crebat fallaciã cordis eorũ: & quia deus erat, nec manifestẽ voluit vincere veritatem, ne occasionẽ blasphemiæ inuenientes Iudæi amplius insanirent: nec omnino tacere, quia ad hoc venerat vt veritatẽ annunciaret: ideo talẽ interrogationẽ eis proposuit, vt ipsa interrogatio eis ostenderet quis esset. vñ dicit: Congregatis aũt pharisæis interrogauit eos Iesus &c. Chry. in ho. Discipulos quidem primum interrogauit quid alii dicerent de Christo, & tunc quid ipsi dicerent: hos autem non ita. Profecto enim seductorem eum dixissent, & malum: existimabãt autem, quoniã Christus purus homo erat, & ideo dixerũt eũ esse filiũ Dauid. & hoc est quod subditur: Dicunt ei, Dauid. Ipse autẽ hoc reprehẽdens, inducit prophetã dominationẽ eius & proprietatẽ filiationis, & cohonorationẽ, quę est ad patrẽ testantẽ. vnde subditur: Ait illis, Quõ ergo Dauid &c. Hiero. Testimoniũ hoc de 109. psal. sumptũ est. Domin⁹ ergo filiꝰ Dauid vocatur, nõ secundũ id quòd de eo natus est, sed iuxta id quòd natus ex patre semper fuit, ꝓueniens ipsum carnis suę patrem: vocat aũt eum dominũ suũ, non errore incerto, nec propria volũtate, sed spiritu sancto. Remig. Quod aũt dicit: Sede à dextris meis, non intelligendũ est ꝙ deus corporeus sit, vt dexterã vel sinistrã habeat: sed à dextris dei sedere, est in honore & ęquali tate paternæ dignitatis manere. Chryso. sup Mat. Puto aũt hãc interrogationẽ nõ solũ cõtra phariseos, sed etiã cõtra hęreticos posuit. nam secundũ carnem verè filius erat Dauid, dñs aũt secũdũ diuinitatẽ. Chry. in ho. Nõ autẽ in hoc stat, sed vt timeant, subdit: Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ, vt saltẽ ita eos induceat. Orig. Deus etiã non ad perditionẽ solum ponit scabellũ pedum Christi inimicos ipsius, sed &ad eorum salutẽ. Remig. Donec aũt pro infinito ponitur, vt sit sensus: Sed semper, & inimici tui in sempiternũ subiicientur pedibus tuis. Glo. Quòd aũt à patre inimici subiiciuntur filio, non infirmitatẽ filii, sed vnitatem naturæ significat. nã & filius subiicit inimicos patri, quia patrẽ clarificat super terrã. Et ex hac auctoritate concludit: Si ergo Dauid vocat eũ dominũ, quõ filius ei⁹ est? Hiero. Interrogatio hęc nobis proficit vsque hodie contra Iudęos. Et hi em̃ qui confitentur Christũ esse venturũ, hoĩem simplicẽ & sanctũ virum asserunt de genere Dauid. Interrogemus ergo eos docti à dño, si simplex homo est, & tantũ filius Dauid, quõ Dauid vocat eũ dñm suum? Iudæi autẽ ad diluendã interrogationis veritatẽ, friuola multa confingunt, vernaculũ Abrahæ asserẽtes, cuius filius fuerit Damascus Eliezer: & ex ipsius persona scriptũ psalmum, ꝙ post sedẽ quinque regum dñs deus, dño suo Abraham dixerit: Sede ad dexteram meam, donec ponã &c. Quos interrogemus quõ dixerit Abrahæ ea quę sequuntur, & respondere cogamus quõ Abrahã ante Luciferum genitus sit, & quõ sacerdos fuerit secundũ ordinẽ Melchisedech, pro quo Melchisedech obtulerit panem & vinum, & à quo decimas prędæ acceperit. Chry. in ho. Hoc tantũ imposuit finẽ ipsorũ disputationibus quasi magnum & sufficiẽs prędudere eorum ora. vnde sequitur: Et nemo poterat respondere ei verbum. Neq; ausus &c. Siluerunt em̃ tunc non volentes sed nõ habendo aliquid dicere. Orige. Si autẽ interrogatio eorũ fuisset ex volũtate discẽdi, nunq; eis talia ꝓposuisset, vt amplius non essent ausi eum interrogare. Rab. Ex hoc aũt intelligimus venena inuidiæ superari posse, sed difficile quiescere.

Testimoniũ diuinitatis Christi.

Iudæorũ correptio

CAPVT XXIII.

Tvnc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens: Super cathedrã Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Oĩa ergo quæcunque dixerint uobis seruate & facite: secundũ opera uerò eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciũt. Alligãt aũt onera grauia & importabilia, & imponũt in humeros hominũ, digito autem suo nolunt ea mouere.

Chry. sup Mat. Postq; dñs sacerdotũ respõsionẽ prostrauit, & incorrigibilẽ eorũ conditionẽ ostendit: sicut clerici, si malè fecerint, inemendabiles sunt, laici verò delinquentes facilè emendantur: tunc cõuertit sermones ad apostolos & ad populum. vnde dicitur: Tunc locutus est Iesus ad turbas &c. Infructuosum nãq; est verbũ in quo sic alter cõfundit, vt alter nõ erudiat. Orige.

Sūt aūt meliores discipuli Christi reliquis turbis,& inuenis in ecclesiis quosdā affectuosius accedētes ad verbū dei esse discipulos Christi, cæteros aūt populū esse ipsi⁹. Et interdū quædā discipulis solis dicit, q̄dā verò turbis,alia verò turbis simul atq; discipulis, sicut sunt hæc.vnde sequitur: Dicens super cathedrā Moysi &c. Qui legē Moysi ꝓfitentur & interpretari se gloriātur, hi sedent sup cathedrā Moysi. Qui ergo non recedūt à litera legis,scribæ dicūtur. Qui aūt mai⁹ aliquid profitentes,diuidunt seipsos quasi meliores à multis,pharisæi dicuntur,quod interpretatur diuisi. Qui aūt Moysen secundū spiritualē virtutē intelligunt & exponunt, sedent quidē super cathedram Moysi, sed non sunt scribæ & pharisæi,sed his meliores dilecti Christi discipuli.Post aduentū aūt Christi sedēt super cathedrā ecclesiæ,quę est cathedra Christi.Chry.super Mat.Videndū est tn quō quis super cathedrā sedeat, quia non cathedra facit sacerdotē,sed sacerdos cathedrā: nō locus sanctificat hominē,sed hō locum. Ideoq; mal⁹ sacerdos de sacerdotio suo crimē acquirit,non dignitatē. Chry. in ho.Ne aūt aliquis dicat, quoniā propter hoc desidior factus sum ad agendū, quia malus est doctor : hanc destruit occasionē cū subdit:Oīa ergo quæcunq; &c.Non enim sua dicūt, sed quę dei sunt,quę p Moysen deus in legē deduxit.Et intuere quāto circa Moysen vtitur honore,eā iterū quæ ad vetus est testamentū,concordiam ostendens.Orig.Si aūt scribæ & pharisæi sedentes super cathedrā Moysi,sunt Iudæorū doctores,secundū literā docentes legis mādata,quō iubet nos dominus secundū omnia quę dicunt illi facere?cū apostoli in actibus vetēt fideles viuere secundū literā legis.Sed illi docent secundū literam,legē spūaliter non intelligentes. Quęcunq; ergo dicunt nobis ex lege,intelligentes sensum legis facimus & seruamus,nequaq̄ facientes secundum opera eorū.Non enī sicut lex docet,faciūt,nec intelligunt velamen esse super literā legis. Vel cū oīa audieris nō oīa intelligas præcepta legis, puta multa quæ de escis sunt & quæ de hostiis & similia,sed ea q̄ corrigunt mores.Sed quare nō de lege gratię hoc mandauit sed de doctrina Moysi?quia.s.nōdum erat tēpus ꝓcepta nouę legis ante tēpus passionis manifestare. Mihi autē videtur ꝙ & aliquid aliud ꝓdispēsans hoc dicit:qa enī accusaturus erat scribas & pharisęos in sequētibus sermonibus,ne videret apud stultos ex hoc eorū principatum cupere,vel ꝓpter inimicitiā hoc facere,primum à se hanc suspicionē remouet, & tunc eos incœpit reprehēdere,vt turbę nō ī eadē vitia incidāt: & ideo ne exi stimēt ꝙ quia debēt eos audire,ideo eos debeant in operibus imitari.Subditur enī:Secundum verò opa eorum nolite facere. Quid est autē doctore illo miserabilius,cuius vitā discipuli cū non sequuntur,saluātur: cū imitātur,ꝓduntur? Chry.super Mat. Sicut autē aurum de terra eligitur,& terra relinquit:sic & auditores dotrinā accipiant,& mores relinquant. Frequēter enim de homine malo,bona doctrina procedit : sicut autē & sacerdotes melius iudicant propter bonos, malos docere:q̄ propter malos , bonos negligere. sic & subditi, propter bonos sacerdotes etiā malos honorent, ne propter malos boni etiam contēnantur. melius est enī malis iniusta præstare, q̄ bonis iusta subtrahere. Chrys.in ho.Considera verò vnde incipit eos reprehendere. Nā sequitur: Dicunt enī & nō faciunt.Maximè enim accusatione dignus est,qui doctrinę auctoritatē habens, legē trāsgreditur. Primo quidē,quia pręuaricatur qui alios corrigere debet:deinde, quia peccās maiore pœna dignus est propter honorē:tertio, quia plus corrumpit velut in ordine doctoris peccans.Rursus autem & aliā eorum reprehensionē ponit,qm̄ graues sunt sibi subiectis.vnde sequitur:Alligāt enī onera grauia &c.In quo duplicē eorum malitiā ostendit , vnā quidem in hoc ꝙ sine venia expetunt à subiectis summā diligentiam vitę: aliam verò in hoc ꝙ sibiipsis multam concedunt licentiā.Oportet autē bonum principē ecōtrario se habere.In his enī quæ secundum ipsum sunt, grauē iudicem esse,in subiectis autē māsuetum.Intēde autē qualiter & eorum reprehensionē aggrauat . Nō enim dixit: Non possunt,sed nolunt.neq; dixit:Portare,sed digito mouere.i.neq; propè fieri,neq; tangere.Chry.sup Mat. Et quidē quantum ad pharisæos & scribas de quib⁹ loquitur:onera grauia & importabilia dicit legis mādata,quibus Petrus in actibus dicit:Vt quid vultis imponere iugum sup ceruices discipulorum quod neq; nos, neque patres nostri portare potuimus? Onera enim legis quibusdā rationibus fabulosis cōmendantes auditoribus,quasi vincula sup humeros cordis eorū alligabant, vt velut rationis vinculo constricti nō reiicerent ea à se.Ipsi autē nec ex modica parte implebant.i.vt nō dicā pleno ope,sed nec modico tactu.i.digito.Glo.vel alligant onera.i.vndecunque traditiones colligūt,quæ cōscientiam non leuant, sed grauant.Hiero.Humeri aūt & digitus,& onera,& vincula,quibus alligāt onera,spūaliter sunt intelligenda.Hic etiā generaliter dūs aduersus oēs mgistros loquitur, qui grandia iubent & minora non faciunt.Chry.super Matt. Tales autē sunt qui graue pond⁹ veniētib⁹ ad pœnitentiā imponūt:& sic dū pœna præsens fugitur,contēnit pœna futura . Si enī fascē sup humeros adolescētis,quē non potest baiulare,posueris:necesse habet,vt aut fascē reiiciat,aut subpondere confringat:sic & hoī,cui graue pond⁹ pœnitētiæ imponis,necesse est vt aut pœnitētiā reiiciat,aut suscipiēs dū sufferre non pōt,scādalizat⁹ amplius peccet. Deinde &si erram⁹,modicā pœnitētiā imponētes,nōne melius est ꝓpter misericordiā reddere rationē,q̄ ꝓpter crudelitatē?vbi paterfamilias larg⁹ est, dispēsator nō debet esse tenax.Si deus benign⁹,vt qd sacerdos ei⁹ auster⁹? Vis apparere sctūs?circa tuā vitā esto austerus, circa aliorū benign⁹:audiant te hoīes parua mandantē & grauia facientē.Talis est aūt sacerdos qui sibi indulget & alios exigit:quemadmodū malus descriptor tributi in ciuitate,qui se reseruat & onerat tribuentes.

Omnia verò opera sua faciunt ut videātur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua:& magnificant fimbrias. Amant aūt primos recubitus in cœnis,& primas cathedras in synagogis,& salutationes in foro , & uocari ab hominibus rabbi. Vos autē nolite uocari rabbi . Vnus est enim magister uester:oēs aūt uos fratres estis. Et patrē nolite uocare uobis super terram:unus est enim pater uester qui in cælis est. Nec uocemini magistri : quia magister uester , unus est Christus. Qui maior est uestrū,erit minister uester. Qui autem se exaltauerit,humiliabitur:& qui se humiliauerit , exaltabitur.

Chrysost.in hom.Supra dns arguerat scribas & pharisæos crudelitatis & negligentiæ,consequēter aūt arguit eos inanis gloriæ,quę fecit eos à deo recedere:vnde dicit:Omnia autē opera &c. Chrys. in homel.In omni re nascitur quod ipsam exterminat : sicut ex ligno vermis, & ex vestimento tinea: vnde sacerdotum ministerium qui positi sunt ad ædificationem sanctitatis, corrumpere diabolus nititur , vt hoc ipsum bonum dū propter homines fit,fiat malum.Tolle hoc vitiū de clero,& sine labore omnia resecabis:ex hoc enī fit vt difficile clerici peccantes pœnitentiā agant. Vult aūt dns in hoc ostendere causam propter quā non poterant credere Christo,hoc est quia oīa faciūt vt videātur ab hominib⁹:īpossibile enī est vt credat Christo cęlestia ꝓdicāti,qui gloriā hoīm cōcupiscit terrenā:legi enī aliquē sic interpretantē hunc locū,super cathedra.i.in honore & gradu quo fuerat Moyses,cōstituti sunt scribę & pharisęi indignè,qui prophetātes de Christo venturo ꝓdicabant aliis,ipsi aūt nō recipiebāt præsentē:ꝓpter hoc hortaī populū audire legē, quam ꝓdicabāt.i.credere in Christū prędicatū à lege:& nō imitari scribas & pharisæos incredulos. & reddit causam quare prædicabant ex lege Christū vēturum,& non credebant in eū, quia scilicet omnia opera sua faciunt , vt ab hominib⁹ videantur.i.quia nō prędicabant Christū vēturum desiderio aduentus eius, sed vt doctores legis esse ab hominibus viderentur.Orig.Ad hoc autē opera sua faciunt vt ab hominibus videantur,visibilē suscipiētes circuncisionē, & visibiliter corporalia fermenta auferentes de domib⁹ suis:& similiter his similia agētes. Christi verò discipuli legē in occultis implent , quasi in occulto constituti Iudęi,vt apostolus dicit. Chrys.in ho. Vide autē hic ꝙ cū quadā intentione eos incusat . Nō enim simpliciter ait quòd faciāt opera sua,vt videātur ab hominibus, sed addidit omnia . Deinde demōstrat ꝙ neque in magnis vanè gloriabantur , sed in quibusdā vilibus rebus.vnde subditur:Dilatant enim phylacteria sua,& magnificāt fimbrias.Hiero.Dominus enī cū dedisset mandata legis per Moysen , ad extremum intulit: ligabis ea in manu tua,& erūt semper ante oculos tos,& est sensus:Pręcepta mea sint in manu tua, vt opere cōpleantur:sint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis.Hoc pharisęi malè interpretantes,scribēbāt in mēbranis decalogum Moysi.i. decē legis verba,cōplicantes eā & ligantes in fronte:& quasi coronā capitis faciētes,vt semper ante oculos mouerentur.Iuserat quoq; aliud Moyses , vt in quatuor angulis pallio rum hyacinthinas fimbrias faceret , ad Israelis populū discernendū:vt quō in corporibus circuncisio signū Iudaicę gētis daret, ita vestis haberet aliquā differentiā. Superstitiosi verò magistri captantes auram populare, atque ex mulierculis captātes lucra , faciebāt grandes fimbrias,& acutissimas in eis spinas ligabant:vt videlicet ambulantes & sedentes interdū pungerentur , & quasi hac cōmonitione retraherētur ad ministeria seruitutis dei.Pictatiola ergo illa decalogi phylacteria vocabāt.i.conseruatoria,eo quòd quicūque habuissent ea quasi ob custodiā & munimentū sui haberēt.Nō intelligētibus pharisęis, quòd hęc in corde portāda sunt nō in corpore:alioquin & armaria & arcæ habent libros, & notitiā dei nō habent.Chry. Illorum aūt exēplo,& nunc multi aliqua nomina Hebraica angelorū confingunt & scribunt,& alligant , quæ non intelligentibus metuenda videntur:: quidā verò aliquā partē euangelii scriptam circa collum portant. Sed nōne quotidie euā geliū in ecclesia legitur:& auditur ab omnibus? Cui ergo in auribus posita euangelia nihil prosunt,quomodo eum possunt circa collum suspensa saluare? Deinde vbi est virt⁹ euāgelii,ī figuris literarū,an ī ītellectu sensuū? Si in figuris,bene circa collū suspendis : si in intellectu ergo melius in corde posita prosunt, q̄ circa collum suspensa. Alii verò sic exponunt hunc locū , quia dilatabant verba suā de propriis obseruantiis , quasi phylacteria.i. conseruatoria salutis ea populo assiduè prædicantes. Fimbrias autē vestimentorum magnificatas dicit supereminentias eorundē mandatorum.Hiero. Cū autem superfluè phylacteria dilatent,& magnas faciāt fimbrias,gloriam captantes ab hominibus,consequenter arguuntur in reliquis. vnde sequitur: Amant enim primos accu.in cœ.&c.Raba.Notandū quòd non salutari in foro,non primo sedere vel discūbere vetat eos, quibus hoc officii ordine cōperit : sed eos qui hæc siue habita siue nō habita,indebitè amant à fidelibus,quasi improbos docet esse cauendos.Chry.Non enim vitu perat eos,qui in primo loco recūbūt, sed eos qui amāt primos discubitus:ad voluntatē vituperationem referēs,non ad factū. Sine causa enim loco se humiliat, qui corde se ꝓfert.Aliquis enim iactator audiens laudabile esse in vltimo loco discūbere,discumbit post omnes:& non solum iactantiam cordis non dimittit , sed adhuc aliam iactantiā humilitatis acquirit:vt qui vult videri iustus,& humilis videatur . Multi enī superbi corpore quidem in nouissimo recūbentes,cordis autem elatione videntur sibi in capite recumbere:& multi sunt humiles in capite recūbentes,& cōscientia se in vltimo esse existimant.Chry.in ho. Intende autē vbi in eis vana gloria dominabatur , in synagogis.s.in quas intrabant alios directuri . In cœnis hoc pati qualitercūque tolerabile erat, quanuis doctorē in admirationem esse oporteat,non in ecclesia solū,sed vbique.Si autē diligere talia est incusatio,q̄ malum est studere,vt his aliquis potiatur? Chry.super Mat. Primas etiā salutationes amant non solū in tempore,vt eos primū salutemus: sed etiā in voce,vt clamātes dicamus,Aue rabbi: & in corpore,vt flexis capitib⁹ eis incuruemur:& in loco,vt in publico salutentur.vnde dicit:Et salutationes in foro. Raba.Quanuis in hoc culpa non careat si iidem in foro litibus interesse, qui in cathedra Moysi magistri synagogę cupiunt appellari,& vocari ab hominibus rabbi.Chry.super Mat.i.vocari volunt & non esse:nomen appetunt,& officiū negligūt.Ori.In ecclesia etiā Christi inueniuntur mensarū suscipientes primatū vt diacones fiant , consequenter autem primas cathedras eorū qui dicuntur presbyteri,præripere ambiunt: quidā autē machinātur vt episcopi vocētur ab hominibus,hoc est rabbi.Christi autē discipulus diligit quidē in spiritalibus cœnis recubitus primos , vt meliora spiritaliū ciborum manducet.Diligit etiam,cū apostolis sedentibus sup duodecim thronos,primas cathedras actib⁹ bonis dignū se prębere festinās cathedris huius. Sic autē & salutationes diligit,quę fiunt in nūdinis cęlestib⁹.i. cęlestibus primitiuorū congregationibus.Vocari autē rabbi neque ab hominibus, neque ab aliquo alio diligit iust⁹:quia vnus est magister oīm.vnde subdit : Vos autē nolite vocari rabbi.Chry.in ho.Vel aliter:Pręmisit sorū, de quibus pharisęos incusauerat , alia quidē sicut parua & vilia ꝓtermisit , quasi discipulis de his instrui non indigētibus:sed qđ erat oīm malorū causa.i. thronū appetere magistralē,hoc in mediū ducit ad discipulos iustruendū. vñ subdit : Vos aūt nolite voca.ra. &c. Chry.super Mat.q.d.Nolite voca.ra.ne qđ deo debeā, vobis ꝓsumatis.Nolite & aliosvocare rabbi,ne diuinū honorē hoībus deferatis.Vnus est enim magister oīm, qui oēs hoīes naturaliter docet.Si enī hō hoīem erudiret,oēs hoīes discerent qui habēt doctores..Nunc autē quia non hō docet,sed deus:multi quidē docentur, pauci autē discunt.Non enī homo intellectum præstat homini docendo,sed à deo præstitū per admonitionē exercet.Hila. Et vt meminerint discipuli se filios vni⁹ parentis,& p nouę natiuitatis generationē terreni ortus excessisse primordia subdit:Oēs aūt vos fratres estis. Hiero.contra Helui . Oēs aūt hoīes affectu fratres dici posūt, qđ ī duo diuidit:in speciale,& cōe.In speciale, quia oēs christiani fratres vocātur . Porrò in cōe,quia oēs hoīes ex vno patre nati , pari inter nos germanitate cōiungimur. Sequitur :Et patrē nol.vo. &c. Chrys. super Mat.In mundo enim,quāuis hō hominē generet,

Arrogātia clericorum.

Quæ sit cathedra Moysi.

Mali possunt esse bona, doctrina.

Onus legis.

Peruersio scripturarū.

Pharisęorū error.

tamen vnus est pater qui oēs creauit. Non ēm initiū vi
tæ habemus ex parētibus, sed trāsitū vitæ per eos acci
pimus. Orig. Sed quis nō vocat patrē in terris? qui per
oēm actum secundū deū impletū dicit: Pater noster qui
es in cælis. Glo. Quia verò apparebat quis esset oīm pa
ter, ī hoc qđ dixerat: Qui es ī cęlis, vult exponere quis
sit oīm magister. Vnde præceptū de magistro iterū re
petit, dicens: Nec vocemini magistri, quia magister ve
ster vnus est Christus. Chry. in ho. Nō tamen dū dicit
Christ⁹ magister, excluditur pater, sicut neq; ex hoc q̄
deus pater noster dicit hominū pater, excluditur Chri
Quæstio euangelica. stus. Hier. Quæritur aūt quare aduersum hoc præceptū
apostolus doctorē gentiū se esse dixerit? aut quō in mo
nasteriis vulgato sermone seinuicē patres vocāt? Quod
sic soluitur: Aliud est esse natura patrē, vel magistrū, a
liud indulgentia. Nos, si hominē patrē vocamus hono
rē ętati deferimus, non auctorē nostræ ostēdimus vitę.
Magister enim dicitur ex cōsortio veri magistri: & ne
infinita replicē, quō vnus per naturam deus, & vnus fi
lius nō præiudicat cæteris, ne per adoptionē dii vocen
tur & filii: ita & vnus pater & magister non præiudi
cat aliis, vt abusiuè vocent & patres & magistri. Chry.
in ho. Non solū aūt dās primatus cupere prohibet, sed
ad contrariū auditorem inducit. vnde subdit: Qui ma
ior est vestrū &c. Orige. Vel aliter: Et si ministrat quis
verba diuina, sciens quia Christus in eo fructificat, ne
quaquā se magistrū sed ministrū profitetur. vnde sequi
tur: Qui maior est vestrum &c. Quoniā & ipse Chri
stus cū esset verè magister, ministrum se esse profess⁹
est, dicēs: Ego sum in medio vestrū quasi qui ministrat:
bene aūt post oīa, quib⁹ vanæ gloriæ vetauit cōcupiscē
tiā addidit dicēs: Qui aūt se exaltauerit, humiliabit: &
q̄ se humiliauerit, exaltabit. Rem. Quod sic intelligit:
Oīs qui se de suis meritis extollit, apud deū humiliabi
tur: & q̄ se de beneficiis humiliat, apud deū exaltabit.

*Væ autem uobis scribæ & pharisæi hypocritæ: qui clau
ditis regnum cælorum ante homines. Vos enim non intratis:
nec introeuntes sinitis intrare.*

Orig. Christus quasi verè filius dei illius qui legē de
dit, secundū similitudinē benedictionū quæ sunt in le
ge, dixit & ipse beatitudines eorū qui saluantur: secun
dū similitudinē aūt maledictionū positarū in lege, po
nit væ, aduersus peccatores dicens: Væ vobis scribæ &
pharisæi hypocritæ. qui fatētur bonitatis esse aduersus
peccatores ista pronunciare, intelligāt quia simile est
propositū dei in maledictionibus legis. siue aūt illa ma
ledictio siue istud væ nō ex pronunciante cōtingit pec
canti, sed ex peccatis, quibus dignū se præbet ad susce
ptionē istorū, quæ deus disciplinæ causa pronūciauit,
vt conuertātur hoīes ad bonū. sicut pater increpans fi
liū, profert verba maledictionis, nec tamen vult illū di
gnū fieri maledictionibus illis, sed magis ab eis diuer
tere. Huius aūt væ causam subdit: Qui clau. reg. cælo.
&c. Hęc duo p̄cepta naturaliter inseparabilia sunt, quo
niā hoc ipsum sufficit ad expulsionē, q̄ alios nō permit
tit intrare. Chry. super Mat. Regnū cælorum, dicūtur
scripturæ, quia in illis insertū est regnū cælorum: ianua
est intellectus earū. Vel regnū cælorū est beatitudo cę
lestis: ianua autē est Christus, per quē introitur in eam.
Clauicularii aūt sunt sacerdotes, quib⁹ creditū est ver
bum docendi, & interpretādi scripturas. Clauis aūt est
verbū scientiæ scripturarū: per quā aperitur hoībus ia
nua veritatis. Apertio autē eius est interpretatio vera.
Vide autē quia nō dixit, Væ vobis, qui aperitis: sed qui
clauditis. ergo non sunt scripturæ clausæ, licet sint ob
scuræ. Orig. Pharisæi ergo & scribæ nec intrabant, nec
eū volebant audire qui dixit: Si quis per me introierit,
saluabitur. Et nec intrantes. i. eos qui credere poterāt,
propterea quę à lege & prophetis ante fuerant declara
ta de Christo, introire sinebāt: cū oī terrore ianuā clau
dētes adhuc derogabāt doctrinæ eius, & subuertebant
omnē prophetiā scripturam de eo, & blāsphemabant
oē opus ipsius, quasi falsum & à diabolo factum. Sed &
oēs qui mala conuersatione sua dant exēplum peccan
di in populo: & qui faciunt iniuriā scandalizantes pu
sillos, claudere videntur ante hoīes regnū cælorum. Et
hoc peccatū inuenitur quidē in popularibus, maximè
autem in doctoribus, qui docent quod decet secundū
iustitiā euangelii homines: non autē faciunt quod do
cent. Bene autem viuentes & bene docentes, aperi
unt hominibus regnū cęlorū: & dum ipsi intrant, alios
prouocant introire. Sed & multi nō permittunt intra
re in regnum cælorū, intrare volentes: quando & sine
ratione excōmunicant quosdā per aliquē zelū, qui me
liores sunt q̄ ipsi: & ipsi quidē non p̄mittunt eos introi
re. Illi autē qui sobrii sunt mente, patientia sua tyranni
dem eorum vincentes, quanuis vetiti, tamē intrant &
hęreditant regnū. Sed & qui cū multa temeritate seip
sos dederunt ad professionem docēdi priusquam disce
rent: & Iudaicas fabulas imitātes, detrahunt eis qui ea
quæ sursum sunt in scripturis requirunt, claudunt quā
tum ad se ante homines regnum cęlorum.

Viduæ deuitandæ religiosis.

*Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui comeditis do
mos uiduarum, orationes longas orantes: propter hoc am
plius accipietis iudicium.*

Chryso. in ho. De reliquo dominus de gula eos re
prehendit: & quod deterius est, q̄m nō à diuitibus, sed
à viduis accipiebant vnde ventrē implerent: & illorum
inopiā conterebant, quam releuare oportebat. vnde di
citur: Væ vo. scri. & pha. &c. Glo. i. qui vestra supersti
tione nihil intenditis, nisi vt prędam de subiecta ple
be faciatis. Chry. super Mat. Sexus autē mulierū incau
tus est: quia non oīa quæ videt aut audit, cum ratione
cōsiderat. Mollis etiā est, quia facilè flectitur vel de ma
lo ad bonū, vel de bono ad malū. Virilis autem sexus &
cautior & durior est, ꝓpterea simulatores sc̄itatis cir
ca mulieres maximè negociantur. Quia nec intelligere
eorū simulationes possunt: & facilè ad eorū dilectio
nē inclinātur religionis causa. præcipuè tamen circa vi
duas negociantur, primo quidē quia mulier non facilè
decipitur habēs consiliariū virum: deinde quia non fa
cilè de facultatibus suis aliquid dant, cū sint in potesta
te viri. propterea ergo dominus dū Iudaicos sacerdotes
confundit, christianos monet, ne viduis mulieribus am
plius cōmorentur q̄ cęteris: quia etsi voluntas mala nō
sit, tū suspicio mala est. Chryso. in ho. Deinde & huius
rapinę modus erat grauior. Additur enim orationes lō
gas orantes. Quicunque ēm malū facit dignus est pœ
na, sed qui à religione causam accipit nequitiæ, grauio
ri est obnoxius pœnæ. vnde sequitur: Propter hoc am
acci. iudi. Chry. super Mat. Primū quidē, pro eo quod
estis iniqui: alterū, pro eo q̄ figmentū accipitis sanctita
tis. auaritiā enim vestrā religionis colore depingitis, &
quasi præstatis diabolo arma dei, vt ametur iniquitas,
dū pietas æstimatur. Hila. Vel quia hinc procedat re
gni cælestis obseruatio, vt in obeundis viduarū domi
bus retineatur ambitio: ideo accipient amplius iudici
um, quia pœnam proprii peccati & reatū alienæ igno
rantiæ debebunt. Glo. Vel quia seruus sciens & non fa
ciens, vapulabit multis.

*Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ: qui circuitis ma
re & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum fuerit fa
ctus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm uos.*

Chryso. in ho. Post præmissa rursus eos dominus ali
ter incu-

ter incusat: & quia inefficaces sunt ad multorū salutē,
cum multo labore indigeant, vt ad salutem vnū conuer
tant: & quia non solū desides sunt circa eos quos con
uertunt, sed eorū etiam destructores dum eos corrum
punt prauæ vitæ exemplis. vnde dicitur: Vę vo. scri. &
pha. hypo. Hila. Maris autem & terræ peragratione si
gnificat in totius orbis finibus eos esse Christi euange
lio obtrectaturos: & legis iugo contra iustificationes si
Proselyti qui dicantur. dei aliquos subdituros. Proselyti enim sunt ex genti
bus in synagogam recepti, quorū futurorum raritas in
vno indicatur. Neque enim post Christi prędicationē
doctrinæ eorū fides relicta est, sed quisquis acquisitus
fuerit ad fidē Iudęorū, filius fit gehennę. Orig. Quicun
que enim post saluatorē iudaizant, docentur imitari af
fectum eorū, qui dixerunt illo tēpore: Crucifige cruci
ge eum. vnde sequitur: Et cū fuerit &c. Hila. Ideo autē
pœnæ duplicatę erit filius, qui neq; sit remissionē pec
catorū gētilium cōsecut⁹, & societatē eorum qui Chri
stū persecuti sunt, sit secutus. Hiero. Vel aliter: Scribę
& pharisęi totū lustrantes orbē id studii habebant, de
gentibus facere proselytū. i. aduenā incircūcisum misce
re populo dei. Chry. super Mat. Non autē propter mise
ricordiā volētes eum saluare, quē docebant: sed aut pro
pter auaritiā, vt additis in synagoga Iudęis sacrificio
rum adderetur oblatio, aut propter vanā gloriam. Qui
enim seipsum mergit in gurgite peccatorū, quō alterū
à peccatis velit eripere? Nunquid magis misericors po
test alteri aliquis esse, q̄ sibi? Ex ipsis ergo actibus ostē
ditur, qui ꝓpter deum aliquē vult cōuertere, aut pro
pter vanitatē. Grego. 21. Mora. Quia verò hypocritę
quanuis peruersa semper operentur, loqui tamen recta
non desinunt. Bene loquendo quidē in fide, vel conuer
satione, filios pariunt: sed eos bene viuendo nutrire nō
possunt: quāto ēm se libentius terrenis actibus inserūt,
tanto negligenti⁹ eos quos generāt, agere terrena per
mittunt. Et quia obduratis cordibus viuunt, ipsos e
tiam quos generant filios, nulla pietate debiti amoris
agnoscūt. vnde & hic de hypocritis dicitur: Et cū fue.
factus &c. Augu. contra Fau. Hoc aūt non quia circūci
debatur dixit, sed quia eorū mores imitantur: à quibus
imitandis suos cohibuerat, dicēs: Super cathedrā Moy
si &c. In quibus verbis vtrunque debet aduerti: & quā
tus honor delatus sit doctrinę Moysi, in cuius cathedra
etiā mali sedentes, bona docere cogebantur: & inde fie
ret proselytus filius gehennę, non quidē verba legis au
diendo, sed eorū facta sectādo. Propterea autē duplo q̄
illi, quia hoc negligebat implere, quod ꝓpria voluntā
te susceperat, non ex Iudæis natus, sed sponte Iudęus fa
ctus. Hiero. Vel q̄a ante, dū esset gētilis, simpliciter erra
bat, & erat semel filius gehennę. Vidēs magistrorū vitia,
& intelligēs destruere eos opere, quod verbo docebat,
reuertitur ad vomitū suū: & gentilis factus, quasi prę
uaricator, maiori pœna dignus erat. Chry. super Mat.
Vel quia fortè sub cultura idolorū cōstitutus, vel pro
pter hoīes iustitiā seruabat: factus autē Iudęus malorū
magistrorū prouocatus exēplo, fiebat peior magistris.
Filius gehennæ qui is dicatur. Chry. in ho. Cū enim virtuosus fuerit magister, discipu
lus imitatur: cū autē fuerit malus, superexcedit. Filius
autē vocatur gehennę, quomodo filius perditionis, &
filius huius seculi. Vnusquisque enim cuius opera facit,
huius filius appellatur. Orig. Ex hoc autem loco disci
mus, q̄m & eorū qui in gehennā futuri sunt, erit diffe
rentia tormentorū: quādo alter est simpliciter filius ge
hennę, alter verò dupliciter. Sed & hoc videre oportet:
& si generaliter est fieri aliquē filiū gehennę, vtputa Iu
dęū, aut gentilē: aut etiā specialiter, vt per singulas spe
cies peccatorū fiat quis filius gehennę, vt iustus quidē
secundum numerū iustitiarum suarū augeatur in glo
ria, peccator autē secundū numerum peccatorū suorū
multiplicetur in gehenna.

*Væ uobis duces cæci, qui dicitis: quicunque iurauerit per
templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debi
tor est. Stulti & cæci, quid enim maius est, aurum, an templū,
quod sanctificat aurū? Et quicunque iurauerit in altari, nihil
est: qui autem iurauerit in dono quod est super illud, de
bet. Cæci, quod enim maius est, donum, an altare quod sancti
fi cat donum? Qui ergo iurat in altari: iurat in eo, & in omni
bus quæ super illud sunt. Et quicunque iurauerit in templo, iu
rat in illo, & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cælo,
iurat in throno dei, & in eo qui sedet super ipsum.*

Hiero. Sicut in phylacteriis & fimbriis dilatatis opi
nio sanctitatis captabat gloriā: & per occasionē glorię
quærebant lucra: sic alia traditionis fraude inuenta im
pietatis arguit transgressores. Si quis enim in cōtentio
ne, seu in aliquo iurgio vel in causæ ambiguo iurasset
in tēplo, & postea conuictus esset mendacii, nō tenebā
tur criminis reus. Et hoc est quod dicit: Væ vo. du. cæ.
qui di. Quicūque &c. quasi dicat: Nihil debet. Sin aūt
iurasset in auro & pecunia quæ in tēplo sacerdotib⁹ of
ferebat, statim id in quo iurabat cogebatur exoluere.
vnde sequitur: Qui autē iura. in au. tēpli &c. Chry. sup
Mat. Tēplum quidem ad gloriā dei pertinet, & ad ho
minū spiritualē salutē. Aurū autem tēpli & si ad gloriā
dei pertineat, tamen magis ad delectationē hominū &
ad vtilitatē sacerdotum offertur. Iudæi ergo aurū, quo
ipsi delectabantur: & dona quibus ipsi pascebantur,
sanctiora dicebāt esse, q̄ ipsum templū: vt homines prō
ptiores facerent ad offerenda dona, q̄ ad preces funden
das in templo. vnde conuenienter reprehendit eos do
minus, dicens: Stulti & cæci, quid enim &c. Multi autē
nunc christiani sic insipientes intelligunt. Ecce enim si
aliqua causa fuerit, modicū videtur facere qui iurat per
deū. Qui autē iurat per euangeliū, maius aliquid feciſ
se videtur. Quibus similiter dicendū est: Stulti & cęci.
Nā scripturæ ꝓpter deū scriptæ sunt, nō deus propter
scripturas. Maior ergo est deus qui sc̄ificat euāgeliū, q̄
euāgeliū quod sanctificatur ab eo. Hiero. Rursus si quis
iurasset in altari, piurii reū nemo retinebat: si aūt iuraſ
set in dono vel in oblationibus, hoc est in hostia, vel in
victimis, in simila, & cęteris quæ offeruntur deo super
altare, hoc studiosissimè repetebāt. Totū autē faciebāt
non ob dei timorē, sed ob diuitiarū cupiditatē. vnde se
quitur: Et quicūque iura. in altari, nihil est &c. Arguit
enim eos domin⁹ & stultitiæ & fraudulētiæ: quòd mul
to maius sit altare, q̄ hostiæ quæ sanctificantur ab alta
ri. vnde sequitur: Cæci, quid enim maius est, donum, an
altare quod sanctificat donum? Glo. Et ne fortè in tan
tā insaniā prorūperent, vt dicerent aurū sanctius esse tē
plo, & donū altari: eos alia ratione cōuincit, quia vide
licet iuramentō quod fit per tēplum & altare, contine
tur iuramētū quod fit per aurū vel per donū. Et hoc est
quod subdit: Qui ergo iu. in al. iurat in eo. &c. Orig. Si
militer quoniā Iudæi consuetudinē habebant per cælū
iurare, ad reprehensionē eorum subdit: Et qui iurat in
cælo, iurat in throno dei &c. Nō ergo sicut arbitrātur,
euadūt periculū in eo quòd nō per deum iurāt, sed per
thronum dei. s. cęlum. Glo. Qui enim per subiectā crea
turā iurat: & diuinitatē p̄sidentē creaturæ iurat. Orige.
Est aūt iuramentū cōfirmatio verbi de quo iuratur.
Iuramentū ergo intelligēdum est testimoniū scriptura
rū q̄ profertur ad cōfirmationē verbi, quod loquimur:
vt sit quidē templum dei, scriptura diuina: aurum autē
sensus in ea. Sicut autē aurum q̄ fuerit extra templū,

Cupiditas facer dotū notatur.

non est sanctificatū: sic oīs sensus qui fuerit extra diuinam scripturā, quanuis admirabilis videatur, non est sanctus. Non ergo debemus ad confirmandam doctrinam nostros intellectus assumere, nisi ostēderimus eos esse sanctos ex eo quòd in scripturis continentur diuinis. Altare autem est hoīs cor, qđ principale habetur in homine. Vota autē & dona quæ ponuntur super altare, est omne quod superponitur cordi, vt orare, psallere, eleemosynas facere, ieiunare. Sanctū ergo facit oē votū hominis cor eius ex quo votum ei offertur. Ideo nō potest honorabilis esse votum q̄ cor hominis, ex quo trās mittitur votū. Si ergo cōscientia hoīs non pugnat, fiduciā habet ad deū: non propter dona, sed quia (vt ita dicā) altare cordis sui bene cōstruxit. Tertiū est vt dicamus quòd super tēplum. i. super oēm scripturā: & super altare. i. super omne cor, est intellectus quidā, qui dicitur cælū: thronus ipsius dicitur dei, in quo videre est facie reuelata cū venerit qđ perfectum est faciē veritatis. Hila. Adueniēte etiā Christo inutilē docet esse fiduciā legis, quia nō in lege Christus, sed lex sanctificatur in Christo: in quo veluti sedes thronúsque sit positus, atq; ita stulti cæciq; sunt qui sanctificante prætermisso, sanctificata venerantur. Aug. de quæst. eua. Tēplum etiam & altare ipsum Christū intelligimus, aurū & donū, laudes, & sacrificia precū, quæ in eo & per eum offerimus. Non enim ille per hoc: sed ista per illum sanctificātur.

Allegorica expositio.

Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam & anethū, & cyminū: & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.

Chry. in ho. Suprà dominus dixerat, q̄ ligabāt grauiora onera, & aliis imponebant, quæ ipsi nec tangere volebant. Hīc autē rursus ostendit q̄ in paruis quærentes diligentiā, magna cōtemnebant. vnde dicitur: Væ vo. scri. & pha. hy. qui &c. Hiero. Pharisęi em, quia præceperat dominus ꝓpter alimoniā sacerdotū & leuitarū, quorū pars erat dominus, omniū rerum offerri in tēplo decimas: vt intellectus mysticos dimittamus, hoc vnū habebāt studii: vt quæ vilia fuerant cū portarentur, cætera quæ erant maiora paruipendebant. vnde sequitur: Et reliqui. quę grauio. sunt &c. Ex hoc capitulo arguit eos auaritię: q̄ studiosē etiam viliū olerum decimas exigant: & iudiciū in disceptatione negotiorū, misericordiam q̄; in pauperes: & fidē in deum, quæ magna sunt, prætermittant. Chry. sup Mat. Vel quia sacerdotes auaritia pleni, si quis decimas alicuius rei minimæ nō obtulisset, corripiebant eum, quasi magnum crimen feciss̄et. Si quis autem alterū lædebat aut in deū peccabat, non curabant eū corripere: de lucro autem suo soliciti, & de gloria dei ac salute hominū negligentes. Seruare enim iustitiā, & facere misericordiā, & habere fidē, propter suam gloriā de⁹ mādauit: decimas aūt offerre propter vtilitatē sacerdotū, vt sacerdotes quidē populo in spiritualibus obsequantur, populi autem in carnalibus sacerdotibus subministrent. sic & modo fit, quia oēs de honore suo sunt soliciti, de honore autem dei nulli. Portiones etiā suas vigilanter defendūt, sed circa obsequium ecclesiæ curā impendere nō attendunt. Si populus decimas non obtulerit, murmurāt oēs: si peccantem populū viderint, nemo murmurat contra eos. Sed quia scribarū & pharisæorū, ad quos loquebantur, quidā populares erant, nō est incongruum vt aliā expositionem faciamus propter eos qui decimas dabant. Nam qui accipit decimas, rectē decimare dicitur: & qui dat. Scribæ ergo & pharisæi minimarū quidē rerū decimas offerebant, ostendendæ religionis gratia. In iudiciis autem erant iniusti: in fratribus sine misericordia: in veritate increduli. Orige. Sed quoniam contingens erat vt audientes quidā dominū ista loquentē contēnerent mini marū rerum decimationē, sapienter addidit: & hæc oportuit facere, hoc est iudiciū, misericordiā & fidē: & illa non omittere. i. decimationē mentæ, anethi & cymini. Remi. Ostendit quippe dominus his verbis, qm̄ oīa præcepta legis, tam maxima q̄ minima, sunt implēda. Redarguūtur aūt qui eleemosynas de fructib⁹ terræ faciunt, putantes se minime posse peccare, quibus nihil prosunt eleemosynæ, nisi à peccatis studeāt cessare. Hila. Et quia minoris periculi esset decimationē oleris, q̄ benevolentiæ officium prēterire, irridet eos cōsequenter dominus, dicens: Duces cæci &c. Hiero. Camelum puto esse magnitudinē præceptorū, iudiciū, misericordiā, & fidē. Culicē decimationē mētæ, anethi, & cymini, & reliquorū olerum vilium. Hæc autē præcepta dei quæ magna sunt deuoramus, atque negligimus: & operationē religionis in paruis quæ lucrū habent, cū diligētia demōstramus. Orig. Vel excolentes culicē. i. expellētes à se minima delicta quę culices nominauit. Camelū autē glutiunt. i. cōmittentes maxima delicta, quæ noīat camelos, animalia videlicet tortuosa & grandia. Scribæ autē moraliter sunt, qui amplius nihil æstimāt positū ī scripturis, q̄ simplex sermo demōstrat. Pharisęi aūt sunt oēs qui iustificant semetipsos, & diuidunt se à cæteris, dicentes: Noli mihi appropinquare, quoniam mundus sum. Menta autē, & anethū, & cyminum cibo rum cōdituræ sunt, nō principales cibi. Sic in cōuersatione nostra quædā sunt necessaria ad iustificationem, vt iudicium, misericordia & fides. Alia sunt etiā quasi cōdientia actus nostros, & suauiores eos facientia, vt abstinētia, risus, ieiuniū, flexio genuum, & huiusmodi. Quō autē nō æstimantur cæci qui non vidēt? qm̄ nihil ꝓdest cautū esse dispēsatorē in rebus minimis, cū principalia negligūtur. Hos ergo sermo ꝑsens cōfundit, nō quidē leuia prohibens obseruare, sed principalia præciens cautius custodire. Grego. 1. Mora. Vel aliter: Culex susurrando vulnerat: camelus autē sponte se ad susci pienda onera inclinat. Liquauerunt ergo culicē Iudæi, qui seditiosum latronē dimitti petierūt. Camelū verò glutierūt, quia eū q̄ ad susc̄ipienda nostræ mortalitatis onera spōte descēderat, extīguere clamādo conati sunt.

Moralis expō.

Ritus nefarii arguuntur

Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ: qui mundatis quod de foris est calicis & paropsidis, intus autem pleni estis rapina & immūditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat & id quod de foris est mundum.

Hiero. Diuersis verbis eodē sensu quo suprà arguit pharisæos simulationis & mendacii, q̄ aliud ostendant hominib⁹ foris, aliud domi agant. vnde dicitur: Vę vo. scri. & pha. hypo. &c. Nō hoc dicit q̄ in calice & paropsīde eorū superstitio moraretur, sed q̄ foris hominib⁹ ostēderēt sanctitatē, quod manifestū est ex eo quod addidit dicens: Intus aūtē ple. estis ra. & immun. Chry. super Mat. Vel hoc dicit, quia Iudęi quoties ingressuri erant in tēplum, aut sacrificia oblaturi, aut per dies festos seipsos & vestimēta sua & vtēsilia lauāt: & à peccatis nemo seipsum purgabat, cū deus neq; corporis mūditiam laudet, neque sordes cōdemnet. Pone tū q̄ deus odit sordes corporū & vasorū, quæ necesse est vt ipso vsu sordidentur, quāto magis sordes consc̄ientiæ horret, quam si volumus semper mundā seruamus? Hila. Arguit ergo eos qui iactantiā inutilis studii sequētes, vtilitatis perfectæ ministeriū derelinquunt. Calicis nanque vsus interior est, qui si obsorduerit, quid proficiet lotus exterior? atque ideo interioris consc̄ientię nitor

Sordes duplices

est obtinendus, vt ea quæ corporis sunt forinsecus ablu antur. & ideo subdit: Pharisæe cæce, munda prius &c. Chry. super Mat. Non aūt hoc dicit de sensibili calice aut paropside, sed de intelligibili: qui si nunq̄ tetigerit aquā, mūdus potest esse apud deū. Si autē peccauerit & tota aqua pelagi & fluminum se lauerit, sordidus est & miser ante deū. Chry. in ho. Attende autē q̄ vbi de decimis loquebatur, conuenienter dixit: Hæc oportuit facere, & illa nō omittere. Decima em̄ eleemosyna quædā est. Quid aūt nocet eleemosynā dare? non tū hoc dixit sicut legalē obseruationē inducens. Hic aūt vbi de purgationibus & immūditiis disputat, non ad hoc addit: sed ostendit quòd de necessitate ad interiorē munditiā exterior sequitur, quod quidē extra calicis & paropsidis corpus vocans, quod autē est intus animā. Orige. Hic sermo nos instruit vt festinemus esse iusti, non apparere. Qui em̄ studet vt appareat iustus, quæ à foris sunt mundat: & quæ videtur, curat: cor aūt & conscientiā negligit. Qui aūt studet ea qua intus sunt. i. cogitationes mundare, cōsequens est vt etiam ea quæ à foris sunt, faciat munda. Sed oēs falsi dogmatis ꝓfessores calices sunt à foris, quasi mūdati ꝓpter speciē religionis quā simulant: ab intus autē pleni rapina & simulatiōe, dū rapiūt homines ad errorē. Calix etiā est vas ad potū, paropsis ad cibū. Oīs ergo sermo per quē potamur spiritualiter, vel omnis narratio per quā nutrimur, vasa sunt potus & cibi. Qui ergo studēt cōpositū proferre sermonē, magis q̄ salutari sensu repletū: calix eius à foris mundatus est, ab intus autē sordibus vanitatis impletus. Sed & literæ legis & prophetarū calices spiritualis potus & paropsides necessariarū escarum sunt. Scribæ quidē & pharisæi studentes sensum exteriorem mundū demonstrare: discipuli autē Christi sensum spiritualē mundare festinant.

Decima est eleemosyna.

Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & uos à foris quidem apparetis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.*

*pare=tis.

Orige. Sicut habetur superius, intus pleni rapina & intēperātia, similiter hic pleni sunt hypocrisi & iniquitate, qui cōparantur ossibus mortuorū & immunditiæ vniuersæ. vnde dicit: Væ vo. scri. & pha. &c. Chry. super Mat. Merito quidē iustorum corpora tēpla dicūtur, q̄ anima in corpore Christi dominatur, sicut deus in templo, vel quia ipse deus in corporib⁹ habitat iustis. Corpora aūt peccatorū, sepulchra dicūtur mortuorū, quia anima mortua est in corpore peccatoris. nec em̄ viuens putanda est, quæ nihil viuū aut spirituale agit in corpore. Hiero. Sepulchra autē forinsecus læuigata sunt calce, & ornata marmorib⁹ in auro coloribúsq; distinctis, intus autē plena sunt ossibus mortuorū. vñ dicit: Quę ap. ho. spe. int. au. pl. sunt ossibus mortuorū, & oī spurcitia. Sic aūt & peruersi magistri qui alia docēt, & alia faciunt, munditiā habitu vestis & verborū humilitatē demonstrant, intus autem pleni sunt omni spurcitia & auaritia, & libidine. & hoc manifestē exprimit inferēs: Sic & vos à foris quidē apparetis &c. Orig. Oīs em̄ iustitia simulata, mortua est quæ propter deū non fit: magis aūt neq; iustitia est, sicut mortuus homo nō est homo. Et sicut mimi, qui personas suscipiunt aliorū, & nō sunt ipsi quos simulant. Tanta ergo sunt ossa in eis & immunditiæ, quanta bona simulāt ex malo affectu. Videtur aūt à foris iusti corā hominibus, nō eis quos scriptura appellat deos, sed corā eis qui sicut homines moriuntur. Grego. 26. Mora. Ante districtū verò iudicem excusationē ideo de ignorantia habere non possunt, qa dū ante oculos hoīm oēm modum sanctitatis ostēdūt, ipsi sibi sunt testimonio, quia bene viuere non ignorāt. Chry. super Mat. Dic autē hypocrita, si bonum est esse malū, vt quid non vis apparere quod vis esse? Nā quod turpe est apparere, turpius est esse. quod aut formosum est apparere, formosi⁹ est esse. Ergo aut esto quod apparas, aut appare quod es.

Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ: qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorū, nō essemus socij eorū in sanguine prophetarū. Itaque testimonio estis uobismetipsis, quia filij estis eorum qui prophetas occiderunt.

Hiero. Prudētissimo syllogismo arguit eos esse filios homicidarū, dum ipsi opinione bonitatis & gloriæ in populo ædificant sepulchra prophetarū, quos maiores eorū interfecerunt. Et hoc est quod dicit: Vę vo. scri. & pha. hypo. &c. Orig. Non satis rationabiliter cōminari dicitur aduersus eos qui ædificant sepulchra prophetarū: quantū enim ad hoc laudabile aliquid faciebant. quō ergo digni erant suscipere væ? Chry. in ho. Non ergo eos incusat, quoniā sepulchra ędificant, sed intentionī eorū detrahit cū qua ædificabant: quoniā non propter honorē eorum qui occisi fuerant, sed sicut põpam sibi statuentes in occisionibus illorū, & formidātes ne fortè tēpore procedente sepulchris destructis tabescat tantæ audaciæ memoria. Chry. sup Mat. Vel quia dicebant apud se: Si bene fecerimus pauperibus, non multi vident & pro tēpore vidēt. Nōne ergo melius ædificia facimus quæ oēs aspiciunt, non solū in hoc tēpore, sed etiā in posterū? O insipiens homo, quid tibi ꝓdest post mortē ista memoria: si vbi es, torq̄ris: & vbi nō es, laudaris? Dum autē Iudæos castigat dominus, christianos docet. Nā si ad illos solos dixisset, hæc dicta fuissent tā tum, non etiā scripta: nunc aūt & dicta sunt propter illos, & scripta propter istos. Si ergo iuxta alia bona fecerit homo ędificia sancta, additamentō est bonis operibus: si autē sine aliis bonis operibus, passio est gloriæ secularis. Nō em̄ gaudent martyres qñ ex illis pecuniis honorantur, in quibus pauperes plorant. Semper etiam Iudæi ꝓteritorum sanctorū cultores fuerunt, & præsentium contēptores, magis aūt & persecutores. Non em̄ sustinentes increpationes prophetarū suorum, persequebantur eos & occidebant: postea verò nascentes filii intelligebant culpas patrū suorum, & ideo quasi de morte innocentium ꝓphetarum dolentes ædificabant memorias eorū. Et ipsi tamē similiterpersequebātur, & interficiebant suos prophetas, increpantes eos propter peccata sua. & ideo subditur: Et dicitis, Si fuissemus in diebus patrum nostrorū, non essemus socii eorū in sanguine prophetarū. Hiero. Hoc aūt & si sermone non dicant, opere loquuntur, ex eo quòd ambitiosē & magnifice ædificant memorias occisorum. Chry. super Matt. Qualia ergo cogitabant in corde, talia loquebantur & factis. Naturalē autē cōsuetudinē oīm malorum hominū hic Christus exponit, quia alter alterius culpā cito intelligit, suam aūt difficile. Homo em̄ in causa alteri⁹ tranquillū habet cor, in sua verò turbatū. In causa ergo alterius de facili possumus iusti iudices esse. Ille autem verè iustus & sapiens est, qui sibiipsi iudex fieri potest. Sequitur: Itaq; testimonio estis vobismetipsis, quia filii estis eorū qui ꝓphetas occiderūt. Chry. in ho. Qualis autē est incusatio filiū esse homicidæ, eum qui non cōmunicat menti patris? patet quòd nulla. vnde manifestum est quòd propter hoc dicit, quia occultè insinuat malitię similitudinē. Chryso. super Mat. Testimonia enim sunt de filiis mores parentū: si enim pater fuerit bonus & mater mala, aut econuerso: filii interdū patrē

Bene ac. Cæ vitæ æterna memorantia.

Cõparatio gratiæ & naturæ.

sequuntur, interdum matrẽ. Si autẽ ambo fuerint equales, fit quidẽ aliquando vt de bonis parẽtibus mali exeant filii, aut econuerso, sed raro. Sic enim hoc est, sicut cũ extra regulã naturæ nascitur homo, aut sex digitos habens aut oculos non habens. Orig. Sed & in prophetĩcis dictis narratio secundũ historiam est corpus, spiritualis sensus autẽ est anima, sepulchra ipsæ literæ scripturarũ & libri. Qui ergo solã historiã attendunt, corpora prophetarũ colunt in literis posita, quasi in quibusdam sepulchris: & dicuntur pharisæi, id est, præcisi quasi animã prophetarũ præcidentes à corpore.

Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Serpẽtes, geminina uiperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo dico uobis, ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem: ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis, uenient hæc omina super generationem istam.

Chry. super Mat. Quia dixerat contra pharisæos & scribas q̃ filii essent eorum qui occiderunt prophetas, nunc manifestat quod in malitia eis similes erant: & q̃ fictio erat hoc quod dicebãt, quod non cõmunicassent operibus eorum si fuissent in tempore illo. Et ideo dicit: Et vos implete mensurã pa. vestro. Non quidẽ hoc dicit, quasi iniungens, sed quasi prædicens quod futurũ erat. Chry. super Mat. Prophetizat eñ illis futurũ esse vt sicut patres eorũ interfecerunt prophetas, sic & ipsi interficerent Christũ & apostolos, & cæteros sanctos: vtputa si contra aliquẽ litiges aduersariũ, dicis illi, fac mihi quod es facturus: non iubes vt faciat, sed ostendis te intelligere quod cogitat facere. Et quidẽ quantũ ad veritatem, excesserunt mensurã patrum suorum. Illi eñ homines occiderunt, isti deũ crucifixerunt. Sed q̃ voluntate sua descendit in mortẽ, nõ imputat illis suæ mortis peccatũ, imputat autem illis mortẽ apostolorũ, cæterorumq; sanctorum. Et ideo dicit: Implete & non superimplete. Nã benigni & iusti iudicis est suas iniurias contẽnere, & aliorũ iniurias vindicare. Orig. Implent etiã mensurã paternæ iniquitatis, per hoc ipsum quod non credunt in Christũ. Causa autẽ incredulitatis fuit, quoniã semper animũ suũ dederunt circa historias corporales, nihil spirituale in eis volentes intelligere. Hila. Quia ergo mẽsurã paternę voluntatis implebũt, ideo & serpẽtes & viperina generatio sunt. vnde sequitur: Serpẽtes genimina viperarũ, quõ fugietis à iudicio gehẽnæ? Hiero. Hoc ipsum & Ioan. Bap. dixerat: Sicut ergo de viperis, inquit, nascuntur viperæ, sic de homicidis patribus vos nati estis homicidæ. Chry. sup Mat. Genimina autẽ viperarũ dicuntur, quoniã talis est viperarum natura vt filii rũpant vterũ matris & sic procedant: sic & Iudæi semper parentes condẽnant, reprehendentes eorũ facta. Dicit autẽ: Quõ fugietis à iudicio gehennæ? Nunquid sepulchra sanctorum ædificantes? Sed primus gradus pietatis est, sanctitatẽ diligere, deinde sanctos: sine causa enim iustos honorat, qui iustitiã spernit. Non possunt sancti amici esse illorũ, quibus deus est inimicus. an forsitan nomen vacuũ vos liberabit, quia videmini esse in populo dei? puto autẽ q̃ melius est inimicꝰ apertus, q̃ amicus falsus: sic & apud deũ odibilior est qui seruum dei se dicit, & mandata diaboli facit. Apud deum quidẽ qui hominẽ occidere disponit, antequã occidat, homicida habetur. Voluntas eñ est quæ aut remuneratur pro bono, aut condẽnatur pro malo: opera autem, testimonia sunt voluntatis. Non ergo quærit deus opera ꝓpter se, vt sciat quõ iudicet: sed propter alios, vt oẽs intelligãt quia iustꝰ est deus. Prouidet autẽ deus occasioni peccandi malis, non vt peccare faciat, sed vt peccatorẽ ostẽdat: & bonis prębet occasionẽ, per quã ostẽdant ꝓpositũ volũtatis suæ. Sic ergo & scribis & pharisæis dedit occasionẽ ostendẽdi volũtatem suã. vnde concludit: Ideo ecce mitto ad vos prophetas & sapiẽtes & scribas. Hila. Id est apostolos, qui de futurorũ reuelatione prophetę sunt, de Christi agnitione sapiẽtes, de legis intelligentia scribæ. Hiero. Vel obserua iuxta apostolũ scribentẽ ad Corin. varia dona esse discipulorũ Christi, alios ꝓphetas, qui vẽtura prædicãt: alios sapiẽtes, qui nouerũt q̃n debẽt proferre sermonem: alios scribas, in lege doctissimos: ex quibus lapidatus est Stephanus, Paulꝰ occisus, Petrus crucifixus, flagellati in actibus apostolorum discipuli: & persecuti sunt eos de ciuitate in ciuitatẽ, expellentes de Iudęa vt ad gentiũ populos transmigrarẽt. Orig. Vel scribæ qui mittuntur à Christo, sunt secundũ euangeliũ quos & spiritus viuificat, & litera non occidit: sicut litera legis, quam sequẽtes in vanas superstitiones incurrunt. Simplex autẽ euangelii narratio sufficit ad salutẽ. Scribę autẽ legis, scribas noui testamenti adhuc per detractionẽ flagellant in synagogis suis: sed & hæretici qui sunt spirituales pharisæi, linguis suis christianos flagellant & persequuntur de ciuitate in ciuitatẽ, interdum corporaliter, aliquando autẽ spiritualiter volentes eos expellere, quasi de ꝓpria ciuitate legis & ꝓphetarũ & euangelii in aliud euangeliũ. Chry. sup Mat. Deinde vt ostendat quoniã non impunè hoc faciũt ineffabilẽ eis ex his timorẽ incutit. vnde subditur: Vt veniat super vos &c. Raba. Id est omnis debita vltio pro effuso sanguine iustorũ. Hier. De Abel quidẽ nulla est ambiguitas quĩ is sit, quẽ Cain frater occiderit. Iustus autẽ non solũ ex domini nunc sententia, sed ex Geneſis testimonio cõprobatur, vbi accepta eius à deo narrantur munera. Quærimus autẽ, quis fuerit iste Zacharias filius Barachiæ, quia multos legimus Zacharias: & ne libera nobis tribueretur erroris faculas, additum est: Quem occidistis inter tẽplum & altare. Alii Zachariã filiũ Barachiæ dicunt qui ex duodecim prophetis vndecimus est, patrisque in eo nomen cõsentit: sed vbi occisus sit inter templum & altare scriptura non loquit, maximè cũ temporibus eius vix ruinæ tẽpli fuerint. Alii Zachariã patrẽ Ioannis intelligi volunt. Orig. Venit enim ad nos traditio talis, quasi sit aliquis locus in tẽplo, vbi virginibus quidẽ licet adorare deum, ex parte autẽ earũ thorũ virilẽ non ꝓmittebant in eo consistere. Maria autẽ postquam genuit saluatorẽ, ingrediens ad orandũ, stetit in illo virginũ loco: prohibentibus autẽ eis qui nouerant eam iam filiũ genuisse, Zacharias dixit, quoniam digna est virginum loco cũ adhuc sit virgo. Ergo quasi manifestissimè aduersus legẽ agentẽ occiderũt eum inter tẽplum & altare viri generationis illius. Et sic verum est verbum Christi quod dixit ad præsentes, quẽ occidistis. Hiero. Hoc tamen quia de scripturis non habet auctoritatẽ, eadem facilitate contẽnitur qua probatur. Alii istum volunt esse Zachariam, qui occisus sit à Ioas rege Iudę inter templum & altare. i. in atrio templi. Sed obseruandũ q̃ ille Zacharias non fuit filius Barachiæ, sed Ioiadę sacerdotis. Sed Barachias in lingua nostra benedicens deũ dicitur: & sacerdotis Ioiadæ iustitia Hebræo nomine demonstratur. In euangelio verò quo vtuntur Nazareni, pro filio Barachiæ, filiũ Ioiadæ scriptũ reperimus. Remi. Quærendũ est autem quomodo vsque ad sanguinẽ Zachariæ dixerit, cũ plurimorũ

Varia dona gratiarũ

sanctorum sanguis postea fuit effusus? Soluitur autẽ sic: Abel pastor ouium in cãpo fuit occisus. Zacharias fuit sacerdos, & in atrio tẽpli interfectꝰ. Ideo ergo dñs hos duos cõmemorat, q̃n per hos oẽs sancti martyres designantur, laicalis. s. & sacerdotalis ordinis. Chry. in ho. Abel etiã cõmemorauit, ostẽdens q̃n ex inuidia essent Christũ & discipulos eius occisuri. Zachariæ autẽ mentionẽ fecit, q̃n duplex præsumptio fuit in eius occisione. non eñ solũ in sanctũ hoĩem facta est, sed & in loco sancto. Orig. Zacharias etiam interpretatur memoria dei. Oĩs ergo q̃ memoriã dei disperdere festinat, in eis quos scandalizat, Zachariæ sanguinẽ videtur effundere filii Barachiæ. Per benedictionẽ enim dei, memores sumus dei. Ab impiis etiã memoria interficitur dei, q̃n & tẽplum dei à lasciuis corrumpitur, & altare eius per negligẽtiam orationũ sordidarũ sordidatur. Abel autẽ luctus interpretat. Qui ergo non recipit qđ scriptũ est: Beati qui lugẽt: sanguinẽ effundit Abel, hoc est, veritatẽ luctus salutaris. Effundũt etiã aliquiveritatẽ scripturarũ: quasi sanguinẽ earũ, q̃ oĩs scriptura nisi secundũ veritatẽ intelligatur, mortua est. Chry. ĩ ho. Et vt oẽm excusationẽ illis adimeret, ne dicerent q̃n ad gentes eos misisti, propter hoc scandalizati sumus, prædixerat q̃ ad eos essent mittendi discipuli. & ideo de vltione eorũ subditur: Amen dico vobis, venient hęc oĩa super generationẽ istam. Glo. Non hos tantum præsentes dicit, sed oẽm generationem præcedentẽ & futurã: quia oẽs vna ciuitas sunt, & vnũ corpus diaboli. Hiero. Regula autẽ scripturarũ est, duas generationes bonorũ & malorum nosse. De generatione bonorũ dicitur, Generatio iustorũ benedicetur: de malis verò in præsenti loco, generatio viperarũ. Ergo & isti quia similia, sicut Cain, & Ioas cõtra apostolos gesserunt: de vna generatione esse referuntur. Chry. in ho. Vel aliter: quia gehẽnę pœna quam eis cõminatus fuerat, tardabat. Cõminatur etiã eis præsentia mala cũ dicit: Venient hæc oĩa super generationẽ istam. Chry. super Mat. Sicut enim omnia bona quæ in singulis generationibus à constitutione mũdi oẽs sancti merebãtur, illis nouissimis sunt donata, qui receperunt Christũ: sic oĩa mala, quæ in singulis generationibus à constitutione mundi pati meruerunt oẽs iniqui, super nouissimos Iudæos venerũt, quia Christũ repulerunt. Aut ita, sicut oĩs iustitia præcedentium sanctorũ, imò oĩm sanctorum, tantum mereri non potuit quantũ gratiæ datũ est hoĩbus in Christo: sic oĩm peccata impiorũ tantum malũ mereri non potuerunt, quantũ venit sup Iudæos, vt corporalia pateretur, qualia passi sunt à Romanis: & sic postmodum oẽs generationes eorũ vsq; in finẽ seculi proiicerentur à deo, & ludibriũ fierent gentibus vniuersis. Quid eñ peius potest fieri q̃ filium cũ misericordia & humilitate venientẽ nõ suscipere, sed tali modo interficere? Vel ita, omnis gens, vel ciuitas nõ statim cũ peccauerit punit eã deus, sed expectat per multas generationes: quando autẽ placuerit deo perdere ciuitatem illã aut gentẽ, videtur oĩm generationum præcedentiũ peccata reddere illis: quoniã quæ oẽs merebamur, hæc sola passi sic & generatio Iudæorũ pro patribus suis videtur punita. Verè autẽ nõ pro illis, sed pro se cõdemnati sunt. Chry. in ho. Qui enim multa iam peccantes vidit, & incorrectus permansit: eadem rursus vel grauiora faciens, maiori est pœna obnoxius.

Impietas Iudęorum.

Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quoties uolui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis, non me uidebitis amodo donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini.

Chry. in ho. Post prædicta ad ciuitatẽ conuertit dñs sermonẽ, ex hoc erudire volens auditores, vnde dicit: Hierusalẽ, Hierusalem. Hęc autẽ duplicatio miserentis est, & valde diligentis. Hiero. Hierusalem autẽ non saxa & ędificia ciuitatis, sed habitatores vocat, quam patris plangit affectu. Chry. super Mat. Pręuidẽs ruinam ciuitatis illius, & plagã quæ à Romanis superuentura erat, recordabatur quidẽ sanguinis sanctorũ suorũ, qui effusus erat ab illis & postmodũ effundendus. vnde addit: Quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui à te missi sunt. Missum ad te Esaiã occidisti, & seruum meum Hieremiã lapidasti, Ezechielẽ tractum per lapides excerebrasti, quõ saluaberis, quę ad te medicum nõ venire pmittis? & nõ dixit: Occidisti aut lapidasti, sed occidis & lapidas. i. quasi hoc propriã & naturalẽ consuetudinem habes, vt occidas & lapides sanctos. Eadem eñ fecit apostolis quæ fecerat aliquãdo prophetis. Chry. in ho. Deĩde cũ vocasset eam, & abominabiles eiꝰ occisiones dixisset, quasi se excusando dixit, subdẽs: Quoties volui congregare filios tuos? quasi dicat, neque ꝑdictis occisionibus me à tua beneuolentia auertisti, sed volui te mihi adiungere, non semel aut bis, sed multoties. Magnitudinem autẽ amoris sub similitudine galli næ ostendit. Aug. de quæst. euan. Hoc eñ genus animãtis, magnum affectũ in filios habet: ita vt eorũ infirmitate affecta, infirmetur & ipsa. Et quod difficile in cæteris animantibus inuenies, alis suis filios protegens contra miluum pugnat: sic & mater nostra dei sapiẽtia per carnis susceptionẽ infirmata quodãmodo secundum illud apostoli: Quod infirmũ est dei, fortius est hoĩbus: ꝓtegit infirmitatẽ nostram, & resistit diabolo, ne nos rapiat. Orig. Filios autẽ Hierusalẽ dicit, secundũ quod dicimus semper ciuiũ successores præcedentium filios. Dicit autẽ: Quoties volui, cũ sit manifestũ semel eum docuisse in corpore Iudæos. Sęper enim Christus præsens fuit & in Moyse, & in prophetis & in angelis ministrantibus saluti humanæ per singulas generationes. Si quis autem nõ fuerit cõgregatus ab eo, iudicabitur quasi noluerit congregari. Raba. Cessent igitur hæretici Christo principium ex virgine dare: omittant alium legis & prophetarũ deum ꝑdicare. Aug. in Enchi. Vbi est autẽ illa omnipotentia, qua in cælo & in terra oĩa quæcunq; voluit fecit: si colligere filios Hierusalem voluit & nõ fecit? An non potius illa quidẽ filios tuos ab ipso colligi noluit, sed ea quoq; nolente, filios eius colligit ipse, quos voluit? Chry. in ho. Deinde cõminatur pœnã quã semp formidauerũt. s. ciuitatis & tẽpli euersionẽ, dicens: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Chry. sup Mat. Sicut enim corpus, anima receden te, prius quidẽ frigescit, deinde putrescit & soluitur: sic & tẽplum nostrũ dei spiritu recedente, prius seditionibus & indisciplinatione replebitur, deinde veniet ad ruinã. Orig. Semper etiã eis qui noluerunt congregari sub alis eius, cõminatur Christus: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. i. anima & corpꝰ. Sed & si qs ex vobis noluerit congregari sub alis Christi, ex tẽpore illo ex quo congregationẽ refugit actu magis q̃ corpore, nõ videbit pulchritudinẽ verbi, donec pœnitẽs à proposito malo dicat, benedictus qui venit in nomine domini. Tũc eñ verbum dei benedictũ venit super cor hominis: q̃n fuerit quis cõuersus ad deũ. vnde sequitur: Dico eñ vobis, nõ me videbitis amodo donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine domini. Hiero. q. d. Nisi pœnitentiã egeritis & cõfessi fueritis ipsum esse me, de quo prophetæ cecinerunt filiũ omnipotentis patris, facię meã non videbitis. Habent ergo Iudæi datũ sibi

Gallinæ natura.

tẽpus pœnitẽtiæ. Confiteantur benedictũ qui venit in nomine domini, & Christi ora conspicient. Chrys. in ho. Vel aliter: Per hoc occultè secundũ aduentũ significauit: quoniam tunc omnino eum adorabũt. Quod autem dicit amodo, ad tempus crucis refertur.

CAPVT XXIIII.

* ad eũ

Et egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autẽ respondens, dixit illis: Videtis hæc omnia? Amẽ dico uobis, non relinquetur hic lapis super lapidẽ qui nõ destruatur.*

Orige. Postq̃ omnia quæ super Hierusalem ventura erant Christus prædixit, exiit de tẽplo qui conseruauerat templũ ne caderet donec fuit in eo. vnde dicitur: Et egressus Iesus de tẽp. ibat. Sed & vnusquisque cũ sit templũ dei propter spiritũ dei inhabitantẽ in se: ipse fit cau sa suæ desertionis vt egrediatur ab eo Christus. Sequitur: Et accesserunt ad eũ discipuli &c. Dignũ est videre quõ ostendunt ei structuras tẽpli: quasi nũquam viderit templũ. Ad quod respondendũ est quòd cũ Christus prophetizasset superius ruinam tẽpli futuram: audientes discipuli mirati sunt talem ac tantã tẽpli structuram ad nihilum redigendã, propterea ostendunt ei vt flecterent eũ ad misericordiam loci illius, ne faceret quod fuerat comminatus. Sed & cũ sit humanæ naturæ admirabilis constructio facta, videlicet tẽplum dei, discipuli cæteriq; sancti etiam modo miranda opera dei erga figmentum humanum confitentes, ante conspectum Christi intercedũt: ne deserat genus humanum propter peccata ipsorũ. Sequitur: Ipse autẽ respondẽs, dixit eis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui nõ destruatur. Raba. Iuxta historiã manifestus est sensus, quia 42. anno post passionẽ dñi, sub Vespasiano & Tito Romanis principibus ciuitas euersa est cũ templo. Remig. Diuinitus aũt procuratũ est vt reuelata iam luce gratiæ tẽplũ cũ suis ceremoniis tolleretur, ne fortè aliquis paruulus in fide dũ videret omnia illa quæ à domino fuerant instituta & à prophetis sanctificata adhuc pmanere, paulatim recedendo à synceritate fidei, ad carnalem Iudaismũ transiret. Chry. in ho. Sed qualiter verum est q̃ non mansit lapis super lapidẽ? Vel enim desolationẽ eius ostendens omnimodã hoc dixit, vel secundũ illum locũ vbi erat, sunt em̃ eius partes vsque ad fundamenta destructæ. Cũ his & illud dicam, quoniã ex his quæ facta sunt, & de reliquis oportet credere q̃ peribũt perfectè. Hiero. Mysticè autẽ recedente domino de tẽplo, omnia legis ædificia & compositio mãdatorũ ita destructa est, vt nihil à Iudæis possit impleri: & capite sublato vniuersa inter se membra compugnent. Orige. Oĩs etiã homo qui suscipiens in se verbũ dei tẽplum est, si post peccatũ adhuc seruat ex parte vestigia fidei & religionis, templũ est ex parte destructũ & ex parte consistens. Qui autem postquã peccauerit curam sui nõ habet, paulatim minuitur donec ad plenũ recedat à deo viuente, & sic non relinquetur lapis super lapidẽ mandatorum dei qui non destruatur.

Quæstio euangelica.

Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secretò, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi? Et respondens Iesus dixit eis: Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes, ego sum Christus: & multos seducent.

Remig. Perseuerans dominus in itinere, peruenit ad montem Oliueti, & quibusdã discipulis in via ostendẽtibus & laudantibus ædificationẽ templi, ipse palàm prædixerat oĩa esse destruenda, idcirco cũ peruenisset ad montẽ Oliueti, accesserunt ad eum interrogãtes. vnde dicitur: Sedente aũt eo super montẽ Oliueti. Chry. Propter hoc aũt secreto accesserunt, quia de magnis erant interrogaturi. Etenim cupiebant discere diẽ aduẽtus eius, quia vehementer desiderabant gloriã eius videre. Hiero. Et interrogãt tria. Primo, quo tẽpore Hierusalẽ destruenda sit, dicentes: Dic nobis quando hæc erunt? Secũdo, quo tẽpore Christus venturus sit. vnde dicũt: Et quod signũ aduentus tui? Tertio, quo tempore consummatio seculi sit futura. vnde dicunt: Et consummationis seculi. Chrys. Lucas aũt ait vnam esse interrogationẽ quæ est de Hierosolyma, quasi æstimantibus discipulis tunc futurũ esse Christi aduentũ & finẽ mundi, quando Hierosolyma destrueretur. Marcus aũt ait non omnes eos de consummatione Hierosolymæ, sed Petrũ, Iacobũ, Ioannẽ, & Andreã, quasi liberius & securius Christo loquentes. Orig. Puto aũt montẽ Oliueti mysteriũ esse ecclesiæ, quæ ex gentibus est. Remi. Mons autẽ Oliueti nõ habet infructuosas arbores, sed oliueta quibus lumen nutritur ad fugandas tenebras, & quibus fessis requies, infirmis salus præstatur. Sedẽs aũt dominus supra montẽ Oliueti contra templum, de ruina ipsius & excidio Iudaicæ gentis disputat, vt etiã ipso situ corporis monstret, quia quietus manens in ecclesia impiorũ superbiã condẽnat. Orige. Agricola em̃ residens in mõte Oliueti, verbũ dei est in ecclesia confirmatũ, Christ⁹ scilicet qui semper oleastri ramos inserit in bonã oliuam patrũ. Qui aũt habent fiduciam ante Christũ, discere volunt signũ aduẽtus Christi & cõsummationis seculi. Est aũt duplex aduentus verbi in anima. Primus quidẽ, stulta prædicatio de Christo: q̃n prædicamus Christum natũ & crucifixũ. Secundus aũt aduentus est viris perfectis, de quibus dicitur: Sapientiam loquimur inter perfectos. & huic secundo aduentui adiungitur cõsummatio seculi in viro perfecto, cui mũdus crucifix⁹ est. Hila. Et quia tria à discipulis queſita sunt, distinctis & tẽporibus & intelligentiæ significationibus separantur. Respondetur ergo primo de ciuitatis occasu, & ante confirmatur veritate doctrinæ, ne quis fallax ignorãtib⁹ possit obrepere. vnde sequit: Et respondẽs Iesus, dixit eis: Videte ne quis vos seducat. Multi em̃ venient in noĩe meo, dicentes: Ego sum Christus. Chry. Neque em̃ de Hierosolymæ destructione, neque de secundo aduentu respondit statim: sed de malis, quibus statim obuiandũ erat. Hier. Vnus autem eorum de quibus loquitur, fuit Simon magus, quem in actibus apostolorũ legimus, qui se magnã dicebat esse virtutẽ, hic quoque inter cætera in suis voluminibus scripta dimittens: Ego sum sermo dei, ego omnipotẽs, ego omnia dei. Sed & Ioãnes apostolus in epistola sua loquitur: Audistis quia Antichristus venturus est: nũc autẽ Antichristi multi sunt. Ego reor omnes hæresiarchas Antichristos esse, & sub nomine Christi ea docere quæ contraria sunt Christo. nec mirum si aliquos ab his videamus seduci, cũ dominus dixerit: Et multos seducent. Orige. Multi aũt sunt qui seducuntur, quia larga est porta quæ ducit ad perditionẽ, & multi sunt qui intrant per eam. Hoc aũt solum sufficit ad cognoscendum seductionẽ Antichristorum, qui dicunt: Ego sum Christus, quod nunq̃ legitur Christus dixisse. Sufficiebãt enim ad credendũ quòd ipse est Christ⁹ opera dei, & sermo quẽ docebat, & virtus ipsius. Omnis etiã sermo qui profitetur expositionẽ scripturarum secundũ fidẽ earum & non habet veritatẽ, Antichristus est. Veritas em̃ Christus est, & simulata veritas Antichristus. Sed & oĩs virtutes inuenimus esse Christũ, & oĩs simulatas virtutes Antichristũ: q̃n oĩs species boni quasc̃ũ

Tertia interrogatio discipulorũ.

Aduẽtus duplex.

que habet Christus in se in veritate ad ædificationem hominum, omnes eas habet diabolus in specie ad seductiones sanctorũ. Opus ergo est nobis deo auxiliatore, ne quis nos seducat vel sermo vel virtus. Malum enim, inuenire aliquem secundũ mores vitæ errantem: multo autem peius arbitror esse, non secundum verissimam regulam scripturarum sentire.

Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorũ. Videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed nõdum statim est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pestilentiæ & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum.

Augu. ad Esichiũ: Interrogantibus discipulis ea dominus respõdit, quę iam ex illo tẽpore fuerant secutura: siue de excidio Hierusalẽ, vnde orta est ipsius interrogationis occasio: siue de aduẽtu suo per ecclesiam, in qua vsque ad finem venire non cessat: in suis enim veniens agnoscitur, dum eius quotidie mẽbra nascuntur: siue de ipso fine, in quo apparebit viuos iudicaturus & mortuos. Cũ itaque signa dicat quæ ad ista tria pertinent, quod eorum triũ signorũ ad aliquid horum referendum sit diligenter considerandũ est: ne fortè quod pertinet ad vnũ, referendum putem⁹ ad alterũ. Chrys. Hic aũt loquitur de prælĩs quæ Hierosolymis erãt futura, cũ dicit: Audituri enim estis prælia & opiniones prælĩorũ. Orig. Qui audit ipsas voces quę fiũt in prælĩs, audit prælia: qui aũt de prælĩs longè gestis audit, opiniones vel rumores audit prælĩorũ. Chry. in home. Quia verò per hoc turbari etiã discipuli poterãt, ideo subdit: Videte ne turbemini. Deinde quia æstimabant post illud bellũ quo Hierusalem destrueretur, statim finem mundi esse venturũ: eos in vera opinione stabilit, dicẽs: Oportet em̃ hæc fieri, sed nondũ statim est finis. Hiero. Id est, nõ putemus diem instare iudicii, sed in tẽpus aliud reseruari: cuius signũ perspicuè in cõsequẽtibus ponitur. Consurget enim gens in gentẽ, & regnũ in regnũ. Rab. Vel admonẽtur apostoli ne his aduenientibus terreantur, vt Hierosolymam Iudęamq̃; deserãt: quia non statim finis, sed in quadragesimum annũ desolatio prouinciæ, vltimumq̃; vrbis & templi sequetur excidium. de quibus subditur: Consurget enim gẽs in gentẽ, & regnum in regnũ. Constat autẽ hic acerbissimos dolores, quibus omnis vastata est prouncia ad literam contigisse. Chry. in ho. Deinde vt ostendat quoniam & ipse præliabitur contra Iudæos non solũ bella prænunciat, sed & plagas diuinitus illatas. vnde subdit: Et erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotũs per loca. Raba. Notandum q̃ in hoc quod dicit: Consurget gẽs in gentem, ostenditur perturbatio hominũ. Erunt pestilentiæ, ecce inæqualitas corporum: erit fames, ecce sterilitas terrę: terræmotus per loca, ecce respectus irę desuper. Chry. in ho. Et non simpliciter hæc fient secũdum consuetudinem antea in hominibus existentem, sed ex ira quæ erit desuper. Et propter hoc non simpliciter dixit ea esse ventura, neq; repente, sed cũ quadam significatione. vnde subdit: Hęc autẽ omnia sunt initia dolorum. i. Iudaicorum malorũ. Orig. Vel aliter: Sicut ægrotant corpora ante mortẽ, sic necesse est ante corruptionẽ mundi, vt quasi languens terra frequentius terræmotibus conquassetur. Aer enim vim mortiferã concipiens pestilens fiat, & vitalis virtus terræ deficiens, suffocet fructus. Consequens autem est vt propter inopiam ciborũ, in auaritiam & bella homines excitẽtur: sed quia insurrectiones & lites interdũ fiunt ꝓpter auaritiam, interdũ autem propter concupiscentias principatus & gloriam vanam, adhuc profundiorẽ dabit aliquis causam eorum quę ante finem mũdi sunt ventura.

Tropologia.

Signa finis mũdi.

Sicut enim aduent⁹ Christi in pluribus gentibus diuina virtute fecit pacẽ: sic consequens est vt propter abũdantiam iniquitatis refriguerit charitas multorum, & ideo dereliquerit illos deus & Christus eius, iterum fieri prælia dũ non prohibentur à sanctitate operationes seminatrices bellorũ: sed aduersariæ virtutes, dum non vetantur à sanctis, & à Christo absq; prohibitione operabunt in cordibus hoĩm, vt excitent gentem aduersus gentẽ, & regnum aduersus regnũ. Si aũt (sicut quibusdam placet) & fames, & pestilentiæ ab angelis satanę fiunt, hi etiam tunc inualescent ab aduersis virtutibus, quando non fuerint sales terrę & lux mundi Christi discipuli, destruentes quæ ex dæmonũ malitia seminantur. Et aliquãdo quidem in Israel fames & pestilentiæ fiebant propter peccata, quas orationes sanctorũ soluebant. Bene aũt per loca, nõ em̃ infimul vult deus perdere humanũ genus, sed iudicans per partes, dat pœnitentię locũ. Si autem incipientib⁹ huiusmodi malis nõ fuerit facta correptio, proficient ad peius. vnde sequitur: Hęc aũt omnia, initia sunt dolorũ generalium. s. in vniuersũ mũdo, & eorũ qui secuturi sunt aduersus impios, vt in doloribus acutissimis crucientur. Hiero. Mysticè aũt videtur regnũ contra regnũ consurgere, & pestilentia eorũ, quorum sermo serpit vt cancer, & fames audiendi verbũ dei, & commotio vniuersæ terrę, & à vera fide separatio in hęreticis magis intelligi, qui contra seinuicẽ dimicantes, ecclesiæ victoriam faciunt. Orig. Oportet autem hęc fieri antequam videamus perfectionẽ sapieniæ quę est in Christo, sed non statim erit finis quẽ quęrimus: pacificus enim finis lõgè est ab hominibus istis. Hiero. Quod autẽ dixit: Hæc omnia initia sunt dolorum, melius transfertur parturitionũ: vt quasi conceptus quidam aduentus Antichristi, non partus intelligatur.

Tunc tradent uos in tribulationem, & occident uos, & eritis odĩo omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos. Et quoniam abũdabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuersõ orbe, in testimoniũ oĩbus gẽtibus, & tũc ueniet cõsummatio.

Raba. Quo merito Hierosolymis ac prouinciæ Iudæorũ vniuersæ tot interroganda fuerint aduersa, dominus manifestat, subdens: Tũc tradẽt vos &c. Chry. in ho. Vel aliter: Quia discipuli audiẽtes ea q̃ de Hierosolyma prædicebantur, sic dispositi erãt vt extra turbationem essent, quasi de alia pœna audientes, sibi verò prospera superuentura sperabant, quæ aduenire valde desiderabant: propter hoc eis grauia prænunciat, in solicitudinem eos statuens: & prius quidem iusserat eos vigilare contra deceptiones seductorũ, nunc autem tyrannorũ violentiam eis prædicit, dicens: Tunc tra. vos in tri. & oc. vos. Opportunè enim eorum mala interposuit mitigationẽ habentia à communibus malis, nec solũ ita eos consolatus est, sed ostendendo tribulationis causam, adiũgens q̃ propter nomen eius hæc essent passuri. vnde sequitur: Et eri. odi. om. ho. pro. no. meũ. Orig. Sed quomodo etiam in vltimis partib⁹ terrę cõmorantibus gẽtibus odio habetur populus Christi? nisi fortè & hic aliquis dicat propter exaggerationem positũ oĩbus pro multis. sed & hoc q̃ dicit: Tunc tradent vos, habet q̃stionẽ. Nã & priusq̃ hęc fierẽt, traditi sunt christiani in tribulationes. Sed aliquis respondebit: q̃a tũc maximè tradẽt̃ christiani in tribulatiões quẽadmodũ vnquã. Amãt em̃ qui in calamitatib⁹ sunt, causas earũ discutiẽtes inuenire aliquid quod loquan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. Consequens ergo est vt quasi derelinquentibus hominibus deorum cultura ꝓpter multitudinē christianorū dicāt fieri bella, fames, & pestilētias: sed & terræmotus causam dicerēt christianos, ꝓpter quod & pſecutiones passæ sunt ecclesiæ. Chry. in ho. Postq̄ autē iā duplex prælij posuit. s. quod est à seductorib⁹, & quod est ab inimicis, cōsequēter tertiū prælij ponit, quod est à falsis fratribus. vñ subdit: Et tūc scādalizabūtur &c. Vide aūt & Paulū hæc plorantem & dicentē: Foris pugnæ, intus timores. Et alibi: Pericula in falsis fratrib⁹. De quibus alibi dicit: Tales sunt pseudoapostoli, operarii subdoli. vnde & hic subditur: Et multi. pseudoprophetę &c. Remi. Imminente em̄ captiuitate Hierusalem, multi insurrexerunt christianos se esse dicētes, & multos seduxerūt: quos Paul⁹ noīat falsos fratres, Ioānes vero Antichristos. Hila. Vt Nicolaus vnus ex septē diaconibus fuit, qui multos mētita veritate puertit. Chry. in ho. Deinde quod his difficili⁹ est ostendit, quia tales pseudoprophetę nullā mitigationē à charitate accipiēt. vnde sequitur: Et quoniā abūdabit &c. Remig. i. vera dilectio erga deū & ꝓximum. Nā quāto magis ab vnoquoque iniquitas ſuſcipitur, tāto magis in corde ipsius ardor charitatis extinguitur. Hiero. Considerandū autē ꝙ nō negauit oīm futurā esse charitatē, sed multorū. Nā in apostolis & eorum similibus pmāsura est charitas, de qua Paulus dicit: Quis nos separabit à charitate Christi? ꝓpter quod & hic subdit: Qui aūt perseue. vsq; in fin. hic sal. erit. Remi. Vsq; in finem dicit, vsque ad terminum vitæ suę. Qui enim vsque ad terminum vitæ suæ, in cōfessione nominis Christi perseuerauerit, & in charitate, saluus factus est. Chryſost. in ho. Deinde ne dicerent: qualiter ergo inter tot mala viuemus? quod plus est, ꝓmittit: quod nō solū viuerēt sed etiā vbiq; docerēt. vnde subdit: Et prēd. hoc euan. reg. in vni. orbe. Remi. Quia em̄ nouerat dñs corda discipulorū cōtristāda esse de excidio Hierusalē, & perditione suæ gētis, hoc solatio cōsolat eos, ꝙ multo plures crediturі erāt de gētibus, q̄ de Iudæis pirēt. Chry. in ho. Quod autē & ante captionē Hierosolymę vbique prędicatum est euangelium, audi qđ ait Paulus: In omnē terrā exiuit sonus eorum. Et vides eū à Hierusalem ad Hiſpaniam currentem. Si autem vnus tantam portionē accepit, excogita reliqui quāta operati sunt. Vnde & quibusdā scribēs de euāgelio dicit, ꝙ fructificat & crescit, in omni creatura quę sub cęlo est. Hoc aūt est maximum signū virtutis Christi, ꝙ in 30. annis vel parū amplius euāgelii sermo fines orbis terrarū impleuit. quamuis aūt euāgeliū vbiq; prędicatum fuerit, nō tñ oēs crediderunt, ꝓpter qnod subdit: In testi. om. gen. id est, in accusationē his qui nō crediderint. Qui em̄ crediderunt testabunt aduersus eos qui nō crediderunt, & cōdemnabunt eos. Cōuenienter aūt postq̄ prędicatum est euāgelium per orbē terrarū, tunc Hierosolyma periit. vnde sequitur: Et tunc ve. cōsummatio. i. finis Hierosolymorū. Qui em̄ viderunt Christi virtutē vbiq; refulgentē, & in breui tēpore orbē terrarū supergressam, quā veniā habere debuerunt in ingratitudine permanētes? Remi. Potest aūt & tot⁹ locus iste referri ad cōsummationē seculi. Tunc em̄ plurimi scādalizabuntur recedentes à fide, vidētes multitudinem & diuitias malorum & miracula Antichristi, & cōsocios persequētur, & Antichristus mittet pseudoprophetas qui seducēt multos. & abūdabit iniquitas, qm̄ numer⁹ malorum augebitur, & refrigescet charitas: quoniam nūerus bonorum minuet. Hiero. Signum etiā dominici aduentus est in toto orbe euāgeliū prædicari: vt nullus sit excusabilis. Orig. Quod aūt dicitur: Eritis odio omnibus hoībus propter nomē meum, sic saluare quis poterit, quia nunc quidē in vnum consenserunt oēs gētes aduersus christianos. Cum aūt cōtigerint quę Christus prædixit: tunc fient persecutiones iā nō ex parte sicut ante, sed generaliter vbiq; aduersus populū dei. Augu. ad Esi. Sed qui putāt hoc quod dicit: Prædicabitur euāgeliū regni in vniuerso orbe, per ipsos apostolos factum esse, nō ita esse certis documentis probatum est. Sunt em̄ in Aphrica barbaræ innumerabiles gētes, in quibus nōdum ꝑdicatum esse euāgelium ex his quiducuntur inde captiui addiscere in prōptu est. Neq; tamē vllo modo recte dici pōt, istos ad ꝓmissionē dei nō pertinere. Nō em̄ Romanos solū, sed oēs gentes dñs semini Abrahæ iurādo ꝓmisit. In quibus ergo gētibus nōdum est ecclesia? oportet ꝙ sit, nō vt oēs qui ibi fuerint credāt. quō enim & illud implebitur, Eritis odio omnibus gentibus ꝓpter nomē meū: nisi in oībus gentibus sint & qui oderint, & quos oderint? Nō est igitur ab apostolis ꝑdicatio ista cōpleta, qñ adhuc sunt gentes, in qbus nōdum cœpit impleri. ꝙ aūt dixit apostol⁹: In omnē terrā exiuit son⁹ eorū: quāuis locutio sit præteriti tēporis, verbis tamē qđ futurum erat dixit, nō quod iā factum atq; cōpletum, sicut & ipse propheta quo vsus est teste fructificare & crescere dixit euangelium in vniuerso mundo, vt ita significaret, vsque quo crescēdo esset venturū. Si ergo latet quādo euangelio vniuersus orbis implebitur, ꝓculdubio latet quādo finis erit, ante quippe non erit. Orig. Cū ergo omnis gēs audiuerit euangelii prædicationē, tunc erit seculi finis. & hoc est quod sequitur: & tunc erit cōsummatio. Multę em̄ nō solū barbarorū, sed etiā nostrarum gentium nōdum audierunt christianitatis verbum. Glo. Vtrunque autē dictorū tueri pōt, si tamē diuerso modo diffusio prędicationis euāgelii intelligatur. Si enim intelligatur quātū ad fructum prædicationis, qui est vt in singulis gentib⁹ fundetur ecclesia credētium in Christum, vt Aug. exponit, est signum ꝙ oportet præcedere ante finē mundi: nō tamen præcessit ante destructionē Hierosolymæ. Si autem intelligatur quātum ad famā prædicationis, sic ante finē Hierosolymæ fuit cōpletū, discipulis Christi per quatuor mundi partes dispersis. Vñ Hiero. dicit nō puto aliquā remāsisse gētē, quæ Christi nomē ignoret: & quanq̄ nō habuerit ꝑdicatorē, tamen ex vicinis gētibus opinionē fidei nō potest ignorare. Orig. Moraliter autem qui visurus est secundū verbum dei aduentū gloriosum illū in aīam suā, necesse est vt secundū mensurā ꝓfectus sui insidias à cōtrariis opationibus patiatur quasi magnus athleta, & Christ⁹ in eo ab oībus odiatur nō tantum à gentibus secundum carnē, quantū à gentibus ſpiritualiū nequitiarum: sed & in q̄stionib⁹ pauci eruntveritatē plenius attingētes, plures autē scādalizabuntur & cadent ab ea ꝓditores & accusatores alterutrum ꝓpter dissensionem dogmatū veritatis: q̄ causa fiet vt odiāt seinuicē. Multi etiam erunt non sane tradētes de futuris sermonem: & quō non oportet interpretātes, ꝓphetas (quos pseudoprophetas dicit) seducentes multos, & feruentē dilectionē q̄ prius fuerat in simplicitate fidei refrigescere facient: sed qui potuerit manere in apostolicę traditionis propoſito, ipse saluabitur, & sic prędicatum euāgelium in animas omnium erit in testimonium omnibus gētibus, id est omnibus cogitationibus incredulis animarum.

Cum ergo uideritis abominationē desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta ſtantem in loco ſancto (qui legit intelligat). Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, nō descendat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro, nō reuertatur tollere tunicā ſuā. Væ autem prægnatibus & nutrientibns in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga veſtra hyeme uel ſabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi uſque modo, neque fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, ſed propter electos breuiabuntur dies illi.

Chry. in ho. Quia supra occultè insinuauit Hierosolymæ finem, consequenter idem manifestè ostēdit, prophetiam inducens quæ destructionē Iudæorum credere facit. vnde dicit: Cum ergo vide. abo. desolationis &c. Hier. Hoc autem quod dictum est: Qui legit intelligat, ponitur vt ad intelligētiam mysticam prouocemur. Legimus autem in Daniele hoc modo: Et in dimidio hebdomadis auferetur sacrificiū & libamina, & in templo desolationum abominatio erit vsque ad consummationem temporis, & consummatio dabitur super solitudinem. Aug. ad Esic. Lucas quidem vt ostenderet tunc factam fuisse abominationem desolationis quæ à Daniele prædicta est, quando expugnata est Hierusalem: eodem loco hæc domini verba cōmemorat. Cum videritis circundari ab exercitu Hierusalē, tunc scitote quia approConcordia euā. pinquauit desolatio eius. Chry. in ho. Vnde abominationem desolationis videtur mihi exercitū dicere: quo scilicet desolata est ciuitas sancta Hierusalem. Hier. Aut potest intelligi de imagine Cæsaris, quā Pilatus posuit in tēplo: aut de Adriani equestri statua, quæ in ipso sancta sanctorum loco stetit vsq; in præsentem diem. Abominatio enim secundū veterem scripturam, idolum nūcupatur: & iccirco additur desolationis, quòd in desolato templo, atque deserto idolum positum sit. Chry. in ho. Vel quia ille qui desolauit ciuitatem & templū, statuam intus posuit. Vt autem discant, quoniam viuentibus quibusdam eorū hæc erunt, propter hoc dixit: Cum videritis ergo &c. Ex quo admirare Christi virtutē, & discipulorum fortitudinem, qui in talibus temporibus prædicabant, in quibus omnia Iudaica impugnabātur. Apostoli autē ex Iudæis existentes, leges introduxerūt nouas, aduersus Romanos tūc dominātes: infinita milia Iudæorum cœperunt Romani, & duodecim viros non superauerunt nudos & inermes. Quia vero multoties contigerat in grauibus prælіis Iudæos restauratos fuisse, sicut temporibus Senacherib & Antiochi: ne aliquis suspicetur tale aliquid futurū, suis fugiendū esse præcepit, cū subdit: Tunc qui in Iudęa &c. Remig. Hæc enim omnia imminēte desolatione Hierusalem constat fuisse impleta. Appropinquante nanque Romano exercitu, omnes Christiani qui in prouincia erant, sicut historia ecclesiastica refert, diuino miraculo moniti longius recesserūt: transeuntes Iordanem venerūt in Pellam ciuitatem, & ibi sub tutela Agrippæ regis, cuius mentio in actibus Apostolorū fit, aliquanto tēpore manserūt: ipse autem Agrippa cū parte Iudæorum quæ sibi obtemperabat, Romano subditus erat imperio. Chry. in ho. Deinde ostendens ineuitabilia mala futura esse Iudæis, & infinitam calamitatem, subdit: Et qui in tecto est, non descēdat &c. Eligibilius enim erat nudo corpore saluari, quàm intrare domū vt tolleret vestimentū, & occidi: propter quod & de eo qui est in agro subdit: Et qui in agro est &c. Si enim qui in ciuitate sunt fugiunt, multo magis qui foris sunt, nō oportet ad ciuitatē refugere. Et quidem pecunias cōtemnere facile est, & prouidere sibi in vestimentis non difficile: quæ autem à natura sunt, qualiter aliquis fugiet? Qualiter enim pregnans fiet leuis ad fugam? aut lactans poterit eum quem peperit deserere? propter quod subdit: Væ autē preg. &c. His quidem quia pigriores sunt, & quia facile fugere non possunt, onere cōceptionis grauatæ: his autē quia detinentur vinculo compassionis filiorum, & non possunt simul

saluare eos quos lactant. Orig. Vel quoniā non erit tunc tēpus miserendi, neque super pregnantes, neq; super lactantes, neque super infantes earum: & quasi ad Iudæos loquens, qui arbitrabantur in sabbato nō oportere ambulare viā amplius quàm est sabbati iter, subdit: Orate autē vt non fiat fuga. &c. Hiero. Quia scilicet in altero Intellectus verborum duritia frigoris prohibet ad solitudines pergere, & in montibus desertis latitare: in altero autem transgressio legis est, si fugere voluerint: aut mors imminēs, si remāserint. Chry. in ho. Vide autem quoniā aduersus Iudæos est hic sermo, non enim apostoli sabbatum erant obseruaturi, neq; ibi mansuri, cum Vespasianus hoc egit: plures enim eorum iam præmortui erant. Si autem aliquis remanserat, in aliis partibus orbis terrarum tunc conuersabatur, propter quid autem orandū esse dixerit, subdit: Erit enim tunc tri. magna &c. Aug. ad Esich. Apud Lucam sic legitur: Erit autē pressura magna super terrā, & ira populo huic, & cadēt in ore gladii, & captiui ducentur in omneis gentes. Nam & Iosephus, qui Iudaicā scripsit historiam, talia mala dicit illi populo tunc accidisse, vt vix credibilia videantur: vnde nō immerito dictum est, talem tribulationem nec fuisse à creaturæ initio, nec futuram: sed & si tempore antichristi talis aut maior forsitan erit, intelligendum est de illo populo dictum quòd eis talis amplius futura nō erit. Si enim antichristum illi primitus & præcipuè recepturi sunt, facturus est tunc idē populus tribulationem potius quàm passurus. Chry. in ho. Interrogo autem Iudæos vnde tā intolerabilis ira diuinitus venit super eos omnibus quę ante factæ sunt difficilior? Nam manifestū est quoniam propter crucis manifestationem: sed adhuc ostēdit ipsos grauiori pœna fuisse dignos, in hoc quod dicitur: Et nisi breuiati fuissent dies illi &c. Ac si dicat: Si amplius durasset prælium Romanorum aduersus ciuitatem, vniuersi perissent Iudæi. Omnem enim carnem Iudaicam dicit, & qui foris & qui intus erant. nō enim solum eos qui in Iudæa erant, impugnabāt Romani, sed & eos qui vbique dispersi erant, persequebantur. August. ad Esic. Quidam autē conuenienter mihi intellexisse videntur mala ipsa significata nomina dierū, sicut sunt dicti dies mali, in aliis scripturæ diuinæ locis. Neque enim dies Notula pulchra. ipsi mali sunt, sed ea quæ fiūt in eis. Ipsa enim dicta sunt breuiati, vt deo tolerantiam donāte minus sentirentur, ac si quæ magna essent fierent breuia. Chryso. in hom. Ne vero Iudæi dicerent quoniam propter prædicationem & discipulos Christi hæc mala euenerunt, ostendit quòd nisi illi essent, radicitus perissent. vnde subdit: Sed propter ele. bre. di. il. August. ad Esich. Non enim debemus ambigere quando euersa est Hierusalem, fuisse in illo populo electos dei qui ex circuncisione crediderāt, siue fuerant crediturі electi ante constitutionem mundi: propter quos breuiarentur dies illi, vt tolerabilia mala fierent. Non autem desunt qui existimant ita breuiores dies illos futuros: quòd cursu solis celeriore breuientur, sicut fuit longior dies orante Iesu Naue. Hier. Nec recordātur illius scripti: Ordinatione tua perseuerat dies: sed iuxta tēporum qualitatē, id est abbreuiatos nō mensura, sed numero, ne temporum mora cōcutiatur credentiū fides. Aug. ad Esic. Non tamen putemus hebdomadas Danielis, vel propter dierū breuiationes fuisse turbatas, vel illo iam tempore nō fuisse cōpletas, sed in fine temporum esse complendas. Apertissimè enim Lucas testatur Danielis prophetiam tunc fuisse completam, quando euersa est Hierusalem. Chryſin ho. Intende autem ſpiritus ſancti diſpenſationem, quoniam nihil horum ſcripſit Ioannes, vt non videretur ex ipſa eorum quę facta ſunt hiſtoria ſcribere: etenim poſt captio

nem Hierusalē vixit multo tempore. Sed qui antè mortui sunt & nihil horum viderūt, ipsi scribunt: vt vndiq; fulgeat prænunciationis virtus. Hila. Vel aliter: Totum indiciū aduētus futuri dominus ponit, dicens: Cū ergo vi.abo.&c. De antichristi enim temporibus hic locutus est propheta. Abominatio ex eo dicta est, quòd aduersus deū veniēs honorē dei sibi vēdicasset: desolationis autē abominatio, quia bellis & cædib⁹ terrā desolaturus sit, atq; ob id à Iudæis susceptus, loco sanctificationis instituitur: vt vbi sanctorū precibus Deus inuocabatur, illic ab infidelib⁹ receptus dei honore venerabilis sit: & quia prius iste Iudęorū error erit, vt qui veritatē respuerunt, suscipiāt falsitatem, Iudææ deseri mōnet, & transfugere in montes, ne admixtione plebis illius antichristo crediturę vis aut contagio afferatur. Quòd autem ait: Et qui in tecto sunt &c. sic intelligitur: Tectum est domus fastigium, & habitationis totius excelsa perfectio. Qui igitur in consummatione domus suæ id est in cordis sui perfectione constiterit, regeneratione spiritus noui celsus non descēdere in humiliora rerū secularium cupiditate debebit. Et qui in agro erit &c. scilicet positus in operatione præcepti, non ad curas pristinas reuertatur, ob quas veterū exinde peccaminum, quibus antea contegebatur, erit tunicā relaturus. Aug. ad Esic. In tribulationibus enim cauēdum est, ne quisquam deuictus ad carnalem vitam de spirituali sublimitate descendat: aut qui profecerat in anteriora se extendens, deficiendo in posteriora respiciat. Hila. quod autē dicitur: Væ prægnā. & nu. in il. die, non de fœtarum onere dominum admonuisse credēdum est, sed animarum peccatis repletarum ostēdisse grauitatem: quòd neque in tecto positæ, neque in agro manentes repositæ, iræ tempestatem vitare possint: illis quoq; væ erit qui nutrientur. Infirmitatē enim animarum, quæ ad cognitionem dei tanq̄ lacte educantur, in his ostēdit: & iccirco væ ipsis erit, quia ad fugiēdum antichristū graues, & ad sustinendū impeditæ: nec peccata effugerūt, nec cibū veri panis acceperunt. Aug. de ver.do. Vel prægnans est, qui res alienas concupiscit: nutriens est, qui iā rapuit quod cōcupiuerat: istis enim vę erit in die iudicii. quod autem dominus dixit: Orate autē &c. Aug. de quęst. euang. id est ne in lætitia vel tristitia rerū temporaliū quis inueniatur in die illo. Hilar. vel ne in peccatorū frigore, aut in ocio bonorum operū reperiamur: quia grauis vexatio incūbet, nisi quòd causa electorum dei diebus illis sit breuitas afferenda, vt vim malorum coartatum tempus exuperet. Orige. Mysticè autem in loco sancto omnium scripturarum, tam veteris testamēti quàm noui Antichristus, qui est falsum verbū, stetit frequēter: qui autē hoc vident, ex Iudæa literæ fugient ad sublimes veritatis montes. Et si quis inuentus fuerit ascendisse supra tectū verbi, & stare super fastigiū eius: non descendat inde, occasione vt auferat aliquid de domo sua. Et si fuerit in agro, in quo absconditus est thesaurus, & reuersus fuerit retro, incurret in seductionē verbi mēdacis, & maxime si spoliauerat se vestimentū vetus, id est veterem hominem, & iterū conuersus fuerit tollere ipsum: tunc autem anima in vtero habens, quæ necdum fructificauit ex verbo, incurrit in vę: proiicit enim conceptum, & euacuatur à spe quæ est in actibus veritatis. similiter autem si videatur formatū & fructificatū verbū, non autē fuerit enutritū sufficienter. Orent autem qui fugiunt in montes, ne fuga eorum fiat hyeme vel sabbato: quoniā in tranquillitate animæ cōstitutæ, possunt impetrare viam salutis: & in sabbato, quando homo bona opera non facit, fuga vestra nō fiat. Nemo enim in periculo falsi dogmatis facilè superatur, nisi qui nudus fuerit ab operibus bonis. Quæ est autem maior tribulatio quàm videre fratres nostros seduci, & quòd aliquis videat seipsum moueri & cōturbari? Dies autē intelligūtur præcepta & dogmata veritatis: omnes autē intellectus scientia falsi nominis venientes, additamenta sunt dierum, quæ deus abbreuiat per quos vult.

*Tunc si quis uobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgent enim Pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorē inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixerint uobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & * paret usque in occidentem, ita erit & aduentus* Appa filij hominis. Vbicunque fuerit corpus, illic congregab untur aquilæ.* ret.

Chryso. in hom. Cum complesset dominus ea quæ de Hierosolymis sunt, ad suum de cætero peruenit aduentum, & dicit eius signa, non illis vtilia solum, sed & nobis, & his qui post nos erūt omnibus. vnde dicit: Tunc si quis vo. dixerit &c. Sicut autem cum suprà dixit euāgelista: In diebus illis Ioannes baptista, non tēpus quod immediate est consequēs exposuit, cùm 30. anni in medio essent: ita & hic cum dicit, Tūc. tamen mediū tempus prætermisit, quod futurum erat à captione Hierosolymæ, vsque ad initia consummationis mundi: dans autem eis signa sui secundi aduentus, de loco eos certificat, & de seductoribus. non enim sicut in priori aduētu in Bethleem apparuit, & in paruulo angulo orbis terrarum, & nullo sciente à principio: ita & tunc erit, sed manifestè veniet, ita quòd indigeat quòd aliquis ei⁹ aduentum annunciet, propter quod dicit: Si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic: non credatis. Hier. In quo ostendit quòd secūdus aduentus non in humilitate vt primus, sed in gloria demonstrādus est. Stultum est itaque eum in paruo loco vel in abscondito quærere, qui totius mundi lumen est. Hilar. Et tamen quia in magna vexatione positi erunt homines, pseudoprophetæ tāquam præsentem in Christo opem sint indicaturi, multis in locis Christum esse atque haberi mentientur, vt in antichristi famulatum depressos vexatósq; deducant. & ideo subdit: Surgēt enim pseudochristi & pseudoprophetæ. Chryso. in hom. Hic de antichristo loquitur & de quibusdam eius ministris, quos pseudochristos & pseudoprophetas appellat, quales & tempore apostolorū multi fuerunt: sed ante secundum aduentum Christi erunt multo prioribus amariores. vnde subdit: Etda. si. ma. & prod. August. in lib. 83. quæstionum: Admonet autem hic dominus, vt intelligamus quædam miracula etiam sceleratos homines facere, qualia sancti facere non possunt: nec tamen ideo potioris loci apud deum arbitrandi sunt. Non enim acceptiores erāt deo, quàm populus Israel magi Aegyptiorum, quia nō poterat ille populus facere quod illi faciebant, q̄uis Moyses in virtute dei maiora potuerit. Sed ideo non omnibus sanctis ista attribuuntur, ne perniciosissimo errore decipiātur infirmi, existimātes in talibus factis maiora dona quàm in operibus iustitiæ, quib⁹ vita æterna comparatur. Cū ergo talia faciūt magi, qualia nonnunquā faciūt sancti, diuerso fine & diuerso iure fiūt. Illi enim faciunt quærentes gloriam suam, illi quærentes gloriam dei: & illi faciunt per quædam potestatibus concessa in ordine suo, quasi priuata commercia vel beneficia: illi autē publica administratione iussu eius cui cūcta creatura subiecta est. Aliter enim cogitur possessor equū dare militi, aliter tradit emptori, vel cuilibet donat aut commodat. Et quemadmodum pleriq; mali milites, quos imperialis disciplina condemnat, signis imperatoris sui nonnullos possessores territāt, & ab eis aliquid q̄d publicè non iubetur, extorquēt: ita nōnūq̄ mali Christiani, vel schisma tici, vel hæretici: per nomē Christi, vel per verba vel sacramenta Christiana exigunt aliquid à potestatibus, cū autē malis iubentibus voluntate cedunt, ad seducendos homines cedunt, quorum errore lætantur. Quapropter aliter faciūt miracula magi, aliter boni Christiani, aliter mali Christiani. Magi per priuatos contractus: boni Christiani, per publicam iustitiam: mali Christiani per signa publicæ iustitiæ: nec hoc etiā oportet mirari, quia omnia quæ visibiliter fiūt, etiā per inferiores potestates aeris huius non absurdè fieri posse creduntur. Aug. 3. de tri. Nec ideo tantū putādum est trāsgressoribus angelis ad nutū seruire hāc visibilium rerum materiam, sed deo potius, à quo eis potestas datur: nec sanè creatores illi, mali angeli dicendi sunt: sed pro subtilitate sua semina rerum istarum nobis occultiora nouerunt, & ea per cōgruas tentationes electorum latenter spargunt: atq; ita & gignendarum rerū & accelerādorum incrementorū, præbent occasiones. Nam & multi homines nouerūt ex quibus herbis, aut carnibus, aut succis, aut humoribus ita obrutis vel cōmixtis quæ animalia nasci soleant: sed hæc ab hominibus tnato difficilius fiunt, quanto desunt sensuum subtilitates & corporū mobilitates in mēbris terrenis & pigris. Greg. 15. moral. Cū ergo antichristus coram carnalium oculis mirāda prodigia fecerit, post se tunc homines trahet, quia qui bonis præsentibus delectantur, potestati illius se absque retractione subiicient. vnde sequitur: Ita vt in errorem &c. Orige. Exaggeratorius sermo est, dicens: Si possibile est, nō enim pronūciauit, neque dixit, vt in errorem mittantur electi: sed ostendere vult quoniā frequenter valde persuasorii sunt sermones hæreticorum, & commouere potentes etiam eos qui sapiēter agunt. Greg. 33. moral. Vel quia electorum cor, & trepida cogitatione cōcutitur: & tamen eorum constantia non mouetur, vna sententia dominus vtrunque cōplexus est. quasi enim iam errare, est in cogitatione titubare: sed si fieri potest, subiungitur: quia fieri non potest vt in errorem electi capiātur. Orig. Vel nō ideo hoc dicit quòd electio diuina frustretur, sed qui humano iudicio electi videbantur, illi in errorem mittentur. Greg. in ho. Minus autē iacula feriunt quæ præuidentur, & propter hoc subditur: Ecce prædixi vobis. Dominus enim noster perituri mundi præcurrētia mala denunciat, vt eo minus perturbent venientia, quo fuerint præscita: propter quod consequenter concludit, Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto &c. Hi. Nam pseudoprophetæ, de quibus supra dixerat, nunc in desertis Christum esse dicent, vt homines errore deprauent: nūc in penetralibus asserent eum esse: vt homines dominantis Antichristi potestate cōcludant: sed dominus se nec loco occultandum, nec à singulis seorsum contuendum esse profitetur: sed vbique & in conspectu omnium præsentem se futurum esse denunciat. vnde sequitur: Sicut enim fulgur &c. Chrys. in ho. Sicut enim supra prædixit qualiter Antichristus venturus est, ita & per hoc ostendit qualiter ipse sit venturus. Sicut enim fulgur non indiget annunciante aut præcone, sed instanti momento temporis monstratur secundum vniuersum orbem terrarum: etiam his qui in thalamis sedent, ita & aduentus Christi simul apparebit vbique, propter gloriæ fulgorem: consequenter autem dicit & aliud signum sui aduentus, cum subdit: Vbicūq; fuer. corpus &c. per aquilas multitudinem angelorum, martyrum, & sanctorum omnium designans. Hiero. De exemplo enim naturali quod quotidie cernimus, Christi instruimur sacramento. Aquilæ enim & vultures, etiam trans maria dicuntur sentire cadauera, & ad escam huiusce modi cōgregari. Si ergo irrationabiles volucres, naturali sensu tantis terrarum spatiis separatæ, paruum cadauer sentiant vbi iaceat: quāto magis oīs multitudo credentium debet ad Christum festinare, cuius fulgur exiit ab oriēte: & patet vsque ad occidentem? Possumus autem per corpus, id est, Ioathan, quod significātius latinè dicitur cadauer: ab eo quòd per mortē cadat, passionem Christi intelligere. Hila. Vnde vt nec loci in quo venturus esset essemus ignari, dicit: Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabūtur & aquilę. Sanctos de volatu spiritualis corporis aquilas nominauit, quorum congregantibus angelis conuentum futurum in loco possionis ostendit: & dignè illic claritatis aduentus expectabitur, vbi nobis gloriam æternitatis, passione corporeæ humilitatis operatus est. Orige. Et vide quia non dixit: Vbicūque fuerit corpus, ibi congregabuntur vultures, aut corui: sed aquilæ. Volens ostendere magnificos & regales omnes, qui in passione domini crediderūt. Hiero. Aquilæ enim appellantur, quibus iuuentus renouata est vt aquilæ, & qui assumunt pennas, vt ad Christi veniant passionem. Greg. 14. mor. potest etiā intelligi: vbicun. fue. cor. &c. ac si dicat, quia cęlesti sedi incarnatus præsideo, electorū animas cùm carne soluero, ad cęlestia subleuabo. Hiero. Vel aliter, quod hic de pseudoprophetis dicitur, intelligi potest. Multi enim tēpore captiuitatis Iudaicæ principes extitere, qui Christos se esse dicerent: in tantum vt obsidentibus Romanis, tres intus fuerint factiones: sed melius de consummatione mundi dicitur, vt expositum est. Potest autem & tertio de hæreticorum contra ecclesiam pugna intelligi, & de istiusmodi Antichristis, qui sub opinione falsæ scientiæ contra Christum dimicāt. Orig. Generaliter enim vnus est Antichristus, species autem eius multæ, tāquam si dicamus: Mendacium nihil differt à mendacio. Sicut autem veri Christi fuerunt sancti prophetæ, sic intellige secundum vnūquenq; pseudochristum, multos eius falsos prophetas: qui Antichristi alicuius falsos sermones prędicant quasi veros: quorum dicet aliquis, Ecce hic est Christus, ecce illic: quasi, non extra scripturam foras aspiciendū est. Ex lege enim, & prophetis, & apostolis, proferunt quę videntur defendere mendacium. vel per hoc quod dicit: Ecce hic est Christus, ecce illic: ostendūt non Christū, sed aliquē fictū eiusdem nominis, vtputa secundū Marchionis doctrinā aut Valentini & Basilidis. Hier. Si quis ergo promiserit vobis quòd in deserto gētilium & philosophorum dogmate Christ⁹ moretur, aut hæreticorum penetralibus, qui dei pollicentur archana, nolite credere, sed quòd ab oriente vsque in occidentem fides catholica in ecclesiis fulget. August. de quæst. euang. Orientis & occidentis nomine, totum orbem voluit significare, per quem futura erat ecclesia. Secūdum autem illū sensum, quo dixit: Amodo videbitis filium hominis venientem in nubibus, conuenienter etiam nūc fulgur nominauit: quod maximè solet emicare de nubibus. Cōstituta ergo auctoritate ecclesię per orbem terrarū clara atq; manifesta, conueniēter discipulos admonet, atq; omnes fideles ne schismaticis atq; hæreticis credant. Vnūquodque schisma aut vnaquæq; hæresis, locū suum habet in orbe terrarū, aliquam tenens partem, aut obscuris atque occultis conuēticulis curiositatem hominum decipit, quo ptinet quod ait: Si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic: quod significat terrarū partes aut prouinciarum: aut in penetralibus, aut in deserto, quod significat occulta & obscura conuenticula hæreticorū. Hiero. vel per hoc quod dicit, In deserto & in penetralibus: ostenditur quòd persecutionis & angustiarum tempore semper pseudoprophetæ decipiendi inueniunt locum.

Interpretatio futuri iudicii.

Miracula quomodo fiūt à malis.

Orige. vel quando secretas & non vulgatas scripturas proferũt,ad confirmationẽ mẽdacii sui, vidẽtur dicere: Ecce in solitudine verbũ est veritatis. Quoties autem canonicas proferũt scripturas, in quibus omnis Chr̃stianus consentit,videntur dicere:Ecce in domibus est verbum veritatis. Sed nos exire non debemus à prima ecclesiastica traditione:vel eis sermones,qui sunt omnino extra scripturã ostẽdere volẽs,dixit: Si dixerint vobis, Ecce in solitudine est: nolite exire de regula fidei. Eos autẽ qui simulãt diuinas scripturas ostẽdere volẽs, dixit:Si dixerint vobis, Ecce in penetralibus est,nolite credere:veritas enim similis est fulguri egredienti ab oriente,& apparẽti vsq; ad occidentẽ. vel hoc dicit,quoniã veritatis fulgur ex omni scripturarũ loco defenditur.Exit ergo veritatis fulgur ab oriẽte,id est,ab initiis Christi:& apparet vsq; ad passionẽ ipsius,in qua est occasus eius: vel à primo initio creaturæ mundi,vsque ad nouissimã apostolorũ scripturã.vel oriens quidẽ est lex, occidẽs autẽ finis legis & prophetiæ Ioãnis: sola autem ecclesia neq; subtrahit huius fulguris verbũ & sensum, neque addit quasi prophetiam aliquid aliud:vel hoc dicit, quòd nõ debemus attẽdere eis qui dicunt: Ecce hic Christus, non autem ostendunt eum in ecclesia, in qua totus est aduentus filii hominis,dicentis: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem sęculi.Hiero.Prouocamur autem ad passionem Christi, vt vbicunque in scripturis legitur,congregemur,vt per illam venire possimus ad verbum dei.

Veritas similis fulguri.

Statim autẽ post tribulationẽ dierũ illorũ sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suũ, & stellæ cadent de cælo, & uirtutes cælorum commouebuntur: & tunc apparebit signum filij hominis in cælo. Et tunc plangent omnes tribus terræ.

Glosa.Postquã dominus prẽmuniuit fideles cõtra seditionẽ Antichristi & ministrorũ eius, ostẽdens se manifestẽ esse venturũ, nunc ordinẽ & modũ sui aduentus demonstrat,dicens:Statim autẽ post tri.die.il.sol obscu. Chrys.in homel.Tribulationẽ dicit dierum Antichristi & pseudoprophetarũ:Tribulatio enim tũc erit magna, tot existẽtibus deceptoribus,sed nõ extendetur per tẽporis longitudinẽ.Si enim Iudaicum bellũ propter electos decurtatũ est,multomagis propter eos hęc tribulatio abbreuiabitur: & propter hoc nõ simpliciter dixit, Post tribulationem:sed addit,statim:ipse enim cõfestim aderit.Hil.Gloriam autẽ aduentus sui indicat obscuritate solis,& defectione lunæ,& casu stellarũ.nam sequitur:Et lu.non da.lu.suũ.& stel.ca.de cælo. Orige.Dicet autẽ aliquis,sicut in magnis ignibus succendi incipientibus, tenebræ ex fumo plurimo videntur extolli:sic in cõsummatione mũdi ab igne qui succẽdẽdus est, obscurabuntur etiã luminaria magna: marcescente stellarum lumine reliquũ earũ corpus cũ exaltari non valeat,sicut primum cum à lumine ipso portatũ extollebatur, cadet de cælo.His accidẽtibus consequens est cælorum rationabiles virtutes patiẽtes stuporem & commotionẽ aliquam pati & conturbari:remotas scilicet à primis functionibus suis.vnde sequitur:Et vir.cæ.cõ. & tunc ap.si. fi. ho. in cæ. quo scilicet cælestia facta sunt,id est,virtus quã operatus est filius suspensus in ligno: & in cælo apparebit maxime signum illius, vt homines de omnibus tribubus quæ prius non crediderunt Christianitatẽ annunciari, tunc recognoscẽtes per signũ illud manifestatũ plangent & lamẽtabuntur propter ignorantiã suam atq; peccata.vnde sequitur: Et tunc plan.om.tri.terræ. Alius autẽ aliter arbitrabitur,quoniã sicut lucernæ paulatim deficit lumen, sic cælestiũ luminũ deficiẽte nutrimẽto sol obscurabitur & luna,& stellarũ lumẽ deficiet: & quod remãserit in eis, quasi terrenum cadet de cælo. Sed quomodo potest dici de sole, quoniã obscurabitur lumen eius, cũ Esaias propheta profectũ aliquẽ solis in cõsummatione fore declaret? similiter & de luna Esaias refert:quoniã erit sicut sol.de stellis autẽ quidam dicere tẽtãt, aut omnes aut plures earũ maiores esse tota terra. Quomodo ergo cadent de cælo cum magnitudini eorũ nõ sufficiat terra? Hiero. Non ergo diminutione luminis huius mundi accident, alioquin solem legimus septuplum habiturum luminis, sed comparatione veræ lucis omnia visui apparebunt tenebrosa.Raba.Nihil tamẽ prohibet intelligi veraciter tunc solẽ & lunam cũ cęteris syderibus ad tempus suo lumine priuari,sicut de sole factũ constat tẽpore dominicę passionis.vnde Iohel dicit:Sol cõuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequã veniat dies domini magnus & manifestus.Cęterũ peracto die iudicii,& clarescente futuræ gloriæ vita:cum fuerit cælũ nouum & terra noua, tunc fiet quod Esaias propheta dicit: Erit lux lunæ, sicut lux solis: & lux solis erit septempliciter. Quòd autem de stellis dictũ est,Et stel.ca.de cælo,in Marco ita scriptũ est:Et stellæ cæli erũt decidẽtes, id est,suo lumine carẽtes. Hiero. Per virtutes autẽ cælorũ, angelorũ multitudines intelligimus.Chryso.in hom.Qui valde decẽter commouebuntur vel concutientur vidẽtes tantã trãsmutationem fieri, & conseruos suos puniri, & orbẽ terrarũ terribili assistentẽ iudicio.Orig. Sicut autẽ ĩ dispẽsatione crucis, sole deficiente,tenebræ factæ sunt super terram:sic & signo filii hominis apparẽte in cælo,deficient lumina solis,lunæ,& stellarum,quasi consumpta ex multa virtute signi illius. vnde sequitur:& tunc ap.sig.fi.hom.in cælo. Signum autem crucis hic intelligamus,vt videant iuxta Zachariam & Ioannem Iudæi quem compunxerant,& signum victoriç.Chryso.in ho. Si autẽ sol quidẽ obtenebraretur,crux nõ appareret: nisi multo solaribus radiis luculentior esset. Ne autem discipuli verecundentur,& doleãt de cruce: eam signum nominat cum quadam claritate.Apparebit autẽ signũ crucis, vt Iudæorum inuerecundiam confutet:aduenit enim Christus in iudicio non vulnera solum,sed mortem exprobratissimã ostendens.vnde sequitur:Et tũc plãgent se omnes tribus terræ.Visa enim cruce considerabũt quòd mortuo eo nihil profecerunt:& quoniam crucifixerunt eum quem adorari oportebat.Hieron.Recte autem dicit tribus terræ. Hi enim plangent qui municipatũ non habent in cælis, sed scripti sunt in terra.Orige.Moraliter autẽ dicet aliquis obscurandum solem esse diabolum,qui in consummatione est arguendus cũ sit tenebræ, simulat autem se solem.Luna autem quæ videtur homini illuminari sole, est omnis ecclesia malignantium, quæ frequẽter lumen se habere & dare promittit: tunc autem redarguta cum reprobatis dogmatibus suis claritatem suã amittet: sed & quicunq; siue in dogmatibus,siue in virtutibus falsis hominibus quidẽ veritatẽ promittebant,mendaciis autem seducebant,hi conuenienter dicendi sunt stellæ cadentes de cælo,vt ita dicam,suo,vbi erant in altitudine cõstitutæ, extollẽtes se aduersus scientiã dei.Ad cõmendationem autẽ sermonis huius vtemur exemplo prouerbiorum,dicente: Lumen iustorũ semper inextinguibile est,lumen autem impiorũ extinguetur:tunc claritas dei apparebit in omni qui portauit imaginẽ cælestis:& cælestes lætabũtur,terreni autẽ plãgẽt. Vel ecclesia est sol, luna & stellę,cui dictũ est:Speciosa vt luna,electa vt sol. Aug.ad Esich. Tunc enim sol obscurabitur & luna non dabit lumen suũ,quia ecclesia non apparebit impiis,tũc persecutoribus vltra modũ sęuientibus.Tunc stellæ cadent de cælo,& virtutes cælorũ cõmouebuntur:quoniã multi qui gratia dei fulgere videbãtur, persequentibus

Apparitio crucis.

cedent & cadẽt: & quidẽ fideles fortissimi turbabunt. hoc autem post tribulationem dierum illorum dicitur esse futurum, non quia transacta tota illa persecutione accidant ista,sed quia præcedet tribulatio, vt sequatur quorũdam defectio:& quia per omnes dies illos ita fiet. propterea post tribulationem dierum illorum,sed tamẽ in eisdem diebus fiet.

Et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cæli,cum uirtute multa & maiestate.

Chry.in ho. Quia crucem audiuerant,ne rursus existimarent aliquid turpe esse futurum,subiũgit: Et vi.fi. hom.&c.Aug.ad Efic. Cuius quidem proprior sensº est, & cũ hoc quisq; audierit vel legerit,ipsum esse aduentũ accipiat,quando venturus est ad viuos & mortuos iudicandos in corpore suo,in quo sedet ad dexteram patris, in quo etiam mortuus est & resurrexit,& ascendit in cęlum:& sicut in actibus apostolorũ legitur: Nubes suscepit eum ab oculis eorum.& quia illic dictum est ab angelis:Sic veniet quomodo vidistis eum euntem in cęlũ, merito credẽdus est non solum in eodem corpore, verũ etiam in nube venturus.Orig. Videbũt ergo oculis corporalibus,fi.ho.speciem humanam habentem,ve.in nu. cæli.i.supernis.Sicut enim cũ transformatus est vox venit de nube,sic cũ veniet iterum in speciem transformatus gloriosam:& non super vnam nubem sed super multas,quæ erunt vehiculum eius. Et siquidem vt ne terrã calcaret filius dei Hierosolymam ascendens, diligentes eum strauerunt vestimenta sua in via, neq; asellum qui portabat eum volentes terram calcare.quid mirũ si pater & deus omnium nubes sternat cælestes sub corpore filii descendentis ad opus consummationis? Dicet autẽ aliquis,quoniam sicut in creatione hominis accepit deº limum de terra & finxit hominem, sic vt appareat gloria Christi,accipiens dñs de cælo & de cælesti corpore, corporauit primum quidem in transfiguratione in nubem lucidã.i.in consummatione in nubes lucidas: propter quod nubes cæli dicuntur,secundum quod & limº terræ est dictus. & decet patrem talia miranda dare filio suo,qui se humiliauit.Et propterea exaltauit illum, non solum secundum spiritum,sed etiam secundum corpus,vt super talibus nubibus veniret, & forsitan super nubibus rationabilibus,ne irrationabile esset vehiculũ filii hominis glorificati.Et primũ qdẽ venit Iesº cũ virtute ex qua faciebat signa & ꝓdigia in populo. Omnis autem illa virtus comparatione illius virtutis multæ,cũ qua in fine venturus est,modica erat,virtºenim erat exinanientis seipsum:consequẽs est etiam vt ad maiorẽ gloriam reformetur q̃ fuit transformatus in monte: tũc enim propter tres tantummodò transformatus est:in cõsummatione autẽ mũdi totius apparebit in gloria multa,vt videant eum omnes in gloria. Aug.ad Esi.Sed qm̃ scripturæ scrutandæ sunt nec earum superficie debemº esse contenti, diligenter sunt inspiciẽda sequentia, post paucaenim sequitur, Cum videritis hęc omnia fieri,sciote quia prope est iam in ianuis.tunc enim scimus ꝓpe esse,cum non aliqua videmus esse præmissorum,sed hęc omnia,in quibus & hoc est, ꝙ videbitur filius hominis veniens: & mittet angelos suos de quatuor partibº mũdi.i.de toto orbe terrarum:congregat electos suos,quæ tota hora nouissima facit veniens in suis membris, tanquam in nubibus,vel in tota ipsa ecclesia tanq̃ in nube magna,sicut nunc venire non cessat:sed ideo cum potestate magna & maiestate, quia maior potestas & maiestas illius apparebit sanctis,quibus magnam virtutẽdabit,ne tanta persecutione vincantur.Orig.Vel cum magna virtute venit quotidie ad animam hominis credentis nubibus propheticis, in scripturis prophetarum & apostolorum,qui verbum dei super humanam naturam in intellectibus suis declarat:sic etiam eis qui intelligũt dicimus apparere gloriã multã, quæ quidem videtur in secundo verbi aduentu,quod est perfectorum:& sic fortasse omnia quæ à tribus euãgelistis dicta sunt de Christi aduentu diligentius inter se collata & bene discussa, inuenientur ad hoc pertinere, ꝙ quotidie venit in corpore suo,quod est ecclesia. de quo aduentu suo alibi dixit:Amodo videbitis filium hominis sedentẽ à dextris virtutis dei,& venientẽ in nubibus cæli, exceptis locis vbi ab eo ille aduentus vltimus in seipso promittitur.

Videda interiora scripturç.

Et mittet angelos suos cũ tuba & uoce magna:& congregabunt electos eius à quatuor uentis, à summis cælorum usque ad terminos eorum.

Orig.Quia de planctu mentionẽ fecerat, q̃ ad hoc erit vt spõte cõtra se sententiã ꝓferant & seipsos condẽnent: ne putet ꝙ in isto plãctu mala eorũ terminentur, subdit:Et mit.an.su.&c.Remi. Hæc autẽ tuba nõ re vera corporea est intelligẽda, sed archãgelica vox, q̃ adeo magna erit,vt ad clamorẽ illiº oẽs mortui de terræ puluere resurgãt.Chry. Sonus autẽ tubæ ꝑtinet ad resurrectionẽ,ad gaudiũ,ad repręsentandũ stuporẽ qui tũc erit, ad dolorẽ illorũ q̃ relinquẽtur, & in nubibus non rapiẽtur.Orig.Scriptũ est autẽ in numeris,ꝙex quatuor vẽtis congregabũt sacerdotes tubicinãtes eos qui sunt ex castris Israel, secundũ quorũ cõparationẽ de angelis Christi consequẽter dicitur:Et cõgr.ele.&c. Remig.i.à quatuor climatibus mũdi.i.oriẽte,occidẽte, aquilone & austro.Orig.Et simpliciores quidẽ opinãtur eos tantũ qui tũc inuenti fuerint in corpore aggregãdos:sed meliº est dicere congregãdos nõ solũ ab angelis Christi esse oẽs, non solum ab aduẽtu Christi,& vsq; ad consummationem vocatos atq; electos,sed & oẽs qui à cõstitutiõe fuerint mũdi,qui viderũt,sicut Abrahã Christi diẽ:& exultauerunt in illã.Quoniã autẽ nõ tantũ illos q̃ in corpore fuerint cõprehẽsi dicit cõgregandos Christi electos, sed etiã illos qui de corporibus sunt egressi, manifestat sermo,dicẽs cõgregatos electos,nõ solũ à quatuor vẽtis, sed etiã subdẽs:A summis cæ.vsq; ad term.eorũ. Quod nemini sup terrã existẽti arbitror cõuenire.Vel cæli sũt scripturæ diuinæ,aut auctores earum, in quibº habitat deus.Sũma autẽ scripturarũ,sunt initia illarum.termini autẽ cõsummationes earũ.Cõgregant ergo sancti à summis cælorũ.i. ab eis qui viuũt in initiis scripturarũ vsq; ad eos qui viuũt in cõsummationibº earũ.Cõgregabũtur eĩ tuba & voce magna,vt qui audierint & aduerterint,parẽt se ad viã pfectionis, quæ ducit ad filium dei. Remi. Vel aliter: Ne fortè aliquis putaret ꝙ solũmodo à quatuor partibº mũdi & nõ à mediterraneis regionibus & locis,ideo addit:A summis cælorũ &c.Per summũ emi cæli,mediũ orbis intelligitur,quia medio orbis cæli præsidet.Per terminos autẽ cælorũ, fines terræ significat,vbi lõge distãtibus circulis cæli terræ insidere videnť.Chry. Quòd autẽ ꝑ angelos dñs electos vocat, ad electorũ honorẽ pertinet:nam & Paulus dicit ꝙ rapientur in nubibus:quiaeos quidẽ qui resurrexerũt congregabunt angeli,congregatos autem recipient nubes.

Ab arbore autem fici discite parabolam:cùm iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia prope est æstas. Ita & uos,cũ uideritis hæc oĩa,scitote quia prope est in ianuis. Amẽ dico uobis, quia non præteribit generatio hæc,donec hæc oĩa fiant. Cælũ & terra trãsibũt,uerba autẽ mea nõ præteribunt.

Chry.in ho. Quia dixerat ꝙ statim post tribulationẽ dierũ illorũ,quę prædicta sunt, cõtingeret, ipsi autẽ quęrere poterãt:Post q̃tum tẽpus? Ideo exponit,exemplum ponens de ficu,dicẽs:Ab arbor. autẽ fici &c. Hier. q.d. Sicut quando teneri fuerint in arbore ficus cauliculi,&

gemma erumpit in florē,cortexq; folia parturit,intelligitis æstatis aduentum,& Fauonii ac veris introitū.Ita cū omnia quę scripta sunt videritis,nolite putare iā adesse consummationē mundi,sed quasi præuia & præcursores quosdam venire,vt ostendant ꝙ prope sit & in ianuis.vnde sequitur:Ita & vos cū vi.hæc oīa,scitote &c. Chry.in ho.Per quod ostēdit quōd nō multū erit tēporis mediū,sed statim aduēt⁹ Christi occurret. Per ramū autē & aliud quiddā prænūciat.ſ.æstatē ſpiritualē & trā quillitatē iustis post hyemē esse futurā, peccatorib⁹ aūt econtrario hyemē post æstatē.Orig.Sicut enim ficus in tempore quidē hyemis vitalē virtutē habet in ſe abſcōditam,postmodum autē.cū virt⁹ ipſa vitalis prodire cœperit,ad manifestationem prętereunte hyeme & ipſa vitalitudine, eius ramus efficitur tener, & folia producit: ſic & mundus, & vnuſquiſq; eorum qui ſaluantur ante Christi aduentū, quaſi in hyeme in ſe abſconſam habēt vitalem virtutem: Christo autem inſpirāte fiunt teneri & non duri cordis rami, & quæ abſcondita erant in eis progrediuntur in folia,& manifestos fructus ostendūt: talibus autem prope est æstas & aduentus gloriæ verbi dei.Chry.in ho.Propter hoc etiam iſtud posuit, vt credere faciat hunc ſermonem omnino ita esse virtutū. vbicunq; enim quod omnino euenturum esse dicit, naturales neceſſitates ī exemplū inducit.Aug.ad Eſi. Quōd autem de ſignis euangelicis & propheticis,quæ fieri cernimus,propinquū domini aduentū ſperare debemus,qs negat?quotidie quippe magis magiſq; fit proxim⁹ : ſed quanto interuallo propinquat,de hoc dictū eſt: Non est vestrum ſcire tempora vel momenta. Vel quando dixit Apo.Nunc propior est noſtra ſalus,q̄ cū credidimus, & ecce tot anni tranſierunt, nec tamē quod dixit falſū eſt, quanto magis nunc dicendū est appropinquare dñi aduentū,quando tantus factus est ad finem acceſſus? Hila. Myſticè aūt ſynagoga ficus arbori cōparat : ramus igit ficus,Antichriſtus esse intelligitur,diaboli filius,peccati portio,legis aſſertor:qui cū vireſcere cœperit & frondeſcere,quadā peccatorū exultantiū viriditate,tunc ꝓxima est æſtas.i.dies iudicii ſentietur.Remi.Vel cū hæc ficus rurſū germinabit.i. cū ſynagoga verbū ſanctę prędicationis accipiet, prędicantibus Enoch & Elia, intelligere debem⁹,quia ꝓpe est dies cōſummationis. Aug. de q.eu.Vel p arborem fici intellige genus humanū, ꝓpter pruritū carnis.Cū iam ramus eius tener fuerit.i.cū filii hominū per fidē Chriſti ad ſpirituales fructus profecerint,& in eis honor adoptionis filiorū dei emicuerit.Hila.Vt aūt fides certa eſſet futurorū,ſubiunxit:Amen dico vo.&c.Amen aūt dicēdo, profeſſionē veritatis adiunxit.Remig.Et ſimplices quidē ad deſtructionē Hieruſalē referūt verba, & de illa generatione æſtimāt dicta,quæ paſſionē Chriſti aſpexit,ꝙ non eſſet tranſitura priuſq̄ fieret deſtructio ciuitatis illius. Neſcio autē ſi verbum à verbo exponere poſſint ab eo quod ait : Non relinquetur hic lapis ſuper lapidē, vſq; ad illd quod ait: Prope eſt in ianuis. forſitā em̄ in quibuſdā potuerūt, in aliis aūt nō potuerūt omnino.Chry.in ho. Hæc ergo omnia de fine Hieroſolymorū dicta ſunt,& quæ de pſeudo,ꝓphetis,& pſeudochriſtis , & alia omnia quę dixim⁹ vſq; ad Chriſti aduentū futura.Quōd aūt dixit generatio hæc,nō de ea quæ tūc erat,dixit,ſed de ea quæ eſt fideliū.conſueuit enim ſcriptura generationē nō ſolū à tē pore deſignare,ſed à loco,cultu,&cōuerſatione:ſicut cū dicit: Hæc eſt generatio quærentiū dominū.Ex hoc aūt oſtendit ꝙ Hieruſalē peribit , & amplior pars Iudæorū deſtruetur, generationē autē fideliū nulla ſeparabit tentatio.Orig.Generatio tamē eccleſiæ trā ſibit , aliquādo tamē totum hoc ſeculum vt hæreditet futurum : tamen donec hæc omnia fiant,nō trāſibit.Cū autem oīa hęc facta fuerint,trāſibit nō ſolū terra,ſed etiā cælū. vnde ſequitur:Cælum & terra.i.non ſolum homines quorū vita terrena eſt,& propterea terra dicuntur , ſed etiā illi, quorum conuerſatio eſt in cęlis,& ideo cælum vocant: tranſibunt autē ad futura,vt veniant ad meliora.Verba autem quæ à ſaluatore ſunt dicta nō trāſibunt,quoniā q̄ ſua propria ſunt,operātur & ſemp operabuntur, perfecti aūt & qui nō recipiuntvt iā meliores efficiātur,trāſeuntes quod ſunt,ad illud quod nō ſunt:& hoc eſt quod ſubditur,verba autē mea nō prętęribunt. Et forte quidem verba Moyſi & prophetarum trāſeunt:quoniā quę prophetizabātur ab illis impleta ſunt,verba autē Chriſti ſemp ſunt plena & quotidie implētur, & adhuc ſunt implenda in ſanctis.Aut forte neq; Moyſi verba,aut ꝓphetarum dicere debemus impleta omnino:propriè em̄ & illa verba filii dei ſunt,& ſemper implētur.Hier. Vel hic per generationē omne hominū ſignificat genus,aut ſpecialiter Iudęorum. Deinde magis eos ad fidē pręmiſſorum inducit,cum ſubdit: Cęlum& ter.trāſ.ver.autem &c.Ac ſi dicat: Facilius eſt fixa & immobilia deſtrui, q̄ ſermonum meorum aliquid decidere.Hilar.Cælum em̄ & terra ex conditione ſuæ creationis nihil habent in ſe neceſſitatis vt non ſint, verba autē Chriſti ex æternitate deducta,id in ſe cōtinent virtutis vt maneant . Hier. Cælum autē & terra trāſibunt in mutatione, non abolitione ſui,alioqui quomodo Sol obſcurabit, & Luna nō dabit lumen ſuum,ſi cęlum, in quo iſta ſunt, terraq; nō fuerint?Rab.Cęlum tamen quod trāſibit,non ſydereū, ſed aereum intelligere debemus,quod pri⁹ diluuio perit.Chryſo. in ho. Elemēta autem mūdi in medium adducit, oſtendēs quoniā precioſior cęlo & terra eſt eccleſia:ſimul etiam & hinc conditorem ſe hominū oſtēdit.

*De die autem illo & hora nemo ſcit,neque angeli cælorū, niſi pater ſolus.Sicut autem in diebus Noe , ita erit aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes , uſque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam,& non cognouerūt donec uenit diluuium, & tulit omnes : ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro : unus aſſumetur , & alter relinquetur. Duæ molentes in mola :una aßumetur, & altera relinquetur. Duo in lecto * : unus aſſumetur , & alter relinquetur.*

* uno.

Chry.in ho.Cū dixiſſet dominus oīa quę pręcedunt Chriſti aduentū &ad ipſas ianuas narrationē duxiſſet, diē tacere voluit.vnde dicit:De die autē il.&c.Hier.In quibuſdā autē latinis codicibus additū eſt:Neque filiꝰ, cū in græcis & maximè Adamantii & Pierei exēplaribus hoc nō habeat aſcriptum: ſed quia in nōnullis legitur,diſſerendum videtur.Remig.Marcus etiā euangeliſta nō ſolū dicit angelos neſcire, ſed etiā filium. Hiero. In quo gaudēt Arrius & Eunomius. Dicunt enim:Nō poteſt æqualis eſſe,ꝙ nouit & qui ignorat. Cōtra quos breuiter iſta dicenda ſunt : cū oīa tēpora fecerit Ieſus, hoc eſt verbum dei:oīa enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.In oībus autē tēporibus cū dies iudicii ſit , qua conſequentia poteſt eius ignorare partē,cuius totum nouerit ? hoc quoq; dicēdum eſt.Quid eſt maius notitia patris,an notitia iudicii?ſi maius nouit,quō ignorat quod minus eſt? Hila. Nunqd etiā deꝰ pater cognitionē illius dei filio denegauit,cùm dictum ab eo ſit : Oīa mihi tradita ſunt à patre meo? ergo non oīa ſunt tradita,ſi eſt aliquid quod negat.Hiero. Igitur quia ꝓbauimus nō ignorare filium dei cōſummationis diē,cauſa reddenda eſt cur ignorare dicatur. Poſt reſurrectionē quidē interrogatus ab apoſtolis,de hac die ma

niſeſtius reſpōdit:Nō eſt veſtrū ſcire tempora & momēta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. In quo oſtēdit ꝙ ipſe ſciat,ſed nō expediat noſſe apoſtolis:vt ſemp incerti de aduentu iudicis ſic quotidie viuāt, quaſi die illa iudicandi ſint.Aug.ī.de tri.ꝙ ergo dicit:Neſcit,intelligēdum eſt neſcientes facit.i.ꝙ non ita ſciebat, vt tunc diſcipulis indicaret.ſicut dictū eſt ad Abraham:Nunc cognoui quoniam times deum .i. nūc feci vt cognoſceres. quia & ipſe ſibi in illa tentatione innotuit.Aug.de ver. do.Quōd autem dixit patrem ſcire, ideo dixit, quia in patre & filius ſcit: quid enim eſt in die quod nō in verbo factū ſit,per quod factus eſt dies?Aug.in lib.83.quę. Bene aūt accipitur quod dictū eſt,ſolum patrē ſcire,ſecūdum prædictū modū ſciendi,quia facit filiū ſcire:filiꝰ autem neſcire dicitur,quia nō facit hoſes ſcire. Orig. Vel aliter:Donec eccleſia quæ eſt corpꝰ Chriſti neſcit diem illum & horā,tandiu nec ipſe filius dicit diē illū &horā ſcire . Dicitur aūt ſcire ſecundū propriā ſignificationē, ſicut eſt in cōſuetudine ſcripturarū. Apoſtolus enim ſaluatorem dicit neſcientē peccatū,quia nō peccauit:prēparat autē filius ſcientiā diei illius & horā cohæredibꝰ ſuæ promiſſionis,vt oēs ſimul ſciāt.i. re ipſa experiātur in illa hora & die quę pręparauit deꝰ diligētibꝰ ſe.Baſi. Legi quoq; in cuiuſdā libro,filiū hunc nōvnigenitū,ſed adoptiuū debere intelligi:non enim vnigenito filio angelos prępoſuiſſet:ſic enim ait:Neq; angeli cælorū neq; filius.Aug.ad Eſie.Sic ergo euangeliū dicit: De die illa & hora nemo ſcit.Tu autem dicis:Ego autem dico,neque menſē,neq; annū aduentus ipſius ſcire poſſe: ita enī hoc videtur ſonare tanq̄ non poſſit ſciri quo anno vētu rus ſit : ſed poſſit ſciri qua hebdomada annorū , vel qua decade.tanq̄ dici poſſit atq; diffiniri inter illos ſeptē annos,aut decē,aut centum:vel quodlibet,ſeu maioris numeri,ſeu minoris.ſi autē hoc te non cōprehendiſſe prēſumis,hoc ſentis quod ego.Chry.in ho. Vt autem addiſcas,ꝙ non ignorātiæ ſuæ eſt ꝙ de die & hora iudicii tacet,aliud ſignū inducit cū ſubdit:Sicut aūt fuit in diebꝰ Noe,ita fiet aduentus filii hominis.Hoc autē dixit,oſtēdens ꝙ repente venit & inopinate, & pluribus laſciuiētibus.hoc enim & Paulus dicit:Cum dixerint pax & ſecuritas,tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. vnde & hic ſubditur:Sicut enim erāt in die il.ante dil.come. & bibentes.Rab. Nō igitur hic iuxta Martionis & Manichæi errorem coniugia vel alimenta damnantur, cùm in his,ſucceſſiōis:in illis,naturæ ſint poſita ſubſidia:ſed immoderatus licitorum vſus arguitur. Hiero. Quærit autem quomodo ſupra dictum eſt,Surget gens cōtra gētem,& regnum contra regnum,& erunt peſtilentiæ, & fames,& terræmotus:& nunc ea futura memorentur,q̄ pacis indicia ſunt? ſed æſtimādū quōd poſt pugnas &c. quibus vaſtatur genus humanū,breuis ſubſecutura pax ſit,quæ quieta omnia repromittit,vt fides credentiū cō probetur.Chry.in ho.Vel laſciuia erit & pax his,q̄ inſēſibiliter diſpoſiti ſunt:propter hoc non dixit Apoſt.Cū fuerit pax:ſed cum dixerint pax & ſecuritas:inſenſibili tatem eorum oſtendens, ſicut illorum q̄ fuerunt in diebus Noe:quoniā mali laſciuiebāt, non autē iuſti, ſed intribulatione & triſtitia pertranſibant. Hinc autē oſtendit quoniā cùm Antichriſtꝰ venerit, indecētes voluptates aſſumentur apud eos qui iniqui erunt,& de propria deſperabunt ſalute:& ideo exemplum ponit huic rei cō ueniens.Cum enim arca fabricaretur,præiacebat quidē in medio futura prædicēs mala.Mali aūt credentes ac ſi nullum fuiſſet futurū malū laſciuiebant: & quia futura apud multos creduntur,ex præteritis credibilia facit q̄ prædicit. Deinde aliud ſignum ponit per quod oſtēdit, & ꝙ inopinabiliter dies illę veniet,& quōd diem illum non ignorat,dicens:Tunc duo erunt in agro, vnus aſſu. & alter relinquetur.Ex quibus oſtenditur ꝙ aſſumentꝰ & relinquentur & ſerui & domini:& qui in ocio,& labore.Hilar.Vel duos in agro,duos populos fidelium & infidelium in ſecuro, tanq̄ in vitæ huius opere dies domini deprehendet:ſeparabuntur tamē relicto alio,& alio aſſumpto:in quo fidelium & infideliū deſtructio docetur.Dei enim ira ingraueſcente,ſancti in promptuario recondentur:perfidi vero ad cęleſtis ignis materiam relinquentur:de molentibꝰ etiam par ratio eſt.vnde ſequitur:Duę erunt molentes,&c. Mola enim opus legis eſt,ſed quia pars Iudæorū,vt per apoſtolos creditur, ita per Eliam eſt creditura,iuſtificanda per fidem:ideo vna per eandem fidem boni operis apprehendetur, alia vero infructuoſa legis opere relinquetur molens incaſſū, & non factura cæleſtis cibi panem.Hiero.Vel duo in agro pariter inuenientur eundem habentes laborem, & quaſi parem ſementem,ſed fructus laboris non ęquè recipientes.In duabus etiam quæ pariter molunt,vel ſynagogam intelligere debemus, vel eccleſiā : ꝙ ſimul morere videantur in lege, & de eiſdem ſcripturis ſanctis ſarinam terere præceptorum dei:vel cæteras hæreſes,quę aut de vtroq; teſtamento,aut a ltero videntur molere farinam doctrinarum ſuarum.Sequitur:Duo in le.vnꝰ aſſu.& vnus relin.Hilar.Duo autem in lecto ſunt eandem paſſionis dominicę requiem prædicantes,circa quā hæreticorum & catholicorum eadē confeſſio eſt : ſed quia vnitatem diuinitatis patris & filii catholicorum fides prædicabit,& hæreticorum falſitas impugnabit, fidem confeſſionis vtriusq; diuini arbitrii iudiciū comprobabit,vnum aſſumendo,& alium relinquendo. Remi. Vel his verbis tres ordines eccleſiæ demonſtrantur: per duos in agro , ordo prædicatorum , quibus commiſſus eſt ager eccleſiæ:per duos in mola,ordo coniugatorū, quæ dum per diuerſas curas nunc ad hæc, nunc ad illa flectū tur,quaſi molas in circuitu trahūt:per duos in lecto, or do continentium,quorū requies nomine lecti deſignat. In his aūt ordinib⁹ ſunt boni & mali,iuſti & iniuſti:& ideo ex eis quidā relinquentur, & quidam aſſumentur. Orige. Vel aliter: Corpus quidē quaſi infirmū in lecto eſt carnalium paſſionum,anima autē molit in graui molam mundi : vel corporis ſenſus in agro mūdi operantur.

Vigilate ergo , quia neſcitis qua hora dominus uenturus ſit.Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur uenturus eſſet,uigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam.Ideo & uos eſtote parati:quia qua neſcitis hora filius hominis uenturus eſt.

Hila. Perſpicuè oſtendit dominus quia ſupra dixit: De die autem illa nemo nouit niſi pater ſolus, quia ſcilicet nō expediebat apoſtolis ſcire, vt pendulę expectationis incerti, ſemper credāt eum eſſe venturū, quem ignorant,quando venturus ſit . & ideo quaſi ex ſuperioribus concludens,dicit: Vigi.er .quia neſcitis &c. Et non dixit:Quia neſcimus,ſed neſcitis .ſ. vt oſtendat ſe diem iudicii non ignorare.Chry.in ho. Vult autem eos ſemp in ſolicitudine eſſe,propter hoc dicit,Vigilate. Grego. Vigilat qui ad aſpectū veri luminis oculos aptos tenet. Vigilat,qui ſeruat operando quod credit. vigilat, qui à ſe torporis & negligētiæ tenebras repellit.Orig. Dicit autem qui ſimpliciior eſt, quoniam de ſecundo aduentu in quo venturus fuerat,hunc dicebat ſermonem:aliꝰ autem,ꝙ intelligibilem & futurum in ſenſum diſcipulorū verbi dicebat aduentum:quia nondum erat in ſenſu eorum,quēadmodū erat futurꝰ.Aug.ad Eſi. Nō ſolū aūt illis dixit vigilate,qbus tūc audientibꝰ loquebat:ſed etiā illis q̄ fuerūt poſt illos annos,& ad noſipſos, & q̄ erunt poſt nos vſq; ad nouiſſimū eiꝰ aduentū,qa ad oēs ptinet

quodammodo:tunc enimvnicuique veniet dies ille,cũ venerit eius dies vt talis hinc exeat, qualis iudicandus eſt illa die:ac per hoc vigilare debet omnis chriſtian⁹, ne imparatũ eum inueniat dñi aduentus. Imparatũ em̃ inueniet ille dies, quẽ imparatũ inuenerit ſuæ vitæ vlti ma dies. Orig. Vani aũt ſunt oẽs, ſiue qui conſummatio nem mũdi ſcire ſe profitẽtur quãdo erit, ſiue qui vitæ propriæ finẽ ſcire ſe gloriantur, quẽ nemo cognoſcere poteſt niſi ſpiritu ſancto illuminatus. Hiero. Præmiſſo aũt patrisfamilias exẽplo cur reticeat cõſummationis diẽ, manifeſtius docet cũ ſubdit: Illud au. ſci. qm̃ ſi ſci. paterfamilias &c. Orig. Paterfamilias domus, eſt ſenſus hoĩs: domus aũt eius eſt anima: fur autẽ diabol⁹. Eſt autem omnis ſermo cõtrarius qui non per naturalẽ introitum intrat ad animã negligentis, ſed quaſi qui foderit domũ, primũ deſtruens quædam naturalis ædificia animæ. i. naturales intellectus, & per ipſam dirutio nem ingreſſus ſpoliat animã. Aliquoties inuenit quis furem in ipſa perfoſſione, & comprehendẽs eum percuſſorẽ ſermonẽ immittens interficit ipſum. Non autẽ in die fur venit, quando illuminata eſt à ſole iuſtitiæ anima hoĩs ſtudioſi, ſed in nocte. i. in tẽpore adhuc malitiæ permanentis: in qua cũ fuerit aliquis poſſibile eſt & ſi non habuerit virtutẽ ſolis, quòd tamen illuſtretur ex aliquo ſplendore verbi, quod eſt lucerna, adhuc quidẽ manens in malitia, ſed tamẽ habens propoſitũ meliorũ & vigilãtium, ne perfodiatur hoc eius propoſitũ, vel in tempore tẽtationũ, vel in quarũcunque calamita tum maximè fur ſolet venire, volens perfodere animæ domũ. Grego. Vel neſciente patrefamilias fur domum perfodit, quia dũ à ſui cuſtodia ſpiritus dormierit, improuiſa mors veniens carnis noſtræ habitaculũ irrum pit, & eum quem dominũ domus dormientẽ inuenerit necat: quia dũ ventura damna ſpiritus minime præuidet, hunc mors ad ſuppliciũ neſcientem rapit. furi autẽ reſiſteret ſi vigilaret, quia aduentũ iudicis qui occultè animas rapit præcauens ei pœnitẽdo occurreret, ne im pœnitens periret. Horã verò vltimam idcirco domin⁹ voluit eſſe incognitam, vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta: vt dum illã præuidere minime poſſum⁹, ad illã ſine intermiſſione præparemur: propter quod ſequit: Ideoq; eſto. para. quia neſcitis &c. Chryſo. in ho. Hinc videtur confundere eos qui nõ tantũ ſtudiũ faciunt animæ ſuę, quantum ſtudent circa pecunias qui furem expectant.

Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore. Beatus ille ſeruus quẽ cũ venerit dominus eius, inuenerit ſic facientẽ. Amen dico uobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Si autẽ dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, moram facit dominus meus uenire, & cœperit percutere conſeruos ſuos, mãducet autem & bibat cum ebrioſis: ueniet dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum: partemq; eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentium.

Hila. Quãuis dominus ſuprà in cõmuni nos ad indefeſſam vigilãtię curam fuerit adhortatus, ſpecialem tamen populi principibus. i. epiſcopis in expectatione aduentuq; ſuo ſolicitudinẽ mandat. Hunc em̃ ſeruũ fidelem atque prudentẽ ppoſitũ familię ſignificat, cõmoda atque vtilitates populi ſibi commiſſi curantem. vnde dicit: Quis putas eſt fide. ſer. &c. Chry. in ho. Quod autẽ dicit: Quis putas, non eſt ignorãtis, inuenitur em̃ & pater interrogando loquens. vt cũ dicit: Adã vbi es? Remig. Nec enim ſignat hæc interrogatio impoſſibilitatem perficiendæ virtutis, ſed difficultatẽ. Glo. Rarus enim eſt fidelis ſeruus domino propter dominum ſeruiens, oues Chriſti non ad lucrũ, ſed pro amore Chriſti paſcens: prudẽs qui ſubditorũ capacitatẽ vitam & mores diſcutiat, quẽ conſtituat dominus, qui. ſ. ſit vocatus à deo, & non ſe iniecerit. Chry. in ho. Duo autem expetit ab huiuſmodi ſeruo. ſ. prudentiam & fidem. fidelem enim eũ dicit, quoniam nihil quod domini ſui eſt, ſibi propriũ fecit, nihil etiam de rebus ſui domini vanè & inaniter cõſumpſit. Prudentem aũt eum vocat, quoniã iam cognouit id ad quod oportet diſpenſare quę data ſunt. Orig. Vel qui in fide proficit, & ſi nondum in ea perfectus eſt, cõmuniter fidelis vocatur: & qui naturalẽ habet mentis velocitatem, dicitur prudens. Si quis autem conſideret, inueniet fideles multos & ſtudiũ fidei exercentes, non autem & prudentes: quoniam quę ſtulta ſunt mundi elegit deus. Et iterũ videbit alios veloces quidem eſſe & prudentes, modicę aũt fidei. Conuenire aũt in vnum fidelem atque prudentem rariſſimum eſt. Vt aũt in tẽpore det cibũ, neceſſariã habet quis prudentiam: vt autem non adimat cibos indigentium, op⁹ eſt fides. quoniã & ſecundũ ſimplicem intellectũ opus habemus vt fideles ſim⁹ ad diſpẽſandum eccleſiæ reddi tus, & non deuoremus quę ſunt viduarum: vt memores ſimus pauperum, & ne occaſionẽ accipientes ex eo qđ ſcriptum eſt: Dominus conſtituit his qui euangelium prædicant de euangelio viuere, amplius quæramus q̃ cibũ ſimplicem & neceſſaria veſtimenta, & vt nec amplius teneam⁹ nobis q̃ his qui neceſſitatem patiuntur. Prudentes autem vt prudenter intelligamus indigentium cauſas, ꝓpter quas ſunt indigentes, & vniuſcuiuſque dignitatem quõ educatus eſt, & quantũ neceſſariũ habet. Multa enim ſapientia opus eſt ei qui bene vult diſpenſare eccleſiaſticos redditus. Sit etiam fidelis ſeruus & prudens vt non effundat rationabilem & ſpiritualẽ cibum quibus non oportet, volens oſtendere ſe eſſe prudentẽ illis. ſ. qui magis neceſſariũ habẽt verbum quod mores eorũ ædificet, & vitã cõponat, q̃ quod illuminet ſcientiæ lucem: aut vt ne eis qui poſſunt acutius audire, pigeat exponere altiora: ne exponentes vilia cõtẽnantur ab his qui naturaliter ſunt ingenioſi, aut per exercitationẽ ſecularis ſapiẽtię acuti. Chry. in ho. Adaptatur etiam & ad principes ſeculares hæc parabola: vnumquenq; enim his quæ habet ad cõmunem vtilitatem vti oportet, non ad nocumentum conſeruorum, neque ad ꝓditionẽ ſuiipſius, ſiue habeat ſapiẽtiã, ſiue principatũ, ſiue aliud quodcunque. Raba. Dominus autem Chriſtus eſt, familia autẽ ſupra quam conſtituit, eſt eccleſia catholica. Difficile eſt ergo inuenire in vno & vt prudens ſit & fidelis, non aũt impoſſibile: nec em̃ beatificaret eum qui non poteſt eſſe, cũ ſubdit: Beatus ille ſeruus quem cũ venerit dominus eius, inuenerit ſic facientẽ. Hil. Id eſt præcepto domini ſui obediẽtẽ, vt doctrinę oportunitate verbũ vitæ æternitatis cibũ alẽdæ familiæ diſpenſet. Remig. Notandum aũtẽ quòd ſicut magna diſtantia eſt meritorũ inter bonos prędicatores & bonos auditores, ita magna diſtantia eſt præmiorũ. Bonos enim auditores ſi vigilantes inuenerit, faciet diſcumbere, vt Lucas dicit: Bonos autem prędicatores ſuper oĩa bona ſua conſtituet. vnde ſequitur: Amen dico vo. quoniã ſuper omnia bona ſua conſtituet eũ. Orige. vt. ſ. conregnet cum Chriſto, cui omnia ſua tradidit pater, ſicut boni patris filius ſuper omnẽ patris ſubſtantiam cõſtitutus, participat huiuſmodi dignitatẽ & gloriam fidelibus & prudentibus diſpenſatoribus ſuis, vt ſint & ipſi ſuper omnem creaturam. Raba. Non vt ſoli, ſed vt prę cęteris æterna ꝓmia habeant, tum pro ſua vita, tũ pro gregis cuſtodia. Hil. Vel ſuper omnia bona cõſtituetur. i. in dei gloria collocabitur, quia nihil eſt vltra quod melius ſit. Chry. Deinde non ſolũ ab honore qui imminet bonis, ſed à pœna quã minatur malis erudit auditorem cũ ſubdit: Si aũt dixe. malus &c. Aug. ad Eſichiũ: Ex moribus huius ſerui apparet animus eius, quos mores licet breuiter bonus magiſter curauit exprimere. i. ſuperbiam, cũ dicit: Et cœ. per. con. ſuos: atq; luxuriã, cũ dicit: Mãducet aũt &c. ne qđ dicebat, Moram facit domin⁹ meus, deſiderio ſui domini dicere crederetur. Quõ enim ardebat ille qui dixit: Sitiuit anima mea ad deum viuũ quando veniam. Dicendo enim quando veniã, moras ſe perpeti moleſtè ferebat: quia etiam quod tẽpore acceleratur, deſiderio tardum videtur. Orige. Peccat aũt in deum quicũque epiſcopus qui non quaſi cõſeruus miniſtrat, ſed quaſi dominus, & frequenter vt amarus dominus per vim dominatur, & nõ eſurientes ſuſcipit, ſed epulatur cum ebrioſis, & ſemper ſomniat, q̃ poſt multũ temporis vẽturus eſt dominus. Raba. Typicè etiam poteſt intelligi conſeruos percutere conſcientias infirmorũ, verbo vel exẽplo vitiare. Hiero. Quòd aũt dicit: Veniet domin⁹ ſer. illi. &c. Ad hoc dicit, vt ſciat quãdo non putatur dominus tunc eũ eſſe venturũ, & vigilantiæ ac ſolicitudinis diſpenſatores admonet. Porrò quòd dicit: Diuidet eũ, non eſt intelligendũ quòd gladio eũ diſſecet, ſed à ſanctorum conſortio eum ſeparet. Orig. Vel diuidet eum, quando ſpiritus eius. i. ſpirituale donum reuertetur ad deum qui dedit eũ. Anima autẽ cum corpore ſuo vadet in gehennã. Iuſtus autẽ non diuiditur, ſed anima eius vadit cũ ſpiritu. i. ſpirituali dono ad regna cęleſtia. Qui autem diuiduntur, non habent poſtmodũ in ſe partem ſpiritualis doni quæ erat à deo, ſed relinquetur pars quæ eſt ipſorum. i. anima quæ cũ corpore punietur. vnde ſequitur: Et partem eius ponet cum hypocritis. Hiero. Cum his videlicet qui erant in agro & qui molebant, & nihilominus derelicti ſunt. Sępè enim dicimus hypocritam aliud eſſe & aliud oſtendere, ſicut & in agro & in mola idem facere videbantur, ſed exitus diuerſæ voluntatis apparuit. Raba. Vel cũ hypocritis ſuſcipit partem ſuã, ſcilicet duplicem gehennæ pœnã. i. ignis & frigoris. vnde ſequitur: Ibi erit fletus & ſtridor dentiũ: ad ignẽ em̃ pertinet fletus oculorũ, ad frigus ſtridor dentium. Orige. Vel fletus erit eis qui malè in hoc mũdo ridẽtes fuerunt, & his qui requieuerunt irrationabiliter erit dentium ſtridor. nolentes enim dolores materialiter ſuffere, compulſi tormentis dentibus ſtridẽt. illi. ſ. qui manducauerunt acerbitatẽ malitiæ. Ex his autẽ cognoſcere eſt quoniã non ſolũ qui fideles ſunt & prudentes cõſtituit dominus ſuper familiã ſuam, ſed etiam malos: & quòd non ſoluat eos de hoc quòd conſtituti ſunt à domino ſuper familiam eius, ſed illud vt dent in tempore cibos, & vt abſtineant à ſpeculationibus & comeſſationibus. Aug. ad Eſic. Hoc autem ſeruo malo remoto qui proculdubio domini ſui odit aduentum, cõſtituamus ante oculos tres ſeruos bonos aduentũ domini ſui deſiderantes. Si vnus eorũ citius alter tardius dominũ ſuũ dicit eſſe venturũ, tertius de hac re ſuam ignorantiã cõfitetur, videmus tũ quia magis euangelio conſonet: vnde dicit vigilemus & oremus, quia citius venturus eſt dominus. Alter dicit: vigilemus quia breuis & incerta eſt vita iſta, quanuis tardius venturus dominus. Tertius dicit vigilemus, quia breuis & incerta eſt iſta vita, & neſcimus tẽpus quando venturus eſt domin⁹. Quid autẽ aliud hic dicit q̃ quòd cum audimus euangelium dicere: Vigilate, quia neſcitis qua hora venturus ſit dominus: oẽs quidem prę deſiderio regni dei hoc volunt eſſe verũ quod putat primus: deinde ſi factũ fuerit, gaudebit cum illo ſecundus & tertius: ſi autem factũ non fuerit, metuendum eſt ne inter ipſas moras perturbentur qui crediderant quod dixerat primus, & incipiant domini aduentũ non tardũ putare, ſed nullũ. Qui autẽ credit quod dicit ſecũdus tardius dominum eſſe venturum, ſi falſum fuerit nulli turbabũtur in fide, ſed inopinato gaudio perfruentur. Qui aũt quid horũ verũ ſit ignorare ſe confitetur, illud optat, hoc tolerat, in nullo eorũ errat, quia nil eorum aut affirmat, aut negat.

Quis ſet uus fide

Caſus pulcher

CAPVT XXV.

TVnc ſimile erit regnum cælorum decem uirginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecũ. Prudentes uerò, acceperunt oleum in uaſis ſuis cum lampadibus. Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes ac dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus uenit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerũt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lampades ſuas. Fatuæ autem, ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo ueſtro, quia lãpades noſtræ extinguuntur. Reſponderunt prudentes, dicentes: Ne fortè non ſufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes, & emite uobis. Dum autem irent emere, uenit ſponſus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſimè uerò ueniunt & reliquæ uirgines dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille reſpõdens ait: Amen dico uobis, neſcio uos. Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam.

Chryſoſto. In ſuperiori parabola dominus pœnam oſtendit eius qui percutiebat, & inebriabatur, & bona domini ſui diſpergebat. In hac autem parabola punitionem inducit etiã ei qui vtilitatẽ non affert, neque copioſè hæc quibus indiget ſibi prępparat. habebant em̃ fatuæ virgines oleum, ſed nõ copioſè. vnde dicitur: Tũc ſimile erit regnũ cæ. de. vir. Hila. Ideo aũt dicit: Tunc, quia de magno die domini de quo ſuprà agebatur, oĩs hic ſermo eſt. Chry. Regnũ autem cælorũ præſentis tẽporis eccleſia dicitur, ſicut & ibi: Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala. Hiero. Similitudinẽ autem decẽ virginum fatuarum atq; prudentium quidam ſimpliciter interpretantur in virginibus, quarum aliæ, iuxta apoſtolum, & corpore & mente ſunt virgines: aliæ virginitatẽ tantum corporũ reſeruantes, vel cætera opera non habent, vel parentum cuſtodia reſeruante nihilominus mente nupſerũt. Sed mihi videtur ex ſuperioribus eſſe alius ſenſus qui dicitur, & non ad virginalia corpora, ſed ad omne hominũ genus hanc cõparationẽ pertinere. Grego. in ho. In quinque enim corporis ſenſibus vnuſquiſque ſubſtit geminat⁹: geminat⁹ aũt quinarius denariũ perficit. Et quia ex vtroq; ſexu fideliũ multitudo colligitur, ſancta eccleſia decẽ virginibus ſimilis denũciatur, vbi mali cũ bonis, reprobi cum electis admixti ſunt, rectè ſimile virginibus prudẽtibus & fatuis perhibetur. Chry. in ho. Ideo autẽ ponit parabolam hãc in virginũ perſona, vt oſtendat quòd licet virginitas magnũ quid ſit, tamẽ ſi ab operibus miſericordiæ ſit deſerta, cũ adulteris foras eiicietur. Orige. Vel ſenſus omniũ qui receperunt verbũ dei virgines ſunt. Tale em̃ eſt verbum dei, vt de ſua mũditia accommodet omnibus qui per ſuam doctrinã receſſerunt ab idolorũ cultura, acceſſerũt aũt per Chriſtũ ad dei culturã. vnde ſequitur: Quæ acci. lamp. ſu. exier. &c. Accipiũt em̃ lampades ſuas. i. organa ſua naturalia, & egrediũt de mundo & erroribus, & veniũt obuiã ſaluatori qui ſemp paratus eſt venire, vt ingrediatur ſimul cũ dignis ad beatam ſponſam eccleſiã. Hil. Vel ſponſus atque ſponſa dominus noſter eſt in corpo-

re deus,nãque ſpiritui caro ſponſa eſt:lampades autem quas acceperunt,animarum ſplendentiũ lumen eſt,quę ſacramento baptiſmi ſplenduerunt.Augu. de verb.do. Vel lampades quæ manibus geſtantur , opera ſunt.dictum eſt enim : Luceant opera veſtra coram hominibus.Grego. Qui autem rectè credunt,& iuſtè viuunt, aſſimilantur quĩque prudẽtibus : qui autem profitẽtur quidẽ fidem Ieſu,non aũt præparantſe bonis operibus ad ſalutẽ,reliquis quinque virginibꝰ fatuis. vnde ſubditur:Quinque aũt ex eis erant fatuæ & quinque prudentes.

Senſus quinque ſpũales.

Hiero.Sunt enim quinque ſenſus qui feſtinant ad cęleſtia & ſuperna deſiderant. De viſu autem & auditu & tactu ſpecialiter dictũ eſt.Quod vidimus,quod audiuimus,quod oculis noſtris perſpeximus,& manus noſtræ palpauerunt.De guſtu: Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus.De odoratu:In odore vnguẽtorum tuorũ currimꝰ. Alii autẽ ſunt quinq; ſenſus terrenis fęcibus inhiantes.Augu.de ver.do.Vel per quinque virgines ſignificatur quinq; partita continentia à carnis illecebris . continendus eſt eñ animi appetitus à voluptate oculorũ,auriũ,olfaciendi,guſtandi & tangendi. Sed quia iſta continentia partim coram deo fit, vt illi placeatur in interiori gaudio conſciẽtiæ: partim coram hoĩbus tantũ,vt gloria humana capiatur: quinque dicũtur ſapientes,& quinq; ſtultę : vtręque tamen virgines,quia vtraque continentia eſt, quãuis diuerſo fomite gaudeat.Orig. Sicut aũt ſequũtur ſeipſas inuicem virtutes,& qui vnã habuerit,oẽs habeat:ſic & ſenſus oẽs alterutrũ ſe ſubſequũtur,ꝓpterea neceſſe eſt,vt aut oẽs quinq; ſenſus ſint prudentes,aut oẽs fatui.Hil. Vel abſolute in quinq; prudentibus & quinq; fatuis,fideliũ atq: infideliũ eſt conſtituta diuiſio. Grego.Notãdũ verò eſt ꝙ oẽs lampades habent, ſed non oẽs oleum habent.Sequitur eñ: Sed quinq; fatuæ acce.lamp.&c. Hila.Oleũ,boni operis fructus eſt : vaſa , humana ſunt corpora, intra quorũ viſcera theſaurꝰ bonæ cõſcientiæ recondẽdus eſt.Hiero.Oleũ ergo habent virgines,quæ iuxta fidẽ operibus adornantur : non habent oleũ quæ videntur ſimili quidẽ fide confiteri , ſed virtutũ opera negligunt.Aug.de ver.do.Vel per oleũ ipſam lætitiam ſignificari arbitror,ſecundũ illud: Vnxit te deus tuꝰ oleo exultationis.Qui ergo non propterea gaudet,quia deo intrinſecus placet, non habet oleũ ſecum : gaudiũ eim non habet dum continenter viuũt, niſi in laudibꝰ hominũ.Prudentes verò acce.oleũ cũ lampadibus.i.lętitiã bonorũ operum.In vaſis ſuis.i.in corde atque conſcientia poſuerũt,ſicut & apoſtolus monet: Probet,inquit,ſeipſum homo,& tunc gloriã habebit in ſeipſo,& nõ in altero. Chry. in ho. Vel oleũ hic vocat charitatẽ & eleemoſynam,& quodcunq;circa indigẽtes auxiliũ.

lãpades quid myſtice ſignent.

Lampades aũt vocat virginitatis chariſmata , propter hoc ꝙ ſtultas eas vocat,qm̃ maiorẽ ſuſtinentes laborẽ, propter minorẽ omnia perdiderunt:maiori enim labore vincitur carnis cupido,q̃ pecuniarũ.Orige.Vel oleũ eſt verbũ doctrinæ,quo vaſa animarũ implentur.Nihil eñ ſic cõfortat,ſicut moralis ſermo,qui oleum luminis appellatur.Prudentes ergo acceperunt huiuſmodi oleum, quod ſatis ſit eis, etiã tardante exitu , & morante verbo venire ad conſummationẽ eorum. Fatuæ autem acceperunt lampades,in primis quidẽ accenſas,ſed tantum oleũ non acceperunt , vt eis ſufficeret vſque ad finem,negligentes circa ſuſceptionẽ doctrinæ,quæ confortat fidẽ,& bonorum actuũ lumen illuminat.vnde ſequit:Moram autẽ fa.ſpon.&c.Aug.de ver.do.Ex vtroque enim genere hominum moriuntur hoc interuallo tẽporis,donec ſub aduẽtu domini fiat reſurrectio mortuorum.Greg.Dormire etenim mori eſt. Ante ſomnũ verò dormitare, eſt ante mortem à ſalute langueſcere: quia per põdus ægritudinis, peruenitur ad ſomnũ mortis. Hiero. Vel dormitauerunt.i.mortuæ ſunt. Conſequenter autẽ dicitur:Dormierũt,quia poſtea ſuſcitãdæ ſunt.Per hoc autem ꝙ dicit:Moram autẽ faci.ſpon.oſtẽdit quòd non parum tẽporis inter priorẽ & ſecundum domini aduentũ prætergreditur.Orig.Vel ſponſo tardante, & non cito veniente verbo ad conſummationẽ vitę,patiuntur aliquid ſenſus dormiẽtes,& quaſi in nocte mundi agentes:& dormierunt, vtputa remiſſius agentes à ſenſu illo vitali , non tamen lãpades perdiderunt,neque deſparauerunt de cõſeruatione olei illę prudentes. vnde ſequitur:Media autem nocte clamor factꝰ eſt &c.Hiero. Traditio Iudæorũ eſt , Chriſtum media nocte vẽturum in ſimilitudinẽ Aegyptii,quãdo paſcha celebratum eſt & exterminator venit: & dominus ſuper tabernacula tranſiit,& ſanguine agni poſtes noſtrarum frontiũ cõſecratæ ſunt. vnde reor & traditionẽ apoſtolicã permanſiſſe , vt die vigiliarum paſchæ ante noctis dimidium populum dimittere non liceat , expectantes Chriſti aduentũ:poſtq̃ illud tempus tranſierit,ſecuritate pręſumpta feſtũ cuncti agant diem. vnde Pſal. dicebat:Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi .

Mediæ noctis interpretatio

Augu.de ver.do.Vel media nocte.i, nullo ſciente aut ſperante.Hiero.Subito ergo quaſi intempeſta nocte,& ſecuris omnibus, quando grauiſſimus ſopor eſt per angelorum clamorem, & tubas præcedentium fortitudinũ Chriſti reſonabit aduentus. quod ſignificatur cũ dicit: Ecce ſpon.venit,exite obuiam ei.Hila. Tuba eñ excitante ſponſo tantũ obuiam proceditur . Erunt enim iã ambo vnũ.i.caro & deus,quia in gloriã ſpiritualem humilitas carnis transformata erat.Aug.de ver.domi.vel quod dicit ſponſo tantum obuiam venire virgines , ſic intelligendũ puto,vt ex ipſis virginibus conſtet ea quę dicitur ſponſa, tanquã ſi omnibus chriſtianis in eccleſia concurrentibus filii ad matrẽ currere dicantur,cùm ex ipſis filiis congregatis conſtet ea quę dicitur mater. Nunc enim deſponſata eſt eccleſia , & virgo eſt ad nuptias perducenda,illo tẽpore quo vniuerſa mortalitate in ea prætereunte, immortali coniunctione habeatur. Orig. Vel media nocte.i. in altitudine remiſſionis, factus eſt clamor omnes ſuſcitare volentium, ſicut exiſtimo angelorum,qui ſunt adminiſtratorii ſpiritus,intus clamantes in ſenſibus oĩm dormiẽtium. Ecce ſpon.ve. exite obuiam ei:& ſuggeſtionẽ quidem hãc omnes audierunt,& ſurrexerunt, non autẽ omnes decenter impoſuerũt lampadibus ſuis ornatum.vnde ſequit: Tunc ſurre.oẽs &c.Ornant autem lampades ſenſuũ euangelicis vſibus atque rectis . Qui autẽ malè vtunt ſenſibus, ornamentũ nullum habent in ſenſibꝰ.Grego. Vel tunc quidem oẽs virgines ſurgunt, quia & electi & reprobi à ſomno ſuæ mortis excitant.Lampades ornant , quia ſua ſecũ opera numerant,pro quibꝰ ęternã recipere beatitudinem expectant.Aug.de ver.do.Aptauerunt enim lampades ſuas.i.rationes reddendas operũ ſuorum.Hila. Vel lampadarum aſſumptio animarum eſt reditꝰ in corpora, earumq; lux eſt conſciẽtia boni operis elucẽs, quę vaſculis corporum continetur.Orig.Sed lampades fatuarum virginum extinguũtur,quia earũ opera, quæ clara hominibus foris apparuerant, in aduentu iudicis intus obſcurantur. vnde ſequitur: Fatuę autẽ ſapientibꝰ dixerunt , Date nobis de oleo &c. Quid eſt autẽ ꝙ tunc à prudentibꝰ oleum petunt, niſi quòd in aduentu iudicis cũ ſe intus vacuas inuenerint, teſtimoniũ foris quęrunt? ac ſi à ſua fiducia deceptæ , proximis dicant: Quia nos quaſi ſine opere repelli conſpicitis, dicite de noſtris operibus quod vidiſtis.Aug de ver.do. De con

ſuetudine enim id ſemper inquirit , vnde gaudere animus ſolet. Itaque hominũ qui corda non vident,teſtimonium volunt habere : pud deũ, qui cordis inſpector eſt, ſed quorũ facta aliena laude fulciuntur eadẽ ſubtracta deficiunt, vnde & earũ lampades extinguũtur: vel virgines quæ lampades ſuas queruntur extingui, oſtẽdunt eas ex parte lucere : & tamen non habent lumen indeficiẽs,nec opera perpetua.Si quis igitur habet animum virginalẽ,& amator eſt pudicitiæ, non debet mediocriter eſſe contentus his quæ cito exareſcunt, & orto caumate areſiunt:ſed perfectas virtutes ſequatur,vt lumen habeat ſempiternũ.Chry.in ho.Vel aliter: Non ſolũ verè virgines ſtultæ erant , quoniam hinc receſſerunt miſericordia carentes, ſed quia æſtimabant ibi ſe accepturas vbi importunè quęſierunt.Quanuis autem illis virginibus prudentibus nihil miſericordius ſit , quę propter miſericordiã maximè fuerunt approbatæ, non tamen ſtultæ virgines ſua petitione potitæ ſunt. Sequitur:Reſponderunt prudentes dicentes: Ne fortè &c. Hinc autem diſcimus ꝙ nullus noſtrũ adire poterit niſi operibus,cũ quibus inuenti erimus. Hiero.Nõ eñ hoc virgines prudẽtes de auaritia, ſed de timore reſpõdẽt . vñ quiſque pro ſuis operibꝰ mercedẽ accipiet, neq; poſſunt in die iudicii aliorũ virtutes , aliorũ vitia ſubleuare.Dãt autẽ prudẽtes cõſiliũ,vt nõ debeant ſine oleo lãpadarũ, ſpõſo occurrere. Et hoc eſt quod ſequit: Ite potius ad venden.& emite vobis. Hila. Vendentes hi ſunt qui miſericordia fideliũ indigentes,reddunt ex ſe petita cõmercia indigentiæ,ſua ſatietate boni operis noſtri conſcientiã venundantes.Hęc eſt enim indefeſſi luminis copioſa materia, quæ miſericordiæ fructibus emenda eſt & recondenda.Chry.in ho.Vides ergo quanta nobis ſit à pauperibus negociatio: pauperes autem non ſunt ibi,ſed hic. ideoq; hic oleum congregare oportet,vt illic vtile ſit cũ tẽpus nos vocet.Hiero.Venditur etiã hoc oleum & multo emitur precio,ac difficili labore conquiritur,quod non ſolum in eleemoſynis, ſed in cunctis virtutibus & conſiliis intelligimus magiſtrorum.Orige.Vel aliter: Etſi fatuæ erant,tamen hoc intelligebant, qm̃ cum lumine debebant obuiã ire ſpõſo,omnes lãpades ſenſuũ habentes illuminatas : videbant autem & illud , quoniã ex eo ꝙ minus habebant oleũ rationabile,iam propinquantibus tenebris lampades earũ fuerant obſcurãdæ. Sed ſapientes tranſmittũt fatuas ad olei venditores,videntes quoniã non tantum oleum.i.verbũ doctrinę congregauerãt,vt ſufficeret ipſis ad vitam,& illos docerẽt.vnde dicunt:Ite potius ad venden.i.ad doctores: & emite vobis.i.ab eis accipite: & pretium eſt perſeuerantia & amor diſcendi, & diligentia,& labor cupientiũ diſcere.Augu.de ver.do.Vel non ſunt putandæ dediſſe conſiliũ,ſed crimẽ earum ex obliquo cõmemoraſſe . Vendũt enim adulatores oleũ: qui ſiue falſa,ſiue ignorata laudando,animas in errores mittunt : & eis vana gaudia, tanquam fatuis conſiliando aliquã de his mercedẽ cõmodi temporalis accipiũt. Dicitur ergo:Ite ad venden.& emi.vo.i.videamus nũc quid vos adiuuent,qui vobis laudes vendere conſueuerunt.

Caſus pulcher

Dicunt autẽ:Ne for.non ſuf.no.& vo.Quia alieno teſtimonio nõ iuuatur quiſquã apud deũ,cui ſecreta cordis apparẽt,& vix quiſquã ſibi ſufficit,cui teſtimoniũ perhibeat conſcientia ſua. Hiero. Verum quia iam emendi tẽpus exceſſerat,& adueniente iudicii die locꝰ non erat pœnitentiæ,non noua patrare opera,ſed præteritorum rationẽ cogunt exoluere. vnde ſequitur:Dũ autẽ irent eme.ve.ſpon.&c.Hila. Nuptiæ autẽ immortalitatis aſſumptio eſt: & inter corruptionẽ atq; incorruptionem ex noua ſocietate coniunctio.Chryſ.in ho. Per hoc autem qđ dicit:Dũ irent emere, oſtendit quia & ſi miſericordes efficiamur poſt mortẽ, nihil hinc lucrabimur ad effugiendũ : ſicut nec diuiti profuit ꝙ factus eſt miſericors, & ſolicitus circa eos qui ſibi attinebant.Orig.Vel dicit:Dũ irent emere. eſt enim inuenire quoſdam qui qñ debuerũt neglexerunt aliquid vtile diſcere:in ipſo autẽ exitu vitæ ſuæ,dũ diſponunt diſcere,cõprehendunt à morte. Augu.de ver.do. Vel aliter: Euntibus illis emere.i. inclinantibꝰ ſe in ea quæ foris ſunt,& ſolitis gaudere quærentibus,quia gaudia interna non nouerãt,venit iſte qui iudicat.Et quę paratę erant.i.quibꝰ coram deo cõſcientia teſtimoniũ perhibebat.Intra.cũ eo ad nup.i.vbi munda anima,puro ac pfecto dei verbo fœcunda copulat.Hiero. Poſt iudicii autem diẽ bonorum operũ & iuſtitiæ occaſio non relinquitur.vnde ſequitur:Et clauſa eſt ianua. Augu.de ver. do.Receptis eñ illis qui ſunt in angelicã vitam cõmutati,clauditur aditꝰ ad regna cęlorum. non eñ poſt iudicium patet precũ ac meritorum locus.Hila. Et tamẽ cũ iam pœnitẽtiæ nullũ eſt tẽpus,fatuæ occurrunt, aperiri ſibi aditum rogãt.vñ ſequit: Nouiſ.autem veniunt &c.Hiero. Egregia in domino appellatione cõfeſſio iudiciũ fidei eſt. Sed quid prodeſt voce inuocare quẽ operibus neges?Greg. Dolore autẽ repulſionis cõpulſæ appellationẽ ingeminãt dñationis, inuocando patrẽ,cuiꝰ in vita ſua miſericordiã contẽpſerunt. Aug. de ver.do. Non autem dictum eſt ꝙ emerunt oleum , & ideo intelligendæ ſunt nullo iã remanente de alienis laudibꝰ gaudio, in anguſtiis & magnis afflictionibus redire ad implorationẽ dei.ſed magna eius eſt ſeueritas poſt iudiciũ, cuius ante iudicium ineffabilis miſericordia pręrogata eſt.Propter quod ſequitur: At ille reſpondens ait: Amen di.vo.neſcio vos.Ex illa.ſ.regula,quia nõ habet ars dei.i. eius ſapiẽtia vt intrẽt in gaudium eius qui nõ corã deo,ſed vt placerent hoĩbus conati ſunt aliquid ſecundũ præcepta eius operari.Hiero . Nouit eñ dominus eos qui ſunt eius,& qui ignorat ignorabit.& licet virgines ſint vel corporis puritate, vel veræ fidei confeſſione:tamen quia oleum non habent,ignorant à ſpõſo.Ex hoc autẽ quod infert: Vigilate itaq; , quia neſcitis diem neq; horã,intelligit vniuerſa quæ dicta ſunt eſſe præmiſſa,vt quia ignoramꝰ iudicii diem,ſolicitè nobis lumẽ bonorum operum ꝑparemus. Aug.de ver.do. Non autem ſolum illius futuri temporis quo venturus eſt ſpõſus,ſed ſuæ quiſque dormitionis diem & horam neſcit:ad quã quiſquis paratꝰ eſt,etiã paratus inuenitur cùm illa vox ſonuerit,qua oẽs euigilaturi ſunt. Augu. ad Eſic. Non defuerunt autẽ qui docere voluerunt has quinq;,& quinq; virgines ad hunc eiꝰ aduentũ,q̃ nunc fit per eccleſiã,pertinere:ſed hæc nõ ſunt temerè pollicenda, ne aliquid occurrat quod valide contradicat.

Sicut enim homo peregrè proficiſcẽs,uocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua . Et uni dedit quinque talenta , alij autẽ duo,alij uerò unũ,unicuique ſecundum propriam uirtutem,& profectus eſt ſtatim. Abijt autẽ qui quinque talẽta acceperat: & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Similiter et qui duo acceperat,lucratus eſt alia duo.Qui aũt unũ acceperat,abiens,fodit in terrã,& abſcondit pecuniam domini ſui.Poſt multũ uerò temporis uenit dominus ſeruorum illorũ,& poſuit rationẽ cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta,dicens:Domine,quinque talenta tradidiſti mihi:ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituã:intra in gaudium domini tui . Acceßit autem & qui duo talẽta acceperat, & ait:Domine duo talenta tradidiſti mihi,ecce alia

Universidad de Deusto
Biblioteca

duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te cõstituam, intra in gaudiũ domini tui. Accedẽs autẽ & qui unũ talẽtum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti: & timẽs abij, & abscondi talentum tuũ in terra. Ecce habes quod tuũ est. Respondens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas quia meto ubi nõ semino, & congrego ubi non sparsi. Oportuit ergo te committere pecuniã meam nummulãrijs, & ueniens ego recepissem utique quod meũ est cum usura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decẽ talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei aũt qui non habet, & quod uidetur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium.

Glo. In præcedenti parabola demõstrata est eorum condẽnatio, qui oleum sibi sufficienter non præparauerant, siue per oleum nitor operũ, siue gaudium conscientiæ, siue eleemosyna quæ est per pecuniam, intelligat. Hæc autem parabola inducitur cõtra eos qui non solũ pecuniis, sed nec verbo, nec alio modo prodesse proximis volunt, sed omnia occultant. vnde dicit: Sicut ẽm homo &c. Greg. Homo aũt iste, qui peregrẽ proficiscitur, redẽptor noster est, qui in ea carne quam assumpserat, abiit in cælũ. Carnis ẽm locus ꝓprius terra est, quę quasi ad peregrinandũ ducit, cũ per redemptorẽ nostrũ in cælo collocatur. Orig. Secundum ẽm diuinitatis suę naturã non peregrinat, sed secundũ dispensationẽ corporis quod suscepit. Qui enim dicit discipulis suis: Ecce ego vobiscũ sum vsque ad cõsummationẽ seculi, vnigenitus dei est, qui nõ est corporeo habitu circũclusus: hoc aũt dicentes nõ soluimus Iesum, sed vnicuiq; substantiæ ꝓprietatẽ eius saluamus. Possumus & talia dicere, quòd peregrinat dominus per fidẽ ambulantib⁹, & nõ per speciẽ: si aũt peregrinantes à corpore cũ domino fuerimus, tũc & ipse erit nobiscũ. Simul etiã considera, quòd nõ videt redditio sermonis ita cõscripta, sicut homo peregrinans, ita ego aut filius hoĩs. qm̃ ipse est qui in parabola ꝓponitur peregrinãs quasi hõ, non sicut filius dei. Hiero. Vocatis autẽ apostolis doctrinã eis euãgeliorũ tradidit, nõ quasi pro largitate & parcitate alteri plus & alteri minus tribuens, sed pro accipiẽtium viribus. quõ & apostolus eos qui solidũ cibum capere non poterãt, lacte potasse se dicit. vnde sequitur: Et vnidedit quinq; talenta, alii autẽ &c. Chryso. In quinq;, & duobus, & vno talento, diuersas gratias intelligimus, quæ vnicuiq; traditæ sunt. Orig. Si qñ ẽm videris eorũ qui acceperunt à Christo dispensationẽ eloquiorũ dei, alios quidẽ habere amplius, alios aũt minus: & vt ita dicam, neq; in dimidio intelligentes rerum negotia cõparatione meliorũ, alios autẽ adhuc minus habere: videbis differentias eorũ, qui eloquia domini susceperũt à Christo: qm̃ alia fuit virt⁹ eorũ quib⁹ data sunt quinque talẽta, alia quibus duo, alia quibus vnũ, & alter alterius non capiebat mensurã: & qui accepit talentum vnũ, acceperit quidẽ datũ nõ contẽptibile. Multũ est ẽm & vnum talẽtum talis dñi: tamen tres sunt proprii serui, sicut tria sunt genera eorũ qui fructũ faciũt: & quinque quidẽ accepit talenta, qui oĩa sensibilia scripturarũ potest adducere ad sensus diuiniores: duo autẽ, qui est corporalẽ doctrinã edoctus. duo enim videt carnalis numerus esse: sed adhuc minus potenti vnum talentum paterfamilias dedit. Grego. Vel aliter: Quinque talentis, dona quinq; sensuum. i. exteriorum scientia exprimit: duobus verò, intellectus & operatio designatur: vnius autẽ talenti noĩe, intellectus tantũ designat. Sequitur: Et profectus est statim. Glo. Non locũ mutans, sed liberam eis operãdi potestatẽ permittẽs, & suo arbitrio relinquens. Sequitur: Abiit autẽ qui quin. ta. ac. &c. Hiero. Acceptis ẽm terrenis sensibus, cælestiũ sibi notitiã duplicauit, ex creaturis intelligens creatorẽ, ex corporalibus incorporalia, ex breuib⁹ sempiterna. Grego. Sunt etiã nonnulli, qui & si interna ac mystica penetrare nesciunt, pro intẽtione tamen supernæ patrię docent recta quę possunt de ipsis exterioribus quos acceperunt: dumq; se à carnis petulantia, à terrenarum rerũ ambitu, atq; à visibiliũ voluptate custodiunt, ab his etiam alios admonendo cõpescunt. Orig. Vel qui habẽt sensus exercitatos conuersati salutariter, & ad maiorẽ scientiã seipsos erigentes, & studiosẽ docentes, lucrati sunt alia quinque. quia nemo facilè additamentũ accipit virtutis alterius, nisi eius quã habet, & quanta ipse scit, tanta alterũ docet, & nõ amplius. Hila. Vel seruus ille qui quinq; talenta accipit, populus ex lege credentiũ est: ex qua ꝓfectus meritũ ipsius rectè impleta euangelicæ fidei operatione duplicauit. Sequitur: Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Grego. Sunt ẽm nonnulli qui dũ intelligendo & operando aliis ꝓdicant, quasi duplicatũ de negotio lucrũ reportant, quia dũ vtriq; sexui prædicatio impendit, quasi accepta talẽta geminantur. Orige. Vel lucrati sunt alia duo. i. corporalẽ æditionẽ & aliam paulò sublimiorẽ. Hila. Vel ille seruus, cui duo talẽta cõmissa sunt, gentiũ populus est, fide atq; confessione & filii iustificatus & patris, dñm nostrum Iesum Christũ deum atq; hoĩem ex spiritu & carne confessus est. Hæc ergo huic sunt duo talẽta commissa. Sed vt populus Iudæorũ oẽ sacramentũ quod in quinq; talentis. i. in lege cognouerat, idipsum fide euãgelii duplicauit: ita iste incremento duorũ talentorum intellectum atq; operationẽ ꝓmeruit. Sequit: Qui aũt vnũ acce. abiẽs &c. Greg. Talentũ quippe in terra abscondere, est acceptum ingeniũ in terrenis actibus implicare. Orig. Vel aliter: Si quando videris aliquẽ, qui virtutẽ habet docendi & animabus proficiendi, & hãc virtutẽ occultat: quanuis habeat quandã religionẽ cõuersationis, nõ dubites dicere talẽ esse qui accepit vnũ talentum, & abscondit ipsum in terra. Hila. Vel iste seruus qui vnũ talentũ accepit, & in terra recondidit, populus est in lege ꝓsistens, qui ꝓpter inuidiam saluandarum gentiũ in terra acceptum talẽtum absc̃odit: In terra ẽm talẽtum abscondere, est nouæ prædicationis gloriã sub obtrectatione corporeæ passionis occultare. Sequitur: Post mul. ve. tẽpo. &c. In ratione autẽ ponenda iudicii examen est. Orig. Et obserua in hoc loco, quoniã non serui ad dominum vadunt vt iudicẽtur, sed domin⁹ venit ad eos, cũ tempus fuerit impletũ, de quo dicit: Post multũ verò tẽporis. i. postq̃ dimisit aptos ad negotiandum animarum salutẽ: & ideo forsitan non facilè inueniẽt quis ex eis qui apti fuerint ad huiusmodi opus, vt cito transeant de hac vita, sicut est manifestũ ex eo quòd & apostoli senuerunt. Ex quibus dicit ad Petrum: Cũ senueris, extendes manum tuã. de Paulo autẽ dictum est ad Philemonem: Nunc autẽ vt Paulus senex. Chry. in ho. Vide & dñm vbique nõ cõfestim expetentẽ rationẽ vt discas eius lõganimitatẽ. Mihi autẽ videtur quòd resurrectionẽ occultè insinuans hoc dixit. Hiero. Ideo ergo dicit: Post multum temporis, quia grande tẽpus est inter ascensionẽ saluatoris, & secundũ eius aduentum. Greg. Hæc autẽ lectio huius euangelii cõsiderare nos admonet, ne qui pl⁹ cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernunt, ab auctore mundi grauiꝰ iudicẽtur. Cùm enim augentur dona, rationes etiã crescunt donorum. Tantò ergo humilior quisque debet esse ex munere, quantò se obligatiorẽ esse conspicit in reddenda ratione. Orig. Fiducia autẽ fecit eũ qui quinque talenta acceperat audire, vt ad dominum prius accederet. Sequitur enim: Et acce. qui quin. tal. &c. Grego. Seruus ergo qui geminata talenta retulit, laudatur à domino, atque ad æternã remunerationẽ perducitur. vnde subditur: Ait illi dominus: Euge. Raba. Euge, interiectio est lætantis, per quod gaudiũ suum dñs insinuat, qui bene laborantẽ seruum ad gaudiũ æternũ inuitat, de quo propheta ait: Lætificabis nos in gaudio cũ vultu tuo. Chry. in ho. Serue bone, q̃ de bono loquitur quod est ad ꝓximum. Et fidelis, quia nihil eorũ quę sunt domini sibi appropriauit. Hiero. Dicit autẽ, Super pauca fuisti fidelis, quia oĩa quæ in præsenti habemus, licet magna videant & plurima, tamen comparatione futurorũ parua & pauca sunt. Grego. Sed tunc fidelis seruus supra multa constituitur, quando deuicta omnis corruptionis molestia, de æternis gaudiis in illa cælesti sede gloriat. Tunc etiam ad domini sui gaudiũ perfectè intromittitur, quando in æterna illa patria assumptus atq; angelorũ cœtibus admixtus, sic interius gaudet de munere, vt non sit quod exterius doleat iam de corruptione. Hiero. Quid aũt potest maius dari fideli seruo, q̃ esse cum dño & videre gaudium dñi sui? Chry. in ho. Per hoc ẽm verbum oẽm beatitudinem ostẽdit. Aug. 1. de tri. Hoc eĩ erit plenũ gaudium nostrum, quo amplius non est, frui deo trinitate, ad cuius imaginẽ facti sumus. Hiero. Vtrique autem seruo & qui de quinque talẽtis decẽ fecerat, & qui de duobus quatuor, idẽ patrisfamilias sermo blandit. Vtrunq; etiam simili recipit gaudio non cõsiderans lucri magnitudinẽ, sed stu dii volũtatẽ. vnde sequitur: Accessit autẽ & qui duo talen. acce. Orig. Quod autem dicit, vel in eo qui quinq; talenta acceperat, vel in isto qui duo accedens, intellige accessum transitũ de hoc mũdo ad illũ: & vide quoniam eadẽ dicta sunt ambobus, ne fortè & qui minorẽ habuit virtutẽ, & totam illã, quam habuit, secundũ ꝙ oportebat, exercuit, nihil min⁹ habiturus sit apud deũ, q̃ ille qui fuerit in maiori virtute. Hoc enim solũ quęritur vt quicquid habuerit homo ex deo, toto eo vtat ad gloriã dei. Grego. Seruus aũt qui operari de talento noluit, ad dñm cum verbis excusationis redit. vñ subditur: Acce. aũt &c. Hiero. Verè ẽm hoc quod scriptum est: Ad excusandas excusatiões in peccatis, etiam huic seruo contigit, vt ad pigritiã & negligentiã, superbiæ quoq; crimen accederet. Qui enim debuit simpliciter inertiam confiteri, & orare patrẽfamilias, econuerso calumniat, & dicit se prudenti fecisse consilio: ne dum lucra pecuniæ quæreret, etiã de sorte periclitaretur. Orige. Videtur ẽm mihi iste seruus fuisse inter credentes quidẽ non autem fiducaliter agentes, sed latere volentes & omnia facientes vt non cognoscantur quasi christiani. adhuc vident mihi qui hmõi sunt timorẽ dei habere: & sapere de eo quasi de aliquo austero & implacabili. hoc ẽm signat cũ dicit: Domine, scio quia hõ durus es. Intelligimus autẽ ꝙ verè dominus noster metit vbi nõ seminauit: qm̃ iustus seminat in spiritu, ex quo metet vitam æternã. Metit etiam vbi non seminat, & congregat vbi non spargit: quia sibi cõputat esse collata quæcunq; in pauperibus fuerint seminata. Hier. Ex eo etiã ꝙ hic seruꝰ ausus est dicere: Metis vbi non seminasti, intelligimus etiã & gentiliũ philosophorum botanam vitã recipere dñm. Grego. Sunt autem pleriq; intra ecclesiam, quorũ iste seruꝰ imaginem tenet, qui melioris vitæ vias aggredi metuũt, & tamen iacere in sui corporis ignauia non pertimescunt. Cũq; se peccatores considerant, sanctitatis vias arripere trepidant, & remanere in suis iniquitatibus non formidant. Hila. Vel per hunc seruũ intelligitur populus Iudęorum, in lege persistens, qui dicit: Timui te, tanq̃ metu veterum ꝓceptorũ, ab vsu euãgelicæ libertatis abstineat, dicatq̃: Ecce quod tuũ est: velut in his quæ à dño præcepta sunt, fuerit immoratus, cũ tamen sciuerit metendos illic iustitiæ fructus vbi lex sata non sit: & colligendos ex gentibus qui non ex Abrahæ sint stirpe dispersi. Hier. Sed quod putauerat se pro excusatiõe dixisse, in culpã propriam vertitur. vnde sequtur: Respondens aũt dñs eius, di ei: Ser. ma. Seruꝰ autem malus appellatur, quia calumniam dño fecit: Piger, qa talentum noluit duplicare: vt in altero superbię, in altero negligẽtię condẽnetur. Si, inquit, durum & crudelẽ me noueras, & aliena sectari: tu scires me mea diligentius quæsiturũ, & dares pecuniam meam siue argentum nũmulariis: vtrunq; ẽm argyriũ græcus sermo significat. Eloquia, inquit, eloquia casta, argentum igne examinatum: pecunia ergo & argentum, prædicatio euangelii & sermo diuinus est, qui dari debuit nũmulariis. i. vel cæteris doctoribus quod fecerunt apostoli, per singulas prouincias presbyteros & episcopos ordinãtes: vel cunctis credẽtibus qui possunt pecuniã duplicare, & cum vsuris reddere: vt quicquid sermone didicerant, opere explerent. Greg. Sicut ergo periculum doctorum aspicit, si dominicã pecuniã teneant: ita & auditorum. qa cum vsuris ab eis exigitur quod audierunt, vt. s. ex eo quod audiunt, etiam studeant intelligere non audita. Orig. Nõ autem cõfessus est dominus se esse durum sicut ille arbitrabat, cæteris autem eius sermonibus cõcessit. Sed verè durus est his qui misericordia dei abutunt ad negligentiã suam, non ad conuersionẽ. Grego. Pigrum verò seruũ, qua sententia dominus feriat, audiamus: Tollite itaq; ab eo talentum, & date ei qui habet decẽ talẽta. Orig. Potest quidẽ dñs suæ diuinitatis virtute auferre sufficientiam ab eo qui pigrius est ea vsus, & dare ei qui eam multiplicauit. Grego. Opportunũ autẽ videbatur vt ei potius qui duo, quàm qui quinq; talẽta acceperat, daretur. Illi ẽm dari debuit, qui minus habebat: sed cũ per quinque talenta exteriorũ scientia designet, per duo autẽ intellectus & operatio: plus habuit qui duo, q̃ qui quinque talenta acceperat. quia qui per talenta quinque exteriorum administrationẽ meruit, ab intellectu æternorum adhuc vacuus fuit. Vnum ergo talentũ, per quod intellectũ significari diximus, illi dari debuit qui bene exteriora, quæ acceperat, ministrauit: quod quotidie in sancta ecclesia cernimus, vt etiam de interna intelligentia polleant, qui exteriora fideliter administrant. Hiero. Vel datur ei qui decẽ talenta fecerat, vt intelligam⁹ licet æquale sit dñi gaudium in vtriusque labore, eius scilicet qui quinque & qui duo duplicauit, tamen magis deberi præmium ei qui plus in domini pecunia laborauit. Grego. Generalis etiam mox sententia subditur, qua dicitur: Omni enim ha. da. &c. Quisquis autẽ charitatẽ habet, alia etiã dona pcipit: quisquis aũt charitatẽ nõ habet, etiã dona q̃ percepisse videbatur amittit. Chry. in ho. Qui etiam gratiã sermonis & doctrinæ ad proficiendũ habet, non vtẽs ea, gratiam perdit: qui autẽ studium adhibet, ampli⁹ attrahit donum. Hiero. Multi etiã cùm sint sapientes naturaliter, & habeant acumen ingenii, si fuerint negligẽtes, & desidia bonum naturæ corruperint, ad cõparationẽ eius qui paulũ tardior labore & industria cõpensauit quod minꝰ habuit, perdunt bonum naturæ, & præmium quod eis fuerat repromissum vidett ranire ad alios. Põt etiã sic intelligi: Et qui fidẽ habet & bonã in dño volũtatem, etiam si quid minus vt homo in opere habuerit, dabi-

Tria genera fructificantium.

Fictio christianorũ dãnabilis.

Noia laboris & dustriæ fructum

tur à bono iudice..Qui aũt fidem nõ habuerit, etiã cæteras virtutes,quas videbaſ naturaliter poſſidere, perdet.Et eleganter inquit: Quod videtur habere aufertur ab eo:quicquid enim ſine fide Chriſti eſt, nõ ei debet imputari,qui malè eo abuſus eſt, ſed illi qui etiam malo ſeruo naturæ bonũ tribuit. Grego. Vel quiſquis charitatẽ non habet, etiã ea quæ percepiſſe videbatur amittit.Hila.Habentibus etiã vſum euangeliorũ, & legis honor reddit.non habẽti autem fidem Chriſti, etiã qđ ex lege ſibi eſſe videbatur honoris,auferetur.Chry. in ho.Seruus autẽ malus non ſolũ damno punitur, ſed etiã intolerabili pœna,& cũ pœna accuſabili denuncia tione. vnde ſequit:Et inutilẽ ſeruũ eiicite in tenebras. Orig.Vbi.ſ.nulla illuminatio eſt, forſitan nec corporalis,nec eſt reſpectio dei illic: ſed quaſi indigni ſpeculatione dei, qui talia peccauerunt, condemnantur in his quæ exteriores tenebræ appellantur.Legimus etiã aliquem ante nos exponentem de tenebris abyſſi,quę eſt extra mundũ: vt quaſi indigni toto mundo in abyſſum illam foras eiiciantur,in qua ſunt tenebræ,nemine eas illuminãte.Greg.Et ſic per pœnã in tenebras exteriores cadet, qui per ſuã culpã ſponte in interiores tenebras decidit. Hier.Quid ſit autẽ fletus & ſtridor dentium ſupra diximus.Chry.in ho. Vide autẽ quia nõ ſolum qui rapit aliena,aut qui mala operatur, punitur vltima pœna,ſed etiã qni bona nõ facit. Greg.Habẽs igitur intellectũ,curet omnino ne taceat:habens rerũ affluentiã à miſericordia nõ torpeſcat: habẽs artẽ qua regitur,vſum illius cũ proximo partiatur: habẽs loquẽdi locum,apud diuitẽ pro pauperibus intercedat.Talenti enim nomine cuilibet reputabitur, quod vel minimũ accipiet.Orig. Si autem diſplicet tibi quod dicitur, ſi propter quod nõ docuit quis iudicatur,recordare illud apoſtoli:Væ mihi eſt,ſi non euangelizauero.

Cum autem uenerit filius hominis in maieſtate ſua,& omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: & congregabuntur ante eum omnes gẽtes,& ſeparabit eos abinuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis: & ſtatuet quidem oues à dextris ſuis,hœdos autem à ſiniſtris.Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei,poſſidete paratum uobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim,& dediſtis mihi manducare.Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram,& collegiſtis me.Nudus,& operuiſtis me.Infirmus,& uiſitaſtis me.In carcere eram,& ueniſtis ad me.Tunc reſpondebunt ei iuſti,dicentes:Domine,quando te uidimus eſurientem,& pauimus:ſitientem, & dedimus tibi potum? Quãdo autem te uidimus hoſpitem,& collegimus te:aut nudum,& cooperuimus te? Aut quãdo te uidimus infirmum,aut in carcere,& uenimus ad te?Et reſpondens rex, dicet illis:Amen dico uobis,quandiu feciſtis uni de fratribus his meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt:Diſcedite à me maledicti in ignem æternũ: qui paratus eſt diabolo,& angelis eius.Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare.Sitiui,& non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram,& non collegiſtis me.Nudus,& nõ operuiſtis me. Infirmus & in carcere, & non uiſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi,dicentes:Domine,quando te uidimus eſurientem,aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere,& non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis,dicens:Amen dico uobis, quandiu non feciſtis uni de minoribus his,nec mihi feciſtis.

Raba.Poſt parabolas de fine mundi, iam exequitur dñs modum futuri iudicii.Chry.ĩ ho.Eſt aũt hæc pars delectabiliſſima, quã continuè in animo vertẽtes cum ſtudio audiamus,&omni cõpunctione:nã & ipſe Chriſtus terribilius & lucidiꝰ hunc pertractat ſermonẽ. Idcirco non dicit de cætero:Simile factũ eſt regnum cælorum,ſed reuelatè ſeipſum oſtendit,dicens:Cũm autem ve.fi.ho.&c.Hiero.Poſt biduũ quidem paſcha facturus & tradendus cruci & illudendus ab hominibus, rectè promittit gloriã triũphantis:vt ſecutura ſcandala pollicitationis prẽmio compenſaret. Et notandum q̃ qui maieſtate cernendus eſt,filius hoĩs ſit.Aug. ſuperIoan. In forma enim humana videbunt eũ impii: videbũt & ad dexterã poſiti. In iudicio enim apparebit in forma, quã ex nobis accepit: ſed poſtea futurũ eſt vt videatur in forma dei,quam ſciunt oẽs fideles.Remig. Deſtruitur autẽ his verbis illorũ error, qui dixerunt dñm non in eadẽ forma ſerui manere:maieſtatem aũt appellat diuinitatẽ, qua æqualis eſt patri & ſpiritui ſancto. Orig. Vel quia cum gloria huc reuertetur, vt corpus eius ſit quale fuit cũ transfiguratus fuit in monte. Sedes autẽ eius,aut quidam perfectiores ſanctorũ dicuntur:de quibus ſcriptũ eſt:Quoniam illic ſederũt ſedes in iudicio: aut quędam virtutes angelicæ,de quibus dicitur: Siue throni,ſiue dominationes.Aug.20.de ciui.dei.Deſcendet emꝫ cũ angelis quos aduocabit de ſupernis locis ad faciendũ iudicium. vnde dicitur: Et oẽs angeli eius cũ eo.Chry.in ho. Omnes emꝫ angeli cum ipſo aderunt teſtantes & ipſi quantũ adminiſtrauerunt miſſi à domino ad hominũ ſalutem. Aug. de pœui. Vel angelorum nomine ſignificauit hoĩes, qui cum Chriſto iudicabũt. Angeli emꝫ nuncii ſunt.Nuncios autẽ rectiſſimè accipimus omnes qui ſalutẽ cælestem hoĩbus nunciauerunt. Sequitur:Et congregabuntur &c.Rem. His verbis vera hominis futura demonſtratur reſurrectio.Augu.20. de ciui.dei. Hęc autem congregatio per miniſteriũ angelicũ fiet; quibus in Pſalm. dicitur: Congregate illi ſanctos eius.Orig. Vel nõ localiter intelligamus quòd congregabuntur ante eum oẽs gentes,ſed quia iam nõ erunt diſperſę in dogmatibus falſis & multis de eo.Manifeſta enim fiet diuinitas Chriſti: vt nõ ſolũ nullus iuſtorũ,ſed nec aliquis peccatorũ ignoret. Non emꝫ in ali quo loco apparebit filius dei, & in altero non apparebit,ſicut ipſe ſecundũ comparationẽ fulguris voluit demonſtrare. quandiu ergo iniqui nec ſe cognoſcunt nec Chriſtũ,vel iuſti per ſpeculũ in ænigmate vident:tãdiu non ſunt ſegregati boni à malis.Cũ autem propter manifeſtationẽ filii dei oẽs ad intellectũ venerint ſuũ,tunc ſaluator ſegregabit bonos à malis.vnde ſequit:Et ſepara.eos abin.&.Quia & peccatores cognoſcent ſua delicta, & iuſti manifeſtè videbunt ſemina iuſtitiæ ſuæ, ad qualem eos perduxerint finẽ. Oues aũt dicti ſunt q̃ ſaluantur propter manſuetudinẽ, quam didicerunt ab eo qui dicit:Diſcite à me,quia mitis ſum: & ꝓpter qđ vſque ad occiſionẽ parati fuerunt venire imitãtes Chriſtũ, qui ſicut ouis ad occiſionem ductus eſt. Hœdi autẽ dicuntur mali qui aſpera & dura ſaxa aſcendunt,& per præcipitia eorũ incedunt.Chry.in home.Vel hos vocat hœdos,illos autem oues:vt horũ infructuoſitatem oſtẽdat,nullus emꝫ fit ab hœdis fructus: illorũ aũt vtilitatẽ, multus enim eſt ouiũ fructus:& lana, & à lacte,& à fœtibus,qui parturiuntur.Nomine autẽ ouis in ſcripturis diuinis ſimplicitas, & innocentia ſolet deſignari. Pulchrèenim in hoc loco per oues electi deſignantur.Hiero.Hœdus aũt laſciuum eſt animal & feruẽs ſemper ad coitum,& ſemper pro peccatis offertur in lege. Nec dicit capras quæ poſſunt habere fœtꝰ, & tonſæ egrediuntur de lauacro.Chry.in ho. Deinde ſegregat eos etiam ſitu. Nam ſequitur: Et ſtatuet oues quidem à dextris, hœdos autem à ſiniſtris. Orig.Sancti enim qui dextera opera operati ſunt, acceperũt pro mercede ſuorũ dexterorum dexterã regis, in qua requies & gloria eſt.Mali

Alacritas cuã.

Senſus moralis.

verò propter opera ſua peſſima & ſiniſtra, ceciderũt in ſiniſtram.i.in triſtitiã tormentorũ. Sequitur:Tunc direx &c.Venite,vt quicquid minus fuerat eis,cùm pfectius vniti fuerint Chriſto conſequantur. Addit autẽ: Benedicti patris mei,vt eminentia benedictionis eorũ manifeſtetur, quia prius benedicti ſunt à dño qui fecit cælũ & terram.Raba.Vel vocanẽ benedicti, quibꝰ pro bonis meritis, debetur æterna benedictio. Patris autẽ ſui dicit eſſe regnũ,quia ad eum refert poteſtatẽ regni, à quo ipſe rex eſt genitus:vnde per auctoritatẽ regiam qua ipſe ſolus exaltabit in die illa ꝓferet iudicii ſententiam.vñ ſignanter dicit:Tunc dicet rex.Chryſo.in ho. Nota aũt q̃ non dixit accipite,ſed poſſidete, ſiue hæreditate,ſicut familiaria bona, ſicut paterna,ſicut veſtra vobis antiquitus debita.vnde dicit: Para.vo.reg.à conſtitu.mundi.Hiero.Hæc aũt iuxta præſcientiã dei accipienda ſunt,apud quẽ futura iam facta ſunt. Augu.20. de ciui.dei.Excepto aũt illo regno,de quo in fine dicturus eſt:Poſſi.para.vo.reg.licet longè impari modo:etiã præſens eccleſia dicit regnum eius: in quo adhuc cũ hoſte confligitur, donec veniatur ad illud pacatiſſimũ regnũ vbi ſine hoſte regnabit.Aug.de pœnitẽ. Sed dicet aliquis regnare nolo, ſufficit mihi ſaluũ eſſe:in quo primũ eos fallit,quia eorũ nec ſalus eſt vlla,quorũ iniquitas perſeuerat: deinde ſi eſt aliqua differentia inter regnantes,& non regnantes,oportet tamen vt in vno regno ſint oẽs:ne in hoſtiũ,aut aliorum numero deputẽtur,& cæteris regnantibus ipſi pereant.Oẽs enim Romani Romanũ regnũ poſſident, q̃is non oẽs in eo regnẽt.Chry.in ho.Pro quibus ergo ſancti cęleſtis regni bona accipiant,manifeſtat cùm ſubditur: Eſuriui emꝫ, & dediſtis mihi manducare. Remig. Et notandũ q̃ in hoc loco ſex opera miſericordię à dño cõmemorantur: quæ quicunque implere ſtuduerit, regnũ à conſtitutione mundi ꝓparatum electis percipere merebitur. Rab. Myſticè autẽ qui eſurientem & ſitientẽ iuſtitiam pane verbi reficit,vel potu ſapientiæ refrigerat:& qui errantem per hæreſim vel per peccatũ in domũ matris eccleſię recipit,& qui infirmũ in fide aſſumit,verę dilectionis obſeruat iura.Grego.25.Mora. Hi autẽ quibus iudex veniens in dextram conſiſtentiũ,dicit:Eſuriui &c. ſunt qui ex parte electorum iudicant,& regnãt,qui vitæ maculas lachrymis tergunt: qui mala præcedẽtia factis ſequentibus redimentes quicquid illicitũ aliquando fecerãt,ab oculis iudicis eleemoſynarũ ſuperductione cooperiunt. Alii verò ſunt qui non iudicãtur & regnant,qui etiã præcepta legis perfectionis virtute tranſcendũt.Orig.Humilitatis ergo cauſa laude beneficiorum ſuorũ indignos ſe proclamãt non obliti eorũ quæ fecerunt. Ipſe aũt eis oſtendit ſuã compaſſionẽ in ſuis. vnde ſequit:Tunc reſpondebũt ei iuſti &c.Raba.Hoc quidẽ dicunt non diffidentes de verbis domini, ſed ſtupent de tanta ſublimatione, & de maieſtatis ſuæ magnitudine. Vel quia videbiť eis paruũ eſſe bonũ quod egerant ſecundũ illud apoſtoli: Non ſunt condignæ paſſiones huiꝰ temporis ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis.Sequit:Et reſpõdẽs rex dixit eis: Amẽ di.&c. Hier. Libera quidẽ nobis erat intelligentia q̃ in oĩ paupere Chriſtus eſuriẽs paſceret,ſitiens potaret,& ſic de aliis:ſed ex hoc quod ſequit, Quandiu fe.&c.non mihi videt generaliter dixiſſe de pauperibꝰ,ſed de his q̃ pauperes ſpiritu ſunt, ad quos extendens manum dixerat: fratres mei ſunt,qui faciuntvoluntatẽ patris mei.Rab. Sed ſi fratres eiꝰ ſunt,quare eos minimos vocat? ꝓpter hoc quia ſunt humiles,qa pauperes, quia abiecti. Non autẽ per hos,monachos ſolũ intelligit,qui ad mõtes ſeceſſerunt,ſed vnũquenque fidelẽ, etiã ſi fuerit ſecularis & fuerit eſuriẽs:aut aliud hmõi vult miſericordiæ procuratione potiri.Fratrem emꝫ baptiſma facit & miniſteriorũ communicatio. Sequitur: Tunc dicet & his,qui à ſiniſtris eius erunt,Diſcedite &c.Orige. Sicut iuſtis dixerat:Venite,ita & iniuſtis dicit:Diſcedite.Nã propinqui ſunt verbo qui ſeruant dei mandatum,& vocantur vt adhuc propinquiores efficiantur. Longè aũt ab eo ſunt,&ſi videantur ei aſſiſtere, qui non faciũt mandata ipſius:propter hoc audiũt,Diſcedite:vt qui modo vel videntur eſſe ante eũ,poſtea nec videantur. Conſiderandũ eſt aũt quoniã in ſanctis dictum eſt, benedicti patris mei:nõ autẽ nunc dicit,maledicti patris mei.Nã bñdictiõis quidẽ miniſtrator eſt:pater maledictiõis autẽ vnuſquiſq; ſibi eſt auctor,qui maledictione digna eſt operatus. Qui aũt recedunt à Ieſu, decidunt in ignem æternũ:qui alterius eſt generis ab hoc igne, quẽ habemus in vſu.Nullꝰ emꝫ ignis inter hoĩes eſt æternus, ſed nec multi tẽporis.Et conſidera qm̃ regnũ quidem non angelis prẽparatũ dicit, ignem autẽ æternũ diabolo & angelis eius:quia quantũ ad ſe,hoĩes non ad perditionẽ creauit,peccantes autẽ coniungunt ſe diabolo:vt ſicut qui ſaluantur,ſanctis angelis coæquantẽ: ſic qui pereũt, diaboli angelis coęquentur. Augu.21.de ci.dei.Ex hoc autẽ habetur q̃ idem ignis erit hoĩm ſupplicio attributus,& dæmonũ.Si autẽ erit corporali tactu noxius, vt eo poſſint corpora cruciari,quõ in eo erit pœna ſpũum malignorũ: niſi quia ſunt quædã dæmonibus corpora, ſicut quibuſdam viſum eſt,ex iſto aere craſſo atq; humido?Si autẽ aliquis nulla habere dęmones corpora aſſerat, non eſt de hac re contentioſa diſputatione certandũ.Cur enim non dicamus:quanuis miris, tamen veris modis, etiã ſpiritus incorporeos poſſe pœna corporalis ignis affligi?Si ſpũs hoĩm etiam ipſi profecto incorporei, & nunc potuerunt concludi corporalibus membris, & tunc poterunt corporũ ſuorum vinculis inſolubiliter alligari.Adhęrebunt ergo dæmones licet incorporei corporalibus ignibus cruciandi, accipientes ex ignibus pœnam, non dãtes ignibus vitam. Ignis aũt ille corporeꝰ erit, & cruciabit hmõi corpora cum ſpiritibus:dæmones autẽ ſpiritus ſine corporibus.Orige.Vel forſitan ignis ille talis ſubſtantiæ eſt vt inuiſibilia cõburat ipſe inuiſibilis conſtitutus, ſecundũ q̃ ait apoſtolus:Quæ videntur,tẽporalia ſunt: quæ autẽ non videntur,æterna. Ne autẽ mireris audiẽs eſſe inuiſibilẽ ignẽ & puniẽtẽ: & cùm videas interius calorẽ corporibus accidentẽ,& non mediocriter cruciantẽ.Sequitur: Eſuriui enim &c. Scriptum eſt ad fideles, Vos eſtis corpus Chriſti.Sicut ergo anima habitans in corpore cùm non eſuriat quantũ ad ſuam ſubſtantiã ſpiritualẽ,eſurit tamen corporis cibum, quia copulata eſt corpori ſuo: ſic & ſaluator patitur quæ patitur corpus eius eccleſia,cùm ſit ipſe impaſſibilis.Et hoc conſidera, quia loquens ad iuſtos, per ſingulas ſpecies eorũ beneficia dinumerat:ad iniuſtos autẽ pręſcindens narrationẽ adunauit vtrunque,dicens:Infirmꝰ & in carcere &c. Quoniam miſericordis iudicis erat benefacta quidẽ hominum largius prædicare & ampliare,malefacta autẽ eorum tranſitoriè memorari & abbreuiare. Chry. in ho. Intuere autẽ quia non in vno tantũ vel duobus, ſed in omnibus miſericordiã deſeruerunt. non enim eſurientẽ ſolũ non cibauerunt, ſed neque quod leuius erat infirmum viſitauerunt. Et vide qualiter leuia iniungit. non enim dixit:In carcere eram, & non eripuiſtis me: infirmus,& non curaſtis me: ſed non viſitaſtis, & non veniſtisad me. In eſuriẽdo etiam non pretioſam petit menſam,ſed neceſſariũ cibum.Oĩa ergo ſufficiẽtia ſunt ad pœnã. Primo quidẽ facilitaspetitionis, panis enim

Duplex regnantium genus.

Aurea ductio.

erat: Secundo miseria eius qui petebat, pauper enim erat: Tertio cõpassio naturæ, homo enim erat: Quarto desiderium ꝓmissionis, regnũ enim promisit: Quinto dignitas eius qui accipiebat, deꝰ enim erat qui per pauperes accipiebat: Sexto superabũdantia honoris, quoniam dignatus est ab hominibus accipere: Septimo iustitia dationis, ex suis enim à nobis accipit. Sed contra vniuersa hæc homines per auaritiã excæcantur. Greg. 25. Mora. Isti autem quibus hoc dicitur, sunt mali fideles, qui iudicant & pereunt: alii verò infideles, nõ iudicant & pereunt. Non em eorum tũc causa discutitur, qui ad conspectum districti iudicis iam cũ damnatione suæ infidelitatis accedũt: professionẽ verò fidei retinẽtes, sed ꝓfessionis opera non habentes, redarguunt vt pereant. Isti em saltẽ verba iudicis audiũt, quia eius fidei saltem verba tenuerũt. Illi in dãnatione sua æterni iudicis nec verba percipiunt, quia eius reuerẽtiam nec verbotenus seruare voluerunt. nam & princeps terrenam rẽpublicã regens, aliter punit ciuem interius delinquentẽ, atque aliter hostẽ exterius rebellantem: in illo enim iura sua consulit, contra hostẽ verò bellum mouet, & de pœna eiꝰ quid lex habeat, nõ requirit. Chry. in ho. Verbis autẽ iudicis redarguti, cũ mansuetudine loquitur. Sequitur enim: Tunc respon. ei & ipsi di. Do

Iustorũ ꝓprietas

mine &c. Orig. Considera q iusti immorantur in vnoquoq; verbo: iniusti aũt non ita per singula, sed cursim dicunt. quoniã propriũ est iustorum, benefacta sua relata sibi in facie diligenter, & per singula refutare causa humilitatis: malorum autem hominum est, culpas suas excusationis causa, aut nulla esse ostẽdere, aut leues & paucas, sed & responsio Christi hoc ipsum signat. vnde sequitur: Tunc respon. il. di. Amen dico vobis. Volens em iustorum benefacta ostendere grandia, peccatorum autẽ culpas non grandes, ad iustos quidem dicit: Ex eo quod feciſtis vni ex minimis meis fratribus: ad iniustos autẽ non adiecit fratribus. Reuera em fratres eius sunt qui perfecti sunt. Gratius est autẽ apud deũ opus bonum quod fit in sanctioribus q̃ in minus sanctis, & leuior culpa est negligere minus sanctos q̃ sanctiores. Augu. 20. de ci. dei. Nũc aũt de nouissimo iudicio agit, qñ Christus de cælo venturus est, viuos & mortuos iudicaturꝰ: hoc diuini iudicii vltimũ hunc diem dicimus. i. nouissimũ tempꝰ. nam per quot dies istud iudiciũ protendatur, incertum est, sed scripturarũ sanctarum more dies poni solet pro tẽpore. Ideo autem dicimus vltimum iudiciũ vel nouissimum: quia & nunc iudicat, & ab humani generis initio iudicauit, à ligno vitæ separans primos homines, & angelis peccãtibꝰ non parcẽs: In illo autem finali iudicio simul & homines & angeli iudicabũtur. fiet enim virtute diuina, vt cuiq; opera sua vel bona vel mala cuncta in memoriam reuocentur: & mentis intuitu mira celeritate cernãtur, vt accuset vel excuset scientia conscientiam.

Et ibunt hi in supplicium æternũ, iusti aũt in uitã æternam.

Aug. de fide & operibus. Nonnulli seipsos seducũt, dicentes ignem æternum, non dictum ipsam pœnam æternam. Hoc prouidens dominus sententiam suam ita concluſit dicens: Et ibunt hi in sup. æter. iusti autem &c. Orige. Attende qm̃ cùm prius dixisset: Venite benedicti, deinde: Discedite maledicti, propterea q̃ propriũ boni dei, est primũ recordari benefacta bonorum q̃ malefacta malorum. hinc prius nominat pœnã malorum, deinde vitã bonorum: vt primũ quę timoris sunt, euitemus mala: postea quæ honoris sunt, appetamꝰ bona. Grego. 15. Mora. Si ergo tanta pœna mulctatur, qui non dedisse conuincit, qua pœna feriendus est, qui redarguit abstulisse aliena? Augu. 19. de ciui. dei: Est autẽ vita ęterna summum bonum nostrũ, & finis ciuitatis dei, de quo fine dicit apostolus: Finẽ verò vitã æternã. Sed rursus quia vita æterna ab his qui familiaritatem non habent cũ scripturis sanctis potest accipi: etiam in vita malorũ propter animæ immortalitatẽ, vel propter interminabiles pœnas impiorũ: profectò finis ciuitatis huius in quo summũ habebit bonũ, vel pax in vita ęterna, vel vita æterna in pace dicendus est, vt ab hominibus possit intelligi. Aug. 2. de trini. Quod enim dixit dominus famulo suo Moysi: Ego sum qui sum, hoc contemplabimur cùm viuemus in æternũ. Ita enim dominus ait: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verũ deũ. Hæc enim nobis contẽplatio ꝓmittitur actionum omnium finis, atq; æterna perfectio gaudiorũ. de qua dicit Ioan. Videbimus eũ sicuti est. Hiero. Prudens autẽ lector intende q̃ & supplicia æterna sunt, & vita perpetua metũ deinceps non habeat ruinarũ. Greg. 33. Mor. At inquiunt ideo peccantibꝰ minatus est, vt eos à peccatis compesceret. quibus respondemus si falsa minatꝰ est vt ab iniustitia corrigeret: etiã falsa ꝓmiserat vt ad iustitiã prouocaret. & sic dum fatagunt deũ perhibere misericordẽ, non verentur prædicare fallacẽ. At inquiunt, sine fine puniri non debet culpa cũ fine. quibus respondemus, quòd rectè diceret: si iudex iustus non corda hoĩm, sed facta pensaret. Ad districti ergo iudicis iustitiam pertinet, vt nunq̃ careant supplicio, quorũ mẽs in hac vita nunq̃ voluit carere peccato. Aug. 1. de ciui. dei. Nullius etiam legis iustitia atttendit, vt tanta mora tẽporis quisq; puniat, quanta mora tẽporis vnde puniret admisit. Nullus em extitit qui censeret tam cito nocentiũ finienda tormenta, q̃ cito factum est homicidium vel adulteriũ. Qui verò pro aliquo grandi crimine morte mulctatur: nunquid moram, qua occidit eius suppliciũ leges existimant, & non q̃ eum in sempiternũ auferant à societate viuentiũ? Iam verò damnum, ignominia, exiliũ, seruitus: cũ plerunq; sic infigunt, vt nulla venia relaxentur: nõne pro huius vitæ modo similia pœnis videntur æternis? Ideo quippe ęterna esse nõ possunt, quia nec ipsa vita quæ his plectitur, porrigitur in ęternũ. Sed inquiunt: Quomodo ergo verũ est qđ ait Christus: In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: si tẽporale peccatũ supplicio punit æterno? nec attendunt non propter æquale tẽporis spatium, sed propter vicissitudinẽ mali. i. vt qui mala fecerit, mala patiatur, eandẽ dictam mensurã fuisse. Factus est autẽ hõ malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum quod esse posset æternũ. Grego. 20. Mor. At inquiunt: Nullus iustus credulitatibꝰ pascit, & delinquens seruus à iusto dño idcirco cædi præcipitur, vt à nequitia corrigatur. Iniqui autẽ gehennæ ignibus traditi, quo fine semper ardebunt? Quibus respondemus, quòd oĩpotens deus, quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur: quia autem iustus est, ab iniquorum vltione non sedatur: & tamen ad aliquid iniqui semper concremantur: vt scilicet iusti tanto in æternum magis diuinæ gratiæ debitores se esse cognoscant, quanto in ęternum mala puniri conspiciunt, quæ eius adiutorio vitare potuerunt. Aug. 21. lib. de ciui. dei: Sed nullũ est, inquiunt, corpus quod dolere possit, mori non possit. Necesse est autẽ vt viuat dolens, non est necesse vt occidat dolor: quia nec corpora ista mortalia omnis dolor occidit. Et vt dolor aliquis possit occidere illa causa est, qm̃ sic connexa est anima huic corpori, vt summis doloribus cedat atque discedat. Tunc autem tali corpori anima & eo cõnecti tur modo, vt illud vinculum nullo dolore vincatur. nõ ergo tunc nulla, sed sempiterna mors erit: quando nec viuere anima poterit deum non habendo, nec doloribꝰ

Vitæ æternę descriptio.

Curpctõ tẽporali debeatur æterna pœna.

corporis carere moriendo. Inter huiusmodi autẽ æternitatẽ supplicii negantes misericordior fuit Origenes, qui & ipsum diabolum & angelos eius post grauiora pro meritis & diuturna supplicia ex illis cruciatibꝰ eruendos & sociandos sanctis angelis credidit. Sed illũ & ꝓpter hoc & ꝓpter alia nõnulla nõ ĩmerito reprobauit ecclesia, qa & hoc q̃ misericors videbatur amisit faciendo veras misericordias, quibus pœnas luerẽt: & falsas beatitudines, in quibus securũ & sempiternũ boni gaudium nõ haberẽt. Lõgè autẽ aliter aliorũ misericordia ab humano erat affectu, qui hoĩm illo iudicio dãnatorũ misericordias tẽporales: hoĩm verò q̃ vel citiꝰ vel tardius liberant æternã fœlicitatẽ putãt. Cur autẽ hæc misericordia ad vniuersam naturã manat humanam: & cum ad angelicã ventum fuerit, mox aresci? Greg. 32. Mora. At inquiunt: Vbi est quòd sancti sunt, si pro inimicis suis, quos tunc arderevidirint nõ orabunt? Orãt quidẽ pro inimicis suis eo tẽpore quo possunt ad fructuosam pœnitentiã eorum corda cõuertere, quomodo autẽ tunc orabit pro illis qui iã nullatenus possunt ab iniquitate cõmutari? Aug. 21. de ciui. dei: Item sunt alii ab ęterno supplicio liberationẽ nõ oĩbus hoĩbus promittentes, sed tantũmodo Christi baptismate ablutis, qui participes sunt corporis eius quomodolibet dixerint, propter illud quod ait dominus: Si quis manducauerit ex hoc pane, non morietꝰ in æternum. Itẽ sunt qui non oĩbus habẽtibus Christi sacramẽtum non solũ catholicis: q̃uis malè viuentibus hoc pollicent, qui nõ solum sacramẽto sed re ipsa manducauerunt corpus Christi: in corpore eius quod est ecclesia constituti, etiam si postea in aliquã hęresim vel in gentiliũ idololatriã fuerint lapsi. Sunt autẽ qui ꝓpter id quod scriptũ est: Qui pseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit: nõ nisi in catholica ecclesia perseuerãtibus hoc ꝓmittunt, quòd merito fundamenti. i. fidei per ignẽ saluant, quo igne in vltimo iudicio punient mali. Sed oĩbus his cõtradicit apostolus, dicẽs: Manifesta sunt opera carnis quæ sunt immunditia, fornicatio, & his similia, quæ prędico vobis: qm̃ qui talia agunt, regnũ dei non possidebunt. Si quis autẽ temporalia in corde suo præponit Christo: & si videatur habere fidẽ Christi, non est tñ in eo fundamentũ Christꝰ, cui alia ꝓponunt: quanto magis si cõmittat illicita, nõ præposuisse sed postposuisse Christum cõuincitur? Comperi etiã quosdam putare eos solũ arsuros illius æternitate supplicii, qui pro peccatis dignas eleemosynas facere negligunt: ideo iudicem ipsum noluisse existimãt cõmemorare aliud se esse dicturum, nisi eleemosynas, siue factas, siue non factas. Sed qui dignè pro peccatis suis eleemosynas facit: prius eas facere incipit à seipso: indignũ est enim vt ipse sibi non faciat qui facit in proximum, cùm audiat dicentem deum: Diliges ꝓximum tuũ sicut teipsum. Itemq; audiat: Miserere animæ tuæ placens deo. Hanc eleemosynã. i. vt deo placeat, non faciens animæ suæ quomodo dignas pro peccatis suis facere eleemosynas dicẽdus est? Propter hoc ergo eleemosynæ faciendæ sunt: vt cũ de præteritis peccatis deprecamur exaudiamur: non vt in eis ꝑseuerantes licentiã malefaciendi nos per eleemosynas cõparare credamus. Ideo aũt dñs à dextris eleemosynas ab eis factas, in siniſtris nõ factas se imputaturum esse prædixit, vt hinc ostẽderet quãtum valẽt eleemosynæ ad priora delenda, non ad perpetua impunè cõmittenda peccata. Orig. Vel non vnius tantũ iustitiæ species remuneratur, sicut existimãt multi. In quibuscunq; em causis mandatũ Christi quis fecerit: Christũ cibat, & potat, qui fideliũ iustitiam & veritatẽ manducat & bibit. Itẽ Christo algenti teximus vestimentũ, accipientes sapiẽtiæ texturam: adeo vt per doctrinã aliquos doceamus & induamus eos viscere misericordię. Quando & pręparamus cor nostrum diuersis virtutibus ad receptaculum eius vel illorum qui sunt ipsius, ipsum peregrinantem suscipimus in domum pectoris nostri. Itẽ cùm fratrẽ infirmum, siue in fide, siue in bono oportet visitauerimus, aut per doctrinã, aut per increpationẽ, aut per consolationẽ, qui ipsum Christum visitamus. Deinde omne quod hic est, carcer est Christi & eorum qui sunt eiꝰ qui sunt in hoc mundo degẽtes, quasi etiã in carcere naturæ necessitate constricti. Cũ ergo bonum opus in eis fecerimus, visitamꝰ eos in carcere, & Christum in eis.

Christi cibꝰ spiritalis.

CAPVT XXVI.

Et factum est cùm consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduũ pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur.

Hilariꝰ. Post sermonem quo venturum se dñs in reditu claritatis ostenderat, nunc passurum esse se admonet, vt sacramentum crucis admixtum esse gloriæ æternitatis agnoscerẽt. vñ dicit: Et factum est cùm consummasset Iesus sermo. hos omnes. Raba. de cõsummatione seculi & de die iudicii. Vel quia ab initio euangelii vsque ad passionem omnia faciendo & prædicando cõpleuerat. Orige. Non simpliciter autem dixit oẽs, sed hos omnes: adhuc em oportebat eum etiam alios loqui sermones priusquã traderetur. dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pasfiet. Rab. Sicut etiam ex Ioannis narratione colligitur: ante sex dies paschæ venit Iesus in Bethaniã, inde venit Hierusalẽ sedens super asellum: postea gerunt ea quæ narrãtur Hierosolymis gesta. Exillo ergo die quo venit in Bethaniam, intelligimꝰ cõsummatum quatriduum, vt occurrat dies ante biduum paschæ. Hoc autẽ inter pascha & azyma distat, quòd pascha ipse solus dies appellatur in quo agnꝰ occidebatur ad vesperã, hoc est, 14. luna primi mensis. 15. autem luna quando egressus est populus de Aegypto, succedebat festiuitas azymorum: verũ euangelistę vnũ pro altero ponere solent. Hiero. Pascha autẽ quod Hebraicè dicitur phase, nõ à passione, vt pleriq; arbitrantur, sed à transitu nominatur, eo quòd exterminator videns sanguinẽ in foribus Israelitarũ pertransierit, nec pcusserit eos, vel ipse dominus præbens auxilium populo suo desuper ambulauerit. Remi. Siue quia auxiliãte dño populus Israeliticus liberatꝰ ab Aegyptiaca seruitute, transiuit ad libertatem. Orig. Non autem dixit: Post biduum pascha erit aut veniet: ne ostenderet illud pascha futurũ, quod fieri solebat secundum legem: sed pascha fiet, hoc est quale nunquã factum fuerat. Remi. Mysticè enim pascha dicitur, siue quia ea die Christus transiuit de mundo ad patrẽ: de corruptione ad incorruptionẽ, de morte ad vitam. Siue quia salubri transitu à dęmoniaca seruitute mundum redemit. Hiero. Post duos etiam dies clarissimi luminis veteris & noui testamenti, verum pro mundo celebratur pascha: transitus etiam noster. i. phase, ita celebratur, si terrena dimittẽtes ad cęlestia festinemus. Orige. Prædicit autẽ discipulis se tradendum, cùm subdit: Et fi. ho. trade. vt crucifi. Præmuniens eos, ne priusquã audiant quæ fuerant futura subito videntes tradi magistrum ad crucẽ obstupescãt: ideo autem imperſonaliter posuit Tradetur, quia deus tradidit eum propter misericordiam circa genus humanum, Iudas propter auaritiã, sacerdotes propter inuidiam, diabolus propter timorem, ne euelleretur de manu eius genus humanum per doctrinam ipsius: non aduertens quoniam magis fuerat eripiendum genus humanum per mortem ipsius, quàm ereptum fuerat per doctrinam & miracula

Differentia inter pascha & azyma.

Tũc cõgregati sunt principes sacerdotũ & seniores populi in atriũ principis sacerdotũ,qui dicebatur Cayphas. & cõsiliũ fecerũt ut Iesum dolo tenerẽt,& occiderẽt.Dicebãt autẽ, Non in die festo,ne fortè tumultus fieret in populo.

Glo.Ostẽdit euãgelista apparatũ & machinationẽ dominicæ passionis quã Christus p̃nunciauerat. vñ dicit: Tũc cõgre.sunt prin.sacer.Remi.Quod aũt dicit:Tũc, superioribus verbis cõiungit.i.anteq̃ pascha celebrare tur.Orige.Nõ autẽ veri sacerdotes & seniores,sed illius qui videbat populus dei: verè autẽ erat populus Gomorrę,nõ intelligentes summũ sacerdotẽ dei, insidiati sunt ei:& nõ cognoscentes primogenitũ vniuersæ creaturę etiã seniorẽ omnibus , consiliati sunt contra eum. Chry. in ho. Iniqua verò negotia tentantes ad principẽ sacerdotum veniunt , inde volẽtes potestatẽ acipere vñ prohibere oportebat. Multi aũt erãt tunc principes sacerdotũ,lex verò vnum esse volebat,vñ manefestũ est quòd Iudaica dissolutio accipiebat principiũ: Moyses em̃ vnum principẽ sacerdotũ esse iussit & eo mortuo alterũ fieri,postea verò annui facti sunt . Eos igit̃ ait hic principes sacerdotũ, qui de principibus sacerdotum erant. Remig. Condẽnant autem isti,& quia cõgregati sunt,& quia principes sacerdotũ fuerunt. Quo em̃ plures ad peragendũ aliquod malũ cõueniunt,& quo sublimiores,& nobiliores fuerint: eo deterius habetur malũ quod cõmittitur, & eo maior pœna illis p̃parat. Ad ostẽdendã aũt dñi simplicitatẽ & innocentiã,addit euãgelista : Vt Ie. do.tene.& occi. In quo em̃ nullã mortis causam inuenire poterant:consiliũ fecerunt vt dolo tenerent & occiderent . Chryso.in hom. Consiliati sunt ergo vt tenerent eũ occultè & interimerent : formidabant autẽ populũ, ideoq; expectabant festiuitatẽ præterire ,propter quod sequitur : Di.au.non in die festo. Diabolus enim nolebat in pascha Christum pati,vt nõ manifestam eius constitueret passionem.Principes autem sacerdotum nõ ea q̃ dei sunt timuerunt,ne scilicet peccato in hoc tẽpore peracto maior eis inquinatio fieret,sed vbiq; quæ humana sunt cogitabant. vnde sequitur : Ne for.tumul.fieret in populo.Orige. Propter diuersa studia populi diligentis Christum & odiẽtis,credentis & non credẽtis.Leo pa.in ser.de pas.Prouidenti bus ergo principibus, ne in sancto die tumultus oriretur:non festiuitati,sed facinori studebat:seditiones em̃ turbarum fieri in præcipua solẽnitate metuebant, non vt populus nõ peccaret,sed ne Christ⁹ euaderet.Chry. in ho. Sed tamen furore feruentes immutati sunt à suo consilio:quia enim traditorẽ inuenerunt,in ipsa festiuitate Christum occiderunt.Leo pa.in ser.de pa.Diuino autem intelligimus dispositũ fuisse consilio,vt Iudæorũ principes q̃ sæuiẽdi in Christũ occasiones sępe quæsierant : non nisi in solẽnitate paschali exercendi furoris sui acciperent potestatẽ.Oportebat enim vt manifesto implerentur effectu , quæ diu figurata fuerant promissa mysterio , vt ouẽ significatiuam vera remoueret ouis, & vno expleretus sacrificio variarum differentia victimarũ. Vt ergo vmbræ cederent corpori, & cessarent imagines sub præsentia veritatis , hostia in hostiam transit:sanguine sanguis aufertur,& legalis festiuitas,dum mutatur impletur.

Ouis significatiua agni paschalis.

Cũ autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accęsit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi,& effudit super caput ipsius recumbentis.Videntes autem discipuli eius,indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc?Potuit enim istud uenundari multo,& dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis : Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonũ operata est in me.Nam semper pauperes habetis uobiscũ,me aũt non semper habebitis.Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum,ad sepeliendũ me,fecit.Amẽ dico uobis,ubicunque prædicatũ fuerit hoc euangeliũ in toto mundo,dicetur & quòd hoc fecit in memoriam eius.

Glo.Ostenso consilio principũ de Christi occisione vult exequi euãgelista cõpletionẽ ei⁹,ostẽdens qualiter Iudas habuit conuentionẽ cum Iudæis, vt Christũ traderet,sed prius causam proditionis p̃mittit.Doluit em̃ quia nõ erat venundatũ vnguẽtum quod mulier super caput Christi effudit, vt de pretio aliquid tolleret: vnde voluit hoc dãnum proditione magistri recõpensare. Dicit ergo: Cùm autẽ esset Iesus in Bethania in domo Simonis &c.Hiero. Nõ quòd leprosus illo tẽpore permaneret,sed quia antea leprosus,postea à saluatore mũdatus est:nomine pristino permanẽte, vt virtus curantis appareat. Sequitur: Accessit ad eũ mulier ha.alaba. vnguenti pretiosi. Rab.Est autẽ alabastrum genus marmoris cãdidi,variis coloribus intincti,quod ad vasa vnguentaria cauare solent, eo quòd optimè seruare ea incorrupta dicatur.Hiero.Alius aũt euangelista pro alabastro vnguenti pretiosi,nardum pistícum posuit, hoc est verũ & absque dolo.Raba.Pistis enim Græcè,Latinè dicitur fides , vnde pisticũ.i.fidele . Erat enim illud vnguentũ fidele,id est purum &nõ adulteratum.Sequitur:Et ef.super caput ipsius recumbentis.Orig.Forsitã quis diceret quatuor fuisse mulieres,de quibus conscripserunt euangelistę.Ego autẽ magis consentio tres fuisse:& vnã quidẽ de qua scripserunt Matthæus & Marcus,alterã de qua scripsit Lucas, aliã de qua scripsit Ioãnes.Hiero. Nemo em̃ putet eandẽ esse quę super caput vnguentum , & quæ super pedes effudit . Illa enim lachrymis lauit,& crine tersit,& manifestè meretrix appellatur.De hac autẽ nihil tale scriptum est:nec em̃ poterat statim capite domini meretrix digna fieri . Ambro.super Lucam:Potest ergo non eadẽ esse ne sibi contraria dixisse euangelistæ videantur.Potest etiam quæstio meriti & temporis diuersitate dissolui : vt adhuc illa peccatrix sit,iam ista perfectior.Chry.in ho. Et secundũ hoc apud tres euangelistas.s.Matthæum,Marcũ & Lucam,vna & eadem esse videtur. Non autẽ absque ratione lepręSimonis meminit euangelista,sed vt ostẽdat,vnde fiduciam sumens hæc mulier accessit ad Christum : quia enim lepra immunda passio esse videbatur, videns quòd Iesus illum hominem curauerat apud quẽ manebat, cõfidit ꝙ & animę eius immũditiã facile expurgaret ; & aliis mulieribus pro curatione corporis ad Christum accedentibus,sola ipsa honoris gratia ad Christum accessit,& propter animæ curationem, cùm nihil' in corpore infirmũ haberet . Quapropter maximè aliquis eandẽ admirari debet. Apud Ioannem autẽ non est eadem mulier,sed altera quædam mirabilis Lazari soror.Orige.Quoniam Matthæus quidem & Marcus in domo Simonis leprosi hoc factũ fuisse exponũt: Ioannes autẽ quòd venit Iesus vbi erat Lazarus & nõ Simon,sed Maria &Martha ministrabãt.Adhuc secundum Ioannem ante sex dies paschæ venit in Bethaniã, qñ fecerunt ei cœnam Maria & Martha:hic autẽ quando recũbit in domo Simonis, post biduum pascha erat futurum.Et apud Matthæũ & Marcũ discipuli indignãtur ex bono ꝓposito,apud Ioannem autem solus Iudas furandi affectu : apud Lucam autem murmurat nemo. Grego.in ho. Vel dicendum quòd hanc eandem quam Lucas peccatricem mulierem, Ioannes Mariam nominat.Augu.de con.euan. Lucas autem quanuis simile factum cõmemoret ei quod hic dicitur , nomenq; conueniat eius apud quem cõuiuabatur dominus (nam & ipsum Simonem dicit) tñ quia non est contra naturã vel

Hęc est cõis opinio eccle.

morẽ hoím vnum nomen habere duos hoïes.Potius credibile est fuisse alium illum Simonem non leprosum, in cuius domo hæc in Bethania gerebantur. Nihil igitur aliud arbitror,nisi quòd non quidem aliã fuisse mulierẽ, quæ peccatrix tũc accessit ad pedes Iesu,sed eandẽ Mariam bis hoc fecisse:semel.s.quod Lucas narrauit . Nam Ioannes Mariã cõmendans cõmemorauit, antequã veniret in Bethaniã, Erat(inquit)lãguens Lazarus in Bethania de castello Mariæ & Marthæ sororis eius.Maria autẽ erat quę vnxit dominũ vnguento,& extersit pedes eius capillis suis,cuius frater Lazarus infirmabatur:iam itaq; hoc Maria fecerat. Quod autẽ in Bethania rursus fecit aliud est,quod ad Lucę narrationem non pertinet, sed pariter narratur à tribus, Ioãne.s.Matthæo & Marco.ꝙ autẽ Matthęus & Marcus caput domini vnguento illo perfusum dicunt, Ioannes autem pedes : ostenditur nõ esse contrariũ,si accipiamus,nõ solũ caput sed & pedes domini perfudisse mulierẽ : nisi forte quoniã Marc⁹ fracto alabastro perfusum caput cõmemorat,tã quisque calũnioſus est vt aliquid in vase fracto neget remanere potuisse, vnde etiã pedes domini perfunderet . Ille autẽ qui sic calũniatur,prius accipiat perfusos pedes antequã illud fractũ esset:vt ĩ integro remaneret,vnde etiã caput perfunderetur vbi fractura illa totum effuderat.Aug.de doc.chri.Neq; vllo modo quisquã fieri crediderit domini pedes ita vnguẽto precioso à muliere perfusos, vt luxuriosorũ & nequã hominũ solẽt . In omnibus enim talibus nõ vsus rerũ,sed libido vtentis in culpa est. Quisquis enim rebus sic vtitur , vt metas consuetudinis bonorũ ĩter quos versatur,excedat:aut aliquid signat , aut flagitiosus est. Itaque quod in aliis personis plerũq; flagitium est, in diuina vel prophetica persona magnũ cuiusdam rei signũ est. Odor enim bonus, fama bona est, quã quisquis bonæ vitæ operibus habuerit : dũ vestigia Christi sequit̃ , quasi pedes ei⁹ preciosissimo odore perfundit. Aug. de quæst. euang. Sed hoc videri potest esse contrariũ quòd Matthęus & Marcus,postea quã dixerũt pascha post biduum futurũ, deinde cõmemorauerunt ꝙ erat Iesus in Bethania, vbi de vnguento illo precioso dicitur: Ioãnes autẽ ante sex dies paschæ de vnguẽto eadẽ narraturus.Sed qui ita mouentur non intelligunt Matthæum & Marcum, illud quod in Bethania de vnguẽto factũ erat recapitulãdo posuisse. Non enim quisquã eorum cũ dixisset post biduũ pascha futurũ,sic adiunxit vt diceret,Post hęc cũ esset Bethanię.Chry.in ho.Sed quia discipuli audierãt magistrũ dicẽtem: Misericordiã volo & non sacrificium,apud se cogitabant:Si holocausta nõ acceptat, multo min⁹ olei huiusmodi vsum.vnde sequitur:Videntes autẽ discipuli,indignati sunt,dicentes:Vt quid perditio hæc ? potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus.Hiero.Scio quosdã hũc locũ calumniari , quare Ioannes Iudam solum dixerit cõtristatum, eo quòd loculos tenuerit,& fur ab initio fuerit:& Matthę⁹ scribat omnes discipulos indignatos:nesciẽtes tropũ,qui vocatur synecdoche,ꝙ & pro multis vnus,& pro vno multi soleant appellari. Nã & Paulus in epistola ad Hebræos dicit:Secti sunt : cũ vnum tãtummodo scilicet Esaiam sectum autument. Aug.de cõ.euang. Potest etiã intelligi quòd &alii discipuli aut senserunt hoc,aut dixerunt, aut eis Iuda dicente persuasum sit,atque omniũ voluntatem Matthæus & Marcus etiã verbis expressẽrint.Sed Iudas propterea dixerat, quia fur erat : cæteri vero propter pauperum curã. Ioãnes autem de solo illo id cõmemorare voluit,cui⁹ ex hac occasione furãdi cõsuetudinem credidit intimandã. Chry.in ho. Discipuli ergo ita existimabãt:sed dominus mentem mulieris videns permittit:multa enim erat eius religio & inffabile studium:iccirco condescẽdens,concessit super caput suũ vnguentũ effundi.Sicut enim pater eius odorẽ victimæ & fumum patiebatur:ita & Christus mulierem deuotè vngentem,cuius discipuli mentẽ nesciebant , querelam facientes. vnde sequitur : Sciens autem Iesus , ait illis: Quid molẽ.est.huic muli.Rem.Per quod apertè ostẽdit quòd apostoli aliquid molestè locuti fuerãt aduersus eã: pulchrè autem subdit, Opus bo. ope. est in me.Ac si di. Non est perditio vnguẽti sicut vos dicitis, sed opus bonũ,id est pietatis & deuotionis obsequium.Chry.in ho. Ideo autẽ non simpliciter hic dixit , Bonum opus operata est in me:sed prius posuit , Quid molesti estis huic mulieri?erudiens nos quodcunq; geritur bonum à quocũque: etsi non valde diligenter factum fuerit , sucipere & augere & fouere,& non ex principio omnem diligẽtiam expetere. Quisquis enim eum interrogasset antequam fecisset hoc mulier , non mandasset hoc fieri : sed post effusum vnguẽtum non habebat locum discipulorum increpatio, & ideo ipse vt non obtunderet desiderium mulieris , omnia hęc in cõsolationem mulieris dixit. Sequitur : Nam pau.semper ha.vo.Remi. Ostendit enim domin⁹ his verbis quasi ex quadam ratione, quoniam non erant illi culpandi , qui sibi adhuc in mortali corpore conuersanti, aliquid de suis facultatibus ministrarent,cum pauperes semper habẽdi essent in ecclesia, quibus fideles cum vellent benefacere possent:ipse vero breui tempore corporaliter mansurus erat cũ eis. vnde sequitur:Me autem non semper habebitis.Hiero. Oritur autem hic quæstio, quare dominus post resurrectionem dixerit ad discipulos : Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem mundi:& nunc loquitur,Me autẽ non semper habebitis? Sed mihi videtur in hoc loco de præsentia dicere corporali , ꝙ nequaquã cum eis ita futurus sit post resurrectionẽ,quomodo nunc in omni cõuictu & familiaritate. Remi. Vel soluitur ita vt intelligatur quòd soli Iudæ dictum sit,sed ideo nõ dixit habetis,sed habebitis⁹, quia in persona Iudæ oĩbus imitatoribus illius dictum est.Ideo autẽ dixit : Nõ semper:cum nec ad tempus habeant, quia mali videtur habere Christum in p̃senti seculo,quando miscent se mẽbris Christi, & accedunt ad mẽsam eius : sed nõ semper sic habebunt,quando solis electis dicturus est, Venite benedicti patris mei.Sequitur:Mit.enim hæc vnguentũ &c.Consuetudo erat illius populi vt corpora mortuorũ diuersis aromatibus condirẽtur,quatenus diutius illęsa conseruarẽtur.Et quia futurum erat vt hæc mulier corpus domini mortuum vellet perungere , & tamen non posset, quia resurrectione anticiparetur : iccirco diuina prouidentia actum est, vt viuum domini corpus perungeret. hoc est ergo quod dicit,Mit.hæc &c.id est,cum hęc mulier corpus meum viuum perungit , me moriturũ & sepeliendum ostẽdit.Chry. in ho. Quia ergo sepulchrum & mortem cõmemorauerat, vt non videatur in tristitiã mittere mulierem:rursus eam consolatur per ea quę cõsequũtur:Amen di.vo.vbicũq; prædi.fuerit &c.Rab.Id est,in quocũque loco dilatabitur ecclesia , per totũ mũdum dicetur, & quòd hoc fecit &c. istud & appositũ notat,quòd sicut Iudas cõtradicẽs adeptus est perfidiæ infamiam,sic & ista piæ deuotionis gloriam.Hiero.Attẽde notitiam futurorum ꝙ passurus post biduũ & moriturus, sciat euangelium suum in toto orbe celebrãdum, Chrys.in ho. Ecce autem quod dixit factum est, & vbicunque terrarum abieris,videbis hanc mulierem famosam effectam:quod virtus prædicentis effecit.Et regum quidem multorum & ducum victoriæ silentur, & multi qui ciuitates construxerunt , & gentes multas seruituti subegerũt, neq; ex anditu neq; ex nomine sunt cogniti.

quoniã autem hęc mulier oleum effudit in domo leprosi cuiusdam 12. viris præsentibus, hoc omnes concinunt per orbem terrarũ, & tempus tantum pertransit, & memoria eius quod factum est non est tabefacta. Sed quare nihil speciale ꝓmisit mulieri. sed sempiternã memoriã? quia ex his quæ dixit intelligi potuit. Si enim opus bonum fecit: manifestum est quòd & mercedem dignã suscipiet. Hiero. Mystice autem passurus pro omni mundo moratur in Bethania, in domo obedientiæ, quæ quondam fuit Simonis leprosi. Simon quoque ipse obediens dicitur, qui iuxta aliam intelligentiam mundus interpretari potest, in cuius domo curata est ecclesia. Orige.

Tropologia pulchra.

Oleum autẽ vbiq; in scripturis: aut opus misericordiæ intelligitur, quo lucerna verbi enutrita claresc it: aut doctrina, cuius auditu verbũ fidei, quod est accensum, nutritur. Generaliter ergo omne quo quis vngitur, oleum appellatur. Olei autẽ aliud est vnguentũ, item vnguenti aliud est preciosum: sic omnis actus iustus, opus bonum dicitur. Operis autẽ boni aliud est quod facimus ꝓpter homines, vel secũdum homines, aliud quod propter deũ & secundũ deum. Item hoc ipsum quod facimus propter deum, aliud proficit ad vsum hominum, aliud tãtum ad gloriã dei: vtputa aliquis benefacit homini naturali iustitia motus, non propter deum, quomodo faciebãt interdum & gẽtes: opus illud oleum est vulgare nõ magni odoris, & ipsum tamen acceptabile apud deum: quoniã vt dicit Petrus apud Clementem: Opera bona quæ fiũt ab infidelibus, in hoc seculo eis prosunt, non in alio ad consequendã vitã æternã. Qui autem propter deum faciũt, magis illis in illo seculo proficit: hoc est vnguẽtum boni odoris. Sed aliud fit ad vtilitatem hominũ, vtputa eleemosynæ & cætera huiusmodi. Hoc qui facit in Christianos, pedes domini vngit, quia ipsi sunt domini pedes: quod prẽcipuè solent facere pœnitentes pro remissione peccatorũ suorum. Qui autem castitati studet, in ieiuniis & orationibus permanet, & cæteris quæ tantũ ad gloriã dei proficiunt, hoc est vnguentum quod vngit domini caput: & hoc est vnguentum preciosum, ex cuius odore, tota repletur ecclesia: & hoc est opus propriũ non pœnitentiũ sed perfectorũ, aut doctrina quæ necessaria est hominibus, hoc est vnguentũ quo pedes domini vngũtur. Agnitio autem fidei quæ ad solum pertinet deum est vnguentũ, quo vngitur caput Christi: quo cõsepelimur Christo per baptismum in mortẽ. Hil. Mulier autem hæc in præfiguratione plebis gentium est, quę in passione Christi gloriam deo reddit. Caput enim eius perunxit, caput autem Christi deus est. Nam vnguẽtum boni operis est fructus, sed discipuli fauore saluandi Israelis vendi hoc in vsum pauperum dicũt debuisse: pauperes autem Iudęos fide indigentes, instinctu prophetico nuncupant: quibus dominus ait plurimum esse temporis, quo habere curam pauperum possent. Cæterum non nisi ex præcepto suo salutem gentibus posse prẽstari, quæ secum infuso mulieris huius vnguento sunt cõsepultæ. quia regeneratio non nisi cum mortuis in baptismi professione reddetur. & iccirco, vbi prædicabitur hoc euangelium, narrabitur opus eius: quia cessante Israel, euangelii gloria fide gentium prædicatur.

Tunc abijt unus de duodecim qui dicebatur Iudas Scarioth, ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid uultis mihi dare, et ego uobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argẽteos. Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet.

Glo. Posita occasione proditionis, consequenter de proditione Iudæ agit euãgelista. vnde di. Tũc abiit vnꝰ de duo. &c. Chry. in ho. Tunc, scilicet quando hoc audiuit, quoniã prædicabitur hoc euãgelium vbique, timuit enim: nam virtutis ineffabilis erat quod dictũ est. Aug. de concor. euang. Ita enim sermo dirigitur dicente domino: Scitis quia post biduũ pascha fi. tunc congre. sunt principes sacerdo. Tunc abiit vnus de &c. Inter illud enim quod dictũ est, Ne tumultꝰ fieret in populo: & hoc quod dicitur, Tũc abiit vnus de 12. interpositum est illud de Bethania, quod recapitulando dictum est. Orige. Abiit autẽ aduersus vnum principem sacerdotum, qui factus est sacerdos inæternum ad multos principes sacerdotum, vt venderet precio volentẽ redimere totũ mundum. Rab. Abiit autem dicit quia nõ coactus, non inuitatus, sed sponte sceleratũ iniit consilium. Chry. in ho. Addit autẽ, vnus de 12. ac si diceret, de primo choro eorum qui sublimiter electi sunt, & ad desig nationem eiꝰ adiungit, Qui dicitur Iudas Scariotes. Erat enim alius Iudas. Remi. Scariotha nanque fuit villa vnde ortus est iste Iudas. Leo pa. in ser. de passio. Qui nõ timoris perturbatione Christũ deseruit, sed pecuniæ cupiditate distraxit. amore enim pecuniæ vilis est omnis affectio: & anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire nõ metuit: nullũque est iustitiæ in illo corde vestigium, in quo sibi auaritia facit habitaculum. Hic perfidus Iudas inebriatus veneno, dum sitit lucrum tam stultè impius fuit, vt & dominum venderet & magistrum. vnde dixit principibus sacerdotũ: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eũ tra. Hiero. Infœlix Iudas dãnum quod ex effusione vnguenti se feciss e credebat, vult magistri precio compensare: nec certã tamen postulat summã, vt saltem lucrosa videretur proditio, sed quasi vile tradens mancipium, in potestate ementium posuit quãtum vellent dare. Orige.

Cõtra auaritiã.

Hoc autẽ faciunt omnes qui accipiunt aliquid corporalium aut mundialium rerum, vt tradãt & eiiciãt ab anima sua saluatorem & verbum veritatis quod erat in eis. Sequitur: At illi const. ei 30. argen. Tantam mercedem constituentes, quantos annos saluator conuersatus fuerat in hoc mundo. Hiero. Ioseph autem, nõ vt multi putãt, iuxta 70. interpretes 30. aureis vẽditus est, sed iuxta hebraicã veritatem 30. argenteis. neq; enim poterat seruus preciosior esse q̃ dominus. Aug. de con. euan. Quod autem dominus 30. argenteis venditus est, significauit per Iudã Iudæos iniquos, qui persequentes carnalia & temporalia, quæ ad quinque pertinent sensus corporis, Christum habere noluerunt. & quia sexta mundi ætate fecerunt, sexies quinque eos quasi precium venditi domini accepisse signatũ est. & quia eloquium domini argẽtum est, illi autẽ ipsam legem etiã carnaliter intellexerunt, tanquã in argento impresserant secularis principatus imaginẽ, quã amisso domino tenuerũt. Sequitur: Et exin. quæ. op. vt eum traderet. Orig. Qualẽ autẽ opportunitatẽ quærebat Iudas, Lucas manifestius explanat dicens: Et quærebat opportunitatẽ vt traderet eum sine turba: id est, quando populus nõ erat circa eum, sed secretus erat cum discipulis: quod & fecit tradens eum post cœnã, cum secretus esset in prædio Gethsemani. & inde vsque nunc oportunitas ista videtur his qui volunt prodere dei verbum in tempore persecutionis, quando multitudo credentium non est circa verbum veritatis.

Due pulchre allegoriæ.

Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit, Tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha.

Glo. Prosecutus fuerat euangelista de his quæ erant præambula ad Christi passionẽ, scilicet de prænũciatione passionis, de cõsilio principũ, & de tractatu proditionis. nunc autẽ tempꝰ & seriẽ passionis incipit prosequi, dicens: Prima autem die azy. Hiero. Prima dies azymorum 14. dies mensis primi est, quãdo agnus immolatur, & luna plenissima est, & fermentũ abiicitur: Remi. Et notandũ ꝙ apud Iudæos primo die pascha celebratur, reliqui vero 7. sequẽtes dies azymorũ vocabantur, sed nunc dies azymorũ dicitur pro die paschæ. Chry. in ho. Vel hanc primã diẽ azymorũ dicit quia 7. dies azymorũ erãt, assueuerũt enim Iudæi à vespera semper numerare diem. vnde huius diei facit mentionẽ, secundum quã in vespera pascha erat immolandũ, quod 5. feria fuit. Rem. Sed forte dicet aliquis: Si ille typicus agnus figurã huius veri agni gestabat: quare nõ ea nocte passus est Christus, quando solebat agnus immolari? Sed sciẽdum quia eadẽ nocte mysteria sanguinis & corporis sui discipulis celebranda tradidit, & sic tentus & ligatus à Iudæis & suæ immolationis, id est, passionis sacrauit exordiũ. Sequitur: Accesꝰ. ad Ie. disc. di. Vbi vis paremus tibi come. pascha? Inter eos autem discipulos qui accesserũt ad Iesum interrogãtes, & Iudam fuisse æstimo proditorem.

Paupertas Christi.

Chry. in ho. Ex hoc autem manifestum est: quoniã non erat ei domus neq; tugurium. Ego autem æstimo neque discipulos habuisse. profecto enim eũ illuc rogassent venire. Sequitur: At Ie. di. Ite in ciui. ad quendam. &c. Aug. de con. euan. Eum scilicet quem Marcus & Lucas dicũt patrem familias vel dominum domꝰ. Quod ergo interposuit Matthęus, Ad quendam, tanquam ex persona sua studio breuitatis illud compẽdio voluit insinuare: nam neminem sic loqui vt dicat, Ite ad quendã, quis nescit? Ac per hoc cũ Matthęus verba domini posuisset dicentis: Ite in ciuitatem, interposuit ipse. Ad quendam, non quia ipse dominꝰ hoc dixerit, sed vt ipse nobis insinuaret tanto nomine fuisse quendã in ciuitate ad quem domini discipuli mittebant: vt præpararet pascha. Manifestũ est enim discipulos à domino non ad quẽlibet, sed ad quendã hominẽ, id est, ad certũ aliquem, missos esse. Chry. in ho. Vel dicẽdum quòd per hoc quòd dicit: Ad quendã: ostendit ꝙ ad ignotũ hominẽ mittit, monstrans hinc quoniã poterat nõ pati. Qui enim mẽti huius persuasit vt eos susciperet, quid non vtiq; operatus esset in his qui eum crucifigebãt, si tamẽ voluisset non pati? ego autẽ neq; hoc admiror solũ quoniã eũ susc epit, ignotus existens, sed quoniã susc ipiẽdo Christũ multorum odiũ contempsit. Hil. Vel ideo hominem cũ quo pascha celebraturus esset nõ nominat, nõ enim Christiani nominis honor credẽtibus erat præscitus. Rab. Vel nomen prætermittit, vt omnibus verũ pascha celebrare volentibus Christúmq; hospitio suę mẽtis susc ipere danda facultas designetur. Hiero. In hoc etiã morem veteris testamẽti noua scriptura conseruat. Frequẽter enim legimus, Dixit ille illi: & in loco illo. & illo: & tamen nomen personarum locorũq; nõ ponitur. Sequitur: Et dicite ei, Magister dicit. tẽpus meũ prope est. Chry. in ho. Hoc autem dixit discipulis passionẽ commemorãs, vt ex multiplici passionis enũciatione exercitati meditarẽtur quod futurũ erat, simul autẽ demõstrãs ꝙ volẽs ad passionẽ venit. Sequitur: Apud te facio pascha. In quo demõstrat quoniã vsq; ad vltimũ diẽ non erat contrarius legi. Addidit autẽ, Cũ discipulis meis: vt sufficiens fieret præparatio, & vt ille ad quem mittebat nõ existimaret eũ occultari velle. Sequitur: Et fec. di. sicut const. il. Ie. & pa. pascha. Ori. Forsitã autẽ aliquis requiret ex eo. ꝙ Iesus celebrauit more Iudaico pascha, quia conuenit & nos imitatores Christi similiter facere, nõ considerãs ꝙ Iesus factus est sub lege: non vt eos qui sub lege erãt, sub lege relinqueret: sed ex lege educeret: quãto ergo magis nõ cõuenit illos introire in lege qui prius fuerãt extra legẽ: sed spiritualiter celebrãtes quę in lege corporaliter celebrãda mãdantur: vt in azymis sinceritatis & veritatis celebremus pascha secũdũ voluntatẽ agni, dicẽtis: Nisi mãducaueritis carnẽ meã, & bibe. san. meũ nõ ha. vi. in vobis.

Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit: Amen dico uobis: quia unꝰ uestrũ me traditurus est. Et contristati ualde, cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum domine? At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidẽ hominis uadit sicut scriptum est de illo: Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas qui tradidit eũ, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti.

Hiero. Quia supra dñs de passione sua prędixerat, nũc etiã de proditore prędicit, dãs ei pœnitentiæ locũ, vt cũ intelligeret sciri cogitationes suas & occulta cordis cõsilia, pœniteret eũ facti sui. vnde dicitur: Vespere autẽ fa. disc. cũ 12. di. suis. Remi. Cum 12. dicit. quia Iudas adhuc erat in numero, qui iã recesserat merito. Hiero. Omnia enim sic ait Iudas vt tollatur suspicio proditoris. Remi. Et notandũ, quia pulchrè vespere facto discubuisse dicitur. quoniã ad vesperã agnus ĩmolari solebat. Rab. Ideo etiã vespere discubuit cũ discipulis, quia ĩ passiõe Christi, quãdo verus sol ad occasum properauit, refectio æterna oĩbus fidelibus præparata fuit. Chry. in ho. Designat autẽ euãgelista ꝙ comedẽtib⁹ illis disputat Iesus de traditione Iudæ, vt & à tẽpore & mẽsa ostendat malitiã ꝓditoris, & ideo sequit: Et edẽtibus illis dixit, Amẽ dico vobis quia vnus &c. Leo pa. in ser. de passio. In quo notã sibi esse proditoris sui conscientiã demonstrauit, non aspera ac aperta impiũ increpatione cõfundẽs, sed leui, & tacita admonitione conueniẽs: vt facilius corrigeret pœnitẽdo, quẽ nulla deformasset abiectio. Orig. Vel dixit generaliter, vt testimonio percussi cordis singulorũ qualitas ꝓbaretur, & vt Iudæ ostẽderet malitiã qui nec cognitori consiliorũ suorũ credebat, esto quia in primis putauit latere quasi hominẽ, qui postquã vidit conscientiã suã positã in verbis ipsius: quorũ primũ infidelitatis erat. Secundum imprudentiæ, & vt etiam discipulorum ostẽderet bonitatem: quia plus credebãt verbis Christi quàm conscientiæ suæ. vnde sequitur: Et cõ. val. & cœp. sing. di. Nũquid ego sum dominẽ? Vusquisq; enim discipulorũ sciebat ex his quæ docuerat Iesus, quoniã ad malũ vertibilis est humana natura, & in colluctatione aduersus rectores huius mundi tenebrarũ, & propter hanc causam vnusquisq; eorũ timens, interrogauit. vnde & de omnibus futuris timendũ est nobis infirmis. Vidẽs autẽ dominus de seipsis timẽtes discipulos, demonstrauit ꝓditorẽ indicio propheticæ vocis, dicẽtis: Qui mãducat panẽ mecũ, ampliauit aduersum me supplantationẽ. vnde sequitur: At ip. resp. ait: Qui intin. mecũ &c. Hier. O mira domini patiẽtia, prius dixerat: Vnus vestrũ me tradet, perseuerat proditor in malo: manifestius arguit, & tamẽ nomẽ propriũ nõ designat. Iudas enim cæteris cõtristatis & retrahẽtib⁹ manũ & interdicẽtib⁹ cibos ori suo, temeritate & ĩprudẽtia qua ꝓditurus erat, etiã manũ cũ magistro mittit in paropsidẽ, vt audacia bonã conscientiã mẽtiret. Chry. ĩ ho. Mihi autẽ videt & hoc Christũ fecisse, ꝙ. s. Iudas cũ eo in paropside intingeret, magis eũ confundẽs & in amorẽ suũ attrahẽs. Rab. Quod autem dicit hic Matthæus in paropside, Marcus dicit in catino. Paropsis enĩ est vas escarũ quadrãgulatũ à paribꝰ assibus. i. æquis lateribus dictũ. Catinum vero vas fictile aptũ ad ĩmittẽdũ liquorẽ, & potuit fieri vt in mensa vas fictile quadrãgulatũ cõtineret. Orig. Hęc est autẽ ꝓpria cõsuetudo hoĩm nimis malorũ, vt post salẽ & panẽ insidiẽtur hoĩbus, maxime nihil inimicitię ab eis habẽtib⁹. Si autẽ & post spiritualem mensam abundãtius videbis

Infirmi de futuris timere debẽt.

Universidad de Deusto Biblioteca

multitudinẽ malitiæ eius non recordat̃, nec in corporalib⁹ bonis, magistri dilectionẽ: nec in spiritualibus, doctrinã. Tales sunt omnes in ecclesia, qui insidiantur fratribus suis, cũ quibus ad eandẽ mẽsam corporis Christi frequẽter simul fuerunt. Hier. Iudas autẽ nec primo nec secũdo correct⁹ à proditione retrahit pedẽ, sed patiẽtia domini nutrit impudentiã suã: & ideo pœna prędicitur, vt quẽ pudor nõ vicerat, corrigãt denunciata supplicia: vnde sequit̃, Filius quidẽ hominis &c. Remi. Humanitatis nãq; est ire & redire, diuinitatis semper manere & esse: & quia humanitas pati potuit & mori, iccirco pulchrè dicit̃ filius hominis abire. Aperte etiã dicit: Sicut scriptũ est de eo, qm̃ quęcũq; passus est, prius à prophetis prædicta sunt. Chry. in ho. Hoc autẽ dixit ad cõsolãdũ discipulos, vt nõ existimarẽt ĩfirmitatis id esse ꝙ passurus erat, & vt etiã corrigeret proditorẽ. quãuis autem scriptũ fuerit passurũ esse Christũ, nihilomin⁹ tamẽ incusatur Iudas. Nõ eñ traditio Iudę salutẽ nostrã operata est, sed sapiẽtia Christi, qui aliorũ nequitiis ad id qđ nobis expediebat vtebat̃. vnde sequit̃: Væ autẽ homini &c. Orig. Nõ autẽ dixit væ homini illi à quo tradit̃, sed per quem tradetur: ostẽdens alterũ à quo tradebatur. i. à diabolo, ipsum autẽ Iudã ministrum esse traditionis: væ autẽ omnibus proditoribus Christi: quicũq; enim discipulos Christi tradit, ipsum Christum tradit. Remi. Væ etiã erit omnibus qui maligna cõscientia, & polluta ad mẽsam Christi accedũt: quãuis enim Christũ nõ tradãt Iudæis crucifigẽdũ, tradũt tamẽ suis iniquis mẽbris sumendũ: & ad maiorẽ exaggerationẽ subdit: Bonum erat ei &c. Hier. Nõ autẽ ideo putandus est ante fuisse quàm nasceretur r, quia nulli posset esse bene, nisi ei qui fuerit: sed simpliciter dictũ est, multo melius esse nõ subsistere quàm male subsistere. Aug. de quæst. euan. Et si quispiã contendit aliquã vitã esse ante istã, non Iudæ tantum, vt nasceretur, sed nulli expedire cõuincitur. An diabolo dicit nõ expedire nasci. s. ad peccatum, an etiã bonum erat illi vt Christo non nasceretur per vocationem, ne esset apostata. Orig. Iudas autem post omnium apostolorum interrogationes, & post Christi narrationẽ de ipso vix aliquãdo & ipse interrogauit versuto consilio, vt similia cæteris interrogãdo celaret proditionis cõsilium. Nã vera tristitia nõ sustinet morã. vnde sequitur: Respondens autẽ Iudas qui tradidit eũ, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Hiero. In quo blandientis fingit affectum siue incredulitatis signum. Cæteri enim qui non erant prodituri, dicunt. Nunquid ego sum domine? Iste qui proditurus erat nõ dominũ, sed magistrum vocat: quasi excusationem habeat si domino denegato saltem magistrũ prodiderit. Orig. Vel hoc ipsum quasi subsanniens dicit, quia vocabatur magister cum nõ esset hoc vocabulo dignus. Chry. in hom. Quanuis autem dominus poterat dixisse: argentum es pactus accipere, & adhuc audes interrogare, sed nihil horum dixit mitissimus Iesus, nobis terminos & regulas præfigẽs. Sequitur enim: Et ait illi, tu dixisti. Remi. Quod sic potest intelligi: Tu dicis & verum dicis, siue tu dixisti & non ego, vt adhuc ei locus pœnitentiæ concederetur, dum non apertius eius peruersitas manifestatur. Rab. Potuit hoc etiam sic dici à Iuda & à dño respõderi, vt nõ omnes aduerterẽt quod dictũ erat.

Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum.

Hier. Postquã typicum pascha fuerat impletũ, & agni carnes cũ apostolis comederat: ad verũ paschæ transgreditur sacramentum, vt quãdo omni præfiguratione eius Melchisedech, summi dei sacerdos, panẽ & vinũ offerẽs fecerat, ipse quoq; in veritate sui corporis & sanguinis repręsentaret. vnde dicitur: Cœnãtibus autẽ illis. Aug. ad Ianuariũ. In quo liquido apparet, quãdo primo acceperũt discipuli corpus & sanguinẽ domini, nõ eos accepisse ieiunos. Nunquid tamẽ propterea calumniãdus est ritus vniuersæ ecclesiæ, ꝙ à ieiunis semp accipitur? Placuit enim spiritui sancto vt in honorẽ tãti sacramenti in os Christiani prius dominicũ corpus intraret ꝙ̃ cæteri cibi. Saluator nãq; quo vehemẽti⁹ cõmendaret mysterii huius altitudinẽ, vltimũ hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorũ, à quibus ad passionẽ digressurus erat: & ideo nõ præcepit quo deinceps ordine sumeretur, vt apostolis per quos ecclesiã dispositurus erat, seruaret hũc locũ. Glo. Sub alia tamen specie carnẽ & sanguinẽ suũ tradidit Christus, & deinceps sumendũ instituit: vt fides haberet meritum, quæ de his est quæ nõ videntur. Ambr. de sacr. Et vt nullus horror cruoris sit, & pretiũ tamẽ operetur redẽptionis. Aug. super Ioan. Cõmẽdauit autẽ dominus corpus & sanguinẽ suũ in eis rebus, quę ad vnũ aliquid redigũtur ex multis. Panis nãq; in vnũ ex multis granis cõficitur: vinum vero in vnũ ex multis acinis confluit: ita dominus Ieus Christ⁹ nos signauit, & mysteriũ pacis ac vnitatis nostræ in sua mẽsa cõsecrauit. Remi. Aptè etiã fructum terrę obtulit, vt per hoc demõstraret, quia ad hoc venerat vt illã maledictionẽ auferret, qua maledicta est terra ꝓpter peccatũ primi hoĩs. Cõgruẽter etiã iussit offerri quę de terra nascũtur, & pro quib⁹ hoĩes maxime laborãt: vt nõ esset difficultas in acquirẽdo, & hoĩes de labore manuũ suarũ sacrificiũ deo offerrẽt. Amb. de sacr. Ex hoc autem accipe anteriora esse mysteria Christianorũ quàm Iudæorũ. Obtulit enĩ Melchisedech panẽ & vinũ similis per oĩa filio dei, cui dicitur: Tu es sacerdos inęternũ secundũ ordinẽ Melchisedech, de quo & hic dicitur: Accepit Iesus panẽ. Glo. Quod de pane frumẽti intelligi debet: grano enim frumẽti se cõparauit dominus, dicẽs: Nisi granũ frumẽti cadens in terra. Talis etiã panis cõpetit sacramẽto, quia eius vsus est communior: nã alii panes propter eius defectũ fiunt. Quòd vero Christus vsq; ad vltimum diem demõstrauit se nõ esse contrariũ legi, vt supra ex verbis Chry. habitum est: in vespera vero, quando pascha immolabatur, secundum legis pręceptum, azyma comedẽdum erat, & omne fermẽtatum abiiciendum, manifestũ est quòd panis iste quem dominus accepit vt discipulis traderet azymus fuit.

Quod Christus in azymo cõsecrauit.

Greg. in registro. Solet autẽ nonnullos mouere, quòd in ecclesia alii offerunt panes azymos, alii fermẽtatos. Ecclesia nãq; Romana offert azymos panes, propterea quòd domin⁹ sine vlla cõmixtione susceperit carnẽ: aliæ vero ecclesiæ offerunt fermentatũ, pro eo quòd verbum patris indutum est carne, & est verus deus & verus homo: nam & fermentũ commiscetur farinę, sed tamẽ tã azymũ ꝙ̃ fermentatũ dum sumimus, verum corpus domini nostri saluatoris efficimur. Amb. de sacr. Iste autem panis ante verba sacramentorum, panis est vsitatus: vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Cõsecratio autem quibus verbis est, & quibus sermonibus, nisi domini Iesu? Si enim tanta vis est in ei⁹ sermone vt inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius est vt sint quæ erãt, & in aliud cõmutentur? Si enim operatus est sermo cælestis in aliis reb⁹, non operatur in cęlestib⁹ sacramẽtis? Ergo ex pane corpus fit Christi, & vinũ fit sanguis consecratione verbi cęlestis. Modum requiris? Accipe. Consuetudo est vt nõ generetur homo nisi ex viro & muliere: sed quia voluit dominus, de spiritu sancto & virgine nat⁹ est Christus. Aug. de verb. do. Sicut ergo per spiritũ sanctũ vera caro sine coitu creatur, ita & per eundem substantia panis & vini idem corpus Christi, & sanguis cõsecratur: & ideo quia verbo domini fit prædicta cõsecratio, subditur: Benedixit. Remi. Per hoc etiam mõstrauit quia humanam naturam vnà cum patre & spiritu sancto gratia diuinæ virtutis impleuit, & æternę immortalitatis munere ditauit. Sed vt monstraret quia corpus eius nõ absque sua voluntate subiectum erat passioni, subditur: Ac fregit. Aug. in lib. senten. Prosperi. Cũ enim frãgitur hostia, dũ sanguis de calice in ora fideliũ fundit̃, quid aliud quàm dominici corporis immolatio in cruce, eiúsque sanguinis effusio de latere designatur? Diony. in eccl. hierar. In hoc etiã ostenditur quòd vnũ & simplex dei verbũ per humanationẽ compositũ & visibile ad nos peruenit, & ad se nostram societatẽ benigne peragens, spiritualium bonorũ distributorum nos participes fecit. vnde sequitur: Deditq; discipulis suis. Leo pa. in ser. de pas. Nec ab hoc quidẽ mysterio traditore submoto, vt ostenderetur Iudas nulla iniuria exasperatus, qui impietate voluntaria erat præscius. Aug. super Ioã. De vno enim pane & Petrus accepit, & Iudas: sed Petrus accepit ad vitã, Iudas ad mortem. Chry. in ho. Et hoc Ioannes ostẽdit dicens: Quoniã post hoc intrauit in eũ Satanas. Etenim maius peccatũ est factum, & quoniã cum tali mente ad mysteria accessit, & quoniã cum accessisset, nõ factus est melior, neq; timore, neq; beneficio, neq; honore. Christus autẽ non prohibuit eum quãuis omnia nouerit, vt discas quoniã nihil dereliquit eorũ quæ in correptionẽ cõueniunt. Remi. In hoc etiam facto reliquit exemplũ ecclesię, vt neminem à societate sui neque à cõmunione corporis & sanguinis domini segreget, nisi pro aliquo manifesto & publico crimine. Hil. Vel sine Iuda pascha accepto calice & fracto pane cõficitur: dignus enim æternorũ sacramentorũ cõmunione non fuerat: discessisse autẽ eũ hinc intelligitur, quod cũ turbis reuersus ostẽditur. sequitur: Et ait, accipite & comedite. Aug. de ver. do. Inuitat dominus seruos vt præparent eis cibũ scilicet seipsum. Sed quis audeat manducare dominum suũ? & quidẽ quando manducatur reficit, sed nõ deficit. viuit mãducatus, quia surrexit occisus: nec quãdo manducatur, partes de illo facimus, & quidẽ in sacramẽto sic fit. Norunt fideles queẽadmodum manducent carnẽ Christi vnusquisq; partem suã accipit, per partes mãducatur in sacramẽto & integer manet, totus in cælo, totus in corde tuo. Ideo autem ista dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, & aliud intelligitur quod videtur, habet speciem corporalem: quod intelligitur, fructum habet spiritualem. Aug. super Ioan. Carnem autẽ Christi non edamus tantũ in sacramento, quod & multi mali faciũt, sed vsque ad spiritus participationem manducemus, vt in domini corpore tãquam membra maneamus, vt eius spiritu vegetemur. Amb. de sacra. Ante enim quàm cõsecretur, panis est: vbi autem verba Christi accesserint dicentis: Hoc est corpus meum, corpus Christi est.

Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remißionem peccatorum. Dico autem uobis, non bibam amodo de hoc genimine uitis usque in diem illum, cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei.

Remi. Quia corpus suum sub specie panis dominus discipulis dederat, pulchrè etiã calicẽ sui sanguinis tradit eisdẽ. vnde dicitur: Et accipiẽs calicẽ &c. In quo demõstrat quãtum de nostra salute gratuletur, pro quibus etiã sanguinem suum funderet. Chry. in ho. Ideo etiam gratias egit, vt nos doceret qualiter oporteret nos hoc mysterium perficere, & etiã monstrauit quoniã ad passionem nõ venit nolens. Erudiuit enim nos quodcũque patimur cũ gratiarũ actione ferre, & etiã ex hoc bonam spẽ nobis dedit. Si enim figura huius sacrificii. s. immolatio agni paschalis, facta est liberatio populi ab Aegyptiaca seruitute, multo magis veritas liberabit orbẽ terrarũ. Sequitur: Et dedit illis, dicẽs: Bibite ex hoc omnes. Ne autẽ hoc audientes turbarẽtur, primũ ipse sanguinẽ suũ bibit, inducẽs eos sine turbatione ad cõmunionem mysteriorũ.

Christ⁹ seipsum primo cõmunicauit & hoc, ĩde notatur.

Hiero. cõtra Helui. Sic igitur domin⁹ Iesus fuit cõuiua & conuiuiũ ipse comedẽs & qui comeditur. Sequitur: Hic est sanguis me⁹ noui testamẽti &c. Chry. in ho. Hoc est annũciationis legis nouæ, hoc enim promittebat vetus testamentũ quod cõtinet nouum. Sicut enim vetus testamentum habuit sanguinem vitulorũ & ouium, ita nouum habet sanguinem dominicum. Remi. Sic enim legitur, quia accepit Moyses sanguinem agni & misit in craterã, & intincto fasciculo hysopi aspersit populum, dicens: hic est sanguis testamenti quod mãdauit ad nos deus. Chry. in ho. Sanguinẽ autẽ nominans, & passionem suam pronunciat, dicens: Qui pro multis effundetur. Et rursus dicit mortis causam, cũ subdit: In remissionẽ peccatorũ. quasi. d. sanguis agni in Aegypto effusus est pro salute primogenitorũ populi Israelis: hic autem in remissionem peccatorum vniuersi orbis terrarum: Remi. Et notandum quia nõ ait, Pro paucis, aut pro omnibus, sed pro multis: quia nõ venerat vnam tãtum gentem redimere, sed multos de omnibus gẽtibus. Chry. in ho. Hoc autẽ dicẽs ostẽdit ꝙ passio eius mysteriũ est salutis humanæ, per quod etiã discipulos cõsolatur. Et sicut Moyses ait: Hoc erit vobis memoriale sempiternum, ita & ipse dixit vt Lucas refert, hoc facite in meã cõmemorationẽ. Remi. Nõ solum autẽ panem, sed etiã vinũ offerendũ docuit, vt esuriẽtes & sitiẽtes iustitiã, his mysteriis doceret esse recreandos. Glo. Sicut eñ corporalis refectio fit per cibũ & potum, ita sub specie cibi & potus nobis spiritualẽ refectionẽ dominus præparauit. Cõueniẽs etiã fuit ad signandum dominicã passionem vt sub duplici specie hoc sacramentũ institueretur. In passione enim sanguinẽ suũ effudit, & sic sanguis ei⁹ fuit à corpore separatus. Oportuit ergo ad dominicã passionẽ repręsentandã seorsum proponi panẽ & vinum quæ sunt corporis & sanguinis sacramenta. Sciendũ tamen est, ꝙ sub vtraq; specie totus Christus continetur: sub specie quidẽ panis simul sanguis cũ corpore, & sub specie vini simul corpus cum sanguine. Amb. in epist. ad Corin. Ideo etiam in duabus speciebus celebratur. valet enim ad tuitionem corporis & animæ quod percipim⁹,

Recte ĩtelligas istud sciẽdum,

Chry. ad conci. Calix vero domini non est aqua sola & vinũ solum, nisi vtrũq; misceatur. quomodo nec corpus domini potest esse farina sola aut aqua sola, nisi vtrũque fuerit adunatũ. Amb. de sacra. Si autẽ Melchisedech panem & vinum obtulit, quid sibi vult aquæ mixtio? Accipe rationem. Tetigit Moyses petram: & petra vndam maximam fudit. Petra autem erat Christus: & vnus de militibus lancea tetigit latus Christi, & de latere eius aqua fluxit, & sanguis: aqua vt mundaret, sanguis vt redimeret. Remig. Sciendum etiam quòd vt Ioannes dicit, Aquæ multæ populi sunt. Et quia nos oportet semper manere in Christo, & Christum in nobis. vinũ aquę mixtum offertur, vt ostendatur, quia caput & membra, id est, Christus & ecclesia vnum sunt corpus: vel vt demonstretur quia nec Christus passus est absque amore nostræ redẽptionis, nec nos saluari possumus absque illius passione. Chry. in ho. Quia vero de passione & cruce eis locutus erat, cõsequenter eum qui de resurrectione est sermonẽ inducit, dicens: Dico autẽ vobis non bibam amodo de hoc genimine vitis, &c. Regnum autem resurrectionẽ suam nominat. Ideo autẽ hoc de resurrectione dixit, ꝙ scilicet cũ apostolis esset bibitur⁹, ne ali-

qui existimarẽt phantasiam esse resurrectionem,& ideo persuadẽtes hominib⁹ de Christi resurrectione,dixerũt: Simul comedim⁹ & bibimus cum eo: postquã resurrexit à mortuis. per hoc ergo ostendit quòd videbũt eum resuscitatũ,& cũ ipsis rursus erit. Quod autẽ dicit, Nouũ,clare intelligendũ est nouum.i.nouo modo,nõ quasi corpus passibile habẽs & indigens cibo. Non enim post resurrectionẽ comedit & bibit,quia cibo indigeret,sed propter resurrectionis certitudinẽ. Quia vero sunt quidã hæretici in sacris mysteriis aqua vtentes,nõ vino,demõstrat per hæc verba quoniã & cũ sacra mysteria tradidit vinũ dedit,quod & resuscitatus bibit,propter hoc dicit: Ex hoc genimine vitis. Vitis enim vinũ non aquã generat. Hier. Vel aliter: De carnalibus dominus trãsit ad spiritualia: & vinea de Aegypto trãsplãtata, populus sit Israel, sacra scriptura testatur . dicit ergo dominus se de hac vinea nequaq̃ esse bibiturũ, nisi in regno patris. Regnũ patris fidẽ puto esse credentiũ: ergo cũ Iudæi regnũ receperint patris,tũc de vino eorũ dñs bibet. Attẽde autẽ & dicat Patris,& nõ dei. Omnis enim pater nomẽ est filii,ac si diceret,cũ crediderint in deũ patrem,& adduxerit eos pater ad filiũ. Remig. Vel aliter: Non bibam de geni. vi. huius.i. non vltra synagogæ carnalibus oblationib⁹ delectabor,in quibus illa paschalis agni immolatio præcipuũ locũ tenere solebat. Aderit autẽ meæ resurrectionis & dies in quo in regno patris cõstitut⁹ id est gloria æternæ imortalitatis sublimat⁹ vobiscũ illud bibã nouum, hoc est de saluatione illius populi iam renouati per aquam baptismatis,quasi nouo gaudio lætabor. Aug. de quę. euã. Vel aliter: Cũ dicit, Bibã illud nouum, vult intelligi hoc vetus esse. Quia ergo de propagine Adam, qui vetus homo appellatur, corpus suscepit, quod in passione morti tradit⁹ erat, vnde etiã per vini sacramentũ cõmendauit sanguinẽ suũ. sed quid aliud nouũ vinũ, nisi immortalitatẽ renouandorũ corporũ intelligere debemus? Quod autẽ dicit, Vobiscũ bibã, etiã ipsis resurrectionẽ corporũ ad induendã immortalitatẽ promittit: vobiscũ enim non ad idẽ tẽpus, sed ad eandẽ innouationẽ esse dictum accipiendũ est. Nã & nos dicit apostolus resurrexisse cũ Christo, vt spes rei futuræ iam lætitiã præsentẽ afferat. Quod autẽ de hoc genimine vitis,etiã illud nouum esse dicit,significat vtiq; eadẽ corpora resurrectura secundũ innouationẽ cælestẽ, quę nũc secundũ terrenã vetustatẽ sunt moritura. Hila. Videtur autẽ ex hoc q̃ Iudas cũ eo nõ biberit, quia nõ erat bibitur⁹ in regno, cũ vniuersos tunc bibentes ex vitis istius fructu bibituros secũ postea polliceretur. Glo. sed sustinendo aliorũ sanctorũ sentẽtiam: q̃ scilicet Iudas sacramẽta receperit à Christo, dicẽdũ est quod hic dicit, Vobiscum, ad plures eorum nõ ad omnes referendum esse.

Quidam hæretici loco vini vtuntur aqua.

Anagogica expositio.

Et hymno dicto, exierunt in montem oliueti. Tunc dicit illis Iesus : Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem , & dispergentur oues gregis. Postq̃ autem resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Respondens autẽ Petrus, ait illi : Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunq̃ scandalizabor. Ait illi Iesus: Amẽ dico tibi: quia in hac nocte, anteq̃ gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiamsi oportuerit me mori tecum , nunq̃ te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

Orig. Discipulos qui acceperant benenedictionis panẽ,& biberãt calicẽ gratiarũ actionis docebat dominus pro his omnibus hymnum dicere patri. vnde dicitur: Et hymno dicto exierũt in montẽ oli . vt de alto transirent ad altũ: quia fidelis nõ potest aliquid agere in conualle. Chryſ. in ho. Audiant quicũque, velut porci, simpliciter mãducãtes,cũ ebrietate surgũt,cũ deceret gratias agere & in hymnũ mẽsam desinere. Audiant quicũque vltimã orationẽ in sacris mysteriis non expectãt. Vltima enim oratio missæ illius hymni est signum. Gratias ergo egit antequam sacra mysteria discipulis daret, vt & nos gratias agamus. Hymnũ dixit postquã dedit, vt & nos hoc ipsum faciamus. Hiero. Iuxta hoc exemplum saluatoris qui pane Christi & calice saturatus & inebriatus fuerit potest laudare deũ & conscẽdere montẽ oliueti: vbi laborũ refectio, doloris solatiũ & veri luminis notitia est. Hil. Per hoc etiã ostẽditur quòd homines cõsummati in vniuersis diuinorũ mysteriorũ virtutibus, gaudio, exultationéque communi , in cælestem gloriam efferuntur. Orig. Apte etiã mons misericordiæ est electus, vbi prænũciaturus fuit scandalũ infirmitatis discipulorum: iam tunc paratus, vt nõ repelleret discipulos discedẽtes , sed vt reciperet reuertẽtes. vnde sequitur: Tunc dixit il. Iesus : Omnes vos scan. patie. in me in ista nocte. Hiero. Prædicit quidẽ quod passuri sunt, vt cũ passi fuerint non desperẽt salutem , sed agentes pœnitentiam liberentur. Chry. in ho. In quo etiam docet nos quales ante crucem fuerũt discipuli, & quales post crucẽ. Etenim qui neque cũ Christo dũ crucifigebatur stare poterãt , post mortẽ Christi adamãte fuerũt fortiores. Fuga enim discipulorũ, & timor, demõstratio est mortis Christi, vt confundantur qui hæresi Marchionis ægrotãt. Si enim neq; ligatus est, neq; crucifixus, vnde Petro & reliquis apostolis incussus est tãtus timor? Hiero. Et signanter addidit: in ista nocte. quia quomodo qui inebriantur , nocte inebriantur: sic & qui scandalum patiuntur, in nocte & in tenebris sustinent. Hila. Huius etiam prædicationis fides, auctoritate prophetiæ veteris continebatur . vnde sequitur: Scriptũ est enim &c. Hiero. Hoc aliis verbis in Zacharia propheta scriptũ est , & ex persona prophetæ ad deũ dicitur: Percute pastorẽ, & dispergẽtur oues. percutitur autẽ pastor bonus , vt ponat animã suã pro ouibus suis, & de multis gregibus errantiũ, fiat vnus grex, & vnus pastor. Chry. in ho. Hanc autẽ prophetiã inducit, simul quidẽ suadens eis attẽdere semper quæ scripta sunt, simul etiã ostendens quoniam secundum dei consilium crucifigebantur, & vndique monstrans non alienum se esse à veteri testamento , & à deo qui in eo prænũciabatur. non autem permisit eos in tristibus permanere, sed & læta prænũciat, dicens: Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Non enim confestim post resurrectionem in cælo eis apparuit, neq; in longam quandam regionem, vt eis appareat, vadit : sed in ipsa gente, & in ipsis ferè regionibus : vt & hinc crederẽt, quoniam qui crucifixus est, ipse est qui resurrexit. Propter hoc etiã se in Galilęam abire dicit, vt à timore Iudæorum liberati, crederent ei quod dicebatur. Orig. Prædicit etiam hoc eis vt qui ad modicũ dispersuntur scandalum passi, post congregentur à resurgẽte Christo & præcedente eos in Galilæam gentiũ. Hila. Sed Petrus in tantum, & affectu, & charitate Christi efferebatur, vt & imbecillitatẽ carnis suę, & fidem verborũ domini nõ contueretur, quasi dicta eius efficienda non essent: vnde sequitur, Respondens Petrus ait illi: Et si &c. Chryſ. in hom. Quid ais ô Petre? Propheta dixit , Dispergentur oues, & Christus cõfirmauit quod dictũ est: & tu dicis, Nequaq̃. Quando dixit : Vnus ex vobis me tradet, timebas ne tu esses traditor , q̃uis nihil tibi tale conscius eras: nunc autẽ manifestè eo dicente, qm̃ omnes scandalizabimini, contradicit : sed quia erutus erat ab anxietate , quam de proditione habuerat , confidens de reliquo, dicebat: Ego nunq̃ scandalizabor. Hiero. Non tamen est temeritas, nec mẽdacium , sed fides est apostoli Petri, & ardens affectus erga dominum saluatorẽ. Re-

Christ⁹ præcessit apostolos in Galilæã gẽtium.

mig. Quod ergo ille dicit præuidendo, iste denegat amãdo: vbi moraliter instruimur, vt quantũ confidimus de ardore fidei , tantũ timeamus de carnis fragilitate. Videtur tamen accusabilis Petrus, & qm̃ contradixit, & qm̃ aliis seipsum præposuit: & tertio, qm̃ totum sibi attribuit, quasi fortiter esset pseueratur⁹. Vt hoc igit̃ in eo sanaret, permisit fieri eius casum , nõ impellens eum ad negandũ, sed eum sibi deserens, & naturã humanam de fragilitate conuincẽs. Orige. Vnde alii discipuli seã dalizati sunt in Iesu: Petrus autem non solũ scandalizatur, sed abũdantius relinquit̃ vt ter denegaret. vnde sequitur: Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte anteq̃ gallus cantet, ter me negabis. Aug. de con. euan. Potest autẽ mouere q̃ tam diuersa non tantum verba, sed etiam sentẽtias euangelistæ p̃mittunt, quibus præmonitus Petrus illam p̃sumptionẽ ,pferret, vel cũ dño vel pro domino moriendi : ita vt cogant intelligibiliter eũ exp̃ssisse præsumptionẽ suã diuersis locis, sermonis Christi: & ter illi à dño resp̃onsum q̃ eum esset ante galli cantũ ter negaturus, sicut etiã post resurrectionem ter illũ interrogat: vtrũ eum amet, & mandatũ de pascendis ouibus ter p̃cepit. Quid em̃ habent hæc verba Matthęi vel sentẽtiæ smile illis , vel quibus secundũ Io. vel qb⁹ secũdũ Lu. Petr⁹ ,ptulit p̃sumptionẽ suã: Marcus aũt penè ipsis verbis hoc cõmemorat, qbus & Matthæ⁹ nisi q̃ distinctius quẽadmodum futurũ esset, exp̃sit dictũ esse à dño: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam bis gallus vocẽ dederit, ter me es negatur⁹: vnde nonnullis qui parũ attendunt Marc⁹ videtur nõ cõgruere cæteris. tota em̃ negatio Petri trina est: quæ si post primum galli cantũ inciperet, falsum dixisse viderẽtur tres euangelistæ, qui dicũt dixisse dominũ, quòd anteq̃ gallus cantaret eum, Petrus esset negatur⁹. Rursus si totã trinã negationẽ ante peregisset, q̃ cãtare gallus inciperet, superfluo dixisse Marcus deprehenderetur ex p̃sona dñi: Priusquam gallus bis vocẽ dederit, ter me es negaturus. Sed quia ante primum galli cantũ cœpta est illa trina negatio: attẽderunt tres euãgelistæ non quando eã cõpleturus esset Petrus , sed quanta futura esset , & quando incœptura. i. ante galli cantũ: quanquam in animo eius , & ante primum galli cantũ tota posset intelligi, quoniã ante galli cantũ tãtus timor obsederat mentẽ, qui eam posset vsque ad tertiam negationẽ p̃ducere . Multominus igitur mouere debet, quia trina negatio etiã trinis negantis vocibus ante galli cantum cœpta: & si nõ ante primum galli cãtum peracta est, tanq̃ si alicui diceretur : Anteq̃ gallus cantet ad me scribes epistolã, in qua mihi ter conuicia beris : non vtiq; si eam ante omnẽ galli cãtum scribere inciperet, & post primum galli cãtum finiret: ideo dicẽdum erat falsum fuisse prædictũ. Orig. Quęres autem si possibile erat vt non scãdalizaret Petrus, semel saluatore dicente: qm̃ omnes vos scandalum patiemini in me? Ad quod aliquis respondebit, quoniã necesse erat fieri quod p̃dictum erat à Iesu. Alius autẽ dicit: qm̃ qui exoratus à Niniuitis, quæ prędixerat per Ionam non fecit, possibile fuit vt repelleret etiã scandalum à Petro deprecãte. Nunc autẽ promissio eius audax in affectu qui dẽ prompto, non sine prudẽti facta est ei causa, vt nõ solum scandalizaretur, verũetiam ter denegaret. Postquã autẽ cum affirmatione iuramenti pronunciauit , dicet aliquis quòd non erat possibile vt nõ denegaret. Si em̃ iuramentum erat Christi, amen: mentitus fuisset, dicendo: Amen dico tibi , si verũ dixisset Petrus, quia non te negabo. videnſ autem mihi cæteri discipuli cogitantes quod primum fuerat dictum: Oẽs vos scãdalum patiemini. Ad hoc autẽ quod dictum est Petro : Amen dico tibi &c. ,pmiserunt similiter Petro, qa non erat cõprehensi in illa prophetia. vnde sequit̃: Ait illi Petrus: Etiã si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & oẽs discipuli dixerunt: hic etiã Petrus nescit quid loquatur . Cum Iesu em̃ mori pro oĩbus moriente hoĩm non erat: qm̃ oẽs fuerant in peccatis,& oẽs opus habebant vt pro eis alius moreretur, nõ ipsi pro aliis. Rab. Sed quia intellexerat Petrus dñm præ timore mortis eũ se prædixisse negaturum, ob hoc dicebat, quòd licet periculum mortis immineret, nullo mõ ab eius fide posset auelli, & similiter alii apostoli per ardorẽ mẽtis nõ timuerunt dãnum mortis: sed vna fuit p̃sumptio humana sine ,ptectione diuina. Chry. in ho. Hinc ergo magnum discimus dogma, quòd nõ sufficit desiderium hominis, nisi diuino aliquis potiatur auxilio.

Cõcor. euange.

Tunc uenit Iesus cum illis in uillam quæ dicitur Gethsemani . Et dixit discipulis suis : Sedete hic donec uadam illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi cœpit contristari & mœstus esse . Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete hic, & uigilate mecum.

Remig. Paulò superius euangelista dixerat quia hymno iam dicto, exiit cum discipulis in montẽ Oliueti, & vt ostenderet ad quẽ locum ipsius montis diuertit, cõsequẽter adiunxit: Tũc venit Iesus cum illis &c. Rab. Lucas dicit: In montẽ Oliueti: Ioannes trans torrentem Cedrõ, quod idem est quod Gethsemani, & est locus in quo orauit ad radicẽ montis Oliueti, vbi ort⁹ est : vbi etiã ecclesia est ædificata. Hiero. Gethsemani interpretat̃ vallis pinguissima, in qua iussit discipulos sedere paulisper, & expectare redeuntẽ, donec pro cunctis dñs solus oraret. Orige. Nõ em̃ conueniebat vt ibi caperet, vbi cum discipulis manducauerat pascha: conueniebat autem & priusquam ,pderetur orare & eligere locum mundum ad orationem. vnde sequit̃: Et dixit discipulis suis, sedete hic, donec &c. Chry. in ho. Hoc autem dicit, qa discipuli indiuisibiliter sequebãtur Christum. Cõsuetudo em̃ ei erat sine discipulis orare. Hoc autem faciebat erudiens nos in orationibus quietem nobis cõstituere, & solitudinem quærere. Dama. in lib. 3. Sed cùm oratio sit ascensus intellectus ad deum , vel petitio decentiũ à deo, qualiter dñs orabat? Neq; enim ascensione, quę à deo est, indigebat intellectus eius, semel secundum personã deo verbo vnitus: neq; enim ea quæ à deo est petitione: vnus em̃ deus & homo , Christus est. Sed formans in seipso quod nostrum est, docuit nos à deo patre petere, & ad ipsum extendi: sicut enim passiones sustinuit vt triumphans , nobis aduersus eas victoriã tribueret: ita orat, nobis viam faciens ad eam quę ad deum est ascensionẽ, & pro nobis omnẽ iustitiã implens, & reconcilians nobis patrẽ suum, & vt principium ipsum honorãs & mõstrans quòd nõ est deo contrarius. Remig. Cùm aũt dñs in monte orauit, docuit nos in oratione pro cælestibus dñm supplicare. Cùm verò in villa orauit, nos instruxit vt in oratione semp humilitatẽ seruare studeamus . Raba. Pulchrè autẽ appropinquãs passioni, in valle pinguedinis orasse dicitur, vt demõstraret quòd per vallẽ humilitatis, & pinguedinẽ charitatis, mortẽ pro nobis susceperit. Moraliter etiam nos instruxit, vt nõ gestemus cor aridum à pinguedine charitatis. Raba. Appropinquãs morti domin⁹, in valle pinguedinis orauit, quia per vallẽ humilitatis, & pinguedinẽ charitatis, pro nobis mortẽ subiit. Rem. Quia vero fidẽ discipulorum & constantiã deuotæ sibi volũtatis acceperat, sed turbandos illos & dispergẽdos prę-sciebat, ideo iussit eos in loco sedere. Nã sedere requiescẽtis est, laboraturi enim erant eũ negaturi. Qualiter aũt progressus sit manifestat, cũ subiungit: Et assumpto

Gethsemani interpretatio.

Petrō & duob⁹ filiis Zebedęi, cœpit cōtristari & mœst⁹ esse. Illos videlicet assumpsit, quibus in monte claritatem suæ maiestatis ostenderat. Hila. Sed quia dicit, Cœpit contristari, & mœstus esse, hæreticorum omnis hic sensus est: vt opinētur metum mortis in dei filium inci disse: quia asserunt non de æternitate prolatū, neq; de infinitate paternæ substantiæ extitisse, sed ex nihilo p eum qui oīa creauit effectū: & ideo in eo doloris anxietas, ideo metus mortis, vt qui mortē timere potuit, & mori possit: qui verò mori potuit, licet in futurū erit, non tū per eū qui se genuit ex præterito sit æternus. q̄ si per fidē capaces euangeliorū essent, scirent verbū in principio deū, & hoc in principio apud deū, & eandem esse æternitatē gignentis & geniti. Sed si virtutē illam incorruptæ substantiæ, imbecillitatis suæ forte assumptio carnis infecerit, vt sit ad dolorē infirma, ad mortē trepida, iam & corruptioni subdita erit: ac si æternitate demutata in metum hoc quod in ea est, poterit aliqñ nō esse. Deus autē sine mensura tēporum semper est, & qualis est, semp ætern⁹ est. Mori igitur nihil in deo potuit: nec ex se metus deo vllus est. Hier. Nos autē ita dicimus hominē passibilem à dei filio susceptū, vt deitas impassibilis pmaneret. Passus est eñ dei filius non putatiuè, sed verè omnia quæ scriptura testat: secundū illud quod pati poterat, secundum. s. substantiam assumptā. Hila. 10. de trini. Puto autē non alia hic ad timendum, q̄ passionis & mortis causa à quibusdā prætenditur. Interrogo autē eos qui hoc ita existimāt, an ratione subsistat, vt mori timuerit, qui omnē ab apostolis timorē mortis expellens, ad gloriā eos sit martyrii adhortatus. quid eñ ipse in mortis sacramento doluisse existimandus est, qui pro se morientibus vitam rependit? Deinde quē dolorē mortis timeret, potestatis suę libertate moriturus? Si etiam passio honorificatura eū erat, quō tristē eū metus passionis effecerat? Hil. Quia ergo mœstū dominū fuisse legimus, causas mœstitię reperiamus. Admonuerat superius oēs scandalizandos, Petrū etiam dās ter negaturū esse respondit; assumptisq; eo, & Iacobo, & Ioanne cœpit tristis esse: ergo nō ante tristis est q̄ assumit, sed omnis met⁹ illis esse cœpit assumptis: atq; ita non de se orta est, sed de eis quos assumpserat mœstitudo. Hiero. Contristabatur ergo dominus non timore patiendi, qui ad hoc venerat vt pateret, & Petrū temeritatis arguerat: sed propter infelicissimum Iudam, & scandalum oīm apostolorum, & reiectionem vel reprobationē populi Iudęorū, & euersionem miseræ Hierusalē. Dama. in lib. 3. Vel aliter: Oīa quæ non ante ad esse deducta sunt à conditore existendi naturaliter fugiunt: & deus igitur verbum homo factus habuit, & hoc est desideriū, quod dei desiderauit escam & potum & somnū, quibus. s. cōseruatur ita desiderans, & naturaliter in experientia horum factus, & econtrario desiderauit corruptiuorū amotionem: vnde & tēpore passionis quam voluntariè sustinuit, habuit mortis timorē naturalē, & tristitiam: est eñ timor naturalis, anima nolēs diuidi à corpore, propter eam quæ ex principio à cōditore imposita est naturalē familiaritatē. Hiero. Dominus ergo noster vt veritatē assumpti probaret hominis, verè quidē contristatus est, sed ne passio in animo illius dominaretur, per passionē cœpit cōtristari: aliud est enim contristari, & aliud incipere contristari. Remig. Destruuntur aūt in hoc loco Manichæi, qui dixerunt illum phantasticū corpus assumpsisse, nihilominus & illi qui dixerunt eumverā animā non habuisse, sed loco animę diuinitatē. Aug. in lib. 83. quæst. Habemus eñ euangelistarū narrationes, p quas Christū & natum de beata virgine Maria cognouim⁹, & cōprehensum à Iudæis, & flagellatum & crucifixum atq; interfectū & sepultum in monumento, quæ omnia facta esse, intelligere sine corpore nemo potest: nec figuratè accipienda quisquā vel dementissimus dixerit, cū dicta sint ab eis qui res gestas vt meminerant, narrauerunt. Sic ergo isti corpus eū habuisse testantur, sicut & eum habuisse indicant animam affectiones illę quæ nō possunt esse nisi in anima, quas nihilomin⁹ eisdem euāgelistis narrantibus legimus. Et miratus est Iesus, & iratus, & contristatus. Ambro. super Luc. Cùm ergo in euangelista ista referuntur, non falsō vtique referūtur, verum ille hos motus certissimæ dispensationis gratia, ita cū voluit suscepit animo humano, vt cū voluit fact⁹ est homo. Habem⁹ quidē & nos huiusmodi affectus ex humanæ cōditionis infirmitate: non autē ita dominus Iesus, cuius infirmitas fuit ex potestate. Dama. in 3. lib. Quapropter naturales nostræ passiones secundum naturam & supra naturā fuerunt in Christo. Secundū naturā enim quia permittebat carni pati quæ propria: supernaturā autem, quia non præcedebant in eo voluntatem naturalia: nihil eñ coactū in Christo consideratur, sed omnia volūtaria. Volens eñ esuriuit, timuit, & contristatus est. Et ideo de manifestatione tristitiæ subditur: Tunc ait illis, tristis est anima mea vsque ad mortem. Ambr. super Lu. Tristis autē est, non ipse, sed anima. Non enim tristis sapientia, non diuina substantia, sed anima. Suscepit eñ animā meā, suscepit corpus meum. Hiero. Non autē propter mortē, sed vsq; ad mortem dicit contristatus, donec apostolos sua liberet passione. Dicant qui irrationabilem Iesum sumpsisse animā suspicant, quomodo contristet, & nouerit tēpus tristitiæ: quanuis eñ & bruta mœreant animalia, tamen non nouerunt, nec causas, neq; tempus vsq; ad quod debeant contristari. Orige. Vel aliter: Tristis est aīa mea vsq; ad mortē. q. d. Tristitia cœpta est in me, non semp, sed vsq; ad tempus mortis: vt cùm mortuus fuero peccato, moriar & vniuersæ tristitiæ, cuius principiū tantum fuit in me. Sequitur: Sustinete hic &c. ac si dicat: Cæteros quidem iussi sedere ibi quasi infirmiores ab agone isto seruans eos securos, vos autē quasi firmiores addduxi, vt collaboretis mecum in vigiliis & orationibus: tamen & vos manete hic, vt vnusquisque in gradu suæ vocationis consistat. quoniā omnis gratia q̄uis fuerit magna, habet superiorē. Hier. Vel ideo à somno prohibet, cuius tēpus non erat imminente discrimine, sed à somno infidelitatis & torpore mentis.

Tristitia Christi.

Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orās, & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. Verumtamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Et uenit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuistis una hora uigilare mecum? Vigilate, & orate, ut nō intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundo abijt, & orauit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. Et uenit, & iterū inuenit eos dormiētes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertio, eundem sermonem dicens.

Orige. Petrum magis de se confidentē, & alios adduxit, vt videāt cadentem in faciē & orātem, & discāt nō magna, sed humilia de se sapere, nec veloces esse ad p̄mittendum: sed soliciti ad orandum. & ideo dicitur: Et progressus pusillum. Nolebat enim longè fieri ab eis, sed iuxta eos constitutus, orare, & qui dixerat: Discite à me qa mitis sum & humilis corde: laudabiliter se humilians cadit in faciem. vñ sequitur: Procidit in faciem suā orans, & dicens: Pater mi &c. Manifestans autē in

oratione sua deuotionem, quasi dilectus & complacēs dispositioni patris addidit: Verūtamen nō sicut ego volo, sed sicut tu. Docens vt non oremus fieri nostrā volūtatem, sed dei. Secundū autem q̄ cœpit pauere, & tristari, secundū hoc orat calicē passionis transire: & nō sicut ipse vult, sed sicut pater: hoc est non secundū substantiā eius diuinam & impassibilē, sed secundū naturam humanam & infirmā. Suscipiens eñ naturam carnis humanæ oēs proprietates impleuit, vt non in phātasia habuisse carnē æstimaretur, sed in veritate. Proprium est autē hominis fidelis, primū quidem nolle pati aliquid doloris, maxime quod ducit vsque ad mortem, quia homo carnalis est: si autem sic voluerit deus acquiescere, quia fidelis est. Nā sicut multum cōfidere non debem⁹, ne nostram virtutē videamus profiteri: sic diffidere nō debemus, ne dei adiutoris nostri impotentiam videamur pronūciare. Notandū est aūt quoniā Marcus quidem & Lucas hoc ipsum scripserūt, Ioannes aūt orantē Iesum vt transiret ab eo calix, non introducit. quoniā hi quidē magis secundū humanam naturā eius exponunt de eo, q̄ secundū diuinam: Ioānes aūt magis secundū diuinā. Aliter autē Iesus videns qualia erant Iudæi passuri petentes eum ad mortē, dicebat: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Hiero. Vnde signāter dicit: Calix iste, hoc est populi Iudæorum, qui excusationem ignorantiæ habere non possunt, si me occiderint, habentes legem & prophetas, qui me vaticinātur.

Vtilitas passionis Christi.

Orige. Rursus vidēs quanta vtilitas totius mūdi esset futura per passionē ipsius, dicebat: Sed nō sicut ego volo, sed sicut tu. i. si possibile est vt sine passione mea oīa illa bona proueniant, quæ per passionē meā sunt prouentura, transeat passio hæc à me, vt & mundus saluetur, & Iudæi in passione mea non pereant. Si autē sine perditione quorūdam multorū salus non potest introduci, quantū ad iustitiam tuam non trāseat. Calicē aūt hunc qui bibit, passionis in multis locis noīat scriptura. Bibit autē calicē totū, qui patitur p̄ testimonio quicquid fuerit ei illatū. Effundit autē accipiens, qui denegat, ne aliquid patiat. Augu. de con. euā. Et ne quis eū putaret patris minuisse potestatē, non dixit: Si facere potes, sed si fieri potest, vel si possibile est: ac si dicere tur, si vis. Fieri enim potest quod ille voluerit: vñ & Lucas hoc ipsum planius intimauit, non eñ ait: Si fieri potest, sed si vis. Hila. Vel aliter: Non ait, Trāseat à me calix iste: hæc eñ esset pro se timentis oratio. q̄ autem vt à se transeat, rogat: non vt ipse p̄tereatur orat, sed vt in alterum illud quod ad se transit, accedat. Totus igitur supra eos qui passuri erant metus est, atq; ideo pro his orat qui passuri post se erāt, dicens: Trāseat calix à me, id est quō à me bibitur, ita ab his bibatur, sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Ideo autē ait, si possibile est, quia carni & sanguini horum terror est: & difficile est eorū acerbitate corpora non vinci humana. Quod autē ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu. Vellet quidē eos nō pati, ne fortè in passione diffidant si cohæreditatis suæ gloriā, sine passionis suæ difficultate mereantur. Non ergo vt non patiātur, rogat, dicens: Non vt ego volo, sed sicut tu, ait: eo q̄ pater vult vt bibēdi calicis in eos ex ipso trāseat fortitudo, quia ex voluntate patris non tā per Christū vinci diabolū, q̄ etiā per eius discipulos oportebat. Aug. in Enchi. Sic igitur Christus hominē gerens, ostēdit priuatam quandā hominis voluntatē, in qua & suam & nostrā figurauit, qui caput nostrū est, cùm dicit: Trāseat à me. Hæc eñ erat humana voluntas propriū aliquid & tanq̄ priuatum volens, sed quia rectū vult esse hominem & ad deū dirigi, subdit: Verūtamen non si. ego vo. sed si. tu. ac si diceret: Videte in me quia potes aliquid ꝓprium velle: & si deus aliud velit, concedit hoc humanæ fragilitati. hæc vox capitis, salus est totius corporis. Leo papa in ser. de pas. Hæc vox oēs fideles instruit, oēs confessores accendit, omnes martyres coronauit. Nā quis mundi odia, quis tentationū turbines, quis posset persecutorū superare terrores, nisi Christus in omnibus & pro omnibus patri diceret: fiat voluntas tua? Discāt igitur hanc vocem omnes ecclesiæ filii: vt cū aduersitas violenter alicuius tentationis incūbit, separato timore formidinis, accipiāt tolerantiā pasionis. Orige. Pusillum autē progrediente Iesu ab eis, nec vna hora potuerunt vigilare eo absente: propter quod oremus vt nec modicum aliquā do Iesus ꝓgrediatur. Sequit: Et ve. ad discipu. suos, & inuenit eos dormientes. Chry. in ho. Quia tēpus intēpestæ noctis erat, & oculi eorū à tristitia erāt grauati. Hil. Postq̄ ergo ad discipulos redit & dormientes deprehendit, Petrū arguit. vnde sequit: Et dicit Petro, sic nō potuisti vna hora vigilare mecū? Petrum ideo præ oībus ex tribus arguit, quia præ cęteris nō se scādalizandum fuerat gloriatus. Chry. in ho. Sed quia & alii idē dixerunt, oīm etiā infirmitatem arguit. qui eñ mori simul cū Christo elegerāt, neq; simul cū eo potuerunt vigilare. Orig. Inueniens autē dormientes suscitat verbo ad audiendū, & ꝓcipit vigilare, dicens: Vigilate & orate, ne intretis in tentationē: vt primū vigilemus, & sic vigilātes oremus. Vigilat, qui facit opera bona, & qui solicitè agit, ne in aliquod tenebrosum dogma incurrat: sic eñ vigilātis exauditur oratio. Hier. Impossibile est humanā animā non tentari. Ergo non ait, Vigi. & ora. ne tētemini, sed ne intre. in tenta. hoc est ne vos tentatio superet. Hil. Cur autē ne in tentationem veni rent, admonere eos voluisset orare, ostendit, dicēs: Spiritus quidem prōptus est, caro autem infirma. Non eñ de se hoc dicit: ad eos eñ hic sermo conuersus est. Hiero. Hoc autē est aduersus temerarios, qui quod credidē rint, putāt se posse consequi. Itaque quātum de ardore mentis confidimus, tantum de fragilitate carnis timeamus. Orig. Hic considerādum est vtrum sicut omnium caro infirma est, sic oīm spiritus prōptus est: an omniū quidē caro infirma est, non autem & oīm hoīm spiritus prōpt⁹ est, sed tātum sanctorum: infidelium autem spirit⁹ segnis est, & caro infirma. Est autem & alio modo carō infirma eorum solū quorū spiritus prōptus est, qui cū spiritu prompto opera carnis mortificāt. Hos ergo vult vigilare & orare, vt non intrent in tentationē. q̄m qui spiritalior est, solicitior debet esse, ne magnū bonū ipsius graue habeat lapsum. Remig. Vel aliter: his verbis ostendit se verā carnē ex virgine sumpsisse, & verā animā habuisse. vnde & nunc dicit spiritum suū promptum esse ad patiendū, carnem verò infirmā, timere dolorē passionis, Sequit: Iterum secundo abiit & orauit, dicens: Pater mi, si non potest calix iste trāsire nisi bibā illum, fiat voluntas tua. Orig. Aestimo q̄ calix ille passionis, omnino à Iesu fuerat trāsiturus, sed cū differentia: vt si quidem biberet eum & ab ipso transiret, postmodum & abvniuerso genere hominū. Si autē non biberet eum, ab ipso quidem forsitā trāsiret, ab hominibus autē non transiret. Hunc ergo calicē passionis volebat quidē à se trāsire, sic vt omnino neq; gustaret amaritudinem eius, si tamen possibile esset, quātum ad iustitiam dei. Si autē non poterat fieri, magis volebat vt sumeret eum, & sic trāsiret ab eo & ab vniuerso hominū genere, q̄ vt contra voluntatē paternā bibitionem ei⁹ effugeret. Chry. in ho. Quōd quidē secundo vel tertio orat, ex affectu. s. humanæ infirmitatis quo mortē timebat, certificat q̄ verè factus est homo. Secundo eñ vel

tertio orat,ex affectu.ſ.humanę infirmitatis quo mortē timebat,certificat ꝙ verè factus eſt homo.Secundo eñ vel tertio aliquid fieri,veritatis eſt maximè demonſtratiuū in ſcripturis. vnde Ioſeph dixit Pharaoni: Quod vidiſti ſecundo ad eandē rem pertinēs ſomnii, firmitatis indiciū eſt.Hiero.Vel aliter:Secūdo orat vt ſi Nineue.i.gētilitas aliter ſaluari nō poteſt, niſi aruerit cucurbita.Iudęa,fiat volūtas patris:quę nō eſt contraria filii voluntati,dicente ipſo per prophetā: Vt facerē volūtatem tuam deus meus volui.Hil.Vel aliter:Paſſuris diſcipulis omnem in ſe corporis noſtri infirmitatē aſſumpſit,crucią; ſecum vniuerſa quibus infirmamur affixit: & ideo tranſire ab eo calix non poteſt,niſi illum bibat: quia pati, niſi ex eius paſsione, non poſſumus. Hiero. Chriſtus autē ſolus orat pro omnibus, ſicut & ſolus patitur pro vniuerſis.Sequitur enim:Et ve.it.& inue.eos dor.Erant eñ oculi eorū grauati.Langueſcebant enim & opprimebantur apoſtolorū oculi negatione vicina. Orige.Puto eñ ꝙ non tantū corporum oculi, quantū animarum grauati erant: nondum eñ erat eis ſpiritus datus:vnde non eos reprehendit,ſed vadens iterū orauit,docēs vt nō deficiamus,ſed permaneamus in oratione,donec impetremus ea,quæ poſtulare iam cœpimus. vnde ſequit:Et relictis illis iterū abiit, & orauit tertio eundē ſermonem diens.Hiero. Tetio autē orauit,vt in ore duorum vel triū teſtium ſtaret omne verbum. Raba.Vel ideo tribus vicibus dñs orauit, vt nos à peccatis pręteritis veniā,& pręſentibus malis tutelā,& futuris periculis cautelā,oremus:& vt oēm orationē ad patrem & ad filiū & ad ſpiritum ſanctū dirigamus, & vt integer ſpiritꝰ noſter & anima & corpus ſeruet. Augu. de quæſt.euan.Non abſurdè etiā intelligitur ꝓpter tri nam tentationē paſsionis,ter dñm oraſſe. Sicut eñ tentatio cupiditatis trina eſt,ita & tentatio timoristrina eſt.Cupiditati, q̄ in curioſitate eſt,opponit timor mortis:ſicut eñ in illa cognoſcēdarū rerum eſt auiditas,ita & in iſta metus amittendæ talis notitiæ.Cupiditati vero honoris vel laudis, opponitur timor ignominiæ & contumeliarū.Cupiditati autē voluptatis,opponitur timor doloris. Remig. Vel ter orat pro apoſtolis, & maximè pro Petro,qui ter erat eum negaturus.

Alta ſentētia Hilarii.

Tūc uenit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis:Dormite iā & requieſcite:ecce appropinquauit hora,& filiꝰ hoīs tradetur in manus peccatorum.Surgite, eamus. Ecce appropinquauit qui me tradet.

Hila.Poſt orationem frequentē,poſt diſcurſus recurſusq; multiplices,metū demit, ſecuritatē reddit, in requiem adhortat.vnde dicitur:Tunc ve.ad diſcipu.&c. Chry.in ho.Et quidē tunc vigilare oportebat, ſed hoc dixit, vt oſtenderet quoniā neque viſum poſſent ferre futurorum malorū, & q̄m eorum non indiget auxilio, q̄n omnino tradi eum oportebat. Hila. Vel hoc dicit, quia voluntatē patris de diſcipulis iam ſecurus expectabat,de qua dixerat: Fiat voluntas tua,qua.ſ.tranſiturum in nos calicē bibens infirmitatem corporis noſtri,& timoris ſolicitudinē, & ipſum dolorem mortis abſorbuit.Orige.Vel non eſt ille ipſe ſomnus, quē iubet nunc diſcipulos ſuos dormire,& ille qui eis ſuperiꝰ ſcribitur contigiſſe. Illic enim dormientes inuenit, nō requieſcentes,ſed grauatos oculos habentes: nunc autē præcepit eis non ſimpliciter dormire, ſed cū requie. vt ordo ſeruetur,vt primū quidem vigilemus orātes vt non intremus in tentationem,vt poſtea dormiamus & requieſcamus. vt cū aliquis inuenerit locū dño, tabernaculum deo Iacob, aſcendat ſupra lectū ſtratus ſui, & det ſomnum oculis ſuis. Forſitan autem & aīa non potēs ſemp ſufferre labores,quaſi incarnata, remiſsiones aliquas ſine reprehenſione conſequetur,quæ moraliter dormitiones dicuntur, vt vſq; ad aliquantū tēporis habens remiſsionem renouata reſuſcitetur. Hila. Quod autē ad eos reuertens,dormientesq; reperiens:primum reuerſus obiurgat,ſecundo ſilet,tertio quieſcere iubet: ratio iſta eſt,quòd primum poſt reſurrectionem diſperſos eos,& diffidentes ac trepidos reprehendit. Secundo miſſo ſpiritu paracleto,grauatis ad contuendā euangelii libertatem oculis, viſitauit: nam aliquandiu legis amore detenti,quodā fidei ſomno occupati ſunt. Tertio verò.i.claritatis ſuæ reditu ſecuritati eos,quietique reſtituet. Orige.Poſtq̄ autem reſuſcitauit eos à ſomno, videns in ſpiritu appropinquantē Iudā traditioni, qui nondū videbatur à diſcipulis eiꝰ,dicit: Ecce appro.ho. &c.Chry.in ho.Per hoc autē quod dicit:Appropinquauit hora, oſtendit quoniā diuinæ diſpoſitionis erat q̄d gerebatur:per hoc autem quod dicit:,in manus peccatorū, demonſtrat quoniā illorum nequitię hoc opus erat,nō quòd ipſe delicto eſſet obnoxius. Orige.Sed & nunc in manus peccatorū traditur Ieſus,quando hi qui vidētur Ieſum credere,habent eum in manibus ſuis,cū ſint peccatores.Sed quotieſcunq; iuſtus habens in ſe Ieſum in poteſtate factus fuerit peccatorū,Ieſus eſt traditus in manus peccatorū.Hiero. Poſtq̄ ergo tertio orauerat,& apoſtolorū timorē ſequente pœnitentia impetrauerat corrigendum, ſecurus de paſsione ſua pergit ad perſecutores, & vltro ſe ad interficiendum præbet. vnde ſequitur:Surgite, eamus.q.d. Non vos inueniant quaſi timentes,vltro pergamus ad mortē, vt confidentiam & gaudium paſſuri videant.Sequitur eñ:Ecce appropinquauit qui me tradet.Orig.Non dicit appropinquauit mihi: nec eñ ipſi appropinquabat traditor eiꝰ, qui ſe elōgauerat peccatis ſuis ab eo. Aug. de con.euā. Cōcor. euange. Videtur autē hic ſermo ſecundum Mat.ſibiipſi eſſe contrarius. Quō enim dixit: Dormite iam,& requieſcite, cū cōnectat:Surgite,eamꝰ?Qua velut repugnantia quidā cōmoti conantur ita ꝓnunciare quod dictū eſt:Dormite iam,& requieſcite,tanq̄ ab exprobrāte,nō à permittēte ſit dictum:quod rectē fieret,ſi eſſet neceſſe. Cū verò Marcus ita cōmemorauit,vt cū dixiſſet: Dormite iam & requieſcite,adiungeret:Sufficit.& deinde inferret: Venit hora.Ecce tradetur filius hominis, vtiq; intelligitur poſt illud quod eis dictū eſt:Dormite iam & requieſcite:ſiluiſſe dominū aliquantulum,vt hoc fieret quod promiſerat,& nunc in intuliſſe: Ecce appropinquauit hora.Propter quod ſecundū Marcum poſitū eſt,ſufficit,id eſt quòd iam requieſcitis.

Adhuc eo loquente,ecce Iudas unus de duodecim uenit:et cum eo turba multa cum gladijs & fuſtibus miſſi à principibus ſacerdotum & ſenioribus populi.Qui autem tradidit eū, dedit illis ſignum,dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt,tenete eum.Et confeſtim accedēs ad Ieſum dixit: Aue rabbi. Et oſculatus eſt eum. Dixitque illi Ieſus: Amice, ad quid ueniſti? Tunc acceſſerunt ad eum, & manus iniecerunt in Ieſum,& tenuerunt eum.

Glo.Quia ſuperius dictum eſt, quòd dominus vltro ſe perſecutoribus exhibebat,cōſequēter euangeliſta oſtendit quō ſit à pſecutoribus detētus.vñ dicit: Adhuc eo loquente &c.Remi.Vnus videlicet numero, nō merito. Hoc autem dixit ad oſtēdendum immane facinus illius,qui de apoſtolica dignitate, factus fuerat proditor.ſequitur:Et cum eo tur.mul.cum gla.& fuſti.Vt autē oſtenderet euangeliſta, inuidentię cauſa illū deprehenſum,ſubiungit:Miſſi à prin.ſa.& ſe.pop. Orig.Poteſt dicere aliquis,q̄m propter multitudinē eorum,qui iam crediderant,multi venerunt aduerſus eum, timentes ne multitudo credentium de manibus eorū tollerēt eum.Ego æſtimo etiam alterā cauſam,quoniā qui putabant in Beelzebub eiicere ſolere dæmonia,arbitrabantur eū ex quibuſdā maleficiis poſſe effugere de medio volentiū eum tenere.Multi etiam nūc ſpiritalibus gladiis militant contra Ieſum,variis.ſ. & diuerſis de deo dogmatibus.Sequitur:Qui autem tra. eum, de.eis ſig. dicens:Quēcunq; oſcu.&c.Dignū eſt autē quærere,cū ſecundū faciem notus eſſet omnibus habitantibus in Iudæa, quare quaſi non cognoſcentibus effigiem eius, dedit eis ſignū?venit autem traditio talis de eo ad nos, q̄m non ſolum duę formę in eo fuerunt: vna ſecundum quam eum omnes videbant: altera ſecundum quam transfiguratus eſt coram diſcipulis in mōte, ſed etiam vnicuiq; apparebat ſecundū ꝙ fuerat dignꝰ:ſicut & de manna ſcriptū eſt ꝙ habebat ſaporem ad oēm vſum cōueniētē,& verbum dei non ſimiliter cunctis apparet. Propter huiuſmodi ergo transfigurationes eius ſigno indigebant. Chry.in ho. Vel ideo ſignū eis dedit,quia multoties detentus ab ipſis pertranſiit neſciētibus eis, quod & tunc factū eſſet,ſi ipſe voluiſſet.ſequitur:Et cōfeſtim accedens ad Ieſum,dixit: Aue rabbi.Et oſcu.eſt eū.Raba.Suſcipit dominus oſculū traditoris, nō quòd ſimulare nos doceat,ſed ne proditionē fugerevideatur. Orig.Si autē aliquis quærat:Cur oſculo Iudas tradidit Ieſum?Secundū quoſdam quidē voluit reuerentiam ad magiſtrū ſeruare, non audens manifeſtē in eum irruere.Secundū alios autē hoc fecit, timēs ne ſi fortē ſe manifeſtū aduerſariū ꝓbuiſſet ipſe,ei fieret cauſa euaſiōis, cū poſſet ſecundū opinionem eius effugere,& facere ſe imperuiū. Ego autē puto quòd oēs proditores veritatis,amare veritatē fingētes,oſculi ſigno vtuntur. Omnes etiam hæretici, ſicut & Iudas Ieſu dicunt, Rabbi. Ieſus autē placabilia reſpondet.vnde ſequitur:Dixitq; illi:Amice,ad quid veniſti?Dicit autē amice,impropera ſimulationē.hoc enim nomine neminem bonorū in ſcripturis cognoſcimus appellatū: ad malum enim dicitur,Amice,quomodo huc intraſti? Amice,non facio tibi iniuriā.Aug.in ſer.do.de paſ.Dicit autem:Ad quid veniſti?tanq̄ ſi diceret:oſcularis & inſidiaris:noui quare veneris,amicū fingis,cū proditor ſis.Remi.Siue,Amice,ad quid veniſti?hoc fac,ſubītelligitur. Sequitur: Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum,& tenuerunt eū.Tunc.ſ.quando ipſe permiſit.frequēter eñ voluerunt,ſed nonpotuerūt.Rab.Exulta chriſtiane,in commercio inimicorum tuorum viciſti,quod Iudas vē didit,& quod Iudæus emit,tu acquiſiuiſti.

Duplex forma Chriſti.

Et ecce unus ex his qui erant cum Ieſu, extendens manum exemit gladium ſuum,& percutiens ſeruum principis ſacerdotum,amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus:Cōuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium,gladio peribunt. An putas quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Quō ergo implebūtur ſcripturæ? Quia ſic oportet fieri.

Chry.in ho.Sicut Lucas refert,dñs in cœna diſcipulis dixerat:Qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram:& qui non habet,vendat tunicā ſuam,& emat gladiū.& diſcipuli reſponderunt:Ecce gladii duo hic. Cōueniens autem erat illic gladios eſſe, propter agnum.ſ. paſchalem quē comederant.Audientes quoque quoniā venirent perſecutores ad Chriſtum capiendū, à cœna exeuntes gladios ſumpſerunt in auxiliū aduerſus perſecutores,quaſi pro magiſtro præliaturi.vnde & hic dicitur:Ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu extendens manum,exemit gladium ſuū.Hiero.In alio euangelio ſcriptum eſt ꝙ Petrus hoc fecerit eodē ardore, quo & cęteram fecit.vnde ſequitur:Et percutiens ſer.prin.ſacer.ampu.auricu.eius.ſeruus principis ſacerdotū Malchus appellatur,auricula quoq; quæ amputatur, dextra eſt.trā ſitoriè oſtendendū eſt quòd Malchꝰ.i.rex quondā populus Iudæorū, ſeruus factus eſt impietatis & deuotionis ſacerdotū,Dextramq; perdidit auriculam,vt literæ veritatem audiat in ſiniſtrā.Orige. Nam ſi videntur legem audire, modo cū ſiniſtro auditu audiunt vmbram traditionis de lege, non veritatem. Populus autē ex gētibus ſignificatus per Petrū, per hoc ipſum ꝙ crediderunt in Chriſtū, facti ſunt cauſa vt præcideretur Iudæorum auditio dextra.Rab. Vel Petrus non tollit audientibus intelligēdi ſenſum,ſed diuino ablato iudicio negligentibus pandit:verū eadem dextera auris in iis qui ex eodem populo crediderunt, diuina pietate priſtino reſtituta eſt officio.Hila.Vel aliter:Seruo principis ſacerdotū auricula ab apoſtolo deſecatur,populo.ſ.ſacerdotio ſeruienti per Chriſti diſcipulū inobediens auditus exciditur, & ad capacitatē veritatis hoc quod erat non audiens amputatur. Leo papa in ſermo.de paſſio. Dominus autem zelantis apoſtoli piū motum progre diviltra non patitur.vnde ſequit:Tūc ait illi Ieſus: Cō uerte gla.tu.in lo.ſuū.Contra ſacramentū enim erat redemptionis noſtræ, vt qui mori pro omnibus venerat, capi nollet. Dat ergo in ſe furentibus licentiā ſæuiēdi, ne dilato glorioſę crucis triumpho, & dominatio diabolica fieret lōgior, & captiuitas humana diuturnior. Raba.Oportuit etiā vt actor gratię fideles patientiam ſuo exemplo doceret, & potius ad ſuſtinendū fortiter aduerſa inſtrueret,q̄ ad vindicandū prouocaret. Chry. in hoꝰ. Ad hoc aūt vt diſcipulo perſuaderetur cōminationem addit,dicens:Omnes eñ qui acceperint gladium,gladio peribunt.Aug.contra Fau.Id eſt omnis qui vſus fuerit gladio.Ille aūt vtitur gladio,qui nulla ſuperioritate,aut legitima poteſtate vel iubente vel concedente,in ſanguinē alicuiꝰ armat.Nam vtiq; dominꝰ iuſſerat vt ferrum diſcipuli eius ferrent: ſed non iuſſerat vt ferirent.Quid ergo indignū ſi Petrus poſt hoc pēnfactus eſt paſtor eccleſiæ, ſicut Moyſes poſt percuſſum Aegyptium factꝰ eſt rector & princeps ſynagogæ?Vterque eñ non deteſtabili īmanitate, ſed emendabili animoſitate regulā exceſsit: vterq; odio improbitatis alienæ:ſed ille fraterno,iſte dominico(licet adhuc carnali) tamen amore peccauit. Hila. Sed non omnibus gladio vtentibus mors ſolet eſſe per gladium.Nam plures aut febris,aut alius accidēs caſus,abſumit: quia gladio aut iudicii officio, aut reſiſtēdi latronibus neceſſitate ſunt vſi.Et ſi ſecundū ſententiā eius omnis gladio vtens gladio perimeretur,rectè ad neccē eorum gladius eximeba tur,qui eodem vtebantur ad facinus. Hiero. Quo ergo gladio peribit quicunq; gladium ſumpſerit? Illo nēpe qui igneus vertit ante paradiſum, & gladio ſpiritꝰ quī in dei deſcribitur armatura.Hila.Recondi ergo gladiū præcipit dñs:quia eos non humano, ſed oris ſui gladio ſit perempturus.Remig. Vel aliter: Qui gladio vtit eſſet perempturus.Remig. Vel aliter: Qui gladio vtit ad occidendū hominē, ipſe ſuæ prius malitiæ moritur gladio.Chry.in ho. Non ſolū autem mitigauit diſcipulos per cōminationem pœnæ: ſed etiā oſtēdendo quòd volūtariè hoc ſuſtinebat.vnde ſequitur: An putas quia non poſſum rogare patrē meum,& exhibebit mihi modo plus q̄ duodecim legiones angelorū? Quia multa humanæ infirmitatis oſtenderat: non videretur credibilia dicere,ſi dixiſſet quòd eos perdere poſſet.Et ideo dicit:An putas quia non poſſum? Hier. Quaſi diceret: Non indigeo duodecim apſtolorum auxilio, etiā ſi oēs me defenderent:qui poſſum habere duodecim legiones

Auricula āputata, allegoricē deſignat Iudęorū cę citatem.

angelici exercitus. Vna legio apud veteres sex milibus hoim cõplebatur: de duodecim ergo legionibus 72. milia angelorum fiunt, in quot gentes hominũ lingua diuisa est. Orige. Ex hoc autẽ demonstratur, quoniam secundũ similitudinem legionum militiæ mũdialis, sunt & angelorum legiones militiæ cælestis militãtium cõtra legiones dęmonũ. Militia ẽm omnis propter aduersarios intelligitur constituta. Non autẽ quasi indigens auxilio angelorum hoc dicebat, sed secundũ æstimationem Petri, volentis ei auxiliũ ferre. Magis enim angeli opus habent auxilio vnigeniti filii dei, q̃ ipse illorũ. Remig. Possumus etiã intelligere per angelos Romanorũ exercitũ: cũ Tito ẽm & Vespasiano omnes linguæ aduersus Iudæam surrexerunt, & impletũ est: Quia pugnabit pro eo orbis terrarũ contra insensatos. Chry. in ho. Non solũ autẽ per hoc timorẽ discipulorũ euacuat: sed etiã per hoc quòd scripturas in mediũ introducit, dicens: Quomodo ergo implebũtur scripturæ, quia sic oportet fieri? Hiero. Hæc sententia prõptum ad patiendum demonstrat animũ, quòd frustra prophetæ cecinerint, nisi dominꝰ eos vera dixisse sua passione asseueret.

Motus oim gentiũ in Iudęos.

In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me? Quotidie apud uos sedebam, docens in templo, & non me tenuistis. Hoc autem totum factum est ut adimplerentur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi tenẽtes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi scribæ & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eũ à longè usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut uideret finem.

Orig. Postquam dixit Petro, Recnnde gladium tuũ quod est patientiæ: postq̃ etiam auriculã restituit amputatã, sicut alter dicit euangelista, quod summæ benignitatis indicium fuerat & diuinæ virtutis, subditur: In illã hora dixit Iesus turbis: vt si præterita beneficia non recordantur, vel pśentia recognoscant. Tanq̃ ad latronẽ exijstis cũ gladijs & fustibus comprehẽdere me? Remi. Ac si diceret: Latronis officiũ est nocere, & latitare: ego verò nemini nocui, sed plures sanaui, & in synagogis semper docui. Et hoc est quod subdit: Quotidie apud vos sedebam in tẽplo docens &c. Hier. Quasi diceret: Stultum est cum gladiis & fustibus quærere, qui vltro sevestris tradat manibꝰ: & in nocte, quasi latitãtẽ proditorem inuestigare, qui quotidie in templo docebat. Chry. in ho. Ideo autẽ eum in templo non tenuerũt, quia non ausi erant propter turbam: propter quod dns foras exiuit: vt ex loco & tempore daret eis aptitudinẽ se capiẽdi. Ex hoc ergo docet: quoniã nisi voluntarius permisisset, nequaq̃ eum capere valuissent. Deinde euãgelista quæstionẽ soluit, propter quid dominus capi voluit, cùm subdit: Hoc autẽ totũ factum est &c. Hiero. Foderunt manus meas & pedes meos. Et alibi: Sicut ouis ad victimã ductus est. Et in alio loco: Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Remig. Quia ẽm oẽs prophetæ prędixerunt Christi passionẽ, ideo non posuit fixũ testimoniũ, sed generaliter dicit impleri vaticinia omniũ prophetarũ. Chry. in ho. Discipuli autẽ qui quando detentus est dns permanserunt, quando hæc locutus est ad turbas fugerunt. vnde sequit: Tunc discipuli oẽs relicto eo &c. Sciebãt enim quoniam iam nõ erat possibile effugere: eo sevoluntariè illis tradente. Remi. In hoc tamẽ facto demonstratur fragilitas apostolorũ, qui ẽm de ardore fidei promiserant se mori cũ eo, nunc timore fugiunt, immemores suæ ꝓmissionis. quod etiã videmus impleri in his qui pro amore dei magna se ꝓmittunt facturos, & postmodũ non implẽt: non tamen

Latronis officium & condi tio.

desperare debent, sed cũ apostolis resurgere, & per pœnitentiã resipiscere. Raba. Mystícè autem sicut Petrus, qui culpã negationis pœnientiæ lachrymis abluit, recuperationẽ eorum ostendit qui in martyrio labuntur: ita cæteri discipuli fugientes, cautelã fugiendi docent eos qui se minus idoneos ad tolerãda supplicia sentiũt. Sequitur: At illi tenentes Iesum duxerunt ad &c. Aug. de con.euan. Sed tamen primo ad Annam ductus est socerum Cayphæ sicut Ioãnes dicit: Ductus est autẽ ligatus, cùm adessent in illa turba tribunꝰ & cohors, vt Ioannes cõmemorat. Hiero. Refert autem Iosephus istũ Caypham vnius tantũ anni pontificatũ pretio redemisse, cùm tamen Moyses deo iubente præceperit, vt pontifices patribus succederent, & generationis in sacerdotibus series texeretur. non ergo mirũ est si iniquus pontifex iniqua iudicet. Raba. Conuenit etiam nomẽ actioni: Caypha. i. inuestigator vel sagax ad implendã suam nequitiam, vel vomẽs ore: quia impudens fuit ad proferendũ mendacium, & ad perpetrandũ homicidiũ. Ideo autẽ illuc adduxerunt vt cum consilio omnia facerent. Vnde sequitur: Vbi scribæ & pharisæi & seniores conuenerant. Orig. Vbi Cayphas est princeps sacerdotum, illic congreganꝫ scribæ. i. literati: qui præsunt literæ occidenti: & seniores, nõ inveritate sed in vetustate literæ. Sequitur: Petrus autẽ sequebatur eum à longè. Non enim poterat de proximo eũ sequi, sed de longin quo, nec tñ omnino recedens ab eo. Chry. in ho. Multus enim erat feruor Petri: qui cùm alios fugientes vidisset, non fugit sed stetit & intrauit. Si autem & Ioannes intrauit, tamen notus erat principi sacerdotum. Lõgè autem sequebat, quia erat dñm negaturus. Rem. Neque ẽm negare potuisset, si domino proximus adhæsisset. Per hoc etiã significat, ꝙ Petrus dñm ad passionem euntẽ erat secuturus. i. imitaturus. Augu. de con.euan. Significatur etiã ecclesiam secuturam quidem, hoc est imitaturã passiones domini, sed longè differenter: ecclesia enim pro se patitur, at ille pro ecclesia. Sequitur: Et ingressus intrò sedebat cũ ministris, vt videret finem. Hiero. Vel amore discipuli, vel humana curiositate scire cupiebat quid iudicaret de domino põtifex: vtrũ eum neci addiceret, an flagellis cęsum dimitteret.

Principes autem sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent, & non inuenerunt, cũ multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem uenerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit: Possum destruere tẽplum dei, & post triduũ reædificare illud: & surgens princeps sacerdotum ait illi: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis si tu es Christus filius dei. Dixit illi Iesus: Tu dixisti. Verũtamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentẽ à dextris uirtutis dei, & uenientẽ in nubibus cæli. Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua, dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? At illi respondẽtes dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt: alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percußit?

Chry. in ho. Cõgregatis principibus sacerdotum, & tota pestilentiæ conuenticula, volebant suis insidiis iudicii formam imponere. vnde dicitur: Principes autem sacer. & om. con. quærebant fal. test. con. Iesum &c. Sed ꝙ fictum erat iudiciũ, & omnia tumultꝰ & turbationis plena, manifestaꝫ per hoc quod subdit: Et non inuenerũt, cũ multi falsi testes accessissent. Orige. Falsa enim

testimonia tunc locum habent, quando cũ colore aliquo proferuntur. Sed nec color inueniebatur qui posset cõtra Iesum adiuuare mendacia, quãuis essent multi, gratiã tribuere volẽtes principibus sacerdotum: quod maximã laudem exhibet Iesu, qui sic omnia irreprehẽsibiliter dixit & fecit, vt nullam verisimilitudinem inueniret in eo reprehensionis & mali & multi astuti. Sequitur: Nouissimè autẽ venerunt duo falsi testes &c. Hiero. Quomodo autẽ falsi testes sunt, si ea dicunt quæ dominum dixisse legimus? Sed falsus testis est qui nõ eodem sẽsu dicta intelligit, quo dicuntur: dominus enim dixerat de templo corporis sui, sed in ipsis verbis calumniãtur, vt paucis additis vel mutatis quasi iustã calũniam faciãt. Saluator dixerat: Soluite templum hoc: isti commutant, & aiũt: Possum destruere templum dei. Vos inquit soluite, non ego: quia illicitum est vt nobisipsis inferamus manus: deinde illi vertunt, Et post triduum reædificare illud, vt proprie de templo Iudaico dixisse videretur: dominus autem vt ostenderet animale & spirãs templũ, dixerat: Et ego in triduo suscitabo illud. aliud est ædificare, aliud suscitare. Chry. in ho. Sed quare non adduxerunt in medium accusationem de solutione sabbati? quia multoties eos super hoc confutauerat. Hier. Ira autẽ prçceps & impatiens, nõ inueniens calũniæ locum, excutit de solio pontificem, vt væsaniam mentis motu corporis demonstraret. vnde sequitur: Et surgens princeps sacerdotum ait illi: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Chryso. in ho. Hoc autem dixit volẽs ab eo inexcusabilem responsionẽ elicere: vt ex ipsa eũ capiat. Inutilis autẽ erat excusationis respõsio, nullo eã exaudiente. Et ideo sequitur: Iesus autẽ tacebat. Etenim solũ figura iudicii ibi erat, ĩ veritate aũt latronũ erat incursus, sicut in spelũca: & ideo silet. Orig. Ex hoc autem loco discimus contẽnere calũniantium & falsorũ testiũ voces, vt nec respõsione dignos eos habeamꝰ, qui nõ cõuenientia dicũt aduersus nos: maxime vbi maius est libere & fortiter silere, quàm defendere sine vllo profectu. Hiero. Sciebat enim quasi deus, quicquid dixisset torquẽdum ad calumniam. Quanto ergo Iesus magis tacebat ad indignos responsione sua falsos testes & sacerdotes impios, tãto magis pontifex furore superatus eum ad respondendũ prouocat: vt ex qualibet occasione sermonis, locum inueniat accusandi. vnde sequitur: Et princeps sacerdotũ ait illi: Adiuro te per deũ viuũ, vt dicas nobis &c. Orig. In lege quidem adiurandi vsum aliquoties inuenimus. Aestimo autem quoniã nõ oportet vt vir, qui vult secundũ euangeliũ viuere, adiuret alterum. Si enim iurare nõ licet, nec adiurare: sed & qui respicit Iesum imperantem dæmonibus & potestatem dantem discipulis super dæmonia, dicet quòd secũdum potestatem datam à Saluatore nõ est adiurare dæmonia. Princeps autem sacerdotũ peccatũ faciebat insidiãs Iesu, & ideo imitabatur proprium patrem qui bis dubiè interrogauit Saluatorem, Si tu es Christus filius dei. vnde quis rectè dicere potest, quoniã dubitare de filio dei vtrũ ipse sit Christus, opus diaboli est. Nõ decebat autem dominũ ad adiurationem principis sacerdotum respõdere quasi vim passum: propter quod nec denegauit se filiũ dei esse, nec manifestẽ confessus est. vnde sequitur: Dicit illi Iesus: tu dixisti. Non enim erat dignus Christi doctrina: propterea nõ eũ docet, sed verbũ oris eius accipiẽs, in redargutionẽ ipsius conuertit. Sequitur: Veruntamen dico vobis &c. Videtur mihi quoniam firmitatẽ quandam regalẽ significat sessio filii hominis: iuxta virtutem ergo dei, qui solus est virtus, fundatus est qui accepit omnẽ potestatẽ à patre, sicut in cęlo & in terra. Erit autem quando hanc fundationem vidẽbũt etiam aduersarii, quod à tempore dispensationis incœpit impleri. Viderunt enim eius discipuli eum resurgentem à mortuis, & per hoc viderunt eũ fundatũ ad dexteram virtutis. Vel quia secundũ lõgitudinem sempiternam quæ est apud deũ à constitutione mundi vsq; ad finem, est vnus dies. Nihil ergo mirum quod hic dicit Saluator: Amodo, spatiũ est breuissimũ, vsq; ad finostendens: & non solũ sedentem eũ ad dexteram virtutis visuros prophetabat, sed etiam venientẽ in nubibus cæli. vnde sequitur: Et venientem in nubibus cæli. Hæ nubes sunt prophetæ & apostoli Christi: quibus mãdat pluere cum oportet, & sunt nubes cęli non transeuntes: quasi portantes imaginem cælestis, & dignę sunt vt sint sedes dei quasi hæredes dei & cohæredes Christi. Hier. Pontificem autem quem de solio sacerdotali furor excusserat, eadem rabies ad scindendas vestes prouocat. Vnde sequitur: Tũc princeps sacerdotũ scidit vestimẽta sua, dicens: Blasphemauit. Consuetudinis enim Iudaicę est, quòd cũ aliquid blasphemũ, & quasi contra deum audierint, scindãt vestimẽta sua. Chry. in ho. Hoc igitur fecit, vt accusationẽ redderet grauiorẽ: & quod verbis dicebat, factis extolleret. Hier. Per hoc autem quòd scidit vestimenta sua, ostendit Iudęos sacerdotalem gloriã perdidisse: & vacuã sedem habere pontificis. Dum enim vestem sibi discidit, ipsum quo tegebatur velamentum legis abrupit. Chry. in ho. Cum ergo scidisset vestimẽta sua: non fert sententiam à seipso, sed ab aliis eam exquirit, dicens: Quid vobis videtur? Sicut in cõfessis peccatis & blasphemia manifesta fieri solet, & quasi cogẽs & violentiam inferens ad sententiam proferẽdam præuenit auditorẽ, dicens: Quid adhuc egemus testibus? Ecce &c. Quæ autem fuit illa blasphemia? Etenim ante eis congregatis dixerat: Dixit dominus domino meo sede à dextris meis: & interpretatus est eis, & filiuerũt, nec de cætero contradixerũt, qualiter ergo nũc quod dictũ est blasphemiam vocant? Sequitur: At illi respondentes dixerũt: Reus est mortis. Ipsi accusantes, ipsi discutientes, ipsi sentẽtiam proferentes. Orig. Quantũ putas fuit erroris? ipsam principalem omniũ vitam reã mortis pronũciare, & per tantorũ resurgentiũ testimonia nõ respicere fontem vitæ, de quo in omnes resurgẽtes vita fluebat. Chry. in ho. Vt autem venationem inuenientes, ita suam demonstrabant ebrietatem, & insania ferebãtur. Sequitur: Tũc expue. in fac. eius, &c. Hiero. Vt cõpleretur quod dictũ est: Dedi maxillam meam alapis, & faciẽ meam non auerti à confusione sputorum. Sequitur: Alii autem pal. in fac. eiꝰ dede. dicen. Prophetiza &c. Glo. in contumeliam ei hoc dicitur, qui se prophetã haberi voluit à populis. Hiero. Stultũ autem erat verberantibus respondere & prophetare cædentẽ: cũ palàm percutientis insania videretur. Chry. in ho. Attende autem quòd euangelista cum summa diligentia, ea quæ videntur esse exprobratissima, exponit: nihil occultans aut verecundans, sed gloriam existimãs maximam, dominatorẽ orbis terrarũ pro nobis talia sustinere. Hoc autẽ legamus continuè, hoc nostræ menti inscribamus & his gloriemur. Aug. de quæst. euang. Quòd autem dictum est: Expuerunt in faciem eius, significauit eos qui præsentiam gratiæ eius respuunt. Item tanquam colaphis eum cædunt, qui ei honores suos præferunt. Palmas in faciem eiꝰ dant, qui perfidia cæcati eum non venisse affirmant, tanquam præsentiam eius exterminantes & repellẽtes.

Oppro briũ christi honor est christiani.

Petrus uero sedebat foris in atrio: & accessit ad eum una ancilla, dicẽs: Et tu cum Iesu Galilæo eras? At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, uidit eum alia ancilla, & ait his qui erãt ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, quia

non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabãt, & dixerũt Petro: Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. Tunc cœpit detestari & iurare, quia nõ nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus uerbi Iesu qui dixerat illi priusquam gallus cãtet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.

Aug. de con. euan. Inter prædictas domini contumelias trina negatio Petri facta est, quam non omnes euãgelistæ eodẽ ordine narrant. Lucas enim explicat prius tentationem Petri, nunc demum contumelias domini. Sed Matthæus & Marcus eas primo commemorant, & deinde Petri tentationem. Sic enim hic sequitur: Petrus vero sedebat foris in atrio. Hiero. Foris sedebat, vt videret exitũ rei, & non appropinquabat Iesu, ne ministris aliqua suspicio nasceretur. Chryso. in ho. Et qui quando detentũ magistrũ vidit solũ, ita efferbuit, vt gladiũ euaginauerit, & auriculam absciderit: quando contumelias Christi audiuit, negator efficitur, & vilis puellæ minas nõ sustinet. Sequit enim: Et accessit ad eũ vna ancilla, dicens: Et tu cũ Iesu Galilæo eras. Raba. Quid sibi vult, quia prima eũ prodit ancilla, cũ viri magis eũ potuerint recognoscere: nisi q̃ iste sex⁹ peccare in nece domini videretur, & eius passione redimeretur? Sequitur: At ille negauit coram omnib⁹, dicẽs: Nescio quid dicis. Palàm corã omnib⁹ negauit, quia se manifestare expauit, quod dicebatur se nescire respondit, quia pro saluatore adhuc mori noluit. Leo pa. in sermone de pas. Ob hoc autem sicut apparet hæsitare permissus est, vt in ecclesiæ principe remediũ pœnitentię cõderetur, & nemo auderet de sua virtute confidere: quando mutabilitatis periculum, nec beatus Petrus potuisset euadere. Chry. in ho. Non solũ autem semel, sed & secundo, & tertio negat in breui tẽpore. vnde sequitur: Exeunte autẽ &c. Aug. de con. euan. Intelligitur autem quòd postquam exiit foras cũ iam semel negasset, gallus cantauit primũ, quod Marcus dicit. Chry. in ho. Vt ostendat quòd neq; vox galli eum à negatione detinuit, neq; in memoriam suæ promissionis reduxit. Aug. de con. euang. Non autem foris ante ianuam iterũ negauit, sed cũ rediisset ad focũ: neq; enim iam exierat, & foris eũ vidit altera ancilla: sed cũ exiret, eũ vidit, id est, cũ surgeret & exiret, animaduertit: & dixit his qui erant ibi, id est, qui simul aderãt ad ignem in atrio: Et hic erat cũ Iesu Nazareno. Ille autem qui foris exierat, hoc audito regressus est: vt se quasi purgaret negando. Vel quod est credibilius, non audiuit quod de eo dictũ fuerat cũ foras exiret, & postea q̃ rediit quod dictũ est ei, quod Lucas commemorat. Sequitur: Et iterũ negauit cũ iuramento: &c. Hiero. Scio quosdam pio affectu erga Apostolum Petrum locum hunc ita interpretatos: vt dicerent Petrum hominem negasse, non deũ: & esse sensum, Nescio hominem, quia scio deũ. Hoc quàm friuolũ sit, prudens lector intelligit. si enim iste non negauit: ergo mentitus est dominus, qui dixerat: Ter me negabis. Rab. In hac autem negatione Petri, dicim⁹ nõ solũ abnegare Christũ, qui dicit eũ non esse Christum: sed qui cũ sit, negat se esse Christianũ. Aug. de con. euã. Nunc iã de tertia negatione inspiciamus. Sequit enim: Et post pusil. acces. qui sta. & dix. Petro: Verè & tu ex illis es. Lucas autem dixit: Interuallo facto quasi horæ vnius, & vt eũ conuincant consequenter adiũgũt: Nam & loquela tua manifestũ te facit. Hiero. Non q̃ alterius sermonis esset Petrus, aut gẽtis externæ: omnes quippè Hebræi erant & qui arguebant, & qui arguebatur: sed quo vnaquæq; prouincia & regio habeat proprietates suas, & vernaculũ loquendi sonũ vitare nõ possit. Rem. Vide autẽ q̃ sint noxia prauorũ hominũ colloquia, ipsa quippe coegerũt Petrum negare dominũ, quẽ prius cõfessus fuerat esse dei filiũ. Sequitur enim: Tũc cœpit detestari &c. Rab. Nota quia primũ ait: Nescio quid dicis. Secũdo cũ iuramento negat. Tertio quia cœpit detestari & iurare, quia nõ nouit hominẽ. Perseuerare quippe in peccato dat incrementũ scelerũ: & qui minima aspernit, cadit in maiora. Remi. Spiritualiter autem per hoc quòd Petr⁹ ante primũ galli cantũ negauit, illi designãtur qui ante Christi resurrectionẽ nõ credebant eũ esse deum eius morte turbati. Per hoc autẽ q̃ post galli cantũ negauit, illi designantur qui in vtranq; domini naturam, & secundũ deũ, & secundũ hominem, erãt. Per primam autem ancillam designatur cupiditas, per secundã carnalis delectatio: per illos qui astabant, dæmones intelligũtur. His enim trahũtur homines ad Christi negationẽ. Orig. Vel per primã ancillã, intelligitur synagoga Iudæorũ, qui frequenter compulerũt denegare fideles: per secundam congregatio gentiũ, qui & persecuti sunt Christianos: per tertios stantes in atrio, ministri hæresum diuersarũ. Aug. de quæst. euã. Ter etiam Petrus negauit, nam & error hæreticorũ de Christo tribus generibus terminatur: Aut enim de diuinitate, aut de humanitate, aut de vtroque, fallũtur. Rab. Post tertiam autem negationẽ, sequitur gallicantus: & hoc est quod subditur: Et conti. gallus cantauit. Per quem doctor ecclesiæ intelligitur qui somnolẽtos increpãs, ait: Euigilate iusti & nolite peccare. Solet autem sacra scriptura sæpe meritũ causarũ per statum temporũ designare. vnde Petrus qui media nocte negauit, ad galli cãtum pœnituit. vnde sequitur: Et recordat⁹ est Petrus verbi Iesu quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Hiero. In euãgelio legimus: q̃ post negationem Petri, & galli cãtũ, respexit saluator Petrũ, & intuitu suo eũ ad amaras lachrymas prouocauit: non enim fieri poterat vt in negationis tenebris permaneret, quẽ lux perspexerat mũdi. vnde & hic sequit: & egressus foras fleuit amarè. In atrio enim Caiphæ sedẽs nõ poterat agere pœnitẽtiam. vnde foras egreditur de impiorũ cõcilio: vt pauidæ negationis sordes amaris fletibus lauet. Leo pa. Fœlices, ô apostole, sanctæ lachrymę tuæ, quę ad diluẽdã culpã negationis, virtutẽ sacri habuere baptismatis. Affuit enim dextra domini Iesu Christi, quę labentẽ te, priusquã deiicereris, exciperet, & firmitatẽ stãdi in ipso cadẽdi periculo recepisti: cito itaq; ad soliditatẽ rediit Petrus, tanq̃ recipiẽs fortitudinẽ: vt qui tũc in Christi expauerat passiõe, ĩ suo post supplicio nõ timeret, sed cõstãs pmaneret.

CAPVT XXVII.

MAne autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotũ & seniores populi aduersus Iesum ut eum morti traderent. Et uinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc uideus Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus esset pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit.

Aug. de con. euan. Contexuerat superius euangelista narrationẽ in his quę cũdomino acta sunt, vsq; ad mane. Sed postea rediit ad narrãdam Petri negationẽ, qua terminata rediit ad mane: vt inde cætera cõtexeret. Et hoc est quod dicitur: Mane autem facto concilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Orig. Putantes per mortem extinguere eius doctrinam, & fidem apud eos qui crediderunt in eum, quasi in filium dei. Talia autem contra eum conciliantes, allegauerunt, Iesum soluẽtem à vinculis. vnde sequitur: Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Hiero. Vide solicitudinem sacerdotũ, in malũ tota nocte vigilarunt, vt homicidiũ facerent: & vinctum tradiderũt Pilato. Habebant enim hunc morẽ, vt quẽ adiudicassent morti, ligatum iudici traderent. Rab. Attamen notãdum quòd non tunc primũ ligauerũt, sed mox cõprehensum in orto, vt Ioannes declarat. Chry. in ho. Ideo autem eũ non occulte interfecerunt, quia volebãt eius glorię detrahere. Multi enim eum admirabant, & propter hoc studuerunt publicè, & coram omnibus eum occidere, & ideo ad pręsidẽ eum duxerunt. Hiero. Videns autẽ Iudas dominum adiudicatum morti, pretium retulit sacerdotibus, quasi in potestate sua esset persecutorũ mutare sententiã. vnde sequitur: Tũc videns Iudas qui tradidit eũ q̃ dãnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argẽteos principibus sacerdotum, & senioribus populi, dicens: Peccaui, tradẽs sanguinẽ iustũ. Orig. Respondeãt mihi qui de naturis quasdam fabulas introducunt. vnde est quòd Iudas cognoscens peccatũ suum, dixit: Peccaui, tradẽs sanguinem iustũ: nisi ex bona plantatione mentis & seminatione virtutis? quę seminata est ĩ omni rationabili aĩa: quã non coluit Iudas, & ideo cecidit in tale peccatũ. Si autẽ naturæ pereuntis est aliquis hominum, magis huius naturæ fuit Iudas. Et siquidẽ post resurrectionem Christi hoc dixisset Iudas: forsitan erat dicendũ: quoniam cõpulit eũ pœnitere de peccato ipsa virtus resurrectionis. Nunc autẽ videns eum traditum esse Pilato pœnituit, forsitã recordatus quæ frequẽter Iesus dixerat de sua resurrectione futura. Forsitã & Sathanas qui ingressus in eum fuerat, prẽsto fuit ei, donec Iesus traderet Pilato. Postq̃ autẽ fecit quod voluit, recessit ab eo, quo recedente pœnitẽtiam capere potuit. Sed quomodo vidit Iudas quoniã condẽnatus est? nondũ enim à Pilato fuerat interrogatus. forsitan dicet aliquis: quoniã consideratione mentis suæ vidit exitũ rei ex eo quòd traditũ aspexit. Ali⁹ aũt dicet: quoniã quod scriptũ est*: Vidẽs Iudas quia condẽnatus est: ad ipsum Iudam refertur, tunc enim sensit malũ suũ & intellexit se condemnatũ. Leo pa. Dicendo tamen, Peccaui, tradens sanguinem iustũ: in impietatis suę perfidia perstitit, qui Iesum, non dei filiũ, sed nostræ tantummodo cõditionis hoĩem, etiam inter extrema mortis suæ periculà credidit: cuius flexisset misericordiã: si eius omnipotentiam non negasset. Chry. in ho. Vide autem quoniã pœnitentiam agit: quando completum est & finem accepit peccatum. Non enim permittit diabolus eos qui non vigilant, videre malũ, anteq̃ perficiant. Sequitur: At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Remig. Ac si dicãt: Quid ad nos pertinet si iustus es? tu videris, id est, opus tuũ quale sit manifestabitur. Quidam autem coniunctim voluerũt legere hęc verba, vt sit sensus, cuius æstimationis deputaris apud nos, qui eum quẽ tradidisti iustũ confiteris? Orig. Recedẽte autẽ ab aliquo diabolo, obseruat iterum tempus, & postquã cognouerit & ad secundũ peccatum induxerit, obseruat etiam tertiæ deceptionis locũ. Sicut ille qui primo vxorẽ patris habuit: de hoc malo postea pœnituit. Sed postea diabolus voluit hãc ipsam tristitiã exaggerare: vt ipsa tristitia abũdãtior facta absorberet tristãtẽ. Simile aliquid factũ est in Iuda. Postq̃ enim pœnituit nõ seruauit cor suum: sed susceptt abundãtiorẽ tristitiam à diabolo sibi submissam: quia voluit eum absorbere. vnde sequit: Et abiens, laqueo se suspendit. Si aũt locum pœnitẽtię requisisset: & tẽpus pœnitentiæ obseruasset: forsitã inuenisset eũ qui dixit: Nolo mortẽ peccatoris. Vel forte æstimauit prævenire magistrum moriturũ: & occurrere ei cum anima nuda, vt confitens, & deprecans, misericordiam mereret: nec vidit quia nõ cõuenit seruũ dei seipsum expellere de hac vita, sed expectare dei iudicium. Rab. Suspendit aũt se laqueo, vt se ostẽderet cælo, terręq; perosum. Aug. de nouo & veteri testa. Sed occupatis principibus sacerdotum ad necem domini à mane vsq; ad horam nonã: quomodo Iudas eis retulisse pretium sanguinis, quod acceperat ante crucẽ domini probatur, & dixisse illis in tẽplo: peccaui, quòd tradiderim sanguinem iustũ, cum constet omnes principes & seniores ante passionem domini non fuisse in templo? Quippe cũ in cruce posito insultarẽt ei. Nec enim inde potest probari, quia ante passionẽ domini relatũ est, cũ sint multa quæ ante facta probant: & nouissima ordinant. Sed ne forte post horam nonã factum sit, vt vidẽs Iudas occisum saluatorẽ, & ob hoc velum templi scissum, terrã tremuisse, saxa scissa, elementa cõterrita ipso metu correctus doluerit. Sed post horã nonam occupati erãt (vt existimo) seniores & principes sacerdotũ ad celebrationẽ paschę. Sabbato aũt secundũ legẽ nõ licet nũmos portare, ac per hoc non est probabile apud me, quo die, imò tempore, laqueo vitam finierit Iudas.

Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerũt: Non licet eos mittere in corbanam, quia pretium sanguinis est. Concilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorũ. Propter hoc uocatus est ager ille Aceldema, hoc est ager sanguinis, usque in hodiernum diẽ. Tũc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus.

Chry. in ho. Quia principes sacerdotum nouerant quòd occisionem emerant, à propria conscientia condemnati fuerunt, & ad hoc ostendendum subdit euangelista: Principes autem sacerdotum acceptis argẽteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam, quia pretium sanguinis est. Hiero. Vere culicem liquantes, & camelum glutientes. si enim ideo non mittunt pecuniam in corbanam, hoc est in gazophylacium, & dona dei, quia pretium sanguinis est: cur ipse sanguis effundi tur? Orige. Videbant autem quoniã circa mortuos magis eam pecuniam conueniebat expendi, quia pretium sanguinis erat: sed quia & inter loca mortuorum sunt differentiæ, vsi sunt pretio sanguinis Iesu ad comparationem agri figuli alicuius: vt in eo peregrini sepeliantur, non secundum votum suum in monumentis paternis. vnde sequitur: Concilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Augu. in ser. de cœ. do. Prouidentia autem dei factũ puto vt pretium Saluatoris non peccatoribus sumptum præbeat, sed peregrinis requiẽ submin istret: vt iam exinde Christus & viuos sanguinis sui passiõe redimat: & mortuos preciosa passiõe susciat. Pretio ergo dominici sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in scripturis quòd totius generis humani salus redempta sit sanguine Saluatoris. Ager ergo iste, mundus hic totus est. Figulus autem qui mundi possit habere dominatũ, ipse est qui vascula corporis nostri fecit de limo. Istius itaque figuli ager, Christi sanguine empus est: peregrinis inquam qui sine domo, patria, & toto orbe exules iactabantur, requies Christi sanguine prouidetur. Istos autem peregrinos esse dicimus deuotissimos christianos, qui renũciantes seculo, nihil possidẽtes in mũdo: in Christi sanguine requiescunt. Sepultura enim Christi nihil aliud est q̃ requies christiani. Consepulti enim sumus (sicut ait Apostolus) cũ illo per baptismũ in morte. Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus: & tanq̃ hospites in hac luce versamur. Hiero. Qui etiã peregrini eramus à le-

*Aliqua desunt. Dãnatio quam Iudas vidit. potest referri ad Christũ ad ipsum Iudam. Sensus notatu dignus.

ge & prophetis,praua Iudæorũ ſtudia ſuſcepimus in ſalutẽ.Orige.Vel peregrinos dicimus qui vſq; ad finẽ extranei ſunt à deo.Nã iuſti cõſepulti ſunt Chriſto in monumẽto nouo,qđ exciſum eſt in petra.Qui autẽ alieni ſunt à deo vſq; ad finẽ,ſepulti ſunt in agro figuli cõparãtis lutũ,qui pretio ſanguinis eſt cõparat⁹,& ager ſanguinis nominatur.vnde ſequitur:Propter hoc vocatus eſt ager ille Acheldemach,hoc eſt ager ſanguinis,vſq; ĩ hodiernũ diem.Gloſſ. Quod referẽdũ eſt ad tẽpus quo euangeliſta hoc ſcripſit:deinde cõfirmat idem prophetico teſtimonio,dicẽs:Tũc impletũ eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam,dicentẽ:Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati,quẽ appretiauerũt à filiis Iſrael,& dederunt eos in agrum figuli,ſicut conſtituit mihi dominus.Hiero.Hoc in Hieremia penitus nõ inuenitur,ſed in Zacharia(qui penultimus eſt duodecim prophetarũ) quædã ſimilitudo refertur:& quãquam ſenſus non multũ diſcrepet,tamen ordo & verba diuerſa ſunt.Aug.de con.euan. Si quis ergo putat ideo fidei euangeliſtæ aliquid derogandũ,primo nouerit nõ omnes codices euangeliorum habere,quòd per Hieremiã dictum ſit:ſed tãtummodo per prophetã.Mihi autem hæc nõ placet defenſio: quia & plures codices habẽt Hieremiæ nomen,& antiquiores:& nulli fuit cauſa cur adderetur hoc nomen, & mendoſitas fieret. Cur autem tolleretur,fuit vtiq; cauſa vt hoc audax imperitia faceret,prædicta quęſtione turbata.Potuit autẽ fieri vt animo Matthæi euangeliũ ſcribentis,pro Zacharia Hieremias occurreret,vt fieri ſolet: quod tamẽ ſine vlla dubitatione emendaret,ſaltem ab his admonitus, qui ipſo adhuc in carne viuente hæc legẽre potuerunt: niſi cogitaret recordationis ſuæ, quæ ſpiritu ſancto regebatur,nõ occurriſſe aliud pro alio nomen prophetæ, niſi quia dominus hoc ita ſcribi cõſtituit.Cur autẽ cõſtituerit,prima cauſa eſt: quia ſic inſinuat, ita oẽs prophetas vno ſpiritu locutos,mirabili inter ſe conſenſione conſtare,vt hoc multo amplius ſit,q̃ ſi omnium verba prophetarum vno vnius hominis ore demonſtrentẽ: & ideo indubitanter accipi debent, quæcunq; per eos ſpiritus ſanctus dixit:& ſingula eſſe omnium,& omnia ſingulorũ. Si enim hodie quiſq̃ volẽs alicuius verba in dicere,dicat nomẽ alterius à quo dicta ſunt,qui tamen ſit amiciſſimus illius,cuius verba dicere voluit:& continuo recordatus aliũ pro alio ſe dixiſſe,ita ſe corrigat, vt tamen dicat:bene dixi,nihil aliud intuens niſi inter ambos eſſe concordiam: quãto magis de prophetis ſanctis hoc commendandum fuit? Eſt etiam alia cauſa cur hoc nomen Hieremiæ in teſtimonio Zachariæ ſit manere permiſſum,vel poti⁹ ſancti ſpirit⁹ auctoritate præceptum ſit. Eſt apud Hieremiam q̃ emerit agrum à filio fratris ſui, & dederit ei argentũ: non quidẽ ſub hoc nomine pretii,quod poſitũ eſt apud Zachariam triginta argenteis. q̃ autẽ prophetiam de triginta argenteis ad hoc interpretatus ſit euangeliſta,quod modo de domino completũ eſt,manifeſtum eſt. ſed ad hoc pertinere etiã illud de agro empto,quod Hieremias dicit.hinc poteſt myſticè ſignificari,vt non hic Zachariæ nomen poneretur qui dixit triginta argenteis , ſed Hieremiæ qui dixit de agro empto:vt lecto euangelio,atq; inuento nomine Hieremiæ:lecto autem Hieremia, & nõ inuento teſtimonio de triginta argenteis:inuento tamen agro empto, admoneatur lector vtrunque conferre, & inde ſenſum enucleare prophetiæ,quomodo pertineat ad hoc quod in domino cõpletum eſt.Nam illud quod ſubiecit huic teſtimonio Matthæus, cũ ait: Quem appretiauerunt à filiis Iſrael , & dederunt eos in agrũ figuli,ſicut conſtituit mihi dominus:nec apud Zachariã nec apud Hieremiam reperitur. Vnde magis ex perſona euangeliſtæ accipiẽdum eſt,& myſticè inſertũ,quia hoc ex domini reuelatione cognouerit: & ad hãc rem, quę de Chriſti pretio facta eſt huiuſmodi ptinere prophetiam.Hiero.de optimo genere interpretandi.Abſit ergo de pediſſequo Chriſti quòd poſſit argui de falſo: cui cura fuit,nõ verba & ſyllabas aucupari,ſed ſententias dogmatũ ponere.Chry.in ho.Legi nuper in quodã hebraico volumine,quod Nazareæ ſectæ mihi Hebræ⁹ contulit,Hieremiæ apocryphum, in quo hoc ad verbũ ſcriptũ reperi,ſed tamẽ mihi videtur magis de Zacharia ſumptum teſtimonium euangeliſtarũ & apoſtolorũ more vulgato,quo verborum ordine prætermiſſo,ſenſus tamen de veteri teſtamento proferunt exemplum.

Ieſus autem ſtetit ante præſidem , & interrogauit eum præſes , dicens:Tu es rex Iudæorum? Dicit illi Ieſus : Tu dicis. Et cum accuſaretur à principibus ſacerdotum & ſenioribus , nihil reſpondit.Tunc dixit illi Pilatus:Non audis quãta aduerſum te dicunt teſtimonia?Et non reſpondit ei ad ullum uerbum,ita ut miraretur præſes uehementer.

Augu.de con.euan.Finitis his quæ Matthęus de Iuda proditore interpoſuit,ad ordinẽ narrationis reuertitur,dicens:Ieſus autẽ ſtetit ante præſidẽ.Origen.Iudex totius creaturæ cõſtitutus à patre , vide quantũ ſe humiliauit , vt acquieſceret ſtare ante iudicẽ tũc terræ Iudææ,& interrogatus eſt interrogationẽ, quam forſitan deridẽs,aut dubitãs Pilatus interrogat. vnde ſequitur:Et interrogauit eũ præſes,dicẽs: Tu es rex Iudæorum?Chry.in ho. Id Pilatus interrogat, qđ aduerſarii cõtra ipſum cõtinuè reuoluebãt. Quia enĩ ſciebãt Pilatum nullã curam facientẽ legaliũ, ad publicas accuſationes rem ducunt.Orig.Vel pronunciatiuè hoc dixit Pilatus.vnde & alibi ſcripſit in titulo,Rex Iudæorum. Principi autẽ ſacerdotũ reſpõdens,Tu dixiſti,obliquè arguit eius dubitationẽ.Pilati vero ſententiã cõfirmat pronuntiantis.vnde ſequitur:Dicit ei Ieſus: Tu dicis. Chry.in ho. Cõfeſſus eſt ſe eſſe regem ſed cæleſtẽ:vt in alio euãgelio manifeſtius legitur.Regnũ (inquit) meũ nõ eſt de hoc mundo: vt neq; Iudæi neq; Pilatus excuſationẽ habeant,huic accuſationi inſiſtentes.Hila. Vel interrogãti pontifici,an ipſe eſſet Ieſus Chriſtus dixerat:Tu dixiſti,quia ſemper futurũ Chriſtũ ex lege ipſe dixiſſet,huic vero legis ignaro iuterroganti,an ipſe eſſet rex Iudæorũ dicit, Tu dicis.quia per fidẽ præſentis confeſſionis ſalus gentium eſt. Hiero. Attende autem quòd Pilato,qui inuitus promebat ſententiã aliqua ex parte reſpõdit: ſacerdotibus autẽ & principibus ſacerdotũ reſpõdere noluit,indignos eos ſuo ſermone iudicans.vnde ſequit: Et cũ accu.à princi.ſacer.&c. Augu. de con.euan.Lucas autem ipſa crimina quæ accuſantes obiecerunt,aperuit:dicit enim, Cœperunt illum accuſare dicentes:Hũc inuenimus ſubuertentem gentẽ noſtram,& prohibentẽ tributa dari Cæſari,& dicentẽ ſe Chriſtũ regẽ eſſe.Nihil autẽ intereſt ad veritatem quo ordine iſta retulerint , ſicut nihil intereſt ſi alius aliud tacet qđ alius cõmemorat.Orig. Accuſatus autem Ieſus ſicut tunc illis nihil reſpondit,ſic nec & modo:non fit enĩ eis verbũ dei,ſicut aliquando fuerat ad ꝓphetas: ſed neque dignũ erat vt Pilato interroganti reſponderet,qui nõ habebat permanens & firmũ de Chriſto iudiciũ,ſed ad cõtraria trahebatur. vnde ſequitur: Tunc dicit ei Pilatus:Non audis quãta aduer.te dicunt teſtimonia?Hiero. Gentilis quidem eſt qui cõtẽnit Ieſum: ſed cauſam refert in populum Iudæorum.Chry. in ho. Ideo autem hoc dicebat , quia volebat eum liberare, dum ſe excuſando reſponderet.Sequitur:Et nõ reſpon. ei ad vl.verbũ,ita vt mir.præ.vehementer. Quia enim

multas habentes demonſtrationes ex ipſis rebus virtutis & manſuetudinis eius & humilitatis,tamẽ in ipſum indignabãtur,& puerſo iudicio agebãtur cõtra ipſum, propter hoc nihil reſpõdet:& ſi aliquãdo reſpõdet,breuia quidẽ dicit,ne cõtinua taciturnitate pertinaciæ opinio de ipſo accipiatur.Hiero. Vel ideo Ieſus nihil reſpondere voluit, ne crimẽ dilues dimitteret à præſide, & crucis vtilitas differretur.Orige.Miratus eſt autem præſes conſtãtiam eius: forſitan ſciẽs quòd idoneus eſſet pronunciare crimen, & tamẽ videbat eum in tranquilla,& quieta ſapiẽtia,& grauitate non turbabili ſtare,ſed & vehementer miratur.Dignum enim ei videbatur magno miraculo vt exhibitus Chriſtus ad crimina Ie iudicium,imperturbabilis ſtaret ante mortem, quæ apud omneis homines terribilis æſtimatur.

Per diem autẽ ſolennẽ conſueuerat præſes populo dimittere unum uinctum quẽ uoluiſſent. Habebat autẽ tunc unum uinctum inſignẽ qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis,dixit Pilatus Quẽ uultis dimittã uobis , Barrabam,an Ieſum qui dicitur Chriſtus?Sciebat enĩ quòd per inuidiam tradidiſſent eũ.Sedente autẽ illo pro tribunali miſit ad eũ uxor eius dicens:Nihil tibi & iuſto illi.Multa enim paſſa ſum hodie per uiſum propter eũ.Principes autẽ ſacerdotũ & ſeniores,perſuaſerũt populo ut peteret Barrabã, Ieſũ uero perderet.Reſpõdẽs autẽ præſes,ait illis:Quẽ uultis uobis de duobus dimitti? At illi dixerũt Barrabã.Dicit illis Pilat⁹: Quid igitur faciã de Ieſu qui dicitur Chriſtus?Dicũt oẽs, Crucifigatur. Ait illis præſes:Quid enim mali fecit? At illi magis clamabãt dicẽtes:Crucifigatur.Vidẽs aũt Pilatus quia nihil proficeret,ſed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo,dicens Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius:uos uideritis.Et reſpondens uniuerſus populus, dixit:Sãguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros. Tunc dimiſit illis Barrabã,Ieſum aũt flagellatũ tradidit eis ut crucifigeretur.

Chryſo. in homel. Quia Chriſtus ad accuſationem Iudæorum nihil reſpõderat per quod poſſet eum Pilatus ab accuſationib⁹ Iudæorum excuſatũ habere,aliud machinatur per quod eum liberare poſſit.vnde dicitur: Per diem autem ſolennem conſueuerat præſes populo dimittere vnum vinctum,quẽ voluiſſet. Orige.Sic enĩ quaſdam gratias præſtant gẽtes eis quos ſubiiciunt ſibi, donec confirmetur ſuper eos iugum ipſorum: tamẽ conſuetudo hæc aliquãdo fuit apud Iudæos. Saul enim nõ interfecit Ionatham:omni populo petente eũ ad vitam. Chryſo.in hom. Per hanc autem conſuetudinem Chriſtum eripere tentauit, vt neque vmbram excuſationis Iudęi ſibi derelinquant,manifeſtus homicida in comparatione Chriſti adducitur:de quo ſequitur,Habebat autem tunc vnum vinctum inſignem qui dicebatur Barrabas.Non ſimpliciter dicit latronem,ſed inſignem, hoc eſt in malitia diffamatum. Hiero. Iſte Barrabas in euangelio quod inſcribitur iuxta Hebrœos,filius magiſtri eorum interpretatur, qui propter ſeditionem & homicidium fuerat condemnatus. Offert autẽ optionem eis Pilatus dimittendi quem vellent , latronem an Ieſum,non dubitans Ieſum potius eligendum. vnde ſequit:Congregatis ergo illis dixit Pilatus:Quẽ vultis dimittam vobis? Barrabam , an Ieſum qui dicitur Chriſtus?Chryſo.in homel.quaſi dicat:Si non vultis ſicut innocentem dimittere: ſaltem condemnatum feſtiuitati dimittatis. Si enim oportebat ĩ peccatis manifeſtis exiſtentem dimittere : multo magis in dubiis. Vide autem ordinem conuerſum. Petitio pro condemnatis ſolet eſſe plebis,conceſſio autem principis: nunc autem contrarium geſtum eſt. Princeps enim petit à plebe , & plebs ferocior redditur. Glo. Quare autem Pilatus ad liberationem Chriſti laborauit manifeſtat euangeliſta cum ſubdit : Sciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum.Remig. Quæ autẽ inuidia fuerit Ioannes manifeſtat , qui narrat eos dixiſſe: Ecce mundus totus poſt eum vadit , & ſi dimittimus eum ſic,omnes credent in eum. Notandum etiam quia loco eius quod Matthæus dicit:An Ieſum qui dicitur Chriſtus,Marcus dicit,Vultis dimittam vobis regẽ Iudæorum : ſoli nanque reges Iudæorum vngebantur , & ab ipſa vnctione,Chriſti vocabantur. Chry.in ho. Deinde ſubditur aliud quod ſufficiens erat omnes à paſſione reuocare.Sequitur enim:Sedente autem illo pro tribunali , miſit ad eum vxor eius di. Nihil tibi & iuſto illi. Cum demonſtratione enim quæ erat à rebus , & ſomnus non paruum quid erat. Rab. Notandum vero quia tribunal iudicis : ſedes eſt iudicis , ſolium regum, cathedrę magiſtrorum.In viſionibus autem & ſomniis gentilis viri vxor hoc intellexit , quod Iudæi vigilantes nec credere,nec intelligere voluerunt.Hieroñ.Nota etiam quòd gentilibus ſæpe à deo ſomnia reuelantur. Et quòd in Pilato & vxore eius iuſtum dominum confitentibus gentilis populi teſtimonium ſit. Chry. in ho.Sed cuius gratia non ipſe Pilatus ſomnium videbat ? quia illa magis digna erat , vel quia ſi Pilatus vidiſſet,non æqualiter ſibi creditum eſſet, vel forte neq; dixiſſet:propter hoc diſpenſatur à deo, quòd mulier vidit, vt manifeſtum omnibus fieret. Et non ſimpliciter videt,ſed & patitur multa.Sequitur enim:Multa enim paſſa ſum ho.per vi.propter eum, vt ſcilicet à compaſſione, quæ erat ad vxorem, deſidior fieret vir circa occiſionem:ſed & tempus non parum conferebat,etenim eadem nocte vidit. Augu.in ſer. de paſ. Sic ergo iudex terretur in coniuge,& vt crimini Iudæorum non præbeat in iudicio conſenſum,pertulit in vxoris afflictione iudiciũ:iudicatur ipſe qui iudicat, & torquetur antequàm torqueat.Rab.Vel aliter: Nũc demũ diabolus intelligens per Chriſtũ ſe ſpolia ſua amiſſurũ, ſicut primum per mulierem,mortem intulerat:ita per mulierẽ vult Chriſtũ de manibus Iudæorũ liberare,ne per eius mortem,mortis amittat imperiũ.Chry.in ho.Nihil autem præmiſſorum,Chriſti aduerſarios mouit,quia eos omnino inuidia excæcauerat: vnde ex propria malitia plebem corrũpunt,& hoc eſt quod ſequitur: principes autem ſac.& ſeni.&c.Orig.Et eſt videre nunc quomõ populus Iudæorũ à ſenioribus ſuis , & Iudaicæ culturæ doctoribus ſuadetur , & excitatur aduerſum Ieſum vt perdant eum.Sequitur:Reſpon.autem præſes,ait il. Quem vul.&c.Gloſ. Reſpondiſſe autem dicitur Pilatus hæc dicẽs,ſiue ad ea quæ vxor nunciauerat , ſiue ad petitionem populi, qui iuxta conſuetudinem aliquem in die feſto ſibi dimitti petebant.Orige.Turbę autem quaſi ferę,quę ſpatioſam ambulant viam,voluerunt ſibi Barrabam habere ſolutum.vnde ſubditur: At illi dixerunt,Barrabã.Ideo gens illa habet ſeditiones & homicidia & latrocinia ſecundum quoſdam gentis ſuę in ſuis rebus quę foris habentur:ſecundũ autem omnes,intus bus dãna in anima.Vbi emĩ nõ eſt Ieſus:illic lites & prælia ſunt: vbi autem eſt,ibi ſunt omnia bona & pax.Omnes etiã qui Iudæis ſunt ſimiles vel in dogmate vel in vita,Barrabam ſibi ſolui deſiderant.Quicunq;enim mala agit, ſolutus eſt in corpore eius Barrabas , Chriſtus autem vinctus.Qui autem bona agit,Chriſtum habet ſolutũ, Barrabam vinctum.Voluit autem Pilatus pudorẽ tantę iniquitatis eis incutere.vnde ſequitur:Dicit il.Pila. Quid igitur &c.Non ſolum autem hoc, ſed & menſuram colligere volens impietatis eorum.Illi autem nec hoc erubeſcunt q̃ Pilatus Ieſum Chriſtum eſſe confi-

Pilati induſtria pro Ieſu liberando.

Iudæi in ſuis rebus patiũtur ob iniuſtã Chri ſti necẽ.

tebatur:nec modũ impietatis ſeruant.vnde ſequit:Dicũt oẽs, Crucifigat. In quo multiplicauerũt impietatis ſuæ menſuram,non ſolũ homicidam poſtulantes ad vitam,ſed etiam iuſtũ ad mortẽ: & ad mortẽ turpiſſimam crucis.Rab.Pẽdentes ſiquidẽ in ligno crucifixi,clauib⁹ ad lignũ pedibus manibúſq; cõfixi,producta morte ne cabant;& diu viuebant in cruce,non quia longior vita eligebatur,ſed quia mors ipſa protendebatur:ne dolor citius finiret. verũ Iudæi de morte peſſima cogitabãt: ſed à domino non intelligentibus eis electa erat. Ipſam enim crucem diabolo ſuperato erat tãquam tropheũ in frontibus fideliũ poſiturus.Hiero. Cum autem hoc reſponderent,non ſtatim acquieuit: ſed iuxta ſuggeſtionẽ vxoris quæ mandauerat,Nihil tibi & iuſto illi:ipſe quoq; reſpondit.vnde ſequitur: Ait illis præſes: Quid enim mali fecit? Hoc dicendo Pilatus abſoluit Ieſum. Sequitur:At illi magis clamabãt,dicentes: Crucifigatur. Vt implerẽtur quod in pſalmo dicitur:Circũdederũt me canes multi, congregatio malignantiũ obſedit me. Et illud Hieremiæ:Facta eſt mihi hæreditas mea,ſicut leo in ſylua:dederũt ſuper me vocem ſuam. Aug. de con.euan. Sæpius autem Pilatus cũ Iudæis egit,volens vt dimitteretur Ieſus.quod pauciſſimis verbis teſtatur Matthæus,cũ ſubdit: Videns Pilat⁹ quia nihil profi.ſed magis tumultus fieret.quod non diceret,niſi multũ ille conat⁹ fuiſſet,q̃uis tacuerit quoties hoc tẽtauit vt erueret Ieſum furori eorũ. Sequit: Accepta aqua, lauit manus corã populo,dicens: Innocẽs &c. Remi. Mos enim erat apud antiquos, vt cũ vellet quis ſe oſtẽdere immunẽ ab aliquo crimine: accepta aqua lauaret manus ſuas corã populo. Hiero. Pilatus ergo accepit aquã iuxta illud prophetieũ: Lauabo inter innocentes manus meas: quodammodo in hoc conteſtans & dicens: Ego quidẽ innocẽtem volui liberare, ſed quoniã ſeditio oritur,& rebellionis mihi contra Cæſarem crimen impingitur, innocens ſum à ſanguine iuſti huius. Iudex ergo qui cogitur contra dominum ferre ſententiam, non damnat oblatũ,ſed arguit offerentes: iuſtũ eſſe pronũcians eum qui crucifigẽdus eſt. Sequit: Vos videritis: quaſi dicat, Ego miniſter legũ ſum: vox veſtra ſanguinem fundit. Sequitur: Et reſpon. vni. po. dixit: Sang. &c. Perſeuerat vſq; in pręſentem diem hæc imprecatio ſuper Iudæos, & ſanguis domini non aufertur ab eis. Chry. in ho. Intuere autem & hic Iudæorũ multam inſaniam. eorum enim impetus & pernicioſa concupiſcentia,nõ permittit eos quæ oportet inſpicere: & ſibi maledicũ di. Sanguis eius ſuper nos: quid ad filios maledictionẽ attrahũt di. Et ſuper filios noſtros? Sed tamẽ miſericors de⁹ eorũ ſententiam nõ firmauit: ſed ex eis & eorũ filiis ſuſcepit, qui pœnitentiã egerũt. etenim & Paul⁹ ex ipſis fuit, & multa milia eorũ qui in Hieroſolymis crediderũt. Leo pa. in ſer. de paſ. Exceſſit ergo Pilati culpam ſanctus Iudæorũ: ſed nec ipſe euaſit reatũ qui reliquit pro priũ iudiciũ, & in crimen tranſiuit alienum. Sequitur enĩ: Tũc dimi. il. Bar. Ieſum autẽ flagellatũ &c. Hiero. Sciendũ eſt autẽ Pilatũ Romanis legibus miniſtraſſe: quibus ſancitum eſt, vt qui crucifigitur, prius flagellis verberetur. Traditur igitur Ieſus militibus verberandus, & illud ſanctiſſimũ corpus pectus dei capax flagellis ſecuerunt. Aug. in ſer. de paſ. Ecce dominus aptatur ad verbera: ecce iam cæditur, rupit ſanctam cutem violentia flagellorũ, repetitis ictibus crudelia verbera ſcapularũ terga conſcindũt. Prohdolor iacet extenſus ante hominẽ deus, & ſupplicium patitur rei, in quo nullũ peccati veſtigiũ potuit inueniri. Hiero. Hoc autem factum eſt, vt (quia ſcriptum erat: Multa flagella peccatorum) illo flagello nos à verberibus liberemur. In lauacro etiam manuum Pilati gentilium omnia opera purgantur, & ab impietate Iudæorũ nos alieni efficimur. Hil. Hortantibus autem ſacerdotibus populus Barrabam elegit, qui interpretatur patris filius, in quo arcanum futuræ infidelitatis oſtendit, Chriſto antichriſtũ peccati filium præferendo. Raba. Barrabas etiã qui ſeditiones faciebat in turbis, dimiſſus eſt populo Iudæorũ, id eſt, diabolus qui vſq; hodie regnat in eis, & iccirco pacẽ habere non poſſunt.

Mos antiquorũ.

Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio, congregauerunt ad eum uniuerſam cohortem, & exuentes eum, chlamydem coccineam circunderunt ei. Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.

Aug. de con. euan. Poſt accuſationes Chriſti conſequẽs eſt vt ipſam domini paſſionẽ videamus, quã Matthæus ſic incipit: Tũc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prętorio cõgregauerũt ad eũ vniuerſam cohortẽ. Hieronym. Quia enim rex Iudæorũ fuerat appellat⁹, & hoc ei ſcribę & ſacerdotes crimẽ obiecerãt, quod ſibi in populo Iſrael vſurparet imperiũ: illudentes hoc faciũt vt nudatũ priſtinis veſtib⁹ induãt chlamydẽ coccineã pro rufo limbo, quo reges veteres vtebãt: & pro diademate, imponãt ei coronã ſpineã: pro ſceptro regali, dẽt calamũ, & adorẽt quaſi regẽ: & hoc eſt quod ſubdit, Et exuentes eum, chlamydẽ coccineam &c. Augu. de con. euan. Per hoc aũt intelligitur Marcũ dixiſſe indutũ purpura. Pro regia enĩ purpura chlamys illa coccinea ab illudẽtibus adhibita erat: & eſt rubra quædã purpura cocco ſimillima. Poteſt etiã fieri, vt purpuram etiã Marcus cõmemorauerit quam chlamys habebat, quãuis eſſet coccinea. Chry in ho. Quæ igitur erit nobis cura de reliquo, ſi cõtumelias ab aliquo patiamur, poſtq̃ Chriſt⁹ hoc paſſus eſt? Et enĩ quod fiebat ĩ Chriſtũ, vltimus terminus cõtumeliæ erat: nec vna particula tantũ, ſed vniuerſum corpus patiebat iniurias: caput per coronã & arũdinẽ & colaphos, facies, quia inſpuebãt, genæ quia alapis cedebãtur, corpus totũ per flagella. Et quia denudatũ eſt per circũdationẽ chlamydis, & per fictã adorationẽ: man⁹ per arũdinẽ, quã dederunt ei pro ſceptro, ac ſi timerẽt ne aliquid prętermitterẽt grauiſſime pręſumptionis. Aug. de cõ. euan. Apparet autẽ Matthęũ recapitulãdo iſta cõmemoraſſe, nõ quo tũc factũ ſit: cum eũ Pilatus crucifigẽdum tradidiſſet. Ioãnes enim antequãm diceret, quod eũ Pilatus crucifigendũ tradiderit iſta cõmemorauit. Hic. Nos autẽ omnia hęc intelligamus myſticè. Quomodo enim Cayphas dixit: Oportet vnũ hominẽ mori pro omnibus, neſciẽs quid diceret: ſic & iſti quodcũq; fecerũt, licet alia mẽte fecerint, tamẽ nobis, qui credimus, ſacramẽta tribuebãt. In chlamyde coccinea, opera gẽtium cruenta ſuſtentat. In corona ſpinea, maledictum ſoluit antiquum. In calamo venenata occidit animalia, ſiue calamũ tenebat in manu, vt ſacrilegium ſcriberet Iudæorũ. Hiero. Vel aliter: Suſceptis omnib⁹ corporis noſtri infirmitatibus à domino omne deinde noſtrum, quibus regnũ ſecum erat debitũ, ſanguine cocci colore perfunditur. Spinis quoque, id eſt, cõpungẽtium quondã peccatis gentiũ coronatur. eſt enim aculeus in ſpinis, ex quibus Chriſto victoriæ corona cõtexitur. In calamo vero earundẽ gentiũ infirmitas atq; inanitas manu cõprehẽſa firmatur, quin etiã capiti eius illiditur, vt infirmitas gẽtiũ manu Chriſti cõprehenſa, etiã in deum patrẽ, qui caput eius eſt, conquieſcat. Orig. Vel calamus myſteriũ fuit, quod

Libus veſtis faſciæ eſt, ei⁹ extremitatẽ ambiens.

priuſquã crederem⁹, cõfidebam⁹ in virga arũdinea Aegypti, vel cuiuſcunq; regni cõtrarii deo quẽ accepit, vt triũphet eũ in ligno crucis. Percutiũt autẽ cũ hoc calamo caput Chriſti Ieſu, qm̃ ſemper regnũ illud verberat deũ patrẽ caput ſaluatoris. Remig. Vel aliter: Per chlamydẽ coccineã, caro dñi deſignatur, quæ rubra dicitur ꝓpter ſanguinis effuſionẽ: per ſpineã coronã, ſuſceptio peccatorũ noſtrorũ, quia in ſimilitudinẽ carnis peccati apparuit. Raba. Calamo igit Chriſti caput percutiunt, qui diuinitati eius cõtradicẽtes errorẽ ſuũ authoritate ſanctæ ſcripturæ, quæ calamo ſcribitur, confirmare conant. Spuũt in faciẽ eius: qui pręſentiã gratiæ illius verbis execrandis reſpuunt, & Ieſum in carne veniſſe denegant. Falſo autẽ illum adorant qui in eũ credunt, ſed peruerſis actibus deſpiciunt. Aug. de con. euan. Quod autem dominum in paſsione exuerunt veſtem propriã, & induerunt fucatam, ſignati ſunt hæretici, qui eum dicunt verum corpus non habuiſſe, ſed fictum.

Et poſtquam illuſerũt ei, exuerũt eũ chlamyde & induerũt eum veſtimẽtis eius, & duxerũt eũ ut crucifigerẽt. Exeũtes aũt, inuenerũt hominẽ Cyrenæũ, nomine Simonẽ: hũc angariauerũt ut tolleret crucẽ eius. Et uenerũt in locũ qui dicitur Golgotha, quod eſt Caluariæ locus. Et dederunt ei uinũ bibere cum felle mixtum. Et cum guſtaſſet, noluit bibere.

Glo. Poſtquã euãgeliſta cõmemorauit ea quæ ad illuſionẽ Chriſti pertinẽt: nunc narrare incipit proceſſum crucifixiõis ipſius. vnde dicit: Et poſtquã illuſe. ei exuerũt eum chlamyde. &c. Auguſt. de cõcor. euãg. Hoc autem in fine factũ eſſe intelligitur: cum iam duceretur ad crucifigendũ. Poſtquã ſcilicet Pilatus tradidit eum Iudęis. Hieroñ. Notandũ autẽ quando flagellatur Ieſus & cõſpuitur, nõ habet propria veſtimẽta, ſed ea quę propter peccata noſtra ſumpſerat: cũ autẽ crucifigitur & illuſionis põpã prætermittit, tũc priſtinas veſtes recipit & priũ aſſumit ornatũ: ſtatimq; elemẽta turbãtur, & creatori dat teſtimonium creatura. Orige. Et de chlamyde quidem ſcriptum eſt: quoniã denuo expoliauerũt eum. De corona autem ſpinea nihil tale euangeliſte ſcripſerũt, vt iam nõ ſint ſpinæ noſtræ antiquæ: poſtquã ſemel eas à nobis abſtulit Ieſus ſuper venerabile caput ſuum. Chryſ. in ſer. de paſsio. Nõ autem voluit dominus pati ſub tecto, non in templo Iudaico: ne putares pro illa tãtum plebe oblatum, & ideo foras ciuitatem, foras muros: vt ſcias ſacrificium eſſe commune quod totius terræ eſt oblatio, quod communis eſt purificatio. & hoc ſignatur cum dicitur: Exeuntes autem inuenerũt hominem Cyre. nomine Simonem &c. Hiero. Ne quis autẽ putet huic loco euangeliſtæ Ioannis hiſtoriam eſſe contrariam: ille enim dicit, exeuntem dominum de prætorio portaſſe crucem ſuam: Matthæus autẽ refert quod inuenerunt hominem Cyrenęum, cui impoſuerunt crucem Ieſu. Sed hic intelligendum eſt quod egrediens de prætorio Ieſus, ipſe portauerit crucem ſuam, poſtea ob uiam habuerunt Simonem, cui portandam crucem impoſuerunt. Orig. Aut egreſsi quidem angariauerunt Simonem, appropinquantes autem ad locum, in quo eum fuerant ſuſpenſuri, impoſuerunt crucem & ipſi, vt ipſe eam portaret. Non fortuito autem angariatus eſt Simon, ſed ſecundum diſpoſitionẽ dei ductus eſt ad hoc, vt euangelica ſcriptura dignus inueniretur & miniſterio crucis Chriſti. Non ſolum autem ſaluatorem conueniebat accipere crucem ſuam, ſed & nos conuenientem portare, ſalutarem nobis angariam adimplentes, nec tamen ſic profeciſſet nobis eam accipere, ſicut cum ipſe eam accepit. Hier. Myſticè enim crucem ſuſcipiunt nationes: & peregrinus obediens portat ignominiam ſaluatoris. Hilarius: Indignus enĩ Iudæus erat Chriſti crucem ferre, quia fidei gentium erat in reliquum & erucem accipere & compati. Remi. Iſte enim Simon non erat Hieroſolymita, ſed peregrinus, & aduena, ſcilicet Cyrenæ⁹. Cyrene enim ciuitas eſt Libyę. Interpretatur autem Simon, obediens, Cyrenæus hæres: vnde pulchrẽ per eũ deſignatur popul⁹ gẽtium qui peregrinus erat teſtamẽtorũ dei, ſed credẽdo factus eſt ciuis ſanctorum, & domeſticus, & hæres dei. Greg. in ho. Vel aliter: Per Simonem qui crucem dominicam in angariam portat, deſignantur abſtinentes & arroganteſ, quia per abſtinẽtiam quidem carnem afficiunt, ſed fructum abſtinentiæ interius non requirũt: vnde idem Simon crucem portat, ſed non moritur: quia abſtinentes & arrogantes per abſtinentiam quidem corpus afficiunt, ſed per deſyderium quidem gloriæ mundo viũunt. Sequitur: Et venę. in lo. qui dicitur Golg. quod eſt caluariæ locus. Rabañ. Golgotha enim Syrum nomen eſt & interpretatur caluaria. Hiero. Audiui quendam expoſuiſſe Caluariæ locum, in quo ſepultus eſt Adam: & ideo ſic appellatum, quia ibi antiqui hominis ſit conditum caput. Fauorabilis interpretatio, & multcens autem populi, nec tamẽ vera. Extra vrbem enim, & foris portam, loca ſunt in quibus truncantur capita damnatorum: & caluariæ. i. decollatorum, ſumpſere nomen. Propterea autem ibi crucifixus eſt Ieſus: vt vbi prius erat area damnatorũ, ibi erigerentur vexilla martyrii. Adam vero ſepultũ iuxta Ebron & Arbeę, in Ieſu filii Nauæ volumine legimus. Hilar. Locus aũt crucis talis eſt vt poſitus in medio terræ ad capeſſendam dei cognitionẽ vniuerſis gentibus eſſet æqualis. Sequit: Et dede. ei bibe. vinũ cum fel. mixtum. Aug. de con. euan. Hoc Marcus ita narrat: Et dabant ei bibere myrrhatũ vinum. Fel quippe pro amaritudine Matthæus poſuit, myrrhatũ enim vinũ amariſsimum eſt, quanquam fieri poſsit vt & fel & myrrha vinũ amariſsimũ redderent. Hiero. Amara vitis amarũ vinum facit, quo potant dominum Ieſum, vt impleatur quod ſcriptũ eſt: Dederũt in cibum meum fel. Et de⁹ loquitur ad Hieruſalẽ: Ego te plantaui vineam veram, quomodo facta es in amaritudine vitis alienę? Et cũ guſtaſſet, noluit bibere. Aug. de con. euan. Quod aũt Marcus ait, Et non accepit: intelligitur nõ accepit vt biberet. guſtauit aũt ſicut Matthæus teſtis eſt. & quod idẽ Matthæus ait, Noluit bibere, hoc Marcus dixit, Non accepit. tacuit etiã ꝙ guſtauit. Quod aũt cum guſtaſſet noluit bibere, hoc indicat ꝙ guſtauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem, ſed tertia die reſurrexit. Hila. Vel ideo oblatum vinũ felle admixtum bibere recuſauit. non enim æternę gloriæ incorruptioni peccatorum amaritudo miſcetur.

Cyreneus Simõ gẽtiliserat.

Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimẽta eius, ſortem mittentes, ut impleretur quod dictum eſt per prophetam, dicentem, Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et ſedentes ſeruabant eum. Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam, Hic eſt Ieſus rex Iudæorum. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones: unus à dextris, & unus à ſiniſtris.*

* Adimpleretur

Glo. Præmiſſo quomodo Chriſtus ad locũ paſſionis eſt duct⁹: hic euangeliſta ipſam paſſionem proſequitur, genus mortis exponens. cum dicit: Poſtquã autem crucifixerunt eum. Auguſt. in libro 83. quæſtionum: Sapientia quidem dei hominem ad exemplum, quo recte viueremus ſuſcepit: pertinet autem ad vitam rectam ea quæ non ſunt metuenda, non metuere. Sunt autem homines qui quãuis mortẽ ipſam non timeant, genus tamen mortis horreſcunt: vt ergo nullũ mortis genus recte viuenti homini metuendũ eſſet, illius hominis crucẽ oſtendendũ fuit. Nihil enim erat inter omnia gene-

Universidad de Deusto Biblioteca

ra mortis illo genere execrabiliꝰ & formidabiliꝰ. Auguſt.in ſer.de paſſ. Quãtũ autẽ valeat virtus crucis aduertat ſanctitas veſtræ. Cõtẽpſit Adã pręceptũ,accipiẽs ex arbore pomũ,ſed quicquid Adã perdidit,Chriſtꝰ in cruce inuenit: de diluuio aquarũ humanũ genus archa lignea liberauit:de Aegypto dei populo recedẽte,Moyſes mare virga diuiſit,Pharaonẽ proſtrauit,& populum dei redemit. Idẽ Moyſes lignũ in aquã miſit : & amarã aquã in dulcedinẽ cõmutauit. Ex lignea virga de ſpirituali petra ſalutaris vnda profert,& vt Amalech vinceret,circa virgã Moyſes extenſis manibus extẽditur. & lex dei archę teſtamẽti creditur ligneę,vt his omnibus ad lignũ crucis quaſi per gradꝰ quoſdã veniatur.Chry. in ſerm̃. de paſſ. Ideo & in excelſo ligno non ſub tecto paſſus eſt,vt etiã ipſius aeris natura mũdet: ſed & terra ſimile beneficiũ ſentiebat,decurrentis de latere ſanguinis ſtillatione mũdata.Gloſ.Lignũ etiã crucis ſignificare videtur eccleſiã in quatuor mũdi partibus diffuſam.Rab.Vel ſecũdũ moralẽ ſenſum,Crux per ſuã latitudinẽ ſignificat hylaritatẽ operãtis,quia triſtitia anguſtias facit.Latitudo ẽm crucis,eſt in trãſuerſo ligno vbi figũt manꝰ.Per manꝰ aũt opera ĩtelligimꝰ. Per altitudinẽ autẽ crucis cui caput adiũgitur, ſignificatur expectatio retributionis de ſublimi iuſtitia dei. Lõgitudo aũt qua totũ corpus extenditur , tolerantiã deſignat.vnde lõganimes dicũtur qui tolerãt.profundũ autẽ quod terræ infixũ eſt,ſecretũ ſacramẽti præfigurat. Hil. Sic ergo in ligno vitæ cunctorũ ſalus & vita ſuſpendit. vnde dicitur:Poſtquã autẽ crucifi.eũ &c. Aug.de con. euãg. Hoc breuiter à Matthæo dictũ eſt. Ioannes autẽ diſtinctius explicat quemadmodũ geſtũ ſit. Milites (inquit) cum crucifixiſſent eũ,acceperũt veſtimẽta eius: & fecerũt quatuor partes,vnicuiq; militi partem : & tunicã. Erat autẽ tunica incõſutilis. Chryſ. in ho. Notandum ergo quòd nõ parua hæc abiectio Chriſti erat.quaſi ẽm circa dehonoratũ & omnium viliſsimũ in Chriſto hoc agebant:in latronibus aũt nihil tale operati ſunt. Diuidere enim veſtimenta in condẽnatis valde vilibus & abiectis fit:& nihil aliud habẽtibus.Hiero.Hoc autem quod circa Chriſtũ geſtũ eſt, in pſalmo fuerat prophetatũ,& ideo ſequitur:Vt adimpleret quod dictũ eſt per prophetã,dicentẽ, Diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea,& ſuper veſtẽ meã miſerunt ſortẽ.Sequitur :Et ſedentes ſeruabãt eum,ſcilicet milites.Diligentia militũ & ſacerdotũ nobis profuit,vt maior & apertior reſurgẽtis virtus appareat.Sequit:Et impoſue.ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptã:Hic eſt Ieſus rex Iudæorũ. Non poſſum autẽ dignè admirari pro rei magnitudine ꝙ emptis falſis teſtibus,& ad ſeditionẽ.clamorémq; infœlici populo cõcitato,nullã aliã inuenerũt cauſam interfectionis eius,niſi quòd rex Iudæorũ eſſet: & illi forſitan illudentes,ridẽtéſq; hoc fecerunt.Remig.Diuinitꝰ autẽ procuratũ fuit,vt talis titulus ſuper caput eius poneretur,vt per hoc Iudæi agnoſcerẽt, qm̃ nec etiã occidẽdo facere potuerũt vt eũ regẽ nõ haberent. Per mortis enim patibulũ nõ amiſit imperiũ, ſed potius corroborauit.Orig.Et princeps quidẽ ſacerdotũ,ſecundũ literã legis, portabat in capite ſuo ſanctificationẽ domini ſcriptã.Verus aũt prĩceps ſacerdotũ:& rex Ieſus in cruce quidẽ habet ſcriptũ:Hic eſt rex Iudæorũ.Aſcendens autẽ ad patrẽ pro literis , & pro nomine quo nominat habet ipſum pãtrẽ.Rab.Quia enim rex ſimul & ſacerdos eſt:cũ ſuæ carnis hoſtiã in altari crucis offerret,regis quoq; dignitatẽ titulus ꝑtendit,qui nõ infra,ſed ſupra crucẽ ponit:quia licet in cruce pro nobis hoĩs infirmitate dolebat,ſuper crucẽ tamen regis maieſtas fulgebat,quã per crucem nõ perdidit,ſed potius cõfirmauit.

Sequitur:Tũc crucifixi ſunt cum eo duo latrones,vnus à dextris,& vnus à ſiniſtris.Hiero. Sicut enim pro nobis maledictũ crucis factus eſt Chriſtus,ſic pro oĩm ſalute inter noxios , quaſi noxius crucifigitur. Leo pa.in ſer.de paſ.do.Duo autẽ latrones,vnus ad dextrã,& alter ad ſiniſtram crucifigunt , vt in ipſa patibuli ſpecie, monſtraretur illa,quæ in iudicio ipſius omnium hoĩm eſt faciẽda diſcretio.Paſsio igitur Chriſti ſalutis noſtrę continet ſacramentũ, & de inſtrumẽto quod iniquitas Iudæorũ parauit ad pœnã, potẽtia redẽptoris gradum fecit ad gloriã.Hilar. Vel aliter: Duo latrones lęuæ ac dextrę affiguntur, oẽm humani generis vniuerſitatem vocari ad ſacramentũ paſsionis domini oſtendẽtes,ſed quia per diuerſitatẽ fidelium, ac infidelium , fit omniũ ſecundũ dextram ſiniſtrãq; diuiſio, vnus ex duobus ad dextram eius ſitus, fidei iuſtificatione ſaluatur. Remi. Vel per iſtos duos latrones deſignãtur oẽs , qui arctioris vitæ continentiã apprehendunt. quicunq; enim ſola intentione placendi deo hoc faciunt, deſignãtur per illum qui à dextris dei crucifixus eſt. qui vero pro appetitu humanæ laudis,vel aliqua minus digna intẽtione,deſignantur per illum, qui à ſiniſtris crucifixus eſt.

Prætereuntes aũt blaſphemabant eũ,mouẽtes capita ſua, & dicẽtes: Vah qui deſtruis templum dei , & in triduo illud reædificas.Salua temetipſum:ſi filius dei es,deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdotum illudentes cum ſcribis & ſenioribus, dicebant : Alios ſaluos fecit , ſeipſum non poteſt ſaluum facere.Si rex Iſrael eſt,deſcendat nunc de cruce & credimus ei. Confidit in deo:liberet nunc eum ſi uult. Dixit enim , quia filius dei ſum. Idipſum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo,improperabant ei.

Chry. in ho. Cum Chriſtum denudaſſent & crucifixiſſent,vltra procedũt,& in cruce vidẽtes affixũ exprobrãt ei.vnde dicitur: Prætereũtes aũt blaſphemabãt eũ &c.Hiero.Blaſphemabant quidem,quia prætergrediebantur viam,& in vero itinere ſcripturarum ambulare nolebant. Mouebant autem capita ſua , quia iam ante mouerant pedes,& non ſtabant ſupra petram.Idipſum autem inſultans dicit fatuus populus quod falſi teſtes confinxerant. vnde ſequitur: Et dicentes, Vah qui deſtruis templum dei,&c.Remig.Vah interiectio eſt inſultantis ſiue irridentis. Hilar. Quid ergo veniæ erit cum poſt triduum reædificatum templum dei , in corporis reſurrectione cernetur? Chryſ.in hom̃. Vt quaſi prioribus ſignis incipientes detrahere , ſubiungunt: Salua temetipſum : ſi filius dei es, deſcende de cruce. Chry.in ſerm.de paſ.Sed econtrario quia filius dei eſt, ideo non deſcendit de cruce.Nam ideo venit,vt crucifigeretur pro nobis. Sequitur: Similiter & principes ſacerdotum &c. Hierony. Etiam nolentes Scribæ & Phariſæi confitentur quòd alios ſaluos fecerit.Itaq; veſtra vos condemnat ſententia, qui enim alios ſaluos fecit, vtiq; ſi vellet ſeipſum ſaluare poterat.

Iudæi ꝑ prio ore condẽnabiles.

Sequitur: Si rex Iſrael eſt , deſcendat nunc de cruce & credimus ei. Chry.in ſer.de paſ.do.Conſidera autem nunc vocem filiorum diaboli,quomodo imitantur vocem paternam. Diabolus enim dicebat: Mitte te deorſum ſi filius dei es , & Iudæi dicunt: Si filius dei es, deſcende de cruce. Leo papa.De quo erroris fonte Iudæi talium blaſphemiarum venena potaſtis? Quis vobis magiſter tradidit ? quæ doctrina perſuaſit , quòd illum regem Iſrael, illum dei filium credere deberetis , qui ſe,aut crucifigi non ſineret , aut à confixione clauorum liberum corpus excuteret?Non hoc vobis legis myſteria, aut prophetarum ora cecinerunt. Sed illud vere legiſtis: Faciem meam non auerti à confuſione ſputorum. Et iterum:Foderunt manus meas & pedes meos,dinumerauerunt oĩa oſſa mea. Nũquid legiſtis:Dominꝰ deſcẽdit de cruce? ſed legiſtis,Dominus regnauit à ligno. Rab. Si autẽ tunc de cruce ſurgeret inſultantibus cedẽs virtutem nobis patientiæ non demonſtraret:ſed expectauit paululũ,irriſionẽ ſuſtinuit,qui de cruce ſurgere noluit,de ſepulchro reſurrexit. Hiero. Fraudulẽta autem eſt promiſſo cum addunt, Et credimus ei. Quid enim plus eſt,de cruce adhuc viuentem deſcendere, an de ſepulchro mortuum reſurgere?Reſurrexit,& non crediſtis. ergo etiã ſi de cruce deſcenderet non crederetis. Sed mihi videtur hoc dęmones immittere:ſtatim enim vt crucifixus eſt dominus, ſenſerũt virtutem crucis, & intellexerunt fractas vires ſuas eſſe, & hoc agunt vt de cruce deſcendat.Sed dominus ſciens aduerſariorũ inſidias permanet in patibulo,vt diabolũ deſtruat. Sequitur:Confidit in deo,liberet eum ſi vult.Chry.in ho. O inquinati valde. Nunquid prophetæ & iuſti non erant quia eos non eripuit à periculis deus?Si autem illorum gloriæ non obfuit,quòd eis pericula induxiſtis, multo magis in iſto non oportebat vos ſcãdalizari per ea quæ patitur,quia ſemper per ea quæ dixit,hanc veſtram remouit ſuſpicionẽ. Sequitur:Dixit enim quia filius dei ſum.Per quod oſtẽdere volebãt eum pati ob ſeductoris & erronei cauſam,& ſicut ſuperbum & vanè gloriantẽ in his quæ dicebat. Sic ergo nõ ſolùm Iudæi & milites de ſubtus eum deridebant,ſed & deſuper latrones cum eo crucifixi. vnde ſequitur: Idipſum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo , improperabant ei. Aug. de conſe.euange. Poteſt autem putari Lucas,repugnare ei quod hic dicit , qui dicit ꝙ vnus de latronibꝰ blaſphemabat eum , quem alter increpabat : niſi intelligamus Matthæum breuiter reſtringẽtem hunc locum,pluralẽ numerũ pro ſingulari poſuiſſe , ſicut in epiſtola ad Hebræos legimus pluraliter dictũ,clauſerunt ora leonum: cum ſolus Daniel ſignificari intelligatur. Quid autem vſitatiꝰ q̃ vt aliquis dicat, En ruſtici mihi inſultãt,etiã ſi vnus inſultet?Eſſet autem contrariũ ſi Matthæus dixiſſet ambos latrones conuitiatos domino. Cum vero dictũ eſt latrones,nec additum eſt ambo,potuit vſitato locutionis modo per pluralẽ numerũ ſignificari.Hiero. Vel poteſt dici ꝙ primũ vterq; ſcilicet blaſphemauerit,deinde ſole fugiente terra cõmota,ſaxiſq; diruptis: & ingruentibus tenebris vnus crediderit in Ieſum , & priorẽ negationẽ ſequẽti cõfeſſione emẽdauerit.Chry. in ho. Vt enim nõ exiſtimes ex quadam conueniẽtia id geſtũ fuiſſe neq; latronẽ fuiſſe,qui latro videbat à contumelia , oſtẽdit tibi quoniã etiã in cruce poſitus latro erat & inimicus,& repẽte tranſmutatus eſt.Hil.Quòd autẽ latrones ambo cõditionẽ ei paſſionis exprobrãt, vniuerſis etiã fidelibus ſcandalum crucis futurũ eſſe ſignificat.Hieto.Vel in duobus latronibus vterq; populus gentiũ & Iudæorum primo dominũ blaſphemauit, poſtea ſignorũ multitudine alter exterritus egit pœnitentiam,& vſq; hodie Iudæos increpat blaſphemantes. Orig. Sed & latro qui ſaluatus eſt poteſt eſſe myſteriũ eorũ,qui poſt multas iniquitates crediderũt ĩ Chriſtũ.

A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper uniuerſam terram , uſque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Ieſus uoce magna, dicens: Eli , Eli, Lamaſabathani? Hoc eſt,Deus meus,deus meus,ut quid dereliquiſti me? Quidam autem illic ſtantes & audientes dicebant : Eliam uocat iſte. Et continuo currens unus ex eis acceptam ſpongiam impleuit aceto,& impoſuit arundini:& dabat ei bibere,Cæteri uerò dicebant,Sine,uideamus an ueniat Elias liberans eũ. Ieſus autem iterum clamãs uoce magna emiſit ſpiritum:

Chry.in ſer.de paſ.Nõ poterat ferre creatura iniuriã creatoris. vñ ſol retraxit radios ſuos, ne videret ĩpiorũ

facinora.Et ideo dicitur,A ſexta autẽ hora tenebrę factæ ſunt ſuper &c. Ori.Ab hoc textu quidam calũniãtur euãgelicã veritatẽ.Defectio enim ſolis à ſeculo ſemper fuit in ſuo tẽpore facta.Sed defectio ſolis quæ ſecũdum conſuetudinẽ temporum ita currentiũ fieri ſolet, non in alio tẽpore fit niſi in conuẽtu ſolis,& lunę:quãdo luna ſubtus currẽs , ſolis impedit radios occurrẽtis ei.In tẽpore autẽ quo paſſus eſt Chriſtus,manifeſtũ eſt quoniam cõuẽtus nõ erat lunæ ad ſolẽ, quoniam tẽpus erat paſchale,qđ conſuetudinis eſt agere , quando luna plena eſt . Quidam autẽ credẽtiũ volẽtes defenſionem aliquam inducere, cõtra hoc dixerũt: quoniam illa defectio ſolis conueniẽter ſecundũ cætera prodigia noua, cõtra cõſuetudinẽ facta eſt.Diony.in epiſt.ad Polycar. Inopinabiliter enim ſoli lunam incidẽtẽ videbamꝰ:nõ enim erat cõuẽtus tẽporis, & rurſus ipſam à nona hora vſq; ad veſperã ad diametrũ ſolis ſupernaturaliter reſtitutam. Eclypſim etiam ipſam ex oriẽte vidimꝰ iuchoatam,& vſq; ad ſolarẽ terminum venientẽ, poſtea regredientẽ, & rurſus non ex eodẽ & defectum & repugnationẽ,ſed ecõtrario ſecundũ diametrũ factam. Chry. in ho. Tribus etiã horis tenebræ permanſerũt cũ eclipſis in momẽto tranſeat: non enim habet moram vt ſciunt illi qui conſiderauerũt. Orig. Sed aduerſus hoc filii huius ſeculi dicũt:Quomodo hoc factũ tam mirabile,nemo Græcorum,aut barbarorũ ſcripſit eorũ qui notauerũt,ſi quid tale nouum factũ eſt aliquando?Et Phlegon quidẽ ĩ Chronicis ſuis ſcripſit,ĩ prĩcipatu Tyberii Cęſaris factũ,ſed nõ ſignauit ĩ luna plena. Arbitror ergo, ſicut cætera ſigna quę facta ſunt in paſſione ipſius.ſ. velum ſciſſum, & terra tremuit, &c. Hieruſalem tãtummodo facta ſunt. Aut ſi latiꝰ voluerit quis extẽdere ad terram Iudæam,ſicut in 3. lib. Regum dixit Abdias ad Eliam, Viuit deus tuus,ſi eſt gens aut regnum,vbi non miſit dominus meus quærere te: oſtẽdens quoniam ſatis eum in gentibus quęſierat circa Iudæam.Eſt autem conſequẽs intelligere quaſdam tenebroſiſſimas nubes & multas & magnas cõcurriſſe ſuper Hieruſalẽ & terrã Iudæę.Et ideo factę ſunt tenebrę profundæ à ſexta hora vſq; ad nonã.Duę enim creaturę ĩ ſexta die factę fuiſſe intelligũtur,ante ſextã quidẽ:animalia,in ſexta aũt, homo,& ideo cõueniebat ꝓ ſalute hoĩs morientẽ in hora ſexta ſuſpendi,& à ſexta hora propter hoc tenebras fuiſſe factas ſup oẽm terrã vſq; ad nonã.Et ſicut Moyſe manꝰ extẽdẽte in cęlũ, factę ſunt tenebrę ſuper Aegyptios,ſeruos dei tenẽtes in ſeruitute,ſimiliter & Chriſto in ſexta hora manꝰ extẽdẽte in cruce ad cælũ ſuper populũ qui clamauerat,Crucifige eũ,factę ſunt tenebrę, & ab oĩ lumine ſunt priuati,in ſignũ futurarũ tenebrarũ,quę cõprehenſurę erãt gẽtẽ Iudęã.Itẽ ſub Moyſe factę ſunt tenebrę ſuper oẽm terrã Aegypti tribꝰ diebꝰ, oĩbus autẽ filiis Iſrael erat lumen.Sub Chriſto autẽ factę ſunt tenebrę ſuper omnẽ Iudæã tribꝰ horis,quoniã propter peccata ſua priuati ſunt à lumine dei patris & à ſplendore Chriſti,& ab illuminatione ſpiritus ſancti. Lumen autẽ fuit ſuper omnẽ reliquã terrã , quod vbiq; illuminat omnẽ eccleſiã dei in Chriſto. Et ſi vſq; ad horã nonã tenebræ factę fuerũt ſuper Iudęã,manifeſtũ eſt quoniam iterum eis lumẽ refulſit, quia cum plenitudo gentiũ intrauerit,tũc omnis Iſrael ſaluus fiet. Chry.in ho.Vel aliter: Hoc admirandũ erat, ꝙ in omnẽ terram tenebræ factę ſunt,quod nunquam prius contigerat.In Aegypto enim ſolũ tenebræ factæ ſunt,quando paſcha perficiendũ erat:quæ enim tunc agebantur,horũ typus erãt. Et intuere ꝙ fiunt tenebræ in media die, quando vbiq; terrarũ dies erat , vt omnes qui habitabãt terrã, hoc miraculũ cognoſcerent.Hoc autẽ eſt ſignum quod

pœnitẽtibus ꝓmittebat dare, dicens: Gñatio praua & adultera signum quærit, & signũ nõ dabit ei, nisi signũ Ionæ prophetæ, crucem signans & resurrectionẽ. Etenim multo mirabilius est in eo qui crucifixus erat hoc fieri, q̃ ambulante eo super terrã. Hoc autem sufficiens erat eos conuertere, nõ solum magnitudine miraculi, sed quia hoc gestum est postq̃ omnia locuti fuerant quę voluerant, & satietatẽ acceperant contumeliarũ. Qualiter autẽ non admirati sunt vniuersi, neque æstimauerunt eum esse deum? quia. s. hominum genus tunc multa malitia, & desidia detinebatur, & hoc miraculum factum, confestim transiit & non nouerant, quæ esset causa eius qđ gerebatur. Et ꝓpter hoc ipse postea loquitur vt ostendat se videre, & ꝙ ipse hoc miraculum fecit. vñ sequit̃: Et circa horã nonã clamauit Iesus voce magna dicens: Ely, Ely, lama zabatani, hoc est: deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? Hiero. Principio vice similiprimi psalmi versus est. Illud verò qđ est in medio versiculi, Respice in me, superfluũ est. Legitur enim in Hebrẽo: Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti? Ergo impii sunt qui psal. ex ꝑsona Dauid, siue Hester, & Mardochæi dictum putant, cũ etiam euãgelistæ testimonio ex eo sumpta super saluatore intelligãtur, vt est illud, Diuiserũt sibi vestimenta mea, & foderunt manus meas. Chry. in ho. Ideo autem emisit propheticam vocem, vt vsq; ad vltimam horã testimonium perhibeat veteri testamento, & vt videant quoniã honorat patrem & non est deo contrarius: & ideo Hebraicam vocem emisit, vt eis fieret cognita & manifesta. Origen. Requirendũ est autẽ, quid est quòd à deo derelictus est Christus. Et quidam quia non possunt exponere, derelinqui Christum à deo dicũt, ꝙ per humilitatem dictũ est. Sed manifestè intelligere poteris quid sit quod dicit, faciens cõparationem glorię illius quam habuit apud patrẽ ad cõfusionem quam contẽnens sustinuit crucem. Hila. Per hæc autẽ verba ingenia contendũt hæretica, ꝙ aut defecisse omnino deum verbũ in animã corporis volunt, dum corpus officio animæ viuificat, aut omnino nec fuerit Christus homo natus, quia in eo dei verbum modo spiritus habitauerit prophetalis, quasi Iesus Christus animæ solũ & corporis homo cõmunis: hoc habet sui exordium, quo esse cœpit homo, qui nũc à dei verbo contracta rursum protectione desertus clamet: Deus me⁹, quare me dereliquisti? Vel certè in anima verbi natura mutata, paterno Christus in omnibus vsus auxilio, nunc inops eius, mortiq; permissus solitudinem suã conqueratur, relinquentemq; se arguat. Sed inter has impias infirmasq; sententias ecclesię fides imbuta apostolicis doctrinis, non patitur Iesum Christũ ne filius dei, non & filius hominis intelligatur. Nam querela derelicti morientis infirmitas est, ꝓmissio aũt paradisi viuentis dei regnũ est. Habes in cõquerẽte ad mortẽ relictum se esse, quia homo est: habes eũ qui moritur profitentem se in paradiso regnare, quia deus est. Non ergo mireris verborũ humilitatẽ & querimonias derelicti: cũ formã serui sciens, scandalũ crucis videas: Glo. Dicitur autẽ deus eũ deseruisse in morte, quia potestati persequẽtiũ eum exposuit: subtraxit enim protectionẽ, sed nõ soluit vnionẽ. Orig. Postq̃ autẽ vidit super oẽm terrã Iudęã tenebras, hoc dixit, ostẽde revolẽs. Dereliquisti me pater, id est talib⁹ exinanitũ calamitatibus tradidisti, vt populus q̃ fuerat apud te honoratus recipiat quæ in me ausus est, vt priuetur à lumine tuę prospectionis, sed & pro salute gentiũ dereliquisti me. Quid autẽ tam bonum fecerunt qui ex gentibus crediderunt, vt pretioso sanguine super terram effuso pro eis eruerem eos à maligno? Aut quid tale dignũ facturi sunt homines, pro quibus patior ista? Forsitan autẽ & vidẽs peccata hominum pro quibus patiebatur, dixit: Quare me dereliquisti? vt fierem quasi qui colligit stipulã in messe, & racemos in vindemia. Non autem ęstimes humano more saluatorem ista dixisse propter calamitatem quæ comprehenderat eũ in cruce. Si enim ita acceperis, non audies magnã vocem eius qui ostendit aliquid esse magnũ absconditũ. Raba. Vel saluator hoc dixit, nostros circũferens motus: qui in periculis positi à deo deserti nos putamus. Humana enim natura propter peccatum à deo fuerat derelicta, sed quia filius dei factus est noster aduocatus, quorũ suscepit culpam, deplorat miseriam: in quo ostendit quantũ flere debeant qui peccant, quando sic fleuit qui nunq̃ peccauit. Sequitur: Quidam autẽ illic stantes & audientes dicebant, Eliam vocat iste. Hiero. Non omnes, sed quidã quos arbitror milites fuisse Romanos: non intelligentes Hebraici sermonis proprietatẽ, sed ex eo quòd dixit: Ely, ely, putant Eliam ab eo inuocatum. Sinautem Iudæos qui hoc dixerint intelligere voluerimus, hoc more sibi solito fecisse, vt dominũ imbecillitatis infament, qui Elię auxiliũ deprecetur. Sequitur: Et continuò currens vnus ex eis, acceptã spongiã &c. Aug. in ser. de pas. Sic ergo ꝓpinator fontiũ potatur aceto, mellis dator cibatur felle, flagellatur remissio, cõdemnatur venia, illuditur maiestas, ridet virtus, profunditur largitor imbriũ sputis. Hila. Est autem acetũ, vinũ quod per vitiũ, aut incurię aut vasis acescit. Vinum autẽ est honor immortalitatis aut virtus. Cũ igitur in Adam coacuisset, ipse accepit & potauit ex gẽtibus. In calamo eñ & spõgia, vt potaret, offertur. i. ex corporibus gentiũ in se ad cõmunionem immortalitatis ea quæ in nobis erãt vitiata transfudit. Remig. Vel aliter: Iudæi acetũ erãt degenerãtes à vino patriarcharũ & ꝓphetarũ, habebãt fraudulẽta corda, quasi spongiã cauernosis atq; tortuosis latibulis. Per arũdinẽ designat sacra scriptura quę in hoc facto implebat. sicut enim lingua Hebræa vel Græca dicitur loquela, quę fit per linguã: sic & arũdo dici posset litera vel scriptura quæ in hoc facto implebat, quæ fit per arundinẽ. Orige. Et forsitã quicunq; secundũ doctrinã ecclesiasticã sapiunt, viuũt autẽ malè, dant ei vinũ bibere felle ꝑmixtũ. Qui autẽ alienas à veritate sententias applicant Christo, quasi eas dicenti, hi spongiam implentes aceto imponunt calamo scripturę & offerũt ori eius. Sequitur: Cæteri verò dicebãt: Sine, videam⁹ an veniat Elias liberans eum. Rab. Quia enim milites prauè sonum vocis dominicæ intelligebant, ideo inaniter aduentũ Eliæ expectabant. Deum ergo quem saluator Hebraico sermone inuocabat, inseparabiliter semper secũ habebat. Augu. in ser. de pas. Cũ ergo nil iam Christo restaret ex pœnis, mors moratur, quia suũ esse ibi nil sentit. Suspecta est vetustati nouitas. Hunc primum, hunc, solũ vidit hominẽ peccati nesciũ, noxa liberum, iuris sui legibus nihil debentẽ. Accedit tamen cõfœderata Iudaico mors furori, & desperata vitæ inuadit auctorẽ. vnde sequitur: Iesus autẽ iterũ clamans voce magna, emisit spiritum. Quare aũt displicet, si Christus de sinu patris ad nostrã seruitutẽ venit, vt nos suæ redderet libertati? nostrã mortem suscepit, vt nos eius morte liberemur, qñ nos despectu mortis mortales in deos retulit, terrenos cælestibus æstimauit. Quantum eñ diuina virtus operũ contẽplatione lucebat, tantum pati pro subiectis, pro seruis mori insigne est charitatis ímensæ. Ergo hæc prima causa est dominicæ passionis, sciri voluit quantũ amaret hominẽ deus, qui plus amari voluit quàm timeri. Secunda causa est, vt sententiam mortis, quam iustè dederat, iusti⁹ aboleret. Quia nãq;

Quid allegoricè designet acetum.

prim⁹ homo adiudicãte deo de reatu incurrerat mortẽ, & eam trãsmisit ad posteros: venit de cælo secũdus homo peccati nesci⁹, vt mors damnaretur, quæ rapere iussa reos, innocẽtiæ ipsum inuadere præsumpsit auctorẽ. Nec mirandũ est, si pro nobis posuit quod susceperit à nobis, scilicet animam, qui propter nos fecit tanta, & talia largitus est nobis. Aug. contra Fœlicianum. Absit enim à fidelibus ista suspicio, vt sic Christus senserit mortem nostrã, vt quantũ in se est vita, perdat vitam. Nam si hoc ita esset, quomodo illo triduo potuisse dicimus aliquid viuere, si vitæ fons dicitur aruisse? Sensit igitur mortem deitas Christi participatione humana, siue humani affectus quẽ sponte susceperat, non naturæ suæ potentiam perdidit, per quam cuncta viuificat. In morte enim nostra sine dubio destitutum corpus vita animam nostram non perimit, dum discedens anima non vim suã perdit, sed quod viuificauerat hoc dimittit, & quantũ in se est alterius mortẽ facit, ipsa non recipit. De saluatoris nũc anima dicemus, qui vt non dicam propter inhabitantẽ diuinitatẽ, & propter iustitiam singularẽ, certè propter cõmunẽ moriẽdi sortẽ corpus illo triduo sic potuit deserere, vt ipsa non posset penitus interire. Credo enim dei filiũ mortuũ esse nõ secundũ pœnã iniustitiæ, quam ex toto non habuit, sed secundum legem naturæ, quam pro humani generis redẽptione suscepit. Dama. Et si tamẽ mortuus est vt hõmo, & sancta eius anima ab incõtaminato diuisa est corpore, sed tamẽ deitas inseparabilis ab vtrisq; permãsit, ab anima dico & corpore. Et neque vna ita hypostasis in duas diuisa est. Corp⁹ enim & anima sicut à principio in verbi hypostasi habuerũt existẽtiam etiam in morte. Neque enim anima neq; corp⁹ propriã habuerũt hypostasim, præter hypostasim verbi. Hier. Diuinæ aũt potestatis indiciũ est emittere spiritũ, & vt ipse quoq; dixerat, Nemo potest tollere animam meam à me, sed ego pono eam, & iterũ sumo eã. Spiritũ enim in hoc loco pro anima intelligamus. Sed quòd vitale aut spirituale corpus faciat, seu ꝙ ipsi⁹ animæ substantia spiritus sit, iuxta id quod scriptum est: Auferes spiritũ eorũ & deficiẽt. Chry. in ho. Propter hoc autẽ & voce magna clamauit, vt ostẽdatur quoniã secundũ eius potestatẽ id geritur. Per hoc enim ꝙ moriens vocẽ emisit magnã, apertissime se verũ deũ esse ostẽdit, quoniam homines cum moriũtur, vix tenuem vocẽ emittere possunt. Aug. de con. euang. Quid autem voce magna dixerit, Lucas declarauit. dixit enim, Et clamans Iesus voce magna ait, Pater in manus tuas cõmendo spiritum meũ. Hila. Vel spiritum cum clamore magnæ vocis emisit, dolens non se omnia peccata portare.

Et ecce uelum templi scissum est in duas partes à summo usque deorsum. Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, uiso terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt ualde, dicentes: Verè filius dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa ministrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

Orig. Magna facta sunt ex eo ꝙ magna voce clamauit Iesus. vnde sequit̃: Et ecce velũ tẽpli scissum est &c. Aug. de con. euan. In quo satis ostẽdit tũc esse scissum, cũ emisit spiritũ. Si autem non addidisset, Et ecce. & simpliciter dixisset, Et velum tẽpli scissum est: incertũ esset vtrũ ipse & Marcus hoc recapitulando cõmemorassent. Lucas autẽ ordinẽ tenuisset, qui cũ dixisset: Sol obscuratus est, continuo subiungẽdum æstimauit. Et velũ tẽpli scissum est. An Lucas recapitulasset, quod illi ordine posuissent. Orig. Duo autẽ fuisse vela intelliguntur, vnũ quod velat sancta sanctorũ, aliud exterius siue tabernaculi siue tẽpli. In passione ergo domini saluatoris, velũ quod erat à foris conscissum est à sursum vsq; deorsum, vt ab initio mũdi vsq; ad finẽ conscisso velamine mysteria publicatur, quę vsq; ad aduentũ domini rationabiliter fuerũt occultata. Cùm autẽ venerit quod perfectum est, tũc auferetur etiã secũdum velum, vt videam⁹ etiam quæ interius sunt occulta. s. veram arcam testamenti, & sicut ipsa se habet natura videam⁹ cherubin & alia. Hil. Vel ideo velum tẽpli scinditur, quia exinde populus est diuisus in partes, & veli honor cũ custodia angeli protegẽtis aufertur. Leo pa. in sermone de passione. Est autẽ ad testimonium venerandæ passionis sufficiens signum, elementorũ inordinata turbatio. vnde sequitur: Et terra mota est, & petrę &c. Hiero. Nulli enĩ dubiũ est quid significet iuxta literã magnitudo signorũ, vt crucifixum dominũ suũ & cælum & terra omnia demõstrarẽt. Hil. Mouetur terra, quia capax hui⁹ mortui esse nõ poterat: petrę scissę sunt, omnia enim valida & fortia penetrans dei verbũ & potestas æternę virtutis irruperat. Et monumẽta aperta sunt, erant enim mortis clausura reserata. Sequitur: Et multa cor. sanc. qui dor. sur. Illuminans enim mortis tenebras, & inferorũ obscura collustrans, mortis spolia detrahebat. Chry. in ho. Ipso quidem in cruce manẽte, eum irridentes dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluũ facere, & quod in se facere noluit, in seruorum corporibus cum multa superabundantia demonstrauit. Si enim quatriduanum Lazarum exurgere magnũ fuit, multo magis eos repẽte qui olim dormierant apparere viuẽtes, quod futuræ resurrectionis erat indicium. vt autẽ non putaretur esse phantasma quod factum est, euangelista subiũgit. Et exe. de monu. post resur. eius ve. in san. ci. & appa. mul. Hier. Quomodo autem Lazarus mortuus resurrexit, & sic multa corpora sanctorum resurrexerunt, vt dominum ostenderẽt resurgentẽ, & tamen cum monumenta aperta sunt, non ante resurrexerunt, quàm resurgeret dominus vt esset primogenitus resurrectionis ex mortuis: sanctam autem ciuitatem in qua visi sunt resurgentes, aut Hierusalem, cęlestẽ intelligamus, aut hanc terrenam quæ ante sancta fuerat. sancta enim appellabatur ciuitas Hierusalẽ, propter tẽplum & sancta sanctorum, & ob distinctionẽ aliarum vrbium, in quibus idola colebantur. Quando vero dicitur, Appa. multis, ostenditur non generalis fuisse resurrectio, quæ omnibus appareret: sed specialis ad plurimos, vt hi viderent qui cernere merebantur. Remig. Quæret autem aliquis quid de illis factũ sit qui resurgẽte dominq resurrexerunt? Credendũ quippe est quoniam ideo surrexerunt, vt testes essent dominicę resurrectionis. Quidam autem dixerũt quòd iterum mortui sunt, & in cinerem conuersi, sicut & Lazarus & cæteri quos domin⁹ resuscitauit. Sed istorum dictis nullo modo est fides accõmodãda, quoniam maius illis esset tormentum qui surrexerunt, si iterum mortui essent, quàm si non resurgerent. Incũctanter ergo credere debemus, quia qui resurgente domino à mortuis resurrexerunt, ascendẽte eo ad cælos & ipsi pariter ascenderunt. Orig. Semper autem hic eadem magna quotidie fiunt. velum enim templi ad reuelandum quæ intus habentur scinditur sanctis. Terra etiã mouetur. i. omnis caro nouo verbo & nouis rebus secundũ nouum testamentum. Petræ autem scinduntur, quia mysterium fuerunt prophetarũ, vt in profundis eorum posita spiritualia mysteria videamus. Monumenta autem, dicũtur corpora peccatricum

animarum.i.mortuarum deo, cũ autem per gratiam dei animæ hmõi fuerint ſuſcitatæ, corpora eorum quæ priꝰ fuerunt monumenta, fiunt corpora ſanctorum, & videntur à ſeipſis exire, & ſequuntur eum qui ſurrexerit, & in nouitate vitæ ambulant cum eo. Et qui digni ſunt habere conuerſationẽ in cælis ingrediuntur in ſanctam ciuitatem per ſingula tẽpora & apparent multis videntibus opera bona ipſorum. Sequitur: Centurio autem & qui cum e.cuſ.Ie.viſo terræmotu & his quę fie.ti. val.di.ve. filius dei erat iſte.Augu.de con.euan.Non eſt contrariũ quòd Matthæus viſo terræmotu dicit admiratũ Centurionẽ & eos qui cum eo erant, cũ Lucas dicat hoc admiratum, ꝙ emiſſa magna voce expiraſſet. In eo eñ quòd Matthæus non ſolũ dixit: Viſo terrę motu, ſed etiã addidit: His quæ fiebant integrũ locum fuiſſe demonſtrauit luce, vt diceret Centurionẽ ipſam dñi mortẽ fuiſſe miratum, quia & hoc inter illa eſt quę tunc mirabiliter facta erant. Hiero. Ex hoc conſiderandũ quòd Cẽturio in ipſo ſcandalo paſſionis verè dei filiũ confiteatur, & Arrius in eccleſia prædicet creaturam. Raba. Vnde merito per Centurionẽ fides eccleſiæ deſignatur: quævero myſteriorum cæleſtiũ per mortẽ domini reſerato continuò Ieſum & verè iuſtum hominẽ & verè dei filium ſynagoga tacente confirmat. Leo pa. in ſer. de paſ. Exẽplo igitur Centurionis contremiſcat in redẽptoris ſui ſupplicio terrena ſubſtantia, rumpãtur infideliũ mentium petræ: & qui mortalitatis grauabantur ſepulchris, diſcuſſa obſtaculorum mora profiliãt, appareãt nunc quoque in ciuitate ſancta.i. eccleſia dei futuræ reſurrectionis indicia, & quod credendũ eſt in corporibus, fiat in cordibus. Sequit: Erãt autẽ ibi mul.à lon. quæ &c. Hier. Conſuetudinis eñ Iudaicæ fuit, nec ducebaẽ in culpã more gẽtis antiquę, vt mulieres de ſubſtantia ſua victum atq; veſtitum præceptoribus miniſtrarent. hoc quia ſcandalum facere poterat in gentibus, Paulus abieciſſe ſe memorat. Miniſtrabãt aũt domino de ſubſtãtia ſua, vt meteret illarũ carnalia cuius illę metebãt ſpiritualia, non quia indigebat cibis dñs creaturarũ: ſed vt vypũ oſtenderet magiſtrorũ quia victu atq; veſtitu ex diſcipulis deberent eſſe contenti. Sed videamus quales comites habuerint. Sequit eñ: Inter quas erat Maria Ma. Iac. & Ioſeph mater, & mater filiorũ Zebedæi. Orig. Apud Marcum autẽ tertia Salome appellãtur. Chry. in ho. Hæ autem mulieres cõſiderabãt quæ gerebantur, quæ maximè erant cõpaſſibiles, & quę ſequebantur miniſtrantes vſq; ad periculaaffuerunt, maximã fortitudinẽ oſtendẽtes, quia cũ diſcipuli fugerunt, ipſæ affuerunt. Hiero. cõ. Helui. Ecce inquit Heluidius Iacobus & Ioſeph ſunt filii Mariæ matris dñi, quos Iudæi appellauerunt fratres Chriſti. Dicit autem Iacobi minoris ad diſtinctionẽ Iacobi maioris, qui erat filius Zebedæi. Impium eñ dicit eſſe Helui. hoc ſentire de Maria: vt cũ aliæ fœminæ ibi fuerint, matrẽ eius abeſſe dicamus, aut alterã eſſe Mariã neſcio quam confingamus: præſertim cũ euangelium Iohannis teſtetur eam illic fuiſſe præſentem. O furor cęcus & in propriũ exitiũ mens vęſana, audi quid Ioan. euan. dicat: Stabãt iuxta crucẽ Ieſu mater & ſoror matris eiꝰ Maria Cleophę & Maria Mag. Nulli dubiũ eſt duos fuiſſe apoſtolos Iacobi nuncupatos vocabulo, Iacobũ Zebedæi, & Iacobum Alphæi. Iſte autẽ neſcio quis minor Iacobus quẽ Mariæ filium ſcriptura cõmemorat. Si apoſtolus eſt, Alphæi filius erit. ſi nõ eſt apoſtolus, ſed rertiꝰ neſcio quis Iacobꝰ quõ putãdꝰ eſt frater domini, & quõ tertius ad diſtinctionẽ maioris, minor appellabitur, cũ maior & minor nõ inter tres, ſed inter duos ſoleãt prębere diſtantiam, & frater dñi apoſtolus ſit, Paulo dicente: Alium apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem dñi. Ne autem hunc Iacobum putes filium Zebedæi, lege actus apoſtolorum, iã ab Herode fuerat interẽptus. Reſtat concluſio vt Maria iſta quę Iacobi minoris ſcribitur mater, fuerit vxor Alphæi, & ſoror Mariæ matris dñi, quam Mariã Cleophæ Ioan. euan. cõmemorat. Si autem inde tibi alia atque alia videtur, ꝙ alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater, & alibi Maria Cleophæ: diſces ſcripturę cõſuetudinẽ eundem hoĩem diuerſis nominibus appellari, ſicut Raguel ſocer Moyſi Ietro dicitur: Et ſimiliter dicit Maria Cleophę vxor Alphæi: hæc eadem dicta eſt Maria mater Iacobi minoris: quę ſi mater eſſet dñi, magis eam vt in omnibus locis matrem alterius voluiſſet intelligi. verum & ſi alia fuerit Maria Cleophæ, & alia Maria Iacobi & Ioſeph mater: hoc tamen cõſtat non eãdẽ Mariã Iacobi & Ioſeph eſſe quàm matrem domini. Aug. de con. euan. Poſſemus autem dicere alias mulieres à longè, vt tres euãgeliſtæ dicunt, & alias iuxta crucem fuiſſe, vt Ioannes dicit, vbi Matthæus & Lucas Mariã Magdalenẽ nominaſſent inter ſtãtes longè, quam ſcilicet Ioannes nominauit inter ſtantes iuxta crucem. Quõ autem hoc intelligitur, niſi quia eo interuallo erant vt & iuxta dici poſſent quia in conſpectu eius præſtò aderant, & à longè in comparatione turbæ propinquius circunſtantis cum Centurione & militibus. Poſſumus etiam intelligere quòd illæ quæ ſimul aderant cum matre dñi, poſtq̃ eam diſcipulo commendauit, abire iam cœperant, vt à denſitate turbę ſe exuerẽt, & cætera quę facta ſunt longius intuerentur, vt euangeliſtæ qui poſt mortem domini eas cõmemorauerunt, & longè ſtantes commemorent.

Cũ autem ſero factum eſſet, uenit quidã homo diues ab Arimathia, nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. Hic accęſſit ad Pilatũ, & petijt corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus, & accepto corpore Ioſeph inuoluit illud in ſyndone munda, & poſuit illud in monumẽto ſuo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtiũ monumenti, & abijt. Erãt autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria ſedentes contra ſepulchrum.

Glo. Poſtq̃ euangeliſta retulerat ordinem dominicæ paſſionis & mortem, nunc agit de eius ſepultura, dicẽs: Cũ autem ſero factũ eſſet &c. Remi. Arimathia autẽ ipſa eſt & Ramatha ciuitas Helcanę & Samuelis, quæ ſita eſt in regiõe Chananitica iuxta Dioſpolim. Iſte autem Ioſeph ſecundum ſeculi ſtatum magnæ fuit dignitatis. Sed multo maioris meriti apud deum fuiſſe laudatur: ſiquidem iuſtus fuiſſe deſcribitur. Decebat quippe eũ talem exiſtere qui corpus domini ſepeliret quatenus per iuſtitiam meritorũ dignus eſſet tali officio. Hier. Dies autẽ refertur non de iactantia ſcriptoris, quo virum nobilem atque ditiſſimum referat Ieſu fuiſſe diſcipulum. Sed vt oſtendat cauſam quare à Pilato corpꝰ Chriſti potuerit impetrare. Sequitur. Hic acceſſit ad Pila. & pe. corpus Ieſu. Pauperes enim & ignoti non eſſent auſi ad Pilatum præſidem Romanæ poteſtatis accedere, & crucifixi corpus impetrare. In alio autem euãgelio Ioſeph iſte Bulites appellatur. i. conſiliarius, & de ipſo quidam putant primum pſalmum fuiſſe compoſitum: Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum &c. Chry. in ho. Inſpice autem huius viri fortitudinẽ: in mortis enim periculũ ſe tradidit inimicitias ad omnes aſſumens, propter beneuolentiam Chriſti, & non ſolũ audet corpus Chriſti petere, ſed & ſepelire. vnde ſequitur: Et acce. cor. Ieſu, & inuol. il. in ſyn. munda. Hiero. Ex ſimplici ſepultura domini ambitio diuitum condẽnatur: qui nec in tumulis quidem poſſunt carere diuitiis. Poſſumus autem iuxta intelligentiam ſpiritualem & hoc ſentire, ꝙ corpus domini nõ auro, nõ gemmis, nõ ſerico, ſed linteamine puro obuoluẽdum ſit, quãquàm & hoc ſignificet, ꝙ ille in ſyndone mũda inuoluit Ieſum, qui pura mẽte eũ ſuſceperit. Remi. Vel aliter: Quia ſyndon lineus pãnus eſt. linum autẽ ex terra procreatur, & cũ magno labore ad cãdorẽ ꝓducitur, deſignatur quia corpus illius qđ ex terra.i.ex virgine ſumptũ eſt, per laborẽ paſſionis peruenit ad cãdorẽ immortalitatis. Rab. Hinc etiã eccleſiæ mos obtinuit vt ſacrificiũ altaris nõ ſerico neq; in pãno tincto, ſed in lino terreno celebretur. Vt à beato Sylueſtro legimus eſſe ſtatutũ. Sequitur: Et po. illud in mo. ſuo no. quod exciderat in petra. Augu. in ſermone de ſabbato ſancto. Ideo autẽ ſaluator in aliena ſepultura ponitur, quia ꝓ aliorũ moriebatur ſalute, vt quid ergo in ꝓpria ſepultura, qui in ſe mortẽ propriã nõ habebat? vt quid illi tumulus in terris, cuius ſedes manebat in cælis? vt quid illi ſepultura propria, qui tridui tãtum tẽporis ſpacio in ſepulchro nõ tã mortuus iacuit, quàm velut in lectulo cõquieuit? Sepulchrũ autẽ mortis eſt habitaculũ. Neceſſariũ ergo non erat mortis habitaculũ Chriſto, quia vita eſt, nec opus habebat ſemper viuẽs habitaculo defunctorum. Hier. In nouo autẽ ponitur monumẽto, ne poſt reſurrectionẽ cæteris corporibus remanẽtibus ſurrexiſſe alius fingeretur. Poteſt autẽ & nouũ ſepulchrũ Mariæ virginalẽ vterum demõ ſtrare. In monumẽto autẽ exciſo in petra conditus eſt, ne ſi ex multis lapidibus ædificatũ fuiſſet ſuffoſſis tumuli fundamẽtis ablatus furto diceretur. Aug. in ſer. de ſabb. ſancto. Si etiã ſepulchrũ fuiſſet in terra, dicere poterant ſuffoderũt terrã & furati ſunt eum. Si fuiſſet lapis paruulus ſuperpoſitus, dicere poterãt, dormiẽtibus nobis tulerũt eum, vnde ſequitur: Et aduol. ſax. ma. ad oſti. monu. & abiit. Hiero. Saxũ enim magnũ appoſitũ oſtẽdit, nõ abſq; auxilio plurimorũ ſepulchrũ potuiſſe reſerari. Hila. Myſticè autẽ Ioſeph apoſtolorũ habet ſpeciẽ, hic in munda ſyndone corpus inuoluit, & quidẽ in hoc eodẽ linteo reperimus de cęlo ad Petrũ vniuerſorũ animãtiũ genera ſubmiſſa: ex quo intelligitur ſub lintei illius nomine cõſepeliri Chriſto eccleſiã. Domini ergo corpus infertur in vacuã & nouam requiẽ lapidis exciſi, quia per apoſtolorũ doctrinã impetus duritię gentilis quodam doctrinæ opere exciſum Chriſtus infertur, rude. ſ. ac nouum, & nullo antea ingreſſu timore dei peruiũ, & quia nil præter eum oporteat in pectora noſtra penetrare, lapis oſtio aduoluitur, quia nullus antea in nos diuiuæ cognitionis auctor fuerat illatus, nullus abſq; eo poſtea inferatur. Orig. Nõ autẽ fortuitu ſcriptũ eſt, quoniã inuoluit corpus in ſyndone mũda & poſuit in monumẽto nouo, & ꝙ aduoluit lapidẽ magnũ: quoniam omnia quæ ſunt circa corpus Ieſu mũda ſunt, & noua & omnia magna valde. Remi. Poſtq̃ autẽ corpus domini ſepultũ eſt, cæteris ad propria remeãtibꝰ, ſolæ mulieres quæ eũ arctius amauerũt perſeueraueraunt, & diligenti cura notauerũt locũ in quo corpus domini poneretur, quatenus cõgruo tẽpore munꝰ ſuæ deuotionis ei offerrent, & ideo ſequitur: Erant autem ibi Ma. Magda. &c. Orig. Mater autem filiorum zebedei non ſcribitur ſedere contra ſepulchrum, forſitan enim vſq; ad crucem peruenire potuit. Iſtæ autem quaſi maiores in charitate neq; his quę poſtea geſta ſunt defuerunt. Hier. Vel cæteris relinquentibus dominũ mulieres in officio perſeuerãt, expectãtes quod ꝓmiſerat Ieſus. Et ideo meruerũt primæ videre reſurrectionẽ, quia qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Remi. Quod vſq; hodie ſanctę mulieres id eſt humiles animę ſanctorum in hoc ſeculo faciunt, & pia curioſitate attendunt quemadmodum paſsio Chriſti completa ſit.

Altera autem die, quæ eſt poſt paraſcœuen, conuenerunt principes ſacerdotum & phariſæi ad Pilatum, dicẽtes: Domine recordati ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc uiuens, poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum uſque in diem tertium, ne forte ueniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, ſurrexit à mortuis, & erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis cuſtodiam: ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

Hier. in ho. Nõ ſuffecerat principibꝰ ſacerdotũ crucifixiſſe dominũ ſaluatorem, niſi ſepulchrũ cuſtodirẽt, & quãtũ in illis eſt, manus imponerent reſurgenti. vnde dicitur: Altera autẽ die, quę eſt poſt paraſceuen, &c. Rab. Paraſceue dicitur præparatio: hoc nomine vocatur ſexta ſabbati, in qua præparabãt neceſſaria ſabbato, vt de manna dictũ eſt: Sexta die colligetis duplum, quia enim ſexta die factus eſt homo, in ſeptima die requieuit deus, ideo ſexto die Ieſus pro homine moritur, & in ſabbato quieuit in ſepulchro. Hiero. Principes autẽ ſacerdotũ licet immenſum facinus in nece domini perpetrauerint, tamen nõ ſufficit eis, niſi etiã poſt mortẽ eius conceptæ nequitiæ virus exerceãt, famã eius lacerãtes, & quẽ innocentẽ ſciebant, ſeductorem vocant. vnde dicunt: Domine, recordati ſumus quia ſeductor ille dixit &c. Sicut autem Caiphas ignorãs ante prophetauerat, dicens: Expedit vnũ hominẽ mori pro populo & nõ tota gens pereat, ſic & modo: Seductor enim erat Chriſtus: nõ à veritate in errorẽ mittens, ſed à falſitate in veritatẽ, à vitiis ad virtutes, à morte ad vitã ducẽs. Remi. Ex hoc autẽ dicũt eũ dixiſſe ꝙ poſt tres dies reſurgam, quia dixerat: Sicut fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti &c. Sed videndũ quomodo poſt tres dies reſurrexerit. Nõnulli voluerũt tres horas tenebrarũ vnã intelligi noctẽ, & lucem quæ ſecuta eſt tenebras diẽ, ſed hi vim figuratę locutionis ignoraverũt. Figuratè enim ſexta feria qua paſſus eſt, cõprehendit noctem præcedentem. Sequitur autem nox ſabbati cum ſuo die: nox vero dominici diei cõprehendit ſuũ diem, ac per hoc verũ eſt ꝙ poſt triduũ reſurrexit. Aug. in ſer. de paſ. Ideo aũt poſt tres dies reſurrexit, vt in paſſione filii totius trinitatis monſtraretur aſſenſus. Triduũ enim legit in figura, quia trinitas quæ in principio fecerat hominẽ, ipſa in fine hominem per Chriſti reparat paſſionem. Sequitur: Iube ergo cuſtodiri ſepulchrũ vſque in tertium diem. Rab. Diſcipuli enim Chriſti fures ſpiritualiter erãt, quia ab ingratis Iudæis ſcripta noui & veteris teſtamenti ablata in vſum eccleſiæ conferebãt, & ſaluatorem qui eis promiſſus fuerat illis nocte dormiẽtibus, hoc eſt, in fidelitate torpẽtibus, abſtulerũt, gentibus credendũ tradentes. Hil. Metus furãdi corporis & ſepulchri cuſtodia atq; obſignatio, ſtultitiæ atq; infidelitatis teſtimoniũ eſt, ꝙ ſignare ſepulchrũ eius voluerũt, cuius præcepto cõſpexiſſent de ſepulchro mortuũ ſuſcitatũ. Rab. In hoc autẽ ꝙ dicũt: Et erit nouiſsimus error peior priore: ignoranter verum dicunt. Peior enim fuit cõtẽptus pœnitentię in Iudęis, quàm error ignorantiæ. Chry. in ho. Vide etiã qualiter nolentes concertant ad demonſtrandã veritatem. irrefragabilis enim demõſtratio reſurrectiõis facta eſt per ea quæ prætenderũt: quia enim cuſtoditũ eſt ſepulchrũ, nulla fraus facta eſt. Si autem fraus facta non eſt, manifeſtè & irrefragabiliter dominus ſurrexit. Quid autem Pilatus reſpondeat ſubiungitur: Ait illis Pilatus, habetis cuſtodiã. Ite cuſtodite ſicut ſcitis. Rab. q. d. Sufficiat vobis quòd cõſenſi in necẽ innocẽtis, de cætero veſter error vobiſcum permaneat. Sequitur: Illi autem abeũtes munierũt ſepulchrum, ſignantes lapidẽ cum cuſto-

Nota ſignificatum.

Quomodo poſt triduũ iacuerit in ſepulchro vide.

dibus. Chry. in ho. Non aũt pmittit Pilatus solos milites sigillare. si em soli milites sigillassent, possent dicere, quoniã milites permiserũt ꝙ discipuli corpus dñi furarẽtur, & ita resurrectionis infringere fidem: nũc hoc dicere nõ possunt, cum ipsimet sepulchrum sigillassent.

CAPVT XXVIII.

VEspere autem sabbati quæ luceſcit in prima ſabbati, uenit Maria Magdalene, & altera Maria uidere ſepulchrũ. Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim domini deſcendit de cælo: & accedẽs reuoluit lapidẽ, & ſedebat ſuper eũ. Erat aũt aſpectus eius ſicut fulgur: & veſtimentũ eius ſicut nix. Præ timore autẽ eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt uelut mortui. Reſpõdẽs aũt angelus dixit mulieribus Nolite timere uos. Scio enim quòd Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis. non eſt hic: ſurrexit enim ſicut dixit. Venite & uidete locum ubi poſitus erat dominꝰ. Et cito eũtes, dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit: & ecce præcedet uos in Galilæam. ibi eum uidebitis, ecce prædixi uobis.

Aug. in ſer. de reſur. Poſt illuſiones & verbera, poſt aceti & fellis pocula mixta, poſt ſupplicia crucis & vulnera, & poſtremo poſt ipſam mortẽ & inferos, ſurrexit de ſuo funere caro noua: redit ab occiduo latẽs vita & in morte ſalꝰ reſeruata reſurgit, pulchrior reditura poſt funus. Aug. de con. euã. De hora vero qua mulieres venerũt ad monumentũ, nõ contẽnenda exorſi quæſtio. Cũ enĩ Matthæus hic dicat: Veſpere autẽ ſabbati &c. quid eſt ꝙ dicit Marcus, Et valde mane vna ſabbatorũ venit Maria Magd. & altera Maria videre ſepulchrũ? Apertè quippe prima noctis, qđ eſt veſpere, ipſam noctẽ voluit ſignificare Matthæus, cuius noctis fine venerũt ad monumentũ. ergo quoniã ſabbato impediebantur vt nõ ante faceret, ab eo tẽpore nominauit noctem ex quo eis licere cœpit, vt facerent quodcunq; vellent tpe eiuſdẽ noctis. Sic itaq; dictũ eſt: Veſpere aũt ſab. ac ſi diceret, nocte ſabbati. i. nocte, quæ ſequitur diem ſabba. qđ ipſa verba eius ſatis indicant. Sic em ait: Quę luceſcit in prima ſabbati, qđ fieri non poteſt niſi tantũmodo primã noctis particulã. i. ſolũ initiũ noctis intelleximus dicto veſpere ſignificatũ. Neq; em ipſum initiũ noctis luceſcit in prima ſabbati, ſed ipſa nox q̃ in luce incipit terminari: & vſitatus modus loquẽdi eſt diuinæ ſcripturæ, à parte totũ ſignificare. Veſpere ergo, nocte ſignificauit, cuius extremũ eſt diluculũ: diluculo enĩ venerũt ad monumẽtũ. Raba. Vel aliter: Quod dictum eſt, quia mulieres veſpere ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati venerũt videre ſepulchrũ, ita intelligẽdũ, quia veſpere quidẽ venire cœperint, ſed luceſcẽte mane in prima ſabbati ad ſepulchrũ puenerunt. i. veſpere aromata parauerũt quibus corpus dñi vngere deſiderabãt, ſed aromata veſpere ꝑparata, mane ad ſepulchrũ detulerũt. Quod Matthæus quidẽ breuitatis cauſa obſcurius poſuit, ſed euangeliſtæ alii, quo ordine factũ ſit euidẽtius oſtendũt. Sepulto nãq; ſexta feria dño, reuerſæ à monumẽto mulieres ꝑparauerunt aromata & vnguenta quãdiu operari licebat: & ſabbato quidẽ ſiluerũt fecũdũ legis mandatũ, ſicut Lucas aperte deſignat. Cum aũt trãſiſſet ſabbatũ, veſperáq; adueniente tẽpus operandi rediiſſet, pr̃opte ad deuotionem emerũt quæ minus ꝑparauerãt aromata, ſicut Marcus cõmemorat. Vt venientes vngerent Ieſum. & valde mane veniũt ad monumẽtũ. Hiero. Vel aliter: ꝙ diuerſa tpa iſtarũ mulierũ i euãgeliis deſcribũt, nõ mẽdacii ſignũ eſt, vt impii obiiciũt, ſed ſeduleꝝ viſitatiõis officia, dũ crebro abeũt & redeũt & nõ patiũt à ſepulchro dñi diu abeſſe vel lõgi⁹. Remi. Sciẽdũ aũt quia Matthæus myſticè loquẽs ſtuduit nobis inſinuare, illa ſacratiſſima nox quãtã dignitatẽ ex honore deuictæ mortis & dñicę reſurrectionis accepit. ideo dixit, Veſpere aũt ſab. &c. Cum cõſuetus ordo tp̃orũ habeat, vt veſperę nõ luceſcãt in diẽ, ſed potius obtenebreſcant in noctẽ, oſtendit his verbis ꝙ dñs totã hanc noctẽ luce ſuæ reſurrectionis feſtiuam & choruſcã reddidit. Beda in ho. Ab exordio etiã mũdanæ creationis vſque huc, ita tẽporũ curſus diſtingueba tur vt dies noctẽ prẽcederet, quia hõ à luce paradiſi pec cando lapſus in huius ſeculi tenebras ẽrũnaſq; decidit. Aptiſſime aũt nũc dies ſequit noctẽ, qñ per fidẽ reſurrectiõis à peccati tenebris, & vmbra mortis ad lucẽ vitæ Chrõ largiẽte, reducimur. Seue. in ſer. de paſ. Eſt aũ tẽ veſpera ſabbati, q̃ luceſcit, quia illuminat per Chriſtũ, ſabbatũ non delet. Nõ inquit veni ſoluere legẽ, ſed adimplere. Illuminat vt in diẽ dñicã luceat, clareſcat in eccleſia qđ i ſynagoga Iudæis obſcurãtib⁹ fuſcabat. Sequit: Venit Maria Mag. &c. Sero quidẽ mulier currit ad veniã, quæ maturè cucurrit ad culpã: quæ de paradiſo pfidiã ſumpſerat, feſtinat fidẽ ſumere de ſepulchro. cõtendit rapere de morte vitã, quæ de vita rapuerat mortem. nõ aũt dixit, Venerũt, ſed venit, ſub vno nõie, veniũt duæ myſterio, nõ caſu. Venit ipſa, ſed altera vt mutaret mulier, virtute, nõ ſexu. Præcedũt aũt apoſtolos fœminæ, quæ eccleſiarũ typũ ad dominicũ deferunt ſepulchrũ, Maria. ſ. & Maria: maternũ Chriſti vnũ nomẽ in duas geminat fœminas: quia hic eccleſia ex duobus populis veniẽs. i. ex Gẽtib⁹ & Iudæis, vna eſſe figurat. venit aũt Maria ad ſepulchrũ ſicut ad reſurrectiõis vterũ, vt iterũ Chrũs ex ſepulchro naſceret fidei, qui carni fuerat gñatus ex vẽtre, & eũ quem clauſa virginitas ad pſentẽ tulerat vitã, clauſum ſepulchrũ ad vitã redderet ſempiternã. Diuinitatis inſigne eſt clauſam virginẽ reliquiſſe poſt partũ, & de ſepulchro clauſo exiſſe cũ corpore. Sequit: Et ec. ter. fa. &c. Hiero. Dominꝰ noſter vnus atq; idẽ filius dei & hoĩs iuxta vtranq; naturã diuinitatis & carnis, nũc magnitudinis ſuæ, nũc humilitatis ſignũ demonſtrat. vnde & in pſenti loco quãq̃ hõ ſit qui crucifixus eſt, q̃ ſepultus, tũ q̃ foris agunt oſtendũt filiũ dei. Hila. Motus enim terræ, reſurrectionis eſt virtꝰ cũ concuſſo mortis aculeo, & illuminatis illius tenebris reſurgẽte virtutũ cæleſtiũ domino, inferorũ trepidatio cõmouet. Chryſ. in ho. Vel ideo terræmotꝰ factus eſt, vt exurgant & euigilẽt mulieres: etenim acceſſerãt vt vnguentũ mitterẽt, & quia in nocte hæc gerebant probabile eſt quaſdam obdormiſſe. Beda. in ho. ꝙ etiã terræmotus reſurgẽte domino de ſepulchro ſicut etiã moriẽte in cruce factꝰ eſt magnus, ſignificat terrena quidẽ corda per fidẽ paſſionis prius ac reſurrectiõis eius ad pœnitentiã cõcutienda ſalubri pauore permõta. Seue. in ſer. paſ. Si aũt ſic terra tremuit, cũ dominus ad veniã ſanctorũ reſurgeret: quomodo cõtremiſcet, cũ noxiorũ omniũ ſurget ad pœnã? dicente propheta, Terra tremuit cũ reſurgeret in iudiciũ deus. Et quomodo domini præſentiã ſuſtinebit, quæ angeli præſentiã ſuſtinere nõ valuit? nã ſequitur, Angelus domini deſcendit de cælo. Surgẽte ſiquidẽ Chriſto morte pereunte terrenis reddit cæleſte cõmerciũ: & mulieri, cui fuerat cum diabolo letale cõſiliũ, cum angelo colloquiũ fit vitale. Hila. Miſericordiæ enim dei patris inſigne eſt reſurgẽte filio ab inferis virtutũ cæleſtiũ myſteria mittere, atq; ideo prioris reſurrectionis ipſe eſt iudex, vt quodã famulatu paternę volũtatis reſurrectio nũciaret. Beda in ho. Quia em Chriſtꝰ deus & homo eſt, inter acta humanitatis ſemper ei angelorũ miniſteria deo debita non deſunt. Sequit: Et accedẽs reuoluit lapidẽ. Nõ vt egreſſuro dño ianuã pãdat, ſed vt egreſſus eius iam facti, hoĩ bus præſtet indiciũ. Qui enim mortalis clauſo virginis vtero potuit naſcẽdo ingredi mundum, ipſe factus immortalis clauſo ſepulchro potuit reſurgendo exire de mũdo. Remi. Significat aũt reuolutio lapidis reſeratio nẽ ſacramẽtorũ Chriſti q̃ litera legis tegebãtur, lex nãque in lapide ſcripta fuit, & ideo per lapidem deſignatur. Seue. Nõ aũt di. Voluit, ſed reuoluit lapidẽ, quia lapis aduolutus ꝙ bauit mortẽ, & reuolutꝰ extitit reſurrectionis aſſertor. Mutat hic ordo rerũ, ſepulchrũ mortẽ nõ mortuũ deuorat, domus mortis mãſio fit vitalis, vteri noua forma, mortuũ recipit, reddit viuũ. Sequit: Et ſedebat ſuper eũ. Sedebat inquã cui nulla inerat laſſitudo vt fidei doctor, vt reſurrectionis magiſter, ſedebat ſupra petrã vt ſoliditas ſedẽtis daret credẽtibus firmitatẽ, ponebat angelus ſuper petrã fundamẽta fidei, ſuper quã Chriſtus erat eccleſiã fundaturus. Vel per lapidem monumenti poteſt deſignari mors qua oẽs premebant. per hoc ergo ꝙ angelus ſuper lapidẽ ſedit, ſignificatur ꝙ Chriſtus mortẽ ſua virtute ſubiecit. Beda in ho. Et recte ſtãs apparuit angelus qui aduentũ domini in mũdo prędicebat, vt ſtãdo deſignaret quia dñs ad debellandũ mũdi principẽ veniret. præco aũt reſurrectionis ſediſſe memorat, vt ſedẽdo ſignificaret eũ ſuperato mortis auctore ſedẽ regni iam cõſcẽdiſſe perpetui: ſedebat aũt ſuper lapidẽ reuolutũ quo oſtiũ monumẽti claudebat, vt clauſtra inferorũ ipſum ſua virtute deieciſſe doceret. Aug. de con. euan. Poteſt etiã mouere quomodo ſecũdũ Matthæũ angelus ſup lapidẽ ſedebat reuolutũ à monumẽto, cũ Marcus dicat mulieres intro euntes in monumentũ vidiſſe iuuenẽ ſedentem in dextris? niſi intelligamus aut Matthæũ tacuiſſe de angelo, quẽ intrãtes viderũt, Marcũ aũt de illo quem viderunt ſedẽtẽ ſup lapidẽ, vt duos viderint, & à duobus ſingillatim audierint, quæ dixerunt angeli de Ieſu. aut certe ꝙ dicit: Intrãtes in monumentũ, in aliqua ſepta maceriæ debemus accipere qua cõmunitum locũ tunc fuiſſe credibile eſt. in aliquo ſpacio ante petrã, in qua exciſa locus factus fuerat ſepulturæ. vt ipſum videẽt in eodem ſpacio, ſedentẽ à dextris, quẽ dicit Matthæus ſedẽtem ſuper lapidẽ. Sequit: Erat aũt aſpe. &c. Seue. Vultus claritas à veſtiũ candore ſeparat, & facies fulguri, niui veſtis angeli cõparatur: quia fulgur de cęlo, nix de terra. vnde ꝓpheta: Laudate dñm de terra, ignis grãdo nix &c. In facie ergo angeli claritas cæleſtis ſeruat naturæ, in veſte ſignificatur gratia cõmunionis humanæ, & ſic tẽperatur ſpecies angeli colloquentis, vt carnales oculi & veſtiũ ferant placitã claritatem, & ex fulgore vultus nunciũ ſui tremeret, & reuereretur auctoris. Idẽ in alio ſer. Quid autem facit indumentum vbi tegẽdi neceſſitas non habet? ſed angelus noſtrum habitũ, noſtrã formã in reſurrectione ꝑfigurat, vbi homo ipſa corporis ſui claritate veſtitur. Hiero. In candido etiã veſtitu angelus ſignificat gloriã triũphantis. Greg. in ho. de paſ. Vel aliter in fulgure terror timoris eſt, in niue aũt blandimẽtũ candoris. quia vero omnipotẽs deus & terribilis eſt pctoribus & blandus iuſtis, recte teſtis reſurrectiõis eius angelus, & in fulgure vultus, & in cãdore habitꝰ demõſtrat, vt de ipſa ſua ſpecie & terreret reprobos, & mulceret pios. vnde ſequit: Præ timoris aũt &c. Rab. Timoris anxietate ſunt exterriti, quia amoris fiduciã nõ habebant: & facti ſunt velut mortui, qui reſurrectionis veritatẽ credere noluerũt. Seue. in ſer. paſchæ. Cuſtodiebãt enĩ crudelitatis ſtudio, nõ pietatis obſequio. Cuſtare enĩ nõ poteſt quẽ cõſcięntia deſtituit impellit reatus. Hinc eſt ꝙ angelus percellit impios, pios alloquitur, & ſolatur. Sequitur: Reſpõdẽs aũt angel. &c. Hieron. Cuſtodes quidẽ timore perterriti ad inſtar mortuorũ ſtupefacti iacent, & angelus tamen non illos, ſed mulieres cõſolatur, dicens: Nolite tim. vos, quaſi dicat: Illi timeant in quibus permanet incredulitas, cæterum vos, quia Ieſum quæritis crucifixum audite quòd ſurrexerit, & promiſſa perfecerit. vnde ſequitur: Scio enim quòd Ieſum qui crucifixus eſt, quæritis. Seue. Adhuc enim crucifixũ & mortuũ requirebãt, quarũ fidẽ ſæua paſſionis procella turbauerat, & tẽtationis ita eas põdus incurauerat, vt cæli dominũ quærerent in ſepulchro. Nõ eſt hic. Rab. per præſentiã carnis, qui tamen nuſquã deeſt per præſentiã maieſtatis. Sequitur: Surrexit enim ſicut dixit. Chry. in ho. q. d: Et ſi mihi non creditis, illius memẽtote verboũ. deinde & alia ſequitur demõſtratio, cũ ſubditur: Venite & videte locũ vbi poſitus erat dominus. Hiero. Vt ſi meis verbis nõ creditis, vacuo credatis ſepulchro. Seue. Angelus ergo prædicit nomẽ, crucẽ dicit, loquitur paſſionẽ, ſed mox reſurrectionem, mox dominum confitetur, & angelus poſt tãta ſupplicia, poſt ſepulchrum agnoſcit dominũ ſuum. Cur homo aut minoratũ deum in carne iudicat: aut in paſſione exiſtimat defeciſſe virtutẽ? Dicit aũt crucifixum, & oſtẽdit locum vbi poſitus erat dominus, ne alter & non idẽ reſurrexiſſe crederetur ex mortuis. Et ſi dominus in eadẽ redit carne & ſuæ reſurrectionis facit indicia, quare hõ in alia putat ſe carne rediturũ? aut carnẽ forte, ſeruus dedignatur ſuã, cũ noſtrã dominus non mutauit. Raba. Nõ autẽ ſolis vobis hoc gaudiũ magnũ conceſſum eſt occulto corde tenere, ſed ſimiliter amantibus debetis illud pãdere. vnde ſequit: Et cito euntes &c. Seue. q. d. Reuertere ad virũ mulier iam ſanata, & ſuade fidẽ, quæ perfidiã ante ſuaſiſti. Refer homini reſurrectiõis indiciũ: cui ante cõſiliũ ruinæ dediſti. ſequitur: Et ecce præcedet vos &c. Chry. in ho. Hoc autẽ dicit, eripiens eos à periculis ne timor fidem impediret. Hiero. Myſticè autẽ præcedet vos in Galilęa: hoc eſt in volutabrũ gẽtiliũ, vbi ante error erat & lubricũ: & firmo ac ſtabili pede veſtigiũ non tenebat. Sequit: Ibi eũ videbitis: ecce prædixi vobis. Beda in ho. Bene autem dominus in Galilęa videtur à diſcipulis, qui iã de morte ad vitã, iã de corruptiõe ad incorruptionẽ trãſierat. Galilęa quippe trãſmigratio ĩterpretat. fœlices fœminę, q̃ triũphũ reſurrectiõis mũdo annũciare meruerũt: fœliciores animę, quę in die iudicii percuſſis pauore reprobis, gaudiũ beatę reſurrectionis intrare meruerint.

Et exierunt cito de monumento cũ timore & gaudio magno currẽtes nunciare diſcipulis eius Et ecce Ieſus occurrit illis dicẽs: Auete. Illæ aũt acceſſerũt, & tenuerũt pedes eius, & adorauerũt eũ. Tũc ait illis Ieſus Nolite timere: ite, nunciate fratribus meis ut eant in Galilęam, ibi me uidebunt.

Hiero. Mulieribus per angelũ adhortatis, cõfeſtim dominus occurrit vt nunciãtes expectantibus diſcipulis, reſurrectionem nõ angelis potius quàm Chriſti ore loquerent. vnde ſequitur: Et exierunt cito de &c. Aug. de co. euan. Egreſſæ autem dicũtur à monumento, hoc eſt ab illo loco vbi erat orti ſpacium antè lapidem effoſſum. Hier. Duplex autẽ mentes mulierum tenebat affectus: timoris, & gaudii: & alter de miraculi magnitudine, alter ex deſiderio reſurgẽtis, & tamẽ vterq; fœmineũ cõcitabat gradum. vnde ſequitur: Currẽtes nũciate diſcipulis eius. Pergebãt enĩ ad apoſtolos, vt per illos fidei ſeminariũ ſpargeret. Quę autẽ ſic quęrebãt, quæ ita currebãt, merebant obuiam habere dominũ reſurgentẽ. vnde ſequitur: Et ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete. Raba. Per hoc oſtẽdit ſe omnibus iter virtutũ inchoantibus, vt ad ſalutem perpetuam peruenire queant adiuuando occurrere. Hierony. Primę mulieres merẽt audire: Auete, vt maledictũ Euæ mulieris i mulieribus ſolueretur. Seueri. In iſtis vero fœminis eccle-

Seueria-nus.

vide magiſtrũ hiſtoriarũ de hiſtoria euangelica. c. 84. & hunc locũ intelliges aliàs nõ.

Seueria-nus.

Cur timuerũt cuſtodes.

Concor. euāgeli.

sic figurā manere euidēter ostēdit, quia discipulos suos Christus de resurrectione arguit trepidātes. Occurrēs autē istis nō potestate terret, sed prēuenit charitatis ardore. Christus enī in ecclesia se salutat, quā suum recipit in corpus. Aug. de con. euan. Colligimus & angelorū allocutionem bis numero eas habuisse venientes ad monumentū. s. cum viderant vnū angelum, de quo narrat Matthæus & Marcus: & cū postea viderunt duos, vt narrāt Lucas & Ioannes. Et similiter ipsius domini bis, semel scilicet illic, quando Maria hortulanū putauit, & nūc iterū cū eis occurrit ī via, vt eas ipsa repetitiōe firmaret, atq; à timore recrearet. Seue. Sed ibi Marię nec tangēdi datur facultas: hic nō solū tangendi sed tenēdi copia tota cōceditur. vnde sequitur: Illæ autem accesserunt & tenuerūt pedes eius: & adorauerūt eum. Raba. Superius quidē dictū est, quia clausō monumēto surrexit, vt immortale iam factum doceret esse corpus, quod in monumēto clausum fuerat mortuū. Tenendos autē mulieribus nūc præbuit pedes, vt intimaret verā se carnē habere, q̄ à mortalibus tangi posset. Seue. Isti quidē tenēt pedes Christi, qui in ecclesiæ typo euāgelicæ ꝓdicationis tenēt & merentur excursum: ac sic fide astringūt sui vestigia saluatoris, vt totius deitatis pueniāt ad honorē. Illa autē merito audit: Noli me tangere, quæ in terris deflet dominū, & sic in sepulchro q̄rit mortuū, vt in cęlis eū nesciat regnare cum patre. Quod ergo eadē Maria nunc in fidei vertice cōstituta tangit Christū, ac tenet toto sanctitatis affectu: tūc ībecillitate carnis & fœminea infirmitate deiecta dubitat, & tactū sui nō meretur auctoris, nō facit quęstionē. Siquidē illud de figura est, hoc de sexu: illud est de diuina gratia, hoc de humana natura: quia nosipsi cum diuina scimus, deo viuimus: cū humana sapimus, cæcamur ex nobis. Tenuerūt autē pedes eius: vt scirēt in capite Christi virū esse, se autē esse in pedibus Christi: & datū sibi virū sequi, nō præire ipsum. Quod autē dixerat angelus, dicit & dūs: vt quas firmauerat angelus, Christus redderet firmiores. Sequit: Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. Hier. Et ī veteri & in nouo testamēto hoc semper obseruandū est, ꝙ quādo aliqua angustior apparuerit visio: primū timor pellatur, vt sic mēte placata possint q̄ dicūtur audīri. Hila. In cōtrariū autē ordo causæ principalis est redditus, vt quia à sexu muliebri cœpta mors esset, ipsi primū resurrectionis gloriæ & visus & nuncius redderetur. vnde dūs subdit. Ite, nūciate fratribus meis, vt eant in Galilæā, ibi me videbūt. Seue. Vocat fratres, quos corporis sui fecit esse germanos: vocat fratres, quos benignꝰ hęres sibi ꝓstitit cohæredes: vocat fratres, quos patris sui adoptauit in filios. Augu. de con. euan. Quōd autē dūs nō vbi primū se mōstraturus erat, sed in Galilæa vbi postea visus est, se videndū mādauit, & per angelū & per seipsum: quēuis fidelem facit intentū ad quærendū in quo mysterio dictū intelligitur. Galilæa namq; interpretat vel transmigratio vel reuelatio. Prius itaq; secundū transmigrationis significationē quid aliud occurrit intelligēdū, nisi quia Christi gratia de populo Israel transmigratura erat ad gentes, quibus apostoli prędicantes euāgeliū nullo modo crederent, nisi eis ipse dūs viā in cordibus hominū præpararet? & hoc intelligitur: Pręcedet vos in Galilęam. Quod autē subditur: Ibi eū videbitis, sic intelligitur: id est ibi mēbra eius inuenietis: ibi viuū corpus eius in his qui vos susceperunt, agnoscetis. Secundum autem quōd Galilæa interpretatur reuelatio, non iam in forma serui intelligendū est, sed in illa, in qua æqualis est patri. Illa erit reuelatio tanq̄ vera Galilæa, cū similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. Ipsa etiā erit beatior transmigratio ex isto seculo in illam æternitatem.

Allegoria cū anagoge.

Quæ cum abijssent: ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia discipuli eius de nocte uenerūt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei & securos uos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est uerbum istud apud Iudæos, usque in hodiernum diem.

Signorū Christi ratio.

Chry. in ho. Signorum q̄ circa Christū apparuerūt: quædā fuerūt orbi terrarū cōia, puta tenebrę, quædam ꝓpria militibꝰ custodiētibꝰ, sicut mira angeli apparitio, & terremotus, q̄ propter milites facta sunt vt stupe fierent, & ab ipsis fiat testimoniū veritatis. veritas enī à cōtrariis diuulgata, magis refulget, quod & cōtigit. vnde dicitur: Quæ cum abiissent scilicet mulieres. Ecce quidam de custodibus vene. in ciuitatē &c. Rab. Simplex quidē animi qualitas & indocta hoīm rusticitas, sæpe veritatē rei vt est, sine fraude manifestat: at cōtrā versuta malignitas, falsitatē verisimilibus verbis ꝓverō cōmendare decertat. Hiero. Principes ergo sacerdotū qui debuerāt cōuerti ad pœnitentiā, & Iesum quęrere resurgentē, perseuerāt in malitia, & pecuniā, quæ ad vsus tēpli data fuerat, vertūt in redēptionē mendacii: sicut & ante xxx. argēteos Iudæ dederunt ꝓditori. vnde sequitur: Et cōgre. cū seni. cōsi. accepto &c. Seue. Non enī cōtenti sunt interfecisse magistrū, imō etiā quō discipulos perdere possint, moliūtur: & discipulorū crimē esse faciūt, virtutem magistri. Planè amiserūt milites, perdiderunt Iudæi, sed discipuli magistrū suum nō furto, sed fide: virtute, non fraude: sanctitate, non crimine: viuū non mortuū, sustulerūt. Chry. in ho. Qualiter em furarentur discipuli homīes pauperes & idiotę, & neque apparere audētes? Si enim adhuc Christū viuū videntes fugerūt, qualiter mortuo eo non timuissent tot militū multitudinē? Nunquid ostiū sepulchri poterant euertere? lapis enim imminebat magnus, multis indigens manibus. Nūquid etiā non erat sigillū superimpositū? Propter quid autē non furati sunt prima nocte, q̄n nullus sepulchro affuit? Sabbato enim petierūt à Pilato custodiam. Quid autē sibi volūt hæc sudaria, quę Petrus vidit iacētia? Si enim vellēt furari, nō essent nudū corpus furati, nō solū ne iniuriarētur, sed ne etiā in exuēdo tardarent: tribuerent militibus se detinēdi facultatē, maxime quia myrrha erat corpori & vestimentis affixa, ita glutinosa vt nō facile esset à corpore auellere vestimēta. Quare non persuasibilia sunt quæ de furto dicta sunt. Vnde per quę resurrectionē obūbrare conātur, per hæc eā faciūt clarere. Dicētes enim quōd discipuli furati sunt, confitentur nō esse corpus in sepulchro: furtū autē ostendit esse mendax custodia militū, & discipulorū pauor. Remig. Sed si custodes dormierunt, quomodo furtū viderūt? & si nō viderūt, quomodo testes fuerūt? & ideo quod voluerūt facere, nō potuerunt, Gloss. Ne autē timore principis à mendacio reuocarentur, timētes propter negligentiā puniri, subdunt: Et si hoc auditū fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. Chry. in ho. Vide omnes corruptos. Pilatus enim ipse persuasus est, plebs Iudaica cōmota est, milites corrupti sunt. vnde sequitur: At illi accepta pecunia fecerūt sicut erāt edocti. Si pecunia apud discipulū tantā habuit virtutē, vt eum faceret magistri proditorem: nō mireris, si pecunia milites superantur. Hila. Emitur ergo resurrectionis silentiū, & mendaciū furti, argēto: quia honore scilicet seculi, qui in pecunia est & cupiditate, Christi gloria denegatur. Rab. Sicut

Rō obstinationis Iudaicæ.

Retorquentur seniorū dicta in eos.

autē sanguinis reatꝰ, quē sibi & posteris suis ipsi imprecabāt, grauis peccatorū sarcina illos premit: ita emptio mendacii, per quod resurrectionis denegāt veritatem, reatu eos cōstringit perpetuo. vnde sequitur: Et diuulgatū est verbū istud apud Iudæos vsq; in hodiernū diē. Seue. Apud Iudęos quidē diuulgatū est, nō apud Christianos. quod enī in Iudęa Iudęus obscurabat auro, fide toto claruit in mūdo. Hiero. Oēs aūt qui stipe tēpli & his quæ cōferūt ad vsus ecclesiæ abutunt in aliis rebus quibus suā expleāt volūtatē, similes sunt scribarū & sacerdotū redimētiū mēdaciū & Saluatoris sanguinem.

Moralis expō.

Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Iesus. Et uidentes eum adorauerūt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicēs: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.

Beda in ho. Postquā dominicā resurrectionē ab angelo nūciatā beatus Matthæus asseruit, visionē domini etiā à discipulis impletā refert, dicēs: Vndecim autem discipuli abierūt in Galilæam, in mōtē vbi cōstituerat illis Iesus. nā pergens dominus ad passionē, ait discipulis: Postquā resurrexero, ꝓcedam vos in Galilæā. Angelus quoque mulieribus ait: Dicite discipulis eius, quia pręcedet vos in Galilęam. Quapropter iussioni magistri, obedientia discipulorū obsequitur. Rectē autē vndecim discipuli ad adorādū pergunt: iā enim vnus perierat, qui dominū, ac magistrū suū tradiderat. Hiero. Post resurrectionē ergo Iesus in Galilęæ monte cōspicitur, ibiq; adoratur: licet quidā dubitent, & dubitatio eorū nostrā auget fidem. Sequitur: Et videntes eū adorauerūt, quidam autē dubitauerunt. Remig. Hoc aūt Lucas euāgelista plenius manifestat. Refert enim quia cū dominus resurgens à mortuis ipse apparuisset discipulis, ipsi cōturbati & exterriti, existimabāt se spiritū videre. Raba. In mōte quidē apparuit eis dominus, vt significaret quoniā corpus, quod de cōmuni generis humani terra nascēdo susceperat, resurgēdo iam sup terrena omnia subleuarat: & vt admoneret fideles si illic celsitudinē resurrectionis eius cupiūt videre, hic ab infimis voluptatibꝰ ad superna studeāt desideria transire. Iesus autē discipulos in Galilæā pręcedit, quia Christꝰ resurrexit à mortuis primitiæ dormiētiū. Sequūtur autē hi qui sunt Christi, & suo ordine ad vitam de morte trāsmigrāt in sua specie diuinitatē contemplantes, & huic cōgruit quod Galilæa reuelatio interpretatur. Aug. de con. euan. Sed considerandū est quomodo corporaliter in Galilæa dominus videri potuerit. quia enim nō ipso die quo resurrexit visus est, manifestū est. Nā in Hierusalem visus est eo die in initio noctis, Lucas & Ioānes apertissime cōsonāt, neq; etiā in sequentibus octo diebus, post quos dicit Ioānes discipulis apparuisse dominū: vbi primo vidit eū Thomas, qui eū nō viderat die resurrectionis eius, nisi quis dicat nō illos vndecim qui iam tūc Apostoli vocabātur, sed discipulorū vndecim illic fuisse ex multo numero discipulorū. Sed occurrit aliud quod obsistit: Ioannes enim quādo cōmemorauit nō in mōte ab vndecim, sed ad mare Tyberiadis à septem piscātibus visum esse dominū: Hoc iā tertio (inquit) manifestauit se Iesus discipulis suis: quod intelligendū est ad numerū dierum retulisse: non ad numerū manifestationū. Si autem acceperimus intra illos octo dies antequā eū Thomas vidisset ab vndecim discipulis quibusq; dominū visum, non erit ad mare Tyberiadis tertio manifestū esse, sed quarto. Ac per hoc cogimur intelligere post omnia factū esse, quōd eum in mōte Galilęæ discipuli vndecim viderūt. Inuenimus itaq; apud quatuor euāgelistas decies cōmemoratū dominū visum ab hominibus esse post resurrectionē. Semel ad monumentū à mulieribus. Iterū eisdē egredientibus à monumento in itinere. Tertio Petro. Quarto duobus euntibus in castellū. Quinto pluribus in Hierusalem, vbi nō erat Thomas. Sexto vbi vidit eū Thomas. Septimo ad mare Tyberiadis. Octauo in monte Galilææ secūdū Matthæū. Nono quod dicit Marcus, nouissime recumbētibus, quia iam nō erant in terra cū illo cōuiuaturi. Decimo in ipso die nō iam in terra sed eleuatū in nube, cū in cælū ascenderat, quod Marcus & Lucas cōmemorāt. sed nō omnia scripta sunt, sicut Ioannes fatetur: crebra enim erat eius cū illis cōuersatio per dies 40. priusquā ascēdisset in cælum. Remi. Videntes ergo discipuli dominū cognouerūt, & iccirco demissis in terram vultibus adorabāt: & ideo pius & clemēs magister vt omnē dubietatē auferret à cordibus eorū accedēs ad eos corroborauit in fide. vnde sequit: Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hiero. Illi autem potestas data est qui paulo ante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui postea resurrexit. Rab. Non enim hoc de coæterna patri diuinitate, sed de assumpta loquor humanitate secūdū quā minoratus est paulominus ab angelis. Seue. Filius quippe dei virginis filio, deus homini, diuinitas carni contulit, quod semper ipse cū patre possedit. Hiero. In cælo aūt & in terra potestas data est. vt qui ante regnabat in cælo, per fidē credentiū regnet in terris. Remig. Quod ergo psalmista de resurgente domino dicit: Cōstituisti eum super opera manuū tuarū, hoc nunc dominꝰ dicit: Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Et hic sciēdū quia antequam dominus surrexisset à mortuis, nouerant angeli se subiectos homini Christo. Volens ergo Christus etiā hoībus notū fieri quōd data esset sibi omnis potestas in cælo & in terra, prędicatores misit, qui verbū vitæ cunctis nationibus prædicarent. Vnde sequitur: Euntes ergo docete omnes gētes. Beda in ho. Qui enim ante passionem suam dixerat, In viā gentiū ne abieritis: surgens à mortuis dicit, Ite docete omnes gētes. Quapropter confundātur Iudæi qui dicūt Christū tantūmodo ad suā salutē esse vēturū. Erubescant & Donatistæ, qui localiter Christū cōcludere cupientes dixerūt tātūmodo in Aphrica esse, nō ī aliis regionibus. Hiero. Primū ergo docēt omnes gētes, deinde doctas intingunt in aqua. non enim potest fieri vt corpus baptismi recipiat sacramentū, nisi ante anima fidei susceperit veritatē, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti: vt quorū est vna diuinitas, sit vna largitio, nomēq; trinitatis vnus deus. Seue. Omnes ergo gentes potestas vna eademq; recreat ad salutē, quas creauit ad vitā. Didi. in lib. de spū sancto. Licet aūt quis possit existere mentis alienæ qui ita baptizare conetur, vt vnū de prędictis nominibus ptermittat, videlicet contrarius Christo legislatori. tamen sine perfectione baptizabit: imō penitus à peccatis liberare non poterit, quos à se exīstimauerit baptizatos. Ex his aūt colligit q̄ indiuisa sit substantia trinitatis, & patrē verè filii esse patrē, & filiū verè patris filiū, & spiritū sanctū verè patris & dei filii esse spiritū, & insuper sapientiæ & veritatis. i. filii dei. Hæc est salus credentium, & dispēsatio ecclesiasticæ disciplinæ in hac trinitate perficit. Hila. Quid enī in hoc sacramēto salutis hūanæ nō cōtinet? plena sunt oīa, vt à pleno & perfecto prolata. Habet em̄ naturę suę nomē in patre, sed pater tātū est. Non em̄ hūano modo habet aliūde quod pater est. Ipse

Anagogicus sensus.

Catalogus apparitionū.

Vide quomodo Christus reuocauit priꝰ prohibitum.

ingenitus, æternus, habēs in se ſemper, vt ſemper ſit ſoli filio notus. Filius aũt eſt progenies ingeniti, vnus ex vno, verus à vero, viuus à viuo, perfectus à perfecto: virtutis virtus, ſapiẽtiæ ſapiẽtia, gloriæ gloria: imago inuiſibilis dei: forma patris ingeniti. Spiritus aũt ſanct⁹ nõ poteſt à cõfeſſione patris & filii ſeparari: & quidẽ vbique non deeſt hoc expectationis noſtræ ſolatiũ. Hic in donorũ operationibus futuræ ſpei pignus eſt, hic mentiũ lumẽ, hic ſplendor animorũ eſt. Hæc igitur licet mutare non poſſint hæretici, afferũt tamen humana commenta: vt Sabellius patrẽ ex quo tendat in filiũ, ſídque noſibus potius confitendũ putat eſſe q̃ rebus, cũ ipſis filiũ proponat & patrẽ: vt Ebion omne initiũ ex Maria cõcedens, non ex deo hominẽ, ſed ex homine deũ proferat: vt Arriani, qui ex nihilo atq; ex tempore formã & ſapientiã & virtutẽ dei producũt. Quid aũt mirum eſt vt de ſpiritu ſancto diuerſa ſentiãt, qui in filio largitore eius tam temerarii ſunt auctores? Hiero. Conſideratur aũt hic ordo præcipuus: Iuſſit Apoſtolos vt primũ docerẽt vniuerſas gentes, deinde fidei tingerent ſacramento, & poſt fidẽ ac baptiſma quæ eſſent obſeruanda p̃ciperent. vnde ſequitur: Docẽtes eos ſeruare oĩa quẽcunq; mandaui vobis. Rab. Quia ſicut corpus ſine ſpũ mortuũ eſt: ita & fides ſine operibus mortua eſt. Chry. in ho. Quia vero eis magna iniũxerat, erigens eorũ ſenſus dicit: Et ecce ego vo. ſum oĩbus di. vſq; ad conſ. ſec. q.d. ne dicatis difficile eſſe iniũctũ negotiũ. ego ſum vobiſcũ qui omnia facio leuia. Nõ autẽ cũ illis ſolũ dixit ſe futurũ eſſe, ſed & cũ oĩbus qui poſt illos credũt: non enim vſq; ad conſum. ſeculi apoſtoli manſuri erant, ſed ſicut vni corpori fidelibus loquit. Rab. Ex hoc autẽ intelligit̃ q̃ vſq; ad finẽ ſeculi nõ ſunt defuturi in mũdo, qui diuina mãſione & inhabitatione ſunt digni. Chry. Rememorat aũt eis & cõſummationẽ, vt eos magis attrahat: & ne p̃ſentia ſolũ inſpiciant, ſed & futura bona & ſine fine manentia. q.d. Triſtitia quã ſuſtinebitis ſimul cũ p̃ſenti vita cõſumet̃, & totũ ſeculũ in conſummationẽ deueniet: bona aũt quibus potiemini, ſunt inæternũ permanſura. Beda in ho. Quæritur autẽ quare hic dicat: Ecce ego vo. ſum, cũ alibi dixiſſe legatur: Vado ad eũ qui me miſit? ſed alia ſunt quę hũanitati aſcribuntur, & alia q̃ diuinitati. Ibit ad patrẽ per humanitatem, manet aũt cum diſcipulis in forma qua eſt patri æqualis. Quod aũt dicit: Vſq; ad conſ. ſec. finitũ pro infinito ponitur: nã qui in p̃ſenti ſeculo manet cũ electis, eos protegẽdo: ipſe poſt finẽ cũ eis manebit, eos remunerãdo. Hiero. Qui ergo vſq; ad cõſummationẽ ſec. cũ diſcipulis ſe eſſe p̃mittit, & illos oſtendit ſemp eſſe victuros, & ſe nunq̃ à credentibus receſſurum. Leo pa. in ſer. de paſ. Qui enĩ aſcẽdit in cælos, nõ deſerit adoptatos: & ipſe deorſum cõfortat ad patiẽtiã, qui ſurſum inuitat ad gloriã. Cuius gloriæ participes nos faciat ipſe Chr̃s rex gloriæ, qui eſt deus benedict⁹ in ſecula. Amẽ.

Ordo verborũ hiſtoricus.

Quæſtio pulchra.

INCIPIVNT CAPITA EVANgelii Matthæi per ordinem.

1. Natiuitas domini noſtri Ieſu Chriſti.
2. Magorũ mũera. Occultatio Ieſu. Infantes ĩterficiũt.
3. Regreſſus Ieſus ex Aegypto in Nazareth, à Ioanne in Iordane baptizatur.
4. Ieſus in deſerto, tentatus à diabolo, vicit: Petrum & Andream, Iacobum & Ioannem piſcatores conuocat: & circuiens varios languores hominum curat.
5. De beatitudine, & cæteris mandatis.
6. Orationem docet: & inter cætera mandata, non eſſe cogitandum de victu & veſtitu prædicit.
7. Nõ eſſe p̃properẽ iudicandum: de margaritis ante porcos non mittendis, petendum, quærendũ & pulſandum, à Pſeudoprophetis cauendum, quia non omnes qui dicunt mihi domine domine, intrabunt in regnum cęl. de domo ædificata ſupra petram vel arenam.
8. Leproſum mũdat. Puerũ cẽturiõis paralyticũ curat. Socrũ Petri à febribus liberat. De plurimis curatis: & vt mortui mortuos ſuos ſepeliant cuidã dicit: nauigãs tẽpeſtatẽ ſedat: & in terra Gerazenorũ dęmonia eiicit.
9. Paralyticus curat⁹ lectũ ſuũ baiulat. Matthæũ cõuocat. Dicit phariſæis, nõ eſſe opus medico validis. Parabolã panni & ſciſſurę, & vtriũ & vini, ponit. Mulierẽ à p̃fluuio liberat: & filiã principis cuiuſdã mortuã ſuſcitat: Cęcis oculos aperit: Surdũ & mutũ dęmoniũ eiicit.
10. Duodecim apoſtolos præmittit cum omni doctrina. Ac dicit, quòd non venerit pacem mittere ſuper terram, ſed gladium.
11. Teſtimonium dicit Ieſus de Ioanne, atque increpat ciuitates quæ credere noluerunt. Confeſſio domini ad patrem. Et iugum domini leue eſt.
12. Diſcipuli ſpicas vellunt: manũ aridã habentẽ ſanat: Hominẽ à dæmonio cęcũ & mutũ liberat: Et in p̃cipe dęmoniorũ facere opinãtes deſtruit. Ionæ & Niniuit. ſignum Phariſęis tradidit: Matrẽ & fratres ſpernit.
13. De nauicula turbis parabolas exponit. Prophetam in patria ſua ſine honore eſſe dicit.
14. De Ioannis capite in diſco. De quinque panibus, & duobus piſcibus in quinque milia viros. De Ieſu ſupra mare ambulante. Petrum mergentem releuat.
15. Quòd ea magis quæ de corde exeunt coinquinant hominem. Filiam mulieris Syrophœniſſæ à dæmone liberat, & multos alios ſanat. De ſeptem panibus in quatuor milia viros.
16. De ſigno Ionæ prophetæ. A fermento phariſæ. cauendum. Chriſtum dei viui filium eſſe Petrus confitetur, quẽque poſt paululum dure increpat.
17. In monte tranſfiguratur Chriſtus. Puerum lunaticum curat. De ſtatere in ore piſcis.
18. Humilitatẽ docet ſicut pueri. Et nec minimũ fideliũ ſcandalizandũ, quorũ angeli faciem patris ſemper videt̃. Corripiendos fratre, & ſæpius indulgẽdũ. Simili tudo de illo q̃ conſeruũ ſuũ p̃pter 100. denar. ſuffocat.
19. Vxorem non debere dimitti. De Eunuchis. Infantes non eſſe arcendos à benedictione. Difficile diuitem intrare in regnum cælorum.
20. De primis nouiſſimos futuris. parabolam operariorum in vinea conductorum. De petitione filiorum Zebe. De primis accubitibus cœnæ. De du. cæcorum ſecus viam curatione.
21. De aſino & pullo eius. De ficu areſa. Interrogatus in qua poteſtate hæc faceret, interrogat de Ioannis baptiſmate, ſubiũgẽs parabolã 2. filiorũ in vineã miſſorũ, parabolã de vineæ colonis qui ĩterficiunt ad ſe miſſos.
22. Parabolam de his qui inuitati ad nuptias, venire contẽnũt. De denario Cęſaris. De muliere quę 7. viros habuit. Ieſus tẽtatus à pha. ĩterrogat, cu. fi. eſt Chriſt⁹.
23. Increpans Ieſus Scribas, dicit, Væ vobis ſcribæ & phariſæi. Increpatio ciuitatis Hieruſalem, de occiſione prophetarum, & lapidatione.
24. De ſignis nouiſſimorũ dierũ. De aduẽtu ſaluatoris.
25. De 10. virginibus. De talentis. De ouibus à dextris & hœdis à ſiniſtris.
26. Iudæorum conſilium de comprehendo Ieſu, & cętera quæ in cœna domini geſta ſunt. Petro prædixit q̃ tertio eũ abnegaturus eſſet. Oratio Ieſu ad patrem &c.
27. Ieſus Pilato traditur. Iudas laqueo ſe ſuſpendit. Paſſio Chriſti, & ſepultura.
28. Reſurrectio. Itẽ mandata & doctrina eius de bapt.

INDEX EVANGELIORVM QVAE dominicis, ac aliis feſtis diebus leguntur iuxta conſuetudinem eccleſiæ Romanæ.

Dominica. 2. in aduentu. Ioannes autẽ cum audiſſet. 2.
In vigilia natiuitatis domini. Cum eſſet deſponſata mater Ieſu. 1.
In feſto ſancti Stephani martyris. Ecce ego mitto ad vos. vſque ad finem capitis. 23.
In feſto Innocẽtiũ. Qui cũ receſſiſſent, ecce angelus. 2.
In Epiphania domini. Cũ nat⁹ eſſet Ieſus in Bethle. 2.
Dominica 2. Poſt octauam Epi. Cum autem deſcendiſſet Ieſus de &c. 8.
Dominica 3. Et aſcendente Ieſu in naui. &c. 8.
Dominica 4. Simile factum eſt regnum cælorũ &c. 13.
In ſeptuageſima. Simile eſt regnum cęlorum. 20.
Feria 4. in capite ieiunii. Cum autem ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ. 6.
Feria 5. Cum autem introiſſet Ieſus Capharnaum. 8.
Feria 6. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. 5.
Dñica 1. In quadrageſima. Tunc Ieſus ductus eſt in. 3.
Feria 2. Cum autem venerit filius hominis. 25.
Feria 3. Et cum intraſſet Ieſus Hieroſol. 21.
Feria 4. Tunc acceſſe. quidam de ſcribis ad Ieſum. 12.
Feria 5. Et egreſſus Ieſus receſſit in partes. 15.
Dominica 2. in quadrageſima. Et poſt ſex dies aſſumpſit Ieſus Petrum Iacobum & Ioannem. 17.
Feria 3. Tunc Ieſus locutus eſt ad turbas. 23.
Feria 4. Et aſcendens Ieſus Hieroſoly. 20.
Feria 6. Homo quidam erat paterfamilias. 21.
Feria 3. poſt 3. dñicã in quadrag. Si autẽ peccau. 18.
Feria 4. Tunc acceſſerunt ad Ieſum ſcri. & pha. 15.
Dominica in ramis palmarum poſt benedictionem. Et cum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymam. 21.
Ad miſſam paſſio domini. 26. &. 27.
Sabbato. Veſpere autem ſabbati. 28.
Feria 6. poſt dominicã in paſcha. Vndecĩ diſcipuli. 28.
Dominica 5. poſt pentecoſtem. Dico autem vobis, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra. 5.
Dominica 7. Attendite à falſis prophetis. 7.
Dominica 13. Nemo poteſt duobus dominicis ſer. 6.
Dominica 17. Phariſæi autem audientes &c. 22.
Domi. 18. Et aſcendens Ieſus nauiculam. 9.
Dominica 19. Simile eſt regnum cæ. hõi regi. 22.
Domini. 22. Tunc abeuntes phariſæi. 22.
Dominica 23. Hæc illo loquente. 9.
Domini. 24. Cum ergo videritis abomina. 24.

PROPRIVM SANCTORVM.

In feſto ſancti Andreæ. Ambulans autem Ieſus iuxta mare &c. 4.
In feſto ſanctæ Agnetis. Simile eſt reg. cæl. theſ. 13.
In conuerſione ſancti Pauli apoſtoli. Ecce nos reliquimus omnia. 19.
In cathedra ſancti Petri. Venit Ieſus in partes. 16.
In feſto ſancti Matthiæ. Confiteor tibi pater. 11.
In feſto ſancti Petri. Venit Ieſus in partes. 16.
In feſto ſancti Pauli. Ecce nos reliquimus. 19.
In feſto ſanctorum 7. fratrum. Ecce mater. 12.
In feſto ſancti Iacobi. Acceſſit ad Ieſum. 20.
In octaua apoſtolorum Petri & Pauli. Iuſſit Ieſus diſcipulos ſuos aſcendere in nauim. 14.
In natiuitate Sanctæ Mariæ Virginis. Liber generationis Ieſu Chriſti. 1.
In feſto ſancti Matthæi apoſtoli. Vidit Ieſus hominem ſedentem in the. 19.
In dedicatione ſancti Michaelis. Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Quiſputas. 18.
In vigilia plurimorum apoſtolorum. Ecce ego mitto vos, ſicus oues. 10.
Ecce nos reliquimus omnia. 19.
In natali vnius martyris
Nolite arbitrari quia venerim mit. 10.
Si quis vult poſt me venire. 17.
Nihil opertum quod non reueletur. 10.
In natali plurimorum martyrum.
Confiteor tibi pater cæli & terræ. 11.
Sedente Ieſu ſuper montem oliueti. 24.
Videns Ieſus turbas aſcendit in montem. 5.
In natali confeſſorum & pontificum.
Vos eſtis ſal terræ: quòd ſi ſal euanuerit. 5.
Vigilate quia neſcitis qua hora. 25.
Homo quidam peregrè proficiſcens. 25.
In natali virginum. Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. 25.
Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito. 13.
In honore ſanctæ crucis. Aſſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſecre. 20.

FINIS TABVLAE.

REVERENDO IN CHRISTO PAtri dño Hanibaldo, Baſilicæ 12. apoſtolorum venerabili præſbytero Cardinali frater Thomas de Aquino, ordinis fratrũ prædicatorum ſe totum.

RErum opifex deus ſolo ſuę bonitatis intuitu cuncta in eſſe p̃ducẽs naturalẽ boni amorẽ, omnibus indidit creaturis: vt dum vnaquæq; res bonũ ſibi cõueniens naturaliter amat & appetit, quadã conuerſione mirabili in ſuũ recurrere demonſtret auctorẽ: ſed ĩ hoc p̃ferẽt cęteris rationalis natura, q̃ ipſum vniuerſalẽ bonitatis fontẽ per ſapiẽtiã intueri poteſt, & p charitatis amorẽ ſuauiter deguſtare: vnde fit vt ſapiẽtię bonũ, quo ad ipſum fontẽ bonitatis accedimus, oĩbus humanis bonis ſecundũ rectę rationis iudiciũ p̃ferat̃. Hæc eſt enim quę faſtidiũ neſcit, ita vt qui eã edit, adhuc eſuriat: & q eã bibit, ſitire nõ ceſſet. Hęc eſt quę intãtũ peccato repugnat, vt qui ſecũdũ ipſam operant̃, nõ peccent. Hęc eſt quę indeficiẽtẽ fructũ ſuis miniſtris largit̃: vt qui eam elucidãt, vitã poſſideant ſempiternã. Præcellit itaq; voluptates dulcedine, ſecuritate ſedes & regna, vtilitatéq; diuitias vniuerſas. Huiuſmodi igitur delectat⁹ munerib⁹ euãgelicæ ſapiẽtiæ à ſeculis in myſterio abſcõditę, quã in lucẽ produxit deus ſapiẽtia incarnata, miniſteriũ expoſitionis adhibui, ſacrorũ doctorũ ſentẽtias cõpilãdo: ad quod me induxit primitus fœlicis recordationis Vrbani papę quarti mãdatũ. Verum quia eo ſummo põtifice ex hac vita ſubtracto, tria euãgelia Marci, Lucę, & Ioãnis exponẽda reſtabãt, ne op⁹ quod obedientia inceperat, negligentia imperfectum relinqueret: cum multo labore diligẽs adhibui ſtudiũ, vt quatuor euangeliorũ expoſitionẽ conplerem: eadem in oĩbus forma ſeruata in ponendis ſanctorũ auctoritatibus & eorũ nominibus p̃ſcribẽdis. Et vt magis integra & cõtinua p̃dicta ſanctorũ expoſitio redderet̃, quaſdam expoſitiones doctorũ grẽcorum in latinũ feci tranſferri: ex quibus plura expoſitionibus latinorũ doctorũ interſerui, auctorũ nomin⁹ p̃notatis. Verũ quia congruit vt de laborũ fructibus oblationes ſacerdotibus offerantur: expoſitionis euangelicę opus, laboris mei fructum apoſtolorũ præſbytero cenſui offerẽdum: in quo veſtra ſuſcipiat auctoritas debitũ: vt ſciẽtis ĩduſtria iudicii cenſurã exerceat, & antiqua dilectio amoris affectum in offerentis munere comprehendat. Glo.

Lauſeuã gelij.

PROOEMIVM.

VOcationem gẽtium & causam salutis earũ Esaias propheta manifesto prænũciat oraculo, dicẽs: Deꝰ meus factus est fortitudo mea. & dixit: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitãdas tribus Iacob, & fæces Israel cõuertẽdas. Dedi te in lucẽ gentiũ, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ. Hiero. super Esaiam: In quibus verbis ostẽdit Christũ appellari seruũ, inquantũ est forma tus ex vtero. Nã ante verba ista prẽmittitur: Hæc dicit dominus, formans me ex vtero seruũ sibi. Fuerat siquidẽ volũtas patris, vt pessimi vinitores missum susciperẽt filiũ. vnde de ipsis Christus ad discipulos loquitur: In viã gentiũ ne abieritis, sed ite magis ad oues perditas domꝰ Israel. quia igit Israel nõ est reductus ad deũ, propterea dei filius loquit Iudæis nõ credentibus, dicens: Deus meus factus est fortitudo mea: qui & cõsolatus est me super abiectiõe populi mei. Et dixit mihi: Parũ est si seruias mihi ad suscitãdas tribus Iacob, quæ suo vitio corruerũt: & ad fæces siue reliquias Israel cõuertẽdas. Pro illis em̃ dedi te in lucẽ gentiũ omniũ, vt illumines vniuersum mundũ: & salutẽ meã per quã homines salui fiunt vsq; ad extrema terræ facias peruenire. Glos. Ex præmissis igit verbis duo possumus colligere: quorũ primũ est diuina virtus, quæ fuit ĩ Christo, ex qua efficax fuit ad gentiũ illuminationẽ, quia dicit: Deus meus factus est fortitudo mea. Deus igit erat in Christo mũdũ recõciliãs sibi: vt apostolꝰ ad Corĩthios dicit. vnde & euãgeliũ per quod credẽtes saluant, virtus dei est in salutẽ omnẽ credẽti: vt idẽ apostolꝰ ad Romanos dicit. Secũdũ aũt est illuminatio gentiũ & salus mũdi ex dispositione patris per Christũ cõplexa, quia dicit: Dedi te in lucẽ gentiũ. vnde post resurrectionem suã dñs dispositionẽ patris impleret, ad prædicandũ discipulos misit, dicẽs: Docete oẽs gentes, quorũ quidã ad prẽdicãdũ Iudæis: quidã ad prædicãdũ gentibus, ministeriũ acceperũt. Quia vero euãgeliũ oportuit nõ solum prædicari ꝓpter præsentes, sed etiã scribi propter futuros: eadẽ distinctio est in scriptoribus euãgelii obseruata. Ná Matthæus Iudęis euãgeliũ hebraico sermone scripsit. Marcus autẽ primus euãgeliũ scripsit in gentibus. Euse. in eccle. histo. Cũ enim Romanę vrbi clarũ verbi dei lumen fuisset exortũ, sermo veritatis & lucis, quę per Petrũ prędicabat, vniuersorũ mẽtes placido illustrauit auditu, ita vt quotidie audiẽtibus eũ nulla vnq̃ satietas fieret: vnde neq; eis auditio sola sufficiebat, sed Marcũ discipulũ eius omnibus precibꝰ exorãt, vt ea quę ille verbo prędicabat, ad ꝑpetuã eorũ cõmonitionẽ habẽdam scripturę traderet: quo domi foriſq; in huiusmodi meditationibus verbi permanerent: nec prius ab obsecrãdo desistũt, quàm quę orauerant impetrarẽt. & hoc fuit causa scribẽdi euangeliũ secũdũ Marcũ. Petrus vero vt per spiritũ sanctũ religioso se cõperit furto spoliatũ, delectatus est, fidẽ eorũ per hoc deuotionẽmq; cõsiderans, factũ confirmauit, & in perpetuũ legẽdam scripturam ecclesiis tradidit. Hiero. super Mar. Principiũ autẽ quia à perfectioris ætatis Christi ꝓdicatione inchoat, nec laborat in natiuitate infantuli, qui loquit de perfectione filii dei. Chry. Cõpendiosam autem ac breuẽ narrationẽ facit, in quo magistrũ imitatꝰ est, scilicet Petrũ breuitati studentẽ. Augu. de concor. euange. Vnde Matthæus qui regiam Christi personam narrandã susceperat, habuit Marcum sibi tanq̃ comitem, & abbreuiatorẽ adiunctũ: qui sua vestigia quodãmodo sequeretur. Regũ enim est nõ esse sine comitum obsequio. Sacerdos autẽ quoniã in sancta sanctorũ solus intrabat, propterea Lucas, cuius circa sacerdotium Christi erat intẽtio, nõ habuit tanq̃ sociũ obsequentẽ, qui suã narrationẽ quodãmodo breuiaret. Beda. Notãdũ est etiã ꝙ euan. sancti diuersum narrationis suę primordiũ, singuli diuersum statuere terminũ. Matthæus nãq; à natiuitate dñica exordium sumẽs, ad tẽpus vsq; dñicæ resurrectionis seriẽ suę narrationis ꝓduxit. Marcus ab initio euan. prędicationis incipiens puenit vsq; ad tẽpus ascẽsionis dñi, & ꝓdicationis discipulorũ eius cũctis gẽtibus p orbẽ. Lucas aũt à natiuitate præcursoris inchoãs euã. terminauit in ascẽsione dñica. Ioãnes ab ęternitate verbi dei principiũ sumẽs, vsq; ad tps dñicę resurrectiõis euãgelizãdo ptrigit. Amb. su. Lu. Quia igit Marcꝰ à potẽtiæ cœperit expressione diuinæ, recte sub leonis imagine figuratur. Remi. sup. Mar. Per leonẽ etiã signat Marcus, quia sicut Leo terribilẽ vocẽ in deserto emittit, sic Marcꝰ à voce in deserto incipit, dicẽs: Vox clamãtis ĩ deserto. Aug. de con. euã. Quãuis & de figura aliter dici posset. Marcꝰ enĩ, qui neq; stirpẽ regiã vt Matthęus ob hoc p leonẽ signatꝰ, neq; sacerdotalẽ vt Lucas signatꝰ per vitulũ, vel cognationẽ vel cõsecrationẽ narrare voluit: & tamẽ in eis versatꝰ ostẽdit, quę homo Christꝰ opatus est, p hominis figurã ĩ illis quatuor animalibꝰ signatus videt. Theoph. Vel euãgeliũ secũdũ Marcũ aquila innuit, à ꝓphetia enĩ Ioãnis incœpit. Prophetia enĩ acutè quæ à longe sunt speculatur, vt aquila.

Allegoria pulchra.

Primitiuꝰ fervor Romanorũ.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM. CAPVT PRIMVM.



Nitiũ euan. Iesu Christi filij dei.

Hiero. in prologo: Marcus euangelista sacerdotium in Israel agens, secundũ carnem leuita ad dñm cõuersus, euãgeliũ in Italia scripsit, ostendens in eo quid & generi suo deberet Christus. Nã initiũ euãgelii in voce propheticæ exclamatiõis instituẽs, ordinẽ Leuiticæ electionis ostẽdit, prędicãs Ioãnẽ Zacharię filiũ in voce angeli emissum, dicẽs: Initiũ euan. Iesu Christi filii dei. Hiero. Euãgeliũ græcè dicit, latinè bona annũciatio prædicat, qđ ꝓprie ad regnũ dei & remissionẽ ꝓtinet peccatorũ: est enim euãgeliũ, per qđ venit redẽptio fideliũ & beatitudo sanctorũ. Quatuor aũt euãgelia vnũ sunt, & vnũ quatuor. In hebręo Iesus, in græco Sother, in latino Saluator dicit. Christus autẽ græcè, Messias hebraicè, latinè vnctꝰ, id est, rex & sacerdos dicit. Beda. Cõferẽdũ autẽ est hoc euãgelii principiũ, prĩcipio Matthęi quo ait: Liber gñatiõis Iesu Christi, filii Dauid filii Abrahã: Hic aũt dicit, filii dei. Ex vtroq; enĩ vnꝰ dñs Iesus Christꝰ, dei & hoĩs filius est intelligẽdus. Et aptè primꝰ euãgelista filiũ hoĩs eũ, secũdus filiũ dei nominat, vt à minoribus ad maiora paulatim sensus noster assurgeret, ac per fidẽ & sacramenta humanitatis assumptę ad agnitionẽ diuinę æternitatis ascẽderet. Aptè etiã q humanã erat generationẽ descriptur à filio hoĩs cœpit: Dauid. ſ. siue Abrahã. Aptè etiã is qui librũ suũ ab initio euãgelicę ꝓdicatiõis ĩchoabat filiũ dei magis appellare voluit Iesum Christũ, quia humanę erat naturæ de ꝓgenie patriarcharũ veritatẽ carnis suscipere. Et diuinæ fuit potẽtię euãgeliũ mũdo prædicare. Hila. sup. Luc. Nõ autẽ solo nomine cõtestatus est Christũ filium dei, sed etiã ꝓprietate. Nos filii dei sumus, sed nõ talis hic filius. hic enim verus & proprius est filius: origine, nõ adoptione: veritate, non nũcupatione: natiuitate, nõ creatione.

Collatio Marci atq; Ioannis.

Sicut scriptũ est in Esaia propheta: Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuã qui præparabit viã tuã ante te. Vox clamãtis ĩ deserto: Parate viã domini, rectas facite semitas eiꝰ.

Beda. Scripturus euangeliũ Marcus, congrue primo ponit testimonia prophetarũ, vt eo cunctis sine scrupulo dubietatis suscipienda quæ scriberet intimaret, quo hęc à prophetis antea ꝓdicta esse demõstraret. Simulq; vno eodẽq; euangelii sui principio, & Iudæos qui legẽ ac prophetas susceperat ad susciendam euãgelii gratiã ac sacramenta quæ ipsorum prophetæ prędixerant, instituit. Et gentiles qui per euangelii præconia ad dominũ venerant, ad auctoritatẽ quoq; legis & prophetarũ susciendã venerandãq; prouocat. vnde dicit: Sicut scriptũ est in Esaia propheta: Ecce &c. Hiero. de optimo genere interptandi. Hoc autẽ non scribit in Esaia, sed in Malachia in nouissimo 12. prophetarum. Chry. Potest autem dici quòd falsitas est scriptoris. Vel aliter dicetur, ꝙ duas prophetias in diuersis locis dictas à duobus prophetis in vnũ cõgregans, posuit. In Esaia enim propheta post Ezechiæ describitur historiã: Vox clamãtis in deserto. In Malachia vero: Ecce mitto angelum meum. Secundus igitur euãgelista duas prophetias posuit, vt ab Esaia dictas, & ad vnã lectionem hic referẽs, tacens vero à quo dicatur: Ec. ego mit. ang. Augu. de q. euan. Sciens enĩ omnia ad auctorẽ referẽda, dicta hæc ad Esaiã reuocauit, qui sensum istũ prior intimauerat. Deniq; post verba Malachiæ statim subiecit, dicẽs: Vox clamãtis in deserto, vt iungeret verba vtriusque prophetæ ad vnũ sensum pertinẽtia sub prioris ꝓphetę persona. Beda. Vel aliter intelligẽdũ est, quia etsi nõ hæc verba inueniunt in Esaia, sensus tamẽ eorũ inuenit in multis aliis locis, & manifestius in hoc quod subiũxit: Vox clamãtis in deserto. Nam ꝙ dixit Malachias mittẽdũ angelũ ante faciẽ dñi qui ꝓpararet viam eius, hoc est, qđ dixit Esaias, vocẽ clamantis in deserto audiendã, quæ diceret: Parate viã domini. In vtraq; aũt sententia similiter parãda via domini prædicatur. Potuit aũt fieri vt animo Marci euangeliũ cõscribẽtis pro Malachia Esaias occurrerit, vt fieri solet, quod tamen sine vlla dubitatione emẽdaret: saltẽ ab aliis admonitus, qui ipso adhuc in carne viuente legere potuerunt: nisi cogitaret recordationi suæ q̃ sancto spiritu regebatur, nõ fruſtra occurrisse aliud ꝓ alio nomẽ prophetæ. Sic enim insinuant quæcunq; per ꝓphetas spiritus sanctꝰ dixit: & singula esse oĩm, & omnia singulorũ. Hier. Per Malachiã ergo, patris vox sonat ad filiũ, qui est facies patris, vnde agnitus est. Beda. Angelus autẽ vocatur Ioannes, non naturę societate, iuxta hæresim Origenis, sed officii dignitate. Angelus enim græce, latinè nũcius dicit, quo nomine rectè appellari potuit homo ille qui fuit missus à deo, vt testimoniũ perhiberet de lumine, & venientẽ in carne dominũ mũdo nunciaret, cũ constet oẽs qui sacerdotio funguntur ob euangelizandi officiũ angelos posse vocari dicente propheta Malachia: Labia sacerdotis custodiunt scientiã, & legẽ requirũt ex ore eius, quia angelus est domini exercituũ. Theoph. Præcursor igitur Christi angelus dicitur, propter vitam angelicã & reuerẽtiã excelsam. Quod autẽ dicitur: Ante faciem tuã, hoc significat, q. d. iuxta te est nuncius tuus. vnde ostendit propinquitas ꝑcursoris ad Christũ. Et enim iuxta reges ambulant qui propinqui sunt magis. Sequit: Qui præparabit viã tuam ante te. Per baptismum enim prępararuit animas Iudæorum vt Christũ susciperẽt. Hiero. Vel via domini qua ad hoĩes ingreditur pœnitẽtia est, per quã deus ad nos descẽdit & nos ad illũ ascendimus. Hincautẽ initiũ prędicationis Ioannis fuit: Pniam agite. Beda. Sicut autem Ioannes angelus potuit vocari pro eo ꝙ faciẽ dñi euangelizãdo puenit: ita rectè appellari & vox potuit, quia verbũ dei sonãdo præibat. vnde sequit: Vox cla. &c. Constat enim ꝙ vnigenitus filius verbũ patris vocat, & ex ipsa nostra locutione cognoscimus quia prius vox sonat, vt verbũ postmodũ possit audiri. Hiero. Dicit autẽ vox clamãtis, quia clamor ad surdos, & longe positos, siue cũ indignatione fieri solet, quę Iudaico certum est populo euenisse, dũ longe est à pctoribus salus, & aures suas obturauerunt sicut aspides surdæ, & indignationẽ & iram & tribulationem à Christo audire meruerunt. Chry. Per hoc autem quod dicit: In deserto, manifestè ostẽdit ꝓphetia nõ in Hierusalẽ diuina fieri dogmata, sed in deserto, quod implebatur ad literã Ioãne Baptista in deserto Iordanis, verbi dei apparitionẽ salutiferã ꝓdicante. Ostendit etiã sermo ꝓpheticus præter desertũ quod à Moyse ostẽsum fuit, vbi semitas faciebat, aliud esse desertũ in quo serpentẽ esse salutẽ Christi significabat. Hier. Vel in deserto fit vox & clamor: quia deserti erãt à spũ dei, sicut domus vacãs & scopata, deserti etiã à ꝓpheta rege atq; sacerdote. Beda. Quid aũt clamaret, aperit cũ subdit: Parate viã do. rec. fa. se. eius. Oĩs enĩ qui fidẽ rectã & opa bona ꝓdicat, quid aliud q̃ veniẽti dño ad corda audiẽtiũ viã parat, vt hæc. ſ. corda vis gratiæ penetret, & lumẽ veritatis illustret? Rectas aũt semitas facit, dũ mũdas in animo cogitationes per sermonẽ prædicationis format. Hiero. Vel aliter: Parate viã domini, hoc est pœnitentiã agite & ꝓdicate: rectas facite semitas eius, vt via regia incedẽtes ꝓximos nostros vt nos, & nosmetipsos vt ꝓximos diligamus. Qui enim semetipsum diligit, & nõ diligit ꝓximum, ad dexterã declinat. Nã multi bene agunt & non bene corrigunt, vt fuit Heli; & qui seipsum odiẽs, ꝓximum diligit, ad sinistrã diuertit. Multi eã corrigunt, sed non bene agunt: vt fuerunt scribæ, & pha. Semitas aũt post viam sequuntur: quia mandata moralia post pœnitentiam explanantur. Theo. Vel via est nouum testamẽtũ, semitæ vero vetus, quasi attritum. Ad viam enim necesse erat præparari scilicet ad nouum testamentũ. Veteris autem testamenti rectas semitas fieri oportebat.

Allegoria pulchra.

Ioannes angelus.

Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remiſionem peccatorum. Et egrediebatur ad eũ omnis Iudæa regio, & Hieroſolymitæ uniuerſi, & baptizabãtur ab illo in Iordanis flumine cõfitentes pcã ſua. Et erat Ioannes ueſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius: & locuſtas & mel ſylueſtre edebat, & prædicabat, dicens: Veniet fortior me poſt me, cuius non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calceamẽtorũ eius. Ego baptizo uos aqua, ille uero baptizabit uos ſpiritu ſancto.

Mystenium deserti.

Hiero. Secundum præmissam Esaię prophetiam via domini à Ioãne paratur, per fidem, baptismum & pœnitentiam: rectæ semitæ fiunt per austera indicia vestis cilicinæ, & zonæ pelliceæ, & cibi locustini, & mellis syluestris, & humilimæ vocis. vnde dicitur: Fuit Ioannes in deserto. Ioannes enim & Iesus quærunt quod in deserto amissum est. vbi vicit diabolus, ibi vincit: vbi cecidit homo, ibi exurgit. Ioãnes aũt gratia dei interpretat: à gratia aũt narratio incipit. Sequit enĩ, baptizans. Per baptismũ enĩ gratia datur, qua peccata gratis dimittunt. Quod aũt cõsummat per spõsum, initiatur per paranymphũ. Vnde catechumeni hoc est instructi, ĩcipiũt per sacerdotẽ, chrismãt per episcopũ, & ad hoc designãdũ subdit: Et prædicãs baptismum pœnitentię &c. Beda. Liquet quia Ioannes baptismum pœnitentiæ non solum prædicauit, verumetiam quibusdam dedit: sed baptismum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorũ in solo baptismo Christi nobis tribuitur. Dicitur ergo, ꝓdicans baptismum pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum, quoniam baptismum quod peccata solueret, quia dare non

poterat,ꝑdicabat:vnde sicut ĩcarnatũ verbũ patris prę currebat verbo ꝑdicatiõis,ita baptismũ pœnitẽtię quo peccata soluũt ꝓcurreret suo baptismate quo peccata solui nõ possunt.Theo.Vel aliter:Baptismꝰ Ioānis etsi nõ haberet peccatorũ remissionẽ:tamẽ hoies ad pœnitẽtiã inducebat. Suũ ergo baptismũ pœnitẽtię prędicabat, sed hęc prędicatio pœnitẽtię ducebat in remissionẽ peccatorũ: quasi qui pœnitẽtes Christũ reciperent, remissionẽ reciperẽt peccatorũ.Hiero. Per Ioannẽ aũt sicut per amicũ sponsi,inducit sponsa ad Christũ,sicut per puerũ Rebecca ad Isaac.vnde sequit:Et egrediebat ad illũ omnis &c.Cõfessio em & pulchritudo in cõspectu eius,scilicet spõsi.Desilit em spõsa de camelo cũ humiliat se.Nunc ecclesia viso viro Isaac,id est Iesu Christo Iordanis aũt descẽsio aliena interpretatur:vbi peccata abluũt.Nos em olim alienati à deo per superbiam, per baptismi symbolum humiliati,erigimur in alta. Beda. Exẽplũ aũt sumitur cõfitẽdi peccata, ac meliorẽ vitam ꝓmittẽdi eis qui baptisma desiderãt,per hoc quod subditur:Cõfitentes peccata sua.Chry.Quia vero Ioānes pœnitentiã prędicabat,pœnitẽtię signa gerebat in vestitu & cibo.vnde sequit:Et erat Ioannes vestitus pilis cameli.Beda.Pilis(inquit)vestitus nõ lana:aliud austeræ vestis indicium est,aliud luxurię est mollioris: zona aũt pellicea qua accinctus fuit vt Elias,mortificationis indiciũ est.Porrò quod sequit:Et locustas & mel sylue stre edebat,habitatori solitudinis cõgruũ est:vt nõ delicias ciborũ, sed necessitatẽ humanæ carnis expleret. Hiero.Vestis aũt Ioānis & cibus & potus totã austerã vitã prędicatiũ significat,& futuras gentes ad gratiam dei,quæ est Ioānes,intus & foris esse cõiungendas.Pilis em cameli diuites gentiũ significãtur,& zona pelli cea pauperes mũdo mortui, & locustis errãtibus,sapiẽ tes huius mũdi:quæ stipulas Iudæis aridas relinquẽtes frumẽta mystica crucibus trahũt, & in calore fidei saltus in altũ dãt:& melle sylueſtri fideles inspirati de inculta sylua saginantur. Theo.Vel aliter:Vestis de pilis camelorũ doloris erat ostẽsiuũ,innuẽte Ioāne ꝙ pœnitentẽ dolere oportet.Dolorẽ em,saccus significat:zona vero pellicea, mortificationẽ Iudaici significat populi. Esca etiã Ioānis nõ solũ abstinẽtiã notat, sed etiam est indicatiuũ intelligibilis escæ, qua tunc populus vescebat,nõ quid altũ intelligẽs,sed tamẽ in alta saliens,ite rũq; se deprimẽs. Talis em locusta in altũ saliens & iterũ cadens. Sic igit & melle quidẽ vescebatur populus, quod erat ex apibus natũ.s. ex ꝓphetis, nõ tamen cultũ,sed sylueſtre.Habebant em scripturas Hebræi,sicut mel quoddã,sed nõ bñ intelligebãt.Greg.31.mor.Vel ipsa ciborũ specie designauit dñm, quẽ præuenit, quia infructuosæ gẽtilitatis dulcedinem sumpsit,mel sylueſtre edit.Quia vero Iudæorum plebẽ in suo corpore in partẽ cõuertit,in cibo locustas accepit, q̃ subito saltus dantes ꝓtinus ad terrã cadunt.Saltus em Iudęi dabãt, cum præcepta dñi se implere ꝓmitterẽt.Sed ad terram cadebãt, cũ per praua opera hoc se audisse denegarent. Habebãt ergo saltũ per vocẽ,& casum per actionẽ.Beda.Potest etiã habitus & victus Ioānis qualitatẽ internæ cõuersationis eius exprimere.Namq; austerioribus vtebãt indumentis,quia vitã peccantium nõ blãdimẽtis fouit,sed vigore asperæ inuectionis increpauit: zonam pelliceam habebat circa lumbos, quia carnem suã crucifixit cum vitiis & cõcupiscentiis.Locustas & mel sylueſtre edebat,quia dulce quiddã sapiebat turbis ꝑdicatio eius,existimãte populo ne ipse esset Christus: sed potius finẽ sortita est intelligẽtibus eius auditoribus, quia nõ ipse Christus,sed ꝑcursor & ꝓpheta esset Christi.In melle etenĩ dulcedo, in locustis est alacer volatꝰ.

Tropologica expositio.

Iudæi ꝙ locustas designati.

vnde sequitur:Et prędicabat,dicens:Venit fortior me post me.Glo.Hoc dicebat ad remouẽdã turbæ opinionẽ,quæ eũ Christũ esse credebat:fortiorẽ aut Christum esse ꝓnũciat qui remissurus erat peccata,quod ipse facere nõ valebat.Hiero.Quis etiam fortior est gratia qua abluunt peccata,quã Ioannes significat?ille qui septies & septuagies dimittit peccata. Gratia quidẽ prior est, sed semel dimittit peccata ꝙ baptismũ:misericordia vero ad miseros ab Adã vsq; ad Christũ per lxxvii. generatiões:& vsq; ad centũ xliiii.milia peruenit.Chry.Ne autẽ æstimaret hoc secundũ cõparationẽ sui ad Christũ dicere, subiũgit:Cuius nõ sum dignus &c. Non est autẽ idẽ soluere corrigiã calceamentorũ eius, quod hic Marcus dicit,& calceamẽta portare,qđ dicit Matthæꝰ. Et quidẽ narrationis ordinẽ ꝑsequẽtes euãgelistæ,nec in aliquo fallẽtes, dicũt vtrũq; Ioannẽ dixisse secundũ alterũ sensum:commentãtes vero circa hoc differenter exposuerũt vnumquodq;. Corrigiã enĩ vocat ligamen calceamentorum.Ad excellentiã igit potestatis Christi & diuinitatis magnitudinẽ extollẽdã hoc dicit:ac si diceret, neq; in ministri ordine deputari sufficiẽs sum. Magnũ enĩ est ĩ his quæ sunt corporis Christi quasi ꝓcumbendo inferius attẽdere,& imaginẽ supernorũ inferius videre & soluere vnũquodq; inexplicabilium, q̃ sunt circa mysteriũ incarnationis.Hiero.Calceamentũ enĩ in extrema parte corporis est.In fine em ad iustitiã est saluator incarnatus.vnde per ꝓphetã dicit,In Idumeã extẽdã calceamẽtum meum. Greg.in ho. Calceamẽta etiã ex mortuis animalibus fiũt.Incarnatus ergo dominus veniẽs quasi calceatus apparuit:qui in diuini tate sua morticina nostræ corruptionis assumpsit. Vel aliter:Mos apud veteres fuit, vt si quis eã quæ sibi cõpeteret accipere vxorẽ nollet,ille ei calceamẽtũ solueret,qui ad hanc spõsus iure ꝓpinquitatis veniret:recte ergo se indignum esse ad soluendam corrigiam calceamenti eius denũciat:ac si aperte dicat, Ego redẽptoris vestigia denudare non valeo : quia sponsi nomen mihi immeritus nõ vsurpo. Theo. Intelligitur vero etiã sic: Omnes qui veniebãt,& à Ioāne baptizabant,per pœnitentiam soluebantur à ligamine peccatorũ, in Christũ credendo. Igitur omniũ aliorũ Ioannes sic soluebat corrigiam, id est vinculũ peccatorũ. Iesu vero non valuit corrigiã soluere,quia non inuenit in eo peccatum. Beda. Sic ergo Ioānes dominum non adhuc manifeste dominum aut dei filium , sed tantum vnum se fortiorẽ prędicat. Non enim rudes adhuc auditores tanti capiebãt archana sacramenti,quòd filius dei ætern⁹ hoie assumpto ex virgine denuo nat⁹ esset in mũdũ,sed paulatim per agnitionẽ glorificatæ humilitatis introducẽdi erant ad finẽ diuinæ æternitatis: quibus tamẽ latenter deũ hunc esse verum declarãs,subdit:Ego baptizo vos in aqua,ille vero baptizabit vos in spũ sancto.Cui enĩ dubium est nullũ posse alium,gratiã spiritus sancti nisi deum dare?Hierony.Quid enim interest inter aquam & spiritũ sanctũ,qui ferebatur super aquas?aqua, mysterium est hoīs:spiritus vero,mysterium dei est.Beda. Baptizamur autem à domino in spiritu sancto,non solum cum in die baptismatis fonte vitæ in remissionem peccatorũ abluimur , verumetiam quotidie per gratiã eiusdem spũs ad agenda quæ deo placent accendimur.

Consensus euangę.

Mos veterrimꝰ.

Et factum est in diebus illis : uenit Iesus *à* Nazaret Galilææ,*& baptizatus est à* Ioanne *in* Iordane. *Et statim ascendens de aqua,uidit cælos apertos, & spiritum sanctum tanquam columbam descendentem,& manentem in ipso. Et uox facta est in cælis:Tu es filius meus dilectus , in te complacui.*

Hier.Marcꝰ euãgelista sicut ceruus ad fontes aquarũ desiderãs,saltus in planis & arduis dat:& velut apis

melliflua flores summatim degustat. vnde à Nazareth veniẽtẽ Iesum enarrauit, dicẽs: Et factũ est ĩ dieb⁹ illis &c.Chry. Alterũ siquidẽ baptisma ordinãs ad Ioannis venit baptisma,qđ respectu sui baptismi ĩcõpletũ erat: à Iudaico vero baptismate alienũ tanq̃ in amborũ medio existẽs,vt per baptismi naturã ostendat,quia nõ in peccati remissionẽ baptizat, aut quasi indigẽs spiritus sancti acceptione:his enĩ ambobus baptisma Ioānis carebat.Baptizatus est autẽ vt notus oĩbus fieret & in eũ crederent,& ad implẽdã omnẽ iustitiã, quæ est obseruatio mandatorũ:mandatũ siquidẽ erat hominibus,baptismũ subire ꝓphetæ. Beda. Baptizatus est, & vt baptismate suo Ioānis baptisma cõprobaret,& vt Iordanis aquam sanctificans per descensionem columbę spiritus sancti in lauacro credentium monstraret aduentum. vnde sequitur : Et statin ascendens de aqua vidit apertos cælos , & spiritum sanctum tanquam colũbam descendentem & manentem in ipso. Aperiũtur autem cæli non reseratione elementorum , sed spiritualibus oculis: quibus Ezechiel in principio voluminis sui eos apertos esse commemorat.hoc autem quòd apertos cęlos post baptisma vidit , nostri vtiq; gratia factum est: quibus per lauacrum regenerationis ianua pãditur regni cælestis.Chry.Vel vt de cælis hominibꝰ sanctificatio tribuatur,ac terrena cęlestibus cõiungant.Spiritus autẽ sanctus super eũ descẽdisse dicit,nõ tanq̃ tunc primũ ad eũ accesserit,nõ enĩ ab eo vnq̃ fuerat derelictus: sed vt ostenderet Christũ qui à Ioanne prædicabatur, tanq̃ digito quodã fidei omnibus demõstratum. Beda. Quòd etiã in baptismũ descẽdere visus est spiritus sanctus,signũ erat cõferẽdæ nobis in baptismo gratiæ spiritualis.Hiero.Hæc est aũt vnctio Christi secundũ carnẽ.ſ.spiritus sanctus,de qua dicitur:Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis.Beda.Bene autẽ in specie colũbæ descẽdit spiritus sanctus, quod multũ simplex est animal,atq; à malitia fellis alienũ:vt figura tẽ nobis ĩsinuaret,quia simplicia corda quærit,nec habitare dignatur in mẽtibus impiis.Hier.In specie etiã colũbæ spũs sanctus descẽdit, quia in cãtico de ecclesia canit:Sponsa mea,amica mea,dilecta mea,colũba mea. Spõsa ĩ patriarchis,amica in ꝓphetis,ꝓxima ĩ Ioseph, & mea dilecta in Ioanne baptista,colũba in Christo & apostolis:quibus dicitur,Estote prudentes sicut serpẽtes,& simplices sicut colũbæ. Beda. Sedit autẽ colũba sup caput Iesu:ne quis putaret vocem patris ad Ioannẽ factã,nõ ad dominũ.Bene autem addidit manentem in ipso:hoc enĩ est Christo speciale,vt implens eum semel spiritus sanctus nunquam recedat. Nã fidelibus eiꝰ adsigna virtutũ,& miracula faciẽda,aliquãdo gratia spiritus cõfertur,aliquando tollit:quibus tamẽ ad operationẽ pietatis & iustitiæ ad amorẽ dei & proximi conseruandũ nunquam gratia spiritus abest. Ipsum autem qui baptizãdus eũ aliis ad Ioannẽ venit , verũ esse filiũ dei in spiritu sancto baptizare volentẽ vox patris docuit.vnde sequit: Et vox facta est de cælis, Tu es filius meus dilectus,in te cõplacui. Nõ aũt per hoc ipse filius quod nesciebat docetur,sed nobis quid credere debeamus,ostendit.Augu.de cõ.euã.Vnde Matthæus ait dictũ esse: filius meus dilectus: quia ostẽdere voluit ad id valere qđ dictum est,Hic est filius meus: vt illis potius quęris:quid horũ in illa voce sonuerit,qđ libet accipiẽdũ , dũmodo intelligas eos qui nõ eandẽ locutionẽ retulerũt eãdẽ retulisse sentẽtiã. Quòd autẽ deus in filio sibi placuisse videatur,admonemur ex eo quod dictum est:in te cõplacui. Beda. Nos quoq; vox eadem docuit per aquã ablutionis & spiritũ sanctificationis dei posse filios effici. mysteriũ etiã trinitatis ĩ baptismate demõstrat:fili⁹ baptizat,spũs descendit in specie colũbæ,patris vox filio testimoniũ perhibẽtis audit.Hiero.Moraliter & nos de volubilitate mundi,odore florũ,munditię tracti cũ adolescentib⁹ post spõsum currimus, & baptismi sacramẽto de duobus fontib⁹ dilectionis dei & proximi gratia remissionis abluimur , & ascendentes spe cælestia secreta mundi cordis oculis intuemur. Dehinc spiritum sanctum spiritu cõtrito & humiliato cũ simplici corde descendentem ad mansuetos,& cum charitate nunquam cadente manentem suscipimus.Et vox domini de cælis ad nos à deo dilectos dirigitur : Beati pacifici , quoniam filii dei vocabuntur. & nunc in nobis complacet pater cum filio & spiritu sancto, scilicet quando efficimur vnus spiritus cum deo.

Expõ moralis.

Exẽplũ Christi.

Cur christus baptizari voluit.

Nota pulcherrimũ ecclesiæ progressum.

Et statim spũs expulit eum in desertum. Et erat in deserto quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctibus: & tẽtabatur à satana:Eratq; cũ bestijs,& angeli ministrabant illi.

Chry. Quia Christꝰ oĩa ad doctrinã nostrã opabat & sustinebat,incœpit post baptismũ ab heremi habitatiõe,& pugnauit cõtra diabolũ,vt vnusquisq; baptizatorũ tẽtatiões maiores patienter sustineat post baptismũ,nec turbet tanq̃ preter spẽ hoc cõtingẽte,sed oĩa sustinens maneat triũphator.Etsi em deus ꝓmittat tẽtatiões fieri multis aliis modis,ob hoc etiã ꝓmittit,vt cognoscas ꝙ homo tẽtatus ĩ maiori honore cõstituit:non em accedit diabolus , nisi vbi aliquẽ in maiori honore viderit constitutũ:& ideo dicitur:Et statim expulit eũ spũs in desertũ.Propter hoc aũt nõ ostẽdit eũ simpliciter eũtẽ in desertũ,sed expulsum, vt hoc intelligas fieri iuxta diuinę disposituiõis verbũ:per quod etiã innuit ne homo seipsum ĩ tẽtationẽ ingerat,sed aliũde in tẽtationem quasi expulsos,victores existerẽ.Beda.Verũ ne cui veniret in dubiũ à quo eũ spiritu expulsum diceret ĩ desertũ,occultẽ Lucas primo posuit ꝙ Iesus plenꝰ spũ sancto regressus est à Iordane,ac deinde intulit , & agebat à spũ in desertũ : ne quid cõtra eũ valuisse spũs putaret immũdus,qui plenꝰ spũ sancto,quo volebat digrediẽs, quę volebat agebat.Chry. Expulit aũt eũ spũs in desertũ,quia em diabolũ ad tẽtandũ ꝓuocare ꝓponebat,nõ solũ fame sed etiã loco occasionẽ dedit. Tunc em maxime diabolus se ingerit,cũ videt aliquos solitarios ꝑmanentes.Beda.Secedit etiã in deserto, vt nos doceat relictis mũdi illecebris & societate prauorũ, diuinis per oĩa seruire mãdatis.Tentatur solus à diabolo,vt nobis insinuet,quia oẽs qui volũt pie viuere ĩ Christo, ꝑsecutiones patiunt.vnde sequit:Et erat in deserto 40.diebꝰ,& 40.noctibꝰ,& tẽtabat à satana. Tẽtatur aũt 40. diebus,& 40.noctibꝰ,vt indicet,quia quãdiu hic viuẽtes dño seruimꝰ,siue prospera blãdiantur,quod ad dies ptinet:seu aduersa fiant,quod noctis figurę cõgruit, to to tẽpore aduersarius assit,qui iter nostrũ tentãdo ĩpedire nõ cessat.40.enĩ dies & noctes totum huius seculi tẽpus insinuat, quia quadripartitus est mundus,in quo dño famulamur,10.vero sunt ꝓcepta, per quorũ obseruantiã cõtra hostẽ certam⁹, decẽ aũt quater ducta,40. fiunt.Sequit:Eratq; cũ bestiis.Chry.Hoc autẽ dicit vt ostẽdat quale erat desertum.Inuiũ em erat hominꝰ,& bestiis plenũ.Sequitur:Et angeli ministrabant ei. Post tentationẽ enim & victoriã contra diabolũ,operatꝰ est hoīm salutem.Et sicut apostolus dicit, angeli in ministerium mittũtur propter eos qui hæreditatẽ capiũt salutis.Notandũq; est ꝙ vincenti tentationẽ assistũt angeli ministrantes.Beda.Considerandũ etiã ꝙ Christus interbestias cõmoratur vt homo,sed ministerio vtitur angelico vt deus.Et nos cum in heremo sanctę cõuersationis bestiales hominũ mores impolluta mẽte tolera-

Universidad de Deusto Biblioteca

mus,ministeriũ angelorum meremur,à quibus corpore absoluti ad æternã beatitudinẽ transferemur. Hier. Vel tunc bestiæ pacatę nobiscũ sunt,sicut in archa animalia munda cum immundis, cum caro non concupiscit aduersus spiritũ:Post hoc angeli ministri mittũtur nobis, vt respõsa & solatia cordibus vigilãtibus dent.

Postquam autem traditus est Ioannes, uenit Iesus in Galilæam, prædicans euangelium regni dei, & dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum dei. Pœnitemini, & credite euangelio.

Chry. Marcus euãgelista Matthæũ in ordine sequit & ideo postquam dixit angelos ministrare, subiungit: Postquã autẽ traditus est Ioãnes, venit Iesus &c. Post tẽtationes & angelos ministrãtes recedit in Galilęam, instruẽs nos nõ resistere violẽtiis malignorũ. Theo.Et vt ostẽdat nobis ꝙ in persecutiõibus decet recedere & non expectare, cum vero inciderimus decet sustinere. Chry. Recessit etiam vt ad doctrinas & sanationes seipsum cõseruaret priusquã pateretur,hisq; omnib⁹ adimpletis fieret obediẽs vsq; ad mortẽ.Beda.Ioanne tradito recte incipit dñs prædicare.vnde sequit: Prædicãs

Dei habere baptismum hic loquitur.

euãgeliũ regni dei.Desinente enĩ lege,consequẽter oritur euãgeliũ.Hier.Cessante vmbra,adest veritas: Ioãnes in carcere,lex in Iudæa:Iesus in Galilæa,Paulus in gẽtibus ꝑdicãs euangeliũ regni.Regno enĩ terreno succedit paupertas,pauꝑtati christianorũ regnũ tribuitur sempiternũ Honor autẽ terrenus spumæ aquæ, vel fumo,seu somno cõparatur.Beda. Nemo autẽ putet traditionẽ Ioannis in carcerẽ statim post tẽtationem 40. dierum & ieiuniũ domini factam. Quisquis enim euãgeliũ Ioannis legerit inueniet dominũ ante traditionẽ Ioãnis multa docuisse,& multa miracula fecisse:habes enim in euãgelio ipsius,Hoc fecit initiũ signorũ Iesus: & postea, Necdum eñ missus erat Ioãnes in carcerem.

Euãgelii Ioannis ratio.

Fertur aũt quia cum legisset Ioãnes Matthæi Marci & Lucæ volumina,ꝓbauerit quidẽ textũ historiæ, & vera eos dixisse firmauerit,sed vnius tantũ anni in quo & passus est post carcerẽ Ioãnis historiã texuisse. Prætermisso itaque anno,cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris tẽporis anteq̃ clauderet Ioãnes in carcere gesta narrauit.cum ergo dixisset Marcus,Quia venit Iesus in Galilæã prædicans euãgeliũ regni:subiungit dicẽs,Quoniã impletũ est tempus,&c. Chry. Siquidem cõpleto tẽpore,quãdo scilicet venit plenitudo tẽporis, misitq;deus filiũ suũ,conueniẽs fuit humanũ genus vltimã consequi dei dispensationẽ.Et ideo dicit quòd appropinquauit regnũ dei.Regnũ autẽ dei idem est secũdũ substantiã cũ regno cælorũ,quanuis differt ratione. Regnum enim dei intelligit quo deus regnat:hoc vero est in regione viuentiũ,quando facie ad faciẽ deũ vidẽtes in bonis ꝓmissis existent.Siue amorẽ quis velit suscipere illã regionẽ, siue aliquã aliam confirmationem eorum qui imaginẽ induunt supernorũ, quæ per cælos intelligunt. Satis eñ apparẽs est quòd regnũ dei neq; loco neq; tẽpore cõcludit.Theo. Vel completũ esse dicit dominus tẽpus legis,quasi diceret:vsq; ad tẽpus pręsens operabatur lex, amodo operabit regnũ dei quod est secundum euangeliũ conuersatio, quæ cõuenienter assimilat regno cælorũ.Cũ eñ vides aliquẽ carne indutũ secundũ euangelium viuere,nũquid non dices quoniã iste habet regnũ cælorũ? quod nõ est esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto.Sequit: Pœnitemini.Hiero.Pœnitentiã enĩ agit qui vult ęterno bono,scilicet regno dei adhærere. Qui eñ desyderat nucleũ,frangit nucẽ. Amaritudinẽ radicis dulcedo pomi compensat. Periculum maris, spes lucri delectat. Dolorẽ medicinæ, spes salutis mitigat. Præconia autẽ Christi illi narrare dignè possunt, qui ad palmã indulgẽtię meruerũt peruenire.& ideo postq̃ dixit,Pœnitemini:subiũxit,Et credite euangelio.Nã nisi credideritis,non intelligetis: pœnitemini igit & credite.i.renũciate operib⁹ mortuis.Quid eñ ꝓdest credere sine bonis operibus?nõ tamẽ bonorũ operũ meritum adducit ad fidem,sed fides incipit vt bona opera consequantur.

Et præteriens secus mare Galilææ, uidit Simonem & Andream fratrem eius mittentes retia in mare(Erant enim piscatores)Et dixit eis Iesus: Venite post me, & faciã uos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum uidit Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem eius, & ipsos componentes retia in naui, & statim uocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercennarijs, secuti sunt eum.

Glo.Posita ꝑdicatione Christi ad turbas, agit euangelista de vocatione discipulorũ, quos fecit suæ ꝑdicationis ministros.vnde sequit: Et præteriẽs secus mare Galilęæ &c.Theo. Sicut Ioãnes euãgelista refert ꝑcursoris erãt discipuli,Petr⁹ & Andreas: videntes vero ꝙ Ioãnes de Iesu testimoniũ dederat,adiũcti sunt ei:post *Nota.* hęc dolẽtes quia Ioannes traditus erat,ad artẽ propriã sunt reuersi.vnde sequit:Mittẽtes retia in mare. Erant enĩ piscatores. Vide aũt eos de laboribus ꝓpriis enutritos,& non ex iniquitate.Tales eñ digni erãt Christi primi discipuli fieri.vnde subdit:Et dixit eis Iesus: Venite post me.nũc secũdo illos vocat.Est eñ hęc secũda vocatio respectu illius quę legit in Ioanne.Ad quid aũt vocent,ostendit cũ subditur:Faciã vos fieri piscatores hoĩm. Remi. Quia per rete sanctæ prædicationis, pisces,id est hoĩes,de profundo pelagi, id est infidelitatis ad lucẽ fidei traxerũt.Admiranda aũt est ista piscatio.Pisces enĩ cũ capiũtur mox moriunt,hoĩes cum capti sunt verbo prædicationis, potius viuificant. Beda. Piscatores aũt & illiterati mittunt ad prędicandũ,vt fides credentiũ in virtute dei, non in eloquẽtia dei atq; in doctrina esse putaret.Sequit:Et ꝓtinus relictis retibus secuti sunt eũ.Theo.Non eñ oportet interuallum facere,sed statim sequi dñm.Post hos vero piscat Iacobũ & Ioannẽ:quia & illi pauperes existentes,tamen senectutẽ nutriebãt paternam. vnde sequit: Et ꝓgressus inde pusillũ,vi.Iaco.Zebedæi.Reliquerũt aũt patrem, quia in sequela Christi,eos erat ĩpeditur⁹.Sic & tu cũ à parẽtib⁹ ĩpedieris,relinq̃ eos & accede ad deũ.Ostẽdit aũt ꝙ Zebedęus nõ credidit.Mater vero apostolorum credidit,quę secuta est Christũ mortuo Zebedęo.Quęri aũt potest qũo binos vocauerit de nauiculis piscatores?Primo Petrũ & Andreã, deĩde ꝓgressus paululũ alios duos filios Zebedæi,cũ Lucas dicat Iacobũ & Ioãnẽ vocatos fuisse ad adiuuãdũ Petrum & Andream,& Christũ Petro tãtũ dixisse:Nolitimere,ex hoc iã hoĩes eris capiens,simul tamẽ subductis ad terrã nauibus eos fuisse secutos. *Consensus euãgelicus.* Vnde ĩtelligẽdũ est hoc primo esse factũ qđ Lucas ĩsinuat,& postmodũ ad capturã pisciũ eos ex more remeasse vt postea fieret quod Marc⁹ hic narrat. Tũc enĩ secuti sunt dñm, non subductis ad terrã nauibus tanq̃ cura redeũdi, sed tanq̃ vocantẽ ac iubentẽ vt sequerent. Hiero. Mysticè autẽ hac quadriga piscatorũ vehimur ad ethera vt Elias. His quatuor angulis construit prima ecclesia.his quatuor literis hebraicis tetragrãmaton nomen domini agnoscit à nobis, quibus simili exemplo ꝑcipitur, vt audiamus vocẽ domini vocantis,& obliuiscamur populũ vitiorum, & domũ paternę cõuersationis,quę est stultitia deo,& rete aranearum, in quo nos velut culices penè lapsos tenebat aer, qui pẽdet in nihili, nauẽ pristinæ conuersationis abominantes:Pellibus eñ mortuis tegit Adam, qui est genitor noster secũdũ carnẽ:& nũc deposito vetere homine cum actibus suis nouũ sequẽtes hominẽ pellibus tegimur Salomonis,quibus spõsam gloriat se esse formosam factã.Simon aũt obediens,Andreas virilis,Iacob⁹ *Pulcherrima adaptatio.* supplãtans,Ioãnes gratia in latino sonãt.Quibus quatuor noĩbus in imaginẽ dei cõuertimur, obedientia vt audiam⁹,virilitate vt pugnemus,supplãtatione vt perseuerem⁹,gratia vt cõseruemur.Quę quatuor virtutes cardinales dicunt.per prudentiã eñ obedimus,per iustitiã viriliter agimus, per tẽperãtiã serpentẽ calcam⁹, per fortitudinẽ gratiã dei meremur.Theo.Sciendũ est etiam hoc,quoniam primo vocatur actio, deinde contemplatio. qui quidem est circa Petrum, actionem significat: qui vero circa Ioannem, contemplationem. Petrus enĩ feruidissimus & magis sollicitus aliis: Ioãnes vero theologus fuit excellentissimus.

Et ingrediũtur Capharnaũ, & statĩ sabbatis ĩgressus ĩ synagogã, docebat eos. Et stupebant super doctrina eius: erat enim docens eos quasi potestatẽ habens, & non sicut scribæ.

Hiero. Marcus dicta euãgelii in seipso disponẽs ordinẽ historiæ nõ secutus,mysteriorũ ordinẽ seruat.vnde sabbatis primã virtutẽ narrat,dicẽs: Et ingrediunt Capharnaũ.Theo.A Nazaret recedẽs.In die aũt sabbati quãdo scribę cõgregabãtur tũc docens synagogã intrauit.vnde sequit : Et statim sabbatis ingressus in synagogã docebat eos. Eteñ lex ad hoc sabbatis festare iubebat,vt lectioni studẽtes cõuenirent in vnũ.Docebat aũt Christus arguẽdo non adulãdo sicut pharisæi. vnde sequit: Et stupebãt super doctrina est. Erat enim docẽs eos quasi potestatẽ habẽs, & nõ sicut scribæ.docebat etiã in potestate trãsmutans hoĩes ad bonum, & per pœnã nõ credẽtibus minabatur.Beda. Scribæ etiã docebãt populos quæ scripta sunt ĩ Moyse & ꝓphetis: Iesus vero quasi deus & dominus ipsius Moysi libertate volũtatis suæ,vel ea quę minus videbantur addebat in lege,vel cõmutãs prædicabat in populo, vt in Matthæo legimus:Dictũ est antiquis, ego autẽ dico vobis.

*Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo: & exclamauit, dicẽs: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti * perdere nos? Scio quòd sis sanct⁹ dei. Et cõminatus est ei Iesus, dicẽs: Obmutesce, & exi de homine. Et discerpens eum spiritus immundus: & exclamãs uoce magna, exijt ab eo. Et mirati sunt omnes: ita ut conquirerẽt inter se, dicẽtes: Quidnam est hoc? Quænã doctrina hæc noua? quia in potestate spiritibus immũdis imperat, & obediunt ei. Et proceßit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ * quoniam inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum contra ipsum.*

**Ante tempus.*

**Nusq̃ legi hac clausulam,quã puto radicit⁹ euertẽdã.*

Beda.Mortis auctorẽ primo debuit medicina salutis operari.& ideo dicitur:Et erat in syna.eorũ &c.Chry. Spirit⁹ quidẽ angelus & aer & anima nũcupant,& etiã spiritus sanctus.Ne igitur ꝓpter cõmunicantiã nominis in errorẽ decidamus,addit, immũdo.immũdus aũt dicitur ꝓpter impietatẽ ac elongationẽ à deo, & quia oĩbus immundis & prauis operationibus se immiscet. Aug. 10.de ciui.dei. Cõtra superbiã porrò dæmonum quantã virtutẽ habeat dei humilitas quę in forma serui apparuit,ipsi dæmones ita sciũt, vt idẽ domino infirmitate carnis induto hoc exprimerẽt. Sequit enim:Et exclamauit, dicẽs: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti &c. Clarũ est in his verbis ꝙ in eis & scientia erat,& charitas nõ erat.Pœnã quippe suã formidabant ab illo,non in illo iustitiã diligebant.Beda. Dæmones enim dñm in terris cernẽtes se cõtinuò iudicãdos cernebant.Chry.Vel hoc ita dicit,quasi diceret,auferens immunditiã diuinãq; imponens cognitionẽ hominum animabus, nobis locum in hoĩbus nõ das. Theo.Exire enim ab homine prædicationẽ suã dicebat dæmonum. immisericordes enim existunt dæmones,malũ aliquid pati se existimãtes cũ hoĩes non molestant.Sequit:Scio quòd sis sanctus dei.Chry. Quasi diceret:Cõsidero aduentũ tuum, non enim firmã ac certã aduentus dei habebat notitiã. Sanctũ autẽ dicit eũ nõ vnũ de plurib⁹, quia & sanct⁹ erat vnusquisq; ꝓphetarũ,sed vnũ eũ esse denũciat.Per articulũ qui in græco ponitur,vnũ ostendit:per timorẽ vero,omniũ dñm recognoscit.Aug.Tãtum enĩ eis innotuit,quantũ voluit: tantũ autẽ voluit, quantũ oportuit.Sed innotuit nõ sicut angelis sanctis, qui eius secũdũ id qđ est verbũ participata æternitate perfruũtur,sed sicut eis terrendis innotescẽdus fuit,ex quo tyrãnica potestate fuerat liberaturus ꝑdestinatos. Innotuit ergo dæmonibus nõ per id ꝙ est vita æterna, sed quædã tẽporalia suæ virtutis effecta, quæ angelicis sensibus ĩ malignorum spirituum potius q̃ infirmitati hoĩm possint esse cõspicua.Chry. Nõ autẽ volebat veritas testimonia spirituũ immũdorum. vnde sequit:Et cõminatus est ei Iesus,dicẽs:&c.Vnde dogma salutiferũ nobis dat, ne credamus dæmonibus quãtũcũq; denũciẽt veritatẽ. Sequit: Et discerpẽs eum spiritus &c. Quia eñ hõ ille tanq̃ sapiẽs loq̃bat, ac discrete verba ꝓferebat,ne putaret ꝙ nõ ex dęmone,sed ex corde verba cõponeret,virũ discerpi permisit à dæmone,vt ostẽderet dæmonẽ esse qui loquebat.Theo.Vt vidẽtes cer- *Concor. euang.* nerẽt à quo malo liberabat hõ, & ꝓpter miraculũ crederẽt.Beda.Potest aũt videri cõtrarium qũo discerpẽs, vel sicut quidã codices habẽt,cõuexãs eũ exiuerit?cum nihil ei nocuerit secundũ Lucã,sed & ipse Lucas dicit, & cũ ꝓiecisset eũ dæmoniũ in medium,exiit ab eo,nihilq; ei nocuit.vnde intelligit hoc dixisse Marcũ:Cõuexans eũ siue discerpẽs, qđ Lucas dicit, Cũ ꝓiecisset eũ in mediũ,& qđ secutus ait:Nihilq; ei nocuit:hoc intelligat quòd illa iactatio mẽbrorũ atq; vexatio non eum debilitauit: sicut solẽt dæmonia exire etiã quibusdam mẽbris amputatis atq; euulsis. Visa autẽ virtute miraculi,nouitatẽ dominicæ admirãtur doctrinæ,atq; ad inquisitionẽ eorũ q̃ audierãt,per ea quæ viderant, excitãtur.Vnde sequit:Et mirati sunt oẽs &c.Ad hoc enĩ fiebãt signa vt ꝑ hoc,euãgelio regni dei qđ ꝑdicabat, certius crederet,dũ hi qui cęlestia terrigenis gaudia ꝓmittebãt,cęlestia in terris ac diuina opera mõstrabãt. Pri⁹ aũt(teste euãgelista) erat docẽs eos quasi potestatẽ habẽs,& nũc turba attestãte in potestate imperat spiritibus immũdis,& obediũt ei.Sequit:Et processit rumor ei⁹ statim &c.Glo.Ea enim quæ hoĩes multũ mirantur prõpte diuulgãt,quia ex abũdantia cordis os loquitur. Hier.Mysticè autẽ Capharnaũ villa cõsolationis inter- *Allegoria pulchra.* pretat,sabbatũ autẽ requies.Homo in spiritu immũdo requie & consolatione sanatur, vt locus & tẽpus congruant saluti: homo in spiritu immũdo genus humanũ est in quo immũditia regnauit ab Adam vsq; ad Moysen.nã sine lege peccauerũt, & sine lege perierũt. Qui sciens sanctum dei obmutescere iubetur, dum scientes quidem deum non sicut deũ glorificauerunt,sed seruierunt potius creaturæ, quàm creatori. Spiritus discerpens hominem exiit ab eo. Appropinquãte salute,appropinquauit tẽtatio. Pharao dimissurus Israel, persequitur Israel, diabolus contemptus surgit in scandala.

Et protinus egredientes de synagoga, uenerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne. Recumbebat autem socrus Simonis febricitans: qui statim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius: & continuo dimisit eam febris: & ministrabat eis.

Beda.Primo debuit lingua serpentina ne vltra virus spargeret concludi,deinde fœmina quæ primo seducta

est à carnalis concupiscentię febre sanari. vnde dicitur: Et protinus egredię. de synagoga venerunt &c. Theo. Recessit enī vt consuetudo erat in sabbato circa vesperā ad edendū in discipulorū domū. Quæ aūt ministrare debebat, febrib⁹ tenebaī. vnde sequitur: Recūbebat autē socrus Simonis febricitās. Chry. Discipuli autem tanquā exinde vtilitatē aliquā recepturi, nō expectātes vespere socrū sanari ꝓcabantur. vnde sequitur: Qui sta tim dicūt ei de illa. Beda. In euāgelio autē Lucę scriptū est ꝙ rogauerūt illū pro ea. Modo enī saluator rogatus vltrò curat ægrotos, ostendēs se cōtra vitiorū quoque passiones & ꝓcibus semper annuere fideliū, & ea nonnunquā quæ ipsi minime intelligunt vel intelligēda da re, vel pie petētib⁹ etiā nō ītellecta dimittere, iuxta id qđ psalmista postulat: Ab occultis meis mūda me dñe. vnde hic rogatus sanat. Sequiī enī: Et accedēs eleuauit eā apprehēsa manu ei⁹. Theo. Per hoc significat ꝙ si ali quis infirmaī à deo curabiī si sanctis ministrauerit ob Christi amorē. Beda. Quòd aūt sabbatis maxime medi cinę doctrinęq; suę dona frequētat, docet se nō sub lege esse, sed supra legē, nec Iudaicū eligere sabbatū sed verū sabbatū, dilectāq; dño esse requiē, si saluti studētes animarū ab opere seruili, id est à cūctis cōtineamus illicitis. Sequitur: Et cōtinuo dimisit eā febris &c. Sanitas quæ domini cōfertur imperio simul tota redit tāto robore comitante, vt eis cōtinuo qui se adiuuāt ministra re sufficiat. Si aūt virū à dæmonio liberatum moraliter animū ab īmunda cogitatione purgatū significare dixerimus, conueniēter fœmina à febribus ad imperium domini curata, carnē ostēdit à cōcupiscentiæ suæ feruo re per cōtinētiæ præcepta frenatā. Hier. Febris enī intēperantiā significat, de qua nos filii synagogę per manū discipling, desyderii eleuatiōe sanamur, & huius qui sanat nos ministramus volūtati. Theo. Febricitat autē qui irascitur: vt ex ira manus effrenatus extendat, sed si ratio retineat manū eius surget, & sic ratio ministrat.

Sabbati dignitas

Vespere autem facto cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes, & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. Et curauit multos qui uexabantur uarijs languoribus: & dæmonia multa eijciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum.

The. Quia turbæ cōsiderabāt neminē licere die sabbatī curare: huius gratia sōlis expectabant occasum, vt curādos ad Iesum adducāt. vnde dicitur: Vespere autē fa. &c. Sequitur: Et cura. multos qui vexabantur variis lāguoribus. Chry. Per hoc autē ꝙ dicit multos: omnes oportet intelligere iuxta scripturę cōsuetudinē. Theo. Vel multos dicit. Erāt enī quidam infideles qui minime curati sunt propter incredulitatem eorum. Multos ergo ex oblatis sanauit, illos scilicet qui fidē habebāt. Sequitur: Et dæmonia multa eiiciebat &c. Augu. de q. no. & ve. te. Sciebant enī dæmonia Christū esse qui per legē fuerat repromissus: oīa enim signa videbāt in eo q̄ dixerāt prophetæ: mysteriū autē diuinitatis eius ignorabant, sicut & principes eorum. Si enim cognouissent nunq̄ dominū maiestatis crucifixissent. Beda. Quē enī dierum xl. ieiunio fatigatū diabolus hominē cognouerat, nec tentando valuit an dei filius esset experiri: iam nunc per signorū potētiā vel intellexit, vel potius suspicatus est esse dei filiū. Non igitur ideo Iudæis eū crucifigere persuasit, quia dei filiū non esse putauit, sed quia se morte illius non puidet esse dānandū. Theo. Ideo autē non sinebāt loqui dæmonia, docēs nos non credere eis etiā si vera dicant. Si enī inuenerint aliquos sibi credentes, veritatibus mēdacia miscebit. Chry. Non est autem contrariū eiquod hic dicitur, hoc quod Lucas dicit, ꝙ exibāt dæmonia à multis clamantia & dicentia, quia tu es Christus filius dei: subiūxit enī, Et increpās non sinebat ea loqui. Marcus enī multa sub breuitate pertrāsiens circa finē pdictorum verborū loquit. Beda. Mysticè autem solis occubitus passionē mortēq; significat illius qui dixit, Quādiu in mūdo sum, lux mundi sum: & sole occidente plures quàm ante dęmoniaci & ægroti sanant: quia qui tēporaliter in carne viuēs paucos Iudęorū docuit, oībus per orbē gētib⁹ fidei salutisque dona transmisit. Hiero. Ianua autē regni moraliter pœnitētia est, cū fide q̄ operatur salutē lāguoribus variis: varia etenī sunt vitia, quib⁹ lāguescit ciuitas mūdi.

Allegoricus sensus.

Et diluculo ualde surgens, egressus abijt in desertum locum, ibique orabat. Et prosecutus est eum Simon & qui cum illo erant. Et cum uenissent ad eum, dixerunt ei, quia oēs quærunt te. Et ait illis, Eamus in proximos uicos & ciuitates, ut & ibi prædicē: ad hoc enim ueni. Et erat prædicās in synagogis eorum in omni Galilæa, & dæmonia eijciens.*

*Inuenissent eum.

Theo. Postq̄ dominus infirmos curauit seorsum recedit. vnde dicitur: Et diluculo valde surgens egressus abiit in desertū locum. In quo docuit nos nō facere aliquid ad apparētiā, sed & si boni aliquid operamur nō ꝓpalare. Sequit: Ibiq; orabat. Chry. Nō quia oratione īdigeret. Ipse enī erat q̄ hominū oratiōes suscipiebat, sed hoc quidē dispēsatiue agens forma bonæ operationis nobis est factus. Theo. Ostendit enim nobis ꝙ deo debet attribui si aliquid boni facimus: & ei debemus dicere, Quoniā omne datū optimū desuper est descendens à te. Sequitur: Et persecutus est illum Simon &c. Chry. Lucas aūt dicit turbas accessisse ad Christum & dixisse, quod Marcus hic dicit dixisse apostolos subdēs, Et cū venissent ad eū, dixerūt ei, quia omnes quærunt te. Non autē inuicem contradicūt. Suscepit enim Christus & post apostolos turbā coniungi Christi pedibus anhelantē, gaudēs autē eos suscipiebat, sed volebat eos dimittere, vt & reliqui doctrinæ eius participes essent, tanq̄ nō multo tēpore in mūdo moraturus. Et ideo sequitur: Et ait, eamus in proximos vicos & ciuitates vt & ibi prædicē. Theo. Transit enim ad illos magis indigentes quia doctrinā concludere nō conuenit in vno loco, sed vbiq; radios eius extendere. Sequitur: Ad hoc enim veni. Chry. In quo manifestat exinanitionis. i. incarnatiōis mysteriū, & diuinitatis suę dominiū: dum. s. asserit sponte se in mundū venisse. Lucas vero dicit, Ad hoc missus sum, denūciās dispēsationem, & dei patris bonā volūtatē de filii incarnatiōe. Sequitur: Et erat prædicans in synagogis &c. Augu. de con. euan. In hac aūt prædicatiōe quam dicit eum habuisse in omni Galilæa, intelligitur etiā sermo domini habitus in mōte, cuius cōmemorationem facit Matthæus, quē Marcus omnino non cōmemorauit, nec aliquid simile ei dixit, nisi quasdam sententias non contextim, sed sparsim repetiuit, quas dominus aliis in locis dixit. Theo. Doctrinæ autē operationē immiscuit, prædicās enim postmodū fugauit dæmonia. Sequitur enim⁹: Et dæmonia eiiciens. Nisi enim ostēderet Christus miracula, eius sermoni nō crederetur, sic & tu post doctrinā operare, vt nō sit in te vacuus tuus sermo: Beda. Mysticè autē si occasu solis mors exprimitur saluatoris, quare non diluculo redeunte resurrectio eius indicet? Cuius manifesta luce abiit in desertum gentium, ibique in suis fidelibus orabat, quia corda eorum per gratiam sancti spiritus ad virtutem orationis excitabat.

Concor. euang.

Mortis & resurrectiōis mysterium.

Et uenit ad eū leprosus deprecās eū, & genu flexo, dixit: Si uis, potes me mūdare. Iesus autē misertus eius, extēdit manū suā: & tāgens eū ait illi, Volo, mundare. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mūdatus est. Et cōminatus est ei, statimq; eiecit illum: & dixit ei: Vide nemini dixeris. sed

uade, ostende te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyses in testimonium illis. At ille*

*Etegressus.

egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem, ita ut iam non posset manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esse. Et conueniebant ad eum undique.*

Beda. Postquam lingua serpentina dæmonū obclusa est: & fœmina, quæ primo seducta est à febre curata, tertio vir qui male suadētis dicta cōiugis audiuit ab erroris sui lepra mūdatur, vt ipse esset ordo restaurationis ī domino, qui erat ordo casus in protoplastis. vnde sequitur: Et venit ad eū leprosus, deprecans eū. Augu. de con. euan. De hoc leproso mūdato talia Marcus cōnectit, vt ipse intelligatur quē Matthæus cōmemorat tunc esse mūdatū, quādo dominus post sermonē de mōte descendit. Beda. Et quia dominus ait: Nō veni solue re legē sed adimplere, ille qui excludebaī à lege purgari se domini potestate præsumēs: non ex lege, sed supra legē esse gratiā ĩdicauit, q̄ leprosi maculā posset abluere: verū sicut in dño potestatis auctoritas, ita in illo fidei constantia declaratur. Sequitur enim: Et ge. fle. di. Dñe si vis &c. In faciē procidit quod humilitatis est & pudoris, vt vnusquisq; de vitæ suæ maculis erubescat, sed cōfessionem verecūdia nō repressit, ostēdit vulnus, & remediū postulauit: & ipsa cōfessio religionis & fidei plena est. In volūtate enim domini tribuit potestatē. Theo. Nō enim dixit si deū deprecatus fueris, sed si vis, quasi ipsum credens deū. Beda. De volūtate autem domini nō quasi pietatis incredul⁹ dubitauit, sed quasi colluuionis suæ cōscius nō præsumpsit. Sequitur: Iesus autē misertus eius extendit manū suam, & tangens eū, ait illi: Volo: mūdare. Non vt plæriq; Latinorū putant intelligendū est & legēdum, Volo mūdare, sed separatim dicat, Volo: deinde imperet, mundare. Chry.

Tactus Christi virtus.

Propter hoc autē leprosum tāgit, & non solo verbo cōtulit sanitatem, quia in lege à Moyse dictū est: Qui leprosum tetigerit, immūdus erit vsq; ad vesperū. vt enī ostendat ꝙ secundū naturā est hæc immūditia: & ꝙ lex nō erat ꝓpter eū posita, sed propter homines puros, & quòd ipse est proprie dominus legis, & quia non sicut seruus infert, sed sicut dominus sanitatē, leprosum tetigit cōgruēter, nō tū existēte necessario tactu ad curationis operationē. Beda. Ideo etiā tetigit vt ꝓbaret quia contaminari nō poterat qui alios liberabat, simúlq; illud mirabile, ꝙ eo sanauit gñre quo fuerat obsecratus. Si vis, inquit leprosus, potes me mūdare. Volo inquit: ecce habes volūtatē, Mūdare: & iam habes pietatis effectum. Chry. Per hoc autē non solū opinionem leprosi non destruxit, sed magis cōfirmauit: verbo enim verbū fugat, & quod leprosus verbo dixerat, hic opere adimpleuit. vnde sequitur: Et cū hoc dixisset statim &c. Beda. Nihil enī medium inter opus dei atq; præceptum, quia in præcepto est opus: dixit enim & facta sunt. Sequitur: Et cōminatus est illi, statimq; &c. Vide nemini dixeris. Chry. Quasi dicat tēpus nondū est mea opera prædicari, tua non indigeo prædicatione. Per hoc autē docet nos ex nostris operibus honorem apud homines pro retributione non quærere. Sequitur: Sed vade, ostē de te principi sacerdotū. Propter hoc autē hunc ad sacerdotē mittit saluator, ad probationem medelę & ne extra templū fieret, sed in oratione cum populo cōputetur. Mittit etiā quæ sunt legis adimplēs, vt Iudæorū linguā maliloquā obturaret. Opus quidē ipse cōpleuit probationē operis illis dimittēs. Beda. Vt. s. intelligeret sacerdos eum non legis ordine, sed gratia dei supra legē esse curatū. Sequitur: Et offer pro emūdatiōe tua, quod ꝓcepit Moyses ī testimoniū illis. Theo. Præcepit quidē munus offerre quod habebāt in cōsuetudine qui mundabanī offerre, tanq̄ in huiusmodi testimoniū, ꝙ nō erat cōtra legē sed magis legē confirmabat, intantū quòd ipse legis oparetur ꝓcepta. Beda. Si quē vero mouet quomodo dñs Iudaicū videī approbare sacrificiū, cū id nō recipiat ecclesia? meminerit ꝙ nondū obtulerat ī passione holocaustū suum. Nō autē oportebat auferri significātia sacrificia priusq̄ illud quod significabatur cōfirmatū esset cōtestatione apostolorum ꝓdicātiū, & fide credentiū populorū. Theo. Leprosus autem, quāuis dominus ꝓhibuerit beneficium, patefecit. vnde sequitur: At ille egressus cœpit ꝓdicare & diffamare sermonem. Oportet enī beneficiatū gratum esse & gratias reddere etiā si benefaciēs nō indigeat. Greg. 19. Moral. Merito aūt quęritur, quid nam sit ꝙ dñs quæ gessit ab scondi iussit, & nec ad horā potuerūt absconditi? Sed no tandū, miraculum faciens taceri iussit, & tamen taceri nō potuit, vt videlicet electi eius exempla doctrinæ illius sequentes in magnis quæ faciūt, latere quidē in voluntate habeāt, sed vt prosint aliis prodātur inuiti. Nō ergo voluit quicq̄ fieri, & minime potuit: sed quid velle eius mēbra debeant, quídve de eis etiam volētibus fiat, doctrinæ magisterio exemplū dedit. Beda. Vnius autē perfecta saluatio multas ad dominū cogit turbas. vnde subditur: Ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitatē, sed foris in desertis locis esset. Chry. Leprosus enī vbiq; prædicabat mirabilē curationē, ita vt omnes currerent ad visum & fidem curātis, vt propter hoc dominus in ciuitatibus euāgelizare nō posset, sed in heremis cōuersaretur. vnde sequitur: Et cōueniebāt ad eū vndiq;. Hiero. Mysticè lepra nostra peccatū primi hominis est, quæ à capite cœpit quando regna mundi desyderauit. Radix enim oīm malorū est cupiditas. vnde Giezi auaritiam secutus lepra suffunditur. Beda. Extēta vero manu saluatoris, hoc est, incarnato dei verbo, humanāq; contingente naturā ab erroris prisci varietate mundatur. Hiero. Quæ quidē lepra vero sacerdoti, secundū ordinē Melchisedech, ostensa oblatione mundaī, eo dicente nobis: Date eleemosynā, & omnia mūda sunt vobis. Quòd autē nō poterat Iesus manifeste in ciuitatē introire &c. significaī ꝙ nō oībus manifestatus est Iesus, qui latis atq; plateis seruiūt laudibus & ꝓpriis volūtatibus, sed his qui foras cum Petro exeunt, & in desertis locis sunt, quæ elegit dñs ad orādū & reficiēdū populū: qui scilicet deserūt delectatiōes mundi, & oīa quæ possident, vt dicāt: Portio mea dñs. Gloria vero domini manifestatur his qui conueniunt vndiq;. i. per plana & ardua, quos nihil potest ꝺparare à charitate Christi. Beda. Post factū etiā in ciuitate miraculū secedit dñs in desertū, vt ostēdat se magis quietam & à seculi curis remotam diligere vitam, atque ob huius appetitū se sanandis curā adhibere corporibus.

Doctria moralis.

Approbatio legis.

CAPVT II.

ET iterum intrauit Capharnaum post dies octo: & auditū est quòd in domo esset, & confestim conuenerunt multi, ita ut nō caperet eos domus, neq; ad ianuā, & loquebatur eis uerbum. Et uenerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. Et cum non possent offerre eum illi præturba, nudauerunt tectum ubi erat: & patefacientes, submiserunt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cum autem uidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Erant autem illic quidam de scribis sedentes: & cogitantes in cordibus suis, Quid hic sic loquitur? Blasphemat. Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus? Quo statim cognito Iesus à spiritu suo quia sic cogitarent intrase, dixit illis: Quid ista cogitatis in cordibus uestris? Quid est facilius dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata: an dice

*Ita vt nō caperent, neque ad ianuam.

re, surge, tolle grabatum tuum & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico), Tibi dico, surge, tolle grabatum tuum, & vade in domū tuā. Et statim surrexit ille: & sublato grabato, abijt inde coram omnibus, ita ut mirarentur omnes, & honorificarēt deū dicentes: Quia nunquam sic uidimus.

Beda. Quia nec carnales superna pietas deserit, quin etiam his gratiā suæ visitationis, per quam & ipsi spiritales effici valeant indulget. post desertū dominus redit in ciuitatē. vnde dicit: Et iterū intrauit Caph. &c.

Concordia euāgeliorū.

Aug. de consen. euan. Matthæus autem hoc miraculum quod sequitur ita scribit tanquā in ciuitate domini factum sit, Marcus autē hoc in Capharnaū, quod difficilius solueret, si Matthęus etiam Nazareth nominaret. Nūc vero cum potuerit ipsa Galilæa dici ciuitas Christi, quia in Galilęa erat Nazareth, quis dubitauerit in ciuitate sua hoc fecisse dominū, cū hoc fecerit in Capharnaū ciuitate Galilęæ? præsertim quia & ipsa Capharnaū ita excellebat in Galilæa, vt tanq̄ metropolis haberet. Vel Matthæus ptermisit, quę gesta sunt postq̄ venit in ciuitatem suā, donec veniret Capharnaum, & sic adiungit de sanato paralytico, subiungens: Et ecce offe. ei para. postq̄ dixerat q̄ venit in ciuitatem suam. Chry. Vel Capharnaū ciuitatē eius dixit Matthęus, eo quod sæpius illuc ibat, ac multa ibidē miracula perpetrabat. Sequitur: Et auditū est quòd in domo esset, &c. Laborē enim accedendi, desyderiū audiēdi superabat. Post hoc paralyticum introducūt: de quo & Matthæus & Lucas dicunt. vnde sequitur: Et venerunt ferētes ad eum paralyticum qui à quatuor portabatur. Inuenientesq; multitudine ianuam obturatā, per eam nō valuerunt aliquatenus introire. Sperantes autem portitores eum qui portabatur curatiōis gratiā posse promereri, lectum cum onere subleuantes nudato tecto intromiserunt cum lecto paralyticū ante faciē saluatoris, & hoc est quod subdit: Et cum non possent offerre eū &c. Sequitur: Cum vidisset aūt Iesus fidem illorū, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Nō quidē dixit fidē paralytici, sed portantiū. Contingit enim aliquādo q̄ aliquis fide alterius cōualescit. Beda. Intuendum

Fides aliena ꝓdest.

sanè quāti propria cuiusq; fides apud deum valeat, vbi tantū valuit aliena, vt totus homo repente interius exteriusq; sanatus exurgeret, aliorū merito aliis relaxarē tur errata. Theo. Ipsius etiā paralytici fidē vidit: etenī ille portari nō sineret, nisi curationis fidē haberet. Beda. Curaturus aūt hoiem à paralysi dns, primo peccatorū vincula dissoluit, vt ostenderet eū ob nexus culparū, artuū dissolutione fuisse dānatū: nec nisi his relaxatis, mēbrorū posse recuperatione sanari. Mira autē humilitas despectū & debilem totisq; mēbrorum dissolutum cōpagibus filiū vocat, quē sacerdotes non dignabantur attingere: aut certè ideo filium, quia dimittūtur ei peccata sua. Sequit: Erant autē illic quidā de scribis sedētes & cogitātes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur? blasphemat. Cyril. Arguūt autē eum blasphemiæ, mortis ꝑcipitantes sententiā: erat enim in lege mandatū q̄ quicūq; blasphemaret in deum, morte puniretur. Hoc autē ei imponebāt, quia sibi attribuebāt diuinam potestatē remittēdi peccara. vnde subdit: Quis potest dimittere pcā, nisi solus deus? Solus enim iudex oīm potestatē habet dimittendi peccata. Beda. Qui per eos quoq; dimittit quibus dimittendi tribuit potestatem. & ideo Christus vere deus esse ꝓbatur, quia dimittere peccata quasi deus potest. Errāt itaq; Iudęi qui cum Christū & deum esse & peccatum dimittere posse credāt, Iesum tamē Christum esse nō credunt. Sed multo

Arriani dānant.

demētius errant Arriani, qui cū Iesum & Christū esse, & peccata posse dimittere euangelii verbis deuicti negare nō audeāt, nihilominus deū negare nō timent. At ipse perfidos saluare desyderās, & occultorū cognitione & virtute operū deum se esse manifestat. Nā sequitur: Quo statim cognito Iesu in spiritu sancto, quia sic cogitarēt intra se dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris? in quo ostendit se deū, qui potest cordis occulta cognoscere, & quodāmodo tacēs loquitur: Eadē maiestate & potētia qua cogitatiōes vras intueor, possum & hoibus delicta dimittere. Theo. Sed quāuis fuerint eorū cogitationes reuelatæ, tamen ꝑmanēt insensibiles, nō in hoc consentiētes q̄ peccata valeat dimittere, qui nouit eorum corda. vnde dns certificat de curatione animæ per curationē corporis, demōstrans ꝑ visibile, inuisibile: per id qđ est facile, difficilius: quāuis ipsi nō ita crederent. Pharisæi enī difficilius credebāt sanare corpus, tanq̄ manifestū: aīam vero curare facilius, quia inuisibilis est medela. ita vt talia cogitarēt: Ecce corpus curare desinit, & inuisibilē curat aīam: magis autē si valuisset, corpꝰ iam curasset, & nō ad inuisibile refugisset. Saluator igit ostēdens quòd vtraq; potest, ait: Quid est facilius? q.d. Ego quidē per corporis medelā, quę secundū veritatē facilior est, difficilior autē vobis videt, ostendā vobis animæ sanitatē, quæ difficilior est. Chry. Et quia dicere q̄ facere facilꝰ est, adhuc manifesta erat contradictio, quia opus nondū erat manifestum. vnde subdit: Vt autē sciatis &c. Quasi d. quoniā de verbo diffiditis, operationē inducam, quod erat inuisibile cōfirmantē. Signāter autē dicit: In terra dimittendi peccata, vt ostēderet q̄ humanæ naturę potestatē diuinitatis vniuit indiuisibili vnione: quia & si factus est homo, tamē dei verbū permāsit: & si per dispensationē in terris cū hominibus cōuersaretur, non tamen prohibebatur miracula perpetrare, ac remissionē tribuere peccatorum: nō enim humanitas diminuit aliquid de ꝓprietatibus diuinitatis, nec diuinitas impediuit dei verbū incōmutabiliter, & veraciter in terris, secūdū carnē fieri filiū hoīs. Theo. Dicit autē: Tolle grabatū tuum, ad maiorē miraculi certitudinē: ostēdēs, quòd nō est secundū fantasiā, simulq; vt ostēderet quòd nō solū curauit, sed & fortitudinē dedit: sic animas nō solū à peccato conuertit, sed eis virtutē tribuit ad operandū mandata. Beda. Fit igit carnale signum, vt probetur spiritale, quanq̄ eiusdē virtutis sit & corporis & animæ vitia dimittere. vnde sequitur: Et statim ille surrexit, & sublato grabato, abiit coram omnibus. Chry. Prius aūt id quod quærere venerat, scilicet animam remittendo, peccata curauit: vt cū non credentes dubitauerunt, tunc opus adducat in mediū: vt verbum opere confirmetur, & per manifestū occultum: animæ scilicet sanitas, per medelā corporis ostendatur. Beda. Datur etiā nobis intelligētia propter peccata pleraſq; euenire corporū debilitates, & idcirco forsitā prius dimittunt peccata: vt causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur. Quinq; enim de causis affligunt hoīes molestiis carnis: aut ꝓpter merita augēda, vt Iob & martyres: aut propter humilitatē conseruādam, vt Paulus ab angelo satanæ: aut ob peccata intelligēda & corrigenda, vt Maria soror Moysi, & hic paralyticus: aut ad gloriā dei, sicut cęcus natus & Lazarus: aut ad initiū damnationis, sicut Herodes. Mirāda est aūt diuinę potētiæ virtus, vbi nulla tēporis interueniēte morula iussu saluatoris salus festina comitat. vnde sequitur: Ita vt admirarentur. Relinquētes maius, scilicet remissionē peccatorum, admirant tantummodo quod apparet, corporis scilicet sanitatē. Theo. Non est autē hic paralyticus qui à Ioanne curatus narratur. Ille enim hoiem nō habebat, hic verò quatuor: ille in probatica piscina curatur, hic vero in domo. Est autē vnus qui à Matthæo & Marco curatus narratur. Mysticè aūt est & nunc Christus in Capharnaū: in domo scilicet consolationis. i. in ecclesia quę est domus paralytici. Beda. Prædicante aūt domino in domo, nō capiunt neq; ad ianuā, quia ꝑdicante in Iudęa Christo, gentiles ad audiēdū nondū intrare valuerūt, ad quos tamē etsi foris positos, doctrinę suę verba per ꝑdicatores direxit. Hiero. Paralysis autē typus est corporis, quo piger iacet in mollitie carnis, habens desyderium salutis. Theo. Si ergo ego dissolutis potentiis animæ quasi paralyticus, inuirtu osus habear ad bonū: & attollar à 4. euangelistis, & ad Christū adducar, audiāq; tūc fili: & relinquunt mihi peccata. filius enim dei fit aliquis propter mandatorū operationē. Beda. Seu quia quatuor sunt virtutes quibus ad promerendā sospitatē homo fiducia mētis erigit: quas nonnulli prudentiā, fortitudinem, temperantiā, & iustitiam nūcupant. Desiderant autē paralyticū Christo offerre, sed turba interposita ab omni parte recluduntur, quia sæpe anima post infirmi corporis desidiam supernæ gratiæ remedio cupiens innouari, prisęq; cōsuetudinis obstaculo retardatur. Sæpe inter ipsas oratiōis secretę dulcedines, & quasi suaue cū domino colloquiū turba cogitationū interueniens aciem mentis ne Christus videatur, impedit. Non itaq; est in infimis vbi turbę cumulant remanendū, sed tectū domus. i. sacræ scripturæ sublimitas est appetenda, lexq; domini meditanda. Theo. Sed quomodo ferar ad Christum, nisi tectum aperiatur? Tectū enim est intellectus qui supponit omnibus his quæ in nobis sunt: hic multum habet terræ quātum ad lateres fictiles, terrenas dico res: sed si hæc subleuetur virtus, intellectus in nobis exoneratur. Post hoc submittatur, id est humilieť. Nō enim decet extolli de hoc quòd intellectus est exoneratus, sed magis humiliari. Beda. Vel patefacto tecto æger submittit, quia reseratis scripturarū mysteriis ad notitiā Christi peruenitur, hoc est ad eius humilitatē fidei pietate descendit. Quòd autē cum grabato deponitur infirmus, significat ab homine adhuc in ista carne cōstituto Christum debere cognosci. De grabato autē surgere, est animā se à carnalibus desyderiis, vbi ægra iacebat, abstrahere. Grabatum tollere, est ipsam quoq; carnē per continentiæ frena correptam, spe cælestiū præmiorū à deliciis segregare terrenis. Sublato autē grabato domum ire, ad paradisum redire est. Vel sanus qui languerat domum reportat grabatū cum anima, remissione accepta peccatorū, cum ipso suo corpore ad internam sui custodiam se refert. Theo. Oportet etiā grabatū, id est corpus tollere ad operationē boni. Tunc enim ad contemplationē pertingere valebim⁹, ita vt quę in nobis sunt cogitationes dicant quoniā nunquā sic vidimus, id est, nūquā sic intelleximus, sicut nunc à paralysi curati, qui enim à peccatis mundatus est mundius videt.

Allegoricus sensus.

Expositio tropologica.

Et egressus est rursus ad mare, omnisq; turba ueniebat ad eum & docebat eos. Et cū præteriret, uidit Leui Alphæi sedentem ad teloneum: & ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est cum accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbebant cū Iesu & discipulis eius. Erant enim multi qui sequebantur eum. Et scribæ & pharisæi uidentes quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dixerunt discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatorib⁹ māducat & bibit magister uester? Hoc audito Iesus ait illis: Nō necesse habēt sani medico, sed qui male habent. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores.

Beda. Postquam dns in Capharnaū docuit, egressus est ad mare, vt nō solum ciuilē vitam hoīm instrueret, verū etiam habitatoribus maris euangeliū regni prædicaret, eósq; fluctiuagos rerū labentiū motus contemnere, ac fidei firmitate superare doceret. Vnde dicitur: Et egressus rursus ad mare, omnisq; turba &c. Theo. Vel post miraculum ad mare egreditur, quasi solitarius volens esse, sed turba concurrit iterū, vt addiscas quòd quantū fugis gloriam, tantum ipsa te persequetur. Et si quidē tu ipsam persequeris, ipsa te fugiet. Inde autem transiens dns vocauit Matth. vnde sequit: Et cum præteriret, vidit Leui Alphæi &c. Chry. Idē autē publicanus à tribus euāgelistis nominatus, scilicet Matthæus à Matthæo, Leui autē simpliciter à Luca, Leui aūt Alphæi à Marco: filius enim erat Alphæi. Binomios autē secundū scripturā & alios est videre, sicut socer Moysi quandoq; Ietro, quādoq; Raguel vocatur. Beda. Sic & idem est Leui qui & Matthæus. Sed Lucas Marcúsque propter verecūdiam & honorē euangelistæ, nomen ponere nolunt vulgatū. Ipse autem Matthæus iuxta illud quod scriptū est: Iustus accusator est sui, Matthæum se & publicanū nominat, vt ostēdat legentibus nullū debere conuersum de salute diffidere, cū ipse de publicano in apostolū sit repente mutatus. Ad teloneū autē. i. ad curam dispensationēq; vectigaliū sedentē, dicit. Telos enim græce, latine vectigal nominatur. The. Sedebat enī in teloneo vt consuetudinis est. aut aliquos impetēs, aut verba vendens, aut aliquid hmōi faciens, quibus in suis māsionibus telonearii vtunt, qui de hoc sta tu sic subleuatus est, vt relinquens oīa Christū sequeretur. vnde sequit: Et ait illi, Sequere me &c. Beda. Sequi autem imitari est, ideoq; vt pauperē Christū non tam gressu q̄ affectu imitari posset, reliquit ꝓpria, qui rapere solebat aliena. Non solū autem lucra reliquit vectigalium, sed & periculū contempsit quod euenire poterat à principibus seculi, quia vectigalium rationes imperfectas atq; incompositas reliquit. Ipse enī dominus, qui hunc exterius humana allocutione vt sequeret, vocauit: intus diuina inspiratione, vt mox vocantem sequeretur, accēdit. Hier. Sic ergo Leui qui appositus interpretat, à teloneo negociorū secularium solum sequitur verbū quod dicit: Qui non renūciauerit omnibus q̄ possidet, non potest meus esse discipulus. Theo. Qui autem prius alios impetebat sic factus est beniuolus, t ad comestionem plurimos conuocaret. vnde sequit: Et factum est cū accūberet Iesus &c. Beda. Publicani autē appellantur hi qui vectigalia publica exigunt, siue qui conductores sunt vectigalium fisci vel rerum publicarum: necnon & hi qui seculi huius lucra per negocia sectantur, eodem vocabulo censentur. Qui viderant publicanū à peccatis ad meliora cōuersum, locū inuenisse pœnitentiæ, & ob id etiā non desperant salutem: neque vero in pristinis vitiis permanentes veniūt ad Iesum: & vt pharisæi & scribę murmurant, sed pœnitentiam agentes, vt sequens euangelistæ sermo designat, dicens: Erant enī multi qui sequebant eū. Ibat enī dns ad conuiuia pctōrum, vt occasionem haberet docendi, & spūales inuitatoribus suis prębęret cibos, qđ in mysteriorum figuris congruit. Qui enī domicilio Christū recepit interno, maximis delectationibus exuberantiū pascit voluptatum. Itaq; dns libenter ingreditur, & in eius qui crediderit recumbit affectu: & hoc est bonorū operum spirituale conuiuiū quo diues populus eget, & pauper epulatur. Theo. Pharisæi autē hoc arguūt, quasi puros se facientes. vnde sequitur: Et scribæ & pha. vid. quia &c. Beda. Si per Matthæi electionem & vocationem publicanorū, fides exprimit gentium, q̄ prius mūdi lucris inhiabant, profecto supercilium scribarum & pharisæorum, Iudæorum inuidiā insinuat, qui de gen-

Expōliteralis.

Publicani qui dicantur.

tium ſalute torquentur. Sequiur: Hoc au.Ie.ait il. Non neceſſe &c. Sugillat ſcribas & phariſæos, qui iuſtos ſe putantes peccatorum conſortia declinabant. Seipſum medicum dicit, qui miro medicandi genere vulneratus eſt, propter iniquitates noſtras: & eius liuore ſanati ſumus. Sanos autem & iuſtos appellat eos, qui ſuam iuſtiam volentes ſtatuere, iuſtitiæ dei ſunt ſubiecti. Porrò male habẽtes & peccatores vocat eos, qui ſuæ fragilitatis conſcientia deuicti, nec per legem ſe iuſtificari poſſe videntes, Chriſti gratiæ pœnitẽdo colla ſubmittũt. vnde ſubditur: Non enim veni &c. Non quidem vt maneant peccatores, ſed vt ad pœnitentiam conuertãtur.

Tropologica expoſitio.

Et erant diſcipuli Ioannis & phariſæorum ieiunantes & ueniunt, & dicunt illi: Quare diſcipuli Ioannis & phariſæorum ieiunant, tui autem diſcipuli non ieiunant? Et ait illi Ieſus: Nunquid poſſunt filij nuptiarum, quãdiu ſponſus cum illis eſt, ieiunare? Quanto tẽpore habent ſecũ ſponſum nõ poſſunt ieiunare. Venient autẽ dies cum auferetur ab eis ſpõſus: & tunc ieiunabũt in illis diebus. Nemo aſſumentũ pãni rudis aſſuit ueſtimẽto ueteri: alioquin aufert ſupplemẽtũ nouũ á ueteri, & maior ſciſſura fit. Et nemo mittit uinũ nouum in utres ueteres, alioquin diſrũpet uinũ utres & uinũ effundetur, & utres peribunt. Sed uinũ nouum in utres nouos mitti debet.

Glo. Sicut ſuperius apud diſcipulos magiſter arguebatur de cõſortio pctõrũ in conuiuiis, ita nunc econuerſo apud magiſtrũ diſcipuli incuſanẽ de ieiuniorũ omiſſione, vt ſic inter eos materia diſſidii oriretur. vnde dicitur: Et erãt di.Io.& pha.ie. Theo. Ioannis enim diſcipuli ĩ imperfecto poſiti in cõſuetudinibus Iudaicis permanebant. Aug. de con.euan. Poteſt autem putari ideo addidiſſe phariſæos, ꝙ ſimul cum diſcipulis Ioãnis hoc qđ ſequit, dño dixerint, cum Matthæus hoc diſcipulos Ioãnis tantum dixiſſe perhibeat: ſed verba q̃ ſequũtur magis indicant alios hoc dixiſſe de aliis. Sequitur enĩ: Et ve.& dicunt illi, Quare &c. Hæc enim verba indicant conuiuas qui aderant veniſſe ad Ieſum, & hoc idẽ diſcipulis dixiſſe, ita vt qđ ait, Veniũt, non de ipſis dixerit, de quib⁹ interpoſuerat, Et erãt di.Io.& pha.ieiu. ſed cũ iſti eſſent ieiunãtes veniunt illi quos hoc mouit. vnde ergo Matthæus dicit, Et acceſſerunt ad eũ diſcipuli Ioannis dicẽtes, niſi quia & apoſtoli aderãt, & oẽs certatim, vt quiſq; poterat, hæc obiecerũt? Chry. Diſcipuli ergo Ioannis & phariſæorũ contra Chriſtũ zelotipè ſe habẽtes, ipſum interrogant, vtrũ ſolus diſcipuis ſuis abſq; abſtinẽtia & labore pugnas ſuperet paſſionum. Beda. Sed Ioãnes & vinũ & ſicerã nõ bibit, quia illi abſtinẽtia meritum auget, cui potentia nulla inerat naturæ. Dominus autẽ cui naturaliter ſuppetebat delicta donare, cur eos declinaret, quos abſtinẽtibus poterat reddere puriores? ſed ieiunauit & Chriſtus, ne pręceptũ declinaret: mãducauit cum peccatoribus, vt gratiam cerneres, agnoſceres poteſtatẽ. Sequitur: Et ait illis Ieſus, Nũquid &c. Aug. Marcus hic filios nuptiarũ appellat, Matthæus autẽ filios ſponſi: filios enĩ nuptiarũ non tantũ ſponſi, ſed etiã ſpõſæ intelligimus. Chry. Spõſum ergo ſeipſum vocat, tanq̃ eccleſiã deſponſaturus. Eſt em̃ deſponſatio datio arræ. ſ. gratiæ ſpũs ſancti, per quã credidit orbis terræ. Theo. Sponſum etiam ſeipſum vocat, nõ ſolũ tanq̃ virginales animas deſpõſantẽ, ſed quia tẽpus primi aduentus eius non eſt doloris neq; triſtitiæ, his qui credũt in eũ, neq; labores continens, ſed requiẽ. Eſt em̃ abſq; operatiõe legali dans requiem per baptiſmũ per quẽ facile ſine labore ſalutem conſequimur. Filii autẽ nuptiarũ ſiue ſpõſi ſunt apoſtoli, quia ipſi dei gratia digni ſunt facti omni bono cæleſti, ac omni delectatione participes. Chry. Cõuerſationem autẽ ſuam omnis anguſtiæ dicit eſſe alienam, cum ſubdit: Quãto tẽpore ha.ſecũ &c. Ille triſtat, qui præſens bonum nõ habet: qui vero in præſenti accipit, gaudet, & non triſtatur. Vt autẽ elationẽ illorum deſtrueret, & oſtẽderet ꝙ non ad laſciuiam ꝓprios diſcipulos conſeruabat, ſubiungit: Venient autẽ dies &c. quaſi dicat, Tempus erit in quo ſuam virilitatem demõſtrent: quãdo enim ſubtrahetur ab eis ſponſus, ieiunabũt eius affectantes aduentũ: vt ſpiritus illi coniungãt per corporales anguſtias emundatos. Oſtẽdit etiã ꝙ nulla neceſſitas eſt vt ſui diſcipuli ieiunent, ſicut & illi qui ſpõ ſum humanæ naturæ, qui vbiq; præſidet verbis dei, & qui tribuit ſemẽ vitę, ſecũ habebant pręſentẽ. Filii etiã ſponſi quia infantes ſunt, nõ poſſunt per totum cõformari patri & ſponſo, qui eorũ infantiã conſiderans, dignatur eos non tunc ieiunare: recedente autem ſponſo ꝓpter deſyderiũ ieiunabunt, ſed cũ perfecti fuerint, & ſponſo coniũgentur in nuptiis, regalẽ ſemper comedẽt cœnã. The. Intelligendũ eſt autem & ſic, quoniã omnis homo qui bene operat, eſt ſponſi filius, & ſponſum ſecũ habet, ſcilicet Chriſtũ, & non ieiunat. i. opera pœnitẽtiæ non oſtendit, quia non peccat: quãdo vero aufertur ſpõſus hoĩe in peccatũ labente, tũc ieiunat & pœnitet, vt curet delictũ. Beda. Myſtico autẽ ſenſu poteſt ſic exponi, ꝙ diſcipuli Ioãnis & phariſæi ieiunant, quia omnis qui de operibus legis ſine fide gloriatur, & qui traditiones ſequit hominũ, & ꝑconium Chriſti aure corporis nõ fide cordis percipit, ſpũalibus abſtinẽs bonis ieiuno corde tabeſcit: qui vero Chriſti membris fideli incorporat amore nõ poteſt ieiunare, quia carne ipſius epulatur & ſanguine. Sequitur: Nemo aſſumentũ panni rudis. i. noui, &c. Chry. q.d. Quia hi noui ꝓdicatores teſtamẽti exiſtũt, legibus eas ſeruire veteribus poſſibile nõ eſt: vos autẽ congrue veteres ſequẽtes cõſuetudines Moſaica ieiunia obſeruatis. Iſti vero nouas ac mirabiles obſeruatiões traduti hominibus, veteres obſeruare nõ eſt neceſſe, ſed eſſe mẽtibus virtuoſos: aliquo vero tẽpore ieiuniũ cũ cæteris virtutibus obſeruabũt. Sed hoc ieiuniũ differt à ieiunio legis: quia illud erat ex neceſſitate, hoc ex volũtate, propter feruorẽ ſpiritus cuius nondũ ſunt capaces. vnde ſequitur: Et nemo mit. vi. &c. Beda. Diſcipulos enĩ veteribus comparat vtribus quos vino. i. ſpũalibus ꝓceptis facilius diſrumpi, q̃ poſſe contineri, dicit. Erunt autẽ vtres noui cum poſt aſcenſum dñi deſyderio cõſolationis eius innouabuntur, & tũc nouum vinũ nouis vtribus aduenĩet, hoc eſt ſpiritus ſancti feruor ſpiritualiũ corda replebit. Docto ri etiam cauẽdũ eſt ne animæ in vetuſtate malitię perduranti, nouorum myſteriorũ ſecreta cõmittat. Theo. Vel aliter: Diſcipuli veterib⁹ veſtimẽtis aſſimilati ſunt ꝓpter eorum mentis infirmitatẽ, quibus non erat congruũ imponere ſtatutum graue ieiunii. Beda. Quòd eſt aliqua particula doctrinę quę ad nouę vitę tẽperãtiã ptinet, q̃ generale docet ieiuniũ ab oĩ lętitiatẽporalium delectationũ: quia ſi hoc fiat, & doctrina ſcindit, & nõ cõuenit vetuſtati. Veſtimento autẽ nouo bona opera q̃ foris aguntur inſinuantur: vino autẽ nouo feruor fidei, ſpei, & charitatis, qua intus reformamur, exprimitur.

Cõparatio Ioannis & Chriſti.

*Et factum eſt iterum cum *ſabbatis ambularet per ſata: & diſcipuli eius cœperunt progredi & uellere ſpicas. Phariſæi autem dicebant ei, Ecce, quid faciunt diſcipuli tui ſabbatis quod non licet? Et ait illis: Nunquam legiſtis quid fecerit Dauid quando neceßitatem habuit, & eſurijt ipſe & qui cum eo erant, quomodo introiuit in domũ dei ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panes propoſitionis manducauit: quos non licebat manducare niſi ſolis ſacerdotibus, & dedit eis & qui cum eo erant? Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum eſt: & non homo propter ſabbatum. Itaque dominus eſt filius hominis, etiam ſabbati.*

*Dominus.

Moralitas pulchra.

Chry. Liberati à figura, & veritate vniti Chriſti diſcipuli, figurale ſabbati feſtum nõ ſeruãt. vnde dicitur: Et factum eſt iterum cum &c. Beda. Legimus & in ſequentibus ꝙ erant qui veniebant & redibant multi: & nec manducandi quidẽ ſpacium habebãt, & ideo quaſi homines eſuriebant. Chry. Eſuriẽtes aũt eſcã ſimplicẽ comedebant, nõ ad voluptatẽ, ſed ꝓpter naturæ neceſſitatem. Phariſæi autem figuræ & vmbrę ſeruientes diſcipulos accuſabant tanq̃ iniuſtè agẽtes. vnde ſequitur: Phariſæi etiam dicebant ei, ecce quid faciũt &c. Aug. de operibus monachorũ: Populo ſiquidẽ Iſrael per legẽ ſcriptam præceptum eſt: vt in agris ſuis ſurẽ nullus teneret, niſi qui ſecũ aliquid vellet auferre. Nã qui nihil aliud attigiſſet q̃ id quod comediſſet, liberũ impunitũq; abire ſinerẽt. vnde etiam ſpicas vellentibus diſcipulis domini de ſabbato potĩ⁹ quàm de furto Iudæi calumniati ſunt. Chry. Dominus autẽ Dauid in mediũ introducit, cui aliquãdo contigit non ſecundũ legẽ comedere, cum ſacerdotalẽ tetigit cibũ, vt illius exemplo accuſationẽ diſcipulorũ ſoluat. Sequitur enim: Et ait illis, nũquàm legiſtis &c. Theo. Fugiens enim Dauid à facie Saul: ad principẽ ſacerdotũ deuenit, & panes propoſitionis comedit, & gladium abſtulit Goliæ: quę domino erant oblata. Quærunt vero aliqui, qualiter nũc euãgeliſta Abiathar principẽ ſacerdotum nominauit, cum liber regũ hunc nominet Abimelech? Beda. Hoc autẽ nihil habet diſſonantiæ: ambo etenim fuerunt illic, cum veniẽs Dauid panes petiit, & accepit: Abimelech videlicet princeps ſacerdotum, & Abiathar filius eius: occiſo autẽ Abimelech à Saule, fugit Abiathar ad Dauid, & comes factus totius exilii eius, poſtea eo regnãte, ſummi ſacerdotii, & ipſe gradum accepit, multoq; maioris excellentiæ filius quàm pater effectus eſt: ideo dignus fuit, cuius memoriam dominus, etiam viuente patre, quaſi ſummi ſacerdotis faceret. Sequit: Et dicebat eis, Sabbatum propter hominẽ &c. Maior enĩ eſt cura ſanitati & vitæ hominis, quàm cuſtodia ſabbati adhibenda. Sic igitur mandatũ eſt ſabbatũ cuſtodiri, vt tamẽ ſi neceſſitas eſſet, reus non eſſet qui ſabbatum violaſſet, ideo ſabbato circuncidi nõ eſt ꝓhibitũ, quia neceſſe erat fieri. Et Machabæi neceſſitate inſtãte, ſabbato pugnabãt. vnde diſcipulis eſuriẽtibus quod licitum nõ erat in lege, neceſſitate famis factum eſt licitũ: ſicut hodie ſi quis æger ieiuniũ corruperit, nulla ratione reus tenẽt. Sequitur: Itaq; dominus &c. q.d. Dauid rex ſacerdotali cibo paſtus excuſabilis eſt, quanto magis filius hoĩs verus rex & ſacerdos, & dñs ſabbati, enulſarũ ſabbato ſpicarũ noxa nõ tenetur? Chry. Dominũ quidem ſabbati & filium hoĩs ſeipſum ꝓprie vocat, quãdoquidẽ dei exiſtens filius, filius hoĩs, propter hoĩes, dignatus eſt dici. Legis autẽ latori, & dño lex nõ dominat: plus enĩ licet regi quàm legibus ſtatuat. Infirmis quidẽ datur lex, nõ perfectis & operãtibus ſupra legem. Beda. Myſticè autẽ diſcipuli per ſata tranſeunt cũ doctores ſancti, quos in fide inſtituerũt curæ pię ſolicitudinis inſpiciunt, quos eſurire nihil melius q̃ ſalutem intelligimus hominũ: vellere autẽ ſpicas eſt hoĩes à terrena intentiõe eruere. Fricare autem manibus, eſt exẽplis virtutũ à carnis cõcupiſcentia, quaſi à quibuſdam folliculis puritatem mentis exuere. Grana manducare eſt mandatũ quodq; à ſordibus vitiorũ per ora prædicantiũ, eccleſiæ mẽbris incorporari. & bene hoc diſcipuli progrdiẽtes ante faciẽ domini feciſſe memorãtur, quia doctoris neceſſe eſt ſermo præcedat, & ſic cor auditoris ſubſequẽs gratia ſupernæ viſitationis illuſtret. Bene ſabbatis, quia & ipſi doctores in ꝓdicãdo pro ſpe futuræ quietis laborãt, & auditores ſuos monent pro æterna requie inſudare laborib⁹. Theo. Vel quia cũ habẽt in paſſionib⁹ requiẽ, tunc aliis ad virtutẽ ductores fiunt euellẽtes terrena. Beda. Itẽ per ſata ambulãt cum dño, qui eloquia ſacra meditari delectant. Eſuriũt, cũ ĩ eis panẽ vitæ inuenire deſyderãt: & hoc in ſabbatis, cũ ſopita mente à turbulẽtis cogitationibus vacare gaudent: vellunt ſpicas & cõtritas purgãt, donec ad eſcam perueniant, cũ teſtimonia ſcripturarũ ad quæ legentes pueniunt meditando aſſumunt, & tãdiu diſcutiũt donec in eis medullã dilectionis inueniant: verũ hic mentium refectio ſtultis diſplicet, ſed à domino approbat.

Tropogia pulchra.

Duo exẽpla in Iudæos.

Neceſſitas ſoluit ſabbatũ.

CAPVT III.

Et introiuit iterum in ſynagogam: & erat ibi homo habens manũ aridam. Et obſeruabant eum ſi ſabbatis curaret: ut accuſarent illum. Et ait homini habenti manum aridã: Surge in medium. Et dicit eis, licet ſabbatis benefacere, an malefacere? animam ſaluam facere, an perdere? At illi tacebant. Et circunſpiciens eos cũ ira, contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi.

Theo. Poſtquam dominus Iudæos qui diſcipulos accuſauerant ꝙ ſpicas ſabbato euellebant, exẽplo Dauid confudit: nunc amplius ipſos ad veritatẽ reducens, miraculũ in ſabbato operat; oſtẽdens quòd ſi operari ſabbato miracula in ſalutem hominum piũ eſt, non eſt malum in ſabbato neceſſaria corporis operari. dicit ergo: Et introiuit iterum in ſynagogã &c. Beda. Quia enim deſtructionem ſabbati quã in diſcipulis arguebãt probabili excuſauerat exẽplo, nunc ipſum obſeruando calumniari volũt: vt ſi ſabbato curet, trãſgreſſionis: ſi nõ curet, crudelitatis aut imbecillitatis arguãt. Sequitur: ait ho. habenti ma. ari. ſurge in medium. Chry. Statuit quidẽ illum in medio vt terrerentur aſpectu, ac viſo eo compatiantur & malitiam deponant. Beda. Et præueniens calumniam Iudæorũ quam ei parauerant, arguit eos, quia legis pręcepta praua tẽtatione violabant. vnde ſequit: Et di. eis: licet ſab. benefacere, an male? Hoc autem quærit, quia æſtimabant in ſabbato etiã à bonis operibus feriandum, cum lex à malis abſtinere iubeat, dicens: Omne opus ſeruile nõ facietis in eo, id eſt, peccatum: quia qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Idẽ aũt eſt quod ꝓmiſerat, benefacere an male: & quod poſtea ſubdit, Animam ſaluã facere an perdere, hoc eſt hominẽ curare an nõ. non ꝙ deus ſummè bonus auctor perditionis nobis eſſe poſſit: ſed quòd eius nõ ſaluare, ſcripturæ cõſuetudine perdere dicit. Si quem vero mouet quare dominus cum corpus eſſet curaturus, de animæ ſaluatione interrogauerit: intelligat vel animã more ſcripturarũ pro homine poſitã, ſicut dicit: Hæ ſunt animæ quæ exierũt de femore Iacob: vel quòd illa miracula ꝓpter animæ ſalutem faciebat: vel quòd ipſa manus ſanatio ſalutẽ animæ ſignificabat. Augu. de con.euan. Sed poteſt mouere quomodo Matthæus dixerit quòd ipſi interrogauerint dñm, ſi licet ſabbato curare? cum Marcus illos potius interrogatos à dño perhibeat, licet ſabbato bene facere, an male? Itaq; intelligendũ eſt quòd illi prius interrogauerũt dominũ, ſi licet ſabbato curare: deinde quòd intelligens cogitationes eorũ aditũ accuſandi quærentiũ, conſtituerit in medio illũ, quẽ fuerat ſanaturus, & interrogauerit quę Marcus & Lucas eum interrogaſſe cõmemorant, ac tunc illis tacentibus propoſuiſſe ſimilitudinẽ de oue, & concluſiſſe ꝙ liceat ſabbatis benefacere. Sequitur: At illi tacebant. Chry. Sciebant em̃ quòd eũ omnino curaret. Sequitur:

Cõcordia euãgeliſtarum.

Et circũſpi.eos cum ira. Quòd eos cum ira circũſpicit, ac triſtatur ſuper cæcitate cordis eorũ, humanitati conuenit, quam pro nobis ſuſcipere dignatus eſt: verbo autẽ miraculum coniungit, vnde ſola voce homo curatur. vnde ſequit: Ex exten. & reſti. eſt ma. illi. per hæc omnia pro diſcipulis reſpondẽs, ſimulq; oſtendens ſuã vitã exiſtere ſupra legẽ. Beda. Myſticè autẽ homo qui manum habebat aridã humanũ genus indicat infœcunditate boni operis arefactũ, ſed domini miſeratione curatũ: cuius dextera quę in primo parẽte, dũ vetitæ arbori poma decerperet, aruerat, per redẽptoris gratiam dum inſontes manus in cruce arboris tẽderet, bonorũ operũ ſuccis eſt reſtituta ſaluti. Et bene in ſynagoga manꝰ erat arida, quia vbi ſciẽtiæ donũ maius eſt, ibi grauius eſt inexcuſabilis noxæ periculũ. Hiero. Vel ſignificant auaros, qui valẽtes dare volunt accipere, ꝓdari & non largiri: quibus dicit vt extẽdant manus ſuas, id eſt qui furabatur iam nõ furetur, magis autẽ laboret operans manu ſua quod bonũ eſt, vt habeat vnde cõmunicet in digẽtibꝰ. Theo. Vel aridã dextrã habet manũ, quiſquis nõ operat quę ſunt dextrę patris: ex quo enĩ manus noſtra cõſtituit ĩ operibꝰ, phibitis, extũc arefcit ĩ opatiõe boni: Iterũ vero reſtaurabit, quãdo in virtute ſtabit. vñ Chriſtꝰ dicit: Surge ſcilicet à peccatis, & ſta in medio, & neq; ad diminutũ neq; ad ſuperabũdãtiã ſe extẽdit.

Exeuntes autem phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo eum perderent. Ieſus autem cum diſcipulis ſuis receſſit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa ſecuta eſt eum, & ab Hieroſolymis, & ab Idumea, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonẽ multitudo magna audientes quæ faciebat, uenerunt ad eum. Et dixit Ieſus diſcipulis ſuis, ut in nauicula ſibi deſeruirent propter turbam, ne comprimerẽt eum. Multos enim ſanabat, ita ut irruerent in eum, ut illum tangerent. Quotquot autẽ habebant plagas, & ſpiritus immundi cum illum uidebant, procidebant ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius dei. Et uehementer comminabatur eis, ne manifeſtarent illum.*

* Vt illũ tãgerent quotquot habebant plagas Et ſpiritus &c.

Beda. Phariſæi reputantes in crimen ꝙ ad verbũ domini ſaluã qui languebat extendit dextrã, de voce ſaluatoris fecerunt conſiliũ. vnde dicitur: Exeũtes autem phariſæi &c. Quaſi non ipſorum quiſq; maiora ſabbatis ageret, cibos portando, porrigendo calicem, & cætera quæ victui ſunt neceſſaria exequendo. Neq; enim ille qui dixit & facta ſunt, ſabbato laboraſſe poterat cõuinci. Theo. Herodiani autẽ dicuntur milites Herodis regis. hæreſis nanq; quædam noua ſurrexerat, quæ Herodem Chriſtũ eſſe dicebat. Prophetia enim Iacob innuebat quòd quando deficerent principes de Iuda, tũc Chriſtus veniret, & quia Herodis tẽpore nullꝰ ſupererat Iudaicorũ principum, ſed ipſe ſolus regnabat alienigena exiſtens, quidam ipſum eſſe Chriſtũ putauerũt, & hæreſim conſtituerunt. Iſti ergo cum phariſæis Chriſtũ interficere conabantur. Beda. Vel Herodianos Herodis Tetrachę miniſtros dicit: qui propter inimicitias quas eorum dominus aduerſus Ioannẽ habebat: etiam ſaluatorem quẽ Ioannes prędicabat, inſidiis perſequebãtur & odiis. Sequitur: Ieſus autẽ cum diſcipulis ſuis receſſit ad mare, quaſi homo fugiens perſequẽtium inſidias, quia neq; adhuc venerat hora paſſionis eius, neque extra Hieruſalẽ fuit locus paſſionis: vbi & exemplũ dedit ſuis, ſi in vna ciuitate perſecutionẽ paterentur, in alterã fugiẽdi. Theoph. Simul etiã ſecedit vt plurimis bene faciat ab ingratis recedẽs, etenim multi ſecuti ſunt eũ & ſanauit eos. Sequit enim: Et multa turba à Galilæa. Tyrii & Sidonii alienigenæ exiſtentes, vtilitatẽ à Chriſto accipiunt, ꝓpinqui vero eius, Iudæi ſcilicet, ipſum perſequebanꝰ: & ſic nulla eſt ꝓpinquitatis vtilitas, niſi ſimilitudo bonitatis exiſtat. Beda. Illi enim videntes opera virtutũ eius & verba doctrinæ audiẽtes, eum perſequebãtur. Iſti autẽ opinione tãtum ducti virtutũ eius, congeſto agmine permaximo veniũt ad audiendũ eũ: opemq; ſaluti flagitandũ. vnde ſequitur: Et dixit diſcipulis ſuis vt ĩ nauicula ſibi &c. Theo. Vide autem occultatam gloriã eius: etenim ne læderet eum turba petit nauiculam, vt intrans in eam cõſeruetur illæſus. Sequit: Quotquot autem habebant plagas &c. Plagas autẽ dicit infirmitates: ipſe nanq; deus nos vulnerat, vt filios pater. Beda. Procidebant ergo vtriq; domino, & qui habebant plagas infirmitatũ corporalium, & qui à ſpiritibus vexabantur immũdis: ſed infirmi ſimplici intẽtione obtinendæ ſalutis, dæmoniaci autẽ vel potius in eis habitantes dæmones vi diuini timoris coacti: non ſolum ad procidendũ ei, verum etiam ad confitendum eius maieſtatẽ compulſi. vnde ſequit: Et clamabant, dicẽtes: Tu es filius dei. vbi miranda eſt Arrianorũ cæcitas, qui poſt reſurrectionis gloriam filiũ dei negãt, quẽ dæmones adhuc mortali carne indutum filium dei profitenꝰ. Sequitur: Et vehemẽ. commi. eis ne ma. eũ. Peccatori enĩ dixit deus: Quare tu enarras iuſtitias meas? Prohibetur ergo dominũ prædicare peccator: ne quis dũ prædicantẽ audit, ſequatur errantẽ. improbus enim magiſter eſt diabolus, qui falſa veris ſæpe permiſcet: vt ſpiritus veritatis teſtimoniũ fraudis obtegat. Cæterũ nõ ſolũ dæmones, ſed & à Chriſto ſanati, & apoſtoli ante paſſionẽ præcipiũtur retiere de illo, ne diuina maieſtate prędicata paſſionis diſpẽſatio differretur. Iuxta allegoriã vero in hoc quòd dominus egreſſus de ſynagoga receſſit ad mare, gentiũ ſaluationẽ præfigurauit, ad quas venire per fidẽ relicta ob perfidiã Iudæa dignatus eſt. Recte enim diuerſis errorũ anfractibus iactatæ nationes inſtabilitati pelagi cõparãtur. Multa autem turba à diuerſis prouinciis ſecuta eſt eũ, quia prædicantibus apoſtolis multas nationes ad ſe venientes benignè ſuſcepit. Nauicula vero domino in mari deſeruiẽs eccleſia eſt de gentibus cõgregata, propter turbam autẽ ne ſe cõprimat nauiculã aſcẽdit, quia turbidas carnaliũ mentes fugiens ad eos qui gloriã ſeculi ſpernunt venire & manſionẽ facere gaudet. Diſtat autẽ inter cõprimere dominũ & tangere. comprimunt enim cũ carnalibus cogitationibus aut factis pacẽ turbant: in qua veritas manet. tangit vero qui per fidẽ & dilectionem eũ ſuſcepit corde. vnde qui eũ tetigerunt ſaluati eſſe perhibentur. Theop. Moraliter autem Herodiani, id eſt, carnales, Chriſtũ interficere volunt. Herodes enim pelliceus interpretatur. Qui vero de patria ſua egrediuntur id eſt à carnali habitudine, hi ſequuntur Chriſtum: & eorum plagæ curantur, id eſt, peccata quæ conſcientiam vulnerant. Ieſus autem in nobis eſt ratio quæ præcipit vt nauicula noſtra, id eſt, corpus ei deſeruiat, ne rationem turbationes opprimant rerum.

Expoſitio allegorica.

Et aſcendens in montem, uocauit ad ſe quos uoluit ipſe: & uenerunt ad eum. Et fecit ut eſſent duodecim cum illo: & ut mitteret eos prædicare, & dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia. Et impoſuit Simoni nomen Petrus, & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi: & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt filius tonitrui, & Andræam, & Philippum & Bartholomæum, & Matthæum & Thomam, & Iacobum Alphei, & Thadæum, Simonem Chananæum, & Iudam Scariotẽ qui & tradidit illũ.

Beda. Poſtq̃ nephandos ſpiritus ſe prædicare prohibuit, elegit ſanctos qui & immundos ſpiritus eiicerẽt, & euangelium prędicarent. vnde dicitur: Et aſcendens

in montẽ &c. Theo. Lucas aũt dicit ꝙ aſcendit ad orãdum. poſt miraculorũ enim oſtenſionẽ orat, docens nos quòd oportet gratias agere cũ cõſequimur aliquid boni, & hoc diuinę virtuti appropriare. Chryſo. Prælatos etiã eccleſiæ inſtruit in orationibus pernoctare antequã ordinationẽ faciãt: vt eorum officiũ nõ fruſtretur. Cum ergo ſecundũ Lucã dies factus eſſet, vocauit quos voluit. Erant enim plures qui eum ſequebantur. Beda. Non enim illorum electionis ac ſtudii: ſed diuinæ erat dignationis & gratiæ, vt in apoſtolatũ vocarenꝰ. Mons etiã ille in quo apoſtolos dominus elegit altitudinẽ deſignat iuſtitiæ, in qua erant inſtituendi, & quã erãt hominibus prædicaturi. Hiero. Vel Chriſtus ſpiritualiter mons eſt, ex quo aquæ viuæ fluunt, lac in paruulorum ſalutẽ præparat, pinguedo ſpiritalis agnoſcit, & quicquid ſummè bonũ creditur in montis iſtius eſt gratia conſtitutũ. In montem ergo vocãtur excelſi meritis & verbis: vt locus congruat meritis altis. Sequit: Et venerunt ad eum &c. Speciẽ enim Iacob dilexit dominus, vt ſint ipſi ſup thronos 12. iudicantes 12. tribus Iſrael, qui etiã trini & quaterni circa tabernaculum domini excubãt, ſancta domini verba humeris operũ portant. Beda. In hoc enim ſacramento quondã filii Iſrael circa tabernaculũ caſtrametabãtur: vt ex omni parte per quadrũ trinæ tribus manerẽt. Ter autem quatuor, duodecim faciunt: & ter quaterni ad prædicãdum ſunt miſſi apoſtoli, vt per vniuerſas quadrati orbis plagas baptizarent gẽtes, in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. Sequitur: Et dedit illis poteſtatẽ &c. Vt ſcilicet promiſſorũ cæleſtiũ magnitudini atteſtaretur magnitudo factorũ, & noua facerent qui noua prædicarent. Theo. Numerat autẽ apoſtolorum nomina: vt propter falſos apoſtolos euitandos ſint noti & veri. & ideo ſequit: Et impo. Simo. no. Petrus. Aug. de con. euan. Nullus autẽ putet nunc accepiſſe Simonẽ nomen, vt Petrus vocaretur, ne ſit contrariũ Ioanni, qui longe ante dictũ eſſe illi commemorat. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus: Marcus autẽ recapitulando hoc cõmemorauit. Cũ enim vellet nomina duodecim apoſtolorũ enumerare, & neceſſe haberet Petrũ dicere: breuiter inſinuare voluit, quòd non hoc antea vocaret, ſed hoc ei dominus nomẽ impoſuerit. Beda. Ideo aũt dominꝰ voluit eũ prius aliter vocari, vt ex ipſa commutatione nominis ſacramentũ commendaretur. idẽ eſt ergo græcè ſiue latinè Petrus, quod Syriacè Cephas, & in vtraq; lingua nomẽ à petra deriuatũ eſt: nec dubium quin illa de qua Paulus ait: Petra aũt erat Chriſtus. Nam ſicut lux vera erat Chriſtus & donauit apoſtolis vt lux mũdi vocentur, ſic & Simoni qui credebat in petrã Chriſtus petræ largitus eſt nomen. Hiero. De obedientia autẽ quã Simon ſignificat, aſcẽditur ad agnitionem quã ſignificat Petrus. Sequitur: & Iacobũ Zebedæi & Io. fra. Ia. Beda. Subaudiẽ à ſuperioribus vocauit ad ſe aſcendens in montem. Remi. Iacobum ſcilicet qui ſupplãtata habet tota deſyderia carnis, & Ioannẽ qui gratia accepit quod alii per laborem tenent. Sequitur: Et impo. eis nomina Boanerges. Chry. Filios quidem Zebedæi ſic nominat propter hoc ꝙ magna & clara diuinitatis edicta debebãt orbi terræ diffundere. Hier. Vel per hoc triũ ſupetur audire tonitruũ patris per nubem de filio tonãtis: Hic eſt filius meus dilectus. vt & ipſi per nubem carnis & ignem verbi quaſi fulgura in pluuiã in terris ſpargerent, quoniã dominus fulgura in pluuiã fecit, vt extinguat miſericordia qđ iudicium vrit. Sequit: Et Andreã, qui viriliter vim facit perditioni, & vt reſponſum mortis in ſe ſemper habeat, & anima eius ſit ſemper in manibus ſuis. Beda. Andreas enim græcum nomẽ eſt, & interpretatur virilis, ab anir quod eſt vir, quia viriliter dño adhæſit. Sequitur: Et Philippũ. Hiero. Qui eſt os lãpadis qui illuminare poteſt ore quod corde cõcepit, cui dedit dñs apertionem oris illuminantis. Scimus hunc modũ locutionis propriũ eſſe diuinarũ ſcripturarũ: quòd Hebræa nomina ad aliquod myſterium ſignificationis ſunt poſita. Sequitur: Et Bartholomæũ qui eſt filius ſuſpendẽtis aquas: illius ſcilicet qui dixit, Et mãdabo nubibus meis ne pluant ſuper eum imbrẽ. Nomẽ vero filii dei per pacẽ & dilectionẽ acquirit inimici. Beati enĩ pacifici, quoniã filii dei ſunt. Et diligite inimicos veſtros, vt filii dei ſitis. Sequit: Et Matthæum qui eſt donatus, cui donatur à dño, vt nõ ſolũ remiſſionem peccatorũ adipiſcatur, ſed numero aſcribatur apoſtolorũ. Et Thomã qui eſt abyſſus: multa enim profunda ſcientes dei numine proferunt, ſequitur: Et Iacobũ Alphæi, id eſt docti vel milleſimi, cujus à latere cadent mille. Hic alter Iacobus eſt, cui colluctatio non eſt aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed aduerſus ſpirituales nequitias. ſequitur: Et Thadæũ: is eſt corculus, id eſt cordis cultor, qui cõſeruat cor ſuum omni cuſtodia. Beda. Thadæus autem ipſe eſt quem Lucas in euãgelio & in actibus apoſtolorũ Iudã Iacobi nominat: erat enim frater Iacobi fratris domini, vt ipſe ĩ epiſtola ſua ſcripſit. ſequitur: Et Simonẽ Chananæũ & Iudã Scariotem qui tradidit illũ. Hæc cũ additamẽto poſuit ad diſtinctionẽ Simonis Petri, & Iudæ Iacobi. Simon autẽ Chananæus dicitur à Chana vico Galilęæ: Iudas autẽ Scariotes, à vico in quo ortus eſt: aut ex tribu Iſachar dicitur. Hieron. Quem inter apoſtolos computat, vt diſcamus quòd deus non repellit aliquem propter futurã malitiam: ſed ꝓpter præſentẽ virtutem dignũ facit habere. Hiero. Simõ autẽ ponens triſtitiã interpretatur. Beati nãq; qui lugent nunc, quoniã ipſi conſolabũtur. Chananæus autẽ, id eſt zelotes dicitur, quẽ zelus domus dei comedit. Iudas autẽ Scariotes eſt qui non delet peccatũ ſuum per pœnitentiã. Iudas enĩ cõfitens vel glorioſus interpretat, Scariotes aũt memoria mortis. Sũt aũt confeſſores multi in eccleſia ſuperbi & glorioſi, vt Simon Magus & Arrius & cæteri hæretici: quorum memoria mortalis ideo in eccleſia celebratur vt euitetur.

Doctrina ſacerdotalis.

Notula bona.

Conſenſus euãgelicus.

Boanerges ratio datur.

Iſcariot cognomen Iudæ.

Et ueniunt in domũ, & conuenit iterum turba, ita ut non poſſent neq; panẽ mãducare. Et cũ audiſſent ſui, exierunt tenere eũ. Dicebãt enim, quoniã in furorẽ uerſus eſt. Et ſcribæ qui ab Hieroſolymis deſcẽderant, dicebãt, quoniã Beelzebub habet. Et quia in principe dæmoniorum eijcit dæmonia.

Beda. Electos in monte apoſtolos dñs ad domũ reducit quaſi eos admonens, vt poſt acceptũ apoſtolatus gradũ ad cõſcientiã ſuam redeant. vnde dicitur: Et veniunt in domũ & conuenit iterum turba ita vt nõ poſſent neq; pa. mãducare. Chry. Ingratæ quidẽ erãt principũ multitudines, quos ſpedit à cognitiõe elatio, grata vero populi multitudo venit ad Ieſum. Beda. Quam beata verò frequẽtia turbę cõfluẽtis, cui tantũ fuit curę ad obtinendã ſalutem, vt auctori ſalutis cũ his qui ſe cum erant, nec veſcendi quidẽ hora libera maneret? ſed quẽ turba frequentat externa, hunc propinquorũ æſtimatio paruipẽdit. ſequitur enĩ, Et cũ audiſſent ſui &c. Quia enĩ altitudinem ſapientiæ quã audiebant capere nõ poterant, quaſi in alieno eũ ſenſu locutũ eſſe credebãt. vnde ſequitur: Dicebãt enĩ quoniã in furorẽ verſus eſt. Theo. Id eſt dæmoniũ habet & furit, & ideo eũ tenere volebãt, vt incarcerarent tanquàm dæmoniacũ. Et quidẽ ſui hoc volebant. i. propinqui forte cõpatriotæ eius vel fratres eius. Stulta autem fuit inſania, quòd tantorũ miraculorũ diuinæ ſapientię factorẽ in furiam

Differẽtia audiẽdi verbi dei.

verti cõcipiũt. Beda. Multũ autem distat inter eos qui verbum dei pro mentis tarditate nõ intelligunt, quales fuerũt de quibus dictũ est, & eos qui hoc qđ intelligũt de industria blasphemãt, de quibus subdit: Et scribẽ qui ab Hierosolymis &c. Quę enim negare nequiuerãt, siniſtra interpretatione puertere laborant, quasi non deitatis opera essent sed immundissimi spiritus. i. Beelzebub qui deus erat Accaron. Nam beel quidem ipse est baal, zebub autẽ musca vocatur: Beelzebub ergo, id est vir muscarũ interpretatur: ob sordes immolati cruoris, ex cuius spurcissimõ ritu, principẽ dæmoniorũ eum nominabant cũ subdũt: Et quia in ptin. dæ. eiicit dęmonia. Hiero. Mystice aũt domus ad quã veniũt, primitiua est ecclesia. Turbæ quę impediũt panẽ manducari, peccata & vitia sunt: quia qui manducat indigne, iudiciũ sibi manducat & bibit. Beda. Scribæ etiã ab Hierosolymis descẽdentes blasphemant. Turba vero ab Hierosolymis veniens secuta est dominũ, & ab aliis regionibus Iudæorũ siue gentiũ: quia sic erat passionis tẽpus futurũ vt turba illũ populi Iudęorũ cũ palmis ac laudibus Hieroso. pduceret, videre gẽtiles desiderarẽt: sed scribę & pharisęi de eius morte tractarent.

Et conuocatis eis in parabolis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanam eijcere? Et si regnum in se diuidatur, nõ potest stare regnum illud. Et si domus super semetipsam dispertiatur, nõ potest domus illa stare. Et si satanas cõsurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & nõ poterit stare, sed finem habet. Nemo potest uasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget: & tunc domum eius diripiet. Amen dico uobis, quoniam omnia dimittentur filijs hominum pctã & blasphemiæ, quibꝰ blasphemauerit. Qui aũt blasphemauerit i spiritũ sanctũ, nõ habebit remissionẽ in æternũ: sed reus erit æterni delicti: quoniã dicebãt, Spiritũ immũdũ habet.

Intestini belli pnicies.

Chry. Posita blasphemia scribarum dominꝰ ostẽdit impossibile fore quod dicebant, suam probationẽ exẽplo cõfirmans. vnde dicit: Et cõuocatis eis in parabolis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanã eiicere? quasi diceret: Regnũ contra se intestino bello diuisum necesse est desolari: quod & in domo & in ciuitate videtur. Quocirca & si satanæ regnũ in seipsum diuisum est, ita ꝙ satanas ab hoĩbus repellat satanã, desolatio regni dæmonũ appropinquauit: regnũ autẽ eorum est in hoc quod homines subditos teneant. Si igitur ab hominibus pelluntur, hoc nõ est aliud quàm regnũ eorũ dissolui. Si autẽ adhuc in hominibus tenent potestatẽ, manifestum est ꝙ regnũ maligni adhuc stat, & non est cõtra seipsum diuisum. Gloss. Et quia iam ostẽdit exẽplo quod dæmon dæmonẽ non expellit, ostẽdit quomodo possit expelli, dicens: Nemo potest &c. Hiero. Exẽplũ tale est: fortis est dęmon: vasa eius sunt hoĩes, in quibus recipitur. Nisi ergo quis prius vincat dæmonẽ & alliget, quomodo vasa eius, id est dæmoniacos, ab eo diripiet? Sic & ego qui diripio vasa eius, id est libero homines à dęmoniaca passione, prius alligo dęmones & supero eos, & inimicus eorũ sum. Quomodo ergo dicitis ꝙ beelzebub habeo, & dęmonũ amicus existens dęmonia eiicio? Beda. Alligauit etiã dominus fortẽ, id est diabolum, hoc est electorũ seductione cõpescuit, & ingressus in domum, id est in mundũ, domum eius & vasa. i. homines diripuit, quia ereptos à diaboli laqueis ecclesiæ suę adunauit. Vel domum eius diripuit, quia oẽs mũdi partes quibus olim hostis dominabat antiquus, apostolis eorũq; successoribus distribuit, vt populos ad viã vitæ cũuerterent. Ostendit autẽ dominus ꝙ grande scelus cõmitterẽt, qui hoc quod dei esse cognouerãt, diaboli esse clamabant, cum subdit: Amen dico vobis, quoniã &c. Omnia quidem peccata & blasphemię nõ passim dimittũtur oĩbus hominibus, sed his qui dignã pro erroribus suis in hac vita pœnitẽtiã egerint: & sic neq; vllũ habet locum, vel Nouatus qui pœnitẽtibus, qui in martyrio lapsi sunt, veniã neget esse tribuendã: vel Origenes qui asserit, post iudiciũ vniuersale trãsactis liii. seculorũ volutationibus cũctos peccatores veniã peccatorũ esse consecuturos: cuiꝰ errorem sequẽtia domini verba redarguunt, cũ subdit: Qui autẽ blasph. in spiritũ sanctũ &c. Chry. Et quidem blasphemiã quæ circa eum erat excusationẽ habere dicit: quia tũc videbatur homo despectus & infimi generis, sed iniuria dei remissionẽ non habet. Blasphemia autẽ in spiritũ sanctũ cõtra deum fit. Est enim spiritus sancti operatio regnum dei, & propter hoc irremissibilẽ dicit esse spiritus sancti blasphemiã. Pro eo autẽ quod hic subdit, Sed erit reus æterni delicti: alius euangelista dicit, Neq; in hoc sęculo neq; in futuro. Per quod intelligitur iudiciũ quod est secundũ legẽ & futurũ. Cum enim lex maledicentẽ deũ occidi iubeat, in hoc legis secũdę excusationem nõ habet: omnis autẽ qui baptizatur, extra hoc seculum fit. Latebat autẽ Iudęos remissio quę fit per baptismum. Qui ergo miracula & dęmonum eiectionem quæ solum sunt propria spiritus sancti dæmoni appropriat, nulla excusatio sibi de blasphemia relinquetur. Sed neq; blasphemia talis, cũ sit contra spiritũ sanctũ, remitti videtur. vnde exponẽs subdit: Quoniam dicebãt, Spiritũ habet immũdum. Theo. Est autẽ intelligẽdum quod veniã non consequẽtur, nisi pœniteant. Cũ vero in carne Christi scandalizantur, etiã si non pœniterẽt, aliquid excusationis habebãt, & remissionis aliquid consequebãtur. Hiero. Vel hoc dicit quia nõ merebitur pœnitentiã agere, vt recipiatur qui Christum intelligens, principem dæmoniorũ esse dicebat. Beda. Neq; tamen hi qui spiritũ sanctũ non esse deũ credunt, irremissibilis blasphemiæ crimine tenẽtur: quia nõ invidentia diabolica, sed humana ignorãtia ducti, hoc faciunt. Aug. de verbis domini. Vel ipsa impœnitẽtia est blasphemia spiritus sancti, quę nõ remittet. Cõtra enĩ spiritũ sanctũ quo peccata dimittũtur, verbũ dicit siue cogitatione, siue lingua, qui sibi cor impœnitẽs thesaurizat. Subiũgit autẽ quoniã dicebãt spiritũ immundũ habet, vt ostẽderet hinc fuisse exortã causam vt hoc diceret, eo ꝙ dicerẽt eũ in beelzebub dæmonẽ expellere, non quia esset blasphemia quæ non remittitur, cum & hęc remittatur si recta pœnitẽtia consequatur: sed hinc causa extitit vt à domino illa sententia proferretur, facta mẽtione spiritus immundi quem aduersus seipsum diuisum dominus ostendit propter spiritum sanctũ: qui etiã quos colligit efficit indiuisos, pctã q̃ aduersus se diuisa sunt dimittẽdo, cui dono remissionis non resistit, nisi qui duritiam cordis impœnitentis habuerit. Nam alio loco dixerunt Iudæi de domino quòd dęmonium haberet: nec tamen ibi aliquid dixit de blasphemia spiritus sancti: quoniam non ita obiecerunt spiritum immundum, vt in se diuisus ex ore eorũ posset ostendi sicut beelzebub, à quo dæmones eiici posse dixerunt.

Et uenerunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum uocantes eum. Et sedebat circa eum turba, & dicunt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et respondens eis, ait: Quæ est mater mea, & fratres mei? Et circunspiciens eos qui in circuitu eius sedebant, ait: Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem dei, hic frater meus, & soror mea, & mater mea est.

Theo. Quia propinqui domini venerant tenere eũ tanq̃ in furiam versum, mater eius amoris cõpassione detẽta venit ad ipm. vñ dicit: Et venerũt mater eius &

Expõ literalis.

fratres, &c. Chry. Ex hoc autem manifestum fit, ꝙ non semper cum eo erant fratres eius & mater: quia vero dilectus erat, ad eum propter reuerẽtiam & affectum veniunt, de foris expectãtes. vnde sequitur: Et sedebat circa eum turba &c. Beda. Fratres domini, nõ filii semper virginis Mariæ iuxta Heluidium, nec filii Ioseph ex alia vxore iuxta quosdam putãdi sunt: sed eius potiꝰ intelligendi sunt esse cognati. Chry. Alter autem euangelista dicit, ꝙ fratres eius nondum credebant in eũ. Cui conuenit quod hic dicitur, ꝙ eum quærebant de foris expectantes, & secũdum eandem intentionem dominus eorũ non sicut propinquorũ meminit. vnde sequit: Et respõdẽs eis, ait: Quæ est mater mea & fratres mei? Hoc autem non dixit matrem & fratres omnino reprobando: sed ostendens quòd super omnem cognationem temporalem oportet propriam animam præhonorare: vnde conuenienter hoc dicitur his qui vocabant ad ꝓpinquorum collocutionem, quasi ad aliquid vtilius q̃ sit doctrina salutis. Beda. Rogatus ergo officio verbi egredi dissimulat, non maternę refutãs obsequium pietatis, sed paternis se mysteriis amplius q̃ maternis debere monstrat affectibus. Nec iniurioſe fratres contemnit, sed opus spirituale carnis cognationi pręferens, religioſiorem cordium copulam docet esse, q̃ corporum. vnde sequitur: Et circun. eos qui in cir. eius se. ait: Ecce mater mea & fratres mei. Chry. In quo dominus ostendit ꝙ oportet eos qui fidei sunt propinqui, prę omnibꝰ consanguineis honorare. Iesu quidem aliquis mater efficitur prædicando: quasi enim parit dominum quẽ cordi audientis infuderit. Hieron. Sciamus autem nos esse fratres eius & sorores, si voluntatem patris eius impleuerimus: vt cohæredes simus eius. vnde sequitur: Qui enim fecerit voluntatem dei, hic fr. &c. Theo. Non ergo negans matrem hoc dixit, sed ostendens ꝙ non solũ est digna honore propter hoc ꝙ genuit Christũ, sed & propter omnẽ aliã virtutẽ. Beda. Mystice aũt mater & frater Iesu, sunt synagoga: ex cuius carne est editus & populus Iudęorũ, qui saluatore intus docẽte, venientes intrare nequeũt, cũ spiritualiter ĩtelligere dicta nequeunt. Præoccupãs autem turba ingreditur, quia differente Iudæa, gentilitas fluxit ad Christum: foris enim stantes volunt dominum videre cognati ipsius: cum Iudæi se ad custodiam literæ foris fixerunt, & Christum potiꝰ ad carnalia docenda cogunt exire, q̃ se ad discenda spiritualia cõsentiunt ingredi. Si ergo foris stãtes nec ipsi agnoscũtur parentes, quemadmodũ nos agnoscemur, si foris stemus? Intus enim est verbum, intus est lumen.

Allegoria pulchra.

CAPVT IIII.

Et iterũ cœpit docere ad mare: & cõgregata est ad eum turba multa, ita ut in nauim ascendẽs sederet in mari, & omnis turba circa mare super terrã erat: & docebat eos i parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua: Audite. Ecce exijt seminans ad seminãdũ. Et dũ seminat, aliud cecidit circa uiã, & uenerũt uolucres cæli, & comederũt illud. Aliud uero cecidit super petrosa, ubi nõ habuit terrã multã, & statim exortũ est, quoniã nõ habebat altitudinẽ terræ, & quãdo exortꝰ est sol, exæstuauit: & eo quòd nõ habebat radicẽ, exaruit. Et aliud cecidit ĩ spinas: & ascẽderũt spinæ, & suffocauerũt illud, & fructũ non dedit. Et aliud cecidit in terrã bonã: & dabat fructũ ascẽdentẽ & crescentẽ, & afferebat unũ tricesimũ, & unũ sexagesimũ, & unum cẽtesimũ. Et dicebat: Qui habet aures audiẽdi, audiat. Et cum esset singularis, interrogauerũt eũ hi qui cũ eo erãt duodecim, parabolã. Et dicebat eis: Vobis datũ est nosse mysteriũ regni dei: illis autẽ qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt: ut uidẽtes uideant, & non uideant: & audientes audiant, & non intelligãt: ne quãdo cõuertãtur, & dimittãtur eis peccãta. Et ait illis: Nescitis parabolã hãc? Et quomodo oẽs parabolas cognoscetis? Qui seminat, uerbũ seminat. Hi autẽ qui sunt circa uiã, ubi seminatur uerbũ: & cũ audierint, confestim uenit satanas & aufert uerbũ quod seminatũ est in cordibus eorũ. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminãtur: qui cũ audierint uerbũ, statim cũ gaudio accipiũt illud, & non habent radicẽ in se. sed tẽporales sunt: deinde orta tribulatiõe uel persecutiõe propter uerbũ, cõfestim scãdalizantur. Et alij sunt qui in spinis seminantur: hi sunt qui uerbũ audiũt, & ærũnæ seculi & deceptio diuitiarũ, & circa reliqua cõcupiscentiæ introeuntes suffocant uerbũ, & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terrã bonã seminati sunt: qui audiũt uerbũ & suscipiũt, & fructificãt, unũ trigesimum, & unum sexagesimum, & unum cẽtesimum.

Honor Iesu ad matrem.

Theo. Licet matrẽ dñs superius negligere videretur, tamẽ reuerebat eã. Cũ propter eã nam q; egredit circa mare. vnde dicit: Et ite. ce. Ie. &c. Beda. Si em euangelium Matthęi inspicimꝰ, paret hãc doctrinã dñus ad mare eadẽ die qua superiorẽ in domo celebratũ esse sermonẽ: terminato em primo sermone cõtinuo subiũxit Matthæꝰ, dicẽs: In illo die exiens de domo, sedebat ad mare. Hic. Cœpit autẽ docere admare, vt locus docẽdi indicet auditores amaros fuisse & instabiles. Beda. Relicta etiam domo cœpit docere ad mare, quia relicta synagoga ad colligẽdã per apostolos populi gẽtilis multitudinẽ venit. vnde sequit: Et cõ. est ad eũ turba &c. Chry. Quod non sine causa factũ oportet intelligi, sed vt post se neminẽ dimitteret, sed oẽs auditores ante faciẽ haberet. Ie. Beda. Prefigurabat aũt hæc nauis ecclesiã in medio nationũ ædificandã, in qua dñs dilectã sibi confecrat mãsionẽ. sequitur: Et do. eos in pa. mul. Hiero. Parabola est rerũ natura discrepãtium sub aliqua similitudine facta cõparatio. Græco enĩ vocabulo dicit similitudo: quãdo illud quod intelligi volumus, per cõparationes aliquas indicamus. Sic enim ferrũ quẽpiam dicimꝰ, quãdo durũ ac fortẽ desideramꝰ intelligi: cũ velocem, ventis aut auibus comparamus. Loquitur aũt turbis in parabolis more prouidentiæ suæ, vt qui cælestia capere nõ poterant, per similitudinẽ terrenã audita percipere possent. Chry. Erigit enim parabolã audientiũ mentẽ, vt manifestiorem sermonẽ faceret res visui ostẽdens. Theo. Et vt attentiores faceret auditores primã parabolam proponit de semine quod est verbum dei. vnde sequitur: Et di. il. in do. sua. Non Moysi, non ꝓphetarũ, quia suũ prædicat euangelium. Audite. Ecce &c. Seminans autem Christus est. Chry. Nõ autẽ loco exiuit, qui prẽsens extitit omnibus & implet, sed habitu & dispẽsatiõe qua nobis factꝰ est propinquior per carnis amictum. Quia enim nõ valebamus ire ad eum peccatis impedientibꝰ iter nostrũ: ipse exiit ad nos. Exiit aũt prędicans pietatis seminare sermonem, quem copioſe loquebatur. Non aũt inculcat sermonẽ eũdem in eo quod dicit: Exiit se. ad semi. Exit enim aliquãdo seminans, aut vt faciat nouale, aut herbas malas euellat, aut aliquid aliud operet. Iste aũt exiit ad seminandũ. Beda. Vel exiit ad seminandum, cum post vocatam ad fidem suam, partẽ synagogæ electam, ad vocationem quoq; gentium gratiæ suæ dona diffudit. Chry. Sicut autẽ seminans non discernit terram subiectam, sed simpliciter & absque discretione semen mittit: sic & ipse omnes alloquitur. Et ad hoc signifieandum subdit: Et dum semi. aliud cecidit circa viam. Theop. Vide quia non dixit, quòd proiecit illud in via, sed quia cecidit: qui enim seminat, quantum in se est, in terram bonã proiicit: sed illa si fit mala, corrũpit verbum. Via aũt Christus est: infideles, aũt sunt circa viam, id est, extra Christũ. Beda. Vel via est mens so-

Parabolanitio. Differ.

Doctria Christi quæ sit.

dulo malarum cogitationū motu trita, ne verbi semen in ea germinare sufficiat. Et ideo quicquid boni seminis vicinia talis viæ cōtigerit, perit, & à dæmonib⁹ rapit. vnde sequit: Et ve. vo. cæ. & co. il. Recte aūt dæmones volucres cæli dicunt, siue quia cælestis spiritualisq; sunt naturę: siue quia in aere habitāt. Vel qui sunt circa viā sunt negligentes & desides. Sequit: Alii vero ce. su. pe. Petrā dicit duritiā proteruę mentis, terrā leuitatem animæ obedientis, solē feruorē persecutionis sęuiētis. Altitudo ergo terrę quæ semen dei debuerat accipere, probitas est animi disciplinis cælestib⁹ exercitati: atq; ad obediēdū diuinis eloquiis regulariter instituti. Petrosa autē loca quæ vim radicis suscipiēdę nō habēt, illa sunt pręcordia quę dulcedine tantū auditi sermonis, ac promissis cęlestibus ad horā delectant, sed in tēpore tētationis recedūt, quia parū est in eis salutaris desyderii quod semē vitæ cōcipiat. Theo. Vel petrosi sunt qui modicū adhærentes petræ, id est, Christo, inquantū ad tēpus verbū recipiūt, postmodū abiiciunt recedentes. Sequit: Et ali. ce. in spi. per quod signant animæ multa curātes. Spinæ em curę sunt. Chry. Vlterius vero ponit terrā bonā, dicens: Et aliud ce. in ter. bo. Secundū enim cōditionē terræ est differentia fructuū. Multa est autem dilectio seminantis ad homines, quoniā & primos commendat, & secundos nō reiicit, & tertiis tribuit locū.

Nota. Theo. vide etiam quomodo mali sunt plurimi, & pauci qui saluant quarta enim pars seminis inuenit saluata. Chry. Nō tamen maior pars seminis occasione amittitur seminātis, sed terræ recipientis, id est, animæ audiētis. & quidē materialis agricola hoc modo seminādo cō grue incusaret. Nō enī ignorat lapidē, aut viā, aut terrā spinosam, terrā pinguē nō fieri. In rationabilibus vero non est sic. Petrā enim possibile est fieri terrā pinguē, & viā non cōculcari, & destrui spinas: quod si fieri nō posset, non ibi seminasset. Per hoc ergo nobis tribuit pœnitētię spē. Sequitur: Et di. qui habet aures audiēdi audiat. Hiero. Quoties hæc admonitio in euangelio, aut in apocalypsi Ioannis interponitur: mysticū hoc quod dicitur, atq; ad audiendū discendūq; insinuatur. Aures enī audiendi, sunt cordis, & sensus interioris aures, obediendi, & faciēdi quæ iussa sunt. Sequitur: Et cum esset singularis interrogauerūt & c. Beda. Quasi diceret vos qui estis digni omnia quæ ad prædicationem sunt congrua edoceri, parabolarū manifestationē addiscetis. Ad istos autem parabolis vsus sum, quia digni nō sunt addiscere propter eorum malitiam. Qui enim legis quam acceperant obedientiam non tenebant, iustum fuit vt noui sermonis participationem non haberent, sed ab vtroq; sunt alieni. Ostēdit enim per discipulorum obedientiam quòd per contrarium indigni facti sunt reliqui mysticæ doctrinę. Postea vero inductiōe vocis propheticæ eorum confundit nequitiam tanquam à longe confutatam. vnde sequitur: Vt vid. vi. & non vi. & audien. &c.

Allegoria pulchra. Quasi dicat vt prophetia impleatur quæ hoc prædicit. Theophila. Deus enim eos fecit videntes, id est, intelligentes bonum. Ipsi vero non vident, voluntariè se fingentes non videre: ne conuertantur & corrigāt se tanquam suæ saluti inuiderent. Sequitur: Nequando con. & di. eis pec. Chryso. Sic ergo vident & non vidēt, audiunt & non intelligunt. Quòd enim vident & audiunt, contingit eis ex gratia dei: sed quòd vident & nō intelligunt, contingit eis quia gratiam recipere nolūt, sed oculos claudunt & fingunt se nō videre, neq; dictis acquiescunt: & sic à peccatis nō mutātur per hoc quòd vident & audiunt, sed contrarium patiūtur. Theo. Vel potest aliter intelligi quòd reliquis loquebatur ī parabolis, vt videntes nō videant, audientes nō intelligant. Deus enim dat visum & intellectū his qui petunt, reliquos aūt obcęcat, ne in maiorem redargutionē sit eis, p cū intelligerēt, noluerūt facere quę oportet. vnde sequit: Nequādo con. & di. eis pec. Aug. de con. euan. Vel hoc intelligūtur peccatis suis meruisse, vt nō intelligerent: & tamē hoc ipsum misericorditer eis factū, vt peccata sua cognoscerēt, & cōuersi veniam merērent. Hic. Illis ergo qui foris sunt in parabolis omnia fiunt & facta scilicet & verba saluatoris, p neq; in his quę operabatur virtutibus, neq; in his quæ prędicabat arcanis eū cognoscere deum valent. Chry. Ideoq; ad remissionem peccatorum atttingere non valent. Quòd autē non loquebatur eis nisi in parabolis, nec omnino loqui desistebat, demonstrat p his qui bono propinqui sunt, etsi in seipsis bonū non habeant, occultum tamen eis ostenditur. Cum autem aliquis cum reuerentia ac recto corde accedit, occultorum reuelationem consequitur abūdanter. Cum autem non sana sentit, nec his quæ multis facilia sunt dign⁹ fiet, nec etiam eorum auditu. Sequitur: Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes para. cognos. Hiero. Oportebat siquidem vt illi quibus in parabolis loquebat, requirerent quod nō intelligerent, & p apostolos quos cōtemptos habebāt, discerent mysteriū regni quod ipsi non habebāt. Glo. Et ideo dominus hęc dicēs, ostēdit oportere eos & hāc primam & omnes consequētes parabolas intelligere, propter quod exponens, subdit: Qui seminat, verbum semi. Chry. Et quidem propheta doctrinam populi plantationi vineę comparauit: hoc verò seminationi: manifestans per hoc quòd breuior est nūc & facilior obedientia, & statim fructū dabit. Beda. In hac autem domini expositione omnes eorū qui audire verba salutis potuerūt si ad salutē peruenire nequeūt distantia cōprehēditur. Sunt nāq; qui verbū quod audiūt nulla fide, nullo intellectu, nulla saltē tentādi vtilitatis occasione percipiunt. de quibus dicit: Hi aūt sunt qui circa viā. Cordibus enim eorū mandatū verbū confestim immundi spiritus quasi viæ tritæ volucres semen eripiunt. Sunt qui auditi verbi & vtilitatē probant & desyderiū gustant, sed ne ad id quod probant pueniāt alios huius vitæ aduersa terrendo, alios prospera blādiendo retardant, de quorū primis dicitur: Et hi sunt similiter qui supra petrosa. De aliis dicit: Et alii sunt qui in spinis. Spinæ autē diuitiæ vocant, quia cogitationū suarū punctionibus mentē lacerāt, & cum vsq; ad peccatū pertrahūt, quasi inflicto vulnere cruentāt. Dicit autē, Et ærumnæ seculi & deceptio diuitiarū. Quęcunq; enim superuacuus diuitiarū decipit appetitus, necesse est mox curarū ærumna continuarum affligat. Addit autem: Et circa reliqua concupiscentiæ: quia qui mandatis dei contemptis circa reliqua concupiscēs aberrat, ad gaudium beatitudinis non potest attingere. Suffocant autē huiusmodi cōcupiscentię verbum, quia bonū desyderium ad cor intrare non sinunt: quasi additum flatus vitalis necant.

Gētiliū infortunium. Excipiuntur autē ab his hominum differētiis gentiles qui nec audire verba vitæ merētur. Theo. Eorum vero qui semen suscipiūt conuenienter rursus tres sunt gradus. vnde sequitur: Et hi sunt qui super terram bonam semi. Qui in centum fructificant, sunt qui perfectam & obedientē habent vitam, vt virgines & heremitæ. Qui autē in 60. qui mediocriter se habent vt cōtinentes, & qui in cœnobio sunt. Qui autē 30. qui parui quidē sunt secūdū propriā virtutē fructū ferentes, vt laici & qui in coniugio sunt. Beda. Vel 30. fructificat cum aliquis fidē sanctæ trinitatis electorum cordibus insinuat, 60. cum perfectionē docet bonę operationis, centū cum cęlestis regni præmia demonstrat. Centum nanq; computando

in dextrā trāsferunt. vnde recte in significatione ponūtur perpetuæ beatitudinis. Terra aūt bona est electorū cōscietia, quæ omnibus prædictis tribus terriscōtraria facit: quia & cōmendatū sibi semen verbi libēter excipit, & exceptū inter aduersa & pspera cōstanter ad fructus vsq; tēpora cōseruat. Hic. Vel fruct⁹ terrę in 30. & 60. & 100. cōtinet, hoc est, lege & pphetia & euāgelio.

*Et dicebat illis: Nūquid uenit lucerna ut sub modio ponatur, aut sub lecto? Nōne ut super cādelabrū ponatur? Nō est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factū est occultū, quod nō ueniat in palā. Si quis habet aures audiē di, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. * Qui enim habet, dabitur illi: & qui nō habet, etiam quod habet auferetur ab eo.*

Et adiicietur vobis. Chry. Post interrogationē discipulorū de parabola ac explanationē, bene subiūgit: Et dicebat ills: Nūquid venit lucerna &c. quasi dicat propter hoc parabola dicta est, nō vt immanifesta maneat aut occulta, tanquam sub modio aut sub lecto, sed vt dignis manifestet. Lucerna in nobis est intellectualis natura, quæ secūdū pportionē illuminatiōis aut clare apparet, aut obscure. Si enim meditationes quæ nutriunt lumē, ac recordationes in quibus lucerna talis accenditur negligantur, mox extinguit. Hiero. Vel lucerna verbū est de tribus seminibus. Modius aut lectus auditus est inobediētiū. Cādelabrū, apostoli sunt quos illuminauit verbū dei. vnde sequit: Nō est em aliquid absco. Absconditū & occultū, parabola seminis est. In palā vero venit, dū à dño tractat. Beda. Vel hic dns discipulos monet lucidos esse secūdū vitā & cōuersationē. q.d. Sicut lucerna ad lucēdū ponit, sic ad vitā vestrā omnes respiciēt. Itaq; stude te bonā vitam habere: nō in angulis sedeatis, sed lucerna estote. Lucerna em non sub lecto, sed supra candelabrū posita lucet. Quā quidē lucernā necesse est ponere supra candelabrū. i. in altitudinē cōuersationis quæ secundū deū est, vt aliis lucere valeat: non sub modio, id est circa gulā, neq; sub lecto. i. ocio. Nemo enī qui escis studet & requiē diligit, potest esse lucerna oībus lucēs.

Moralitas pulchra. Theo. Vel quia tēpus vitæ nostræ sub certa diuinæ prouisionis mensura cōtinet, recte modio comparat. Lectus vero animę, corp⁹ est: in quo tēporaliter habitās quiescit. Qui ergo amore vitæ tēporalis & illecebrarū carnaliū occultat verbū dei, modio vel lecto lucernā operit. Supra candelabrum autē ponit lucernā, qui corpus suū ministerio verbi dei subiicit. vnde his typicè figurā docet prædicandi. vnde sequit: Non em aliquid est absconditū qđ non reueleť, neq; factū est occultū, qđ non in palā veniat. q.d. nolite erubescere euāgeliū, sed inter tenebras persecutorū lumē verbi dei supra corporis vestri candelabrū leuate, fixa mente retinentes illū diem quo illuminabit deus abscondita tenebrarū. tunc enim & vos laus, & aduersarios pœna manet æterna. Chry. Vel aliter: Non est aliquid absconditum, quasi dicat: Si vos cum diligētia vitam duxeritis, accusationes lucernā vestrā non poterunt obumbrare. Theo. Vnusquisq; enim nostrum seu bonum aliquid seu malum in prætierito fecerit, manifestatur in præsenti, & multo magis in futuro. Quid em est deo occultius, sed tamē ipse manifestatus est in carne. Sequitur: Si quis habet aures audiendi audiat. Beda. Id est si quis habet sensum intelligendi verbum dei, non se subtrahat, non auditū ad fabulas conuertat, sed his quę veritas dixit accommodet aurē scrutādi, manus implēdi, linguā prædicādi. Sequitur: Et dicebat illis, Videte quid audiatis. Theo. Vt scilicet nihil eorum quæ vobis à me dicūtur subterfugiatis. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. i. quantālibet mensurā intentionis introducetis, tantam recipietis vtilitatē. Beda. Vel aliter: Si solerter oīa quæ valetis bona facere ac proximis intimare studueritis, aderit diuina pietas quę vobis & ī præsenti sensum altiora capiēdi, ac potiora gerēdi affectū cōferet, & in futuro æternā retributionem adiiciet. Et ideo subdit: Et adiicietur vobis. Hiero. Vel aliter: Secūdū mensurā fidei vnicuiq; diuidit intelligētia mysteriorū, & scientię etiā adiicient virtutes. Sequit: Qui em habet, dabitur ei. i. qui fidē habet, habebit virtutē: & qui habet opus verbi, habebit & intelligētiam mysterii. Et qui nō habet ecōtra fidē, deficit virtute: & qui nō habet opus verbi, ei⁹ intelligētia caret: & qui nō intelligit, iā auditū perdidit. Chry. Vel aliter: Qui habet scilicet affectū & vōlūtatē audiēdi & petēdi, dabit ei. Qui vero non habet diuini auditus desyderiū, & qđ contingit habere scriptæ legis, auferetur ab eo. Beda. Nonnunq; enim lector ingeniosus negligēdo se, priuat se sapiētia, quā tardus ingenio, studiosius elaborando degustat. Chry. Potest aūt ideo dici qđ nō habet, quia veritatē non habet: dicit autē quod habet propter hoc p mēdaciū habet: putat enī aliquid se habere, qui mēdacis intellect⁹ existit.

Mensura fidei.

*Et dicebat: Sic est regnum dei, quemadmodum si homo iaciat * semen in terram, & dormiat & exurgat nocte & die, & semen germinet, & increscat dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cum ex se produxerit fructus: statim mittit falcem quoniam adest messis.*

Semētē.

Chry. Posuit suprà parabolā de tribus seminibus diuersimode perditis, & vno saluato: cuius secundū proportionē fidei & operationis, tres differētias ostendit: hic vero parabolā ponit solū de saluatis. vnde dicit: Et di. Sic est re. dei quem. &c. Hiero. Regnum dei ecclesia est, quæ regitur à deo, & ipsa regit hoīes, & contrarias virtutes & vitia calcat. Chry. Vel regnū dei dicit fidē, quę est in ipsum, ac dispēsationē humanitatis: quod qui dē regnum est sicut si iaciat homo. Ipse em existēs deus & dei filius homo incōmutabiliter factus, p nobis, terrā seminauit. i. totū mundū verbo diuinæ cognitionis illuminauit. Hiero. Semē em verbū vitæ est, terra corda humana, & dormitio hoīs mors est saluatoris. Exurgit semē nocte ac die, quia post somnū Christi numer⁹ credētiū per aduersa & prospera, magis magisq; germinauit in fide, & creuit in opere. Chry. Vel exurgit ipse Christus qui sedebat expectans per lōganimitatem p recipientes semen fructificarent. Surgit autē, id est beniuolentiæ suæ verbo ad fructificationem nos erigens per arma iustitiæ à dextris, quibus significatur dies: & à sinistris, quibus significatur nox persecutionum: per hæc enim semen germinat nec aresci. Theop. Vel aliter: Christus dormit. i. ascendit in cælum, vbi licet dormire videatur: surgit tamen nocte cum per tentationes nos erigit in suā cognitionē: die vero, cū propter orationes nostram disponit salutem. Hiero. Quòd autem dicit, Dum nescit ille: tropica est locutio. i. nescire nos faciat, quis fructus vsq; in finem afferat. Chry. Vel dicit: Nescit ille: vt ostendat liberā voluntatē eorum qui verbū suscipiunt: volūtati enī nostræ committit opus, & non totū ipse solus operatur, ne bonū inuoluntariū videatur. vnde subdit: Vltrò em terra fructificat. i. non necessitate coacta contra propriā voluntatē, sed voluntate adducitur ad fructificandum. Primū herbā. Hiero. id est, timorē. Initiū enim sapientię timor domini. Deinde spicam. i. pœnitentiam lachrymosam. Deinde plenum fru. in spi. i. charitatē: plenitudo enim legis est charitas. Chry. Vel primo herbam fructificat in lege naturæ, paulatim ad profectum crescens. postmodum perducit spicas in manipulum colligēdas, & in altari domi-

Allegoria pulchra.

no offerendas,in lege.ſ.Moyſi, poſtea plenũ fructum in euangelio: vel quia non ſolũ oportet nos frondeſcere p obedientiam,ſed eſſe prudẽtes, & quaſi arũdinis ſpicas erectos perſiſtere,de vẽtis agitantibus nõ curantes.Oportet nos etiã animã curare per aſſiduitatẽ memoriæ, vt tanq̃ ſpicas fructũ geſtemus.i.operationẽ virtutis cõpletam demõſtremus.Theo.Herbã enim germinamus cũ principiũ boni oſtendimus:deinde ſpicã, cũ reſiſtere in tentationibus poſſumus:deinde fructum,cũ perfectũ quis operatur.Sequitur:Et cũ ex ſe produxerit fructus, ſtatim &c.Hiero. Falx eſt mors vel iudiciũ, quod ſecat omnia,meſſis eſt conſummatio ſeculi.Greg.Vel aliter: Semen homo iactat in terrã,cũ cordi ſuo bonã intẽtionem inſerit.Dormit autem,qui iam in ſpe boni operis quieſcit . Nocte vero exurgit ac die: quia inter aduerſa & proſpera proficit, dũ ille neſcit qui adhuc metiri incrementa ſua non valet,& tamẽ concepta virtus ad ꝓfectum ducit. Cum igitur deſyderia bona concipimus, ſemẽ in terrã mittim⁹:cũ rectẽ operari incipim⁹, herba ſumus:cũ ad perfectum boni operis creſcimus,ad ſpicã peruenimus: cũ in eiuſdẽ operationis perfectione ſolidamur,iam plenum frumentum in ſpica proferimus.

Intellectus moralis.

Et dicebat:Cui aſſimilabimus regnum dei,aut cui parabolæ comparabimus illud:Sicut granũ ſinapis,quod cũ ſeminatum fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus quæ ſunt in terra:& cum natum fuerit,aſcendit in arborem,& fit maius omnibus oleribus: & facit ramos magnos, ita ut poſſint ſub umbra eius aues cœli habitare.Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbũ,prout poterãt audire. Sine parabola aũt nõ loquebatur eis.Seorſum aũt,diſcipulis ſuis diſſerebat oĩa.

Glo.Poſtquam poſuit parabolã de fructificatione ſeminis euãgelii,hic ſubiungit aliã parabolã,ad oſtendẽdam excellentiã doctrinæ euãgelicæ ad oẽs alias doctrinas.vnde dicitur:Et di.Cui aſſi.reg.dei? Theo.Paruiſſimum quidẽ eſt fidei verbum: Crede in deum,& ſaluus eris:ſed ſparſim ſup terrã prædicatio dilatata eſt & augmentata,ita vt cœli volatilia.i. contẽplatiui homines intellectu &cognitione ſub eo habitent. Quanti enim ſapientes gẽtilium relinquẽtes ſapiẽtiam ſub prædicatione euãgelii requieuerũt? omniũ igit maior prędicatio facta eſt.Chry.Et etiã quia quod fuit hominibus in breuibus ſermonibus nunciatum,ſapiẽtia quæ inter ꝓfectos dicitur,dilatauit ſup oẽs ſermones:quia nihil maius eſt hac veritate.Theo.Ramos autem magnos fecit: quidã enim apoſtolorũ ĩ Romam,& quidã in Indiã, & quidam in alias terrę ptes ſunt diuiſi ſicut rami.Hiero. Vel ſemẽ iſtud minimum eſt timore,magnũ autẽ in charitate quæ eſt maior omnibus oleribus:quia deus charitas eſt,& omnis caro fœnũ.fecit aũt ramos miſericordiæ & cõpaſſionis,cum ſub vmbra pauperes Chriſti, q̃ ſunt cœli animalia,delectanẽ habitare.Beda.Homo autem qui ſeminat,à pleriſq; ſaluator ipſe intelligitur,ab aliis aũt ipſe homo ſeminãs in corde ſuo. Chry. Poſtea vero Marcus breuitate gaudens,oſtendens parabolarũ naturã,ſubiũgit:Et talib⁹ multis parabolis &c. Theo. Quoniam em̃ turbæ erãt indoctæ à comeſtibilibus & conſuetis nominibus inſtruit eas , & propter hoc ſubdit:Sine parabola &c. Vt. ſ.mouerentur ad accedendũ & interrogandũ.Sequitur: Seor.autẽ diſc.ſuis di.om.ſ. de quibus interrogabant vt ignorantes: nõ ſimpliciter omnia,tam manifeſta quàm immanifeſta. Hiero. Illi enim digni erant ſeorſum audire myſteria in penetrali in timore ſapientiæ:qui remoti à cogitationũ malarum tumultibus in ſolitudine virtutum permanebant . Sapientia enim in tempore ocii percipitur.

Marcus amator breuitatis.

*Et ait illis in illa die , cum ſero eſſet factum : Tranſeamus contra.Et dimittẽtes turbam,aſſumũt eum ita ut erat in naui, & aliæ naues erant cum illo.Et facta eſt procella magna uẽti:& fluctus mittebat in naui,ita ut impleretur nauis.Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens:& excitant eum,& dicunt illi:Magiſter,non ad te pertinet,quia perimus?Et exurgens,comminatus eſt uento,& dixit mari:Tace,obmuteſce. Et ceſſauit uentus,& facta eſt tranquillitas magna. Et ait illis:Quid timidi eſtis? Necdum habetis fidem ? Et timuerunt timore magno , & dicebant ad alterutrum : Quiſputas eſt iſte? * quia mare & uenti obediunt ei.*

*Quia & vẽtus & mare.

Hiero.Poſt doctrinam dehinc ad mare veniũt, & fluctibus turbantur.vnde dicitur:Et ait illis in illa die cũ ſero eſſet factum &c.Remi.Tria enim legitur dominus habuiſſe refugia,ſcilicet nauis,montis,& deſerti:quoties à turbis cõprimebatur , ad aliquod iſtorũ refugiebat. Cũ ergo vidit dominus turbas multas circa ſe,earũ importunitatẽ,quaſi homo, volens declinare , iuſſit diſcipulos ſuos trãſfretare. Sequit: Et dimitt. turbam &c. Chry.Diſcipulos qdẽ aſſumpſit dñs,vt viſores fierẽt futuri miraculi:ſed ſolũ ipſos aſſumit,ne alii cognoſcerẽt ipſos eſſe tam modicæ fidei. vnde ad oſtẽdẽdum quòd ſeparatim alii tranſfretabant, ſubiungit:Et aliæ na.er.cum illo.Ne autẽ ſuperbirent diſcipuli quòd eos ſolos aſſumpſerat , periclitari eos permittit. Et vt etiã per hoc diſcerẽt tẽtationes viriliter ſuſtinere. vnde ſequit:Et fa. eſt pro. ma. Vt autẽ futuri miraculi maiorẽ eis imprimat ſenſum,dat tẽpus timori dormiẽdo.vnde ſequit: Et erat ip.in pup.ſu. cer.do. Si enim vigilaſſet, aut nõ timuiſſent neq; rogaſſent tẽpeſtate orta : aut eũ aliquid tale facere non putaſſent. Theo. Dimiſit ergo eos incidere in timorẽ periclitationis, vt ei⁹ virtutẽ in ſeipſis cognoſcerent:qui alios ab eo beneficiatos videbãt.Dormiebat autẽ ſuper cer. nauis ligneũ ſiquidem. Chry.Oſtẽdens ſuã humilitatẽ,& ex hoc multã ſapientiam docens.Nõdum autẽ diſcipuli qui circa eũ exiſtebant eius gloriã cognoſcebant:& quidẽ ꝓ ſurgens poterat vẽtis imperare,credebãt: ſed ꝓ quieſcẽs ſeu dormiẽs,nequaq̃.Et ideo ſequit:Et excitãt eum & dicunt ei:Magiſter,nõ ad te pertinet quia perimus? Theo.Ipſe autem exurgens,cõminatur primo quidẽ vento qui maris tempeſtatẽ & fluctus faciebat : & hoc eſt quod ſubdit:Et exurgens cõmi.eſt vento: deinde vero præcipit mari.vnde ſequitur : Et dixit mari, Tace, obmuteſce. Gloſſ. Ex cõmotione enim maris quidam ſonitus conſurgit,qui videtur eſſe quædã maris locutio periculum cõminantis: & ideo cõueniẽter ſub quadam metaphora tranquillitatem imperat taciturnitatis vocabulo:ſicut & in cohibitione ventorum qui ſua violentia mare conturbant,cõminationẽ nominauit. Solent em̃ poteſtatem habentes eos qui violentia pacẽ hoĩm conturbant,cõminatione pœnarũ refrenare.Per hoc ergo datur intelligi,ꝓ ſicut rex aliquis poteſt cõminatiõe violentos cõprimere,& ſuis edictis murmur ſubiecti populi mitigare,ita Chriſtus rex vniuerſæ creaturę exiſtẽs, ſua comminatione ventorum cohibuit violentiam , & mari taciturnitatẽ indixit.Et ſtatim eſt effectus ſecut⁹: ſequitur enĩ, Et ceſ. ven.cui ſcilicet fuerat cõminatus. Et facta eſt tranquillitas magna,ſcilicet in mari,cui taciturnitatem indixerat.Theo. Comminatus eſt etiam & diſcipulis tanq̃ fidem nõ habẽtibus. ſequitur enim, Et ait il. Quid timidi eſtis?necdũ habetis fidem?Si enĩ habuiſſent fidẽ,credidiſſent quòd etiã dormiens ſeruare eos potuiſſet incolumes. Sequitur: Et tĩ.timo.mag. & di.ad alte. Quiſputas &c. Etenim dubie habebant ſe erga eum.Inquantum enim iuſſu mare placauit,non baculo vt Moyſes, non precibus vt Eliſeus Iordanem, neque archa vt Ieſus Naue, ſecũdũ hoc verè deus eis videbaĩ:ſecũdũ verò ꝓ dormiebat, homo.Hiero. Myſti-

Expõ literalis.

cè enimuero puppis eccleſię eſt initiũ , ĩ qua dñs corporaliter dormit,quia nunquã dormit qui cuſtodit Iſrael: puppis enĩ mortuis pellibus viuos cõtinet,& fluctus arcet,& ligno ſolidatur, id eſt cruce & morte dñi eccleſia ſaluaĩ.Ceruical corpus dñi eſt cui diuinitas ſicut caput inclinata eſt.Vẽtus autẽ & mare, dæmones & perſecutores ſunt,quibus dicit:Tace,qñ compeſcit edicta regum iniquorũ vt voluerit.Tranquillitas magna , eſt pax eccleſiæ poſt preſſurã: ſiue theorica, poſt vitã actiuã.Beda.Vel nauicula quã aſcendit,paſſionis arbor intelligiĩ,per quã fideles ad ſecuritatẽ ſecuri littoris perueniũt.Aliæ naues quę fuiſſe dicũtur cũ dño,illos ſignificãt qui fide dominicæ crucis imbuti ſunt,non tamen turbine tribulationũ pulſati. Vel poſt tẽtationũ ꝓcellas ſerenitate pacis vtũtur. Diſcipulis aũt nauigãtibus Chriſtus obdormiuit,quia fidelib⁹ futuri regni quietẽ meditãtib⁹ tẽpus dñicæ paſſiõis aduenit.Vnde hoc ſero factũ fuiſſe phibẽt,vt veri ſolis occubitũ,nõ ſola domini dormitio,ſed ipſa diſcedẽtis lucis hora ſignificet. Aſcẽdẽte aũt illo in puppim crucis,fluctus blaſphemãtiũ ꝓſecutorũ aſſurgũt , dæmoniacis excitati procellis, quib⁹ tamẽ nõ ipſius patiẽtia turbaĩ,ſed diſcipulorum ĩbecillitas cõcutiĩ.Excitãt aũt diſcipuli dñm,quia cui⁹ mortẽ viderãt,maximis votis reſurrectionẽ q̃rebãt.Vẽ to exurgens cõminat⁹ eſt,quia reſurrectione celebrata diaboli ſuperbiã ſtrauit. Mare ſilere ꝓcepit,quia Iudęo rũ rabiẽ reſurgẽdo deiecit.Diſcipuli aũt arguunt,quia poſt reſurrectionẽ exprobrauit eis ĩredulitatẽ eorũ,& nos quoq; cũ ſigno dñicę crucis imbuti ſeculũ relinq̃re diſponim⁹, nauẽ cũ Ieſu cõſcẽdim⁹, mare trãſire conamur,ſed nobis nauigãtib⁹ inter equoris fremit⁹ obdormit,quãdo inter medios virtutũ vſus,vel immũdorum ſpirituũ , vel hoĩm prauorũ, vel ipſarũ noſtrarũ cogitationũ ĩpet⁹ amoris flãma refrigeſcit.Verũ ĩter huiuſmodi,ꝓcellas illũ ſedulo excitem⁹,mox tẽpeſtatẽ cõpeſcet, refundet tranquillitatem,portum ſalutis indulgebit.

Allegoria pulchra.

Allegoricã expõ.

CAPVT V.

ET uenerũt trans fretũ maris in regionẽ Geraſenorũ.Et exeunti ei de naui,ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immũdo,qui domiciliũ habebat in monumentis. Et neq; cathenis iam quiſquã poterat cũ ligare:quoniã ſæpe cõpedibus & cathenis uinctus dirupiſſet cathenas, & cõpedes comminuiſſet:& nemo poterat eũ domare.& ſemper die ac nocte in monumẽtis & in mõtibus erat,clamãs & cõcidẽs ſe lapidib⁹. Vidẽs autẽ Ieſum à lõge,cucurrit,& adorauit eũ: & clamans uoce magna dixit:Quid mihi & tibi Ieſu fili dei altiſſimi?adiuro te per deũ ne me torqueas. Dicebat enim illi exi ſpiritus immũde ab homine iſto. Et interrogabat eũ: Quod tibi nomẽ eſt?& dicit:Legio mihi nomen eſt quia multi ſumus.Et deprecabatur eũ multũ,ne ſe expelleret extra regionẽ.Erat aũt ibi circa mõtẽ grex porcorũ magnus, paſcẽs ĩ agris.Et deprecabãtur eũ ſpũs,dicẽtes:Mitte nos ĩ porcos ut ĩ eos introeamus.Et cõceſſit eis ſtatĩ Ieſus.Et exeũtes ſpiritus immũdi ĩtroierũt in porcos & magno ĩpetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo millia,& ſuffocati ſunt in mari. Qui autẽ paſcebãt eos fugerũt & nũtiauerũt in ciuitatẽ & in agros.Et egreſſi ſunt uidere quid eſſet factũ:& uenerunt ad Ieſum,& uidẽt illũ qui à dæmonio uexabatur ſedẽtẽ, ueſtitũ,& ſanæ mẽtis,& timuerũt. Et narrauerũt illis qui uiderant qualiter factũ eſſet ei qui dæmonium habuerat:& de porcis.Et rogare cœperũt eũ, ut diſcederet de finibus eorũ. Cũq; aſcenderet nauĩ,cœpit illũ deprecari qui à dæmonio uexatus fuerat ut eſſet cũ illo,& nõ admiſit eũ,ſed ait illi:Vade in domũ tuã ad tuos,& annuntia illis quãta tibi dominus fecerit, & miſertus eſt tui. Et abiit & cœpit prædicare in Decapoli quanta ſibi feciſſet Ieſus , & omnes mirabantur.

Theo.Quia qui in nauicula erãt cõquirebãt adinuicẽ : Quiſputas eſt iſte? inimicorũ teſtimonio cõfirmaĩ quis eſſet.Acceſſit em̃ dęmõiac⁹ cõfitens ipm eſſe filiũ dei:ad qđ narrãdũ euãgeliſta accedẽs di.Et ve.trãs fre. ma.in regi.Gerazenorũ.Beda.Geraza eſt vrbs inſignis Arabię trans Iordanẽ iuxta mõtem Galaad,quã tenuit tribus Manaſſe,nõ lõge à ſtagno Tyberiadis,ĩ qđ porci ꝑcipitati ſunt.Chry. Sed tũ neq; Gerazenorũ neque Geraſinorũ exquiſita ſcriptura cõtinet, ſed Gergeſinorũ.Geraza em̃ ciuitas eſt Iudęæ,& nequaq̃ in ea eſt mare. Geraſa vero Arabię ciuitas eſt, neq; mare neq; ſtagnũ ,ꝓximũ habens,vt ne tã cuidens mẽdaciũ euãgeliſtę dixiſſe videanĩ, viri tã diligenter ſciẽtes q̃ circa Iudęã erãt.Gergeſe qdem,à qua Gergeſei,ãtiqua ciuitas fuit,nũc Tyberias nũcupata,circa quã ꝑcipuũ eſt circũ poſitũ ſtagnũ. Sequit:Et exe.ei de na.ſta.oc. de mo.hõ. Aug.de cõ.euan.Cũ Matthę⁹ dicat duos fuiſſe,Marcus & Lucas vnũ cõmemorãt,vt intelligas vnũ eorũ fuiſſe ꝑſonę alicui⁹ clarioris, quem regio illa maxĩe dolebat. Chry.Videt ꝙ Marcus & Lucas illud qđ erat miſerabilius narrauerũt,& ꝓpter hoc diffuſius qđ illi cõtigerat enarrant.Sequit enĩ:Et neq; cathe. iam quiſq̃ eũ poligare.Dixerũt ergo ſimpliciter dęmoniacũ, numerũ nõ quęrẽdo:vel vt virtutẽ maiorẽ oſtenderent operantis. Nã qui vnũ talẽ curauerat,nõ erat ei ĩpoſſibile multos alios curare:nec tamen hic diſſonantia demõſtraĩ. Nõ em̃ dixerũt ꝙ vnus ſolus erat:qđ ſi dixiſſent: Matthæo cõtradicere viderenĩ. Habitabant aũt in monumentis dęmones,erroneũ dogma multis volentes immittere ꝙ decedentiũ aĩæ in dæmones cõuertebanĩ.Greg. Niſſe. Parauerat aũt ſe cœtus dęmonũ ad reſiſtendũ diuinę poteſtati.Cũ aũt appropinquaret qui poteſtatẽ habet ſuper oĩa,exclamant eminentẽ eius virtutẽ. vnde ſequit: Videns aũt Ieſum à lõ.cucur.& ado.eũ, & cla.vo.mag. & di.ei:quid mi.& ti.Ieſu fi.dei al.Chry.Vide dęmonẽ duplici paſſiõe diuiſum:audacia & timore , reluctaĩ & orat,quaſi quęſtionẽ aliquã intentãs vult ſcire quid ſibi & Ieſu cõe.q.d.qua decã eiicis me ab hoĩbus,cũ ſint mei?Beda. Quæ aũt ĩpietas eſt Iudæorũ eum dicere in prĩcipe dęmoniorũ eieciſſe dęmonia,quem & ipſa dæmonia fateneĩ nihil ſecũ habere cõe? Cyril. Deĩde orãs ſubiũgit: Adiuro te per deũ ne me tor. emiſſionem enĩ reputabat tormentũ,vel etiam inuiſibiliter torq̃batur. Chry.Quãuis em̃ mali ſint dæmões,ſciũt tamen ꝙ ipſos ꝓpter pcã expectat vltimo aliqua pœna:quia vero nõdũ eis tẽpus vltimę pœnę aduenerat firmiſſime cognoſcebãt:maxime cũ ꝓmiſſum eſſet eis, hoĩbus cõmiſceri.Sed quia Chr̃ cõprehenderat eos tanta mala ꝑpetrare,putabant ꝙ ꝓpter factorũ exceſſum vltimũ puniẽdis tps minime expectarent:ꝓpter hoc ſupplicant ne torqueaneĩ. Beda. Magnũ em̃ tormentũ eſt dæmonia à lęſione hominis ceſſare,& tanto dimittit grauius, quãto poſſidet durius.Sequit enim: Dice. enĩ illi:Exi ſpũs ĩm.ab ho.iſto.Cyril.Attendas ĩexpugnabilẽ virtutem Chriſti,cõquaſſat ſatanã, cui verba Chr̃i ſunt ignis & flamma,ſcdm qđ pſalmiſta dicit: Liq̃facti ſunt montes à facie dei.i.ſublimes & ſupbę virtutes. Sequit: Et inter.eũ qđ tibi nomẽ eſt? Theo.Interrogat quidẽ dñs nõ vt ipſe ſciret,ſed vt cęteri ſciant multitudinem habitan tiũ dęmonũ.Chry.Ne ſi ipſe diceret ꝙ multi ſunt, ĩcredibile fieret : vult ergo ꝙ ipſi confiteantur quòd multi erant. vnde ſequitur : Et di.ei : legio mi. no. eſt : quia mul.ſumus.Non dicit determinatũ numerũ,ſed multitudinem : non enĩ prodeſt ad ſcientiam exquiſitio numeri.Beda. Cõfeſſa aũt publicè peſte quam furens tolerabat , virtus curantis gratior apparet. Sed & noſtri temporis ſacerdotes, qui per exorciſmi gratiam eiice-

Diſſonat theologiæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

re norũt, solẽt dicere patiẽtes non aliter valere curari,
nisi,quantũ sapere possunt,oẽ qđ ab immundis spiriti-
bus,visu,auditu,gustu,tactu,vel alio quolibet corporis
aut animi sensu vigilantes,dormientésve, pertulerint,
confitendo patenter exponant. Sequitur: Et depca.eũ
mul.ne se expel. extra regionem. Chry. Lucas autẽ di-
cit in abyssum. Abyssus enim est separatio huius mun-
di:promerentur enĩ dæmones mitti ad tenebras exte-
riores diabolo & suis angelis pparatas.Hoc autẽ Chri
stus facere poterat, permisit tamen eos in hac terra es-
se,ne absentia tentatoris,hoĩes corona victoriæ priua-
ret.Theo.Et vt nobiscum pugnãtes,nos pitiores con-
stituant.Sequitur enim:Erat autẽ ibi cir.mõ.grex por.
mag.pascẽs.Aug.de con.euan. Quòd hic dicit Marcus
circa montes fuisse gregem, Lucas autẽ in monte,nihil
repugnat.Grex enim porcorum tã magnus fuit vt ali-
quid eius esset in monte,& aliquid circa montẽ.Sequi
tur:Et depca.eum spi.di.Mitte nos in por.vt in eos in-
troeamus.Remi.super Mat. Idcirco autẽ intrauerũt in
porcos non sponte,sed petierunt vt eis cõcederetur:vt
demõstrarent qa nõ possunt nocere hoĩb⁹,nisi pmissio-
Honor ne diuina.Ideo autẽ non petierunt mitti in hoĩes, quia
personæ illũ cuius virtute torqbantur,humanã speciem gestare
Christi. videbant.nec petierũt vt in pecora mitterẽtur,quia ve
lut mũda aĩalia in tẽplo dei offerebant.Petierunt vt in
porcos mitterent,quia nullũ animal est immũdius por
co,& dæmones semp in spurcitiis delectant.Sequitur:
Et cõcessit eis statim Iesus.Beda. Ideo quidẽ permisit,
vt p interfectionẽ porcorũ, oĩbus salutis occasio pbea-
tur.Chry.Volẽs furiã quã cõtra hoĩes habẽt dæmones
oĩbus demõstrare, & quòd multo peiora vellẽt hoĩbus
infligere si possent virtute nõ impediti diuina. & quiã
in hoĩbus hãc demonstrationẽ fieri eius pietas non fe-
rebat,ipsos in porcos intrare permisit,vt in illis virtus
& furor dæmonũ videatur.Sequit: Et exe.spũs immũ-
di.Titus. Fugã autẽ arripuerũt pastores ne cum porcis
perirent,& hmõi terrorem ciuibus intulerũt.vnde se-
quitur:Qui autẽ pasce.eos. Illos autẽ ad saluatorẽ ad-
duxit dãni necessitas: frequẽter enim cũ deus hoĩes dã
nat in rebus possessis,cõfert beneficiũ aĩabus.vnde se-
quit:Et ve.ad Ie.& vi.illũ qui à dæ. vexa. se.s.iuxta pe-
des à quibus nactus erat salutẽ,quem antea nec catenæ
compescere poterant,vestitũ & sanæ mentis, qui cõti-
nuo nudus erat,& obstupuerũt.vnde sequit: Et ti.hoc
igitur miraculũ partim visu, partim verbis cõperiunt.
vnde sequitur:Et nar.illi qui vide.Theo.Stupentes au
tẽ propter miraculũ quod audierãt timuerunt, & pro-
pter hoc deprecãtur ipsum vt ab eorũ recedat finibus:
& hoc est qđ subditur,Et rogare eũ cœpe.vt disce.à fi-
ni.eorũ. timebãt enim ne aliquando tale aliquid pate-
rent.Contristati enim de porcorũ perditione psentiam
renuũt saluatoris.Beda. Vel conscii fragilitatis pprię,
psentia domini se iudicabant indignos.Sequitur:Cũq;
ascẽ.na.ce.illum depre.qui à dæmo. vexa.fue.vt es.cum
illo.Theo.Timebat enim ne aliquãdo inueniẽtes eum
dæmones reintrarent in eũ:dñs vero remittit eũ in do
mũ suam,innuẽs ei quòd quãuis ipse psens nõ esset, ta-
men sua virtus ipsum custodiret, simul etiã vt curatus
aliis prosit.vnde sequitur:Et non admi. eũ,sed ait illi,
vade in do.tuã ad tu.& nũcia illis quã.ti.dñs fe. & mi.
sit tui.Vide saluatoris humilitatẽ,nõ dixit denũcia oĩa
quæ feci tibi, sed omnia q̃ fecit tibi dominus: sic & tu
cũ aliqd boni feceris,nõ tibi,sed deo attribuas. Chry.
Licet autem aliis sanatis pceperit nemini dicere, con-
Allegoria pulchra. uenieter tamẽ huic pcepit qp annunciet,qm̃ oĩs illa re-
gio dęmonib⁹ detẽta sine deo manebat.Theo.Ipse igi
tur cœpit pdicare & oẽs mirant.& hoc est qđ sequitur:
Et cœp.pdicare.Beda.Mystice aũt gerasa siue gergese,
vt quidã legũt colonũ eiiciẽs siue aduenæ appinquãs
interpretat,quia gentiũ popul⁹ & hostẽ de corde repu
lit,& qui erat longe,factus est ppe.Remi.Hic autẽ dæ-
moniacus,desperatissimus gentiũ populus est,nec lege
naturæ,nec dei, nec hũano timore alligat⁹. Beda. Qui
in monumẽtis habitabat,quia in mortuis operib⁹:hoc
est in peccatis delectabat,semper nocte ac die furebat,
quia in prosperis & aduersis à seruitio malignorũ spi-
rituũ nõ cessabat.sed per operum fœditatẽ quasi in mo
numentis iacebat:per factũ superbię in montibus erra
bat,per verba durissimę infidelitatis quasi lapidibus se
concidebat. Dic.autẽ, Legio mihi nomen est:quia po-
pulus gentiũ diuersis idololatrię cultibus erat mãcipa-
tus.Quòd autem exeuntes spiritus immũdi ab hoĩe in
trant porcos quos in mare pręcipitant,significat quòd
liberato populo gentium à dñatione dæmonũ,q Chri
sto credere noluerũt,in abditis agunt sacrilegos ritus.
Theo.Vel per hoc significat quòd dæmones intrant in
hoĩes ad modum porcorũ viuentes,& volutabro volu
ptatum se inuoluentes,pręcipitant eos pcipitio in ma-
re vitæ istius & suffocantur. Hiero. Vel suffocantur in
inferno sine respectu misericordiæ per impetum matu-
ræ mortis à quibus fugiunt multi:quia flagellato stul-
to,sapiens prudentior fit.Beda.Quòd autẽ dñs volen-
tẽ esse cũ illo nõ admisit,significat quòd quisq; intelli-
gat post remissionẽ peccatorũ ingrediendũ sibi esse in
consciẽtiã bonã, & seruiendũ euãgelio ppter aliorum
salutem , vt deinde cum Christo requiescat. Greg. vii.
mor.Cum enim quantũlibet parũ de diuina cognitio-
ne pcepimus,redire iam ad humana nolumus,quietem
contẽplationis q̃rentes:sed dominus præcipit vt mens
prius exudet in opere, & postmodum refici debeat per
contemplationem.Hiero.Homo autem sanatus prædi
cabat in Decapoli,dũ à Romano nũc regno Iudæi con
uertuntur,qui in litera tantum pendent decalogi.

Et cum ascẽdisset Iesus in naui, rursum trans fretum conuenit turba multa ad eũ, & erat circa mare. Et uenit quidã de archisynagogis nomine Iairus, & uidẽs eum procidit ad pedes ei⁹: & deprecabatur eũ multũ,dicẽs, quoniã filia mea in extremis est,ueni,ĩpone manũ tuã super eã , ut salua sit & uiuat. Et abijt cũ illo: & sequebatur eũ turba multa, & cõprimebãt eũ. Et mulier quæ erat ĩ profluuio sanguinis, ãnis xij. & fuerat multa perpessa à cõpluribus medicis , & erogauerat oĩa sua, nec quicquã profecerat sed magis deteri⁹ habebat:cũ audisset de Iesu,uenit in turba retro, & tetigit uestimẽtũ eius. Dicebat enĩ,quia si uel uestimẽtũ eius tetigero,salua ero & cõfestĩ siccatus est fõs sanguinis eius, & sensit corpore quia sanata esset à plaga. & statĩ Iesus cognoscẽs in semetipso uirtutẽ quæ exierat de illo,cõuersus ad turbam aiebat: Quis tetigit uestimẽta mea? & dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentẽ te, & dicis, Quis me tetigit? Et circũspiciebat uidere eã quæ hoc fecerat. Mulier uero timẽs & tremẽs,sciẽs quod factũ esset in se , uenit & procidit ante eum, & dixit oẽm ueritatem:Iesus autem dixit ei:Filia,fides tua te saluam fecit:uade in pace, & esto sana à plaga tua.

Theo.Post miraculũ dęmoniaci,aliud miraculũ dñs
operat,filiã.s.archisynagogi resuscitãs,ad cui⁹ miracu-
li narrationẽ euã.accedẽs dicit:Et cũ ascẽ.Ie.in na.trãs
fretũ.Aug.de cõ.euã. Intelligẽdũ est aũt qp de archisy-
nagogi filia subdit factũ esse cũ trãscẽdisset Iesus ĩ naui
rurs⁹ trãs fretũ,sed quãtũ post,nõ apparet:nisi enĩ fuis-
set ĩteruallũ,nõ esset qñ fieret qđ narrat Matth.de cõ-
uiuio dom⁹ suę,post qđ factũ nihil aliud cõtinuo sequi
tur q̃ illud de archisynagogi filia:sic enim ipse cõtexit,
vt ipse trãsitus aperte indicet,hoc cõsequenter narrari
qđ cõsequẽter est factũ.sequit:Et ve. quidã de archisy.
Consensus euangelicus. nomine Iairus. Chry. Nomen posuit propter Iudæos,
qui tũc erant vt nomen miraculi fieret ostensiuum.Se-
quitur:Et vi.eum proci.ad pe.eius,& depre. eum mul.
di. Quoniam filia mea in extremis est. Et quidẽ Mat-
thæus narrat archisynagogum puellã mortuã nuntias-
se.Marcus vero grauiter infirmatã,sed postmodum ar-
chisynagogo cũ quo domin⁹ ire debebat nũtiatũ fuis-
se puellam mortuã esse. Matthæus ergo eandẽ rẽ simili
ter significat,qp scilicet mortuã suscitauerit,breuitatis
causa eam dicens obiisse,quam cõstat mortuam suscita
tam fuisse.Aug.de con. euan. Attendit enim nõ verbo
patris de filia,sed qđ est potissimũ,voluntatẽ: ita enim
desperauerat, vt potius eam vellet reuiuiscere, nõ cre-
dens viuam posse inueniri quã morientem reliquerat.
Theo.Fuit autem hic vir ex parte fidelis,inquantũ ce-
cidit ad pedes Iesu:inquãtũ vero deprecatur vt veniat,
non quantam oportebat habere fidem ostẽdit.Oporte
bat enim dicere:Dic verbo, & sanabitur filia mea.Se-
quit:Et abiit cum illo &c.Chry. Mulier ista famosa &
nota oĩbus,propter hoc ad saluatorẽ in manifesto acce
dere non audebat,neq; ante eum venire,quia secundũ
legẽ immũda erat:ppter hoc retro tetigit & non antè,
quia nec hoc facere audebat,sed vestimentorũ fimbriã:
non autẽ fimbria,sed eius cogitatio eã saluam fecit.Se-
quit: Dicebat enim,quia si vel vestimenta eius tetige-
ro,salua ero.Theo. Fidelissima quidem est hæc mulier
quę à fimbriis curationẽ sperauit, ppter qđ consequit
sanitatẽ.vnde sequit:Et cõfestim sic.est fons &c.Chry.
Verę fidei signum. His autẽ qui fide tangunt Christum,virtutes eius cum
sua volũtate donãtur. vnde sequit: Et statim Ie. cog.in
semetipso vir.q̃ exi.de eo cõuer.ad tur.di.Quis teti.ve-
Virtutes Christi quo exeunt. sti.meũ?Virtutes quidẽ saluatoris exeũt ab eo nõ loca-
liter aut corporaliter,ipsum modo aliquo reliquentes,
incorporales enĩ cũ sint ad alios exeunt aliisq; donan-
tur,neq; tamẽ extra eũ sunt à quo exire dicuntur, sicut
sciẽtiæ,quæ à doctore discẽtibus tribuunt. Dicit ergo:
Cognoscẽs in semetipso vir.q̃ exi.de eo, vt intelligens
qp eo sciẽte nõ ignorãte mulier salutẽ recepit. Interro-
gabat vero quis me tetigit?licet sciret tangẽtẽ, vt mu-
lierẽ veniẽtẽ manifestet & eius publicet fidẽ, & ne vir
tus miraculosi operis obliuioni tradat.Sequit:Et dice.
ei dis.sui,vides tur.cõpr.te.& di.quis me tetigit? Quę-
sierat autẽ dñs quis me tetigit.i.cogitatione & fide:nõ
enim cõprimẽtes turbę me tangũt,quia nõ cogitatu &
fide accedũt.Sequit:Et circũspi.vi. eã quæ hoc fecerat.
The. Volebat enĩ dñs mulierẽ manifestare primo qui-
dẽ vt fidẽ approbet mulieris,deinde vt archisynagogũ
ad confidentiam puocaret,quia sic eius filia curaretur,
simúlq; vt mulierẽ solueret à timore. Etenim timebat
mulier, quia furata fuerat sanitatẽ,ppter quod sequit:
Mulier autẽ tremens &c.Beda. Ecce quo tendebat in-
terrogatio,vt.s.mulier cõfiteatur veritatẽ diuturnæ in
fidelitatis,subitæ credulitatis & sanationis, & ita ipsa
cõfirmatur in fide,& aliis præbet exẽplũ.Sequitur:Ille
autẽ dixit ei,filia,fi.tua te sal.fecit, vade in pac. & esto
sa.à pla.tua.Nõ dixit,fides tua te sal. factura est , sed te
saluã fecit.q.d.in eo qp credidistiiã salua facta es. Chry.
Filiam vero vocat saluatã fidei ratione,fides enĩ Chri-
sti dei filiationem præstat.Theo. Dicit autem ei, vade
in pace.i.in requie.q.d.vade, requiesce, quia hucusque
fuisti in angustiis & cruciatibus.Chry. Vel dicit,vade
in pace,mittens eam in finẽ bonorũ,in pace enim deus
habitat, vt cognoscat quòd nõ solũ corpore curata est,
Allegorica expõ. sed etiam à causis corporalis passionis.i. peccatis muta
ta.Hiero.Mystice autẽ post prædicta venit Iairus archi
synagogus,quia cum intrauerit plenitudo gentiũ,tunc
omnis Israel saluus fiet.Iairus siue illuminans siue illu-
minatus interpretatur.i.Iudaicus populus vmbra lite-
ræ deposita,spiritu illustratus & illuminans,procidens
ad pedes verbi.i.ad incarnationẽ Iesu se humiliãs , ro-
gat pro filia,quia qui sibi viuit,alios viuere facit.Abra
ham etiã & Moyses & Samuel rogant pro plebe mor-
tua,& sequit Iesus pces eorũ.Beda. Ad puellam autem
sanãdã pergens dominus à turba cõprimit , quia genti
Iudeæ salutaria monita pbens, noxia carnaliũ populo-
rũ est cõsuetudine grauatus. Mulier aũt sanguine fluẽs,
sed à dño curata,ecclesia est congregata de gẽtibus,flu
xus enĩ sanguinis & sup idololatriæ pollutione,& sup
his q̃ carnis & sanguinis delectatiõe gerũtur,potest re-
cte intelligi. Sed dũ verbũ dei Iudæã saluare decerne-
ret , plebs gentium paratã pmissámq; aliis pripuit spe
certa salutẽ. The. Vel per mulierẽ q̃ emorroissa erat in-
telligas humanã naturã, pfluebat enim peccatũ qđ ani
mã occidẽs quasi sanguinẽ fudit animarũ nrarũ. Hæc à
pluribus medicorũ,sapiẽtũ dico huius mũdi & legis &
pphetarũ,curari non valuit,mox vt fimbriã Christi te
tigit.i.carnẽ eius,sanata est. qui enĩ credit filiũ dei in-
carnatũ, hic est qui vestimẽtorum fimbriã tãgit.Beda.
Vnde vna credula mulier dñm tãgit , turba cõprimit,
quia qui diuersis hæresibus siue puersis moribus graua
tur,solo ecclesiæ catholicæ corde fideliter venerat.Ve-
nit aũt ecclesia gẽtiũ retro,quia psentẽ in carne dominũ
nõ vidẽs, pactis iã sacramẽtis incarnationis illius ad fi
dei eius gratiã puenit, sicq; dũ participatione sacramẽ
torũ eius saluari à peccatis meruit, quasi tactu vestimẽ
torũ eius fontẽ sui sanguinis siccauit. Circunspiciebat
autem dñs videre eam quæ hoc fecerat,quia oẽs q saluari merẽtur , suo dignos intuitu ac miseratione iudicat.

Adhuc eo loquente ueniunt nuntij ad archisynagogum, dicentes,quia filia tua mortua est : quid ultra uexas magistrũ? Iesus autẽ audito uerbo quod dicebant , ait archisynagogo, Noli timere: tãtummodo crede. Et nõ admisit quẽquam se sequi, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi. Et ueniunt in domum archisynagogi, & uidit tumultum, & flẽtes, & eiulantes multum. Et ingressus ait illis, Quid turbamini & ploratis? Puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse uero eiectis omnibus, assumit patrẽ & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingrediuntur ubi puella erat iacens. Et tenens manum puellæ, ait illi: Tabitha cumi, quod est interpretatum, puella tibi dico surge, & confestim surrexit puella: & ambulabat. Erat autem annorum xij. & obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis uehementer ut nemo id sciret: & iußit illi dari manducare.

Theo.Hi qui circa archisynagogũ erant, Christum
vnũ ex prophetis esse credebant,& propter hoc eũ de-
precandum putabãt , vt veniens super puellam oraret:
quia vero iam expirauerat puella,putabant nõ esse pre
cãdũ,& ideo dicitur:Adhuc eo loquente veniũt ad ar-
chisynagogum dicentes,quia filia tua mortua est,quid
vltra vexas magistrum? Sed ipse dñs ad confidendũ pa-
trem inducit. Sequitur enim : Iesus autem verbo quod
dicebatur audito,ait archisynagogo:No.ti.tantummo
do crede.Aug.de con.euan.Non legitur qp suis nuntiã- Consensus euangelicus.
tibus & prohibentibus ne iã magister veniret,ille cõ-
senserit,ac per hoc qp dñs dixit ei:Noli time.crede, nõ
diffidentẽ reprehendit,sed credẽtem robustius confir-
mauit.Si autem euangelista archisynagogum cõmemo
rasset dixisse,quod sui à domo veniẽtes dixerũt, quòd
iam non vexaretur Iesus, repugnarent eius cogitatio-
nis verba quæ posuit Matthæus eum dixisse,qp scilicet
puella mortua esset.sequitur:Et nõ admisit quẽq̃ se se-
qui nisi Petrũ & Iacobũ & Ioãnẽ fratrem Iacobi.The.
Nõ enĩ humilis Christus ad ostẽtationẽ voluit aliquid

operari. Sequit: Et veniũt in domum archisynagogi, & vident tumultũ, & flentes & eiulãtes multũ. Chry. Ipse autẽ iubet non vlulare, tanq̃ puella non sit mortua, sed dormiens. vñ sequit: Et ingressus ait, quid tur. &c. Hiero. Archisynagogo dicitur, filia tua mor. est, Iesus autem dixit: Non est mor. sed dor. vtrũq; verũ est. q.d. mortua est vobis, mihi dormit. Beda. Hominibus enim mortua erat, qui suscitare nequiuerãt: deo dormiebat, in cuius dispositione & anima viuebat, & caro suscitanda quiescebat. vnde mos apud christianos obtinuit vt mortui qui resurrecturi nõ dubitant, dormientes vocent. Sequitur: Et irrid. eũ. Theo. Derident autẽ eũ, tanq̃ vlterius nõ posset aliquid facere, sed ipsemet cõtra seipsos attestantes disputat, tanq̃ vere mortuã suscitauerit, & ideo miraculosum erit si suscitauerit eam. Beda. Quia ergo verbũ resuscitãtis irridere q̃ credere malebant, merito foras excludũtur, vtpote indigni qui potentiã resuscitantis ac resurgẽtis mysteriũ viderẽt. vnde sequit: Ipse vero eie. oĩbus &c. Chry. Vel vt ostentationẽ auferret, propter hoc nõ oẽs secum esse sinit: vt vero testes postmodũ haberet diuinæ virtutis, tres ꝓcipuos ex discipulis elegit, & patrẽ & matrẽ puellæ, tanq̃ præ omnibus magis necessarios, manu vero & verbo puellã viuificat. vnde sequit: Et te. ma. puellæ ait illi: Tabitha cumi: qđ est interpretatum, Puella tibi dico, surge. Manus enim Iesu viuificatiua existens, mortuum corpus viuificat, vox autem iacentem excitat. vnde sequitur: Et confestim surrexit pu. & ambulauit. Hiero. de optimo genere interpre. Arguat aliquis euãgelistam mẽdacii, quare exponẽdo addiderit: tibi dico, cũ in hebraico tabithacumi, tantũ significet, puella surge. sed vt sensum vocãtis & imperãtis exprimeret, addit, tibi dico, surge. Sequit: Erat an. xii. Glo. Hoc euãgelista addidit ad ostendendũ puellã huius ætatis esse ꝓ poterat ambulare. In ambulatione eius nõ solũ suscitata, sed etiã perfectè sanata ostenditur. Sequit: Et obstupuerũt &c. Chry. Ad demõstrandũ ꝓ eã vere suscitauerit, & nõ secũdũ phãtasiã. Beda. Mystice autẽ saluata à profluuio sanguinis muliere, mox filia archisynagogi mortua nuntiat, quia dũ ecclesia gentiũ à vitiorũ labe mũdata & ob fidei meritũ filia est cognominata, continuo synagoga perfidiæ simul & inuidiæ zelo soluta est: perfidiæ quidẽ, quia in Christo credere noluit: inuidiæ vero quia ecclesiã credere doluit, & qđ aiebãt nũtii archisynagogo quid vltra vexas magistrũ? per eos hodie dicit qui à deo destitutũ synagogæ statum videt, & restaurari posse nõ credũt, ideóq; ꝓ resuscitatione illius supplicandũ non esse æstimant. Sed si archisynagogus. i. cœtus doctorũ legis credere voluerit, & subiecta ei synagoga salua erit: quia vero synagoga lætitiã dñicæ inhabitationis merito in fidelitatis amisit, quasi inter flentes & eiulantes mortua iacet. Tenens autẽ puellę manũ dñs eam suscitauit, quia nisi prius mũdatæ fuerint manus Iudæorũ, q̃ sanguine plenæ sunt, synagoga mortua nõ resurget. In sanatione autẽ hæmorroissę mulieris & suscitatiõe puellæ, salus ostendit generis humani, quæ à dño ita dispẽsata est, vt primo aliqui ex Israel ad fidẽ venirẽt, deinde plenitudo gentiũ intraret, ac sic oĩs Israel saluus fieret: ãnorũ autẽ xii. erat puella, & annis xii. mulier erat passa, quia peccata nõ credentiũ apparuerũt in initio fidei credentiũ. vnde dicit: Credidit Abrahã deo & reputatũ est ei ad iustitiã. Greg. iii. mora. Moraliter vero redẽptor noster puellã in domo, iuuenẽ vero extra portã, in sepulchro autẽ Lazarũ suscitat: adhuc quidẽ in domo mortuus iacet, qui latet in peccato: iã extra portã educit, cuius iniquitas vsq; ad vecordiã publicæ perpetrationis aperit: sepulturæ vero aggere premit, qui perpetratione nequitię etiã visu cõsuetudinis pressus grauatur. Beda. Et notãdũ ꝓ leuiores & quotidiani erratus, leuioris pœnitẽtię possunt remedio curari: vnde iacẽtẽ in conclaui dñs facillima voce puellã resuscitat, dicens: Puella surge: vt vero quatriduanus mortuus sepulchri claustra euadere posset, fremuit spiritu, turbauit seipsum, lachrymas fudit. Quãto igit grauior aĩæ mors, tãto acrior necesse est vt pœnitẽtis feruor insistat. Sed & hoc notandũ, quia publica noxa publico eget remedio. vnde Lazarus de monumẽto vocat⁹ populis innotuit. Leuia autẽ peccata, secreta q̃nt pœnitẽtia deleri: vnde puella in domo iacẽs paucis arbitris exurgit, eisdem vt nemini manifestẽt ꝓcipitur. Turba etiam foras eiicitur vt puella suscitet, quia si nõ prius à secretiorib⁹ cordis expellit secularium multitudo curarum, anima q̃ intrinsecus iacet mortua, non resurgit. Bene autem surrexit & ambulat, quia anima à peccatis resuscitata, nõ solum à sordibus scelerũ exurgere, sed & bonis proficere debet operibus, & mox necesse est vt cælesti pane satietur, diuini scilicet verbi & altaris particeps effecta.

Expõ moralis.

Expõ literalis.

Allegorica ex põ.

CAPVT VI.

ET egressus inde, abijt in patriã suã: & sequebantur eum discipuli sui. Et facto sabbato cœpit in synagoga docere, & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicẽtes: Vnde huic hæc omnia? Et quæ est sapientia quæ data est illi, & uirtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Nónne hic est faber filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? Nónne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat illis Iesus, quia non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Et non poterat ibi uirtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem eorum.

Theo. Post ꝓmissa miracula dñs in patriã suã reuertit, nõ ignorans q̃m spernerẽt eũ, sed vt occasionem nõ haberẽt vlterius dicẽdi, quia si venisses credidissemus tibi. vnde dicit: Et egressus &c. Beda. Patriã eius Nazareth dicit, in qua erat nutritus. Sed quanta Nazareorũ cæcitas, qui eũ quẽ verbis factíq; illius Christũ cognoscere poterant, ob solã gẽtis notitiam cõtẽnũt? Sequitur: Et facto sabbato &c. Sapiẽtiã ad doctrinã, virtutes referũt ad sanitates, & miracula q̃ faciebat. Sequit: Nõne hic est faber filius Mariæ? Aug. de con. euã. Matthæ⁹ quidẽ fabri filiũ eũ dictũ esse dicit, nec mirãdũ est cum vtrũq; dici potuerit: eo em̃ fabrũ credebant, quo & fabri filiũ. Hiero. Filius quidẽ fabri Iesus vocat, sed fabri qui frabricatus est aurorã & solẽ. i. ecclesiam primã & sequẽtem, in quarũ figura mulier & puella sanat. Beda. Nam etsi humana nõ sint cõparanda diuinis, typus tñ integer est qui pater Christi igne operat & spũ. Sequit: Frater Iacobi & Ioseph & Iudę & Simonis, nónne & sorores eius hic nobiscũ sunt? Fratres & sorores eius secum esse testant, qui tamen nõ liberi Ioseph aut Mariæ iuxta hæreticos sunt putandi, sed potius iuxta morẽ sacræ scripturæ cognati sunt intelligẽdi, quomodo Abrahã & Loth fratres appellant, cũ esset Loth filius fratris Abrahæ. Et scandalizabãtur in illo. Scandalũ & error Iudæorũ salus nostra est, & hæreticorũ condẽnatio. Intantũ enim spernebãt dominũ Iesum Christũ, vt eũ fabrũ & fabri vocarent filiũ. Sequit: Et dicebat eis Iesus: Quia nõ est ꝓpheta sine honore &c. Prophetã dici in scripturis dominũ Iesum etiã Moyses testis est, qui futurã ei⁹ ĩcarnationẽ prædicẽs filiis Israel, ait: Prophetam vobis suscitabit dñs deus vester, de fratribus vestris. Nõ solũ autẽ ipse qui dñs est prophetarũ, sed & Elias, Hieremias, cæteriq; ꝓphetæ, minores

Patria Christi quæ sit.

Iesus fabri filiꝰ.

in patria sua, q̃ in exteris ciuitatibus habiti sunt. quia propemodũ naturale est, ciues semper ciuib⁹ inuidere, non em̃ cõsiderant ꝓsentia viri opera, sed fragilẽ recordantur infantiã. Hiero. Comitat etiã sæpe vilitas originẽ, vt est illud: Quis est filius Isai? quia humilia dñs respicit, & alta à longe cognoscit. Theo. Siue etiam ꝓclaros cõsanguineos ꝓpheta habeat, ciues odiũt eos, & ꝓpter hoc dehonorant ꝓphetam. Sequit: Et nõ poterat &c. Quod autẽ dicit nõ poterat, intelligere oportet nõ acceptabat, quia nõ ipse impotens, sed illi infideles erant: ergo ibi nõ operat virtutes, parcẽs eis ne maiori reprehensione digni essent, etiam factis miraculis nõ credẽtes. Vel aliter: In miraculis faciẽdis necessaria est virtus operantis & recipiẽtiũ fides, quę ibi deficiebat: vnde nõ acceptabat Iesus ibi signa facere. Sequitur: Et mirabatur ꝓpter incredulitatem illo. Beda. Nõ quasi inopinata & improuisa mirat qui nouit omnia, antẽq̃ fiant: sed qui nouit occulta cordis, quod mirandũ intimare vult hominibus, mirari se corã hoĩbus ostendit: Iudæorũ enĩ miranda notatur cæcitas, qui nec prophetis suis credere de Christo, nec ipsũ iter se nato voluerũt credere Christo. Mystice autem Iesus despicitur in domo & in patria sua, hoc est in populo Iudæorum, & ideo pauca ibi signa fecit, ne penitus excusabiles ibi fierent. Maiora autem signa quotidie in gentium populo facit non tam in sanitate corporum quàm in animarum salute.

Miraculorũ rõ.

Et circuibat castella in circuitu, docens: Et uocauit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatẽ spirituum immundorũ. Et præcepit eis ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum, non peram, neque panem, neque in zona æs, sed calceatos sandaliis, & ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis: Quocunque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde. Et quicunque nõ receperint uos, nec audierint uos, exeũtes inde, excutite puluerẽ de pedibus uestris in testimonium illis. Et exeuntes prædicabant ut pœnitentiam agerent: & dæmonia multa eijciebant, & ungebant oleo multos ægrotos, & sanabantur.

Theo. Nõ solũ in ciuitatib⁹ ꝓdicabat domin⁹, sed & in castellis: vt discamus parua non spernere, neq; magnas semp q̃rere ciuitates, sed verbũ dei in vicis abiectis, & vilibus seminare. Vnde dicit: Et circui. in circuitu do. Beda. Benignus autẽ & clemens dñs ac magister, nõ inuidet seruis atq; discipulis suis virtutes suas, & sicut ipse curauerat omnẽ lãguorẽ & omnẽ infirmitatẽ, apostolis quoq; suis dedit potestatẽ. Vnde sequitur: Et vocauit xii. &c. Sed multa distantia est inter donare & accipere. Iste quodcũq; agit, potestate domini agit: illi si quid faciũt, imbecillitatẽ suã & virtutes domini cõfitẽtur, dicentes: In nomine Iesu surge & ambula. Theo. Binos autẽ apostolos mittit, vt fierent prõptiores, qa vt ait Ecclesiastes: Melĩ⁹ est simul duos esse, q̃ vnũ. Si autẽ plures q̃ duos misisset, nõ esset sufficiẽs numerus vt in plura castella mitterẽtur. Gre. i ho. Binos autẽ in prędicationẽ discipulos mittit, quoniam duo sunt ꝓcepta charitatis: dei videlicet amor, & proximi: & minus q̃ inter duos, charitas haberi nõ potest, per hoc ergo nobis innuit, quia qui charitatẽ erga alterũ nõ habet, ꝓdicationis officiũ susçipere nullaten⁹ debet. Sequit: Et præcepit eis ne &c. Beda. Tanta em̃ prędicatori ĩ deo debet esse fiducia, vt præsentis vitæ sumptus, quãuis nõ ꝓuideat, tñ hos sibi nõ deesse certissimẽ sciat: ne dũ mẽs eius occupat ad temporalia, minus aliis ꝓuideat æterna. Chry. Hoc etiã eis dñs ꝓcepit, vt per habitũ ostenderẽt quantũ à diuitiarũ desyderio distabãt. Theo. Instruens etiã eos per hoc nõ esse amatores munerũ, & vt videtes eos prædicare paupertatẽ acquiescãt, cũ apostoli nihil habeãt. Aug. de con. euã. Vel quia cũ secundũ Matth. dñs cõtinuo subiecerit: Dignus est em̃ operarius cibo suo: satis ostẽdit cur eos possidere hæc aut ferre noluerit, nõ ꝓ necessaria non sint necessitati huius vitæ, sed quia sic eos mittebat, vt eis hoc deberi demõstraret ab illis quibus euãgeliũ credẽtibus nũtiarẽt. vnde apparet hæc non ita ꝓcepisse dñm, tanq̃ euangelistæ viuere aliunde nõ debeãt, q̃ eis ꝓbentibus quibus annũtiãt euangeliũ: alioquin cõtra hoc ꝓceptũ fecit apostolus, qui victũ de manuũ suarũ labore trãsigebat: sed potestatẽ dedisse, in qua scirẽt sibi ista deberi. Solet itẽ quæri quomodo Matthæus & Lucas cõmemorauerint dixisse dominũ discipulis vt nec virgã ferrent, cũ dicat Marcus: Et ꝓcepit eis, ne quid tol. in via, nisi virgã tantum? Quod ita soluit, vt intelligam⁹ sub alia significatiõe dictã virgã, quæ secundũ Marcũ ferẽda est, & sub alia illã: q̃ secundũ Matthæũ & Lucã, nõ est ferẽda. Potuit em̃ sic breuiter dici: Nihil necessario vobiscũ feratis, nec virgã, nisi virgã tantum, vt illud quod dictũ est: Nec virgam, intelligatur nec minimas quidẽ res. Quod vero adiunctũ est: Nisi virgam tantũ, intelligatur quia per potestatẽ à dño receptam quę virgæ nomine significata est, etiã quæ nõ portant, nõ deerunt. Vtrũq; ergo dñs dixit, sed quia non vtrũq; vnus euangelista cõmemorauit, putat ille, qui virgam cũ alia significatiõe positã tollendam dixit, ei qui virgã rursus aliud significantẽ nõ tollẽdam dixit, esse cõtrarius: sed iam ratione reddita nõ putetur. Sic & calceamenta, cũ dicit Matthæus in via nõ esse portanda, curam prohibet: quia ideo cogitantur portanda ne desint, hoc & de duabus tunicis intelligendũ est, ne quisquam eorũ prẽter eam qua esset indutus, aliam portãdã curaret, solicitus ne opus esset, cũ ex illa potestate posset accipere: proinde Marcus dicẽdo calceari eos sandaliis vel soleis aliquid hoc calceamentũ mysticæ significatiõis habere admonet, vt pes neq; tectus sit desup, nec nudus ad terrã. i. nec occultet euangeliũ, nec terrenis cõmodis innitatur. & ꝓ nõ haberi vel portari duas tunicas, sed ex pressius indui prohibet, quid eos monet, nisi nõ dupliciter, sed simpliciter ambulare? Quisquis aũt putat nõ potuisse dominũ in vno sermone quædã figuratè, quędam ꝓpria ponere eloquia, cætera eius inspiciat, & videbit ꝓ hoc temerè ac ineruditè arbitretur. Beda. In duabus autẽ tunicis videtur mihi duplex ostẽdere vestimẽtũ, non quòd in locis Scythię glaciali niue rigentibus, vna quis tunica debeat esse cõtentus: sed in tunica vestimentũ intelligimus, ne aliud vestiti, aliud nobis futurorũ timore seruetur. Chry. Vel aliter: Matthæus & Lucas non calceamẽta neq; baculũ portare ꝓmittit, qđ ostendit perfectissimũ esse. Marcus vero baculũ iubet assumere & sandaliis calceari, quod dictũ est ꝓmissius. Beda. Allegoricè autẽ per perã, onera seculi: ꝓ panẽ, deliciæ tẽporales: ꝓ æs in zona, occultatio sapientiæ designatur: quia quisquis officiũ doctoris accipit, neq; oneribus secularium negociorũ deprimi, neq; desyderiis carnalibus resolui, neq; cõmissum sibi talentum verbi sub otio debet lẽti corporis abscõdere. Sequit: Et dicebat eis, quocũq; introieritis &c. Vbi dat constantiæ generale mandatũ, vt hospitalis necessitudinis iura custodiãt, alienũ à prædicatore regni cælestis astruens, cursitare per domos. Theo. Ne scilicet de gula cõtingeret eos reprehẽdi, ab aliis ad alios transeũtes. Sequitur: Et quicũq; nõ receperint &c. Hoc autẽ domin⁹ præcepit, vt ostenderẽt ꝓ longã ꝓpter eos viam ambulauerũt, & nihil eis profuit. Vel quia nihil ab eis acceperũt etiam neq; puluerẽ, sed & hũc excutiũt, vt hoc sit in testimoniũ illis. i. in redargutionẽ illis. Chry. Vel vt sit in testi

Notatur mysterium.

Consensus euãgelicus.

moniũ laboris viæ,quam ſuſtinebant pro eis,aut tanq̃ puluis peccatorũ prædicantium cõuertatur in ſeipſos. Sequitur:Et exe.ſpdi.vt pœnitẽtiam ageret &c. Quod oleo vngeret ſolus Marcus enarrat.Iacobus autẽ in epiſtola ſua canonica ſimilia dicit.Oleũ enĩ & labores curat,& luminis & hilaritatis cauſa exiſtit.Significat autẽ oleũ vnctionis dei mĩam, infirmitatis medelã & cordis illuminationẽ,qđ totũ oratio operat.Theo.Significat etiã gratiã ſpũs ſancti,per quã à laboribus trãſmutamur:& lumen & lætitiã ſpirituale ſuſcipimus. Beda. Vnctio ſacramẽ torũ notatur. Vnde patet ab ipſis apoſtolis hunc ſanctæ eccleſiæ morem eſſe traditũ,vt energumeni vel alii quilibet ægroti vngantur oleo pontificali benedictione conſecrato.

Et audiuit Herodes rex,manifeſtũ enim factum eſt nomen eius,& dicebat:Quia Ioãnes Baptiſta reſurrexit à mortuis, & propterea operantur uirtutes in illo. Alij autem dicebat, Quia Elias eſt. Alij uero dicebant:Quia propheta eſt, quaſi unus ex prophetis. Quo audito Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem,hic à mortuis reſurrexit.

Glo.Poſt prædicationẽ diſcipulorũ Chriſti,& miraculorũ operationẽ, conuenienter euãgeliſta ſubiungit de fama,quæ eõſurgebat in populo.vnde dicit:Et audiuit Hero.rex.Chry. Herodes iſte filius erat primi Herodis, ſub quo Ioſeph Ieſum duxerat,in Aegyptũ. Tetrarcham autẽ Matthæus nominat hũc,atq; Lucas,tãq̃ principantẽ ſuper quartã partẽ regni patris ſui. Romani eñ poſt mortẽ patris,regnũ in partes quatuor diuiſerũt.Marcus vero regẽ eum vocat,aut patris conſuetudine,aut quia hoc voto ei⁹ cõgruum exiſtebat. Hiero. Sequit:Manifeſtũ enim factũ eſt nomẽ eius.Lucernam enĩ ſub modio abſcõdi fas nõ eſt. Et dicebant.ſ. aliqui de turba,quia Ioannes bapt.reſur.à mortuis.Et propterea operãtur vir.in illo.Beda.Quãta enim fuit Iudæorũ inuidia docemur. Ecce enĩ,Ioãnẽ de quo dictum eſt, quia ſignũ fecit nullũ,à mortuis potuiſſe reſurgere nul Inuidia Iudæorum. lo atteſtante credebant: Ieſum autẽ approbatum à deo virtutibus & ſignis,cuius reſurrectionẽ angeli,apoſtoli,viri ac fœminę p̃dicabant,nõ reſurrexiſſe,ſed furtim eſſe ablatũ credere maluerũt: qui cũ dicerẽt Ioannẽ reſurrexiſſe à mortuis, & ꝓpterea virtutes operatas eſſe in illo,bene de virtute reſurrectionis ſenſerũt, q̃ maioris potentiæ futuri ſunt ſancti, cũ à mortuis reſurrexerint,q̃ fuerũt cũ carnis adhuc infirmitate grauarentur. Sequit:Alii aũt dice.quia El.eſt.Theo. Cõfutabat enĩ multos homines Ioãnes quãdo dicebat: Genimina viperarũ.Sequit:Alii autẽ dicebant,quia ꝓpheta eſt,quaſi vnus ex prophetis. Chry. Mihi quidẽ videt hũc prophetã dicere,de quo Moyſes dixit:Prophetã ſuſcitabit vobis deus de fratribus veſtris.Recte quidem,ſed quia manifeſte dicere trepidabãt hic eſt Chriſt⁹,Moyſi vtebant voce,ꝓpriã ſuſpicionẽ velantes prepoſitorũ ſuorũ timore.Sequit:Quo audito Hero.ait:Quẽ ego decolla.Ioan.hic à mor.reſur. Per ironiam hoc Herodes expreſſe pronuntiat.Theo. Vel aliter:Sciens Herodes q̃ Ioannẽ iuſtũ exiſtentẽ ſine cauſa occiderat,credebat eũ à mortuis ſurrexiſſe,& quòd exreſurrectiõe ſuſcepiſſet Conſen ſus euan gelicus. miraculorũ operationẽ.Augu.de con.euan. In his autẽ verbis Lucas Marco atteſtatur,ad hoc duntaxat q̃ alii dixerint nõ Herodes,Ioannẽ ſurrexiſſe,ſed hæſitãtem: Lucas cõmemorauit Herodẽ,verbaq; eius ita poſuit dicentis: Ioannẽ ego decollaui. Quis autẽ eſt iſte de quo audio talia? Intelligẽdũ eſt autẽ poſt hãc hæſitationem cõfirmaſſe in animo ſuo quod ab aliis dicebatur,cũ ait pueris ſuis,ſicut Matthæ⁹ narrat:Hic eſt Ioãnes baptiſta, ipſe ſurrexit à mortuis. Aut ita pronuntianda ſunt hęc verba,vt hęſitãtẽ adhuc indicẽt,p̃ſertim qa & Marcus qui ſuperius dixerat ab aliis dictũ fuiſſe,q̃ Ioannes à mortuis reſurrexerit,in extremo tamẽ ipſum Herodẽ dixiſſe nõ tacet: Quem ego decolla.Ioan.hic à mor.reſurre. Quæ item verba duobus modis pronũtiari poſſunt,vt aut confirmantis, aut dubitantis intelligantur.

*Ipſe enim Herodes miſit ac tenuit Ioannẽ, & uinxit eũ in carcere propter Herodiadẽ uxorẽ Philippi fratris ſui, quia duxerat eã. Dicebat enim Ioãnes Herodi: Non licet tibi habere uxorẽ fratris tui. Herodias aũt inſidiabatur illi: & uolebat occidere eũ nec poterat. Herodes autẽ metuebat Ioannẽ, ſciens eũ uirũ iuſtum & ſanctũ: & cuſtodiebat eũ, & audito eo multa faciebat: & libenter eũ audiebat. Et cum dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cœnã fecit principibus & tribunis & primis Galileæ. Cũq; introiſſet filia ipſius Herodiadis & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi. ſimulq; recũbentibus rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo tibi, & iurauit illi: Quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidiũ regni mei. Quæ cũ exiſſet,dixit matri ſuæ: Quid petã? At illa dixit: Caput Ioannis Baptiſtæ. Cũq; introiſſet ſtatim cũ feſtinatione ad regẽ petiuit,dicens: Volo ut protinus des mihi i diſco caput Ioãnis Baptiſtæ. Et cõtriſtatus eſt rex, propter iuſiurãdũ & propter ſimul diſcũbẽtes noluit eã cõtriſtare: ſed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput * eius in diſco, & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in diſco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ. Quo audito diſcipuli eius uenerũt, & tulerunt corpus eius, & poſuerunt illud in monumento.* *Ioãnis.

Theo.Ex p̃miſſis Marcus euangeliſta occaſionẽ ſumens,hic de morte cõmemorat p̃curſoris, dicens: Ipſe enĩ Herodes miſit ac tenuit Ioãnẽ &c.Beda.Vetus narrat hiſtoria Philippũ Herodis maioris filium,ſub quo dñs fugit in Aegyptũ, fratrem huius Herodis ſub quo paſſus eſt Chriſtus,duxiſſe Herodiadẽ vxorẽ filiam regis Arethæ,poſtea vero ſocerũ eius exortis quibuſdam contra generũ ſimultatibus tuliſſe filiã ſuã,& in dolorẽ mariti prioris inimici eius nuptiis copulaſſe.ergo Ioãnes baptiſta arguit Herodẽ, & Herodiadẽ, q̃ illicitas nuptias fecerint,& nõ liceat fratre viuẽte germano illius vxorẽ ducere. Theo. Lex etiam p̃cipiebat q̃ frater vxorẽ fratris acciperet eũ defunctus prolẽ nõ haberet. Ibi autẽ erat filia, ꝓpter quod erant nuptiæ ſceleratæ. Sequit:Herodias autẽ inſi.illi,&c.Beda. Timebat enĩ Herodias,ne Herodes aliquãdo reſipiſceret,vel Philippo fratri ſuo amicus fieret,atq;illicitæ nuptiæ repudio ſolueretur.Sequit:Hero.autẽ metu. Io. quia ſciebat eũ virũ iuſtũ & ſanctum.Glo.Timebat inquã eum reuerẽdo,ſciebat enim eũ eſſe iuſtum,quo ad homines,& ſanctum quo ad deũ.Et cuſtodiebat eũ,ne.ſ.ab Herodiade interficeretur.Et audito eo multa faciebat, quia putauit eum ſpiritu dei loqui. Et libẽter eũ audiebat, quia reputabat vtilia,quæ ab eo dicebant.Theo. Vide autẽ quãtũ operatur cõcupiſcẽtiæ rabies, quia cũ Herodes tantã circa Ioannẽ haberet reuerentiã & timorẽ,horũ fit immemor,vt ſuæ fornicationi ꝓuideret. Remi.ſup. Mat.Libidinoſa enim volũtas eum coegit in illũ manũ mittere,quẽ ſciebat iuſtũ & ſanctum.Ac per hoc datur intelligi q̃ minus peccatũ factũ eſt ei cauſa maioris peccati,ſecũdũ illud:Qui in ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc. Sequit: Et cum dies oportunus &c.Beda. Soli mortali Herodes & Pharao legũtur diẽ natalis ſui gaudiis feſtiuis celebraſſe, ſed vterq; rex infauſto auſpicio natiuitatẽ ſuam ſanguine fœdauit:verũ Herodes tãto maiore impietate, quanto ſanctũ & innocentẽ doctorem veritatis occidit,& hoc pro voto ac petitione ſaltatricis.Sequit enim:Cũque introiſſet &c. Rex ait: Pete à me quod vis & dabo tibi.The.Dũ enim cõuiuium fit, Veteris. hiſtoriæ teſtimonium. Notula pulchra.

Sathanas per puellã ſaltat,& iuſiurãdum perficit ſceleratũ.Sequitur enĩ:Et iura. illi quia &c. Beda. Non excuſatur ab homicidio per iuramẽtũ,ideo enĩ forte iurauit vt occaſionẽ inueniret occidẽdi:& ſi patris aut matris interitũ poſtulaſſet, non vtiq; cõceſſiſſet Herodes. Sequit: Quæ cum exiſ.di. mat.ſuæ quid petam? At illa dixit.Cap.Ioã.Bap. Digno operi ſaltationis, dignũ poſtulatur ſanguinis præmiũ.Sequit. Cũq; introiſſet ſtatĩ cũ feſti.&c.The.Maligna mulier ꝓtin⁹ ſibi caput Ioãnis dari petit.i.ſtatim in illa hora. Timebat eñ ne Herodes reſipiſceret.Sequit:Et contri.eſt rex.Beda. Conſuetudinis eſt ſcripturarũ vt opinionẽ multorũ ſic narret hiſtoricus, quomodo eo tẽpore ab omnibus credebatur ſicut & Ioſeph ab ipſa quoq; Maria appellaẽ pater Ieſu:Ita & nunc Herodes dicitur contriſtatus,quia hoc diſcumbẽtes putabãt.diſſimulator enim mẽtis triſtitiã præferebat in facie,cum lætitiã haberet in mẽte: ſcelúſq; excuſat iuramẽto,vt ſub occaſione pietatis impius fieret.vnde ſequitur:Propter iuſiurãdum & ꝓpter ſimul diſcũbentes, noluit eam contriſtare. Theo. Herodes quidẽ non ſui compos,ſed voluptuoſus iuſiurandũ impleuit,& iuſtũ interemit. Decebat autẽ magis in hoc peierare & nõ tãtum ſcelus operari. Beda. Quòd autẽ ſubdit,Et ꝓpter ſimul recumbẽtes,vult oẽs ſceleris ſui eſſe conſortes, vt in luxurioſo impuroq; conuiuio,cruentę epulę deferrẽtur.Vnde ſequit:Sed miſ.ſpi. præ.af.ca. Io.in di. Theo. Spiculator carnifex dicitur, qui conſtituit ad hoĩes interficiẽdum. Beda. Non autẽ Herodẽ puduit caput occiſi hoĩs ante cõuiuas inferre. Pharao vero nil talis veſaniæ cõmiſiſſe legit.Ex vtroq; tamẽ exẽplo probatur vtilius eſſe nobis diẽ mortis futuræ timendo,& caſte agendo ſępius in memoriã reuocare, quàm diẽ natiuitatis luxuriãdo celebrare. Homo eñ ad laborẽ naſcitur in mũdo, & electi ad requiẽ per mortẽ tranſeũt è mũdo. Sequit: Et decol.eũ in carcere &c.Greg.iii.moraliũ.Nõ ſine grauiſſima admiratione perpẽdo,quòd ille,prophetiæ ſpiritu,intra matris vterum impletus,quo inter natos mulierum nemo maior ſurrexit ab iniquis in carcerẽ mittit,& pro puellæ ſaltu capite truncatur,& vir tantæ auſteritatis ꝓ vſu turpium moritur.Nũquid credimus aliquid fuiſſe quod in eius vita illa ſic deſpecta mors tegeret? Sed quãdo ille vel ĩ cibo peccauit, qui locuſtas ſolũmodo & mel ſylueſtre edit? Quãdo conuerſatiõe ſua offendere potuit qui de heremo nõ receſſit? Quid eſt q̃ omnipotẽs deus ſic vehementer in hoc ſeculo deſpicit, quos ſic ſublimiter ante ſecula elegit? niſi hoc qđ pietati fideliũ patet,quoniã iccirco ſic eos premit in infimis,quia videt quomodo remuneret ĩ ſummis, & foras vſq; ad deſpecta deiicit,quia intus vſq; ad incomprehẽſibilia perducit. Hic ergo vnuſquiſq; colligat:quid illic paſſuri ſint quos re ꝓbat:ſi hic ſic cruciat quos amat.Bed.Sequit: Quo audito diſci.ei⁹ ve.& tul.corp.eius & poſ.illud in monumẽto.Narrat Ioſephus vinctũ Ioãnem in caſtellũ Macheronta adductũ:ibiq; truncatũ. narrat vero eccleſiaſtica hiſtoria ſepultum eum in Sebaſte Paleſtinæ vrbe, quæ quondã Samaria dicta eſt. Decollatio autẽ Ioãnis minorationẽ famæ illius qua Chriſtus à populo credebatur inſinuat, ſicut exaltatio ſaluatoris in cruce profectum deſignabat fidei.quia & ipſe qui prius à turbis ꝓpheta eſſe credebatur, dei filius à cũctis fidelibus eſt agnitus.vnde Ioãnes quẽ oportebat minui, cũ diurnũ lumẽ decreſcere incipit,natus eſt:dñs aũt eo tẽpore anni,quo dies creſcere incipit. Theo.Myſtice autem Herodẽ qui interpretat̃ pelliceus, populus eſt Iudæorum qui habebat vxorem. ſ. inanẽ gloriã, cuius filia ſaltat & mouet̃ etiã nũc circa Iudęos. ſ. falſus intellectus ſcripturarũ.decapitarũt ſiquidẽ Ioannẽ,id eſt verbũ ꝓpheticũ,& ſine capite Chriſto habent eum. Hiero. Vel aliter:Caput legis quod eſt Chriſtus de corpore abſcindi tur ꝓprio, id eſt Iudaico populo,& datur gentili puellæ,id eſt Romanæ eccleſiæ,& puella dat matri ſuę adulteræ, id eſt ſynagogæ ereditura in fine. Corpus Ioannis ſepelitur:caput in diſco collocatur. Litera humana tegitur:Spiritus in altari honoratur & ſumitur.

Mors Ioannis funeſta.

Allegoria pulchra.

Et cõueniẽtes apoſtoli ad Ieſum, renũtiauerũt ei oĩa quæ egerãt & docuerãt. Et ait illis, Venite ſeorſum ĩ deſertũ locũ, & requieſcite puſillũ. Erãt enĩ qui ueniebãt & redibant multi, & nec ſpaciũ manducandi habebãt. Et aſcendentes in nauim, abierũt in deſertũ locũ ſeorſum. Et uiderunt eos abeũtes, & cognouerũt multi: & pedeſtres de omnibus ciuitatibus cõcurrerũt illuc, & præuenerunt eos. Et exiẽs uidit turbam multam Ieſus: & miſertus eſt ſuper eos, quia erant ſicut oues non habentes paſtorem, & cœpit illos docere multa.

Glo.Poſtq̃ euãgeliſta narrauit mortẽ Ioannis,narrat ea quæ Chriſtus cũ ſuis diſcipulis poſt mortem Ioãnis egerit,dicens:Et cõue.apoſtoli &c. Hiero. Ad locũ enĩ vnde exeunt flumina,reuertũtur, deo ſemper referunt gratias miſſi ſuper his quæ acceperãt.Theo. Diſcamus autẽ & nos cũ in miniſteriũ aliquod mittimur nõ elongari,& vltra cõmiſſum officiũ non efferri,ſed mittentẽ viſitare & renũtiare ei omnia q̃ egimus & docuimus. Beda.Non eñ ſolũ oportet docere ſed facere,non ſolũ autẽ q̃ ipſi egerãt & docuerãt apoſtoli, dño renuntiãt, ſed etiã quę Ioannes eis in docẽdo occupatis ſit paſſus, & ſui & Ioãnis diſcipuli dño renũtiant, ſicut Matthæ⁹ deſcribit.Sequit:Et ait illis:Venite ſeorſum &c. Aug. de con.euã.Hoc cõtinuo poſt Ioãnis paſſionẽ factũ eſſe cõmemorat,vñ poſt hæc facta ſunt illa quę primo narrata ſunt,quibus motus Herodes dixit, Hic eſt Ioãnes Bap.quem ego decollaui.Theo. In deſertũ autẽ recedit locum, ꝓpter humilitatẽ. Quieſcere autẽ facit Chriſt⁹ ſuos diſcipulos,vt addiſcãt præpoſiti,q̃ qui laborãt in opere & ſermone requiẽ promerẽtur, & q̃ non debent cõtinue laborare.Beda.Quæ autẽ neceſſitas fuerit cõcedendę requiei diſcipulis oſtẽdit cũ ſubdit:Erant enĩ qui ve.&c.Vbi magna tẽporis illius fœlicitas de labore docẽtiũ ſimul & diſcẽtiũ ſtudio demõſtrat.ſequitur: Et aſcen.in nauim &c.Non diſcipuli ſoli,ſed aſſumpto domino aſcendẽtes in nauim, locum petiere deſertum vt Matthæus demonſtrat. Tentat autẽ fidẽ turbarũ,pe tendo enĩ ſolitudinẽ,an ſequi curent, explorat. Ille ſequendo & non in iumẽtis aut vehiculis diuerſis,ſed ꝓprio labore pedũ quãtam ſalutis ſuæ curã gerant, oſtẽdũt.ſequit:Et vide.eos abeun.&c. Dum pedeſtres eos præueniſſe dicunt̃,oſtenditur quia nõ in alia maris ſiue Iordanis ripã nauigio peruenerunt diſcipuli cũ domino,ſed proxima eiuſdẽ regionis loca adierunt,quo etiã indigenæ pedeſtres poterant præuenire. Theo. Ita tu Chriſtũ non expectans quòd ipſe reuocet, ſed præcurrẽs eũ præuenias.ſequit:Et exi.vi.tur.mul. Ieſus & miſertus &c.Phariſęi lupi exiſtẽtes rapaces,non paſcebãt populũ,ſed deuorabant,ꝓpter hoc ad Chriſtũ verũ cõgregantur paſtorẽ qui tradidit illis cibũ ſpiritualem.ſ. verbi dei.vnde ſequit:Et cœpit eos docere multa. Videẽs enim eos qui miraculorũ occaſioneẽ ſequebantur præ longitudine viæ feſſos,eorũ miſertus,voluit eos ſatiffacere volũtati,docendo eos. Beda. Matthæus dicit quòd curauit languidos eorum, hoc eſt enim veraciter pauperũ miſereri, eis veritatis viam docẽdo aperire,& moleſtias corporales auferre.Hiero.Myſtice autẽ ſeorſum ducit dominus quos elegit, vt inter malos viuentes,mala non intendãt, vt Loth in Sodomis, & Iob in Conſen ſus euan gelicus. Allego. ria pulchra.

terra Hus,& Abdias in domo Achab. Beda. Derelicta etiã Iudæa in deserto ecclesiæ prædicatores sancti, qui apud Iudæos tribulationũ sarcina ꝓmebãtur de gratia fidei gentibus collata requiem nacti sunt. Hiero. Pusilla tamẽ est hic sanctis requies,lõgus labor,sed postea dicitur illis, vt requiescãt à laboribus suis. Sicut autẽ in archa Noe animalia,quæ intus erãt, foras mittebãtur, & quæ foris erant, ĩtro erũpebant : sic agit in ecclesia, Iudas recessit, latro accessit. sed quandiu recedit à fide ĩ ecclesia, nõ est requies sine mœrore. Rachel enim plorans filios suos noluit consolari. Non est etiã hoc conuiuium in quo bibitur vinum nouum, cum cantabitur canticum nouum ab hominibus nouis , cum mortale hoc induerit immortalitatem. Beda. Christum autem petentem deserta gentium,multæ fidelium cateruæ relictis mœnibus priscæ conuersationis sequuntur.

Et cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicẽtes: Desertus est locus hic,& iam hora præterijt: dimitte illos,ut cũtes in proximas uillas & uicos, emãt sibi cibos quos mãducẽt. Et respõdẽs, ait illis: Date illis mãducare. Et dixerũt ei: euntes emamus ducẽtis denarijs panes: & dabimus illis mãducare. Et dicit eis, Quot panes habetis? ite & uidete. Et cum cognouissent, dicũt, quinq;, & duos pisces. Et præcepit illis ut accũbere facerẽt omnes secũdũ contubernia super uiride fœnũ: & discubuerũt in partes per centenos & per quiquagenos. Et acceptis quĩq; panib⁹, & duob⁹ piscib⁹: intuẽs in cælũ benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis ut ponerent ante eos: & duos pisces diuisit omnibus. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmẽtorũ duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant autem qui manducauerunt quinque milia uirorum.

Theo. Præponẽs domin⁹ quod vtilius est,scilicet cibum sermonis dei, deinde etiã corporalẽ cibũ præbuit turbæ,ad cuius narrationẽ euãgelista accedit dicẽs: Et cum iam hora multa fieret, accesserũt discipuli eius di. Deser.lo. est hic. Beda. Horã multã vespertinũ tẽpus dicit. vnde Lucas dicit: Dies aũt cœperat declinare. The. Vide aũt quomodo discipuli Christi circa hominũ amorẽ proficiunt,turbarũ enim miserti accedũt ad Christũ,& pro eis intercedũt. Dominus autẽ tẽtauit eos si eius virtutẽ tãtam esse cognouerãt quòd turbas pascere posset: vnde sequitur: Et respondẽs ait illis: Date eis mãducare. Beda. Prouocat etiã apostolos,hoc dicens ad fractionẽ panis, vt illis se nõ habere testãtibus magnitudo signi notior fieret. The. Discipuli autẽ arguebãt eũ,tãquàm ignorãtem,quod illis esset necessariũ,ad tãtam multitudinem turbarum pascẽdam,vnde turbati respõdẽt. Sequitur enim,Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis &c. Aug. de cõ. euã. Hoc Philippus apud Ioannẽ respõdet,sed Marcus à discipulis respõsum esse cõmemorat, volens intelligi hoc ex ore cæterorũ, Philippũ respõdisse,quãquã & pluralem numerũ pro singulari vsitatissime ponere potuerit. sequitur: Et eũ cog. dicũt: quinque & du. pisc. Quod Andreas apud Ioannẽ de quinque panibus & duobus piscibus suggesserat,hoc cæteri euangelistæ pluralẽ numerũ pro singulari ponẽtes ex discipulorum persona retulerunt. sequitur, Et præce. illis vt accũbere face. &c. Quod autẽ Lucas dicit quinquagenos iussos esse discũbere, Marcus vero quinquagenos & cẽtenos, ideo nõ hoc mouet, quia vnus partẽ dixit, alter totũ. Qui enim de cẽtenis retulit, hoc retulit quod ille prætermisit. Theo. Per hoc aũt datur intelligi quod sequestrati discubuerũt per partes & partes , in græco enim quod hic dicitur secũdum contubernia duplicatur: ac si diceretur, per cõtubernia & cõtubernia. sequitur : Et acc. quinque pa. &c. Chry. Decenter autem in cælum aspexit, quia in deserto mãna accipiẽtes Iudæi, de deo dicere attẽtauerunt: Nũquid poterit dare panẽ? Ne vero hoc cõtingat, antequàm faceret, ad patrẽ retulit quod erat facturus. Theo. Intuetur etiam in cælũ, vt instrueret à deo petere escam & nõ à diabolo, sicut faciũt illi, qui alienis iniuste laborib⁹ nutriũtur. Ex hoc etiã turbis tũc innuit quòd nõ esset deo cõtrarius , sed deum inuocaret. Dat autẽ panẽ discipulis apponẽdum turbis, vt tractãdo panẽ non dubiũ sed miraculũ videatur. sequitur: Et mãdu. omnes, & satu. sunt &c. Duodecim cophini superabũdant fragmentorum, vt quolibet apostolorũ vnũ cophinũ super humerũ portante, ineffabile miraculum videatur. Superabũdãtis enim virtutis erat nõ solum tot homines pascere, sed & tãtam superabũdãtiam relinquere fragmentorũ. Moyses enim & si mãna dabat secundũ vniuscuiusque necessitatem illud largiebat, superfluũ vero vermibus scaturiebat. Elyas etiam viduã pascẽs, quãtum ei erat sufficiẽs, tribuebat, Iesus vero tãq̃ dns superabũdãter operabat. Beda. Mystice aũt die declinata esurientes turbas saluator reficit, qa vel fine seculorũ ꝓpinquãte , vel cũ sol iustitiæ pro nobis occubuit, à spiritualis inediæ sumus tabe saluati. prouocat apostolos ad fractionẽ panis, ĩsinuãs quòd quotidie per eos ieiuna sunt corda nostra pascenda, eorum. s. literis & exẽplis. Per quinq; panes quinq; Moysaycæ legis libri, per duos pisces psalmi sunt & prophetæ figurati. Theo. Vel duo pisces sunt piscatorũ sermones, scilicet epistolę & euãgeliũ. Beda. Quia vero quinque sunt exterioris hominis sensus, quinque milia viri dominũ secuti designãt eos qui in seculari adhuc habitu positi, exteriorib⁹ bene vti nouerũt. Gregorius xvi. moraliũ. Diuersi cõuiuãtium discubitus distinctiones ecclesiarũ, q̃ vnam catholicã faciunt, designant. Iubilei autẽ requies quinquagenarii numeri mysterio cõtinetur, & quinquagenarius bis ducitur vt ad centenarium perueniat. Quia ergo prius à malo quiescitur opere, vt post anima plenius quiescat in cogitatione : alii quinquagenarii, alii cẽteni discũbunt. Beda. Super fœnum autẽ discũbentes dominicis pascũtur alimẽtis, qui per cõtinentiã calcatis cõcupiscẽtiis audiendis implendisque dei verbis operã impendunt. saluator aũt nõ noua creat cibaria: qa veniẽs ĩ carne nõ alia q̃ quæ prædicata sunt ꝑdicat. sed legis & ꝓphetarum scripta q̃ grauida sint mysteriis gratiæ demõstrat. Intuetur in cælum vt ibi lucẽ doceat esse q̃rendã. Frangit, & ante turbas ponẽda distribuit discipulis: quia sacramenta ꝓphetiæ sanctis doctoribus qui hæc toto orbe prædicent, patescit. Quod turbis supereſt à discipulis tollitur, quia secretiora mysteria, q̃ à rudibus capi nequeunt, nõ negligẽter omittẽda, sed sunt inquirenda pfectis. Nã per cophinos xii. apostoli & sequẽtes doctores figurantur: foris quidẽ hoibus despecti , sed intus saluatoris cibi reliquiis cumulati. Cõstat enĩ cophinis opera seruilia geri solere. Hiero. Vel duodecim cophini plenĩ fragmẽtis colliguntur, cum sint super thronos iudicantes duodecim tribus Israel, qui sunt fragmenta: Abraham, Isaac, & Iacob, quando ex Israel reliquiæ saluæ fient.

Et statim coegit discipulos suos ascẽdere nauim : ut præcederent eum trans fretũ ad Bethsaidã, dũ ipse dimitteret populũ. Et cũ dimisisset eos abijt in montem orare. Et cum sero esset, erat nauis in medio mari: & ipse solus in terra. Et uidens eos laborantes in remigando, erat enim uentus contrarius eis, & circa quartã uigiliã noctis uenit ad eos ambulans supra mare: & uolebat præterire eos. At illi ut uiderunt eũ ambulantem supra mare , putauerunt fantasma esse , & exclamauerunt. Omnes enim uiderunt eum, & conturbati sunt. Et statim locut⁹ est cum eis, & dixit eis: Confidite, ego sum:

Doctria ex gestis Christi.

Allegoria pulchra.

Nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim : & cessauit uentus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerũt de panibus, erat enim cor eorum obcæcatum.

Glo. Dns quidem in miraculo panũ, quòd esset conditor rerũ ostendit: nunc autem ambulando sup vndas, quòd haberet corpus ab omniũ peccatorũ grauedine liberum edocuit: & in placando ventos , vndarúmq; rabiẽ sedando , quòd elemẽtis dominaretur monstrauit. vnde dicit: Et statĩ coegit &c. Chry. Dimittit qdẽ populũ in benedictione & aliquibus curationibus. Coegit autẽ discipulos, quia nõ de facili ab eo poterant separari: & hoc quidẽ tum propter nimiũ affectũ, quẽ ad eum habebant, tũ quia sollicitabant qualiter ad eos veniret. Beda. Merito autẽ mouet quomodo Marcus dicat peracto miraculo panũ, discipulos venisse trans fretum Bethsaidã, cũ videatur Lucas dicere eꝙ in locis Bethsaidæ factũ fuerit miraculũ illud? nisi forte intelligamus qd̃ Lucas ait in desertũ locum , qui est Bethsaida, nõ ipsius intima ciuitatis, sed loca deserti ad eam pertinentis essẽ designata. Marcus autẽ dicit vt ꝑcederẽt eũ ad Bethsaidã, vbi ipsa ciuitas notatur. Sequit: Et cũ dimisisset eos: &c. Chry. Quod decet intelligere de Christo secundũ quòd est homo: hoc etiã fecit instruens nos assiduos esse in oratione. Theo. Dimissa aũt turba ascẽdit orare: requiẽ etenim & silentiũ oratio exigit. Beda. Nõ omnis autẽ qui orat, ascendit in montem: sed qui bene orat, qui deũ orando quærit. Qui vero de diuitiis, aut honore seculi, aut de inimici morte obsecrat, ipse ĩ infimis iacens viles ad deũ preces mittit. Quare aũt dominus dimisso populo in montẽ oraturus abierit, Ioannes declarat dicens: Iesus ergo cũ cognouisset quia venturi essent vt raperent eũ, & facerent eũ regẽ: fugit iterum in montẽ ipse solus. sequit: Et cũ sero esset, erat na. &c. Theo. Permisit autem dns periclitari discipulos vt patientes fierẽt. vnde non statim eis astitit, sed per totã noctẽ periclitari permisit, vt doceret eos patienter expectare , & non à principio sperare in tribulationibus subsidiũ. sequit enim: Et videns eos labo. in &c. Chry. Quatuor vigilias noctis dicit sacra scriptura, vnãquãque diuidens in tres horas, vnde quartam vigiliã dicit quæ est post horam nonã, scilicet in hora x. vel posteriori hora. sequit: Et vo. præte. eos. Aug. de cõcordan. euã gelista. Quomodo autẽ hoc intelligere potuerunt, nisi quia in diuersum ibat: eos volens prẽterire tanquã alienos, à quibus ita non agnoscebat, vt fantasma putaret. sequit enim: At illi vt vi. eum &c. Theo. Vide autẽ quoniam cũ Christus debebat eorũ pericula cõpescere, tũc maiorem eis incutit timorem. Sed statim per vocẽ confortauit eos. Sequit enĩ: Et statĩ locutus est cũ eis & dixit eis, cõfidite: ego sum no. time. Chry. Statim autem in voce cognouerũt eũ & timor solut⁹ est. Aug. de con. euan. Quomodo ergo eos volebat ꝑterire, quos pauẽtes ita confirmat, nisi quia illa voluntas prẽtereũdi, ad eliciendũ illũ clamorem volebat cui subueniri oportebat? Beda. Scripsit aũt Theodorus Samaritanus quòdã episcopus, corporale pondus nõ habuisse dñm secundũ carnem, sed absq; põdere sup mare ambulasse: sed fides catholica pondus secundũ carnem habere eũ prędicat. Ait enĩ Dionysius: Ignoramus qualiter nõ infusis pedibus corporale põdus habentib⁹ & materiale onus, deambulat in humidã & instabilẽ substãtiã? Theo. Deinde per introitũ in nauiculã dns cõpescuit tẽpestatem. Sequit enĩ: Et ascen. ad il. in na. & ces. vẽt. Magnũ quidẽ miraculũ est ꝙ ambulat dns super mare, sed tempestas & venti contrarietas oppositа fuerũt ꝓpter maius miraculũ. Apostoli enĩ ex miraculo quinq; panum, non intelligentes Christi potentiã , nũc ex maris miraculo plenius cognouerũt. vnde sequit: Et plus intra se stupebant. Non enĩ &c. Beda. Stupebant quidẽ carnales adhuc discipuli, virtutũ magnitudine: necdum tamẽ in eo veritatẽ diuinæ maiestatis cognoscere valebant. vnde sequit: Erat enĩ cor eorũ obcæcatũ. Mysticè autẽ labor discipulorũ in remigando & vẽtus contrarius, labores sanctæ ecclesiæ designat: quæ inter vndas seculi aduersantes, & immũdorũ flatus spirituũ, ad quietem patriæ cęlestis peruenire conat. Bene autem dicit , quia nauis erat in medio maris, & ipse solus in terra: quia nonnũquã ecclesia tantis gentiliũ pressuris afflicta est , vt redemptor ipsius eã prorsus deseruisse videret. Sed videt dns suos laborantes in mari: quia eos ne in tribulationibus deficiant, suæ respectu pietatis corroborat, & aliquando manifesto adiutorio liberat. Quarta autẽ vigilia venit ad eos diluculo appropinquante , quia homo mentẽ cũ ad superni lumen præfidii exerit, aderit dns, & tentationũ pericula sopient. Chry. Vel prima vigilia est vsq; ad diluuium, secunda vsq; ad Moysen, tertia vsq; ad aduentũ dñi , in quarta venit dns & discipulis locutus est. Beda. Sæpe autẽ fideles in tribulatiõe positos superna pietas deseruisse visa est, vt quasi laborantes in mari discipulos ꝓterire Iesus voluisse putaretur. Adhuc autẽ hæretici putãt fantasma fuisse dñm, nec veram assumpsisse carnem de virgine. Hiero. Dicit autem eis: Confidite , ego sum: quia videbimus eum sicuti est. cessauit aũt vẽtus & ꝓcella, Iesu sedẽte. i. regnãte ĩ nauiq̃ est vniuersa ecclesia. Beda. In quocũq; etiã corde p gratiã sui adest amoris: mox vniuersa vitiorũ & aduersantis mũdi siue spirituũ malignorũ bella cõpressa qescũt.

Intellectus hystoricus.

Vigiliæ quę sunt

Vigiliæ quatuor.

Et cum transfretassent uenerunt in terrã Genezareth, & applicuerunt. Cũque egressi essent de naui, cõtinuo cognouerunt eum: & percurrentes uniuersam regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui se male habebant circunferre, ubi audiebant eum esse. Et quocunque introibat in uicos , uel in uillas, aut in ciuitates , in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum, salui fiebant.

Glos. Quia euangelista exposuerat periculum quod discipuli in nauigando sustinuerant , & quomodo fuerant liberati : nunc ostendit quo nauigando peruenerint , dicens : Et cum transfretassent &c. Theophila. Post magnum autem spacium temporis ad prædictum locum dominus transfretauit. Et ideo euangelista subdit: Cũque egressi essent de naui conti. cog. eum. s. incolæ. Beda. Cognouerunt autem eum rumore , non facie: vel præ signorum magnitudine & vultu plurimis notus erat. Vide autem quanta fides sit hominum terræ Genezareth, vt non præsentium tantum salute contenti sint, sed mittant ad alias per circuitum ciuitates, quo omnes currant ad medicum. vnde sequitur: Et percurrentes vniuersam regionem illam , cœpe. in grabatis, &c. Theo. Non enim ad domos inuitabant eum vt curaret, sed magis ipsi male habentes afferebãtur ad eum. vnde etiam sequitur: Et quocunque introibat in vicos aut in vil. &c. Miraculum enim quod circa mulierem hæmorroissam contigerat, ad aures multorum deuenerat , & multam fidem eis dabat , ex qua sanabantur. Sequitur enim: Et quotquot tangebant eum, &c. Beda. Mysticè autem fimbriam vestimenti eius minimũ mandatum intellige : quod quicunque transgressus fuerit, minimus vocabitur in regno cælorum. vel assumptionem carnis, per quam venimus ad verbum dei, & illius postea fruimur maiestate. Hiero. Quod autem dicitur: Et quotquot tangebant eum salui fiebant, implebitur quando fugiet dolor & gemitus.

Expõ literalis.

Allegorica expõ.

Universidad de Deusto Biblioteca

CAPVT VII.

*Conueniunt. ET *cõuenerunt ad eũ pharisæi & quidã de scribis, uenientes ab Hierosolymis. Et cũ uidissent quosdã ex discipulis eius cõibus manibus, id est nõ lotis, mãducare panes, uituperauerũt. Pharisæi enim & oẽs Iudæi, nisi crebro lauerint manus nõ manducãt, tenẽtes traditionẽ seniorum: & á foro, nisi baptizentur, nõ comedũt. Et alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicũ & urceorum & æramentorum & lectorum. Et interrogabant eum pharisæi & scribæ: Quare discipuli tui non ambulãt iuxta traditionẽ seniorum, sed cõmunibus manibus mãducant panem? At ille respondens dixit eis: Bene prophetauit Esaias de uobis hypocritis, sicut scriptũ est: Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorũ longe est à me. In uanũ autem me colũt docẽtes doctrinas & præcepta hominũ. Derelinquentes enim mandatũ dei, *tenentes traditiones hominum, baptismata urceorũ & calicũ: & similia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene irritum feciſtis præceptũ dei, ut traditionem uestrã seruetis. Moyses enim dixit, Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã. Et qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autẽ dicitis: Si dixerit homo patri aut matri corbam, quod est donum quodcunq; ex me, tibi profuerit: & ultra nõ dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri, rescindentes uerbum dei per traditionem uestram quam tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis.

*Tenentis.

Beda. Homines terræ Genezareth qui minus docti videbant: non solũ ipsi ueniũt, sed & suos infirmos adducunt ad dominũ: ut uel fimbriã eius mereant contingere. At uero pharisæi & scribæ, qui doctores esse populi debuerãt, non ad quærendũ medelã, sed ad mouẽdas quæstionũ pugnas ad dominũ concurrũt. vnde dicitur: Et conue. ad eũ Pharisæi &c. Theo. Discipuli nãq; domini instructi ea quæ uirtutis tãtum sunt operari, non lotis manibus simpliciter comedebant: pharisęi autem

Pharisęorũ malitia.

volẽtes occasionẽ inuenire, hoc acceperũt, & non utiq; uituperabãt eos ut legis transgressores, sed quia traditiones seniorũ trãsgrediebantur. vnde sequit: Pharisæi enim & oẽs Iudæi nisi crebro lauerint manus non mãducant, tenentes traditionẽ seniorum. Beda. Spiritalia enim ꝓphetarũ uerba carnaliter accipiẽtes, quæ illi de cordis & operis castigatione præcipiebãt, dicẽtes: Lauamini, mundi estote, & mũdamini qui fertis uasa domini: isti de corpore solo lauãdo seruabãt. Superstitiosa ergo est hominũ traditio: semel lotos ob mãducandũ panẽ crebrius lauare, & à foro, nisi baptizenť nõ comedere. Sed necessariũ est eos qui panẽ de cælo descendentẽ participare desiderãt, crebro eleemosynis & aliis iustitię fructibus sua opera purgare. Necessariũ etiam est inquinamẽta quę ex tẽporalibus negociorũ curis quisquam contraxerit, subsequenti bonarũ cogitationũ & actuum permũdet instantia. Fruſtra autẽ Iudæi lauant manus & à foro baptizanť: quandiu cõtemnunt fonte ablui saluatoris: in uanũ baptisma seruant uasorũ qui corporũ suorũ, & cordium negligũt abluere sordes. Sequitur: Et interrogabãt eũ pharisæi & scribe, di. Quare discipu. tui non ambu. iuxta tradi. seni. sed con. mã. panẽ? Chry. super Matthæũ. Mira pharisæorũ scribarũmq; stultitia, dei filium arguunt, quare traditiões

Superstitio damnatur.

hominũ & præcepta non seruet. Cõmune autẽ hic pro immũdo ponitur. Populus enĩ Iudæorũ partẽ dei se esse iactitans cõmunes cibos vocat quibus oẽs vtuntur. Hiero. Pharisęorũ autẽ superfluũ latratũ furca rationis obtundit, id est Moysi & Esaię interpretatione, vt nos aduersantes hæreticos verbo scripturæ vincamus. vnde sequitur: At ille respondens ait: Bene ꝓphe. Esaias de vo. hypo. sicut scriptũ est: Populus hic lab. me ho. cor autẽ eorũ longe est à me. Chry. Quia enim non de legis transgressione, sed seniorũ discipulos accusabant: iniurioſe ipsos confundit, hypocritas vocans: quasi cõmendantes cũ reuerentia quadã id quod non conueniebat. Superaddit autẽ Esaiæ ꝓphetæ verbũ, quasi de eis dictũ: ac si diceret, Sicut hi de quib⁹ dicitur ꝙ deũ labiis honorant, cor autẽ eorũ ab eo longe est, inuanũ pietatẽ custodire se dicũt, doctrinas hominũ honorãtes: ita & vos qui derelinquitis id quod interius curabile est, & iustitiã colentes accusatis. Hiero. Traditio autẽ pharisaica in mẽsis & vasis abscindenda est & radenda. Sępe enim traditionibus hoĩm mãdata dei cedunt. vnde sequit: Derelinquẽtes man. dei te. tra. hominũ: baptisma vrceorũ. Chry. Vt autẽ eos arguat tanquã dei reuerentiã non seruantes, ꝓpter traditionẽ à senioribus factã, diuinis scripturis oppositã, subiungit: Moyses enim dixit, honora patrẽ &c. Beda. Honor in scripturis non tã tũ in salutatione & officiis deferendis; quantũ in eleemosyna ac munerũ collatione sentitur, honora inquit apostolus, viduas quæ verę sunt. Chry. Tali autẽ existẽte diuina lege ac talibus ministris transgrediẽtibus illotis, vos de leui & diuinũ transgredimini pręceptum, obseruãtes seniorũ traditiones. vnde sequitur: Vos autẽ di. Si dixe. hõ pa. & ma. Corbã: quod est donũ quodcũque ex me tibi ꝓderit supple, liber erit ab obseruatione ꝓmissi mãdati. vnde sequit: Et vltra non dimit. eum &c. Theo. Volẽtes eĩ pharisæi, quæ offerebãtur, comedere: instruebãt filios quòd cũ peculia aliqua habebãt, & parentes hæc peterẽt, responderent illis: Corbã, hoc est donũ quod à me petis, iam obtuli domino: & ita hęc non exquirerẽt quasi dño oblata. i. ad salutem parentũ ꝓficua: & sic decipiebant filios, vt parentes non honorarẽt & ipsi oblata deuorarẽt. Hoc ergo dñs exprobrat eis: quia propter lucrũ, legẽ diuinã transgrediebantur. vnde sequit: Rescin. verbũ dei per tradi. &c. Et multa similia huiusmodi facitis. s. trãsgrediẽtes. Chry. Vel potest dici quòd pharisæi iuuenes docebant, quòd si quis ꝓ iniuria patri aut matri illata munus offerat deo, erat immunis, quasi deo dans munera quæ patri debentur: & hoc dicẽtes parẽtes honorari nõ permittebãt. Beda. Potest autẽ & hũc breuiter habere sensum: Munus qđ ex me est, tibi proderit. Cõpellitis (inquit) filios, vt dicãt parẽtibus suis: Quodcũq; donũ oblaturus erã deo, in tuos cõsumo cibos, tibiq; prodest ô pater & mater: quasi dicant, non prodest: vt sic illi timentes accipere quod deo videbant mancipatum, inopem magis vellẽt vitam ducere quàm edere de consecratis. Hieroso. Mystice autem discipulos non lotis manibus manducare futuram gentium communionem significat. Munditia & baptisma pharisaicum sterile est: communicatio nõ lota apostolica extendit palmites suos vsque ad mare.

Honor verus quid sit.

*Et aduocãs iterũ turbã, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite: Nihil est extra hominẽ introiens in eũ, quod possit eũ coinquinare. Sed quæ de homine procedũt, illa sunt quæ *coinquinant hominẽ. Si quis habet aures audiẽdi audiat. Et cũ introisset in domum á turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis: Sic & uos imprudentes estis? Nõ intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eũ *coinquinare: quia nõ intrat in cor eius, sed in uẽtrẽ uadit, & in secessum exit, purgãs oẽs escas? Dicebat autẽ quoniã quæ de homĩe exeũt, illa* coinquinãt hominẽ. Ab intº enĩ de corde hominũ malæ cogitationes procedũt, adulteria, fornicatiões, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & * coinquinant hominem.

Commu nicant.

Commu nicare.

Commu nicant.

Commu nicant.

Chry. Iudæis cõsiderantibus corporalẽ munditiam legis & de hac murmurantibus, dominus contrarium vult ĩtroducere. vnde dr̃: Et ad. ite. tu. d. il. Audite &c.

illa sunt qꝫ coinquinant hoĩem. i. immundũ faciunt. Et enim qꝫ Christi sunt, intra hominẽ considerant: ea vero quæ legis sunt, magis cernunť extra hominem, quibus quasi corporalibus crux Christi finẽ in breui dare debebat. Theo. Hoc autẽ dñs dicit, volens instruere homines, quòd obseruatiões escarũ quas lex cõmemorat nõ oportet corporaliter intelligere, & ex hoc intẽtionem legis eis manifestare incœpit. Chry. Subiungit autẽ: Si quis ha. au. audi. audiat. Non enĩ manifeste aperuerat, quæ essent illa, quæ de homine ꝓcedebant & hominẽ coinquinant, & ꝓpter hoc verbũ apostoli crediderunt quòd aliquod aliud profundũ ꝓdictus dñi sermo innueret. vnde sequit: Et cũ introisset in domũ à turba, interrogabãt &c. Parabolã autẽ immanifestũ sermonẽ vocabant. Theo. Dominus autẽ prius increpat. vnde sequitur: Et ait illis: Sic & vos impru. estis? Beda. Vitiosus enim est auditor: qui obscura manifestè, aut manifestè dicta obscurè vult intelligere. Theo. Deinde dñs manifestat id quod erat occultũ, dicens: Nõ intelli. quia omne &c. Beda. Iudęi enim se partẽ dei iactantes, cõmunes cibos vocant, quibus oẽs homines vtunť, vt ostrea, lepores, & huiusmodi animalia, nec etiã idolothytũ inquantũ cibus & dei creatura est, sed dæmonum inuocatio hoc facit immundũ. Et causam subdit dicens: Quia non intrat in cor eius. Animæ locus principalis iuxta Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est. Glossa. Dicit ergo in cor eius, id est in mentem, quę est principalis pars animæ, ex qua tota hominis vita depẽdet. vnde secundũ eã necesse est hominẽ mundũ vel immundũ ætimari: & sic ea quę ad mentẽ non pueniunt, non possunt homini immũditiã afferre. Cibi ergo, quia ad mentẽ non peruenĩũt, secundũ suã naturã hominem inquinare nõ possunt: sed inordinatus ciborũ vsus, qui ex inordinatione prouenit mentis, ad hominis immũditiã pertinet. Quòd autẽ cibi ad mẽtẽ non pueniant, ostendit per id quod subdit, dicẽs: Sed in ventrem &c. Hoc autẽ dicit ne intelligaťquòd inde ex cibis in corpore maneat. Manet enim qđ est necessariũ ad corporis nutrimentũ, & augmẽtum. Egreditur autẽ quod est superfluum: quasi purgatio quædã interius remanentis nutrimẽti. Aug. in lib. lxxxiii. quæstio. Quidã enim sic accedũt, vt etiam mutent, & mutenť, sicut & ipse cibus amittẽs speciẽ suã in corpus nostrũ vertitur, & nos refecti in robur mutamur. Sed & tenuissimus humor, cũ in venis & aliis arteriis cocta fuerit esca, & digesta per occultos meatus, quos grẽci poros vocant, dilabitur, & in secessum vadit. Beda. Sic ergo cibi nõ faciunt homines immũdos, sed malitia, quæ operaťpassiones ab interioribus ꝓcedentes. vnde sequit: Dicebat autẽ, quoniã quæ de ore exe. &c. Chry. Cuius rationẽ significat, cũ subdit: Ab intus eĩ de cor. ho. cogi. ma. procedunt. Et sic patet ꝙ malæ cogitatiões ad mentẽ pertinent: qꝫ hic cor nominatur, secundũ quã homo dicit bonus vel malus, mũdus vel immũdus. Beda. Hinc autẽ arguũtur qui cogitationes à diabolo immitti putãt, nõ ex ꝓpria nasci volũtate. Diabolus incẽsor & adiutor malarũ cogitationũ esse potest, & auctor esse non põt. Glossa. Ex malis autẽ cogitationibus vlterius mali actus procedũt, de quib⁹ subdit: Adulteria, qꝫ in violatione alieni thori cõsistunt. Fornicationes, quæ sunt illiciti coitus personarũ à matrimonio solutarũ. Homicidia, quibus in personas ꝓximorũ nocumentũ infertur. Furta, quibus res subtrahunť. Auaritiæ, inquãtũ aliqua iniuste retinenť.

Doctria moralis.

Error arguitur.

Nequitiæ, qꝫ cõsistunt in ꝓximorum calũniis. Dolus, in eorũ deceptione. Impudicitiæ, quantũ ad quãlibet corruptionẽ mẽtis vel corporis. Theo. Oculꝰ malus id est odiũ & adulatio, nam qui odit, oculũ malum & inuidũ habet ad eũ quem odit, & adulator non recto oculo videẽs, quæ sunt ꝓximi, ad malũ ipsum deducit. Blasphemiæ. i. iniuriæ in deũ. Superbia, id est dei contemptus, dũ .s. quis bonũ quod operaťnon deo, sed suæ virtuti ascribit. Stultitia, id est iniuria in proximum. Glo. Vel stultitia est cũ non recte de deo sentitur. Contrariatur enim sapiẽtiæ, quę est diuinarũ rerum cognitio. Sequitur: Omnia hæc ma. ab intº proce. & coinqui. ho. Hoc enim in culpam homini imputaťquod in sua potestate existit. Talia autẽ sunt quæ procedunt ab interiori voluntate, per quam homo est suorum actuum dominus.

*Et inde surgẽs abijt in fines Tyri & Sidonis: Et ingressus domũ neminẽ uoluit scire, & non potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo, cuius filia habebat spiritũ immũdum, intrauit, & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eũ, ut dæmonium eiceret de filia eius. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios. Non est enĩ bonũ sumere panẽ filiorũ, & mittere canibus. At illa respõdit, & dixit illi: Vtiq; domine. Nam & catelli comedũt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi, propter hunc sermonem, uade, exijt dæmonium de filia tua. Et cum abijsset domũ suam, inuenit puellã iacentẽ super lectũ, & dæmoniũ exijsse.

Theo. Postquã de escis dominus docuerat, vides incredulos esse Iudæos: fines ingrediť gẽtiũ. Iudæis enim infidelibus existentibus, salus ad gentes cõuertit. vnde dicitur: Et inde surgẽs abiit &c. Chry. Tyrus & Sidon loca Chananęorũ erãt, venit igitur ad eos dñs, nõ tanquã ad ꝓpinquos: sed tanquam ad eos quibus nihil est cõmune ad patres, quibus ꝓmissio facta est. Et ideo sic venit vt aduẽtus suus Tyriis & Sidoniis nõ appareret. vnde sequitur: Et ingres. do. neminẽ vo. scire. Nondum eĩ tẽpus aduenerat vt cũ gentibus habitaret, & eas ad fidẽ adduceret: huius enim tẽpus debitũ erat post crucem & resurrectionẽ. Theo. Vel ideo clam ingreditur, ne occasionem Iudæi sumerent contra eum: tanquam ad immũdas gentes transisset. Sequitur: Et non potuit latere. Aug. de quæ. no. & veteris test. Si autẽ voluit & non potuit, infirma volũtas eius esse videť: Impossibile est autẽ vt saluatoris volũtas non impleatur, nec potest velle quod sic fieri nõ deberet. Idcirco qđ factũ est, hoc voluisse dicẽdus est. Aduertendũ est autẽ ꝙ istud in finibus gestũ est gentiliũ, quibus adhuc tẽpus ꝓdicandi non erat: vltro tamẽ venientes ad fidẽ nõ susciperę, inuidię erat. Sic ergo factũ est vt saluator à discipulis ꝓditus non esset, ab aliis tamẽ qui ingrediẽtẽ domũ viderãt proditus est & incœpit sciri ꝙ esset in domo. A suis ergo noluit ꝓdicari: requiri autẽ se voluit, & ita factum est. Beda. Ingressus etiã domum ꝓcepit discipulis, ne se cuiquã in regione ignota quis esset aperirẽt, vt exemplo eius discerent, quibus sanandi infirmos gratiã conferret, in exhibitione miraculorũ humani fauoris gloriã, quantũ possent declinare, nec tamen à pio virtutis opere cessare: quando hoc fieri vel fides bonorum iuste mereret, vel ifidelitas prauorũ necessario cogeret. Ipse enim suũ illò introitum gentili fœminæ, & quibuscũq; voluit, publicauit. Aug. de quæ. no. & ve. test. Denique mulier Chananęa audiẽs de illo intrauit ad eum: qꝫ nisi prius subiecisset se deo, Iudæorũ beneficiũ cõsecuta nõ esset. de qua sequit: Mulier enim statim vt audiuit &c. Chry. Per hoc autẽ voluit dñs discipulis ostẽdere, ꝙ etiã gẽtibus aperuit ostium salutis. vnde & mulieris genus describitur cũ subditur: Erat enĩ mu. gen. Syrophœnissa genere, id est de Syria Phœnicis. Sequitur: Et rogabat eũ vt dæmo. &c. Aug. de cõcor. euan. Videtur autẽ afferre aliquã repugnantiæ quęstionẽ: quia dicit in domo fuisse dominũ cũ ad illum venit mulier pro filia sua

Tempus gentiliũ.

Consensus euangelicus.

rogans. Sed quoniã Matthæus dicit discipulos domino ita suggessisse: Dimitte illã, quoniã clamat post nos, nihil aliud videt significare q̃ post ambulãtem dñm mulierẽ illã deprecatorias voces emisisse. Quomodo ergo in domo: nisi quia intelligẽdũ est dixisse quidẽ Marcũ, quòd intrauerit vbi erat Iesus, cũ eũ prædixisset fuisse in domo? Sed quia Matthæus ait: Nõ respõdit ei verbũ, dedit agnoscere in eo silentio egressum fuisse Iesum de domo illa, atq; ita cætera contexunt: quę iã in nullo discordãt. sequit: Qui dixit illi: Sine prius saturari filios. Bed. Quasi dicat futurũ est vt etiã vos q de gẽtib⁹ estis salutẽ cõsequamini, sed prius oportet Iudæos qui meri to antiquę electionis filiorũ dei solent nomine censeri, pane cælesti refici: & sic tandẽ gẽtibus vitę pabula ministrari. Sequit: Nõ est em̃ bonũ sumere, &c. Chry. Hoc aũt verbũ dixit, non q̃ in eo sit defectus virtutis ad benefaciẽdũ oĩbus, sed quia beneficiũ eius distributũ Iudæis & gẽtibus cõmunionẽ inter se non habẽtibus, ꝓ-

Allegorica expõ. uocationẽ magis operaret. Theo. Canes vocat gẽtiles: tãquam à Iudæis sceleratos reputatos. Panẽ vero dicit beneficiũ q̃d filiis. i. Iudæis dñs ꝓmisit. Est ergo sensus q̃ nõ decet gẽtiles beneficiis primo esse participes, q̃d Iudæis principaliter ꝓmissum est. Ideo autem dñs non statim exaudit, sed gratiã differt, vt etiã ostẽdat mulieris fidẽ constantẽ, & vt discamus nõ statim deficere cũ oramus, sed vt insistam⁹ donec recipiamus. Chry. Similiter etiã vt Iudæis ostẽderet, q̃ nõ æqualiter eis dabat & alienigenis sanitatẽ, & vt patefacta mulieris fide, magis patefieret infidelitas Iudæorũ. Mulier em̃ non grauiter tulit, sed vocẽ dñi cũ multa reuerẽtia cõfirmauit. vnde sequit: At illa respondit, & dixit ei: Vtiq; domine. nã & catel. co. sub mẽ. de micis puerorũ. Theo. Qua si dicat: Iudæi panẽ totũ habẽt, scilicet descẽdentem de cælo, & tua etiã beneficia: ego micas postulo. s. modicã beneficii partẽ. Chry. Quòd ergo in ordine canũ se reputat reuerẽtiæ est, quasi dicat pro gratia habeo etiã in numero canũ esse: & non ab aliena sed à propria mensa comedere dominãtis. Theo. Quia ergo mulier sapien-

Mulieb. fidei ꝓconiũ. tissime respõdebat, obtinuit q̃d optabat. vnde sequit: Et ait illi, &c. Non dixit, virtus mea te saluã fecit, sed ꝓpter hũc sermonẽ, id est ꝓpter fidem tuã, quę hoc sermone demonstrat. Vade, exiit dæmon à filia tua. Sequitur: Et cũ abi. in domũ suam &c. Beda. Propter humilẽ em̃ matris fidelemq; sermonẽ filiã deseruit dęmonium. vbi datur exẽplũ catechizandi, & baptizandi infantes, quia videlicet per fidẽ & confessionẽ parẽtũ in baptismo liberant à diabolo paruuli: qui necdũ per se sapere, vel aliquid agere boni possunt vel mali. Hiero. Mysticè aũtẽ mulier gẽtilis, quę pro filia rogat, est mater nostra Romana ecclesia. Nata eius dæmoniaca, barbarica est occidentalis natio, cuius fides fecit de cane ouem. Micas aũt spiritualis intellectus, non panẽ infractũ litęræ sumere cupit. Theo. Vnusquisq; etiã nostrũ cũ peccat, mulier est anima eius. Infirmã vero filiã habet hæc anima, actus prauos, quę filia dęmoniũ habet, nã actus praui dęmoniũ sunt. Peccatores aũt existẽtes nũcupantur catuli impleti immũditiis. Propter quod non sum⁹ digni panem dei recipere, aut participes fieri immaculatorum mysteriorũ dei. Si vero cognoscentes nosmetipsos per humilitatem catulos esse confiteamur peccata nostra, tunc sanabitur filia, scilicet operatio praua.

Et iterũ exiens de finibus Tyri, uenit per Sidonẽ ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Et adducũt ei surdũ *Impo-neret. *& mutũ: Et deprecabantur eũ ut imponat illi manũ. Et apprehendens eũ de turba seorsum, misit digitos suos in auricu las eius: & expuens, tetigit linguã eius. Et suspiciẽs in cælũ, ingemuit, & ait illi: Hephethah, quod est adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius: & solutum est uinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.*

Theo. In gentiliũ locis morã dñs facere nõ volebat: ne occasionẽ Iudæis daret, vt transgressorẽ legis eũ æstimarent q̃ se gentibus admiscebat, & ideo cõfestim reuertitur. vnde dicit: Et iterũ exiens &c. Beda. Decapolis est regio x. vrbiũ trans Iordanẽ ad orientẽ cõtra Galilęam. Quod ergo dicit quòd dñs venit ad mare Galilęæ inter medios fines Decapoleos, nõ ipsos fines Decapolis intrasse significat, neq; enim mare nauigasse dicitur: sed potius ad mare vsq; venisse, atq; ad ipsum per uenisse locũ, qui medios fines Decapolis lõge trãs mare positos respiciebat. sequit: Et adducunt ei surdũ &c. Theo. Quod rectè post dæmoniaci liberationẽ ponit, ex dęmonio em̃ talis passio erat. sequitur: Et apprehendens eũ &c. Chry. Seorsum à turba oblatũ surdũ & mutum apprehẽdit, vt diuinamiracula nõ faceret manifeste, instruens nos vanã gloriã eiicere & tumorem. nihil em̃ est ex quo aliquis sic miracula operetur, sicut si humilitatẽ colat, & modestiã sequatur. Misit vero digitos in auriculã potens verbo sanare, vt ostenderet q̃ diuina virtute dicatũ erat corpus diuinitati vnitũ, & operatio eius. Quia em̃ propter transgressionẽ Adæ, natura humana multã incurrerat passionem, ac mẽbrorũ & sensuũ lęsionẽ, veniẽs Christus in seipso pfectionẽ demonstrauit humanę naturę, & ꝓpter hoc digitis aures aperuit & sputo loquelã dedit. vnde sequitur: Et expu. te. ling. eius. Theo. Vt. s. ostenderet quòd omnia membra sacri corporis eius diuina existũt & sancta, sicut & sputũ quod vinculũ linguæ dissoluit. Et enim omne sputũ superfluitas est, sed in dño omnia diuina fuerũt. Sequitur: Et suspiciẽs in cælũ inge. &c. Beda. Suspexit quidẽ in cælũ: vt inde mutis loquelã, inde auditũ surdis, inde cunctis infirmantibus medelã doceret esse quęrendam. Ingemuit aũt: nõ quia ipsi opus esset cũ gemitu aliquid petere à patre, qui cũcta petẽtib⁹ donat cũ patre: sed vt nobis gemẽdi daret exempla, cũ vel ꝓ nostri, vel ꝓ nostrorũ erratibus ꝓximorũ supnę pietatis psidia inuocam⁹. Chry. Simul etiã ingemuit nostrã causam suscipiẽs in seipso, & naturæ misertus humanę, videns miseriã in quã humanũ genus inciderat. Beda. Quod aũt ait, Hephethah. i. adaperire, ad aures ꝓprie pertinet, aures enĩ ad audiendũ aperiendę, lingua vero vt loqui posset à retinaculis erat suę tarditatis soluenda. vnde sequitur: Et statim apertę sunt au. &c. Vbi vtraque natura vnius & eiusdem Christi manifeste distincta est. Suspiciẽs quidem in cælũ, quasi homo, deũ deprecatus, ingemuit: sed mox vno sermone, quasi potens diuina maiestate curauit. Sequitur: Et ꝑce. eis ne cui dice. Hiero. Per q̃d non in virtutibus gloriandũ esse docuit, sed in cruce & humiliatione. Chry. Præcepit etiã miraculũ occultare, ne ante tempus accenderet Iudęos ad homicidiũ per inuidiam perpetrandũ. Hiero. Ciuitas aũt in monte posita vndiq; circũspecta abscõdi nõ potest, & humilitas semper ꝑcedit gloriã. vnde sequitur: Quãto autem eis &c. Theo. Docemur autẽ ex hoc, cũ alicui beneficia elargimur, minime applausus & laudes petere: cũ vero accepimus beneficia, benefactores ꝑdicare & laudare, quãuis nolint. Aug. de con. euan. Si aũt sciebat eos, sicut ille qui notas habebat, & præsentes & futuras hominũ voluntates, tanto magis prędicaturos, quãto magis ne prędicarent eis pręcipiebat, vt quid hoc ꝓcipiebat? nisi pigris volebat ostendere quanto gaudiosius, quãto feruentius eum prædicare debeãt, quibus iubet vt prędi-

Occasio scandali remouẽda.

Omnia Christi fuere sacrosancta.

Doctrina exemplũ Christi.

cẽt: quãdo illi qui ꝓhibebãtur, tacere nõ poterãt. Glo. Ex prędicatione aũt saluatorũ à Christo, crescebat admiratio turbarũ & confessio beneficiorũ Christi. vnde sequit: Et eo amplius admi. di. Bene omnia fecit: hoc. s. surdos fecit audire, & mutos loqui. Hiero. Mysticè aũt

Allegoria pulchra. Tyrus interpretatur angustia, & signat Iudæam, cui dñs dicit: Coangustatũ est stratũ, à qua trãsfert se ad gẽtes alias. Sidon, venatio ĩterpretat. Fera aũt indomita, nostra natio est: & mare, q̃d fluctuosa volubilitas est. Inter medios autẽ fines Decapoleos, q̃d interpretat decalogi mandata, saluator ad saluandas gentes venit. Genus autẽ humanũ per multa mẽbra, quasi vnus homo varia peste absumptus enumerat in ꝓtoplasto, cæcat dũ male videt, surdus fit cũ audit, obmutescit cũ loquit. Deprecantur autẽ eũ vt imponat illi manũ, quia incarnatum fore dominũ multi iusti & patriarchę cupiebãt & optabant. Beda. Vel surdus & mutus est, qui nec aures audiẽdi verba dei habet, nec os aperit pro loquendis, quales necesse est, vt hi qui loqui iam & audire diuina eloquia didicerunt, dño sanandos offerãt. Hiero. Seorsum autem semp à turbulentis cogitationibus & actibus inordinatis sermonibúsq; incompositis educitur, qui sanari meretur. Digiti aũt qui in aures mittuntur, verba vel dona spiritus sunt, de quo dicit, Digitus dei est hic. Sputũ autẽ diuina sapientia est, quę soluit vinculum labiorũ humani generis, vt dicat: Credo in deum patrem omnipotentẽ, & reliqua. Suspiciens aũt in cælũ ingemuit. i. gemere nos docuit, & in cælũ thesauros nostri cordis erigere: quia per gemitũ cõpũctiõis intimæ friuola lętitia carnis purgat. Apertę sunt aũt aures ad hymnos & cãtica & psalmos. Soluit linguã, vt eructet verbũ bonũ, q̃d nõ possunt nec verbera cohibere.

CAPVT VIII.

*Cũ Iesu. *In diebus illis iterum cum turba multa esset, nec haberent quod mãducarent, conuocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbã, quia ecce iam triduo sustinẽt me, nec habẽt quod mãducẽt. Et si dimisero eos ieiunos in domũ suã, deficient in uia. Quidã enĩ ex eis de lõge uenerũt. Et respõderũt ei discipuli sui: Vnde *istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerũt, septẽ. Et præcepit turbæ discũbere super terrã. Et accipiens vij. panes, gratias agẽs fregit, & dabat discipulis suis ut apponerent, & apposuerunt turbæ. Et habebant piscículos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt & saturati sunt. Et sustulerunt quod *supererat de fragmentis septem sportas. Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor milia, & dimisit eos.

*Illos. *Supererat.

Theo. Postq̃ dñs supius miraculũ de multiplicatiõe panũ ꝓpterasset, nunc iterũ occasione habita cõgruẽti adducit simile miraculũ operari. vnde dicit: In diebus illis iterũ cũ tur. &c. Nõ em̃ semp circa alimenta mira

Notula pulchra. cula faciebat, ne ꝓpter cibũ, ipsum sequerentur. Et nũc igitur hoc miraculũ nõ fecisset, nisi quia videbat turbis periculũ imminere. vnde sequit: Et si dimisero eos &c. Quidã em̃ &c. Beda. Quare triduo sustinẽt de lõge venientes? Matthæus plenius dicit sic: Et ascẽdens in mõtẽ sedebat, & accesserunt ad eũ turbæ multæ, habentes multos infirmos, & ꝓiecerũt eos ad pedes eius, & curauit eos. Theo. Discipuli adhuc nõ intelligebãt, nec virtuti eius ꝓpter priora miracula credebãt. vnde sequit: Et respõderũt ei disci. &c. Ipse aũt dñs nõ eos vituperat: ex hoc instruens nos q̃ nõ debemus ignorãtibus & nõ intelligẽtibus graviter irasci, sed eorũ ignorãtiæ cõpati. vnde sequit: Et inter. eos: Quot panes ha. Qui dixerũt, septẽ. Remi. sup Mat. Nõ ideo interrogauit, quia ignoret quot haberẽt: sed vt dũ illi respõdent septẽ, quo pauciores essent, eo magis miraculũ diffamaret, & notius fieret. Sequit: Et prece. tur. dis. sup ter. In superiori refectiõe supra fœnũ discũbuisse dicunt: hic vero super terrã. Sequit: Et ac. sep. pa. gra. agẽs fre. In eo q̃ gratias egit, nobis reliquit exẽplũ, vt de oĩbus donis nobis cẽlitus collatis illi gratias referam⁹. Et notãdũ quia dñs panes nõ dedit turbę, sed discipulis: discipuli aũt dederũt turbis. sequit em̃: Et da. disi &c. Nõ solũ panes, sed & pisciculos benedicẽs iussit apponere. Sequit em̃: Et habebãt pisculos pau. &c. Beda. In hac ergo electiõe cõsiderãda est in vno eodemq; redẽptore nostro distincta

Opatio duplex ĩ Christo. opatio diuinitatis & hũanitatis: atq; Euticetis error, qui vnã tantũ in Christo operationẽ dogmatizare prẽsumit, ꝓcul à christianis finibus expellendus. Quis em̃ non videat hoc q̃ sup turbã miserẽt dñs, affectũ esse & cõpassionẽ humanæ fragilitatis? Quòd aũt vii. panib⁹ & pisciculis paucis quatuor millia hoĩm satiauit, diuinæ opus est virtutis. Sequit: Et su. quod su. &c. Theop. Turbę comedentes & saturatæ nõ secũ tollũt panũ reliquias, sed ipsas discipuli: sustulerunt, sicut & superius cophinos. In quo secundũ historiã discimus, quoniam oportet nos his q̃ sufficiunt esse contentos, & nõ q̃rere vltra. Deinde numerus mãducantiũ describit, cũ dicitur, Erãt aũt qui man. quasi quatuor millia, &c. Vbi cõsiderãdũ est q̃ Christus neminem ieiunũ dimittit, omnes em̃ vult sua gratia enutriri. Beda. Hoc vero typicè inter hãc refectionem, & illã v. panũ & duorũ piscium distat, q̃ ibi litera veteris testamenti spirituali gratia plena significata est, hic autẽ veritas & gratia noui testamenti fidelibus ministrãda mõstrata est. Turba autem triduo dñm sustinet ꝓpter sanationẽ infirmorum, vt Mat. narrat, cum electi in fide sanctę trinitatis ꝓ pec catis perseuerãti instantia supplicant. Vel quia ad dñm se opere, locutione atq; cogitatiõe cõuertũt. Theo. Vel per eos qui per triduum expectãt, signat baptizatos. Baptismus em̃ illuminatio dicit, & trina submersiõe perficit. Gre. i. mora. Nõ vult aũt eos ieiunos dimittere, ne deficiant in via. oportet enim q̃ in ꝑdicatione verbum consolationis accipiant, ne à veritatis pabulo ieiuni remanentes in huius vitæ labore succũbant. Ambro. sup Lu. Bonus quidem dñs studia exigit, vires ministrat, non vult ieiunos dimittere ne deficiant in via, hoc est vel ĩ istius cursu vitę, vel antequã ad caput vię pueniãt. ad patrẽ, & intelligant q̃ ex patre Christus est: nẽ forte cum acceperint q̃ natus ex virgine est, incipiant nõ dei virtutem, sed hominis æstimare. Diuidit ergo escas dñs Iesus, & ille quidem vult dare oĩbus, negat nemini, dispensator est omnium: sed cũ ille panes frangat vt det discipulis, si tu manus tuas non extẽdas vt accipias tibi escas, deficies in via, nec poteris in eum culpam referre qui miserẽt & diuidit. Beda. Qui vero post carnis flagitia, post furta, violentias, & homicidia ad pœnitẽtiã redeunt, ad dñm de longinquo veniunt. Quãto em̃ quisq; plus in prauo opere errauit, tanto ab oĩpotente deo longius recessit. Credentes de gentib⁹ de longe venerũt ad Christũ, Iudæi vero de ꝓpe, qui legis & ꝓphetarũ erant literis edocti ex illo. Supra autem in refectione v. panum turbę sup fœnum viride discumbebãt, hic autẽ sup terrã: quia per scripturã legis desideria carnis cõprimere iubent. In nouo. aũt test. ipsam quoq; terrã, ac facultates tẽporales relinquere ꝓcipimur. Theo. Septem aũt panes sunt spũales sermones, nã septenarius numer⁹ spũs sancti significatiu⁹ est, qui ꝑficit omnino: in septenario em̃ numero dierum, nostra vita perficit. Hiero. Vel septem panes dona sunt sprit⁹ sancti, fragmenta panum mystici intellectus sunt huius septimanæ. Beda. Quòd enim domin⁹ panes fregit, aptionem

Recessus à deo quid sit.

significat sacramẽtorũ: ꝙ gratias egit, ostẽdit quãtũ de salute hũani gñis congaudeat: ꝙ panes discipulis dedit vt turbæ apponerẽt, significat quia spũalis dona sciẽtię tribuit apostolis, & per eorũ ministeriũ voluit ecclesiæ suę vitæ cibaria distribui. Hiero. Pisciculi benedicti libri sunt noui testamẽti, qm̃ piscis assi partẽ dñs resurgens postulat: vel ĩ pisciculis sctõs accipim⁹, quorũ scriptura noui testamẽti fidẽ, vitã, & passiones cõtinet, qui turbulẽtis hui⁹ seculi fluctibus erepti, refectionẽ nobis internã exẽplo suo pbuerunt. (Allegoria pulchra.) Beda. Quod aũt turbis saturatis superat, apostoli tollũt: quia altiora pfectionis pręcepta, quę turba nequit attingere, ad illos pertinẽt qui generalẽ populi dei cõuersationem transcendunt: & tamẽ turba saturata esse memoratur, quia etsi sua relinquere nequeãt neq; explere quod de virginibus dicitur, tamen audiendo mãdata legis dei, ad vitam perueniunt æternam. Hiero. Septem autem sportę, septem ecclesiæ. Quatuor millia, annus est noui testamenti, cũ quatuor tẽporibus. Bene etiam quatuor millia sunt, vt in ipso numero docerẽt euangelicis se pastos esse cibariis. Theo. Vel quatuor millia sunt. i. quatuor virtutibus perfecti: & ꝓpter hoc veluti fortiores plura comedẽtes, pauciora reliquerũt. In isto enĩ miraculo vii. sportę remanent, in miraculo aũt quinq; panum xii. cophini: quia quinque milia erant id est quinq; sensibus seruientes, & ꝓpter hoc non potuerũt comedere, sed paucis cõtẽti multę superabũdãt reliquiæ fragmentorum.

(Dalmanutha.) *Et statim ascẽdens nauim cum discipulis suis, uenit in partes* Dalmanutha. *Et exierunt pharisæi, & cœperũt conquirere cũ eo, quærẽtes ab illo signum de cælo, tẽtantes eum. Et ingemiscẽs spũ, ait: Quid generatio ista signum quærit? Amẽ dico uobis si dabitur generationi isti signũ. Et dimittens eos ascendit iterũ nauim, & abijt trans fretum. Et obliti sunt panẽ sumere, & nisi unũ panem non habebant secum in naui. Et præcipiebat eis, dicens: Videte & cauete à fermento pharisæorũ, & fermento* Herodis. *Et cogitabant ad alterutrum, dicentes: Quia panes nõ habemus. Quo cognito, ait illis* Iesus: *Quid cogitatis, quia panes non habetis?* Nondũ *cognoscitis nec intelligitis? Adhuc cæcatum habetis cor uestrũ? Oculos habentes non uidetis, & aures habẽtes non auditis? Nec recordamini quando quinq; panes fregi in quinq; millia, & quot cophinos fragmẽtorũ plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim. Quando & septem panes in quatuormilia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem. Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis?*

Theo. Postq̃ dñs opatus est miraculũ panũ, statim in alium secedit locũ: ne ꝓpter miraculũ ipsum turbę caperẽt, vt facerẽt regẽ. vnde dicitur: Et statim asc. na. cũ dis. suis, venit in partes Dalma. Aug. de concor. euã. (Cõsens⁹ euangelicus.) In Matthæo autẽ legit, quòd venit in fines Magedã. Non aũt dubitãdũ est eundem locũ esse sub vtroq; nomine. Nam plæriq; codices nõ habent etiã secundũ Marcum nisi Magedã. sequit: Et exierunt pharisæi & cœperunt cõquirere cum eo q̃ren. ab il. sig. de cælo ten. eum. Beda. Pharisæi siquidẽ signum quęrunt de cælo: vt qui multa hominum milia secundo de paucis panibus saturauit, nunc in exẽplo Moysi manna cœlitus missa & per omnia passim dispersa, populũ omnẽ in vltimo tẽpore reficiat, quod in euãgelio Ioannis quęrũt dicẽtes: Quod sig. fa. vt vide. & cre. ti. Patres nostri man. mãna in deser. sicut scriptum est: Panẽ de cælis de. eis mãdu. Theo. Vel quærunt signum de cælo. s. vt solem & lunam sisteret, grãdinem peteret, & aerem immutaret. Credebãt enim ꝙ de cælo signa facere nõ poterat, sed ꝙ in Beelzebub solum poterat facere signũ in terra. Beda. Sicut autẽ turbam supra credentẽ refecturus gratias egerat, ita nũc ob stultam pharisæorũ petitionẽ gemit: (Gemit⁹ Christi rõ.) quia humanæ naturę circunferens affectus, sicut de hominũ salute lætatur, ita sup eorum dolet erroribus. vnde sequitur: Et inge. spũ ait: Quid generatio ista sig. qu. amen dico vo. si dabi. gene. isti signum. i. nõ dabitur: iuxta illud in psalmo: Semel iuraui in sancto, si Dauid mentiar. i. non mentiar Dauid. Aug. de con. euan. Non autẽ moueat quòd Marcus nõ dicit responsum esse quęrentibus signum de cælo, idẽ quod Matthæus de Iona, sed ait dominũ respondisse: Signũ non dabitur ei. intelligendum est enim quale petebant, hoc est de cœlo. Prętermisit aũt dicere de Iona quod Matthæus cõmemorauit. Theo. Ideo autem eos dominus nõ exaudit, quia aliud est tẽpus signorum cælestium. s. tempus aduentus secundi, cum virtutes cælorũ commouebuntur: & luna non dabit lumen suum. Tempore autẽ primi aduentus non fiũt talia, sed omnia mãsuetudine plena. Beda. Nõ etiam dandum erat cæleste signum generationi tentantium dominũ. Cæterũ generationi quærentiũ dominũ signũ de cælo ostẽdit, quãdo cernẽtibus apostolis ascẽdit in cælum. Sequitur: Et di. eos as. ite. na. & abiit trãs fre. Theo. Dimittit quidem dñs pharisæos quasi incorrectos: nam vbi spes est correctionis, ibi morãdum est: vbi vero malum incorrigibile est, inde recedẽdum. sequitur: Et ob. sunt pa. su. & nisi vnũ pa. &c. Beda. Quęret autẽ aliquis: Quomodo panes non habebãt qui statim impletis vii. sportis ascenderũt in nauiculam? Sed scriptura testatur quòd obliti sunt eos secũ tollere: qđ indicium est q̃ modicam carnis curam haberent in reliquis, quibus ipsa reficiendi corporis necessitas intentione dominici comitatus mente excesserat. Theo. Dispẽsatiue etiã panes sumere discipuli sunt obliti, vt reprehensi à Christo fierent meliores, & ad virtutis Christi notitiã ꝑuenirent. sequit enim: Et præ. eis di. Vi. & ca. à fer. pha. & fer. Hero. (Consensus euangelicus.) Chry. Matthæus dicit à fermẽto pharisæorũ & sadducæorũ. Lucas vero pharisæorũ solum, tres ergo pharisęos nominãt, quasi principales. Matthæus vero & Marc⁹ sibi secũdarios diuiserũt. Cõgrue aũt Marcus posuit Herodianos, quasi relictis à Matthæo Herodianis in supplemẽtũ narratiõis ipsius. Hoc aũt dicẽs, paulatĩ inducit discipulos ad sensum & fidẽ. Theo. Fermẽtũ pharisæorũ & Herodianorũ vocat doctrinã eorũ quasi dãnosam & corruptiuã, & malitia veteri plenã: Herodiani enĩ doctores erãt qui Herodẽ Christũ esse dicebãt. Beda. Vel fermentũ pharisęorum est decreta legis diuinę traditiõibus hoĩm postponere: legẽ verbis pdicare, & factis ĩpugnare: dñm tẽtare, doctinę eius aut operib⁹ nõ credere. Fermẽtũ aũt Herodis est adulteriũ, homicidiũ, temeritas iurãdi, simulatio religionis, & odiũ in Christũ & præcursorẽ eius. Theo. Ipsi aũt discipuli de fermẽto panũ dixisse dominũ putauerũt. vnde sequit: Et cog. ad al. di. quia pa. nõ ha. Hoc aũt dicebãt, quasi nõ intelligẽtes Christi virtutẽ, quòd poterat panes facere ex nõ ente. vnde dñs eos reprehẽdit. sequitur enĩ: Quo cog. Iesus ait il. Quid cogi. quia pa. non habe. Beda. Per occasionem autem pcepti quod saluator iusserat dicens: Cauete à fermẽ. pha. & fer. Hero. docet eos quid significent quinq; panes & septem, de quibus subdit: Nec recorda. quando quinque panes freg. &c. Si enim fermentum prædictum traditiones peruersas significaret, cibi quibus nutritus est populus dei non veram doctrinam significent?

Et ueniunt Bethsaidam, *& adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tãgeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra uicum: & expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit eũ si quid uideret. Et aspiciens ait: Video hoĩes uelut arbores, ambulãtes. Deinde iterũ ĩposuit manus super oculos ei⁹: & cœpit uidere, & restitutus est, ita ut clare uideret omnia. Et misit illum in domum suã, dicens: Vade in domum tuam: & si in uicum introieris, nemini dixeris.*

Gloss. Post refectionẽ turbarũ euãgelista de illumĩatiõe cęci subiũgit, dicẽs: Et veniũt Bethsaida & addu. ei cęcũ & rogab. eũ vt illũ tãgeret. Beda. Sciẽtes q̃a tactus dñi sicut leprosum mũdare, ita cæcũ illuminare valeret. Sequit: Et appre. ma. cæ. edu. eũ extra vicũ. Theo. Videt nãq; Bethsaida multa infidelitate fuisse infecta, vnde dñs exꝓbrat ei, veh tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone &c. In hac ergo adductũ cæcũ extra vicũ educit, nõ enĩ erat vera adducentiũ fides. Sequitur: Et expuens in oculos ei⁹ impositis manibus suis, interrogauit eũ si aliquid videret. Chry. Spuit quidẽ & manus imponit cęco, volẽs ostẽdere ꝙ verbũ diuinũ operationi adiũctũ mirabiliter pficit. Manus enĩ operationis est ostensiua, sputũ vero sermonis ex ore ꝓlati. Interrogat aũt si aliquid videret, qđ in aliis sanctis nõ fecit. significans ꝓpter impfectã adducẽtiũ fidẽ ac ipsius cæci, oculos ei⁹ nõ esse omnino apertos. vnde sequit: Et aspiciẽs ait: Video homines velut arbores ambulãtes. Quia enĩ in ĩfidelitate adhuc detinebat, obscure se videre homines declarabat. Beda: Formã quidẽ corporũ inter vmbras aspiciẽs, sed nulla mẽbrorũ lineamẽta visu adhuc caligãte discernere valens: quales cõdẽsæ arbores à longe aspectãtibus, vel in luce nocturna solẽt apparere, ita vt non facile arbor an homo sit possit dignosci. Theo. Ideo autẽ nõ statim eũ pfecte facit videre, sed in parte: quia nõ perfectã fidẽ habebat. Nã secundũ fidem datur medela. Chry. Deducit autẽ eũ ab initio sensus redditi in fidei apprehẽsionẽ, & sic fecit eũ pfecte videre. vnde sequit: Deinde iterũ ĩponit manus sup ocu. eius & cœ. vi. & postea subiũgit: Et resti. est: ita vt vi. cla. oĩa: sensu. s. & intellectu perfecte curatus. Sequit: Misit eum in domũ suã, dicẽs: Vade in do. tu. & si in vicum intro. ne. dixe. Theo. Hoc quidẽ pcepit ei, quia infideles erant, vt dictũ est: ne forte ab eis in anima læderet, & ipsi nõ credẽtes grauius crimẽ incurrãt. Beda. Vel exẽplũ suis tribuit, ne de his q̃ faciũt mirãdis fauorẽ vulgi reqrãt. (Allegoria pulchra.) Mystice autem Bethsaida domus vallis interptatur, id est mundus qui est vallis lachrymarum. Adducunt autẽ ad dominũ cæcũ, id est qui nõ videt quid fuit, quid est, & quid erit. Rogant illum vt eũ tãgeret. Quis enĩ est qui tangit, nisi qui cõpungitur? Beda. Tãgit enim nos dñs cum mẽtẽ afflatu sui spiritus illustrat: atq; ad agnitionẽ nos propriæ infirmitatis studiũq; bonæ actionis accẽdit. Apprehẽdit manum cæci: vt eũ ad executionẽ bonæ operationis cõfortaret. Hiero. Et ducit eũ extra vicum. i. ciuitatẽ malorũ. Expuit autem in oculos eius vt videat volũtatẽ domini per flatum spiritus sancti. Impositis autem manibus interrogat eum si videret, quia per opera dñi videtur maiestas eius. Beda. Vel expuens in oculos cęci imponit manus suas vt videat, quia cæcitatẽ humani generis & per inuisibilia dona, & per sacramẽta assumptę humanitatis extersit. Sputũ enim qđ de capite hominis ꝓcedit, gratiam spiritus sancti designat. Sed quẽ vno verbo totũ simul curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinẽ humanæ cæcitatis ostendat, q̃ vix & quasi per gradus ad lucẽ redeat. Et gratiã suã nobis indicat, per quam singula perfectionis incrementa adiuuat. Quisquis aũt ita longi tẽporis obscuritate depressus est, vt inter bonũ & malũ discernere nesciat, quasi ambulãtes homines instar arborum cernit: quia facta multitudinis absque luce discretionis videt. Hiero. Vel videt homines velut arbores, quia homines existimat se superiores. Iterum autẽ manus posuit sup oculos eius vt videret clare omnia. i. per opa visibilia, inuisibilia intelligeret: & q̃ oculos nõ vidit, & clarum animæ suę statũ post rubiginẽ peccati mũdi cordis oculo contẽplet. Misit eũ in domũ suã. i. in cor suũ: vt videret in se qđ ante nõ vidit. Nõ enĩ putat homo desperãs de salute omnino posse, qđ illuminatus facile potest pficere. Theo. Vel postq̃ sanauit mittit ĩ domũ: nã dom⁹ vniuscuiusq; nostrũ cęlum est, & mãsiones q̃ sunt in eo. Hiero. Dicit aũt ei, Et si in vicũ intr. nemini dixeris, id est vicinis cæcitatem tuã semper enarra, non virtutem.

Et ingressus est Iesus & discipuli ei⁹ castella Cæsareæ Philippi: & in uia ĩterrogabat discipulos suos, dicẽs eis: Quem me dicũt esse hoĩes? Qui respõderũt illi, dicẽtes: Alij Ioannẽ baptistã, alij Heliã, alij uero quasi unũ de prophetis. Tũc dicit illis: Vos uero, quẽ me esse dicitis? Respõdẽs Petrus ait ei: Tu es Christus. Et cõminatus est eis, ne cui dicerẽt de illo. Et cœpit docere eos, quoniã oportet filiũ hoĩs pati multa, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus & scribis occidi, & post tres dies resurgere, & palã uerbũ loquebatur. Et apprehẽdens eum Petrus, cœpit increpare eum: Domine, propitius esto tibi, nam hoc non erit. Qui conuersus & uidẽs discipulos suos, cõminatus est Petro, dicẽs: Vade retro me sathana, quoniã non sapis quæ dei sunt sed quæ sunt hominũ.

Theo. Postquã eduxit lõge à Iudæis discipulos suos, tunc de seipso interrogat, vt nõ timẽtes Iudæos respondeãt veritatẽ. vnde dicit: Et ingressus est Iesus & disci. eius in castel. Cesareæ Philippi. Hiero. Philippus iste fuit frater Herodis, de quo suprà diximus, qui in honorẽ Tyberii Cæsaris Cæsareã Philippi, quæ nũc Paneas dicitur, appellauit. Sequit: Et in via in. dis. di. eis: Quẽ me dicũt esse hoĩes? (Expõ literalis.) Chry. Sciẽs quidẽ interrogat, quia decebat vt discipuli quandoq; eum melius laudarent q̃ turbæ. Beda. Vnde primũ hoĩm sentẽtiam interrogat, discipulorum fidem exploraturus, ne illorum confessio vulgi videretur opinione firmata. Sequitur: Qui res. illi di. Alii Io. ba. alii Heliam, alii vero quasi vnũ de prophetis. Theo. Multi nanq; putabant ꝙ Ioannes à mortuis resurrexisset, sicut & Herodes credebat: & post resurrectionẽ suã miracula perpetrasset. Postquã vero ab eis sciscitatus est aliorum suspicionẽ, ipsos interrogat, quid de hoc in eorum mente consistat. vnde sequitur: Tunc dicit illis: Vos vero quem me esse dicitis? Chry. Ex ipso autẽ interrogationis modo, in maiorẽ eos reducit sensum ad maius aliquid æstimandum de eo, ne cum turbis cõueniant. Quid vero vertex discipulorũ, ós apostolorum interrogatis omnibus respõderit, manifestatur cum subditur: Respondens Petrus ait ei: Tu es Christus. Theo. Confitetur quidẽ illum esse Christũ à prophetis denuntiatum. Sed quid ad confessionẽ Petri responderit dominus, & qualiter ipsum beatificauit, Marcus euangelista pertãsit, ne huiusmodi narrãdo Petro suo magistro gratiã pstare videretur. Matthæus aũt hoc plenè ptractat. Orig. sup Matthæum. Vel quia Marcus & Lucas scripserunt Petrum respõdentem: Tu es Christus: non adiicientes quod positum est in Matthæo, Filius dei viui: propterea non scripserunt ad cõfessionẽ relatã beatitudinem. Sequitur: Et cõ. est il. ne cui di. de il. Theo. Volebat enim interim suam gloriam occultare, ne multi scandalizarentur de eo, & pœnam mererent maiorem. Chry. Vel vt scandalo crucis completo puram infigat fidem in mentem eorũ. prius enim perfecta circa ascensionem dixit eis: Euntes docete omnes gentes. Theo. Postquã autem dominus confessionẽ discipulorũ acceptauit dicẽtium verum deũ, tunc ipsis reuelat crucis mysteriũ. vnde sequitur: Et cœpit docere eos, quoniã oport. fi. hominis &c. Et pa. verbũ loquebatur. s. de futura passione. Non autem intelligebãt discipuli ordinẽ veritatis, neq; resurrectionẽ cõprehendere

Universidad de Deusto Biblioteca

poterāt,sed putabant esse melius q̄ non pateret.Chry. Prędixerat tamē hoc eis dñs hac occasiōe vt ostēderet q̄ oporteret post crucē & resurrectionē Christū à testi bus p̄dicari.Rursus Petr⁹ existēs feruidus, solus de his sumit audaciā disputādi.Vnde sequit:Et apphendēs eū Petrus,cœpit increpare eū:Dñe,propitius esto tibi,nā hoc nō erit. Hoc aūt amantis affectu & optantis dixit, quasi diceret:Hoc non potest fieri, nec recipiunt aures meæ,vt dei filius occidēdus sit.Chry.Quid est aūt hoc q̄ Petrus qui reuelatione patris potitus erat sic veloci ter cecidit,& instabilis est effectus?Sed dicimus nō esse mirū si hoc ignorauit qui de passione reuelationē nō accepit.Quòd em̄ Christus filius dei viui esset,reuelatione didicerat.Mysteriū vero crucis & resurrectionis nōdū ei fuerat reuelatū.Ipse vero ostendens q̄ oporteret eū ad passionē venire,Petrū increpauit.vnde sequitur:Qui cōuer.& vi.di.su.&c. Theo. Dñs nanq; volēs ostendere q̄ ꝑpter salutē hominū debebat eius passio fieri,& q̄ solus Satanas Christū pati nolebat,vt genus non saluarēt humanū,Petrum Satanam nominauit,eo quòd saperet q̄ sunt Satanæ,nolens Christum pati,sed aduersans eidē. Satanas em̄ aduersarius interpretatur. Chry.Dęmoni aūt ipsum tentāti nō ait:Vade post me, sed Petro dicit,vade retro me,id est,sequere me,& voluntario meæ passionis consilio non resistas. Sequitur: Quoniā nō sa.ea quæ dei sunt,sed quæ hominū. Theo. Quæ hominū sunt dicit Petrū sapere secūdū q̄ affectio nes carnales quodāmodo sapiebat: volebat enī Petrus quòd sibi Christus præstaret requiē & nō crucifigeret.

Mysterium cruc is reuelāt apostolis.

Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis:Si quis uult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim uoluerit animā suā saluā facere, perdet eam:qui aūt perdiderit animā suā propter me, & euāgeliū, saluam faciet eam. Quid enim proderit hoi, si lucretur totū mūdū, & detrimentū animæ suæ faciat? Aut quid dabit homo cōmutationis pro aīa sua? Qui enim me confessus fuerit & uerba mea in generatione ista adultera, & peccatrice, & filius hoīs* confitebitur eum, cum uenerit in gloriam patris sui cum angelis suis. *Et dicebat illis, Amen dico uobis, quia sunt quidam de hic stātibus qui non gustabunt mortem, donec uideant regnum dei uenientis in uirtute.*

Cōfusus

Confundetur. Alij hic incipiunt caput. ix

Beda.Postq̄ discipulis mysteriū suę passiōis & resurrectionis ostēdit,hortat eos vnà cū turba ad sequēdum suę passiōis exēplū.vnde sequit:Et con.tur.cū disc.suis dixit eis : Si quis vult me sequi, deneget semetipsum: Chry.Quasi diceret ad Petrū:Tu quidem increpas me passionē sustinere volentē,ego aūt dico tibi, q̄ non solū ꝓhibere me pati nociuum est,sed neq; saluari poteris nisi ipse moriaris.Dicit aūt : Si quis vult me sequi,q.d. ad bona voco q̄ quis velle debet , nō ad mala & grauia vt cogaris.Qui em̄ infert violentiā,frequenter īpedit: qui vero auditorē in libertate dimittit, magis attrahit ipsum.Aliquis aūt abnegat seipsum,cū nullā sui corporis curā habet,vt siue flagellet,siue aliquid simile patiatur,sustineat patiēter.Theo. Nā sicut qui abnegat alterū fratrē aut patrē,quāuis vulnerent& moriant nō cōpatit nec irritat:sic & nos debemus spernere corpus nostrū,vt si vulnerari cōtingat, vel aliquid simile pati nō curemus.Chry.Nō aūt ait q̄ parcat sibiipsi, sed q̄d amplius est q̄ abneget semetipsum,quasi nihilcōmune ad se habeat,sed periculis exponat, & circa ea sic dispona tur ac si alius pateret:& hoc est sibiipsi pcere, quia patres tūc liberis suis ignoscūt,cū tradētes eos doctoribꝰ illis iubēt nō parci. Vsq;quo aūt oporteat seipsum abnegare ostēdit cū subdit:Et tol.cru.su.q.d.vsq; ad mortē exprobrabilissimā.Theo.Nā tūccrux exprobrabilis videbat,quia in ea malefici figebant.Hiero.Vel aliter:

Abnegare seipsū quid sit.

Sicut gubernator peritꝰ tēpestatē in trāquillitate pręcauēs, nautas suos vult esse paratos: ita & dñs dicit,Si quis vult me sequi,&c.Beda.Tūc em̄ nosipsos abnegamus,cū vitamus q̄d per vetustatē fuimus,& ad hoc nitimur q̄d per nouitatē vocamur.Crux autē tollit,cū aut p abstinentiā afficit corpus,aut p cōpassionē ꝓximi affligit animus. Theo. Quia vero post crucē virtutē aliā nos habere oportet,adiecit:Et sequat.Chry.Hoc autē dicit,quia cōtingit aliquē patientē nōn sequi Christū, cū scilicet aliquis nō patit ꝓpter Christū.Sequitur enī Christū qui post eū ambulat,qui mortiei⁹ se cōformat, principes etiā & potestates cōtēnens, sub quibus ante Christi aduētū peccabat.Sequitur: Qui em̄ vo.ani.suā &c.Qui aūt perd.&c.q.d.Hęc vobis mādo,quasi vobis pcens:etem̄ qui filio suo parcit,perdit eū:qui vero non pcit,saluat. Oportet ergo nos esse ad mortē cōtinue ꝑparatos.Si em̄ in materialibꝰ ꝑliis qui patus est ad mortē melior est aliis,nullo post mortē eū resuscitare valēte, multo magis in ꝑspiritualibꝰ ꝑliis cū spes tāta resurrectionis existat,q̄ qui ponit animā suā in mortē,saluā facit eā.Remi. Anima aūt hoc loco ītelligenda est vita ꝑsens,nō aūt ipsa substātia animę.Chry. Quia ergo dixerat:Qui vo.ani.su.sal.fa.per.eam.ne quis ꝑditionem hāc & salutem illā æstimet æqualē,subiūgit: Quid em̄ pro.hom.&c.quasi dicat:ne dicas,Quoniā animā suam saluauit,qui crucis effugit picula.Quādo em̄ cū aīa sua. i.vita ista lucrat aliquis orbē terræ,qd āplius erit ei aīa pereūte? Nūquid aliā habet animā ꝓ anima dare? Preciū em̄ ꝓ domo potest aliquis cōmutare, animam vero ꝑdens,aliam aīam dare nō potest. Cautè aūt dicit:Aut quid da.ho.Deus em̄ ꝓpter nostrā salutē dedit cōmutationē ꝑciosum sanguinē Iesu Christi.Beda.Vel hoc dicit,quia ꝑsecutionis tempore ponenda est aīa, pacis autem tēpore frangenda sunt desyderia terrena,qđ significat cū dicit:Quid em̄ ꝓderit homini &c.Plærūq; aūt verecūdiæ vsu ꝓpedimur,vt rectitudinem quam seruamus in mente,nō exprimere valeamus in voce.Et ideo subditur: Qui enim me con.fu.&c. Theo. Non em̄ est sufficiens fides q̄ solū in mente consistit,sed & oris confessionem dñs requirit. sanctificata em̄ ꝓ fidem anima, debet & corpus per confessionē sanctificari.Chry. Qui autem hoc didicit,subiecit se cū desyderio ad hoc q̄ sine confusione Christum confiteatur. Dicit aūt adultera generatio q̄ deū verū animæ sponsum dereliquit , & non est secuta Christi doctrinā, sed dæmonibus ꝓstrata semina īpietatis susceꝑit,propter q̄d & peccatrix dicit. Qui ergo īter hos Chri dñationē negauerit & verba dei in euāgelio reuelata,dignam impietatis pœnam susceꝑiet,audiēs ī secūdo aduētu:,Non noui vos. Theo. Qui ergo confessus fuerit crucifixū esse suū deū,& ipse confitebit illū,non hic vbi reputatur Christꝰ pauper & miser,sed in gloria & cū multitudine angelorū. Greg. in ho.Sunt aūt nonnulli qui Christū ideo confitentur, quia cūctos Christianos esse conspiciunt.Non ergo ad ꝓbationem fidei vox sufficit quā defendit à verecūdia professio gñalitatis.Pacis ergo tēpore est aliud vbi ostēdamur nobis:veremur sępe à ꝓximis despici, dedignamur iniurias verbi tolerare.Si cōtigerit iurgiū fortasse cū ꝓximo, erubescimꝰ priores satisfacere. Cor quippe carnale dū huius vitę gloriam quærit,hūilitatē respuit. Theo.Quia vero de sua gloria dixerat,volēs ostendere q̄ nō inania promittebat,subdit:Et dixit illis,Amēdi. vo.quia &c. Ac si diceret,quidā.i.Petrus & Iaco.& Ioan.nō gustabūt mortē,donec eis ostendā in transfigura tione,cū qua gloria vēturus sim in secūdo aduētu.Non enim erat aliud transfiguratio, nisi secūdi aductus pronūciatio,in quo & ipse Christus & sancti lucebūt. Be-

Præparatio ad mortem.

Transfiguratio est ij. aduentus pronunciatio.

da.Pia vero ꝓuisione factū est, vt contēplatione semp manētis gaudii ad breue momētū delibata,fortiꝰ aduersa tolerarēt.Chry. Non aūt eorū qui ascēsuri erāt noīa declarauit,ne reliqui discipuli aliqd paterent humanū ꝑdicit aūt vt dociliores circa hmoi cōtēplationē fiant. Beda.Vel regnū dei ꝑsens ecclesia vocat.Aliqui aūt ex discipulis vsq; adeo in corpore erant victuri,vt ecclesiā cōstructā cōspicerēt,& cōtra mūdi gloriā erectā. Discipulis em̄ rudibusde ꝑsenti vita aliqd ꝓmittēdū fuit,vt possent robustius in futuro solidari.Chry.Mysticè aūt vita Christꝰ est,mors vero diabolus.Gustauit aūt mortē qui peccatis īmorat.adhuc oīs homo habēs dogmata bona aut praua,mortis aut vitę panē degustat.Et q̄dē minus malū est videre mortē,malū autē est eam gustare,sed adhuc peiꝰ eam sequi, pessimū aūt ei supponi.

CAPVT IX.

Et post dies sex assumpsit Iesus Petrū & Iacobū & Ioānē, & duxit illos in montem excelsum seorsum solos, & trāsfiguratus est corā ipsis. Et uestimēta eius facta sunt splēdētia & cādida nimis uelut nix, qualia fullo nō pōt super terrā cādida facere. Et apparuit illis Elias cū Moyse: & erant loquētes cū Iesu. Et respōdēs Petrus ait Iesu: Rabbi, bonū est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, tibi unū, & Moysi unū, & Eliæ unum. Non enim sciebat quid diceret. Erāt enī timore exterriti. Et facta est nubes obūbrās eos: & uenit uox de nube, dicēs: Hic est filius meꝰ charissimꝰ, audite illū. Et statim circūspiciētes, neminē āplius uiderūt, nisi Iesum tātū secū.

Hiero.Post cōsummationē crucis,gloria resurrectionis ostendit,vt non timerēt opprobria crucis,qui oculis suis visuri erāt gloriā resurrectionis futurę.vñ dicitur:Et post di.sex.&c.Chry.Quòd autem Lucas dicit post octo dies,nō contrariat huic:Lucas em̄ & diē quo Christus ꝑdicta locutus fuerat,& diē in quo eos assumpsit numerauit. Ideo aūt post sex dies eos assumpsit,vt vehemētiori repleti desyderio in horū dierū spacio vigilāti,& sollicita mēte ea q̄ videbāt,attenderēt. Theo. Assumit aūt tres vertices apostolorū,Petrū tanquā cōfitentē & diligentē,Ioānem tanquā dilectū,Iacobū vero tanquā altiuocū & theologū.Intantū em̄ grauis erat Iudęis,vt Herodes volēs Iudęis placere,ipsum occiderit.Chry.Non autem in domo suā gloriam demōstrat, sed in montem excelsum illos assumit:qm̄ montis sublimitas conueniens erat ad gloriæ sublimitatē ostendendam.Theo.Seorsum aūt eos ducit,qa debebat eis mysteria reuelare.Transfigurationem aūt oportet intelligere,non figurę īmutationem,sed qa manente vt prius erat figura , appositio facta est cuiusdam inenarrabilis claritatis.Chry. Neq; ergo decet aliquā figuræ trāsformationem in regno dei esse futurā,aut circa ipsum saluatorem,aut circa eos qui assimilabunt,sed appositionem claritatis.Beda. Trāsfiguratus igitur saluator non substātiam verę carnis amisit, sed gloriā futurę vel suę vel nostrę resurrectionis ostendit:qui qualis tūc apostolis apparuit,talis post iudiciū cunctis apparebit electis. Sequit:Et vestimenta &c.Greg.32,mor.Quia in supnę claritatis culmine ei vitę iustitia fulgentes adhærebūt:vestiū em̄ noīe iustos,quos sibi adiungit insinuat. Sequit:Et appa.il.Elias &c.Chry.Moysen & Eliam in medio introducit,primo quidem, quia turbę dicebant Christū Eliā aut vnum ꝓphetarum , apostolis se cū eis ostendit, vt differentiā seruorum & dñi cernerent.Et etiā quia de trāsgressione legis Iudæi Christum accusabāt,& blasphemum eum putabāt, tanq̄ sibi gloriā patris attribuentem, eos qui ī vtroq; fulserūt in medium ducit.Etenim Moyses legem dedit,& Elias glorię dei zelator fuit.vñ ei nō assisteret,si deo & legi eiꝰ cōtrarii

Laustriū apostolorum.

Alteratio.

essent.Et vt scirēt q̄ vitæ potestatem & mortis habet, ꝓpter hoc & Moysen qui mortuꝰ erat,& Eliā qui nōdū mortē passus fuerat in mediū introducit. Itē ꝓ hoc significauit q̄ doctrinæ legis Chri,ꝓphetarū doctrina pedagogus fuit.Significat etiā coniūctionē noui & veteris testamēti.Et qm̄ in resurrectione cū ꝓphetis apostoli coniūgent,& vna erit obuiatio regi cōmuni.sequitur:Et resp.Pet.ait Ie.Rabboni,bonum est &c.Beda.Sitātū trāsfigurata Christi hūanitas,duorūq;societas sanctorū ad pūctū visu delectat,vt eos ne discedat etiā obseqo Petrꝰ sistere velit:quāta erit fœlicitas visioni deitatis inter angelorū choros adesse ꝑpetuoꝰsequit:Non em̄ sci.quid dice. Etsi em̄ Petrꝰ prę stuporehūanę fragilitatis nesciat quid dicat, ītiti tn̄ sibi dat affectꝰ īdiciū: nesciebat em̄ quid diceret,quia oblitꝰ est regnū sanctis à dño nō alicubi terrarū,sed in cælis esse ꝓmissum,nec recordatꝰ est se,suósq; coapostolos mortali adhuc carne circunseptos īmortalis vitę statū subire non posse, cui etiā mēte excesserat:qa in domo patris q̄ ī cælis est,domus manufacta necessaria nō sit. Sed & vsq; nūc īperitię notat quīsquis legi ꝓphetis & euāgelio tria tabernacula facere cupit, cū hæc adinuicē nullaten⁹ valeant separari.Chry.Nō etiā intellexit Petrus, q̄ ad demonstrationē verę glorię trāsfigurationē dñs est opatꝰ,neq; ꝓpter doctrinā hominū hocfaciebat.nā plurimi erāt relicturi multitudinē ī heremo habitātes.Sequit:Erāt em̄ timo.ex. Erat aūt hic timor secūdū quē de cōmunimente in statū eleuabant meliorē.quod em̄ in exteriorib⁹ videbat Moyses & Elias erat. Ducebat aūt aīa ad quędā diuinū affectū, quasi ex diuina visione ab hūano sensu abstracta.Theo.Vel aliter:Petrus timēs è monte descędere, qa iā ꝑsēs erat q̄ Christꝰ crucifigi debebat, dixit:Bonū ē nos hic esse,& nō illic descędere ī mediū. ſ.Iudęorū.Si autē huc veniēt furētes cōtra te,habemus Moysē q̄ Aegyptios debellauit,habemꝰ & Eliā q̄ ignē eduxit de cælo & quinquagenos destruxit. Orige.sup. Mat.Marcꝰ aūt ex ꝑsona sua dicit,Nō em̄ sciebat quid diceret.Vbi cōsiderādū ne fortè ꝓ excessum mētis hoc loquebat,motus quodā ꝑspiritu alieno, ne fortè scilicet ille ꝑspiritꝰ q̄ voluit quātumad se Christum scāndalizare, vt recederet à passione oībꝰ hoībus salutari. Ipse operans etiā hic seductoriè vult euellere Christum sub colore boni,vt non cōdescendat hoībꝰ,nec veniat ad eos, nec suscipiat mortē ꝓ eis.Beda.Quia vero Petrꝰ materiale q̄siuit tabernaculum,nubis accepit vmbraculum, vt discat ī resurrectiōe nō tegmine domorum,sed spiritꝰ sancti gloria eos esse ꝓtegēdos.vñ sequit:Et facta est nubes obu.eos.Quia vero īprudenter īterrogauerunt, propterea respōsionē dñi nō merent, sed pater rndet ꝓ filio.vñ sequit:Et venit vox de nub.dicēs:Hic est filius &c.Chry.A nube q̄dem vox emittit, in qua deꝰ apparere consueuit , vt crederent q̄ vox illa ferret à deo.In hoc autē q̄ dicit:Hic est fi.meꝰ charis. vnā voluntatem patri & filio ꝓtestat,& q̄ salua filiatione q̄tum ad oīa cum eo q̄ genuit,vnum esset.Beda. Quem aūt Moyses cū venerit ī carne audiendū ab oī aīa , q̄ saluari vellet, ꝑdixit,hunc iā venientē ī carne deꝰ pater audiēdū discipulis ostēdit.Sequit:Et sta.cir.nem.&c.Vbi em̄ cœpit filius designari,mox serui discesserūt, ne ad illos paterna vox emissa putaret.Theo.Mysticè aūt post cōsummationē huiꝰ seculi,qđ in sex diebus factū est,assumet nos Iesus(si eius sumꝰ discipuli)in montē excelsum.i.in cęlum,& tūc videbimꝰ eius gloriā singulare. Beda.Vestimenta autē domini rectè sancti eius accipiunt, q̄ nouo candore fulgebunt. Fullo autem intelligendus est, cui Psalmista loquit:Amplius laua me ab iniqui.mea, & à delicto meo mun.me. Qui non potest suis fidelibus da-

Excessus mētalis.

Anagogica expositio.

Anagogica expositio.

re claritatẽ in terra,q̃ eis cõseruata manet in cęlis.Remi.sup Mat.Vel p fullonẽ sancti designant pdicatores, & aiarũ purgatores, quorũ in hac vita null⁹ ita viuere valet,vt alicuius peccati maculis nõ obfuscet.In futura em resurrectiõe sancti ab oi macula peccati purgabũ tur.Tales ergo eos faciet dns,quales nec ipsi mẽbra sua castigãdo,nec vll⁹ pdicatorũ suo vel exẽplo vel doctrina facere potest.Chry.Vel vestimenta alba euangelica sunt & apostolica scripta oim clarissima, quib⁹ similia null⁹ expositorũ facere potest.Orig.sup Mat.Vel forsitã fullones sup terrã possumus moraliter existimare sapiẽtes seculi hui⁹, qui putant ornare etiã turpes ĩtellectus & dogmata falsa fullonicatiõe ingenii sui, sed illorũ ars fullonica potest facere aliqd simile sermoni, qui ostẽdit spiritualiũ ĩtellectuũ splẽdorẽ in dictis scripturarũ imperitis,q̃ à plurimis cõtẽnunt.Beda.Moyses & Elias quorũ vnũ mortuũ & aliũ in cęlis raptũ legimus, futurã oim sanctorũ gloriã significat,q videlicet tẽpore iudicii,vel viui ĩ carne reperiẽdi,vel ab olĩ gustata mor te resuscitãdi & pariter sunt regnaturi cum illo. Theo. Vel hoc significat, qa in gloria videbim⁹ & legẽ & ꝓphetas cũ ipso loquẽtes.i.quę p eũ fuerũt dicta p Moysem & alios ꝓphetas,tũc videbim⁹ esse cõsona reb⁹,& tũc audiem⁹ vocẽ paternã reuelantẽ scilicet nobis filiũ patris,& dicentẽ,qm̃ hic est filius me⁹,obũbrãte nube. i.spũ sancto qui est sapiẽtię fons.Beda. Et notãdũ sicut dño in Iordane baptizato,sic & in mõte clarificato toti⁹ sanctę trinitatis mysteriũ declarat:qa gloriã ei⁹ quã in baptismo credẽtes cõfitemur, in resurrectione vidẽtes collaudabim⁹. Nec frustra spũs sanctus hic ĩ lucida nube,illic apparuit in colũba:qa nũc simplici corde fidẽ quã pcepit seruat,tũc luce aptę visiõis qd̃ crediderat cõtẽplabit.Cũ aũt fieret vox sup filiũ, iuẽt⁹ ẽ ipse sol⁹, qa cũ manifestauerit scipsũ electis,erit de⁹ oĩa in oĩb⁹, imo cũ suis p oĩa Christus caput cũ corpore splẽdebit.

Anagogica pulchra.

Et descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquã quod uidissent,narrarent,nisi cũ filius hominis à mortuis resurrexerit. Et uerbũ continuerunt apud se conquirentes quid esset,cum à mortuis resurrexerit.Et interrogabant eũ dicentes:Quid ergo dicunt phariſæi & scribæ,quia Eliã oportet uenire primũ? Qui respõdens,ait illis:Elias cũ uenerit primo restituet omnia, & quomodo scriptum est in filiũ hominis,ut multa patiatur, & cõtemnatur.Sed dico uobis,quia & Elias uenit, & fecerũt illi quæcũq; uoluerũt sicut scriptũ est de eo.

Orig.su.Mat. Post mysteriũ ostẽsum in mõte descẽdẽtibus de mõte discipulis pcepit vt eius trãsfiguratio nõ manifestet ante gloriã passionis & resurrectiõis ipsius.vñ dicit:Et de.il.de mõte &c.Chry.Vbi nõ simpliciter silere iubet,sed passionẽ insinuãs,cãm insinuat ꝓpter quã silere debebũt.Theo.Ne.s.hoĩes scãdalizẽtur, audiẽtes de Christo tã glorioſa qui eũ crucifixũ erãt vi suri.Nõ igit erat cõgruũ talia de Christo dicere anteq̃ patereť: post resurrectionem vero credibile videbatur. Chry.Illi vero resurrectionis mysteriũ ignorãtes, verbũ qdẽ retinẽtes iuicẽ disputabãt. vñ sequit: Et verbũ cõtinuerũt &c.Hiero.Hoc qd̃ ꝓprie Marci est id significat,quia cũ absorpta fuerit mors in victoriã, nõ erũt in memoria priora.sequit:Et inter.eũ di.Quid ergo di eũt &c.Chry.Intẽtio quidẽ discipulorũ sup hac ĩterrogatione talis mihi esse videt: Nos quidẽ Eliã tecũ vidimus,& prius te vidimus q̃ Eliã, scribę vero prius Eliã venire docẽt: credimus itaq; eos mendaciũ protulisse. Beda.Vel ita æstimabãt discipuli trãsformationẽ gloriæ hanc esse quã in monte viderant,& dicũt:Si iam vẽnisti in gloria,qũo prẽcursor tuus nõ apparet?maxime quia Eliam viderãt receſſisse. Chry. Quid autẽ ad hoc Christus respondert,appet per hoc qd̃ subdit: Qui respõdẽs ait:Elias &c.In quo ostẽdit ꝙ Eliasveniet ante scdm aduẽtũ.Scripturæ enĩ duos aduẽtus Christi pnũciãt:vnũ.s.qui factus est,& aliũ qui vẽturus est.Dns aũt scdi aduẽtus Eliã asserit pcursorẽ.Beda.Restituet autẽ oĩa,vtiq; illa q̃ Malachias ostẽdit dicẽs: Ecce ego mittam vobis Eliam ꝓphetam, vt conuertat cor patrũ ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: restituet etiam hoc quod morti debet ac diu viuendo distulit.Theoph. Proponit autẽ hoc dns ad resistendum opinioni phariſæorum,qui tenebant ꝙ primi aduentus prẽcursor erat Elias,quasi ad inconueniẽs ducẽs.vnde subdit:Et quomodo scriptũ est &c.Ac si dicat: Elias Thesbytes cum venerit pacificabit Iudæos,& ad fidẽ adducet ipsos:ita vt sit secundi aduentus pcursor.Si ergo primi aduẽtus Elias est pcursor, qũo scriptũ est ꝙ filius hoĩs debet pati?Ex his ergo duobus vnũ erit, aut ꝙ nõ sit primi aduẽtus Elias pcursor,& scripturæ erũt veræ:aut ꝙ sit pcursor primi aduẽtus,& scripturę nõ erũt verę,q̃ dicũt ꝙ oportet Christũ pati, cũ Elias debeat oĩa restituere, & nõ debeat esse Iudęus aliquis incredulus,sed oẽs credere debeãt ad pdicationẽ eius quicũq; audiẽt eũ. Beda. Vel ita & qũo scriptũ est.i. qũo de Christi passione multifarie ꝓphetę multa scripserũt,sed & Elias cũ venerit multa passurus est & cõtẽnẽdus ab impiis.Chry. Sicut aũt dns scdi aduẽtus Eliã asseruit pcursorẽ,sic & cõsequẽter asserit Ioanẽ esse pcursorẽ primi aduentus. vñ subdit:Sed dico vobis &c.Glo.Ioanẽ vocat Eliam, nõ quia Elias erat ĩ psona,sed quia Elię ministeriũ adimplebat:sicut em ille pcursor erit secundi aduẽtus,sic iste factus est primi.Theo.Erat etiã Ioanes redargutor & zelotes & heremita vt Elias,non tn̄ audierũt illũ sicut Eliã audiẽt:nefario vero ludo eũ occiderunt caput illius amputantes.vnde sequitur:Et fe.il.quæcũq; &c. Chryso.Vel alirer:Interrogabant discipuli Iesum, qũo scriptũ est pati filiũ hoĩs? Ad hoc autẽ quasi respondẽs dicit:Sicut ad similitudinẽ Eliæ Ioanes venit & ei mala intulerũt, sic scdm scripturas oportet filiũ hoĩs pati.

Argumẽtum pulchrum.

Ioannis & Eliæ cõpatio.

Et ueniens ad discipulos suos, uidit turbã magnam circa eos, & scribas conquirẽtes cũ illis.Et confestim omnis populus uidẽs Iesum.stupefactus est, & expauerũt: & accurrẽtes salutabãt eũ.Et interrogauit eos:Quid inter uos cõquiritis? Et respõdẽs unus de turba,dixit:Magister,attuli filiũ meum ad te habentẽ spũm mutũ,qui ubicunq; cũ apprehẽderit, allidit illum & spumat, & stridet dẽtibus suis, & arescit.Et dixi discipulis tuis ut eijcerẽt illũ & nõ potuerunt. Qui respõdẽs eis dixit:O gnãtio incredula,quãdiu apud uos ero? Quãdiu uos patiar? Afferte illũ ad me.& attulerũt eũ.Et cũ uidisset eũ,statim spũs cõturbauit illũ, & elisus in terrã, uolutabatur spumãs. Et interrogauit patrẽ eius: Quantum tẽporis est,ex quo ei hoc accidit? At ille ait:ab infantia, & frequẽter eũ in ignẽ & in aquã misit ut eũ perderet,sed si quid potes, adiuua nos,misertus nostri.Iesus autẽ ait illi:Si potes credere,oĩa possibilia sunt credẽti.Et cõtinuo exclamãs pater pueri cũ lachrymis aiebat: Credo domine: adiuua ĩcredulitatem meã.Et cũ uidisset Iesus cõcurrẽtẽ turbã,cõminat⁹ est spũi ĩmũdo,dicẽs illi:Surde & mute spũs,ego præcipio tibi,exi ab eo,& ampli⁹ ne ĩtroeas in eũ.Et exclamãs & multũ discerpẽs eũ,exijt ab eo,& factus est sicut mortu⁹, ita ut multi dicerẽt,quia mortu⁹ est.Iesus aũt tenẽs manũ eius, eleuauit eũ: & surrexit.Et cũ intrasset in domũ,discipuli eius secreto interrogabãt eũ:Quare nos nõ potuimus eijcere? & dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

Theo.Postq̃ gloriã suã tribus discipulis ĩ mõte ostẽderat, reuertit ad alios discipulos q cũ eo nõ ascẽderãt in monte.vnde dicit:Et ve.ad discipulos &c. Phariſæi nãq; captantes horã cũ præsens non extiterat Christus

accesserũt vt ipsos ad se attraherẽt. Hiero. Non est aũt homini requies sub sole,semp paruulos occidit iuidia: magnos percutiũt fulgura mõtes, alii discentes cũ fide vt turbæ,alii inuidẽtes cũ fastu vt scribæ ad eccleſiã cõueniũt. Sequit:Et cõ.om. popul⁹ &c.Beda. Notãdũ in oĩbus locis distantiã mentis scribarũ & turbæ. Scribæ em̃ nihil deuotionis,fidei,hũilitatis & reuerẽtię ei exhibuisse narrãtur,sed veniẽte dño mox oĩs turba stupefacta expauit, eũq; salutãs accurrit.vnde sequit: Et ac. sa.eũ.Theo. Affectabãt enĩ turbæ eum videre, ita vt eũ venientẽ à lõge salutarẽt.Quidã verò dicũt ꝙ aspectus eius ex trãsfiguratione specioſior factus,turbã ad salutationẽ eius attrahebat.Hiero.Populus autẽ vidẽs stupefactus est & expauit,nõ discipuli,quia non est timor in charitate:timor est seruorũ, stupescere stultorũ. Sequit:Et int.eos:Quid inter vos con.Quid scilicet dns interrogat? vt confessio pariat salutẽ, & murmur cordis nostri sermonib⁹ piis soluat.Beda.Potest vero (nisi fallor)intelligi de hoc quẽstionẽ fuisse motã,quare ipsi cũ essent discipuli saluatoris sanare dæmoniacũ, qui in medio erat positus,nõ possent,quod ex sequẽtibus potest cõuinci cũ dicitur,& respõdẽs vnus de tur.di. Magister,at.filiũ&c.Chry.Hunc hoĩem scriptura infirmũ in fide ostendit,ex hoc qd̃ Christusdicit:O gnãtio incredula:& per hoc qd̃ subdit:Si potes credere. Sed etsi infidelitas eius occasio extiterit dæmonẽ nõ pellẽdi,in cusat tamen discipulos.vnde subdit:Et di.dis.tuis &c. Vide aũt istius inspiẽtiã.Iesum in medio turbarũ precatur discipulos incusans:vnde & dns corã plebe multo magis hoc ei imputat nõ solũ in personã eius accusationẽ intendẽs, sed in personã oĩm Iudęorũ: probabile enim est multos psentiũ scãdalizatos,ea q̃ nõ cõueniẽbãt de discipulis cogitasse.vnde sequit:Qui eis respondẽs dixit:O generatio incre.q̃diu apud vos ero? quãdiu vos patiar?In quo ostẽdit, & mortem se desyderare,& graue ei esse cũ illis cõuersari.Beda. In tantũ aũt nõ est homini iratus,sed vitio,vt statim intulerit:Afferte illũ ad me:&c. Chry. Hoc autẽ dns permisit propter patrẽ pueri,vt cũ vexantẽ dæmonẽ videret,ad fidẽ futuro miraculo traheretur. Theo. Permittit etiã vexari puerũ, vt ex hoc sciremus dæmonis impietatẽ, qui occidisset eũ nisi fuisset à domino adiutus.Sequitur: Et inter.pa. eius:Quantũ temporis.&c. Beda. Erubescat Iulianus qui dicere audet oẽs homines absq; peccati contagione nasci in carne tãquàm innocentes per omnia,vt fuit Adam quando creatus est.Quid enim habuit iste puer vt ab infantia dæmonio vexaretur acerbissimo, si nullo originalis peccati vinculo tenebatur? quia cõstat illum adhuc propriũ nõ habere potuisse peccatum. Glo. Exprimit autẽ in verbis suæ petitionis fidei defectum. vnde subdit:Sed si quid potes &c.Cũ em̃ dicit:Si quid potes,manifestat se de eius potẽtia dubitare,quia videbatur filium suũ à discipulis Christi curatũ nõ esse. Dicit autẽ,Misertus nostri,vt desygnaret miseriã filii qui patiebatur,& patris qui cõpatiebatur. Sequit: Iesus autem ait illi:Si potes credere &c.Hiero.Libertatẽ arbitrii hoc indicat quod dicit: Si potes. Quæ autem sunt omnia quæ possibilia sunt credẽti, nisi quæ in nomine Iesu, id est salutis postulantur cum lachrymis ? Beda. Aptum autẽ respõsum dominus dedit petenti.Ipse em̃ ait:Siquid potes,adiuua nos.Et dominus: Si potes inquit credere.At cõtra leprosus qui fideliter clamabat: Domine,si vis potes me mundare, congruum suæ fidei accepit respõsum.Volo:mundare. Chry. Quod autem dicit,tale est:Tanta est virtutis apud me superabundãtia,vt nõ solum hoc possim, sed & alios hoc faciã operari:quare si credideris vt oportet, & hunc ipse curare

Scribarũ obstinatio.

Dæmõis impietas

Abundãtia virtutis Christi.

poteris,& alios multos.Sic ergo eum ad fidem reducebat, qui adhuc de infidelitate loquitur.vnde sequitur: Et continuo excla. pater &c.Sed si crediderat, dicens: Credo,quomodo subdit: Adiuua incredulitatẽ meam? Dicamus igitur quoniã multiplex est fides: introducto ria scilicet,& perfecta:hic autẽ incipiens credere saluatorẽ deprecabat, vt apponeret reliquũ ad virtutẽ suã. Beda.Nemo enim repẽte fit summus,sed in bona conuersatione à minimis quisq; inchoat,vt ad magna perueniat.Alia nãq;,sunt virtutis exordia,aliud profectus, aliud perfectio.Quia igitur per occultam inspiratione gratiæ meritorum suorum gradibus fides crescit, vno codemq; tempore is qui necdum perfecte crediderat,simul & credebat,& increduluserat.Hiero.Per hoc etiã monstratur quòd credulitas nostra infirma est, nisi innixa subsistat adiutorio subsidii dei.Fides autem cũ lachrymis optata vota capit.vnde sequit: Et cum vidisset Iesus concurrentem turbam, cõminatus est spi.immundo,dicens illi:Surde & mute &c.Theo. Ideo autẽ cum videret turbam cõcurrere, cõminatus est spiritui immundo:nolebat enim corã turba curare,vt ostentationẽ fugere doceret.Chry.Quòd autem comminatur & dixit:Ego tibi præcipio, diuinæ attribuit potestati. Quòd vero dicit nõ solũ,Exi ab eo:sed etiam amplius, noli introire in eũ: ostendit quia ad reintrandũ promptus erat,quia ille nondũ erat in fide perfectus:sed hoc domini iussio inhibebat.Sequit:Ex excl.& multũ.&c. Nõ em̃ valuit mortem diabolus imponere ꝓpter veræ vitæ aduentũ.Beda.Quę aũt hostis impiusmorti similem reddit,hũc pius saluator piæ dextrę tactu saluauit. vnde sequit:Iesus aũt te.manũ &c.Ex quo sicutverũ se esse deũ potentia saluãdi docuit,ita & verã se habuisse carnis naturam more tactus humani declarauit.Negat nãq; Manes insan⁹ veraciter eũ carne indutũ fuisse,sed ipse cũ tot languẽtes suo tactu erexit,mũdauit,illũinauit,hæresim illius,anteq̃ nata esset dãnauit. sequit: Et cũ int.in do.&c.Chry.Timebãt enĩ ne forte collatã sibi gratiã amisissent. receperãt em̃ potestatẽ iã spirituũ immũdorũ.Sequit:Et di.il.Hoc genus &c.Theo.scilicet lunaticorũ, vel simpliciter omniũ dæmoniorũ genus.Oportet nanq; ieiunare eũ qui curari debet,& illũ qui curat.Sic em̃ vera oratio pficit,cũ coniũgit orationi ieiuniũ,quando nõ grauat qui orat ex sumptione ciborũ,sed sobrius est.Beda.Mysticè aũt dns surſum di scipulis mysteria regni referat,deorsum turbis peccata infidelitatis exprobrat,& spiritus malos ab his qui vexant expellit.Nã carnales adhuc & inspiẽtes cõfortat, docet,castigat,& pfectionẽ liberi⁹ de æternis instruit. Theo.Dęmon aũt iste surdus & mut⁹ est:surd⁹,inquãtũ nõ vult dei sermones audire:mutus vero,inquãtũ nõ vult alios,qd̃ cõdecens est,docere.Chry.Peccator autẽ spumat stultitia,stridet iracundia, arescit ignauia.Discerpit aũt spiritus appropinquãtẽ ad salutẽ, & similiter quos in vẽtrẽ suũ trahere desyderat,discerpit p terrores & dãna vt fecit Iob.Beda.Sępe em̃ dũ cõuerti ad deũ post peccata conamur,maiorib⁹ nouisq; antiq hostis pulsamur insidiis,qd̃ facit,vt vel odiũ virtutis ĩcutiat,vel expulsionis suæ vẽdicet iniuriã. Greg.10.mor. Velut mortuus aũt ostẽdit,qui à maligni spũs potestate liberat,quia quisquis iam terrena desyderia subegit, vitam in se carnalis conuersationis extinguit.& modo mortu⁹ apparet,quẽ multi mortuũ dicũt,quia qui spiritualiter viuere nescit,eũ qui carnalia bona nõ sequit, extinctũ funditus arbitrantur. Hiero.Per hoc aũt ꝙ ab infantia vexatus est,significat gentilis populus,cuius à natiuitate creuit cult⁹ inutilis idolorũ,vt stultè immolaret filios suos dęmoniis.Vnde dicit:Quòd in ignẽ &

Oratio perficit.

aquã eum misit. Alii enim de gẽtibus ignẽ venerabantur, alii aquã. Beda. Vel in hoc dæmoniaco significant qui originalis culpæ reatu astricti veniũt in mũdũ rei, secundũ gratiã saluandi. Ignis aũt ad feruorẽ iracũdiæ referẽdus est, aqua ad voluptates carnis q̃ dissoluere mẽtem per delicias solẽt. Non aũt puero qui vim patiebatur, sed dæmoni qui inferebat cõminatus est: quia qui peccãtem emẽdare desyderat, vitiũ vtiq; increpãdo & execrando debet exterminare, sed hoiem amãdo refouere. Hiero. Imputat aũt dñs spiritui qđ homini pstat, dicẽs: Surde & mute spũs, quia ille nunq̃ audiet nec loquetur, peccator pœnitens audit & loquit. Exiẽs autẽ dæmon ab hoie, nunquã reuertit, si homo cor suũ serauerit clauibus hũilitatis & charitatis & ostiũ obtinuerit immunitatis. Factus est homo sanat⁹ velut mortu⁹. Sanatis etẽm dicitur, Mortui estis, & vita vestra absco dita est cũ Christo in deo. Theo. Sed si Iesus. i. euãgelicus sermo teneat manũ. i. virtutẽ actiuam, tũc à dæmone liberabimur. Vide etiã quòd primo deus nos iuuat, deinde requirit à nobis q̃ bonũ operemur. Vnde dicitur quòd Iesus eleuauit illũ, in quo ostẽdit dei auxiliũ, & surrexit, in quo monstrat hoĩs studium. Beda. Dum autẽ docet dñs apostolos quomodo dæmon nequissim⁹ debeat expelli, oẽs instituit ad vitã, vt. s. nouerim⁹ grauiora quæq; vel immũdorũ spirituũ, vel hominũ tenta mẽta, ieiuniis & orationibus esse superanda. Irã quoq; dñi cũ in vltionẽ scelerũ nostrorũ fuerit accẽsa, hoc remedio singulari posse placari. Ieiuniũ aũt gñale est non solũ ab escis, sed & à cũctis illecebris abstinere carnalibus, imò ab oĩbus vitiorum passionibus. Sic & oratio generalis nõ solum in verbis est quibus diuinã clementiã inuocamus, verũ etiã in omnibus quæ in obsequiũ nostri cõditoris fidei deuotione gerimus, teste apostolo qui ait: Sine intermissione orate. Hiero. Vel stultitia q̃ ad luxuriã carnis pertinet, sanat. Ira & ignauia oratione depellitur. Medicina cuiusq; vulneris adhibenda est ei. Nõ sanat oculũ, quod calcaneo adhibet. Ieiunio passiones corporis, & oratione pestes sanandę sunt mẽtis.

Moralis expositio.

Et inde profecti prætergrediebãtur Galilæã: nec uolebãt quẽquã scire. Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis: Quoniã filius hoĩs tradetur in manus hominũ, & occidẽt eũ, & occisus, tertia die resurget. At illi ignorabant uerbum: & timebant interrogare eum. Et uenerunt Capharnaum, qui cũ domi essent interrogabat eos: Quid in uia tractabatis? At illi tacebant. Siquidem in uia inter se disputauerant, quis eorum maior esset. Et residens uocauit xij. & ait illis: Si quis uult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister. Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum, quem cum cõplexus esset, ait illis: Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo me recipit. Et quicunque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui misit me.

Theo. Post miracula interponit dñs sermonẽ de passione, ne putaretur q̃ inuolũtariè passus est. Vnde dicitur: Et in. pro. prçter. Galilęã &c. Beda. Semper prosperis miscet tristia, vt cum repente venerint, non terreant apostolos, sed pmeditatis animis ferãt. Theo. Postq̃ vero dixerat qđ triste erat, tũc adiungit qđ lætificare debet. Vnde sequitur: Et oc. ter. die re. vt discceremus ex hoc q̃ post angustias lætitiæ subsequuntur. Sequit: At illi ign. ver. &c. Beda. Hæc ignorantia discipulorũ, non tã de tarditate ingenii, q̃ de amore nascitur saluatoris, qui carnales adhuc & mysterii crucis ignari quem deũ verũ cognouerãt, moriturũ credere nequibãt: & quia p figuras eũ loquentẽ sępe audire cõsueuerant, horrentes euentũ mortis eius etiã in eis quæ de sua traditione ac passione aperte loquebat, figurate aliquid significari volebant. Sequitur: Et venerunt Capharnaũ. Hiero. Capharnaũ dicitur villa cõsolationis, & cõgruit interpretatio ad prędictã sententiã qua dixerat: Et occ. ter. die resur. Sequit: Qui cũ domi essent, interr. eos: Quid in via tractabatis? at illi tacebãt. Chry. Matthæus aũt dicit q̃ accesserunt ad Iesum discipuli dicentes: Quis putas maior est in regno cælorũ? Non ẽm ab initio narrationẽ incepit, sed tacuit de intelligẽtia saluatoris circa discipulorũ cogitationes & dicta, quãuis posset intelligi quòd ea etiã quæ seorsum cogitabãt aut dicebãt, dicebant ad eũ: quoniã oĩa erant ei ita cognita, acsi ad eũ dicta fuissent. Sequit: Siquidẽ inter se in via disputauerant quis esset illorũ maior. Lucas aũt dicit quòd cogitatio intrauit in discipulos, quis esset illorũ maior. Cogitationẽ enim & intentionẽ eorũ dñs ex illorũ verbis manifestauit secundũ historiã euangelicã. Hiero. Recte aũt in via tractabant de principatu. Similis ẽm est hæc tractatio ioco. Principatus enim sicut ingredit, sic deserit: & quãdiu tenetur labit, & incertũ est in qua mansione, id est, in qua die finiat. Beda. Inde aũt videtur orta disputatio discipulorũ de primatu, quia viderãt Petrũ Iacobũ & Ioannẽ seorsum ductos in mõtem, secretũq; eis ibi aliquid esse creditũ, sed & Petro secundum Mat. claues regni cælorũ esse ꝓmissas. Videns aũt discipulorũ cogitationes dñs, curat desyderiũ gloriæ humilitate sanare, primatũ non esse quærendũ, & prius simplici hũilitatis cõmonet imperio. vnde sequitur: Et residens voca. 12. & ait illis: Si quis &c. Hiero. Vbi notãdum quòd illi euntes disputabãt de principatu, ipse sedens docet humilitatẽ. Principes ẽm laborãt, humiles quiescũt. Chry. Appetebãt quidẽ discipuli honorẽ habere à dño, desyderiũ etiã eis inerat vt magnificarẽtur à Christo. quãto ẽm quis maior est, tãto maioribus honoribus dignus existit. propter hoc nõ eorũ desyderiũ impediuit, sed humilitatẽ introduxit. Theo. Non enim vult vt vsurpemus nobis primatus, sed per humilitatẽ altitudinẽ consequamur. Mox aũt monet eos innocentiæ puerilis exẽplo. vnde sequit: Et ac. puerũ &c. Chry. Ipso visu eis persuadens humiles esse & simplices. Etenim ab inuidia & vana gloria paruulus mundus extitit, & à cõcupiscendo primatũ. Non solũ aũt ait si tales efficiamini, mercedẽ magnã accipietis, sed etsi alios tales honorabitis ꝓpter me. vnde sequit: Quẽ cum conesset, ait illis: Quisquis &c. Beda. In quo vel simpliciter pauperes Christi ab his qui volunt esse maiores, ꝓ eius ostendit honore recipiẽdos: vel in malitia paruulos esse suadet, vt simplicitatẽ sine arrogantia, charitatẽ sine inuidia, deuotionẽ sine iracũdia cõseruẽt. Quòd autẽ cõplectitur puerũ, significat humiles suo dignos esse cõplexu ac dilectione. Addidit aũt In noĩe meo: vt formã virtutis quã natura duce puer obseruat, ipsi pro nomine Christi rationis industria sequantur. Sed quia se in pueris recipi docebat, ne putaretur hoc esse solũ qđ videbatur, subiunxit: Et quicunque me susceperit &c. Talẽ se vtiq; ac tantũ credi volẽs, qualis & quantus est pater. Theo. Vide quantũ valet humilitas: patris nanq; & filii inhabitationem meretur, & etiã spiritus sancti.

Tarditas discipulorũ.

Persuasio humilitatis.

Pueri significatio dat.

Respondit illi Ioannes, dicens: Magister uidimus quẽdam in nomine tuo cijcientem dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum. Iesus autem ait: Nolite prohibere eũ. Nemo est enim qui faciat uirtutem in nomine meo, & posit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersus uos, pro uobis est. Quisquis enim potum dederit uobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo (quia Christi estis) amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Et quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis credentibus in me: bonum est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur.

Aug. Ioãnes prçcipua deuotione dñm amans exclu-

dẽdũ beneficio putauit eum qui nõ recte vtatur officio. Vnde dicit: Respondit illi Ioãnes dicẽs: Magister &c. Chry. Multi ẽm credẽtiũ charismata receperũt, nec tamen cũ Christo erãt, qualis erat hic qui dæmones eiiciebat. nõ enim oẽs ad omnia ordinate se habebãt. Alii enĩ erant puræ vitæ, fidẽ aũt tam perfectè nõ habebãt, alii vero ecõtrario. Theo. Vel etiã quidã increduli vidẽtes nomẽ Iesu virtuosum, dicebãt & ipsi hoc nomẽ, & signa faciebãt, licet diuina gratia essent indigni. Volebat ẽm dominus etiã per indignos nomẽ suũ amplia re. Chry. Non aũt zelo, seu inuidia motus Ioãnes ꝓhibebat illũ qui dæmones expellebat, sed volebat quòd oẽs qui nomẽ dñi inuocabãt, sequerent Christũ, & essent cũ discipulis vnũ. Sed dñs p hos q̃ miracula faciũt, licet sint indigni, alios ꝓuocat ad fidẽ & ipsosmet per hanc ineffabilẽ gratiã inducit, vt fiant meliores. Vnde sequit: Iesus aũt ait, Nolite &c. Beda. In quo docet neminẽ à bono quod ex parte habet esse arcẽdum, sed ad hoc potius qđ nondũ habet esse ꝓuocandũ. Chry. Decenter aũt eum nõ esse prohibendũ ostendit consequẽter dicens: Nemo est ẽm qui fa. virtutẽ &c. Hoc autem dicit propter eos qui in hæresim ceciderũt, quales erãt Simon & Menander & Cherintus, neq; ẽm illi in nomine Christi miracula faciebãt, sed deceptionib⁹ quibusdã facere videbãtur. Isti vero etsi non sequunt nos, non tamẽ contra nos aliquid firmiter dicere valebunt, eo quòd honorãt in opando virtutes nomẽ meũ. Theo. Qualiter enĩ male de me loquetur qui ex nomine meo occasionẽ gloriæ habet, & per hoc quòd ipsum inuocat miracula operat? Sequit: Qui enĩ nõ est aduer. vos &c. Aug. de con. euan. Videndũ est ne hoc illi sententię dñi videatur contrariũ, vbi ait: Qui mecũ nõ est, aduersum me est, an hoc interesse aliquis dicit, quia hic discipulis ait, Qui non est adu. vos, pro vob. est. Ibi autẽ de seipso locutus est: Qui mecũ nõ est, aduersum me est. quasi nõ possit cum illo nõ esse, qui discipulis eĩ⁹ tanq̃ membris eius sociatur. Alioquĩ qũo verum erit, Qui vos recipit, me recipit? Aut potest etiã non esse aduersus eũ, qui fuerit aduersus discipulos suos? nã vbi erit illud, Qui vos spernit, me spernit? Sed nimirũ hoc vult intelligi tantũ cum illo nõ esse aliquẽ, inquantũ est aduersus illum: & cum illo esse, inquantũ cũ illo est. Exempligratia: Sicut iste qui in nomine Christi virtutes faciebat, & in societate discipulorũ non erat, inquantũ operabatur virtutes in illo nomine, in tantũ cum ipsis erat, & aduersus eos non erat. Inquãtum vero eorum societati nõ adhęrebat, in tantũ cum ipsis nõ erat, & aduersus eos erat. Sed quia illi hoc eum facere ꝓhibuerũt in quo cũ ipsis erat, dixit eis domin⁹: Noli. ꝓhibe. Illud ẽm prohibere debuerunt, quod extra eorũ erat societatẽ, vt illi vnitatem ecclesiæ suaderẽt, nõ illud in quo cũ illis erat: nomen. s. magistri & dñi eorũ in expulsione dæmonũ cõmendãs. sicut ecclesia catholica facit, nõ improbans in hæreticis sacramẽta cõmunia, sed diuisionẽ, vel aliquã aduersam paci veritatiq; sententiã. In hoc ẽm aduersus nos sunt. Chry. Vel aliter: Hoc dicit de credentibus in eum, qui tamẽ ipsum nõ sequunt propter vitę laxationem. Illud autẽ de dæmonibus dicitur, q̃ à deo oẽs studeant separare, & cõgregationẽ eius dispergere. Sequit: Quisquis ẽm potum ded. &c. Theo. Quasi d. Non solũ hũc qui ĩ nomine meo miracula operat nõ ꝓhibeo, sed & quisquis minimũ quid dederit vobis propter nomẽ meum, & receperit vos propter me, nõ propter humanam gratiã & mundanã, non perdet mercedẽ suã. Aug. de con. euan. Vnde ostẽdit q̃ & ille de quo Ioãnes suggesserat, non ita separabatur à societate discipulorũ, vt eam tanq̃ hæreticus improbaret, sed sicut solent hoĩes,

Increduli fecere signa in nomine Iesu.

Consensus euangelicus.

Consensus euangelicus.

nondum audere Christi susçipere sacramẽta, & tamen nomini fauere christiano, ita vt christianos etiam suscipiãt, & non ob aliud nisi q̃ Christiani sunt, obsequuntur: de quibus dicit q̃ nõ perdent mercedẽ suã; nõ quia iam tuti atq; securi sibi debeant videri ex hac beniuolẽtia, quã erga Christianos habẽt, etiã si Christi baptismo nõ abluãtur nec vnitati eius incorporẽtur: sed quia ità iam dei misericordia gubernent, vt ad ea quoq; perueniant ad q̃ ita securi de hoc seculo abscedãt. Chry. Et ne quis paupertatẽ alleget, ponit illud quo nõ cõtingit egere. s. calicẽ aquæ frigidæ, pro quo etiã consequetur mercedẽ. non ẽm ꝑtium dati, sed dignitas recipiẽtiũ & affectus dantiũ facit opus dignũ mercede. Nõ solũ autẽ recipiẽdos discipulos verbo ostendit ex mercede quam aliquis sequitur: sed etiã quia retrahitur à tormẽto. Sequit: Et qui. scan. vnũ ex his &c. q. d. Si qui vos ꝓpter me honorant, mercedem habent, sic & inhonorates. i. scandalizantes vltimã accipient vltionẽ. Ex manifestis autem nobis tormentum describit intolerabile, faciẽs mẽtionẽ molæ & submersionis, & nõ ait: mola suspendatur in collo, sed bonum est ei hoc sustinere: demonstrãs quoniã eum grauius aliquod malum expectat. Pusillos autẽ in se credentes dicit eos, qui inuocãt nomen eius, nõ solũ sequẽtes etiam eos qui calicẽ frigidũ offerũt, & nõ operãtur alia maiora. Istorũ aũt neminẽ vult scãdalizari neq; supplãtari. Hoc enim est ꝓhibere nomẽ eius inuocare. Beda. Recte autẽ qui scandalizari potest, pusillus appellatur: qui enim magnus est, qđcunq; passus fuerit non declinat à fide: qui autem pusillus est animo & paruus, occasiones quęrit quo scandalizet. ꝓpterea oportet nos maxime his cõsulere qui parui sunt in fide, ne occasione nostri offendãtur & recedant à fide, ac decidãt à salute. Greg. sup Eze. Notandũ tamẽ q̃ in nostro bono opere aliquãdo cauẽdũ est scandalũ pro ximi, aliquãdo aũt ꝓ nihilo cõtẽnendũ, inquantũ enim sine peccato possumus vitare ꝓximi scãdalũ debem⁹. Si aũt de veritate scandalũ ponitur, vtilius permittit scandalũ nasci, q̃ veritas relinquat. Greg. in pa. Mystice autẽ in mola asinaria secularis vitæ circuitus ac labor exprimitur, & per profundum maris extrema dãnatio designatur. Qui ergo ad sanctitatis speciẽ deductus vel verbo cæteros destruit vel exemplo, melius profecto erat vt hunc ad mortem sub exteriore habitu terrena acta constringerent, quàm sacra officia in culpa cęteris imitabilem demonstrarent: quia nimirum si solus caderet vtcunque hunc tolerabilior inferni pœna cruciaret.

Scãdalũ duplex.

Et si scãdalizauerit te manus tua, abscinde illã. Bonum est tibi debilẽ intróire in uitã, quàm duas manus habentem ire in gehẽnã, in ignem inextinguibilẽ, ubi uermis eorum nõ moritur, & ignis nõ extinguitur. Et si pes tuus te scãdalizat, amputa illũ. Bonũ est tibi claudũ intróire in uitam æternã, quàm duos pedes habẽtẽ mitti in gehẽnã ignis inextinguibilis, ubi uermis eorũ non moritur, & ignis non extinguitur. Quòd si oculus tuus scãdalizat te, eijce eũ. Bonũ est tibi luscũ ítroire in regnũ dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur, & omnis uictima sale salietur. Bonum est sal. Quòd si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete in uobis sal: & pacem habete inter uos.

Beda. Quia suprà docuerat dñs ne scandalizaremus eos qui credũt in eũ, nũc consequẽter admonet quãtum cauere debeamus eos qui scandalizare nos. i. verbo vel exemplo suo ad ruinã peccati propellere certant. vnde dicit: Et si scã. te &c. Chry. Nõ de mẽbris hoc dicit, sed de propinquis amicis, quos quantũ ad necessaria in mẽbrorum ordine nos habemus. Nihil enim tã nociuũ, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

pernicioſa ſocietas. Beda. Manū quippe noſtrā appellat neceſſariū amicū, cuius auxilio quotidiano opus habemus. ſed ſi talis nos lædere in cauſa animę voluerit, excludēdus eſt à noſtra ſocietate: ne ſi cū ꝓdito in hac vita partem habere volumus, ſimul in futuro cū illo peamus. vnde ſequit: Bonū eſt tibi debilē &c. Gloſſ. Debilē dicit, adiutorio alicuius amici priuatū. Nam melius eſt abſq; amico ire in vitam, q̄ cum eo ire in gehēnam. Hiero. Vel aliter: Bonū eſt tibi debilē ingredi in vitā. i. ſine cupito principatu, q̄ duas manus habētē. Duę manus principatus ſunt, hūilitas & ſuperbia: abſcinde ſuperbiā, tenēs humilē principatū. Chry. Deinde teſtimoniū prophetici ex Eſaia propheta inducit, dicens: Vbi ver. eo. nō mo. & ig. non ex. Non de ſenſibili verme hoc dicit, ſed vermē cōſcientiam vocat mordentem animā, quōd nō ſit operata bonū. Vnuſquiſq; em̄ ſuiipſius accuſator fiet, rememorans q̄ geſſit in vita mortali, & ſic eorū vermis īmortalis permanet. Beda. Sicut autē vermis eſt dolor interius accuſans, ſic ignis eſt pœna extrinſecus ſęuiens. Vel in verme putredinē gehennæ ſicut in igne ardorē deſignat. Aug. xxi. de ci. dei. Vtrunq; autē horū, ignē ſcilicet ac vermē, qui volunt ad animæ pœnas nō ad corporis pertinere, dicūt etiam vri dolore animæ ſero ac infructuoſe pœnitētis, eos qui fuerint à regno dei ſeparati. Et ideo ignē pro iſto dolore vrente nō congrue imponi poſſe contendunt, ſecundū illud apoſtoli: Quis ſcandalizatur, & ego nō vror? Eūdē etiā vermē putant intelligendū eſſe, ſecundū illud, Sicut tinea veſtimentū & vermis lignum, ſic mœror excruciat cor viri: qui ſi pœnas & animæ & corporis in illo ſupplicio futuras eſſe nō dubitant, igne vri corpus, animā vero rodi quodāmodo verme mœroris affirmāt. Quod etſi credibilius dicit, quia vtiq; abſurdū eſt ibi dolorē aut corporis aut animæ defuturum. Ego tamē facilius æſtimo vt ad corpus vtrūq; dicā pertinere q̄ neutrū, & ideo tacitū eſſe in iſtis diuinæ ſcripturæ verbis animi dolorē: quia conſequēs eſſe intelligit vt corpore dolēte animus quoq; cruciet. Eligat ergo quiſq; qd̄ placet, aut ignē tribuere corpori, animæ vermē: hoc proprie, illud tropicè: aut vtrūq; ꝓprie corpori. Poſſūt em̄ aīalia etiā in ignibus viuere, in vſtione ſine cōſumptiōe, in dolore ſine morte p miraculū potētiſſimi creatoris. Sequit: Et ſi pes &c. Beda. Pes amicus dicit propter miniſteriū diſcurſus quaſi in noſtris vſibus accōmodatus. Sequit: Quōd ſi oculus &c. Oculus dicit amicus vtilis atq; ſolicitus & acutus ad perſpiciēdū. Aug. de con. euan. Hic ꝓfectō apparet, quōd illi qui noīe Chriſti ſunt deuoti, & priuſq̄ Chriſtianorū numero ſocient, vtiliores ſunt q̄ hi qui cū iam Chriſtiani appellantur & Chriſtianis ſacramētis ībuti ſunt, talia ſuadēt, vt quibus ea ꝑſuaſerint, ſecū in æternā pœnā ptrahāt: quos mēbrorū corporaliū noīe tāquā manū vel oculū ſcādalizātē iubet erui à corpore, hoc eſt ipſa vnitatis ſocietate: vt ſine his potius veniat ad vitam, q̄ cū eis eatur in gehēnā. Hoc ipſo autē ſeparātur, à quibus ſeparant, quōd eis mala ſuadētibus hoc eſt ſcādalizantibus nō cōſentiunt. Et ſi quidē oībus bonis cū quibus eis notitia eſt de hac peruerſitate innoteſcūt, ab oī penitus ſocietate atq; ab ipſa diuinorū ſacramētorū participatione ſeparant. Si autē quibuſdā ita noti ſunt, pluribus autē iſta eorum eſt ignota puerſitas, ita tolerandi ſunt, vt neq; illis ad iniquitatis cōioně conſentiat, neq; ꝓpter illos bonorū ſocietas deſerat. Beda. Quia vero dns tertio mētionem vermis & ignis fecerat, vt hoc valeamus euitare tormētū, ſubdit: Oīs em̄ igne ſalie. Fœtor enim vermiū de corruptiōe ſolet naſci carnis & ſanguinis, ideoq; caro recēs ſale cōdit, vt exiccato hūore ſanguineo vermeſcere nequeat.

Nota verba.

Et quidē qd̄ ſale ſalit, vermis putredinē arcet: qd̄ vero igne ſalit. i. ignib⁹ ſale aſperſis recōdit, nō ſolū vermes abiicit, ſed ipam quoq; carnē cōſumit. Caro ergo & ſanguis vermes creat, quia delectatio carnalis cui cōdimētū cōtinētiæ nō reſiſtit, pœnā luxurioſis generat æternā: cui⁹ fœtorē quiſquis vitare deſyderat, & corpus ſale continētiæ, & mētem ſtudeat condimento ſapientiæ ab erroris & vitiorum labe caſtigare. Sal enim dulcedinem ſapiētiæ, ignis ſpiritus ſancti gratiā deſignat. Dicit ergo: Oīs igne ſalietur, quia omnis electus ſapientia ſpirituali debet à corruptione concupiſcentię carnalis expurgari. Vel ignis eſt tribulationis, quo patientia fideliū vt perfectū opus habere poſſint, exercetur. Chry. Simile autē eſt huic quod dicit apoſtolus: Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis ꝓbabit. Poſtea à Leuitico teſtimoniū introducit di. Et oīs victima ſalietur. Hiero. Victima domini eſt genus humanū, quod hic ratiōe ſapiētię ſalitur, dum corruptio ſanguinis, cuſtodia putredinis & mater vermium cōſumetur, & illic purgatorio igne examinabitur. Beda. Poſſum⁹ & ita intelligere, q̄ altare dei ſit cor electorum, hoſtiæ vero & ſacrificia in hoc altari offerenda, bona ſunt opera fideliū. In omnibus autē ſacrificiis ſal debet offerri, quia nullū eſt opus bonū quod non ſal ſapiētiæ ab omni corruptione vanæ laudis, eæteriſq; prauis ſiue ſuperfluis cogitationibus expurgat. Chry. Vel hoc dicitur, quia omne munus victimæ noſtræ quæ eſt ſecūdum orationē & ꝓximi ſubuentionē ſalitur igne diuino, de quo dicitur: Ignem veni mittere in terram: de quo ſubditur, Bonum eſt ſal. i. ignis dilectionis. Quōd ſi ſal inſul. fue. i. ſeipſo priuatū, & propria qualitate per quā dicitur bonum, in quo illud condietis? Sunt enim ſal habentes, qui. ſ. habēt gratiæ plenitudinē: & ſunt ſales, ſal non habētes: qui enim nō ſunt pacifici, ſal ſunt inſulſum. Beda. Vel bonum eſt ſal, dei verbum audire frequētius, & ſale ſapientiæ ſpiritualis cordis arcana cōdire. Theo. Sicut em̄ ſal carnes cōſeruat, & vermes eas non ſinit generare: ſic & ſermo doctoris, ſi deſiccatiuus erit, carnales homines conſtringit, & in eis inextinguibilē vermē nō ſinit generari. Si vero ſit inſulſus. i. ſi virtutē deſiccatiuā & conſeruatiuā non habeat, in quo cōdietur? Chry. Vel ſecundū Matthæū diſcipuli Chriſti ſunt ſal qui totū orbem cōſeruant, reſiſtentes putredini q̄ eſt ab idololatria & fornicatione peccatorū. poteſt etiam intelligi quōd vnuſquiſq; noſtrū habeat tantū ſalis, quantum capax eſt dei gratiarū. vnde & apoſtolus coniūgit gratiā ſali dicens: Sermo veſter ſit in gratia ſale conditus. Sal etiā eſt dominus Ieſus Chriſtus qui fuit ſufficiēs totā terrā cōſeruare, & multos in terra fecit ſales: quorū ſi aliqui marceſcant (poſſibile eſt em̄ & bonos in putredinē trāſmutari) dignum eſt vt foras mittant. Hiero. Vel aliter: Sal inſulſum eſt qui amat principatum, & increpare nō audet. vnde ſequitur: Habete in vo. ſal: &c. Vt. ſ. ſalſedinē correptionis amor ꝓximi temperet, & dilectionē proximi ſal iuſtitiæ condiat. Greg. ſuper Ezech. Vel hoc dicitur contra quoſdā quos dū maior conſcientia erigit, à cæterorum ſocietate diſiungit, & quo plus ſapiunt, à concordiæ virtute reſipiſcunt. Greg. in paſto. Qui etiā loqui ſapienter nititur, magnopere metuat ne eius eloquio audientiū vnitas confundatur: ne dū ſapiens videri deſyderat, vnitatis compagem inſipienter abſcindat. Theo. Vel qui conſtringit ſe vinculo dilectionis ad ꝓximum, hic ſalē habet, & ex hoc pacem cum fratre ſuo. Augu. de con euan. Hęc Marcus dominum locutū fuiſſe contextim commemorat, & aliqua poſuit quæ nullus alius euangeliſtarū poſuit. Alia vero quæ Matthęus quoq; poſuit, & aliqua quę Matthæus & Lucas. ſed illi

Vnde putreſcit caro.

Sal in ſacrificijs quid ſit.

Expō literalis.

Conſenſus euangelicus.

ex aliis occaſionibus, & in alio rerum ordine: vnde mihi videtur etiam hocin loco dominum dixiſſe quę aliis locis dixit, quia ſatis pertinebant ad hanc ipſam eius ſententiam, qua vetuit prohiberi virtutes in noīe ſuo fieri, etiā ab illo qui cū diſcipulis eum non ſequebant.

CAPVT X.

ET inde exurgens, uenit in fines Iudææ ultra Iordanem, & cōueniunt iterū turbæ ad eū: & ſicut cōſueuerat, iterum docebat illos. Et accedētes phariſæi, interrogabāt eum, ſi licet uiro uxorē dimittere, tentātes eū. At ille reſpondens, dixit eis: Quid uobis præcepit Moyſes? Qui dixerunt: Moyſes permiſit libellū repudij ſcribere & dimittere. Quibus reſpondēs Ieſus, ait: Ad duritiā cordis ueſtri ſcripſit uobis præceptum iſtud. Ab initio autem creaturæ, maſculum & fœminā fecit eos deus. Propter hoc relinquet homo patrē ſuū & matrē, & adhærebit ad uxorem ſuam, & erūt duo in carne una. Itaq; iam nō ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo deus cō iūxit, homo nō ſeparet. Et in domo iterū diſcipuli eius de eodē interrogauerunt eum. Et ait illis: Quicūq; dimiſerit uxorē ſuā, & aliā duxerit: adulterium commitit ſuper eam. Et ſi uxor dimiſerit uirum ſuum, & alij nupſerit: mœchatur.

Beda. Hucuſq; Marcus ea narrauit de dño q̄ in Galilæa fecit & docuit. Hic incipit enarrare q̄ in Iudæa fecit & docuit ſiue paſſus eſt: & primo quidē trans Iordanem ad orientē. Et hoc eſt qd̄ dicitur: Et inde exurgēs &c. Deinde etiam citra Iordanē qñ venit Hierico, Bethaniā, & Hieroſol. Et cum oīs Iudęorū ꝓuincia generaliter ad diſtinctionē aliarū gentiū Iudæa ſit dicta, ſpecialius tamē meridiana eius plaga appellabatur Iudæa ad diſtinctionem Samariæ, Galileæ, Decapolis, & cęterarū in eadē ꝓuincia regionū. Theo. Viſitat autem regionē Iudææ, quā ſæpe ꝓpter Iudæorū æmulationē reliquerat, quia paſſio in ea erat futura: non tamen aſcendit tūc Hieroſol. ſed Iudęæ confinia, vt turbę nō malitioſę ꝓficeret. Hieroſolyma em̄ erat operatrix oīs nequitiæ ob malitiam Iudæorū. vnde ſequitur: Et conue. iterum &c. Beda. Notanda eſt mentiū diſtantia in turbis & phariſæis. Hæ conueniūt vt doceant, & ſui ſanētur infirmi, ſicut Matthæus commemorat: illi accedūt, vt Saluatorē tentando decipiant. vnde ſequit: Et accedentes phariſæi &c. Theo. Accedunt quidē non deſerētes eū ne turbæ in eum crederēt, ſed continuè acceden tes credebant eū in dubitationē inducere, & eū per interrogationes confundere. Propoſuerūt aūt ei quæſtionē ex vtraq; parte præcipitiū habentē, vt ſi dicat q̄ licet viro vxorē dimittere, vel non licet, accuſarēt ipſum contradicētes eidē ex dogmatibus Moyſi. Chriſtus igitur ſapientia ipſa reſpondit eis reſponſionē illorum laqueos fugientē. Chry. Interrogatus em̄ ſi licet, non ſtatim reſpondit, non licet, ne tumultuētur, ſed primo eis legis ſententiā voluit reſpondere: vt qd̄ eū dicere oportebat, hoc illi reſponderent. vnde ſequit: At ille re. ait: Quid vobis ꝑce. Moyſes? Sequit: Qui dixerunt: Moyſes ꝑmiſit libellū repudii ſcribere & dimittere. Proponunt quidē Moyſen hoc dixiſſe, aut ꝓpter interrogationem Saluatoris, aut volentes in eū virorū multitudinem incitare. Etenim hoc Iudæis erat indifferens, & oēs hoc operabant tanq̄ à lege ꝑmiſſum. Augu. de con. euan. Nihil autem ad rei veritatē intereſt, vtrum dño ſeparationem ꝓhibenti, & ſentētiam ſuam de lege firmanti ipſi turbæ, vt Matthæus narrat, intulerint quæſtionem de libello repudii per eundē Moyſen ſibi permiſſo: an hoc quidē illi de ꝑcepto Moyſi illos interrogā ti reſponderint, vt Marcus hic dicit. Nam & voluntas eius ita ſe habebat, vt nō eis redderet rationem, cur illud Moyſes ꝑmiſerit, niſi prius ipſi hoc commemoraſſent. Cū ergo voluntas loquentiū cui debent verba ſeruire ab euangeliſta vtroq; monſtrata ſit, nihil intereſt iam, licet diuerſus inter ambos fuerit modus narrādi. Poteſt etiam hoc intelligi, q̄ ſicut dicit Marcus, prius eos de vxore dimittēda interrogantes, dñs viciſſim interrogat, quid eis ꝑcepit Moyſes, qui cū reſpondiſſent Moyſen ꝑmiſiſſe libellum repudii ſcribere & dimittere, reſpondit eis de ipſa lege p Moyſen data, quomodo deus inſtituerit coniugium maſculi & fœminæ, dicens ea quæ ponit Matthæus, quibus auditis illi id qd̄ ei primo interroganti reſponderant repetierunt, dicentes: Quid ergo mandauit Moyſes? Aug. contra Fau. Nolebat autem dimitti vxorem à viro qui hanc interpoſuit moram, vt in diſſidium animus pręceps libelli conſcriptione refractus abſiſteret, ꝑſertim quia vt perhibent, apud hebræos ſcribere literas hebræas nulli fas erat ni ſi ſolis ſcribis. Ad hos igit quos oporteret eſſe prudentes legis interpretes, & iuſtos diſſidii diſſuaſores, lex mittere voluit eum quem iuſſit libellum dare repudii ſi dimiſiſſet vxorē. Non em̄ poterat ei ſcribi libell⁹ niſi ab ipſis quem p hāc occaſionem & neceſſitatem venientem quodāmodo in man⁹ ſuas bono conſilio regerent, atq; inter ipſum & vxorem pacificè agendo dilectionem concordiāq; ſuaderent. q̄ ſi tantum intercideret odiū vt extingui emendariq; non poſſet, tunc vtiq; ſcriberetur libellus, quia fruſtra non dimitteret, quam ſic odiſſet vt ad debitam coniugio charitatē nulla prudentium ſuaſione reuocaretur. ꝓpter hoc ſubdit: Quibus re. Ie. ait: Ad dur. cor. veſtri ſcri. vo. præ. iſtud. Magna em̄ duritia erat: q̄ nec per libelli interpoſitionem, vbi diſſuadendi locus iuſtis & prudētib⁹ tribuebatur, ſolui vel flecti poſſet ad recipiendā vel reuocandā coniugii charitatē. Chry. Vel dicit: Ad du. cor. veſtri: quia ſi aīa fuerit purgata deſyderiis & ira, poſſibile eſt mulierem nequiſſimam tolerare. Multiplicatis aūt in anima paſſionibus prędictis, multa mala contingent circa odioſum connubiū. ſic igit ab incuſatione eorū Moyſen eripit qui dederat legē, & totum in eorū caput conuertit. Sed quia graue erat qd̄ dictum eſt, ſtatim ad antiquā legem ſermonem reducit, dicēs: Ab ini. aūt creama. & fœ. fecit eos deus. Beda. Nō ait maſculū & fœminas, qd̄ ex priorū repudio quærebat: ſed maſculū & fœminā, vt vnius coniugis cōſortio necterentur. Chry. Si aūt voluiſſet hanc quidē dimitti & alteram introduci, creaſſet plurimas mulieres. Nec ſolū homini de⁹ mulierē cōiūxit: ſed & relinquere parētes pręcepit & mulieri adhærere. vnde ſequit: Et dixit ſcilicet deus per Adam: Propter hoc re. ho. pa. ſu. & ma. ſu. & adhære. ad vxo. ſuam. Ex ipſo modo locutiō is inſeparabilitatē matrimonii demonſtrās, quia dicit, Adhærebit. Beda. Et ſimiliter quia dicit, adhærebit ad vxorē ſuā: non ad vxores. Sequitur: Et erunt duo in carne vna. Chry. id eſt, ex vna radice facti, in vnum corpus conueniūt. Sequitur: Itaq; iā non ſunt duo, ſed vna caro. Beda. Primū igitur nuptiarū eſt, ex duabus vnam carnē fieri. Caſtitas iuncta ſpiritui, vnus efficitur ſpiritus. Chry. Poſt hæc terribile faciens argumentū nō dixit: ne diuidatis, ſed cōcluſit: Quod ergo deus cōiūxit, homo nō ſeparet. Aug. con. Fau. Ecce Iudæi ex libris Moyſi conuincunt, non eſſe vxorem dimittendam: qui ſecundū voluntatem legis Moyſi arbitrantur ſe facere, cū dimitterent. Similiter & illud hinc cū ipſo Chriſto atteſtante cognoſcim⁹ deum feciſſe & coniūxiſſe maſculū & fœminam, quod Manichęi negando dānantur, non iam Moyſi libris ſed Chriſti euāgelio reſiſtētes. Beda. Quod ergo deus conunā faciendo carnē viri & fœminæ: hoc homo non poteſt ſeparare, ſed ſolus deus. Homo ſeparat, quādo pro-

Quæſtio pulchra.

Mos hebræorū.

Vis verborum.

Manichæorū error.

pter desyderiũ secundę vxoris primă dimittimus. De⁹ separat, quãdo ex consensu ꝓpter seruitutẽ dei sic habe m⁹ vxores, quasi nõ habẽtes. Chry. Si aũt duo, quos de⁹ coniũxit separari non debent: multo magis ecclesiam quã deus Christo coniũxit ab eo non cõuenit separare. Theo. Quia vero scãdalizabant discipuli tanꝙ ex præ dictis nõ plenè eis fuerit satisfactũ, ꝓpter hoc enĩ iterũ interrogãt. vnde sequit: Et ite. in do. discipuli eius de eodem inter. eũ. Hiero. Secũda interrogatio ab apostolis iterũ dicta est, quia de eadẽ re, de qua pharisæi cum interrogauerũt, id est, de cõiugii statu, & hoc ꝓpter. Iterata em verbi sententia, nonfastidiũ sed esurię, & sitim prestat. vnde qui me comedũt, adhuc esuriẽt: & qui me bibũt, adhuc sitient. Melliflua em sapientię eloquia gustata, diligentibus multimodũ saporẽ reddũt. vnde dominus iterato discipulos instruit. nã sequit: Et dixit illis, Quicũq; di. vxo. suam & al. duxe. adul. cõ. super eã. Chry. Adulteriũ vocat non cũ sua simul esse. Non enim est sua quã accepit prima derelicta: & ꝓpter hoc cõmittit adulteriũ super eam, id est, super secũdam quam introducit. Idem aũt est & de muliere. vnde sequit: Et si vxor di. virum suũ, & alii nup. mœchat. Non em alteri vt ꝓprio viro potest coniũgi, si proprium derelinquat. Et quidẽ lex ꝓhibuit adulteriũ manifestũ, sed saluator hoc non manifestũ, neq; ab oĩbus notũ, naturæ tamen cõtrarium. Beda. In Matthæo vero scriptũ est plenius: Quicunq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem. Vna ergo solummodo carnalis est causa, fornicatio. Vna spiritualis, timor dei, vt vxor dimittatur, sicut multi religionis causa fecisse leguntur. Nulla autẽ causa est dei lege ꝓscripta, vt viuẽte ea quæ relicta est, alia adducat. Chry. Quod autem Matthæus dicit pharisęis hæc verba dixisse, Marcus vero discipulis, non est contrarium: contingit enim hæc his, & illis dicta esse.

Et offerebant illi paruulos, ut tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum uideret Iesus, indignè tulit, & ait illis: Sinite paruulos uenire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim est regnum dei. Amen dico uobis: quisquis non receperit regnum dei uelut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.

Theo. Ostensa superius nequitia pharisæorũ Christũ tentantiũ, nunc ostendit multa fides turbarum, quę tantũ manuũ impositione putabãt Christũ benedicere paruulos quos illi offerebant. vnde sequit: Et offerebãt illi paruulos, vt tangeret eos. Chry. Sed discipuli prohibebãt offerentes ꝓpter Christi dignitatẽ. Et hoc est quod subditur: Discipuli aũt cõminabant offerẽtibus. Saluator aũt erudiẽs discipulos sapere moderata, & tumorẽ conculcare mundanũ, accipit pueros & eis prænũciat regnũ dei. vnde sequit: Et dixit illis, Sinite paruulos ve. ad me. & ne ꝓhi. eos. Orig. Si quis ergo eorũ qui doctrinã ecclesiasticã profitentur, videat aliquẽ offerẽtem quosdam stultos mundi & ignobiles & infirmos, qui ꝓpter hoc appellati sunt pueri & infantes: nõ prohibeat quasi sine iudicio facientẽ, cũ qui offert talẽ saluatori. Post hoc exhortat discipulos suos iam viros constitutos condescendere vtilitatibus puerorũ, vt fiãt pueris quasi pueri, vt pueros lucrent. Nam & ipse cum in forma dei esset, hũilians se factus est puer. vnde subdit: Taliũ est em regnũ dei. Chry. Et enim ab omnibus passionibus pura existit aĩa pueri, propter hoc oportet vt hæc ex volũtate operemur, quę pueri habẽt per naturam. Theo. Vnde non dixit horũ est regnũ dei, sed talium scilicet habẽtiũ & studio & labore innocentiam & simplicitatẽ, quã habent pueri ex natura. Puer enim non odit, neq; maliciose aliquid operatur, neq; verbe-

ratus à matre discedit: sed etsi eũ vilib⁹ induat vestimẽtis, præfert ea regalibus indumẽtis. sic & ille qui viuit secundũ virtutẽ ecclesiæ matris suæ, nihil huic præhonorat, neq; etiã reginam multorũ voluptatem. vnde & dñs subdit: Amen dico vobis, Quisquis non rece. reg. dei velut paruu. nõ intrabit in illud. Beda. Id est nisi talem habueritis innocentiã & animi puritatẽ sicut paruulus habet, in regnũ cælorũ non poteritis intrare. Alii ter regnũ dei, id est doctrinã euãgelii, sicut paruulus recipere iubemur, quia qũo paruulus in discendo non cõtradicit doctoribus, neq; rationes & verba cõponit eis resistens, sed fideliter suscipit quę docent, & cum metu obtẽperat & discit. ita & nos obediendo simpliciter, & sine vlla contradictione verbũ dñi suscipere debemus. Sequit: Et con. eos, & im. ma. super il. bene. eos. Chry. Bene autẽ amplexat eos ad benedictionẽ tanꝙ in propriũ sinum eleuãs propitiatus facturã suam ab eo cadẽtem ab initio & diuisam. Imponit aũt paruulis manus, docens diuinæ virtutis operationẽ. Et quidẽ secũdum consuetudinẽ aliorũ manus imponit: sed non secũdum consuetudinẽ operatur. Deus em existens humanũ modum seruabat tanꝙ verus homo factus. Beda. Cõplexus etiam benedixit paruulos: vt humiles spiritu, sua benedictione & gratia & dilectione dignos esse significet.

Innocentia pueri.

Et cũ egressus esset in uiã, procurrens quidam genu flexo ante eũ rogabat eum, dicẽs: Magister bone, quid faciam ut uitã æternam percipiam? Iesus autẽ dixit ei: Quid me dicis bonũ? Nemo bonus, nisi unus deus. Præcepta nosti? Ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimonium dixeris, ne fraudẽ feceris, honora patrẽ tuum & matrẽ. At ille respondens, ait illi: Magister, hæc omnia seruaui à iuuẽtute mea. Iesus autẽ intuitus eum, dilexit eũ, & dixit ei: unum tibi deest. Vade, quæcunq; habes, uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & ueni, sequere me. Qui contristatus in uerbo: abiit mœrẽs. Erat enim habẽs multas possẽsiones. Et circũspiciẽs Iesus, ait discipulis suis: quam difficile qui pecunias habent in regnũ dei introibũt? Discipuli aũt obstupescebant in uerbis eius. At Iesus rursus respondẽs, ait illis: Filioli, quam difficile est cõfidentes in pecunijs, in regnum dei introire? Facilius est camelum per foramẽ acus transire, quam diuitem intrare in regnum dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos: Et quis potest saluus fieri? Et intuẽs illos Iesus, ait: Apud homines impoßibile est, sed non apud deum. Omnia enim poßibilia sunt apud deum.

Beda. Audiuerat quidã à dño tantũ eos qui paruulorum volunt esse similes, dignos esse introitu regni cælorũ, atq; ideo poscit sibi exponi non parabolis sed aptè: quibus operã meritis vitam æternã consequi possit. vnde dicitur: Et cũ egressus esset in via, ꝓcurrens quidam genu flexo ante eum, rogat eum, dicens: Magister bone, quid faciã, vt vitam æternã percipiam? Theo. Miror de hoc iuuene qui omnibus aliis pro infirmitatibus ad Christũ accedentibus, hic vitæ æternę possessionem postulat, cũ maligna sit passio auaritię, ꝓpter quã postmodum cõtristatus est. Chry. Quia vero accesserat ad Christũ tanꝙ homo ad hoĩem, & ad vnum Iudaicorum doctorũ: Christus tanꝙ homo respondit eidẽ. vnde sequitur: Iesus autẽ dixit ei, Quid me di. bo. Nemo bo. nisi vnus deus. Hęc aũt dicẽs nõ excludit hoĩes à bonitate, sed à comparatione bonitatis diuinæ. Beda. Vnus autẽ deus bonus, non pater solus intelligendus est, sed & filius qui dicit: Ego sum pastor bo. sed & spiritꝰ sanctus: quia dicitur, Pater de cælis dabit spiritũ bonũ petentibus se. Ipsa em vna & indiuidua trinitas pater filius & spũs sanctus, solus & vnus deus bonus est. Non igitur dñs se bonum negat, sed esse deum signat: non se

Christus doctor hebræus reputat.

magistrum bonũ non esse, sed magistrum absq; deo nullum bonũ esse testatur. Theo. Voluit igitur dñs hęc verba mentẽ iuuenis facere altiorẽ, vt ipsum cognosceret tanꝙ deum. Sed & aliud quidẽ innuit in his verbis, vt quando debes conferre cũ aliquo, nõ adulãdo cũ eo cõferas, sed respicias radicẽ bonitatis & fontem deum, & ei præstes honorem. Beda. Notandum aũt ꝙ iustitia legis suo tẽpore custodita, non solũ bona terræ, verumetiam suis electoribus vitã conferebat. vnde dñs de vita æterna quęrenti, cõsequenter dixit: Præcepta nosti? Ne adulteres, ne occidas. Hæc est em puerilis innocẽtia, q̃ nobis imitãda proponitur, si regnũ dei volumus intrare. vnde sequit: Et ille respõdens ait: Magister, hæc om. seru. à iuu. mea. Non est putãdus homo iste vel voto tenus tantis, vt quidã putauerunt, dominum interrogasse, vel de sua vita esse mentitus: sed simpliciter vt dixerat esse confessus, quod patet ex hoc quod subdit: Iesus aũt intuit⁹ eum dilexit eũ, & dixit ei. Si aũt mendacii aut simulationis noxa reus teneretur: nequaq̃ intuitus arcana cordis eius diligere diceretur Iesus. Orig. sup Matt. In hoc enim ꝙ dilexit eum vel osculatus est eum, videt affirmasse professionẽ eius q̃ dixit se oĩa ista implesse. Intendẽs em mẽte in eũ, vidit hominẽ ex bona cõscientia cõfitentẽ. Chry. Dignũ tamẽ est inquirere qualiter hunc dilexit, qui eum non erat secutur⁹? est autẽ hoc dicere, quoniã quantũ ad priora dignus erat amore, quæ legis sunt obseruãs à iuuentute. circa finẽ vero neq; diminutionem prioris dilectionis cõsecutus est, sicut neq; perfectionem suscepit. Etsi em non excesserat mensuram humanã, Christi perfectionẽ non sequens, nullo tamen crimine existebat reus, iuxta possibilitatem hominis legem obseruãs: & in hac obseruatione Christus eum dilexit. Beda. Diligit em dominus eos q̃ mandata legis, q̃uis minora custodiũt, sed nihilomin⁹ quæ in lege minus fuerãt his qui pfecti esse desyderãt, ostendit: quia nõ venit soluere legẽ, sed adimplere. Vnde sequit: Et dixit ei, Vnũ tibi deest. Vade, quæcunq; hab. ven. & da paup. & hab. thes. in cælo: & veni, seque. me. Quicũq; enim perfectus esse voluerit, debet vendere quæ habet, non ex parte sicut Ananias fecit & Saphira, sed totum. Theo. Et cũ vendiderit, dare pauperibus, non histrionibus & luxuriosis. Chry. Bene autem nõ fecit æternæ vitæ mentionem, sed thesauri, dicens: Et habeb. thesaur. in cælo. Quia enim de pecuniis erat sermo, & de abrenunciatione omniũ, ostendit q̃ reddit plura his quæ præcipit relinquere, q̃to maius est cælum q̃ terra. Theo. Sed quia multi sunt pauperes nõ humiles, sed ebrii, aut aliquã aliam habentes malitiam, propter hoc dicit: Et veni sequere me. Beda. Sequitur em dominum q̃ imitator ei⁹ est, & ꝓ vestigia ei⁹ gradit. Sequit: Qui cõtristatus in verbo abiit mœrẽs. Chry. Et causam tristitiæ subdit euãgelista, dicẽs: Erat em possessiones habens multas. Non enim eodem modo afficiunt qui pauca habent, & qui multa. Adiectio enim acquisitarum diuitiarũ maiorem flammã cupiditatis accendit. Sequit: Et circun. Iesus ait discipulis suis: Quãm diffi. qui pecu. hab. in reg. dei intr. Theo. Non hoc dicit q̃ diuitiæ malæ sint, sed habentes ipsas vt custodiãt. docet em nõ ipsas habere. i. retinere & custodire, sed eis in necessariis vti, & in seruitio hoĩs esse. Chry. Dixit aũt hoc dominus discipulis pauperibus existentib⁹ & nihil possidentibus, instruens eos inopiã non erubescere, & quasi excusando eis respondẽs pro eo ꝙ nihil eos habere contristaret. Sequitur: Discipuli aũt obstu. in verbis ei⁹. Manifestum est enim quoniã inopes existentes ꝓ aliorum salute dolebant. Beda. Sed quia inter pecunias habere & amare multa distantia est, vnde & Salomon non ait:

Legis iustitia ostendit.

Qui habet, sed qui amat diuitias, fructum non capit ex eis. ideo dñs obstupescẽtibus discipulis verba præmissæ sententiæ exponit. vnde sequitur: At Iesus rursus respondens ait illis: Filioli, q̃ difficile est confidentes in pecuniis, regnum dei introire? Vbi notandum est quod non ait, q̃ impossibile est, sed q̃ difficile est. quod enim impossibile est, omnino fieri non potest: quod difficile, cum labore potest. Chryf. Vel dicens difficile, ostendit esse impossibile, & non simpliciter, sed cum quadã intentione. & hoc ostendit exemplo, dicens: Facili⁹ est camelum per foramen acus transire, q̃ diuitem intrare in regnum dei. Theo. Camelũ siquidem oportet intelligere aut ipsum animal, aut funẽ illũ grossum quo naues magnæ vtũtur. Beda. Quomodo ergo vel in euangelio Matthęus & Ioseph, vel in veteri testamẽto q̃plurimi diuites intrauerũt in regnum dei, nisi forte quia diuitias vel pro nihilo habere, vel ex toto relinquere, dño inspirante, didicerũt? Altiore autẽ sensu facili⁹ est Christum pati pro dilectorib⁹ suis, q̃ dilectores seculi ad Christũ posse cõuerti. Cameli enim nomine se intelligi voluit, quia infirmitatis nostræ onera sustulit. per acum autem significat pũctiones, id est, dolores in passiõe susceptos. Foramen ergo acus dicit angustias passionis, qua scissa nostrę quasi vestimenta naturę quodammodo resarcire dignat⁹ est. Sequit: Qui mag. admi. dice. ad semetipsos: Et quis potest saluus fieri? cum ĩcomparabiliter maior sit turba pauperũ, quæ diuitibus perditis potest saluari, intellexerunt tamen cunctos qui diuitias amant, etiam si adipisci nequeant, in diuitũ numero deputari. sequit: Et intuens eos Iesus ait: Apud &c. Quod non ita intelligendum est, quasi cupidi & superbi in regnum cælorũ sint intraturi, cum cupiditate & superbia: sed possibile est deo, vt à cupiditate & superbia ad charitatẽ & hũilitatem conuertantur. Chry. Ideo aũt hoc opus dei esse dixit: vt ostenderet quod multa opus est illi gratia, qui ad hoc à deo dirigitur. vnde monstratur quod non parua merces est diuitibus volentibus Christi philosophiã sequi. Theo. Vel intelligendũ est qd dicit: Apud homines impossibile est, sed non apud deũ, quia cũ deũ audimus, hoc fit possibile: cũ vero humana sapimus, impossibile. Sequitur: Omnia em possibilia sunt apud deum. Cum em omnia dicit, entia subintelligas, peccatum em non est ens. Est em res absq; essentia & hypostasi peccatum. Vel aliter: Peccatum non virtutis sed infirmitatis est, & ideo peccatũ sicut & ĩfirmitas ĩpossibile est apud deum. Sed nunquid deus facere potest vt id quod factũ est, non sit factum? Ad quod dicitur, quod deus est veritas: facere autẽ quod factum est vt nõ sit factum, falsum est. Qualiter ergo veritas faciet falsum? Prius igit destruet propriam naturam, vt quidam dicunt: Nunquid potest deus non esse deus? hoc enim ridiculum est.

Allegoria pulchra.

Peccatũ non est ens.

Et post hæc cœpit ei Petrus dicere: Ecce, nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Respondens Iesus, ait: Amen dico uobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me & propter euangelium: qui non accipiat centies tantum, nũc in tẽpore hoc domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cũ persecutionibus, & in seculo futuro uitã æternã. Multi aũt primi erũt nouißimi, & nouißimi primi.

Glo. Quia iuuenis audito consilio saluatoris de rerũ dimissione tristis abscesserat, discipuli aũt Christi præmissum consilium iam adimpleuerant, solicitare cœperunt de præmio, æstimantes se magnum aliquid fecisse, cum iuuenis qui præcepta legis impleuerat, hoc sine tristitia audire potuerit. vnde Petrus pro se & aliis dominum interrogat. Et hoc est quod dicit: Et cœpit ei Petrus dicere, Ecce nos re. &c. Theo. Petrus etsi pauca di

Vsus pecuniarũ quomodo liceat⁹.

misit,tamen hæc omnia vocat.Nam & pauca habẽt vinculũ passionis,ita vt beatificẽt ille qui pauca relinquit. Beda.Et quia nõ sufficit tantũ dimittere, iungit quod perfectũ est,Et secuti sumus te.Quasi dicat:fecimus qđ iussisti.Quid igitur dabis nobis prẽmii?Petro autẽ de discipulis tantũ interrogante,dñs vniuersalẽ responsionẽ facit.Vnde sequit:Respõdens Iesus ait, Amen dico &c.Hoc autẽ dicẽs,non innuit vt patres relinquamus, non adiuuãtes eos,neq; vt ab vxoribus separemur: sed nos instruit pferre honorẽ dei secularib⁹ rebus. Chry. Mihi aũt videt ꝙ in hoc intendebat persecutiones futuras occultè prẽnuntiare,quia futurũ erat vt multi patres ad pietatẽ filios inducerent,& vxores viros. Non autẽ differt dicere: Propter nomẽ meũ, aut euangeliũ, vt Marcus dicit: aut ,ppter regnũ dei, vt ait Lucas.Et em̃ nomen Christi virtus euãgelii est, & regni. Euangeliũ enĩ recipitur in nomine Iesu Christi, & regnum dei per nomẽ ipsius cognoscitur & venit.Beda.Quidã aũt ex occasione huius sententiæ qua dicitur, Accipiet centies tantũ nũc in tempore hoc,Iudaicã mille annorum fabulã post resurrectionẽ iustorum dogmatizant: quando omnia quæ propter deũ dimisimus,multiplici sunt fœnore reddẽda, insuper & vita æterna donanda. Nec vident quòd etsi in cæteris digna sit promissio, in vxoribus tamen cẽtenis iuxta alios euangelistas appareat turpitudo: prẽsertim cũ dñs in resurrectione nubẽ dũ nõ esse testetur, & ea quæ ,ppter se dimissa fuerint, recipienda in hoc tẽpore cũ persecutionibus assẽueret, quas mille annis suis abesse affirmãt.Chry.Et quidem igitur centies tantũ mercẽs secundũ cõmunicationem & non secundũ possessionẽ:hoc em̃ adimpleuit eis dñs nõ corporaliter,sed alio quodã modo.Hiero.Vxor em̃ in domo circa viri cibum negotiatur & vestimẽta.Vide igit hoc & in apostolis.Multæ enĩ mulieres solicitæ erant de eorũ cibo & vestimẽtis,& ministrabãt eis.Similiter & patres & matres plurimas apostoli habuerunt.s.eos qui ipsos diligebãt: sed & Petrus vnã relinquens domũ,postea omniũ discipulorum domos habebat.Et maius est, quia cũ persecutionibus hæc omnia possidebũt sancti, si persecutionẽ sint passi & angustiati.propter qđ sequitur:Multi autẽ erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.Phariſæi enim primi existentes, facti sunt nouissimi. Qui vero omnia reliquerunt & Christũ secuti sunt, fuerũt nouissimi in seculo isto ꝙ angustias & persecutiones,sed erunt primi per spẽ quę est in deũ.Beda.Potest sanè hoc qđ ait, Accipiet cẽties tantũ:altius intelligi.Centenarius quippe numerus de lęua trãslatus in dexterã licet eandẽ in flexu digitorum videatur habere figurã,quam habuerat denarius in lęua:tamen quãtitatis magnitudine sursum crescit. quia videlicet oẽs qui ,ppter regnũ dei tẽporalia spreuerũt, & in hac vita persecutionibus plenissima eiusdẽ regni gaudiũ fide certa degustãt,atq; in expectatione patriæ cælestis,quæ significatur in dextera, omniũ electorum delectatione fruunt. Verũ quia multi virtutũ studia nõ eadẽ qua incipiũt intentione pietatis cõsummant,mox subinfertur:Mul,autem erunt &c.Quotidie em̃ videmus multos in laico habitu cõstitutos,magis vitæ meritis excellere, & alios à prima ætate spirituali studio feruentes,ad extremum otio torpente lassescere,atque inerti stultitia quod spiritu cœpere,carne cõsummare.

Intellectus duplex.

Caro apostolorum-tatur.

Erant aũt in via ascẽdentes Hierosolymã,& præcedebat illos Iesus,& stupebãt:& sequẽtes timebant.Et assũmẽs iterũ duodecim,cœpit illis dicere quæ essent ei uẽturа,Quia ecce ascẽdimus Hierosolymã,& filius hominis tradetur principibus sacerdotũ,& scribis,& senioribus,& cõdẽnabũt eum morte.Et tradẽt gẽtib⁹,& illudẽt ei,& cõspuẽt eũ, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget.

Beda.Meminerãt discipuli sermonis quo dñs se passurũ multa à summis sacerdotibus & scribis ꝓdixerat, & ideo Hierosolymã tendẽtes stupebant.Et hoc est qđ dicitur:Erãt autẽ in via ascẽdentes Hierosolymã &c.Theop. Vt ostendat quòd ad passionẽ præcurrit,& quòd nõ refugit mortẽ pro nostra salute.Et stupe.& sequen. timebant.Beda.Ne vel ipsi cum eo occiderẽtur,vel saltẽ ille cuius vita & magisterio gaudebãt,inimicorũ manibus occumberet.Præuidẽs aũt dñs ex passione sua discipulorũ animos perturbãdos, eis & passionis pœnã & resurrectionis suæ gloriã prædicit.vnde sequitur:Et assumens iterũ xii.&c.Theo.Vt scilicet discipulorũ corda cõfirmaret:vt cũ hæc prẽaudirent,leuius postmodũ sustinerent, & in repentinis non formidarent: & etiã vt ostenderet quòd volũtarie patit. Qui em̃ prænoscit & potest fugere & non fugit,manifestũ est quòd voluntarie seipsum passionibus tradit. Seorsum aũt assumit discipulos:nãq; conueniens erat passionis mysteriũ propinquioribus sibi reuelare.Chry.Cõmemorat aũt singula quæ passurus erat:ne si aliquid ꝓtermissum remaneret,cernentes postmodum illud subito turbarentur. vnde subdit:Quia ecce ascẽdimus Hierosolymã.Glos. Ad quẽ scilicet pertinet pati.Nã diuinitas pati non potest.Tradetur scilicet à Iuda princi.sacer. & scri.& senioribus:& condẽ.eum morte iudicantes eũ esse reum mortis.Et tradent eum gẽtibus,scilicet Pilato gentili. Et illudẽt ei milites eius. Et consputent eũ & flagellabũt eum,& interfi.eum.Chry.Vt autẽ cũ fuerint contristati propter passionẽ & mortẽ,tunc & resurrectionem expectẽt,subdit:Et tertia die resurget. Cum enim tristitias & opprobria quæ contigerunt nõ occultauerit, conueniens erat vt ei & de reliquis crederent.

Prædictio passionis.

Et accedũt ad eũ Iacobus & Ioannes filij Zebedæi,dicentes:Magister,uolumus ut quodcũq; petierimus,facias nobis. At ille dixit eis:Quid uultis ut faciã uobis? Et dixerunt,Da nobis ut unus ad dexterã tuã, & alius ad sinistrã tuã sedeamus ĩ gloria tua.Iesus aũt dixit eis:Nescitis quid petatis.Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibo:aut baptismo quo ego baptizor,baptizari? At illi dixerũt:Possumus.Iesus aũt ait eis:Calicẽ quidem quem ego bibo,bibetis:& baptismo quo ego baptizor,baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam uel ad sinistram,non est meum dare uobis,sed quibus paratũ est.

Chry.Audiẽtes discipuli Christum frequẽter de suo regno loquentẽ, putabant ꝙ hoc regnũ post eius mortem nõ esset, & ideo nunc ꝓnunciata Christi morte, accesserũt ad eum vt honoribus regni statim fierent digni.vnde dicitur: Et acce. ad eum Iacobus & Ioannes &c.Erubescẽtes em̃ quòd aliquid humanũ passi erant, accesserunt ad Christum seorsum eum à discipulis assumentes. Saluator vero nõ ignorans quid petere debebant,sed ad respondendũ eos inducens interrogationẽ subiungit.At ille dixit eis:Quid uultis vt faciã vobis? Theo. Credebãt autem prædicti discipuli quòd ,ppter hoc Hierosolymã ascenderet vt regnaret,& postmodũ pateretur quæ se passurum prædixerat,& hoc cogitantes dexterã & sinistrã sedẽ appetebant.vnde sequit:Et Dixerũt,Da nobis vt vnus ad dexteram,& alius ad sinistram sedeat in gloria tua. Aug.de con.euan.Hoc ab eis nõ per eos ipsos,sed per matrẽ dictũ esse Matthæus expressit:cum illa eorũ volũtatẽ attulisset ad dominũ: vnde magis ipsos q̃ illam dixisse qđ dictum est Marcus breuiter intimauit. Chry. Vel cõuenienter dici potest vtrumq; factum esse.Videtes enim se præ aliis honoratos,prædictã petitionẽ se consequi æstimabãt:& vt facilius petitionẽ obtinerẽt,matrem assumpserunt,vt cũ

Opinio apostolorũ de regno Christi.

hac simul Christũ ꝑcarent.Aug.de con.euã.Deniq; & dñs etiã secũdũ Marcũ & secũdũ Matthæũ ipsis potius q̃ matri respondit.Nã sequit:Iesus aũt dixit eis,Nescitis quid petatis.Theo.Quasi dicat:Non est hoc qđ creditis,ꝙ sim tẽporaliter in Hierusalẽ regnatur⁹,sed omnia hæc quæ scilicet ad regnũ meũ ꝑtinent,supra intellectũ sunt.Etem̃ sedere à dextris meis tam magnũ quid est,vt excellat ordines angelorum. Beda. Vel nesciunt quid petant,qui sedẽ gloriæ à dño quã nondũ merebãtur inquirũt.Chry.Vel dicit,nescitis quid petatis,ac si diceret:Vos de honore loquimini: ego vero de agonibus & sudorib⁹ disputo.Non em̃ est hic prẽmiorũ tempus sed occisionis,prẽliorũ & periculorũ. vnde subdit: Potestis bibere calicẽ quẽ ego &c.Per modũ interrogationis attrahit eos,vt ex cõmunicatione quæ est ad ipsum,auidiores fierent.Theo. Calicẽ aũt & baptismum crucem nominat,calicẽ quidẽ tãquàm potũ dulciter ab ipso susceptum: baptismũ vero tanquàm emundationẽ nostrorũ facientẽ peccatorũ.Qui non intelligentes qđ dixerat,respondẽrũt.vnde sequit:Atilli dixerũt,Possumus. Credebant em̃ quòd de calice sensibili,& baptismo, quo Iudæi baptizari solebant, lauantes scilicet se antequàm comederent,loqueretur.Chry. Respõderũt autẽ tam prompte, expectãtes in eo qđ petierũt exaudiri.Sequit:Iesus autẽ ait eis, Calicẽ quidẽ quem ego bi. &c. i. martyrio digni eritis & patiemini sicut & ego. Beda. Quærit autẽ quomodo calicẽ martyrii Iacobus & Ioãnes biberũt,aut quomodo baptismo dñi fuerunt baptizati,cũ scriptura narret Iacobũ tantũ apostolũ ab Herode capite trũcatum,Ioãnes autẽ ,ppria morte finiuit vitã?Sed si legamus ecclesiasticas historias in quib⁹ fertur ꝙ & ipse ,ppter martyrium in feruentis olei doliũ missus sit, ſtatimq; relegatus in Pathmos insulã, sic videbim⁹ martyriũ animo nõ defuisse,& bibisse Ioannẽ calicẽ cõfessionis, quẽ & tres pueri in camino ignis biberũt,licet ꝑsecutor nõ fuderit sanguinẽ.Sequit:Sedere aũt ad dexterã &c.Chry.Vbi duo quærunt:vnum est,si paratũ est alicui sedere à dextris eius? Alterũ aũt, si omniũ dñs his quibus paratũ est,potestatẽ tribuendi non habet? Ad primũ ergo dicimus ꝙ nullus à dextris neq; à sinistris sedet:inuius em̃ est omni creaturę thronus ille. Quomodo ergo dixit: Sedere ad dexterã meã vel ad sinistrã non est meũ dare vobis,quasi quibusdam sessuris? Ad suspicionẽ quidẽ interrogantiũ respondit, eorũ intẽtioni cõdescendẽs:neq; em̃ nouerãt illũ thronũ excelsum & cathedram quæ est à dextris patris, sed vnũ solũ petebant scilicet potiri primatu & aliis preesse.Quidã enim audiuerãt dictũ de apostolis,ꝙ super xii.thronos essent sessuri,quid esset qđ dictũ est ignorãtes,inter cæteros petierũt primatũ.Ad secundũ dicendũ est quòd tale donũ potestatẽ filii deinõ transcendit, sed qđ in Matthæo dicit:Paratũ est à patre meo:idẽ est ac si diceret,à me.vnde & Marcus nõ dixit hic: à patre meo.Quod ergo hic Christus dicit,tale est:Moriemini inquàm ,ppter me:non tamen hoc sufficit ad hoc,quòd vos primum ordinem obtineatis.Si enim aliquis alius cũ martyrio venerit omnẽ aliam virtutem possidens, multa vobis maiora possidebit: his enim paratur primatus,qui per opera possunt fieri primi.Sic igitur dominus sua responsione eos instruxit,vt nõ vane & inaniter pro primatibus molestentur: simul autem & eos noluit contristari.Beda. Vel non est meum vobis dare, id est superbis:hoc enim adhuc erãt.Aliis paratum est, & vos alii estote, id est humiles,& vobis paratum est.

Quæstio vtilis.

Quæstio duplex mouetur

Et audientes decem,indignati sunt de Iacobo & Ioanne. Iesus aũt uocans eos,ait illis:Scitis quia hi qui uidentur principari gentibus,dominantur eis, & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est autem in uobis:sed quicũque uoluerit fieri maior, erit uester minister: & quicunque uoluerit in uobis primus esse,erit omnium seruus. Nam & filius hominis non uenit ut ministraretur ei,sed ut ministraret, & daret animam suam in redemptionem pro multis.

Theo.Quia reliqui apostoli videt Iacobum & Ioãnẽ honorẽ petere,patienter ferre non possunt.vnde dicitur:Et audiẽtes decẽ indignati sunt de Iacobo & Ioãne.Patiẽtes enim humana inuidia mouebant, sed tunc primo indignati sunt, cum viderunt ipsos à dño nõ susceptos,nõ autẽ prius indignabant,quia videbãt ipsos aliis præhonorari,tunc igitur sic impfectè se habebant apostoli:sed postea in primatibus sibi cedebant adinuicẽ.Christus autẽ eos sanat.Primo quidẽ ad eorum consolationẽ eos iuxta se adducẽdo: & hoc significatur cũ dicitur,Iesus autẽ vocans eos. Deinde demonstrando, quòd vsurpare honorẽ & desyderare primatũ,gẽtilium est.vnde sequit:Ait illis,Scitis quia hi qui videtur prĩcipari gentibus,dominant eis, & principes eorũ potestatẽ habent ipsorum.Gẽtiliũ principes tyrãnicè & dominabiliter ad principatũ se ingerunt.Sequitur: Non ita est aũt in vobis.Beda.In quo docet eum maiorẽ esse qui minor fuerit,& illũ dominum fieri qui omniũ seruus fit,frustra igitur aut illi immoderata quęsierãt,aut isti dolẽt super maiorũ desyderio:cum ad summitatem virtutum non potẽtia, sed humilitate veniatur. Deinde ꝓponit exẽplum,vt si dicta paruipẽderent,erubescerent ad opera,& dicit:Nam & filius hominis nõ venit vt ministraret ei,sed vt ministraret,& daret animã suã in redẽptionẽ pro multis.Theo. Quod maius est q̃ ministrare.Cum enim aliquis pro eo cui ministrat moritur,quid isto potest esse maius & mirabilius?sed tamen ista ministratio & humilitatis descẽsus,gloria eius erat & omniũ.Ante em̃ q̃ homo fieret,solum ab angelis nutus est.Cũ autẽ factus est homo,& crucifixus est,nõ tãtũ,ipse gloriã habet, sed & alios in participatione suæ gloriæ suscepit,& dñatus est per fidẽ orbi terræ. Beda. Non autem dixit animam suam in redemptionem dare pro oĩbus,sed pro multis: id est qui credere voluerint.

Indignatio inter apostolos.

Et uenĩũt Hierico.Et proficiscente eo de Hierico,& discipulis eius,& plurima multitudine,filius Timæi Bartimæus cæcus,sedebat iuxta uiam mendicans. Qui cũ audisset quia Iesus nazarenus est,cœpit clamare & dicere:Iesu fili Dauid,miserere mei.Et cõminabantur illi multi,ut taceret. At ille multo magis clamabat,fili Dauid,miserere mei. Et stans Iesus, præcepit illũ uocari.Et uocãt cæcum dicẽtes ei:Animæquior esto,surge,uocat te.Qui proiecto uestimẽto suo,exiliens uenit ad eũ.Et respondens Iesus, dixit illi: Quid tibi uis faciã? Cæcus autẽ dixit ei:Raboni,ut uideã.Iesus aũt ait illi:Vade, fides tua te saluũ fecit.Et cõfestim uidit, & sequebat eũ ĩ uia.

Hiero.Passioni domini appropinquãti ciuitatis nomẽ respondet.dicitur enim:Et veniunt Hierico.Hierico luna siue anathema interpretatur.Defectus aũt carnis Christi, præparatio est Hierusalẽ cælestis. Sequit: Et ,pficiscẽte eo de Hierico &c.Beda.Matthæus duos iuxta viam sedẽtes & ad dominũ clamantes cæcos dicit esse illuminatos.Lucas autem cum appropinquaret Hierico pari ordine illuminatũ ab eo cæcũ esse perhibet:vbi nemo,saltẽ sapiens, putet euangelistas sibimet contraria scribere,sed alium plenius scribere quæ alter omisit.Intelligẽdum est ergo vnum eorũ fuisse potissimũ,quod ex hoc apparet, & quod nomẽ eius & nomẽ patris eius Marcus cõmemorauit. Augu. de con.euan. Hinc est ergo quòd ipsum solum voluit commemorare Marcus, cuius illuminatio tam clarã famam huic miraculo cõparauit,q̃ erat nota calamitas.Lucas vero quãuis omnino eodẽ modo factũ,tamẽ in alio cæco intelli-

Consensus euangelicus.

gendus est par cõmemorare miraculum, & eiusdẽ miraculi parem modum. sequit: Qui cum audisset quia Iesus Nazarenꝰ &c. Chry. Filium Dauid vocat cæcꝰ dominũ, ꝓtereuntis turbæ laudẽ audiens, ac ꝓphetarũ expectatione cõpleta certificatus. Sequitur: Et commi. il. mul. vt taceret. Orige. Tanquã si dicat, Qui primi crediderant increpabant ei clamanti, Fili Dauid, vt taceret & non appellaret eũ contemptibilinomine, sed deberet dicere, fili dei miserere mei: ille autẽ nõ destitit. vnde sequit: Ille aũt ma. clamabat &c. Cuius clamorẽ dñs exaudiuit. vnde sequitur: Et stans Iesus præce. illũ vocari. Vide autem ꝙ inferior est cæcus, de quo Lucas loquit: nam nec Iesus eũ vocauit vt Matthæꝰ dicit, nec iussit eũ vocari, vt hic dicit, sed iussit eum ad se adduci, quasi non potentem per se venire. Iste aũt cæcus ad imperium dñi vocatur. vnde sequit: Et vocant eũ, dicẽtes ei: Animæquior esto, surge, vocat te. Ille autẽ abiiciens vestimentũ, venit ad eum. Sequit: Qui proiecto vesti. suo venit ad eum. Fortè vestimentũ cæci & mendicantis velamentũ intelligit cæcitatis & mendicitatis quo fuerat circũdatus, quod abiiciẽs venit ad Iesum quem appropinquãtem dñs interrogat. vnde sequit: Et respõdens Iesus ait illi: Quid tibi vis faciam? Beda. Nũquid qui lumẽ reddere poterat, quid vellet cęcus ignorabat? Ad hoc ergo requirit vt petat: ad hoc requirit vt cor ad orationem excitet. Chry. Vel quęrit, ne scilicet æstimaret quòd aliud volenti accipere, aliud daret. Etem̃ consuetudo erat eius, voluntatem curandorũ vniuersis facere manifestã, & tunc medelam inducere, vt alios duceret in zelum, & vt ostenderet eum qui curandus erat gratiæ dono dignè potiri. Sequit: Cæcus autẽ dixit ei: Raboni, vt videam. Beda. Paruipendit em̃ extra lucem cæcus aliquid quærere: quia etsi habere cæcus quodlibet potest, sine luce non potest videre qđ habet. Hiero. Consyderans autẽ Iesus promptã voluntatem, complexione desyderii remunerat. Orig. sup. Mat. Dignius autem est dicere Raboni, vel sicut in aliis dicit dñe, quàm fili Dauid. vnde ꝓpter illud quod dixit, fili Dauid, non præstitit ei sanitatem: sed ꝓpter hoc quod dixit, Raboni. vnde sequit: Iesus autẽ dixit ei: Vade, fides tua saluũ te fecit. Et confestim vidit &c. Theo. Grata em̃ est anima cæci in eo quòd sanus effectus Iesum non reliquit, sed secutus est eũ. Beda. Mysticè autẽ Hierico quæ interpretari dicit luna, defectũ nostrę mutabilitatis designat. appropinquans dñs Hierico lumẽ cæco reddidit, quia veniens in carne & passioni appropinquans, multos ad fidẽ adduxit. Non em̃ primis incarnationis suæ tẽporibus, sed paucis antequã pateret annis, mysteriũ verbi mũdo exhibuit. Hiero. Cæcitas etiã ex parte facta Iudæis illustrabit in fine, quando eis mittet Eliam ꝓphetã. Beda. Quòd aũt appropinquãs Hierico vnum illuminauit, ac ꝓficiscens de Hierico duos, hoc intimauit, quòd ante passionẽ suã vni tantũ populo Iudæorũ prędicauit, resurrectionẽ vero atq; ascensionem suã per apostolos & Iudæis & gentibus diuinitatis & humanitatis suæ arcana patefecit. Quòd vero Marcus vnũ illuminatũ scribit, ad gentium salutẽ respicit, vt eorum quos instruebat ad fidem saluationi figura congrueret. Matthæus vero qui credentibꝰ ex Hebræis suũ scribebat euangeliũ, qđ in gentium quoq; notitiam erat perventurũ, recte duos dicit illuminatos, vt ad vtrũq; populũ fidei gratiã pertinere doceret. Proficiscente igitur dño, & discipulis eius, & plurima multitudine de Hierico, cæcus sedebat iuxta viã mendicans: quia ascendẽte ad cælos dño & multis fideliũ sequentibꝰ, imò cunctis ab initio mundi electis vnà cũ illo ianuã regni cęlestis ingredientibus, mox gentiũ populus cœpit suæ illuminationis spẽ habere: qui mẽdicat iuxta viam sedens, quia necdũ iter veritatis ingrediens ad hoc peruenire cõtẽdit. Hiero. Populus etiã Iudæorum qui scripturã conseruat nec cõplet iuxta mensurã, mendicans esurit. Clamat autẽ, Fili Dauid miserere mei, quia per merita patriarcharũ Iudaicus populus illuminaꝝ. Comminãtur autem ei multi vt taceat, quia peccata & dæmonia compescunt clamorem pauperis: sed ille magis clamabat, quia ingraueścẽte bello manus ad lapidẽ ad iutorii hoc est Iesum Nazarenum cũ clamore leuandę sunt. Beda. Populus etiam gentiũ agnita fama nominis Christi, particeps eius fieri quęrebat, cui cõtradicebãt multi. Primo Iudęi, deinde etiam gẽtiles ne illuminãdus mundus Christum inuocaret: nec tamen impugnãtium furor eos, qui ad vitam erant præordinati, valebat priuare. Clamantem autem cæcum transiens audiuit, quia per humanitatẽ suam misertus est, qui per diuinitatis potentiã mentis nostræ tenebras exclusit. ꝙ enim propter nos natus & passus est Iesus, quasi trãsiit, quia hęc actio tẽporalis est. Stare autẽ dei, est ĩmutabiliter cũcta disponere. Clamantẽ aũt cæcũ dominus vocat, cũ populo gentium per prædicatores verbum fidei mittit, qui vocantes cęcũ animęquiorẽ esse, & surgere atq; ad dominũ venire ꝑcipiũt, cũ predicãdo indoctis, spẽ eos salutis habere, ac de corpore vitiorũ erigi, atq; ad virtutum studia se accingere iubent: proiecto autẽ vestimento exilit, qui abiectus mũdi retinaculis expedito mẽtis gressu ad largitorem æternę lucis properat. Hiero. Venit etiam Iudaicus populus exiliens, nudus veteri homine vt hinnulus saliens sup montes, quia segnitiem deponẽs patriarchas, prophetas, apostolos, in altis considerãs ad supna se extendit. Quàm cõueniẽs autem est ordo salutis. Audiuimus primo per prophetas, deinde clamamus per fidẽ, postea vocamur per apostolos, surgimus per pœnitentiam, exuimur per baptismũ, interrogamur per voluntatẽ. Cęcus aũt interrogatus hoc requirit, vt videat voluntatẽ domini. Beda. Imitemur ergo & nos eum, non diuitias, nõ terrena bona, non honores à domino sed lucẽ quęramus, quã videre cum solis angelis possumus, ad quã via fides est. Vnde & cęco respondetur: Fides tua te saluũ fecit. Videt autem & sequitur, qui bonum qđ intelligit operaꝝ. Iesum em̃ sequit, qui bonũ qđ intelligit operat: qui imitatur, qui ꝓsperari in hoc mũdo noluit, opprobria ac irrisiones tolerauit. Et quia rerũ corporaliũ delectatiõeà gaudio interno cecidimꝰ, cũ qua amaritudine illuc redeatur ostẽdit. Theo. Dicit autẽ ꝙ secutus est dñm in via, scilicet in hac vita: quia post hãc excludunt oẽs qui hic eũ nõ sequũt, ab operando mãdata eius. Hiero. Vel via ista est q̃ dixit, Ego sum via, veritas, & vita. Hæc est via angusta quę ducit ad ardua Hierosolymę & Bethanię, ad montẽ oliuarũ, qui est mons luminis & cõsolatiõis.

Christꝰ Raboni.

Passiõis allegoria pulchra.

Exẽplũ Christi.

CAPVT XI.

ET cum appropinquarent Hierosolymæ & Bethaniæ ad montem Oliuarũ, mittit duos ex discipulis suis, & ait illis: Ite in castellum quod contra uos est, & statim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum super quẽ nemo adhuc hoĩm sedit. Soluite illum, & adducite. Et si quis uobis dixerit, quid facitis? dicite, quia domino necessarius est: & continuo illum dimittet huc. Et abeuntes, inuenerũt pullũ ligatũ ante ianuã foris in biuio, & soluunt eũ. Et quidã de illic stantibus, dicebant illis: Quid facitis, soluentes pullum? Qui dixerunt eis, sicut præceperat illis Iesus: & dimiserunt eis. Et duxerunt pullum ad Iesum: & imponunt illi uestimenta sua, & sedit super eum. Multi autem uestimenta sua strauerunt in uia, alij autem frondes cædebant de arboribus, & sternebant in uia. Et qui

præibant, & qui sequebantur clamabant, dicentes: Hosanna, benedictus qui uenit in nomine domini: benedictum quod uenit regnum patris nostri Dauid, hosanna in excelsis.

Chry. Postquã dñs suę virtutis sufficiẽtẽ experientiã dederat, & crux instabat in ianuis, oĩa iã cũ maiori agit claritate, quę aduersarios inflãmatura erãt. & ideo q̃uis multoties prius ascẽderit Hierosolymã, nunq̃ tamẽ cũ tãta excellẽtia sicut modo. Theo. Vt si velint valeãt gloriã eiꝰ agnoscere, & per ꝓphetias de eo cõpletas scirẽt ꝙ est verus deꝰ. Si vero noluerint, maius fieret eis iudiciũ, quia tot claris miraculis nõ crediderunt: huius igit aduentus claritatẽ euangelista describens, di. Et cũ ap. Hierosolymę &c. Bethania villula est siue ciuitas in latere mõtis Oliueti, vbi Lazarꝰ est suscitatus à mortuis. Quomodo aũt discipulos miserit & ad qđ, ostendit subdens: Et ait il. Ite in castellũ &c. Theo. Considera vero quãta dñs discipulis ꝑdixerit, scilicet ꝙ inuenirẽt pullũ. vnde sequit: Et sta. introeũtes &c. Et ꝙ impedirent ab accipiendo. vnde sequit: Et si quis vobis dixerit, qđ facitis? dicite &c. Et quòd hoc dicto ꝓmitterẽt accipere. vnde sequit: Et cõtinuo illum dimittet huc. Et sicut dñs prędixerat ita ꝓpletur. vnde sequit: Et abeun. inue.

Consensus euan gelicus.

pul. li. ante ianuã foris in biuio, & soluunt eũ. Augũ. de con. euan. Matthæus asinã dicit & pullũ, cæteri aũt de asina tacent. vbi ergo vtrunq; factũ potest intelligi, nulla repugnãtia est, nec si alius vnũ, alius alium cõmemoraret: quãto minus moueri oportet si alius vnum, alius vtrunq; cõmemoraret? Sequit: Et quidã de illic stãtibꝰ dicebãt illis: Quid facitis, soluẽtes pullũ? Qui dixerũt eis, sicut præceperat illis Iesus, & dimiserũt eis, scilicet pullũ. Theo. Nõ aũt hoc permitterẽt, nisi diuina virtus eis incũberet cogẽs illos, præsertim quia rurales existẽtes & coloni ꝓmiserũt pullũ auferre. sequit: Et duxerũt pullũ ad Iesum, & imponũt illi vestimenta sua, & sedit sup eũ. Chry. Nõ quidem quòd ex necessitate à monte oliueti vsq; Hierusalẽ sup pullũ ire dominũ oportebat, cũ Iudæam & omnem Galilæã pedes perambulauerat: sed signum erat qđ fiebat. Sequit: Multi autem vestimẽta sua strauerũt in via. Hiero. Sub pedibus pulli asinę. Alii aũt frondes cædebant de arboribus, & sternebant in via. Magis aũt ad ornatũ & ad sacramentũ pertinet, q̃ ad necessitatem. Sequit: Et qui præibãt, & qui seque. clamabãt, dicentes: Hosanna &c. Multitudeem donec corrupta non fuit cognouit quod congruũ erat: ꝓpter quod honorauit Iesum vnusquisq; secundũ propriã virtutem. vnde laudantes ipsum, hymnũ leuiticum assumpserũt, dicentes: Hosanna, qđ secũdum quosdam idem est quod, saluũ me fac: secundũ vero quosdã idem quod, hymnus. Aestimo autẽ primũ esse verius, nam in centesimo decimoseptimo psalmo habetur: O domine saluum me fac: quod in Hebraico scriptũ est Hosanna. Beda. Est aũt Hosanna verbũ Hebraicũ, compositũ ex duobus. s. corrupto & integro. Salua nanque siue saluifica, apud eos dicit hosi. At vero anna, iteriectio est despcantis, quomodo apud Latinos est dolẽtis, heu. Hiero. Hosanna igitur. i. saluifica dicũt, vt homines saluent ab eo benedicto, vincente, & veniente in nomine dñi. i. patre filio. Chry. Sic ergo dant deo gloriã, dicentes: Benedictus qui venit in nomine dñi. Benedicunt etiã regnũ Christi, dicentes: Benedictũ quod venit regnum patris nostri Dauid. Theop. Regnũ aũt Dauid, regnũ Christi dicebãt: & quia de semine Dauid Christus descẽderat, fuit manu fortis, nisi dominus, cuius manus tot & talia miracula operata est? Chry. Vnde & multoties ꝓphetæ Dauid Christũ nũcupãt, propter originẽ Christi ex Dauid secundũ carnẽ. Beda. Legimus aũt in euangelio Ioannis, quia ne facerent eũ regẽ in mõtem fugit. Nũc aũt vbi passurus Hierosolymã venit, nõ refugit eos qui se regem nũcupãt, vt apertè doceret quia non tẽporalis & terreni, sed æterni in cælis rex esset imperii, atq; ad regnũ p cõtemptũ mortis perueniret. Notandũ autẽ quanta sit cõsonantia turbę cũ voce Gabrielis, qui ait: Dabit illi dñs deus sedem Dauid patris sui: vt scilicet gentem, cui Dauid quondã temporalis regni guberna cula præbuit, hãc ipse verbis & factis ad regnũ cæleste vocaret. Chry. Et vlterius dant gloriã deo, cũ subdũt: Hosanna in excelsis. i. hymnus, & gloria vniuersorum deo qui est in excelsis. Hiero. Vel hosanna. i. saluifica, in excelsis & imis. i. vt iusti ædificent in ruinam angelorũ, & terreni & subterranei etiã saluent. Mystcè autem appropinquat dñs Hierosolymę, quę est visio pacis. In qua manet fixa immobilisq; felicitas, quę secũdũ apostolũ est omniũ credentiũ. Beda. Bethania autem domꝰ obedientiæ dicitur, quia multos ante passionem suam docendo domũ sibi obedientiæ effecit, & in mõte Oliueti posita esse dicit, quia ecclesiam vnctione spiritualiũ charismatũ, & sciẽtiæ pietatisq; luce refouet. Misit aũt discipulos in castellũ qđ contra eos erat, hoc est doctores qui indocta orbis loca quasi contrapositi castelli mœnia euãgelizãdo penetrarent destinauit. Hiero. Bini vocãt, & bini mittunt discipuli Christi: quoniã charitas nõ consistit cũ vno, vt dicitur, Væ soli. Duo educũt Hebrẽos de Aegypto: duo deportãt botrũ de terra sancta, vt semp ꝓpositi iungant opus & scientiã, & duo mandata de duabus tabulis ꝓferãt, & duobus fontibus abluant, & de duobus vectibus archã dñi portẽt, & inter duos Cherubin deũ cognoscãt spiritu & mẽte psallentes. Theo. Nõ aũt erat ei necessarius pullus, sed eum quęsiuit, ostẽdens ꝙ debebat se ad gentilẽ populũ trãsferre. Beda. Pullus em̃ asinæ lasciuus & liber populũ nationũ signat: sup quem nemo adhuc hominũ sedit, quia nemo rationabiliũ doctorum frenum correctionis quo vel linguam cohibere à malo, vel in arctam vitę viã ire cogeret vtilia suadẽdo cõtulerat. Hiero. Inuenerũt aũt pullũ ligatũ ante ianuã foris, quia populus gentilis ligatus erat vinculis peccatorũ suorũ ante ianuã fidei. i. extra ecclesiam. Ambro. sup Luc. Vel inuenerũt eũ ligatum ante ianuam, quia extra Christũ quicunq; est, foris est in via: qui autẽ in Christo est, foris nõ est. In trãsitu siue in biuio addidit, vbi nullius certa possessio, nõ pręsepe, non alimenta, non stabulũ: misera seruitus, cui vagum ius est. Plures em̃ dominos habet, qui vnũ non habet. Alieni alligant vt possideãt, iste soluit vt teneat. Vehementiora em̃ dona nouit esse q̃ vincula. Beda. Vel recte in biuio stabat, quia non viã certã vitę fideiq; tenebat, sed plures dubiósq; sectarũ calles sequebaꝝ erroneus. Hiero. Vel in biuio. i. in libertate arbitrii dubitans inter vitam & mortem. Theo. Vel in biuio. i. in vita hac, solutus est autẽ à discipulis per baptismum & fidem. Hiero. Quidam autem dicebãt, quid facitis? ac si diceret: Quis potest dimittere peccata? Theo. Vel prohibentes sunt dęmones, quibus fuerũt apostoli fortiores. Beda. Vel magistri errorum, qui venientibus ad salutem gentium doctoribus obsistebant: at posq̃ fidei dominicæ potestas apparuit credentibus aduersariorũ querelis, liber credentiũ populus ad dñm quem corde portaret adducebaꝝ. Vestimenta autẽ apostolorũ quę illi imponũt, vel doctrina virtutũ vel discretio scripturarum vel ecclesiasticorũ dogmatum varietates intelligi possunt, quibus illi corda hominum ante nuda & frigida, quæ Christo sessore digna fiant, operiunt. Hiero. Vel imponunt vestimẽta sua, id est stolam primam im-

Regnũ Christi quale sit

Binarii ministri

mortalitatis p baptismi sacramẽta afferũt. Sedit aũt Iesus sup eũ, id est in eis regnare cœpit, vt nõ regnet peccatũ in lasciua carne, sed iustitia & pax & gaudiũ ĩ spiritu sancto. Multi aũt strauerũt vestimẽta sua ĩ via sub pedib⁹ pulli asinę. Qui sunt pedes nisi extremi q portant, quod ad iudicãdũ cõstituit apostolus? qui & ipsi, etsi nõ sunt deorsum in quo sedit dñs, tamẽ cũ militib⁹ à Ioãne instruũt. Beda. Vel multi vestimẽta sua ĩ via sternũt, quia sancti martyres proprię se carnis amictu exuẽtes, simpliciorib⁹ dei famulis viã suo sanguine parãt. Multi etiã vestimẽta sua in via sternunt, quia corpora sua p abstinẽtiã domãt, vt dei iter ad montẽ parẽt, vel exẽpla bona sequẽtib⁹ p̃beant. Frõdes aũt vel ramos de arborib⁹ cędũt, qui ĩ doctrina veritatis semina patrũ de eorũ eloquio rapiũt, & hęc in via dei ad auditoris animũ venẽtis humili p̃dicatione submittũt. Theo. Sternam⁹ & nos viã vitę nostræ cædentes ramos de arborib⁹. i. sanctos imitãtes. Nã arbores sancti sunt, de qb⁹ ille ramos cędit, qui virtutẽ imitat eorũ. Hiero. Iusti em̃ vt palma florebũt, angusti radicibus, lati florib⁹ & fructibus: qm̃ bonus odor Chri sunt. Sternũt viã mãdatorũ dei bona fama, qui p̃bãt, ꝓphetę sunt: & qui sequebãtur, apostoli. Beda. Et quia oẽs electi, siue qui ĩ Iudęa esse poterãt, siue qui nũc in ecclesia existũt, in mediatorẽ dei & hominũ crediderũt & credũt. Qui præeũt & qui sequũt, Hosanna clamabant. Theo. Sed & qui prędunt, & qui sequuntur nostrorũ actuum, ad laudem sunt dei. Quidã enim in præterita vita bonum fecerunt initiũ, sequens vero non est vt prior: neque in laudem dei finita.

Allegoria expõ.

Et introiuit Hierosolymã in tẽplũ: & circũspectis oĩbus cũ iã uespera esset hora, exijt in Bethaniã cũ duodecĩ. Et alia die cum exirent à Bethania, esurijt. Cũq; uidisset à longe ficum habẽtẽ folia, uenit, siquid forte inueniret in ea. Et cũ uenisset ad eã, nihil inuenit præter folia. Nõ enim erat tẽpus ficorum. Et respõdens, dixit ei: Iam nõ amplius in æternum ex te quisquam fructum manducet. Et audiebant discipuli eius.

Passio Christi sponta-nea.

Beda. Appropinquãte tẽpore passionis appropinquare voluit dñs loco passionis, vt per hoc intimaret quia sua sponte, mortẽ subiret. vnde dicit: Et introiuit Hieroso. in tẽplũ. Quòd autem ingressus ciuitatẽ primo tẽplum adiit, formã nobis religionis quã sequamur præmõstrat: vt cũ fortè quẽlibet locũ in quo sit domus orationis intram⁹, primo ad hanc diuertamus. Hoc quoq; intelligẽdũ est, quòd tãtæ dñs fuerit paupertatis, & ita nulli sit adulatus, vt in vrbe maxima nullũ hospitẽ, nullã inuenerit mansionẽ: sed in agerulo paruulo apud Lazarũ, sororẽsq; eius habitaret: eorũ quippe vicus Bethania est. vnde sequit: Et circũspectis oĩbus si quis eũ hospitio susciperet. Cũ iam ve. esset &c. Nõ hoc semul fecit, sed per oẽs quinq; dies, ex quo Hierosolymã ascenderat vsq; ad tempus passionis, hoc ipsum semper agere solebat, vt per diẽ in tẽplo doceret, nocte vero exiens moraretur in mõte olieti. Sequitur: Et alia die cũ exi. à Betha. esu. Chry. Qualiter autem mane esuriebat, vt Matthæus dicit, nisi quia dispẽsatiue hoc carni suæ cõcessit? Sequit: Cũq; vidisset à long. ficũ habẽtem folia, venit si quid fortè inueniret in ea. Manifestũ est autẽ q hoc secundũ suspicionẽ discipulorũ dicitur, qui æstimabant propter hoc Christũ ad ficulneam accessisse, & ꝓpter hoc ficulneam ipsam maledictã esse, quòd in ea fructum nõ inuenit. Nam sequit: Et cũ venis. ad eam, nihil inuenit præter fo. Non enim erat tẽpus ficorũ. Et respõdẽs dixit ei: Iam nõ amplius in æternum, quisquàm ex te fructũ manducet. Maledicit ergo ficulneæ propter discipulos vt cõfidãt. Quia enim vbiq; beneficia tribuebat, nullũq; puniebat: oportebat autẽ eius punitiuę virtutis demõstrationẽ præbere, vt discerẽt q posset etiã Iudæos persequẽtes siccare, noluit hoc demonstrare in hoĩbus. vñ ĩ plãta suę virtutis punitiuę p̃buit signũ: vnde ostẽdit q principaliter ꝓpter hoc ad ficulneã venit, nõ ꝓpter esurię. Quis em̃ tã inscius est q matutino tẽpore tali stimularet esurie: aut qd est qđ ipedireteũ cõedere anteq̃ domum exiret? Neque potest dici q visio fructus excitauit in esurię appetitũ, non em̃ erat ficorũ tẽp⁹. Sed si esuriebat, cur de alio comedere non quærebat, sed de ficu fructus ante tẽpus tribuere non valẽte? Qua etiam pœna erat dignũ, ficũ fructũ nõ habeante tẽpus? Ideoq; ex his sufficienter syllogizari potest, q ꝓpriã volebat demõstrare virtutẽ vt nõ frãgerent animis in ei⁹ pãssione. Theo. Volẽs ostẽdere discipulis, q si vellet hos qui crucifixuri erãt ipsum, in momẽto posset exterminare. Mysticè aũt dñs introiuit in templũ, sed rursus exiuit, ostẽdens quòd ipsum relinqueret desertũ & in rapinã. Beda. Circunspicit autẽ omnia corda, & in cõtradicẽtibus veritati, & nõ inueniẽs vbi caput reclinet, secedit ad fideles, & in eis qui obediũt mãsionem facit. Bethania nãq; domus obedientię dicitur. Hiero. Mane autẽ ad Iudęos venit, atq; nos in vespera mũdi visitat. Beda. Sicut aũt parabolas loquitur, ita & operat: ideo esuriens in ficu fructũ quærit, cuius nondũ tẽpus esse nouit, & tamẽ eam perpetua sterilitate damnauit, vt ostenderet plebẽ Iudęorũ ꝓpter folia. i. verba iustitiæ quę habebat, sine fructu. i. bono opere nõ posse saluari, sed scindi & in ignẽ mitti. Esuriens ergo, id est salutẽ humani generis desyderãs, vidit ficũ, id est Iudęũ habẽtẽ folia, id est eloquia legis & prophetarũ, & quęsiuit in ea fructũ boni operis: docendo, corripiendo, miracula faciẽdo: & nõ inuenit, & ideo dãnauit. Tu quoque si nõ vis dãnari à Christo in iudicio, arbor sterilis esse caueto, sed potius pauperi Christo fructũ pietatis, quo indiget, offer. Chry. Est autem & aliter dicere, q dñs ante tẽpus fructũ quęsiuit in ficu, & non inueniens maledixit: quia omnes qui mãdata legis adimplent, isti suo tempore fructificare dicuntur: sicut est illud mandatum, non mœchaberis. Qui aũt non solum nõ mœchatur, sed permanet virgo, quod est magis, virtutibus excedit. Dominus autem à perfectis non solum exigit vt virtutes obseruent, sed supra mandata fructificent.

Esuries domini Iesus.

Arbor ficus quare maledicta.

Et uenũt iterũ Hierosolymã: & cũ introiissent in tẽplũ, cœpit eijcere uẽdentes & emẽtes in tẽplo, & mensas nũmulariorũ, & cathedras uendentiũ columbas euertit. Et nõ sinebat ut quisquã trãsferret uas per templũ. Et docebat eos, dicens eis: Nonne scriptum est, quia domus mea, domus orationis uocabitur oĩbus gentibus? Vos autẽ fecistis eã spelunçam latronum. Quo audito, principes sacerdotum & scribæ quærebant quomodo eum perderent: timebant enim eũ, quoniam uniuersa turba admirabatur super doctrina eius.

Templi prophanatio.

Beda. Quia maledicendo ficum infructuosam per figuram dominus fecit: hoc idem mox apertius ostendit eiiciendo improbos de templo. Ficus enim non peccauit si ante tempus fructũ nõ habuit, sed sacerdotes. vnde dicitur: Et veniũt iterum. Hiero. Et cũ introisset. Et quidem credendũ est quòd ea tãtum vendi vel emi reperit in templo, quę ad ministeriũ templi necessaria essent. Si ergo ea quę alibi liberè geri poterãt, dominus in domo sua temporalia negocia geri nõ patitur: quãto magis per ea quæ nunquàm fieri licet, plus cælestis iræ merẽtur, si in ædibus deo sacratis aguntur? sequitur: Et mensas nũmulariorũ. Theo. Nũmularios vocat cãpsores nummorum. Nummusem̃ genus ęris minuti est. sequitur: Et cathedras vendẽtium columbas euertit. Beda. Quia spiritus sanctus in columba super dominum apparuit, rectè per columbas, spiritus sancti charismata designantur. Columba igitur venditur: quando manus

impositio p quã spiritus sanctus recipit, ad preciũ præbet. Cathedras aũt vẽdentiũ colũbas euertit: quia qui spiritualẽ gratiã venũdant, vel ante hoĩes vel ante dei oculos sacerdotio priuant. Theo. Sed & si quis baptismatis gratiã & puritatẽ tradiderit dæmoni per peccatũ, suã colũbã vẽdidit, & ꝓpter hoc foras de tẽplo eiicitur. sequit: Et nõ sin. vt quis. trans, vas per tẽ. Beda. De vasis illis dicit, quę mercãdi gratia inferebãtur. Cęterũ absit vt vasa deo dicata dñs eiiceret de tẽplo, vel intro ferre ꝓhiberet in tẽplũ: vbi futuri examinis prętendit exẽplum, quia de ecclesia repellit reprobos, & ne vltra ad cõturbãdam ecclesiã intrent, æterno eos verbere cõpescit. Sed & peccata quæ cordibus fideliũ inerãt, diuinitus immissa cõpũctio tollit, & ne vltra repetant, diuina in eis gratia adiuuat. sequit: Et do. eos di. eis: Nõne &c. Hiero. Iuxta Esaiã. Vos autẽ fecistis eã speluncã latronũ: iuxta Hieremiã. Beda. Omnibus (inquit) gentibus nõ vni genti Iudęæ, nec in vno Hieroso. vrbis loco: sed in toto orbe terrarũ: & nequaquã taurorum, & hircorũ, & arietũ, sed orationis. Theo. Speluncã autem latronũ, templũ nominat, propter lucrũ. Genus nãque latronũ ad lucrum se cõgregat. Quia ergo illa animalia quę ad sacrificiũ oblata erant, causa lucri vendebãt, latrones ipsos dixit. Ad hoc enim in templo erant: vel vt non dãtes corporaliter persequerent, vel dantes spiritualiter necarẽt. Templũ etiã & domus dei mens est & conscientia fideliũ: quę si in lęsione proximi peruersas cogitationes profert: quasi in spelunca latrones residẽt. Ergo mens fideliũ spelunca latronis fit, quãdo relicta simplicitate sanctitatis illud conat agere, quo valeat proximis nocere. Aug. de concor. euan. Ioãnes autem longe diuerso ordine hoc narrat. vnde manifestum est non semel sed iterum hoc esse à domino factum, sed aliud primum cõmemoratũ à Ioanne, hoc vltimũ à cæteris tribus. Theo. Quod etiã est in maiorem redargutionẽ Iudęorũ: quia cũ dñs hoc toties fecerit, ipsi minime se correxerũt. Aug. de con. euã. In hoc etiã Marcus nõ eundẽ ordinẽ tenet cũ Matthæo, sed quia Matthęus ita cõnectit: Et relictis illis abiit foras extra ciuitatẽ in Bethaniã: vnde mane reuertentẽ in ciuitatẽ, arbori maledixisse cõmemorat: ꝓbabili⁹ credit ipse poti⁹ tenuisse ordinẽ tẽporis de vẽdentib⁹ & emẽtibus & eiectis de tẽplo. Prætermisit ergo Marcus qđ prima die factũ est cũ intrauit in tẽplũ, & recordatũ interposuit cũ dixisset q non inuenerit aliquid in ficulnea prẽter folia, qđ secũdo die factũ est sicut ambo testant. Glo. Quẽ autẽ affectũ correctio dñi in ministris tẽpli habuerit, ostẽdit euangelista cũ subdit: Quo au. prin. sa. & scri. q. quo eũ perderẽt. Scdm illud Amos: Odio habuerũt corripientẽ in porta, & loquentẽ pfecte abominati sunt. Ab hoc autẽ tã iniquo proposito ad tẽpus solo timore retrahebãtur. vnde subdit: Ti. em̃ eum quoniam vni. tur. ad. su. do. eius. Erat enim docens eos sicut potestatẽ habens, & non sicut scribæ eorum & pharisæi, vt alibi dicitur.

Exẽplũ iudicii.

Consensus euangelicus.

Et cum uespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. Et cum mane transirent, uiderunt ficum aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus, dicit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus, ait illis: Habete fidem dei. Amen dico uobis, quia quicunque dixerit huic monti, tollere, & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcũq; dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico uobis, oĩa quæcũq; orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniẽt uobis. Et cũ stabitis ad orãdũ, dimittite si quid habetis aduersus aliquẽ: ut & pater uester qui ĩ cælis est dimittat uobis peccata uestra. Quòd si uos nõ dimiseritis, nec pater uester qui in cælis est, dimittet uobis peccata uestra.

Fidei vegitur, & certificat cor eius calefactũ, quasi suã petitionem iam consecutũ, quod quidẽ intelligibile est ei qui

Ficus allegorice

Hiero. Relinquens dñs post se tenebras in Iudæorũ cordib⁹, vt sol egrediebat de ciuitate ad aliã, quę est beniuola & obediẽs. Et hoc significat cũ dicit: Et cũ ves. facta &c. Sed occidit sol, & oritur sol: lux em̃ ablata à scribis, lucet ĩ apostolis. vnde ĩ ciuitatẽ reuertit, ꝓpter qđ subdit: Et cũ ma. trã. s. ĩ ciuitatẽ eũtes, vide. ficũ arifa. à rad. Theo. Quod miraculũ magnũ videt in hoc q tã humidã & viridẽ arborẽ siccauerit. Quãuis aũt Matthæus dicat ficulneã cõtinuo arefactã, & q videtes discipuli admirati sunt, nõ admireris si nũc à Marco audis ficũ in crastinũ arefactã vidisse discipulos. Nã sic in telligẽdũ est hoc qđ dicit à Matthæo. s. q nõ statim viderũt, sed in crastinũ. Aug. de con. euan. Intelligit autẽ nõ tunc aruisse quãdo viderũt, sed cõtinuo quãdo maledicta est: neq; em̃ aresc̃tẽ, sed penitus arefactã viderũt, ac sic eã cõtinuo in verbo dñi aruisse intellexerũt. Hiero. Ficus autem arida à radicibus, Synagoga est à Cayn, & à cæteris, à quib⁹ oĩs sanguis ab Abel vsq; ad Zachariã requirit. Beda. A radicibus autẽ arefacta est ficus, vt ostenderet gens impia, nõ ad temp⁹, vel ex parte corripiẽda externorũ incursibus, & per pœnitẽtiam liberãda, sicut sæpe factum est, sed æterna damnatione ferienda: vel arefacta est à radicibus, vt ostẽdatur nõ solum humano extrinsecus, sed diuino intus fauore funditus destituẽda. Nã & vitã perdit in cælis & patriam in terris. Hiero. Petrus autẽ agnoscit aridam & absciss̃am radicẽ, cui succedit oliua fructifera pulchra vocata à domino. vnde sequitur: Et re. Pe. di. ei: Rab. ec. fi. cui ma. aruit. Chry. Quòd autẽ Petrus & alii discipuli mirati sunt, non erat perfectæ fidei: non enim magnum erat hoc deo. Quia ergo non manifeste nouerant eius virtutem, eorũ ignorãtia fecit eos in admirationẽ prorumpere, & ideo subditur: Et resp. Ie. ait il. Hab. fi. dei. Amen dico &c. q. d. Nõ solũ lignum siccare poteritis, sed & mõtem iussu ac præcepto transmutare. Theo. Mirare autem diuinã misericordiã qualiter nobis appropinquãtibus ad eũ per fidem, miraculorum virtutẽ cõdonat, quam ipse possidet per naturam, intantũ vt etiã montes transmutare possimus. Beda. Solent autẽ gentiles qui contra ecclesiã maledicta scripsere improperare nostris: quia non habuerunt plenã fidem dei, qui nunq̃ montes transferre potuerunt. Quibus respondẽdũ est, nõ omnia scripta esse quę in ecclesia sunt gesta, sicut & de factis ipsius Christi scriptura testatur. Fieri aũt potuit, si necessitas id fieri poposcisset, quo factũ legimus precibus Gregorii Neocesariensis, cuius p̃cibus mons tantũ spatii reliquit structoribus ecclesiæ, quantũ opus habuerat. Chry. Vel aliter: Sicut ficum nõ ꝓpter se siccauit, sed in signum Hierusalẽ ad arefactionẽ perueturæ, & ad demonstrationem virtutis suæ: sic intelligendũ est & de ꝓmissione quę est circa montem, quamuis hmõi transmutatio nõ sit impossibilis secundũ dei virtutẽ. Hiero. Christus igit qui est mons crescens de lapide absciss̃o sine manibus, tollit & mittitur in mare, qñ apostoli dicunt, digne trãsferemur ad gẽtes alteras, q a vos indignos iudicastis audiẽtes verbum dei. Beda. Vel quia mõtis nomine diabolus significatur ꝓpter superbiam. mons ad præceptum eorum qui sortes sunt in fide tollit de terra, & in mare proiicitur, cum p̃dicantib⁹ verbum dei doctoribus sanctis, ĩmũdus spũs ab eorum corde repellitur qui ad vitã p̃ordinati, & in turbulẽtis amaris̃q; infideliũ mẽtibus vesaniã suæ tyrãnidis exercere ꝓmittitur. In quo tanto acrius desequit, quãto amplius se dolet à læsione priorũ fuisse depulsum. Sequitur: Prop. di. vo. omnia &c. Theo. Qui enim ex affectu credit, manifestũ est q in deũ erigit cor suũ & illi cõiũ

Miraculum rarũ in ficu.

Templi prophanatio.

Fidei vegitur, & certificat cor eius calefactũ, quasi suã petitionem iam consecutũ, quod quidẽ intelligibile est ei qui

passus est hoc,& mihi quidē videtur illos hoc pati qui mensurā & modū attendunt,ꝓpter hoc dominus dicit, ꝙ omnia accipietis quæ cum fide petieritis. Qui enim credit se totū disponi à deo,cū lachrymis intercedens, & quasi domini pedes in oratione tenere se cogitans, quæ iustē postulat,consequetur. Vis autē & aliter quæ petis accipere? dimitte si quid cōtra te peccauerit frater tuus. Et hoc est qđ subdit:Et dū sta.ad orandū &c. Hiero.Septē versus oratiōis dominicæ Marc⁹ suo more in vna oratione comprehēdit.Is aūt cui dimissa sunt omnia peccata,quid ampli⁹ rogabit, nisi vt perseueret in eo qđ obtinuit?Beda.Notāda autē distinctio deprecantiū:qui perfectā habet fidē quę per dilectionē opera tur, ille orādo vel etiā iubēdo potest trāsferre montes

Fides imperfecta quæ sit.

spiritales,quomodo fecit Paulus de Helima mago: qui vero tātæ vestigiū perfectionis necdū cōsecēdere queūt, postulent sibi peccata dimitti,& impetrabūt, si tamen in se peccātibus aliis primo ipsi dimittāt. Sinautē hoc facere cōtēnunt, nō solū orādo virtutes facere, sed nec suorum possunt veniam consequi peccatorum. Et hoc est quod subditur:Quōd si vos non dimiseritis,nec pater vester qui in cęlis est dimittet vobis peccata vestra.

Et ueniūt rursus Hierosolymā. Et cū ambularet in tēplo, accedūt ad eū summi sacerdotes & scribæ & seniores, & dicūt ei:In qua potestate hæc facis?& quis dedit tibi hāc potestatē ut ita faciας?Iesus autē respondēs,ait illis:Interrogabo uos & ego unū uerbū,& respondete mihi, & dicā uobis in qua potestate hæc faciā. Baptismus Ioannis,de cælo erat,an ex hominibus?Respōdete mihi. At illi cogitabāt secum,dicētes:Si dixerimus de cælo,dicet nobis : Quare ergo nō credidistis ei?Si dixerimus ex hoībus , timemus populum. Omnes enim habebant Ioannem,quia uere propheta esset.Et respondentes , dicunt Iesu:Nescimus. Et respondens Iesus , ait illis: Neque ego dico uobis in qua potestate hæc faciam.

Hiero.Quia dñs de tēplo eiecerat eos qui templum quasi tabernā rerū venaliū faciebāt,irati fuerāt,& ideo accedūt vt interrogēt & tentent.vnde dicit:Et ve.rur. Hie.Et cum &c.Quasi dicat,quis es tu qui talia facis? Nūquid doctorē te cōstituis, & te ordinas principē sa-

Verūtia Iudęorū.

cerdotū?Beda.Et quidē quando dicūt:In qua potestate hęc facis?de dei dubitābat potestate,& subintelligi volunt diaboli esse quod facit.Addentes quoq;:Quis dedit tibi hanc potestatē?manifestissime dei filiū negant, quē putāt nō suis,sed alienis viribus signa facere.The. Hæc aūt dicebāt , credētes ipsum in iudicationē reducere,vt si diceret: In potestate mea,ipsum tenerēt.Si au tē diceret,In potestate alterius,ab eo discedere populū procurarēt,qui ipsum deū esse credebant. Dñs vero illos interrogat de Ioāne, nō frustra neq; sophistice, sed quia de eo Ioānes phibuerat testimoniū.vnde sequitur: Ille autē respōdēs ait illis:Inter.vos & ego.Beda.Poterat quidē dñs aperta responsione tentatorum calūnias confutare, sed prudēter interrogat,vt suo vel silētio vel sententia cōdēnentur,quod apparet ex eo qđ subditur: At il.co.se.di.Si dixerim⁹ de cæ.di.no. Quare ergo nō credidistis ei? Quasi quē confitemini de cælo habuisse ꝓphetiā,mihi testimoniū perhibuit, & ab illo audistis in qua ista facio potestate.sequit:Si dixerimus, ex hominib⁹.Viderūt ergo quodlibet horum responderent, in laqueū se casuros,timētes lapidationē, sed magis timētes veritatis confessionem.vnde sequit: Et re.di.Ie. Ne.Beda. De lucerna inuidi obscurātur, vnde dicitur: paraui lucernā Christo meo, inimicos eius induā confusione.sequit: Respondens Ie.ait il. Neq; ego di.vo.in qua po.hæc fa.Hiero.q.d.Non vobis dico qđ scio,quia non vultis fateri quod scitis.Notandū autē quōd duas ob causas maximē sciētia veritatis est occultanda quæ-

rētib⁹, scilicet cum is q̄ quærit aut minus capax est ad intelligēdū qđ quęrit,aut contemptu veritatis,aut aliquo alio, indignus est cui debeat aperiri quod quærit.

Veritas quando occultanda.

CAPVT XII.

Et cœpit illis in parabolis loqui: Vineā pastinauit homo, & circundedit sepē, & fodit lacum, & ædificauit turrim,& locauit eā agricolis,& peregre profectus est. Et mi sit ad agricolas in tempore seruum ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ.Qui apprehēsum eū cæciderūt:& dimiserūt uacuū.Et iterum misit ad illos aliū seruum:& illum in capite uulnerauerūt: & contumelijs affecerunt.Et rursum aliū misit,& illū occiderūt,& plures alios, quosdā cædentes,alios uero occidentes. Adhuc ergo unū habens filium charissimū, & illum misit ad eos nouissimū,dicens,quia reuerebuntur filium meū.Coloni autē dixerūt adinuicē: Hic est hæres,uenite,occidamus eum: & nostra erit hæreditas. Et apprehendētes eum,occiderunt:& eiecerunt extra uineam. Quid ergo faciet dominus uineæ ? Veniet & perdet colonos , & dabit uineam alijs. Nec scripturam hanc legistis? Lapidem quē reprobauerūt ædificantes,hic factus est in caput anguli:à domino factū est istud & est mirabile in oculis nostris.Et quærebant eum tenere & timuerunt turbā.Cognouerunt enī quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierūt.

Glo.Postq̄ dñs prudenti interrogatione tētatorum ora cōcluserat, cōsequēter eorū malitiā parabolicē demōstrat.vñ dicit:Et cœ.il.in para.lo.Vi.pa.hō. Hiero. Homo deus pater dicitur humano affectu,vinea domus Israel est.Sepis est custodia angelorū.Lacus est lex,turris tēplū,agricolę sacerdotes.Beda.Vel sepis murus est vrbis,lacus siue torcular altare,aut illa torcularia quorum tres psalmi prænotātur titulo.Theo. Vel sepis est lex,prohibēs eos alienigenis cōmisceri.sequit:Et pere. ꝙ.est.Beda.Non loci mutatiōe,sed abire videt à vinea, vt vinitoribus liberū operādi arbitriū derelinquat.sequitur:Et mi.ad agri.in tē. ser. vt ab agri.ac.de fru.vi. Serui missi ꝓphetæ , fructus vineæ obedientia est. De ꝓphetis alii cæsi,alii vulnerati, alii occisi sunt.vnde sequit:Qui ap.eū cę.& di.va.Beda.Seru⁹ qui primo missus est,ipse legifer Moyses intelligitur.Sed cæsum eum dimiserūt vacuū,irritauerunt em̄ Moysen in castris.sequit:Et ite.mi.ad.il.ali.se.& il.in ca.vul.& con.af.Seruus alter Dauid regē & cæteros psalmistas significat, sed hūc affectū contumeliis in capite vulnerauerūt,qui psalmistarū carmina paruipēdentes,ipsum Dauid abiecerūt,dicentes. Quę nobis pars cum Dauid?sequit:Et rur.ali.mi.& il.occiderūt &c. Tertiū cū suis sociis seruū,prophetarū chorū intellige. Sed quē prophetarum non sunt persecuti? His sanè tribus seruorū gradibus, omniū sub lege doctorū figurā posse comprehendi dñs alibi pronunciat dicens, quoniā necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me.Theo.Vel aliter:Per primū seruum intellige ꝓphetas qui circa tēpus Eliæ fuerūt:quoniā Michæā verberauit Sedechias pseudopropheta. Secūdū vero seruum quem in capite vulnerauerunt.i.affecerūt iniuria,intelige prophetas qui fuerūt circa tempus Oseæ & Esaię. Tertium vero seruum intellige prophetas,qui fuerunt circa tempus Danielis & Ezechielis. sequitur: Ad.ergo vnum ha.filium &c.Hiero.Filius charissimus & nouissimus vnigenitus est. Quod autem dicit Re. fi. me. per ironiam hoc dicitur. Beda. Vel aliter: Quod ait: quia forte reue. fi. me. non de ignorantia dicitur : sed ambigere dicitur deus , vt libera voluntas homini reseruetur.Theo.Vel aliter: Non ignorās quod futurum erat hoc dixit : sed ostendens quid erat decens & congruum eos operari.Co.autem di.adi.Hic est &c.Beda. Manifestissime dominus probat Iudæorum principes

Allegoria legatorum.

non per ignorātiam , sed per inuidiā crucifixisse filium dei.Intellexerunt enim hunc esse cui dictum est, Dabo tibi gentes hęreditatem tuam.Hanc occasionē eius mali coloni præripere moliebantur, cum crucifigentes eū Iudæi, fidem quæ per eum est extinguere,& suam magis quæ ex lege est iustitiam præferre, ac gentibus imbuendis conabantur inferere.sequitur:& ap.eum oc.& eie.ex.vi.Theop.Scilicet extra Hierusalem.extra ciuitatem quippe crucifixus est dominus.Hiero.Vel eiecerunt eum extra vineam, id est extra plebem, dicentes: Samaritanus es,& dęmonium habes.Vel quia quātum in se erat,ex suis eum finibus excludentes,gentibus suscipiendum dederūt.sequitur: Quid ergo fa.do.vi.Ve.

Consensus euangelicus.

&c.Aug.de con.euan.Et quidē Matthæus illos respondisse subiungit atque dixisse:Malos male perdet,quod Marcus hic non ab ipsis responsum esse commemorat, sed dominum post interrogationem suā ipsum sibi quodammodo respondisse.Sed facile potest intelligi vel illorum vocem ita subiunctam vt non interponeret , illi responderunt,aut illi dixerūt, sed tamē intelligeretur, aut ideo responsionem istam domino potius attributā, quia cum verum dixerunt,etiam de illis hoc ipse respōdit qui veritas est.Theop.Dominus ergo vineæ est pater filii interempti, & ipse filius interemptus qui ꝓ dei colonos tradēs ipsos Romanos, & populum dabit aliis colonis. i. apostolis. Perlegas actus apostolorum & inuenies tria milia & quinq; milia repentē credētium & fructificātiū deo.Hiero. Vel datur vinea aliis.i.ab oriēte & occidente & austro & ab aquilone yeniētibus & recumbētibus cū Abrahā Isaac & Iacob in regno dei. Beda. Hoc autem ita diuinitus fuisse procuratū ꝓphetico statim affirmauit exēplo,subiicies:Nec scrip.hanc le.Lapidem &c.q.d.Quomodo implebitur hęc prophe-

Lapis angularis. Christ⁹.

tia : nisi quia Christus à vobis reprobatus & occisus, traditus est gētibus prædicandus,vt quasi lapis angularis duos populos condat in semetipsum,atq; ex vtroq; populo vnam sibi fideliū ciuitatem,vnum templū ædificet?Eosdē enim synagogæ magistros quos supra colono s dixerat,nunc ædificātes appellat,quia subditā sibi plebē ad ferendos vitæ fructus quasi vineā videbantur excolere,ipsi quoq; hāc deo inhabitatore dignam quasi domū cōstruere atq; ornare præcipiebant. Theo.Lapis ergo quē reprobauerūt doctores dei factus est in caput anguli,id est in caput ecclesię.Angulus nāq; ecclesia est quasi cōiungens Iudęos & gētiles.Hic aūt angulus scilicet ecclesia, à quo factus est , & est mirabilis in oculis nostris scilicet fideliū.Nā ab infidelibus miraculis detrahit.Mirabilis quidē est ecclesia, quasi miraculis sistens dño cooperāte apostolis & sermonē cōfirmāte cōsequentibus signis.& hoc est quod dicit,A dño factū est istud,& est mirabile in oculis nostris.Hiero.Vel aliter:Hic lapis reprobus quē gestat angelus cōiungēs in cœna agnum cū pane,finiēs vetus,nouū inchoans testamētū,præstat mira in oculis nostris,vt topazion.Beda. Principes aūt sacerdotū ostēdebāt vera esse quæ domin⁹ dixerat,qđ patet ex hoc qđ subdit,& quęrebāt eū tenere. Ipse em̄ est hęres cuius iniustā necē dicebat esse vindicādā à patre.Moraliter aūt cuiq; fideliū cū mysterio baptismi cōmittit, quasi vinea quam excolat locat. Sed missus seruus cōtumeliis affectus vel cæsus eiicit, cū sermo auditus vel contēnitur , vel qđ peius est, etiā

Tropologia hæredis filij.

blasphemat.Missum insuper hæredē quantū i se est occidit,qui filiū dei cōculcauit. Perdito malo cultore vinea dat alteri,cū dono gratię,qđ supbus spreuit,humilis quisq; ditabit.Sed & hoc ꝙ prīcipes sacerdotū manū mittere quęrētes in Iesum timore turbę retinentur quotidie geritur in ecclesia , cum quilibet solo nomine super eam quam non diligit,ecclesiasticæ fidei & pacis vnitatem propter cohabitantium fratrū bonorum multitudinem aut erubescit aut timet impugnare.

Et mittūt ad eū quosdā ex Pharisæis & Herodianis, ut eū caperēt i uerbo. Qui uenientes, dicūt ei: Magister, scimus quia uerax es,& nō curas quēquā. Nec enī uides in faciē hominū,sed i ueritate uiā dei doces,Licet dare tributū Cæsari, an non dabimus?Qui sciēs uersutiā illorū,ait illis: Quid me tētatis?Afferte mihi denariū ut uideā. At illi obtulerūt ei. Et ait illis, Cuius est imago hæc,& inscriptio? Dicūt ei, Cæsaris. Respōdens autē Iesus dixit illis,Reddite igitur quæ sunt Cæsaris,Cæsari: & quæ sunt dei,deo. Et mirantur super eo.

Beda.Quęrētes dñm cōprehēdere summi sacerdotes timuerūt turbā,atq; ideo qđ per se nō potuerūt, terrenis potestatib⁹ efficere tētabāt. vt vel ipsi à morte eius viderēt īmunes.& ideo dicit:Et mit.ad eū quosdā &c. The.Dixim⁹ alibi de Herodianis, ꝙ hæresis qđā noua erat dicentiū Christū esse Herodē ꝓpter hoc ꝙ defecerāt successiōes regni Iudęorū.Alii vero dicūt Herodia-

Herodia norū hęreses.

nos milites fuisse Herodis quos pharisęi ꝓ testib⁹ īducebāt de his q̄ dicebāt à Chro, vt eū caperēt & adducerēt.Vide aūt eorū malitiā, qualiter cū adulatiōe Christū decipere volebāt.Nā sequitur:Qui ve.di.ei.Ma.sci. qa ve.es.Hiero.Mellitis em̄ verbis eū interrogabāt, & circūdabāt eū sicut apes mel portātes ī ore,aculeū ī tergo.Beda.Blāda aūt & frauduleta interrogatio illuc ꝓuocat respondētē,vt magis deū q̄ Cęsarē timeat,& dicat nō debere tributa solui,vt statim audiētes Herodiani,seditionis cōtra Romanos auctorem habeāt. & ideo subdūt,Et nō curas quēq̄:nec enī vides ī faciē hominū. Theo.Ita vt Cęsarē nō honores scilicet cōtra veritatē. Ideo subdūt:sed in veri.vi.dei doces &c.Totū em̄ artificiū eorū erat vndiq; ꝓcipitiū habēs, vt si diceret ꝙ licet cēsum Cęsari dari, ꝓuocent cōtra eū plebē quasi in seruitutē reducētē ipsum populū. Si vero diceret ꝙ nō licet dari, sic accusarēt eum tāq̄ excitaret populū cōtra Cęsarē,sed sapiētiæ fons fugit dolos eorū. vnde sequit: Qui sci.ve.corū,ait il.Quid me ten. Afferte &c.Beda. Denarius est genus nummi,quod pro 10. nummis imputabatur,& habebat imaginem Cæsaris. vnde sequitur:Et ait il.Cuius est imago hæc & inscriptio? Dicūt ei,Cæsaris.Qui putant interrogationē saluatoris ignorantiam esse non dispensationem, ex hoc discant quōd potuit scire cuius imago esset,sed interrogat, vt ad sermonem eorum competenter respōdeat.vnde sequitur: Respondens autem Iesus dixit illis:Reddite igitur quę sunt Cæsaris, Cæsari,& quæ sunt dei deo. Theop. q.d. Date quod imaginem habet imaginato, id est denariū Cæsaris. Potestis enim & censum Cæsari dare, & deo ꝓpria offerre.Beda. Id est,decimas & primitias & oblationes & victimas , quomodo & ipse reddidit quæ dei sunt,patris faciens voluntatem. Hiero. Vel aliter: Nummum habentem Cæsaris imaginem reddite coactum Cæsari , vosipos libenter deo reddite. Signatum est enim super nos lumen vultus tui dñe, non Cęsaris. Theo. Quasi Cęsar etiā est vniuscuiusq; nostrū corporū ineuitabilis necessitas. Iubet ergo dñs dari corpori cibaria ꝓpria,& vestitū & q̄ sunt dei deo.Sequitur:Et mirabant sup eo.Qui credere debuerant ad tātā sapiētiā sunt mirati , qđ calliditas eorū nō fuenisset locum.

Denarij valor ex primit.

Tropologia hominis.

Et uenerūt ad eū Sadducæi qui dicunt resurrectionē nō esse , & interrogabāt eū,dicētes:Magister,Moyses nobis scripsit,ut si cuius frater mortuus fuerit & dimiserit uxorē, & filios nō reliquerit, accipiat frater eius uxorē ipsius , & resuscitet semen fratri suo.Septē ergo fratres erant,& primus accepit uxorē,& mortuus est nō relicto semine.Et secundus accepit eā,& mortuus est,& nec iste reliquit semē.& terti⁹

similiter. Et acceperunt eam similiter septem, & non reliquerunt semen. Nouissimè omnium, defuncta est & mulier. In resurrectione ergo cum resurrexerint, cuius de his erit uxor? Septem enim habuerũt eã uxorẽ. Et respõdens Iesus, ait illis: Nónne ideo erratis, non scientes scripturas, neq; uirtutem dei? Cum enim à mortuis resurrexerint, neq; nubent neq; nubẽtur, sed erunt sicut angeli dei in cælis. De mortuis autem quòd resurgant non legistis in libro Moysi, super rubum, quomodo dixerit illi deus, inquiens: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob? Non est deus mortuorum, sed uiuorum. Vos ergo multum erratis.

Gloss. Postq̃ dñs sapienter pharisæorũ callidam tentationẽ euitauit, ostendit quomodo etiã sadducæos tẽtantes cõfundit. vnde dicitur: Et ve. ad eũ sadducęi &c.

Sadducæorum hæresis qualis.

Theo. Hęresis quędam Iudęorũ erat, qui dicebant sadducæi, & hi resurrectionẽ negabãt, & dicebant q̃ non sit angelus neq; spiritus. Hi ergo accedentes ad Iesum, dolosè narrationẽ quandã inquisierunt, per quã ostẽderent resurrectionẽ non esse nec fiendam. Et ideo subdit: Et int. eũ di. Magister. In qua quidem narratione septẽ ponũt qui mulierem acceperãt, vt magis rem trahant à resurrectione. Beda. Recte eñ istiusmodi fingũt fabulã quę delyramenti arguat eos qui resurrectionẽ asserũt corporũ. Potest autẽ fieri vt verè in gẽte eorũ aliquando hoc acciderit. Hier. Mysticè aũt mulier sterilis non relinquens semẽ ex septem fratrib⁹ no uissime moriens, quid aliud significat q̃ Iudaicã synagogã relictam à spiritu septiformi, qui 7. patriarchas impleuit, qui nõ reliquerũt ei semen Abrahę, qđ est Iesus Christus. licet enim puer nat⁹ est illis, nobis tamen gentib⁹ datus est, quę mulier mortua erat Christo, nec cuiq̃ patriarchę de 7. in resurrectione coniungetur. Septenario nanq; numero vniuersitas pfectorum significat vt versavice per Esa. dicit: Apprehendẽt 7. mulieres virum vnum, id est septem ecclesiæ quas domin⁹ amat, arguit & castigat, eum vna fide adorant. vnde sequitur: Et respondens Iesus ait il. Nõne ideo er. &c. Theo. q. d. Vos non intelligitis qualẽ resurrectionẽ scriptura annunciet. Creditis enim q̃ restauratio corporũ talium sit futura qualia nũc sunt, non autem sic erit. Sic igitur ignoratis scripturam, sed etiam virtutem ignoratis diuinam. Vos enim consideratis quasi difficile, dicentes: Qualiter poterunt mẽbra dissoluta coniungi & animabus adunari? hoc enim respectu diuinæ potentiæ quasi nihil est. Sequitur: Cum enim à mortuis &c. q. d. Diuina quædam erit vitæ restauratio & angelica, cum vlterius non corrumpemur, sed eodẽ modo manebimus, & ꝓpter hoc nuptiæ auferẽtur. Nã nuptiæ quidẽ nũc sunt ꝓpter corruptionẽ, vt p successionẽ generis pfistamus, & non deficiamus: tunc vero sicut ãgeli erimus, qui sũt sine successione nuptiali & nunquam desinũt. Beda. Cõsiderãdum est hic quòd latina cõsuetudo hic græco idiomati non respõdet. Nubere enim proprie dicũtur mulieres, & viri vxores ducere: sed nos simpliciter dictum intelligamus, vt nubere de viris, & nubi de vxoribus scriptum sit. Hiero. Sic igitur erant non intelligentes scripturas, quia in resurrectione homines erũt sicut angeli dei, id est nemo ibi moritur, nemo ibi nascitur, nec infans est ibi nec senex. Theop. Et aliter etiam decipiuntur non intelligentes scripturas. Si enim has intellexissẽt, intelligerẽt quomodo per scripturas resurrectio mortuorum possit probari. vnde subdit: De mor. autẽ quòd &c. Hieronymus. Dico autem super rubũ, in quo est similitudo vestra in quo ignis ardebat, sed non eius spinas consumebat: sic vos inflãmat eloquiũ meũ, nec spinas vestras sub maledicto germinatas absumit. The. Dico autẽ, Ego sũ deus Abra. deus Isaac & deus Iacob.

Allegoria synagogæ.

Resurrectio assertur.

Rubi significatio.

Quasi dicat, deus viuentiũ. vnde subdit: Non est deus mortuorũ sed viuorũ. Non enim dixit, ego fui, sed ego sum, tanquã illi prędentes existant. Sed forte aliquis dicet quòd hoc dixit solũ de⁹ de anima Abrahę, nõ de corpore. Ad quod dicimus, quòd Abraham vtrunq; importat, scilicet corpus & animam: ita vt & corporis ipse sit deus, & corpus viuat apud deũ, id est in dei ordinatione. Beda. Vel quia cũ ꝓbauit animas permanere post mortem (neq; enim poterat fieri vt eorũ esset deus qui nequaq̃ subsisterent) cõsequẽter introduceretur & corporũ resurrectio, quę cũ animabus bona malaq; gesserunt. Hiero. Cũ autẽ dicit deus Abraham, deus Isaac, & de⁹ Iacob, ter deũ nominando, trinitatẽ intimauit. Cũ aũt dicit, Non est deus mor. vnũ deum iterans, vnã substantiã significauit. Viuũt aũt qui vẽdicant portionem quã elegerãt: mortui aũt sunt, qui quod vendicauerant pdiderũt. Vos ergo multũ erratis. Glo. Quia videlicet & scripturis cõtradicebãt, & virtuti dei derogabant.

Aię post mortem manent.

Et accessit unus de scribis, qui audierat illos conquirẽtes, & uidens quoniã bene illis respõderit, interrogauit eũ quod esset primũ omniũ mãdatum. Iesus aũt respondit ei, quia primum omnium mandatum est: Audi Israel, Dominus deus tuus deus unus est. Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tãquam teipsum. Maius horum aliud mandatum non est. Et ait illi scriba, bene magister, in ueritate dixisti quia unus est deus, & non est alius præter eum. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanq̃ seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis. Iesus aũt uidẽs quòd sapiẽter respondisset, dixit illi: Nõ es longe à regno dei. Et nemo iã audebat eũ interrogare.

Glos. Postq̃ dñs cõfutauit pharisæos & sadducæos tentãtes, hic ostẽdit quõ satisfecit scribæ quęrẽti. vnde dicit: Et access. &c. Hier. Quæ est hæc quæstio ꝓblematis qđ est cõmune oĩb⁹ peritis in lege? nisi q̃ diuersa in Exodo & Leuit. & Deuteron. ordinãtur mãdata? vnde nõ vnũ, sed duo intulit mãdata, quibus quasi duobus veberibus sup pectus spõsæ eleuatis nostra alitur infãtia. Et ideo subdit: Primũ mãdatũ est, Audi Israel dñs deus tuus deus vnus est. Primũ omniũ maximũ mandatum dicit: hoc est quod ante omnia debemus in corde singuli quasi vnicũ pietatis fundamentũ locare, id est cognitio atq; cõfessio diuinæ vnitatis cũ executione bonę operationis, quæ in dilectione dei & ꝓximi pficit. vnde subdit: Et dili. do. de tuum &c. Theo. Attẽde qualiter õnes animę vires enumerauit. Est enĩ virtus animæ animalis, quã expedit in dicẽdo, Ex tota aĩa tua, ad quam ptinet ira & desyderiũ, quę oĩa tribui vult diuino amori. Est & alia vis q̃ dicit naturalis, ad quã ptinet nutritiua & augmẽtatiua, & ista est etiã danda dño tota, propter qđ dicit, Ex toto corde. Est alia vis rationalis quã mentẽ vocat: & ista etiã est dãda deo tota. Glo. Quod autẽ subdit, Et ex tota fortitudine: ad vires corporales referri potest. Sequit: Secũ. au. fi. est huic, 'Diliges ꝓximũ sicut teip. Theo. Propter hoc dicit esse simile, quia hęc duo mãdata alternati sunt sibi cõsona, & reciproce conuertuntur. Nã qui diligit deũ, diligit & facturã suam. Principale autẽ factorũ eius est homo: vnde qui diligit deũ, diligere debet oẽs homines. Qui vero diligit ꝓximũ, qui multoties dat causam scãdali, multo magis eũ debet diligere qui semper pstat beneficia. Et ideo ꝓpter cohęrẽtiam horũ mandatorum subdit: Maius horũ aliud mãdatũ nõ est. Sequit: Et ait illi scri. Bene magister in veritate dixisti. Bed. Ostẽdit ex hoc qđ dicit, Maius est oĩbus holocaustomatibus & sacrificiis grauẽ

Duo vbera sponsũ

Mandatum primũ quod sit.

aię vires

sępe inter scribas & phariseos quęstionẽ esse versatam qđ esset mãdatũ primũ siue maximũ diuinę legis, quibusdã videlicet hostias & sacrificia laudãtib⁹, aliis vero fidei & dilectionis opera pferentibus, eo q̃ plurimi patrũ ãte legẽ ex fide tãtũ quę per dilectionẽ operatur placerẽt deo. In hac sẽtẽtia scriba iste se fuisse declarat Sequit: Iesⁱ⁹ aũt vi. q̃ sa. respõ. di. illi: Nõ lõge es à regno dei. Theo. In quo nõ eũ esse perfectũ testat: nõ enim dixit, Intra regnũ cęlorũ es, sed nõ lõge es à regno dei. Beda. Ideo autẽ nõ fuit lõge à regno dei, quia sẽtentiæ illius quæ noui testamẽti & euãgelicæ perfectionis est ꝓpria, fautor extitisse probat⁹ est. Aug. de con. euan. Nec moueat q̃ Matthæus dicit tẽtantẽ fuisse à quo dominus interrogatus est. Fieri enĩ potest vt quãuis tẽtãs accesserit, domini tamẽ respõsione correct⁹ sit. Aut certe ipsã tẽtationẽ nõ accipiamus malã tanq̃ decipere volẽtis inimicũ: sed causam poti⁹ tanq̃ experiri ãplius volẽtis ignotũ. Hiero. Vel nõ est lõge q̃ui venit callide. Longior nãq; est ignorãtia à regno dei q̃ scientia: vnde supra Sadducæis, Erratis sq̃uit nescientes scripturam neq; virtutem dei. Sequit: Et nemo audebat eum int. Qui enim in sermonibus confutati sunt vltra non interrogant, sed apertissime cõprehensum Romanæ tradunt potestati: Ex quo intelligimus venena inuidiæ posse quidem superari, sed difficile cõquiescere.

Inuidiæ venena.

Et respondens Iesus dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt scribæ Christum filium esse Dauid? Ipse enim Dauid dicit in spiritu sancto: Dixit dominus domino meo sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorũ. Ipse ergo Dauid dicit ipsũ dominũ, et unde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiebat.

Theo. Quia Christus ad passionẽ vẽturus erat, opinionẽ falsã corrigit Iudęorũ qui Christum filiũ Dauid esse dicebãt, nõ dñm eius, vnde dicit: Et rñ. Ie. di. do. in tẽ. Hiero. Id est palã eis de se loquit, vt inexcusabiles sint. Sequit enĩ: Quõ dicũt scribę Christũ filiũ Dauid esse? Theo. Ostẽdit vero Christus se esse dñm p verba Dauid. Nã sequit, Ipse enĩ dicebat ĩ spũ sancto: Dix. do do. meo sede a dextris meis. q. d. Non potestis mihi dicere q̃ Dauid absq; gra spiritus sancti hoc dixerit sed, in spũ sancto vocauit eum dñm. Et q̃ sit dñs ostendit per hoc quod subdit: Donec ponã inimicos tuos, scab. pedũ tuorũ. Ipsi enĩ erãt inimici eius, quos de⁹ pater posuit scabellũ Christi. Quod aũt à patre subiiciuntur ei inimici, nõ infirmitatẽ filii sed vnitatẽ naturæ, qua ĩ altero alter operat, significat. Nã & filius subiicit inimicos patri, quia patrẽ clarificat super terrã. Glo. Sic ergo dominus ex prędictis cõcludit dubitabilẽ quęstionẽ. Nã ex verbis Dauid pręmissis habet q̃ Christ⁹ sit dñs Dauid, ex dicto autẽ scribarũ habet quòd sit filius eius. Et hoc est qđ subditur: Ipse ergo Dauid dicit eũ dominũ, & vnde est filius eius? Beda. Interrogatio Iesu nobis profuit vsq; hodie cõtra Iudæos: & hi enim qui cõfitẽt Christũ esse vẽturũ, hominẽ simplicẽ & sanctũ virũ asserũt de genere Dauid: interrogemus ergo eos docti à dño, si simplex homo est, & tantũ filius Dauid quõ vocet eum Dauid dominum suũ in spiritu sancto? Non aũt reprehendũtur quòd Dauid filiũ dicũt, sed q̃ dei filiũ eũ esse non credunt. Sequitur: Et multa turba eum libenter audiebat. Glossa. Quia scilicet videbant eum sapienter respondentem & interrogantem.

Iesu pulchra iterrogatio.

Et dicebat eis in doctrina sua: Cauete à scribis, qui uolũt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis. Qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium.

Hiero. Confutatis scribis & pharisæis, vt ignis eorũ arida exẽpla ĩcẽdit, vñ dicit: Et dicebãt eis in doctrina sua, cauete à scribis, &c. Beda. Ambulare in stolis cultiorib⁹ vestimẽtis ĩdutos, ad publicũ ꝓcedere significat, ĩ quo ĩter cætera diues ille qui epulabat quotidie splẽdide, peccasse describit. The. In stolis aũt venerabilib⁹ ãbulabãt, ex hoc volẽtes ꝓhonorari, & similiter alia appetebãt q̃ cedũt ad gloriã. Nã sequit: Et sal. in. fo. & in pri. cathe. sed. in synag. & primos discubitus ĩ cœnis. s. volũt. Beda. Notãdũ aũt q̃ nõ salutari ĩ foro, non primos sedere vel discũbere vetat eos quib⁹ hoc officii ordine cõpetit: sed eos qui hæc siue habita, siue non habita ĩdebite amãt, à fidelib⁹ quasi ĩprobos docet esse cauẽdos, aĩum videlicet nõ gradũ redarguẽs: licet culpa nõ careat, si iidẽ ĩ foro litibus ĩteresset, q̃ ĩ cathedra Moysi synagogæ magistri cupiũt appellari. Duplici sanè ratiõe vanę gl̃ię cupidis attẽdere iubemur, ne. s. eorũ vel simulatione seducamur, ęstimãtes bona esse quę faciũt: vel ęmulatione inflãmemur, frustra gaudẽtes in bonis q̃ laudari simulãt. Theo. Specialiter etiã apostolos docet vt nullã cũ scribis habeãt cõuersationẽ, sed ip sũ Christũ imitẽt. ordinãsq; ipsos magistros ĩ his quæ sũt circa vitã agẽda, alios eis supponit. Be. Nõ solũ aũt laudes ab hoĩbus, verũ etiã pecunias quærũt: vnde sequit: Qui deuorãt domos viduarũ sub obtẽtu, prolixæ orationis. Sũt enĩ qui se iustos simulãtes à peccatorũ sua orũ cõscięti a turbatis quasi orationi pro eis in iudicio futuri, pecunias accipere nõ dubitãt: & cũ porrecta manu pauperi ꝓces iuuare soleat, illi ob hoc maxime ĩ precib⁹ ꝓnoctãt, vt pauperi nũmũ tollãt. Theo. Accedebãt, aũt scribæ ad has mulieres quę sine ꝓtectiõe viri manebãt, quasi earũ fierẽt protectores, & simulatiõe orationis & habitu reuerẽtiæ & hypocrisi viduas decipiebãt & sic etiã deuorabãt diuitũ domos. Sequit: Hi accipiẽt prolixius iudicium. s. q̃ cæteri Iudæorum peccantium.

Vanę gloriæ detestatio.

Et sedẽs Iesus cõtra gazophylaciũ, aspiciebat quomodo turba iactaret in gazophylaciũ, & multi diuites iactabant multa. Cũ uenissẽt autẽ una uidua pauper misit duo minuta, quod est quadrãs. Et cõuocãs discipulos suos, ait illis: Amen dico uobis quoniã uiduahæc paup pl⁹ oĩb⁹ misit, qui miserũt ĩ gazophylaciũ. Oẽs enĩ ex eo quod abũdabat illis miserũt, hæc uero de penuria sua, oĩa quæ habuit misit totũ uictũ suum.

Beda. Dñs qui appetituros primat⁹ & vanę glorię caũedos esse monuerat, etiã dona ferẽtes in domũ domini certo examine discernit. vñ dicitur: Et sedẽs Iesⁱ⁹ cõtra gazo. as. quõ tur. iac. in ga. Sermone græco phylaxe seruare dicitur: & gaza persica lingua diuitiæ vocãtur: vñ Gazophylacium locus appellari solet quo diuitiæ seruantur: quo noĩe & arca in qua donaria populi congregabãtur ad vsus tẽpli necessarios, & porticus in qui bus seruabãtur appellabãtur. Habes exẽplũ de porticib⁹ in euãgelio: Hęc ĩquit verba locutus est in gazophylacio docẽs in templo. Habes & de arca in libro regũ, Et attulit Ioiada pontifex gazophylacium vnũ. Theo. Erat autem laudabilis consuetudo apud Iudęos: vt scilicet habentes & volentes aliquid in gazophylacio ponerent quod esset pro sacerdotibus & pauperibus & viduis: vt exinde nutrirẽtur. vnde subditur: Et multi di. ia. mul. Multis aũt hoc faciẽtibus accessit & vidua, ostẽdens affectũ in oblatione pecuniæ, secundũ propriam virtutem. vnde subditur: Cum ve. autẽ vna vi. pau. mi. duo. mi quod est quadrans. Beda. Quadrantem vocant calculatores quartã partẽ cuiuslibet rei videlicet & loci, aut tẽporis aut pecunię. Forsitã ergo hoc loco quartã partẽ sicli, i. quinq; obolos significat. Sequit: Et cõdisc i. suos ait il. Amẽ dico vobis quoniã vi. hæc pau. pl. om. mi. q̃ mise. in ga. De⁹ enĩ nõ substãtiã offerẽtiũ, sed cõsciẽtiã pẽsat: nec perpendit quãtũ ĩ eius sacrificio, sed

Cõsuetudo laudabilis.

Quadrãs quid sit.

ex quãto ꝓferatur.vnde subdit:Omnes enim ex eo qđ &c.Hiero.Mysticè autem diuites sunt qui proferũt de thesauro cordis sui noua & vetera,q̃ sunt incerta & occulta sapientiæ diuinæ vtriusq; testamenti:paupercula autẽ q̃ est vt ego & mei similes, q̃ mitto qđ possum, & desydero qđ nõ possum vobis explanare.Ná non quantum vos audistis sed ex quãto cõsiderat deus.vnusquisque autẽ quadrãtẽ potest offerre q̃ est volũtas prõpta, q̃ dicitur quadrãs,quia cũ trib⁹ cõsistit.s.cogitatu,verbo,& facto. Quod dicit,Totum victũ suũ misit,hoc significat,quia tota volũtas corporis ĩ victu cõsistit. vnde dicit:Totus labor hoĩs in ore suo est.Theo.Vel aliter:Vidua ista aĩa hominis est, relinquens satanam cui fuerat adiuncta, quæ mittit in templi ærario duo minuta, carnẽ scilicet & mẽtẽ.carnem quidẽ per abstinẽtiã,mentẽ vero per humilitatem,vt sic audire valeat ꝓ totũ victũ suũ posuit & sacrũ fecit,nihil de suo mundo relinquẽs. Beda. Allegoricè autẽ diuites qui in Gazophylaciũ munera mittebãt,Iudæos de iustitia legis elatos designãt:vidua paup,ecclesię simplicitatẽ designat: paup quidẽ,quia spiritũ supbiæ vel cõcupiscentias tẽporaliũ abiecit:vidua vero,quia Iesus ꝓ ea mortẽ pertulit.Hęc in Gazophylaciũ duo minuta mittit,quia dilectionẽ dei & ꝓximi seu fidei & oratiõis munera defert:quę cõsiderat ꝓprię fragilitatis minuta, sed merito pię intẽtionis accepta cũctis superbiẽtibus Iudæorum operibus prẽstant:ex abundanti sibi Iudæus mittit in munera dei,qui de iustitia sua ꝓsumit. Omnẽ aũt victum suum in dei munera mittit ecclesia, quia omne qđ viuit,nõ sui meriti sed diuini muneris esse ĩtelligit.

CAPVT XIII.

ET cum egrederetur de templo, ait illi unus ex discipulis suis: Magister,aspice quales lapides,& quales structuræ. Et respõdẽs Iesus, ait illi: Vides has oẽs magnas ædificatiões? Nõ relinquetur lapis super lapidẽ qui nõ destruatur.

Beda. Quia fundata ecclesia Christi Iudæa dignas suæ perfidiæ pœnas erat luitura, apte dñs post laudatã in paupere vidua deuotionẽ ecclesiæ egredit de tẽplo, ruinãq; eius futurã atq; ædificia nũc admirãda,nõ multo post cõtẽnenda esse prædixit.vnde dicit:Et cũ egrederetur de tẽplo ait il.vnus &c.Theo.Quia enim multa circa destructionẽ Hierusalẽ dñs locutus fuerat, discipuli eius mirabantur ꝙ tam magna & pulchra ędificia destrui debeant:& proptet hoc ostendunt ei templi decorem,qui non solum ait hæc destruẽda fore, sed & ꝙ in eis lapis super lapidẽ non relinqueret.vnde sequit:Et respondẽs Iesus ait illi: Vides has oẽs magnas ædificatiões? Nõ relinquetur lapis &c.Sed dicerẽt aliqui ꝙ multæ reliquiæ remanserũt, vt Christũ mendacem nitantur ostendere:sed nequaq̃ est hoc. Etsi enim aliquæ reliquiæ remansissent: tamen vsq; ad vniuersalẽ cõsummationẽ nõ relinquet lapis super lapidẽ.Præterea narrat quòd Helius Adrianus ciuitatem & tẽplũ à fundamento euertit, ita ꝙ verbũ dñi qđ hic dicit sit impletũ.Beda. Diuinitus autẽ procuratum est, vt patefacta per orbẽ fidei euangelicæ gratia tẽplũ ipsum cũ cerimoniis tolleret,ne quis forte paruulus in fide si videret illa permanere quę à deo sunt instituta,paulatim à sinceritate fidei q̃ est in Christo Iesu ad carnalẽ laberetur Iudaismũ.Hiero.In hoc etiã enumerat dñs discipulis cladẽ nouissimi tẽporis.i. destructionẽ templi cũ plebe & litera sua:de qua lapis super lapidẽ non relinquetur.i.testimonia prophetarum super eos in quo Iudæi retorquebant ea vt in Esdrã & Zorobabel & Machabeos.Beda.Recedente etiam domino de tẽplo omnia legis ędificia & compositio mandatorũ ita destructa est, vt nihil à Iudæis impleri possit, & capite subiato, vniuersa inter se membra compugnant.

Contrarietas soluitur.

Gratia euãgelij

Et cũ sederet in mõte oliuarũ contra tẽplum, interrogabãt eũ separatim Petrus,& Iacob⁹,& Ioãnes,& Andreas: Dic nobis quãdo ista fiẽt:& quod signũ erit quando hæc oĩa ĩcipiẽt cõsumari? Et respondens Iesus,cœpit dicere illis: Videte ne quis uos seducat. Multi enĩ ueniẽt ĩ nomĩe meo,dicẽtes, quia ego sum: & multos seducẽt. Cũ audieritis autẽ bella & opiniões bellorũ ne timueritis. Oportet enĩ hæc fieri: sed nõdũ finis. Exurget enĩ gẽs cõtra gẽtẽ,& regnũ super regnũ: & erunt terræmotus per loca, & fames. Initiũ dolorũ hæc.

Beda.Quia laudãtibus quibusdam ædificationes tẽpli dñs palàm responderat hæc esse omnia destruenda, discipuli secreto tẽpus & signa prædictæ destructionis ĩterrogãt.vnde dicit: Et cũ sede.&c. Sedet dñs in mõte oliuarũ contra tẽplum cũ de ruina & excidio templi disputat,vt etiam ipso corporis situ verbis quæ loquitur cõgruat,mystice designans ꝙ quietus manẽs in sanctis,superborũ detestatur amentiam.Mons enĩ oliueti fructiferam designat sanctæ ecclesiæ celsitudinẽ. Aug. Interrogantibus autẽ eum discipulis, ea respondit dominus quæ iam ex illo tẽpore fuerant secutura, siue de excidio Hierusalẽ,vnde orta est ipsius interrogationis occasio.siue de aduẽtu suo per ecclesiam in qua vsq; ad finem venire non cessat.In suis enĩ veniẽs agnoscit,dũ ei⁹ quotidie mẽbra nascunt,siue de ipso fine in quo apparebit viuos iudicaturus & mortuos.Theo.Sed antequã eis ad interrogata respõdeat,mẽtẽ eorũ confirmat vt nõ seducant.vnde sequit:Et respõ.Ie.cœ.di.il. Videne quis &c.Hoc aũt dicit quia incipiẽtib⁹ circa Iudæã passionibus insurrexerũt quidã qui se doctores esse dicebãt.vñ sequit:Multi enĩ ve.in nomine meo &c. Beda.Multi enĩ imminẽte Hierosolymorũ excidio extitere qui se esse Christos dixerũt,tempúsq; libertatis iam appropinquare.Multi etiã in ecclesia ipsis etiã tẽporib⁹ apostolorũ hæresiarchæ ꝓdiere. Multi etiã ĩ noĩe Chri venere antichristi,quorũ prim⁹ est Simõ magus ,cui,sicut in actibus apostolorũ legim⁹,auscultabãt qui in Samaria erant dicẽtes,Hæc est virtus dei q̃ vocat magna. vnde & hic subditur:Et mul.sed. A tpe aiit dñicæ passionis in populo Iudęorũ qui latronẽ seditiosũ elegerũt, & Christũ saluatorẽ abiecerũt,nec hostiũ ,nec seditiones ciuiũ cessauerũt.vnde sequitur: Cũ au. aũt bel.&c. Sed his aduẽtãtibus,apostoli ne terrean̄t ne Hierusalẽ Iudęãq; deserãt admonen̄t,quia videlicet nõ statĩ finis quĩ potius in quadragesimũ differendũ sit annũ.Et hoc est qđ subdit:Oportet enĩ hęc fie.sed nõdũ finis.i.desolatio ꝓuincię vltimũq; vrbis ac tẽpli excidiũ.sequitur: Exurget &c.Theo.Id est Romani cõtra Iudęos,qđ Ioseph⁹ narrat ãte destructionẽ Hierusalẽ factũ.Cũ enĩ gẽs Iudęorũ tributũ nõ redderet,Romani venerũt turbati: sed quia tũc tporis Romani misericordes erãt, cepissẽt quidẽ eorũ spolia,nõ fuisset tñ destructio Hierusalem: sed ꝙ de⁹ cõtra Iudęos ꝓliaret,oñdit ꝑ id qđ subditur: Et erũt terrę.per Io.& fa.Beda.Constat aũt hoc tẽpore Iudaicę seditiõis ad literã cõtigisse : Potest vero regnũ sup regnũ &pestilẽtia eorũ quorũ sermo serpit vt cãcer, & fames audiẽdi verbũ dei,& cõmotio vniuersę terræ, & à vera fide separatio ĩhęreticis magis ĩtelligi,qui cõtra seinuicem dimicantes,ecclesiæ victoriã faciunt.

Antichristi multi

Videte aũt uosmetipsos,tradẽt enĩ uos ĩ cõcilijs,& ĩ synagogis uapulabitis,& ante præsides & reges stabitis propter me,ĩ testimoniũ illis. Et ĩ oẽs gẽtes primũ oportet prædicari euãgelium. Et cũ duxerint uos tradẽtes,nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datũ uobis fuerit in illa hora, id loquamini. Nõ enim uos estis loquẽtes: sed spiritus sanctus. Tradet aũt frater fratrẽ in mortẽ,& pater filium. & cõsurgẽt filij in parẽtes,& morte afficiẽt eos. Et odio eritis omnibus hom inibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem hic saluus erit.

Bed.Quo merito Hierosolymis ac ꝓuincię Iudęorũ vniuersæ irrogãda tot fuerũt aduersa dñs manifestat cũ dicit,Videte aũt vosmetipsos,tradẽt enĩ vos in conci. & in syna.vapu .Ea quippe Iudaicę gẽti maxima causa erat excidii,ꝙ post occisionẽ saluatoris,nominis quoq; ac fidei ei⁹ prẽcones impia crudelitate vexabãt.Theo. Cõueniẽter autẽ prẽposuit narrationẽ de his quæ circa apostolos erãt,vt ĩ propriis tribulationibus aliqualẽ cõsolationẽ haberẽt ex cõibus tribulationibus & passionib⁹.Sequit enĩ:Et ãte prẽsides &c.Reges & ꝑsides dicit,sicut Agrippã,Neronẽ,& Herodẽ.Quod aũt dicit, Ante re.& prę.sta.pro.me,nõ modicã eis cõsolationem dedit,quia.s.ꝑpter eũ erãt passuri.Quod aũt dicit,In testimoniũ illis,sic ĩtelligit.i.in ꝑiudiciũ eorũ, vt.s.essent ĩexcusabiles:ꝙ.s.apostolis laborãtibus illi nõ potuerũt veritati cõiũgi.Deĩde vt crederẽt ꝙ ꝓpter tribulationes & pericula ꝓdicatio impediret,subdit:Et ĩ om.&c. Aug.de cõ.euã.Matthęus addit: Et tũc veniet cõsũmatio.Sed hoc qđ Marcus ait:Primũ,signat vtiq; antequã veniat cõsũmatio.Be.Hoc ita fuisse cõpletum ecclesiastice testant historię,ĩ quib⁹ refert ꝙ apostoli oẽs multo ante excidiũ Iudęę ꝓuinciæ qđ ꝓdicãdũ euãgeliũ toto orbe fuerũt dispersi,excepto Iacobo Zebedęi,& Iacobo fratre dñi,qui in Iudęa pro verbo dñi prius sãguinem fuderãt.Quoniã ergo nouerat dñs corda discipulorũ de excidio ac ꝓditione suę gentis esse cõtristãda, hoc eos solatio alleuat,vt nosset sibi etiã Iudæis abiectis socios nõ deesse gaudii regniq; cęlestis,immo multo plures q̃ de Iudæa perirent ex oĩbus toto orbe hominibus esse colligendos.Glo.Poterat etiã alia sollicitudo in discipulorũ cordibus oriri, quia eũ audierant ꝙ ante reges & præsides essent ducendi,ne dubitarent ꝙ ex defectu propriæ scientiæ ac facundiæ ad respõdẽdũ insufficientes essent, dñs eos consolat cũ subdit:Et cum dux.vos tradentes &c.Beda.Cũ enĩ ꝓpter Christum ducimur ad Iudices,voluntatẽ tantũ nostram pro Christo debemus offerre. Cæterũ ipse Christus quantũ in nobis habitat loquitur,& spiritus sancti in respõdendo gratia dabitur.vnde sequit:Nõ eũ vos estis qui lo.sed spirit⁹ sanctus.Theo.Prædicit etiã eis quod erat graui⁹, ꝙ scilicet à ꝓpinquis ꝑsecutionẽ patien̄t.vnde sequit:Tradet aũt frater fra.in mor.& pater &c.Beda. Hoc in ꝑsecutionib⁹ fieri crebro vidimus,nec vllus est inter eos fidus affectus,quorũ diuersa fides est.Theop. Hoc aũt dicit,vt audito hoc ꝓparẽt se vt ꝑsecutiões & mala patiẽtius sustinerẽt.Deinde cõsolationẽ inducit, dicẽs: Et eritis odio oĩbus hominibus propter nomen meum.quòd enim habeamur odio ꝓpter Christũ,causa est sufficiens patienter persecutiones sustinendi,non enim martyrem facit pœna,sed causa.Sed in hoc etiam quod sequitur:Qui autẽ sustĩ.in fi.hic saluus erit,& nõ modica consolatio esse videtur inter persecutiones.

Historia pulchra.

Cum aũt uideritis abominationẽ desolationis,stãtẽ ubi nõ debet(qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt,fugiant in montes, & qui super tectũ,nõ descendat in domum, nec introcat,ut tollat quid de domo sua: & qui in agro erit,nõ reuertatur retro tollere uestimẽtum suum. Veh aũt prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate uero,ut hyeme nõ fiant. Erunt enim dies illi tribulationis tales,quales non fuerunt ab initio creaturæ,quã cõdidit Deus usq; nũc,neq; fiẽt. Et nisi breuiasset dominus dies , non fuisset salua omnis caro: sed propter electos , quos elegit breuiauit dies.

Glo.Præmissis his quæ ante excidiũ ciuitatis erant futura nunc dominus prædicit ea quę circa ipsam ciuitatis destructionẽ contigerunt, dicens:Cum autem vi.

abominationẽ &c.Aug.de con.euan. Matthæus dicit, Stantem in loco sancto.in hac autem mutatione verbi Marcus exposuit eandẽ sententiã. Idea quippe. Vbi nõ debet scilicet in loco sancto,vbi nõ debet.Beda.Quãdo autẽ ad intelligentiam ꝓuocamur mysticũ monstratur esse qđ dictũ est.Potest autẽ simpliciter aut de Antichristo accipi,aut de imagine Cæsaris,quã Pilat⁹ posuit in templo, aut de Adriani equestri statua quæ in ipso sancto sanctorũ loco multo tẽpore steterit. Abominatio quoq; secundũ veterẽ scripturã idolũ nuncupat, & iccirco addidit, Desolationis, ꝙ in desolato templo atq; deserto idolum positũ sit. Theo.Vel abominationem desolationis dicit ingressum hostiũ in ciuitatẽ per violentiã.Aug.ad Esi.Lucas vero vt ostẽderet tunc factam fuisse abominationem desolationis,aut expugnationẽ Hierusalem hoc eodem loco dñi verba cõmemorat.Cum videritis circundari ab exercitu Hierusalem, tũc scitote quia appropinquauit desolatio eius.Sequitur:Tunc qui in Iu.sunt &c.Beda.Hæc iuxta literã facta esse constat, cum appropinquãte Romano bello,& exterminio Iudaicæ gentis , oraculo admoniti omnes qui erãt in prouincia Christiani , longius discesserunt vt ecclesiastica narrat historia, & trãs Iordanem secedentes,manebant ad tẽpus in ciuitate Pella sub tutela Agrippæ regis Iudæorũ, cuius in actibus apostolorum mentio est, qui cũ ea quæ sibi obtẽperare volebat parte Iudæorum, semp imperio Romanorũ subditus agebat.Theo.Bene autem dixit, Qui in Iudæa sunt, quia apostoli in Iudæa adhuc nõ erant,sed ante prælĩũ fuga ti sunt à Hierusalem. Glo. Vel magis ipsi exierunt spũ ducti diuino.sequitur:Et qui super tectũ,non descen.in do.nec intro.vt tol.quid de do.sua.Desyderabile enim erit etiã nudo corpore de tãta tribulatione saluari.Sequitur:Veh autem &c.Beda.Quarum scilicet vel vteri vel manus filiorum sarcina prægrauatę fugę necessitatẽ nõ minime impedient.Theo.Mihi aũt videtur quod filiorum esum in his ostendat , nam fame & pestilentia afflicti manus filiis iniecerunt. Glo. Postquã autem fecerat mentionem de duplici impedimẽto fugæ,quòd scilicet posset esse vel ex cupiditate rerũ asportandarũ, vel ex deportatione natorum, tangit tertium impedimentũ,quod scilicet est ex parte temporis,dicens:Ora te ergo vt hyeme non fiant. Theo. Ne.s.ex difficultate tẽporis impediantur qui fugere cupiunt.Causam autẽ tantæ necessitatis ad effugiendũ conuenienter assignat cũ dicit,Erũt enĩ in diebus illis tribula. tales &c.Aug. ad Esi.Iosephus enĩ qui Iudaicas scripsit historias,talia multa dicit illi populo tunc accidisse,vt vix credibilia videantur.vnde non immerito dictũ est talem tribulationẽ nec fuisse à creaturę initio,nec futurã.Sed etsi tẽpore Antichristi talis aut maior forsitan erit, intelligẽdum est de illo populo dictum,ꝙ eis talis amplius futura non erit.Si enĩ Antichristũ illi primi & prẽcipui recepturi sunt,facturus est tunc idem populus tribulationem potius q̃ passurus.Beda.Hoc autem solũ est in tantis malis refugium,vt deus qui dat virtutem patiendi, breuiet potentiam persequẽdi. vnde sequit:& nisi breui.do.di.&c. Theo.Id est nisi in breui spatio bellũ Romanorum fuisset, nõ fuit.sal.oĩs caro,id est,nullus euasisset Iudæus,sed ꝓpter electos quos elegit.i.ꝓpter Iudęos credentes aut in posterum credituros , breuiauit dies.i.cito bellum est terminatum. nã prẽsciebat deus ꝙ multi post desolationem ciuitatis crederent Iudæorum. huius gratia eorum genus ex toto destrui nõ permisit.Aug.ad Esi.Quidã autẽ cõuenientius intellexisse mihi videntur mala ipsa significata nomine dierum, sicut dicti sunt dies mali in aliis scripturę diuinæ locis:

Anguistia temporum.

Dies mali q̃ sint.

neq; em̃ dies ipsi mali sunt,sed ea q̃ fiunt in eis. Ipsa ergo dicta sunt breuiari, vt deo donante tolerantiã min⁹ sẽtirent,ac sic q̃ magna essent,breuia fierent.Beda.Vel aliter: Hæc quæ dicit ab illo loco, Erunt dies tribulationis:tẽporibus Antichristi ꝓprie congruunt, quãdo non solũ tormenta crebriora & acerbiora q̃ prius consueuerãt ingerẽda sunt fidelibus , sed qđ grauius est signorũ quoq; operatio eos qui tormẽta ingerunt comitabitur.Hæc autẽ tribulatio quanto cæteris q̃ præcessere pressurarũ pondere grauior fuit, tãto est temporis breuitate moderatior futura. Nãq; tribus annis & dimidio quãtum de ꝓphetia Danielis & apocalypsi Ioãnis coniici potest,ecclesia per orbẽ impugnãda esse creditur.Iuxta vero sensus spũales,cũ uidemus abominationẽ desolatiõis stare vbi nõ debet,hoc est hæreses & flagitia regnare inter eos qui cælestibus mysteriis videbãtur esse consecrati tunc quicũq; in Iudæa, hoc est in confessione veræ fidei persistimus ,tãto altius virtutũ culmen debemus ascendere, quãto plures ampla vi-
Antichristi persecutio. tiorum itinera sequi videmus.Hiero. Fuga em̃ in montes est,vt non descendat ad ima qui ascẽdit ad alta.Beda.Tunc qui super tectũ est,hoc est qui excedẽs animo carnalia facta tanquã in aura libera spũaliter viuit , ne descẽdat ad infimos actus pristinæ conuersationis, neque ea quę reliquerat mũdi , carnis suæ desyderia repetat.Domus nãq; nostra vel mundus hic,vel ipsa in qua degimus,nostra intelligenda est caro.Hiero.Dicit em̃, Orate vt hyeme non fiat fuga vestra vel sabbato,id est ne finiãtur fructus nostri operis cum fine tẽporis. hyeme enim finitur fructus:sabbato vero tẽpus . Beda . Si autem de consummatione mundi intelligatur hęc prẽcipi,vt non refrigescat fides nostra & in Christum charitas, neque vt ociosi in opere dei torpeamus virtutũ sabbato. Theop. Oportet etiam nos à peccato fugere cum feruore, & non frigide & quiete.Hiero. Tribulatio autem erit ingens & dies breues propter electos,ne malitia huius temporis mutet intellectum eorum.

Et tunc si quis uobis dixerit,Ecce hic est Christus,ecce illic , ne crediderit is. Exurgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa & portenta ad seducendos,si fieri potest,etiam electos. Vos ergo uidete.Ecce prædixi uobis omnia.Sed in illis diebus post tribulationẽ illã sol cõtenebrabitur, & luna nõ dabit splendorẽ suũ. Et stellæ cæli erũt decidentes, & uirtutes quæ in cælis sunt,mouebũtur. Et tũc uidebũt filiũ hominis uenientẽ in nubibus cũ uirtute multa & gloria.Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor uentis,à summo terræ usque ad summum cæli.

Theo.Postquã ea quę ad Hierusalẽ pertinebant dominus compleuit,nunc de aduentu loquitur Antichristi,dicẽs:Et tũc si quis vobis dixerit,ecce hic est Christ⁹,ecce illic,ne crediderit is.Hoc aũt quod dicit, Tũc, non sic intelligas, id est statim cũ completa fuerint supradicta circa Hierusalẽ,sicut & Matthæus post Christi generationẽ dicit, In diebus illis venit Ioannes,nũquid immediate post Christi natiuitatẽ?non,sed indeterminate vel indistincte:sic & in hoc loco Tũc accipi potest, non scilicet quando Hierusalẽ desolabitur, sed circa tẽpus aduentus Antichristi. Sequitur: Exurgent em̃ &c.Multi enim Christi nomẽ susципient,ita vt etiã
Solutio Satanæ qualis. vt fideles seducant.Aug. 20.de ciuit.dei. Soluetur em̃ tunc Satanas,& per Antichristum in omni virtute sua mirabiliter quidẽ sed mẽaciter operabitur. Solet autem ambigi , vtrũ ꝓpterea dicta sint ab apostolo signa & prodigia mendacii,quoniã mortales sensus per fantasmata decepturus est,vt qđ nõ facit,facere videatur: an quia illa ipsa etiã si erũt vera ꝓdigia,ad mẽdacia pertrahent credituros,non ea potuisse nisi diuinitus fieri, virtutẽ diaboli nescientes,maxime quando tantã quãtam nũquã habuit acceperit potestatẽ?sed ꝓpter quodlibet horum dictũ sit,seducẽtur eis signis atq;prodigiis qui seduci merebuntur. Grego.sup.Ezech.Cur autem sub dubitatione dicitur, Si fieri potest,cum quid futurũ sit à dño præsciatur? Vnũ vero ex duobus est,quia si electi sunt fieri non potest:si autẽ fieri non potest,electi non sunt.Ista ergo dominici sermonis dubitatio in electis exprimit trepidationẽ mentis, quos & electos nominat, quia cernit quòd ĩ fide & bono opere persistẽt: quia qui electi sunt ad persistendũ, per signa ꝓdicatorũ Antichristi tentabũtur ad cadendũ.Beda.Quidam aũt hoc ad captiuitatis Iudaicæ tempus referũt, vbi multi Christos se esse dicentes deceptas post se cateruas populi trahebãt,sed in illa ciuitatis obsidione nullus erat fidelis ad quẽ diuina exhortatio ne falsos magistros sequeretur fieri deberet. vnde melius de hæreticis accipiendum est, qui contra ecclesiã venientes Christos se esse mentirent̃.quorũ primus Simon magus fuit,extremus aũt ille maior cæteris est Antichristus. Sequitur: Vos ergo &c. Aug.ad plebem Hippo.Non em̃ solũ bona q̃ sanctis & fidelibus suis est redditurus ,verumetiã mala quib⁹ erat hic mundus abundaturus;aut prædixit vt bona post seculi finẽ secutura certiores expectarem⁹ quando mala similiter prẽnuntiata ante seculi finẽ prẽcedẽtia sẽtiremus. Theop.Post antichrĩ aũt aduentũ, alterabitur & mutabitur machina mũdialis obscuratis sideribus propter abundantiã claritatis Christi. vnde sequit:Sed in diebus illis post tribulationẽ, &c. Beda. Sidera enĩ in die iudicii videbuntur obscura:nõ diminutiõe suæ lucis accidẽte, sed superueniẽte claritate veri luminis,hoc est sũmi iudicis:quãuis nihil prohibeat intelligi veraciter solẽ tũc & lunã cũ sideribus cæteris ad tẽpus sui lumine priuari,quõ de sole factũ constat tẽpore dominicæ passionis.Cæterũ peracto die iudicii cũ fuerit cęlũ nouũ & terra noua,tũc fiet quod Esa .dicit , Erit lux lunę sicut lux solis,& lux solis septẽpliciter . sequitur:Et vir.quę sunt in cęlo mouebũtur.Theo.Id est virtutes angelicæ stupebũt tanta magnalia videtes fieri,& eorũ iudicari cõseruos.Beda.Quid mirũ hoĩes ad hoc iudicium perturbari,cuius aspectum & ipsæ angelicæ tremũt potestates? Quid faciũt ibi tabulæ, quãdo tremũt columnæ? Quid virgula deserti patitur, cũ cedrus paradisi concutitur?Hiero. Vel aliter:Sol obtenebrabit ad gelida corda vt hyeme.Et luna nõ dabit splẽdorem suum ,serena à tẽpestate dissẽsionũ. Et stellæ cæli erũt decidẽtes ĩ lumĩe, qñ penè deerit semẽ Abrahę, cui sũt similatę.Et virtutes quæ sunt in cælis mouebũtur,ad iram vindictæ quando mittẽtur à filio hominis veniente:de cuius aduẽtu subditur,Et tunc vi.fi.ho.ve. in nu.cũ vir.mag.& glo.qui.s.prius sicut pluuia in vell⁹ Gedeon descẽdit cũ humilitate.Aug.adEsich.Quia enim dictũ est apostolis ab angelis:Sic veniet quomodo vidistis eum euntem in cælũ:merito credendus est non solũ in eodẽ corpore, verũetiam in nube venturus:quoniã sic veniet sicut abiit,& nubes susцepit eum abeuntem. Theo. Videbunt autem dũm tanq̃ filiũ hominis. s.in corpore: quod enĩ videt, corp⁹ est. Aug. primo de tri.Visio quippe filii hominis exhibetur etiã malis: nã visio formæ dei nõ nisi mũdis corde: quia ipsi deũ videbunt. Et quia filium dei secundum id quòd ĩ forma dei ęqualis est patri,iniqui videre non possunt: oportet autem vt iudicem viuorum & mortuorum corã quo iudicabuntur & iusti videant & iniqui, ideo oportebat vt filius hoĩs acciperet iudiciariam potestatẽ,de cui⁹ executione mox subditur:Et tũc mit.angel.su.Theo. Vide quòd Christus Iesus mittit angelos sicut & pater:

vbi ergo sunt qui dicũt ꝙ patri non est ęqualis? Egredientur nãq; ãgeli cõgregare fideles electos , vt in aera rapti obuiẽt Iesu Christo.vnde sequit: Et cõgre.elect.
Quatuor partes mundi. su.à quatuor vẽtis.Beda.A quatuor autẽ ventis à quatuor mundi partibus dicit:oriente,occidẽte,aquilone, & austro . Et ne quisquã putaret à quatuor solũmodo plagis terræ, & nõ poti⁹ à cũctis ei⁹ finib⁹ simul & mediterraneis regionib⁹ electos esse cõgregãdos,apte subiũxit: A sũmo terræ vsq; ad summũ cæli.i.ab extremis terræ vsque ad vltimos terminos ei⁹ vbi lõge aspectãtibus circul⁹ cæli terræ finib⁹ infidere videtur.Null⁹ ergo in die illa remanebit electus,qui nõ venienti ad iudiciũ domino in aera occurrat :veniũt ad iudiciũ & reprobi,vt peracto iudicio dissipẽt & pereant à facie dei.

A ficu autẽ discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia: cognoscitis quia in proximo sit æstas. Sic & uos cum uideritis hæc fieri,scitote quòd in proximo sit in ostiis. Amẽ dico uobis, quoniam non transibit generatio hæc,donec omnia ista fiant. Cœlum & terra transibunt,uerba autem mea non transibunt.

Beda. Sub exemplo arboris docuit domin⁹ consummationis exẽplũ, dicens:A ficu discite parabolã. Cum iã ram⁹ ei⁹ tener fuerit&c.Theo. Quasi dicat:Sicut cũ ficui nascuntur folia, statim est æstas : sic & post angustias antichristi, statim nullo sequente medio , Christi erit aduẽtus:qui ęstas erit iustis ex hyeme,peccatorib⁹
Cõsens. enãgel. vero hyems ex ęstate.Aug.ad Esic. Vel aliter : Omnia quæ à tribus euangelistis dicta sunt de domini aduẽtu, diligentius inter se collata atque discussa fortasse inueniũtur ad hoc pertinere,quòd quotidie venit in corpore suo quod est ecclesia, exceptis his locis vbi ille aduẽtus vltimus ita promittitur vt propinquare dicatur:& ꝙ in vltimo sermonis secũdum Matthęum ipse aduentus euidenter exprimitur: vbi dicitur,Cum venerit filio.in ma.sua.Quid enim est,Cũ videritis hęc fieri?nisi ea quæ supra dixit in quibus est etiam id quod ait,Et tũc videbũt fi.ho,ve.in nubibus. Non itaq; tũc erit finis,sed tũc erit in proximo : an dicendũ est non omnia quę supra commemorata sunt esse intelligenda,sed aliqua eorum,hoc videlicet excepto quod dictum est :Et tunc vide.fi.ho.venientẽ? Ipse quippe finis erit,nõ tũc proximus erit : sed Matthæus aperuit nullis exceptis esse accipiendũ,dicens: Cũ vi.hęc omnia : scitote quia propè est in ianuis.Intelligitur ergo quod supra dictũ est sic:Et mittet angelos suos de quatuor mundi partibus,id est de toto orbe terrarũ cõgregabit electos suos,
Fici allegoria. quę tota hora nouissima facit veniẽs in suis mẽbris tanquàm in nubibus. Beda. Potest autem hic fructificatio fici mysticè intelligi super statu synagogæ, quæ venientẽ ad se domino quia fructũ iustitiæ nõ habebat in eis qui tunc increduli erant , æterna sterilitate dãnata est. Sed quoniã dixit apostol⁹, ꝙ cũ plenitudo gẽtiũ intrauerit,omnis Israel salu⁹ erit . Quid est hoc, nisi ꝙ diu sterilis arbor fici fructũ quẽ negauerat reddet ? qđ vbi factũ fuerit,æstatẽ veræ pacis esse in proximo non ambiges. Hiero. Vel folia fici nata,verba sunt præsentia: ęstas proxima,dies est iudicii ĩ qua vnaquęq; arbor manifestabit quæ intus habuit , aridum ad cõburendũ an viride ad plantandũ cum ligno vitæ.sequitur:Amẽ dico vo.quoniam nõ trans.gene.hæc donec oĩa fiant.Beda. Nomine generationis aut omne hominũ significat
Xpianorum generatio. genus,aut specialiter Iudęorũ.Theo.Vel aliter:Nõ trã si.genera.hęc.s.Christianorũ,donec omnia fiãt:quę circa Hierusalem & antichristi aduentũ dicta sunt . Non enim dicit generationem apostolorũ , quia maior pars apostolorum non peruenit vsq; ad Hierusalẽ consummationẽ.Dicit autẽ hoc de generatione christianorum volens discipulos consolari ne crederent ꝙ illis tẽporibus fides deficeret, prius enĩ elementa immobilia deficient,quàm verba Christi.vnde subditur: Cœlũ & ter. transi.verba aũt mea nõ transibũt.Beda.Cœlũ qđ transibit non æthereum siue fidereũ,sed aereum intelligere debem⁹. Quocũq; enim peruenire potuit aqua diluuii, eò iuxta beati Petri sententiã ignis iudicii perueniet. Trãsient aũt cœlũ & terra per eã quã nunc habẽt imaginem,attamen per essentiam sine fine subsistent.

De die autem illo,uel hora, nemo scit:neq; angeli in cœlo, neq; filius:nisi pater. Videte,uigilate,& orate. Nescitis enĩ qñ tẽpus sit. Sicut homo qui peregre profectus,reliquit domũ suã:& dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis,& ianitori præcepit ut uigilet. Vigilate ergo. Nescitis enĩ quã do dominus domus ueniat,sero,an media nocte,an galli cantu, an mane. Ne cum uenerit repente,inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico,omnibus dico, Vigilate.

Theo. Volens dominus discipulos impedire ab interrogatione illius diei & horæ,dixit:De die autem illo vel hora nemo scit,neq; angeli in cælo,neq; filius,nisi pater.Si enim dixisset,quia scio,tamen nolo vobis reuelare,ipsos nõ modicũ cõtristasset . Nũc vero sapiẽti⁹ egit,& ipsos excludit ab hmõi interrogatiõe: ne ei molesti fierent in hoc quod dixit, Neq; angeli sciunt neq; ego. Augu.ix.de trinit. Ignoratio autem diei atq; horæ obiicitur vnigenito deo , vt deus ex deo natus non sit in ea naturę perfectione qua deus est.Sed primum sensu communis iudicii sentiendũ est:an credibile esse possit vt aliquid ex õnibus nesciat, qui õnibus ad id quod sunt atq; erũt auctor est? Quõ enim extra eius naturæ scientiã est,per quã & in qua id quod efficiendũ sit cõtinetur? Hãc autẽ ille diẽ ignorat,quę aduẽtus sui dies est:humanæ naturæ,quod agere diffiniũt , quantũ in se est pręsciunt, & sequitur gerendorum cognitio voluntatem agendi. Quomodo ergo dominus gloriæ aduentus sui ignorata die naturæ esse imperfectę credit , quę & necessitatẽ habeat adueniendi , & scientiã aduentus sui nõ adepta sit?Iam vero quãta impietatis geminatur occasio,si deo patri deputabitur indignitatis affectus, si ei ademerit beatitudinis cognitionẽ,cui mortis induxerit ꝑscientiã?quòd si in eo oẽs scientię thesauri sunt, diem hũc non ignorat:sed meminisse nos conuenit occultos in eo scientiæ thesauros esse. Ignoratio igit̃ eius est secundũ ꝙ thesauri scientię in eo latent. In omnib⁹ enim quę deus ignorare se loquit̃ ignoratione nõ detinetur,sed aut tẽpus est nõ loquẽdi,aut dispensatio non agendi. Si autẽ tũc cognouisse deus dicit̃, ꝙ Abraham eum amauerit,cũ hoc nõ celauit Abrahæ,necesse est vt & pater ob id diẽ scire dicatur , quia nõ celauerit filio. Si itaq; diẽ filius nescit,sacramentũ est vt taceat:econtrario pater solus ostẽditur scire , quia non tacet.Absit autẽ corporaliũ mutationum nouitates in patre & filio existimari.deniq; ne per infirmitatẽ ignorare dicatur,cõtinuo subiecit:Videte,vigilate & orate: nescitis enim qñ tempus sit. Hiero. Vigilia enim opus est mẽtis añ mortẽ corporis.Theo.Docet autẽ vigilare & orare,duo hęc.Multi nãq; vigilamus,sed noctes ducẽtes in prauitates:ad hoc autẽ cõsequẽter similitudinẽ inducit dicens:Sicut hõ qui peregre &c. Beda.Hõ qui peregre ꝓfectus reliquit domũ suã Christus est , qui ad patrem post resurrectionẽ victor ascẽdens,ecclesiã corporaliter reliquit,quã tñ nũq̃ diuinę ꝑsẽtię ꝑsidio destituit. Gre. in ho.Carnis etenim locus ꝓprie terra est:quę velut ad pegrinãdũ ducta est,cũ ꝙ redemptorẽ nostrũ est in cælis collocata. Dedit autẽ seruis suis potestatẽ cuiusque operis,quia fidelibus suis cõcessa sancti spũs gratia,facultatẽ tribuit bonis operibus seruiẽdi.Ianitori quoq;

Dies iudicii quo modo ignota.

Fili⁹ oĩa nouit.

præcepit vt vigilaret, quia ordini pastorum commissæ sibi ecclesiæ curã iubet impẽdere. Nõ solũ aũt rectores ecclesiæ, sed omnes vigilare præcipimur ianuas cordiũ custodiẽtes, ne antiqui hostis mala suggestio subintret, ne nos dominus dormiẽtes inueniat: vnde ex hac similitudine cõcludens subdit: Vigil.er.quia nes.&c. Hier. Nam qui dormit, non corpora vera sed phãtasmata intendit: & vacuus vigilat de his quæ viderat. sic nimirũ sunt qui quos mũdi amor rapit in vita, deserũt post vitam quod somniabant ꝓ certo. Theo. Vide aũt quia nõ dixit, Nescio quando tempus erit, sed nescitis. Propter hoc em̃ hoc occultauit, quia nobis expediebat: nam si nũc ignorantes finẽ non curamus, quid faceremus si finem sciremus? malitias nanq; nostras differremus vsq; ad vltimũ. Attendamus etiã dictiones: sero nanq; finis exiſtit, cũ quis moritur senectute: media nocte, cũ quis moritur in medio iuuentutis: gallicantu vero, cũ ratio completur in nobis. Cũ em̃ incipit puer secundũ rationem viuere, tũc gallus in eo vociferaꝝ, excitans à sõno sensualitatis: mane aũt puerilis est ætas. Oportet enim omnes istos finẽ prȩscire: nã & puero cauendũ ne imbaptizatus pertranseat. Hiero. Hoc aũt fine concludit sermonẽ: vt cõmune omniũ præceptũ nouissimi ꝓ primos audiant. vnde subdit: Quod aũt vo. dic. om. di. vigilate. Aug. ad Hesi. Non solũ em̃ illis dixit quibus tũc audiẽtibus loquebaꝝ, sed etiã illis qui fuerunt post illos ante nos & ad nosipsos, & qui erũt post nos vsq; ad nouissimum eius aduentũ. Nũquid autẽ omnes inuenturus est dies ille in hac vita, aut quisquã dicturus est ꝙ ad defunctos etiã ptineat quod ait Vigilate? ne cũ ven. rep. inue. vos dormientes. Cur itaq; omnibus dic. ꝙ ad eos solos pertineat qui tũc erũt, nisi quia ad omnes ptinet quomodo dixi? Tũc em̃ vnicuiq; veniet dies ille cũ venerit eius dies, vt talis hinc exeat, qualis est iudicandus illo die, ac ꝓ hoc vigilare debet omnis christianus, ne imparatũ eũ inueniat dñi aduẽt⁹. Imparatũ aũt inueniet dies ille, quẽ imparatũ inueniet suę vitę huius vltimus dies.

Iudicij dies quare occulta.

CAPVT XIIII.

ERat autem Pascha & Azyma post biduum: & quærebãt summi sacerdotes, & Scribæ, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

Hiero. Nunc aspergamus librum nostrum de sanguine, & limina domorũ: & funem coccineum circũdemus domui orationis nostræ, & coccũ in manu nostra, vt & areæ ligemus, vt vaccã rufam in valle occisam enarrare possimus. De Christi enim occisione narraturus euãgelista, præmittit: Erat autem pascha, &c. Beda. Pascha quidem Hebraicè dicitur phase, non à passione vt pleriq; arbitranꝝ, sed à transitu nominaꝝ: eo ꝙ exterminator videns sanguinem in finibus Israelitarũ ptransierit. nec pcusserit eos: vel ipse dñs prȩbens auxilium populo suo, desup ambulauit. Hiero. Vel pascha transit⁹ interpretatur: phase vero, immolatio. De immolatione agni & transitu populi ꝓ mare vel ꝓ Aegyptũ. Præfiguratur aũt passio Christi & redemptio populi de iferno, quãdo nos post biduũ visitat. i. plenissima luna ætate Christi perfecta: vt nec cũ aliqua parte tenebrosa carnes agni immaculati qui tollit peccata mundi in vna domo quæ est ecclesia catholica, calceati charitate, & armati virtute comedamus. Beda. Hoc aũt iuxta veteris testamenti scripturam inter pascha & azyma distat, ꝙ pascha ipse solus dies appellatur, in quo agnus occidebatur ad vesperam, hoc est xiiii. luna mensis primi: xv. autem luna, quando egressum est de Aegypto, succedebat festiuitas azymorum, quæ septem diebus. i. vsq; ad xxi. diem eiusdem mensis ad vesperam est statuta solennitas. verum euangelistę indifferenter & diem azymorũ pro pascha, & pro dieb⁹ azymorum pascha ponere solent: vnde & Marcus hic dicit, Erat autem pascha & azyma post biduũ, quia & paschę dies in azymis panibus est celebrari præceptus, & nos quasi pascha perpetuum facientes, semꝑ ex hoc mũdo transire præcipimur. Hiero. A principibus autẽ egressa est iniquitas in Babylone, qui tẽplum & vasa & se purificare secundũ legẽ ad esum agni debuerant. vnde sequitur: Et quære. sum. sacer. & scri. quomodo eum dolo tenerent & occiderent. Occiso autem capite totum corpus inerme efficitur: vnde miseri faciunt ꝙ caput moriatur. Vitantautem diẽ festum qui euenit illis: nõ enim est festiuitas his qui vitã & miseri cordiã perdiderũt. vnde sequitur: Dicebant autẽ, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Nõ quidẽ metuẽtes seditionẽ vt simplex sermo demõstrat, sed cauentes ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. Theo. Ipse tamẽ Christus sibi tẽp⁹ cõstituerat passiõis: voluit em̃ ĩ paschate crucifigi, qa ipse verũ erat pascha.

Paschæ nomen vnde.

Allegoria passionis.

Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recũberet, uenit mulier habens alabastrũ unguenti nardi pistice pretiosi, & fracto alabastro, effudit super caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos, & dicentes: Vt quid perditio ista unguẽti facta est? Poterat enim unguentum istud uenundari plusquam trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Iesus aũt dixit: Sinite eã. Quid illi molesti estis? Bonũ opus operata est ĩ me. Sẽper enim pauperes habebitis uobiscũ, & cũ uolueritis, potestis illis benefacere: me autẽ nõ semper habebitis. Quod habuit, hæc fecit: præuenit ungere corpus meũ in sepulturã. Amen dico uobis, ubicunq; prædicatum fuerit euãgelium istud in uniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.

Beda. Passurus dñs pro toto mundo & vniuersas nationes sub sanguine redẽpturus: moratur in Bethania, id est in domo obedientiæ. vnde dicitur: Et cũ esset Bethaniæ in domo Simo. lep. & recum. ve. mulier. Beda. Hinnulus enĩ ceruorum semper ad lectum suum redit, id est filius patri obediens vsq; ad mortẽ, à nobis obedientiam petit. Beda. Dicit autem: Simonis leprosi, nõ quod leprosus illo tẽpore permaneret, sed quod antea leprosus, postea à saluatore mundatus est nomine pristino permanente, vt virtus curantis appareat. Theop. Quamuis autem quatuor euangelistæ vnguentum mulieris cõmemorarent, non est tamen vna, sed duæ: vna quidẽ quæ describitur à Ioanne, quæ soror est Lazari quæ. s. ante sex dies paschæ vnxit pedes Iesu: alia vero quę à reliquis tribus euangelistis describiꝝ. Adhuc autẽ si attendas, inuenies has tres esse. A Ioãne enim vna describitur, altera vero à Luca, à duobus vero reliquis altera. Quæ enim à Luca describitur meretrix esse dicitur, in medio ꝓdicationis tempore ad Iesum venisse. Hæc vero quæ à Matthæo & Marco describitur, dicitur in tempore passionis venisse non confitentẽ se peccatricem. Aug. de con. euan. Ego autem nihil aliud intelligendum arbitror: nisi ꝙ nõ aliã quidem fuisse mulierẽ quæ peccatrix tunc accessit ad pedes Iesu, sed eandem Mariam bis hoc fecisse: semel scilicet quod Lucas narrauit cũ primo accedens cum humilitate & lachrymis, meruit peccatorum remissionem. nam & hoc Ioannes cõmemorauit, cum de Lazaro resuscitando cœpisset loqui, anteq̃ veniret in Bethaniã dicens: Maria autẽ erat quæ vnxit dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus ĩfirmabaꝝ. Quod autem in Bethania rursus fecit, aliud est, quod ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur à reliquis tribus. Quod ergo Matthæus & Marus caput dñi

Opinio theophili.

Consensus euangelicus.

vnguento illo pfusum dicũt, Ioãnes aũt pedes, accipiamus nõ solũ caput sed etiã pedes dñi perfudisse mulierẽ: nisi forte quoniã Marcus fracto alabastro perfusum caput cõmemorat, tã quisq; calũnioſus est, vt ĩ vase fracto neget aliqd remanere potuisse, vnde etiã pedes dñi ꝓfunderet. Sed religiosius cõtẽdet aliquis nõ ita fractũ esse, vt totũ effunderet: vel prius accipiat ꝓfusos pedes, antequã illud fractũ esset: vt in integro remaneret, vnde etiã caput ꝓfunderet. Beda. Est aũt alabastrũ genus marmoris cãdidi, variis coloribus interstincti, quod ad vasa vnguẽtaria cauare solẽt, eo ꝙ optime seruare ea in corrupta dicaꝝ. Nardus vero est frutex aromaticus, grã di vt aiunt & crassa radice, sed breui ac nigra fragiliq;. Quãuis aũt pinguis sit, tamẽ redolet vt cupressus aspero sapore, folio paruo densoq;, cuius cacumina ĩ aristas se spargũt, ideoq; gemina dote pigmẽtarii nardi spicas ac folia celebrãt. Et hoc est qđ ait Marcus vnguẽti nardi spicati precioſi. quia videlicet vnguẽtũ illud qđ attulit Maria dño non solũ de radice confectũ est nardi, verũetiam quo precioſius esset, spicarũ quoq; foliorũ eius adiectione odor ac virtutis illius erat accumulata gratia. Theo. Vel sicut ĩ græco dicitur, Nardi pistici, id est fidelis: eo quod vnguentũ nardi erat absq; dolo cum fide confectũ. Aug. de con. euan. Potest aũt videri contrarium quod Matthæus & Marcus posteaq̃ dixerũt, pascha & biduum: deinde commemorauerũt ꝙ erat Iesus in Bethania, vbi de illo precioso dicitur: Ioannes autẽ ante sex dies paschæ dicit Iesum venisse in Bethaniam, de eodẽ vnguento narraturus. Sed qui ita mouentꝰ, non intelligunt Matthæum & Marcũ illud quod in Bethania de vnguẽto factũ erat, non post illam prædicationẽ de biduo, sed adhuc cum sex dies essent ante pascha recapitulando posuisse. Hiero. Mysticè aũt Simon leprosus mundũ infidelẽ primo & postea fidelem significat, mulier aũt cum alabastro ecclesiasticam fidẽ, quę dicit: Nardus mea dedit odorẽ suum. Pistica nardus dicitur, id est mystica & precioſa. Domus impleta odore, cælũ & terra est. Fractũ alabastrũ, carnale desyderium est: qđ frangitur ad caput ex quo omne corpus compaginatũ est, recũbente ipso. i. humiliante se vt eum tangeret fides peccatricis, quę de pedibus ascẽdit ad caput: & ad pedes à capite descẽdit per fidẽ, id est ad Christũ & ad mẽbra eius. Sequiꝰ: Erãt aũt quidã indi. feren. intra semetip. dic. vt quid perdi. ista? Per synecdochẽ dicit vn⁹ pro multis, & multi pro vno. Perditus enĩ Iudas de salute perditionẽ inuenit, & in vite fructifera mortis laqueus nascitur. Sub prætextu aũt auaritiæ mysteriũ fidei loquiꝰ. Etenim nostra fides trecentis emitur denariis in decẽ sensibus interioribus scilicet & exterioribus, scilicet per corpus & animã & spiritũ triplicatis. Beda. Quod aũt dicit, Et fremuerũt in eã: nequaq̃ debemus de diligentibus Christũ apostolis dictũ credere, sed de Iuda potiꝰ sub numero plurali. Theo. Vel cõuenienter videt innui ꝙ discipuli plures mulierẽ arguerunt, eo ꝙ sæpe Christũ audierãt de eleemosyna docentẽ. Iudas vero nõ eadẽ intentiõe indigne tulit, sed propter amorem pecuniæ & turpe lucrũ: vnde & Ioannes ipsum solũ commemorat tanquã fraudulẽta intentione mulierẽ arguentẽ. Dicit autẽ: Et fre. in eã, id est molesti erant ei, exprobrãtes & iniurjas inferẽtes. Arguit autẽ dñs discipulos, eo quod desyderiũ impediunt mulieris. vnde sequiꝰ: Iesus autẽ dixit: Sinite eam, quid illi molesti estis? Postquã enim munus obtulerat, illam per opprobria peruertebãt. Orige. sup. Matthæum. Doluerunt em̃ de perditione vnguẽti, quod poterat venunda ri multo pretio & dari pauperibꝰ, tamẽ nõ debebat fieri hoc, quia cõueniẽs erat vt super caput Christi funderẽt sancta & decenti infusione. vnde sequiꝰ: Bonũ opus operata est in me. vsqueadeo autẽ efficax est laus huius operis boni, vt exhortẽt nos omnes odoriferis & precioſis operibus implere dñi caput, vt de nobis dicatur: quia bonũ opus fecim⁹ super caput Christi. quia semꝑ quidẽ habemus q̃diu in hac vita sumus pauperes nobiscũ, & opus habentes cura eorũ qui profecerũt in verbo & diuites facti sunt in sapientia dei. Non autẽ possunt sufficere vt semper diebus & noctibus habeãt secum filiũ dei id est verbũ & sapientiã dei. sequitur em̃: Semper enim pauperes habebitis vobiscũ, & cum volueritis potestis illis benefacere: me autẽ non semꝑ habebitis. Beda. Mihi quidẽ videtur in hoc loco de præsentia corporali locutus, quod nequaq̃ cum eis ita futurus sit post resurrectionẽ, quomodo tunc in omni cõuictu & familiaritate. Hiero. Dicit etiã, Bonũ opus operata est in me: quia qui credit in deum, reputatur ei ad iustitiã. Aliud est enĩ credere ei, & aliud credere in eũ, id est totum eiicere se in illum. Sequiꝰ: Quod habuit, id est qđ potuit, hoc fecit: præuenit vngere corpus meũ in sepulturã. Beda. Quasi diceret, vos putatis perditionẽ esse vnguenti, officiũ sepulturæ est. Theo. Præuenit enim quasi à deo ducta vngere corpus meum in signum sepulturæ futurę: in quo proditorem confundit, acsi ei diceret: Qua conscientia mulierem confundis, quæ in sepulturam corpus meum vngit: teipsum verò non confundis, qui me in mortem trades? Prophetizat autẽ dñs consequenter duas prophetias, scilicet quod euangeliũ eius prędicabitur in vniuerso mũdo: & quod opus mulieris laudabitur. vnde sequitur: Amen dico vobis, vbi cunque prædicatum fue. &c. Beda. Notandum autem quod sicut Maria gloriã adepta est in toto orbe de obsequio quod domino exhibuit: ita econuerso ille qui obsequio eius detrahere non timuit, longe latéq; infamatus est. sed dominus bonum laude digna remunerans, futuras impii contumelias tacendo præteriit.

Et Iudas Iscariotes unus de duodecim abiit ad summos sacerdotes, ut proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportunè traderet.

Beda. Infœlix Iudas damnũ qđ ex effusione vnguẽti feciſſe credebat, vult magistri precio cõpensare. vñ dicit: Et Iudas Iscar. vnus de duodecim abiit ad summos sacerdotes, vt ꝓderet eũ illis. Chry. in ser. de pas. Quid mihi ei⁹ patriã dicis? vtinã ipsum quoq; nescire licuisset. Sed alter erat discipulus, qui Iudas Iacobi Zelotes vocabaꝝ: & ne appellatiõe cognominis fiat cõfusio personarũ, ꝓpterea hũc ab illo separauit. Nõ aũt dixit, Iudas ꝓditor: vt doceat detractiones nescire, & accusationes declinare. Quod aũt dicit, Vnus de duodecĩ, auget detestabilitatẽ ꝓditoris. nã & alii discipuli erãt qui fuerãt numero 70. sed illi nõ intimi, nõ tanta cõfidẽtia sociati sunt: isti aũt 12. fuerũt cõprobati: hęc erat caterua legalis, de qua ꝓditor malignus exiuit. Hiero. Vnus tamẽ erat de 12. numero, nõ vnus merito: vnus corpore, nõ vnus animo. Abiit aũt ad prĩcipes postq̃ exiit, & intrauit in eũ Satanas, vnũquodque animal ad simile sibi iũgitur. Beda. Quod aũt dixit: Abiit, ostendit eũ non à principibus inuitatũ, nõ vlla necessitate constrictũ, sed sponte ꝓpria sceleratæ mẽtis iniſſe consiliũ. Theo. Dicit aũt vt ꝓderet eũ illis, id est vt annũciaret illis quando solus existeret. Timebãt aũt in eum irruere quando docebat, ꝓpter turbã. Hiero. Promittit autẽ se tradere vt magister eius diabolus ante dicebat: Tibi dabo protestatẽ hãc vniuersam. Sequiꝰ: Qui au. ga. sunt, & promi. ei. pec. se da. Promittũt quidẽ pecuniã, & amittunt vitã: quã ipse recipit, cũ vitã amittit. Chry. ĩ ser. de pas.

O dementiã,imò cupiditatem ꝓditoris.cũcta em̃ mala cupiditas procreauit.Nã cupiditas captas animas retinet,& oĩbus nodis alligatas cõstringit,& rerum obliuionẽ ponit,& alienationẽ mentis ostẽdit.Ab hac Iudas captiuꝰ cupiditatis insania,cõuersationis,mensę,discipulatus,admonitiõis,suasionis,oblitus est. Nã sequitur:Et quęre.qũo eum oppor.trade.Hiero.Sed opportunitas doli nunq̃ inuenit, vt nõ vindicet hic aut illic.

Iudęmulti hodie.

Beda. Multi hodie scelus Iudæ ꝙ dominũ ac magistrũ deũq; suũ pecunia vẽdiderit,velut ĩmane & nefariũ exhorret, nec tamẽ cauẽt.nã cũ ꝙ munericꝰ charitatis & veritatis iura ſpnũt,deũ q̃ est charitas & veritas ꝓdũt.

Et primo die azymorum, quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo uis eamus & paremus tibi ut manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem, & occurret uobis homo lagenam aquæ baiulans. Sequimini eum: & quocunque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit: Vbi est refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse uobis demonstrabit cœnaculum grande stratum: & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, & uenerunt in ciuitatem: & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha.

Chrysost.in ser.de pas.Quando Iudas de traditione tractabat,alii discipuli sunt de ꝑparatione paschæ solliciti.vnde dicitur:Et primo die azy.&c.Beda. Primum diem azymorũ 14.diem primi mensis appellat,quando fermento abiecto immolare,id est agnũ occidere solebant ad vesperam,quod exponẽs apostolus ait: Pascha nostrum immolatus est Christus. qui licet die sequenti,id est 15.luna sit crucifixus: attamẽ nocte qua agnus immolabatur, & corporis sanguinisq; sui tradens mysteria celebranda, & à Iudæis tentus ac ligatus, ipsius immolationis,hoc est passionis sue sacrauit exordium. Hiero. Azyma vero quæ cum amaritudine, id est lactucis agrestibus manducãtur,redẽptio nostra est,amaritudo vero passio domini. Theo. Ex hoc autẽ ꝙ dicunt discipuli: Quo vis eamus?manifestè videtur ꝙ Christꝰ hospitiũ aliquod nõ habebat,sed neq; discipuli ꝓprias domos:si enim habuissent,duxissent eũ ad illas.Hiero. Dicunt etiam: Quo vis eamus? vt cum voluntate dei dirigamus gressus nostros. dominꝰ autem indicat cum quo mãducat pascha,& more suo mittit duos, quod supra exposuimus.vnde sequitur:Et mit.du.ex di.suis & di.eis:Ite in ciuitat.Theo.Mittit quidem ex discipulis suis Petrum scilicet & Ioannẽ,vt Lucas dicit,ad ignotum hominem,innuens ex hoc ꝙ posset non pati.Nam qui mentem ignoti nouit vt ipsos reciperet, quid non operaretur in aliis?Dat etiam eis signum vt domũ scilicet inuenirẽt,cum subdit:Et occurret vob.&c. Aug. de con.euan.Marcus lagenã dicit, quam Lucas amphoram:ille vasis genus,iste modum significauit: vterque veritatem sententiæ custodiuit.Beda.Indicium autem præsentiæ diuinitatis est, ꝙ cũ discipulis loquens quid alibi futurum sit nouit.vnde sequitur:Et abi.disci.eius &c.Chry.in ser.de pas. Nõ illud quod nostrum,sed interim Iudæorum:illud autem quod nostrum est non solum constituit, sed ipse factus est pascha. Sed &cur illud manducauit?quia factus est sub lege,vt eos qui sub lege erant redimeret, & ipse legi requiem daret: & vt nemo dicat,quòd ideo eam euacuauerit, quia eam implere vt molestam & arduam non valuit: ipse prius eã compleuit,& sic fecit eam requiescere.Hiero.Mysticè autem ciuitas ecclesia est,quæ muro fidei cingitur:homo occurrens,populus primitiuus est: amphora aquæ, lex literæ.Beda.Vel aqua lauacrum gratiæ:lagena fragilitatem designat eorum, per quos eadem erat gratia mundo monstranda. Theoph. Lagenam aquæ portat, qui baptizatus est: qui autem baptisma baiulat, venit ad requiẽ secũdum rationem viuens: & sicut in domo requie potitur.vnde subdit: Sequimini eũ.Hiero.Qui scilicet ducit in altum vbi est refectio Christi.Domiꝰ domus Petrus apostolus est,cui dominus domum suam credidit, vt sit vna fides sub vno pastore. Cœnaculum grande,ecclesia magna est, in qua narratur nomen dñi strata veritate virtutũ & linguarũ. Beda. Vel cœnaculum magnũ spiritualiter lex est, quæ de angustiis literę egrediẽs,& sublimi loco,id est in alto mẽtis solario recipit saluatorẽ.Cõsultè autẽ siue aquę baiuli,siue domini domꝰ sunt prætermissa vocabula,vt oĩbus verũ pascha celebrare volẽtibus,hoc est Christi sacramẽtis imbuit,eũq; suæ mẽtis hospitio susciperе quærẽtibus, facultas dãda signetur.Theo. Vel dñs domus intellectus est,qui ostẽdit cœnaculũ grãde.i. altitudinẽ intelligentiarũ:quod & si altum sit,tamẽ nihil habet vanę glorię & tumoris,sed sternitur & planũ fit humilitate.Ibi autem, id est in tali mẽte pascha Christo paratur à Petro scilicet & Ioanne,id est ab actione & contemplatione.

Vespere autem facto, uenit cum duodecim. Et discumbentibus eis & manducantibus, ait Iesus: Amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me, qui manducat mecum. At illi cœperunt contristari, & dicere ei sigillatim: Nunquid ego? Qui ait illis: unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis uadit, sicut scriptum est de eo. Væ autem homini illi, per quem filius hominis traditur. Bonum erat ei si non esset natus homo ille.

Beda.Dominus qui de sua passione prædixerat, etiã de proditore prædicit,dãs locũ pœnitẽtiæ:vt cũ intellexisset sciri cogitationes suas,pœniteret eũ facti sui. vnde dicitur:Vespere aũt facto,venit &c. Chrys.in ser.de pas.Vbi patet ꝙ non apertè eũ omnibus publicabat,ne impudentiorẽ eũ faceret:nec etiã penitus silentio præteribat,ne celari arbitratus,audacter ad proditionẽ ꝓperaret.Theo.Sed quomodo discũbentes cœnabãt, cũ lex præciperet quòd stantes erecti deberent pascha comedere? Probabile aũt est prius eos adimplesse pascha legale:deinde discubuisse,incipiente eo propriũ tradere pascha.Hier. Vespera autẽ diei,vesperã indicat mundi. Circa vndecimam nanq; horã veniũt nouissimi:qui primi denariũ æternæ vitæ accipiunt. Omnes igitur discipuli tanguntur à domino,vt fiat harmonia cytharæ: omnes nerui bene suspensi cõsona voce respõdent. Nã sequitur:At illi cœperũt cõtristari,& dicere ei sigillatim: Nunquid ego?Vnꝰ aũt remissus, & pecuniæ amore madefactꝰ dixit:Nũquid ego sum rabbi? sicut in Matthęo legitur.Theo.Cœperũt autẽ alii discipuli cõtristari ꝓpter domini verbũ.Nã etsi extra hanc existerẽt passionem,magis tamen credunt illi q̃ omniũ nouit corda, q̃ sibi.sequitur: Qui ait illis:vnus ex duodecim, q̃ intingit mecum manũ in catino.Beda.Iudas scilicet qui cęteris contristatis & retrahentibus manum,cum magistro manũ mittit in catinũ.Et quia prius dixerat:Vnus ex vobis me tradet,& perseuerat ꝓditor in malo,manifestius arguit,& tamen nomẽ ꝓprium non designat. Hiero.Dicit autẽ: Vnus de duodecim, quasi ab eis separatus.separat enim seorsum lupus ouem,quam capit. Ouis quæ de ouili egreditur, lupi morsibus patet.Iudas autẽ nec primo,nec secundo correptus à proditione retrahit pedem,vnde pœna prędicitur:vt quem pudor non vicerat,corrigant denunciata supplicia,& hoc estquod subditur:Et filius quidem ho.va. sicut scriptũ estde eo.Theop.Per hoc quod dicit,Vadit,ostenditur ꝙ mors Christi fuit volũtaria,& nõ necessaria. Hiero. Sed quia multi bonum vt Iudas faciunt,sed omnino illis non proficit,recte subdit:Væ autẽ ho.il.per quem fi. ho.tradet. Beda. Sed & hodie quoq; in sempiternũ væ illi homini, qui ad mensam dñi malignus accedit. Etenim ille in exemplũ Iudæ filium hoĩs tradit,nõ quidẽ Iudęis peccatoribus,sed tamen peccatoribus membris suis.sequitur:Bonũ erat ei,si non esset natus homo ille. Hiero.Scilicet intimo latẽs vtero materno. melius em̃ est nõ esse,quàm ad tormẽta esse.Theo.Quantũ em̃ ex fine,melius fuisset ei ꝙ esset si nõ ꝓditor existeret:nam deus fecit ipsum ad opera bona, sed postquàm ad tãtã deuenit malitiam,melius fuisset ei si natus non fuisset.

Nota verba.

Et mãducãtibus illis, accepit Iesus panẽ, & benedicẽs fregit & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meũ. Et accepto calice, gratias agẽs dedit eis. Et biberunt ex illo oẽs. Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Amẽ dico uobis, quia iam non bibam de genimine uitis usq; in diem illum cum illud bibam nouum in regno dei.

Beda.Finitis paschę veteris solẽniis transit ad nouũ vt.s.ꝙ carne agni ac sanguine, sui corporis sanguinisq; sacramẽtũ substitueret.vnde sequit:Et manducan.illis accepit Iesus panem:vt scilicet ipsum se esse mõstraret, cui iurauit dñs:Tu es sacerdos inęternum secundũ ordinẽ Melchisedech.sequit:Et benedicens fregit.Theo. Id est gratias agẽs fregit, quod & nos facimus orationes superaddẽtes.Beda.Frãgit etiã ipse panẽ quẽ discipulis porrigit,vt ostẽdat corporis sui fractionẽ nõ absque sua sponte vel ꝓcuratione futurã:quẽ etiã benedixit,quia naturã humanã quam passurus assumpsit,ipse vnà cũ patre & spiritu sancto gratia diuinę virtutis impleuit.Benedixit panẽ ac fregit:quia hominẽ assumptũ ita morti subdere dignatus est, vt ei diuinæ ĩmortalitatis inesse potentiã demõstraret, ideoq; velocius eum à morte resuscitandũ esse doceret.sequit:Et dedit eis,& ait:Sumite:hoc est corpꝰ meum.Theo.Hoc scilicet qđ nunc do,& quod nũc sumitis.Non aũt panis figura tãtum corporis Christi est,sed in ꝓprium Christi corpus transmutatur.nam dñs ait: Panis quem ego dabo,caro mea est.Sed tamen caro Christi non videtur ꝓpter nostram infirmitatẽ,panis em̃ & vinũ de nostra consuetudine est.si vero carnem & sanguinẽ cerneremus, sumere non sustinerẽmꝰ:propter hoc dominꝰ nostræ infirmitati condescendens,speciem panis & vini conseruat,sed panẽ & vinum in veritatem conuertit carnis & sanguinis.Chry.in ser.de pas.Et nũc etiã ille præsto est Christus:qui illã ornauit mensam,ipse istã quoq; consecrat. Non em̃ homo est qui ꝓpositũ corpus Christi facit & sanguinem,sed ille q̃ pro nobis crucifixus est Christus. Sacerdotis ore verba proferunt,& dei virtute cõsecrãtur & gra,hoc verbo qđ dicit:Hoc est corpꝰ meũ,propositã cõsecrant:& sicut illa vox quę dicit, Crescite & multiplicamini,& replete terrã, semel quidẽ dicta est, sed oĩ tẽpore sentit effectũ ad generationẽ operante natura:ita & vox ista semel quidẽ dicta est,sed ꝑ oẽs mensas ecclesię vsq; in hodiernũ diẽ, & vsq; ad eiꝰ aduentũ

Allegoria corporis Christi.

prẽstat sacrificio firmitatẽ.Hiero. Mystice aũt in pane trãsfigurat dñs corpus suũ, qđ est ecclesia præsens,quæ accipit in fide,benedicit in numero, frangit in passionibus,datur in exemplis, sumitur in doctrinis, formaꝫ in sanguine suũ in calice,vino & aqua cõmixtũ,vt alio purgemur à culpis,alio redimamur à pœnis.Sanguine nãq; agni seruantur domus à pcussione angeli,& aqua maris ruõri extinguũtur inimici,quę sunt mysteria ecclesiæ Christi.vnde sequit:Et acci.cali. grat.ag.de.eis. Gratia em̃ & nõ meritis saluati sumus à deo. Greg.ii. mor.Cũ appropinquaret etiam passioni,accepto pane, gratias egisse phibetur: Gratias itaq; egit q̃ flagella alienæ iniquitatis susceperit:& qui nil pcussione dignum exhibuit,humiliter in passione benedicit:vt hinc ostẽdat quid vnusquisq; in flagello culpæ facere debeat, si ipse æquanimiter flagella culpæ portat alienæ: vt hinc etiam ostendat quid in correctiõe faciat subditus, si in flagello positus patri gratias egit æqualis.Beda. Quia & nos in Christo,& in nobis Christum manere oportet, vinum dominici calicis aqua miscetur. Attestante enim Ioanne aquæ populi sunt,& neq; aquam solã,neque solũ vinũ cuiq̃ licet offerre:ne talis oblatio caput à mẽbris secernendũ esse significet,& vel Christũ sine nostræ redẽptionis amore pati potuisse,vel nos sine illius passione saluari ac posse offerri contingat.sequitur:Et biberunt ex illo oẽs.Hiero.Ebrietas felix,satietas salutaris:quæ quanto copiosius sumitur,tãto sobrietatẽ mẽtis donare dignatur.Theo.Quidã aũt dicunt Iudã mysteriorũ non fuisse participem,sed quòd exiuerit antequàm dominus mysteria largiretur. Alii etiam dicunt quòd illi tradidit de illo mysterio.Chry. in ser.de pas. Christus enim sanguinem ei qui eum vendidit offerebat,vt haberet remissionem peccatorum, si tamen impius existere noluisset.Hiero.Bibitergo Iudas,sed non saturatus,nec sitim extinguit ignis ęterni:quia in igne sumit mysteria Christi, cuius sacrificiũ non emundat, sed eos cogitatio insipiẽs perducit ad culpas,qui se cõnosis crudelitatis fœtoribus miscuerunt. Chry. in ser. de pas.Nullus ergo sit Iudas in domini mẽsa:hoc sacrificium cibus spiritualis est. nam sicut corporalis cibus cum ventrem inuenerit aduersis humoribus occupari, amplius lædit:ita est & iste spiritualis cibus,si aliquem reperit malignitate pollutũ,magis eum perdit,non sua natura,sed accipiẽtis vitio. Pura igitur sit mens in oĩbus,pura cogitatio,quia & sacrificium purũ est.sequitur:Et ait illis:hic est san.meus noui testamenti. Beda. Hoc ad distinctionem respicit veteristestamenti,quod hircorum & vitulorum est sanguine dedicatum, dicente inter aspergendum legislatore, hic est sanguis testamenti quod mandauit ad nos deus. sequitur: Qui pro multis effundetur. Hiero. Non enim omnes emundat. sequitur:Amen dico vobis quòd &c.Theo.Quasi diceret:Non bibam de vino vsq; ad resurrectionem: regnũ enim resurrectionem vocat,quasi tunc regnauerit contra mortem.Post resurrectionem vero bibit cum discipulis, & comedit, ostendens quòd idem ipse esset qui passus est.Nouum autem bibit illud.i.nouo quodã modo & alieno.Non enim corpus habebat passibile indigens cibo,sed immortale & incorruptibile. Intelligendum est autem & sic:Vitis est ipse dominus,genimẽ vitis mysteria,& intellectus occultus quem ipse generat, qui docet hominem scientiam.In regno autem dei.i.in futuro seculo bibet cum suis discipulis mysteria & sapientiam, noua quædam nos docens, & reuelans quæ nunc occultat.Beda.Vel aliter: Vitem siue vineam domini appellatam esse synagogam Esaias testatur,dicẽs: Vinea domini sabaoth domus Israel est.Iturꝰ ergo dominus ad passionem ait: Iam non bibam de genimine vitis,ac si aperte dicat: Non vltrà carnalibus synagogæ cerimoniis delectabor, in quibus etiam ista paschalis agni sacra locum tenuere præcipuũ. Aderit enim tempus meæ resurrectionis, aderit dies illa cum in regno dei positus,id est gloria vitę immortalis sublimatus, de salute eiusdẽ populi fonte gratiæ spiritualis regenerati vobiscum gaudio perfundar.Hiero.Considerãdum autem quòd hic dominus mutat tantùm sacrificium, sed non mutat tempus, vt nos nunquam cœnã domini ante quartãdecimã lunã faciamus: qui facit in xiiii.resurrectionẽ,in xi. luna cœnam dñi faciet, quod nunquam in veteri testamento nec in nouo factum est.

Mixtio vini & aquæ in calice.

Iudas cõmunicatus fuit cũ aliis.

Anagoge vini noui.

Cytharæ harmonia.

Cõsensꝰ euãgelę

Paschæ ratio mystica.

Universidad de Deusto Biblioteca

Et hymno dicto,exierunt in montem oliuarum. Et ait eis Ieſus: Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta:quia ſcriptum eſt,percutiam paſtorem,& diſpergẽtur oues.Sed poſt quam reſurrexero,præcedam uos in Galilæam.Petrus autem ait illi:Et ſi omnes ſcandalizati fuerint,ſed nõ ego.Et ait illi Ieſus:Amen dico tibi,quia tu hodie in nocte hac priuſquam gallus uocẽ bis dederit,ter me es negaturus.At ille amplius loquebatur: Et ſi oportuerit me ſimul commori tibi, non te negabo.Similiter autem & omnes dicebant.

Hila.Sicut gratias egerũt antequã biberent,ita etiã gratias agũt & poſtquã biberũt.vnde dicit̃: Et hymno dicto exierunt in mõtem oliuarũ:vt ſcilicet addiſcas & ante cibũ, & poſt cibũ gratiarũ reddere actiones.Hier. **Hymn⁹ Ieſu quis fuerit.** Hymnũ em̃ dicit laudẽ dñi,vt eſt in pſalmo:Edẽt pau. & ſa.& lau.domi.qui requi.eũ. Et adorauerũt & manducauerunt oẽs pingues terræ. Theo.Simul etiã & hic oſtendit ꝙ amplectibile erat ſibi pro nobis mori: quia cũ tradendus erat,deũ laudare dignatus eſt.Docet etiã nos cũ in anguſtias incidim⁹ ꝓpter multorũ ſalutẽ non contriſtari,ſed deo gratias agere,qui in noſtra tribulatione operat̃ multorũ ſalutem.Beda.Poteſt etiã hymn⁹ ille intelligi quem dñs ſecundũ Ioannẽ patri gratias agens decantabat,in quo & pro ſeipſo, & diſcipulis, & pro eis qui per verbũ ipſorum credituri erant, eleuatis ſurſum oculis precabat̃.Theo.Exiuit autẽ in montem: vt ad eũ ſolitariũ exiſtentem exeuntes ipſum caperent abſq; tumultu. Si em̃ acceſſiſſent cum ĩ ciuitate manebat,fortè fuiſſet multitudo populi conturbata,& tunc manifeſtè occaſionẽ inimici captantes viderent̃ ipſum iuſtè interficere tanquã populum cõcitantẽ.Beda.Pulchrè etiam dñs diſcipulos ſacramentis imbutos in mõtem educit oliuarũ, vt typicè deſignet nos ꝑ acceptionẽ ſacramentorũ ad altiora virtutum dona & chariſmata ſancti ſpiritus,quibus in corde perungamur aſcendere debere.Hier. **Captus Ieſus in orto.** In monte etiam oliueti Ieſus tenetur, vnde ad cælos aſcendit: vt nos ſciamus quia inde aſcendimus ad cælos,vnde vigilamus & oram⁹,ligamur nec repugnamus in terra.Beda. Prædicit autem dñs diſcipulis quid paſſuri ſunt,vt cũ paſſi fuerint,non deſperẽt ſalutem ſed agentes pœnitentiam liberent̃. vnde ſequitur:Et ait illis Ieſus, Oẽs ſcãdalizabimini in me in nocte iſta.Hiero. Omnes quidem cadunt, ſed non omnes iacent.Nũquid em̃ qui dormit nõ adiiciet vt reſurgat? Carnale eſt cadere,ſed diabolicũ eſt iacere. Theo.Permiſit autem eos dñs cadere, vt nõ in ſeipſis confidant: & ne videret̃ hoc qđ prædixerat ex quodam argumento apparẽti prædixiſſe,inducit teſtimonium Zachariæ ꝓphetæ.vnde ſequit̃:Percutiam paſtorem, & diſpergẽtur oues gregis.Beda.Hoc aliis verbis in Zacharia ꝓpheta ſcriptum eſt,& ex perſona ꝓphetæ ad dominum dicitur:Percute paſtorem,& diſpergent̃ oues.Propheta enim poſtulat paſſionem dñi,pater reſpondet:Percutiam paſtorem,precibus inferiorum.Filius à patre mittitur,& percutitur, id eſt incarnatur & patitur. Theo. Dicit autẽ pater:Percutiam paſtorem,quia ipſum percuti dimiſit.Oues diſcipulos dicit,quaſi innocentes & quaſi abſq; malitia.Vltimo conſolationem inducit, dicens:Sed poſtquam reſurrexero,præcedam vos in Galilæam. **Reſurrectiõis argumẽtũ.** Hiero. In quo vera promittitur reſurrectio,vt ſpes nõ extinguatur. Sequitur: Petrus autem ait ei:Et ſi omnes ſcandalizati fuerint,ſed non ego.Ecce auis ſine pennis in altum volare nititur, ſed corpus aggrauat animam,vt timore humanæ mortis timor dñi ſuperetur. Beda.Et Petrus ergo de ardore fidei promittebat, & ſaluator quaſi de⁹ futura nouerat.vnde ſequit̃:Et ait il.Ie.Amen dico tibi &c.Aug de con. euan. Cum omnes euangeliſtæ dicant prædixiſſe dominum quòd eum Petrus eſſet negaturus,antequam gallus cantaret:Marcus hoc ſolũ narrauit expreſſius,vnde nõnullis videtur non cõgruere cæteris:quia parum attendunt. **Negationis Petri.** Tota em̃ Petri negatio trina eſt,quæ ſi tota poſt primũ galli cantum inciperet,falſum dixiſſe viderentur tres alii euangeliſtæ,ꝙ ſcilicet anteq̃ gallus cantaret,ter eũ eſſet negatur⁹. Rurſus ſi totã trinã negationẽ ante ꝑegiſſet q̃ cãtare gall⁹ inciperet: ſuperfluo dixiſſet Marc⁹ ex perſona domini, Priuſquam gallus bis vocem dederit,ter me negaturus es. Sed quia ante primum galli cãtũ cœpta eſt illa trina negatio, attenderunt illi tres nõ quando eam completurus eſſet Petrus,ſed quanta futura eſſet,id eſt trina,& quando cœptura,id eſt ante galli cãtũ:quanquã in animo eius & ante primũ galli cantũ tota concepta eſt,Marcus aũt de ipſarum vocũ interuallo planius elocutus eſt.Theo.Quod ſic intelligit̃:Petrus ſemel negauit,deinde gallus cantauit:negante vero eo duabus aliis negationibus,tunc gallus ſecundo vocem emiſit. Hiero. Gallus lucis nũcius quis eſt niſi ſpiritus ſanctus? cuius voce in prophetia & in apoſtolis nos de trina negatiõe excitamur ad amariſſimos poſt lapſum fletus,qui male cogitauimus de deo,& male locuti ſumus ad proximos, & male fecim⁹ ad noſmetipſos.Beda.Fides autem apoſtoli Petri,& ardens affectus ad dominũ conſequenter oſtẽditur.Sequit̃ enim:At ille ampli.loque.Et ſi opor.me ſi.commo.tibi,non te negabo. Theo. Feruorem etiam intrepidũ & alii diſcipuli oſtẽderunt.Nam ſequit̃: Similiter aũt & omnes dicebant: ſed tamen reſiſtebant veritati,quã Chiſtus prędixerat.

Et ueniunt in prædiũ cui nomen Gethſemani, & ait diſcipulis ſuis:Sedete hic donec orẽ.Et aſſumit Petrum & Iacobũ & Ioannem ſecũ,& cœpit pauere & tædere.Et ait illis: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ.Suſtinete hic,& uigilate.Et cum proceßiſſet paululũ,procidit ſuper terrã:& orabat ut ſi fieri poſſet,trãſiret ab eo hora,& dixit:Abba pater, omnia poßibilia tibi ſunt,tranſfer calicẽ hũc à me. Sed nõ quod ego uolo,ſed quod tu.Et uenit,& inuenit eos dormientes. Et ait Petro:Simon,dormis? Non potuiſti una hora uigilare mecũ? Vigilate & orate,ut nõ intretis in tẽtationẽ. Spiritus quidẽ promptus eſt,caro uero infirma.Et iterũ abiens orauit,eundem ſermonẽ dicens.Et reuerſus denuo,inuenit eos dormientes(erant enim oculi eorũ grauati) & ignorabãt quid reſpõderent ei.Et uenit tertio,& ait illis:Dormite iã & requieſcite,ſufficit.Venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite,eamus.Ecce qui me tradet,prope eſt.

Gloſſa,Poſtquam dominus ſcandalum diſcipulorum prędixerat,nunc euangeliſta narrat de oratione ipſius, in qua pro diſcipulis creditur oraſſe: & primo deſcribens locum orationis dicit:Et veniunt in prędium cui nomen Gethſemani.Beda.Monſtratur vſque hodie locus Gethſemani,in quo dominus orauit ad radices mõtis Oliueti. **Gethſemani interpretatio.** Interpretatur autẽ Gethſemani,vallis pinguium ſiue pinguedinum.Cum autem dominus in mõte orat, nos docet ſublimia orando inquiri debere. At cum in valle pinguedinis orat: inſinuat nobis humilitatem ſemper in orationibus, & internę pinguedinem dilectionis eſſe ſeruandam. Ipſe etiam per vallem humilitatis & pinguedinem charitatis ꝓ nobis mortem ſubiit. Hiero. In valle etiam pinguedinum tauri pingues obſederunt eum. Sequitur: Et ait diſcipulis ſuis, Sedete hic donec orem.Separantur in oratione,qui ſeparantur in paſſione:quia ille orat,illi dormiunt,pigredine cǫrdis oppreſſi.Theo. Singulariter etiã erat conſuetudo illi ſemper orare,formã nobis tradens vt ſilentium & ſolitudinẽ in orationibus requiramus. Sequit̃: Et aſſumit Petrum & Iacobum & Ioannẽ ſecum. Illos

tres tantum aſſumit,qui gloriæ eius in monte Thabor inſpectores extiterant:vt qui glorioſa viderãt, viderẽt etiam triſtia, & addiſcerent ꝙ verus erat homo in hoc ꝙ triſtat̃.vñ ſequit̃:Et cœ.pa.& tæ.quia em̃ totũ aſſumpſerat hominẽ,aſſumpſit & naturales proprietates hominis,pauere & tædere & contriſtari naturaliter.nam homines naturaliter inuiti tendũt ad mortẽ. vñ ſequit̃: Et ait il. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Beda. Quaſi deus in corpore cõſtitut⁹ fragilitatẽ carnis exponit,vt eorũ qui ſacramentũ incarnationis obiurgãt, excluderetur impietas.nã qui corp⁹ ſuſcepit,omnia debet ſuſcipere quæ corporis ſunt,vt eſuriret, ſitiret,angeretur,cõtriſtaretur. Diuinitas enim ꝑ hos cõmutari neſcit affectus. Theo. Quidã aũt hoc ſic intellexerunt q.d.Triſtor em̃ non ꝙ mori debeo, ſed ꝙ Iſraelitæ ꝓpinqui mei me crucifixuri ſunt, ac per hoc à regno dei debent excludi.Hiero.In hoc etiã pauere & triſtari do- **Cauſa triſtitię Chriſti.** cemur ante iudiciũ mortis, ꝙ nõ poſſumus ꝑ nos dicere,ſed ꝑ illũ:Venit princeps mũdi huius, & in me non habet quicq̃.ſequit̃:Suſt.hic & vi.Beda. Non à ſomno dormitionis prohibet,cuius tempus nõ erat imminente diſcrimine,ſed à ſomno infidelitatis,& torpore mẽtis.Paululũ aũt procedens ruit in faciem ſuã:& humilitatem mẽtis,habitu carnis oſtendit.vñ ſequit̃: Et cum pro.pau.&c.Aug.de con.euã. Nõ dixit ſi facere poſſet, ſed ſi fieri poſſet.fieri em̃ poteſt quod ille voluerit. Sic itaq; dictũ eſt,Si fieri poteſt:ac ſi diceretur,ſi vellet.Et ne quis putaret eũ patris minuiſſe poteſtatem:manifeſtauit quo intellectu accipiendũ ſit quod dictũ eſt. Nã ſequit̃,& dixit:Abba pater,om.ti.poſ.ſunt. In quo ſatis oſtendit non ex impoſſibilitate ſed ex volũtate pa- **Cõſenſ⁹ euãgel.** tris dictũ eſſe,ſi fieri poteſt. Quòd aũt Marcus nõ ſolũ pater,ſed abba pater eũ dixiſſe cõmemorat:hoc eſt abba Hebraicè,quod Latine pater. Et fortaſſe dñs ꝓpter aliquod ſacramentũ vtrunq; dixit: volens oſtendere ſe illã triſtis perſonã iã ſui corporis .i. eccleſiæ ſuſcepiſſe, cui factus eſt angularis lapis venienti ad eũ partim ex Hebręis,ad quos ꝑtinet ꝙ ait abba: partim ex gẽtib⁹, ad quos ꝑtinet ꝙ ait pater.Beda.Orat aũt trãſire calicem:vt oſtendat verè ꝙ homo erat.vñ ſubdit:Tranſfer ca.hunc à me.Reminiſcẽs aũt & ꝓpter quid miſſus eſt, ꝑficit diſpẽſationẽ ad quã miſſus eſt:& clamat, Sed nõ qđ ego volo,ſed qđ tu.q.d.Si morit̃mors,me nõ moriẽte ſecundum carnẽ,tranſeat calix. verũ quia non aliter hoc fiet,nõ quod ego volo,ſed quod tu.Multi adhuc cõtriſtãt̃ futura morte,ſed habeãt rectũ cor,vitent mortẽ q̃ poſſunt,ſed ſi non poſſunt,dicant id quod ꝓpter nos dñs dixit. Hiero. Ex quo etiam vſq; in finem non ceſſat nos docere patribus obedire, & volũtatem eorum, voluntati noſtræ præponere. Sequitur: Et ven.& inue.eos dor.Sicut em̃ dormiũt mẽte,ſic & corpore.Poſt orationẽ aũt dñs veniens, & videns diſcipulos dormiẽtes,Petrũ ſolũ increpat.Vnde ſequit̃:Et ait Pe. Si.dor. non potuiſti vna ho.vig.me.Quaſi dicat: Qui vna hora nõ potuiſti mecũ vigilare, quomodo mortẽ ſpernes tu q̃ ſpõdes mori mecũ?Sequit̃:Vig.& ora.vt nõ int.in ten.ſ.negãdi me.Beda.Nõ ait:Orate ne tẽtemini, quia impoſſibile eſt humanã animã nõ tentari,ſed ne intretis in tentationẽ,hoc eſt ne vos tẽtatio ſuperet. Hiero. In tentationẽ aũt intrare dicit̃,q̃ orare negligit.Sequitur:Spiritus quidẽ prõptus eſt,caro aũt infirma.Theo. q.d.Spiritus quidẽ veſter prõptus eſt ad me nõ negandum,& propterea hoc ꝓmittitis : ſed caro veſtra intãtum infirmata eſt,ꝙ niſi dñs ꝑ orationẽ virtutem carni dederit,in tentationẽ intrabitis.Beda.Temerarios hic reprimit,q̃ quicquid crediderint,putãt ſe cõſequi poſſe:ſed quantũ ex mentis ardore cõfidimus,tantũ ex fragilitate carnis timeamus.Facit etiam hic locus aduerſus eos qui dicunt vnam in domino operationẽ, & vnã volũtatem fuiſſe.Duas enim voluntates oſtendit : humanam ſcilicet,quæ propter infirmitatem carnis recuſat paſſionem:& diuinã,quæ promptiſſima eſt. Sequitur:Et iterum abi.ora.eundem ſermonẽ dicens. Theo. **Oratio ſecũdaria.** vt ſcilicet per ſecundariam orationem ꝙ verus homo eſſet, affirmaret. ſequitur: Et reuer.de. inuen.eos dormient.tamen non vehementer redarguit. Erant enim oculi eorum grauati,ſcilicet ſomno. Et ignor.quid reſponderẽt ei: per hoc infirmitatem humanam addiſcas, ne ſcilicet grauati ſomno ꝓmittamus ea quæ nobis impoſſibilia ſunt. Ideo tertio abiit ad orandum oratione prędicta. vnde ſequitur:Et ven.tert.& ait illis: Dorm. iam & req.Non turbatur contra illos,cum poſt redargutionem peius fecerint, ſed ironicè dicit illis:Dorm. iam & req. quia iam ſciebat ꝙ proditor appropinquabat.Et ꝙ ironicè dixerit apparet per hoc quod ſubdit̃: Sufficit,venit hora,ecce tra.fi.ho.in ma.pec.Hoc dicebat deridens ſomnũ eorum,quaſi diceret, nunc tempus eſt vt dormiatis quando inimicus appropinquat.Deinde ſubiungit:Sur.ea.ec.qui me tra.pro.eſt.Nõ vt fugerent hoc dixit:ſed vt inimicis obuiarent.Augu.de con. euan.Vel aliter:Per hoc ꝙ cum dixiſſet,Dor.iã & req. **Ironica locutio.** adiungit,Sufficit.& deinde infert,Venit hora:ec.trad. fil.ho.vtiq; intelligendũ eſt poſt illud, Dor. & requ.ſiluiſſe dominum aliquantũ,vt hoc fieret quod pręmiſerat:& tũc intuliſſe,Venit hora.& ideo interponit, Sufficit.ſ.ꝙ requieuiſtis.Hiero.Trina aũ diſcipulorũ dormitio tres mortuos,quos dñs ſuſcitauit,ſignat:primus **Trina dormitio.** in domo, ſecũdus ad ſepulchrum, tertius de ſepulchro. Trina aũt dñi vigilia docet nos orãdo,& de præteritis & de futuris & de præſentibus veniam rogare.

Et adhuc eo loquẽte,uenit Iudas Iſcariotes unus de duodeci & cum eo turba multa cũ gladiis & lignis, miſſi à ſummis ſacerdotibus & ſcribis & ſenioribus. Dederat autem traditor eis ſignum, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum,& ducite cautè:Et cũ ueniſſet, ſtatĩ accedens ad eũ,ait: Aue Rabbi.Et oſculatus eſt eũ.At illi man⁹ iniecerũt in Ieſum: & tenuerunt eum. Vnus autem de circunſtantibus, educens gladium percuſſit ſeruũ ſummi ſacerdotis,& amputauit illi auriculam. Et reſpondens Ieſus, ait illis: Tanq̃ ad latronẽ exiſtis cum gladiis & lignis comprehendere me? Quotidie eram apud uos in templo docens,& nõ me tenuiſtis.Sed ut impleãtur ſcripturæ. Tunc diſcipuli eius relinquentes eũ, omnes fugerunt. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum amictus ſyndone ſuper nudo,et tenuerunt eum. At ille reiecta ſyndone,nudus profugit ab eis.

Beda.Poſtq̃ tertio dominus orauerat, & apoſtolorũ timorem ſequente pœnitentia impetrauerat corrigendum,ſecurus de paſſione ſua pergit ad perſecutores, de quorũ aduẽtu euãgeliſta dicit:Et ad.eo loq.ve.Iu.Iſca. vnus de duodec. Theo. Hoc nõ fruſtra ponitur, ſed ad maiorẽ redargutionẽ:ꝙ cũ de primo choro diſcipulorũ exiſteret,contra dñm in rabiẽ ver.eſt. Sequit̃:Et cũ eo turba multa cum gladiis & lignis miſſi à ſummis ſacerdotibus & ſcribis & ſenioribus. Hiero. Incumbit em̃ virtuti ſeculi,qui deſperat de adiutorio dei.Beda. Adhuc tamẽ habet aliquid Iudas de verecundia diſcipuli, cum eum nõ palã tradidit ꝑſecutoribus, ſed ꝑ ſignum oſculi.vñ ſequit̃:Dede.au.trad.eis ſig.dic.Quemcunq; **Oſculũ traditoris.** oſcu.fuero &c.Theoph.Vide eius inſenſibilitatẽ,quomodo credebat in oſculo Chriſtum decipere, vt quaſi amicus æſtimaretur. Si autẽ amicus eras ô Iuda, cuius gratia cum inimicis acceſſiſti? ſed omnis prauitas ſine

Universidad de Deusto Biblioteca

prouidentia est.Sequitur:Et cum ve.statim &c.Hiero. Dat Iudas signũ osculi cũ veneno doli,sic Cain obtulit sacrificiũ subdolũ & reprobatũ.Beda.Inuidens autẽ & scelerata cõfidentia magistrũ vocat & osculũ infert ei quem tradit.Suscipit aũt dñs osculũ traditoris,nõ quo simulare nos doceat, sed ne proditionẽ fugere videat, simul & illud Psal.complens: Cũ his q̃ oderũt pacẽ erã pacific⁹,sequit:At il.ma.in.in Iesu.&c.Hiero. Hic adest Ioseph venditus à fratribus, & ferrũ pertrãsiuit animã eius.Sequitur:Vnus au.de cir.&c. Beda. Petrus hoc fecit,vt Ioannes declarat,eodẽ mentis ardore quo cætera faciebat.Sciebat enim quomodo Phinees puniendo sacrilegos, mercedẽ iustitiæ & sacerdotii perennis acceperit.Theo.Tacet autẽ nomen eius Marcus,vt nõ videretur suũ laudare magistrũ quasi zelãtẽ pro Christo. Innuit aũt Petr⁹ ex hoc q̃ inobedientes erãt & incredu li spernẽtes scripturas. nã si habuissent aures audientes scripturas,non crucifixissent dñm gloriæ. Amputauit autem auriculã serui summi sacerdotis.nã summi sacerdotes primo præteribant scripturas, quasi serui nõ audientes facti.Sequitur:Et ref.Ies.ait il.Tanq̃&c.Beda. quasi dicat:Stultũ est cũ gladiis & fustibus quærere eũ qui vltro se vestris tradidit manibus, & in nocte quasi latitantẽ p proditorẽ inuestigare,qui quotidie in tẽplo docebat.Theo. Istud autẽ diuinitatẽ eius ostẽdit:quando enim in templo docebat, non valuerũt ipsum capere,q̃is in manib⁹ eorũ esset, quia nondũ tempus aduenerat passionis.quãdo autẽ ipse voluit,tunc tradidit seipsum,vt adimplerent scripturæ,quia tanq̃ agnus ad occisionẽ ductus est nõ clamãs neq; vociferans,sed voluntariè patiẽs.Sequit:Tunc dis. eius re.eũ,om.fug. Beda. In hoc impletur sermo,quẽ dñs dixerat,q̃ omnes discipuli scãdalizarent in ipso in illa nocte.Sequit: Ado.au. qui.seq.il.ami.syn. sup nudo, subauditur corpore,quia non aliud induméti q̃ solã habebat syndonẽ.Sequitur: Et tenuerũt eum.At ille re.syn.nu.pro.ab eis, quorũ.s. præsentiã detestabatur & facta: nõ à dño, cuius amorẽ & absens corpore fixũ seruauit in mente. Hiero. Sicut etiam Ioseph relicto pallio nudus de manibus impudi cæ fœminę aufugit.Qui vult effugere man⁹ iniquorũ, relinquẽs mẽte quę mũdi sunt,fugiat post Iesum. The. Probabile autẽ videtur q̃ hic adolescẽs erat de illa domo,in qua Pascha comederãt. Quidã verò dicũt hunc adolescentẽ fuisse Iacobũ frattẽ domini q̃ dicebatur iustus,qui ab apostolis post Christi ascensionẽ cathedrã Hierosolymorũ accepit.Greg.14.moral. Vel hoc de Ioanne dicit.qui etsi post vt verba redẽptoris audiret ad crucẽ rediit,prius tamẽ territus fugit. nã & illum eo tẽpore fuisse adolescentẽ longa post hoc in carne vita ei⁹ indicio est.Potuit eñ fieri vt ad horam tenentium manibus elapsus,mox resumpto iudumẽto redierit,& sub dubia lucis nocte se turbis ducentium Iesum quasi vn⁹ de ipsis immiscuerit,donec ad atrium pontificis cui erat notus peruenirent, vt ipse in suo euangelio commemorat.Sicut autem Petrus, qui culpam negationis pœnitentiæ lachrymis abluit, recuperationẽ ostendit eorum qui in martyrio labuntur: ita cæteri discipuli qui telam fugiendi docet eos , qui se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt.

Comitas Mar.

Articulus comprehẽsiõis.

Et adduxerunt Iesum ad summũ sacerdotẽ:& cõuenerunt oẽs sacerdotes, & scribæ & seniores. Petrus autem à longe secutus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis : & sedebat cum ministris ad ignẽ, & calefaciebat se. Summi uero sacerdotes & omne conciliũ quærebant aduersus Iesum testimoniũ, ut eũ morti traderẽt:nec inueniebant. Multi ei falsum testimonium dicebant aduersus eum,& cõuenientia testimonia non erant . Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes : Quoniam nos audiuimus eũ dicentem , Ego dissoluam templum hoc manufactum,& post triduum aliud non manufactum ædificabo . Et non erat conueniens testimonium illorum.

Glo.Narrauerat euangelista superius quomodo dominus à ministris sacerdotũ fuerat captus,nunc narrare incipit quomodo in domo principis sacerdotũ morti adiudicatus fuit.vnde dicitur:Et addu.Ie.ad sum.sa. Beda.Summũ sacerdotem significat Caiphã, qui (sicut Ioannes scribit)erat pontifex anni illius,de quo testat Iosephus, q̃ pontificatũ sibi emerit à principe Romano.sequitur:Et conue.in vn.om.sac.& scri.& sen.Hie-Tunc facta est congregatio taurorũ in vaccis populorum.Sequitur:Petrus au.à lon.&c.Timor enim retrahit,sed charitas trahit.Beda.Merito autẽ à lõge sequebatur,qui iam erat proxime negaturus.Neq; enim negare posset si Christo proximus adhæsisset.sequitur:Et sedeb.cum ministris &c. Hiero.In atrio cum ministris calefacit se ad ignẽ.Atrium sacerdotis est secularis circuitus,ministri dæmonia sunt,cum quibus qui manet, flere peccata non potest:ignis,desyderium carnale. Beda.Est enim ignis charitas,de quo dicitur: Ignem veni mittere in terram, qui super credentes descendens variis linguis eos laudare dominũ docuit. Est & ignis cupiditatis,de quo dicitur: Omnes adulterãtes velut clybanus corda eorum . hic ignis in atrio Caiphæ instinctu maligni spiritus accensus,ad negãdum,ad blasphemandum dominum perfidorũ linguas armabat. Quod enim int⁹ in domo maligna synod⁹ gerebat , hoc ignis in atrio inter frigora noctis accensus figurabat . Quoniam enim abundat iniquitas, refrigescit charitas multorum.hoc frigore torpens ad horam Petrus,quasi prunis ministrorum Caiphę calefieri cupiebat:quia tempo ralis commodi solatium perfidorũ societate quærebat. Sequitur: Summi vero sacerdotes & omne &c. Theo. Lege præcipiente q̃ vnus existeret summus sacerdos, tunc multi erant substituti, & destituti annis singulis per principem Romanorũ.Summos ergo sacerdotes gis. dicit illos , qui determinatum eis tempus complentes iam compleuerant & à sacerdotio destituti erant.Figuram autem iudicii quod in præiudicium agebant operantur,testimonia quærentes vt videantur Iesum iuste damnare & perdere.Hieron. Sed mentita est iniquitas sibi,vt regina aduersus Ioseph , & sacerdotes aduersus Susannam:sed ignis sine materia deficit.vnde sequitur: Nec inueniebant.Mul.eñ fal.te. di. aduersus eum &c. Quod enim variatur,incertum habetur . Sequitur: Et quidam sur.fal.test. ferebant . Moris est hæreticorum, vmbrã de veritate trahere:nõ ille dixit quod illi dicũt, sed simile verbum de templo corporis sui , quod post biduum resuscitauit. Theo. Non enim dominus dixerat:Ego dissoluam illud,sed soluite: neq; manu factum dixit,sed simpliciter templum.Hiero.Dixit etiã, Suscitabo,viuũ animal significans,& spirans templũ.Falsus testis est qui in eo sensu dicta intelligit,quo nõ dicunt.

Alluſio figuræ.

Præuaricatio Ie gis.

Charitas ignis est.

Exurgẽs aũt summus sacerdos in mediũ,interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quicq̃ ad ea quæ tibi obiiciuntur ad hæc ? Ille autẽ tacebat,& nihil respondit.Rursus summus sacerdos interrogabat eũ, & dixit ei : Tu es Christus filius dei benedicti ? Iesus autẽ dixit illi: Ego sum.& uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis dei, & uenientem cũ nubibus cæli.Sumus aũt sacerdos scidẽs uestimẽta sua,ait: Quid adhuc desyderam⁹ testes ? Audistis blasphemiã . Quid uobis uidetur? Qui oẽs cõdemnauerũt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam cõspuere eum , & colaphis eũ cædere, & dicere ei, prophetiza. Et ministri alapis eum cædebant.

Beda.Quanto Iesus tacebat ad indignos responsione sua, falsos testes & sacerdotes impios, tanto magis pontifex furore superatus,eũ ad respõdendũ ,uocat:vt ex qualibet occasione sermonis, locũ inueniat accusandi.vñ dicit:Et ex.sum.sac.&c.Iratus quidẽ princeps et impatiẽs,nõ inueniẽs calũniæ locũ,exurgit de solio, vt insaniã mentis,motũ corporis demõstraret.Hiero.Sed ipse deus & saluator noster,q̃ mundo salutẽ cõtulit , & humano generi sua pietate subuenit, sicut ouis ad occisionẽ sine voce ducit,& obmutuit & siluit à bonis . vñ sequit:Ille au.ta.& ni.respõ.Taciturnitas Christi apologiã.i.excusationẽ Adæ absoluit.Theo. Tacebat aũt, sciẽs q̃ nõ attenderẽt verbis ei⁹. vnde secundũ Lucã respondit:Si dixero vobis,nõ credetis mihi.vñ sequitur: Rursus sum.sac.int.eũ & dixit ei:Tu es &c.Interrogat quidẽ hoc summ⁹ sacerdos,nõ vt addiscẽs crederet,sed vt ex hoc aliquã occasionẽ captaret.Quærit aũt,Tu es Christus filius dei benedicti?Multi nanq; erãt Christi .i.vncti,sicut reges & summi sacerdotes,sed null⁹ eorũ dicebat filiꝰ dei benedicti,quasi semp collaudati.Hier. Hunc aũt expectabãt de lõge quẽ prope nõ vidẽt:sicut Isaac caligãtibus oculis Iacob sub manib⁹ nõ agnoscit, sed lõge de eo futura canit.sequitur:Iesus au.di.il.Ego sum.vt.s.inexcusabiles sint. Theo. Sciebat nanq; quoniam nõ crederẽt,tamẽ respõdit ne postea dicerẽt,si audissemus aliquid ab eo,credidissem⁹ ei : hoc autẽ est in eorũ præiudiciũ, quia audierũt & nõ crediderũt. Aug. de con. euan. Matthæus aũt nõ dixit respõdisse Iesum, Ego sum:sed,tu dixisti. Sed Mare⁹ tantũ valere ostendit quod ei dixit Iesus:tu dixisti,quantũ si diceret:Ego sum.Sequit:Et videbitis filiũ hominis sedẽtẽ à dextris virtutis dei,& venientẽ cũ nubib⁹ cœli.Theo.Ac si di. Videbitis me tanq̃ filiũ hominis à dextris patris sedentem.Virtutẽ nanq; hic patrẽ dicit , nõ aũt sine corpore veniet, sed qualis apparuit crucifigentibus , in iudicio eis apparebit. Bed.Si ergo tibi in Christo ô Iudęe,ô Pagane & hęretice cõtẽpt⁹,infirmitas,& crux cõtumelia est,vide quia p hoc filius hominis ad dexteram dei patris sessurus,& in sua cũ nubib⁹ cęli est maiestate futurus.Hiero. Et quidẽ sacerdos interrogat filiũ dei,Iesus aũt respõdet filiũ hominis:vt hinc intelligamus,dei filium idẽ esse & filiũ hominis, & ne quaternitatẽ faciamus in trinitate,sed homo in deo,& de⁹ in homine sit. Dixit aũt à dextris virtutis sedentẽ .i. in vita regnantẽ sempiterna,& virtute diuina.Et ve.cũ nub.cœli. In nube ascendit,cũ nube veniet.i.in corpore suo solo, quod sumpsit à virgine ascendit : & cum multiformi ecclesia,quæ corp⁹ ipsius & plenitudo eius,ad iudiciũ venturus est.Leo pa.Caiphas aũt ad exaggerandũ auditi sermonis inuidiã,scidit vestimẽta sua,& nescięs quid hæc significaret insania,sacerdotali se honore priuauit,obli tus præcepti illi⁹ quod legit de principe sacerdotũ:De capite suo cidarim nõ deponet, & vestimẽta sua nõ dis rumpet.Nã sequit:Sum.au.sa.scin.ve.sua,ait: Quid ad hue desi.testes?audi.blas.&c.Theo. Adimplet quidẽ sacerdos consuetudinẽ Iudaicã.Cũ eñ aliquid intolerabile & triste illis occurrebat,vestimẽta scindebant.Vt ergo mõstraret,q̃ Christus magnã & intolerabilẽ blasphemiã dixerit,vestimẽta scidit.Beda. Altiori aũt mysterio factũ est,vt in passione dñi pontifex Iudæorũ sua ipse vestimẽta discinderet,hoc est ephot: cũ tunica domini nec ab ipsis,q̃ eum crucifixere, militib⁹ scindi potuerit.Figurabat eñ quia sacerdotiũ Iudæorũ pro sceleribus ipsorũ pontificũ esset scindendũ . Soliditas vero ecclesiæ, quæ vestis sui redemptoris solet appellari, nunq̃ valet disrumpi.Theo.Ex eo autem sacerdotiũ Iudęorum scindendũ erat,q̃ condẽnauerunt Christũ esse reum mortis.vñ sequit:Qui omnes con.eũ es.reũ mor. Hiero.Condẽnant quidem eum esse reũ mortis, vt rea tu suo reatũ nostrũ solueret.Sequitur: Et cœperũt quidam conspuere eum,vt .s. sputaminibus susceptis faciẽ animæ nostræ lauaret , & velamine faciei suæ velamen cordium nostrorum auferret,& colaphis quibus in caput percussus est,caput humani generis(quod est Adã) sanaret, & alapis quibus expalmatus est, maxima laus eius nostris manibus labiisq; plauderet:vt dicitur, Omnes gentes plaudite manib⁹.Beda.Quod verò dicũt ei:Prophetiza,quis est qui te percussit?quasi in contumeliam faciunt eius qui se à populis prophetam haberi voluit.Aug.de con.euan.Hoc autem intelligitur passus dominus vsq; ad mane, in domo principis sacerdotum,quo prius adductus est.

Gloria crucis.

Consuetudo Iudęorum.

Et cum esset Petrus in atrio deorsum,uenit una ex ancillis summi sacerdotis. Et cum uidisset Petrum calefaciẽtem se,aspiciens illum,ait:Et tu cum Iesu Nazareno eras? At ille negauit,dicens:Neq; scio, neq; noui quid dicas . Et exiit foras ante atrium: & gallus cantauit. Rursus autem cum uidisset illum ancilla,cœpit dicere circunstantibus:quia hic ex illis est. At ille iterum negauit.Et post pusillum rursus qui astabãt dicebant Petro:Verè ex illis es,nam & Galilæus es.Ille autem cœpit anathematizare & iurare,quia nescio hominem istum quem dicitis.Et statim gallus iterum cantauit.Et recordatus est Petrus uerbi quod dixerat ei Iesus : Priusq̃ gallus cantet bis,ter me negabis.Et cœpit flere.

Augustꝰ.de con.euã.De Petri tẽtatione quę inter prędictas dñi cõtumelias facta est,non eodẽ ordine omnes euangelistæ narrãt. Nã Lucas explicat pri⁹ tentationẽ Petri,tum demũ has domini cõtumelias.Iõanes autem incipit Petri tẽtationẽ dicere, & interposuit quędã de contumeliis domini , & adiunxit q̃ inde missus est ad Caipham pontificẽ,& inde recapitulat vt explicet quã cœperat tentationẽ Petri.Matthæus autem & Marcus primo commemorant Christi contumelias, deinde Petri tentationem,de quo dicitur:Et cũ es. Pet.in at.&c. Beda. Quid autem sibi vult q̃ prima eum prodit ancilla , cum viri vtiq; eum magis potuerint recognoscere, nisi vt & iste sexus peccasse in necem dñi videretur, & iste sex⁹ redimeretur per domini passionem? Sequitur: At il.neg.di.&c.Hiero. Petrus sine spiritu voci ancillę cessit , cum spiritu nec principibus nec regibus cedit. Theo.Hoc autem eum pati dispẽsatiue permisit dominus:ne scilicet extolleret se, simul vt peccantibus misericors ostendatur, tanq̃ ex seipso instructꝰ humanæ infirmitatis euentũ.Sequitur:Et exi.fo.an.&c.Beda. De hoc gallicantu cæteri euangelistæ tacent,non tamẽ factum negant,sicut & multa alia alii silentio prętereunt quæ alii narrant.Sequitur:Rursus au.cum vi.&c.Aug. de con.euan. Hęc ancilla non eadem sed alia est,sicut dicit Matthæus.Sanè hoc quoq; intelligitur,quia in secũda negatione à duobus compellatꝰ est,ab ancilla.s.quã commemorant Matthæus & Marcus,& ab alio quem commemorat Lucas.Sequitur:At il.ite.ne.Iam Petrus redierat vt quemadmodum dicit Ioannes , ad focũ stãs iterum negaret:vnde ancilla dicebat quod supra dictũ est,non illi.s. Petro,sed his qui illo exeunte ibi remanserunt,sic tamen vt ille audiret: vnde rediens & rursus ad ignem stans resistebat negando verbis eorum.Liquido eñ colligit collatis de hac re omnib⁹ euangelistarũ testimoniis,non ante ianuã secundo Petrũ negasse,sed intus in atrio ad ignẽ. Matthæum aũt & Marcũ qui cõmemorauerũt exisse eũ foras , regressum ei⁹ breuitatis causa tacuisse.Beda.In hac aũt negatione Petri discim⁹ non solũ abnegari Christũ ab eo qui dicit eum nõ esse

Conſenſus euangelicus.

Petri nẽgatio refertur.

Christum, sed ab alio etiã qui cũ sit negat se esse Christianum. Dominus eñ nõ ait Petro, Discipulũ meũ te negabis, sed me negabis. Negauit ergo Christum, cũ se negauit eius discipulũ. Sequit: Et post pu. rurs. qui &c. Nõ ꝙ alia lingua Galilæi q̃ Hierosolymitæ loquerent, qui vtiq; fuerũt Hebræi, sed ꝙ vnaquęq; ꝓuincia & regio suas habet ꝓprietates, ac vernaculũ loquẽdi sonum vitare nõ possunt. Theo. Igitur timore Petrus ꝓterritꝰ & dñi sermonẽ oblitus dicẽtis, Qui me cõfessus fuerit corã hominibus, confitebor & ego eũ corã patre meo, dñm abnegauit. vnde sequit: Ille au. cœp. ana. &c. Beda.

Noxia prauorũ consilia. Quam noxia sunt prauorũ concilia: inter infideles hominẽ negauit se nosse, quẽ inter discipulos deũ fuerat cõfessus. Solet autẽ scriptura sacra meritũ causarũ per statũ designare temporũ: vñ Petrus ꝙ media nocte negauit, ad gallicantũ pœnituit. vñ subdit: Et sta. ite. gal. can. &c. Theo. Lachrymæ eñ Petrũ Christo ꝓ pœnitẽtiam adduxerũt. Cõfundant itaq; Nouatiani, ꝙ dicunt ꝙ qui post susceptionẽ baptismatis peccauerit, nõ suscipit vt sibi delictũ remittatur. Ecce eñ Petrus q & Christi corpꝰ sumpsit & sanguinẽ, ꝓ pœnitentiã est susceptus. Etem sanctorũ defectus ꝓpter hoc scripti sunt, vt & nos si ꝓ incautelã deciderimus, recursum haberemus ꝓ eorũ exemplũ, & speremus ꝓ pœnitentiã subleuari. Hiero. Mysticè aũt, prima ancilla, titubatio est: secunda, cõsensio: tertius vir, actus est. Hæc trina negatio quam abluit ꝓ fletꝰ verbi Christi recordatio. Tunc nobis gallus cãtat, quãdo prædicator quisq; ꝓ pœnitentiã corda nostra ad cõpunctionẽ excitat. Tunc incipimus flere, quãdo ignimur intus per scintillam scientię, & foras eximus, eum extra eiicimus quod intus fuimus.

Tropologia pulchra.

CAP. XV.

ET confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & scribis & uniuerso concilio, uinctes Iesum, duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait illi: Tu dicis. Et accusabant eũ summi sacerdotes in multis. Pilatus autẽ rursum interrogauit eũ, dicens: Nõ respondes quic quam? Vide in quantis te accusant. Iesus autem nihil amplius respondit, ita ut miraretur præses.

Beda. Habebant Iudæi hunc morẽ, vt quẽ adiudicasse nt morti, ligatũ iudici traderẽt. vñ post condẽnationem Christi subiũgit euãgelista: Et con. ma. con. facie. &c. Attamẽ notandũ ꝙ nõ tũc primũ ligauerũt eũ, sed

Notula pulchra. mox cõprehensum nocte in orto vt Ioannes declarat, ligauerunt. Theo. Tradiderũt itaq; Iesum Romanis, sed & ipsi à deo traditi fuerunt in manibus Romanorũ, vt adimplerent scripturæ, dicẽtes: Secundũ opera manuũ eorũ retribue illis. Sequit: Et inter. &c. Pilato nihil aliud criminis interrogãte nisi vtrũ rex Iudæorũ sit, arguuntur impietatis Iudęi, ꝙ nec falsò quidẽ inuenire potuerũt quod obiicerẽt saluatori. Sequit: At il. resp. &c. Sic respondet vt verũ diceret, & sermo eius calũnię nõ pateret. Theo. Dubiã eñ respõsionẽ emisit. nam, Tu dicis, potest sic intelligi: Tu dicis hoc, sed ego non dico. Et nota ꝙ Pilato q inuitus fert sententiã aliqua in parte responderit, sacerdotibus autẽ & principibus respõdere noluerit, indignósq; sermone suo iudicauerit. Sequitur: Et accu. eum &c. Aug. de con. euã. Lucas etiam ista crimina quę falsò obiecerũt aperuit. sic eñ narrat: Cœperũt accusare eũ, dicẽtes: Hũc inuenimus subuertentẽ gentẽ nostrã, & prohibentẽ tributa dari Cæsari, & dicentẽ se Christũ regẽ esse. Sequit: Pilatus aũt rur. &c. Nõ respõdes quicq̃? vides in q̃tis te accusant? Bed. Ethnicus quidẽ est qui condẽnat Iesum, sed causam refert in qopulũ Iudæorũ. Sequitur: Iesus au. ni. am. re. ita &c. Nihil quidẽ respondere voluit, ne crimen diluẽs di-

mitteretur à præside, & crucis vtilitas differret. Theo. Mirabatur autẽ Pilatus, quia cum legis doctor esset, & eloquens, & potẽs responsione sua eorum accusationes infringere, non respondebat quicquam, sed magis accusationes viriliter sustinebat.

Per diem autem festum solebat dimittere illis unum ex uinctis quemcunq; petissent. Erat autẽ qui dicebatur Barrabas, qui cum seditiosis erat uinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit: Vultis dimittam uobis regem Iudæorum? Sciebat enim ꝙ per inuidiã tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem conciuerunt turbam ut magis Barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo uultis faciam regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum. Pilatus uero dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum. Pilatus autem uolens populo satisfacere, dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum flagellis cæsum ut crucifigeretur.

Occasiones quærit Pilatus.

Beda. Multas liberandi saluatorem Pilatus occasiones dedit, primo latronẽ iusto conferens. vnde dicitur: Per diem aut. fest. &c. Glo. Quod quidẽ solitus erat facere, vt gratiã populi captaret: & pręcipue in die festo, quando de tota prouincia Iudæorum populus Hierosolymam confluebat. Et vt maior Iudęorum improbitas appareat, describitur consequenter enormitas culpæ latronis, quem Iudæi Christo prætulerunt. vnde sequitur: Erat aut. qui di. Bar. &c. In quo ostẽditur, & ex grauitate culpæ notabilis ꝙ homicidium fecerat: & ex modo faciendi, quia cum perturbatione ciuitatis hoc fecerat, seditionem concitando: & etiam quia culpa eiꝰ manifesta erat, nam & cum seditiosis vinctus erat. Sequitur: Et cum ass. tur. &c. Aug. de con. euã. Nulla quęstio est, ꝙ Matthęus tacet ipsos petisse vt aliquis eis dimitteretur, quod Marcus hic dicit. Nihil enim interest si alius aliud tacet, quod alius commemorat. Sequitur: Pilatus au. res. eis & dixit: Vul. &c. Quæri potest q̃ verba Pilatus dixerit, vtrũ quæ à Matthæo, an quę à Marco referuntur? Aliud enim videtur esse, Quem vultis dimittam vobis, Barrabam, an Iesum, qui dicitur Christus? vt Matthæus refert: aut, Vultis vobis dimittam regem Iudęorum? vt hic dicitur. Sed quia Christos reges

Reges Christi. dicebant, & qui dixit illum an illum, manifestum est eum dixisse an vellent dimitti regem Iudæorum, id est Christum. Nihil autem interest sententię, ꝙ hic tacuit Marcus de Barraba, hoc solum volens dicere, quod ad dominum pertinebat, quandoquidem in eorum respõsione satis & ipse ostendit quem sibi dimitti voluerint. Nam sequitur: Pont. au. con. tur. vt ma. Bar. dimit. eis. Beda. Hæret Iudęis vsq; hodie sua petitio, quam tanto labore impetrarunt: quia enim data sibi optione pro Iesu latronem, pro saluatore interfectorẽ elegerũt, merito salutem perdiderunt & vitam: & latrociniis ac seditionibus se intantũ subdiderunt, vt patriam regnumq; suum, quod plus Christo amauerunt, perdiderint, & libertatem, corpus & animam nunq̃ reciperent. Deinde aliam occasionẽ dat Pilatus liberandi saluatorẽ, cũ sequitur: Pilatus au. it. &c. Aug. de con. euã. Iam satis apparet ꝙ id Marcus velit ostendere, dicendo regem Iudæorum, quod Matthæus dicendo Christum. Non eñ

Consensus euangelicus. dicebantur Christi reges, nisi Iudęorum. In hoc eñ loco secundũ Matthęũ dicit: Quid igitur faciã de Iesu q̃ dicitur Christus? sequitur: At illi it. cla. Cru. eũ. Theo. Vide autem Iudęorum prauitatem, & Pilati commensurationem, quanuis & ipse dignus sit condemnatione pro eo ꝙ populo non resistebat. Illi nanq; clamabant,

Crucifige: hic tẽtat humiliter ab illo prędiudicio eruere Iesum, & ideo rursus interrogat. vnde sequit: Pi. au. dicis: Quid eñ mali fecit? Occasionẽ nãq; ex hoc sumere volebat vt Christũ solueret innocentẽ. Beda. Iudæi vero insaniæ suæ satisfacientes, interrogationi prędis nõ respondent. vñ sequit: At illi ma. cla. Cruci. eum. vt impleret illud Hieremię, Facta est mihi hęreditas mea, sicut leo in sylua, dederunt sup me vocẽ suã. Sequitur: Pilatus aũt volens satisfacere populo, dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum flagellis cęs. vt cruc. Theo. Volebat quidẽ satisfacere populo. i. eorũ facere voluntatẽ, & non quod erat placitũ iustitiæ & deo. Hier. Hic duo hirci assunt, vnus apõpeius. i. emissarius cũ peccato populi in desertũ inferni absolutus dimittitur: alter pro peccatis absolutorũ vt agnus occidit. pars dñi semper mactatur, pars diaboli q est magister eorũ, quod sonat Barrabas, effrenata in tartarũ præcipitatur. Beda. Iesus aũt flagellatus nõ ab alio q̃ ab ipso Pilato intelligendꝰ est. Scribit nanq; Ioannes: Apprehẽdit Pilatꝰ Iesum & flagellauit: qd̃ qdẽ ideo feciſſe credẽdꝰ est, vt satiati pœnis ac opprobriis eiꝰ Iudęi mortẽ vltra sitire desisterẽt.

Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam, & cœperunt salutare eum, Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum uestimentis suis.

Militum vanitas.

Theo. Militaris vana gloria semper inordinatis gaudens & opprobriis sibi propria ostẽdebat. Vnde dicit: Milites au. du. &c. Beda. Quia enim rex Iudæorũ fuerat appellatus, & hoc ei scribę & sacerdotes crimẽ obiecerãt, ꝙ sibi in populo Israelitico vsurparet imperiũ, illudentes hoc faciunt, vt nudatũ pristinis vestibus, induant purpura qua reges veteres vtebant. Aug. de con. euan. Intelligit aũt quod Matthæus ait: Chlamydem

Christi allusio regia. coccineã circundederunt ei, hic Marcũ dixisse indutũ purpura. Pro regia eñ purpura chlamys illa coccinea ab illudẽtibus adhibita erat: & est rubra quidẽ purpura cocco simillima. potest eñ fieri vt purpurã etiã Marcus commemoraverit, quã chlamys habebat, q̃uis esset coccinea. Beda. Pro diademate aũt ponũt ei coronã spineam. Vnde sequit: Et impo. ei ple. &c. Pro sceptro aũt regali dãt calamũ, vt Matthæus scribit, & adorãt quasi regem. vñ sequit: Et cœp. sal. &c. Et ꝙ milites eũ quasi qui deũ seipsum falso dixisset adorabant illudẽtes, patet ex hoc quod subdit: Et perc. ca. eius &c. quasi falso se dixisset deũ. Hiero. Opprobria aũt eius nostrũ abstulere opprobriũ. Vincula eius nos liberos fecerũt. Corona spinea capitis eius, diadema regni adepti sumꝰ. Vulneribus eius sumus sanati. Aug. de con. euang. Apparet aũt Matthæũ & Marcũ recapitulando ista posuisse, nõ quo tũc factũ sit, cũ eum Pilatus iã crucifigendũ tradidisset. Ioannes eñ apud Pilatũ dicit hæc gesta, hoc aũt qd̃ sequitur, Et po. il. ei, &c. in fine factũ intelligit, cum iam adduceret ad crucifigendũ. Hiero. Mystice aũt vestimentis suis nudatur Iesus. i. Iudæis: purpura induit, id est gẽtili ecclesia, quæ de scopulis collecta est. Ité ea exutus in fine scãdalizãte, Iudaica rursum induitur plebe. Cũ eñ intrauerit plenitudo gẽtiũ, tũc omnis Israel saluus erit. Beda. Vel in purpura qua indutus est dñs, ipsa eius caro quã passionibus obiecit insinuat: in corona vero quã portabat spinea, nostrorũ susceptio peccatorum. Theo. Induamus & nos purpurã stolã regalem,

Christiani sunt regij. quia vt reges ambulare debemus, caleãtes sup serpẽtes & scorpiones, & suppeditãtes peccatũ. Christiani nãq; dicimur. i. vncti, sicut & tunc reges vncti dicebant. Sumamus & coronã spineam. i. festinemus coronari vita arcta, & abstinẽtiis, & puritate. Beda. Caput aũt Christi percutiũt, quoniã eũ verũ deum esse negant. Et quia per arundinẽ scriptura solet cõfici, quasi arũdine caput Christi feriunt, q diuinitati illius cõtradicẽtes errorẽ suum cõfirmare authoritate sacræ scripturæ conantur. Spuunt in faciẽ eius q gratiæ præsentiã verbis execrãdis respuunt. Sunt & hodie q eũ certa fide vt deũ verũ adorãt, sed puersis actibꝰ verba eius quasi fabulosa despiciũt, ac promissa verbi illius tpalibꝰ illecebris postponunt. Sicut aũt Caiphas nescius dixit, Oportet vnũ hominẽ mori ꝓ populo, sic & miltes nescientes faciũt.

Et educunt illum ut crucifigerẽt eum, & angariauerunt prætereuntẽ quẽpiam Simonẽ Cyrenæum uenientẽ de uilla, patrem Alexandri & Ruffi, ut tolleret crucẽ eius. Et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatũ, Caluariæ locus. Et dabãt ei bibere myrrhatũ uinũ, & non accepit. Et crucifigentes eum, diuiserunt uestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, et crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus, Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones, unum à dextris, & alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ dicit: Et cum iniquis deputatus est.

Glo. Post condẽnationem Christi & cõtumelias cõdemnato illatas, ad crucifixionẽ eius narrandã euangelista accedit, dicẽs: Et edu. il. vt cru. eũ. Hiero. Hic educitur Abel in agrũ à fratre vt perimat. Hic adest Isaac cum lignis, & Abrahã cũ ariete vepribus hærente. Hic etiã Ioseph cũ fasce somniato & tunica talari sanguine lita. Hic adest Moyses cũ virga & serpẽte suspẽso in ligno. Hic est botrus in ligno portatus. Hic adest Eliseus cũ ligno ad quærẽdã securim, q̃ in imo demersa est, & nutauit ad lignũ. i. genus humanũ, qd̃ à ligno vetito in infernũ decidit, ꝓ lignũ crucis Christi, & ꝓ baptismum aquæ ad paradisum natauit. Hic adest Ionas de ligno sorti in mare vẽtrẽq; ceti triduo missus. sequitur: Et anga. præt. &c. Theo. Ioannes aũt ait ꝙ ipsemet baiulabat sibi crucẽ: vtrunq; eñ fuit, nam ipse quidẽ primo baiulauit sibi crucẽ, donec præteriit quidã, quẽ angariauerũt, & tũc ille portabat. Dixit aũt quorũ filiorũ erat pater, ad maiorẽ fidẽ & affirmationẽ. nã homo ille adhuc viuebat, q poterat omnia quæ circa crucẽ facta sunt, enarrare. Hiero. Cũ aũt alii ꝓ merita patrũ suorũ commemorẽtur, alii per merita filiorum suorũ: hic Simon qui crucem in angaria portat, meritis filiorũ suorum qui erãt discipuli commemoratur. De hoc nos in præsenti vita admonemur parentes adiuuari per natorum suorũ sapientiã vel merita, vt populus Iudaicꝰ ꝓpter patriarcharũ, & prophetarũ, & apostolorũ merita, semper cõmemoratur. Simon aũt iste qui portat crucem in angaria, ipse est qui laborat pro laude humana. Cogunt enim homines hunc laborare, quem nõ cogit timor & dilectio dei. Beda. Vel quia Simon iste nõ Hierosolymita, sed Cyrenæus esse perhibetur, Cyrene eñ Libyæ ciuitas est, recte per eum populi gentiũ designãtur, qui quondã peregrini & hospites testamẽtorũ, nũc obediendo hęredes sunt dei, cohęredes autem Christi. Vnde apte Simon obediens, Cyrene hęres interpretatur. De villa aũt venisse refertur: villa eñ græce pagus dicit: vnde paganos appellamus eos quos à ciuitate dei alienos videmꝰ. De pago igit egrediẽs Simõ crucẽ portat post Iesum, cũ populus nationũ paganis ritibus derelictis vestigia dñicæ passionis obedienter amplectit. sequit: Et per. eũ in Gol. &c. Extra vrbem & foris portam, loca sunt in quibus truncantur capita damnatorũ, & caluarię. i. decollatorũ sumpsere nomẽ. Propterea aũt ibi crucifixus est dominus, vt ybi prius erat area

Passionis Christi figuræ.

Theologia Simonis.

damnatorũ,ibi erigerent vexilla martyrii. Hiero. Tradunt autẽ Iudæi ꝙ in hoc mõtis loco immolatus est aries pro Isaac,& ibi decaluat Christus.i.à carne sua,carnali videlicet Iudea separat.Sequitur:Et da.ei bi.myr. vi.Aug.de con.euan. Hoc intelligendũ est Matthæũ dixisse cum felle mixtũ, fel quippe pro amaritudine posuit,& myrrhatũ vinũ amarissimũ est,quanq̃ fieri possit,vt & fel & myrrha vinũ amarissimũ redderet. The. Vel ordinatione quadã existẽte,alii alia afferebãt, qdã acetũ & fel,quidã vinũ myrrhatũ.Hiero. Vel myrrhatum vinũ,hoc est acetũ, ꝑ hoc succus lethalis pomi abstergitur.Beda.Amara vitis amarũ vinũ fecit, quo ꝓpinat dñm Iesum,vt impleat quod scriptũ est: Dederunt in cibũ meũ fel,& in siti mea potauerũt me aceto.Aug. de con.euan.Quod aũt subditur,Et nõ accepit,intelligitur nõ accepit vt biberet,gustauit aũt, vt Matthæus testis est.Et sicut idẽ Matthæus ait:Noluit bibere,hoc Marcus dixit:Et nõ accepit:tacuit aũt ꝙ gustauit.Hie. Nõ accepit etiã id ꝓ quo patitur.vñ de eo dicit: Quæ non rapui,tũc exoluebã.Sequitur: Et cru.eũ di.ve.&c. Hoc loco figuratur salus ꝑ lignũ: primũ lignũ scientiæ boni & mali fuit,secundũ lignũ boni tantũ nobis,& vitæ lignũ est.Extẽsio manus primæ ad lignũ,mortẽ appẽhendit.Extẽsio aũt secundæ,vitã quæ perierat inuenit. Ligno hoc vehimur ꝑ mare vndosum ad terrã viuẽtiũ: cruce em̃ sua Christus cruciatũ nostrũ absoluit,& morte sua mortẽ nostrã necauit.Cũ forma serpẽtis serpentẽ necat, quia à serpente de virga facto alii absorbẽtur serpentes. Ipsa aũt species crucis quid est nisi forma quadrata mũdi? Oriẽs de vertice fulget: Arctos dextrã tenet: Auster læua cõsistit:Occidẽs sub plantis firmatur. Vnde apostolus,vt sciamus q̃ sit altitudo & latitudo,lõgitudo & profundũ.Aues quãdo volãt ad æthera, formam crucis sumũt:homo natans ꝑ aquas,forma crucis vehitur.Nauis marina antẽna crucis similata sufflatur. Tau litera signũ salutis & crucis describitur.Beda.Vel in trãsuerso ligno crucis vbi figuntur manus, gaudium spei signatur,ꝑ manus em̃ opera: ꝑ latitudinẽ hilaritatem operãtis intelligim⁹,quia tristitia facit angustias: ꝑ altitudinẽ,cui caput adiũgitur, expectationẽ retributionis de sublimi iustitia dei: per lõgitudinẽ, qua totũ corpus extẽditur,tolerantiã,vñ lõganimes dicũtur:per profundũ,quod terræ est infixũ, ipsum sacramẽtũ secretum.Quandiu ergo hic agũt corpora nostra,vt destruatur corp⁹ peccati,tẽpus nobis est crucis. Theo. Quod aũt ponebãt sortẽ sup vestimẽta ei⁹,& hoc hodie illudẽtes fecerũt quasi regis vestimẽta diuidẽtes : etem̃ vilia erãt, nõ valde preciosa.Hoc aũt Ioan.euãgel. pleni⁹ exponit,quia.s.milites cætera in quatuor partes iuxta suũ numerũ diuidẽtes, de tunica q̃ incõsutilis erat desuper cõtexta ꝑ totũ,sortẽ miserũt.Hiero. Vestimẽta aũt dñi,eius mandata sunt,quibus tegitur corpus eius.i.ecclesia:q̃ diuidũt inter se milites gentiũ, vt sint quatuor ordines cũ vna fide.i.coniugati & viduati,præpositi & priuati.Sortiti sunt tunicã indiuisam,q̃ est pax & vnitas.Sequitur:Erat aũt ho.ter. &c. Hoc vere & proprie Marcus tulit.nã sexta hora tenebræ suffuderũt terrã,vt nõ quisquã potuisset mouere caput. Aug.de cõ.euã. Si hora quasi sexta Pilato sedẽte ꝓ tribunali traditus est Iesus crucifigẽdus Iudæis,vt Ioannes refert, quomodo hora tertia crucifixus est,sicut verba Marci nõ intelligentes quidã putauerũt? Prius ergo qua hora crucifigi potuerit,videam⁹:deinde videbim⁹ cur hora tertia crucifixũ dixerit Marcus. Hora erat quasi sexta cũ tradit⁹ est crucifigẽdus à Pilato sedẽte,ꝑ tribunali,vt dictũ est: nõ em̃ iã plena sexta erat,sed quasi sexta.i. pacta quãta, & aliquid etiã de sexta esse cœperat,vt peracta quinta, & inchoata sexta gererẽtur hæc quæ narrata sunt ĩ crucifixione dñi nostri,donec cõpleta sexta,illo pẽdẽte fierent hæ q̃ dicunt tenebræ. Quæramus aũt iã cur dixerit Marcus:Erat autẽ hor.ter.&c. Iã certe dixerat, Et cru.eũ,di.ve.eius,sicut etiã cæteri attestant,ꝙ eo cruci fixo vestimẽta diuisa sunt.Si em̃ rei gestæ tẽpus voluit cõmemorare Marcus,sufficeret dicere,Erat au.ho.ter. vt quid adiũxit,Et crucifixerũt eũ? nisi quia voluit aliquid recapitulãdo significare,qd quasi tũ inueniret,cũ scriptura ipsa illis tẽporibus legeret,quib⁹ vniuersę ecclesiæ notũ erat qua hora dñs ligno susp̃ẽsus est,vñ posset huiusmodi vel error tolli,vel mẽdaciũ refutari. Sed quia sciebat à militibus susp̃ẽsum dñm nõ à Iudæis,sicut Ioãnes aptissime dicit, occulte ostẽdere voluit eos magis crucifixisse,quia clamauerũt vt crucifigeret, q̃ illos q̃ ministeriũ principi suo secũdũ suũ officiũ præbuerunt.Intelligit ergo fuisse hora tertia cũ clamauerũt Iudæi vt dñs crucifigeret: & verissime demõstrat tũc eos crucifixisse,quãdo clamauerũt.In conatibus aũt Pilati ad eripiendũ dñm, & in tumultu Iudęorũ cõtradicentium,cõsumptũ tẽpus duarũ horarũ intelligim⁹,& circa horã fuisse sextã, qua nondũ terminata gesta sunt, q̃ ab eo tẽpore quo Pilat⁹ dñm tradidit vsq; ad tenebras factas narrant.Facile aũt videbit,q̃ sine impietatis duritie voluerit attendere ꝙ opportuno loco Marcus hoc de tertia hora posuerit,vbi.s.factũ ministrorũ multũ cõmemoratũ est.Ergo ne quisq̃ cogitationẽ tãti criminis auersus à Iudęis in milites illos cõuerteret:Erat inquit hora ter.& cru.eũ. vt illi potius crucifixisse inueniant, quos hora tertia,vt crucifigeret, clamare potuisse diligens inquisitor inueniet,cũ aduerterit hoc quod à militibus factũ est,hora sexta factũ esse.Aug.de quę.no.& ve.te.Iudæorũ ergo sentẽtiã de crucifixiõe Christi tertia hora datã vult intelligi.Omnis em̃ q̃ morti addicitur,ex eo iã mortuus cõputatur,quo sententiã excepit. Manifestauit ergo Marcus, quia nõ iudicis sentẽtia saluator crucifixus est. difficile est em̃ innocẽtẽ ꝓbare eũ, q̃ sentẽtia iudicis punit.Aug.de cõ.euã. Quanq̃ nõ desint qui parasceue quã Ioãnes cõmemorat, dicẽs : Erat aũt parasceue hora quasi sexta,horã diei tertiã velit intelligi.dicũt em̃:Die quidẽ illo quẽ dies sabbati sequebat parasceuẽ fuisse paschæ Iudæorũ,ꝙ ab eodẽ sabbato iã inciperet azyma:sed tamẽ verũ pascha qd iã in passione dñi celebrat,nõ Iudęorũ,sed Christianorũ cœpisse ꝓparari.i.parasceuẽ habere ab ea hora noctis 9. in eo ꝙ dñs à Iudæis occidẽdus præparabat. Parasceue quippe interptat ꝓparatio. Ab illa ergo hora noctis vsq; ad ei⁹ crucifixionẽ occurrit hora parasceues sexta secũdũ Ioã.& hora diei tertia scdm Mar. Quis fidelis nõ huic faueat solutioni quæstionis? Si modo possit aliquis articulus coniici,vñ ab hora nona noctis cœpisse parasceuen paschæ nostræ.i. præparationẽ mortis Christi,cõgruenter intelligamus. Si em̃ dicamus eã cœpisse quando à Iudæis apprehẽsus est dñs,adhuc noctis partes primæ erãt:sed quãdo ad domũ pductus est soceri Caiphę, vbi & auditus est à principibus, adhuc gallus nõ cãtauerat.Si aũt quãdo Pilato traditus est,iã mane fuisse apertissime scriptũ est.Restat ergo vt intelligamus tunc cœpisse præparationẽ mortis dñi, quãdo oẽs principes sacerdotũ dixerunt,reus est mortis. Nõ em̃ absurde cõiicit eo tẽpore nonã horã noctis esse potuisse,vt recapitulando intelligat de Petri negatione postea dictũ esse quod antea factũ erat.Sequitur: Et erat ti.&c. Theop. Scripserunt autẽ hunc titulũ.s.causam propter quã crucifixus est,quasi vituperantes eius opinionem qui regẽ seipsum faciebat: vt sic prætereuntes misereri non valerent, sed magis ei improperarent tanquam tyranno.

Hiero.Scripserũt autẽ hoc trib⁹ linguis.Hebraicè,Mal ch⁹ Iudęorũ:Græcè,Basileus exomoloseon:Latine,rex confessorũ.Hæ tres linguæ ad principatũ in crucis titulo cõseeratæ sunt , vt oĩs lingua cõmemoraret perfidiã Iudæorũ.Beda. Titulus aũt hic posit⁹ supra crucẽ illud ostẽdit:quia nec occidẽdo potuerũt effiecere , vt eũ regẽ non haberẽt,q̃ eis secũdũ sua opera redditurus est. Sequitur:Et cũ eo cru. du. la.&c. Theo.Vt .s. hoĩes prauã opinionẽ cõtra eũ conciperẽt , ꝙ & ipse latro & malefi cus esset.hoc aũt dispẽsatiue factũ est, ad implendũ scripturã.vnde sequit:Et imp.est scrip.&c.Hiero. Cũ iniquis veritas deputata,vnũ reliquit sinistrũ, alterũ assumit dexterum:sicut in die iudicii faciet, & simili crimine tã dissimiles sortiunt vias : alter antecedit Petrũ in paradisum,alter Iudã in infernũ.Confessio breuis,vitã acquisiuit lõgã:& blasphemia finita,pœna plectit æterna. Beda. Mystice aũt latrones q̃ cũ dño crucifixi sunt, significãt eos q̃ sub fide & cõfessione Christi,vel agonẽ martyrii,vel q̃libet arctioris disciplinæ institutа subeunt.Sed q̃ hoc ꝓ æterna gloria gerũt,dextri latroni fi de desĩgnant:q̃ vero humanæ laudis intuitu,sinistri latronis mentẽ imitant & actus.Theo.Vel aliter:Indiciũ erãt duo latrones duorũ populorũ.s. Iudaici & Gẽtilis: ambo nanq; iniqui: Gẽtilis quidẽ tanq̃ legẽ naturalem prætergrediẽs , Iudaicus vero scriptam legem quam ei tradiderat dominus:sed Gentilis pœnitẽs, Iudaicus vsque in finem blasphemus: in quorum medio crucifigit dominus, ipse em̃ est lapis angularis nos coniungens.

Tituli mysteriũ

Latronũ allegoria

Et prætereuntes blasphemabant eum,mouẽtes capita sua, & dicentes:Vah qui destruis templũ dei,& in tribus diebus reædificas:saluum fac temetipsum descendens de cruce.Similiter & summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cum scribis dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.Christus rex Israel descẽdat nunc de cruce, ut videamus & credamus.Et qui cum eo crucifixi erãt , cõuiciabantur ei.

Hieron.Pullo Iudæ ligato ad vitem & eius pallio in sanguine vuæ intincto,lacerãt hœdi vineã blasphemantes Christũ,& mouẽtes capita sua. vnde dicit: Et præblasp.eũ,mouẽtes &c. Theo. Transeuntes em̃ Christũ blasphemabant exprobrantes ei tanq̃ seductori . Diabolus autẽ mouebat illos ad dicendũ ꝙ de cruce descẽderet. quia em̃ nouerat ꝙ salus fiebat ꝑ crucem, rursus ingerebat se ad tentandũ Christũ: vt si à cruce descenderet,certus fieret ꝙ non est vere filius dei, & sic salus, quæ per crucẽ est,destrueret.sed ipse dei verus existens filius nõ descendit.Si em̃ descendere debuisset,nõ illue à principio ascendisset : sed quia videbat quòd per hũc modũ salutẽ fieri oportebat,sustinuit crucifigi & multa alia pati,& ꝑficere opus suũ.sequit:Similiter & sum. sacer.&c.Hæc dicebãt,eius miracula abolẽtes,quasi ab eo seeũdũ apparẽtiã ppetrata fuissent. operãs nanq; miracula multos saluabat.Beda.Sic etiã nolẽtes cõfitent ꝙ alios saluos fecit.Itaq; vos vestra condẽnat sentẽtia: q̃ em̃ alios saluos fecit,seipsum saluare poterat. sequit: Christus rex Israel descẽdat nũc de cruce,vt videamus & ere.Hiero. Et viderunt postea resurgentẽ de sepulchro,quem de crucis descendere nõ credebãt posse patibulo.Vbi est ò Iudæi infidelitas vestra? vosipsos consulo:vosipsos iudiciũ peto. Quãto mirabilius est mortuum posse resurgere , q̃ adhuc viuũ de cruce velle descendere? Parua petistis,dũ maiora ꝓuenerint.sed infidelitas vestra nõ potuit sanari signis multo fortioribus q̃ petistis:hic omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt.vnde sequitur:Et qui cũ eo cruci. erant &c. Aug. de con.euan.Quomodo hoc verũ est, quãdoquidem vnus eorũ cõuitiatus est secundũ Lucæ testim~niũ,alter & cõpescuit eum, & in deũ credidit , nisi intelligamus Matthæum & Marcum breuiter perstringentes hũc locum,pluralem numerũ ꝓ singulari posuisse? Theo.Vel duo à principio cõuitiabant ei,deinde vnus cognoscẽs ipsum innocentem, increpat alterum blasphemantem.

Diaboli insult⁹ & instinct⁹

Et facta hora sexta,tenebræ factæ sunt per totam terram, usq; ad horam nonã. Et hora nona exclamauit Iesus uoce magna,dicens:Eloi,Eloi,lamma asabthani? Quod est interpretatum,Deus meus,deus meus,ut quid dereliquisti me? Et quidam de circunstantibus audientes,dicebant:Ecce , Eliam uocat.Currens autẽ unus & implens spongiã aceto,circũponẽs q̃ calamo,potũ dabat ei,dicẽs:Sinite,uideam⁹ si ueniat Elias ad deponendũ eum.Iesus autẽ emissa uoce magna, expirauit.

Beda.Clarissimũ lumẽ mũdo retraxit radios suos,ne aut pẽdentẽ videret dominum,aut impii blasphemãtes sua luce fruerẽtur.vñ dicit:Et.fa .ho. sex.te.fa. sunt per to.ter.vsq; ho.no.Aug.de con. euã. Addidit aũt Lucas, vnde factæ sunt tenebræ.i.solẽ obscuratũ.Theo. Si aũt tempus eclipsis fuisset , posset quis dicere ꝙ naturalis fuisset hęc passio,sed tunc xiiii.erat luna cum naturalis eclipsis fieri nõ posset.Sequit:Et ho.no.excl.Ie.vo.ma. dicens:Eloi,Eloi.Hiero.Nona hora inuenit euersa domo decima drachma quę perierat. Beda . Nã & Adam peccãte scriptũ est quòd audiuerit vocem dñi dei ambulantis in paradiso ad aurã post meridiẽ.& qua hora primus Adã peccãdo mortẽ huic mũdo inuexit,eadẽ hora secundus Adã mortẽ moriendo destruxit.Et notãdũ ꝙ recedẽte à cẽtro mũdi sole crucifixus est dñs:oriẽte aũt sole resurrectiõis suæ mysteria celebrauit.quia mortu⁹ est propter peccata nostra, & resurrexit ꝓpter iustificationẽ nostrã.Nec mireris verborũ humilitatẽ,querimonias derelicti,cũ formã serui sciẽs scãdalũ crucis videas.Sicut em̃ esurire,& sitire , & fatigari nõ erãt ꝓpria deitatis,sed corporales passiões : ita quod dicit, Vt q̃d dereliquisti me? corporalis vocis erat propriũ:quia solet secundũ naturã corp⁹ nullaten⁹ velle à sibi cõiuncta vita fraudari.Licet enim ipse Saluator dicebat hoc,sed proprie ostẽdebat corporis fragilitatẽ.vt homo ergo loquit in eos,circũferẽs mot⁹,ꝙ in periculis positi à dño deseri nos putem⁹.Theo.Vel hoc loquit homo crucifixus deo ꝓ me:nos em̃ hoĩes sum⁹ derelicti, ipse nunq̃ à patre derelictus fuit.Audi em̃ q̃ dicit, Nõ sum sol⁹, sed quia pater mecũ est.Etsi etiã hoc ꝓ Iudęis dixerit,quasi & ipse secundũ carnẽ Iudæus existẽs:ac si diceret,Vt q̃d Hebraicũ populũ dereliquisti, vt tuũ crucifigeret filiũ? Sicut em̃ aliq̃n cõsuemus dicere,Deus induit me .i.meã naturã.s.humanã:sic & hic dereliquisti me,oportet intelligere humanã naturã vel Iudaicũ populũ . Sequit:Et q̃.de cir.au.di.Ecce He.vo.Beda.Sed quos arbitror milites fuisse Romanos,nõ intelligẽtes sermõis Hebraici proprietatẽ,sed ex eo ꝙ dixit Eloi, putantes ab eo Eliã vocatũ.Si aũt Iudæos q̃ hoc dixerũt intelligere volueris,hoc facit,vt eũ imbecillitatis infamẽt, ꝙ Elię auxiliũ deprecet.Sequit:Currẽs aũt vnus & implẽs spon.ace.Quã ob causam dño acetũ sit potui datũ, Ioannes plenius ostẽdit,dicẽs, quòd Iesus vt cõsummarentur scripturæ dixit, Sitio.Illi aũt spongiã plenã aceto obtulerũt ori eius . Hiero .Innuit aũt hic Iudęorũ simplicitatis infirmitatẽ,spongiã scilicet,cannã infirmã, aridã,igni⁹ aptam:implet aceto,hoc est malitia & dolo.Aug.de cõ.euan.De Elia vero non ipsũ qui obtulit spongiã cũ aceto,sed cæteros dixisse Matthę⁹ narrauit,vñ ĩtelligimus & illũ,& cæteros hoc dixisse.Hiero. Infirmata autem carne vox inualuit diuina quę dicit: Aperite mihi portas iustitiæ.vnde sequit:Iesus autẽ emis.vo. ma.expi. Cum ima voce siue sine voce nos morimur , qui de terra sum⁹.Ille vero cum exaltata voce expirauit , q̃ de cælo descẽdit.Theo.Et q̃ morti dñatur & ꝑcipit, sicut

Eclipsis cõtra natura.

Allegoria passionis

Milites q̃ fuerunt.

Vox diuina inualuit.

dominus poteſtatiue expirat. Qualis autē hęc vox fuerit Lucas declarat: Pater (inquit) in manus tuas commendo ſpiritū meū. Etenī Chriſtus extūc p hoc nobis voluit declarare, q̄ ſanctorū animę in manus dei aſcendunt. Nam prius ab inferis omnium animæ tenebātur, donec venit qui prædicauit captiuis remiſſionem.

Et uelū tēpli ſciſſum eſt in duo, à ſummo uſq; deorſum. Videns aūt Cēturio qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamās expiraſſet, ait. Vere hic homo filius dei erat. Erant aūt & mulieres de lōge aſpiciētes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioſeph mater, & Salome: & cum eſſet in Galilæa, ſequebantur eum & miniſtrabant ei, & aliæ multæ quæ ſimul cum eo aſcenderant Ieroſolyman.

Glo. Poſtquam narrauit euāgeliſta paſſionē & mortem Chriſti, nūc ꝓſequit de his q̄ poſt mortē dñi cōtigerūt. vnde dicit: Et ve. tēpli. &c. Hier. velū tēpli ſcinditur. i. cęlū aperitur. The. Sciſſum eſt etiā velū innuēte deo, q̄ ſpiritus ſancti gratia à tēplo recedit & ſcindit vt ſancta ſanctorū ab omnibus vidēda eſſent, & q̄ tēplū lugebit in Iudæis cū calamitates deplorabūt & veſtimēta ſcindēt. Hoc etiā & tēplū animatū. ſ. corp⁹ Chriſti, oſtēdit, in cuius paſſione veſtimētum ei⁹ laceratū eſt. ſ. caro & aliud etiā ſignificat. Caro nāq; velum eſt noſtri tēpli. ſ. mētis noſtrę. Virtus autē carnis ſciſſa eſt in Chriſti paſſionibus à ſummo vſq; deorſum. ſ. ab Adā vſq; ad vltimos homines. Nā & Adā effectus eſt ſanus p paſſionem Chriſti, & eius caro non manet ſub maledicto, neq; digna eſt corruptione, ſed omnes incorruptione honorati ſumus. Videns autem Centurio. Centurio dicitur qui centum militibus præeſt. Videns autem q̄ ita poteſtatiuē & dominabiliter expiraſſet, miratus eſt & cōfeſſus eſt. Beda. Manifeſta autem cauſa miraculi Centurionis exponitur, q̄ videns dūm ſic expiraſſe. i. ſpiritū emiſiſſe dixerit: Ve. ho. hic fi. dei erat. Nullus enim habet poteſtatē mittēdi ſpm̄ niſi qui animarū cōditor eſt. Aug. iiii. de tri. Et hoc maxime miratus eſt q̄ poſt illā vocē in qua figurā peccati noſtri ędidit cōtinuo tradidit ſpm̄. Demōſtrauit enim ſpiritus mediatoris q̄ nulla pœna peccati vſq; ad mortē carnis eius acceſſerit, quia non eū deſeruit inuitus, ſed quō voluit, quippe dei verbo ad vnitatē perſonę cōiunctus. Hiero. Nouiſſimi aūt nunc primi efficiūtur. Gētilis cōfitetur populus, Iudęa cęcata negat, ne fiat eis error peior priore. Theo. Et ſic ordo cōuertitur dum Iudæi occidūt & gētilis confitet, & diſcipuli fugiūt, & mulieres expectant. Sequitur em̄: Erāt autē & mulieres &c. Salome dicta eſt mater filiorū zebedęi. Orige. Opinat⁹ autē ſum hoc videns apud Matthęū & Marcū hic tres præcipuas mulieres nōiatas, & duas quidem vterq; euāgeliſta exponit, Mariam Magd. & Mariā Iaco. Tertia autem à Matthęo dicitur mater filiorū zebedęi, à Marco autē tertia illa Salome appellat. Beda. Iacobū aūt minorē dicit Iacobū Alphei, quia & frater domini dicebat, eo q̄ eſſet filius Marię materterę domini cui⁹ meminit Ioānes, dicēs: Stabant iuxta crucē Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophe, & Maria Mag. Mariā autē Cleophe videtur eam dicere à patre ſiue cognatione. Vocabatur autem minor Iacob⁹ ad diſtinctionē maioris Iacobi, videlicet filii zebedęi, qui inter primos apoſtolos vocatus eſt à domino. Cōſuetudinis aūt Iudaicę fuit, nec inducebat in culpā more gentis antiquę, vt mulieres de ſua ſubſtātia victū atq; veſtitū pręceptorib⁹ miniſtrarēt. vnde ſequitur: Et cum eſſet in Galilęa &c. Miniſtrabāt dño quidē de ſubſtātia ſua, vt meteret earū carnalia, cui⁹ illę metebāt ſpiritualia. & vt typū oſtēderet magiſtrorum, q̄ victu atq; veſtitu ex diſcipulis deberēt eſſe cōtenti. Sed videam⁹ quales comites habuerint. Sequit enī: Et aliæ mult. q̄ ſimul eū eo aſcē. Ieroſol. Hiero. Sicut nō excludit muliebris ſexus à ſalute p Mariā virginē, ita nō repellitur à myſterii crucis ſciētia & reſurrectionis per viduam Magdalenam Mariam, & cæteras matres.

Et cum iam ſero eſſet factū, (quia erat paraſceue, quod eſt ante ſabbatum) uenit Ioſeph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipſe erat expectās regnū dei. Et audacter introiuit ad Pilatū, & petiit corpus Ieſu. Pilatus autem mirabatur ſi iam obiiſſet. Et accerſito Centurione, interrogauit eum, ſi iam mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet à Cēturione, donauit corp⁹ Ioſeph. Ioſeph aūt mercatus ſyndonē, & deponēs eū inuoluit in ſyndone, & poſuit eum in monumēto quod erat exciſum in petra, & aduoluit lapidem ad oſtium monumēti. Maria autē Magdalene & Maria Ioſeph aſpiciebant ubi poneretur.

Glo. Poſt paſſionē & mortē Chriſti euāgeliſta ſepulturā ei⁹ enarrat dicēs: Et iam cum &c. Bed. Paraſceue grēce, latine præparatio dicitur, quo nomīe Iudęi qui inter grēcos morabātur ſextam ſabbati appellabāt, eo quōd in illo ea quæ requiei ſabbati neceſſaria eſſent, prēparare ſoleret. Quia ergo ſexta die homo fact⁹ eſt, ſeptima aūt die conditor ab omni opere ſuo requieuit, recte ſaluator ſexta die crucifix⁹ hūanæ reſtauratiōis ꝓpleuit arcanū. Sabbato aūt in ſepulchro quieſcēs, reſurrectionis, quę octaua die vētura erat, expectabat euētū. Sic & nos in hac quidem ſeculi ętate mūdo neceſſe eſt crucifigi: in ſeptima vero die. i. cū mortis quis debitū ſoluit, corpora quidē in tumulis, animas aūt ſecreta in pace cum dño poſt bona opa oportet quieſcere: donec octaua ętate etiā corpora ipſa reſurrectione glorificata cum animabus incorruptionē accipiāt. Talē autē eſſe decebat qui corpus domini ſepeliret, qui etiā p iuſtitiā meritorū tali miniſterio dignus eſſet, & per nobilitatē potentiæ ſecularis facultatem poſſet obtinere miniſtrandi: & ideo dicitur nobilis decurio expectans regnum dei. Decurio vocatur q̄ ſit de ordine curiæ, & officiū curiæ adminiſtraret, qui etiā curialis à ꝓcurādo munera ciuilia ſolet appellari. Arimathia autē ipſa eſt Ramataī ciuitas Helchanę & Samuelis. Hier. Quę interpretatur deponēs, de qua fuit Ioſeph, qvenit ad deponēdum corp⁹ Chriſti de cruce. ſequitur: Et au. in. ad Pi. & pe. cor. Ie. Theo. Audet auſum laudabilē: nō enim excogitauit à diuitiis decidam, & expellar à Iudęis, ſi corpus petā eius qui eſt blaſphem⁹ eū dēnat⁹. ſequit: Pi. autē mi. ſi. iam obiiſſet. Putabat enim q̄ diu viueret in cruce, ſicut & latrones in patibulo viuebāt diu. ſequit: Et ac. cē. inter. eum ſi iam mortuus eſſet. ſ. ante horam qua cęteri mori cōſueuerūt. ſequitur: Et cū cog. à cen. ſ. q̄ mortuus eſſet, donauit corp⁹ Ioſeph. Beda. Nō autē quilibet ignotus, aut mediocris ad preſidē accedere & crucifixi corpus poterat impetrare. ſequit: Ioſeph aūt mer. ſyn. &c. Theo. Precioſum corp⁹ precioſe ſepeliēs, cum enī eſſet diſcipulus domini, ſciebat qualiter corp⁹ domini honorari deberet. Beda. Poſſum⁹ autē ſecūdum intelligentiā ſpiritualē hoc ſentire, q̄ corp⁹ domini nō auro nō gēmis & ſerico, ſed linteamine puro obuoluendum ſit. hinc eccleſiæ mos obtinuit, vt ſacrificiū altaris non in ſerico, neq; in pāno tincto, ſed in lino terreo celebretur, ſicut corp⁹ eſt domini in ſyndone mūda ſepultū, iuxta quod in geſtis pontificalib⁹ à b. Sylueſtro legim⁹ eſſe ſtatutū, quāquam & hoc ſignificet q̄ ille in ſyndone mūda inuoluit Ieſum, qui pura eū mēte ſuſceperit: ſequitur: Et ponens eum &c. dicitur q̄ monumentum domini domus rotunda fuit, de ſubiacēte rupe exciſa, tantæ altitudinis vt homo rectus exīs vix extenſa manu culmē poſſet attingere, & habet introitū ab oriēte, cui lapis magnus inuolutus atq; impoſitus eſt in eius parte aquilonari: ipſum ſepulchrum. i. locus dominici

Veli ſciſſura quid ſignet.

Paraſceue interpretatio

Ordo cō uerſus.

Mos eccleſiæ.

corporis de eadem petra factū eſt 7. habens pedes longitudinis, trium palmarum menſura à pauimēto altius eminēs. qui. ſ. locus nō deſuꝑ, ſed à latere meridiano p totū patet, vnde corpus poſt inferebat. Color autē monumēti & loculi albo & rubeo dicitur eſſe permixtus. Hiero. Sepultura autem Chriſti reſurgimus, deſcēſione eius ad inferos nos aſcēdimus ad cęlos: hic inuenit mel in ore leonis mortui. Theo. Imitemur autē & nos Ioſeph, recipiētes Chriſti corp⁹ p vnitatē, & ponamus illud in monumēto exciſo de petra. i. in. aīa memorāte & non obliuiſcente deū: illa enim aīa eſt ex petra exciſa. i. ex Chriſto q̄ eſt petra qui cōtinet firmitatē. Inuoluere etiā debem⁹ ipſum in ſyndone. i. in corpore puro ſuſcipere. Syndō nāq; eſt corpus qđ eſt aīę indumētū. Decet enī nō ſolū pura aīa corp⁹ Chriſti ſuſcipere, ſed in corpore puro. Inuoluere autē oportet, ſed nō aperire, nam ſecretū clauſū eſt & occultū. Sequit: Maria autē Mag. & Maria Ioſeph &c. Beda. In Luca legimus q̄ ſtabant noti eius à lōge & mulieres q̄ ſecutę erāt eum. His ergo notis Ieſu poſt depoſitū eius corpus ad ſua remeātibus, ſolę mulieres q̄ arctius amabāt funus ſubſecutę, quō poneretur reſpicere curabāt, vt ei tēpore congruo munus poſſent deuotionis offerre. Die autē paraſceues ſanctę mulieres. i. aīæ humiles idem faciūt, cū amore ſaluatoris feruētes paſſionis eius veſtigiis in hoc ſeculo, quo prępārāda eſt requies futura, diligēter obſequuntur, & ſi forte valeāt imitari pia curioſitate quo ordine ſit eius paſſio cōpleta, perpendūt. Hiero. Hęc etiā cōgruūt ad populū Iudaicū in fine credentem, qui nobilitat fide vt Abrahæ ſit filius, deponit deſperationem, expectat regnū dei. Intrat ad chriſtianos vt baptizet, qđ ſignificat nomē Pilati. i. malleatoris, qui domat ferreas gētes, vt regat eas in virga ferrea, & petit ſacrificiū quod donat pœnitētib⁹ in fine viaticū, & corde mundo & peccatis mortuo ſuoluit munimine fidei, ſtabilitū operculo ſpei per opera charitatis concludit. Finis enim pręcepti eſt charitas, aſpicientibus à longe electis qui ſunt ſtellę maris, quoniā (ſi fieri poteſt) ſcādalizabūtur etiā electi.

Tropologia pulchra.

CAPVT XVI.

Et cum trāſiſſet ſabbatum, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata ut ueniētes ungerēt Ieſum. Et ualde mane una ſabbatorū, ueniunt ad monumētum orto iam ſole. Et dicebāt adinuicē: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumēti? Et reſpiciētes, uiderunt reuolutum lapidē. Erat quippe magnus ualde. Et introeūtes in monumētum, uiderunt iuuenem ſedentem in dextris coopertum ſtola cādida: & obſtupuerūt. Qui dicit illis, Nolite expaueſcere: Ieſum quæritis Nazarenū, crucifixū, ſurrexit, nō eſt hic. Ecce locus ubi poſuerūt eū. Sed ite, dicite diſcipulis eius et Petro, quia præcedet uos in Galilæā: ibi eum uidebitis ſicut dixit uobis. At illæ exeuntes, fugerunt de monumēto: Inuaſerat enim eas tremor et pauor: & nemini quicq̄ dixerūt. Timebāt enī.

Sabbati gaudiū.

Hiero. Poſt ſabbati triſtitiā fœlix irradiat dies, q̄ primatū in diebus tenet, luce prima in eo luceſcēte, & domino in eo cum triumpho reſurgente. vnde dicitur: Et cum tran. ſab. Maria Mag. &c. Gloſ. Religioſę enim mulieres ſepulto domino cum licuit operari. i. vſq; ad ſolis occaſum vnguenta parauerunt, vt Lucas dicit. Et quia prę anguſtia temporis non poterant explere, mox tranſacto ſabbato. i. occidente ſole, vt operandi licētia redit, feſtinauerunt emere aromata, ſicut Marc⁹ dicit, vt venientes mane vngerent corpus Ieſu, neq; veſpere ſabbati præoccupante iam noctis articulo, monumentum adire valuerunt. vnde ſequitur: Et valde mane vna ſabbatorum &c. Seue. Mulieres hoc loco fœminea deuotione diſcurrunt, quæ non vt viuēti fidē, ſed vt mortuo vnguenta deferunt ad ſepulchrum: & vt ſepulto darent mœroris obſequia, non vt reſurgenti prępārant diuinorum gaudia triumphorū. Theo. Non enim magnitudinem atq; dignitatem diuinitatis Chriſti ſapiunt. Venerunt autem iuxta conſuetudinem Iudæorum, vngere corpus Ieſu, vt ſcilicet maneret odoriferum, & ne humiditate ſcaturiret: nam aromata virtutē habēt deſiccatiuam, humiditatē corporis abſorbētia, vnde incorruptum corpus conſeruant. Grego. in hom. Nos autem in eum qui eſt mortuus credentes, ſi odore virtutū refecti cum opinione bonorum operum dominum quærimus, ad monumentum illius cum aromatibus venim⁹. Sequitur: Et val. ma. vna ſab. ve. ad &c. Aug. de cō. euā. Quōd Lucas dicit diluculo, & Ioannes mane, cum adhuc tenebræ eſſent, hoc intelligitur Marcus dicere, val de mane oriente iam ſole. i. cum cœlum ab orientis parte albeſceret, quod fit vtiq; ſolis orientis vicinitate. Ei⁹ enim eſt ille fulgor qui nomine auroræ appellari ſolet, ideo non repugnat ei qui ait, Cū adhuc tenebræ eſſent. Die quippe ſurgente, aliquæ reliquię tenebrarum tanto minus ſunt, quanto magis oritur lux: nec accipiendū eſt quod ait, Valde mane orto iam ſole: tanq̄ ſol ipſe iā videretur ſuper terram, ſed de proximo aduenīente in has partes ſole. i. ortu ſuo iam cœlum illuminare incipiente. Hiero. Valde ergo mane dicit, quod alius euāgeliſta dicit diluculo. Diluculum autem eſt inter tenebras noctis, & diei claritatem, in qua ſalus humani generis prouenit, fœlici vicinitate in eccleſiam declarāda more ſolis, qui proxima luce conſurgens, roſeam præmittit auroram, vt gratiam præclari ſplendoris præparatis oculis poſſit intueri, quando tempus dominicę reſurrectionis illuxit, vt tūc laudes Chriſti tota caneret ſecundum exemplum fœminarum eccleſia, quando genus humanū exemplo ſuæ reſurrectionis animauit, quādo vitam præſtitit, & lumen credulitatis infudit. Beda. Sicut autem q̄ valde mane mulieres venerunt ad monumentum, iuxta hiſtoriam magnus feruor charitatis oſtenditur: ita iuxta intellectum myſticum nobis datur exemplum, vt illuminata facie, diſcuſſisq; vitiorum tenebris, odorem bonorum operum domino & orationū ſuauitatem ſtudeamus offerre. Theo. Dicit autem, vna ſab. i. prima dierum hebdomadæ. Sabbata nanq; dies hebdomadæ nuncupantur: vna vero dicit prima. Beda. Vel prima ſabbatorum, prima dies eſt à die ſabbatorū requietionū quæ in ſabbatis cuſtodiebantur. ſequitur: Et dic. adin. Quis reuoluet &c. Seue. Obſcuratum erat veſtrum pectus, oculi clauſi, & ideo patefacti ſepulchri gloriam prius non videbatis. ſequitur enim: Et reſ. vi. reuol. la. Quomodo lapis per angelū reuolutus ſit, Matthæus ſufficienter exponit. Hæc reuolutio lapidis myſticē reſerationem ſacramentorum Chriſti, quę velamine literæ legalis tenebantur, inſinuat: lex enim lapide ſcripta eſt. ſequitur: Erat quippe magnus valde. Seuer. Et plus iam magnus merito quàm forma, quo creatoris mundi corpus & claudere & operire ſufficit. Greg. Mulieres autem angelos vident, quæ cum aromatibus venerunt, quia illę mentes ſupernos ciues aſpiciūt, quę cum virtutibus ad ſancta deſyderia veniūt. vnde ſequitur: Et intro. in monumentum &c. Theop. Si Matthæ⁹ dicit angelum ſedere ſuper lapidē, Marcus vero q̄ mulieres introeuntes monumentum viderunt ſedentē iuuenem, non mireris: nam quem viderunt prius ſedentē ipſum etiam intus in monumēto poſtmodum viderūt. Aug. de con. euan. Aut intelligamus Matthæum tacuiſſe de illo angelo quem intrantes viderunt, Marcum vero de illo quem foris ſuper lapidem ſedentem viderūt, vt duos viderint, & à duobus ſigillatim audierint quæ dixerunt angeli de Ieſu aut certe intrantes in monumē

Vnctio corporū vnde.

Conſen ſus euan gelicus.

Supple tur hiſto ria.

tum,in aliqua ſepta macerie debemus accipere,qua cõ munitum locum tunc fuiſſe credibile eſt in aliquo ſpatio ante petrã,qua exciſa locus factus fuerat ſepulturæ: vt ipſum viderint in eodẽ ſpatio ſedentẽ à dextris, quẽ dicit Matthæus ſedentẽ ſup lapidem. Theo. Quidã aũt dicunt quod aliæ fuerunt mulieres,quæ dicunt à Matthæo,aliæ quæ à Marco: ſed Maria Magd. ſequebat oẽs feruidã feſtinationẽ habẽs & ardentẽ affectũ. Seue. Introierũt ergo mulieres ad ſepulchrũ,vt cõſepultę Chriſto,Chriſto cõſurgerent de ſepulchro: vident iuuenem, vt cernerent noſtræ reſurrectiõis ætatẽ, quia neſcit reſurrectio ſenectutẽ: & vbi naſci moriq; neſcit, ibi ætas nec admittit detrimenta,nec indiget incrementis. vñ iuuenẽ,nõ ſenẽ,nõ infantẽ, ſed iocundã ætatẽ viderũt. Beda. Viderũt aũt iuuenẽ ſedentẽ in dextris.i. ad meridianã partẽ loci illius vbi poſitũ erat. Corpus em̃ quod ſupinũ iacens,caput habebat ad occaſum,dextrã neceſſe erat habere ad auſtrũ. Gre. in ho. Quid aũt p̃ ſiniſtrã, niſi vita p̃ſens? Quid vero p dextrã, niſi vita ꝑpetua deſignatur? Quia igitur redemptor noſter iã præſentis vitæ corruptionẽ trãſierat,recte angelus, qui nuntiare perennẽ eius vitã venerat,in dextera ſedebat. Seue. Vident etiã iuuenẽ ſedentẽ à dextris,quia reſurrectio nil recipit ſiniſtrũ. Vident etiã coopertũ ſtola cãdida. Stola iſta non eſt ex mortali vellere, ſed ex virtute vitali, ſplendens cæleſti lumine, nõ colore terreno, dicẽte ꝓpheta: Amict⁹ lumine ſicut veſtimẽto: & de iuſtis, Tũc iuſti fulgebunt ſicut ſol. Greg. in ho. Vel ſtola candida coopertus apparuit,quia feſtiuitatis noſtrę gaudia nũtiauit. cãdor etenim veſtis, ſplendorẽ noſtræ denuntiat ſolẽnitatis. Hiero. Veſtis etiã cãdida,vera lętitia eſt, ho ſte depulſo,regnoq; adepto,rege pacis quæſito, & inuẽto & nunq̃ dimiſſo. Hoc igitur innuens, formã reſurrectionis timentibus mortẽ oſtẽdit. Quod aũt obſtupuerunt,id eſt quod oculus nõ vidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit,quæ præparauit deus diligentibus ſe. Sequit: Qui dicit illis &c. Greg. in ho. Acſi diceret: Paueãt illi q nõ amant aduentũ ſupernorũ ciuium, pertimeſcant q carnalibus deſyderiis preſſi, ad eorũ ſocietatem pertingere ſe poſſe deſperãt. vos aũt cur pertimeſcitis,qui veſtros cõciues videtis? Hiero. Nõ em̃ eſt timor in charitate. Quid expaueſceret, quæ inuenerũt quem quæſierunt? Gre. in ho. Sed iã quid angelus ſubiungit,audiamus: Ieſum quęritis Nazarenum. Ieſus latino eloquio ſalutaris.i. ſaluator interpretatur. at vero tunc multi Ieſus dici poterãt,nec tamen ſubſtãtialiter, ſed nuncupatiue,ideo & locus ſubiungit̃,vt de quo Ieſu dictũ ſit manifeſtet̃, Nazarenũ. Et cauſam protinus ſubdit,Crucifixũ. Theo. Nõ em̃ erubeſcit crucẽ: in hac nanq; ſalus hominũ eſt, & beatorum principiũ. Hiero. Radix aũt amara crucis euanuit. Flos vitæ cũ fructibus erupit.i. qui iacuit morte, ſurrexit in gloria. vñ addit: ſurrexit,nõ eſt hic. Gre. in ho. Nõ eſt hie,dicit̃ p̃ præſentiam carnis,qui tamen nuſq̃ deerat per præſentiã maieſtatis. Theo. Et quaſi dicat: Vultis certificari de ei⁹ reſurrectione? ſubdit: Ecce loc⁹ vbi poſuerũt eũ. Propter hoc em̃ & reuoluerat lapidẽ,vt locũ oſtenderet. Hiero. Oſtenditur aũt immortalitas mortalibus ad gratiarũ actionem debitã,vt intelligamus quid fuerimus, & ſciamus quid futuri erimus. Sequit: Sed ite,dicite &c. Mulierib⁹ dicit vt nunciẽt apoſtolis, quia p mulierẽ mors annunciata eſt,per mulierem vita reſurgens. Dicit aũt ſpecialiter: Et Petro, quia ſe indignũ iudicauit diſcipulatu, cum ter negauit magiſtrum. ſed peccata pręterita non nocent, quando non placent. Greg. in ho. Si autem hunc angelus nõ nominatim exprimeret qui magiſtrũ negauerat, venire inter diſcipulos non auderet: vocat ergo ex nomine, ne deſperaret ex negatione. Augu. de con. euan. Quod autẽ dicit, Præcedet vos, &c. Videtur hoc ſonare quod Ieſus nõ fuit demõſtraturus ſe diſcipulis poſt reſurrectionẽ niſi in Galilæa: quã demõſtrationem nunc ipſe Marcus cõmemorauit. Quod enim dixit, mane prima ſabbati apparuit Mariæ Mag. poſt hęc duobus euntibus in villã, factum eſt in Hieruſalẽ ipſo die reſurrectionis: deinde venit ad vltimã manifeſtationem, quam factã ſcimus in mõte oliueti nõ lõge à Hieruſalem. Nunq̃ igit̃ cõmemorat Marcus impletũ quod ab angelo prænũciatum eſſe teſtat̃. Matthæus vero nullum aliũ locũ omnino cõmemorat, vbi diſcipuli poſtq̃ ſurrexit, viderint dñm, niſi in Galilæa, ſecundũ angeli prædicationem. Sed cũ non ſit expreſſum qñ id futurũ eſſet, vtrum primũ, anteq̃ alibi ab eis viſus eſſet: idq́ue ipſum quod diſcipulos Matthæus dicit iſſe in Galilæã in montẽ, nõ exprimit diem nec narrãdi ordinẽ, nõ aduerſatur quidẽ Matthæus narrationibus cæterorũ, ſed dat eis intelligendi atq; accipiendi locũ. Veruntamen quod dñs nõ ibi primũ ſe demõſtraturus erat, ſed ĩ Galilæa, vbi poſtea viſus eſt, ſe videndũ mãda uit, quẽuis ſi delem facit intentũ ad quærendũ in quo myſterio dictum intelligat̃. Greg. in ho. Galilæa nanq; trãſmigratio interpretat̃; iã quippe redemptor noſter à paſſione ad reſurrectionem, à morte ad vitam tranſmigrauerat: & nos reſurrectionis eius gloriã poſt læti videbimus, ſi à vitiis ad virtutũ celſitudinẽ trãſmigramus. Qui ergo in ſepulchro nunciat̃, in tranſmigratione oſtendit̃: quia is qui in mortificatione carnis agnoſcit̃, in tranſmigratione mentis videt̃. Hiero. Breuis ergo ſentẽtia in ſyllabis, ſed ingens in q̃titate ꝓmiſſio. Ibi eſt gaudii noſtri fons, & ſalutis æternæ origo præparata. Ibi congregantur diſperſiones, & ſanant̃ cõtriti corde. Ibi inquit eum videbitis, ſed nõ ſicut vidiſtis. Aug. de con. euan. Significatur etiã quod gratia Chriſti de populo Iſrael erat tranſmigratura ad gentes, à quibus apoſtoli nullo modo prædicantes ſuſcipient̃, niſi eis viã dñs in eorũ cordibus præueniens præparaſſet: & hoc eſt, Præcedã vos in Gal. ibi eum vid.i. ibi membra eius inuenietis. Sequitur: At illæ exeuntes fugerunt de monumento. Inuaſerat enim eas tremor & pauor. Theo. Id eſt ſtupor propter viſionẽ angeli & admirationẽ reſurrectionis. Seue. Angelus quidẽ ſedet in monumento, de monumẽto fugiunt mulieres: quia ille de cæleſti ſubſtãtia cõfidit, turbantur iſtæ de conditione terrena. Sepulchrũ, qui mori non poteſt, timere neſcit: mulieres aũt & de præſenti facto tremunt, & ſepulchrũ vt mortales adhuc mortaliter expaueſcunt. Hiero. Hoc etiã dicit̃ de futura vita, in qua fugiet dolor & gemitus. Imitantur enim mulieres ante reſurrectionem oĩa quæ faciunt poſt reſurrectionem, fugientes mortem & pauorẽ. Sequitur: Et nequic. dix. time. enim. Theo. Aut propter Iudæos, aut timore viſionis detentæ tacebant hoc quod audierant. Aug. de con. euan. Quæri aũt poteſt quemadmodũ hoc dicat Marcus, cum dicat Matthæus, Et exierũt cito de monumento, cum timore & gaudio magno, currentes nunciare diſcipulis eius? niſi intelligamus ipſorũ angelorum nemini auſas fuiſſe aliquid dicere .i. reſpondere ad ea quę ab illis audierãt, aut certe cuſtodibus quos iacentes viderunt. nã illud gaudiũ quod Matthæus cõmemorat, non repugnat timori de quo Marcus dicit. Debuimus enim vtrunq; in illarum animo factũ intellige re, etiã ſi Matthæus de timore nõ diceret. Cum vero & ipſe dicat, Exierũt cito de monumẽto cũ timore & gaudio magno: nihil ex hac re ęſtionis remanere ꝓmittit. Theo. Signãter etiã dicit̃ q̃ nemini quicq̃ dixerũt. quia mulieribus audire, nõ loqui datũ eſt: diſcere, nõ docere.

Mulierũ deuotio.

Anagogæ reſur rectionis

Mulieres nũciæ re ſurrectionis.

Apparitiones Chriſti.

Anagogæ pulchræ.

Cõſenſus euãgel.

Surgẽs autem Ieſus mane prima ſabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptẽ dæmonia. Illa uadens, nunciauit his qui cum eo fuerãt, lugẽtibus & flentibus. & illi audientes quia uiueret & uiſus eſſet ab ea, non crediderunt. Poſt hæc aũt duobus ex his ambulantibus oſtẽſus eſt in alia effigie, euntibus in uillam, & illi euntes nunciauerũt cæteris nec illis crediderunt.

Aug. de con euã. Iam poſt reſurrectionem quemadmodum apparuit dominus conſiderandũ eſt. Dicit em̃ Marcus: Surgens autem &c. Beda. Hæc apparitio quomodo & vbi facta ſit, Ioannes pleniſſime docet. Surrexit autem dominus mane de monumento in quo ſero iam facto erat depoſitus, vt adimpleretur illud Pſalmi. Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Theo. Vel aliter: Quod dicit, Surgẽs Ieſus, ibi pũctua: deinde dicas, Mane pri. ſab. ap. pri. Ma. Mag. Gre. in ho. Vt enim Sanſon media nocte non ſolum de Gaza exiit, ſed etiam portas tulit: ſic & redemptor noſter ante lucem reſurgens nõ ſolum liber de inferno exiit, ſed ipſa etiam inferni clauſtra deſtruxit. De Maria autẽ hic Marcus ſeptẽ dęmonia eiecta fuiſſe teſtatur, & quid ſeptem dæmonia, niſi vniuerſa vitia ſignificant? quia enim ſeptem diebus omne tempus comprehenditur, recte ſeptenario numero vniuerſitas figuratur. Theo. Septem ergo dęmonia Maria habuit, quę vniuerſis vitiis plenafuit: aut ſeptem dæmonia ſeptem virtutibus ſpiritus contrarios dicit, vt ſpiritus abſq; timore, abſq; ſapientia, abſq; intellectu, & quæcũq; alia donis ſpiritus ſancti opponuntur. Hier. Ei autem, de qua eiecerat ſeptem dæmonia, primo oſtẽditur: quia meretrices & publicani præcedent ſynagogam in regnum dei, vt latro præceſſit apoſtolos. Bed. In principio etiam mulier inductrix culpę viro fuit, nunc quę mortem primo guſtauit, reſurrectionẽ primo videt, ne perpetui reatus apud viros opprobrium ſuſtineret: & quæ viro culpam trãſfuderat, trãſſudit & gratiam. Nam ſequitur: Illa vadẽs &c. Hiero. Flent & lugent qui nondum viderunt, ſed non poſt multum conſolabuntur. Beati enim qui lugẽt nunc, quoniam ipſi conſolabuntur. Beda. Rectę autem hæc mulier, quæ lætitiam dominicæ reſurrectionis prima nuntiauit, à ſeptem dæmonibus curata eſſe memoratur, ne quiſquam digne pœnitẽs, de admiſſorũ venia deſperaret: & vt vbi abundauit peccatũ, ſuperabũdaſſe & gratia monſtraretur. Seue. Nũtiat autem Maria, ſed iam non fœmina, ſed eccleſiam geſtãs, vt ſupra ſicut fœmina tacebat: hic in eccleſia & nuntiet & loquatur. Sequitur: Et illi aud. &c. Greg. in ho. Quod reſurrectionem dominicam diſcipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas q̃ noſtra, vt ita dicam, futura firmitas fuit. Ipſa nanq; reſurrectio illis dubitãtibus p multa argumenta monſtrata eſt: quæ dum nos legẽtes agnoſcimus, quid aliud q̃ de eorum dubitatione ſolidamur? Sequitur: Poſt hæc autem du. ex his &c. Aug. de cõ euã. De iſtis duobus quorum vnus erat Cleophas, Lucas totum narrat, ſed Marcus hic breuiter perſtringit. Caſtellum quippe illud de quo Lucas loquitur, non abſurde accipimus etiam villam potuiſſe appellari: & in codicibus quidem græcis magis agrum inuenimus, q̃ villam. Agri autem nomine non caſtella tantum, verumetiam municipia & coloniæ ſolent vocari extra ciuitatẽ, quæ quaſi caput & mater eſt cæterarum. Quod aũt ait Marcus eis in alia effigie dominum apparuiſſe, hoc Lucas dicit, q̃ eorũ oculi tenebantur ne noſcerent eum. Oculis enim eorũ acciderat aliquid quod ita manere pmiſſum eſt vſq; ad fractionem panis. Seueri. Nemo autẽ putet Chriſtum ſua reſurrectione ſui vultus effigiem commutaſſe, ſed mutatur effigies, dum efficitur ex mortali immortalis: vt hoc ſit acquiſiuiſſe vultus gloriam, non vultus ſubſtantiam perdidiſſe. Duob⁹ autem viſus eſt, quia duobus populis.i. gentibus & Iudæis reſurrectionis fides prædicanda monſtratur. ſequitur: Et illi eũtes nuntiauerunt cęteris nec illis crediderunt. Quod Marcus dicit: Nuntiauerunt cæteris, nec illis crediderunt: cum Lucas dicat q̃ iam inde loquebantur vere reſurrexiſſe dominũ, & Simoni apparuiſſe: quid intelligendũ eſt niſi aliquos ibi fuiſſe q̃ nollent credere? Theo. Nõ enim de 11. apoſtolis hoc dicit, ſed de quibuſdam aliis, quos cęteros nominat. Hieron. Myſtice autem intelligitur q̃ fides hic laborat agens actiuam vitam, illic cõtemplatiua ſecura viſione regnat. Hic per ſpeculum cõtuemur imaginem, illic facie ad faciem videbimus veritatem. vnde ambulantibus.i. laborantibus oſtẽſus eſt in alia effigie, & nuntiantibus non eſt creditum, dum ſicut Moyſes viderunt quod non ſufficiebat eis, qui dicit, Oſtende mihi temetipſum. Oblit⁹ enim carnis ſuę poſtulat in vita iſta quod ſperamus in futura.

Apparitionis ordo.

Figuræ alluſio.

Cõſenſus euãgel.

Nouiſſime autem, recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobrauit incredulitatẽ eorum & duritiã cordis, quia his qui uiderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundũ uniuerſum, prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizat⁹ fuerit, ſalu⁹ erit. Qui uero non crediderit, condemnabitur. Signa aũt eos qui crediderint, hæc ſequẽtur: In noĩe meo dæmonia eiiciẽt, lĩguis loquentur nouis, ſerpẽtes tollẽt: & ſi mortiferũ quid biberint, nõ eis nocebit. Super ægros man⁹ imponẽt, et bene habebũt.

Glo. Completurus euangelicam narrationem Marcus, nouiſſimam apparitionem, qua Chriſtus poſt reſurrectionem diſcipulis apparuit, commemorat, dicẽs: Nouiſſime autem &c. Greg. in ho. Notandum autem quid Lucas in Actibus referat, dicens: Conueſcens præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent. & poſt pauca, Videntibus illis eleuatus eſt. Comedit enim & aſcendit, vt videlicet per effectum comeſtionis veritas pateſceret carnis: vnde & hic dicitur quod recumbentibus illis nouiſſime apparuit. Hiero. Apparuit autẽ vndecim ſimul congregatis, vt omnes teſtes ſint & enarrent omnibus quod communiter viderunt & audierunt. Sequitur: Et exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis eorum: quia his qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderunt. Aug. de con euan. Quomodo autem nouiſſime hoc factum eſt? Nouiſſimum quippe illud eſt, quod dominum in terra apoſtoli viderũt, quod factum eſt 40. die poſt reſurrectionem eius. Nunquidnam tunc exprobraturus erat, quod nõ credidiſſent eis qui eum viderant reſurrexiſſe, quando iam & ipſi poſt reſurrectionẽ toties eum viderant? Reſtat igitur vt intelligamus nunc Marcum breuiter commemorare voluiſſe, & iam dixiſſe, Nouiſſime, quia ipſo die hoc nouiſſimum fuit iam incipiente nocturno tempore, poſteaq̃ diſcipuli de caſtello redierunt in Hieruſalem & inuenerunt, ſicut dicit Lucas 11. & qui cum illis erãt colloquẽtes de reſurrectione domini. Sed erant ibi vtiq; nõ credentes. His ergo (ſicut Marcus dicit) diſcumbentibus, & adhuc inde (ſicut dicit) loquentibus, ſtetit in medio eorum domin⁹, & ait illis: Pax vobis, ſicut Lucas & Ioannes dicunt. Verbis itaq; domini quæ tunc eum locutum eſſe diſcipulis Lucas Ioannẽſq; dixerunt, interponitur & illa exprobratio de qua Marcus hic dicit. Sed hic rurſus mouet, quomodo diſcumbẽtibus 11. dicit apparuiſſe Marcus ſi illud tempus eſt diei dominici iam noctis initio? cum aperte Ioannes dicat non cũ eis fuiſſe Thomã, quem credimus exiiſſe inde anteq̃ dominus ad eos intraret poſteaquam illi duo redeũtes de caſtello cum ipſis 11. collocuti ſunt, ſicut apud Lucam inue-

Signadu plicis na turæ in Chriſto.

nitur. Sed Lucas in sua narratione dat locũ, quo possit intelligi dum hæc loquerentur prius inde exiisse Thomam, & postea dñm intrasse. Marcus aũt qui dicit: Nouissime discũbentibus illis 11. apparuit: etiã Thomã illic fuisse cogit fateri: nisi fortè q̃uis vno absente, 11. tamen voluit appellare, quia eadẽ tunc apostolica societas hoc numero nuncupat anteq̃ Matthias in locũ Iudæ subrogaret. Aut si hoc durũ est accipere, illud accipiamus, post multas demõstrationes eius eũ nouissime recumbentibus vndecim apparuisse. i. ipso 40. die. Et qm̃ iã erat ab eis ascẽsur⁹ in cœlũ, hoc eis illo die magis exprobrari voluisse, quia his qui viderãt eũ resurrexisse nõ crediderãt, anteq̃ ipsi eũ viderent: cum vtiq; post ascensionẽ suã prædicãtibus euangeliũ etiã gẽtes, quæ non viderunt, fuerãt credituræ, post illã quippe exprobrationẽ ait idẽ Marcus: & dixit eis, Euntes in mundũ vniuersum. Et infra: Qui vero nõ crediderit, cõdẽnabitur. Hoc ergo prędicaturi, nónne ipsi primitus fuerant obiurgãdi, qui anteq̃ dñm vidissent, nõ crediderũt eis quibus prius apparuisset? Greg. in ho. Iccirco etiã tunc dñs discipulos increpauit cũ corporaliter reliquit, vt verba quæ recedens diceret, in corde audientiũ arctius impressa remanerẽt. Hiero. Exprobrat autẽ incredulitatẽ, vt succedat credulitas. Exprobrat duritiã cordis lapidei, vt succedat cor carneũ charitate plenũ. Greg. in ho. Increpata igit eorũ duritia, quid admonẽdo dicat audiamus. Sequit em̃: Euntes in mundũ vniuersum prædicate euangeliũ omni creaturæ. Omnis creaturæ nomine signat homo. Omnis em̃ creaturæ aliquid habet homo: habet nanq; cõmune esse cũ lapidib⁹, viuere cũ arboribus, sentire cũ animalibus, intelligere cum angelis. Omni em̃ creaturę prędicat: quia ille videlicet docetur, propter quem in terra cuncta creata sunt: & à quo omnia p quandã similitudinẽ alia non sunt. Potest etiã omnis creaturæ nomine omnis natio gentiũ designari. ante em̃ dictũ fuerat: In viã gentiũ ne abieritis. nunc autẽ dicitur: Prædicate euangeliũ omni creaturę. vt. s. prius à Iudæa apostolorũ repulsa prædicatio, tunc nobis in adiutoriũ fieret, cũ hãc illa ad dãnationis suæ testimoniũ superbè repulisset. Theo. Vel omni creaturę .i. credẽti & nõ credẽti. Sequit: Qui credi. &c. Nõ em̃ sufficit credere. nam qui credit & nondũ est baptizat⁹, sed cathecuminus, nõdũ est pfecte salutẽ adeptus. Gre. in ho. Fortasse autẽ vnusquisq; apud semetipsum dicat, Ego iã credidi, saluus ero. verũ dicit, si fidẽ operib⁹ teneat. Vera etenim fides est, quæ in hoc quod verbis dicit, operibus nõ contradicit. Sequit: Qui ve. nõ credi. cond. Bed. Quid adhuc hic dicemus de paruulis, qui p ętatẽ adhuc credere nõ valent? nam de maioribus nulla quæstio est. In ecclesia enim saluatoris p alios paruuli credunt, sicut ex aliis ea quę illis in baptismo peccata remittuntur pertraxerũt. Sequit: Sig. au. eos q cre. hæc sequentur: In no. meo dę. cii. &c. Theo. Hoc est, dispergent intellectuales, sicut illud: Calcabitis super serpentes & scorpiones: intellectualiter intelligit. Potest aũt intelligi de sensibilib⁹ serpẽtibus, sicut etiã Paul⁹ à vipera nullũ habuit nocumentũ. Sequit: Et si mort. quid bib. nõ eis no. Multa talia facta in historiis legim⁹. Multos nanq; venena bibita Christi munita signaculo lædere nõ valebãt. Sequit: Su. æg. ma. im. &c. Greg in ho. Nunquid aũt quia ista signa nõ facimus, minime credimus? Sed hæc necessaria in exordio ecclesiæ fuerunt. vt enim fides cresceret credentiũ, miraculis fuit nutrienda. quia & nos cũ arbusta plãtamus, tãdiu eis aquã fundimus, quousq; ea in terra cõualuisse videamus: & si semel radicẽ fixerint, à rigando cessam⁹. Habemus de his signis atq; virtutibus quæ adhuc subtilius considerare debeamus. Sãcta quippe ecclesia quotidie spiritualiter facit, quod tunc p apostolos corporaliter faciebat. Nã sacerdotes eius cũ p exorcismi gratiã manũ credẽtibus imponũt, habitare malignos spiritus in eorũ mẽtibus contradicũt: quid aliud faciunt, nisi dæmonia eiiciunt? Et fideles quiq; qui iã secularia verba derelinquũt, sancta aũt mysteria insonãt, linguis loquunt nouis: q dum bonis suis exhortationibus malitiã de alienis cordib⁹ auferũt, serpẽtes tollũt: & dũ pestiferas suasiones audiunt, sed tamẽ ad operationẽ prauã minime pertrahuntur, mortiferum est quod bibũt, sed nõ eis nocebit: qui quoties proximos suos in bono opere infirmari cõspiciunt, dũ exẽplo suæ operationis illorũ vitã roborant, super ægros manus imponũt vt bene habeant. Quæ nimirũ miracula tãto maiora sunt, q̃to spiritalia: & quanto per hæc non corpora, sed animæ suscitantur.

Signa mystica dantur.

Et dominus quidem Iesus postq̃ locutus est eis, assumptus est in cælum: & sedet à dextris dei. Illi autem profecti, prædicauerunt ubique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Hiero. Domin⁹ Iesus qui de cœlo descenderat ad liberandã infirmitatis nostræ naturã: ipse etiã super cœlos ascendit. vnde: Et dñs quidẽ &c. Aug. de con euan. In quo satis videt ostendere nouissimũ cũ illis in terra præmissum habuisse sermonẽ, q̃uis non omnimodo ad id coarctari videat. nõ em̃ ait: Postq̃ hęc locutus est eis. vnde admittit si necessitas cogeret, nõ illã fuisse locutionẽ, sed ad omnia quæ cũ eis omnibus illis diebus locutus est posse pertinere quod dictũ est. Postq̃ locutus est eis, assumptus est in cœlũ. Sed quia ea quæ supra diximus magis suadẽt nouissimum diem fuisse, ideo post pręmissam locutionẽ quã Marcus cõmemorauit, adiũctis etiã illis verbis quæ cõmemorãtur in Actibus apostolorũ, credendũ est assumptũ esse dñm in cœlũ. Greg. in hom. In veteri testamẽto cognouimus q̃ Elias sit raptus in cœlũ. Sed aliud est cœlũ æthereũ, aliud cœlum aereum. Cœlũ quippe aereũ terræ est proximũ. In cœlũ itaq; aereum Elias subleuatus est, vt in secreta quadam regione terræ repẽte duceretur, vbi in magna iã carnis & spiritus quiete viueret, quoadusq; ad finẽ mundi redeat, & mortis debitũ soluat. Notandũ quoq; est q̃ Elias in curru legitur ascendisse, vt videlicet aperte illis demõstraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Redẽptor autẽ noster nõ curru, nõ angelis subleuatus legit. quia q fecerat omnia, super oĩa sua virtute ferebat. Considerandũ vero nobis est quod Marcus subdit: Et sedet à dextris dei: cũ Stephan⁹ dicat, Video cœlos apertos, & filiũ hominis stantẽ à dextris dei. sed sedere iudicãtis est, stare vero pugnantis vel adiuuãtis. Stephanus ergo in laboris certamine positus stantẽ vidit, quẽ adiutorẽ habuit: sed hũc post assumptionẽ Marcus sedere describit, quia post assumptionis suæ gloriã iudex ĩ fine videbit. Aug. de symbolo. Sessionẽ igit istã nõ accipiam⁹ quasi sit in humanis mẽbris posit⁹, tanq̃ pater sedeat in sinistra, & filius sedeat à dextris: sed ipsam dexterã, intelligim⁹ potestatẽ, quã accepit ille homo à deo, vt veniat iudicaturus, qui primo venerat iudicandus. Sedere em̃, habitare intelligit: quomodo dicimus de quocunq; homine, In illa patria sedit per tres annos. Sic ergo credite habitare Christum in dextera dei patris. Beatus em̃ est & habitat in beatitudine, quę dextera patris vocatur. Ibi em̃ omnis dextera est, quia nulla est ibi miseria. Sequit: Illi aũt profecti prędi. vbiq; &c. Beda. Nota q̃ Marcus euãgelista euangeliũ suũ q̃to inchoauit tardius, tanto in lõginquiora tẽpora scribendo porrexit. ab initio em̃ euangelicæ prædicationis qđ à Ioanne factũ est cœpit, & ad illud vsq; tempus narrãdo peruenit, quo apostoli idem euangelii verbum per totum orbẽ seminauerũt. Greg. in ho. Quid autem in his considerandum est, nisi q̃ præceptum obedientia, obedientiam vero signa secuta sunt? Præceperat enim dominus: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium: & in Actibus, Eritis mihi testes vsq; ad extremum terrę. Aug. ad Esich. Quo autem pacto ab apostolis est prædicatio ista completa, quando vsq; adhuc sunt gentes, in quibus modo cœpit, & in quibus nondum cœpit impleri? Non vtiq; hoc à domino sic mãdãtum est apostolis, tanq̃ ipsi soli, quibus tunc loquebat tantum munus fuerint impleturi: sed sicut eis solis videtur dixisse, Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi; quod tamen eũ vniuersæ ecclesiæ p̃misisse, quæ aliis morientibus, aliis nascentibus, hic vsq; in seculi cõsummationem futura est, quis non intelligat? Theo. Sciẽdum est autem & hic, q̃ sermo per opera confirmatur, sicut in apostolis tũc operationes cõfirmabant sermonem sequentibus signis. Fiat autem ô Christe, vt nostri sermones, quos de virtute dicimus, p opera confirmentur & actus, vt tandem simus perfecti te cooperante in omnibus verbis & operibus, quia te decet, & sermonum, & operum gloria.

Homo omnis creatura

Cõsensus euangelicus.

Ascensio Christi diuina.

AMEN.

INCIPIVNT CAPITA EVANGELII MARCI per ordinem.

Feria tertia pòst dominicam in ramis palmarum. Erat pascha azymorum. 14
Dominica in sancto pascha, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome. 16.
In ascens. domini. Recumbentibus 11. discip. vltimo.
Dominica 6. post pentecosten. Cum turba esset cum Iesu, nec ha. &c. 8.
Dominica 11. Exiens Iesus de finibus. 7.
In decollatione Ioannis Baptistæ. Misit Herodes ac tenuit Ioannem, & vinculis. 6.
In vigilia sancti Iacobi apostoli. Accesserunt ad Iesum Iacobus & Ioannes. 10.
In sanctorum Cyriaci, Largi, & Smaragdi. Euntes in mundum vniuersum prædicate euangel. 16.
In natali confessorũ. Videte, vigilate, & orate. 13.
Feria 4. quatuor temporum Septembris. Respondes vnus de turba. 9.
Sabbato primo quadragesimæ. Cum sero esset. 6.

FINIS.

HIERONYMVS IN CATALOGIS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

MATTHAEVS qui & Leui ex publicano apostolus, primus in Iudæa propter eos, qui ex circumcisione crediderant, Euangeliũ Christi Hebraicis literis, verbisq; composuit. Quod quis postea in Græcum transtulerit, non satis certum est. Porrò ipsum Hebraicum habetur vsq; hodie in Cæsariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime confecit. Mihi quoq; à Nazaræis qui in Berœa vrbe Syriæ hoc volumine vtuntur, describendi facultas fuit. In quo animaduertendũ, quòd vbicũq; euãgelista, siue ex persona sua, siue ex persona domini saluatoris, veteris scripturæ testimoniis vtitur, non sequatur septuaginta translatorum authoritatem, sed Hebraicam: è quibus illa duo sunt, Ex Aegypto vocaui filium meum. Et, Quoniam Nazaræus vocabitur.

MARCVS discipulus & interpres Petri, iuxtã quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus breue scripsit euangelium, Quod cum Petrus audisset, probauit, & ecclesiæ legẽdum sua authoritate edidit, sicut Clemens in sexto Hypotyposeon libro scripsit. Et Papias Hierosolymitanus episcopus meminit hui⁹ Marci: & Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis, figuraliter Romam significans: Salutat vos quæ in Babylone coẽlecta, & Marcus filius meus. Assumpto itaq; euangelio qđ ipse confecerat, perrexit Aegyptũ, & primus Alexandriæ Christum annuntians, constituit ecclesiam, tantæ doctrinæ & vitæ continẽtia, vt omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Deniq; Philo disertissimus Iudæorum, videns Alexandriæ primam ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laudem gentis suæ, librum super eorum conuersatione scripsit, & quomodo Lucas narrat Hierosolymę credentes omnia habuisse communia, sic ille quod Alexandrię sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autem octauo Neronis anno, & sepult⁹ Alexãdriæ, succedẽte sibi Aniano.

LVCAS medicus Antiochensis, vt eius scripta indicant, Græci sermonis non ignarus fuit: sectator apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes: scripsit euangelium, de quo idem Paulus: Misimus, inquit, cum illo fratrẽ, cuius laus est in euãgelio per omnes ecclesias. Et ad Colossenses, Salutat vos Lucas medicus charissimus. Et ad Timotheum, Lucas est mecum solus. Aliud quoq; edidit volumen egregium, quod titulo Praxis apostolon prænotatur, cuius historia vsq; ad biennium Romę commorantis Pauli peruenit, id est, vsq; ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem vrbe librum esse compositum. Igitur Periodos Pauli, & Theclę, & totam baptizati Leonis fabulam inter Apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, vt indiuiduus comes apostoli inter cæteras eius res, hoc solum ignorauerit? Sed & Tertullian⁹ vicinus eorum temporum, refert præsbyterum quendam in Asia Spoudasten apostoli Pauli conuictum apud Ioannem, q̃ author esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidisse quidam suspicantur quotiescunque in Epistolis suis Paulus dicitiuxta euangelium meum, de Lucę significare volumine: & Lucam non solum ab apostolo Paulo didicisse euangelium, qui cum domino in carne non fuerat, sed & à cæteris apostolis, quod ipse quoq; in principio sui voluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur euangelium sicut audierat, scripsit: Acta vero apostolorum sicut viderat, composuit. Vixit octoginta & quatuor annos, vxorem non habens. Sepultus est Constantinopoli, ad quam vrbem vicesimo Constantii anno ossa eius cum reliquiis Andreæ apostoli translata sunt de Achaia.

SVPER EVANGELIO SANCTI ŁVCAE CONTINVVM SANCTI Thomæ Proœmium.



NTER cætera incarnationis Christi mysteria quę Esaias ꝓpheta diligẽter & aptè prænũtiat, dicit: Induã cęlos tenebris, & saccũ ponam operimentũ eorũ: dominꝰ dedit mihi linguã eruditam, vt sciã sustentare eũ qui lapsus est verbo. Erigit mane, mane erigit mihi aurẽ: vt audiam quasi magistrũ. Ex quibus verbis accipere possumus euangelii secundũ Lucã materiã, modũ scribẽdi, finẽ & cõditionẽ scriptoris. Aug. de con. euan. Lucas eñ circa sacerdotalẽ dñi stirpẽ atq; personã magis occupatꝰ videt: vñ ꝓ vitulũ significatus est, propter maximã victimã sacerdotis. Amb. Vitulus enim sacerdotalis est victima: vñ bene congruit vitulo hic euangelii liber, qui à sacerdotibus inchoauit, & cõ summauit in vitulo, qui omniũ peccata suscipiens pro totius mundi vita est immolatus. & ipsam vituli immolationẽ Lucas stilo quodã pleniore diffudit. Glo. Quia igitur passionem Christi principaliter exponere Lucas intẽdit, huius euangelii materia significari potest in eo quod dicit: Induã cælos tenebris, & saccũ ponã operimẽtũ eorũ. Nã ad literã in passione tenebræ factę sunt, & in discipulis fides obscurata est. Hier. super Esaiam: Et Christus despectꝰ erat, & ignobilis quãdo pẽdebat in cruce, & abscõditus est vultus eius atq; despectus, vt humano corpore diuina potẽtia celaret. Hiero. Sermo autẽ Lucæ tã in euãgelio q̃ in Actibus apostol. cõptior est, & seculari redolet eloquentia. vñ subdit: Dominus dedit mihi linguã eruditã. Amb. Nã licet scriptura diuina mũdanæ euacuet sapiẽtiæ disciplinã, ꝙ in maiore fucata verborũ ambitu, ꝙ rerũ ratione subnixa sit: tamẽ si quis in scripturis diuinis etiã illa quæ imitãda illi putant quærat, inueniet. Sanctus eñ Lucas velut quendã historicũ ordinẽ tenuit, & plura nobis gestorũ dñi miracula reuelauit: ita tamẽ vt oẽs sapientiæ virtutes euãgelii ipsius cõplecteretur historia. Quid eñ prœcellentius ad sapiẽtiã naturalẽ, q̃ ꝙ spiritũ sanctũ creatorem etiã dñicæ incarnationis extitisse referauit? Docet moralia in eodẽ libro, quẽadmodũ. s. amare inimicũ debeam. Docet etiã rationalia, cũ lego: quoniã qui fidelis est in minimo, & in magno fidelis est. Euseb. in ecclesiast. historia. Is ergo genere quidẽ Antiochenus, arte medicus, secundũ hanc medicinã quã ex apostolorum vel societate vel traditione susceperat, duos nobis medicinales libros, quibus nõ corpora sed animæ curent explicuit. vñ sequit: Vt sciã sustẽtare eũ qui lapsus est verbo. Hier. sup Esaiã. Dicit eñ se à dño accepisse sermonem, quoniã lapsum errantemq; populũ sustẽtet & reuocet ad salutẽ. Græcus expositor. Cũ aũt Lucas bonæ indolis esset & capacitatis strenuæ, & Græcorũ scientiam cõsecutus est. Grammaticã siquidem atq; Poesim adeptus perfecte: Rhetoricã aũt & persuadendi leporẽ assecutus ad plenũ, neq; Philosophiæ munerib⁹ caruit, deniq; & Medicinã acquirit. Et quoniã naturę velocitate satis de humana gustauerat sapiẽtia, ad altiorẽ cõuolat. Accelerat igit ad Iudęam & visibiliter & verbo tenus Christũ adit. Cumq; veritatẽ cognoscceret, verus efficit Christi discipulus, plurimũ magistro cõmorat⁹. Glo. vñ subdit: Erigit mane: quasi à iuuentute ad secularem sapientiã. Mane erigit mihi aurẽ ad diuina: vt audiam quasi magistrũ. s. ipsum Christũ. Euse. in ecclesiastor. Tradũt autem ꝙ euangeliũ suũ ex Pauli ore conscripserit: sicut & Marcus quæ ex Petri ore fuerãt prędicata cõscripsit. Chrys. super Matthæũ. Vterq; aũt eorum magistrũ imitatꝰ est: hic quidẽ Paulũ sup flumina fluentẽ: ille aũt Petrũ breuiloquio studẽtẽ. Aug. de cõ. euan. Eo aũt tẽpore scripserũt quo nõ solũ ab ecclesia Christi, verũetiã ab ipsis adhuc in carne manẽtib⁹ apostolis ꝓbari meruerũt. Et hæc proœmialiter dicta sufficiant.

Figura Luc. euãgelistæ.

Historia sancti Łucæ.

Proœmium Lucæ.

QVoniamquidẽ multi conati sunt ordinare narrationes quæ in nobis completæ sunt rerum: sicut tradiderũt nobis qui ab initio ipsi uidęrunt & ministri fuerunt sermonis: uisum est et mihi assecuto à principio omnia diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, ut cognoscas eorũ uerborum de quibus eruditus es ueritatem.

Euse. in ecclesiast. historior. Lucas in initio euãgelii sui causam cur scripserit indicauit, videlicet quoniã multi alii temere præsumpserant enarrare res quę sibi magis erant ad liquidum cõpertæ. Et hoc est quod dicit: quoniamquidẽ multi conati sunt ordinare narrationes rerum. Amb. Nam sicut multi in Iudæorũ populo diuino infusi spiritu prophetauerũt, alii autẽ pseudoprophetæ erãt potius q̃ prophetæ: sic & nunc in nouo testamẽto multi euangelia scribere conati sunt, quæ boni nũmularii nõ probarũt: & aliud quidẽ ferũt euãgeliũ quod duodecim scripsisse dicunt. Ausus est etiã Basilides euãgelium scribere. Fertur aliud secundũ Thomã: & aliud secundũ Matthiã. Beda. Multos ergo eos non tã numerositate q̃ hæreseos multifariæ diuersitate cõmẽdat, q̃ non spiritus sancti munere donati, sed vacuo labore conati magis ordinauerũt narrationẽ, q̃ historię texuerũt veritatẽ. Amb. Qui eñ conatus est ordinare: suo labore conatus est, nec impleuit suo conatu. Sunt eñ & donationes & gratia dei: quæ vbi se infuderit, rigare consueuit, vt nõ egeat sed redũdet scriptoris ingentum. Et ideo bene dicit: Rerum quæ in nobis completæ sunt, vel quæ in nobis redundãt: quod enim redundat, nulli deficit, & de completo nemo dubitat, cum fidẽ effectus astruat, exitus prodat. Orig. Dicit aatem, Rerum: quia non secundum phantasiã iuxta hæreticos exercuit Iesus carnalẽ ipsius aduẽtum, sed cũ veritas esset, re vera negociũ prosecutus est. Affectũ autẽ suũ indicat ex hoc quod ait: Quę in nobis cõpletę sunt. i. quę in nobis manifestissimè sunt ostẽsæ. certa eñ fide & ratione cognouerat, neq; in aliquo fluctuabat. Chrys. Euangelista aũt non solũ testimonio cõtentꝰ est proprio, sed ad apostolos totũ refert, inde robur venat sermoni, & ideo subdit: sicut tradiderũt nobis q̃ ab initio ipsi viderũt. Euse. in eccle. hist. Certus est ꝙ veritatẽ vel Paulo exponẽte, vel aliis apostolis qui ab initio ipsi viderãt, vel sibi tradiderãt, cõsecutus sit. Chry. Dicit autẽ: Viderunt, quia hoc maxime robur nãciscit credulitatis quod addiscitur ab his q̃ præsentialiter viderunt. Orig. Palã est aũt ꝙ cuiusdã doctrinę finis, est in ipsa doctrina, sicut Geometriæ: alteriꝰ vero doctrinę finis in opere cõputatur, sicut Medicinæ. & ita est in sermone dei. Et ideo postq̃ significauerat scientiã, ex hoc quod dixerat, Ipsi viderunt: demõstrat opera, ex hoc quod sequit, Et ministri fuerunt sermonis vel verbi. Amb. Nã cõgruit ista locutio vt maius mysteriũ verbi q̃ auditũ esse credamꝰ: sed quia nõ ꝓpriuum verbũ substantiale significat: nõ vulgare verbũ, sed cœleste intelligamus, cui apostoli ministrarunt. Cyril. Quod aũt dicit huius verbi visores fuisse apostolos, cõcordat cũ Ioanne qui dicit, Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriã eius. Verbũ nanq; mediante carne visibile factũ est. Ambr.

Euangelia Apocrypha taxantur

Finis scientiarũ alius & alius.

Non solum autem secundum corpꝰ viderunt dominũ, sed etiam secundum verbũ. Viderunt enim verbũ, qui cum Moyse & Elia viderũt gloriã verbi: alii nõ viderunt, qui corpus tantum videre potuerunt. Orig. Et in Exodo quidẽ scriptũ est: Populus videbat vocẽ domini, vox aũt auditur potius q̃ videtur. Sed propterea ita scriptum est, vt ostẽderetur nobis aliis videri oculis vocem dñi quibus illi aspiciũt qui merentur. Porrò in euangelio nõ vox cernitur, sed sermo qui voce præstantior est. Theo. Ex hoc eñ manifeste innuitur, ꝙ Lucas non fuit discipulus ab initio, sed processu tẽporis. Alii autem fuerũt discipuli ab initio. s. Petrus & filii Zebedæi. Beda. Et tamen Matthæus quoq; & Ioãnes in multis quæ scriberent ab his qui infantiã, pueritiã, genealogiamq; eius scire & gestis interesse potuerãt, audire opus habebant. Orig. Deinde facultatẽ scribẽdi replicat, quoniã ea quæ scripsit, nõ rumore cognouit, sed ab initio fuerat ipse subsecutus. vñ sequitur: Visum est & mihi assecuto à principio omnia diligẽter ex ordine tibi scribere optime Theophile. Amb. Cũ dicit: Visum est mihi, nõ negat deo visum, à deo eñ præparat voluntas hominũ. Prolixiorẽ aũt hunc euãgelii librũ q̃ cæteros esse nemo dubitauerit, & ideo nõ ea quæ falsa sunt, sed quę vera sibi vendicat. Et ideo dicit: assecuto quidẽ omnia visum est scribere non omnia, sed ex omnibus. quia quę fecit Iesus si scribãtur omnia, nec ipsum mundum capere arbitror. Cõsulto aũt quæ ab aliis sunt scripta præteriit, vt propriis quibusdã singuli euãgeliorũ libri mysteriorũ gestorũq; miraculis emineret. Theop. Scribit aũt ad Theophilũ virũ inclytũ fortassis & principem, quia quod dicit, Optime: nõ dicebatur nisi principibus & præsidib⁹: sicut & Paulꝰ Festo præsidi dixit, Optime Feste. Beda. Theophilus aũt interpretat amãs deum, vel amatus à deo: quisquis ergo amat deum siue à deo se desyderat amari, ad se scriptũ putet euangeliũ: & vt sibi datũ munus sibiq; commendatum pignus cõseruet. Non autem nouorum quorũlibet eidem Theophilo & velut ignotorum ratio pandenda, sed eorum de quibus eruditus est verborum promittitur veritas exprimenda, cum subditur: Vt cognoscas eorum verborũ de quibus eruditus es, veritatem. s. vt quo quidq; ordine à domino dictũ gestúmve sit, agnoscere queas. Chry. Vel aliter: Vt certitudinẽ habeas & securus existas, quæ auditu ꝓceperas ꝓspiciẽs in scriptura. Theo. Plerunq; enim cum sine scripto aliquid dicitur, calumniantur illud quasi falsum: cum vero quis quę dicit scripserit, tunc magis credimus, quasi nisi putaret vera, nõ scriberet. Chry. Vel aliter: Totũ euangelistæ proœmiũ duo continet: conditionem eorum qui ante eum euangelium scripserant, puta Matthæi & Marci: & rursum cur & ipse scribere proposuit. Cum vero dixisset, Conati sunt: vocabulum potens applicari & ad præsumptuosẽ aggredientes materiam, & ad honestè pertractates illam: duabus additionibus dubiã sententiã certificat. Primo quidem quia dixit, Quę in nobis completæ sunt rerum. Secundo quia dixit, Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt. Simul autem hoc quod dico, Tradiderunt: indicare mihi videtur ꝙ & ipsi moneantur propagare: velut enim illi tradiderunt, ipsos quoque oportebit accipientes seriatim adinuicẽ promulgare. Nondum autem commendãtes scripturę quæ tradita fuerant, contingebat inconuenientia plurima prouenire diuturnitate temporis: vnde merito qui de primis visoribus verbi & ministris vbi acceperant, in scriptis vniuerso mundo traditionẽ præstiterunt, & calumnias propellentes & obliuionem destruentes, & ex ipsa traditione integritatem accommodantes.

Deus præparat volũtatẽ hominis.

Proœmii epilogus.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM. CAP. I.

FVit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de uice Abbia: & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Helizabeth. Erant autẽ iusti ambo ante deũ, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius: eo q̃ esset Helizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.

Chry. Euangelicæ narrationis exordiũ à Zacharia sumit & natiuitate Ioannis, mirũ ante mirũ edisserẽs: minus ante maius. Nã quoniã virgo paritura erat, præparauit gratia vt vetus prius cõciperet. Declarat aũt tẽpꝰ cũ dicit, Fuit in diebus Herodis: & adiicit dignitatẽ cũ subdit, Regis Iudęæ. Alius aũt Herodes fuit, q̃ Ioannẽ occidit, sed ille Tetrarcha fuit, hic aũt rex. Beda. Tempus aũt Herodis alienigenę regis, dñico attestat aduẽtui. Prædictũ nanq; fuerat, quia nõ deficiet princeps de Iuda, neq; dux de femore eius, donec veniat q̃ mittendus est. Ex quo eñ patres ex Aegypto exierũt, gẽtis suę iudicibus vsq; ad Samuel ꝓphetã, ac deinde regib⁹ vsq; ad trãsmigrationẽ Babyloniæ regebant. Post reditũ vero Babyloniæ p põtifices rerũ summa gerebat vsq; ad Hyrcanũ regẽ simul & põtificẽ: quo ab Herode interẽpto Iudęæ regnũ ipsi Herodi alienigenæ iussu Augusti Cæsaris tradit gubernandũ, cuius xxxi. anno iuxta ꝓphetiã supradictã, q̃ mittẽdꝰ erat aduenit. Amb. Docet aũt nos diuina scriptura nõ solũ mores in his q̃ prędicabiles sunt, sed etiã parentes oportere laudari: vt veluti transmissa immaculatæ veritatis hęreditas in his quos volumus laudare prœcellat. Nõ solũ igit à parẽtib⁹ sed etiã à maioribꝰ sancti Ioãnis nobilitas ꝓpagat: nõ seculari potestate sublimis, sed religionis successiõe venerabilis. Plena est igit laudatio qua genꝰ, mores, officiũ, factũ, iudiciũ, cõprehendit. Officiũ in sacerdotio. vnde dicit, Sacerdos quidã nomine Zacharias. Beda in hom. De sacerdotali eñ prosapia Ioannes ortus, vt eo potẽtius imitationẽ sacerdotii prœconizaret, quo ipsum ad sacerdotale genus pertinere clarescceret. Amb. Genꝰ autem cõprehendit in maioribus: vñ sequit, De vice Abbia. i. nobilis inter familias. Beda. Erant eñ principes sanctuarii. i. summi sacerdotes, tã de filiis Eleazar, q̃ de filiis Ithamar: quorũ vices secundum ministeria sua vt ingrederent domũ dei xxiiii. sortibus Dauid distinxit, in quib⁹ familiæ Abbia de qua Zacharias ortꝰ est, sors contigit octaua. Nõ aũt frustra primus noui testamenti prœco in octauę sortis iure nascitur: quia sicut septenario sępe numero propter sabbatũ vetus testamentũ, sic nouum aliquoties p octonariũ propter sacramentũ dominicę vel nostrę resurrectionis exprimit. Theo. Volẽs etiam ostendere ꝙ legaliter ex sacerdotali genere erat, subdit: Et vxor illi de filiabus Aaron, & nomẽ eius Helizabeth. Non enim permittebatur de alia tribu vxorem accipere, sed de sua. Helizabeth interpretatur requies, Zacharias vero memoria domini. Beda in ho. Iustis eñ parentibus Ioannes est genitus, vt eo cõfidentius iustitię ꝓcepta populis daret: quo hęc ipsa nõ quasi nouitia didicisset, sed velut hereditario iure à progenitoribus accepta seruaret. vnde sequit: Erant aũt ambo iusti ante deũ. Amb. Et sic mores in æquitate cõprehendit. Bene aũt dicit ante deũ: fieri eñ potest vt aliqs affectata bonitate populari iustus videat mihi, iustꝰ autem ante deũ nõ sit. si iustitia nõ ex mentis simplicitate formet, sed adulatione simulet. Perfecta igit laus est, ante deũ iustũ esse. solus eñ perfectior est qui ab eo ꝓbatur qui nõ potest falli. Factũ aũt cõprehendit in mãdato, in iustificatione iudiciũ. vnde sequitur: Incedẽtes

Mysterium pulchrum.

Ioãnes nobilis.

Hero-des alie nigena.

in omnibus mandatis & iustificationibus domini. Cũ enim mandatis cœlestibus obedimus, in mandatis domini incedimus: cum congruè iudicamus, tenere domini iustificationes videmur. Prouidere autem oportet bona non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. vnde sequitur: Sine querela. Nulla enim querela est, vbi & mẽtis bonitas cõcordat & facti. & plerunq; iustitia durior hominũ querelã excitat. Orig. Potest etiam aliquid iustũ iniustè fieri: vt si iactantię causa quis elargiatur, quod nõ est sine querela. Sequitur: Et nõ erat filii eo ꝙ erat ster. Helizabeth, & am. &c. Chry. Nõ solum aũt Helizabeth erat sterilis, sed & patriarcharum cõiuges, Sarra, Rebecca, Rachel, quod dedecus erat antiquis. non possumus dicere ꝙ peccati effectus esset sterilitas: cũcti iusti, cũcti virtuosi. Hæc aũt fuit sterilitatis causa, vt cũ videris virginẽ parientẽ dominũ, nõ sis incredulus, exercitãs mentẽ tuã in aluo steriliũ. Theo. Et vt etiã tu addisceres ꝙ lex dei multiplicationem filiorũ nõ appetit corporalẽ, sed magis spiritualẽ. Processerãt ambo, nõ solũ secundũ corpus, sed secundũ spiritum: ascẽsiones in corde ponẽtes, & vitã suã vt diem & non vt noctẽ habentes, quasi in die honestè ambulãtes.

Factum est autẽ cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante deum, secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt ut incensum poneret, ingressus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incẽsi.

Beda. Per Moysen dominus vnum constituit summũ sacerdotem, cui mortuo succedere iussit: & hoc vsq; ad Dauid tẽpora seruatũ est, à quo plures fieri dño agente decretũ est. vnde nũc Zacharias ĩ ordine vicis suę sacerdotio functus esse asserit, cũ dicitur: Factũ est aũt cum sac. fun. Zachar. in ord. vic. suæ an. deũ secun. cons. sac. sor. &c. Amb. Videtur aũt hic Zacharias summus designari sacerdos: quia semel in anno solus summus sacerdos in secundo sanctuario intrabat, non sine sanguine quem offerret pro se & pro populi delictis. Beda. Non autem nũc noua sorte electus est cũ incẽsum esset adolẽdum, sed prisca sorte cũ ex ordine sui põtificatus in vicem Abbia succederet. Sequit: Et om. multit. pop. &c. Incensum ĩ sancta sanctorũ à põtifice deferri expectãte foris tẽplum omni populo decimo die septimi mẽsis est iussũ, & hãc diẽ expiatiõis siue ꝓpitiationis vocari: cuius diei mysteriũ apostolus ad Hebræos pãdens Iesum ostẽdit pontificẽ esse verũ, qui in sanguine ꝓprio cęli se eteta subiit, vt propiciũ nobis faceret patrẽ, & interpellaret ꝓ peccatis eorũ qui adhuc prę foribꝰ orãtes expectant. Amb. Hic est autẽ ille summus sacerdos q ad huc sorte quęrit: quia verus adhuc ignoratur. quo eñ sorte eligit, humano iudicio nõ cõprehenditur. Ille igitur quærebatur, & alius figurabat: verus in æternũ sacerdos, qui nõ hostiarũ cruore, sed proprio patrẽ deum generi reconciliaret humano, tunc quidem vices erant, nunc autem perpetuitas.

Vices Zachariæ quales.

Apparuit autem illi angelus domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, uidens: et timor irruit super eum. Ait autem ad illum angel⁹: Ne timeas Zacharia, quoniã exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua Helizabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannẽ: & erit gau diũ tibi, & exultatio, & multi in eius natiuitate gaudebunt.

Chry. Ingressus Zacharias in templũ vt preces ferret pro cunctis ad deum, & quasi dei & hominũ mediator, vidit angelũ intus stantẽ. vnde dicit: Apparuit aũt illi &c. Ambro. Bene apparuisse dicitur ei qui eum repente conspexit, & hoc specialiter aut de angelis aut de deo scriptura diuina tenere consueuit. vt quod non potest prœuideri, apparere dicatur. Nõ eñ similiter sensibilia videntur, & is cuius in volũtate situm est videri, & cuius naturæ est nõ videri, Orige. Et hoc tantũ in præsenti seculo dicimus, sed & in futuro cũ migrauerimus à mũdo, nõ omnibꝰ vel deus vel angeli apparebũt, sed ille tantũ videbit qui mundũ habuit cor. Locus aũt nec nocere poterit quemq̃ nec iuuare. Chry. Manifestè aũt apparuit nõ in somnis: eo ꝙ nimis arduũ annũciabat. vñ manifestiori & mirabiliori visione egebat. Dama. Tamẽ angeli nõ vt sunt hominibꝰ patefiũt: sed trãsfigurati prout possunt visores aspicere, in quodcũq; iusserit dñs. Basil. Dicit aũt, Altaris incẽsi, eo ꝙ alterũ erat altare deputatũ ad holocausta. Amb. Nõ immerito aũt angelus videtur in templo, quia veri sacerdotis annunciabat iã aduentus, & cœleste sacrificiũ parabat, in quo angeli ministrarẽt. nõ eñ dubites assistere angelũ quãdo Christus immolat. Apparuit aũt à dextris altaris incẽsi, quia diuinæ insigne misericordiæ deferebat. Dominus eñ à dextris est mihi, ne cõmouear. Chrys. Nõ potest aũt homo q̃tumcunq; sit iustus absq; timore cernere angelũ. vnde & nũc Zacharias aspectũ nõ tolerãs præsentiæ angeli, nec fulgorẽ illũ valẽs sufferre tur bat. Et hoc est qđ subdit: Et Zacharias &c. Sicut autẽ auriga ꝓterrito, loraq; dimittẽte corruũt equi pręcipites, totaq; quadriga peruertit: sic accidere cõsueuit animæ quoties ab aliquo stupore vel solicitudine deprimitur. vñ & hic subdit: Et timor &c. Orig. Noua quippe facies humanis se obtutibus præbẽs, tuibat mentẽ animumq; conseruat. vñ angelus sciẽs hãc humanã esse naturã, primũ ꝓturbationi medet. Nã sequit: Ait aũt &c. Atha. in vita Anthonii. Vnde nõ difficilis est bonorum spirituũ malorũq; discretio. si eñ post timorẽ successerit gaudiũ, à dño venisse sciam⁹ auxiliũ: quia securitas animę presentis maiestatis indiciũ est. si aũt incussa formido pmãserit, hostis est qui videt. Non solũ aũt trepidantẽ refocillat, sed etiã nouo lætificat nũtio, subdens: Quoniã exaudita est deprecatio tua, & vx. &c. Aug. de quæst. euan. Vbi primo hoc attendendũ est, quia non est verisimile vt cũ ꝓ peccatis populi vel salute vel redemptione sacrificiũ ille offerret, ꝙ potuerit publicis votis relictis homo senex vxorẽ habẽs ꝓ accipiẽdis filiis orare pśertim: nã nemo orat accipere, quod accepturũ esse desperat. Vsqueadeo aũt ille iã se habiturũ filios desperabat: vt hoc angelo ꝓmittẽti non crederet. Ergo ꝙ ei dicit, Exaudita est deꝑcatio tua: ꝓ populo intelligẽdũ est, cuius populi quoniã salus & redẽptio & peccatorũ abolitio ꝙ Christũ futura erat, adhuc nũtiat Zachariæ nasciturus filiꝰ: quia ꝑcursor Christi destinabat. Chry. Vel ꝙ exaudita sit eius deꝑcatio, ꝓbat ꝓ hoc ꝙ gignẽdus erat ei filius, clamãs: Ecce agnꝰ dei, qui &c. Theo. Quasi ipso dicẽte: vnde erit mihi hoc manifestũ? ait angelus: ex hoc ꝙ Helisabeth pariet, credes ꝙ peccata populo sunt remissa. Amb. Vel aliter: Plena semp & redũdantia sunt diuina beneficia, nõ exiguo constricta munere, sed verbi bonorũ coaceruata congestu: vt hic primum ꝑcationis fructus ꝓmittit, deinde sterilis partus vxoris. Cuiꝰ nomẽ ꝓnuntiat subdẽs: Et vo. no. e. Io. &c. Beda. Singularis meriti indiciũ dat, quoties hominibꝰ à deo vel imponit nomẽ vel nuntiat. Chry. su. Ioan. Illud quoq; oportet exprimere, quoniã in quibus ab ipsa teneritate infantiæ virtus refulgere debebat, à principio diuinitꝰ sumebãt nomina. His vero ꝙ postea debebant excrescere, nomẽ postea imponebãt. Beda. Ioãnes ergo interpretatur in quo est gratia, vel dñi gratia, quo nomine declarat primo parẽtibus eius gratiã, quibus decrepitis nasceret filius esse donatã, deinde ipsi Ioãni qui magnus corã domino erat futurus, postremo etiã filiis Israel quos ad dominũ erat conuersurus. vñ sequit: Et erit gau. tibi & exul. Chry. Quãdo enim iustus oritur in mũdo, ministri nativitatis eiꝰ lætant: quãdo vero ille nascit ꝙ quasi ad pœnas & ergastulũ relegat, minister cõsternat & cõcidit. Amb. Sãctus aũt nõ solũ parẽtũ gratia, sed etiã salus est plurimorum. vnde sequit: Et multi ĩ natiuitate eiꝰ gaudebũt. Admonemur hoc loco sanctorũ generatione lætari: admonentur parentes gratias agere. non enim mediocre munus est dei, dare liberos propagatores generis, successionis hæredes.

Angelorum apparitio.

Erit enĩ magnus corã domino, & uinũ & sicerã nõ bibet, & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ: & multos filiorum Israel conuertet ad dominum deũ ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Eliæ: ut cõuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare domino plebem perfectam.

Ambr. Post lętitiã plurimorũ magnitudo virtutis ꝓmittit cũ dicit: Erit eñ &c. Non corporis, sed aĩæ magnitudinẽ declarauit: est corã dño magnitudo aĩæ, magnitudo virtutis. Theo. Multi nanq; magni dicunt, sed corã hominibꝰ, nõ corã deo, sicut hypocritę: ita autẽ & parẽtes Ioãnis, iusti corã dño dicti sunt. Ambr. Deinde nõ fines alicuiꝰ ꝓpagauit ĩperii, nõ triũphos bellici certaminis reportauit, sed qđ est ampliꝰ pdicãs in deserto delicias hominũ, corporisq; lasciuiã magna animi virtute depsit. vnde sequit: Et vinũ &c. Bed. Sicera interꝑtat ebrietas, quo vocabulo hebræi omne qđ inebriare potest poculũ, siue de pomis, siue de frugibꝰ, seu de qua libet alia materia cõfectũ, significãt. Propriũ vero in lege Nazaræorũ erat vino & sicera tẽpore obsecrationis abstinere. Vnde Ioãnes ęteriq; tales vt semp nazaræi, id est sancti, manere possint, semper his abstinere satagũt: nõ eñ decet vino in quo est luxuria, inebriari eum qui musto spũs sancti desyderat impleri. vñ recte cui vini ebrietas tollit, spũs gratia cumulatur. sequit aũt: Et spũ san. &c. Ambro. Cui spũs sanctꝰ infundit, magnarũ est plenitudo virtutũ. Siquidẽ sanctus Ioãnes antequã nasceret, matris adhuc ĩ vtero positus, spũs accepti gratiã designauit, cũ in vtero parẽtis exiliẽs dñi euãgeliza uit aduẽtũ. Alius est spiritus vitæ huiꝰ, alius gratię. Ille nascendo sumit exordiũ, moriẽdo defectũ. Iste nõ ætatibꝰ coercet, nõ obitu extinguit: nõ aluo matris excluditur. Græcus. Quod aũt erit opus Ioãnis, quídve per spiritũ sanctũ peraget, ostẽdit subdẽs: Et multos filiorum Israel cõuertet ad dominũ deũ ipsorũ. Orig. Ioãnes qui dẽ plurimos cõuertit, Dñi aũt opus est vt oẽs ad deum patrẽ conuertat. Beda. Cũ aũt Ioãnes, qui Christo testimoniũ ꝓhibens, in eius fide populos baptizabat, dicit filios Israel ad dominum deũ ipsorũ conuertisse: patet Christũ dominũ deum esse Israel. vnde desinãt Arriani Christũ dñm deũ esse, negare. Erubescant Photiniani Christo ex virgine principiũ dare. Cessent Manichæi aliũ populi Israel atq; aliũ christianorũ deum credere. Ambr. Non aũt egemus testimonio, ꝙ plurimorũ sanctus Ioãnes corda cõuertit, in quo nobis ꝓpheticæ scripturæ & euãgelicæ suffragant. Vox eñ clamãtis in deserto, Parate &c. Non eñ de se, sed de dño prædicabat ꝑnuncius Christi. & ideo sequit: Et ipse præ. &c. Bene prędecedet ante illũ qui prænũcius natus & prænuncius mortuus est. Bene etiã iũgit, In spiritu & virtute Eliæ. Orig. Non dicit in anima Eliæ, sed in spiritu & virtute. Spiritus eñ qui fuerat in Elia, venit in Ioãne, & similiter virtꝰ eius. Ambr. Nunquã eñ sine virtute spũs, vel sine spiritu virtus: & ideo in spiritu & virtute, quia sanctus Elias & virtutẽ habuit magnã & gratiã. Virtutẽ, vt ad fidẽ animos populorũ à perfidia retorqueret: virtutẽ abstinentię, atq; patientię, & spiritũ prophetãdi: in deserto Elias, in deserto Ioãnes. Ille Achab regis gratiã nõ quæsiuit, hic spreuit Herodis. Ille Iordanem diuisit, hic ad lauacrũ salutare cõuertit. Ille prioris, hic sequẽtis dominici ꝑcursor aduẽtus. Beda. Quod aũt de Elia per Malachiã prędictũ est, hoc per angelũ de Ioãne dicit, cũ subditur: Vt conuer. corda pa. in filios spiri tualẽ antiquorũ sanctorũ scientiã populus prædicando infundens. Et incredulos ad prudentiã iustorũ, quæ est nõ de legis operibus iustitiã præsumere, sed ex fide salutẽ quærere. Græcus. Vel aliter: Parentes Ioãnis & apostolorũ Iudæi fuerunt, sed tamẽ contra euãgeliũ ex superbia & infidelitate sæuiebãt. Itaq; tanq̃ benigni filii Ioãnes prius, & apostoli cõsequenter eis veritatẽ monstrabãt, in ꝓpriã iustitiã & prudentiã eos attrahentes, sic etiã Elias reliquias Hebręorũ conuertit ad apostolorũ veritatẽ. Beda. Quia vero Zachariã pro plebe supplicantẽ dixerat exauditũ, subiungit: Parare dño plebẽ ꝑfectã. in quo docet quo ordine plebs eadem saluari & ꝑfici debeat, ad ꝑdicationẽ scilicet Ioãnis pœnitẽdo & credẽdo in Christũ. Theo. Vel aliter: Ioãnes plebẽ parauit, nõ incredulã, sed ꝑfectã, id est pręparatã ad susciꝑiẽdũ Christũ. Orig. Sacramẽtũ autẽ Ioannis vsq; nũc expletur in mundo. Quicunq; enim crediturus est in Iesum Christũ, antea spiritus & virtus Ioannis ad animã illius venit & præparauit domino populum perfectum.

Ioannes ĩ spiritu & virtute Eliæ.

Sacramẽtũ Ioannis.

Sicera significatio.

Et dixit Zacharias ad angelũ, unde hoc sciam? Ego enim sum senex: & uxor mea procesßit in diebus suis. Et respõdens angelus dixit ei: Ego sum Gabriel qui asto ante deũ: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce, eris tacens & non poteris loqui usq; in diem quo hæc fiant: pro eo quòd non credidisti uerbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam & mirabantur quòd tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos: & cognouerunt quòd uisionem uidisset in templo. & ipse erat innuens illis, & permansit mutus.

Differẽtia Zachariæ vnde.

Chry. Habito respectu Zacharias ad ꝓpriã ætatem, quinetiã cõiugis sterilitate cõspecta diffisus est. vnde dicitur: Et dixit Zacha. &c. Vnde hoc sciam? q. d. qũo hoc fiet? Et causam dubitationis subdit: Ego eñ sum senex &c. Aetas intẽpesta, natura inepta, ego generãs debilis, terra sterilis. Non aũt censet ꝓpter hoc dignus esse venia sacerdos, dũ serię rerũ expostulat. quãdocũq; eñ deus aliquid indicat, oportet in fide susciꝑere. nã super huiusmodi disceptare, cõtumacis est aĩę. vnde sequitur: Et respõ. &c. Ego sum Gab. qui asto ante deũ. Beda. q. d. Si homo talia signa ꝓmitteret, impunè signũ flagitare liceret: at cũ angelus ꝓmittat, iã dubitare nõ decet. sequit: Et missus sum &c. Chry. Vt cũ audias me à deo missum fore, nihil humanũ æstimes ex his q̃ tibi dicuntur. Neq; eñ ex me loquor, sed mittẽtis relata denuncio. hęc est eñ nuncii bonitas, vt nihil ex se referat. Beda. Vbi notãdũ est ꝙ angelus se & ante deũ stare & ad euãgelizandũ Zacharię missum esse testat. Greg. in ho. Quia & cũ ad nos veniũt angeli sic exterius implẽt misteriũ, vt tamẽ nunquã interius desint per cõtemplationẽ. quia etsi circũscriptus est angelicꝰ spũs, summus tamẽ spũs (qui deꝰ est) circũscriptus nõ est. Angeli itaque etiã missi ante ipsum sunt, quia quõlibet missi veniãt, ĩtra ipsum currũt. Bed. Dat aũt ei signũ, qđ rogat: vt qđ discredẽdo locutꝰ est, iã tacẽdo credere discat. vñ sequitur: Et ecce eris &c. Chry. Vt à vi generatiua ad organa vocalia, vincula transferãtur: neq; intuitu sacerdotii ei parcitur, sed ob hoc plectebat amplius, quia circa fidem cæteris præesse debebat. Theo. Sed quia verbum quod iugi animo habet potest etiam surdũ significare: qa bene talis eris surdus, & nõ poteris loqui. Cõuenienter eñ hæc duo passus est, tanq̃ enim inobediẽs surditatẽ incurrit, & tanq̃ contradictor taciturnitatẽ. Chry. Dicit aũt, Et ecce. q. d. in hoc instãti. Sed cõside-

Angelorum missio.

ra miserationē domini in hoc quod sequit, vsq; in diē quo hęc fient.q.d. Cū per euētus rerū qđ dico ostendo, & noueris te iure punitū,tūc te de pœna eripiā. Et causam pœnę ostēdit cū subdit:Pro eo q̄ nō credidisti verbis meis,q̄ implebunt in tēpore suo,nō attēdens virtutē ei⁹ qui misit me,cui ego assisto.Si aūt is qui erga natiuitatē mortalē incredulus erat punit,qualiter qui cælestē & ineffabilē calūniat vitabit vltionē?Gręcus.Dū aūt hęc intrinsecus ageret, dilatio tēporis admirari cogebat expectātē forinsec⁹ multitudinē. vnde sequit:Et erat plebs &c. Cunq; per diuersa vagaret suspicio, qui libet dictabat ad libitū,donec Zacharias egrediēs docuit silendo qđ latendo perpessus est.vñ sequit:Egressus aūt nō poterat &c.Theo.Innuebat aūt populo Zacharias fortē causam taciturnitatis interrogāti, quam loqui nō valens,per nutum declarabat.vnde sequit:Et ipse erat innuens illis,& permansit mutus.Ambro.Est autem mutus quidem sine verbo corporales actus indicare moliens,nec exprimens eius voluntatem.

Et factū est ut ipleti sunt dies officij ei⁹, abiit ī domū suam. Post hos aūt dies cōcepit Elizabeth uxor ei⁹: & occultabat se mēsibus quinq;,dicēs: Quia sic fecit mihi dominus in dieb⁹ quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

Beda. Vicis suę tēpore pontifices templi tātū officiis mancipati,non solū à cōplexu vxorū,sed ab ipso quoq; domorū suarū abstinebāt ingressu.vnde dicit: Et factū est vt ipleti &c. Quia em̄ tūc sacerdotalis ex stirpe Aaron successio quęrebat,necessario tēpus substituēdę soboli ꝓcurabat.At quia nunc non carnalis successio,sed ꝓfectio spiritalis inquirit sacerdotibus, vt semp altari queant assistere,semp castitas obseruāda ꝓcipit.Sequitur:Post hos autē &c.Post dies.s.officii Zachariæ completos.Gesta sunt aūt hæc mense Septēbri, 8.calendas Octobris,quādo oportebat Iudęos ieiuniū scenopegię celebrare,īminente equinoctio,in quo incipit nox esse maior q̄ dies:quia Christū oportet crescere,Ioannē autem minui.Nec frustra tūc dies ieiuniorū erant,quia ꝑ Ioannē erat hominibus afflictio pœnitentiæ prędicanda.Sequit:Et occultabat &c.Ambr.Quę causa occultationis,nisi pudor? Sunt em̄ quædā tempora præscripta cōiugio,quādo dare operā ꝓcreandis liberis sit decorū,dū anni vigent, dū suscipiēdorū liberorū spes est. At vbi & matura æui senect⁹ successerit,& ætas est regēdis liberis habilior q̄ creandis, pudor est legitimi licet fœtus gestare indicia,& grauari alienę ætatis onere,& tumescere aluū nō sui tēporis fructu.Pudebat ergo ꝓpter ætatē.vnde intelligi potest causa, quia iā non cōueniebāt inter se cōcubitu cōiugali.neq; em̄ ea q̄ senilē nō erubesceret coitū, erubesceret partū. hic tamē erubescit on⁹ parētis, quādiu nescit mysteriū religiōis. Sed q̄ occultabat se,quia cōceperat filiū: iactare se cœpit,quia generabat ꝓphetā.Orig.Et ideo dicit:Mensibus quinq;.i.donec Maria cōciperet,& fœtus ei⁹ exultans cū gaudio ꝓphetaret.Ambr. Et quāuis partus sui erubesceret ætatē,rurs⁹ caruisse se gaudebat op ꝓbrio, dic.Quia sic fecit &c.Chryso. Scilicet soluit sterilitatē,donū supra naturā concessit,& petra infructuosa spicas virētes ꝓduxit,abstulit dedecus dū genitricē fecit. vnde sequit:In diebus &c.Ambr. Pudor em̄ est fœminis nuptiarū prēmia nō habere,quibus hæc sola est causa nubendi.Chry.Dupliciter igit gaudet,dum & à nota sterilitatis ipsam eripuit dns:& quoniā illustrē partum enixa est. Non em̄ vt in cæteris gignentium solus concubitus interuenit, sed gratia cælestis huius ortus fuit exordiū.Beda. Mystice aūt ꝑ Zachariā sacerdotiū Iudæorū, per Elizabeth potest lex ipsa designari,q̄ sacerdotū doctrinis exercitata spiritales deo filios gigne re debebat;sed nō valebat,quia neminē ad pfectionem adduxit lex.Erāt ambo iusti,quia bona est lex,& facer dotiū ꝓ illo tēpore sanctū.Ambo ꝓcesserant in diebus suis, quia aduenīēte Christo iā incuruant ad senīū. Ingredit Zacharias tēplū, quia sacerdotū est intrare ī sanctuariū mysteriorū cęlestiū.Foris erat multitudo, quia mystica penetrare nequit.Dū altari thymiama ꝓponit, nasciturū Ioannē agnoscit:quia dū doctores flāma diuinę lectionis ardēt,gratiā dei p Iesum ꝓditurā reperiūt: & hoc p angelū,quia lex p angelos ordinata est. Amb. In vno aūt vox plebis obmutuit,quia ī vno tot⁹ ad deū loquebat populus.trāsiuit em̄ ad nos dei verbū,& ī nobis nō tacet.Mutus est q̄ nō intelligit legē. Cur em̄ tibi magis videat mut⁹ esse q̄ sermonē,q̄ qui mysteriū nescit?Innuēti similis est populus Iudęorū, q̄ actuū suorū ꝑstare nō potest rationem.Beda.Et tamē Elizabeth cōcipit Ioānē,qa īteriora legis sacramētis Chri abūdant. Cōceptū quinq; mēsib⁹ occultat,qa Moyses quinq; libris mysteria Chri designat, seu qā Chri dispēsatio in quinq; mūdi ętatib⁹ p sanctorū dicta, vel facta figurat.

Differētia sacerdotii.

In mēse aūt sexto,missus est angel⁹ Gabriel à deo ī ciuitatē Galilææ,cui nomen Nazareth ad uirginē desp̄sātā uiro,cui nomē erat Ioseph,de domo Dauid,& nomē uirginis Maria.

Beda.Quia Chri incarnatio vel sexta ętate seculi futura,vel adimpletionem legis erat ꝓfutura,recte sexto mense cōcepti Ioānis missus ad Mariā angel⁹ nasciturū nūciat saluatorem.vñ dicit:In mense &c.Mensem sextū Martiū intellige,cui⁹ 25.die dns noster & cōceptus tradit & passus: sicut & 25.die mensis Decemb.natus. q̄ si vel hoc die vt nōnulli arbitrant æquinoctiū vernale,vel illo solstitiū brumale fieri credamus, cōuenit cū lucis ineremēto concipi vel nasci eū qui illuminat oēm hoīem venientē in hūc mūdū.At si quis ante dñicę natiuitatis & cōceptionis tēpus cōsiderat lucē,vel crescere vel tenebras supare cōuicerit,dicimus & nos qa Ioānes ante faciē aduētus eius regnū cęlorū euāgelizabat. Basi.Adeunt aūt nos cęlestes spūs,non quasi ex seipsis, sed ex eo q̄ diuinę sapiētiæ decorē cōspiciūt.vñ sequit: Missus est angelus &c.Greg.in ho.Ad Mariā em̄ virginē non quilibet angelus,sed Gabriel archāgelus mittitur.ad hoc quippe ministeriū summū angelū venire dignū fuerat,qui summū oīum nūciabat.Qui iccirco priuato noīe censet, vt signet per vocabulū in operatione quid valeat. Gabriel em̄ dei fortitudo noīatur. per dei ergo fortitudinē nunciādus erat,qui virtutū dns & potens in ꝓlio ad debellādas potestates aereas veniebat. Glo.Addit aūt & locus quo mittit cū subditur: In ciu. &c.Nazarēus enim.i. sanctus sanctorū nunciabat venturus. Beda in ho. Aptum autē humanæ restaurationis principiū,vt angelus à deo mitteretur ad virginē partu consecrādum diuino, quia prima perditionis humanæ fuit causa, cū serpens à diabolo mittebat ad mulierem spū superbię decipiendā.vnde sequit:Ad virginē.Aug. de san.virgin. Illū enim solū virginitas decēter parere potuit,qui in sua natiuitate parem habere non potuit. Oportebat enim caput nostrū, propter insigne miraculum,secundum corpus nasci de virgine,qđ significaret membra sua de virgine,etiā secundū spiritū nascitura. Hiero.in ser.de assum.Et bene angelus ad virginē mittitur,quia semper est angelis cognata virginitas. Profecto in carne præter carnem viuere nō terrena vita est sed cælestis.Chry.sup.Mat.Non aūt angelus post partū annūciat virgini,ne nimiū exinde turbaret.Et ideo ante conceptionē illam alloquitur, non in somnis imō visibiliter assistit:nam quasi magnam valde relationē accipiens egebat ante rei euentū visione solenni. Ambr. Bene aūt vtrunq; posuit scriptura,vt & desponsata esset & virgo.Sequit em̄:De.viro. Virgo,vt expers virilis cōsortij videretur.Desponsata, ne temerate virginitatis adureret infamia, cui grauis aluus corruptelæ videretur insigne præferre.Maluit aūt dns aliquos de suo ortu q̄ de matris pudore dubitare. sciebat em̄ teneram esse virginis verecūdiam, & lubricā famā pudoris:nec putauit ortus sui fidē matris iniuriis astruēdā.Seruatur itaq;sanctę Mariæ sicut pudore integra, ita & inuiolabilis opinione virginitas. nec decuit sinistra virginib⁹ opinione viuentibus velamē excusationis relinqui, q̄ infamata mater quoq; dñi videret. Quid autē Iudæis, quid Herodi posset ascribi,si natū viderent ex adulterio persecuti? Quēadmodū autē ipse diceret:Non veni legem soluere sed adimplere, si videret cœpisse à legis iniuria?cū partus innuptæ lege damnet? Quid q̄ etiam fides Marię verbis magis adsciscitur, & mēdacii causa remouet.videtur em̄ culpam obūbrare noluisse mēdacio innupta prægnans. Causam aūt mētiendi desponsata nō habuit, cū coniugii præmiū & gratia nuptiarum partus sit fœminarū.Non mediocris quoq; causa est,vt virginitas Marię falleret principē mundi,qui cū despō sată viro cerneret,partū non potuit habere suspectum. Orig.Si em̄ nō habuisset sponsum,statim cogitatio tacita diabolū surrepsisset, qūo quę non accubuit cū viro prægnās esset?debet iste conceptus esse diuinus, debet aliquid hūana natura esse sublimius.Ambr. Sed tamen magis refellet principes seculi.dæmonū em̄ malitia facile etiā occulta deprehēdit.At vero qui secularibus vanitatib⁹ occupant,scire diuina nō possunt.quinetiā locupletior testis pudoris maritus adhibet, qui posset & delere iniuriā,& vindicare op ꝓbrium,si non agnosceret & sacramentū.de quo subdit: Cui nomē erat &c.Beda in ho.Quod nō tantū ad Ioseph,sed etiā ptinet ad Mariā.Legis nanq; erat ꝓceptū, vt de sua quisq; tribu aut familia acciperet vxorem.Sequitur: Et nomē virginis Maria.Beda super Lucam.Maria hebraice stella maris, Syriace vero domina vocat,& merito, quia hęc totius mundi dñm, lucem seculi meruit generare perennem.

Causa desponsationis Mariæ.

Interpretatio nominis Mariæ.

Et ingressus angelus ad eā,dixit: Aue gratia plena,dominus tecū:benedicta tu ī mulieribus. Quæ cū audisset,turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.

Ambr.Discę virginē moribus,sola in penetralibus: quā nemo virorū videret,solus angelus reperiret.vnde dicit:Et ingress.&c.Et ne quidem degeneri deprauaretur affatu,ab angelo salutat.Grœcus.Cōtra vocē prius ædităm mulieri,dirigitur nūc sermo ad virginē.In illa doloribus partus est causa peccati punita, in hac ꝑ gaudiū mœstitia pellitur. vnde iocunditatem non absurde ꝓnunciat angelus virgini,dicēs:Aue. Quōd aūt digna cognosceretur sponsaliū attestat,cum dicit:Gratia plena.quasi em̄ quædam arra aut dos sponsi ostenditur, q̄ fœcūda sit gratiis.Horū enim quæ dicit hæc sunt spontanea,alia spōsi.Hiero.in ser.de assum.Et bene gratia plena,quia cæteris per partes ꝓstatur,Mariæ vero simul se totam infudit gratiæ plenitudo. Vere gratia plena,per quā largo spūs sancti imbre superfusa est oīs creatura. Iam aūt erat cū virgine,qui ad virginē mittebat angelū,& ꝓcessit nunciū suū dns,nec teneri potuit locis,qui oībus habet in locis.vnde sequit:Dns te. Augu.in ser. de na.Magis q̄ mecum,ipse em̄ in tuo est corde, in tuo fit vtero,adimplet mentē,adimplet ventrem. Grœcus. Hoc aūt est totū legationis cōplementū: dei em̄ verbū vt spōsum supra rationē vnionē efficiens tanquam ipse germinans, idemq; germinatus totā naturā humanam sibiipsi confirmauit. Vltimū vero ponitur tanq̄ perfectissimū & compendiosum:Benedicta tu in mulie.Vna scilicet præ cunctis mulieribus, vt etiā benedicātur in

Maria plena gratia.

te mulieres, sicut mares in filio, sed magis vterque in vtrisq;.Velut em̄ per vnam fœminā & vnū marem peccatū simul ac tristitia intrauit, sic & nunc per vnam & vnum benedictio reuocata est & lætitia,& ad singulos est profusa.Ambr.Discę autē virginē à verecūdia,quia pauebat.nam sequit:Quæ cū &c.Trepidare virginum est, & ad oēs ingressus viri pauere, omnes viri affatus vereri.Discę virgo verborū vitare lasciuiā. Maria etiā salutationē angeli verebatur.Grœcus.Cū assueta foret his visionibus,euangelista nō visioni, sed relatibus turbationē attribuit,dicens: Tur.est in ser.eius. Attende autē virginis & pudicam & prudētem,& animā simul & vocem.audita lætitia dictū examinauit,& neq; manifeste obstitit per incredulitatem, nec statim paret ex leuitate,Euæ leuitatē euitans simul & duritiā Zachariæ.vnde dicit:Et cogit.&c.Non cōceptio:nam adhuc ignorabat immēsitatem mysterii: sed salutatio nūquid libidinosa,vt à viro ad virginē:an diuina,dum dei face ret mētionē,dicēs:Dominus tecū. Ambr. Benedictionis etiā nouā formulā mirabat, quæ nusquam est ante comperta, soli Mariæ hæc seruabatur. Orige. Si enim sciuisset Maria ad alium quempiā similem factum esse sermonem, vtpote quæ habebat legis scientiam, nunquam eam quasi peregrinā talis salutatio exterruisset.

Maria assueta visioni angelicæ.

Et ait angelus ei:Ne timeas Maria,inuenisti enī gratiam apud deū. Ecce cōcipies in utero & paries filiū: & uocabis nomē eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedē Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob inæternū, & regni eius non erit finis.

Beda. Quia salutatiōe īsolita virginē turbatā videbat,quasi familiarius notā vocās ex noīe,ne timere debeat iubet.vñ dicit: Et ait ei angelus &c. Grœcus.q.d. Nō accessi decepturus,imō deceptionis absolutionem depromere.Nō veni ꝑdaturus inuiolabilē tuā virginitatē,sed cōditoris puritatis & custodis cōtubernia reserare.Nō sum serpētis minister,sed perimētis serpentē legatus:spōsaliū tractator,non insidiarū molitor.Sic ergo nequaq̄ distrahētibus ipsam cōsiderationib⁹ vexari permisit, ne diiudicaret infidus minister negocii. Chry.Qui aūt apud deū meret gratiā,non habet quid timeat.vñ sequit:Inuenisti em̄ gratiā &c. Qualiter autē illā quisq; reperiet,nisi humilitate mediāte?Humilibus em̄ dat de⁹ gratiā.Grœcus.Inuenit em̄ gratiam virgo coram deo,quia splēdore pudicitię ꝓpriam exornās animā,gratū deo se habitaculū ꝑparauit.nec solū cœlibatū inuiolabilē conseruauit,sed etiā īmaculatā cōsciētiā custodiuit.Orig. Inuenerāt em̄ plures gratiā añ eā. Et ideo subdit qđ ꝓpriū est,dicēs:Ecce cōcipies ī vtero.Grę.Quōd dicit ecce,cōceleritatē & ꝑsentiā denotat,insinuās cū ei⁹ verbo celebratā esse cōceptionē. Dicit aūt,Concipies in vtero,vt demonstret dñm ab ipso vtero virginali,& de nostra substantia carnē susciperе. Venit em̄ diuinū verbū emundaturū naturā humanam & partum,& nostrę gnationis primordia.Et ideo sine pctō humano semine p singula sicut nos in carne cōcipit,& nouē mēsiū spacio gestat in vtero.Greg.Ni. Sed qm̄ cōtingit specialiter diuinū cōcipi spm̄, & spm̄ parere salutarem sedm̄ ꝓphetam: ideo addidit,Et paries filiū.Amb.Nō autē oēs sunt sicut Maria,vt dum de spū sancto cōcipiūt verbū,pariat. Sūt aūt q̄ abortiuū excludāt verbū anteq̄ pariat. Sūt q̄ in vtero Christū habeāt, sed nōdū formauerint. Greg.Nise.Cū autē expectatio partus mulieribus timorē incutiat,sedat timoris metū dulcis partus relatio cùm subdit: Et vocabis nomē ei⁹ Iesum.Saluatoris enim aduentus est cuiuslibet timoris ꝓpulsio.Beda.Iesus aūt saluator siue salutaris interpretatur.Gre.Dicit aūt,tu vocabis nō pater:patre enī ca-

Virginitatis insigne.

Præmia nuptiarū partus.

Cœlibatꝰ Marię

Iesu nominis Mysterium.

ret,quãtũ ad ĩferiorẽ gñationẽ, ſicut & matre reſpectu ſupnę. Cyril. Hoc aũt nomẽ de nouo fuit verbo ĩpoſitũ natiuitati cõgruẽs carnis,ſcđm illud ꝓpheticũ: Vocabit tibi nomẽ nouũ,qđ os dñi noĩauit. Græ. Verũ qa hoc nomẽ cõmune eſt ſibi cũ ſucceſſore Moyſi, idcirco innuẽs angelus ꝙ nõ erit ſcđm illius ſimilitudinẽ ſubiũgit: Hic erit magnus. Amb. Dictũ eſt quidem etiã de Ioãne,qa erit magnꝰ, ſed ille quaſi hõ magnus, hic quaſi magnus deus. Late em̃ fundit dei virtus, late cæleſtis ſubſtãtię magnitudo porrigit: nõ loco claudit, nõ opinione cõprehẽdit, nõ æſtimatione concludit, nõ ætate variat. Orig. Vide ergo magnitudinẽ ſaluatoris, quo in toto orbe diffuſa ſit: aſcẽde in cęlos, quo cæleſtia repleuerit: deſcende cogitatiõe ad abyſſos, & vide eum illuc deſcẽdiſſe: ſi hoc videris, pariter ĩtueberis opere cõpletũ, hic magnꝰ. Græ. Neq; carnis aſſumptio deitatis derogat celſitudini, imò potius hũanitatis hũilitas ſublimat. vñ ſequit: Et filius altiſſimi vocabit. Non vtiq; tu ĩpones vocabulũ, ſed ipſe vocabit, à quo niſi à cõſubſtãtiali genitore? nullꝰ em̃ filiũ nouit niſi pater. Penes quẽ vero ĩfallibilis eſt notitia geniti, nec verꝰ interpres eſt erga ĩpoſitionẽ cõgruã noĩs. ꝓpter qđ dicit, Hic eſt filius meus dilectus, ab æterno ſiquidẽ eſt, quãuis nũc ad noſtrã doctrinã nomẽ eius patuerit. Et ideo ait, vocabitur, nõ fiet vel generabit: nã & ante ſecula fuerat cõſubſtantialis patri. Hũc ergo cõcipies, huius mater efficieris, hũc virginalis cella cõcludet, cuius cęleſte ſpaciũ capax non extitit. Chry. Cæterũ ſiquidẽ enorme qbuſdã videt, deum habitare corpus. Nõne ſol cuius eſt corpus ſenſibile quocũq; radios mittit, nõ lędit in ꝓpria puritate? Multo ergo magis iuſtitiæ ſol ex vtero virginali mũdiſſimũ corpus aſſumẽs, nõ tantũ cõtaminatus non eſt, imò etiã ipſam matrẽ ſanctiorem oſtẽdit. Grę. Et vt virginẽ redderet memorẽ ꝓphetarũ ſubdit: Et dabit illi &c. Vt noſcat liquido, qm̃ qui naſcitur ꝰ eſt ab ea, ipſe eſt Chriſtꝰ quem illi ꝓmiſerũt ex Dauid ſemine naſciturũ. Cyril. Nõ tñ ex Ioſeph eſt ædituũ corpus Chriſti mũ diſſimũ, ſcđm em̃ vnã lineã cognatiõis profluxerãt Ioſeph & virgo, ex qua formam humanitatis vnigenitus ſumpſit. Baſi. Nõ aũt in materiali ſede Dauid ſedit dñs tranſlato Iudaico regno ad Herodẽ, ſed ſedem appellat Dauid ĩ qua reſedit dñs, indiſſolubile regnũ. vñ ſequitur: Et regnabit &c. Chry. Dicit aũt ad pſens, domũ Iacob eos qui de numero Iudæorũ crediderunt in illũ. Vt em̃ Paulus dicit: Nõ oẽs qui ex Iſrael ſunt, hi ſunt Iſraelitę, ſed qui ſunt filii ꝓmiſſionis cõputantur in ſemine. Beda. Vel domũ Iacob totã eccleſiam dicit, vel q̃ de bona radice nata, vel cũ oleaſter eſſet, merito tamẽ fidei in bonã eſt inſerta oliuã. Græcus. Nullius aũtẽ eſt in æternũ regnare niſi dei ſolius, quo fit vt & ſi ꝓpter incarnationem dicat Dauid ſedẽ accipere, tamen idem ipſe inquantũ deus, rex æternus agnoſcitur. Sequitur: Et regni &c. Non ſolũ inquantũ deus eſt, ſed etiam in eo ꝙ homo: & in pſenti quidem habet regnũ multorũ, finaliter vero vniuerſorũ, cũ ei oĩa ſubiiciantur. Beda. Omittat ergo Neſtorius dicere hominẽ tantũ ex virgine natũ, & hũc à verbo dei, nõ in vnitate pſonæ eſſe receptũ. Angelus enĩ qui eũdem ipſum patrem habere Dauid, quem filiũ altiſſimi vocari ꝓnunciat, in duabus naturis vnã Chriſti perſonam demõſtrat. Non aũtẽ ideo futuri temporis verbis angelus vtitur, quia ſecũdum hæreticos Chriſtus ante Mariam non fuerit, ſed quia ſecundũ eandẽ perſonã homo cũ deo idem filii nomen ſortitur.

Conceptus Ieſu relatio.

Neſtorii error.

Dixit autem Maria ad angelũ: Quõ fiet iſtud quoniã virũ non cognoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei.

Amb. Neq; nõ credere angelo Maria debuit, neque tã temere vſurpare diuina. vnde dicit: Dixit au. Maria ad ange. Quõ fiet iſtud? Tẽperatior eſt iſta reſponſio q̃ verba ſacerdotis. Hęc ait: Quõ fiet iſtud? Ille reſpõdit, vñ hoc ſciã? Negat ille ſe credere, & quaſi fidei adhuc aliũ quęrit auctorẽ. Iſta ſe facere ꝓfitet, nec dubitat eſſe faciendũ, qđ quõ fiat inquirit. Legerat Maria: Ecce cõcipiet ĩ vtero, & pariet filiũ, ideo credidit futurũ, ſed quõ fieret, ãte nõ legerat: nõ em̃ quẽadmodũ, fieret vel ꝓphetæ tãto fuerat reuelatũ: tãtũ em̃ myſteriũ nõ hoĩs fuit, ſed angeli ore ꝓmẽdum. Greg. Niſe. Attende etiã mũdæ virginis vocẽ, partũ annũciat angelus, ipſa vero virginitati innititur, pſtantiorem ĩcorruptibilitatẽ angelica viſione diiudicãs. vnde dicit: Quoniã virum nõ cognoſco. Baſi. Cognitio multifarie dicit. Dicitur em̃ cognitio nr̃i conditoris ſapiẽtia, ac magnaliũ ſuorũ notitia, necnon mãdatorũ cuſtodia, & quę ſit apud eũ appropinquatio & copula nuptialis vt hic accipit. Greg. Niſe. Hæc igitur Mariæ verba indiciũ ſunt eorũ q̃ tractabat in mentis arcano. Nã ſi cauſa copulæ coniugalis Ioſeph deſponſari voluiſſet, cur admiratione ducta eſt, dũ ſibi narratur cõceptio? cũ nimirũ ipſa præſtolaretur ad tẽpus mater effici iuxta legis naturam. Verum quia oblatũ corpus deo, quaſi quoddam ex ſacris inuiolabile reſeruari decebat: & ideo dicit, Quoniã virũ non cognoſco. q.d. Etſi ſis angelus, tamen quòd virum cognoſcam ex impoſſibilibus cernitur. qualiter igitur mater ero carens coniuge? Ioſeph quidem in ſponſum agnoui. Græcus. Sed conſidera qualiter virgini ſoluit dubiũ angelus, ac explanat intemeratum connubium & ineffabilem partum. Sequitur enim: Et reſpondens angelus dixit ei: Spiritus ſanctus &c. Chry. Quaſi d. Nõ quæras ordinem naturalem vbi naturam tranſcẽdũt & ſuperant quę tractantur. Dicit, quõ fiet iſtud quoniã virũ nõ cognoſco? quinimò eoipſo continget ꝙ ex coniugis inexperta. Nã ſi virũ experta fuiſſes, non digna cenſeris hoc myſterio. nõ quia ꝓphanũ ſit coniugium, ſed quia virginitas potior. Decebat em̃ cõmunem omniũ dominũ, & in natiuitate nobiſcũ participare, & ab ea diſcrepare. ꝙ em̃ ex vtero naſceret, habuit cõmune nobiſcũ: ꝙ autẽ abſq; cõcubitu naſceretur, plꝰ à nobis obtinuit q̃ beatũ corpus illud, qđ ob exuberantẽ mũditiã virginis Mariæ vt videt donũ aĩę ad ſeipſum allexit. In ſingulis em̃ cęteris vix vtiq; aĩa ſincera ſancti ſpũs impetrabit pſentiã, ſed nũc caro receptaculũ efficit ſpũs. Greg. Niſ. Tabulas em̃ noſtræ naturæ, quas culpa confregerat, denuo verus legiſlator de terra noſtra ſibi dolauit, abſq; cõcubitu diuinitatis ſuę corpus ſuſceptibile creãs, qđ diuinus digitus ſculpſit. ſ. ſpũs ſuperueniẽs virgini. Chry. Inſuper & virtus altiſſimi obũbrabit tibi. Altiſſimi regis virtus Chriſtus eſt, qui per aduentũ ſpiritus ſancti formatur in virgine. Grego. 18. mor. Per obũbrationis em̃ vocabulum incarnãdi dei vtraq; natura ſignificatur, vmbra em̃ à lumine formaꝫ & corpore. Dñs autẽ per diuinitatẽ lumen eſt: quia ergo lumen incorporeũ in eius erat vtero corporandũ, recte ei dicit: Virtus altiſſimi obũbrabit tibi. i. corpus in te humanitatis accipiet incorporeũ lumen diuinitatis. Hoc enim Mariæ dicitur ꝓpter mẽtis refrigeriũ cælitus datum. Beda. Non ergo virili quod non cognoſcis ſemine, ſed ſpiritus ſancti quo impleris opere concipies: cõ cupiſcentię in te non erit æſtus, vbi vmbrã faciet ſpũs ſanctus. Greg. Niſ. Vel dicit, Obumbrabit tibi: quia ſicut corporis vmbra præcedentium charactere conformatur: ita indicia deitatis filii ex virtute generandi patebunt. Sicut enim in nobis quędam viuifica virtus in materia corporali conſpicitur, qua homo formatur; ſic

Compa-ratio Mariæ & Zachariæ.

Expõ Pulcherrima.

Obũbratio diuina quæ ſit.

in virgine altiſſimi virtus per viuificantẽ ſpiritũ pariter corpori iſitã materiã carnis ex virgineo corpore ad formãdũ nouum hominẽ aſſumpſit. vnde ſequit: Ideoq; & qđ naſcet ex te &c. Atha. Profitemur em̃ quoniã natura humanæ aſſumptũ ex materia corpus veriſſimum extitit, & idẽ ſecundũ naturã corpori noſtro: ſoror nãque noſtra Maria eſt, cũ oẽs ab Adã deſcẽderimus. Baſi. Vnde & Paulus dicit: Quoniam miſit deus filiũ ſuum natũ nõ per mulierẽ, ſed ex muliere. Nam hoc qđ dico per mulierẽ tranſitura, poterat indicare natiuitatis ſententiã: qđ antẽ dicit ex muliere, manifeſtat cõmunionẽ naturæ geniti reſpectu parentis. Grego. 18. mo. Ad diſtinctionẽ aũt noſtræ ſanctitatis Ieſus ſingulariter ſanctus naſciturus aſſerit: nos quippe etſi ſancti efficimur, non tamẽ naſcimur, quia ipſa naturæ corruptibilis cognatione conſtringimur: ille autem ſolus veraciter ſanctus eſt, qui ex coniũctione carnalis copulæ conceptus nõ eſt, qui non (ſicut hæreticus deſipit) alter in humanitate, alter in deitate eſt: vt purus homo cõceptus atq; æditus, & poſt per meritum vt deus eſſet accepit. Sed nunciante angelo & adueniente ſpũ: mox verbũ in vtero, mox intra vterũ verbũ caro. vnde ſequit: Vocabitur &c. Græ. Tu autem attẽde qualiter virgini angelus totam trinitatem ædidit: dum ſpiritum ſanctum commemorat virtutẽ & altiſſimũ: trinitas em̃ indiuiſibilis eſt.

Quæſtio vtilis.

Et ecce Elizabet cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi quæ uocatur ſterilis, quia non erit impoſſibile apud deum omne uerbum. Dixit autem Maria, Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Et diſceſſit ab illa angelus.

Chry. Quoniã ꝓcedẽs dictũ ſuperabat virginis mẽtẽ, ad hũiliora declinauit, ſermonẽ ꝓ ſenſibilia ipſi ſuadẽs. Vñ dicit: Et ecce Elizabeth cognata tua. Animaduerte Gabrielis induſtriã: non memorauit eã Sarræ vel Rebeccæ vel Rachelis, quia antiquiora erãt exẽpla: ſed ĩminẽs factũ inducit, vt eius mentem corroboret: & ob hoc & ætatẽ cõmemorauit, cũ dicit: Et ipſa cõcepit filiũ ĩ ſenectute ſua: & defectũ naturę. Sequit: Et hic mẽſis eſt &c. Nõ em̃ à principio cõceptus Elizabeth ſtatĩ annunciauit, ſed acto ſex menſiũ ſpacio, vt tumor ventris perhibeat argumentũ. Greg. Nazãzenus. Sed quęret aliquis: Qualiter ad Dauid Chriſtus referꝫ? Siquidẽ Maria de ſanguine manauit Aaron, cuius cognatam angelus Elizabeth aſſeruit: ſed hoc nutu ſuperno cõtigit vt regiũ genus ſacerdotali ſtirpi iungeret: vt Chriſtus, qui rex eſt & ſacerdos, ab vtriſq; ſecundũ carnem naſceretur. Legitur etiã in Exodo, Quoniã Aarõ primus ſecundũ legẽ ſacerdos, duxit ex tribu Iudę coniugem Elizabeth filiã Aminadab. & attẽde ſacratiſſimã ſpiritus adminiſtrationẽ: dũ & hanc Zachariæ coniugẽ ſtatuit Elizabeth vocari: reducens nos ad illã Elizabeth quã duxerat Aaron. Beda. Sic ergo ne virgo ſe parere poſſe diffidat: accepit exemplũ ſterilis anus paritu ræ: vt diſcat omnia deo poſſibilia eſſe, etiam q̃ naturæ ordine videtur eſſe cõtraria. vnde ſequit: Quia nõ erit impoſſibile apud deũ omne verbũ. Chry. Ipſe nanq; cũ ſit naturæ dominus cũcta poteſt cũ velit: qui cũcta per agit & diſponit, vitę mortiſq; lora gubernãs. Auguſt.

Omnipotentia dei expo nitur.

cõtra Fauſt. Quiſquis autẽ dicit, Si oĩpotens deus eſt, faciat vt ea quæ facta ſunt, facta nõ fuerint: nõ percipit ſe dicere vt ea q̃ vera ſunt eo ipſo quòd vera ſunt, falſa ſint. Poteſt em̃ facere ꝙ aliquid nõ ſit qđ erat: velut cũ aliquis qui cœpit eſſe naſcendo, faciat nõ eſſe moriendo. Quis autem dicat, vt id quod iam nõ eſt faciat non eſſe? quicquid em̃ præteritum eſt, iam non eſt: ſi de ipſo fieri aliquid poteſt adhuc eſt de quo fiat. Et ſi eſt, quõ ꝓteritũ eſt? nõ ergo eſt qđ verè diximus fuiſſe: ſed ideo verũ eſt illud fuiſſe, quia in noſtra ſententia verũ eſt, nõ in ea re q̃ iam non eſt: hãc autẽ ſententiã deus falſam facere nõ poteſt. Oĩpotentẽ aũt deũ nõ ita dicim⁹, ac ſi eũ etiã mori poſſe credamus. Ille planè oĩpotens vere ſolus dicit qđ vere eſt: etiã à quo ſolo eſt quicquid aliquo modo eſt. Amb. Vide autem humilitatem virginis, vide deuotionẽ. Sequitur em̃: Dixit aũt Ma. Ecce an. domini. Ancillã ſe dicit, quæ mater eligitur: nec repẽtina exaltata ꝓmiſſione eſt. Mitẽ enim humilémq; paritura humilitatẽ debuit etiã ipſa præferre: ſimul etiam ancillã ſe dicẽdo, nullã ſibi prærogatiuã tantæ gratiæ vendicauit, quin faceret qđ iuberetur. vnde ſequit: Fiat mihi ſcđm verbũ tuũ. Habes obſequiũ, vide votũ. Ecce ancilla dñi, apparatus officii eſt. Fiat mihi ſcđm verbum tuũ, cõceptus eſt voti. Euſe. Alius aliud quiddã in præſenti ſermone virginis extollet apicibus, hic quidẽ cõſtantiã, hic obedientię prõptitudinẽ, alius ꝙ nõ allecta eſt tã ſplẽdidis & arduis p magnũ archangelũ promiſſis pollicitis, alius ꝙ non exceſſit modũ in dãdo inſtantias, ſed æqualiter cauit & Euæ leuitatẽ, & Zachariæ ĩ obedictiã: mihi autẽ hũilitatis ꝓfunditas non minus cõſpicit admirãda. Greg. 18. mo. Per ineffabile nãq; ſacramẽtũ cõcepto ſancto partu inuiolabili ſcđm veritatem vtriuſq; naturæ eadẽ virgo ancilla dñi fuit & mater. Beda. Accepto autem virginis conſenſu mox angelus cæleſtia repetit. vnde ſequitur: Et diſceſſit ab illa angelus. Euſe. Non ſolum impetrans quod optabat, ſed ſtupens in virginea forma & virtutis plenitudinis.

Deuotio virginis.

Viſitatio nis Mariæ ratio.

Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt in mõtana cũ feſtinatione in ciuitatem Iuda & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabeth. Et factum eſt, ut audiuit ſalutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in utero eius. Et repleta eſt ſpũ ſancto Elizabeth. Et exclamauit uoce magna, & dixit: benedicta tu iter mulieres, & benedictꝰ fructus uẽtris tui. Et unde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad mẽ? Ecce enĩ ut facta eſt uox ſalutatõis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata quæ credidiſti, quoniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à domino.

Amb. Angelus cũ abſcõdita nunciaret vt fides aſtrueretur, exẽplo fœminæ ſterilis cõceptũ virginis nũtiauit. Vbi hoc audiuit Maria, nõ quaſi incredula de oraculo, nec quaſi incerta de nuntio, nec quaſi dubitans de exẽplo, ſed quaſi lęta ꝓ voto, religioſa ꝓ officio, feſtina prę gaudio in montana perrexit. vnde dicit: Exur. autẽ Ma. in di. illis &c. Quo em̃ iam deo plena, niſi ad ſuperiora cũ feſtinatione conſcenderet? Orig. Ieſus em̃ qui in vtero illi⁹ erat feſtinabat adhuc ĩ ventre matris Ioã nẽ poſitũ ſanctificare. vñ ſequit: Cũ feſtinatione. Amb. Neſcit tarda molimina ſpũs ſancti gratia. Diſcite virgines nõ demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones. Theo. Propter hoc abiit in montana, quia Zacharias in montanis habitabat. vnde ſequitur: In ciuita. Iu. & intra. ĩ do. Zachariæ. Amb. Diſcite vos ſanctæ mulieres ſedulitatẽ, quã ꝓgnãtibus debeatis exhibere cognatis. Mariã autẽ, q̃ ſola in intimis penetralibus verſabat, nõ à publico virginitatis pudor, non à ſtudio aſperitas montiũ, nõ ab officio ꝓlixitas itineris retardauit. Diſcite etiã virgines humilitatẽ Mariæ, venit ꝓpinqua ad proximã, iunior ad ſeniorẽ: nec ſolũ venit, ſed & prior ſalutauit. vnde ſequit: Et ſa. Elizabeth. Decet em̃ vt quãto caſtior virgo, tãto humilior ſit, nouerĭtq; deferre ſenioribus. Sit magiſtra humilitatis, in qua eſt ꝓfeſſio caſtitatis. Eſt etiã cã pietatis, quia ſuperior venit ad inferiorem, vt inferior adiuuet. Maria ad Elizabeth, Chriſtus ad Ioannẽ. Chry. ſup Mat. Vel aliter: Celabat q̃ ſupra dicta ſunt in ſe virgo, nec cuiq̃ hominũ pandit: nõ enim credebat ab aliis poſſe fidẽ adhi-

beri mirādis relatibus, imo magis putabat se pati conuitia si diceret, quasi volēs scelus ꝓpriū palliare. Græcus. Ad solā aūt refugit Elizabeth, sic em̄ consueuerat ꝓpter cognationē & ꝓpter cæterā hmōi cōiunctionē. Ambr. Cito aūt euentus Mariæ & præsentiæ dominicæ beneficia declarāt. nā sequitur: Et fac. est vt audiuit &c. Vide distinctionē singulorūq; verborū ꝓprietates: vocem prior Elizabeth audiuit, sed Ioānes prior gratiā sensit: illa naturæ ordine audiuit, iste exultauit ratione mysterii: illa Mariæ, iste dñi sensit aduentū. Græcus. Propheta em̄ parente acutius videt & audit, salutatq; ꝓphetatū: sed quoniā verbis nō poterat, saltat in vtero, qđ maximū existit in gaudio. Quis vnquàm nouit tripudiū natiuitate antiquī⁹? Insinuauit gratia, quę naturæ ignota extiterāt: reeluſus ventre miles agnouit dñm ac regē oriturū, ventris tegmine nō obstāte mysticæ visioni: inspexit em̄, nō palpebris, sed spiritu. Orig. Nō aūt antea repletus fuerat spiritu donec assisteret, q̄ Christū gerebat in vtero: tūc autem & spiritu erat plenus, & resultabat in parente. vñ sequit: Et reple. est spiritu sancto Elizabeth. Nō autē dubiū est quin quæ tūc repleta est spiritu sancto, ꝓpter filiū sit repleta. Ambr. Illa autem q̄ se occultauerat & conceperat filiū, iactare se cœpit, quia gerebat ꝓphetā: & quę erubescebat ante, benedicit. vñ sequit: Et excla. vo. mag. & dixit: Benedicta tu inter mulieres. Magna voce clamauit, vbi domini sensit aduētū: quia religiosum credidit partū. Orig. Dicit autē Bñdicta tu inter mulieres. Nulla em̄ vnquā tantæ fuit gratiæ particeps, aut esse poterat. Vnius em̄ diuini germinis parēs est vnica. Beda. Eadē aūt voce ab Elizabeth, qua à Gabriele benedicit, quaten⁹ & angelis & hoībus venerāda mōstret. Theo. Quia vero aliæ sanctę mulieres fuerūt, q̄ tamen genuerūt filios peccato inquinatos, subiūgit: Et ben. fru. ven. tui. Vel aliter intelligit: dixerat bñdicta tu īter mulieres: deīde quasi interrogāte aliquo subiūgit: Et benedi. fru. sicut dicit in psal. Bñdictus q̄ venit in noīe dñi, de⁹ dñs & illuxit nobis. Cōsueuit em̄ sacra scriptura &, pro quia recipere.

Fructus. Orig. Fructū autē vētris dei genitricis dñm dixit: quia nequaquā ex viro, sed ex sola Maria ꝓcessit. Nā qui semē sumpserūt à patribus, fructus eorū existunt. Grego. Solus ergo hic fructus bñdict⁹, quia absq; viro & absq; peccato ꝓducit. Beda. Iste est fructus qui Dauid ꝓmittitur: De fructu vētris tui ponā super sedem tuā. Euse. In qua parte emergit Eutycis redargutio: dum fructus ventris Christus asseritur. Omis em̄ fructus est eiusdē naturæ cū plāta: vnde & virginē relinquit eiusdē fuisse naturę cū secūdo Adā, qui tollit peccata mūdi. Sed & q̄ phātasticā opinionē de carne Christi cōfingūt in vero dei genitricis partu erubescāt. nam ipse fructus ex ipsa substātia procedit arboris. Vbi sunt etiā dicētes, quasi per aquæ ductū Christum trāsisse per virginē, aduertāt ex dictis Elizabeth, quā repleuit spirit⁹, Christum fructū fuisse ventris. Sequitur: Vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me? Amb. Nō quasi ignorās dicit: scit em̄ esse sancti spūs gratiā & operationem, vt mater dñi matrē ꝓphetæ ad profectū sui pignoris salutet: sed quasi nō humani hoc meriti, sed diuinę gratiæ munus esse cognoscat, ita dicit: Vnde hoc mihi: hoc est qua iustitia, quibus factis, pro quibus meritis? Orig. Conuenit aūt hoc dicens cū filio, nā & Ioānes indignū se sentiebat aduentu Christi ad ipsum. Matrē autē dñi nuncupat adhuc virginē existentē, ꝓcupās euentū ex dicto prophetico. Diuina aūt promissio duxerat Mariam ad Elizabeth, vt Ioannis testimoniū ab vtero peruenirēt ad dñm: & tunc em̄ Ioannem dñs in prophetam cōstituit. vnde sequit: Ecce enī vt facta est vox salutationis

Mariæ laus.

&c. Aug. Ad Dardanū. Hoc autē vt diceret sicut euangelista ꝓlocutus est, repleta est spiritu sancto, quo proculdubio reuelāte cognouit quid illa exultatio significasset: infantis em̄ illi⁹ venisse matrē, cui⁹ ipse ꝓcursor, & demōstrator esset futurus. Potuit ergo esse ista significatio rei tantę à maioribus cognoscendę nō à paruulo cognitę, nō em̄ dixit: Exultauit in fide infans in vtero meo, sed exultauit ī gaudio. Videmus autē exultationem nō solū paruulorū, sed etiā pecorū, nō vtiq; de aliqua fide vel religione, vel quacunq; rationabili cognitione venientem, sed hęc inusitata & noua extitit, quia in vtero & eius aduentu q̄ omniū saluatorē fuerat pariturа. Ideo hęc exultatio & tanquàm matri dñi reddita resalutatio, sicut solent miracula fieri, facta est diuinitus in infante, nō humanitus ab infante: quāq̄ etiam si vsq; adeo in illo puero est acceleratus vsus rationis & volūtatis, vt intra viscera materna iā posset agnoscere, credere, & cōsentire, etiā hoc in miraculis habendū diuinæ potentię, nō ad humanæ trahendū exēplar naturæ. Orig. Venerat autē mater domini visura Elizabeth miraculosum conceptū, quem retulerat angelus, vt per hoc sequatur credulitas potioris ad virginē manaturi. Et ad hanc fidē facit sermo Elizabeth, dicētis: Et beata quæ credidisti, quoniā perficientur ea quę dicta sunt tibi à domino. Ambro. Vides minime dubitasse Mariā sed credidisse, & ideo fructum fidei consecutam. Beda. Nec mirū si dominus redempturus mundū operationē suā inchoauit à matre: vt per quā salus oībus parabat, eadē persona fructū salutis hauriret ex pignore. Amb. Sed & vos beati qui audiuistis & credidistis: quæcūq; em̄ crediderit anima, & concipit & generat dei verbū, & opera eius agnoscit. Beda. Omnis autem anima quæ verbū dei mente cōcepit, virtutū statim celsa cacumina gressu cōscendit amoris, quatenus ciuitatem Iuda. i. cōfessionis & laudis arcem penetrare & vsq; ad perfectionē fidei, spei, & charitatis, quasi tribus in ea mensibus valeat commorari. Orig. super Ezech. Simul & de præterito, & de præsenti, & de futuro per ꝓphetiæ spiritum tacta est, quę & eam ꝓmissionibus angeli credidisse cognouit, & matrē nominans, quia redēptorē humani generis in vtero portare intellexit, etiā cū omnia ꝓficiēda ꝓdiceret, quid etiā de futuro sequerēt aspexit.

Exultatio Ioannis quālis.

Cōcept⁹ mysticus Christi.

Et ait Maria: Magnificat anima mea dominum.

Ambr. Sicut peccatū à mulierib⁹ cœpit, ita & bona à mulieribus inchoantur. vnde nō ociosum videtur q̄ & ante Ioannem Elizabeth prophetizat, & Maria ante dñi generationem. Sequit autē, vt Mariæ, quo persona melior, eo prophetia sit plenior. Basil. Virgo em̄ intentione sublimi, ac speculatione profunda, immēsitatem cōtēplans mysterii, quasi ꝓfundius gradiens magnificat deū. vnde dicit: Et ait Ma. Mag. aīa mea do. Græc⁹. quasi diceret: Mirabilia quæ deus pronunciauit in meo corpore exercebit, sed anima mea īfructuosa apud deū nō erit. Cōuenit autē mihi & volūtatis fructū afferre: nam quantū amplo doceor miraculo, tantū teneor glorificare in me mirabilia operātē. Orig. Si aūt dominus nec augmētū, nec detrimentū recipere potest, quid est q̄ Maria loquit, Magnificat aīa mea dominum? Sed si cōsiderē dñm saluatorē imaginē esse inuisibilis dei, & animā factā ad eius imaginē, vt sit imago imaginis: tūc videbo quoniā in exēplo eorū qui solēt imagines pingere, q̄ magnificauero animā meā opere, cogitatione, sermone: tunc imago dei grandis efficitur, & ipse dominus, cuius imago est in anima mea, magnificatur.

Magnificatio dei

Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo.

Basil. Primus spūs fructus est pax, & gaudium. Quia ergo virgo sancta totā sibi hauserat spiritus gratiā, me-

rito subiungit: Et exul. spūs & c. Idē aīam dicit & spm̄. Cōsueta autē in scripturis exultationis ꝓlatio insinuat alacrem quēdā & iocosum habitū animæ in his qui digni sunt. Proinde virgo exultat ī dño ineffabili cordis tripudio, & resultatione in strepitu honesti affect⁹. Sequit: In deo salutari meo. Beda. Quia eiusdē Iesu. i. saluatoris spūs virginis, æterna diuinitate lætat, cuius caro tēporali cōceptione fœtatur. Ambr. Magnificat ergo anima Mariæ dñm, & exultauit spūs eius in deo, eo q̄ anima & spiritu patre, filioq; deuota, vnum deū p quē omnia pio veneranť affectu. Sit aūt in singulis Mariæ aīa vt magnificet dñm: sit in singulis spiritus Marię vt exultet in dño. Si secūdū carnē vna mater est Christi, sed̄m fidē tñ oīm fructus est Christus. Oīs enim aīa accipit dei verbū, si tñ imaculata & īmunis à vitiis intemerata castimoniā pudoris custodiat. Theo. Ille autē deum magnificat, qui digne sequit Christū: & dū christianus vocat, Christi non minuit dignitatē, magna & cælestia operādo, & tūc spūs eius. i. spūale chrisma, exultabit. i. perficiet, & nō mortificabitur. Basil. Si q̄s vero lux in cor suū irrepserit, & ad deū diligendū & cōtēnēda corporea, per illā obscuram & breuem imaginē pfectam ꝓceperit iustorū cōscientiā, absq; vlla difficultate consequentur in domino gaudium. Orige. Prius autem anima magnificat dominum, vt postea exultet in deo. nisi em̄ antea crediderim⁹, exultare nō possumus.

Mariæ eximiaus laus.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Græcus expositor. Causam manifestat cur se magnificare deū deceat, ac exultare in illo, dicens: Quia respexit hūilitatē ancillæ suæ. quasi diceret: Ipse ꝓuidit non ego expectaui, humilibus eram contenta. Nunc aūt ad ineffabile consiliū eligor, & exaltor de terra ad sydera. Aug. in ser. de assum. O vera humilitas, q̄ deū hominib⁹ peperit, vitam mortalibus ꝓdidit, cælos innouauit, mū dū purificauit, paradisum aperuit, & hominum animas liberauit. Facta est Mariæ humilitas scala cælestis, per quā deus descēdit ad terras. Quid em̄ est dicere respexit, nisi approbauit? Multi em̄ videnť in cōspectu hoīm humiles esse, sed eorū humilitas à dño nō respicitur. Si em̄ veraciter humiles essent, deinde ab hominibus nō se laudari vellent, nō in hoc mundo, sed in deo spiritus eorū exultaret. Orig. Sed quid humile atq; deiectū, quę dei filium gestabat in vtero? Sed considera quoniā humilitas in scripturis vna de virtutibus prędicat, quæ à philosophis modestia dicit. Sed & nos eā possumus appellare quodā circuitu, cum aliquis non est inflatus, sed ipse se deiicit. Beda. Cui⁹ autē humilitas respicitur, recte beata ab oībus cognominatur. vnde sequitur: Ecce enim ex hoc beatam &c. Athana. Si enim secundū prophetam beati sunt qui habent semen in Sion, & proximos in Hierusalem: quantū debet esse præconium diuinæ, ac sacrosanctæ virginis Mariæ, quæ secundū carnē verbi genitrix est effecta? Græcus. Non autē se beatam appellat inani vexata gloria. vnde enī focus in ipsa superbiæ quæ se ancillā dñi nuncupauit? sed sacro tracta spiritu quæ futura sunt, præsciuit. Decebat enim vt sicut per superbiam primi parentis mors in mūdum intrauit, ita per humilitatem Mariæ, vitæ introitus videret. Theo. Et ideo dicit: Omnes generationes: non solum Elizabeth, sed etiam omnes credentium nationes.

Vmbra mortis.

Quia fecit mihi magna qui potēs est & sanctū nomen eius.

Theo. Ostēdit virgo nō per suā virtutē se beatā prædicandā, sed causam assignat, dicēs: Quia fecit mi. ma. qui po. est. Quę tibi magna fecit? Credo vt creatura ederes creatorē, famula dñm generares, vt p te mūdum deus redimeret, per te illuminaret, per te ad vitam reuocaret. Titus. Quō vero magna, nisi q̄ manens illibata cōcipio superans nutu dei naturam? Digna reputata sum viro, nō quomodocūq; genitrix effici, sed vnigeniti saluatoris. Beda. Respicit aūt hoc ad initiū carminis, vbi dictum est: Magnificat aīa mea dñm. Sola em̄ aīa illa cui dominus magna facere dignatur, dignis eū præconiis magnificare potest. Titus. Dicit aūt, Qui potēs est: vt si quis diffidat in cōceptionis negocio, dū virgo manens cōcepit, retorqueat miraculū ad potentiā operantis. Nec quia vnigenitus accessit ad fœminā ex hoc inquinatur, quia sanctum est nomen eius. Basil. Sāctum vero dicitur nomen dei, nō quia in syllabis quādam significatiuā virtutem contineat, sed quia quomodolibet dei speculatio sancta dinoscit & sincera. Beda. Singularis em̄ potētiæ culmine trāscendit omnē creaturā, & ab vniuersis quæ fecit lege segrēgatur: quod græca locutione melius intelligitur. In quo ipsum verbum quod dicit agion, quasi extra terram esse significat.

Mia dei qualis.

Et mia eius a progenie in progenies, timentibus eum.

Beda. In specialib⁹ se donis ad generalia dei iudicia conuertens totius humani generis statū describit, subdens: Et misericordia eius à progenie in ꝓgenies timentibus eum. q. d. Non solū mihi fecit magna qui potens est, sed in omni gente qui timet deum acceptus est illi. Orige. Misericordia enim dei, non in vna generatione, sed in sempiternum extenditur à generatione in generationem. Græcus. Et misericordia eius quam habet in generatione generationum ego concipio, ac ipse corpori animato coniūgitur, nostrā tractans salutem solius intuitu pietatis. Miseretur autem non qualitercunq;, sed his quos timor eius cōpescuit in qualibet natione. vnde dicitur: Timētibus eum: qui scilicet pœnitentia ducti, & ad fidē & pœnitentiā cōuertunť. nā qui obstinati sunt incredulitatis vitio clauserūt sibi ianuā pietatis. Theo. Vel per hoc innuit q̄ timentes misericordiā cōsequētur in generatione ista, id est in præsenti seculo: & futuram, id est in seculo futuro. In hoc seculo centuplum accipientes, in illo vero multo maiora.

Fili⁹ brachium dicitur.

Fecit potētiā ī brachio suo, dispersit superbos mēte cordis sui.

Beda. Humani generis statū describēs, quid superbi & quid humiles mereant ostēdit, dicens: Fecit &c. Id est in ipso dei filio. sicut em̄ tuū brachiū est quo operaris, sic brachiū dei dictum est eius verbū, per q̄d operatus est mundū. Orig. Timentibus aut se fecit potentiam in brachio suo, quia licet infirmus ad deū accesseris, si timueris eum promissam virtutē consequeris. Theo. In brachio suo, scilicet eius filio incarnato potentiā fecit, quia natura deuicta est virgine pariente, & deo hūanato. Græcus. Vel dicit, Fecit pro faciet potentiā, non vt dudū per Moysen cōtra Aegyptios, nec per angelū, puta quādo multa miliū rebellium prostrauit Assyriorū, nec quoquā alio mediante nisi in ꝓprio brachio triumphū docuit intelligibiles hostes superando. vnde sequitur: Dispersit &c. Scilicet quamlibet mentē elatam nō parentē eius aduētui, quinetiā aperuit & vitiosas ostēdit superbas cogitationes eorū. Cyril. Magis aūt proprie de dęmonum hostili caterua intelligēda sunt hæc. hos enim sæuientes in terra dissipauit aduenies dominus, & cōpeditos ab eis obedientiæ suæ restituit. The. Potest hoc etiam de Iudæis intelligi, quos in omnem dispersit regionem, sicut nunc dispersi sunt.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Beda. Quod dixit fecit potētiam in brachio suo: & q̄d premiserat, Et misericordia eius à ꝓgenie in progenies, his versiculis per singula cōtinuata est annectēdū: quia. s. per oēs seculi generationes, & perire superbi, & humiles exaltari, pia iustaq; diuinę potentię dispensa-

Universidad de Sevilla Biblioteca

tiõe nõ ceſſant. vnde dicit: Depoſuit po. &c. Cyril. Magna ſapiebãt dæmones & diabolus, gentiliũ ſapientes, phariſæi & ſcribę, hos tamen depoſuit, erexitq; humiliãtes ſe ſub potẽti manu dei, dans illis virtutẽ calcãdi ſerpẽtes & ſcorpiones, oẽmq; poteſtatẽ inimici. Erant & quãdoq; Iudæi poteſtate ſuperbi, ſed proſtrauit hos incredulitas. ex gẽtibus aũt ignobiles & humiles p fidem ad apicẽ cõſcenderũt. Græcus. Deitatis eñ tribunal noſter intellectus eſſe cognoſcitur, ſed iniquæ virtutes poſt trãſgreſſionem incubuerũt præcordiis protoplaſti, tanquam in proprio ſolio. Ob hoc ergo venit dominus, & ſpiritus iniquos eiecit à ſedibus voluntatum, & proſtratos à dęmoniis exaltauit eorũ conſcientias purgans, & eorum mentem ſtatuens propriã ſedẽ.

Miſericordia dei qualis.

Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.

Glo. Quia hũana ꝓſperitas præcipuè in honoribus potentiũ, & in abũdantia diuitiarũ conſiſtere videtur, poſt deiectionẽ potentiũ & exaltationẽ humiliũ, de diuitũ examinatione & pauperũ repletiõe mẽtionẽ facit di. Eſurientes &c. Baſi. ſup. Pſalm. Diſponit quidẽ nos præſens verbũ etiã quo ad ſenſibilia, edocens rerũ mũdanarũ incertitudinẽ. Caduca ſiquidem ſunt hæc, ſicut vnda quę ab impetu vẽtorũ hincinde diffundit. Intelectualiter autẽ ſumendo eſuriebat genus humanũ exceptis Iudæis, hos nanq; ditauerat legis traditio & ſanctorũ dogmata ꝓphetarũ. Quia vero nõ humiliter hæſerunt verbo hũanato dimiſſi ſunt inanes, nihil deferẽtes, nõ fidẽ, non ſciẽtiã, & ſpe bonorũ priuati ſunt, & à terrena Hieruſalem, & à vita futura excluſi. Quos vero de gẽtibus fames & ſitis cõtriuerat, cũ hęſiſſent domino, repleti ſunt ſpiritualibus bonis. Glo. Qui etiam æterna toto ſtudio quaſi eſurientes deſyderãt, ſaturabũtur, cum Chriſtus apparuerit in gloria, ſed qui terrenis gaudent, in fine totius beatitudinis inanes dimittẽtur.

Eſuries humanæ naturæ.

Suſcepit Iſrael puerũ ſuũ: recordat⁹ miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abrahã & ſemini ei⁹ ī ſecula.

Glo. Poſt generalẽ diuinę pietatis & iuſtitiæ cõmemorationẽ, ad ſingularẽ nouæ incarnationis diſpẽſationẽ cõuertit verba, di. Suſcepit &c. quaſi medicus ægrũ viſibilis inter hoĩes factus, vt faceret Iſrael. i. videntem deũ puerũ ſuũ. Baſil. Obediẽtẽ. ſ. & humilẽ. nam qui cõtẽnit humiliari, nõ poteſt ſaluari. Beda. Iſrael eñ dicit nõ materialẽ, quẽ ſola nobilitabat appellatio: ſed ſpũalẽ, qui nomẽ fidei retinebat, habẽs oculos tendentes ad deũ videndũ p fidẽ. Poteſt etiã ad Iſrael carnalẽ hoc adaptari, cũ ex eo infiniti crediderũt. Hoc aũt fecit recordatus miſe. ſuæ. hoc eñ impleuit qđ Abrahæ promiſit, di. Quoniã benedicent in ſemĩe tuo oẽs cognatiões terę. Huius ergo ꝓmiſſionis dei genitrix recordata dicebat: Sicut locutus &c. Nã & Abrahæ dictũ eſt, Statuã pactũ meũ inter me & te: & inter ſemẽ tuũ poſt te ī generationib⁹ ſuis fœdere ſempiterno, vt ſim deus tu⁹ & ſeminis tui poſt te. Beda. Semẽ aũt dicit nõ tã carne ꝓgenitus q̃ fidei eius veſtigia ſecutus, quib⁹ aduẽtus ſaluatoris in ſecula ꝓmiſſus eſt. Glo. Quia ipſa promiſſio hęreditatis nullo fine claudet, & vſq; in finẽ ſeculi credentes nõ deerunt, & beatitudinis gloria erit perẽnis.

Miraexpoſitio.

Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus, & reuerſa eſt in domum ſuam.

Ambr. Tãdiu mãſit Maria, quãdiu Eliſabeth pariẽdi tps impleret. vnde dicit: Manſit autẽ &c. Theo. In ſexto enim mẽſe cõceptionis pręcurſoris venit angelus ad Mariã, quę manſit cũ Elizabeth menſibus tribus, & ſic noue menſes implent. Ambr. Non autẽ ſola familiaritas eſt cauſa q̃ diu manſit, ſed etiã tanti nati perfectio. nã ſi primo ingreſſu tantus ꝓgreſſus extitit vt ad ſalutationẽ Mariæ exultaret infans in vtero, repleret ſpũ ſancto mater infantis: quantũ putamus vſum tãti tẽporis ſanctę Mariæ addidiſſe pręſentiã? Bene ergo ĩducit exhibuiſſe officiũ, & myſticũ numerũ cuſtodiſſe. Beda. Anima eñ caſta, quę ſpiritalis verbi deſyderiũ cõcipit neceſſe eſt vt alta cęleſtis exercitus iuga ſubeat, & qua ſi triũ mẽſiũ dies ibidẽ demorata, quouſq; fidei & ſpei & charitatis luce radiet, perſeuerare nõ deſiſtat. Theo. Quando vero Elizabeth paritura erat, virgo receſſit. vnde ſequit: Et reuerſa eſt &c. ſcilicet ꝓpter multitudinẽ quæ ad partũ congregari debebat. incõueniens autẽ erat in talibus virginẽ eſſe præſentẽ. Græcus. Mos eñ eſt virginibus, cedere quoties prægnãs parit. Vt autem propriã applicuit domũ, alio quidem nullatenus abiit, ibi vero manebat vlterius, donec adeſſe partus horam cognouit, ibiq; Ioſeph dubitans ab angelo edocetur. Virginũ mos.

Elizabeth autẽ impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt uicini & cognati eius: quia magnificauit dominus miſericordiam ſuã cũ illa, & cõgratulabãtur ei.

Ambr. Si diligẽter aduertas, plenitudinis verbũ nuſquã inuenies poſitũ niſi in generatione iuſtorum. vnde & nũc dicit: Elizabeth autẽ &c. Plenitudinẽ eñ habet iuſti vita, inanes autẽ ſunt dies impiorũ. Chry. Iccirco aũt deus Elizabeth partũ retardauit, vt gaudiũ augeretur, & famoſiorẽ faceret mulierẽ. vnde ſequit: Et audierũt vicini &c. Nam qui ſterilitatẽ eius cognouerãt, teſtes diuinæ gratiæ ſunt effecti. Nemo autẽ viſo infante cum ſilẽtio diſcedebat: ſed deũ qui illũ ex inſperato cõceſſerat collaudabat. Ambro. Habet eñ ſanctorũ editio lætitiã plurimorũ, quoniam cõmune eſt bonum. Iuſtitia enim communis eſt virtus, & ideo in ortu iuſti futuræ vitæ inſigne præmittitur, & gratia ſecuturæ virtutis exultatione vicinorum præfiguratẽ deſignatur.

Et factum eſt: in die octauo uenerunt circuncidere puerũ, & uocabant eum nomine patris ſui, Zachariã. Et reſpondẽs mater eius, dixit: Nequaquam, ſed uocabitur Ioãnes. Et dixerunt ad illã: Quia nemo eſt in cognatiõe tua qui uocetur hoc nomine. Innuebãt autem patri eius quem uellet uocari eum. Et poſtulans pugillarem ſcripſit, dicens: Ioannes eſt nomen eius. Et mirati ſunt uniuerſi. Apertum eſt autem ilicò os eius & lingua eius, & loquebatur benedicens deum.

Chry. Circũciſionis norma primo tradita eſt Abrahæ in ſignũ diſtinctionis, vt genus patriarchę ĩpermixtũ conſeruet, & ſic promiſſa bona cõſequi valeant. Vbi aũt pacti conſummat negociũ, appoſitũ ſignum demedio tollit. Sic igitur & per Chriſtũ circũciſione ceſſante baptiſmus ſuccedit, ſed antea Ioannẽ circũcidi decebat. vnde dicit: Et factũ eſt &c. Dixerat eñ dñs: Infans 8. dierũ circuncidat in vobis. Hanc aũt tẽporis menſurã à diuina clemẽtia conſtitutã autumo duplici de cauſa. Primo quidẽ vt in tenerrima ętate leuius patiat dolorẽ ſectionis carnis. Secundo vt ex ipſis operibus moneamur, quoniã hoc agebat in ſignum. Tener eñ puer minime diſcernit quę circa ipſum fiunt. Poſt circunciſionẽ autẽ nomen imponebatur. vnde ſequit: Et vocabãt eũ &c. Hoc autẽ ideo fiebat, quia prius oportet ſumere ſignaculũ dñi, & poſtea nomen humanũ. vel quia nullus niſi prius abiiciat carnalia, qđ ſignificat circunciſio, dignus eſt q̃ in libro vitæ nomen eius ſcribatur. Ambr. Mirẽ aũt ſanctus euangeliſta præmittẽdum putauit, q̃ plurimi infantẽ patris nomine Zachariã appellandũ putarunt: vt aduertas matri non nomen alicuius diſplicuiſſe de genere, ſed id ſancto infuſum ſpiritu, qđ ab angelo ante Zacharię fuerat pronunciatũ. Et quidẽ ille mutus intimare vocabulũ filii nequiuit vxori, ſed per ꝓphetiam Elizabeth didicit, quod non didicerat à marito. vnde ſequit: Et reſpõdens &c. Ne mireris ſi nomẽ mulier quod nõ audiuit aſſeruit, quando ſpiritus ei

Circunciſionis ratio exponitur.

Ioannis communis ratio

Iſraelſpiritalis.

ſanctus qui angelo' mandauerat reuelauit. neq; poterat domini ignorare prænunciũ, qui prophetauerat Chriſtũ. Et bene ſequit: Et dixerũt ad &c. Vt intelligas nomẽ nõ generis eſſe ſed vatis. Zacharias quoq; nutu interrogatur. vnde ſequit: Innuebãt autem patri &c. Sed quia incredulitas ei affatũ eripuerat & auditũ, qđ voce nõ poterat, manu & literis eſt locutus. vnde ſequitur: Et poſtulans &c. Hoc eſt nõ ei nos nomẽ imponimus, qui iam à deo nomen accepit. Orig. Zacharias quidem interpretat memor dei. Ioãnes autẽ ſignificat demonſtrantẽ. Cęterũ & abſentis memoria, præſentis demõſtratio eſt. Debebat aũt Ioãnes nõ memoriã dei vt abſentis exprimere, imo digito demonſtrare præſentẽ, dicẽs: Ecce agnus dei. Chry. Quinetiã hoc nomẽ Ioãnes gratia dei interpretat. Quod ergo gratia diuina fauente non natura Elizabeth hũc filiũ cõcepit, beneficii memoriã in nomine pueri conſcripſerũt. Theo. Quia verò cũ muliere circa hoc nomẽ pueri, pater mutus cõcordauit, ſequit: Et mirati &c. Nemo eñ huius nominis erat in cognatiõe eorũ vt aliquis diceret, q̃ antea hoc ambo cogitaſſent. Greg. Nazãſenus. Editus ergo Ioãnes, Zacharię ſoluit ſilentiũ. vnde ſequit: Apertum eſt &c. Abſurdũ eñ erat vt cũ vox verbi progreſſa fuiſſet, pater maneret elinguis. Ambr. Merito etiam cõtinuo reſoluta eſt lingua eius, quia quam vinxerat incredulitas, ſoluit fides. credam⁹ igitur & nos, vt lingua noſtra quę incredulitatis vinculis eſt ligata, rationis voce ſoluat. ſcribamus ſpiritu myſteria, ſi volumus loqui. Scribamus prænũciũ Chriſti, ſed nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Etenim qui Ioannẽ loquitur, Chriſtũ ꝓphetizat. Sequit eñ: Et loquebatur &c.

Natiuitatis Ioãnis allego.

Beda. Allegoriee aũt Ioãnis celebrata natiuitas gratia noui teſtamenti eſt inchoata, cui vicini & cognati nomen patris, q̃ Ioannis imponere malebant, quia Iudæi qui legis obſeruatione quaſi affinitate iuncti erant, magis iuſtitiã quæ ex lege eſt ſectari, quàm fidei gratiam ſuſcipere cupiebãt. ſed Ioãnis hoc eſt gratiæ dei vocabulũ, mater verbis, pater literis nũciare ſatagunt: quia & lex ipſa pſalmiq; & ꝓphetæ apertis ſententiarũ vocibus gratiã Chriſti prędicant, & ſacerdotiũ illud vetus figurans cærimoniarum, ac ſacrificiorum vmbris eidem teſtimonium perhibet. Pulchreq; Zacharias 8. die prolis æditæ loquitur, quia per domini reſurrectionem quæ octaua die, hoc eſt poſt ſeptimum ſabbati facta eſt, occulta legalis ſacerdotii arcana patuerunt.

Et factus eſt timor ſuper omnes uicinos eorum: & ſuper omnia montana Iudææ diuulgabãtur omnia uerba hæc: & poſuerunt omnes qui audierant in corde ſuo, dicentes: Quiſputas puer iſte erit? Etenim manus domini erat cum illo.

Theop. Sicut in taciturnitate Zachariæ miratus eſt populus, ita & cũ locutus eſt. vnde dicit: Et factus &c. Vt ꝓpter hęc duo magnũ aliquid circa natũ puerũ vniuerſi exiſtimẽt. hæc aũt omnia diſpẽſatiue fiebant, vt q̃ teſtis eſſe Chri debebat exiſteret fide dign⁹. vñ ſequit: Et poſuerũt &c. Beda. Pręcurrẽtia eñ ſigna prębẽt iter pręcurſori veritatis, & futurus ꝓpheta pmiſſis cõmendatur auſpiciis. vnde ſequit: Et eñ &c. Glo. Prodigia eñ deus in illo peragebat, quę nõ faciebat Ioãnes, ſed dextera diuina. Græcus. Myſticè aũt tẽpore diuinæ reſurrectionis prędicata gratia Chriſti ſalubris timor nõ ſolum Iudæorũ, quia erant vicini vel ſitu loci vel ſcientia legis, ſed etiã exterarum gentiũ corda concuſſit: nec tantũ montana Iudææ, ſed omnia mundani regni mundanæque ſapientiæ culmina Chriſti fama tranſcendit.

Ioannis communis ratio

Et Zacharias pater eius repletus eſt ſpiritu ſancto, & prophetauit, dicens: Benedictus dominus deus Iſrael, quia uiſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Ambr. Bonus deus & facilis indulgere peccatis non ſolũ ablata reſtituit, ſed etiã inſperata concedit. Nemo ergo diffidat, nemo veterũ conſcius delictorũ ꝑmia diuina deſperet. Nouit de⁹ mutare ſentẽtiã, ſi tu noueris emẽdare delictũ. Ille ſiquidẽ dudum mutus ꝓphetizat, vnde dicit: Et Zacharias &c. Chry. Scilicet operatione ſancti ſpiritus, nec quocunq; modo gratiam ſpiritus ſancti nactus, ſed ad plenũ, & fulgebat ī eo ꝓphetię donũ. vnde ſequit: Et prophetauit. Orig. Plenus aũt ſpiritu ſancto Zacharias duas ꝓphetias genetaliter nũciat, primã de Chriſto, alterã de Ioanne, quod manifeſte de verbis illius probatur in quib⁹ quaſi de ꝑſenti, & quaſi iam verſarẽtur in mũdo loquitur de Ioãne, & primo de ſaluatore, dicens: Benedictus dñs deus Iſrael, quia viſitauit &c. Chry. Dum deũ benediceret Zacharias, viſitationẽ dicit eſſe factã ab eo erga populum ſuũ, ſiue materiales Iſraelitas quis velit accipere: venit eñ ad oues quę perierãt domus Iſrael: ſiue ſpirituales. id eſt fideles qui digni fuerũt hac viſitatione efficacẽ erga ſe diuinã prouiſionẽ facientes. Beda. Viſitauit aũt dominus plebẽ ſuã quaſi lõga infirmitate tabeſcentẽ, & quaſi vẽditã ſub peccato vnici filii ſui ſanguine redemit. Quod, quia Zacharias ꝓximo faciẽdũ cognouerat, ꝓphetico more, quaſi iã factũ narrat. Dicit autẽ, Plebẽ ſuam: non quia veniens ſuã inuenit, ſed quia viſitãdo ſuam fecit.

Dei liberalitas.

Viſitatio dei.

Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui.

Theo. Videbatur deus dormire peccata multa reſpiciẽs, ſed in nouiſſimis incarnatus tẽporib⁹ excitat⁹ eſt, & cõtriuit dæmones q̃ nos oderant. vñ dicitur: Et erexit cornu ſalutis nobis, ī domo Dauid pueri ſui. Orig. Quia de ſemine Dauid, ſecũdũ carnẽ, nat⁹ eſt Chriſt⁹. vnde dicitur: Cornu ſalutis nobis ī domo Dauid, ſicut & alibi dictũ eſt: Vinea facta eſt ī cornu. i. in Ieſu Chriſto. Chry. Cornu autẽ nominat poteſtatẽ, gloriã & famã: metaphoricè à brutis aĩalibus illud accipiẽs, quib⁹ loco muniminis & glorię cornua de⁹ dedit. Beda. Cornu etiã ſalutis regnũ ſaluatoris Chriſti vocatur. Oſſa ſiquidẽ omnia carne inuoluta ſunt. Cornu excedit carnẽ, & ideo cornu ſalutis regnum Chriſti vocatur: quo mũdus & carnis gaudia ſuperãtur: in cui⁹ figurã Dauid & Salomon cornu olei ſunt in regni gloriã conſecrati.

Cornu ſalutis.

Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt prophetarum eius.

Theo. Quòd de domo Dauid Chriſtus naſceretur, Micheas mentionẽ facit, dicens: Et tu Bethlehẽ terra Iuda nequaq̃ minima es: ex te eñ exiet dux q̃ regat populũ meũ Iſrael. Sed oẽs ꝓphetæ de incarnatione dixerũt. Et ideo dicitur: Sicut locutus eſt per os &c. Greg. Per qđ innuit deũ per illos eſſe locutũ, & nõ eſſe humanũ qđ dixerũt. Beda. Dicit autẽ: Qui à ſeculo ſunt: quia tota veteris teſtamẽti ſcriptura propheticè de Chriſto procedit. Nam & ipſe pater Adam & cæteri patrum factis ſuis eius diſpenſationi teſtimonium reddunt.

Salutẽ ex inimicis noſtris, & de manu omniũ q̃ oderũt nos.

Beda. Cũ primo breuiter ꝓmiſiſſet: Erexit cornu ſalutis nobis: cõtinuo explanãs quid dixerit, ſubdit: Salutẽ ex inimicis noſtris. q. d. erexit nobis cornu. i. erexit nobis ſalutẽ ex inimicis noſtris. Et de manu omniũ q̃ oderũt nos. Orig. Nõ aũt putemus nũc de corporalib⁹ inimicis dici, ſed de ſpiritualib⁹. Venit eñ domin⁹ Ieſus fortis in prælio deſtruere omnes inimicos noſtros: vt nos de eorũ inſidiis & tẽtationibus liberos faceret.

Ad faciẽdam miſericordiam cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſe nobis.

Beda. Dixerat dominũ iuxta eloquiũ prophetarũ in domo Dauid naſciturũ: dicit eundẽ ad exẽplũ teſtamẽ-

Iuſiurandum ad patres.

ti quod Abrahæ dispoſuit nos eſſe liberaturũ, quia his præcipue patriarchis de ſuo ſemine, vel cõgregatio gẽtium, vel Chriſti eſt incarnatio ꝓmiſſa: prẽmittit autẽ Dauid, quia Abrahæ ſanctus eccleſiæ cœtus eſt ꝓmiſſus, Dauid autẽ ꝙ ex eo Chriſtus naſciturus eſſet audiuit. Et ideo poſt id qđ dictum eſt de Dauid, ſubdit de Abrahã, dicẽs: Ad faciendã miſericordiam cũ patribus noſtris. Orig. Ego puto quod in aduẽtu dñi ſaluatoris & Abraham & Iſaac & Iacob functi ſunt miſericordia eius. Non eſt eñ credibile vt qui prius viderunt diem illius & lætati ſunt, poſtea in aduẽtu ipſius nihil vtilitatis acciperẽt, cũ ſcriptum ſit: Pacẽ faciens per ſanguinẽ crucis ſuæ: ſiue ſup terrã, ſiue in cælis. Theo. Chriſti etiã gratia ſe vſq; ad illos extendit, qui mortui extiterunt: quia per eũ reſurgemus nõ ſolũ nos, ſed & qui fuerunt antè mortui. Fecit & miſericordiã cũ patribus noſtris, ſecundũ ꝙ eorũ ſpem & deſyderiũ impleuit. vnde ſequit: Et memorari teſtamẽti ſui ſancti, illius. ſ. de quo dicitur: Benedicens benedicã tibi, & multiplicabo te. Multiplicatus eſt eñ Abraham in oĩbus gentibus per imitationem fidei eius adoptatis in filios, ſed etiam patres videntes ſuos filios talia beneficia recepiſſe, congaudent & recipiunt miſericordiam in ſeipſis. vnde ſequitur: Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis. Baſil. Nemo autem audiẽs quod iuraſſet dominus Abrahæ, ad iurandũ ſit promptus. ſicut eñ furor de deo dictus non ſignificat paſſionẽ, ſed punitionẽ: ſic neq; deus iurat vt homo, ſed verbum eius loco iuramenti nobis ad veritatẽ exprimitur immutabili ſententia, quod promiſſum eſt approbans.

Vt ſine timore, de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi.

Chry. Quia exortũ nobis cornu ſalutis ex domo Dauid dixerat: oſtẽdit ꝙ per ipſum & gloriã participam⁹, & diſpẽdia inimici vitauimus. vnde dicit: Vt ſine timore de manu inimicorũ noſtrorũ liberati ſeruiamus illi.

Duo ſin gularia. Duo prædicta nõ facile reperiet aliquis ſeſe comitãtia. Plures eñ euitant pericula, ſed vita glorioſa priuãtur: ſicut ſceleris patratores, qui de carcere ex indulgentia regia abſoluuntur: ecõtra gaudẽt angeli gloria, ſed ob hãc periclitari coguntur: ſicut milites bellicoſi vitã inclytã amplexantes ſecuritate multoties caruerunt. Sed hoc cornu & ſaluat & glorificat: ſaluat quidẽ, eripiẽs à manibus hoſtiũ, nõ leuiter ſed mirifice, vt non ſit vltra timẽdũ. Et hoc eſt qđ dicit: Vt ſine timore. Orige. Vel aliter crebro de hoſtiũ manu aliqui liberantur, ſed nõ abſq; timore. Cum eñ metus & diſcrimẽ ante ꝑceſſerint: & ſic de inimicorum manu quis eruatur, liberatus eſt quidem, ſed nõ ſine timore: ideo dixit quod Chriſti aduentus ſine timore nos à manibus hoſtium eripi fecit. Nõ enim eorũ inſidias ſenſimus, ſed repente ab eis nos ſegregans eduxit ad ſortis propriæ manſionem.

In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, oĩbus diebus noſtris.

Chry. Glorificat Zacharias dominũ, quia fecit nos ſibi ſeruire cum plena fiducia nõ carnaliter vt Iudæi in ſanguine victimarũ, ſed ſpiritualiter in bonis operib⁹.

Sanctitatis & iuſtitiæ ratio. Et hoc eſt qđ dicit: In ſanctitate & iuſtitia. Eſt enĩ ſanctitas apta circa deũ æquitas. Iuſtitia vero quę eſt circa hoĩes, puta ꝙ aliquis reuerẽter exequat diuina, & quo ad hoĩes laudabiliter conuerſetur. Dicit autem non coram hoĩbus, vt hypocritæ volentes hoĩbus placere: ſed coram deo, ſicut hi quorũ cõmendatio nõ eſt ab hominibus ſed à deo: & hoc nõ ſemel aut ad tẽpus, ſed ſingulis diebus & quàmdiu vixerint. vnde dicit: Omnibus diebus no. Beda. Nam qui vel ante mortem ab eius ſeruitio diſcedit, vel immunditia qualibet ſiue inſtitiã fidei ſiue ſinceritatem commaculat: vel coram hoĩbus tantum & non coram deo ſanctus & iuſtus eſſe contendit, nondũ perfecte de manu ſpiritualium inimicorum liberatus domino ſeruit, ſed exẽplo veterum Samaritanorum diis gentium pariter & dæmonio ſeruire conatur.

Et tu puer propheta altiſſimi uocaberis: præibis enim ante faciem domini parare uias eius.

Ambr. Pulchrè cũ de dño ꝓphetaret, ad prophetã ſua verba cõuertit: vt hoc quoq; beneficiũ eſſe dñi deſignaret. ne cũ publica numeraret, ſua quaſi ingratus tacuiſſe videret. vnde dicit: Et tu puer prophe. altiſ. vo. Orig. Ideo reor Zachariã feſtinaſſe vt loqueretur ad puerũ, quia ſciebat eũ poſt paulũ in heremo moraturũ, nec ſe eius poſſe habere præſentiã. Ambr. Sed miraris fortaſſe ꝙ octo dierũ infantem alloquitur: verùm ſi tenemus ſuperiora, intelligimus profecto ꝙ potuit vocẽ patris natus audire, qui Mariæ ſalutationẽ anteq̃ naſceretur audiuit: ſciebat ꝓpheta alias eſſe aures ꝓphetę, quę ſpiritu dei nõ corporis ætate reſeruantur: habebat intelligẽdi ſenſum, qui exultãdi habebat affectum. Beda. Niſi fortè putãdus eſt Zacharias ꝓpter eos qui adeſſent potius inſtructo futura ſui filii, quæ dudum per angelum didicerat mox vt loqui potuit prædicare voluiſſe. Audiãt Arriani ꝙ Chriſtũ, quẽ Ioannes ꝓphetando præibat altiſſimũ vocat, ſicut in pſalmo dicit: Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eã altiſſimus. Chry. Sicut autem regibus commilitones ſunt qui eis viciniores exiſtunt, ſic Ioannes cũ eſſet amicus ſponſi, de prope eius aduentum præceſſit. & hoc eſt quod ſubditur: Præibis enim ante faciem domini parare vias eius. Alii enim prophetæ eminus Chriſti myſterium prædicauerant, hic vero propius prædicauit, vt & Chriſtum videret, & eũ cæteris indicauit. Greg. xix. moral. Quiſquis autem prædicando à ſordibus vitiorum corda audientiũ mundat, venientis ſapientiæ ad cor viam præparat.

Myſteriũ piiſſimum.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebis eius, in remiſſionem peccatorum eorum.

Theo. Qualiter præcurſor viã domini ꝓparauit exponit, ſubdens: Ad dand. ſcien. ſal. ple. eius. Salus, dominus Ieſus eſt: data eſt aũt plebi ſcientia ſalutis. i. Chriſti à Ioanne qui teſtimoniũ perhibebat de Chriſto. Beda. Quia eñ Ieſu. i. ſaluatoris nomẽ exponere deſyderat, ſalutis mentionẽ frequentat: ſed ne tẽporalẽ ſalutẽ promitti putarent, ſubdit: In remiſſionẽ peccatorũ eorum. Theo. Nõ enĩ aliter cognitus eſſet deus, niſi plebi peccata dimiſiſſet. Dei enim eſt peccata dimittere. Beda. Verum Iudæi non Chriſtum ſuſcipere, ſed antichriſtũ malunt expectare: quia nõ intus à peccati domino, ſed foris ab humanæ ſeruitutis iugo cupiunt liberari.

Ioãnis præconium.

Per uiſcera miſericordiæ dei noſtri: in quibus uiſitauit nos oriens ex alto.

Theo. Quia deus peccata nobis dimiſit, nõ propter opera noſtra, ſed ꝓpter miſericordiam ſuam: ideo conuenienter addidit, Per viſcera miſericordiæ dei noſtri. Chry. Quã quidẽ miſericordiã nõ ipſimet inquirentes inuenimus, ſed deſuper nobis deus aperuit. vnde ſequitur: In quibus. ſ. miſericordiæ operibus, Viſitauit nos aſſumpta carne, Oriẽs ex alto. Græcus. In altis permanens tamẽ in terrenis præſens, non diuiſionem patiens neq; circũſcriptionẽ: quod intellectus noſter cõprehẽdere non poteſt, nec vlla ſerie verborum exprimere.

Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis.

Beda. Recte Chriſtus oriẽs vocatur: quia nobis ortũ verę lucis aperuit. vnde ſequit: Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent &c. Chry. Tenebras hic appellat nõ materiales, ſed errorẽ & à fide diſtantiam. Baſil. Tenebroſa eñ erat plebs gentilis: quæ

idolorũ cultu grauabat, donec lux orta diſperſit caliginẽ & ſplẽdorẽ veritatis expãdit. Greg. iiii. mor. Vmbra vero mortis, obliuio mentis accipitur. Sicut enim mors hoc qđ interficit, agit vt nõ ſit in vita: ita obliuio hoc qđ intercipit, agit vt non ſit in memoria. vnde Iudæorũ populus qui dei oblit⁹ fuerat, dicitur in vmbra mortis ſedere. Vmbra etiã mortis, mors carnis accipitur: quia ſicut vera mors eſt, qua anima ſeparat à deo: ita vmbra mortis eſt, qua caro ſeparat ab anima. vnde voce martyrum dicit: Operuit nos vmbra mortis. Per vmbrã etiã mortis imitatio diaboli, qui mors in Apocalypſi dicit, deſignatur. quia ſicut vmbra iuxta qualitatẽ corporis dicit: ita actiones iniquorũ de ſpecie imitationis eius exprimit. Chry. Rectè aũt dicit: Sedent, nõ eñ ambulabamus in tenebris, ſed ſedebamus. The.

Oriens deus. Nõ ſolũ aũt oriens dñs his qui in tenebris ſedent illuminat, ſed aliquid amplius facit. vnde ſequitur: Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Via pacis eſt via iuſtitiæ, ad quã direxit pedes. i. affectus animarũ noſtrarum. Greg. in ho. Tunc eñ greſſus noſtros in viam pacis dirigimus: quando per illud actionũ iter pergimus, in quo ab auctoris noſtri gratia non diſcordemus. Ambro. Simul & illud aduerte, quàm paucis Heliſabeth, q̃ multis Zacharias prophetizet: & vterq; ſancto impletus ſpiritu loquebatur. ſed diſciplina ſeruatur, vt mulier diſcere magis q̃ diuina ſunt ſtudeat, quàm docere.

Puer autem creſcebat & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis uſque ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

Creſcentia pueri Ieſu. Beda. Prædicator pœnitẽtię futurus, vt liberius auditores ſuos à mũdi illecebris erudiẽdo ſubſtollat, priꝰ quam in deſertis tranſigit vitã. vnde dicit: Puer aũtẽ creſcebat. Theo. Secundũ corporalẽ ætatẽ, & confortabatur. Simul eñ cũ corpore ſpirituale donũ creſcebat, & ſpiritus operationes in eo magis ac magis oſtẽdebãtur. Orig. Vel creſcebat ſpiritu, nec ĩ eadẽ permanebat meſura qua cœperat, ſed ſemp creſcebat ſpiritus in eo, ſemp volũtas eius ad meliora tẽdẽs habebat profectus ſuos, & mens diuinius aliquid contẽplabat. Exercebat ſe memoria, vt pura in theſauro ſuo reconderet. Addit aũtẽ: Et confortabatur. Infirma eñ eſt humana natura. Legimus eñ: Caro aũt infirma. Confortanda eſt itaq; ſpiritu: ſpiritus eñ promptus eſt. Multi cõfortãtur carne: athleta dei ſpiritu roborandus eſt, vt ſapiẽtiã carnis elidat: vnde receſſit, fugiens tumultũ vrbiũ ꝓpter frequẽtiam. Sequit eñ: Et erat in deſertis, vbi purior aer eſt, cælum apertius, & familiarior deus, vt quia nõdum baptiſmi & ꝓdicationis tẽpus aduenerat, vacaret orationibus, & cũ angelis conuerſaretur: appellaret dominũ, & illum audiret dicẽtẽ: Ecce aſſum. Theo. Vel erat in deſertis, vt extra multorum malitiam nutriretur, & vt neminem vereretur arguere. Si enim fuiſſet in mundo, fortè fuiſſet amicitia & cõuerſatione hominum deprauatus: ſimul etiam vt eſſet fide dignus qui prædicaturus erat Chriſtũ. Occultabatur autẽ in deſertis, donec placuit deo ipſo Iſraelitico populo demõſtrare. vñ ſequitur: Vſq; ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael. Amb. Pulchrè autem tempus quo fuit in vtero propheta deſcribitur, ne Mariæ præſentia taceatur: ſed tempus ſilẽtur infantiæ, eo quod præſentia matris domini in vtero roboratur, qui infantis impedimenta neſciuit.

CAPVT II.

FActum eſt autem in diebus illis exiit edictũ à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur uniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt à præſide Syriæ Cyrino. Et ibant oẽs ut profiterentur, ſinguli in ſuam ciuitatẽ. Aſcendit aũt & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth ĩ Iudæã ciuitatem Dauid quæ uocatur Bethlehẽ, eo quòd eſſet de domo & familia Dauid,

Tempus natiuitatis Chriſti. *ut profiteretur cum Maria deſpõſata ſibi uxore prægnante.*

Beda. Naſciturus in carne dei filius: ſicut de virgine natus virginitatis ſibi decus oſtendit eſſe gratiſſimum, ita pacatiſſimo tẽpore ſeculi ꝓcreatur: quia pacẽ quærere docuit, & pacis ſectatores inuiſere dignat. Nullũ autẽ potuit magis eſſe pacis indicium, q̃ vna totum orbem deſcriptione concludi, cui⁹ moderator Auguſtus tanta duodecim annis circa tempus dominicæ natiuitatis pace regnauit, vt bellis toto orbe ſopitis prophetæ præſagiũ ad literã videatur impleſſe. vnde dicit: Factũ eſt autẽ in diebus illis, Exiit edictũ &c. Græc⁹. Tũc etiã naſcitur Chriſtus, cũ principes Iudæorum defeceràt, & ad Romanos principes trãſlatum erat imperiũ, quibus Iudæi tributa ſoluebant. & ſic impletur ꝓphetia prædicẽs non deficere ducẽ de Iuda, nec principem de femoribus eius, donec veniat qui mittẽdus eſt. Iam vero Cęſare Auguſto 42. annũ imperii peragẽte, exiit ab eo edictũ totũ orbem conſcribi ad tributa ſoluẽda: quod cuidã Cyrino Cæſar cõmiſerat, quem Iudææ & Syrię præſidem ſtatuit. vnde ſequit: Hæc deſcriptio prima facta &c. Beda. Signat hanc deſcriptionẽ vel primã eſſe earũ quæ totũ orbẽ concluſerint, quia pleræq; iam partes terrarum ſæpe legunt fuiſſe deſcriptę: vel primo tũc cœpiſſe, quãdo Cyrinus in Syriã miſſus eſt. Ambr. Pulchrè aũt præſidis nomẽ addidit, vt ſeriẽ tẽporis deſignaret. Nam ſi cõſules aſcribũtur tabulis emptionis, quãto magis redẽptioni omniũ debuit tempus aſcribi? Beda. Superna aũt diſpenſatiõe profeſſio cenſus ita deſcripta eſt, vt in ſuam quiſq; patriã ire iuberetur, ſecũdũ quod ſequit: Et ibant oẽs vt profite. ſinguli in ciuit. ſuã. Quod ideo factum eſt, vt dominus alibi cõceptus, alibi natus, inſidiantis Herodis furorẽ facilius euaderet. vñ ſequit: Aſcen. au. & Ioſeph à Galilæa &c. Chry. Domino aũt dirigente Auguſtus hoc edictum cenſuit, vt vnigeniti præſentia famuletur: nam hoc edictũ matrẽ attrahebat in patriam, quam ꝓphetæ prædixerant, ſcilicet in Bethlehẽ Iudæ. vnde dicit, Ciuitatẽ Dauid quæ vocatur Bethlehẽ. Græcus. Ideo autẽ addidit ciuitatẽ Dauid, vt promiſſionẽ factã Dauid à deo ex fructu ventris eius rex perpetuus aduenire, eſſe completã annũciet. vnde ſequitur: Et ꝙ eſſet de domo & familia Dauid. Per hoc autẽ ꝙ Ioſeph erat de cognatione Dauid, contentus fuit euangeliſta ipſam quoq; virginẽ de cognatione Dauid ꝓmulgare, cũ lex diuina pręciperet coniugales copulas ex eadẽ ꝓgenie contrahi. vnde ſequitur: Cũ Maria deſponſata &c. Cyril. Dicit autẽ eã fuiſſe deſponſatã, innuens ꝙ ſolis ſponſalibus præcedẽtibus eſt conceptio ſubſecuta: neq; eñ ex virili ſemine ſancta virgo concepit. Greg. in ho. Myſticè aũt naſcituro domino mũdus deſcribitur: quia ille apparebat in carne, qui electos ſuos aſcriberet in æternitate. Ambr. Et dũ profeſſio ſecularis oſtenditur, ſpiritalis implicatur: nõ terrarũ regi dicãda, ſed cęli: ꝓfeſſio iſta fidei, cẽſus animorũ eſt. Abolito eñ ſynagogę cẽſu vetuſto, nouus cẽſus eccleſię parabat. denig; vt ſcias cẽſum nõ Auguſti eſſe ſed Chriſti, totus orbis ꝓfiteri iubet. Quis aũt poterat ꝓfeſſionẽ totius orbis exigere, niſi qui totius orbis habebat ĩperiũ? Non eñ Auguſti, ſed dñi eſt terra, &c. Beda. Qui etiã vocabulũ Auguſti pfectiſſime cõpleuit, vtputa ſuos & augere deſyderans, & augere ſufficiens. Theop. Conueniens etiam erat, vt per Chriſtũ cult⁹ multorũ deorum deficeret, & vnus deus coleret: vnde vnus rex orbis imperaſſe deſcribitur. Orig. Diligentius aũtẽ intuenti ſacramentũ quoddã videtur figurari, ꝙ in totius orbis ꝓfeſſiõe deſcribi oportuit Chriſtum, vt cum omnibus ſcriptus ſanctificaret omnes, & cum orbe relatus in cenſum, cõmunionẽ ſui præberet

Deſcriptiõis ratio.

Cõceptio Chriſti Poſt ſpõſalia.

Nascens Christus describitur.

orbi.Beda.Sicut aũt tunc imperante Augusto, & præsidente Cyrino ibant singuli in suã ciuitatem vt profiterẽt censum:sic modo imperante Christo per doctores ecclesiæ præsides profiteri debemus cẽsum iustitiæ. Ambro.Hæc est ergo prima professio mẽtium domino cui omnes profitẽt, nõ præconis euocatione,sed vatis dicentis:oẽs gentes plaudite manib⁹. Deniq; vt sciant censum esse iustitiæ,veniũt ad eũ Ioseph & Maria,hoc est iustus & virgo.Ille,qui verbũ seruaret:ista,quæ pareret.Beda.Ciuitas nostra & patria est patria beata,ad quã crescẽtibus quotidie virtutib⁹ ire debem⁹. Quotidie aũt sancta ecclesia suũ comitata doctorẽ de rota mũdanæ cõuersationis,qđ Galilæa sonat,in ciuitatẽ Iuda, scilicet cõfessionis & laudis ascendens:censum suæ deuotionis regi æterno persoluit:quę in exẽplo beatæ virginis Mariæ cõcepit nos virgo de spiritu,quæ alii quidẽ desponsata ab illo fœcundat,dũ pposito sibi põtifici visibiliter iũgit:sed iuisibilis spũs virtute cumulat,indicãs ipso nomine, q̃ instãtia loquẽtis magistri nil valet,nisi augmentũ supniiuuaminis vt audiat,acceperit.

Factũ est autẽ cũ essent ibi,impleti sunt dies ut pareret.Et peperit filium suũ primogenitũ,& pãnis eũ inuoluit,& reclinauit eum in præsepio:quia nõ erat ei locus in diuersorio.

Ambro.Breuiter sanctus Lucas & quomodo,& quo tẽpore,& quo loco secundũ carnem Christus natus sit, explicauit,dicẽs: Factũ est autem &c. Quomodo quidem?quia nupta concepit, sed virgo generauit.Grego. Nisenus.Apparens em̃ vt homo nõ per oĩa legibus humanæ naturæ subiicitur. nam quod ex muliere nascit, humilitatẽ redolet. Virginitas vero quę ortui deseruiuit,ostendit q̃ transcenderet hominẽ.Huius ergo iucũda portatio,ortus immaculatus,ptus facilis,absq; corruptela natiuitas,nec ex luxu incipiens, nec doloribus ædita,quia nanq; ea quæ naturæ nostræ mortẽ per culpam inseruit dãnata est:vt cũ doloribus pareret,oportebat parentem vitæ cũ gaudio partũ perficere.Eo autem tẽpore per incorruptionem virgineã ad vitã trãsmigrat mortaliũ:in quo diminui incipiunt tenebræ,& nocturna immensitas exuberãtia deficere cogit. Mors enim peccati finem prauitatis attigerat, sed de cætero tẽdit ad nihilũ propter verę lucis præsentiã,quæ radiis euangelicis totũ orbem lustrauit.Beda. Eo etiã tempore dignatus est incarnari, quo mox natus censu Cæsaris ascriberet, atq; ob nostri liberationem ipsi seruitio subderet. vnde etiã non solum propter iudicium regii schematis,sed etiam propter nominis sacramentũ domin⁹ in Bethlehem nascitur.Greg.Bethlehem quippe domus panis interp̃tat.Ipse nanq; est qui ait: Ego sum panis viuus qui de cęlo descẽdi. Locus ergo in quo dñs nascit, domus panis antea vocabatur: quia futurũ erat vt ibi ille per naturã carnis appareret,qui electorũ mẽtes interna satietate reficeret.Beda. Sed & vsq; ad consummationem seculi dominus in Nazareth concipi,in Bethlehem nasci non desinit, cum quilibet audiẽtium verbũ flore susceptо domum in se æterni panis efficit quotidie in vtero virginali,hoc est in animo credentiũ per fidem concipitur,per baptismũ gignitur.Sequitur: Et peperit &c. Hiero. contra Helu. Ex hoc Heluidius nititur approbare primogenitũ dici nõ posse, nisi eum qui habeat & fratres,sicut vnigenitus ille vocatur, qui parentibus sit solus filius.Nõ aũt ita diffinimus.Vnigenitus est primogenitus,non oĩs primogenitus est vnigenitus.Primogenitũ nõ esse dicimus eũ, quẽ alii subsequunt̃,sed ante quẽ nullus.alioquin si non est primogenitus,nisi is quẽ sequantur & fratres,tandiu sacerdotibus primogenita nõ debent, quandiu & alii fuerint procreati: ne fortè partu postea nõ sequẽte,vnigenitus sit & nõ primogenit⁹.Beda.Est etiã vnigenit⁹ ĩ substãtia diuinitatis,primogenit⁹ susceptiõe hũanitatis:primogenitus in gratia,vnigenitus in natura. Hier. cõtra Heluidiũ. Nulla autẽ ibi obstetrix, nulla mulierculaũ sollicitudo interfuit. Ipsa pannis inuoluit infantem, ipsa mater & obstetrix fuit.vnde sequit: Et pãnis eum inuoluit.Beda.Qui totũ mundum vario vestit ornatu, pannis vilibus inuoluitur , vt nos stolã primã recipere valeamus:per quẽ oĩa facta sunt,manus pedẽsq; astringitur,vt nostras manus ad opus bonũ exercitet,pedẽsque sint in viam pacis directi.Græcus.O admirabilem coarctationẽ & peregrinationẽ quam subiit qui continet orbem.ab initio captat penuriã, & eã in seipso decorat:nimirum si voluisset venire poterat mouẽdo cælum,concutiendo terrã,emittens fulmina: non autẽ sic processit.non em̃ perdere, sed saluare volebat: ab ipsis primordiis humanã conculcare superbiã : atq; ideo nõ tantũ homo fit sed etiã homo pauper,& pauperẽ matrẽ elegit: quæ caret his quibus natum infantem reclinet. Sequitur em̃:Et reclinauit eũ in præsepio.Beda. Duri præsepis angustia continet cui cælum sedes est, vt nos per cælestis regni gaudia dilatet. qui panis est angelorum in præsepio reclinatur, vt nos quasi sancta animalia carnis suæ frumento reficiat.Cyril. Reperit etiã hominẽ factum bestialẽ in anima:& ideo in præsepio loco pabuli ponitur,vt vitã bestialem mutãtes , ad consonã homini perducamur scientiam: pertingentes non fœnum,sed panem cælestem vitæ corpus.Beda. Qui autẽ ad dexteram patris sedet,in diuersorio loco eget,vt nobis in domo patris sui multas mansiones præparet.vnde sequit: Quia nõ erat ei loc⁹ in diuersorio. Nascitur non in parẽtum domo, sed in diuersorio & in via:quia per incarnationis mysteriũ via factus est,qua nos ad patriam vbi veritate & vita fruemur adduceret. Greg.in ho.Et vt ostenderet,quia p hũanitatẽ quã assumpserat, quasi in alieno nascebat,nõ secundũ potestatẽ,sed secũdũ naturã.Ambr. Propter te ergo infirmitas in se potẽtia, propter te inopia in se opulẽtia. noli hoc æstimare quod cernis,sed q̃ redimeris agnosce.Plus dñe Iesu iniuriis tuis debeo q̃ redẽptus sum, q̃ opibus quod creatus.Non prodesset nasci , nisi etiam redimi profuisset.

Natiuitas Christi circũstantiæ.

Primogenitus.

Nascentis Christi pauperta.

Et pastores erãt in regione eadẽ vigilantes,& custodiẽtes vigilias noctis super gregem suum.Et ecce,angelus domini stetit iuxta illos,& claritas dei circũfulsit illos, & timuerunt timore magno.Et dixit illis angelus:Nolite timere.Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum,quod erit omni populo:quia natus est uobis hodie saluator , qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum,& positum in præsepio.

Ambr.Videte quẽadmodũ diuina curia fidẽ astruat. Angelus Mariã,angelus Ioseph, angelus pastores edocet.de quibus dicitur,Et pastores erant in regione eadem, vigilantes &c.Chry. Ioseph quidẽ in somnis apparuit angelus,pastoribus autẽ visibiliter quasi rudioribus:non autem angelus iuit Ierosolymam,nõ requisiuit scribas & pharisæos:erant em̃ corrupti,& præinuidia cruciabantur.Sed hi erant synceri,antequã conuersationẽ patriarcharũ Moysi colentes. Est aũt semita quædã ad philosophiam perducens innocentia.Beda in homelia.Nusquã aũt in tota veteris testamenti serie reperim⁹ angelos, qui tam sedulo apparuere patribus, cũ luce apparuisse.Sed hoc priuilegium recte huic tempori est seruatũ , quãdo exortũ est in tenebris lumẽ rectis corde.vnde sequitur:Et claritas dei &c.Ambr.Ex vtero funditur,sed coruscat à cælo: terreno in diuersorio iacet,sed cælesti lumine viget.Græcus. Verum pauidi facti sunt in miraculo.vnde sequitur: Et timuerũt

Curiæ euãgelistæ sedulitas.

&c.Sed angelus cũ pauor increuerit,fugat ipsum.vnde sequitur:Et dixit illis &c. Non solum sedat terrorem, sed etiã alacritatem infundit. Sequitur em̃: Ecce enim euan.&c.Non soli populo Iudæorũ, sed etiã omnibus. Causa autẽ gaudii ostendit: nouus & admirabilis partus manifestatur ex ipsis nominib⁹.Nã sequitur: Quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus:quorũ primũ,id est saluator,est actionis: tertiũ autem,scilicet dñs,maiestatis. Cyril. Sed id qđ in medio ponitur,scilicet Christus,non naturã significat,sed hypostasim cõpositam. In Christo em̃ saluatore vnctionẽ fore celebratã fatemur,non tamẽ figuralẽ,sicut olim in regibus ex oleo quasi ex ꝓphetica gratia : neq; ad perfectionẽ alicuius negocii: iuxta illud Esaiæ: Hæc dicit dñs Christo meo Cyro. Qui quãq̃ esset idololatra,dictus est Christus:vt cælesti censura totã occuparet Babyloniorũ prouinciã. Fuit autẽ vnctus saluator spiritu sancto humanitus in forma serui. vngẽs autem vt deus spiritu sancto credentes in eũ.Græcus. Huius autẽ natiuitatis & tempus ostendit,cũ dicit,Hodie:& locũ,cũ subdit,In ciuitate Dauid : & signa, cum subiungit,Et hoc vobis signũ &c.Ecce pastorib⁹ angeli pastorẽ prẽcipuum prædicãt,tanq̃ agnum in antro manifestatũ & æditũ.Beda. Crebris autẽ infantia saluatoris & angelorũ prẽconiis & euãgelistarũ nobis est conculcata testimoniis, vt nostris altius cordib⁹ quid pro nobis factum sit infigatur. Et notãdũ q̃ signum nati saluatoris datur non tyrio exceptũ ostro sed pannis squalentibus inuolutũ:non in ornatis auro stratoriis,sed in prẽsepibus inueniendũ.Maximus in sermone nati. Sed si tibi panni fortassis vilescunt, angelos collaudãtes admirare.Si præsepe despicis,erige parũper oculos,& nouam in cælo stellam protestantẽ mũdo natiuitatẽ dominicã cõtuere.Si credis vilia,crede mirifica:si de his quæ humilitatis sunt disputas,q̃ alta sunt & cęlestia venerare. Greg.in ho. Mysticè autem q̃ vigilantibus pastoribus angelus apparet,eósq; claritas dei circunfulsit , hoc est quod illi præ cæteris videre sublimia merentur,qui fidelibus gregibus præesse sollicite sciunt. Dũq; ipsi pie super gregem vigilant,diuina sup eos latius gratia coruscat.Beda in homel.Significant em̃ mystice pastores illi gregũ doctores quosq; ac rectores fideliũ animarũ. Nox cuius vigilias custodiebant super gregẽ suũ pericula tentationũ indicat:à quibus se suósq; subiectos custodire non desistũt.Et bene nato domino pastores sũper gregẽ vigilãt,quia natus est qui dicit, Ego sum pastor bon⁹: sed & tẽpus imminebat quo idẽ pastor oues suas quæ dispersæ erãt,ad vitæ pascua reuocaret.Orig. Cęterum si ad secretiorẽ oportet ascẽdere intellectum, dicã quosdã fuisse pastores angelos qui res humanas regerent. Et cum horũ vnusquisq; suam custodiã conseruaret,venisse angelũ nato domino:& annũciasse pastoribus q̃ verus esset pastor exortus.Angeli em̃ ante aduẽtũ saluatoris parũ poterãt cõmissis sibi vtilitatis afferre.Vix em̃ aliquis vnus ex singulis gentibus credebat in deũ: nunc autem populi accedunt ad fidem Iesu.

Natiuitas Christi mod⁹

Chori angelici ratio.

Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium deum & dicentium: Gloria in altissimis deo,& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.

Beda. Ne parua vnius angeli videtur auctoritas, postq̃ vnus sacramentũ nouæ natiuitatis edocuit , statim multitudo cœlestium agminũ affuit. vnde dicitur: Et subito facta est cum angelo multitudo militię cælestis. Bene chorus aduenies angelorum militiæ cælestis vocabulũ accipit.Qui & duci illi in prælio, qui ad debellandas aëreas potestates apparuit, hũiliter obsecundat;& ipse potestates easdẽ contrarias,ne mortales tantũ tentare valeant quantũ volũt,fortiter armis cælestib⁹ perturbat.quia vero deus & homo nascitur,iure hominib⁹ pax & deo gloria canitur. vnde sequitur: Laudãtium deũ & dicentium:Gloria in altissimis deo. vno angelo,vno euãgelizãte nuncio,natũ in carne deũ mox multitudo militiæ cęlestis in laudẽ creatoris prorumpit: vt & Chr̃o deuotionẽ impẽdat,& nos suo instruat exemplo,quoties aliquis fratrum sacræ eruditionis verbũ insonuerit,vel ipsi quæ pietatis sunt ad mentẽ reduxerimus: deo statim laudes corde , ore & opere reddamus.Chry. Et olim quidẽ angeli ad puniẽdũ mittebãtur,puta ad Israelitas,ad Dauid,ad Sodomitas,ad gemitus cõuallẽ,nunc ecõtra canunt in terra gratias agẽtes deo, eo q̃ suũ descẽsum ad homines eis reseraũit. Greg.28.mor.Simul etiã laudant,quia redẽptioni nostræ voces suæ exultationis accõmodãt,simul etiã quia dũ nos conspiciũt recipi, suum gaudent numerũ impleri.Beda.Optant etiã pacem hominibus cùm subdunt: Et ĩ terra pax hominibus:quia quos infirmos prius abiectósq; despexerãt, nascente in carne domino iam socios venerãtur.Cyril. Hæc aũt pax per Christum facta est.Recõciliauit em̃ nos per se deo & patri,culpã hostilem de medio auferẽs , duos populos in vnum hominẽ pacificauit,ac cælicolas,& terrenos in vnũ gregẽ composuit.Beda.Quibus autẽ hominibus pacem poscant, exponunt dicẽtes:Bonæ volũtatis,eis scilicet qui suscipiunt natũ Christũ:nõ em̃ est pax impiis,sed pax multa diligentibus nomen dei.Orig.Sed diligẽs lector inquiret quomodo saluator dicat:Nõ veni pacem mittere sup terrã: & nũc angeli de eius natiuitate cantãt, In terra pax hominibus: sed hoc q̃ pax esse dicitur inhominibus bonæ volũtatis, soluit quæstionẽ. pax em̃ quã nõ dat dominus super terrã,nõ est pax bonæ voluntatis.Aug.13.de trinitate.Pertinet em̃ iustitia ad bonam volũtatem.Chry.Aspice aũt mirandũ ꝓcessum: angelos ad nos deduxit prius,ac deĩde duxit hominẽ ad superna:factũ est cælum terra,cùm terrena deberet recipere.Orig. Mysticè autem videbant angeli se opus qđ eis creditum fuerat implere nõ posse absq; eo qui verè saluare poterat, & medicinã suam inferiorẽ esse,quàm hominũ cura poscebat.Vnde sicut si veniat aliquis qui habeat summã in medicina notitiã, & illi q̃ pri⁹ sanari nequerãt, cernẽtes ad magistri man⁹ putredines cessare vulnerũ:nõ ĩuideãt,sed ĩ laudẽ medici erũpãt,& dei: q̃ sibi,ægrotãtibusq; tãtę sciẽtię hominẽ miserit,multitudo angelorum pro Christi aduentu Deum laudant.

Pax allata per Christũ.

Mysterium latet in verbis.

Et factum est,ut discesserunt ab eis angeli in cælum , pastores loquebantur adinuicem : Transeamus usque Bethlehem,& uideamus hoc uerbum quod factum est,quod fecit dominus & ostendit nobis.Et uenerunt festinãtes , & inuenerunt Mariam & Ioseph , & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de uerbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt , & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia uerba hæc,conferens in corde suo.Et reuersi sunt pastores , glorificantes & laudantes deum in omnibus quæ audierant & uiderant,sicut dictum est ad illos.

Græcus. Quæ visa sunt & relata stupor̃ ingesserũt pastoribus,& sic ouilia sua omiserunt , & profecti sunt nocte Bethlehem,lucẽ indagantes saluatoris. vnde dicitur,Et factum est &c.Beda.Vere quasi vigilantes nõ dixerunt videamus puerum : sed verbum quod factum est,id est verbum quod semper erat videamus quomodo pro nobis caro factum est, siquidem hoc ipsum verbum dominus est.Sequitur enim:Quod fecit dominus & ostendit nobis , id est videamus quomodo verbum ipsum ipse se fecerit , & ostendit nobis carnem suam.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ambro. Vide quàm singulariter scriptura singulorũ libret momenta verborũ. Etenim cũ caro dñi videtur, videtur verbum qđ est filius, non mediocre fidei tibi hoc videatur exẽplũ, non vilis ꝑsona pastorum: simplicitas ẽm queritur, non ambitio desyderat̃. Sequitur: Et venerũt festinãtes. Nemo ẽm cum desidia Christũ requirit. Orig. Quia vero festinantes venerũt, & non pedetentim, ideo sequit̃: Et inuenerũt Mariã, quæ scilicet fudit Iesum in partu: Et Ioseph, scilicet dispensatorẽ ortus dominici: Et infantẽ positũ ĩ ꝑsepio, scilicet ipsum saluatorem. Beda. Est aũt iusti ordinis, vt honore digno celebrata verbi incarnatione, ad ipsam quandoq; verbi gloriã intuendam pertingatur. vnde sequitur: Vidẽtes aũt cognouerũt de verbo qđ dictum erat &c. Græcus. Occultata scilicet fide fœlicia relata cõtuẽtes, nec contenti de veritate, stupere quæ primitus viderant & perceperãt angelo nũciante, non solũ Mariæ & Ioseph promebant, sed etiã cæteris, & qđ est amplius, eorũ mẽtibus infigebant. vnde sequit̃: Et omnes qui audierunt mirati sunt &c. Quomodo ẽm non erat mirandũ videre cælicolã in terrenis, & terrã pace conciliari cælestibus: & ineffabilem illũ infantulũ numine quidem cælestia, humanitate vero terrestria connectentẽ adinuicẽ, & sui cõpagine fœdus mirandũ prȩstantẽ? Glo. Nec solũ mirantur de incarnationis mysterio, sed etiam de tãta pastorũ attestatione: qui fingere inaudita nescirẽt, sed simplici facundia vera prædicarẽt. Ambr. Nec cõtẽnenda putes quasi verba vilia ꝓphetarũ, à pastorib⁹ & Maria colligit fidem. vnde sequit̃: Maria autẽ conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Discamus sanctæ virginis in oĩbus castitatẽ: quæ non minus ore pudica q̃ corpore, argumẽta fidei cõferebat in corde. Beda in ho. Virginalis ẽm pudicitię iura custodiẽs, secreta Christi quę nouerat, nemini diuulgare volebat, cõferebat ea quæ faciẽda legerat, cũ his quæ iam facta cognouit, nõ ore ꝓmens, sed clauso in corde custodiẽs.

Cõcordia verbis euangelii.

Græcus. Quicquid etiã ei tulerat angelus, quicquid à pastoribus audierat, cũcta cõgerebat in mẽte & adinuicẽ cõparãs vnã in omnibus mater sapiẽtiæ cernebat cõcordiã, verè deus erat qui natus erat ex ea. Athanasius. Singuli aũt in Christi natiuitate exultabant, non humanitus sicut in puero nato soliti sunt homines cõgaudere, sed in Christi præsentia & lucis diuinæ fulgore. vnde sequit̃: Et reuersi sunt pastores glorificãtes & laudãtes deũ in omnibus quæ audierant. Beda. Scilicet ab angelis: Et viderãt, scilicet ĩ Bethlehẽ, sicut dictum est ad illos, id est in hoc glorificant, quòd nõ aliud veniẽtes inuenerant q̃ dictũ est ad illos, siue sicut dictũ est ab illis, gloriã deo laudésq; referunt. Etẽm hoc illis facere dictũ est ab angelis: nõ quidem verbo imperantibus, sed formã suæ deuotiõis offerẽtibus: cũ deo in excelsis gloriã resonarent. Beda in ho. Mysticè aũt intellectualiũ pastores gregũ, imò cuncti fideles exẽplo horũ pastorũ transeant cogitatione vsq; in Bethlehem, & incarnationẽ Christi dignis celebrẽt honoribus. Trãseamus autẽ abiectis concupiscentiis carnalibus toto mẽtis desyderio, vsq; in Bethlehẽ supernã, id est domũ panis viui: vt quẽ illi in præsepio videre vagientẽ, nos in patris solio mereamur videre regnantẽ. Non est autẽ tanta beatitudo cũ desidia ac torpore quærenda, sed alacriter sunt Christi sequenda vestigia. Videntes autẽ cognouerũt. Et nos quæ dicta sunt de saluatore nostro plena dilectione festinemus amplecti, vt hoc in futuro perfectæ cognitionis visu cõprehẽdere valeamus. Bed. sup. Luc. Dominici etiã gregis pastores præcedentium patrũ vitam, in qua panis vitæ seruatur, quasi Bethlehem portas cõtemplando subeunt, nihilq; in hac aliud reperiũt, q̃ virginalẽ ecclesiæ pulchritudinẽ, quasi Mariã: virilem spiritualiũ doctorũ cœtum, quasi Ioseph: & humilẽ Christi aduentũ scripturę paginis sacræ insertũ, quasi in præsepio positũ Christum infantem. Orig. Vel præsepe illud Israel erat secundũ illud Esaiæ, Cognouit bos possessorẽ suum, & asinus præsepe dñi sui. Beda in ho. Non celauere autem silentio pastores quæ agnouerãt: quia ecclesiæ pastores in hoc ordinati sunt, vt q̃ in scripturis didicerũt, auditoribus ostẽdãt. Beda sup. Luc. Magistri etiã spiritualiũ gregũ modo cæteris dormiẽtib⁹ cõtẽplando cęlestia subeũt, modo fidelium exẽpla quęrẽdo circũeunt, modo ad publicũ pastoralis officii docẽdo reuertunt̃. Beda in ho. Vnusquisq; etiam qui priuat⁹ viuere credit̃, pastoris officiũ tenet, si bonorũ actuum cogitationũq; mũdarũ aggregãs multitudinẽ, hanc iusto moderamine gubernare, scripturarũ pastu nutrire, & cõtra dæmonũ insidias seruare cõtendit.

Et postquam consummati sunt dies octo, ut circuncideretur puer, uocatum est nomen eius Iesus. Quod uocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur.

Beda in ho. Exposita natiuitate dominica, subiũgit euangelista atq; ait: E postquam cõsummati sunt dies octo vt circuncideret̃ puer. Ambro. Quis puer nisi ille de quo dictũ est, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis? factus est ẽm sub lege, vt eos qui sub lege erant lucrifaceret. Epiph. Dicunt autẽ Hebionis & Cherinthi sequaces, sufficit discipulo si sit sicut magister eius.

Hæres expellitur.

Circuncidit aũt se Christus, tu ergo circuncidaris. Falluntur autẽ destruentes sua principia. Si ẽm fateretur Hebion Christũ deũ cælitus descendentem octauo die fuisse circuncisum: tunc præberet circũcisioni materiã argumenti: sed cùm nudũ hunc asserit hoĩem, non puer est causa vt circuncidat̃, sicut nec infantes sunt suæ circuncisionis auctores. Nos ẽm deũ ipsum fatemur cælitus descendentẽ, & in claustro virgineo morã debitam fœtibus ꝓtraxisse: quoadusq; sibi ex vtero virgineo humanitatis carnẽ perfecte cõponeret: quia circũcisus est veraciter, nõ apparenter octauo die: quatenus cũ ad spiritalẽ effectũ figuræ peruenerint, tã ab ipso q̃ à suis discipulis diuulgent̃ non vltrà figuræ sed veritas. Orige. Sicut ẽm mortui sumus cũ illo moriente, & cõsurreximus resurgenti, sic cũ eo circuncisi sumus. vnde nequaquam nunc indigemus circũcisione carnali. Epiph. Pluribus autẽ ex causis circuncisus est Christus.

Circũcisionis Christi ratio.

Et primo quidẽ, vt ostendat carnis veritatem contra Manichæũ, & illos qui apparenter eum dicunt prodisse. Deinde vt pateat ꝙ nequaquã deitati consubstãtiale corpus extiterit, vt fatur Apollinaris: neq; cælitus detulit illud, vt asserit Valentinus. & vt confirmet circũcisionẽ quam olim instituerat eius aduẽtui seruientẽ, quinetiã vt nulla sit Iudæis excusatio: nã nisi circũcisus fuisset obiicere poterant, quòd nõ possent incircuncisum Christum recipere. Beda in ho. Vel etiã nobis obediendi virtutẽ cõmendaret exẽplo, & vt eos qui sub lege positi legis onera portare nequiuerant, sua cõpassione iuuarentur: vt qui in similitudine carnis peccati aduenit, remediũ quo caro peccati cõsueuerat mundari nõ respuit. Idem ẽm salutiferæ curatiõis auxilium circũcisio in lege cõtra originalis peccati vulnus agebat quod nũc baptismus relatæ gratiæ tẽpore cõsueuit: excepto ꝙ regni cælestis ianuã nõdũ intrare poterant, tantũ in sinu Abrahę post mortẽ beata requie consolati supernæ pacis ingressum spe fœlici expectabant.

Cõparatio circũcisionis & baptismi.

Athan. Nihil ẽm aliud exprimebat circuncisio nisi generationis vetustæ spoliationẽ: per hoc quòd circũcidebat̃ pars corporis, quæ corporalis natiuitatis causa existit. Hoc aũt tunc temporis agebatur in signum futuri per Christum baptismatis. Iccirco postquã venit signatum, cessauit figura. vbi nãq; tota vetustas tollitur per baptismũ, superfluũ est quod partis sectio præfigurat. Cyril. Octauo autem die cõsuetum erat carnalẽ celebrari circũcisionẽ: octaua ẽm die Christus à mortuis resurrexit, & insinuauit nobis spiritualem circuncisionem, dicens: Euntes docete omnes gentes baptizãtes eos. Beda. In eius aũt resurrectione ꝑfigurata est, vtraq; nostra resurrectio & carnis & spiritus. Christus enim circuncisus nostrã naturã docuit & nunc per ipsum à vitiorũ labe purgãdam, & in nouissimo die à mortis peste restaurandã. & sicut dñs octaua die, hoc est post septimã sabbati resurrexit: ita & ipsi post sex huius seculi ætates, & septimã sabbati, animarũ, quæ nunc interim in alia vita geritur, quasi octauo tẽpore surgemus. Cyril. Secundũ autem legis ꝑceptũ eodẽ die impositionẽ nominis recepit. vnde sequit̃: Vocatũ est &c. Quod interpretat̃ saluator, ęditus enim fuit ad totius orbis salutem, quã sua circuncisione præfigurauit: secundũ qđ apostolus dicit: Circuncisi estis circuncisione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis, scilicet in circũcisione Christi. Beda. Sed & hoc ꝙ eodem die suæ circũcisionis nomẽ accepit, ad imitationẽ priscæ obseruationis fecit. Abrahã ẽm qui primũ circuncisionis sacramẽtũ accepit: in die suæ circũcisionis amplificatiõe noĩs benedici ꝓmeruit. Orig. Nomẽ autẽ Iesu gloriosum omniq; cultu dignissimum, nomẽ qđ est sup omne nomẽ, nõ decuit primũ ab hominibus appellari, neq; ab eis afferri in mũdũ. vnde signãter euãgelista subdit: Quod vocatũ &c.

Iesu nominis laus

Beda. Hui⁹ autẽ nominis etiã electi in sua spirituali circũcisione participes existere gaudẽt: vt sicut à Christo christiani, ita etiã à saluatore saluati vocent̃. quod illis à deo vocabulũ non solum priusquam in vtero ecclesię per fidẽ cõciperent, sed etiam ante tempora secularia vocatum est.

Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini: Quia omne masculinum adaperiens uuluam, sanctum domino uocabitur. Et ut darent hostiam secundum quòd dictum est in lege domini: par turturum aut duos pullos columbarum.

Cyril. Post circũcisionem rursus expectat̃ purgationis tempus. vnde dicitur: Et postquã impleti &c. Beda. Si legis ipsius verba diligentius inspexeris, ꝑfecto reperies ꝙ ipsa dei genitrix sicut à commixtione virili, sic & legali fit iure immunis. Non ẽm omnis mulier pariens, sed ea quæ suscepto semine peperit designat̃ immunda: ritúq; legis docetur esse mundãda, ad distinctionẽ scilicet illius q̃ virgo cõcepit & peperit. Sed vt nos à legis vinculo solueremur sicut Christus: ita & beata Maria legi est spõte subiecta. Titus. Vnde elegãter euãgelista ꝓtulit ꝙ cõpleti sunt dies purgationis eius secũdũ legẽ. Nam reuera nõ incũbebat necessitas virgini sacræ, vt dies purgationis eius expectaretur, quæ cum ex spũ sancto cõcepisset caruit cõiugio. Sequit̃: Tulerunt illum in Hierusalem vt sisterent eum dño. Athana. Sed quando à paternis aspectibus latuit dominus? aut quis locus excipitur ab eius imperio: vt ibi existẽdo semot⁹ à patre sit, nisi afferatur Ierosolymã, & introducatur in tẽplum? Sed fortè causa nostri hmõi scripta sunt. Sicut ẽm non gratia sui homo factus est, circũcisus in carne, sed vt nos p gratiã faceret deos, & vt spiritualiter circũcidamur: sic ꝓpter nos sistitur dño, vt discamus deo præsentare nosipsos. Beda. Post tricesimũ autẽ & tertiũ circuncisionis diẽ dño sistitur: mysticè insinuãs neminẽ nisi cicũcisum vitiis, dominicis dignũ esse conspectib⁹: neminẽ nisi mortalitatis nexibus absolutum, supernæ ciuitatis gaudia posse perfecte subire. sequit̃: Sicut scriptũ est in lege domini. Orig. Vbi sunt qui deũ legis negant à Christo fuisse in euangelio ꝓdicatũ? An putandũ est ꝙ filiũ suũ bonus deus sub lege inimici fecit, quã ipse non dederat? In lege ẽm Moysi scriptum est qđ sequitur: Quia omne masculinũ adaperiens vuluã, sanctũ dñi vocabitur.

Manichæorũ error eliditur.

Beda. Quod dicit adaperiẽs vuluam, & hoĩs & pecoris primogenitũ significat: quod vtrũq; domino vocari, atq; ideo sacerdotis esse ꝑceptũ est, ita dũtaxat vt pro hoĩs primogenito preciũ acciperet, & omne animal immundum redimi faceret. Greg. Nise. Hoc autẽ legis decretum ĩ solo incarnato deo singulariter, & ab aliis differẽter impleri videtur. Ipse nãque solus ineffabiliter cõceptus, ac incõprehẽsibiliter editus virginalem vterum aperuit, nõ ante à cõnubio reseratum, seruans & post partum mirabile inuiolabiliter signaculũ castitatis. Ambr. Non ẽm virilis coitus vuluę virginalis secreta reserauit, sed immaculatũ semẽ inuiolabili vtero spiritus sanctus infudit. Qui ergo vuluã sanctificauit alienã, vt nasceretur ꝓpheta: hic est qui aperuit matri suæ vuluã, vt ĩmaculatus exiret. Beda. Quod ergo ait, Adaperiens vuluã consuetæ natiuitatis more loquit̃, nõ quòd dñs sacri vẽtris hospitiũ quod ingressus sanctificaret, egressus deuirginasse credẽd⁹ sit. Greg. Nise. Solus aũt hic partus masculinus spiritualiter esse cõspicitur, qui nil de fœmineitate culpæ portauit, vnde reuera sanctus vocatus est: vñ & Gabriel, quasi hoc decretũ, ad ipsum solum pertinere memorãs, dicebat: Quod ex te nascet̃ sanctũ vocabit̃ filius dei. Et in cæteris quidẽ primogenitis sanctos illos vocari euangelica solertia statuit, tanq̃ oblatiõe diuina sortitos hmõi nomẽ: at in totius primogenito creaturæ qđ nascitur sanctum ꝓnunciat angelus, quasi ꝓprie sanctum existens. Amb. Solus ẽm per oĩa in natis de fœmina sanctus dominus Iesus, qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate nõ senserit, & cęlesti maiestate depulerit. nã si literã sequimur, quõ sanctus omnis masculus, cũ multos sceleratissimos fuisse non lateat? sed ille sanctus per quem figuram futuri mysterii legis diuinæ præscripta signabãt: eo quòd solus sanctus ecclesię virginis ad generandos populos aperiret genitale secretũ.

Iesus legis obseruator.

Cyril. O profunditas sciẽtiarũ sapiẽtiæ & sciẽtiæ dei, offert hostias qui per singulas hostias honoratur cũ patre, figuras legis custodit veritas: qui legis est conditor sicut deus, legẽ custodiuit vt homo. vnde sequit̃: Et vt darẽt hostiam secundũ quòd dictũ erat in lege domini: Par turturũ aut duos pullos columbarum. Beda in ho. Hostia aũt hæc pauperũ erat: præcepit quippe dñs in lege, vt qui possent agnũ ꝓ filio aut filia, simul & turturẽ siue colũbã offerrẽt. Qui vero nõ sufficiebãt ad offerendũ agnum, duos iã turtures vel duos columbæ pullos offerrẽt. ergo domin⁹ cũ diues esset, pauper fieri dignatus est, vt nos sua paupertate diuitiarũ suarũ donaret esse participes. Cyril. Videdũ autem quid hæc oblata insinuãt? Nimirũ loquacissima est turtur in auibus, at colũba est animal mansuetum. Talis aũt factus est erga nos saluator, mãsuetudinẽ pfecte colẽs, & vt turtur orbẽ allexit, replens ortũ suum ꝓpriis melodiis. Occidebatur ergo turtur aut colũba, vt ipse p figuras nobis pãdatur passurus in carne pro vita mundi. Beda in ho. Vel columba simplicitatẽ, turtur indicat castitatẽ: quia & columba simplicitatis, & castitatis amator est turtur: ita vt si coniugẽ casu perdiderit, nõ vltra aliã quærere curet.

Bina oblatio.

Merito ergo turtur & columba dño offeruntur in hostiã, quia simplex & pudica fidelium cõuersatio est illi iustitiæ sacrificium gratum. Athana. Ideo vero bina iussit offerri, quia hoĩe consistente ex anima & corpore, duplum à nobis poscit de⁹: castitatem & mã-

suetudinem,non solũ corporis sed etiã animæ:alioquin erit homo fictor & hypocrita, gerens in tegumentũ oc
Tropologia de colúba. cultæ malitiæ innocentiã apparentẽ.Beda in ho. Cum vero vtraq; auis ꝓpter cõsuetudinẽ gemendi p̃sentes sanctorũ luctus designat,in hoc tamen differũt, ꝙ turtur soliuagus colũba autẽ gregatim volare cõsueuit: & ob id iste secretas orationũ lachrymas,illa publicos ecclesię cõuentus insinuat.Beda sup Lucam. Vel colúba, quę gregatim volat,actiuæ vitæ frequentiã demõstrat. Turtur,qui singularitate gaudet,speculatiuæ vitæ culmina denũciat. Et quia æquè vtraq; conditori accepta est hostia,consultè Lucas vtrũ turtures an pulli colúbarũ ꝓ dño sint oblati non dixit: ne vnum alteri viuendi ordinem præferret, sed vtrunque sequendum doceret.

Et ecce, homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon.Et homo iste iustus & timoratus,expectãs consolationẽ Israel: & spiritus sanctus erat in eo.Et responsum acceperat á spiritu sancto, non uisurũ se mortem, nisi prius uideret Christũ domini. Et uenit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in ulnas suas.

Ambr.Non solum ab angelis & ꝓphetis,à pastoribus & à parentibus:sed etiã à senioribus & iustis, generatio dñi accepit testimoniũ.vnde dicit: Et ecce homo erat in Hierusalẽ,cui nomen Simeon:& homo iste iustus & timoratus.Beda.Quia difficulter iustitia sine timore custoditur:non illũ dico timorẽ qui temporalia sibi bona subtrahi perhorrescit,quem perfecta dilectio foras mittit: sed timorẽ dñi sanctum qui manet in secula,quo iustus deũ quanto ardentius diligit, tanto soler tius offendere cauet.Ambr. Et bene iustus, qui nõ suã sed populi gratiam requirebat.vnde sequit:Expectans consolationem Israel.Greg.Nisc. Non vtiq; mundanã fœlicitatẽ in consolationem Israel prudens Simon expectabat:sed veram trãslationem ad veritatis decorem per separationẽ à legis vmbra.habuerat nanq; per oracula ꝙ visurus esset Christum domini priusq̃ de seculo p̃senti transmigraret.vnde sequit:Et spiritus sanctus erat in eo à quo scilicet iustificabat.Et respon.ac.à spiritu sancto &c.Ambr.Cupiebat ipse quidem corporeæ vinculis fragilitatis absolui,sed expectabat videre promissum:sciebat enĩ quia beati oculi qui viderẽt.Greg. 38. moral. In quo etiam discimus quanto desyderio ex plebe Israelitica sancti viri incarnationis eius mysteriũ videre cupierunt.Beda.Videre autem mortem,experiri eam significat: multũq; fœlix mortẽ videbit carVidere mortem quid sit. nis, quicunq; Christum domini prius oculis carnis videre fategerit, cõuersationẽ habendo in cælesti Hierusalem,templi dei limina frequentando: hoc est sanctorũ in quibus deus habitat exempla sectãdo.Eadem autem spiritus gratia qua olim vẽturum ꝓcognouerat, & nunc venientẽ cognouit.vnde sequitur:Et venit in spiritu in tẽplũ.Orig. Et tu,si vis tenere Iesum & amplexari manibus,omni labore nitere,vt ducem habeas spiritum,veniásq; ad tẽplum dei.sequitur enim: Et cũ inducerent puerũ Iesum parentes eius, scilicet Maria mater,& Ioseph,qui putabatur pater.Vt facerent secundũ consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eũ in vlnas suas.Greg.Nisc. Quàm beatus ille sacer ad sacra ĩtroitus,per quẽ ad vitę terminũ maturauit.Beatę manus q̃ verbũ vitę palpauerũt,& vlnę quoq; quas ad susceptionẽ parauit.Bed.Accepit aũt iustus scđm legẽ puerũ Iesum ĩ vlnas suas,vt significet iustitiã operum,q̃ ex lege erat p manũ & brachia figuratorũ,hũili qdẽ sed salutari fidei euãgelicę gratię imitãdũ.Accepit senior ĩfantẽ Christũ,vt ĩsinuet hoc seculũ quasi senio iã defessum ad ĩfantiã & ĩnocẽtiã Christianæ cõuersatiõis rediturum.

Et benedixit deũ, & dixit:Nũc dimittis seruũ tuũ domine, secũdũ uerbũ tuũ in pace.Quia uiderũt oculi mei salutare tuũ,Quod parasti ante faciem omnium populorum.Lumẽ ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Orig.Si autẽ ad tactũ fimbrię vestimenti mulier sanata est,quid putãdũ est de Simeone, qui in suas vlnas accepit infantẽ, & gaudebat videns paruulum à se gestari?qui venerat ad vinctos resoluendos, sciens neminem eũ posse de claustro corporis emittere cum spe futuræ vitæ,nisi is quem in brachiis cõtinebat? vnde dicitur:Et benedixit deũ,& dixit:Nunc dimittis seruum tuum domine.Theo.Quòd dicit domine, confitentis est,ꝙ ipse mortis est & vitæ dñs: & sic puerũ quem suscepit,deum confitetur.Orig.Quasi dicat,q̃diu Christũ nõ tenebã,clausus eram,& de vinculis exire nõ poteram.Basi. Si autem voces iustorum inquiras, omnes super hoc mũdo,& eius flebili mora ingemiscunt.Heu mihi dicit Dauid, quia incolatus meus prolõgatus est. Ambr.Vidit ergo iustum velut corporeę carcere molis inclusum velle dissolui, vt incipiat esse cũ Christo.sed qui vult dimitti,veniat in templum, veniat in Hierusalem,expectet Christum domini,accipiat in manibus verbum dei, & cõplectatur velut quibusdam fidei suæ brachiis:tunc dimittetur,vt nõ videat mortem qui viderit vitam.Græcus. Simeõ autem benedicebat deum Benedictio Simeonis. inter cætera,quòd promissa sibi facta sortita erant efficacię veritatem.nam cõsolationem Israel oculis perspicere meruit,& manibus portare:& ideo dicit,secũdum verbum tuum,id est cum finem obtinuerim ꝓmissorũ: at vbi visibiliter sensi quod desyderabã, nũc soluis tuũ seruũ,nec gustu mortis attonitum,neć hæsitationis cogitationibus cõturbatũ.Et ideo subdit:In pace.Greg. Nisc.Quia postq̃ Christus culpã hostilẽ destruxit,nos quoq; patri reconciliauit. facta est trãslatio sanctorum in pace. Orig. Quis est autem qui de seculo isto recedit in pace, nisi is qui intelligit ꝙ deus erat in Christo mũdum recõcilians sibi? nihílq; habet inimicum deo, sed omnẽ pacẽ bonis in se operibus assumpsit. Græcus. Fuerat autem sibi repromissum,non visurum se mortẽ nisi prius videret Christum dñi: & ideo hoc impletum ostendẽs subdit:Quia viderunt oculi mei salutare tuũ. Gre.Nisc.Beati oculi tui,tã animæ q̃ corporis: hi quidem visibiliter deum suscipientes,illi vero nõ solum q̃ visa sunt attendentes, imò illuminati fulgore spiritus domini verbum in carne cognoscentes, salutare nanq; quod tuis oculis percepisti, ipse Iesus est quo noĩe salus declaratur.Cyril.Fuerat autem Christi mysterium, quod patuit in vltimis tẽporibus seculi ꝓparatum ante mundi originem.vnde sequit:Quod parasti ante faciem &c. Athana. Scilicet confectam toti mundo per Christum salutẽ: qualiter ergo supra dictum est, quòd expectabat Israel consolationem?eo ꝙ scilicet tunc futuram esse consolationem Israel agnouit in spiritu, cũ & in omnibus populis paratũ est salutare. Græcus. Attende etiam sagacitatẽ digni & venerandi senis:anteq̃ Intellectus verborum. dignus videretur beatæ visionis, ꝓstolabatur solamen Israel.Vt autẽ quod sperabat obtinuit, exclamat se vidisse salutem omnium populorum. adeo enim infantis ineffabile iubar illustrauit eum,vt ꝓcessu temporis secutura mox sibi fierent nota.Theo.Signãter autem dicit,Ante faciem:vt scilicet omnibus eiꝰ incarnatio appareret. hoc autem salutare dicit esse gentium lumen, & gloriam Israel.vnde sequitur : Lumen ad reuelationem gentium.Athana.Gentes enim ante Christi aduẽtum in vltimis tenebris erant constitutæ, cognitione diuina priuatæ.Cyril.Sed Christus aduenies factus est lux tenebrosis & erraticis,quos diabolica manus pres-

sit.Vocati sunt autẽ à deo patre ad notitiã filii, qui est lux vera.Atha.Israel aũt licet tenuiter lege illũinabat. & ideo non dicit ꝙ lumẽ illis ꝓtulerit, sed subdit: Et gloriã plebis tuæ Israel. Memorãs antiquã historiã : ꝙ sicut olim Moyses dñm alloquẽdo gloriosam retulit faciem,sic & ipsi diuinã humanitatis lucẽ ptingẽtes, vetus abiicientes velamẽ, in eandẽ imaginẽ trãsformarent de gloria in gloriã. Cyril.Nã etsi quidã eorũ inobedíẽtes fuerint,tamẽ reliquiæ saluæ factæ sunt,& ꝙ Christũ peruenerunt ad gloriã.Harũ primitię fuere diui apostoli,quorũ fulgores vniuersum orbẽ illuminant:fuit etiã Christus singulariter Israel gloria, quia secundũ carnẽ ex eis processit:q̃uis cũctis,vt deus, præesset per secula benedictus. Greg.Nisc.Et ideo signanter dixit,Plebis tuæ:quia nõ ab eis tantũ est adoratꝰ,sed insuper ex eis est secundũ carnẽ natꝰ. Beda. Et bene reuelatio gentiũ Israelis gloriæ præfertur,quia cum plenitudo gentium introierit,tunc omnis Israel saluus erit.

Et erant pater eius & mater eius mirantes super his quæ dicebantur de illo.Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius:Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorũ in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Græcus.Transcẽdentiũ rerũ notitia,quoties in memoriam venerit,toties renouat in mẽte miratulũ.vnde dicitur:Et erant pat.eius & mat.&c.Orig. Tam ab angelo q̃ à multitudine cælestis exercitus,necnõ & à pastoribus & ipso Simeone.Beda. Patrem saluatoris appellat:nõ ꝙ vere pater fuerit ei,sed quo ad famã Marię conseruandã pater sit ab omnibꝰ æstimatꝰ. Aug. Quãis & eo modo pater illius valeat dici quo & vir Mariæ:recte intelligitur sine cõmixtione carnis,ipsa copulatione cõiugii multo videlicet cõiunctius, q̃ si esset aliunde adoptatus.neq; eñ propterea nõ erat appellandus Ioseph pater Christi, quia nõ eũ concũbẽdo genuerat,quandoquidẽ pater esset & ei, quẽ nõ ex sua cõiuge procreatũ aliũde adoptasset.Orige. Qui aũt altius aliquid inquirit,q̃ potest dicere quoniã generationis ordo à Dauid vsq; ad Ioseph deducitur: ne videretur frustra Ioseph nominari,quia pater nõ fuerat saluatoris. vt generationis ordo haberet locũ, pater dñi appellatus est. Græ.Laudibꝰ aũt diuinis exhibitis,vertit se Simeõ ad benedictionẽ adducentiũ puerũ.vnde sequit: Et benedixit illis Simeon. Benedictione igitur vtrunq; donat, occultorũ vero p̃sagia dirigit tantũ ad matrẽ, quatenus ꝓ communẽ benedictionẽ nõ priuet Ioseph similitudine patris: ꝓ ea vero quæ dicit matri seorsum à Ioseph,verã eam prædicit genitricẽ.vnde sequitur:Et dixit ad Mar.ma.&c.Amb.Vide vberẽ in omnes gratiã dñi in generatione diffusam: & ꝓphetiã incredulis negatã esse,nõ iniustis.Ecce & Simeon ꝓphetizat,in ruinã & resurrectionẽ multorũ venisse Christum Iesum.Orige. Qui simpliciter exponit, potest dicere in ruinã eũ venisse infideliũ,& in resurrectionẽ credentiũ.Chryſ.Sicut eñ lux,etsi oculos debiles turbet,lux est:hoc modo Christꝰ lux est mundi. Saluator p̃seuerat,etsi corruãt plurimi. neq; eñ est eiꝰ officiũ destructio,sed eorũ væsaniæ: quamobrẽ nõ solũ ex salute bonorũ, sed etiã ex malorũ dissipatione virtꝰ eius ostendit.Nam sol,quoniã multũ radiat,propterea visus debiles præcipuè pturbat.Greg.Nisc.Attẽde aũt distinctionis exquisitã prolationẽ: præparatio quippe salutis dicit corã omni populo, sed casus & subleuatio pluriũ.Diuinũ eñ propositũ est salus , & nõ deificatio singulorũ:casus aũt & subleuatio cõsistit in pluriũ intẽtione credentiũ & nõ credentiũ.Quod aũt iacentes & increduli subleuent,nõ est absurdũ.Orig. Qui aũt cu-

Ioseph quomodo pater Iesu dicitur.

rioſus interpres est,dicit, nequaq̃ eum cadere qui ante non steterit.Da mihi igit quis fuerit ille q stetit,in cuius ruinã Saluator aduenerit.Greg.Nisc.Sed ꝓ hoc designat ruinã ad infima,quasi nõ puniendus æqualiter ante incarnationis mysteriũ,& post datã dispensationem & prædicationẽ.Et maximè hi sunt ex Israel,quos necesse erat & pristinis bonis carere,& pœnas luere graiuiores,q̃ omnes aliæ gẽtes,eo ꝙ dudũ prophetatum in eis & adoratũ,& ex eis productũ minimè susceperunt. Idcirco specialiter eis minat ruinã non solũ à spiritua li salute,sed etiã propter destructionẽ vrbis & habitantium ciuitatẽ. Resurrectio vero promittit credentibꝰ: partim quidẽ velut sub lege iacẽtibus & ab eius seruitute subleuãdis, partim vero velut cõsepultis cũ Christo.& ei cõsurgentibus.His aũt verbis intellige per cõcordiã intellectuũ, ad dicta prophetica vnũ & eundem deum & legislatorẽ,& in prophetis in nouo testamẽto locutũ esse.Lapidẽ nanq; ruinæ & petrã scãdali futurũ, ne confundant credẽtes in eũ sermo propheticus declarauit.Orige.Est aũt & altius quid intelligendũ aduersus eos q contra conditorẽ latrãt,dicẽtes: Ecce deus legis & prophetarũ,videte qualis sit.Ego(inquit) occidam,& ego viuificabo : si ꝓpterea cruẽtus est iudex & crudelis cõditor,manifestissimũ est & Iesum esse illius Ieſꝰ dei filius. filiũ.eadẽ siquidẽ de eo hic scripta sunt,ꝙ veniat in rui nam & resurrectionẽ multorũ.Amb. Vt.s.iustorum inquorumq̃; merita discernat , & pro nostrorũ qualitate factorũ iudex verus & iustꝰ,aut supplicia decernat,aut præmia.Orig.Videndũ est aũt ne fortè Saluator nõ æquè aliis in ruinã venerit & in resurrectionẽ . quia eñ in peccato stabã,primo mihi vtilitas fuit vt caderẽ, & peccato morerer.Deniq; & sancti & prophetæ quando angustiius aliquid cõtemplabant, cadebãt in faciẽ suã, vt peccata ꝓ ruinã plenius purgarent:hoc ipsum & Saluator tibi primũ cõcedit:peccator eras,cadat in te peccator,vt possis dehinc resurgere & dicere:Si cõmortui sumus,& cõuiuemus.Chryſ.Resurrectio quidẽ est conuersatio noua:cũ eñ lasciuus castus efficitur,auarus misericors,atrox mãsuescit, resurrectio celebrat, mortuo quidẽ peccato,resurgẽte vero iustitia.Sequit:Et in sig. cui contrad. Basil. Signũ cõtradictionẽ accipiens pro- Ruinę & resurrectionis significatio. priè crux dicitur à scriptura.Fecit eñ(inquit) Moyses serpentem æneũ,& posuit pro signo.Greg.Nisc. Miscet autem dedecus gloriæ . Huius eñ rei nobis Christicolis est hoc signũ indiciũ, cõtradictionis vero, dũ ab his quidẽ accipit vt ridiculosum ac horribile , ab his vero admodum aduenerandum. Vel forsan ipsum Christum nominat signũ,tanq̃ supra naturã existentẽ,& signorũ authorẽ.Basil.Est eñ signũ alicuius rei mirabilis & occultę indicatiuũ, visum quidẽ à simpliciorib, intellectum vero ab habentibus exercitatũ intellectũ.Orige. Omnibꝰ aũt quæ de Christo narrat historia cõtradicitur,non ꝙ contradicant hi qui credebant in eum. Nos quippe scimꝰ omnia vera esse quæ scripta sunt,sed quia apud incredulos vniuersa quæ de eo scripta sunt, signũ sunt cui contradicetur.Greg.Nisc. Hæc siquidem de filio dicuntur,spectant tamen ad eius genitricẽ, dum singula sibi assumit simul periclitata & glorificata, nec tamen prospera,sed illa denunciat etiam dolorosa. Nam sequitur:Et tuã ip.ani.pertran.glad.Orig.Nulla docet historia beatam Mariã ex hac vita gladii occisione migrasse,præsertim cum nõ anima sed corpus ferro soleat interfici:vnde restat intelligi gladium illũ de quo dicitur,Et gladius in labiis eorũ:hoc est dolorem domini- Gladius Simeõis qualis. cæ passionis animã eius pertransisse,quæ etsi Christum vtpotè dei filium sponte propria mori, mortemq̃ ipsam non dubitaret esse deuicturum,ex sua tamen carne

procreatũ,nõ sine doloris affectu potuit videre crucifigi.Amb. Vel prudẽtiã Mariæ nõ ignaram mysterii cœlestis ostẽdit: viuum est enim verbũ dei & validũ, & acutius omni gladio acutissimo. Aug.de q.no.& vet.te. Vel p hoc significauit ꝙ Maria p quã gestũ est incarnationis mysteriũ, ĩ morte dñi stupore quodã dubitauit, videns filiũ dei sic humiliatũ, vt vsq; ad mortẽ descenderet.Et sicut gladius ptransiens iuxta hominẽ timorẽ facit,nõ percutit:ita & dubitatio mœstitiã fecit, nõ tamen occidit:quia non sedit in animo,sed ptrãsiit quasi per vmbrã.Greg.Nis.Sed nec ipsam solã in ea passione occupari significat cũ subdit:Vt reuel.ex mul.cord.cogitationes.quod dicit,vt euentũ designet, non aũt caũ saliter ponit.His ẽm omnibus euenientibus,secuta est erga multos intentionũ directio. Quidã ẽm deũ fatebãtur in cruce, alii ne sic ab infamiis & criminationibus desistebãt.Vel hoc dictũ est,quatenus tempore passionis pateãt ex pluriũ cordibus meditationes, & emẽdentur p resurrectionẽ:velox ẽm illis post ambiguitatẽ certitudo superuenit. nisi forte reuelationẽ, illuminationẽ quis æstimet,vt solitũ est scripturæ.Beda. Sed & vsq; ad cõsummationẽ seculi præsentis ecclesiæ animã gladius durissimæ tribulationis pertrãsire nõ cessat,cũ signo fidei ab improbis cõtradici, cũ audito dei verbo multos eũ Christo resurgere, sed plures à credulitate ruere gemebunda pertractat,cũ reuelatis multorũ cordium cogitationibus, vbi optimũ euãgelii seuit semẽ, ibi zizania vitiorum vel plus iusto prævalere, vel sola germinare conspicit.Orig. Cogitationes etiã malæ in hominibus erãt,quæ propterea reuelatæ sunt, vt occideret eas ille qui pro nobis mortuus est.q̃diu enim absconditæ erant, impossibile erat eas penitus interfici: vnde & nos si peccauerimus,debemus dicere:Iniquitatem meã nõ abscõdi. Si enim reuelauerim⁹ peccata nostra,non solum deo, sed his qui possunt mederi vulneribus nostris,delebuntur peccata nostra.

Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser, hæc processerat in diebus multis, & uixerat cum uiro suo annis septem à uirginitate sua. Et hæc uidua usq; ad annos octogintaquatuor: quæ non discedebat de templo ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens confitebatur domino,et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel.

Confessio Christi nascẽtis.

Amb.Prophetauerat Simeõ,prophetauerat copulata coniugio,prophetauerat virgo: debuit & vidua pphetare,ne qua ,pfessio deesset aut sexus. & ideo dicit: Et er.An.pro.&c.Theo. Immorat euãgelista circa Annæ descriptionẽ,& patrẽ & tribũ enarrãs, testes quasi multos adducẽs,q̃ patrẽ & tribũ viderũt.Gre.Nis.Vel quia tunc tẽporis cũ hac aliæ quædã eodẽ nomine nuncupabant.Vt igit ad eã manifesta discretio fieret,patrẽ eius cõmemorat,& generis qualitatẽ describit. Amb. Antea vero & stipendiis viduitatis & moribꝰ talis inducit,vt digna fuisse credat quæ redemptorẽ omnium nunciaret.vñ sequit:Hęc ,pcesserat in diebus multis,et vixerat cũ vi.&c.Orig. Neq; ẽm spiritus sanctꝰ fortuitu habitauit in ea,bonũ ẽm est primũ si qua potest,virginitatis gratiã possidere.Si aũt hoc nõ potuerit,sed euenerit ei vt perdat virũ,vidua pseueret:quod quidem nõ solũ post mortẽ viri,sed etiã cũ ille viuit,debet habere in aĩa,vt etiã si nõ euenerit,volũtas ipsius & propositũ à dño coronetur,& dicat:Hoc voueo, hoc ,pmitto,si mihi humanũ aliquid quod nõ opto cõtigerit,nihil aliud faciã,q̃ vt incõtaminata & vidua pseuerẽ.Iustẽ ergo sancta mulier spiritũ prophetãdi meruit accipere,quia lõga castitate, lõgis etiã ieiuniis ad hoc culmen ascenderat.vñ sequit:Quæ nõ discedebat de templo,ieiuniis & obsec.&c. Greg. In quo liquet ꝙ cæterarum virtutũ inerat ei cõgeries,& aspice conformem Simeoni virtutibus, simul ẽm erat in tẽplo, simul etiã digni reputati sunt ,pphetica gratia.vñ sequit: Ethæc ipsa ho.superu.&c. Greg.Nis. Hoc est,regratiabat videndo mũdi salutẽ in Israel,& cõfortabat de Iesu, q̃m ipse esset redemptor,idemq; saluator.vñ sequit:Et loq. de il.om.&c.Verũ quia Anna ,pphetissa modicũ aliqd & non nimis clarũ de Christo disseruit euangeliũ, nõ seriatim induxit quæ ab ea sunt dicta. Forsan aũtẽ ob hoc aliquis Simeonẽ prẽuenisse fatebit,eo ꝙ is quidem formã legis gerebat: nã & ipsum nomen notat obedientiam:illa vero gratię, qđ interpretatio nominis manifestat:inter quos Christus medius erat, idcirco illũ quidem dimisit cũ lege morientẽ, hãc vero fouet vltra viuentem p gratiã. Beda. Iuxta intellectũ etiã mysticum Annæ ecclesiam significat, quæ in prẽsenti spõsi sui est morte quasi viduata. Numerus etiã annorũ viduitatis eius tempus ecclesię designat,quo in corpore cõstituta peregrinat à dño.septies quidẽ duodeni,84.faciunt, & 7.quidem ad huius seculi cursum,q̃ diebus 7.voluitur: 12. vero ad perfectionẽ doctrinæ apostolicæ pertinent. Ideoq; siue vniuersalis ecclesia,seu quęlibet anima fidelis quę totũ vitę suę tempus apostolicis curat mãcipare institutis, octogintaquatuor annis dño seruire laudatur.Tempus etiam septem annorum, quo cum viro suo manserat,congruit: nam propter dominicę priuilegium maiestatis,quo in carne versatus docuit,in signũ perfectionis simplex septem annorum est numerꝰ expressus.Arridet etiam ecclesię mysteriis Anna,& gratia eius interpretatur:& filia Phanuelis, qui facies dei dicitur:& de tribu Aser,id est beati,descendit.

Sensus allegoricus.

Laus viduitatis.

Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth.Puer aũt crescebat,& confortabatur:plenus sapiẽtia, & gratia dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem,in die solenni Paschæ.

Beda.Prętermisit hoc loco Lucas,quę à Matthęo satis exposita nouerat:dñm videlicet post hoc ne ab Herode necãdus inueniretur,in Aegyptũ à parẽtibus esse delatũ,defuncto Herode sic demũ in Galilęa reuersum, Nazareth ciuitatẽ suã inhabitare cœpisse.Solent enim euangelistæ singuli sic omittere quędã,quę vel ab aliis cõmemorata viderũt,vel ab aliis cõmemorãda in spiritu pręuiderũt,vt cõtinuata suę narrationis serie, quasi nulla prętermisisse videant, quę tamẽ alterius euãgelistę cõsiderata scriptura quo loco trãsita fuerint,diligẽs lector inueniat. Vnde multis prętermissis Lucas dicit: Et vt perfe.om.&c.Theo.Erat quidem eorum ciuitas Bethlehem sicut patria, Nazareth vero tanq̃ habitaculum.Aug.de con.euan.Fortè aũt hoc mouet, quomodo dicat Matthęus propterea cũ puero parentes eius iisse in Galilęã,quia metu Archelai,in Iudęã ire noluerunt, cũ propterea magis iisse in Galilęã videant, quia ciuitas eorũ erat Nazareth Galilęæ,sicut Lucas hic nõ tacet?Sic intelligendũ est, vbi angelꝰ in somnis in Aegypto dixit ad Ioseph:Surge & accipe puerũ & matrẽ eiꝰ & vade ĩ terrã Israel:sic intellectũ primo esse à Ioseph, vt putaret iussum se esse ꝓgere in Iudęã:ipsa ẽm intelligi primitꝰ potuit terra Israel: porrò aũt postea quoniã comperit illic regnare filiũ Herodis Archelaũ, noluit obiicere se illi periculo, cũ posset terra Israel etiam sic intelligi,vt etiã Galilęa illi deputaret,quia & ipsam populus Israel incolebat.Greg. Vel aliter: Enumerat hic Lucas tempus ante descensum in Aegyptũ : neq; enim ante purgationẽ eam Ioseph deduxisset.Ante vero q̃ in Aegyptũ descenderẽt, nõ receperãt ꝓ oracula vt Nazareth pergerent , imò quasi libentius in patria conuersantes illuc vltro pergebãt. Cũ enĩ ad nihil aliud ascẽsus ĩ Bethlehẽ euenisset,nisi causa descriptiõis, expedito eo cuius causa ascenderãt,descendunt in Nazareth. Theop.Poterat autẽ secũdũ corpꝰ ex ipso vtero in mẽsurã maturę ętatis prodire,sed videret hoc scđm phãtasiã,propterea paulatim crescit.vnde sequit: Puer aũt crescc.& cõfortabat.Beda.Notanda est distinctio verborũ,quia dñs Iesus Christus in eo ꝙ puer erat,i. habitum humanæ fragilitatis induerat, crescere & cõfortari habebat. Atha. Cæterũ si scđm quosdã caro in diuinam naturã mutata est,quõ capiebat augmẽtũ?increato enim augmentũ attribuere,nephariũ est.Cyril.Decẽter verò ætatis incremento sapiẽtiæ cõiunxit augmẽtum,cũ dicit:Et cõfortabat.s.spiritu . nã iuxta mẽsurã ætatis corporeæ, natura diuina sapientiã propriã reuelabat.Theop.Si enĩ dũ paruus ætate erat, omnẽ sapientiã demõstrasset,videret prodigiũ:sed per profectũ ætatis seipsũ ostẽdebat,vt totũ impleret orbẽ.Non autem quasi suscipiẽs sapientiã, spiritu cõfortari dicit. qđ enĩ ab initio pfectissimũ est,quomodo potest deinde perfectius fieri?vnde sequitur: Plenus sapiẽtia & gratia dei erat in illo.Beda.Sapientia quidẽ,quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter:gratia autẽ, quia homini Iesu Christo magna gratia donatũ est, vt ex quo homo fieri cœpisset,perfectꝰ esset & deꝰ: multo autẽ magis in eo ꝙ verbũ dei & deꝰ erat, nec cõfortari indigebat,nec habebat augeri. Adhuc aũt cũ paruulus esset,habebat gratiã dei:vt quomodo in illo omnia mirabilia fuerant,ita & peritia mirabilis esset, vt dei sapientia cõpleretur.Sequitur: Et ibant parẽtes eius per oẽs annos in Hier.in die solẽni paschæ.Chryso.In Hebræorũ solennitatibus non solũ tẽpus, sed etiã locum obseruare lex iusserat , & ideo nec domini parẽtes extra Hierosolymam celebrare pascha volebãt.Augu.de con.euãge.Quomodo autẽ ibant parẽtes eius per oẽs annos pueritiæ Christi in Hierusalẽ,si Archelai timore illuc ,phibebãt accedere?hoc mihi dissoluere nõ esset difficile,nec si aliquis euãgelistarũ expressisset quãdiu regnaret Archelaus.Fieri enim poterat,vt per diẽ festum inter tam ingentem turbã latenter ascenderent mox reuersuri,vbi tamen aliis diebus habitare metuerũt:vt nec solẽnitate prætermissa essent irreligiosi,nec continua mansione conspicui.cum verò etiã de regno Archelai oẽs q̃ fuerit diuturnũ tacuerint, iste quoque intellectus patet, quòd Lucas dicit , per omnes annos eos ascendere solitos in Hierusalem,tũc accipimus factum,cum iam non timeretur Archelaus.

Profectꝰ pueri Iesu.

Mos euãgelistarum.

Historię expositio.

Et cùm factus esset annorũ duodecim, ascendentibus illis Hierosolymã secundũ consuetudinẽ diei festi, consummatis q; diebus cùm redirent,remãsit puer Iesus in Hierusalẽ,& non cognouerunt parentes eius.Existimãtes autẽ illũ esse in comitatu,uenerunt iter diei,& requirebant eum inter cognatos & notos.Et non inuenientes eum, regressi sunt Hierusalem requirentes eum.Et factũ est post triduum inuenerũt illũ in templo,sedentẽ in medio doctorũ,audientẽ illos,& interrogantẽ eos.Stupebant autẽ omnes qui eum audiebant super prudentia & responsis eius. Et uidentes,admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum:Fili,quid fecisti nobis sic?Ecce pater tuus & ego dolẽtes quærebamus te.Et ait ad illos:Quid est quòd me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt,oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est ad eos.

Cyril.Quia dixerat euãgelista ꝙ puer crescebat & cõfortabat,,ppriũ sermonẽ verificat, inducẽs Iesũ vnà cũ sacra virgine in Hierusalẽ ascendẽtẽ.vnde dicit: Et cũ fact⁹ &c.Græcus.Nõ enim indiciũ sapientię trãscẽdit ætatis mẽsurã,sed quo tẽpore penes nos discretiõis ratio perfici consueuit, 12.s.anno Christi sapientia demonstratur.Ambr.Vel à 12. anno dominicæ sumit disputationis exordiũ: hic ẽm prædicãdæ fidei euãgelizãtium numerus debebat.Basil. Possumus & hoc dicere, quia sicut septenario numero, sic & duodenario q multiplicatis inter seinuicẽ septenarii partibus cõstat, vel rerũ vel temporũ vniuersitas ac pfectio designet,atque ideo quo omnia loca vel tempora doceat occupari, rẽctẽ à duodecimo numero iubar Christi sumit exordiũ. Beda in ho. Quòd aũt dñs per oẽs annos cũ parẽtibus in pascha Hierosolymã venit, humilitatis est humanæ indiciũ: hominis nanq; est ad offerẽda deo sacrificia cõcurrere,& eũ orationibꝰ cõciliare.Fecit ergo dñs inter hoĩes homo natꝰ,quod faciendũ hoĩbus p angelos imperauit deus.vñ dicitur:Secundũ conf.di.fe.Sequamur igitur iter humanæ cõuersationis eiꝰ, si deitatis gloriã delectamur intueri.Græc. Celebrato aũt festo aliis remeãtibus,Iesus latẽter remãsit.vñ sequit:Cõsummatis q; diebus cũ rediret,remãsit puer Iesus in Hierusalem, & nõ cognouerũt parẽtes eius.Dicit aũt,Cõsummatis diebus,quia septẽ diebus durabat solẽnitas . Ideo autẽ latenter remanet , ne parẽtes impedimẽto essent disputationi peragendæ cũ legisperitis,vel forsitan hoc euitans,ne videat parentes cõtemnere,si mandãtibus non pareret.Latenter ergo remanet,ne aut retrahat, aut sit inobediens. Orig. Nõ aũt miremur parentes vocatos, quorũ alter ob partũ, alter ob obsequiũ patris & matris meruerũt vocabula.Bed.in ho.Sed quęret aliquis: Quõ.dei filius tãta parẽtũ cura nutritꝰ potuerit obliui scendo relinqui?Cui respõdendũ:Quia filiis Israel moris fuit vt tẽporibus festis Hierosolymã cõfluentes,vel ad propria redeũtes,seorsum viri,seorsum fœminæ incederẽt,infantesq; vel pueri cũ quolibet parẽte indifferẽter ire potuerint, ideoq; Mariam vel Ioseph vicissim putasse puerũ Iesum quẽ secũ nõ cernebãt , cũ altero parente reuersum.vñ sequit:Exist.aut.ill.es.&c. Orig.Sicut aũt quãdo insidiabãtur ei Iudæi , elapsus est de medio eorũ,& nõ apparuit:sic & nũc puto remãsisse puerũ Iesum,& parentes eius vbi remãserit ignorasse.Sequit enim:Et non inueniẽtes,regressi sunt Hieru.&c.Glos. Vna quidẽ die reuersi sunt à Hierusalẽ,secũda quærunt inter cognatos & notos,& nõ inueniẽtes tertia die regressi sunt in Hierusalẽ,& ibi inuenerũt.vñ sequit: Et factũ est post &c.Orig.Non statim vt quęritur inuenitur : nõ ẽm inter cognatos & carnis propinquos inuenitur Iesus:neq; ẽm poterat humana cognatio dei filiũ cõtinere.Non inuenit inter notos, quia maior est mortali notitia: in multorum comitatu nõ potest inueniri, nec vbiq; inuenerũt,sed in tẽplo. Et tu ergo quære Iesum in templo dei,quære in ecclesia vbi Christi sermonem atq; sapientiã,id est filiũ dei reperies. Ambrosius: Post triduum reperitur in tẽplo, vt esset indicio,quia post triduũ triumphalis passionis in sede cęlesti & honore diuino fidei nostræ se ostenderet resurgens q mortuus credebatur.Glo.Vel quia quæsitus aduentꝰ Christi à patriarchis ante legem nõ est inuentus,quæsitus à prophetis & iustis sub lege nõ est inuentus , quęsitus à gentibus sub gratia inuenit. Orig. Quia vero paruulꝰ erat, inuenitur in medio præceptorũ sanctificãs & eruditus eos. vñ dicit: Sedentẽ in medio &c.Et hoc pietatis officio,vt nos doceret quid pueris q̃is sapientes & eruditi sunt cõueniret,vt audiãt potiꝰ magistros q̃ docere desiderent: & se vana ostentatione non iactent. Interrogabat autem non vt addisceret, sed vt interrogans erudiret. ex vno quippe doctrinæ fonte manat &

Exẽplũ Christi proponi tur.

Parẽtes Christi quomodo intelligendi.

Triduũ Christi mysterium.

interrogare & respondere sapiẽter. vnde sequit: Stupe. autem &c. Beda. Ad ostẽdendũ em̃ quia homo erat, ho mines magistros humiliter audiebat: ad probandũ vero quia deus erat, eisdẽ loquẽtibus sublimiter respondebat. Græcus: Quærit em̃ rationabiliter, audit prudẽter, respõdetq; prudẽtius, quod stupore faciebat. vnde sequitur: Et vi. admi. sunt. Chry. super Ioã. Nullũ quippe miraculũ egit dñs in pueritia, hoc tamẽ vnũ prodit Lucas, p quod mirabilis videbat. Beda. Diuina siquidẽ lingua sapientiã prodebat, sed infirmitatẽ ætas prætendebat humanã. vñ Iudæi inter alta quæ audiunt, & infima quæ vidẽt, dubia admiratione turbãtur. nos autẽ nequaq̃ miremur si sciẽtes secundũ prophetã q̃ sic paruulus natus est nobis, quòd p̃manet deus fortis. Græc. Miranda vero dei genitrix maternis affecta viscerib⁹, quasi cum lamentis inquisitionem dolorosam ostẽdit, & omnia sicut mater & fiducialiter & humiliter & affectuose exprimit. vnde sequitur: Et dixit mater ei⁹ ad illum, Fili &c. Orig. Nouerat virgo sacrata hunc nõ esse filium Ioseph, & tamen patrẽ vocat illi⁹ spõsum suũ, propter Iudæorum suspicionem æstimantium vulgo fore conceptum. Dicetur autẽ forte simplicius, quòd eum honorauit spiritus sanctus patris nomine, eo quòd puerum Iesum educauit. artificiosius vero, eo quòd genealogiam Ioseph ex Dauid produxit, ne superflua censeretur. Cur autem dolentes eum quærebant, an ex eo q̃ perierit an errauerit? Absit. Nunquid enim fieri poterat vt perditum formidarent infantem, quem dominũ esse cognouerant? sed quomodo tu si quando scripturas legis, quæris in eis sensum cum dolore, non quòd scripturas errasse arbitreris, sed veritatem quam intrinsecus habent quæris inuenire: ita illi quærebant Iesum, ne forte relinquens eos reuersus esset ad cœlos, cum illi placuisset iterum descensurus. Oportet ergo eum qui quærit Iesum non negligenter & dissolutè transire sicut multi quęrunt & non inueniunt, sed cum labore & dolore. Glos. Vel metuebant eum ne quod Herodes in infantia eius patrasse quęsierat, tũc iam in pueritia positum inuenta opportunitate alii interficerent. Græc. Sed ipse dominus respõdet ad omnia, & corrigẽs quodammodo dictum eius de eo qui putabatur pater, verũ patrem manifestat: docens non per infima gradi, sed in altum extolli. vnde sequitur: Et ait ad illos &c. Beda. Et quòd potius debebat ei cui est æternus filius, mentis oculos attollere cogit. vñ sequit: Nesciebatis quia &c. Ambr. Duæ sunt in Christo generationes: vna est paterna, altera materna. paterna diuinior, materna verò quæ in nostrum laborem vsumq; descendit. Cyrill. Hoc igitur dicit ostendens se mensuram humanã transcendere, & innuens quòd sacra virgo effecta sit ministra negocii cum peperit carnem: ipse vero naturaliter & verè deus erat, & filius patris excelsi. Hinc autẽ Valentini sequaces audientes quòd templum erat dei, pudeant dicere quòd creator & legis deus & templi non ipse pater est Christi. Epip. Attẽdat & Hebion q̃ post annos 12. & non post 30. annum Christus repertus stupendus in sermonibus gratiæ. quamobrem non est dicere quòd postq̃ venit ad eum spiritus in baptismo, factus fuit Christus, sed ab ipsa pueritia & templũ agnouit & patrem. Græc. Hęc est demonstratio prima sapiẽtiæ & virtutis pueri Iesu: quę nanq; puerilia ci⁹ vocãt, diabolicæ putamus esse considerationis, nisi quis ea sola velit acceptare nequaq̃ his quę tenemus oppugnantia, sed magis cõsona propheticis dictis: quia speciosus præ filiis hominum, & matri obediens, & moribus facetus, & visu non modicum venerandus & placid⁹, ad loquendũ facũdus, dulcis & prouid⁹, & multũ strenuita te cognitus tanq̃ q repletus sapiẽtia fuerat, & sicut in aliis sic cõuersationis hũanæ atq; locutiõis, q̃uis supra hoĩem termin⁹ & ratio. mãsuetudo em̃ sibi p̃cipuũ elegit locũ. Sup hæc autẽ oĩa nihil ascẽdit sup verticẽ eius, nec humana manus excepta materna. Hinc autẽ possum⁹ vtilitatẽ cõsequi. Dũ em̃ Mariã increpat dñs quærentẽ ipsum inter p̃pinquos, omissionẽ vinculorũ sanguinis aptissime suggerit, ostendẽs q̃ nõ cõtingit metã pfectionis attingere eũ, q adhuc vagat in his quæ corpori conferũt, & quòd homo deficit à pfectione p affectum cognatorũ. Sequit: Et ipsi nõ &c. Bed. Quia. s. de sua diuinitate ad eos loquebatur. Orig. Vel nesciebant vtrũ dicẽs, in his quæ patris mei sunt, significaret in tẽplo, an aliquid altius & qd̃ magis ædificat. Vnusquisq; em̃ nostrũ si bon⁹ fuerit, poti⁹ sessio dei patris est. Si q̃s autẽ nostrũ sessio dei patris est, habet ĩ medio sui Iesum.

Honor delatus Ioseph.

Maria ministra sacramẽti.

Sessio spiritalis

Et descendit cũ eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius cõseruabat oĩa uerba hæc in corde suo. Et Ies⁹ proficiebat sapiẽtia et ætate et gratia apud deũ et hoĩes.

Græc. Totã intermediã Christi vitã quę est inter ostẽsionẽ ætatis & tẽpus baptismatis, velut immunẽ alicui⁹ famosi & publici miraculi & doctrinę, euangelista sub vno verbo colligit, dicẽs: Et descen. &c. Orig. Crebro Iesus descẽdit eũ discipulis suis, nec semp versat in mõte, quia nõ valebãt q̃ variis morbis laborabãt ascẽdere in montẽ: iccirco & nũc descendit ad illos qui deorsum erant. Sequit: Et erat subd. &c. Græc. Quandoq; enim verbo prius leges instituẽs, ipse secũdario opere cõprobabat, sicut illud: Bonus pastor animã suã ponit pro ouibus suis. Ipse nanq; paulo post nostrã salutẽ exquirẽs animã exposuit propriã. aliquãdo verò prius viuẽdi p̃ponit exẽplar, & postea p̃mebat verbotenus sanctionẽ, sicut hic: hæc tria præ cæteris opere mõstrans, diligere deũ, honorare parẽtes, deũ verò & ipsis præferre parentibus. Cũ em̃ reprehenderet à parẽtibus, minoris curæ reputat q̃ quę sunt dei, deniq; ipsis quoq; parẽtibus obedientiã præstat. Beda. Quid em̃ magister virtutis ni si officiũ pietatis impleret? Quid inter nos aliud q̃ qd̃ agi à nobis vellet, ageret? Orig. Discamus ergo & nos filii parẽtibus nostris esse subiecti. q̃ si patres non fuerint, subiiciamur his qui patrũ habẽt ætatẽ. Iesus filius dei subiicit Ioseph & Marię, ego verò subiiciar episcopo qui mihi constitutus est pater. puto q̃ intelligebat Ioseph, quia maior se erat Iesus, & trepidus moderabatur imperiũ. Videat ergo vnusquisq; q̃ sæpe qui subiectus est, maior sit. quod si intellexerit, nõ eleuabit̃ superbia, qui est sublimior dignitate, sciens sibi meliorẽ esse subiectũ. Greg. Nise. Amplius. quoniã impuberib⁹ adhuc est impfecta discretio, egetq; p prouectos ad statũ prouehi pfectiorẽ. ideo cũ ptigisset 12. annũ, paret parẽtibus: vt ostẽdat q̃ quicquid p promotionẽ perficitur, anteq̃ ad finẽ pueniat obedientiã tanq̃ pducentẽ ad bonum vtiliter amplexat̃. Basil. in lib. relig. Ab ipsa autẽ primæua ætate parẽtibus obediẽs quẽlibet laborẽ corporeũ humiliter & reuerẽter sustinuit. Cũ em̃ homines essent honesti & iusti, egeni tamẽ necessariorũ penuriã patientes, teste præsepi partus venerandi ministro, manifestũ est q̃ sudores corporeos cõtinuo frequentabãt, necessaria vitę sibi quærentes. Iesus autẽ obediẽs illis vt scriptura testat, etiã in sustinendo labores subiectionẽ plenariã sustinebat. Amb. Et miraris si patri defert, q̃ subdit matri? nõ vtiq; infirmitatis, sed pietatis est ista subiectio. Attollat licet caput hæretic⁹, vt alienis auxiliis asserat q mittit̃ idigere. Nũquid & humano egebat auxilio, vt materno seruiret imperio? deferebat ancillę, deferebat simulato patri, & miraris si deo detulit? an hoĩ deferre pietatis est, deferre deo infirmitatis? Beda.

Triaprę cepta præcipua.

Doctrina morałis.

Virgo autẽ siue quæ intellexit, siue quæ nondũ intelligere potuit, oĩa sua pariter in corde quasi ruminãda & diligẽtius scrutãda recõdebat. vñ sequit: Et mater ei⁹, &c. Græc. Cõsydera prudẽtissimã mulierẽ Mariã, veræ sapiẽtiæ matrẽ, qualiter scholaris sit pueri. Nõ enim vt puero, neq; vt viro, sed vt deo vacabat: vlterius & illi⁹ voces diuinas & opa reputabat, iccirco nil ex dictis aut actis ab eo incassum illi patebat: sed sicut ipsum verbũ prius in visceribus, ita nũc eiusdẽ modos & dicta cõcipiebat, & ĩ corde suo quodãmodo fouebat: & hoc quidem iã secũ in præsenti cõtemplabat, hoc autẽ expectabat in futurũ clarius reuelandũ. & hac quidẽ tanq̃ regula & lege, per totã vitã vtebat̃. vñ sequit: Et Iesus p̃ficiebat &c. Theo. Sed inquiũt: Quomodo potest æqualis patri esse in subst̃tia, qui quasi impfect⁹ crescere dicitur? nõ autẽ in eo q̃ est verbũ dicitur incremẽtũ suscipere, sed in eo q̃ factus est homo. Si enim vere p̃fecit, postq̃ factus est caro q̃ ante impfectus extiterat, quid ergo gratias agim⁹ ei velut incarnato p nobis? Qualiter autẽ si ipse est vera sapiẽtia, in sapiẽtia potest̃ augeri? vel qualiter qui cęteris largitur gratiã, ipse in gratia p̃mouetur? Ampli⁹, si nemo scandalizat̃ cũ audit q̃ verbum seipsum humiliauerit, infirma quædã de deo verbo sentiẽs, sed poti⁹ miratur misericordiã eius, quomodo nõ est supuacaneũ scãdalizari audiẽdo q̃ p̃ficit? Nã sicut p nobis humiliatus est, sic p nobis p̃fecit, vt nos in eo proficiam⁹ qui lapsi fuim⁹ p peccatũ. nã quicquid spectat ad nos ipse verè p nobis Christ⁹ susc̃epit, vt cũcta reformet in meli⁹. Cyril. Et attẽde q̃ nõ dixit profi cere verbũ sed Iesum, ne simplex verbũ proficere intelligas, sed verbũ caro factũ. Theo. Et sicut verbũ in carne passum fatemur, q̃uis sola caro fuit passa, quia caro verbi erat quę patiebat: ita p̃ficere dicit ex eo q̃ humanitas p̃ficiebat in ipso. Greg. Nazan. Dicit autẽ secundũ humanitatẽ p̃ficere, nõ q̃ ipsa suscipiat augmentũ quę ab initio fuit pfecta, sed ex eo q̃ paulatim manifestabatur. Theo. Naturalis em̃ lex respuit hominẽ sensu maiore vti q̃ ætas corporis patiat̃. erat itaq; verbũ factũ homo pfectũ, cũ sit virt⁹ & sapiẽtia patris. Verũ quia dandum erat aliquid nostrę naturę morib⁹, ne aliquod extraneũ à videntib⁹ reputet̃ tanq̃ homo paulatim crescẽte corpore manifestabat seipsum, & quotidie sapiẽtior ab audiẽtibus & vidẽtibus cẽsebat̃. Græc. Proficiebat ergo secundũ ętatẽ quidẽ, corpore in virilẽ statũ p̃moto: sapiẽtia aũt, p eos qui ab eo diuina docebant̃. gratia vero, qua cũ gaudio p̃mouemur, credẽtes in fine obtinere q̃ ab ipso p̃missa sunt: vt hoc quidẽ apud deũ, ex eo q̃ assumpta carne paternũ opus peregit: apud hoĩes vero, p cõuersationẽ eorũ à cultu idolorũ ad summę trinitatis notitiã. Theo. Dicit em̃, Apud deũ & homines. quia prius decet placere deo, & postea hominib⁹. Gre. Nis. Differenter etiam proficit verbũ in his qui ipsum susc̃ipiunt: secundum enim mensurã illius apparet aut infans, aut adultus, aut perfectus.

Mariæ prudentia.

Dictamen legis naturalis.

Profect⁹ Iesu.

CAP. III.

Anno autem quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ, et Thraconitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha factum est uerbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto.

Greg. in ho. Redẽptoris præcursor quo tẽpore verbũ prædicationis accepit, memorato Romanę reip. principe & Iudęæ regibus designat̃, cũ dicit: Anno autẽ quintodecimo impe. Tyb. Cæs. Quia em̃ illũ prædicare veniebat, qui ex Iudęa quoddã, & multos ex gentib⁹ redemptur⁹ erat, p regẽ gentiũ & principes Iudæorũ pdicationis ei⁹ tẽpora designãt. Quia aũt gẽtilitas colligẽda erat, in Rom. repu. vn⁹ p̃fuisse describit, cũ dicit Im. Tyb. Cęs. Græc. Mortuo em̃ Augusto monarcha, à quo Romani principes nomẽ Augusti adepti sunt, Tyberi⁹ post illũ ad iura monarchiæ succedẽs, xv. annũ suscepti principat⁹ agebat. Orig. Et in p̃phetico quidẽ sermone solis Iudæis p̃dicato, solũ Iudæorũ regnũ describit. Visio (inquit) Esaiæ in dieb⁹ Ozię, loathã & Achã regũ Iuda. At ĩ euã. qd̃ erat p̃dicãdũ vniuerso mũdo, dñũ describit Tyb. Cęs. qui toti⁹ orbis dñs videbat. verũ si solũ hi qui sunt de gẽtib⁹ essent saluãdi, satis erat solius Tyberii facere mẽtionẽ. Sed quia oportebat & Iudęos credere, ob hoc etiã Iudæorũ regna describũtur seu tetrarchæ, cũ subdit: Procur. Pon. &c. Greg. in ho. Quia etiã Iudæa erat p culpa pfidiæ dispgẽda, ĩ Iudęæ regno p partẽ & partẽ plurimi p̃cipabãt: sẽm illud, Omne regnũ ĩ seipsum diuisum desolabit. Beda. Pilatus quidẽ 12. anno Tyb. Cæs. in Iudæa missus, p̃curationẽ gentis susc̃epit, atq; ibi p 10. cõtinuos annos vsq; ad ipsum penẽ finẽ Tyberii pdurauit. Herodes aũt & Philippus & Lysanias filii sunt Herodis illius, sub quo dñs nat⁹ est, inter quos & ipse Herodes Archelaus frater eorũ 10. annis regnauit, q à Iudęis apud Augustũ criminatus apud Viẽnã exilio periit. Regnũ aũt Iudęę quo min⁹ validũ fieret, idem Augustus p tetrarchias diuidere curauit. Græc. in ho. Et quia Ioãnes illũ prædicauit, q simul rex & sacerdos existeret, Lucas euãgelista p̃dicationis eius tẽpora nõ solũ p regnũ, sed etiã p sacerdotiũ designauit. vñ subdit: Sub prin. sac. An. & Ca. Beda. Ambo quidẽ incipiẽte p̃dicatiõe Ioannis. i. Annas & Caiphas p̃cipes fuere sacerdotũ, sed Annas illũ annũ, Caiphas vero eũ quo crucẽ dñs ascẽdit, administrabat, tribus aliis in medio põtificatu pfunctis: verũ hi maxime q ad dñi passionẽ p̃tinẽt, ab euãgelista cõmemorant̃. Legalibus nanq; tũc p̃ceptis vi & ambitiõe cessantibus, nulli põtificatus honor vitæ vel generis merito reddebat̃, sed Romana potestate summa sacerdotii p̃stabatur. Iosephus em̃ refert q̃ Valerius Gracchus Anna à sacerdotio deturbato Ismaelẽ põtificẽ designauit filiũ Baphi, sed etiã hũc nõ multo post abiiciens, Eleazarũ Ananię põtificis filiũ subrogauit. Post annũ vero & hunc arcet officio, & Simoni cuidã Caiphæ filio põtificatus tradidit ministeriũ: quo nõ amplius ipse q̃ vnius anni spatio pfunctus Iosephũ, cui & Caiphas nomẽ fuit, accepit successorẽ, itaq; hoc oẽ tẽp⁹ quo dñs noster docuisse describit, intra quadriẽnii spatia coarctat̃. Amb. Cõgregaturus aũt eccleſiã dei fili⁹ ante opatur in seruulo. Et ideo bene dicit: Factũ est ver. do. sup. Io. &c. vt eccleſia nõ ab homine cœperit, sed à verbo. Bene aũt Lucas cõpẽdio vsus est, vt Ioannẽ declararet p̃phetã, dicens: Factũ est super eum verbũ dei, aliàs non adderet: nullus em̃ eget iudicio sui, q̃ verbo dei abũdat. vñ ũ itaq; dicẽs, omnia declarauit. At vero Matthæus & Marcus, & vestitu, & cinctu, & cibo p̃phetã declarare voluerũt. Chryſ. Verbum autẽ dei hic mandatũ esse dicit, quia nõ à se venit Zachariæ filius, sed deo ipsum mouẽte. Theo. Per totũ autẽ tẽpus p̃teritũ vsq; ad sui ostẽsionẽ occultus fuit in deserto: & hoc est qd̃ subditur, In deserto: vt nulla suspicio innascat̃ hominib⁹, vt gratia affinitatis ad Christum vel cõuersationis à teneris annis, talia de ipso testaretur, vnde ipse testificãs dicebat, Ego nesciebã illũ. Greg. Nis. Simul etiã q̃ in spiritu & virtute Eliæ hanc vitã ingressus est, amotus à cõuersatiõe humana inuisibiliũ speculatiõi vacãs, ne hmõi fallaciis q̃ p sensus ĩgerunt̃ assuetus, quandã confusionẽ ac errorem incurreret erga viri boni discretionẽ. Et ideo ad tantum diuinarum gratiarũ eleuatus est apicem, vt plus q̃ prophe-

Differẽtia Christi & prophetarũ.

Abusio sacerdotii.

Simonis Caiphæ.

tis sibi gratia infunderet: quia mundū & expers cuiusli bet naturalis passionis desyderiū suum à principio vsq; ad finē diuinis aspectibus obtulit. Ambr. Desertū etiā est ipsa ecclesia, quia plures filii desertæ magis quàm eius quæ habet virum. Factum est ergo verbum domini vt q̄ erat ante deserta, fructū nobis terra generaret.

Et uenit in omnē regionē Iordanis. prædicans baptismum pœnitētiæ in remißionē pctōrū, sicut scriptū est in libro sermonū Esaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto, parate uiā domini, rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erūt praua in directa, & aspera i uias planas. Et uidebit oīs caro salutare dei.

Ambro. Factū verbū vox secuta est. Verbū em̄ prius intus operat: sequit nobis officiū. vñ dicit: Et ve. i oēm regionē Iordanis. Orig. Iordanis idē est qđ descēdens, descēdit em̄ dei filius aqua salubris. Quę aūt loca decebat pambulare baptistā, nisi Iordani circūadiacētia? vt si quē pœnitere cōtingeret, ꝓtin⁹ occurreret fluēti humilitas ad recipiēdū pœnitētiæ baptismū. Subdit em̄: Prędicās ba. pœ. in remiſ. pctōrū. Greg. in ho. Cunctis legētibus liquet, quia Ioānes baptismū pœnitētiæ non solū ꝓdicauit, verūetiā quibusdā dedit, tamē baptismū suū in remissionē pctōrū dare nō potuit. Chry. sup Ioānē. Cū em̄ nondū oblata esset hostia nec descēdisset spiritus, qualiter erat fiēda remissio? Quid est ergo ꝙ Lucas dicit, In remissionē pctōrū? Erāt siquidē Iudęi ignari, nec culpas ꝓprias ppendebāt. Quoniā igit hæc erat causa malorū vt pcta agnoscerēt ad redēptorē quærendū, venit Ioānes hortās illos pœnitētiā agere, vt ꝓ pœnitētiā effecti meliores atq; cōtriti ad recipiēdā veniā satagāt. Aptè ergo cū dixisset ꝙ veni ꝓdicās baptismū pœnitentiæ in remissionē pctōrū. q. d. Idcirco suadebat illis pœnitere, vt subsequētē veniā facilius ꝑpetrarent, credētes i Christū. Nā nisi pœnitētia duceret, nequaq̄ exposcerēt gratiā: vñ baptisma illud nullam aliā habet causam, nisi ꝙ ꝓparatoriū erat ad fidē Chri Greg. i ho. Vel Ioānes dicit ꝓdicās baptismū pœnitētiæ i remissionē pctōrū, qm̄ baptismū qđ pcta solueret, quia dare nō poterat, ꝓdicabat: vt sicut incarnatū verbū patris ꝑcurrebat verbo ꝓdicationis, ita baptismū pœnitentiæ quo pcta soluūt, ꝑcurreret suo baptismate, quo peccata solui nō possunt. Amb. Et ideo plęriq; sancto Ioanni typū legis īponunt, eo ꝙ lex pctm̄ denūciare potuit, donare nō potuit. Gre. Nazā. Et vt aliquatenus de baptismatū differētia disseram⁹, baptizauit Moyses, sed in aqua, nube, & mari: hoc aūt figuraliter agebat. Baptizauit quoque Ioannes nō vtiq; ritu Iudęorū, nō em̄ solū in aqua, sed etiā in remissionē pctōrū, nō tn̄ oīno spiritualiter, neq; em̄ addit in spū. Baptizat Iesus, sed i spū, & hic est perfectio. Est quoq; quartū baptisma, qđ fit ꝓ martyriū & sanguinē, quo etiā ipse Christus est baptizatus, qđ cæteris est venerabilius nimis, eatenus, quatenus iteratis cōtagiis nō fœdatur. Est etiā quintū ex lachrymis, laboriosius tn̄, iuxta qđ quidē singulis noctibus suū rigat cubile & stratū in lachrymis. Sequit: Sicut scriptū est i lib. Esaię ꝓphetę: Vox clamātis i deserto. Amb. Bene vox dicit Ioānes verbi ꝓnūcius, quia vox ꝑcedit īferior: verbū sequit qđ ꝑcellit. Greg. Qui etiā in deserto clamat, quia derelictæ ac destitutæ Iudęæ solatiū redēptiōis annūciat. Quid aūt clamaret aperit, cū dicit: Parate viā dñi, &c. Oīs em̄ qui fidē rectā & bona opera ꝓdicat, quid aliud q̄ venīēti dño ad corda audientiū viam parat, vt rectas deo semitas faciat, dum mūdas i animo cogitatiōes ꝓ sermonē bonæ ꝓdicatiōis format? Orig. Vel in corde nostro via ꝓparāda est dño, magnū em̄ est cor hoīs & spaciosum, si tn̄ fuerit mūdū, neq; in corporis quātitate, sed i virtute sensuū magnitudinē eius intellige, q̄ tantā sciētiam capiat veritatis. Prapara ergo in tuo corde viam domino per conuersationē bonā, & egregiis vel perfectis operibus dirige semitā vitę, vt in te sermo dei absq; offensa perambulet. Basi. Et quia semita est via quam præcedētes calcauerant, & quā prio res homines corruperūt, eam iterato dirigere iubet sermo illis qui à præcedentiū zelo recedūt. Chry. Clamare aūt, Parate viam dñi, nō regis erat sed præcursoris officiū. Et ideo eū vocauerat vocē, quia verbi erat præcursor. Cyril. Sed quasi quis respōderet & diceret, Qualiter viam præparabimus dño, vel qualiter eius semitas rectas faciemus, cū plura sint impedimēta honestā vitā volentibus ducere? Ad hoc prophetię⁹ sermo respōdet: Sunt em̄ viæ quædam & semitæ, nequaq̄ ad eundū habiles, adeo vt alicubi ad tumulos & iuga tollant, alicubi decliues sint: & ad hoc remouendū dicit, Omnis va. impleb. & omnis mons &c. Quędam viarū inæqualiter dispositę sunt, & dū nūc sursum erigūt, nūc vergūt deorsum, valde sunt ad eundū difficiles: & q̄tum ad hoc subdit, Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Hoc aūt intelligit actū esse per nostri Saluatoris potentiam: quōdam enim euangelicę cōuersationis & vitę iter erat ad eundū difficile, eo quòd & mentes singulorum mūdanæ voluptates oppresserant: vt aūt deus factę⁹ homo peccatū damnauit in carne, explanata sunt oīa, & reddita sunt ad eundū facilia, & nec collis nec vallis proficere volētibus obuiat. Orig. Quando em̄ venit Iesus & spiritū suū misit, omnis vallis repleta est operib⁹ bonis, & fructibus spiritus sancti: quos si habueris, non solū vallis esse desistis, sed etiam mōs dei esse incipies. Grego. Nisę. Vel quietam in virtutibus conuersationē significat ꝓ cōualles, secundū illud Psalmi: Valles abundabunt frumento. Chry. Elatos aut superbos nomine mōtis denūciat, quos Christus humiliauit. Colles autē despatos appellat, nō solū ob supbiā mētis suæ, sed ꝓpter desperatiōis sterilitatē, collis em̄ nullos fructę⁹ ꝓducit. Orig. Vel intelligas q̄m montes & colles q̄ sunt aduersariæ potestates, ꝓ aduentū Christi ꝓstrati sunt. Basi. Sicut aūt colles respectu montiū magnitudine differūt, in aliis sunt idē: sic & aduersæ potestates ꝓposito quidē cōformes sunt, immanitate tn̄ offensionum secernuntur. Greg. in ho. Vel vallis impleta crescit, mōs aūt & collis humiliat⁹ decrescit: quia in fide Christi & gētilitas plenitudinē gratiæ accepit, & Iudęa ꝓ errorē ꝓfidiæ hoc vnde tumebat ꝑdidit. Humiles em̄ donū accipiūt, qđ à se corda superbientiū repellūt. Chry. Vel per hoc declarat legis difficultatē in fidei facilitatē cōuersam: ac si dicat, Nō vlteri⁹ sudores & dolores imminēt, sed gratia & remissio peccatorū facilē viā pariūt ad salutē. Greg. Nisi. Vel iubet valles impleri, deiici vero colles & mōtes, volens ostēdere ꝙ nec ob defectū virtutis ordo sit cōcauus, nec discrepet ob excessum. Gre. in ho. Praua aūt directa fiūt, cū malorū corda ꝓ iniustitiā detorta ad iustitię regulā dirigunt. Aspera aūt in vias planas immutant, cū immites atq; iracūdæ mētes ꝓ infusionē supnæ gratiæ ad lenitatē mansuetudinis redeunt. Chry. Deīde horū subiicit causam, dicēs: Et vi. om. ca. &c. Ostēdens q̄m vsq; ad fines mūdi diffundet euangelii virt⁹: atq; cognitio ex more ferino & obstinata voluntate, ad mansuetudinē & lenitatē humanū genus cōuertens. Non aūt solū Iudæi & ꝓselyti, imò tota humana natura salutare dei videbit. Chry. i. patris q filiū misit vt nostrū saluatorē. Caro aūt ad præsens accipit pro toto homine. Greg. in ho. Vel aliter: Omnis caro. i. oīs homo salutare dei, videlicet Christū in hac vita videre nō potuit, ꝓpheta ergo oculū ad extremū iudicii diē tēdit, q̄n hunc oēs & electi & reprobi pariter videbunt.

Remissio pctōrū qualis

Baptismatum differentia.

Viarū varietas.

Legis & Euangelii distinctio.

Dicebat ergo ad turbas quæ exibant ut baptizarentur ab ipso: Genimina uiperarum, quis ostendit uobis fugere à uētura ira? facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciēs fructum bonū, excidetur & in ignē mittetur.

Chry. Manēs aliquis in pristino statu & mores suos & cōsuetudinē nō relinquēs, nequaquā rite ad baptismū venit. Si quis ergo velit baptizari egrediat. vnde si ganter dicitur: Et dice. ad tur. quę exi. vt bap. ab ipso. Egredientibus itaq; ad lauacrū turbis loquit quę sequūtur. Si em̄ iā egressi essent, nequaquàm ad eos diceret, genimina viperarū. Chry. Ille itaq; cultor deserti, videns oēs incolas Palęstinæ circūstantes ipsum & admirātes, nō flectebat pro tanta reuerētia, sed insurgens in ipsos arguebat eos. Sacra aūt scriptura secundū stimulātes passiones plęrumq; ferarū nomina imponit hominibus. Interdū canes eos nominans causa procacitatis, equos ob luxū, asinos ꝓpter demētiā, & leones & pardos causa rapacitatis & petulantiæ, aspides causa doli, serpentes & viperas causa veneni & calliditatis. Vñ & nūc Ioānes Iudęos audacter genimina viperarū vocat. Basi. Oportet aūt scire ꝙ hæc nomina, nat⁹ & filius, de animalibus dicūtur: genimē vero potest dici fœtus anteq̄ efficit, fructus etiā palmarū genimina dieunt: raro aūt in aīalibus accipiunt, & semp in malo. Orig. Ferūt aūt viperā marē coeundo necare, cuius fœtus excrescēs perimit matrē, & sic prodit in lucē scisso parentis vtero in vindictā quodāmodo parentis genitoris, itaq; patricida est proles vipera. Tales erant Iudæi qui patres spiritales eorū atq; doctores occidebāt. Quid aūt si inuenit eos peccātes sed incipiētes cōuerti? non debebat eis cōuitiari sed ꝓmulcere. Dicendū ꝙ non adhibebat mentē his quæ fiebant exterius: mentis em̄ eorū arcana cognouerat dño reuelante. nimis em̄ se iactabant in ꝓgenitoribus. Hāc ergo radicē scindens noīat illos genimina viperarū, nō quidē vituperans patriarchas, aut eos viperas noīans. Greg. Sed quia per hoc ꝙ bonis intident eósq; persequunt, patrū suorū carnaliū vias sequētes, quasi venenati filii de veneficis parentibus nati sunt. Quia vero supradicta sentētia intēdit quòd extremo Christus examine ab omni carne videbit, recte subdit: Quis osten. vobis &c. Vētura ira est anima duersio vltionis extremæ. Ambr. Ostendit aūt his dei miseratiōe infusa prudētia, vt gerāt suorū pœnitentiā delictorū, futuri terrorē iudicii ꝓuida deuotiōe metuētes, aut fortasse iuxta qđ scriptū est: Estote prudentes sicut serpen. ostendunt habere prudentiā naturalē qui profutura videāt & spōte deposcant, sed adhuc noxia nō relinquant. Greg. in ho. Quia vero tūc fugere ab ira peccatorū non valet, qui nūc ad lamenta pœnitentiæ nō recurrit, subdit: facite ergo &c. Chry. Non enim satis est pœnitentibus peccata dimittere, sed opus est ei⁹ fructę⁹ ferre, secundū illud: Declina à malo, & fac bonum. sicut nō sufficit ad sanationē sagittā euellere, sed oportet vlceri medicamentū apponere. Non autē dicit fructū sed fructus, copiā designans. Greg. in ho. Nec solū fructus pœnitentiæ, sed dignos pœnitētiæ admonet esse faciendos. Quisquis em̄ illicita nulla cōmisit, huic cōceditur vt licitis vtatur. ac si quis in culpā lapsus est, tanto à se licita debet abscindere, quāto meminit se perpetrasse illicita. Neq; em̄ par fructus esse boni operis debet ei⁹ qui minus, & qui amplius deliquit: aut eius qui in nullis, & eius qui in quibusdā facinoribus cecidit. per hoc ergo cuiuslibet conscientia conuenitur, vt tanto maiora quærat bonorū operū lucra ꝓ pœnitentiā, quanto grauiora sibi intulit damna per culpā. Maxi. Pœnitentiæ fructus est ipassibilitas animę qua plenariè nō fruimur, dū interdū passionibus instigamur: nōdum em̄ fructus pœnitētiæ dignos pegimus. pœniteamus ergo veraciter vt à passionib⁹ expediti peccatorū veniā consequamur. Gre. in ho. Sed Iudęi de generis nobilitate gloriātes, iccirco se agnoscere pctōres nolebāt, quia de Abrahę stirpe descēderāt, quibus recte dicit: Et ne cœperitis dicere, patrē habemus Abrahā. Chry. Nō hoc indicās quòd ab Abraham naturali origine nō descēderāt, sed quia nihil prodest ab Abrahā descēdisse, nisi secūdū virtutē cognationē obseruēt. Cognatiōis nāq; leges cōsueuit scriptura vocare, nō eas quæ secundū naturam cōsistūt, sed q̄ deriuant à virtute vel vitio. Quib⁹ nāq; se quisq; cōformē statuit, horū filius vel frater vocatur. Cyril. Quid em̄ cōfert carnalis generositas, nisi cōsimilib⁹ studiis fulciat? Vanū est igit extolli de bonis ꝓdecessoribus, & deficere ab eorū virtutib⁹. Basi. Neq; em̄ equū velocē esse facit patris erga cursum strēnuitas, sed veluti cæterorū animaliū ꝓbitas cōsiderat in singulis: sic quoq; laus ꝓpria viri discernit quā, pręsentiū bonorū in se cōprobat argumentū. Turpe nāq; est alienis ornari decorib⁹, quē virtus ꝓpria nō venustat. Greg. Nisę. Sic igit Iudęorū promulgato exilio, cōsequēter ingerit cōuocationē gentiliū, quos lapides appellat. vnde sequit: Dico em̄ vobis &c. Chry. q. d. Ne putetis quòd si vos perieritis, filiis priuet patriarcha: potest em̄ deus etiā ex lapidibus hoīes illi ꝑbere, & ad illū perducere sanguinē. Nā ab ipso principio sic euenit. Ei nanq; q̄d est ex lapidibus hoīes fieri, ęquipollet exitus filii ab illo emortuo vtero Sarræ. Ambr. Sed licet de⁹ possit diuersas conuertere & mutare naturas, tamen mihi plus mysteriū q̄ miraculū prodest. Quid em̄ aliud q̄ lapides habebant, qui lapidib⁹ seruiebant ęsimiles vtiq; his qui fecerāt eos. Prophetat igitur saxosis gētiliū fides insunda pectorib⁹, & futuros per fidē Abrahæ filios oraculo pollicent. Vt aūt scias quia lapidib⁹ comparati sunt hoīes, arboribus quoq; hoīes cōparauit cū subdit: Iam em̄ securis posita est ad radicē arboris. Exēpli aūt ideo facta est mutatio, vt illo cōparationis ꝓcessu quidā intelligat homini clemētior iam ꝓfectus. Orig. Et quidē si iam ingrueret consummatio. & tēporū finis instaret, nulla mihi quęstio nascerēt. dicerē enim propterea hoc ꝓphetatū esse, quia illo tēpore cōplebit. Cum aūt tanta post secula fluxerint quo spūs sanctus hoc dicit, ego puto Israelitico populo ꝓphetari quòd pręcisio eius vicina sit. His enim qui egrediebant ad eū vt baptizarētur, hæc inter cætera loquebat. Cyril. Securim ergo in præsenti noīat mortiferā iram, quæ diuinitus irruit in Iudęos ꝓpter exercitā impietatē in Christū, non tamē hæsisse radici securim ꝓnūciat, sed ad radicē. i. iuxta radicē positā. Decisi nanq; fuerūt rami, nec radicitus extirpata est planta, reliquiæ em̄ Israel saluę fiēt. Greg. in ho. Vel aliter: Arbor huius mūdi est vniuersum genus humanū. Securis vero est redēptor noster, qui velut ex manubrio & ferro tenet ex humanitate, sed incidit ex diuinitate: quæ videlicet securis iā ad radicē arboris posita est, quia etsi per patientiam expectat, videt tamen quid factura est. Et notādū est quòd nō iuxta ramos securim positā sed ad radicē dicit. Cū enim malorum filii tollūtur, quid aliud q̄ rami infructuosæ arboris abscinduntur? Cū vero tota simul progenies cū parēte tollit, infructuosa arbor radice abscissa est. Vnusquisq; autem peruersus paratā citius gehennę cōcremationē inuenit qui fructū boni operis cōtēnit. vnde sequit: Omnis ergo &c. Chry. Eleganter dictū est, Nō faciens fructū, & adiicitur, Bonū. officiosum enim hoc animal de⁹ crea-

Coitus viperæ.

Fructus pœnitentiæ qui sit.

Filii Abrahæ qui sint.

Inertiæ nocumētum.

uit, & naturalis est sibi exercitiorũ instantia: ociũ vero innaturale. Obest em̃ inertia etiã cunctis corporis mẽbris, nullũ aũt vt animę. Ea nanq; cũ cõtinuo sit naturaliter mobilis, ociari non patit. sicut aũt ocium malũ est, ita & indecens exercitiũ. Ex eo aũt ꝙ præmisit pœnitentiã prædicat ꝙ securis adiacet, non quidẽ incidens, sed terrorẽ incutiens. Ambro. Faciat ergo fructum qui potest gratiæ, qui debet pœnitentiæ: adest dñs qui fructum requirat, fœcũdos viuificet, steriles reprehendat.

Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerũt aũt & publicani ut baptizarẽtur, & dixerunt ad illũ: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius quam quod constitutum est uobis, faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs uestris.

Greg. in ho. In prẽmissis verbis baptistæ Ioan. constat ꝙ audientiũ corda turbata sunt quæ consiliũ quærebant, cũ subinferẽt: Et interrogabant &c. Orig. Tres ordines inducunt̃ scisciatantiũ Ioannẽ super salute sua: vnus quẽ scriptura appellauit turbas, alius quẽ publicanos noiat, tertius qui militum appellatione cẽsetur. Theo. Et quidẽ publicanis & militib⁹ à malo abstinere præcipit. Turbis aũt quasi non malitiosis existentibus bonũ aliquod ꝑcipit obseruari. vnde sequit: Respõdens aũt &c. Greg. in ho. Propter hoc ꝙ tunica plus est necessaria vsui nostro q̃ pallium, ad fructũ dignũ pœnitẽtiæ pertinet, vt non solũ exteriores quæcunq; sed ipsa nobis valde necessaria diuidere cũ proximis debeamus, scilicet vel tunicã qua vestimur, vel escam qua carnaliter viuim⁹. vnde sequit: Et q̃ habet escas &c. Basil. Hic aũt docemur ꝙ ex oĩ eo qđ affluit supra ꝓprii victus necessitatẽ, tenemur erogare illi qui non habet ꝓpter deũ, qui quæcunq; possidemus largitus est. Greg. in ho. Quia em̃ in lege scriptũ est: Diliges proximũ tuũ sicut teipsum, minus ꝓximum amare conuincitur qui nõ cum eo in necessitate illius, etiã ea quę sunt sibi necessaria partitur: iccirco de diuidẽdis cũ proximo duabus tunicis datur ꝑceptũ. quoniã si vna diuidit, nemo vestitur. Inter hæc aũt sciendũ est quantũ misericordię opera valeant, cũ ad fructus dignos pœnitẽtiæ ipsa prę cæteris præcipiunt̃. Ambr. Alia enim officiorũ ꝑcepta ꝓpria sunt singulorum misericordia, cõmunis est. vsus. ideo cõmune præceptũ est oĩbus, vt conferant nõ habẽti. Misericordia est plenitudo virtutũ, misericordiæ tamẽ ipsius pro possibilitate conditionis hũanę mensura seruat̃, vt non sibi vnusquisq; totũ eripiat, sed qđ habet cũ paupere partiat̃. Orig. Profundiorẽ autem locus iste recipit intellectũ. Quomodo em̃ nõ debemus duobus seruire dñis, sic nec duas habere tunicas, ne sit vnum indumentũ veteris hoĩs & alterum noui, sed debemus nos exuere veterẽ hoĩem & ei dare qui nudus est. Alius em̃ habet vnũ, alius vero omnino nõ habet. Contraria scilicet fortitudo, & quomodo scriptũ est vt in profundũ maris ꝑcipitemus nostra delicta, sic proiici à nobis oportet vitia atq; peccata, & iacere sup eũ qui eorũ nobis causa extitit. Theo. Quidã aũt tunicas duas esse dixit, spiritũ scripturæ & literã, habentem vero duo hæc monet Ioãnes vt instruat ignorantẽ & det ei ad minus literã. Beda. Quantã aũt Baptistę sermo virtutẽ habuerit hinc probat̃, cũ & publicanos & milites ad consiliũ salutis suę coegerit inquirendũ. vnde sequit: Venerunt autẽ &c. Chry. Magna est virtutis fortitudo, dũ fœlicitatis viã requirunt ab indigo locupletes. Beda. Præcepit ergo eis ne vltra præscriptum exigant. vnde sequitur: Et ille dixit ad eos: Nihil amplius q̃ quod vobis constitutũ est faciatis. Publicani vero appellãtur hi qui vectigalia publica exigũt, siue qui cõductores sunt vectigaliũ fisci, vel rerũ publicarũ, necnon & hi qui seculi huius lucra per negotia sectantur, eodẽ vocabulo censentur: quos omnes pariter in suo quẽq; gradu ab agenda fraude coercet: vt dũ primo se ab aliorũ tentarẽt appetitu, tandẽ ad ꝓpria cũ proximis cõmunicanda pertingerẽt. Sequit: Interro. aũt &c. Iustissimo aũt moderamine prẽmonet ne ab eis calũniando prædam requirant, quibus militãdo prodesse debuerãt. vnde sequit: Et ait illis, Neminẽ concutiatis, scilicet per violentiã. Neq; calũniã faciatis, scilicet per fraudulentã malitiã. Et cõtenti estote stipendiis vestris. Ambr. Docẽs iccir co stipẽdia militiæ constituta ne, dũ sumptus quęritur, prędo grassetur. Greg. Naza. Stipẽdiũ em̃ appellat imperialẽ ꝓuisionẽ, & deputata per legẽ dignitatibus munera. Aug. con. Faust. Sciebat em̃ eos cũ militarent non esse homicidas, sed ministros legis: & nõ vltores iniuriarũ suarũ, sed salutis publicę defensores. alioquin respõderet eis, Arma abiicite, militiã istam deserite, neminẽ percutite, vulnerate, prosternite. Quid em̃ culpatur in bello? an quia moriunt̃ quãdoq; morituri, vt dument̃ in pace victuri? hoc reꝓhendere timidorũ est non religiosorũ. nocẽdi cupiditas, vlciscendi crudelitas: impacatus atq; implacabilis animus, feritas rebellãdi, libido dominãdi & si qua talia. Hęc sunt q̃ in bellis iurẽ culpant̃, q̃ plerũq; vt etiã inde puniant̃ aduersus violẽtiã resistẽtiũ, siue deo siue aliquo legitimo ꝑperio iubẽte, gerẽda ipsa bella suscipiunt̃ à bonis, cũ ĩ eo rerũ hũanarũ ordine iueniũt̃, vbi eos vel iubere tale aliquid vel in talib⁹ obedire iuste ipse ordo cõstringit. Chry. sup. Mat. Volebat aũt Ioãnes quãdo publicanis & militib⁹ loq̃bat̃, ad aliã maiorẽ philosophiã ipsos traducere: sed qm̃ nõdũ erãt ad illa idonei, minora referat: ne si potiora ꝓferret, nequaq̃ illis intẽderẽt, & his etiã priuarent̃.

Militia bonade scribitur.

Existimante autem populo, & cogitantibus oĩbus in cordibus suis de Ioãne ne forte ipse esset Christus, respondit Ioãnes dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo uos: uenit autem fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius: ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius uentilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

Orig. Dignũ erat vt plus Ioãni q̃ cæteris hoĩbus deferretur, qui aliter q̃ cuncti mortales vixerat: quam ob causam diligebant quidẽ eũ iustissimẽ, sed nõ seruabãt in charitate modũ. vnde dicit: Existimante autem &c. Ambr. Quid aũt ineptius, q̃ quod is qui in alio æstimatur, in seipso esse nõ creditur? quẽ per mulierẽ venturũ putabant, per virginẽ venisse nõ credunt: & vtiq; diuini aduentus signũ in virginis partu, nõ in mulieris constitutũ est. Orig. Habet aũt periculũ dilectio, si modum transeat: debet enim qui aliquẽ diligit naturã & causas cõsiderare diligẽdi, & nõ plus diligere quàm meretur. nam mẽsurã charitatis modũq; si transcenderit, & qui diligit & qui diligit in peccato erũt. Greg. Vñ Ioãnes nõ fuit gloriatus in habita opinione de ipso ab oĩbus, nec aliquatenus visus est primatũ appetere, sed infimã hũilitatẽ amplexatus est. vnde sequit: Respondit Ioan. &c. Beda. Quomodo autem respõdit eis qui in secreto cordis quia Christus esset cogitabãt, nisi quia nõ solũ cogitabant sed etiã sicut alius euãgelista declarat, missis ad eũ sacerdotib⁹ ac leuitis an esset Christus inquirebant? Ambr. Vel videbat Ioãnes cordis occulta. Sed consideremus cuius gratia: dei em̃ munus est qui reuelat, nõ virtus hominis qui diuino magis adiuuatur beneficio q̃ naturali cernit officio. Cito autem respõdens ꝓbauit non esse Christũ qui visibili operat̃ officio. nã cũ ex duabus naturis. i. ex anima homo subsistat & corpore, visibile per visibilia, inuisibile ꝑ inuisibile mysteriũ cõseratur. aqua em̃ corpus abluitur, spiritu animæ delicta mũdant̃, licet etiã in ipso fonte sanctificatio diuinitatis aspiret. & ideo aliud fuit baptisma pœnitentiæ, aliud est gratiæ. Istud baptisma ex vtroq;, illud ex vno. Opus hoĩs est gerere pœnitentiã delictorũ, dei manus est gratiam implere mysterii. Declinans ergo maiestatis inuidiã nõ verbo, sed opere declarauit non esse se Christum. vnde sequit: Venit aũt &c. In hoc ꝙ dicit fortior me, cõparationẽ non fecit. neq; em̃ inter dei filiũ & hominẽ vlla poterat esse cõparatio, sed quia multi fortes, fortior nemo nisi Christus. Deniq; non fecit cõparationẽ eo ꝙ addiderit: Cuius nõ sum dignus &c. Augu. de con. euang. Matthæus quidẽ dicit: Cuius non sum dignus calceamenta portare. Itaq; si ad rẽ pertinet aliquid aliud intelligere in eo ꝙ dictum est, Calceamẽta portare, & corrigiã calceamẽtorum soluere, vt vnus euãgelistarũ hoc, alii aliud dicerent, oẽs verũ narrauerunt. Si autẽ nihil intẽdit Ioãnes cũ de calceamẽtis domini diceret, nisi excellẽtiam eius & humilitatẽ suam, quodlibet horũ dixerit, siue de soluẽda calceamentorũ corrigia, siue de portandis calceamẽtis, eandẽ tamẽ sentẽtiam tenuit. Quisque etiã verbis suis per calceamentorũ memoriã cãdẽ significationẽ humilitatis expressit. Ambr. Per hoc etiã ꝙ dicit, Cuius non sum dignus calceamẽta portare, euãgelicæ prædicationis ostẽdit apostolis gratiã esse collatã, qui sunt calceati in euangelium: videtur tamẽ ideo hoc dicere, ꝙ plærũq; Ioannes personã accipit populi Iudæorum. Greg. Sed & Ioãnes se indignũ esse ad soluẽdum corrigiã calceamenti eius denunciat: ac si aperte dicat, Ego redemptoris vestigia denudare nõ valeo, qui sponsi nomẽ mihi ĩmeritus non vsurpo. Mos eram apud veteres fuit: vt si quis eã quæ sibi cõpeteret accipere nollet vxorẽ, ille ei calceamẽtũ solueret: qui ad hãc spõsus iure ꝓpinquitatis veniret. Vel quia calceamẽta ex mortuis animalibus fiũt: incarnat⁹ dñs quasi calceatus apparuit, qui morticina nostræ corruptionis assumpsit. Corrigia ergo calceamenti est ligatura mysterii. Ioãnes itaq; soluere corrigiã calceamẽti ei⁹ nõ valet, quia incarnationis mysteriũ nec ipse inuestigare sufficit, qui hãc per prophetiæ spiritum agnouit. Chry. Et quia dixerat ꝙ suũ baptisma nil plus haberet q̃ aquã, cõsequẽter ostendit excellẽtiã exhibiti ꝓ Christũ baptismatis cũ subdit: Ipse vos baptizabit in spũ sancto & igni. Per ipsam dicti metaphoram ostẽdẽs abundantiã gratiæ: nõ em̃ ait, Dabit vobis spiritũ sanctum: sed baptizabit. Ac rursus per id qđ de igne subiicit, ostẽdit virtutẽ gratiæ: & sic Christus aquam vocat spiritus gratiã, ostẽdẽs per vocabulũ aquæ, nitorem qui cõtingit ex ea, & cõsolationẽ immẽsam quæ mentibus capacibus illius ingeritur: sic & Ioãnes per ignis vocabulũ exprimit feruorẽ & rectitudinẽ gratiæ, necnõ & peccatorũ cõsumptionẽ. Beda. Potest & spiritus sanct⁹ nomine ignis sanctificat⁹ intelligi, quia incẽdit ꝓ amorẽ, & per sapientiam corda quæ replet, illuminat: vnde & apostoli baptisma spirit⁹ in ignis visione percipiũt. Sunt qui ita exponũt, ꝙ in præsenti in spiritu & in futuro baptizaremur in igne: vt videlicet sicut in remissionẽ omniũ peccatorũ ex aqua & spiritu renascimur, ita & tũc de leuib⁹ quibusdã peccatis purgatorũ ignis baptismate mundaremur. Orig. Et quomodo Ioannes iuxta Iordanẽ fluuiũ venientes ad baptismũ præstolabatur, & alios abigebat dicẽs, Generatio viperarũ: eos vero qui cõfitebantur peccata susciebat: sic stabit in igneo flumine dñs Iesus iuxta flãmeam romphæam, vt quicũq; post exitũ vitæ huius ad Paradisum trãsire desyderat, & purgatione indiget, hoc eũ lauamine baptizet, & ad Paradisum transmittat: eũ vero qui nõ habet signũ priorũ baptismatum, lauacro igneo nõ baptizet. Basi. Non autem ꝓpter hoc ꝙ dicit, Baptizabit vos in spũ sancto: integrũ quis esse baptisma fatebitur, in quo nomẽ solũ⁹ spiritus inuocatũ est: oportet em̃ semp illibatã manere assignatã traditionẽ in viuificante gratia. Nam addere vel minuere quicq̃ excludit à vita perpetua: sicut em̃ credim⁹, sic & baptisma suscipimus in nomine patris & filii & spiritus sancti. Græc. Per hoc ergo ꝙ dicit, Baptizabit in spiritu sancto, ostendit abundantiã gratiæ & beneficii copiã. Ne autẽ aliqui putent quòd dona largiri, & potestas & voluntas est creatori: punire vero inobediẽtes, nullã sibi fore causam: ob hoc subdit, Cuius ventilabrũ in manu eius. Ostendẽs quòd non solũ munificus est dignis, sed etiã prauricationũ vltor. Ventilabrũ aũt prõptitudinem iudicii exprimit. non em̃ cũ induciis, sed in instãti & absq; quolibet interuallo separat dãnandos à collegio saluãdorũ. Cyril. Per hoc aũt quod subdit, Et permũdabit aream suam: designat Baptista ecclesiã ꝓtinere ad Christũ quasi ad dominũ. Beda. Per areã em̃ præsens ecclesia figuratur: in qua multi sunt vocati, pauci vero electi: cuius areæ purgatio & nũc viritim geritur, cũ quisq; puersus vel ob manifesta ꝓcta de ecclesia sacerdotali castigatiõe eiicitur: vel ob occulta post mortẽ diuina districtiõe dãnatur. Et vniuersaliter in fine ꝑficiet: quãdo mittet filius hoĩs angelos suos & colliget de regno ei⁹ oĩa scandala. Ambr. Vẽtilabri ergo indicio discriminãdorũ dñs declarat ius habere meritorũ, eo quòd dũ frumẽta vẽtilãtur in area, plena à vacuis velut quodam aurę spirantis examine separant̃. vnde sequit: Et cong. triti. in horreũ suũ, &c. Per hanc cõparationẽ dñs ostẽdit quòd iudicii die solida merita fructúsq; virtutis ab inanis iactantiæ exiliiq; factorũ infructuosa leuitate discernat: ꝓfectioris meriti viros locaturus in mãsione cęlesti. Ipse enim perfectior fructus est qui meruit eius esse cõformis, qui sicut granum tritici excidit, vt plurimos fructus afferret. Cyril. At paleæ lentos & inanes signant, & quolibet vẽto peccati ventilatos & volubiles. Basi. Conferunt autem his qui digni sunt regno cælorum velut paleæ tritico, non tamen intuitu diuinæ charitatis & proximorum hoc faciunt, siue spiritualibus donis, siue corporalibus beneficiis. Orige. Vel quia absq; vento non possunt triticum & paleæ separari: ideo habet ventilabrũ in manu sua, quod alios paleas alios triticũ esse demõstrat. Cũ enim esses palea leuis, id est incredulus, ostendit te esse tentatio quod latebas: cum autem fortiter tẽtamẽta toleraueris, non te faciet fidelem tentatio atq; patientẽ, sed vim cutem quæ in te latebat profert in mediũ. Gre. Nisc. Expedit autem scire quòd nec dona quæ per repromissiões repõsita sunt honestè viuẽtibus talia sunt vt verbo valeãt explicari: quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec ĩ cor hominis ascẽderũt. Nec peccatorũ pœnæ ad aliquid eorum quæ in præsenti sensum afficiunt proportionem habent: & q̃uis aliqua illarum pœnarum per nostra nominentur vocabula, differt tamen non modicum. Cum enim audis ignẽ, aliud quiddam coniicere doceris, ex eo quod additur, Inextinguibili: quod in istum ignem nõ cadit. Gre. xv. mor. Miro modo expressus est ignis gehennæ. Ignis nanque noster corporeus per cõgesta ligna nutritur: nec valet nisi fotus subsistere. At cõtra gehẽnæ ignis cũ sit corporeus, & ĩ se missos reprobos corporaliter exurat, ignis non nutritur, sed creatus semel inextinguibilis durat.

Misericordiæ commẽdatio.

Virtus verborũ Ioannis baptistæ

Periculũ dilectionis.

Ioannes occultorum cognitor.

Iudicii significatio

Præmia bonorũ & malorum.

Mos veterum.

Multa quidē & alia exhortans euāgelizabat populo. Herodes autem Tetrarcha cū corriperetur ab illo de Herodia de uxore fratris sui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes, adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerē.

Orig. Annunciauerat Ioānes Christum, baptismum spiritus sancti ꝓdicabat, & cætera quæ euangelii tradit historia. Exceptis ergo his alia annūciasse mōstratur in eo qđ dicitur: Multa quidē & alia exhortās euangelizabat populo. Theo. Exhortatio em̄ ei⁹ erat bona doctrina, & ideo cōueniēter euāgeliū dicit. Orig. Et quomodo in euāgelio secūdum Ioānē de Christo refertur: quia multa & alia locutus est, sic & in ꝑsenti loco intellige qđ Lucas hic dixit, quoniā maiora q̄dā à Ioanne annūciatur, q̄ vt deberet literis credi. Miramur aūt Ioannē quo inter natos mulierū maior nemo fuerit: ꝙ in tantā opinionē meritis virtutis ascēderit, vt à plęrisq; Christus putaretur. Sed illud multo mirabilius quōd nō timuit Herodem, nō formidauit interitū. vnde sequitur: Herodes aūt tetrarcha, cū corriperetur ab illo. Euse. Dicit aūt tetrarcha ad differētiam alterius Herodis, quo regnāte natus est Christus. Erat em̄ ille rex, hic autē tetrarcha. Erat autē illi cōiux Arethæ regis Arabū filia, quā cum coniux esset, fratris sui Philippi more sacrilego duxit, q̄uis ꝑlē haberet à fratre: his em̄ solū licebat hoc agere, quorū fratres sine prole vitā cōpleuerant. Super hoc Herodē reprehēderat Baptista: primo quidē diligenter eius audiebat sermones, cū sciret eos pōderosos & consolatione plenos, sed Herodiadis cōcupiscētia cogebat eū aspernari verba Ioannis: vnde & eū detrudit in carcerē. Et hoc est qđ dicitur, Adiecit & hoc super om. & inclu. Ioan. in car. Beda. Nō autē his diebus captus est Ioānes, sed iuxta euāgeliū Ioannis post aliqua gesta signa à domino, & post eius baptismum diffamatum: sed à Luca propter exaggerandam malitiam Herodis prēoccupatum est, qui cum videret ad prædicationem Ioānis multos confluere, milites tradere, publicanos pœnitere, totum vulgus baptisma susc̄ipere: ipse econuerso non solum Ioānem contemnit, sed vinculat & occidit. Glo. Ante etiā q̄ Lucas aliquid narret de actibus Iesu, dicit Ioannem ab Herode captum, vt ostendat se solūmodo eadem facta præcipue descripturum quæ eo anno gesta sunt quo Ioannes captus est vel punitus.

Ioannis sanctitas

Factum est autem cū baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante, apertum est cælum, & descendit spiritus sanctus corporali specie sicut colūba ī ipsum, & uox de cælo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te cōplacui mihi.

Ambro. Pulchrē in his q̄ in cæteris dicta sunt, Lucas cōpendiū sumpsit. Et intelligēdū magis quōd à Ioanne dns baptizatus est, q̄ expressum reliquit. vnde dicitur: Factū est autē cū baptizaretur &c. Baptizatus est autē dominus nō mūdari volens, sed mūdare aquas, vt ablutæ per carnē Christi quæ peccatū nō cognouit, baptismatis ius haberent. Greg. Naza. Accedit etiā Christus ad baptismū, forsitan sanctificaturus Baptistā, quod autem nulli dubiū est vt totū veteranum Adā immergat aquę. Ambr. Quæ etiā sit dominici causa baptismatis, domin⁹ ipse declarat, dicēs: Sic decet implere omnem iustitiā. Quæ est ergo iustitia, nisi quia quod alterū tibi facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios horteris exēplo? Nemo igitur refugiat lauacrum gratiæ, quādo tēpus lauacrū pœnitentiæ nō refugit. Chry. Fuerat autē baptisma Iudaicū, quod sordes carnis amouebat, nō cōscientiæ crimina. Nostrū aūt baptisma separat à peccatis, lauat animā, & spiritus copiam elargit. Baptisma vero Ioānis Iudaico ꝑstātius fuit: neq; em̄ ad obseruātiā corporaliū mūdificationū īducebat, sed monebat à vitio ī virtutē cōuerti. Nostro vero baptismate minus: eo ꝙ nec spiritū sanctū administrabat, nec remissionē, quæ per gratiā fit exhibebat, cùm quasi finis quidā esset vtrorumq; baptismatū: sed neq; Iudaico baptismate nec nostro baptizatus est Christus: quia nec indulgentia peccatorū egebat, nec illa caro expers erat spiritus sancti, quæ per spiritū sanctum ab ipso principio cōcepta est: sed baptizat⁹ est Ioānis baptismate, vt ex ipsa natura baptismatis scias, quia neq; causa peccati, neque ꝓpter indigentiā doni baptizatus est. Dicit autem baptizato & orante, vt perpēdas quōd susc̄epto baptismate oportuna sit iugis oratio. Beda. Quia etsi peccata sunt oīa in baptismo laxata, nō adhuc terrenę carnis est fragilitas solidata: nam quasi trāsito mari rubro gratulamur submersos Aegyptios, sed in deserto mūdanæ cōuersatiōis hostes occurrūt alii, qui duce Christi gratia nostro sudore vincātur, donec perueniamus ad patriā. Chry. Dicit autē, Apertū est cælum: tanq̄ hactenus reclusum fuisset. Iam aūt ouili superno & īfimo in vnū redacto, & vno existente ouiū pastore, cęlum patuit, & homo terricola aggregatus est angelis. Beda. Non em̄ mo. ei cælū tūc apertū est, cuius oculi cælorū interiora cernebāt, sed virt⁹ ibi baptismatis ostēditur, de quo quisque cū egredit, regni cælestis ei ianua aperit: dū q̄; caro innoxia frigētibus tangitur aquis, opposita quondam noxiis rōphæa extinguitur ignea. Chry. Descēdit etiā spiritus sanctus ad Christū tanq̄ ad generis nostri principiū: vt in Christo sit primo, qui nō sibi sed nobis potius illū susc̄epit. vnde sequit: Et descendit spiritus sanctus &c. Non existimet aliquis quōd cū nō habuit eū, susc̄epit ipsum. Ipse nāq; illum desursum tāq̄ deus mittebat: at idē vt homo recipiebat inferius. Igit ex eo deuolauit in eum, ex ipsius deitate ad eius humanitatem. Aug. 15. de trinitate. Absurdissimū autē est cū iam 30. annorum esset accepisse spiritum sanctum: sed venit ad baptismū sicut sine peccato, ita nō sine spiritu sancto. Si enim de Ioāne scriptum est, spiritu sancto replebit ab vtero matris suæ, quid de homine Christo credendum est, cuius carnis ipsa conceptio nō carnalis sed spiritualis fuit? Nunc ergo corpus suum. i. ecclesiā præfigurare dignatus est, in qua baptizati præcipuè accipiunt spiritū sanctū. Chry. Redolebat illud baptisma aliquid vetustatis, & partim sapiebat nouitatem: ꝙ em̄ baptisma susciperet à propheta, ostendebat aliquid vetustatis: ꝙ aūt spiritus descēderit, nouū aliquid designabat. Amb. Merito autē spiritus se in corpore demonstrauit, quoniam in diuinitatis substātia nō videtur. Aduertamus mysteriū, quare sicut columba: simplicitatē em̄ lauacri requirit gratia: quoniā in typo veteri columba quōdā ad illā arcam quę sola fuit diluuii immunis, reuersa est. Chry. Vel nunc vt mansuetudinē magistri declaret, in specie columbina apparet: in Pentecoste aūt quēadmodū ignis, vt ostendat pœnā. Cum em̄ oportebat delictis ignoscere, māsuetudo necessaria erat: sed vt adepti sumus gratiā, restat examinis & iudicii tēpus. Cypri. de vnit. ecclesiæ. Est autem colūba simplex & lætum animal, nō felle amarum, non morsibus sęuum, non vngulæ laceratione violētū, hospitia humana diligere, vnius domus nosse cōsortium: cū generant filios simul sedere, cū commeant volatu inuicem cohærere, cōuersatione cōmuni vitā suam degere, oris osculo cōcordiam pacis agnoscere, legē circa oīa vnanimitatis implere. Chry. Et quidē Christus in ortu suo per plurima se manifestauerat oracula, verū quia noluerūt aduertere, cum medio latuerit tēpore rursum se ab alio clariore patefecit principio, non stella sed desuper indicat pater in vndis Iordanis, & spūs deuolabat ꝓtrahens illam vocem sup verticem eius qui baptizabatur. vnde sequitur: Et vox

Apertio nis cęlorum rō in baptiſ

Colūbæ signatio

de cæ. fa. est, Tu es filius meus dilectus &c. Ambro. Vidimus spiritum, sed in specie corporali. Et patrē quem videre non possumus, audiamus. Inuisibilis enim est pater, sed & fili⁹ inuisibilis secundū diuinitatē, sed demōstrare se voluit in corpore: & quia pater corpus non gerebat, ideo probare voluit nobis in filio sese præsentē, dicens: Tu es filius meus. Athana. Sacra quidē scriptura ex nomine filii duplicē intellectū ostendit. vnū quidem, vt in euangelio dicitur: Dedit eis potestatē vt fiāt filii dei. Alterū autē intellectū, iuxta quē Isaac est filius Abrahę. Christus ergo nō simpliciter dicit dei fili⁹, sed cum articuli additione, vt cōprehendam⁹ quoniā ipse est qui re vera & secundū naturā est filius: quamobrē et vnigenitus dicit. Nam si secundū insaniā Arrii dicitur filius, sicut qui hoc nomē per gratiā assequunt: in nullo à nobis differre videbit. Restat ergo secundū aliū intellectum fatendū esse Christum filiū dei, secundū quē Isaac filius Abrahæ esse cognoscitur: quod enim ab alio naturaliter gignitur, non aūt ab extrinseco sumit exordium, filiū natura recenset. sed dicit: Nunquid vt hominis est passibilis natiuitas filii? minime. sed deus cū sit indiuisibilis impassibiliter pater est filii. vnde verbum patris dicitur, quia nec ipse vt humanū passibiliter ꝓducitur, & cum simplex sit natura diuina, vni⁹ solius filii pater est, & propter hoc additur, Dilectus. Chry. Cū enim quis vnū solū possidet filiū, maxime diligit: si vero pater factus sit pluriū, dispartitus affect⁹ remittitur. Athan. Cū autē antea propheta protulerit dei promissa dicentis, Mittā Christum filiū meum: nūc apud Iordanē quasi cōsummato ꝓmisso decēter subiungit, In te com. mi. Beda. Acsi dicat, in te placitum mihi constitutum. i. hoc per te gerere quod mihi placet. Grego. super Ezech. Vel aliter: Omnis q pœnitendo corrigit aliqua quæ fecit, eo ipso ꝙ pœnitet se sibi displicuisse indicat, quia emendat quod fecit. Et quia omnipotēs pater humano modo de peccatoribus locut⁹ est, dicēs: Pœnitet me fecisse hominē, quasi sibimetipsi displicuit in peccatoribus quos creauit. in solo aūt Christo sibi cōplacuit, quia in solo eo non inuenit culpā, in qua se reprehēdat quasi ꝑ pœnitentiā. Aug. de con. euan. Quōd autē Matthæus dicit: Hic est filius meus, Lucas autē: Tu es filius meus dilectus: ad eandē sententiā explicandā valet. vox enim cœlestis vnū horū dixit, sed Matthæ⁹ ostēdere voluit, ad id valere quod dictū est: hic est filius meus: vt illis potius q audiebant indicaretur ꝙ ipse esset fili⁹ dei. non enim Christo indicabatur qui sciebat, sed audiebant qui aderant, propter quos etiā ipsa vox facta est.

Filii nomen exponitur.

Cōsensus euangelicus.

Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur fili⁹ Ioseph. Qui fuit Eli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, qui fuit Mathatiæ, qui fuit Amos, q fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, qui fuit Mahath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iehanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Helmadam, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Heliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Heliachim, qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Mathathia, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obeth, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naason, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Efron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusalem qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malalehel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

Orig. Cum autē baptizatū dominū dixisset generationem domini exponit non à superioribus ad inferiora deducens, sed à Christo vsq; ad ipsum puenit deum. vnde dicit: Et ipse Iesus erat &c. Quando enim baptizatus est, & mysteriū secundæ generationis assumpsit, tunc dicitur incepisse, vt tu quoq; priorem natiuitatē destruas, & in secunda regeneratione nascaris. Grego. Nazan. Est ergo considerandū quis esset qui baptizat⁹ est, & à quo, & quando. Mundus siquidē, & à Ioanne, et iam inceptis miraculis: vt ex hinc susc̄ipiamus doctrinā nos pręmūdādi, & humilitatē amplexādi, quin & in pfectione & spiritalis & carnalis ætatis prędicādi. Quorum primum dictū est baptismatis susc̄ipientibus, & non pręmunietibus se per habitū bonum: nā etsi relaxationem peccatorum faciat donū baptismi, verendū tamen est ne ad eundem vomitū reuertamur. Secundū dictum est aduersus insurgētes cōtra dispēsatores mysterii: siquidem ipsi dignitate pręcellunt. Tertiū editum est illis qui de iuuēta cōfidunt, & quodlibet tempus arbitrātur ad prælationē vel doctrinā spectare. Purgatur Iesus, & tu purgationē cōtemnis: à Ioanne, ac tu in tuū monitorem insurgis: tricenarius, tu autē docēdo seniores lanuginē præuenis. Sed assunt Danielis & similiū exēpla in ore: nā quilibet noxius ad respondendū paratus est. Non est aūt lex ecclesiæ, quod raro contingit: eo ꝙ nec vnica hirundo ver statuit. Chry. Vel iccirco vsq; ad illā ætatē quæ cuncta peccata recipit, expectat totā legem perficiens, ne quis dicat, ꝙ ideo legem soluit, quōd eam non poterat consummare. Græc. Ob hoc etiā tricenarius accedit ad baptisma, vt ostēdat quōd spiritalis regeneratio viros parit perfectos secundū spiritalē ætatē. Beda. Potest etiam tricenalis baptizati saluatoris ætas nostri etiā baptismatis intimare mysteriū, propter fidē scilicet trinitatis & operationē decalogi. Greg. Nazā. Baptizādus est tamē infantulus, si necessitas vrgeat. nā vtilius est insensibiliter sanctificari, q̄ nō signatos trāsmigrare. Sed dices, Christus tricenarius baptizatur cū deus esset, tu vero iubes accelerare baptisma: cū dixisti deus, id obiectū soluisti. Ipse nō indigebat purgamine, nec aliquod imminebat ei periculū dū differret baptisma: at tibi in paruum nō redundat piaculū, si transmigres in corruptione natus, nō autē incorruptionis veste indutus. Et quidē bonū est baptismi mūditiā custodire: sed potius est interdū paulisper maculari, q̄ gratiam careat patre, susc̄ipacabantur aliqui eū patrem habere. vnde sequitur; Vt putabatur filius Ioseph. Amb. Bene, Vt putabat, qui verè nō erat: sed ideo putabat, quia eum Maria quæ Ioseph viro suo erat desponsata, genuerat. Cur autē Ioseph magis q̄ Mariæ generatio describitur, cū Maria de spiritu sancto genuerit Christū, & Ioseph à generatione dñi videatur alien⁹? dubitare possemus, nisi consuetudo nos instrueret scripturarū, quæ semper viri originē quærit, maxime cū in Ioseph etiam sit origo Marię. nam cū vir iustus fuerit Ioseph, vtiq; ex tribu sua, & ex patria sua accepit vxorē. itaq; & census tempore ascendit Ioseph de domo & de patria Dauid, vt profiteret cū Maria vxore sua, quæ ex eadē domo & ex eadem patria professionē defert: vtiq; eiusdē tribus, & eiusdem patriæ se esse designat. vnde generationem Ioseph explicans subdit: Qui fuit Eli. Illud aūt aduertamus, quōd sanctus Matthæus Iacob, qui fuit pater Ioseph, filium Nathā esse cōmemorat: Lucas vero Ioseph cui desponsata fuit Maria, filiū Eli esse descripsit: quomodo vnius duo patres, scilicet Eli & Iacob esse potue

Baptismi Christi circūstantiæ.

Baptizā di pueri.

runt? Gre. Nazan. Dicunt autem quidá ꝙ vnica est successio à Dauid vsq; ad Ioseph, sed diuersis nominib⁹ ab vtroq; euãgelista narratur. Sed hoc absurdè fatent: qm̃ initium huius generationis duos fratres obtinuit, Nathan scilicet & Salomonem, vnde generationes diuersimodè ꝓfluxerunt. Euse. Ipsorum ergo verborum sententię intellectum attętius explicemus. si enim approbante Matthæo Ioseph esse filium Iacob, Lucas similiter approbasset Ioseph esse filium Eli, esset aliqua controuersia. Cęterum cũ approbãte Matthæo Lucas plurium opinionem declararet, non propriá dicens, vt putabatur, nõ arbitror aliquod relinqui dubium. Cum enim essent inter Iudęos diuersę opiniones de Christo, & omnes reducerent ipsum ad Dauid propter promissiones ei factas, plurimi autem assererent Christũ à Dauid esse futurum, p Salomonem & alios reges: quidam hanc opinionem vitabãt, eo ꝙ plurima de regibus dicuntur enormia. Et quia de Iechonia Hieremias dixit, ꝙ nõ orietur semen ex eo collocandum in sede Dauid, quorum opinionem cõmemorat Lucas sentiens enarrare Matthæum, qualis esset veritas generationis, & hæc est prima ratio. Est & alia profundior. Matthæus enim cum inciperet scribere, ante cõceptionem Marię & carnalem natiuitatem Iesu, opportune velut in historia p̃mittit carnalem progeniem, vnde & generationẽ à superioribus deriuat descendens. Cum enim verbum dei carnem acciperet, descendebat. sed Lucas ad factam p lauacrum regenerationẽ profilit, & ibi aliam generum successionem exponit, & ab imis ad prima subleuãs pariter & peccatorum quos narrauit Matthæus memoriam abdicat (eo ꝙ quicunq; in deo renascitur, fit alienus à criminosis parentibus, dei filius factus) & eorum qui secundum deum vitam duxerunt honestam, meminit. Sic enim Abrahę dictum est, Tu proficiscĕris ad patres tuos: nõ quidẽ carnales, sed in deo patres, propter similitudinem honestatis. Igitur ei qui in deo nascitur, ascribit parentes qui sunt secundum deum p æquiparentiam morum. Aug. de quæst. no. & vet. testa. Vel aliter: Matthæus à Dauid per Salomonem descẽdit ad Ioseph, Lucas vero ab Eli, qui tempore fuit Saluatoris, ascendit per traducẽ Nathan filii Dauid & Eli, & Ioseph iunxit tribum, ostendens vnius generis esse vtrunq;, ac per hoc nõ solũ Ioseph filiũ esse saluatoris, sed & Elię. Ipsa enim ratiõe qua Ioseph filius dicit esse saluator, ipsa etiá est & Eli filius, & cæterorũ omniũ qui de eadẽ tribu sunt. Hinc est quòd dicit Apostolus: Quorũ patres, & ex quibus Christus secundum carnẽ. Aug. de quæst. euang. Vel tres causæ occurrunt, quarum aliquá euangelista secutus sit: aut enim vnus euangelista patrẽ eius à quo genitus est nominauit, alter vero vel auum maternum vel aliquem de cognatis maioribus posuit. aut vnus erat Ioseph naturalis pater, & alter eum adoptauit. aut more Iudęorum cum sine filiis vnus decessisset, eius vxorem propinquus recipiens filium quem genuit propinquo mortuo deputauit. Amb. Traditur em̃ Nathan, qui à Salomone genus duxit, Iacob generasse filium, & vxore superstite decessisse: quam postea Melchi accepit vxorem, ex qua generatus est Eli. Rursus Eli fratre Iacob sine liberis decedente, copulat⁹ est fratris vxori, & generauit filium Ioseph, qui iuxta legem Iacob filius dicitur: quoniam semen fratris defuncti iuxta legis veteris seriem suscitabat. Beda. Vel aliter: Iacob fratris Eli sine liberis defuncti vxorem de manato legis accipiens genuit Ioseph, natura quidem germinis filium suum, secundum vero legis præceptum efficitur filius Eli. Aug. de quæs. no. & ve. test. Probabilius enim intelligimus Lucam adoptantis originẽ tenuisse, qui noluit Ioseph genitum dicere ab illo cuius filium esse narrauit: commodius em̃ filius dictus est à quo fuerat adoptatus, q̃ diceretur ab illo genitus cuius carne non erat natus. Matthæus autem dicens, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, atq; in hoc verbo quod est genuit perseuerans donec in vltimo diceret, Iacob autem genuit Ioseph: satis expressit ad eum se patrem perduxisse originem generantium, à quo Ioseph non adoptatus sed genitus erat: quanq̃ si etiá genitum Lucas diceret Ioseph ab Eli, nec sic nos hoc verbũ pturbare deberet. neq; enim absurde quisque dicitur nõ carne sed charitate genuisse, quę sibi filium adoptauit. Merito autem Lucas adoptionis originẽ susćepit, quia per adoptionem efficimur filii dei: per carnalẽ vero generationem filius dei potius propter nos filius hominis factus est. Chry. Quia vero hæc pars euangelii cõsistit in serie nominum, nihil pretiosum exinde acquiri existimant. Ne igitur hoc patiamur, experiamur etiá hunc passum scrutari. Est em̃ ex nudis nominibus copiosum haurire thesaurum, quia plurium rerũ indicatiua sunt nomina: nam & diuinam clementiam, & oblatas à mulieribus gratiarum actiones sapiunt. cum em̃ filios impetrabant, nomen imponebant à dono. Glo. Interpretatur igitur Eli, deus meus, vel scandens. Qui fuit Mathat. i. donans peccata. Qui fuit Leui. i. additus. Ambr. Pulchre Lucas, quando filios Iacob non poterat plures cõprehendere, ne extra generationẽ euagari superflua serie videretur, licet in aliis. i. longe posterioribus, patriarcharum tamen antiqua nomina non prętermitenda arbitratus est, Ioseph, Iudæ, Simeonis, & Leui. Quatuor enim genera in his cognoscimus fuisse virtutum, in Iuda passionis dominicæ per figurá mysterium prophetatum, in Ioseph prœcessisse castitatis exemplum, in Simeone vindictam pudoris, in Leui officium sacerdotis. vnde sequit: Qui fuit Melchi. i. rex meus. Qui fuit Ianne. i. dextra. Qui fuit Ioseph. i. accrescens. fuit autẽ alius iste Ioseph. Qui fuit Mathatiæ. i. donum dei, vel aliquando. Qui fuit Amos. i. onerãs vel onerauit. Qui fuit Naum. i. consolatio, vel consolator. Qui fuit Hesli. i. adiuua me. Qui fuit Nagge. i. meridies, vel meridianum. Qui fuit Nahath. i. desyderium. Qui fuit Mathathiæ, vt supra. Qui fuit Semei. i. obediens. Qui fuit Ioseph. i. augmentum. Qui fuit Iuda. i. cõfitens. Qui fuit Ioanna. i. dominus vel gratia eius, vel dominus misericors. Qui fuit Resa. i. misericors. Qui fuit Zorobabel. i. princeps vel magister Babylõis. Qui fuit Salathiel, id est petitio mea deus. Qui fuit Neri. i. lucerna mea. Qui fuit Melchi. i. regnum meum. Qui fuit Addi. i. robustus vel violentus. Qui fuit Cosaz. i. dominans. Qui fuit Helmadan, quod est dei mensura. Qui fuit Her, qđ est vigilans, vel vigilia, vel pelliceus. Qui fuit Iesu, qđ est saluator. Qui fuit Eliezer. i. deus meus adiutor. Qui fuit Ioram. i. dominus exultans vel exaltans. Qui fuit Mathat, vt supra. Qui fuit Leui, vt supra. Qui fuit Simeon. i. audiuit tristitiam vel signum. Qui fuit Iuda, vt supra. Qui fuit Ioseph, vt supra. Qui fuit Iona. i. columba vel dolens. Qui fuit Eliachim, quod est dei resurrectio. Qui fuit Melcha. i. rex ei⁹. Qui fuit Menna, quod est viscera mea. Qui fuit Mathathia. i. donũ. Qui fuit Nathan. i. dedit vel dãtis. Amb. Per Nathan aũt expressam aduertimus prophetiæ dignitatẽ, vt quia vnus oĩa Christus Iesus, in singulis quoq; maioribus genera virtutum diuersa præcederent. Sequitur: Qui fuit Dauid. Orig. Dominus descendens in mundum assumpsit peccatorum omnium personã, & nasci voluit de stirpe Salomonis, vt refert Matthæus, cui⁹ peccata scripta sunt & cæterorum, ex quibus multi fecerunt malum in conspectu dei. Qui vero ascẽdit, & secundo per baptismũ ort⁹ esse describit, vt refert Lucas, nõ ꝓ Salomonẽ sed per Nathan nascit: qui arguit patrẽ super Vriæ morte ortũq; Salomonis. Aug. in lib. retrac. Dicendũ autẽ ꝙ huiusmodi nominis ꝓpheta arguit Dauid: ne putet idẽ fuisse homo cũ alter fuerit. Greg. Nazan. Sed à Dauid vltra, secundũ vtrunq; euãgelistam est generis ꝓcessus indiuisibilis. vñ sequit: Qui fuit Iesse. Glo. Interpretat̃ Dauid manu fortis, Iesse incẽsum. Sequitur: Qui fuit Obeth, qđ est seruit⁹. Qui fuit Booz, quod est fortis. Qui fuit Salmõ, qđ est sensibilis vel pacific⁹. Qui fuit Naazõ, qđ est auguriũ vel serpẽtin⁹. Qui fuit Aminadab. i. popul⁹ volũtari⁹. Qui fuit Arã, qđ est erect⁹ vel excelsus. Qui fuit Esron. i. sagitta. Qui fuit Phares, qđ est diuisio. Qui fuit Iuda. i. cõfitẽs. Qui fuit Iacob, qđ est supplãtator. Qui fuit Isaac, qđ est risus vel gaudiũ. Qui fuit Abrahã, qđ est pater multarũ gẽtium, vel videns populũ. Chryso. Matthæus quidem tanq̃ qui Iudæis scribebat, nihil statuit vlterius scribere nisi quòd ab Abraham & Dauid Christus processerat: hoc enim maximè placabat Iudęos. Lucas vero sicut qui oĩb⁹ cõmuniter loquebat, vlteri⁹ ꝓtendit sermonẽ attingẽs vsq; ad Adam. vnde sequit: Qui fuit Thare. Glos. Quod interpretatur exploratio siue nequitia. Qui fuit Nachor, qđ est reqeuit lux. Qui fuit Seruth, qđ est corrigia vel cõprehẽdens lorũ, vel pfectio. Qui fuit Ragau, qđ est ęgrot⁹ vel pascẽs. Qui fuit Phares, quod est diuidẽs vel diuisũ. Qui fuit Heber, qđ est trãsitus. Qui fuit Sale, qđ est tollẽs. Qui fuit Cainã: quod est lamẽtatio vel possessio eorũ. Beda. Nomẽ & generatio Cainã iuxta hebraicá veritatẽ neq; ĩ Genesi neq; ĩ verbis dierũ inuenitur, sed Arphaxat Selaa vel Sale filiũ nullo interposito genuisse phibetur. Scito ergo Lucã hãc generationẽ de 70. interpretũ ędition̄e sumpsisse, vbi scriptũ est ꝙ Arphaxat cxxxv. annorũ genuerit Cainã, & ipse Cainã cũ 35. fuerit annorũ genuerit Sale. Sequit: Qui fuit Arpha. Glo. qđ est sanans depopulationẽ. Qui fuit Sem, qđ est nomẽ vel nominat⁹. Qui fuit Noe, qđ est requies. Amb. Noe quidẽ iusti inter dominicas gnationes cõmemoratio nõ debuit prętermitti, vt quia ędificator ecclesię nascebat: cũ sui gñis auctorẽ ꝑmisisse videat, quia eã in typo ante fũdauerat. Qui fuit Lamech. Glo. quod est humiliatũ vel percutientẽ, pcussũ vel humilẽ. Qui fuit Mathusalẽ, quod est mortis emissio vel mortuus est & interrogauit. Ambr. Huius vltra diluuiũ numerantur anni: vt quoniá solus est Christus vn⁹ cuius vita nullã sentit ętatẽ, in maiorib⁹ quoq; suis nõ sensisse diluuia videretur. Qui fuit Enoch, & hic pietatis dominicæ & diuinitatis manifestum indiciũ est, eo quòd nec mortẽ senserit dñs, & ad cælũ remeauerit, cuius generis auctor raptus ad cælũ est: vñ manifestũ est Christũ potuisse nõ mori, sed voluisse, vt nobis mors illa prodesset: & ille quidẽ rapt⁹ ne malitia mutaret cor eius, dñs autẽ quẽ malitia seculi mutare nõ poterat, eò vñ venerat, naturæ suæ maiestate remeauit. Beda. Pulchrè autẽ à baptizato dei filio vsq; ad deũ patrẽ ascendẽs, lxx. gradu Enoch ponit: qui dilata morte trãslatus est in paradisum, vt significet eos q in gratiá adoptiõis filiorũ ex aqua & spũ sancto regenerãt, ĩterim post corporis absolutionẽ ętternã susćipiẽdos in requiẽ. Septua genarius em̃ ꝓpter septimã sabbati illorũ requiẽ signi ficat, qui iuuãte dei gratia decalogũ legis impleuerũt. Glo. Interpretatur autẽ Enoch, dedicatio. Qui fuit Iared qđ est defendẽs siue cõtinẽs. Qui fuit Malaleel, qđ est laudatus dei, vel laudãs deum. Qui fuit Cainan, vt supra. Qui fuit Enos. i. hõ desperãs vel violẽtus. Qui fuit Seth, quod est positio siue posuit. Amb. Seth poste rior filius Adæ nõ fingetur, vt cum duæ sint populi generationes significarentur in typo, in posteriore potius q̃ in priore generatione Christũ numerãdũ. Sequit: Qui fuit Adam. Glo. Quod est homo vel terrenus vel indigens. Qui fuit Dei. Amb. Quid pulchrius potuit conuenire, q̃ vt sancta generatio à dei filio inciperet, & vsq; ad dei filiũ duceretur? creatusq; præcederet in figura, vt natus in veritate sequeret: ad imaginẽ factus præiret, propter quẽ dei imago descenderet? Putauit etiam Lucas ad deum Christi originẽ referendã, quòd vetus Christi generator deus sit, vel secundũ generationẽ veram pater, vel secundũ lauacrũ & regenerationẽ mysti cè auctor muneris. Et ideo nõ à primo generationẽ ei⁹ cœpit describere, sed postea quàm baptisma eius explicuit: vt & secundũ naturã & secũdũ gratiã dei filiũ demonstraret. Quod aũt euidentius diuinæ generationis indiciũ, q̃ quòd de generatione dicturus patrẽ prẽmisit loquentem, Tu es filius meus dilectus? Aug. de cõ. euã. Satis etiá per hoc demonstrauit, non se ideo dixisse Ioseph filiũ Eli, quòd de illo genitus, sed quòd ab illo potius fuerit adoptatus: cum etiam ipsum Adam filiũ dixit, cũ sit factus à deo, sed per gratiam quam postea pec cando amisit tanquã filius in paradiso constitutus sit. Theo. Ideo etiam generationem finit in deum, vt addi scamus, quòd qui in medio sunt patres, Christ⁹ ad deũ eriget, & filios dei faciet, vt etiam crederetur Christi generatio sine semine fuisse. q.d. Si nõ credis quòd secundus Adam factus sit sine semine, deuenias ad primũ Adam, & inuenies absq; semine factum à deo. August. de con. euan. Et Matthæus quidẽ significare voluit dominum descendentẽ ad nostram mortalitatem, ideò generationes ab Abraham vsq; ad Christi natiuitatẽ descendendo commemorauit ab initio euangelii sui. Lucas autem non ab initio, sed à baptismo Christi generationes narrat, nec descendendo sed ascendendo tanq̃ sacerdotem in expiandis peccatis magis assignans, vbi testimonium perhibuit dicens: Ecce qui tollit peccata mundi. Ascendendo autem peruenit ad deum, cui mundati & expiati reconciliamur. Amb. Nec sic euangelistæ discrepare videãtur, qui veterem ordinem sunt secuti. Nec mireris si ab Abraham plures secundum Lucam successiones vsq; ad Christum sunt: pauciores secũdum Matthęum, cum per alias personas generationẽ fatearis esse decursam. Potest enim fieri vt alii longęuã transegerint vitã, alteri⁹ verò generationis viri immatura ætate decesserint: cum videamus q̃plures senes cũ suis nepotibus viuere, alios verò viros statim filiis obire susceptis. Aug. de con. euan. Conuenientissimè autẽ Lucas baptizato domino generationes per lxxvii. personas sursum versus numerat. Nam & ascendẽs ad deũ, cui per peccatorum abolitionem recõciliamur expressus est, & per baptismum fit homini omnium remissio peccatorum, quæ illo numero significatur: nã vndecies septem, lxx. & septem sunt. In denario autem perfectio beatitudinis est. vnde manifestum est quòd transgressio denarii designat peccatum per superbiam plus aliquid habere cupientis. Hoc autẽ septies propterea ducit, vt motu hoĩs facta significet illa trãsgressio. Terna rio em̃ numero incorporea pars hoĩs significatur, quaternario vero corp⁹. mot⁹ aũt in numeris nõ exprimit, cũ dicim⁹, vnũ, duo, tria, sed cũ dicimus semel, bis, ter. vñ ꝓ septies xi. significat mot⁹ hoĩs facta transgressio.

Cõsensus euangelicus.

Ratio genealogiæ Christi.

Mysteria ex nominibus

Allegorica expositio.

Noe typ⁹ Christi.

Consensus euangelicus.

CAPVT IIII.

IEsus autẽ plenus spiritu sancto regressus est à Iordane, & agebatur spiritu in desertũ diebus quadraginta, & tẽtabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis, & consummatis illis esurijt. Dixit autẽ illi diabolus: Si filius dei es,

Aperitur mysterium.

dic lapidi huic ut panis fiat. Et respondit ad illum Iesus: Scriptū est, Quia nō in pane solo uiuit homo, sed in oī uerbo dei.

Theo. Post baptismum Christus tentatur, innuēs nō bis quōd postq̄ erimus baptizati tentationes imminēt nobis. vnde dicitur: Ies. au. ple. spi. san. &c. Cyril. Dudū dixit deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, eo quōd sunt caro: vbi vero regeneratione per aquam & spiritū ditati sumus, facti sumus diuinæ naturæ participes: per spiritus aūt participationē primogenitus, aut in multis fratribus primus recepit spiritū; q̄ & spiritus dator est, vt etiā ad nos per ipsum peruenit gratia spiritus sancti. Orig. Quando igitur legis Iesum plenum spiritu sancto, & in Actib⁹ scribit de apostolis, q̄ repleti fuerint spiritu sancto, vide ne æquales putes esse apostolos saluatori. Quomodo em̄ si volueris dicere: Hęc vasa plena sunt vino vel oleo, nō statim dices q̄ æquali mensura sunt plena: sic & Iesus & Paulus pleni erant spiritu sancto, sed vas Pauli multo minus erat q̄ Iesu, & tamen erat secundum mensurā suā vtrunq; repletū: accepto itaq; à saluatore pleno spiritu sancto baptismo, q̄ sup eū in specie colūbæ de cælis venerat, ducebat à spiritu: quia quotquot spiritu ducūt, hi filii dei sunt: iste aūt supra oēs propriè filⁱ dei erat. Bed. Ne cui autem veniret in dubiū à quo spiritu ductū siue expulsum, alii euangelistæ dicerent in desertū, cōsultè Lucas demū intulit: Et ageb. in def. à spir. xl. diebus, ne quid contra eū valuisse spiritus putaret immūdus, qui plen⁹ spiritu sancto quæcunq; volebat agebat. Græc. Si vero nos arbitrio proprio nostrā vitā disponimus: quomodo ipse trahebatur inuitus? Quōd ergo dicitur agebat spiritu, huiusmodi habet intellectū. Spōte spirituale duxit conuersationē, vt locū exhiberet tentāti. Basi. Non enim verbo prouocās inimicū, sed opere visitans quærit desertū: delectatur em̄ diabolus in deserto, non patitur esse in vrbibus, cōtristat ipsum cōcordia ciuium. Amb. Agebatur igit̄ consilio in desertū, vt diabolū ꝓuocaret. nā nisi ille certasset, nō mihi iste vicisset. Mysterio, vt illū Adā de exilio liberaret, q̄ de paradiso in desertū eiectus est. Exēplo, vt ostenderet nobis diabolū ad meliora tendentibus inuidere, & tūe magis esse cauendū ne mysterii gratiā deserat mentis infirmitas. vnde sequitur: Et tentabatur à diabolo. Cyril. Ecce fact⁹ est in athletis iubēs agones deus in his qui coronat sanctorū vertices. Greg. 3. mor. Hostis tamē noster mentē mediatoris dei & hominū tentatione quassare non valuit: sic em̄ dignatus est tētationes exteri⁹ suscipere, vt tamen eius mēs interius diuinitati inhærens incōcussa ꝓmaneret. Orig. Tētatur aūt Iesus à diabolo xl. dieb⁹, & quæ fuerint tentamēta nescimus: quæ ideo fortasse prætermissa sunt, quia maiora erant q̄ vt literis traderentur. Basi. Vel domin⁹ per quadragenā intētatus māsit, nouerat em̄ diabol⁹ ꝙ ieiunabat & nō famescebat, & ideo nō audebat accedere. vnde sequit̄: Et nihil mā. in die. &c. Ieiunauit siquidē, ostendens ꝙ illi, q̄ se vult ad pugnas tentationū accingere, sobrietas est necessaria. Amb. Tria igit̄ sunt, quæ ad vsum proficiūt salutis humanæ: sacramentū, desertū, ieiuniū. Nemo, nisi q̄ legitimè certauerit, coronat̄: nemo aūt ad certamē virtutis admittitur, nisi prius ab omnibus absolutus maculis delictorū, gratiæ cœlesti munere cōsecretur. Greg. Nazan. Quadraginta siquidem diebus ieiunauit nihil manducās, erat enim deus: nos aūt ieiuniū possibilitati proportionamus, licet zelus aliquib⁹ progredi suadeat vltra posse. Basi. Sed tamen nō sic vtendū est carne, vt ꝓ egestatē alimenti naturalis vigor eius soluatur, neq; vt ad vltimatū torporē intellectus vrgeat̄ per dissolutiōis excessum: vnde dominus noster semel hoc peregit, sed per totum consequens ordine debito gubernāuit corpus: & similiter Moyses, & Elias. Chry. Valde aūt prudenter factū est ꝙ in ieiunādo eorū non excessit numerum, ne. s. putaretur apparēter veniſſe, non aūt recepisse verā carnē, aut præter humanā esse naturam. Ambr. Quadraginta aūt dierū mysticū numerū recognoscis: tot em̄ dieb⁹ aquas abyssi effusas esse meministi, & tot ieiunio dierū sanctificato refusam cęli serenioris ostendit clemētia. tot ieiunio dierū Moyses ꝓceptionē legis emeruit, tot annos in heremo cōstituti patres panē angelorū cōsecuti sunt. Aug. de cō. euā. Numer⁹ aūt iste laborios⁹ hui⁹ tp̄is sacramentū, quo sub disciplina regis Christi aduersus diabolū dimicamus. Hic enim numerus temporalē vitā significat: tempora em̄ annorū quadripartitis vicibus currūt: xl. autem quater habēt decē. Porrō ipsa decē ab vno vsq; ad quatuor progrediente numero consummātur. quod declarat ꝙ xl. dierum ieiunium, hoc est humiliationē animę consecrauit & lex & prophetæ per Moysen & Eliā, & euangeliū ꝓ ipsius domini ieiuniū. Basi. Verū quia nō esurire supra hominem est, assumpsit dominus passionē famis, indicans eā non esse peccatū: & concessit cū voluit naturæ humanę quæ sua sunt pati & agere. vnde sequitur: Et consil. est. Non coact⁹ ad necessitatē quæ pręest naturæ, sed quasi prouocans diabolū ad duellū. Sentiēs em̄ diabol⁹ quia vbi fames, ibi imbecillitas, aggreditur ad tentandū: & quasi tētationū excogitator, famē Christo patiēti suadebat lapidibus appetitū sedare. vnde sequitur: Di. au. il. dia. Si fil. dei es, dic lap. hu. vt pa. fiat. Amb. Tria prę- cipuē docemur tela esse diaboli, quibus ad cōuertendā mentem hominis cōsueuit armari: gulę vnū, aliud iactātiæ, tertium ambitionis. Inde ergo cœpit vnde iā vicit .s. Adam. Discamus igitur cauere gulā, cauere luxuriā, quia telū est diaboli. Sed quid sibi vult talis sermo: Si filius dei es, nisi quia cognouerat dei filiū esse vēturum, sed venisse ꝓ hanc infirmitatem corporis nō putabat? Aliud est explorātis, aliud tentātis: ideo profitet̄ se credere, & homini conat̄ illudere. Orig. Rogato aūt patre à filio panem, nec dāte lapidem ꝓ pane: iste quasi aduersarius & fallax, pro pane dabat lapidem. Basi. Suadebat quidem lapidibus appetitū sedare, hoc est permutare desyderiū ab alimento naturali ad existentiā prēter naturam. Orig. Puto etiā & vsq; hodie lapidem diabolus ostendit, vt hortet̄ singulos ad loquēdū: die vt lapis iste panis fiat. Si videris hęreticos dogmatū suorū mendacium pro pane comedere, scito lapidē eorū esse sermonem quem mōstrat ei diabolus. Basi. Dissipator aūt tētationū Christus, nō repellit à natura famem. vnde sequitur: Et respō. ad il. Ie. Scriptū est &c. Theo. q. d. Nō solis panibus humana natura sustentat̄, imò sufficit verbum dei ad vniuersam naturā humanā. Taliter pastus est Israeliticus populus colligens annis xl. mána, & gaudens volatiliū præda. diuino consilio Elias cōuiuas habuit coruos, Eliseus herbis agrestibus socios nutriuit. Cyril. Vel aliter: Terrenis cibis, terrenū nostrū alitur corpus: a nima vero rationalis, diuino verbo vigoratur ad bonā habitudinē spiritus: non em̄ naturam incorpoream corpus alit. Greg. Nisc. Vnde non alitur pane, nec per carnes benè se habet anima & pinguescit: aliis epulis vita sublimis educatur & crescit. nutrimentum boni, castitas panis, sapientia pulmentū, iustitia potus, impassibilis status delectatio bene sapere. Amb. Vides igitur quo genere vtatur armorum quo hominē à spirituali nequitiæ incursione defendat aduersum incitamenta gulę. non enim quasi deus vtitur potestate: quid enim mihi proderat? Sed quasi homo cōmuni sibi accepit auxilio, vt diuino pabulo lectionis intentus famem

Iesus quomodo plen⁹ spiritu sancto.

Tētatio Iesu qualis.

Argumēta duplicis naturę Christi.

Tria tela diaboli.

Arma ne quitię spiritualis.

corporis negligat, alimentū verbi acquirat. non enim potest, qui verbum sequit̄, panē desyderare terrenum: humanis enim diuina prēstare nō dubiū est. simul cum dicit, nō in solo pane viuit homo, ostēdit hominē esse tentatū, hoc est susceptionem nostrā, nō suā diuinitatē.

Et duxit illum diabolus, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento tēporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem hanc uniuersā & gloriā illorum, quia mihi tradita sunt, & cui uolo do illa. Tu ergo procidens si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Et respondens Iesus dixit illi: Scriptum est, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Theo. Primo inimicus Christū de gula tētauerat sicut & Adā, deinde de cupiditate siue auaritia, in hoc ꝙ ostendit ei omnia regna mūdi. vnde sequit̄: Et du. illū Diabolus &c. Greg. in. ho. Quid mirū si se permisit ab illo ī montē duci, qui se pertulit etiam à mēbris ipsius crucifigi? Theo. Sed qualiter ostendit ei omnia regna orbis terrę? Quidā dicunt ꝙ mēte hęc ei ostēdit, ego aūt dico quōd sensibiliter & ī fantasia apparere fecit. Titus. Vel descripsit orbē verbo & velut quandā domū intentioni eius manifestat, vt existimabat. Ambro. Bene autem in momēto temporis secularia & terrena monstrantur. non enim tā conspectus celeritas indicat̄ q̄ caducę fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prętereunt, & sępe honor seculi abiit antequā venerit. Sequit̄: Et ait illi, Tibi dabo po. &c. Titus. In vtroq; mentiebatur: neq; enī habebat nec cō ferre poterat quo carebat: nullius em̄ obtinet potestatem, sed ad pugnam est aduersarius derelictus. Ambro. Alibi enim legit̄: quia omnis potestas à deo est. itaq; à deo est potestatū ordinatio, à malo ambitio potestatis: nec est potestas mala, sed is qui malè vtitur potestate. Quid ergo: bonū est vti potestate, studere honori? bonū si deferatur, nō eripiat̄. Distingue tamē hoc ipsū bonum: alius em̄ bonus in seculo, alius perfectæ virtutis vsus. Bonū est enī deū quærere, & cognoscendę diuinitatis studium nullis occupationibus impediri. ꝙ si is qui deū quærit, ꝓpter fragilitatē carnis & mētis angustias sępe tentatur, q̄to magis qui seculū quęrit obnoxius est? Docemur ergo ambitionē despicere, eo ꝙ diabolicę subiecit potestati. Titus. Habet autem forensis gratia domesticū periculū: & vt dominet̄, aliis prius seruit: curuat̄ ad obsequium, vt honore donet̄: & dū vult esse sublimior, simulata humilitate fit vilior. vñ subdit: Tu ergo si adoraueris coram me: erūt tibi oīa subdita. Cyril. Quomodo tu cuius sors est inextinguibilis flāma, qualiter omniū dño quæ sua sunt spondes? putasti cultorē habere, cui⁹ metu tremūt vniuersa? Orig. Vel aliter totū: Duo reges certatī regnare festināt, peccati rex peccatorib⁹ diabol⁹, & iustitię rex iustis Christus: sciēsq; diabol⁹ ad hoc venisse Christū vt regnū eius tolleret, ostendit ei omnia regna mūdi. Nō quidē regnum Persarum & Medorū, sed regnū suum quomodo regnaret in mūdo, quomodo scilicet alii regnant̄ à fornicatione, alii ab auaritia. Et ostendit ei in puncto temporis, hoc est in præsenti tēporum cursu quia ad cōparationē æternitas puncti obtinet instar. neq; em̄ necessariū habebat saluatori vt ei diutius huius seculi negocia mōstrarentur: sed statim vt aciē luminū suorū ad contemplandum vertit, & peccata regnantia & eos qui regnarent à vitiis conspexit. dicit ergo ad eum: Venisti vt aduersus me de imperio dimices? adora me, & accipe regnum quod teneo. Verū dominus vult quidē regnare, quasi iustitia, & vt absq; peccato regnet, vult gentes sibi esse subiectas, vt seruiant veritati: nec sic vult regnare cæteris, vt ipse regnetur ab alio. vnde sequitur: Et respon. Iesus dixit illi: scriptū est, Domin. &c. Beda. Dicens diabolus saluatori, Si procidēs adoraueris me, econtrario audit, ꝙ ipse magis adorare eū debeat quasi dominum & deum suū. Cyril. Qualiter autem si secundum hęreticos filius est, creatura, adoratui? quod crimē inferretur aduersus eos qui seruierunt creaturæ & non creatori, si filium secundū eos creaturam existentē coli mus tanq̄ deum? Orige. Vel aliter: Hos inquit omnes propterea mihi volo esse subiectos, vt dominū deum adorent & ipsi soli seruiant: tu aūt à me vis incipere peccatum, quod ego dissoluturus huc veni. Cyrill. Hoc aūt mandatum, eius tetigit intima: ante aduentū em̄ eius ipse vbiq; colebat: lex autem diuina eiiciēs ipsum à dominio vsurpato, adorare statuit solum eum qui naturaliter deus est. Beda. Quærat aūt aliquis, quomodo conueniat quod hic ꝓcipit̄, soli domino seruiendum, apostoli verbo qui dicit, Per charitatem seruite inuicem? Sed in græco dulia intelligitur seruitus communis, hoc est, siue deo siue homini exhibita: secundū quā iubemur seruire inuicē. Latria aūt vocatur seruitus diuinitatis cultui debita: qua iubemur soli deo seruire.

Cultus eiaboli ante aduentum Christi.

Tentationis Christi ratio.

Et duxit illum in Hierusalem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit illi: Si filius dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim, ꝙ angelis suis deus mandauit de te, ut conseruent te, et quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus, ait illi: Dictum est, Non tentabis dominum deum tuum. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usq; ad tempus.

Amb. Sequitur iactantiæ telū, quo in procliue delinquitur: quia dū homines gloriā virtutis suæ iactare desyderant, de loco meritorū & statione decidunt. vñ dicitur: Et duxit illū in Hierusalē &c. Orig. Sequebatur planè quasi athleta ad tentationē sponte proficiscēs, & quodammodo loquebat̄: Duc quo vis, & inuenies me in omnibus fortiorē. Amb. Ita est aūt iactantia, vt dum se putat vnusquisq; ad altiora conscendere, sublimium vsurpatione factorū ad inferiora trahatur. vnde sequit̄: Et dixit illi, Si filius dei es, mit. &c. Atha. Non autem contra diuinitatē certamen diabolus iniit, neq; em̄ audebat, & ideo dicebat: Si fili⁹ dei es, sed cū homine certamen iniit, quem quondā seducere potuit. Amb. Verè autem diabolica vox est, quę mentem hominis de gradu altiore meritorū pręcipitare cōtendit: simul infirmitatem suam diabolus malitiamq; designat: quia nemini potest nocere, nisi ipse deorsum se miserit. nā qui relictis cœlestib⁹ terrena eligit, voluntariū quoddā prǽcipitium vitæ labentis incurrit, simul quoniā telū suū diabolus vidit obtusum, q̄ oēs homines propriæ subiecerat potestati, plus cœpit hominē iudicare. Transfigurat aūt se Satanas velut angelū lucis, & de scripturis sępe diuinis laqueum fidelibus parat. vnde sequit̄, Scriptum est em̄, &c. Orige. Vnde tibi diabole scire ꝙ ista scripta sunt? nunquid legisti prophetas vel diuina eloquia? legisti quidē, non vt ipse ex lectione eorū melior fieres, sed vt de simplici litera eos qui amici sunt literæ interficias. scis quia si de aliis ei⁹ voluminib⁹ loqui voluēris, nō decipies. Amb. Ergo nō te capiat hæreticus, quia potest de scripturis aliqua exēpla proferre. vtit̄ & diabolus testimoniis scripturarū, non vt doceat, sed vt fallat. Orig. Vides autem quomodo & in ipsis testimoniis versipellis est: vult enim minuere gloriā saluatoris, quasi angelorū indigeat auxilio, offensurus pedem, nisi eorum manibus subleuetur. Hoc enim testimoniū non de Christo, sed de sanctis generaliter scriptum est. neq; enim indiget angelorū auxilio, qui maior est angelis. quin potius disce diabole, ꝙ nisi deus adiuuaret angelos, offenderent pedē suum: & tu propterea cū fulgure cecidisti, quia credere in Iesum Christum dei fi-

Duo reges cōpugnāt.

lium noluisti. Quare autẽ siles qđ sequitur: Super aspidẽ & basiliscum ambulabis? nisi quia tu es basiliscꝰ, tu draco, tu leo? Ambrosius. Sed dominus rursus ne ea quę de se fuerãt ꝓphetizata, ad arbitriũ diaboli putaret esse faciẽda, sed diuinitatis ꝓprię auctoritate seruata versutiæ eiꝰ occurrit: vt quia scripturarũ exemplum prętẽderat, scripturarũ vinceret exemplis. vndẽ sequitur: Et respon. Iesu ait illi: Dictũ est, quia non tentabis dominũ deum tuum. Chrys. Diabolicũ eñ est seipsum iniicere ad ꝑicula, & tẽtare si eripiat deꝰ. Cyril. Nõ eñ tentantibus largit deus auxilia, sed credẽtibꝰ in eum. vñ Christus tẽtantibus eũ nõ ostẽdebat miracula, quibꝰ dicebat: Generatio praua signũ quærit, & non dabitur ei. Chry. Aspice autẽ quomodo nõ turbatus est dominus, imo de scripturis humillime cum iniquo disceptat, vt conformeris Christo ꝓ posse. Nouit diabolus arma Christi quibus succubuit, ex mansuetudine eum cepit, ex humilitate deuicit. Tu quoq; cùm videris hominẽ effectũ diabolũ & tibi obuiantẽ eo modo deuincas, doceas animã tuã formare os cõdecens ori Christi. sicut eñ cũ Romanꝰ forsan residet iudex, nõ exaudiet responsũ ignorãtis eo modo loqui quo ipse: sic & Christus nisi suo modo loquaris nõ exaudiet te, nec vacabit tibi. Greg. Nisen. Legitimè autẽ pugnanti agonum reperit terminus: vel ꝙ aduersarius sua spõte cedat vincẽti, vel trino casu deponit secundũ pugnatoriæ artis decretum. vndẽ sequitur: Et consum. om. &c. Ambro. Nõ dixisset scriptura omnẽ tentationem cõsummatam, nisi in tribus præmissis esset omniũ materia delictorum: quia causæ tentationũ, causæ cupiditatũ sunt: scilicet carnis oblectatio, spes glorię, auiditas potẽtiæ. Athan. Accesserat quidẽ ad eum hostis vt ad hominẽ, non inueniens autẽ in ipso antiqui sui seminis signa, discessit. Ambr. Vides ergo ipsum diabolum in studio non esse pertinacẽ, cedere verę solere virtuti: etsi inuidere non desinat, tamen instare formidat, quia frequẽtiꝰ refugit triũphari. audito itaq; dei nomine recessit inquit vsq; ad tempus. postea eñ nõ tentaturus, sed aperte pugnaturus venit. Theo. Vel quia de voluptate tentauerat in deserto, recessit ab eo vsq; ad tempus crucis, in quo eũ erat de tristitia tẽtatur. Maxi. Vel diabolus in deserto Christo suggesserat ꝑferre mundi materiã diuino amori, quẽ dñs retrocedere iussit, qđ erat indiciũ diuini amoris. vnde postea satagebat pręuaricatorẽ eum facere dilectionis ad ꝓximos, & ideo docẽte eo semitas vitę, prouocabat ad illiꝰ insidias Phariseos & Scribas, vt ad eorũ odiũ ꝑuertantur, sed dñs dilectionis intuitu quã habebat in eos monebat, arguebat, beneficia conferre nõ cessabat. Aug. de cõ. eu. Totũ autẽ hoc similiter Matthæus narrat, sed non eodẽ ordine. vnde incertũ est qd prius factũ sit, vtrũ regna terræ prius demõstrata sint ei, & postea in pinnam tẽpli leuatus sit, an hoc prius & illud postea. nihil tamẽ ad rem, dũ omnia facta esse manifestum sit. Maxi. Ob hoc autẽ euangelistarũ hanc iste, illam vero ille præmittit, quia inanis gloria & auaritia adnuicẽ sese gignunt. Orig. Ioannes autẽ quia à deo exordiũ fecerat, dicẽs: In principio erat verbũ, tẽtationẽ domini non descripsit, quia deus tẽtari non potest, de quo ei erat sermo: quia vero in Matthęi euãgelio & in Luca generatio hominis scribitur, & in Marco, homo autem est quia tentatur, ideo Matthæus Lucas & Marcus tentationẽ domini descripserunt.

Christi mansuetudo.

Diaboli suggestio.

Et regressus est Iesus in uirtute spiritus in Galileam, & fama exiit per uniuersam regionẽ de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibꝰ, & uenit Nazareth ubi erat nutritus, & intrauit secũdũ cõsuetudinẽ suã die sabbati in synagogã, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ, & ut reuoluit librũ, inuenit locum ubi scriptũ erat: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euãgelizare pauperibus misit me, sanare cõtritos corde, prædicare captiuis remissionẽ, & cæcis uisum: dimittere confractos in remissionẽ, prædicare annũ domini acceptum & diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro & sedit. Et omniũ in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus uestris.

Orig. Quia dominus tentatorẽ vicerat, virtus ei addita est, q̃tum scilicet ad manifestationẽ. vnde dicitur: Et regressus est Iesus &c. Beda. Virtutẽ spiritus signa miraculorũ dicit. Cyril. Agebat autẽ miracula, non ab extrinseco & quasi acquisitã habens spiritus sancti gratiã sicut alii sancti, sed potiꝰ cũ esset naturaliter dei filius & consors omniũ quę sunt patris, tanq̃ propriavirtute & operatione vtitur ea quę est spiritꝰ sancti. Decebat autẽ extũc eum notũ fieri, & humanationis fulgere mysteriũ apud eos qui erãt de sanguine Israel. ideo sequitur: Et fama exiit &c. Beda. Et quia sapiẽtia pertinet ad doctrinã, virtus vero refertur ad opera: vtraq; hic cõiunguntur. vnde sequit: Et ipse docebat &c. Synagoga grẽce, latinè dicit congregatio: quo noie nõ solum turbarum conuentum sed & domum in qua ad audiẽdũ verbũ dei cõueniebãt Iudęi appellare solebant, sicut nos ecclesias & loca & choros fideliũ vocamus. verũ differt inter synagogã quę cõgregatio, & ecclesiã q̃ cõuocatio interpretat: quia scilicet & pecora & quęq; res cõgregari invnũ possunt, cõuocari nõ possunt nisi ratione vtentia: ideo nouę gratiæ populũ quasi maiori dignitate prędituũ, rectius ecclesiã q̃ synagogã nominare apostolicis doctrinis visum est. Merito autẽ & magnificatus à præsentibus asseueratur præcedentibus factorum dictorúmve indiciis cũ sequit: Et magnifi. ab om. Orig. Caue autẽ ne beatos tantũ illos iudices, & te arbitreris priuatũ esse Christi doctrina: quia nunc etiã in toto orbe doceat ꝓ organa sua, & nunc magis glorificatur ab oĩbus q̃ illo tẽpore, quo tantũ in vna ꝓuincia cognoscebat. Cyril. Largitur autẽ sui notitiã illis inter quos educatus est secundũ carnẽ. vnde sequit: Et venit Nazar. &c. Theo. Vt & nos doceat prius proprios beneficiare & docere, deinde & ad reliquos amicitiã spargere. Beda. Confluebant autẽ die sabbati in synagogis, vt feriatis mundi negociis ad meditanda legis monita quieto corde resideret. vnde sequitur: Et intrauit secũdũ &c. Amb. Ita autẽ dominꝰ ad omnia se curuauit obsequia, vt ne lectoris quidẽ aspernaretur officiũ. vnde sequitur: Et surre. leg. & trad. &c. Accepit quidẽ librum, vt ostenderet seipsum esse qui locutꝰ est in prophetis, & remoueret sacrilegia perfidorũ, qui aliũ deũ dicunt veteris testamẽti, aliũ noui: vel qui initiũ Christi dicũt esse de virgine. Quomodo enim cœpit ex virgine, qui ante virginẽ loquebatur? Orig. Non autẽ fortuitu reuoluit librũ, & caput de se vaticinãs reperit lectionis: sed hoc prouidentiæ dei fuit, vnde sequit: Et vt inue. loc. &c. Athan. Explicans eñ nobis causam factæ in mundo reuelationis & suę humanationis hoc dicit. sicut eñ filius, cum sit spiritus dator, non recusat fateri tanq̃ homo, ꝙ in spiritu dei eiicit dæmonia: ita nõ recusat dicere, spiritus domini super me, pro eo ꝙ factus est homo. Cyril. Similiter autẽ fatemur eum vnctũ fuisse inquantũ carnẽ susceꝑit. vnde sequit: Propter quod vnxit me: nõ eñ vngit diuina natura, sed quod nobis cognatum existit: sic etiam & ꝙ dicit se missum, imputandum est humanitati. nam sequitur: Euang. paup. mi. me. Ambr. Vides trinitatẽ coæternam atq; perfectam, ipsum loquitur scriptura Iesum deum hominẽq; in vte

Miracula Christi.

Beati q̃ sint iudicandi.

Christꝰ quomodo vnctꝰ.

Trinitatis apparitio.

ro perfectũ, loquitur & patrem, & spiritum sanctũ, qui cooperator ostenditur, quãdo corporali specie, sicut columba descẽdit in Christũ. Orig. Pauperes autẽ natiões dicit, isti autẽ erant pauperes nihil omnino possidẽtes: non deum, nõ legẽ, nõ prophetas, non iustitiã, reliquãsq; virtutes. Amb. Vel vniuersaliter vngit oleo spiritualis & virtute cœlesti, vt paupertatẽ cõditionis humanæ thesauro resurrectionis rigaret æterno. Beda. Mittitur etiã euãgelizare pauperibꝰ, dicẽs: Beati pauperes, quia vestrum est regnũ cœlorũ. Cyril. Forsitan eñ pauperibus spiritu in his ostẽdit exhibitũ liberale donũ inter omnia dona quę ꝓ Christũ obtinent. Sequit: Sanare cõtri. cor. vocat cõtritos corde debiles, fragilẽ mentẽ habentes, & resistere nequeũtes insultibꝰ passionũ: quibꝰ remedium sanitatis ꝓmittit. Basi. Vt cõtritos corde venit sanare. i. remediũ dare habẽtibus cor contritũ à Satana per peccatũ, eo ꝙ præ cæteris peccatũ cor humanum prosternit. Beda. Vel quia scriptũ est: Cor contritum & humiliatũ deus nõ spernit, ideo missum se dicit ad sanandũ contritos corde, secundũ illud Psalmi, Qui sanat cõtritos corde. Sequit: Et prędi. ca. rem. Chry. Captiuationis vocabulũ multiplex est. Est eñ captiuatio bona, sicut Paulus di. Captiuãtes omnẽ intellectum ad obedientiã Christi. Est & praua & sensibilis, quæ est à corporalibus hostibꝰ: sed deterior est intelligibilis, de qua hic dicit. Fungit enim peccatũ pessima tyrannide: præcipiens mala, & obedientes cõfundens. ab hoc intelligibili carcere nos Christus eripuit. Theo. Possunt autẽ & hæc de mortuis intelligi, qui captiui existentes soluti sunt ab inferni dñio per Christi resurrectionem. Sequitur: Et visum cæcis. Cyril. Profluentes eñ à diabolo tenebras in corda humana Christus, quasi sol iustitię remouit, faciẽs homines filios nõ noctis & tenebrarum, sed lucis & diei. Qui eñ aliquãdo errabãt, ꝑceperunt iustorũ semitas. Sequitur: Di. con. in re. Orig. Quid eñ ita fractũ atq; collisum fuerat vt homo, qui à Iesu dimissus est & sanatus? Beda. Vel dimittere cõfractos in remissionẽ. i. eos q legis põdere importabili fuerant depressi releuare. Orige. Ista autẽ omnia prædicta sunt, vt post visionẽ ex cęcitate, post libertatẽ ex vinculis, post sanitatẽ à diuersis vulneribus veniamus ad annum dñi acceptũ. vñ sequitur: Præd. an. do. ac. Aiũt autẽ quidam iuxta simplicẽ intelligẽtiã anno vno euãgeliũ Saluatorẽ in Iudæa prędicasse: & hoc est quod dicitur: Præd. an. do. acc. Vel annus dñi acceptus est totũ tẽpus ecclesiæ, quo dũ versatur in corpore, peregrinat à dño. Beda. Neq; eñ solus ille annus quo dominus prædicabat, fuit acceptabilis, sed etiã iste quo prædicabat apostolus, dicẽs: Ecce nunc tempus acceptabile. Post annũ sanè domini acceptabilẽ subdit: Et diẽ retributiõis. s. extremę, quando reddet vnicuiq; secundũ opus suum. Amb. Vel diẽ hũc annũ dñi acceptũ dicit perpetuis diffusum temporibus, q redire in orbẽ laboris neſciat, cõtinuationẽ fructus hominibꝰ & quietis indulgeat. Sequitur: Et cũ pli. li. red. &c. Beda. Librũ audientibus illis q aderãt legit, sed lectũ ministro reddidit: quia dum esset in mundo, palã locutus est, docẽs in synagogis & templo: sed ad cœlestia reuersurꝰ, his q ab initio viderant, & ministri sermonis fuerãt, euangelizãdi officiũ tradidit. Stans legit, quia nobis scripturas quę de ipso erant aperuit, quia in carne dignatꝰ est operari: sed reddito libro resident, quia se supernę quietis solio restituit. Stare eñ operãtis est, sedere autẽ quiescẽtis vel iudicantis: sic & prædicator verbi surgat, legat. i. operet & ꝑdiçet, & resideat. i. prędicia quietis expectet. Reuolutũ autẽ librũ legit, quia ecclesiã misso spiritu omnẽ veritatẽ docuit: plicatũ ministro reddidit, quia nõ oĩa omnibꝰ di-

Annus acceptꝰ quid sit.

Libri plicati mysterium.

cenda, sed prõ captu audientiũ cõmittit doctori dispensandũ verbũ. Sequitur: Et om. in syn. &c. Orig. Et tunc etiã si volumus oculi nostri possunt intẽdere saluatorẽ. Cùm eñ principale cordis tui direxeris ad sapientiã, veritatẽ, deiq; vnigenitũ cõtemplandũ, oculi tui intuẽtur Iesum. Cyril. Tũc autẽ omniũ oculos cõuertebat ad se, quodãmodo stupẽtiũ qualiter literas nouit quas nõ didicit. Sed quoniam mos erat Iudæis promulgatas de Christo prophetias dicere cõsummari, vel in quibusdã eorũ præpositis, vel in aliquibus sanctis prophetis, dñs hoc prędicauit, vñ sequit: Cœpit au. di. ad il. &c. Beda. Quia. s. sicut illa scriptura prędixerat, & magna faciebat, & maiora dominus euangelizabat.

Virtus Christi prædicatis.

Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant: Nónne hic est filius Ioseph? Et ait illis: Vtiq; dicetis mihi hanc similitudinem, Medice cura teipsum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem, Amẽdico uobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In ueritate dico uobis: multæ uiduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonis, ad mulierem uiduã. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.

Chry. Cùm venisset Nazareth dominus à miraculis abstinet, ne prouocaret eos ad maiorẽ liuorẽ. Prætẽdit aũt eis doctrinã nõ minus admirandã miraculis: erat eñ quędã diuina gratia ineffabilis in dictis saluatoris concurrens, animas permulcẽs auditorũ. vñ dicitur: Et oẽs testi. &c. Beda. Testimoniũ illi dabãt attestãdo illũ verè esse vt dixerat, de quo propheta cecinerat. Chrys. Sed stulti admirãtes sermonis virtutẽ, parumpẽdũt ipsum ab eo q putabat. vñ sequitur: Et di. Nõ. hic est fi. Io. Cyril. Sed quid impedit vt venerabilis & admirabilis sit, si filius esset vt putabat Ioseph? Nõne vides diuina miracula? Satanã iam prostratũ? nõnullos ab his ægritudinibꝰ liberatos? Chry. Post multũ eñ tempus & signorum ostensionẽ profectus est ad eos, nec eũ sustinuerũt, sed iterũ se succendebãt inuidia. vnde sequit: Et ait il. vti. di. &c. Cyr. Cõmune quidẽ ꝓuerbiũ erat apud Hebræos ad improperiũ excogitatũ, clamabant enim aliqui cõtra medicos infirmos: Medice, cura teipsum. Glosa. Quasi dicerẽt: Qui in Capharnaum plures te curasse audiuimus, cura etiam teipsum. i. fac similiter in tua ciuitate vbi conceptus es & nutritus. Aug. de con. euã. Cùm autem iam magna ab illo facta fuisse commemorant, quę se nondum narrasse scit, quid euidẽtius quàm hoc eum scienter pręoccupasse narrandum? Neq; enim tantum ab eius baptismo progressus est vt oblitus putetur, nondũ se aliquid cõmemorasse de his quę in Capharnaum gesta fuerant. Amb. Non ociosè autẽ Saluator se excusat, ꝙ nulla in patria sua miracula virtutis operatus sit: ne fortassis aliquis viliorẽ patriæ nobis esse debere putaret affectum. Nam sequitur: Ait autem, Am. dic. vob. quia &c. Cyrill. q. d. Vultis multa prodigia inter vos à me fieri, penes quos sum nutritꝰ: sed nõ latet me quędam communis quæ multis accidit passio: contẽnuntur enim quodãmodo semper etiam optima quęq;, quãdo nõ raro cõtingũt alicui sed suppetunt ad velle, & sic etiã cõtingit in hominibꝰ: familiaris enim, quia semper præsto est, debita reuerẽtia priuat à notis eius. Beda. Prophetã autẽ dici in scripturis Christũ, & Moyses testis est q dicit: Prophetã vobis suscitabit deꝰ de fratribꝰ vestris. Amb. Hoc aũt exẽplo declarat ꝙ frustra opẽ misericordię cęlestis expectes, si alienę fructib-

Inuidiæ detestatio.

virtutis inuideas. Aspernator enim deus inuidorū est, & ab his q diuina beneficia in aliis psequunt, miracula sua potestatis auertit. Dominicæ quippe carnis actus diuinitatis exemplum est, & inuisibilia eius nobis p ea quæ sunt visibilia demonstrant. Videte igitur quid mali inuidia afferat: indigna ꝓpter inuidiā patria iudicat in qua ciuis operetur, quæ digna fuit in qua dei filius nasceretur. Orig. Quantū ad Lucę historiam pertinet, nondū in Capharnaū fecisse aliquod signū describitur: nam anteq̄ veniret in Capharnaū, in Nazareth dixisse legitur quæcunq; audiuimus facta in Capharnaū: vnde puto in præsenti sermone aliquid latitare mysterii, & Nazareth esse typū Iudæorū, Capharnaū typū gentiū. Erit em tēpus quādo dicturꝰ est populꝰ Israel: quę ostē disti vniuerso orbi, ostēde & nobis, prædica sermonem tuū populo Israel, vt saltē cū subintrauerit plenitudo gentiū, tūc omnis Israel saluus fiat. Quāobrē videt mihi cōuenienter respōdisse Saluator: Nemo ꝓpheta acceptus est in pa. sua. Plus iuxta sacramentū q̄ iuxta literā, licet & Hieremias in Anathot patria sua nō fuerit acceptus, & reliqui prophetæ: sed magis videt mihi intelligi, vt dicamus patriā omniū prophetarū fuisse populū circuncisionis. Et nationes quidē susceperūt vaticiniū Iesu Christi, magis habentes Moysen & prophetas de Christo prædicātes, q̄ illi q ex his nō susceperūt Iesum. Ambr. Bene aūt apto cōparationis exemplo arrogātia ciuium inuidorū retundit, dominicūq; factū scripturis

Nota verba.

docetur veteribus cōuenire. Nam sequit: In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in Israel in diebus Eliæ. Non quia Eliæ dies fuerūt, sed in quibus Elias operatus est. Chry. Ipse quidē terrestris angelus, cœlestis homo, q nec tectū nec mēsam nec amictū habebat vt multi, clauē cœlorū gerit in lingua. Et hoc est quod sequit: Quando clau. est cœ. &c. Postq̄ aūt cœlū serauit, terrāq; reddidit sterilem, regnabat fames, & cōsumpta sunt corpora. vñ sequit: Cū facta esset fames in terra. Basil. Vt enim aspexit ex saturitate nō modicū generari opprobrium, per famē illis ieiuniū attulit, quo culpā eorum quæ in immēsum crescebat, cohibuit. Corui autē facti sunt iusto cibi ministri, q cōsueuerunt aliorū pabula vsurpare. Chrys. Sed quoniā exiccatus est fluuius ex quo pocula iusto dabant, vade (inquit deus) in Sareptam Sidoniç, illic mādabo mulieri viduç vt pascat te. vnde & hic sequit: Et ad nullā earū missus est Elias nisi in Sareptā Sidoniæ ad mulierē viduā. Quod ex quadā dei dispēsatione factū est, fecit enim deus eū per longū iter pergere vsq; in Sidonē, vt visa mūdi peste poscat à domino pluuias. Multi aūt tunc temporis opulēti erāt, sed nullus tale aliquid fecit vt vidua: reuerentiā em̄ mulieris ad prophetā non prædiorū, sed voluntatis fiebāt diuitiæ. Ambr. Mysticē aūt dicit, In diebus Eliæ, quia dies faciebat illis qui in eius operib⁹ lucē videbāt gratiæ spiritualis: & ideo aperiebat cœlū videntibus diuina mysteria, claudebatur quādo fames erat, quia nulla erat cognoscēdę diuinitatis vbertas. In vidua autē illa ad quā Elias directus est typus ecclesiæ præmissus est.

Interpretatio mystica.

Orig. Occupante enim fame populū Israel. s. audiendi sermonē dei, venit propheta ad viduā, de qua dicitur: Multi filii desertæ magis q̄ eius quæ habet virū: & cū venisset, panē illius & alimēta multiplicat. Beda. Sidonia aūt venatio inutilis, Sarepta incendiū, vel angustia panis interpretatur. Quibus omnibus gētilitas exprimitur, quę inutili venationi dedita. i. lucris & negociis seculi seruiens, incendiū carnaliū cupiditatū panisque spiritalis angustias patiebatur, donec Elias. i. propheticus sermo cessante scripturarū intelligentia, ꝓ perfidia Iudæorū venit ad ecclesiā, vt receptꝰ pasceret & reficeret corda credentiū. Basi. Quęlibet etiā anima viduata & priuata virtute & diuina notitia, posq̄ diuinū verbum recipit propria delicta cognoscens, docet nutrire verbum virtutū panibus, & irrigare fonte vitæ doctrinam veritatis. Orig. Sed & aliud ad eūdē sensum pertinens loquitur cū subdit: Et multi leprosi erāt in Israel sub Eliseo propheta, & nemo eorū mūdatus est, nisi Naaman Syrus, qui vtiq; nō erat ex Israel. Ambr. Mysticè aūt populus ecclesiā contingit vt sequatur populus ille ex alienigenis congregatus, ante leprosus priusq̄ mystico baptizaretur in flumine. i. post sacramēta baptismatis, maculis corporis & mentis ablutis immaculata virgo cœpit esse sine ruga. Bed. Naaman enim qui decorus interpretatur populū significat nationum, qui septies lauari iubetur, quia illud baptisma saluat quod septiformis spiritus regenerat. Caro eiuspost lauacrū sicut pueri apparet, quia mater gratia omnes in vnam parit infantiam: vel quia Christo conformatur, de quo dicitur, Puer natus est nobis.

Allegoria pulchra.

Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerūt illum usq; ad supercilium montis super quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

Græc. Quia prauā eorum intentionem redarguerat, ideo indignantur: Et hoc est quod dicitur, Et rep. sunt om. in syna. ira. pro eo etiā ꝙ dixerat, hodie cōpleta est hæc prophetia: arbitrati sunt ꝙ seipsum cōpararet ꝓphetis, & ideo indignantur & fugāt eum extra ciuitatem. vñ sequitur: Et sur. & eie. & c. Amb. Nec mirum si perdiderunt salutem, q eiecerunt de suis finib⁹ Saluatorem. Dominus aūt qui docuerat apostolos exemplo sui omnibus omnia fieri, nec volētes repudiat, nec inuitos alligat: nec eiicientibus reluctatur, nec rogantibus deest. nō mediocriter aūt inuidia proditur, quę charitatis oblita, in acerba odia causas amoris inflectit. Cū eī ipse dñs per populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabāt. vñ sequit: Et du. il. vs. ad sup. &c. Beda. Peiores sunt Iudęi discipuli, diabolo magistro. Ille enim ait: Mitte te deorsum. isti verò facto mittere conant, sed illorū mente mutata subito vel obstupefacta descendit, quia adhuc illis pœnitētię locū reseruat. vñ sequit: Ip. au. trā. &c. Greg. In quo & quæ sunt hūanitatis, & quę sunt diuinitatis ostēdit: stare eī in medio insidiantiū & nō apprehendi, diuinitatis eminentiā ostēdebat: discedere verò, dispēsationis approbat mysteriū. Amb. Simul intellige nō ex necessitate fuisse, sed voluntariam corporis passionē: etem̄ quādo vult capit, quando vult elabit. Nā quemadmodū à paucis teneri potuit, q̄ à populo nō tenet? sed voluit sacrilegiū esse multorū: vt paucis quidē affligeret, sed ꝓ toto orbe moreret. Quinetiā malebat Iudęos adhuc sanare q̄ pdere, vt efficaci furoris exitu desinerent velle qđ implere nō possent. Beda. Nōdū etiā venerat hora passiōis, q̄ in parasceue paschę futura extiterat: necdū locū passionis adierat, qui non in Nazareth, sed Hierosolymis hostiarum sanguine figurabatur: nec hoc genus mortis elegerat, qui crucifigendum se à seculo præconabatur.

Passio Christi voluntaria.

Et descēdit in Capharnaū ciuitatē Galilææ, ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebāt in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habēs dæmoniū immundū, & exclamauit uoce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio te, quia sis sanctus dei. Et increpauit illū Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cū proiecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilq; illi nocuit. Et factus est pauor in omnibus, & colloquebantur adinuicem, dicentes: Quod est hoc ver-

bum, quia in potestate & uirtute imperat immūdis spiritib⁹, & exēūt? Et diuulgabatur fama de illo in oēm locū regionis.

Ambr. Non indignatione commotus dominus, nec scelere offensus Iudęā deseruit, quinimò immemor iniuriæ, memor clemētiæ, nūc docendo, nūc sanādo in fide plebis corda demulcet. vñ dicitur: Et desc. in Caph. &c. Cyrill. Quāuis em̄ sciret ꝙ inobedientes essent & duri cordis, tamē visitat illos: sicut bonus medicꝰ illos, qui vltima laborāt ægritudine, tentat sanare. Docebat autē in synagogis cōfidenter, secundū illud Esaiæ: Nequaq̄ occultē locutus sum, nec in obscuro loco terrę. In sabbato quoq; disputabat cū eis, quia vacabāt. Mirati sunt ergo de doctrinæ, virtutis, & potestatis magnitudine. vnde sequitur: Et stup. in doct. &c. Id est, nō blandus sed imperiosus ad salutem. Iudæi aūt putabant esse Christum, sicut aliquē sanctorū aut prophetarū. Vt aūt maiorē de eo opinionē accipiāt, transcēdit mensurā ꝓpheticam: non em̄ dicebat, Hæc dicit dñs, vt prophetę consueuerant dicere: sed sicut dñs legis, quæ sunt supra legem proferebat, transferēs literā ad veritatē, & figuras ad spiritualē intelligentiā. Beda. Sermo etiā doctoris in potestate fit, cū ea quę docet operat. qui em̄ facto destruit quod prędicat, contēnitur. Cyrill. Opportunè autem dogmatib⁹ plerūq; ardua miscet opera. quos em̄ non disponit ratio ad cognoscendū, hos instigat signorum ostensio. vñ sequitur: Et in syn. er. ho. &c. Ambro.

Visitatio Christi.

Significatio sabbati.

Sabbato medicinæ diuinæ opera cœpta significat, vt inde noua creatura cœperit, vnde vetus creatura ante desiuit: ne sub lege esse dei filium, sed supra legē in ipso principio designaret. Bene etiam sabbato cœpit, vt ipsum se ostēderet creatorē, quia opera operibus interserit, & prosequit opus quod ipse ante iam cœperat. vt si domū faber renouare disponat, nō à fundamentis sed à culminibus incipit soluere vetustatē, ita vt ibi priꝰ manum admoueat vbi ante desierat: deinde à minoribus incipit, vt ad maiora perueniat. Liberare à dæmone, etiam homines (sed in verbo dei) possunt: resurrectionē à mortuis imperare, diuinæ solius est potestatis. Cyril. Calumniabant aūt Iudæi gloriā Christi, dicentes: Hic non eiicit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. ad quod remouendū cū repręsentarent dæmones inuictę potestati eiꝰ, nec tolerarēt cōgressum deitatis, sæuā vocē emittebāt. vñ & hic sequit: Et exclamauit vo. ma. &c. Beda. q. d. Paululū à me vexādo quiesce, cui nulla est societas cū nostra fraude. Ambr. Nec quēquā mouere debet ꝙ Iesu Nazareni nomē in hoc libro diabolus dixisse primus inducit: nec em̄ ab eo Christꝰ nomē accepit, qđ de cęlo angelꝰ ad virginē detulit. Est huiꝰ impudētię diabolꝰ, vt inter hoies aliq̄d primꝰ vsurpet, & ad hoies quasi nouū deferat, quo terrorē suę potestatis incutiat. vñ sequit: Scio em̄ te &c. Atha. Nō dicebat eū sanctū dei, quasi aliis sanctis similis', sed quasi eo singulariter sancto existētē cū articuli adiectione. Ipse est em̄ naturaliter sanctꝰ, cuiꝰ participatione oēs alii sancti vocant. neq; tamē hoc dicebat quasi eū veraciter nosset, sed se cognoscere fingebat. Cyril. Putauerūt em̄ dæmones ꝙ per huiusmodi laudē facerēt ipsum inanis gloriç amatorē, vt abstineret eorū cōtrarietate, vtpote pro gratia gratiā recōpensans. Chry. Voluit etiā dæmō perturbare ordinē rerū, & apostolorū rapere dignitatē, & suggerere multis, vt ei obediant. Athan. Quāuis igitur vera fateretur, cōpescebat tamē eius sermonem, ne simul cū veritate etiam suam iniquitatē promulget: vt nos etiā assuefaciat ne curemus de talibus, etsi vera loqui videantur. Nefas est em̄ vt cū assit nobis scriptura diuina, instruamur à diabolo. vnde sequit: Et inc. il. Ie. &c. Beda. Diuina aūt permissione liberādus à dæmone homo proiicitur in medium, vt virtus patefacta saluatoris, plures ad viam salutis inuitet. vñ sequitur: Et cū proiec. il. &c. Videtur autē repugnare quod hic dicitur Marco, qui ait: Et discerpens eū spiritus immundus, & exclamans voce magna, exiuit ab eo. Nisi intelligam⁹ hoc dixisse Marcū, discerpens eum, quod hic Lucas dicit, Et cùm proiecisset illum in mediū, vt ꝙ secutꝰ ait, Nihilq; illi nocuit: intelligatur quia iactatio illa membrorum atq; vexatio non eum debilitauit: sicut solent exire dęmonia, etiam quibusdā membris amputatis & euulsis: vnde meritò pro tam integra restitutione sanitatis mirantur. nam sequitur: Et factus est pauor in omnibus &c. Theo. Quasi dicāt, quale est præceptum hoc quod præcepit exi ab eo, & exiit? Beda. Expellere quidem dæmonia & homines sancti, sed in verbo dei, possunt: ipsum aūt dei verbum propria potestate virtutes operatur. Amb. Mysticè autē qui in synagoga spiritum habebat immundū, populus est Iudæorū, qui innodatꝰ diaboli laqueis, simulatam corporis munditiā interioris mentis sordibus inquinabat: & bene spiritum immundum habebat, quia spiritū sanctū amiserat: introierat enim diabolus, vñ Christus exierat. Theo. Sciendū est etiam ꝙ multi nunc dæmonia habent. s. qui dæmoniorum desyderia implent: vt furiosi habent damonū iras, & sic de cæteris: fert dominus in synagogam venit cùm mens hominis fuerit congregata, & tunc dicit dæmoni inhabitanti, obmutesce: & statim eiiciēs eum in medium, egreditur ab eo. non enim decet hominē semper iracundum esse, bestiale nanq; hoc est: nec semper absq; ira, insensibile nanq; hoc est: sed medium iter ambulare oportet, & iram contra mala habere: & sic proiicitur homo, cùm immundus spiritus ab eo egreditur.

Cōsenſ⁹ euang.

Surgens autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis.

Ambro. Postq̄ Lucas virum à spiritu nequitiæ liberatum ante præmisit, substituit fœminę sanitatē. Vtrūq; enim sexum dominus curaturus aduenerat, & prior sanari debuit q̄ prior creatus est. vñ dicit: Sur. au. de sy. &c. Chry. Manebat enim apud discipulos honorās ipsos, & ob hoc animosiores reddens. Cyrill. Aspice autē quomodo manet penes virum inopem Christus, q̄ spōtanea voluntate paupertatem pro nobis passus est: vt discamus cum pauperibus conuersari, nec spernere depressos & pauperes. Sequitur: Socrus au. Simo. ten. ma. febr. & rog. il. pro ea. Hieron. super Matthæum. Modo saluator rogatus, modo vltro curat ægrotos, ostendens se contra peccatorū quoq; passiones & precibus semper annuere fidelium, & ea quæ ipsi minimè in se intelligunt vel intelligenda dare, vel nō intellecta dimittere. secundum illud, Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me dñe. Chrys. Quòd autē Matthæus hic reticuit, nō differt. Illud em̄ est breuitatis, hoc aūt exquisitę interpretationis. Sequit: Et stans su. il. &c. Basi. In quo Lucas figurauit sermonē tanq̄ de præcepto animali sensibili facto, sic dicēs febri imperatū, & ꝙ febris non omisit imperātis operationē. vñ sequitur: Et consur. &c. Chry. Quia em̄ morbus curabilis erat, per modum medendi potestatē suā declarauit, faciēs quod minimè ars medicinę facere potuisset. Post febris em̄ sedationem, multo tempore patiētes egent, vt pristinæ restituantur sanitati: tūc aūt simul oīa facta sunt. Amb. Si aūt altiori cōsilio ista perpēdamus, animi debemus intelligere & corporis sanitatē: vt prius animus q̄ serpentis laborabat insidiis, absolutꝰ sit. Deniq; nō priꝰ Eua esuriit, q̄ serpētis eā versutia tentauit: & ideo aduersus

Clemētia Christi.

Universidad de D… Biblioteca

ipſum authorem peccati prius debuit medicina ſalutis operari. Fortaſſis etiã in typo mulieris illius variis criminum febribus caro noſtra langueſcebat, nec minorẽ febrem amoris eſſe dixerim q̃ caloris.

Tropologia verborum.

Beda. Si eñ virũ à dæmonio liberatũ, moraliter animũ ab immunda cogitatione purgatũ ſignificare dixerimus: conſequenter fœmina febribus tenta, ſed ad imperiũ domini curata, carnẽ oſtendit à cõcupiſcentiæ ſuę feruore ꝑ cõtinẽtię pręcepta frenatã. Cyril. Et nos ergo ſuſcipiamꝰ Ieſum: cũ eñ viſitauerit nos, & portamꝰ eũ in mẽte & corde, tũc enormiũ voluptatũ æſtũ extinguet, & incolumes faciet vt miniſtremꝰ ei, hoc eſt ei beneplacita peragamꝰ.

Cùm autem ſol occidiſſet, omnes qui habebant infirmos uarijs languoribus, ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manꝰ imponens curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis clamantia et dicentia, Quia tu es filius dei. Et increpãs, non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum.

Theo. Conſiderandum eſt turbæ deſyderium: nã cũ ſol occidiſſet, adducũt ad eũ infirmos, nõ à tẽpore impediti. vnde dicitur: Cũ au. ſol &c. Orig. Ideo quidẽ circa ſolis occaſum. i. elapſa die illos educebãt, quia verecundabant vel timebãt Phariſæos, vel qa de die intẽti erãt circa alia, vel quia putabant nõ licere ſanare in ſabbato. ipſe aũt ſanabat eos. vñ ſequit: At il. ſin. ma. im. &c.

Tactus Chriſti ratio.

Cyril. Quãuis aũt vt deus potuiſſet omnes verbo pellere morbos, tamẽ tangit eos, oſtendẽs propriã carnem efficacem ad pręſtanda remedia, nã caro dei erat. Sicut eñ ignis appoſitus vaſi æneo, imprimit ei propriæ caliditatis effectũ: ſic omnipotẽs dei verbum, cũ vniuit ſibi veraciter aſſumptũ templũ ex virgine animatũ & intellectum, particeps ſuæ poteſtatis eius effectum inſeruit. Tangit & nos, imò potius nos illũ tãgamus, quatenus & nos ab animarũ infirmitatibus liberet, necnõ à dæmonum impugnatione & ſuperbia. Sequitur eñ: Exibant autẽ &c.

Dæmonum cõfeſſio.

Beda. Dæmonia filiũ dei confitentur: & ſicut poſtea dicitur, Sciebant ipſum eſſe Chriſtũ. quia cùm eum ieiunio fatigatũ diabolus videret, verũ hominem intellexit: ſed quia tentãdo nõ præualuit, vtrũ filius dei eſſet, dubitabat. nunc aũt per ſignorũ potentiã vel intellexit, vel potius ſuſpicatus eſt eſſe filiũ dei. Nõ igitur ideo Iudæis eũ crucifigere perſuaſit, quia Chriſtum ſiue filiũ dei nõ eſſe putauit: ſed quia ſe morte illius nõ præuidit eſſe damnandũ. De hoc eñ myſterio à ſeculis abſcõdito dicit apoſtolus, ꝙ nemo principum huius ſeculi cognouit. Si eñ cognouiſſent, nunq̃ dominum gloriæ crucifixiſſent. Chryſ. In hoc autẽ quod ſequit, Et incre. nõ ſi. &c. Percipe Chriſti humilitatẽ, nõ ſinebat vt dæmones immũdi eũ manifeſtarent. Nõ eñ oportebat eos ſubripere officii apoſtolici gloriam, nec decebat Chriſti myſteriũ lĩgua fœda publicari. Theo. Quia nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: vel quia nolebat inuidiã accẽdere Iudæorũ ex hoc ꝙ ab oĩbꝰ laudaret. Beda. Ipſi aũt apoſtoli ꝑcipiunt reticere de illo, ne diuina maieſtate ꝑdicata, paſſionis diſpẽſatio differret.

Facta autem die, egreſſus ibat in deſertum locum: & turbæ requirebant eum, & uenerunt uſq; ad ipſum, & detinebãt illum ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo miſſus ſum. Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ.

Chry. Poſtq̃ ſatis vtilitatis populis per miracula eſt collatum, oportebat eũ abeſſe. maiora nanq; putantur miracula poſt abſentiã operãtis, dum ipſa magis exclamant, & vice vocis fruuntur. vñ dicitur: Facta autẽ die &c. Græc. Abiit etiã in deſertũ vt Marcꝰ dicit, & orabat, nõ ꝙ ipſe oratione indigeret, ſed vt nobis bonę operationis fieret forma. Chry. Phariſęi quidẽ ipſis prodigiis prædicantibus potentiã Chriſti ſcandalizabantur. Populi vero eloquia audientes acquieſcebãt & ſequebantur. vñ ſequitur: Et tur. req. eum, & c. Non quidem aliqui primatũ aut Scribarũ, ſed quoſcunq; malitiæ fucus nõ denigrauerat, & illæſam habebãt cõſcientiam.

Conſenſus euangelicus.

Grec. Quòd autẽ Marcus dicit apoſtolos perueniſſe ad eum dicẽtes, ꝙ omnes quærunt te: Lucas vero dicat populos perueniſſe, nõ diſcrepãt abinuicẽ. Applicauerant enim ad ipſum populi, apoſtolorũ ſequentes veſtigia. Dominus aũt gaudebat detẽtus, ſed mãdabat vt eũ dimitterẽt, vt etiam alii participes forẽt eius doctrinæ, quaſi tempore ſuæ præſentiæ non multũ duraturo. vnde ſequitur: Quibꝰ ait: Quia & al. ci. &c. Marcus dicit: Ad hoc veni, oſtendẽs diuinitatis eius celſitudinem & voluntariã exinanitionem. Lucas vero dicit: Ad hoc miſſus ſum. i. incarnationẽ oſtendẽs, necnõ beneplacitũ patris miſſionem appellãs. & ille quidẽ ſimpliciter dicit, Vt prædicẽ: iſte vero regnum dei adiunxit, quod eſt ipſe Chriſtus. Chryſ. Simul etiã conſidera ꝙ poterat in eodẽ loco manẽdo omnes attrahere ad ſe, non tamẽ hoc fecit, præbens nobis exemplũ vt perambulemus & requiramus pereũtes ſicut paſtor ouẽ perditam, & medicus accedit ad infirmũ. vna enim anima recuperata, poterit aliquis mille delicta abolere. vnde & hic ſequitur: Et er. præd. in ſy. Gal. frequẽtabat quidem ſynagogas, docens illos ꝙ nõ eſſet ſeductor. nam ſi iugiter inhabitata coleret, diffamarent eũ velut latitantem. Beda. Si aũt occaſu ſolis myſticè mors dñi exprimitur, die redeunte reſurrectio illius indicat, cuius manifeſtata luce à credentiũ turbis requiritur, & in gẽtiũ deſerto inuentus ne abeat detinetur, maximè cùm hoc contigerit prima ſabbati quo reſurrectio celebrata eſt.

CAP. V.

FActum eſt autem cùm turbæ irruerent in eum ut audirent uerbum dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezareth. Et uidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores autem deſcenderant, & lauabant retia. Aſcendens autem in unam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere puſillũ. Et ſedens, docebat de nauicula turbas.

Amb. Vbi dominus impartiuit multis varia genera ſanitatũ, nec tempore nec loco cœpit à ſtudio ſanandi turba cohiberi: veſpera incubuit, ſequebãt: ſtagnum occurrit, & turbæ vrgebãt. vnde dicitur: Fa. eſt au. cũ &c. Chry. Erant eñ ei connexi diligẽtes eũ & mirãtes, tenere cupientes. Quis eñ diſceſſiſſet, dũ huiuſmodi miracula faciebat? quis noluiſſet ſolã ꝓſpicere faciẽ & os talia loquens? neq; eñ in agendo miracula ſolũ admirabilis erat, ſed viſus eius abũdabat plurima gratia: vnde & loquentẽ eũ audiũt in ſilẽtio, ſeriẽ locutionis nõ interrũpentes. dicit eñ: Vt audirẽt verbũ dei, &c.

Dulcẽ Ieſu contuberniũ.

Beda. Stagnũ Genezareth idẽ dicũt eſſe quod mare Galilææ vel mare Tyberiadis: ſed mare Galilęę ab adiacẽte ꝓuincia dicitur, mare aũt Tyberiadis à proxima ciuitate. Porrò Genezareth à laci ipſius natura, quæ criſpantibus aquis de ſeipſo ſibi excitare aurã perhibet, gręco vocabulo quaſi generãs ſibi aurã dicit. Neq; eñ in ſtagni morẽ ſternitur aqua, ſed frequẽtibus auris ſpirãtibus agitat: hauſtu dulcis & ad potandũ habilis. Sed Hebrææ linguæ cõſuetudine omnis aquarum cõgregatio ſiue dulcis ſiue ſalſa, mare nũcupatur. Theo. Fugit autẽ dominus gloriam, quanto magis ipſa eum ſequebatur: & ideo à turbis ſe ſeparans aſcẽdit in nauẽ. Et vid. du. na. &c. Chry. Quod ſignũ erat vacationis. Secundũ vero Matthæũ inuenit eos reficiẽtes retia: tantꝰ eñ erat paupertatis exceſſꝰ, vt laniata repararẽt, noua nequeũtes habere. Volẽs aũt diligẽter congregare ſpectaculũ, vt nemo remaneret poſt tergum, ſed omnes facie ad faciem cernerẽt, aſcẽdit in nauim. vnde dicit: Aſc. au. &c.

Theop. Vide autem Chriſti manſuetudinem, quomodo rogat Petrum: & Petri obedientiam, quomodo in omnibus fuit obediẽs. Chryſ. Poſtq̃ vero multa peregerat miracula, iterũ doctrinam proponit: & exiſtens in mari, piſcatur exiſtentes in terra. vnde ſequitur: Et ſe. doce. tur. de na. Greg. Nazan. Cunctis cõdeſcendens, vt à profundis extrahat piſcẽ, hominem. ſ. natantẽ in mobilibus rebus & amaris huius vitę procellis. Beda. Myſticè autẽ duæ naues circũciſionẽ & prępputiũ figurant, quas videt dominus, quia in vtroq; populo nouit qui ſunt eius, & ad futuræ vitæ tranquillitatẽ quaſi ad litꝰ videndo, hoc eſt miſericorditer viſitando prouehit.

Allegoria pulchra.

Piſcatores ſunt eccleſię doctores, qui nos per rete fidei cõprehendunt, & quaſi litori, ſic terræ viuentiũ aduehũt. Sed hæc retia modo laxantur in capturã, modo lota plicantur: quia non omne tempus eſt habile doctrinæ, ſed nunc exercenda eſt lingua doctoris, & nunc ſuimet cura gerenda. Nauis Simonis eſt eccleſia primitiua, de qua Paulus dicit: Qui operatus eſt Petro in apoſtolatum circuncifionis: bene vna dicta, quia multitudinis credentium erat cor vnũ & anima vna. Aug. de cõ. euã. De qua docebat turbas, quia de authoritate eccleſiæ docet gentes: ꝙ aũt dominus aſcendẽs in nauim rogat eum à terra reducere puſillũ, ſignificat temperatè vtendum verbo ad turbas, vt nec terrena eis præcipiantur, nec à terrenis in profunda ſacramẽtorũ recedatur. Vel prius in proximis regionibus gentibus prędicandum, vt quod poſtea dicit, Duc in altũ, ad remotiores gẽtes poſtea prædicandum præcipiat.

Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia ueſtra in capturam. Et reſpondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt ſocijs qui erant in alia naui, ut uenirent & adiuuarent eos. Et uenerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut penè mergerentur.

Piſcãtur apoſtoli.

Cyril. Poſtq̃ ſufficienter populũ docuerat, regreditur iterum ad magnificẽtias proprias, & per piſcatoria miniſteria piſcatur diſcipulos. vñ ſequitur: Vt au. ceſſa. lo. &c. Chry. Condeſcendens enim hominibꝰ ſicut magos per ſydꝰ vocauit, ſic & piſcatores per piſcatoriam artem. Theo. Petrus aũt non diſtulit. vñ ſequitur: Et reſpondens Si. di. il. Præc. &c. Non autẽ addidit, Non te audiam, nec ſecundis laboribus me exponã, ſed magis ſubdit: In ver. au. &c. Quia vero turbã de nauicula dominus inſtruxerat, non ſine mercede nauiculæ dominũ dereliquit, dupliciter beneficiãs ipſum, quia primo dedit ei multitudinẽ piſcium, & deinde diſcipulũ ipſum fecit. vnde ſequitur: Et cũ hoc fe. &c. Tot autem piſces cepit, vt non poſſet eos foras educere, ſed à ſociis auxilium peteret. vnde ſequitur: Rum. au. re. eo. &c. Per nutum ipſos vocat, quia ex ſtupore propter capturam piſcium loqui non poterat: & ſequitur de eorũ auxilio cũ dicitur, Et ve. &c. Aug. de con. euan. Ioannes quidẽ videtur ſimile miraculũ dicere, ſed illud longe aliud eſt quod factũ eſt poſt reſurrectionem dñi ad mare Tyberiadis: ibi enim non ſolũ ipſum tempꝰ valde diuerſum eſt, ſed etiam res ipſa plurimũ diſtat: nam retia illic in dexteram partem miſſa, centũquinquagintatres piſces ceperunt, magnos quidẽ, ſed pertinuit ad euãgeliſtam dicere, ꝙ cũ tam magni eſſent, retia non ſunt diſrupta: reſpiciẽtẽ. ſ. ad hoc factum quod Lucas cõmemorat, vbi præ multitudine piſciũ retia rumpebãtur.

Allegoria de nauicula.

Amb. Myſticè autẽ nauis Petri ſecundũ Matthæum fluctuat, ſecundum Lucam repletur piſcibus, vt & principia eccleſiæ fluctuantis, & poſteriora exuberãtis agnoſcas. Nõ turbatur iſta quæ Petrũ habet, turbatur illa quæ Iudã habet: in vtraq; Petrus, ſed qui ſuis meritis firmꝰ eſt, turbatur alienis. Caueamus igitur proditorẽ, ne ꝑ vnum plurimi fluctuemus. Illic turbatio vbi modica fides, hic ſecuritas vbi perfecta dilectio. Deniq; etſi aliis imperatur vt laxẽt retia ſua, ſoli tamẽ Petro dicit, Duc in altum, hoc eſt, in profundũ diſputationũ. Quid eſt tã altum q̃ ſcire dei filiũ? Quæ ſunt aũt apoſtolorũ quæ laxari iubẽtur retia, niſi verborũ complexiones, & quaſi quidã orationis ſinus & diſputationũ receſſus, qui eos quos ceperint nõ amittãt? Et bene apoſtolica inſtrumẽta piſcãdi retia ſunt, quæ nõ captos perimunt ſed reſeruant, & fluctuantes de infimis ad ſuperna transducunt. Dicit aũt: Pręc. per to. no. lab. ni. ce. quia nõ hoc humanæ facundię opꝰ, ſed ſupernę vocationis eſt munꝰ. Qui autem ante nihil ceperãt, magnã in verbo dñi concludunt piſciũ multitudinẽ. Cyril. Hoc aũt fuit figura futuri, non eñ incaſſum laborabũt euangelicę doctrinæ rete tendentes, ſed greges gentiũ aggregabunt. Augu. de con. euan. Quòd aũt retia rumpebant, & piſciũ copia nauiculę implętę ſunt, ita vt penè mergerentur, ſignificat hominũ carnaliũ multitudinẽ tantã futuram in eccleſia, vt etiã diſruptione pacis per hęreſes & ſchiſmata ſcinderentur. Beda. Rumpit aũt rete, ſed non labitur piſcis, quia ſuos dominus inter perſequentiũ ſcãdala ſeruat. Amb. Alia aũt nauis eſt Iudæa ex qua Ioannes & Iacobus eligunt. Hi igit de ſynagoga ad nauim Petri, hoc eſt ad eccleſiã cõuenerũt vt implerẽt ambas nauiculas: omnes eñ in nomine Ieſu genuflectunt, ſiue Iudęus, ſiue Gręcus. Beda. Vel alia nauis eſt eccleſia gẽtium, quę & ipſa vna nauicula non ſufficiente piſcibus impletur electis. Quia nouit dñs qui ſunt eius, & apud ipſum certus eſt ſuorũ numerus electorũ: dumq; tot in Iudęa credituros nõ inuenit, quot ad fidẽ vitamq; prędeſtinatos nouit æternam, quaſi alterꝰ nauis receptacula piſcibus quærens ſuis, corda quoq; gentium fidei gratia replet. Et bene, rupto reti ſocia nauis aduocat, quando Iudas proditor, Simon magus, Ananias & Saphira, & multi diſcipulorum abierunt retro, ac deinde Barnabas & Paulꝰ, ad gentiũ ſunt apoſtolatũ ſegregati. Amb. Poſſumus tamen & aliam eccleſiam intelligere nauim alterius: ab vna eñ plures eccleſiæ deriuantur.

Credulitas gentium.

Cyril. Innuit autem ſociis vt auxiliarentur eis. Multi enim ſequuntur apoſtolorũ labores, & prius illi q euãgeliorũ ediderunt ſcripturas, poſt quos alii præſides & populorũ paſtores, & in veritatis doctrina periti. Bed. Harũ aũt impletio nauiũ in fines ſeculi creſcit: ſedꝙ impletę mergũtur, hoc eſt in ſubmerſione ꝑmunt (nõ eñ ſunt ſubmerſę, ſed periclitatę) Apoſtolꝰ exponit, dicẽs: In nouiſſimis diebꝰ erũt tẽpora ꝑiculoſa, & erũt hoĩes ſeipſos amãtes &c. Nã mergi naues, eſt hoĩes in ſeculo ex quo electi per fidem fuerant, morũ prauitate relabi.

Quod cùm uideret Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu, dicens: Exi à me domine, quia homo peccator ſum. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erãt, in captura piſcium quam ceperant. Similiter autem Iacobũ & Ioannẽ filios Zebedæi, qui erant ſocij Simonis, & ait ad Simonẽ Ieſus: Noli timere, ex hoc iam eris homines capiens. Et ſubductis ad terram nauibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum.

Amb. Admirabatur Petrus dona diuina, & quo plus metuerat, pręſumebat magis. vnde dicitur: Quod cum vi. Si. Pet. pro. ad ge. Ie. di. Exi à me dñe, &c. Cyril. Reducens enim ad conſcientiam patrata delicta, tremit & trepidat, & velut immundus mundũ non credit ſe poſſe ſuſcipere: acceperat eñ à lege, diſtinguendũ eſſe inter maculatũ & ſanctum. Greg. Nice. Cum eñ mandaſſet demergere retia, tanta copia piſciũ capta eſt, quan-

tam ipse maris dominus & terrę voluerat. Vox em̃ ver bi semper est vox virtutis, cui⁹ præcepto in origine mũ di lux & cætetæ creaturæ prodibãt. In his admirat Petrus, vñ sequit: Stupor em̃ circũdederat eũ, & omnes q cum il.er.&c. Aug. de con. euan. Andreã nõ nominat, q tamen intelligit in ea naui fuisse secundũ Matthæi & Marci narrationẽ. Et ait ad Sim. Ie. Noli tim. Ambro. Dic & tu, Exi à me dñe, quia homo peccator sum. Vt respõdeat deus, Noli timere. Indulgẽti dño peccatũ fa tere. Vides q̃ bonus dñs, q tantũ tribuit hominibus, vt viuificandi habeãt potestatẽ. vñ sequit: Ex hoc eris iam homi. ca. Bed. Hoc ad ipsum Petrũ specialiter pertinet: exponit em̃ ei dñs quid hęc captura piscių significet: q̃. ipse sicut nũc p retia pisces, sic aliquando p verba sit captũrus homines: totusq; facti huius ordo quid in ecclesia, cuius ipse typũ tenet, quotidie geratur, ostendit.

Typus ecclesiæ in Petro

Chry. Cõsiderat aũt eorũ fidẽ & obedientiã: habentes em̃ opus præ manibus appetibilis piscationis, cũ audif sent mandantẽ, non distulerũt, sed relictis omnibus sequebantur. Talẽ em̃ obedientiã requirit à nobis Chri stus, vt eã non prætermittam⁹, etiã si aliquid valde necessariũ vrgeat. Vnde & sequit: Et subdu. ad ter. &c. Au gu. de con. euan. Matthæus & Marcus breuiter hoc p stringunt, quẽadmodũ gestũ sit quod Lucas hic aperti⁹ explicauit. Hoc tamẽ videt distare, q̃ tantũ Petro à do mino dictum cõmemorat, Ex hoc iam homines eris ca piens, quod illi ambobus fratribus dictũ esse narraue

Consen sus euan gelicus.

runt. Sed potuit vtiq; prius hoc Petro dici, cũ de capta ingẽti multitudine piscių miraret, quod Lucas insinua uit: & ambobus postea, quod illi duo cõmemorauerũt. vel intelligendũ est hoc primo fuisse factũ quod Lucas cõmemorat: nec tũc eos à dño vocatos, sed tantũ fuisse prędictũ Petro, q̃ homines esset capturus: nõ aũt q̃ nũ q̃ pisces esset capturus. vñ dat locus intelligere, eos ad captũrã piscių remeasse, vt postea fieret quod Matthę⁹ & Marcus narrãt, tũc nõ subductis ad terrã nauibus tã q̃ cura redeũdi, sed ita eũ secuti sunt, tanq̃ vocantẽ aut iubentẽ. Sed si secũdũ Ioannẽ iuxta Iordanẽ secuti sunt eum Petrus & Andreas, quomodo ab aliis euangelistis dicit, q̃ eos in Galilęa piscãtes inuenit, & ad discipula tum vocauit? nisi quia intelligendũ est, non sic eos vidis se dñm iuxta Iordanẽ vt ei inseparabiliter cohęrerent, sed tantũ cognouisse quis esset, eumq; miratos ad pro pria remeasse. Amb. Mysticè aũt quos Petrus in verbo capit, negat suã prædã, negat suũ munus. Exi (inquit) à me dñe. Noli timere & tu quę tua sunt dño deferre, qa quę sua, nobis ille cõcessit. Aug. de qu. euan. Vel aliter: Ex persona ecclesiæ carnalibus hominib⁹ plenæ Petr⁹ dicit: Exi à me, quia homo peccator sum: tanq̃ ecclesia turbis carnaliũ impleta, & eorũ moribus penè submer sa, regnũ spiritualiũ in quibus maximè personã Christi

Vox ho minum duplex.

eminet, à se quodãmodo repellit. Nõ em̃ hoc voce lin guę dicũt homines bonis ministris dei vt eos à se repel lant, sed voce morũ & actuũ suadẽt à se recedi, ne p bo nos merganť: & eo vehemẽtius, q̃ deferũt eis honorẽ. vt honorificentiã eorũ significauerit Petrus, cadens ad pedes dñi: mores aũt, in eo q̃ dixit: Exi à me. Beda. Cõ fortat aũt dñs timorẽ carnaliũ, ne quis vel de sua cõ scientia culpę tremẽs, vel de aliorũ innocentia stupens sanctitatis iter formidet ingredi. Aug. de quę. euã. Do minus aũt dum nõ recessit ab eis, significat in bonis & spiritualibus viris non esse oportere hãc voluntatẽ, vt peccatis turbarũ cõmoti quo quasi securius trãquilliúsq; viuant, munus ecclesiasticũ deserant. Quòd aũt sub ductis ad terrã nauibus relictis omnibus secuti sunt eũ, potest significare finem temporis, quo ab huiusmodi sa lo, qui Christo inhęserunt, penitus recessuri sunt.

Et factum est cum esset in una ciuitatum, & ecce uir ple nus lepra, & uidens Iesum, & procidẽs in faciẽ suã, rogauit eũ, dicẽs: Domine, si uis potes me mũdare. Et extendẽs Iesus manũ, tetigit eũ, dicẽs: Volo, mũdare. Et confestim lepra di scessit ab illo. Et ipse præcepit illi, ut nemini diceret: sed uade, ostẽde te sacerdoti, & offer pro emũdatione tua sicut præce pit Moyses in testimoniũ illis. Perãbulabat autẽ magis sermo de illo, & cõueniebãt turbæ multæ ut audirẽt & curarentur ab infirmitatib⁹ suis. Ipse aũt secedebat in desertũ et orabat.

Amb. Quarto signo ex quo in Capharnaũ dominus venit, leprosus sanat. Si aũt quarto die solẽ illuminauit & clariorẽ cæteris fecit, hoc clarius opus æstimare debemus, de quo dicit: Et fa. est cum es. &c. Bene vbi le prosus mundatur, certus non exprimitur locus, vt ostẽ datur non vnum populũ specialis alicuius ciuitatis, sed omnes populos fuisse sanatos. Athan. Adorauit autẽ le prosus dñm deũ existentẽ in corpore, & neq; propter carnem putauit esse creaturã verbum dei: nec pro eo q̃ verbum erat vilipendit carnẽ, quam vestiebat: imò vt in templo creato adorabat omnium creatorẽ, in faciẽ procidens. Sequitur em̃: Et videns Iesum & procidens in faciem rogauit eum. Ambr. Quòd in faciem procidit, humilitatis est & pudoris, vt vnusquisq; de vitę suę maculis erubescat: sed confessionẽ verecundia non re pressit, ostendit vulnus, remediũ postulauit, dicens: Do mine, si vis, potes me mundare. De voluntate domini non quasi pietatis incredulus dubitauit, sed quasi iniquitatis suæ conscius non pręsumpsit. religionis autem & fidei plena cõfessio est, quæ in voluntate domini tri buit potestatẽ. Cyril. Nouerat enim leprã experimẽtis medicorũ non cedere, sed vidit diuina maiestate pelli dæmones, & cæteros ab aliis valetudinibus curari, quę coniecit diuina dextera fieri. Titus. Addiscamus etiam ex verbis leprosi corporaliũ infirmitatum medelã non quærere, sed diuino beneplacito totũ cõmittere, q̃ no uit opportuna, & omnia iudicio disposuit. Amb. Eo au tem sanat genere quo fuerat obsecratus. vnde sequitur: Et extend. Ie. &c. Lex tangi leprosos prohibet, sed qui dominus legis est, nõ obsequit legi: sed legẽ facit. Non ergo tetigit, quia sine tactu mundare nõ poterat, sed vt probaret quia subiect⁹ nõ erat legi, nec contagiũ time bat vt homines, sed quia cõtaminari non poterat, quia alios liberabat: simul econtrario vt lepra tactu domini fugaret, quæ solebat cõtaminare tangentẽ. Theo. Ipsius enim sacra caro est purgatiua & vitã tribuẽs, sicut exi stens verbi dei caro. In hoc autẽ quod subdit: Volo, mũ dare, habes voluntatẽ, habes & pietatis effectũ. Cyrill. A maiestate autẽ processit imperiosum mãdatũ. Qua liter igit in seruis cõputatur vnigenitus filius, q volen do tantũmodo cuncta potest? Legit de deo patre q̃ om nia quæcunq; voluit fecit. Qui vero sui patris potestate fungit, quomodo diuersificabit in natura ab eo? Solent etiã quęcunq; sunt eiusdẽ virtutis, eiusdẽ esse substantię. Mirare tamen in his Christũ diuinè & corpo raliter operantẽ: diuinum em̃ est, ita velle vt prędicto fiãt omnia: humanum autem, extendere dexteram. Vnus i taq; Christus ex vtriusq; perficitur, eo q̃ verbum caro factum est. Greg. Nisę. Et quia cum vtraq; hominis par ticula, anima scilicet & corpore, vnita est deitas, per v traq; patebant supernæ naturæ indicia. Corpus enim reconditum in se lumen declarabat, cùm palpãdo præ stabat remedia, sed anima præpotenti voluntate diui nam ostendebat virtutẽ. velut enim sensus tactus pro prius corporis est, sic & animę voluntarius motus. vult anima, tangit corpus. Ambr. Dicit ergo Volo, propter Photinum, imperat propter Arrium, tãgit propter Ma nichæum. Nihil aũt mediũ est inter opus dei atq; præ-

Corpus Christi tempũ est.

Tres errores ex cludunt

ceptum, vt intelligas medẽtis affectum, virtutẽ operis. vnde sequitur: Et confest. lep. discess. ab il. Sed ne lepra transire possit in medicum, vnusquisq; dominicæ hu militatis exẽplo iactantiã vitet. nã sequit: Et pręc. il. vt ne. di. vt. s. doceret nõ vulgãda nostra beneficia, sed pre menda: vt non solũ à mercede abstineam⁹ pecuniæ, sed etiã gratiæ. aut fortasse illa silẽtii causa est imperati, q̃ meliores putabat q fide magis spontanea q̃ speratis be neficiis credidissent. Cyril. Leproso etiã silente sufficie bat ipsa negocii vox ad narrandũ omnibus agnoscen tibus per eum potestatẽ curãtis. Chry. Et quia vt plu rimum homines dũ ægrotãt, dei sunt memores: vt autẽ conualescunt, hebetanť: mandat vt deũ præ oculis ha beat, dans gloriã deo. vñ sequitur: Sed va. ost. te sa. vt. s. mũdatus leprosus committeret se sacerdotis aspectui, acũ per illius censurã numeraret inter suos. Ambr. Et vt etiã intelligeret sacerdos non legis ordine, sed gra tia dei supra legẽ esse curatũ. vt dũ mandatur sacrificiũ secundum præceptũ Moysi, ostenderet dñs quia legem non solueret, sed adimpleret. vnde sequitur: Et off. pro em. tua si. pręc. Mo. Aug. de q. euã. Videt hic approbare sacrificium quod p Moysen præceptũ est, cũ id non re cipiat ecclesia. qđ ideo iussisse intelligi potest, quia nõ dum cœperat esse sacrificiũ sanctũ sanctorũ, quod cor pus eius est. non em̃ oportebat auferri significatiua sa crificia, priusq̃ illud quod significabatur, confirmatum esset cõtestatione apostolorũ prædicantiũ & fide credẽ tium populorũ. Ambr. Vel quia lex spiritalis est, vide tur sacrificiũ mãdasse spiritale. vnde dixit: Si. pręc. Mo. Deniq; addidit: In test. il. Titus. Hęretici perperã hoc accipiũt dicẽtes, in opprobriũ legis esse dictũ. Qualiter autem iuberet offerre pro emundatione secundum pręceptũ Moysi? Cyril. Dicit ergo, In testimoniũ illis, quia ex hoc facto ostendit Christũ incõparabili excellẽ tia Moysi pręferri. quia Moyses insufficiens erat à so rore lepræ pellere morbum, orabat dñm vt eam liber aret: sed saluator in potestate diuina protulit, Volo, mundare. Cyrill. Vel in testimoniũ illis, hoc est ad re prehensionẽ eorum, & ad probationem q̃ legem reue reor. Cum enim te curauerim, mitto te ad sacerdotum experientiam, vt attesteris mihi q̃ non sum pręuaricatus in legem. Et q̃uis dominus impendẽs remedia mo neret nemini dicere, instruens nos euitare superbiam, fama tamen eius volabat vndiq; instillãs auditui cun ctorum miraculum. vñ sequitur: Peram. au. ma. se. de il. Beda. Vnius aũt perfecta saluatio multas ad dominum cogit turbas. vnde sequitur: Et con. tnr. mul. vt &c. Vt enim leprosus exterius & interius se sanatum doceret, perceptum beneficium, vt Marcus ait, etiam iussus nõ tacet. Greg. 6. moral. Redemptor autem noster per diẽ miracula in vrbibus exhibet, & ad orationis studium in nocte pernoctat. vnde sequitur: Ipse au. se. in de. & o ra. vt perfectis videlicet prędicatoribus innuat, quate nus nec actiuã amore speculationis funditus deserant, nec contemplationis gaudia operationis nimietate cõ temnant, sed quieti contemplantes sorbeant, quod oc cupati erga proximos loquẽtes profundãt. Bed. Quòd autem secedit orare, nõ ei naturę tribuas quę dicit, Vo lo, mundare: sed ei, quæ extendens manum tetigit le prosum. non q̃ iuxta Nestorium gemina fit filii perso na, sed eiusdem personę, sicut naturę, sic & operationes sunt duę. Greg. Nazan. Et opera quidem in populo, o rationes autẽ in deserto peragebat vt plurimũ, sanciẽs q̃ liceat parũper quiescere, vt mẽte syncera eũ deo col loquamur. Neq; em̃ ipse indigebat remotione, quia nõ erat in eo qđ remitteret, cũ deus esset: sed vt pateat no bis & operationis horã, & altioris solertię. Bed: Typi-

Repre hensio Iudęorũ

Que loca Chri stus ele gerit.

cè autẽ leprosus humanũ genus languidũ peccatis desi gnat, plenum lepra, quia oẽs peccauerũt, & egẽt gratia dei, vt. s. extẽta manu. i. verbo dei humanã contingente naturã, à prisci erroris varietate mundenť, & offerant pro emundatione corpora sua hostiam viuam. Ambr. Si autẽ lepræ medicina verbũ est, contemptus verbi le pra mentis est. Theo. Vide aũt q̃ postquã mundat⁹ est aliquis, tunc dignus est offerre hoc munus. s. corpus & sanguinem domini, quod est diuinæ vnitum naturæ.

*Et factum est in una dierũ, & ipse sedebat docens, & erãt Pharisæi sedentes & legisdoctores qui uenerant ex omni ca stello Galilææ & Iudææ & Hierusalẽ: et uirtus domini erat ad sanandum eos. Et ecce uiri portantes in lecto hominẽ qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderũt supra tectum & per tegulas submiserunt eum cũ lecto in mediũ ante Iesum. Quorum fidem ut uidit, dixit: Ho mo, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scri bæ & Pharisæi, dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphe mias? Quis potest dimittere peccata, nisi sol⁹ deus? Vt cogno uit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad il los: Quid cogitatis in cordibus uestris? Quid est facilius, di cere, dimittuntur tibi peccata, an dicere, surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in ter ra dimittendi peccata (ait paralytico) Tibi dico, surge, tol le * grabatum tuum, & uade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abijt in do mum suam, magnificans deum. Et stupor apprehẽdit omnes, & magnificabant deũ, & repleti sunt timore, dicentes: quia uidimus mirabilia dei.*

*lectum

Cyril. Scribæ & Pharisęi qui facti fuerant prodigi orum Christi visores, audiebant ipsum quoq; docentẽ, vnde dicit: Et fa. est in vn. die. &c. Non quasi mutuo ac ciperet potestatẽ alterius, sed quasi deus & dñs propria operabatur virtute. fiunt aũt homines sæpe donorũ spi ritaliũ digni, sed plerũq; deficiũt ea ratione quã nouit donorũ largitor, quod in Christo nõ accidit. affluebat enim in præstandis remediis virtus diuina. Quia vero necessariũ erat vbi tãta Scribarũ & Pharisæorũ turba cõuenerat, aliquid fieri ex his q̃ virtuti attestarẽť ipsi⁹, corã eis q eũ paruipẽdebãt, factũ est quoddã miraculũ in paralytico. in quo quia defecisse videbat medicinalis ars, portabat à proximis ad supernũ & cœlestẽ medicũ. vñ sequit: Et ec. vi. &c. Chry. Mirãdi vero sunt q paralyticũ adduxerũt, qualiter cũ nequissent intrare per o stium, nouũ aliquid & alienũ attẽtauerũt. vñ sequit: Et non inu. &c. detegẽtes aũt tectũ deponũt grabatũ et po nunt in medio paralyticũ. vñ sequit: Et p teg. &c. Di cet aliquis demissum fuisse locũ, à quo p tegulas depo suerũt paralytici lectũ. Bed. Hominẽ aũt dñs à paralysi curatur⁹ primò peccatorũ vincula dissoluit, vt ostẽderet eũ ob nexus culparũ artuũ dissolutione dãnari, nec nisi his relaxatis mẽbrorũ posse recuperatione sanari. vñ sequit: Quorũ fi. d. vt vi. &c. Magnus dñs q̃ aliorum merito ignoscit aliis, & dum alios probat, aliis relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cũ apud deum seruus & interueniẽdi meritum & ius habeat im petrandi? si grauium peccatorũ diffidis veniã, adhibe precatores, adhibe ecclesiã quæ pro te precetur, cui⁹ cõ templatione quod tibi dominus negare posset, ignoscat. Chrys. Occurrebat autẽ & in hoc ipsius patientis fides. non em̃ sustinuisset se inferius submitti, nisi credidisset. Aug. de con. eu. Quòd aũt dicit Homo, dimittuntur tibi peccata, ad hoc insinuãdũ valet, quia homini dimittebãtur peccata, qui eo ipso q̃ homo erat, nõ posset dicere, Non peccaui. Simul etiam vt ille qui homi-

Intelle ctus hi storiæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

…pertia …ominũ

ni dimittebat, intelligeret deus. Chry. Nós aũt si corporaliter patimur, satagimus nociuũ abiicere: cũ verò malè sit animæ, differimus, atq; ideo nec à corporis nociuis curamur. Abscindam⁹ igit̃ fontẽ malorũ, & cessabunt ægritudinũ fluxus. Metu aũt multitudinis suã intẽtionẽ aperire Pharisæi nõ audebãt, sed solũ in cordibus suis meditabantur, vñ sequitur: Et cœp. &c. Cyril. In quo mortis præcipitãt sententiã. Erat eñ mandatũ in lege, ꝙ quicunq; blasphemaret in deum, morte puniretur. Amb. Itaq; ab ipsis ex operibus suis dei filius accipit testimoniũ. Nã & validius est ad fidẽ ꝙ confitentur inuiti, & perniciosius ad culpã ꝙ negãt q̃ suis assertionibus relinquũtur. vnde sequitur: Quis potest pec. &c. Magna in fide plebis amentia, vt cũ confessa fuerit soli⁹ dei esse donare peccata, nõ credat deo peccata donanti. Beda. Verum enim dicunt quia nemo peccata dimittere nisi de⁹ potest, qui per eos quoq; dimittit quibus dimittendi tribuit potestatẽ. Et ideo Christus verè deus esse probat̃, quia dimittere peccata quasi deus potest. Amb. Dominus aũt saluos volens facere peccatores, ex occultorũ cognitione deũ se esse demonstrat. vnde sequitur: Vt autẽ cogno. &c. Cyril. q. d. O Pharisæi quia dicitis, Quis potest peccata dimittere, nisi solus deus? Respondeo vobis: Quis potest secreta cordis scrutari, nisi sol⁹ deus? qui per prophetas dicit: Ego dominus scrutans corda & probans renes. Cyrill. Si ergo increduli estis erga primũ. s. remissionẽ peccati, ecce aliud adiicio dum intima vestra patefacio. quinetiã aliud dum paralytici corpus cõsolido. vñ subdit: Quid est facilius &c. Palã quidẽ est, quia cõsolidare corpus facilius est. q̃to nanq; nobilior est anima corpore, tanto est excellentior absolutio criminũ: verũ quia illud nõ creditis eo ꝙ lateat, adiiciã quod minus est, aperti⁹ tamẽ, quatenus quod est magis occultũ per hoc demonstretur.

Corporis & animæ comparatio.

Et quidẽ cum allocutus est infirmantẽ, nõ dixit dimitto tibi peccata, propriã exprimens potestatẽ, sed remittuntur tibi peccata. Cogentibus aũt illis, euidẽtius propriã declarat potestatẽ, dicens: Vt autẽ sciatis &c. Theo. Vide ꝙ in ter. di. pec. Dũ eñ sumus in terra, peccata nostra delere possumus. Postq̃ verò à terra tollimur, nõ valebimus cõfiteri, claudit̃ enim ianua. Chrys. Demõstrat aũt peccatorũ veniã ꝑ corporis sanationẽ. vñ sequit̃: Ait par. di. Sur. Ipsam vero corporis sanitatẽ demõstrat per lecti portationẽ, vt sic nõ reputet̃ fantasia quod factũ est. vñ sequitur: Tolle grabatũ tuum &c. q. d. Ego volebã per tuam passionẽ curare illos qui sani videntur, infirmantur aũt in anima: sed quia nolũt, vade tuã correcturus familiã. Amb. Nec mora vlla sanitatis interuenit, vnum dictorũ remediorumq; momentũ est. vnde sequitur: Et confestim surgẽs &c. Cyril. Quo facto patuit, ꝙ filius hominis potest in terra relaxare peccata, quod pro se & pro nobis dixerat. ipse nanq; vt deus factus homo tanq̃ dominus legis peccata dimittit. Sortiti sumus etiam nos ab eo tam mirabilem gratiam. Dictum est enim discipulis, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quomodo aũt nõ magis ipse peccata dimittit, qui cæteris potestatem faciendi hoc tradidit? Chry. Reges aũt terreni & principes homicidas absoluentes à pœna præsenti liberant, à criminib⁹ autem expiare non possunt. Amb. Spectant aũt surgentem increduli, mirantur abeuntem. vnde sequitur: Et stupor &c. Chry. Paulatim serpunt Iudæi magnificantes deum, non tamen putant eum deum esse, obstabat enim eis caro, nec tamen erat modicũ ęstimare eũ pręcipuum esse mortalium & à deo processisse. Amb. Diuini autem operis miracula malunt timere q̃ credere. vnde sequitur: Et repleti sunt timore, &c. Si autem credidissent non timuissent vtiq; sed dilexissent, perfecta enim dilectio foras timorem excludit. Non ociosa autẽ huius paralytici nec angusta medicina est, quoniã orat̃ se præmittitur, non propter suffragiũ, sed propter exẽplum. Aug. de q. euan. De paralytico eñ potest intelligi animã dissolutã mẽbris, hoc est operationibus Christum quærere. i. voluntatẽ verbi dei. Impediri aũt à turbis. s. cogitationũ nisi tecta. i. operta scripturarũ aperiat, & per hoc ad notitiam Christi perueniat, hoc est ad eius humilitatẽ fidei pietate descendat. Beda. Et bene domus Iesu tegulis contecta describitur, quia sub contemptibili literarũ velamine spiritalis gratiæ virt⁹ inuenitur.

Moralis intellectus.

Amb. Vnusquisq; autẽ æger petendo pręcatores salutis debet adhibere, per quos nostræ vitæ compago resoluta, actuumq; nostrorũ clauda vestigia verbi cœlestis remedio reformet̃. Sint igitur aliqui monitores mẽtis q̃ animũ hominis, q̃uis exterioris corporis debilitate torpentẽ ad superiora erigãt, quorũ rursus adminiculis & attollere, & humiliare se facilis ante Iesum locetur, dominico videri dignus aspectui. humilitatem eñ respicit dominus. Aug. de q. euan. Hi ergo à quibus deponit̃, bonos doctores ecclesiæ possunt significare; ꝙ aũt cum lecto deponitur, signat ab homine in ista carne adhuc cõstituto Christũ debere cognosci. Amb. Dominus aũt plenã spem resurrectionis ostendens, peccata donat animorũ, debilitatem carnis excludit: hoc est eñ totũ hominẽ esse curatũ. Quãuis igitur magnũ sit hominibus peccata dimittere, tamen multo diuinius est resurrectionẽ donare corporibus: quoniãquidem deus resurrectio est. lectus autẽ qui tolli iubet̃, nihil aliud est q̃ corpus humanũ. Aug. de q. euan. Vt nõ iam in carnalibus gaudiis tanq̃ in lecto requiescat infirmitas animæ, sed magis ipsa contineat affectiones carnales & tendat ad domũ suam. i. requiẽ secretorũ cordis sui. Amb. Vel domũ repetere suã, hoc est ad paradisum redire: ea eĩ est vera dom⁹ q̃ hoĩem prima suscepit, nõ iure amissa sed fraude. Merito ergo restituit̃, qm̃ venerat qui nexum fraudis aboleret, iusq; reformaret.

Et post hæc exijt, & uidit publicanum nomine Leui, *sedẽtem ad teloneum: & ait illi,* Sequere me. *Et relictis omnibus, surgens secutus est eum.* Et *fecit ei conuiuium magnum* Leui *in domo sua: & erat turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis erant discumbentes.* Et *murmurabant* Pharisæi *& Scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius:* Quare *cũ publicanis & peccatoribus mãducatis & bibitis?* Et *respõdens Iesus dixit ad illos:* Nõ *egẽt qui sani sunt medico, sed qui malẽ habẽt.* Nõ *ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã.*

Aug. Post paralyticũ sanatũ de cõuersione publicani subiungit, dicens: Et post hæc exiit & vi. pu. no. Le. se. ad telo. Ipse est Matthæus qui & Leui. Beda. Sed Lucas & Marcus propter honorẽ euangelistæ nomen tacent vulgatũ.

Consensus euangelicus.

Matthæus aũt in sermonis principio accusator sui fact⁹, Matthęũ se & publicanũ nominat, ne quis à salute desperet pro immanitate peccatorũ, cũ ipse de publicano in apostolũ sit mutatus. Cyrill⁹. Publicanus enim fuerat Leui, vir auarus, effrenis erga superflua, alieni amator. Hoc est enim publicanorũ officiũ, sed ab ipsis officinis malitiæ detrahitur, Christo eum vocante. vñ sequitur: Et ait il. Sequere me. Amb. Sequi iubet non corporis gressu, sed mentis affectu. Itaq; ille verbo vocatus, propria dereliquit qui rapiebat aliena. vñ sequitur: Et relict. om. sur. sec. &c. Chrys. Vbi & vocantis virtutem, & vocati obedientiam considera. Neq; enim obstitit, neque vacillauit, sed protinus paruit: nec in propriam domum ire voluit vt suis hoc intimaret, sicut nec piscatores. Basilius. Nec solum fœnora telonei postposuit, sed etiam contempsit pericula quæ sibi ac

Census Christi.

suis accidere poterant, dũ calculos telonei dimitteret impfectos. Theo. Et sic ab accipiente cẽsum à trãseũtibus, Christus cẽsum accepit: non quidẽ ei⁹ accipiẽs pecuniã, sed totaliter eũ trãsferens ad suũ cõsortiũ. Chry. Vocatum autẽ Leui dominus honorauit, dũ cum eo cõfestim epulatus est: hoc eñ ei maiorẽ præstabat fiduciam. vnde sequit̃: Et fe. ei. cõ. ma. Le. in do. sua. Nec solũ cum eo discumbit, imò cũ pluribus. vñ sequit̃: Et erat tur. mul. pu. & ali. qui cũ il. erãt, di. Conuenerãt enĩ publicani ad eũ sicut ad collegã & hominẽ eiusdẽ officii, sed & ipse gloriãs de præsentia Christi cõuocauit omnes. Christus etiã quodlibet gen⁹ remedii exhibebat, & nõ solũ disputãdo & pstando sanitatis remedia, vel etiã redarguẽdo ęmulos, sed etiã comedẽdo nonnullos errãtium corrigebat: inde nos instruens, ꝙ quodlibet opus & temp⁹ potest nobis vtilitatem afferre. Sed nec publicanorũ participationem vitauit, ꝑpter vtilitatẽ sequentẽ, more medici, qui nisi tangeret saniem, non liberaret à morbo. Amb. Cum peccatoribus enim mandũcãdo etiã cũ gẽtibus nõ prohibet nos inire cõuiuiũ. Chry. Sed tamen dominus inculpatus est inde à pharisęis inuidẽtib⁹ & volẽtib⁹ à Christo discipulos separare. vnde sequit̃: Et mur. pha. &c. Amb. Serpentina vox est: hãc primã vocem serpens emisit, dicens Euæ: Quid dixit deus, nolite manducare &c. ergo patris sui venena diffundunt. Augu. de cõ. euang. Videtur autẽ Lucas hoc aliquãto differẽtius ab aliis euangelistis cõmemorasse: nõ eñ dicit tantũ dño obiectum esse, ꝙ cũ publicanis & pharisæis mãducaret & biberet, sed discipulis quòd de ipso ac de ipsis acciperet̃. Propterea eñ Matthæus & Marcus de Christo discipulis obiectũ narrãt, quia ꝙ discipuli cum pulicanis & peccatoribus mãducabant magistro magis obiiciebat̃, quẽ sectãdo imitabant̃: vna ergo sentẽtia est tantò melius insinuata, q̃to quibusdã verbis manẽte veritate varia. Chry. Ipse aũt dominus in cõtrariũ eorũ sermonẽ conuertit, ostendẽs nõ esse culpã cum peccatoribus conuersari, sed etiã cõsonũ misericordię ꝓprię. vnde sequit̃: Et respõ. Ie. dixit ad il. Nõ egent me. qui sa. sunt, sed qui male habent. In quo cõmonet eos conmunis infirmitatis, & de numero languẽtiũ eos esse ostendit: se verò medicũ esse latẽter subiungit. Non eñ ve. voca. iu. sed peccatores. Greg. Ni. q. d. Adeo peccatores nõ abominor, quia eorũ tantum gratia veni, non vt maneãt pctõres, sed vt cõuertantur, & boni fiant. Aug. de cõ. euã. Vnde addidit: In pœnitentiã: quod ad explanandam sentẽtian valet, ne quisquã peccatores ob hoc ipsum ꝙ peccatores sunt diligi arbitret̃ à Christo, cũ & illa similitudo de ægrotis bene intimet q̃d velit de⁹ vocãdo pctõres tanq̃ medic⁹ ęgrotos; vt ab iniquitate tanquam ab ęgritudine salui fiant. Amb. Sed quõ dum iustitias dilexit, neq; vidit

Magni scrupuli discussio

Dauid iustũ derelictũ, si iust⁹ derelinquit̃, peccator asciscit̃? intelligas ꝙ eos iustos dixit qui ex lege ꝓsumãt, & euangelii gratiã nõ requirant. Nemo autẽ iustificat̃ ex lege, sed redimitur ex gratia. nõ vocat ergo eos qui se iustos dicunt: vsurpatores eñ iustitiæ nõ vocant̃ ad gratiam. nã si gratia est ex pœnitẽtia, vtiq; qui fastidit pœnitẽtiã, abdicat gratiã. Beda. Peccatores aũt vocat eos q̃ sua mala attendẽtes, nec ꝑ legẽ iustificari se posse putantes, Christi gratię se pœnitendo deiiciunt. Chry. Ironicè aũt dicit illos iustos, sicut quãdo dicitur: Ecce Adam factus est quasi vnus nostrum. ꝙ autẽ nullus erat iustus sup terrã ostendit Paulus, dicens: Omnes peccauerũt & egent gratia dei. Greg. Ni. Vel dicit nõ egere sanos & iustos medico, scilicet angelos: sed malè habẽtes & peccatores, id est nos, quia morbũ peccati incurrimus qui in cælis nõ est. Beda. Per Matthæi autẽ electionẽ fides gentiũ exprimitur qui pri⁹ mũdanis inhiabãt, sed nũc Christi corp⁹ sedula deuotione cõficiunt. Theo. Vel publicanus est qui principi mundi seruit & debitũ carni reddit, cui gulosus reddit escas, adulter voluptatẽ, & alius aliud. Cum autẽ viderit eũ domin⁹ sedentẽ in teloneo, id est non mouentẽ se ad maiorẽ nequitiã, tũc à malo eriget̃ & sequetur Iesum, & suscipiet in domo animæ dominũ. Ambr. Qui autem domicilio Christũ recipit interno, maximis delectationibus exuberantiũ pascit̃ voluptatũ. itaq; libẽter domin⁹ ingreditur, & in ei⁹ recũbit affectu, sed rursus accẽditur inuidia ꝑfidorũ, & futurę pœnę species pręfigurat̃: epulãtib⁹ enĩ fidelib⁹ in regno cælorũ perfidia ieiuna torquebitur. Beda. Vel per hoc designatur Iudæorum inuidia, quæ de gentium salute torquetur.

Differentia legis & gratię

Ambr. Simul etiam ostenditur quãtũ sit inter ęmulos legis & gratię. ꝙ illi qui legem sequuntur, mentis famã patiẽtur ęternã: qui vero verbũ in interioribus animæ receperunt, alimẽti cęlestis & fontis vbertate recreati, esurire & sitire nõ possunt. Et ideo qui animo ieiunabant murmurabant.

At illi dixerunt ad eum: Quare *discipuli* Ioannis *ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter &* Pharisæorum: *tui autem edunt & bibunt?* Quibus *ipse ait:* Nunquid *potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare?* Venient *autem dies, & cùm ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus.* Dicebat *autem & similitudinem ad illos:* Quia *nemo commissuram à nouo uestimento immittit in uestimentum uetus: alioquin & nouum rumpit, & ueteri non conuenit commissura à nouo.* Et *nemo mittit uinũ nouum in utres ueteres: alioquin rumpit uinum nouum utres, & uinum effundetur, & utres peribunt.* Sed *uinum nouũ in utres nouos mittendum est: & utraq; conseruantur.* Et *nemo bibens uetus, statim uult nouum: dicit enim,* Vetus *melius est.*

Cyrill. Postq̃ primum verbum accepeũt à Christo, ab aliis ad alia se transferunt: volentes ostẽdere sacros discipulos & ipsum cũ eis Iesum minimè curasse de lege. vñ sequitur: At il. di. ad eũ, Quare di. Io. &c. Quasi dicant, comeditis cũ publicanis & peccatoribus, cũ iubeat lex immundo nõ cõmunicare, sed in excusationẽ præuaricationis vobis accedit misericordia. Cur ergo non ieiunatis, vt mos est secundũ legẽ volentib⁹ viuere? Sed sancti quidẽ idcirco ieiunãt, vt corpus affligentes quietent passiones ipsius. Sed Christus non egebat ieiunio ad perfectionẽ virtutis, cũ tanq̃ deus absolutus esset à quolibet vinculo passionis: sed nec eius comitatiua ieiunio egebat, sed particeps gratiæ eius sine ieiunio decorata virtuose conuersabatur. ꝙ si tempus quadraginta dierũ ieiunauerat, nõ hoc fuit vt in se passionẽ mortificaret, sed vt normã abstinẽtiæ ostẽdat carnalibus.

Consensus euangelicus.

Aug. de cõ. euan. Euidẽter aũt Lucas alios de aliis hoc dixisse narrauit: vnde ergo Matth. dicit, Tunc accesserunt ad eũ discipuli Ioannis dicentes: Quare nos & Pharisæi ieiunamus: nisi quia & ipsi aderant, & oẽs certatim vt quisq; poterat, hoc obiecerũt? Aug. ĩ eodẽ. Est autẽ duplex ieiuniũ: vnũ in tribulatione, ad propiciandũ deum in peccatis: aliud in gaudio, cũ tanto minus delectãt carnalia, q̃to spiritualiũ maior sarcina est. Interrogatus ergo dominus cur discipuli eius nõ ieiunarent, de vtroq; ieiunio respõdit: & primo de ieiunio tribulationis. sequitur eñ: Quib. ip. ait: Nun. pot. filios &c. Cyril. q. d. Præsens tẽpus lætitiæ est & alacritatis: non igitur immiscenda sunt tristia. Cyril. Saluatoris eĩ nostri in hoc seculo demõstratio, nihil aliud fuit q̃ quędam festiuitas intelligibiliter quasi quandã spõsam copulans illi nostrã naturã: vt quondã sterilis fœcũda fieret. Igitur filii spõsi esse noscũtur quicunq; vocati sunt

ab eo per nouã & euangelicã disciplinã: nõ aũt Scribæ cũ Phariseis q̃ solã legis vmbrã cõsiderãt. Aug. de con. euan. Per hoc autem q̃ solus Lucas dicit, Non potestis filios spon. facere ieiunare: intelligitur eos ipsos qui loquebãtur fuisse futuros vt lugẽtes ieiunarent filii spõsi, quoniã ipsi essent spõnsum occisuri. Cyril. Vbi vero cõcesserat filius spõsi q̃ non decebat eos laborare, tãq̃ qui spiritalẽ solẽnitatẽ habebant: ne inter nos annulla retur ieiuniũ, dispensatiue subiũgit di. Ve. au. di. & cũ ab. f. ab eis spõ. tũc ie. in il. die. Aug. de cõ. euã. q. d. Tũc desolabũtur & in mœrore & luctu erunt, donec eis per spiritum sanctũ gaudia cõsolatoria retribuant. Ambr. Vel aliter: Nõ hoc ieiuniũ relegat quo cõficitur caro, & corporis luxuria castigat. ieiuniũ nos cõmẽdat deo: sed nõ possumus ieiunare qui Christũ habem⁹, & Christi carnem epulamur & sanguinem. Basi. Filiietiã spõsi ieiunare nequeunt, hoc est animę nutrimẽtũ nõ sumere, nec viuere in omni verbo quod de ore dei procedit. Amb. Sed q̃ sunt illi dies quib⁹ nobis Christ⁹ auferet, cum ipse dixerit, Vobiscũ ero vsq; ad consummationẽ mundi? sed nemo tibi Christũ potest auferre, nisi te illi ipse auferas. Beda. Quãdiu em̃ spõsus nobiscum est, in lætitia sumus, nec ieiunare possumus nec lugere. Cum autẽ per peccata ille recedit, tũc indicendũ est ieiuniũ, & requirẽdus luctus. Ambr. Deniq; de animi dictũ est ieiunio, vt sequẽtia declarãt. sequit enĩ: Dic. autẽ &c. Quia ne. cõ. id est particulam ablatam à ve. no. immit. in ve. vetus. Appellauit ieiuinũ vestimentũ vetus, q̃d exuẽdum apostolus estimauit, dicens: Spoliate vos veterem hominẽ cũ actibus suis. In eadem igitur forma series conuenit præceptorum, ne actus veteris & noui hominis misceamus. Aug. de quæst. euang. Vel aliter: Dono spirit⁹ sancti percepto. Genus autẽ ieiunii q̃d fit per lętitiam iã renouati in vitã spiritualẽ cõuenientissimè celebrant, quod anteq̃ accipiant dicit eos esse tãq̃ vetera vestimẽta quib⁹ incõueniẽter pãn⁹ nou⁹ assuit, id est aliqua particula doctrinæ quæ ad nouæ vitæ tẽperantiã ꝓtinet: quia si hoc fiat, & ipsa doctrina quodãmodo scindit q̃ docet generale ieiuniũ, nõ à cõcupiscẽtia ciborũ tantũ, sed ab omni lætitia tẽporaliũ delectationũ, cui⁹ particulã quę ad cibos pertinet, dicit nõ oportere hominib⁹ adhuc veteri cõsuetudini deditis impartiri: quia & illic quasi cõcisio videt fieri, & ipsi vetustati nõ cõuenit. Dicit etiã eos esse similes veterib⁹ vtrib⁹. vñ sequit: Et nemo mit. vinũ no. in vtres veteres. Ambr. Fragilitas humanę cõditionis aperitur, cũ corpora nostra exuuiis defunctorũ animaliũ comparãtur. Aug. de quę. euang. Veteribus autẽ vtribus cõparantur apostoli, qui vino nouo quasi spiritualibus præceptis facilius disrũpuntur q̃ contineant. vnde sequitur: Alioquin rũpit vi. no. vtr. & vinum ef. &c. Erũt autẽ noui vtres cũ post ascensionẽ accepto desyderio consolationis eius, orando & sperando innouabunt. vñ sequit: Sed nouũ vinũ in vtres nouos mittẽdum est: & vtraq; cõseruant. Beda. Vino siquidẽ intus reficimur, veste autẽ foris tegimur. Vestis ergo sunt bona opera quę foris agimus: quib⁹ corã hominibus Incemus, vinũ feruor fidei, spei, & charitatis. Aliter: Veteres vtres sunt scribæ & pharisæi, nouus pannus & nouũ vinum præcepta euangelii. Grego. Nisi. Vinũ enim de nouo elicitum propter feruorẽ naturalis humidi fumosum est, despumãs naturali agitatione à se materialẽ sorditiem. Tale vinum nouũ testamentũ est, quod antiqui vtres qui ꝓpter incredulitatẽ inueterati sunt, nõ capiunt imò scindũtur excellentia doctrinę necnon & gratiã spiritus incassũm fluere faciunt, quia in maliuolam animam nõ introibit sapientia. Beda. Sed cuicunq; animę nondum in nouitate sed in vetustate malitiæ perseueranti, nouorũ mysteriorum sacramenta non debẽt immitti: qui etiã præceptis euãgelicis præcepta legis miscere volũt Galatę, vinum nouum in vtres veteres mittunt. Sequit: Et nemo bibens vetus, statim vult nouum: dicit em̃, Vetus melius est. quia Iudæis vitæ veteris saliua imbutis nouæ gratiæ præcepta sordebant, quia maiorum traditionibus commaculati dulcedinem spiritalium verborum percipere non valebant.

CAP VI.

FActum est autẽ in sabbato secundo primo, cùm transiret per sata, uellebãt discipuli ei⁹ spicas, & mãducabãt cõfricãtes eas manib⁹ suis. Quidã aũt pharisæorũ dicebant illis: Quid facitis quod nõ licet in sabbatis? Et respõdens Iesus ad eos, dixit: Nec hoc legistis quod fecit Dauid, cũ esurisset ipse & q̃ cũ illo erãt: quomodo intrauit in domũ dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his qui cum ipso erant, quos non licet manducare nisi tantũ sacerdotib⁹? Et dicebat illis: quia dominus est filius hominis etiã sabbati.

Ambro. Non solum cõprehẽsione verborũ, sed etiã ipso vsu speciẽq; gestorum incipit hominẽ domin⁹ veteris obseruatione legis exuere. vnde dicitur: Factum est autẽ &c. Bed. Non habentes em̃ discipuli spatium manducandi ꝓpter importunitatẽ turbarũ, esuriebãt vt homines, sed vellentes spicas inediã cõsolabant, q̃d est indiciũ austerioris vitę, nõ præparatas escas, sed simplices quęrere cibos. Theop. Dicit autẽ in sabbato secundo primo, quia Iudęi omnẽ festiuitatẽ sabbatũ nũcupabant. requies em̃ dicitur sabbatum. Multoties ergo contingebat in paraseue festiuitas, & vocabant parasceuem festum propter sabbatum. deinde principale sabbatũ secũdum primũ dicebant, quasi secũdũ existẽs à præcedẽtis diei festiuitate. Chry. Duplex eĩ erat festũ, & principalis festi & alterius solẽnitatis sabbati. Isido. Vel dicit secundo primo, quia secundũ erat pascha, primũ autẽ azymorũ cùm immolarẽt em̃ pascha ĩ sero sequenti die festũ azymorum celebrabant. q̃ autẽ ita sit, patet ex hoc quòd apostoli vellebant spicas, & mãducabant. in illo nanq; tẽpore spicę flectunt à fructu. Epip. Die igitur sabbati visi sunt transeuntes per segetes & spicas edebant, ostendẽtes quoniã dissolutũ est vinculum sabbati, vbi magnũ aduenit sabbatũ, hoc est Christus, qui fecit nos quiescere ab ope delictorũ nostrorũ. Cyril. Pharisæi autẽ & scribę ignari sacrarum scripturarum, in vnum cõspirauerãt ad reprehẽdendũ Christi discipulos. vnde sequitur: Quidã autem pharisæorum dicebant illis: Quid facitis &c. Dic mihi tu cũ in sabbato tibi mensa ꝓponitur, nonne frangis panẽ? Quid igitur alios reprehẽdis? Beda. Alii vero dicunt ipsi domino hęc fuisse obiecta: sed à diuersis, & ipsi dño, & discipulis potuerunt obiici: & cuicunque obiectum, ad ipsum maximè respicit. Ambro. Domin⁹ autẽ defẽsores legis arguit nescire quæ legis sunt, exemplum inducens Dauid. vnde sequit: Et respon. Ie. ad eos di. Nec hoc legistis &c. Cyril. Quasi dicat: Cùm expresse dicat lex Moysi: Iudicate iustum iudicium, nec considerabis personam in iudicio, qualiter increpatis discipulos qui vsq; in hodiernum diem extollitis Dauid vt sanctum, & prophetam: cùm Moysi præceptum nõ seruauerit? Chrysosto. Et attende quòd quandocunque domino fit sermo ꝓ seruis, id est discipulis: seruos ducit in medium, scilicet Dauid & sacerdotes: quãdo verò pro se, introducit patrem, sicut ibi: Pater meus vsq; modo operat, & ego operor. Theo. Aliter autẽ eos reprimit cùm subditur: Et dicebat illis, quia domin⁹ est filius hominis etiã sabbati. q. d. Ego sum domin⁹ sabbati tanq̃ dispositor: & sicut legislator potestatem habeo soluere sabbatum. filius enim hominis vocatus est Christus, qui dei existens filius miraculosè, dignat⁹ est filius hominis propter homines fieri & vocari. Chrys. Marcus autẽ de cõmuni natura hoc ipsum ꝓtulisse fatetur, dicebat em̃, propter homines sabbatum factum est, non homo propter sabbatum. Expedit igitur potius sabbatum homini subiici, quàm huic colla subiicere sabbato. Ambrosius. Non mediocre autem mysterium hic est. Ager enim est hic mundus, agri segẽs, in satione humani generis fœcunditas numerosa sanctorũ. Spicę agri fructus ecclesię, quos operibus discutiẽtes suis apostoli pascebãt: nostro se alẽtes profectu, & tanquã folliculis corporũ mentiũ fructus ad fidei lucẽ præclaris operũ suorum miraculis eruebant. Beda. Spicas em̃ cõfricant, quia in illis quos in corpus Christi volunt traiicere, mortificant veterẽ hominẽ cũ actibus suis à terrena intentione extrahendo. Ambro. Sed hoc putabant Iudæi sabbato non licere, Christus autẽ nouę gratię munere designabat ociũ legis opus gratię: mirè tamen secundo primũ, non primo secundũ sabbatum dixit: quia sabbatũ illud ex lege solutum est quod erit primũ, & hoc primũ factum est quod secũdo cõstitutum est. Sabbatũ igitur dicitur secundũ, iuxta numerum: primũ, iuxta operationis gratiã. melius est enim sabbatum quo impunitas datur, q̃ quo pœna præscribitur. Hoc fortè primũ est in prędestinatione cõsilii: & secundum in sanctione decreti. Deinde q̃ Dauid cum sociis fugit, hic ꝓfiguratus in lege Christus est, qui cũ apostolis principem mundi lateret. Quomodo aũt ille obseruator legis atq; defensor panes & ipse mãducauit & dedit his qui secũ erant, quos non licebat mãducare nisi sacerdotibus: nisi vt per illã demonstraret figurã sacerdotalẽ cibum ad vsum transire populorum? siue q̃ omnes vitã sacerdotalem debemus imitari, siue q̃ omnes filii ecclesiæ sacerdotes sunt. vngimur em̃ in sacerdotiũ sanctũ, offerentes nosmetipsos deo hostias spirituales. Si autẽ sabbatum ꝓpter homines factum est, vtilitas autẽ hominum postulabat esuriẽtem hominẽ, qui diu fuerit terrę fructibus abdicat⁹, veteris panis vitare ieiunia, non vtiq; lex soluitur, sed impletur.

Sabbatũ duplex.

Dauid figurat Christũ.

Factũ est aũt & in alio sabbato, ut intraret in synagogã, & doceret. Et erat ibi homo, & man⁹ eius dextera erat arida. Obseruabant aũt scribæ et pharisæi si in sabbato curaret: ut inuenirẽt unde accusarẽt eum. Ipse uerò sciebat cogitationes eorum: & ait homini qui habebat manũ aridam: surge, & sta in medium. Et surgens stetit. Ait autẽ ad illos Iesus: Interrogo uos si licet sabbatis benefacere, an male: animã saluã facere, an perdere? Et circunspectis omnibus dixit homini: Extẽde manũ tuã. Et extendit: & restituta est manus eius: ipsi autẽ repleti sunt insipientia: & colloquebantur adinuicẽ quidnam facerent de Iesu.

Ambro. Hic ad alia progreditur dominus, nam qui totum hominẽ saluũ facere disposuerat, p̃ singula mẽbra curabat. vnde dicit: Factum est autẽ in alio sabbato vt intraret in synag. & doceret. Beda. Sabbatis maximè curat & docet, non solũ propter insinuandũ spirituale sabbatũ, sed etiam ꝓpter celebriorẽ populi conuẽtum. Cyril. Docebant autem reuera transcẽdẽtia intellectũ, & quæ salutis futurę per eum referebant audiẽtibus semitã. deinde præcedẽte doctrina subito diuinam ostendebat virtutem. vnde sequitur: Et erat ibi homo &c. Beda. Quia vero destructionẽ sabbati, quã in discipulis arguebant, ꝓbabili magister excusauerat exẽplo, nunc ipsum obseruando magistrũ calũniari volunt. vñ sequitur: Obseruabant aũt scribæ & pharisęi si in sabbato curaret, vt scilicet si nõ curet crudelitatis vel imbecillitatis, si curet transgressionis vitio arguãt. vnde sequitur: Vt inuenirent vñ accusarent eum. Cyril. Hic em̃ est mos aduersarii, pascit in se doloris morbũ aliorum prœconiis: sed dominus nouit omnia, & corda rimatur. vnde sequitur: Ipse ve. sc. cog. & c. Et surgens stetit: vt forsan incitaret ad pietatem crudelem pharisæũ, & ipsa passio flammas mitigaret liuoris. Beda. Præueniens aũt dominus calumniã quã sibi præparabant, arguit eos qui præcepta legis malè interpretando etiam à bonis operibus sabbato æstimabant feriandũ, cũ lex à seruili opere. i. malis abstinere præcipiat in sabbato. vnde sequitur: Ait au. ad il. Ie. Inter. &c. Cyrill. Nimis est idonea quęstio. nã si licet in sabbato benefacere, nec aliquid obstat vt laborantes à deo misericordiã consequantur, desinas colligere aduersus Christũ calumniã. Si aũt non licet in sabbato benefacere, & lex prohibet animarũ salutẽ, factus es legis accusator. Ipsam quoque sabbati sanctionẽ si velimus discutere, ad opus pietatis introductũ fuisse reperiemus. Iussit em̃ in sabbato feriari, vt quiescat inquit, puer tuus & ancilla tua, bos tuus & quodlibet pecus tuũ. qui vero bouis miseretur & cæterorũ pecorũ, quomodo nõ miserebit hominis graui morbo perplexi? Ambr. Lex aũt in præsentibus formam prefigurauit futurorũ, in quibus vtiq; malorũ feriæ sunt nõ bonorum. nam licet secularia opera cõquiescant, nõ ociosus tamen boni operis actus est in dei laudes requiescere. Aug. de q. euã. Cùm autẽ dominus corpus curauerit, sic interrogauit: Animã saluã facere, an perdere? Vel quia illa miracula propter fidem faciebat, vbi salus est animæ: vel quia ipsa sanatio manus dexteræ salutẽ animæ significabat, quæ à bonis operibus cessans, aridã quodãmodo dexterã habere videbatur: vel animã pro homine posuit, sicut dici solet: Tot animę ibi fuerunt. Aug. de con. euan. Sed potest mouere quomodo Matthæus dixerit, q̃ ipsi interrogauerunt dominum, si licet curare sabbato, cũ Lucas hic illos potiũ à domino interrogatos esse perhibeat? itaq; intelligendum est q̃ illi prius interrogauerunt dominũ, si licet sabbato curare. Deinde intelligens cogitationes eorũ, aditum accusandi quærentium, cõstituit in medio eum quẽ fuerat sanaturus: & interrogauit quæ Marc⁹ & Lucas eum interrogasse cõmemorant. Sequitur: Et circũspectis omnibus. Titus. Quasi collectis omnium oculis, quinetiã incitata mente eorum ad cõsiderationem negocii, dixit homini: Extende man. tuã. Ego tibi mando qui creaui hominẽ. audit aũt qui læsam habebat manum, & sanus fit. vnde sequitur: Et ex. & re. &c. Quos autem oportebat in miraculo stupere, augent malitiã. vnde sequit: Ipsi aũt rep. &c. Chry. Et vt narrat Matth. exeũt & consiliantur vt occidant eum. Cyril. Cernis ô pharisæe operantem diuinè ac superna maiestate liberãtem languentes, & mortem portas ex liuore. Bed. Homo iste humanum genus significat in fœcunditate boni operis arefactum pro manu in primo parente ad pomum extensa, quã sanauit innocens manus in cruce extẽsa: & bene manus in synagoga erat arida, quia vbi maius donum scientię, ibi transgressor maiori subiacet culpę. Amb. Audisti igitur verba dicentis: Extẽde manum tuã. Cõmunis ista generalisq; medicina est. & tu qui putas manũ habere te sanã, caue ne auaritia vel sacrilegio cõtrahatur. Extende sæpius eam, vt proximũ iuues, vt viduæ præsidiũ feras, eripias iniurię quem vides iniustè contumelię subiacere. extende ad pauperẽ qui te obsecrat, extẽde ad dominum pro peccatis tuis. sic manus extenditur, sic manus sanatur.

Mos aduersarii.

Consensus euã.

Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, et erat pernoctans in oratione dei. Et cùm dies factus esset, uocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis quos & a-

Christ⁹ domin⁹ sabbati.

Universidad de De… Biblioteca

postolos nominauit: Simonē quē cognominauit Petrū, & Andreā fratrē ei⁹, Iacobū & Ioannē, Philippū et Bartholomæū, & Matthæū & Thomā, Iacobū Alphæi, & Simonē q uocatur Zelotes, et Iudā Iacobi, et Iudā Scariotē q fuit proditor.

Glos. Insurgentibus aduersariis cōtra Christi miracula & doctrinā, apostolos elegit quasi defensores veritatis & testes, quorū electioni orationem præmittit. vñ dicitur: Factum est autem &c. Ambro. Noli insidiatrices aperire aures, vt putes filium dei quasi infirmū orare vt impetret quod implere nō possit. potestatis eñi obedientiæ magister ad præcepta virtutis suo nos informat exēplo. Cyril. Scrutemur igitur in his quę Christus egit, qualiter nos doceat orationib⁹ diuinis insistere, semotim scilicet & secretò nemine vidente: amota quoq; mundana solicitudine, vt sursum ad diuinæ speculationis intuitum erigatur intentio, qnod designat in hoc quòd semotim orabat Iesus exiens in montem. Ambro. Vbiq; etiā solus obsecrat. Dei eñi consiliū humana vota nō capiunt. Nec quisq̄ interiorū potest esse particeps Christo, nō autē omnis qui orat ascendit in montē, sed qui orat à terrenis ad superiora ꝑgrediēs, sed nō ille qui de seculi diuitiis aut de honore sollicitus est. Omnes sublimes in montē ascendunt. quare in euangelio inuenies solos in montē cū dño ascēdisse discipulos. Species aūt tibi christiane datur, forma præscribitur quam debeas æmulari, cum sequitur: Et erat ꝑnoctans &c. Quid eñi te pro salute tua facere oportet, quādo ꝑ te Christus in oratione pernoctat? Cyril. Exurge igitur & tu tempore noctis. Purior est eñi tunc tēporis anima, ipsę tenebræ, silentium nimium possunt sufficiēter ad compūctionē perducere. Cęterū si ipsum quoq; cælū inspicias punctatū stellis quasi infinitis luminibus, si consideres ꝙ qui per diem saltant, iniuriantúrq;, hi tunc nihil à mortuis discrepant: detestaberis quēlibet ausum humanū. Hæc omnia sufficiūt ad animā erigendā. tunc non vexat inanis gloria, nō acedia, nō concitatio occupat: non sic ignis ferri sequestrat rubiginē, velut nocturna oratio ęruginē peccatorū. Quē de die solis ęstus pussit, nocte refrigerat: quēlibet rorē superant nocturnæ lachrymę, & cōtra concupiscentiā valent & quēlibet timorem. si vero prędicto rore non foueatur homo, arescit sub die. Quapropter licet non multum ores noctu: semel ora vigilando, & sufficit. ostende ꝙ non solum ad corpus nox pertinet, sed etiam ad animam. Ambro. Quid autē te facere conuenit cū vis aliquod officium pietatis adoriri, quādo Christus missurus apostolos prius orauit? Sequitur enim: Et cū di. fa. eff. vo. dis. suos. &c. Quos scilicet ad propagandū auxilium salutis humanę per terrarū orbē satores fidei destinauit. Simul aduerte cœleste consilium: non sapientes aliquos, non diuites, non nobiles, sed piscatores & publicanos, quos dirigeret: ne diuitiis aut potentię nobilitatisq; auctoritate traxisse aliquos ad suā gratiā videret: vt veritatis ratio, nō disputationis gratia ꝑualeret. Cyril. Attende aūt maximā euangelistæ sedulitatem, non solum dicit electos fuisse sacros apostolos, imò nominatim eos enumerat, ne qsq̄ audeat alios inscribere apostolorū catalogo, Simonē quē cognominauit Petrum, & Andream fratrē eius. Beda. Nō modo primū eum cognominauit, sed longe prius cum ab Andrea adducto dicitur, Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Sed volens Lucas nomina apostolorum enumerare, cum necesse haberet Petrū dicere, breuiter voluit innuere ꝙ nō hoc antea cognominaretur, sed ita domin⁹ cognominauerit. Euse. Secūda aūt combinatio est Iacobi & Ioānis: vnde sequitur, Iacobū & Ioannem, ambos. s. filios Zebedęi, qui etiā piscatores fuerunt. Post hos autem dicit Philippum & Bartholomęū: Philippū dicit Ioānes fuisse de Bethsaida cōciuē Andreę & Petri, ipse quoq; Bartholomęus vir simplex & expers sciētię mūdanę, & amaritudinis. Matthę⁹ vero ex his q prius cēsus exigebāt vocat⁹ est: de quo subdit, Matthęum & Thomā. Bed. Matthęus compari suo Thomę in ordine, humilitatis causa se supponit, cum à cęteris euāgelistis prælatus sit. Sequit: Iacobū Alphęi & Simonē qui vocatur zelotes. Glo. Quia scilicet fuit de Chana Galilęę qui interpretatur zelus, qđ additur ad differentiā Simonis Petri. Sequit: Iudam Iacobi & Iudam Scarioth qui fuit ꝓditor. Aug. de cō. euā. In nomine Iudę Iacobi Lucas videtur discrepare à Matthęo qui eum Thadęum appellat. Sed quis vnquā prohibuit duobus vel tribus noībus vnū hominē vocari? Eligitur aūt Iudas proditor non per imprudentiam, sed per prouidētiā: susceperat quidē hominis fragilitatē, & ideo nec has partes recusauit infirmitatis hūanę: voluit ab apostolo suo tradi, vt tu à socio proditus moderatè feras, tuum errasse iudiciū, periisse beneficium. Beda Mysticè autem mons in quo apostolos elegit, altitudinē designat iustitiæ, quia instituēdi erant & eam ꝑdicaturi: sic & lex in mōte data fuit. Cyril. Quòd si libet interpretationē apostolicorū nominū scire, scito ꝙ Petrus dicitur dissoluens vel agnoscens, Andreas decora potentia vel respondēs, Iacobus aūt supplātator dolorum, Ioannes dñi gratia, Matthæus donatus, Philipp⁹ os magnū vel orificiū lāpadis, Bartholomæus filius aquas suspēdētis, Thomas abyssus vel gemin⁹, Iacob⁹ Alphęi supplātator gress⁹ vitę, Iudas cōfessio, Simō obediētia.

Exēplū Christi.

Doctrina pulchra.

Cōcordia verborum.

Et descendens cum illis stetit in loco campestri, & turba discipulorum ei⁹, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalem, & maritima, & Tyri & Sidonis, qui uenerant ut audirent eū, & sanarentur à languoribus suis. Et qui uexabantur à spiritibus immūdis curabātur, & omnis turba quærebat eū tāgere: quia uirt⁹ de illo exibat, et sanabat oēs.

Cyril. Celebrata ordinatione apostolorum, plurib⁹ congregatis & de regione Iudæorum, necnon à maritima Tyri & Sidonis qui erant idololatrę: cōstituit eos totius orbis doctores, vtpote q euocarent Iudæos à legis seruitute, cultores aūt dęmonū ab errore gentili ad veritatis cognitionē. vnde dicit: Et descē. cū &c. Beda. Nō à proximo mari Galilææ maritimā dicit: quia hoc non miraculi loco poneretur, sed à mari magno cognominatur, in quo etiā Tyrus & Sidon comprehendi poterant, de quib⁹ sequit: Et Tyri & Sidonis. Quæ quia ciuitates gentiū sunt, cōsultè nominatim ponuntur, vt quanta sit fama virtútisq; saluatoris intimetur, quæ externas quoq; ad sanitatē doctrinamq; capessendā ciuitates accersierat: vnde sequit: Qui venerant vt audirēt eum. Theo. Hoc est, ad animarum medelam: vt sanarentur à languorib⁹ suis, hoc est ad medelā eorū corporū. Cyrill. Postq̄ aūt sacerdos publicauit apostolos, plurima & ardua fecit miracula: vt qui cōuenerant Iudæi et gentiles, scirent eos decoratos esse à Christo dignitate apostolatus, & ꝙ ipse non erat sicut vnus aliorū hominum, magis autē deus, vt verbū incarnatū. vnde sequitur: Et om. tur. quæ. &c. Neq; enim alienā virtutē accipiebat Christus: sed cū naturaliter esset deus, propriam virtutē super infirmos emittens, sanabat omnes. Amb. Aduerte aūt omnia diligenter, quomodo & cum apostolis ascendat ac descendat ad turbas, quomodo eum turba sequitur ad excelsa: deniq; vbi descendit, inuenit infirmos: in excelsis enim infirmi esse non possunt. Beda. Raro hoc quoq; vspiam vel turbas dominū ad altiora sequi, vel quempiā debilē inuenies in monte curari: sed extincta febre libidinū, accensáq; scientiæ luce pe-

Mysterium verborū.

detentim quęq̄ ad culmen subire virtutū. Turba autē quę dominū tangere potuit, spiritus illius virtute sanatur, vt supra leprosus domino tangēte mūdatur. Tactus ergo Saluatoris, op⁹ est salutis: quē tāgere, est fideliter in eum credere: à quo tangi, est eius munere sanari.

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes, quia uestrum est regnum dei. Beati qui nūc esuritis quia saturabimini. Beati qui nūc fletis, quia ridebitis. Beati eritis cùm uos oderint homines, & cùm separauerint uos & exprobrauerint, & eiecerint nomē uestrū tanq̄ malum propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enī merces uestra multa est in cælo. Secundū hæc enim faciebant prophetis patres eorum.

Cyril. post apostolorū ordinationē ad euāgelicæ vitę nouitatē saluator suos discipulos rectificauit. Ambro. Diuinitatis autem prompturus oracula incipit esse sublimior, etsi in humili stabat, tamē oculos eleuauit. vnde dicitur: Et ipse eleuatis oculis. Quid est leuare oculos nisi interius lumen aperire? Beda. Et quāuis gñaliter omnibus loquatur, specialius tamē oculos in discipulos leuat. Sequitur eñi: In discipulos suos: vt his qui verbum intēta cordis aure percipiūt, latius saporis intimi lumen aperiat. Amb. Quatuor autē tantum beatitudines Lucas posuit, octo vero Matthæus: sed in istis octo, illæ sunt quatuor: & in istis quatuor, illæ octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplexus est cardinales, ille in illis octo mysticum ordinē reserauit. sicut enī spei nostrę octaua pfectio est, ita octaua summa virtutū est. Primā autē beatitudinē paupertatis vterq; euangelista posuit: ordine enī prima est, & parens quędam virtutū. quia qui contēpserit secularia, ipse merebitur sempiterna. Nec potest quisq̄ meritū regni cęlestis adipisci, qui mūdi cupiditatē post se emergēdi non habet facultatem. vnde sequitur: Dicebat, Beati pauperes. Cyril. In euangelio quidē quod est secundū Matthæum beatos fieri dixit pauperes spiritu: vt intelligamus esse pauperem spiritu, habentē intellectū modestū & quodāmodo remissum. vnde dicit Saluator: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Hic autē beatos asserit pauperes non addito, spiritu: pauperes appellās diuitias contēnentes: decebat eñi vt cum pronūciaturi essent salutiferi euangelii dogma, mentē non gererēt cupidam, sed promptū affectum haberēt erga maiora. Cyrill. Non autē omnis quē paupertas premit beatus est, sed q Christi pręceptū mundanis pręculerit opib⁹: plures enim pauperes sunt in substantia, auarissimi tamen secundū affectum: quos non saluat paupertas, sed affectus dānat. Nihil enī inuolūtariorum beatificabile est, eo ꝙ omnis virtus libero designat arbitrio. Beatus ergo pauper quasi Christi discipul⁹, qui pro nobis paupertatē sustinuit. Nā ipse dñi quodlibet opus impleuit quod ad beatitudinē ducit, se prębēs exēplar discētib⁹. Euse. Sed cùm cęleste regnum in multis gradibus bonorum cōsideretur. Primus gradus scandētiū est eorū qui diuino intuitu colunt paupertatem: tales autē fecit eos qui primo facti sunt eius discipuli. Ob hoc in eorum persona dicit: Quia vestrū est regnum dei: quasi demōstratiue hoc proferēs ad præsentes, ad quos etiā oculos eleuauit. Cyril. Postq̄ igitur mandauit paupertatē colere: ea quæ cōsequūtur inopiam coronat honorib⁹. Contingit autem paupertatē colentes, necessariorum incurrere defectum & vix acquirere victū, idcirco non sinit discipulos pusillanimes super hoc fieri, dicēs: Beati qui nūc esuritis. Cyril. Id est beati qui castigatis corpus vestrum, & seruituti subiicitis, qui in fame & siti verbo operam datis, quia cælestium tunc gaudiorū habebitis vbertate perfrui. Greg. Nise. Altius autē, sicut secundum sensibilē escam diuersificatur participantiū appetit⁹ ad comestibiliū species: sic & in cibo animæ, ab his quidem opinabile, ab his autē appetitur qđ naturaliter est bonū: vnde hic secundū Matthæū beatificantur, qui iustitiā loco cibi & pot⁹ reputāt, nō inq̄ particularē, sed vniuersalē virtutē: quā qui esurit, beatificandū dicit. Beda. Apertissimè nos instruēs nunquā nos satis iustos æstimare debere: sed quotidianū iustitiæ semper amare profectū, ad cuius perfectā saturitatē non in hoc seculo sed in futuro possumus ꝑuenire, Psalmista ostendit dicens: Satiabor cū manifestabit gloria tua. vnde sequitur: Quia saturabimini. Gregor. Nisen. Auidis eñi iustitiæ desyderatorū copiā spondet. Nihil enim eorum quæ secundū voluptatē in vita quærūtur, satiat inquirentes. Solū aūt virtutis studiū subsequitur præmium quod indeficiēs gaudiū inserit animę. Cyril. Consequitur autē inopiā non solū defectus rerū ad delectationes facientiū, sed etiā depressus vultus propter mœstitiā. vnde sequitur: Beati qui nūc fletis. Beatificat flentes nō eos qui simpliciter aboculis lachrymas emittunt, cōmune eñi est hoc tam fidelibus q̄ infidelibus, si quid tristiū accidat. Magis aūt illos beatos asserit, qui lenem vitam & implicitā, carnalib⁹ voluptatibus deditā vitant refutantes delicias, & penè lachrymantes propter odium mundanorū. Chryso. Magnū quid vero secundū deum tristitia est: & impetrat ei pœnitentiam in salutē. vnde Paulus, cū non haberet suos defect⁹ flere, pro alienis lugebat: talis luctus est alacritatis materia. vnde sequitur: Quia ridebitis. Etem si nihil prosumus his pro quibus flemus, tamē proficimus nobismet ipsis. Nā qui sic aliena deflet, multo magis nō præteribit inflebiliter sua delicta. Magis aūt nec facilè labetur in scelus: nō dissoluamur in hac breui vita, ne suspiremus in infinita. Nō quęramus delicias, à quibus manat luctus & dolor nimius: sed tristemur tristitia, quæ germinat veniā. Est etiā dñm sæpius reperire lugentē: ridentem nequaq̄. Basil. Promittit autē flentibus risum, nō quidē emissum per mādibulas sonū, sed merā & impermixtā cuilibet tristitiæ alacritatē. Beda. Qui ergo propter diuitias hęreditatis Christi, propter panē vitę æternę, propter spem cœlestium gaudiorū: fletus, esuriem, paupertatemq; pati desyderat, beatus est. Multo autē beatior qui has virtutes inter aduersa seruare non trepidat. vnde sequitur: Beati eritis cū vos oderint homines. Licet eñi homines odiant corde nephādo, dilectum cor Christo lædere nequeunt. Sequitur: Et cùm sep. vos. Separent, & à synagoga expellāt, Christus inuenit & confirmat. Sequit: Et exprobrauerint. Exprobrent nomē crucifixi, ipse commortuos sibi corresuscitat, & consedere facit in cœlestibus. Sequit: Et eie. no. vestrum tanq̄ malū. vbi nomen christianorū significat, quod à gentilibus Iudęisq; sæpissimè q̄tū ad ipsos memoriæ abrasum & ab hominibus est abiectū, nulla existente causa odii, nisi propter filiū hominis, qui. s. credētes nomē Christi, suū cognomē facere voluerūt. Docet ergo eos ab hominibus insectandos, sed vltra homines esse beādos. vñ sequitur: Gaud. in il. die & exul. ec. &c. Chry. Multū & paucū mēsuratur dignitate proferētis. Quęramus igit quis multā promisit mercedē? siquidē propheta vel apostolus velut homo paucū esse multum existimauit, nūc aūt dñs qui possidet perennes thesauros, opes, quæ quemlibet intellectū trāscendunt, multā pollicitus est mercedē. Basil. Rursus magnum, aliquando absolutā habet intentionē: sicut magnū est cœlum, & magna est terra: aliquādo vero ad aliquid habet relationem, vt magnus equus & bos in comparatione similium: sic arbitror multā fore mercedē repositā patiēti-

Oracula diuinitatis.

Quępaupertas beata.

Tristitia secundū deū.

Nominis Iesu iniuria.

bus opprobria propter Christū, non tanq̃ comparatā ad ea quæ penes nos sunt, sed in se multā existentē, & tanquā à deo donatā. Dama. Illa etiā quę mēsurari vel numerari possunt, terminatè ingerunt: qđ aūt ex quadam excellētia oēm trāscendit mēsurā & numerū, inde terminatè dicitur magnū & multum, puta quādo dicimus multam esse dei misericordiam. Euseb⁹. Deinde muniēs discipulos ad pugnā aduersariorū quā passuri erant per totum orbem prędicantes subdit: secundum hæc em facie. pro. pa. eorū. Ambr. Quia prophetas vt Iudæi vsq; ad mortē corporis ꝓsecuti sunt. Beda. Quia vera dicentes solent persecutionē pati: nec tamen ideo prophetæ antiqui timore persecutionis à veritatis prędicatione defecerunt. Euse. Hoc aūt tē dicebat muniēs discipulos ad pugnā aduersariorū prędicantes per totū orbem. Ambro. In hoc ergo ꝙ dicit, Beati pauperes: habes temperantiam quæ te à peccato abstinet, seculum calcat, illecebrosa non quęrit. Beati qui esuritis: habes iustitiam. qui em̄ esurit, esurienti compatitur, cōpatiendo largit, largiēdo fit iustus, quia iustitia eius manet inæternum. Beati qui nunc fletis: habes prudentiam cuiusest flere quotidiana, & ea quæ ęterna sunt quærere. Beati eritis cū vos oderit homines: habes fortitudinē, sed eam quę non odium meretur ex crimine, sed persecutionē patitur ex fide. Sic em̄ ad passionis peruenit coronam, si gratiā hominū negligas, diuinam sequaris. ergo temperantia cordis habet mūditiam, iustitia misericordiam, pacem prudentia, māsuetudinē fortitudo.

Virtutes cōnexę. Connexæ sibi sunt & concatenatæ virtutes: vt qui vnā habet, plures habere videat: & sanctis vna cōpetit virtus, sed eius quæ fuerit vberior, vberius est prēmium. Quanta hospitalitas in Abrahā? quāta humilitas? sed quia fide prēstitit, fidei prę cęteris meruit principatum. Ergo vnicuiq; plura prēmia, quia plurima incentiua virtutum: sed quo in aliquo merito copiosius, hoc etiam in prēmio redundantius.

Veruntamen uæ uobis diuitibus, qui habetis cōsolationē uestram. Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ uobis q ridetis nūc, quia lugebitis & flebitis. Væ cū benedixerit uobis omnes homines, secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.

Cyril. Prędicto ꝙ paupertas propter deum causa sit cuiuslibet boni, & ꝙ esurire & flere nō vacabit mercede sanctorū, trāsfert sermonem ad oppositā, & innuit ipse damnationis & supplicii fore materiā: vnde dicitur: Veruntamen vę vob. diui. qui habetis consola. vestram. Cyril. Hęc em̄ dictio vę, semper in scripturis dicit his qui nō possunt euadere à futuro supplicio. Ambro. Licet aūt pecuniariis copiis multa sunt lenocinia

Duplex pecunię vsus. delictorū, pleraq; tamen sunt incentiua virtutū: quanquam virtus subsidia non requirat, & cōmendatior sit collatio pauperis, q̃ diuitis liberalitas: tamē non eos q habēt diuitias, sed eos qui vti his nescīt, sententię cęlestis auctoritas condēnat. Nam vt ille pauper laudabilior est, qui prōpto largitur affectu: ita criminosior dives est, qui de eo referre gratiā deo debuit quod accepit, nec censum ad cōmunem vsum datum sine vsu absscondere. Non cēsus igitur, sed affectus in crimine est. Et quanq̃ nulla pœna grauior sit q̃ successorū profutura cōpendiis anxio timore seruare, tamen quoniā auaritiæ desyderia congerendi quādā voluptate pascuntur, qui consolationē vitæ præsentis habuerunt, remunerationē perpetuā perdiderunt. Possum⁹ tamen hic diuitē intelligere populū Iudęorū vel hęreticos, vel certe pharisęos, qui vbertate verborū & quodam ambitiosę facūdiæ patrimonio delectati, simplicitatē verę fidei supergressi thesauros inutiles condiderunt. Sequitur: Væ vo. qui satu. estis, quia esuri. Beda. Diues ille purpuratus saturabatur epulans quotidie splendidè, sed dirū væ sustinebat esuriēs, quādo de Lazari quē despexerat digito guttā aquæ quærebat. Basil. Quod aūt necessaria sit abstinentiæ ratio palā est ex eo ꝙ apostolus eam inter fructus spiritus enumerauit. Subiectio enim corporis per nihil aliud sic obtinetur, sicut per abstinentiā: qua, sicut quodā freno, decet cōpescere iuuentutis feruorē. Est igitur abstinētia interēptio criminis, amotio passionum, vitæ spiritalis initiū, obtundēs in se illecebrarum aculeū. Ne aūt coincidentia fiat cum inimicis dei, debet accipi quodlibet cū exigit tempus, ad ostendendum ꝙ mundis omnia munda. Procedendo quidem ad necessaria vitæ, abstinendo aūt omnino ab his quæ faciunt ad voluptatē. Attamen nec eandē horā sibi cūctis sancire possibile, nec modū nec mensurā. Sit aūt cōmunis intentio, nō expectare repletionem. Replere nanq; ventrem, ipsum quoq; corp⁹ inutile facit erga proprias operationes, somnolentū & ad nocumenta dispositum. Beda. Aliter: Si beati sunt illi qui iustitiæ semper esuriunt opera, infelices econtra æstimādi, qui sibi in desyderiis placentes nullā veri boni famē patiūtur. Sequit: vobis qui ridetis &c. Basi. Cùm dominus ridentes nūc arguat, palā est ꝙ nunq̃ erit fideli tempus risus: & prę-

Abstinē tia quid.

cipuè in tāta multitudine eorū qui in peccato moriuntur, pro quibus oportet lugere. superfluus aūt risus est immoderantiæ signū, & effrenis animæ motus. sed vsq; ad vultus iocūditatē exprimere passionem animæ non dedecet. Chry. Dic aūt mihi cur cōcuteris & defluis, q debes assistere terribili iudicio, & ponere rationem de omnibus hic operatis? Beda. Quia vero ipsa peccati nutrix adulatio, sicut oleum flammis, sic in culpa ardentibus solita est ministrare fomentū. Subdit: Væ cū bene. vo. &c. Chry. Nō aūt cōtrarium est quod hic dicitur, ei quod alibi domin⁹ dicit, Luceat lux ve. co. ho. Vt. s. manifestemus bene agere ad gloriā dei, non ad propriam. Pernicioſum enim quid est inanis gloria: & inde sumit ortum iniquitas atq; desperatio, & mater malorū auaritia. ꝙ si viā quæris diuertendi ab hoc, dirigas aspectū semper ad deum, & esto cōtentus ea quæ apud eum est gloria. nā si in qualibet facultate doctiores eligere oportet in arbitros, quomodo virtutis experimentū pluribus credis, nō aūt illi qui præ omnibus eam nouit, & dare & coronare potest? à quo si gloriam cupis, vita laudem humanam. De nullo enim alio magis cōsueuimus admirari, q̃ de respuente gloriā: ꝙ si nos, multo magis dominus omniū. Deinde illud cōsideres, ꝙ hominum gloria celeriter deficit, quia per cursum temporis oblivioni traduntur. Sequitur: Sec. hoc en. fa. &c. Bed. Pseudoprophetæ significātur, eo ꝙ ad captandū vulgi fauorem futura pręloqui conent. Itaq; domin⁹ in mōte beatitudines ſolummodo proborū, in campo verò etiā væ describit reproborū: quia rudes adhuc auditores necesse est terroribus ad bona cōpelli, perfectos aūt satis est præmiis inuitari. Ambr. Et attende ꝙ Matthæus præmiis ad virtutē & fidē populos prouocauit, hic autem etiam à criminib⁹ atq; peccatis futurorum supplicio-

Gloriæ despect⁹ mirabilis.

rum denunciatione deterruit.

Sed uobis dico qui auditis: Diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt uos. Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calūniantibus uos. Et qui te percutit in maxillā unā, præbe illi & alterā. Et ab eo q aufert tibi uestimētum, etiā tunicam noli prohibere. Omnia autem petenti te, tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Et prout uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis similiter.

Beda. Quia dixerat supra quid ab inimicis pati possent, nunc qualiter cum eisdem inimicis agere debeant

ostendit, dicens: Sed vob. di. qui aud. Amb. Non ociosē plurimorū factorum cęlestiū enumeratione ꝓgressus ad hunc locum serius venit, vt populus diuinis miraculis roboratus vltra legis tramitē virtutum vestigiis ꝓgredi edoceretur. Deniq; inter tria maxima, spem, fidem & charitatē maior est charitas, quę ordinat cū dicitur: Dili. ini. ve. Basil. Inimici quidem propriū est obesse & insidiari. Omnis igitur qui qualitercunq; nocet alicui, dicitur inimicus. Cyril. Conueniens autē erat huiusmodi conuersatio doctoribus sanctis, qui prędicaturi erant vbiq; terrarum salutarem sermonē, quos si contingeret velle recipere de persequentib⁹ vindictā, omisissent eos ad cognitionem veritatis vocare. Chry. Non autē dicit, Ne odio habeas: sed, Diligas. neque simpliciter mandauit diligere, sed etiā bene facere. vñ sequitur: Benefa. his qui ode. vos. Basi. Verum quia homo ex corpore consistit & anima: secundū animā quidē bene faciem⁹ huiusmodi arguentes & cōmonentes eos & oīno ad conuersionē manu ducentes, secundū corpus autē benefacientes eis in necessariis victui. Sequit: Benedicite maledi. vob. Chry. Qui em̄ percutiunt proprias animas, digni sunt lachrymis & fletibus, nō maledictionibus. Nihil em̄ detestabilius est anima maledica, nec immūdius lingua quæ maledictiones offert.

Oris vi⁹ quis. Homo es: aspidum venena non euomas, nec vertaris in belua. Est tibi datum os non vt mordeas, sed vt aliorū vulnera sanes. inimicos autē mandauit nobis annumerare gradui amicorum, non quorumcunq;, sed pręcipuorum pro quibus orare solem⁹. vnde sequitur: Orate pro per. vos. Pleriq; aūt ecōtra procūbētes, & fronte super terram percutientes, & manus expandentes, non pro suis criminibus orāt deum, sed aduersus inimicos: quod nihil aliud est q̃ seipsum transfodere. Cum eū qui prohibuit contra inimicos orare precaris, vt te maledicentē inimicis exaudiat, quomodo possibile est audiri, quādo prouocas exauditurum verberando inimicū coram rege, etsi non manib⁹, verbis tamen? Quid facis homo? stas vt veniam impetres peccatorum, & imples os amaritudine. Mitigationū est tempus, orationis & gemitus: non furoris. Beda. Sed merito mouetur quæstio, quomodo in ꝓphetis inueniūt multæ imprecationes aduersus inimicos? Vbi videndum est quia ꝓphetæ per imprecationē qd esset futurū cecinerūt nō optātis voto, sed spiritu præuidentis. Cyrill. Vetus aūt lex mādabat non offendere alios, vel, si pri⁹ fuerimus læsi, nō vltra ꝓportiones lędentium iras protendere: sed perfectio legis in Christo est & i suis mādatis. vñ sequit: Et qui te &c. Cyrillus. Nam & medici cum calce feriūtur ab insanis, tunc maximè miserētur eis, & accingunt se ad eorum remedia. Tu quoq; similē habeas coniecturā erga persequētes. Ipsi nanq; sunt qui pręcipuè infirmātur: nec prius desistamus, q̃ totam amaritudinem euomuerint. tūc vberes gratias agēt tibi: & ipse de⁹ te coronabit, eo ꝙ fratrem tuum in pessima ęgritudine liberasti. Beda. Ferè autē cuncti contra hoc mandatum procedimus, & pręsertim potentes vel principes: non solū si passi fuerint contumelias, sed & si prǽstita eis nō sit reuerentia: aduersarios reputantes quicunq; eos min⁹ reueriti sunt q̃ se reputauerint dignos. Est autē magna

Principum vindicatio. infamia principis, esse prōptū ad vindictā. nam & qualiter alium docebit nil mali ꝙ malo rependere, qui nocenti retribuere satagit? Cyril. Vult autem domin⁹ insuper esse contemptorē rerum. vnde sequitur: Et ab eo qui &c. Hæc est em̄ virtus animæ quæ omnino auersa est à passione cupiditatis diuitiarum. Decet enim eum qui pi⁹ est, & obliuiſci malorum: vt & ea quib⁹ charos amicos iuuam⁹, persequentibus conferamus. Chry. Nō aūt dixit: Fer humiliter iniuriantis impetum: sed procedas per sapientiam, & vlterius te disponas ad patiēdum quæ ille cupiat facere, superans insolentiam eius vbertate prudenti: vt habito pudore in excellenti patientia tua descendat. Sed dicet aliquis: Quomdo potest hoc fieri? Cùm videris deum factum hominem, tot passum pro te, adhuc quæris & dubitas, quomodo possibile sit nequitiis ignoscere cōseruorū. Quis tale passus est quale dominus tuus dum ligaretur, flagellaretur, sputa perferens, mortē patiens? vnde sequit: Omni aūt pe. te tribue. Aug. de ser. do. Nō dicit omnia petēti, sed vt id des quod iustè & honestè potes, id est qđ nec tibi nec alteri noceat quātum sciri aut credi ab homine potest: & cui iustè negaueris quod petit, iudicanda est iustitia: & aliquādo melius aliquid tribues, cū petentem iniusta correxeris. Chrys. In hoc tamen peccamus nō modicum, nō solum non dando petentibus, sed & eos increpando. Cur inquis nō laborat? cur ociosus alitur? Dic mihi, & tu laborādo possides? Sed & si laboras, ad-

Abrahæ hospitalitas. hoc laboras vt vituperes aliū: propter vnicū panem & tunicam, appellas cupidum: nihil tribuis? nec conuitieris. Cur nec tu misereris, & volentib⁹ dissuades? Si cunctis indifferenter erogauerim⁹, semper miserebimur. Quia em̄ Abrahā cunctos recipiebat, recepit & angelos. Nam & si homicida sit & prædo, nónne tibi dign⁹ videtur panis habendi? Non igitur simus seueri aliorū cēsores, ne nos quoq; exquisitè iudicemur. Sequit: Et q au. qu. tua. su. ne. rep. Chry. A deo percipimus oīa, quod autē dicimus meū & tuum, nuda tantū sunt verba. si nanq; domum tuam asseris, emisisti verbū carens subsistentia rei. Nam & aer & solum & cementū creatoris sunt. Tu etiam ipse qui domum construxisti, sed & si tuus sit vsus dubitatur, non solum propter mortē, sed etiam propter rerum euentus. anima tua nō possidetur à te, & quo pacto tuę reputabunt opes? vult autē deus tua fore, quæ tibi pro fratribus credita sunt: fient autē tua, si pro aliis dispensaueris. Sin verò tibi affluenter expēderis, quę sunt tua, iā facta sunt aliena. Sed ꝓpter nefandā opū cupidinē homines in curiis cōrixantur, cōtra quod Christus ait: Et q aufert quæ tua sunt, ne repetas. Aug. de serm. do. Quod de veste, domo, fundo, iumēto, & generaliter omni pecunia dicit. Nō autē Christianū oportet sic possidere seruū, quomodo equū aut argentū. seruus si honestius à te regeretur, quàm ab illo q eum tibi cupit auferre, nescio vtrū quisquā dicere audeat eū debere contemni. Chry. Est aūt insita nobis lex naturalis per quā dinoscimus quid sit virtus & vitiū, vñ sequitur: Et prout vul. vt fa. &c. Nō ait: Quęcunq; nō vultis vt faciāt nec vos faciatis. Cùm em̄ duę sint vię quę ducūt ad virtutē. s. abstinētia mali, & operatio boni: hanc ponit p istā, & p illā significās: & si quidem dixisset, Vt sitis homines, diligite bestias, esset mā datum difficile. si verò homines diligere iussit, ad quod naturalis monitio est: quam difficultatem res continet, quā leones & lupi seruant: in quib⁹ naturalis cognatio ad amicitiā cogit? Ostenditur igitur ꝙ Christus nihil statuit nostram transcendens naturā, sed quod dudum inseruit conscientiæ nostræ, docet vt propria voluntas pro lege sit tibi: vt si vis bene tibi, benefacias alii: si vis vt alius tui misereatur, proximi miserere.

Duæ vię virtutis.

Et si diligitis eos qui uos diligunt: quæ uobis est gratia? Nam & peccatores, diligētes se diligūt. Et si benefeceritis his qui uobis benefaciunt, quæ uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his à quibus sperātis recipere, quæ gratia est uobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerātur, ut recipiant æqualia. Veruntamen diligite inimicos uestros: bene facite, & mutuum date nihil

inde sperantes: & erit merces uestra multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est.

Chry. Dixerat dominus diligendos esse inimicos: ne autem putares hyperbolicè esse dictum, æstimans solũ ad terrorem eis dici, adiicit rationem, dicens: Et si dilegitis eos qui vos &c. Plures quidẽ causæ sunt quę dilectiones constituunt: dilectio vero spiritalis vniuersas præcellit. nihil em̃ terrenũ eam parit, nõ vtilitas, nõ beneficium, nõ natura, nõ tempus, sed de cœlo descendit. Quid aũt miraris si nõ indiget beneficio vt consistat, quando nec ex casu malorũ peruertitur? pater quidem passus iniurias rumpit fœdus amoris, cõiux post iurgia virum relinquit, filius si longæuũ videat patrẽ, grauat. At Paulus ibat ad lapidãtes, benefacturus eis: Moyses lapidatur à Iudęis, & orat pro eis. Veneremur itaq; spiritales amicitias, quia sunt insolubiles. vnde arguẽs volentes pigrescere, subdit: Nam & pec. &c. q.d. Quia volo vos his amplius aliquid possidere, nõ moneo solũ amicos diligere, sed etiã inimicos. Benefacientibus etiã benefacere commune est omnibus. Ostendit autẽ se parum plus petere q̃ sit moris peccatorũ, qui benefaciunt amicis. vnde sequitur: Et si ben. his &c. Beda. Non solũ autem dilectionẽ vel beneficiũ peccatorum quasi infructuosam redarguit, sed etiã mutuũ. vnde sequitur: Et si mut. ded. &c. Nam & peccatores peccatoribus fœnerãtur. i. mutuantur, vt recipiant æqualia. Amb. In tres aũt partes philosophia sibi videt diuisisse iustitiã: vnam in deum, quæ pietas vocatur: alterã in parentes, vel reliquum genꝰ humanũ: tertiã in mortuos, vt his exequiarum iura soluantur. at dñs legis oraculũ ac prophetię fastigium supergressus in eos quoq; qui læserunt, pietatis porrexit officiũ cum subdit: Verũta. dil. &c. Chry. In quo plus tibi q̃ illi conferes: ille enim diligitur à cõseruo, tu vero efficieris similis deo. est autem maximæ virtutis, quando nocere volẽtes beneficiis complectimur. vnde sequitur: Et benefacite. Sicut enim fornacẽ succensam aqua proiecta extinguit, sic irã ratio cum lenitate: quod enim est aqua igni, hoc est irę humilitas & mansuetudo. Et sicut non extinguitur ignis per ignẽ, sic nec ira per irã mitigatur. Greg. Nisę. Debet aũt homo vitare dãnosam solicitudinẽ, ne quærat ab inope diuitiarũ augmenta, æris & auri metallorũ steriliũ exigens fructum. Vnde subdit: Et mut. da. ni. inde speran. &c. Malignam fœnorũ excogitationẽ si quis appellet furtũ & homicidiũ, non peccabit. Nam quid refert sũ fosso pariete quę q̃ erepta possidere, ac fœnorũ necessitate possidere illicita? Basil. Talis aũt auaritiæ modus tokos merito nuncupatur in græco: à pariẽdo, propter mali fœcunditatẽ. Animalia siquidẽ tractu tẽporis adolescunt & pariunt, & fœnus statim cũ orit incipit procreare. Animalium quę citius pariunt, citius à generatione desistunt: sed nũmus auarorũ cũ tempore propagatur. animalia transferẽtia partũ ad proprios alũnos, ipsa parere cessant: æs aũt auarorũ & superueniẽtia ꝓcreat, & præcedẽtia renouat. Non attentes igitur mortiferam beluã. Quæ nanq; vtilitas si cauetur hodierna pauperies, quę iterato irruet augmentata? iam meditare vnde restituas. Vnde intantũ multiplicabitur cẽsus, vt tuã partim releuet egestatẽ, partim integret capitale, & insuper pariat fœnus. Sed ais: Qualiter ergo victum acquirã? Labora, serui, tandẽ mendica: vnũquodq; tolerabilius est fœnoris mutuo. Dicis aũt, Quódnã est illud mutuũ cui spes retributionis nõ hæret? Consi dera virtutẽ sermonis, & miraberis pietatẽ authoris. Cum daturus es pauperi diuinę charitatis intuitu, idipsum & mutuũ est & donũ: donũ quidẽ ob insperatam retributionem: at mutuum ob beneficentiam domini, qui vice illius restituit. vñ sequitur: Et erit merces vestra multa. Non vis omnipotentẽ tibi obligari ad restitutionẽ? an quenq̃ opulentium ciuiũ si fideiubeat acceptas, deum autẽ pro pauperibus fideiubentẽ repudias? Chry. Attẽde mutui naturam mirabilem: aliꝰ recipit, & alius obligat se pro debitis, centuplũ in præsenti reddens, in futuro vero vitã æternam. Ambr. Quanta misericordię merces, q̃ filiis diuinæ misericordiæ ascisci-tur? Sequitur em̃: Et eritis filii altissimi. Sequere igit mĩam, vt merearis gratiã. late patet benignitas dei. super ingratos pluit, malis fœcunda non negat terra pro uetus. Sequit: Quia ipse benignꝰ est super ingratos & malos. Bed. Vel temporalia bona largiẽdo, vel cęlestia dona singulari gratia inspirando. Cyril. Magnũ est ergo pręconiũ pietatis: reddit enim hęc virtꝰ nos deo cõformes, & quasi quędam signa sublimis naturæ nostris imprimit aĩabꝰ. vñ sequit: Estote ergo misericor. &c. Atha. Vt scilicet aspicientes beneficia eius, bona quæ facimus non hominũ sed eius intuitu faciamus: quatenꝰ à deo, non ab hominibus præmia consequamur.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condẽnare, & non condẽnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur uobis. Mensurã bonam & confertam & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum uestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis.

Ambr. Addidit dominus non temerè iudicandũ, ne cuiꝰ conscius ipse delicti in alterum cogaris ferre sentẽtiam. vnde dicit: Noli. iudi. Chry. Non iudices prędecedentes te. i. qui discipulus es magistrum, peccator inocentẽ: quos nõ oportet increpare, sed mónere & charitatiuè corrigere: nec etiam iudicandum est in incertis & qualibuscũq;, quę nec similitudinẽ habent peccati, aut quæ nõ sunt grauia siue ꝓhibita. Cyril. Sedat ergo hic pessimã passionẽ nostram conscientiarũ contẽptꝰ principum. quãuis em̃ deceat aliquos se circũspicere & secũdum deũ conuersari, hoc non faciunt, sed examinãt aliena. Et si videant aliquos infirmari, tanq̃ propriarũ passionũ obliti faciũt hoc detractionis materiã. Chry. Nec facile reperies quẽq̃ neq; patrẽfamilias neq; claustralem expertem huius erroris. Sunt autem & hæ diabolicę tentationis insidię. nam qui seuerè discutit aliena, nunq̃ propriorũ reatuũ merebit veniã. vñ sequitur: Et non iudicabi. Sicut em̃ pius & mitis reprimit peccatorũ timorẽ: sic seuerus & dirus adiicit criminibꝰ propriis. Greg. Nisę. Non igitur cum acrimonia pręcipitetis ĩ seruos sententiã, ne similia patiamini. vocat em̃ iudicium asperiorẽ damnationẽ. vnde sequitur: Nolite con. & non cond. Non enim iudicium cum venia ꝓhibet. Bed. Breui aũt sentẽtia cuncta quæ de cõuersando cum inimicis mandauerat, cõprehendendo concludit, di. Dimitt. & di. vo. &c. Vbi dimittere nos iniurias, & dare beneficia iubet, vt & nobis pctã dimittant, & vitã dẽt ęterna. Cyril. Quòd aũt ãpliori manu recõpẽsationẽ accipiemꝰ à deo q̃ largiflue donat diligentibꝰ eum, ostendit subdens: mensuram bonã & confertam & coagitatam, & supereffluẽtem dabũt in sinũ vestrũ. Theo. q.d. Sicut si farinã sine parcitate mensurare velles conferres eam, coagitares & supereffunderes abũdè: sic dominus mensurã magnã, & supereffluentẽ dabit in sinũ vestrum. Aug. de con. euan. Dicit autẽ, Dabunt: quia ꝓ illorũ merita quibus vel calicẽ aquæ frigidæ in nomine discipuli dederunt, mercedẽ cœlestẽ recipere merebuntur. Sequitur: Eadẽ quip. &c. Basil. Qua enim mensura vnusquisq; vestrũ mensurat in bene operando aut peccando, eadem vel præmia vel pœnas feret. Theop. Interrogabit autẽ fortassis aliquis subtilius: Si em̃ superefflueter redditur, quomodo eadem est mẽsura? Ad quod dicimus q̃ non dixit, In tanta mensura remetiet vobis, sed in eadẽ. Qui enim bene fecit, bene fiet ei, qđ est remetiri eadẽ mensura. Sed supereffluentẽ mensurã dicit, quia millies bene fiet ei. Sic & in iudicando. Qui enim iudicat, & deinde iudicatur, accipit eandẽ mensuram. secundum vero q̃ ad plus diiudicabatur, quia sibi similem iudicauit, secundũ hoc supereffluens est mensura. Cyril. Hoc autẽ soluit apostolus, di. Qui parce seminat, hoc est modicè & manu tenaci, parcè & metet, hoc est nõ copiosè. & q̃ seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet, hoc est copiosè. Si quis autẽ non habet, si non faciat, nõ delinquit. in eo enim quod habet acceptatur, non in eo quo caret.

Dicebat autem illis & similitudinẽ: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nónne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrũ: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine eiiciã festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabẽ non uides? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.

Cyril. Addidit dominus prędictis parabolam valde necessariam. vnde dicitur: Dice. au. il. & simi. Erant enĩ eius discipuli futuri mundi doctores, vnde docebat eos scire viam cõuersationis honestæ, quasi illustratã mentem habentes diuino fulgore, ne cæci cæcos ducerẽt: & ideo subdit, Nũquid potest cæcus, &c. At si contingat aliquos hoc attingere, vt æqualẽ virtutem docentium virtuti possideant, fistãt in mẽsura docentiũ, & illorum sequãtur vestigia. vnde sequitur, Nõ est discipulus &c. vnde & Paulus dicit: Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Christo ergo non iudicante cur tu iudicas? neque enim venit iudicare mundum sed miserẽri. Theo. Vel aliter: Si tu alium iudicas, & ipse in eisdem peccas, nõne assimilaris cæco cæcum ducẽti? quo modo enim ille à te ducetur ad bonũ, cum & tu pecces? Nõ est enim discipulus super magistrũ. Si igit tu peccas qui te magistrũ & doctorem putas, vbi erit qui à te disciplinatur & ducit? Perfectus enim erit discipulꝰ, si fit sicut magister eius. Beda: Vel sensus huius sentẽtiæ pẽdet ex superioribus, vbi dãda eleemosyna & iniuria dimittẽda præcipitur. Si te inquit ira cõtra violẽtum, & contra perentẽ auaritia cæcauerit, nũquid tu mente vitiata, vitiũ eius curare poteris? Si etiã magister Christus qui quasi deus potuit suas vlcisci iniurias, maluit persecutores patiẽdo reddere mitiores, eandẽ necesse est q̃ discipuli qui puri homines sunt regulã perfectionis sequãtur. Aug. de quæst. euã. Vel q̃ dicit, Nunquid potest cæcus cæcũ ducere, ideo subiũxit, vt nõ sperarẽt à leuitis se accepturos mẽsurã illãm, de qua dicit: Dabunt in sinũ vestrum: quoniã decimas dabant eis, quos cæcos dixit, quia euangeliũ non tenerent: vt illã remuneratione per discipulos dñi potiꝰ plebs inciperet iam sperare, quos imitatores suos volẽs ostendere addidit: Non est discipulus super magistrũ. Theo. Inducit autẽ dominus & aliã parabolam de eodẽ subdens: Qui autẽ vides festucam. i. modicũ criminis in oculo fratris tui. Trabem autẽ quæ in oculo tuo est, &c. i. peccatũ tuum maximum nõ consideras. Beda: Hoc autẽ ad superiorẽ sensum respicit, vbi cæcũ à cæco duci. i. peccãtem à peccatore castigari non posse præmonuit, vnde dicit: Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine eiiciam, &c. Cyril. q.d. Qui grauibus obnoxi? est peccatis quæ trabẽ vocat, qualiter dãnat eum qui pauca vel quãdoq; nil mali cõmisit? hoc enĩ festuca significat. Theo. Conuenit autem hoc omnibus, & maximè doctoribus, qui subditorũ cùm minima peccata puniãt, ꝓpria impunita relinquũt. ꝓpter hoc eos dominus hypocritas vocat, qui ex hoc aliorũ peccata iudicãt vt iusti videãtur. vnde sequitur: Hypocrita, eiice primũ &c. Cyril. Videlicet teipsum primũ mundũ ostendas à magnis peccatis, consequẽter consules ꝓximo modica cõfitẽti. Basi. Videtur enĩ reuera cognitio suiipsius grauissimũ omniũ. neque enim solus oculus exteriora videns super se visu non vtitur, sed & ipse noster intellectus cum alienum velociter coniectat peccatum, lẽtus est erga propriorum perceptionem defectuum.

Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos: neque arbor mala faciens fructũ bonũ. Vnaquæque enim arbor, de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo uindemiant uuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malũ. Ex abundantia enim cordis os loquitur.

Beda. Cõtra hypocritã quæ cœperat dominus exequitur, dicens: Nõ est enim arbor bo. &c. q.d. Si veram & non fictam vis habere iustitiã, quæ verbis ostentas, etiam facto cõpensa: quia si se bonũ fingat hypocrita, non est bonus qui facit opera mala: & si reprehẽdat insontẽ, non ideo malus est qui facit opera bona. Titus. Hoc autẽ audiens nõ sumas inde tibi fauorem inertię. naturaliter enĩ arbor mouetur, tu vero libero arbitrio fungeris: & oĩs arbor sterilis ad aliquid ordinata est, tu vero factus es ad opera virtutũ. Isido. abbas. Non ergo pœnitentiã sed pertinaciã mali excludit. cũ enim mala sit, non potest fructus bonos producere: in virtutẽ vero cõuersa, fructificabit. Quod autẽ est arboribꝰ natura, hoc est nobis affectio. & si ergo arbor mala non potest fructum bonũ producere, poterit tamen. Chry. Quanuis autẽ fructus causetur ex arbore, facit tamen notitiã cię de arboris, eo quòd arboris distinctio per fructũ apparet. vnde sequitur: Vnaquæq; enim arbor &c. Cyril. Sed & vita morũ vniuscuiusq; erit significatiua, neque enim extrinsecis ornamẽtis & fictis humilitatibꝰ, verę fœlicitatis apprehẽditur decor, sed ex his quæ aliquis operatur: cuius rei exẽplum ponens subdit: Neq; enim de spinis colligũt ficus. Ambro. In spinis istius mũdi ficus illa reperiri nõ potest, quæ fœcũdis fructibꝰ melior est, bene spes ei resurrectionis aptatur. Vel quia vt legisti: Ficus dederunt grossos suos, q̃ immaturus & caducus & inutilis ĩ synagoga fructꝰ ante pręcessit. vel quia immatura nostra vita est in corpore: matura ĩ resurrectione, & ideo procul à nobis debemus seculares sollicitudines abdicare quę mordẽt animũ, mentẽq; adurũt, vt maturos fructus culturæ diligẽtis possimus adipisci. Hoc ergo ad mundũ & resurrectionem, alterũ ad animam & corpus refertur, cũ subditur: Neque de ru. Vel q̃ nemo peccatis fructũ acqrit animę suę quę sicut vua proxima terris corrũpitur, in superioribus maturatur: vel quia nemo potest dãnationem carnis euadere, nisi quem Christus redemerit, qui sicut vua pependit in ligno. Beda. Vel spinas & rubũ seculi curas & pũctiones puto esse vitiorũ, ficus vero & vuã dulcedinẽ nouę conuersationis & feruorẽ dilectionis. nõ autẽ de spinis ficus, neque vua de rubo colligitur, quia mẽs adhuc veteris hominis cõsuetudine depressa simulare potest, sed fructꝰ noui hominis ferre nõ potest. Sed sciendũ quòd sicut ferax palmes sępi inuolutus necũbit, portánsque fructum spina nõ suum vsibus seruat humanis: sic dicta vel acta malorũ si quando prosunt bonis, nõ hoc ipsi faciunt mali, sed fit de illis dei consilio. Cyril. Postquàm autẽ ostẽdit q̃ ex operibus potest discerni homo bonꝰ & malus, sicut ex fructibus arbor: nũc idem ostẽdit per

Causę dilectionũ variæ.

Trespartes iustitiæ.

Nũmus auarorũ.

Error cõmunis notatur.

Subtilior intellectus.

Dux cæcus.

Trabs euãgelica

Pertinacię statio.

aliud ſignum, dicens. Bonus homo de bono &c. Beda.
Theſaurus cordis. Idem eſt theſaur⁹ cordis quod radix eſt arboris. Qui ergo in corde theſaurū patiētię perfectiq; habet amoris optimos fructus effundēs diligit inimicū, & cætera facit quæ ſupra edocuit: at qui theſaurū nequā corde ſeruat, contraria facit. Baſi. Verbi etiam cōditio cor à quo proceſſit manifeſtat, euidenter oſtendens diſpoſitionē præcordiorum noſtrorū. vnde ſequitur: Ex abun. enim
Miraverba. &c. Chryſo. Naturalis enim conſequentia eſt, vt cū intus abundet nequitia, effluant oretenus verba nequā. vnde cum audiueris hominem inhoneſta proferentem, non tantam in eo putes latere malitiam quanta verbis exprimitur. ſed conięcta fontē riuo eſſe vberiorem. Beda. Per oris etiam locutionem dñs vniuerſa quæ dicto vel facto vel cogitatu de corde ꝓferimus inſinuat. moris enim eſt ſcripturarum verba pro rebus ponere.

Quid autem uocatis me, domine, domine: & non facitis quæ dico? Omnis qui uenit ad me, & audit ſermones & facit eos: oſtendam uobis cui ſimilis ſit. Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & poſuit fundamentum ſuper petram. Inundatione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat ſuper petram. Qui autem audit & non facit, ſimilis eſt homini ædificanti domum ſuam ſuper terram ſine fundamento: in quā illiſus eſt fluuius, & continuo cecidit, & facta eſt ruina domus illius magna.

Beda. Ne aliquis ſibi fruſtra blandiretur ex eo quod dictum eſt, Ex abūdantia cordis os loquitur, quaſi verba ſolum & nō magis opera veri Chriſtiani quærātur. conſequenter dominus adiūgit: Quid autē vocatis me do. &c. q. d. Quid folia rectæ confeſſionis vos germina re iactatis, qui nullos operis boni fructus oſtenditis? Cyril. Conuenit aūt ſoli ſupernę omniū naturæ dominationis & nomen & res. Atha. Non eſt ergo hoc verbum hominis ſed dei oſtendētis propriū ortum à patre. dominus enim eſt qui natus eſt à ſolo domino, non timeas autem dualitatē. nō enim ſecūdum naturam ſeparantur. Cyril. Quæ autem ſit vtilitas in mandatorū obſeruatione, quódve damnū accidere poſſit ex inobedientia, oſtendit ſubdens: Omnis qui venit ad me &c. Beda. Petra erat Chriſtus qui fodit in altū, qui præceptis humilitatis tertena omnia de cordibus fideliū eruit, ne propter commodū temporale ſeruiant deo. Baſi. Ponere autem fundamentū ſuper petram, hoc eſt initi fidei Chriſti, vt immobilis perſeueret in aduerſis, ſiue humanitus, ſiue diuinitus accidāt. Bed. Vel fundamentum domus ipſa eſt intentio bonæ conuerſationis, quæ perfectus verbi auditor in adimplēdis Chriſti mādatis firmiter inſerit. Ambr. Vel omniū fundamētum
Obediētia eſt ſū. docet eſſe virtutū obedientiam cęleſtiū præceptorum,
ma virtutum. p quā domus hęc noſtra, non in ꝓfluuio voluptatū, nō nequitiæ ſpiritalis incurſu, non imbre mūdano, nō hæreticorū poſſit nebuloſis diſputationib⁹ cōmoueri. vñ ſequitur: Inūdatione autē facta, &c. Bed. Inūdatio tribus modis fit: vel immundorū ſpirituū, vel improborū hominū, vel ipſa mētis aut carnis inquietudine: & quātum ꝓpriis viribus hoſtes fidūt, inclinātur: q̄tū vero inuictiſſimæ illi petrę adhærēt, etiā labefactari nequeūt. Chryſ. Oſtēdit etiā nobis dominus ꝙ nullam parit fides vtilitatē, ſi fœda ſit cōuerſatio. vnde ſequitur: Qui
Mundus eſt dom⁹ diaboli. autem audierit, & non fa. ſimilis &c. Beda. Domus diaboli, mundus qui in maligno poſitus eſt: quē ſuper terram ædificat, quia obſequentes ſibi de cælis ad terrena detrahit: ſine fundamento ędificat, quia omne peccatū fundamentū non habet, quia non ex ꝓpria natura ſubſiſtit: malū quippe ſine ſubſtātia eſt, quod tamē quodcūque ſit, in boni natura cōualeſcit. Quia vero à fundo dicitur fundamentū, poſſumus etiam fundamentū pro fundo poſitū, non incōuenienter accipere, ſicut qui in puteo mergitur, putei fundo retinetur: ſic anima corruens, quaſi in quodam fundi loco conſiſtit, ſi ſe in aliqua peccati menſura continet. Sed cū peccato in quo labit non poteſt eſſe cōtenta, dū quotidie ad deteriora deiicitur, quaſi in puteo in quo cecidit, fundū non inuenit, quo figatur. Ingruēte autem qualibet tentatione, & verè mali & fictē boni peiores fiunt, donec ad extremum perpetuam labantur in pœnā. vnde ſequitur: In quā illiſus eſt, &c. Poteſt etiā per impetum fluminis extremi iudicii diſcrimen intelligi, quādo vtraq; domo conſummata, ibunt impii in ſuppliciū æternum, iuſti autē in vitam ęternā. Cyril. Vel ſuper terrā ſine fundamento ædificant, qui ſuper arenā dubietatis, quæ ſecūdum opinionem eſt ponit fundamentū ſpiritalis fabricę, q̄d paucæ ſtillæ tentationū diſſiparunt. Aug. de con. euāg. Hunc autem ſermonē domini prolixum ſic exorſus eſt Lucas, ſicut & Matthæus: vterque enī dixit, Beati pauperes. Deinde multa quæ ſequūtur in vtriuſque narratione ſimilia ſunt: & ad extremū ſermonis ipſa concluſio prorſus eadē repetitur, ſcilicet de homine qui ædificat ſuper petrā, & ſuper harenā. Poſſet ergo facillimē credi eundem Lucas domini interpoſuiſſe ſermonē, aliquas tamen prętermiſiſſe ſentētias, quas Matthæus poſuit: item alias poſuiſſe, quas Matthæus non dixit: niſi moueret quōd Matthæus in monte dicit habitū ſermonem à domino ſedēte, Lucas autē in loco cāpeſtri à domino ſtante: non tamē iſtos duos ſermones longa tēporis diſtantia ſeparari improbabiliter credit, ꝙ & ante & poſtea quædam ſimilia vel eadem ambo narrarunt: quāquā illud poſſit occurrere, in aliqua excelſiori parte mōtis primo cū ſolis diſcipulis fuiſſe dominū, quādo ex eis illos 12. elegit: deinde cum eis deſcendiſſe de monte. ſ. de ipſa montis celſitudine in cāpeſtrem locū, id eſt in aliquā æqualitatē, quę in latere montis erat, & multas turbas capere poterat, atq; ibi ſtetiſſe donec ad eum turbæ congregarentur, ac poſtea cū ſediſſet acceſſiſſe propinquius diſcipulos ſuos, atque illis cęteriſque turbis præſentibus, vnum habuiſſe ſermonem.

C A P. VII.

Vm autem impleſſet omnia uerba ſua in aures plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis autem cuiuſdam: ſeruus malè habēs, erat moriturus, qui illi erat preciosus. Et cū audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorum: rogans eum ut ueniret, & ſaluaret ſeruum eius. At illi cum uenissent ad Ieſum, rogabant eum ſolicitè, dicentes ei: quia dignus eſt ut hoc illi præſtes. Diligit enim gentem noſtram: & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Ieſus autem ibat cum illis. Et cùm iam non longe eſſet à domo miſit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine noli uexari. Non enim ſum dignus ut ſub tectum meum intres, propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus ut uenirem ad te: ſed dic uerbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic, uade, & uadit: & alio ueni, & uenit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit. Quo audito, Ieſus miratus eſt & conuerſus, ſequentibus ſe turbis dixit: Amen dico uobis, nec in Iſrael tantā fidem inueni. Et reuerſi, qui miſſi fuerant, domum, inuenerunt ſeruum, qui languerat, ſanum.

Titus. Cum perfectioribus documentis ſuos refeciſſet diſcipulos, vadit Capharnaum, ibi prodigioſa operaturus, vnde dicitur: Cùm autem impleſſet &c. Aug. de conſ. euang. Hic intelligendū eſt, quia non antequā hęc verba terminauit, intraſſet, ſed non eſſe expreſſum poſt quātum temporis interuallū cùm iſtos ſermones

terminaſſet, intrauerit Capharnaum: ipſo quippe interuallo leproſus ille mundatus eſt, quē ſuo loco Matthęus interponit. Ambroſius, Pulchrē autem vbi præcepta compleuit, forma docetur ſuorum prȩceptorum exequi: nā ſtatim gentilis Centurionis ſeruus domino
Cēturio Romanus. curādus offertur. vnde ſequitur: Cēturionis autem cuiuſdam, &c. Quōd moriturū dixerit euangeliſta nō fefellit: moriturus enim erat niſi fuiſſet ſanatus à Chriſto. Euſe. Strennuus ſiquidem in bellis erat iſte Cēturio, & militibus Romanis præfectus. Quia vero ſpecialis ſeruiens eius domi langues iacebat, conſiderans quales ſaluator erga cęteras virtutes agebat ſanādo lāguidos, & iudicans quōd non ſecūdum vires humanas hæc agebantur miracula, mittit ad eū vt ad deum: non habito reſpectu ad apparēs organum, quo cū hominibus conuerſabatur. vnde ſequitur: Et cum audiſſet de Ieſu, &c. Augu. de conſ. euang. Quomodo ergo verum erit quod Matthæus narrat: Acceſſit ad eum quidam Centurio, cùm ipſe non acceſſerit? vbi diligēter aduertentes intelligamus Matthæū non deſeruiſſe vſitatum modum loquendi. Si enim ipſa peruentio vſitate dicitur per alios fieri, quanto magis acceſſus per alios fieri poteſt? Non ergo abſurde Matthęus per alios facto
Cōſenſus euā. acceſſu Centurionis ad dominum, compendio dicere voluit ipſum potius acceſſiſſe ad Chriſtum, quàm illos per quos verba ſua miſit. quia quo magis credidit, eo magis acceſſit. Chryſ. Qualiter etiā Matthęus dicit quōd ipſe dixit, Non ſum dignus vt intres ſub tectum meum: Lucas autem hic dicit, quoniā rogat vt veniat? Sed mihi videtur ꝙ Lucas ſignificat nobis Iudaicas blanditias. Credibile enim eſt vt cū vellet abire Centurio, retraheretur à Iudæis blādientibus, & dicentibus, quia nos eūtes ducemus eum: vnde & eorū preces adulationib⁹ plenę ſunt. Sequit enī: At illi cū veniſſent &c. Decebat ſiquidem ipſos dicere, quoniā ipſe volebat venire & ſupplicare, nos autē detinuimus calamitatem videntes & cadauer quod in domo iacebat, aut promere fidei eius immēſitatem: ſed nolebant propter inuidiam fidē viri detegere, ne magn⁹ aliquis eſſe videretur cui preces porrigūtur. Quōd autē Matthæus ſignificat ipſum Iſraelitā nō eſſe, Lucas vero dicit, Quoniam ędificauit ſynagogā: non eſt contrariū. Potuit enim & Iudęus nō eſſe, & ſynagogā conſtruxiſſe. Beda. In hoc autem oſtendūt, quia ſicut nos eccleſiam, ſic etiam illi ſynagogā, non conuentum ſolūmodo fideliū, ſed etiam locum quo cōueniebāt ſint ſoliti appellare. Euſe. Et ſeniores quidē Iudęorū pro modicis ſumptibus ad opus ſynagogę datis gratiam poſcunt, ſed dominus nō propter hoc ſed pro maiori, volēs ſcilicet generare credulitatem in cūctis mortalib⁹, per ſuam virtutem ſeipſum exhibuit. vnde ſequitur: Ieſus autē ibat cum illis. Ambro. Quod vtiq; non ideo faciebat, quia abſens curare non poterat, ſed vt formā tibi daret humilitatis imitādæ: ad reguli filiū noluit pergere, ne videretur magis diuitiis detuliſſe: hic ipſe perrexit, ne videretur in Centurionis famulo cōditionem deſpexiſſe ſeruilem. Cēturio vero militari tumore depoſito reuerentiam ſumit, & ad fidem facilis, & ad honorificentiā promptus. vnde ſequitur: Et cū iam &c. Non enim hominis ſed dei poteſtate coniecit dari à Chriſto hominibus ſanitatē. Iudæi quidem dignitatē eius prætenderant: iſte vero indignū ſe aſſeruit, non ſolùm beneficii, ſed etiā ſuſceptionis domini. Non enim dign⁹ ſum, vt ſub tectum meū intres. Chryſ. Poſtquā enim liberatus eſt à Iudęorum tædio, tunc mittit dicens: Ne putes prę tędio me non veniſſe, ſed indignū reputaui te domi recipere. Ambro. Bene autem Lucas in occurſum amicos dicit eſſe à Centurione tranſmiſſos, ne preſentia ſua & generare domini verecundiā videretur & officio prouoeaſſe. Vnde ſequitur: Propter quod & meipſum non ſum dig. arbi. vt veni. ad te, ſed dic tantum ver. & ſana. pu. meus. Chryſo. vbi attende Centurionē debitam opinionem habentem de domino non: enim dixit, Ora: ſed tantūmodo iube, dubitans ne ſe humiliando renueret. Subdit: Nam & ego homo ſum &c. Beda. Hominē ſe vt poteſtati vel Tribuni vel Preſidis ſubditum dicit, imperare tamen minoribus, vt ſubaudiatur eum multo magis qui deus ſit, nō per aductum tantum corporis, ſed per angelorū miniſteria poſſe implere quod vellet: repellēdæ enim erant vel infirmitates corporum vel fortitudines cōtrarię & verbo domi Myſterium in verbo. ni, & miniſteriis angelorū. Chryſo. Eſt autē hic notandum ꝙ hoc verbum Fac, imperium deſignat dictū ſeruo: ob hoc deus cū hominem vellet creare non ait vnigenito: Fac hominem, ſed faciam⁹ homine: vt per formam conſenſus verborū declaret æquiparātiam. Quia ergo in Chriſto conſyderabat excellentiā dominii, ob hoc ait: Dic verbo. nā & ego dico ſeruo meo, &c. Chriſtus autem non eū reprehendit, ſed eius intentionē roborauit. vnde ſequitur: Quo audito Ieſus miratus eſt. Beda. Sed quis in illo fecerat ipſam fidem, niſi ille qui admirabatur? ſed etſi alius eā feciſſet, qūid miraretur, qui præſcius erat? quōd ergo miratur dominus, nobis mirandū eſſe ſignificat: omnes enim tales motus cū de deo dicuntur, non perturbati animi ſigna ſunt, ſed docentis magiſtri. Chry. Vt autem liqueat tibi quōd dominus hoc ideo dixit vt alios inſtruat. Prudenter enim euangeliſta hoc aperiens ſubdit: Amen dico vobis nec in Iſrael, &c. Ambr. Et quidē ſi ſic legas: In nullo tantam fidem inueni in Iſrael, ſimplex intellectus & facilis eſt: ſi vero iuxta grȩcos, nec in Iſrael tantam fidē inueni, fides huiuſmodi etiam electorib⁹ & deum videntibus antefertur. Beda. Nō autē de omnibus retro patriarchis & prophetis, ſed de preſentis qui loquitur hominib⁹, quibus ideo Cēturionis fides antefertur, quia illi legis prophetarumq; monitis edocti, hic autem nemine docente ſpōte credidit. Ambro. Probatur autem fides domini, & ſerui ſanitas roboratur. vnde ſequitur: Et re. qui miſ. fue. do. inue. ſer. qui lang. ſanum. Poteſt ergo meritum domini & famulis ſuffragari, non ſolum fidei merito, ſed & ſtudio diſciplinę. Beda. Plenius autem hæc explicat Matthæus, quōd dicente domino Cēturioni, Vade, ſicut credidiſti fiat tibi & ſanatus ſit Mos Lucæ euāg. puer ex illa hora. Sed beato Lucæ moris eſt quæ plenē viderit ab aliis euangeliſtis expoſita abbreuiare, vel etiam de induſtria præterire: quę vero ab eis omiſſa vel breuiter cognouerit tacta, dilucidare ſolertius. Ambr. Myſticè autem ſeruo Centurionis populus nationum, qui mundanę ſeruitutis vinculis tenebatur, ægerletalibus paſsionibus beneficio domini ſanandus exprimitur. Beda. Centurio autem cuius fides Iſraeli prefertur, electos ex gentibus oſtendit, qui quaſi cēturio milite ſtipati virtutū ſpiritualium ſunt perfectione ſublimes: numerus enim centenarius qui de lęua transfertur ad dexteram in cęlis vitæ ſignificatione poni conſueuit. Tales ergo pro his neceſſe eſt domino ſupplicent, qui adhuc ſpiritu ſeruitutis premuntur: nos autem qui de gentibus credimus, non ipſi ad dominū venire poſſumus quem in carne videre non valemus, ſed ad eum accedere debemus per fidem. Seniores autē Iudęorum mittere, hoc eſt ſummos eccleſię viros qui nos ad dominum præceſſerūt, ſuppliciter obſecrando patronos acquirere, qui nobis teſtimonium reddētes, ꝙ eccleſiam ædificare curemus, pro noſtris peccatis in-

Universidad de Deusto Biblioteca

tercedant. Pulchrè autem dicitur, quia Iesus non lõge erat à domo, quia prope timentes eũ salutare ipsius, & qui naturali lege rectè vtitur, quo bona quę nouit operatur, eo illi qui bonus est appropiat. Ambro. Non vult autem Iesum vexari Centurio, quia quem Iudæorũ populus crucifixit, inuiolatum ab iniuria manere desyderat populus nationum: & quod ad mysteriũ spectat vidit in pectora adhuc gentilium non esse penetrabilem Christum. Beda. Milites autem & serui qui Centurioni obediũt, virtutes sunt naturales, quarũ copiam multi ad dominum venientes deferũt secum. Theo. Vel aliter: Centurio est intellectus qui multorum in militia princeps existit, dum multas in hac vita res habet. Habet autem seruum infirmũ, irrationabilem animę partem, irascibilem & concupiscibilem dico. Et mittit ad Iesum mediatores Iudęos, id est confessionis cogitationes & verba, & confestim suscipit seruum sanum.

Tropologica expositio.

Et factum est, deinceps ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ: & hæc, uidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum uidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illũ matri suæ. Accepit autem omnes timor: & magnificabant deum dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus uisitauit plebem suam. Et exiit hic sermo in uniuersam Iudæam de eo, & in omnem circá regionem.

Splẽdor diuinorum operum.

Cyril. Mira dominus miris annectit, & supra quidem accersitus occurrit, hic vero non vocatus accedit. vnde dicitur: Et factum est deinceps &c. Beda. Naim est ciuitas Galileæ in secundo miliario montis Tabor. diuino autem nutu multa turba dominũ comitatur, vt multi essent tãti miraculi testes. vnde sequitur: Et ibãt cum illo discipuli &c. Greg. Nisc. Resurrectionis autẽ experimentũ non ita verbis sicut operibus à Saluatore didicimus: qui ab inferiorib⁹ inchoans opus miraculi, fidem nostrã assuefacit ad maiora. Primo quidẽ in ægritudine desperata serui Cẽturionis, resurrectionis incepit potestatẽ: post hæc altiori potestate ducit hoĩes ad fidem resurrectionis, dum suscitauit filiũ viduę, qui ferebatur ad monumentũ. vnde sequitur: Cũ autem appropinquaret, &c. Diceret enim aliquis de puero centurionis, q̃ moriturus non erat. vt igitur temerariã linguã compesceret, iam defuncto iuueni Christũ obuiare fatetur vnico filio viduæ. nã sequitur: Et hæc vi. erat & tur. ci. mul. cum illa. Aerumnę molem breuibus verbis explicuit. Mater vidua erat, & non sperabat vlterius filios procreare, nõ habebat in quem aspectum dirigeret vice defuncti: hũc solum lactauerat, solus aderat alacritatis causa in domo, quicquid matri dulce ac preciosum, hic solus extiterat. Cyril. Miseranda passio & ad fletum & ad lachrymas potens prouocare. vnde sequitur: Quam cũ vi. do. mis. motus super eam dixit illi: noli flere. Beda. q.d. Desiste quasi mortuũ flere, quẽ mox viuum resurgere videbis. Chrys. Iubens autẽ cessare à lachrymis qui cõsolatur mœstos, monet nos præsentibus defunctis consolationem recipere, resurrectionem sperãtes: tenet autem feretrum vita obuians morti, vnde sequitur: Et accessit &c. Cyril. Ideo autẽ non solum verbo peragit miraculum, sed & feretrũ tangit, vt cognoscas efficax esse sacrũ Christi corpus ad humanam salutem. est enim corpus vitæ & caro verbi omnipotentis cuius habet virtutẽ. sicut enim ferrum adiunctum igni perficit opus ignis, sic postquã caro vnita est verbo quod viuificat omnia, ipsa quoq; facta est viuificatiua & mortis expulsiua. Titus. Nõ autem Saluator similis est Eliæ, deflenti filiũ Sareptanæ: nec qualis Eliseus, qui proprium corpus applicuit corpori defuncti: nec qualis est Petrus, qui pro Thabita orauit: sed ipse est qui non entia velut entia vocat, qui mortuos vt viuos alloqui potest. vnde sequitur: Et ait, adolescẽs &c. Grego. Nisc. Qui dixit adolescentẽ, florentis significauit temporis horam primam producẽtem lanuginem, qui pauloãte pulcebris erat maternorũ oculorum aspectui, iam aspirans ad temp⁹ sponsaliũ virga generis, successionis ramus, baculus senectutis. Titus. Incõtanter autem erectus est, cui sunt mandata directa: diuina enim potestas est irrefragabilis, nulla mora, nulla orationũ instantia. vnde sequitur: Et resedit qui erat mor. & cœ. lo. & dedit illum matri suę. Indicia sunt hæc veræ resurrectionis: corpus enim exanime loqui non potest: nec reporrexisset mulier ad domũ defunctum filium inanimatum. Beda. Pulchrè autem euangelista dominũ pri⁹ misericordia motum esse super matre, ac sic filium resuscitare testatur: vt in vno nobis exemplũ imitandę pietatis ostenderet in altero fidem mirandæ potestatis astrueret. vnde sequitur: Accepit autem omnes ti. & magnificabant deum, &c. Cyril. Hoc magnum fuit in populo insensibili & ingrato: post modicũ enim nec prophetam, nec ad vtilitatem populi procedere ipsum existimauit. Neminẽ autem habitantium Iudęam hoc miraculum latuit. vnde sequitur: Et exiit hic sermo in vniuersam &c. Ambro. Idoneum autem est dicere, q̃ septem resurrectiones ante dominicam narrãtur: quarum prima est filii Sareptanæ, secunda filii Sunamitis, tertia quæ facta est in reliquiis Eliseæ, quarta quę facta est in Naim, quãta filię Archisynagogi, sexta Lazari, septima in Christi passione. Multa namque corpora sanctorum surrexerunt: octaua est Christi qui expers mortis remansit, vlterius in signum quòd communis resurrectio quæ futura est in octaua ętate, non tollet-tur morte, sed indissolubilis permanebit. Beda. Defunctus autem qui extra portam ciuitatis multis est intuentibus elatus, significat hominem letali funere criminum soporatum & animæ mortem nõ cordis adhuc cubili tegentem, sed ad multorũ notitiam per locutionis operisve indicium, quasi per ciuitatis hostia propalantem. Portam enim ciuitatis puto aliquẽ de sensibus esse corporalibus, qui bene fili⁹ vnicus matris suæ fuisse perhibetur, quia vna est ex multis personis collecta mater ecclesia: viduam autem esse ecclesiã, omnis anima quę se domini morte redemptã meminit agnoscitur. Ambro. Hanc enim viduam populorũ turba circunseptam plus video esse quàm fœminã, quæ resurrectionem vnici adolescentis filii à pompa funeris reuocat ad vitam, suarum cõtemplatione lachrymarũ, quæ flere prohibetur eum cui resurrectio debebatur. Beda. Vel Nouati dogma confunditur, qui dum pœnitentiũ mundationẽ euacuare conatur, matrẽ ecclesiam de natorum suorum spirituali extinctione plorantem spe vitæ reddendæ negat cõsolari debere. Ambr. Hic autem mortuus in loculo materialib⁹ quatuor ad sepulchrũ ferebatur elementis, sed spem resurgendi habebat, quia ferebatur in ligno: quod & si nobis ante nõ proderat, tamen postea, quàm Christus id tetigit, proficere cœpit ad vitam, vt esset indicio salutem populo per crucis patibulum refundẽdã. In secreto enim iacemus exanimes, eũ vel ignis ímodicę cupiditatis exæstuat, vel frigidus humor exundat, & pigra quadã corporis habitudine vigor hebetatur animorum. Beda. Vel loculus in quo mortu⁹ effertur male secura desperati corporis

Corporis Christi sanctitas.

Septẽ rẽ surrectiones.

Moralitas.

conscientia est: qui vero sepeliendum portant, vel immũda desyderia, vel blandimenta sunt sociorũ: qui dño loculum tangẽte steterunt, quia superni formidine iudicii tacta conscientia, carnales sępe voluptates & iniustè laudãtes coercẽs ad se reuertitur, vocantiq; ad vitã respondet Saluatori. Amb. Si ergo graue peccatum est quod pœnitentiæ tuæ lachrymis ipse lauare nõ possis, fleat pro te mater ecclesia, assistat & turba iã resurgens à funere, & incipies alia vita loqui, timebunt omnes, vnius enim exemplo omnes corrigũtur. Laudabũt etiã deum qui tãta nobis remedia vitandæ mortis indulsit. Beda. Visitauit autem deus plebem suam nõ solum semel verbum suum incorporando, sed semper in corda mittendo. Theo. Viduam etiam potes intelligere animam virum amittentem. i. diuinum sermonem: filius enim est intellectus qui extra ciuitatẽ effertur viuentiũ. Loculus eius est corpus eius, quod quidam dixerunt esse sepulchrum. Tangens autem eum, dominus eleuat ipsum iuuenescere faciens eũ qui surgens à peccato incipit loqui & alios edocere. Non enĩ prius ei credere-t.

Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Et cõuocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum, dicens: Tu es qui uenturus es, an aliũ expectamus? Cum autẽ uenissent ad eum uiri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? In ipsa autem hora multos curauit à lãguoribus suis & plagis, & spiritibus malis: & cæcis multis donauit uisum. Et respondens, dixit illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis. Quia cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euãgelizãtur: & beatus est quicũque nõ fuerit scandalizatus in me.

Cyril. Miraculũ quod omnes inhabitantes Iudæam & Galilæam sciuerant, referũt sancto Baptistæ quidã ex eius discipulis. vnde sequitur: Et nũciauerunt Ioanni &c. Beda. Non simplici corde vt opinor, sed inuidia stimulante. Nam & alibi conqueruntur dicẽtes: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, ecce hic baptizat, & omnes veniũt ad eum. Chryso. Tunc autẽ magis ad eum erigimur, cum incũbit necessitas, & ideo Ioannes detrusus in carcerem quando magis discipuli eius indigebant Iesu, tunc mittit eos ad Christum, sequitur enim: Et con. du. de disci, su. Io. & mi. eos ad Ie. di. Tu es qui venturus &c. Beda. Non ait, Tu es qui venisti, sed tu es qui venturus es. Et est sensus: Mãda mihi, quia interficiendus ab Herode & ad inferna descensurus sum, vtrum te & inferis debeam nunciare qui superis nunciaui: an hoc non conueniat filio dei, & alium ad hęc sacramenta missurus es? Cyril. Sed omnino reprobanda est talis opinio: nunquam enim reperimus sacram scripturam differere, quòd infernalibus prænũciauerit Baptista Ioannes Saluatoris aduẽtum. Illud etiam verum est dicere, quòd non ignorauit Baptista virtutẽ mysterii incarnationis vnigeniti. vnde & hoc cum aliis nouerat, quòd illuminatur⁹ erat in inferno manentes, cũ pro omnibus gustauerit mortem tam viuis quàm mortuis. Sed quoniam sermo sacræ scripturæ hũc quidem prędixit venturum tanquã deum & dominũ, alii vero missi sunt sicut famuli ante Christum, ideo omniũ Saluator & dominus à prophetis nominabatur, qui venit vel qui venturus est, secũdum illud Psalm. Benedictus qui venit in nomine domini. & in Abacuc, Post modicum qui venturus est veniet, & non tardabit. Igitur diuinus baptista quasi nomen accipiẽs à sacra scriptura, misit quosdam discipulorũ suorum quæsituros an ipse sit qui venit, vel qui venturus est. Ambro. Sed quomodo fieri posset vt de quo dixerat, Ecce qui tollit peccata mundi, adhuc eum dei filium esse non crederet? aut enim insolentiæ est ei tribuere diuina quæ nescit, aut de dei filio dubitasse perfidiæ est. Nonnulli autem de ipso Ioanne intelligunt magnum quidem ita prophetam vt Christum agnosceret, sed tamen non tanquã dubium sed tanquã pium vatem, quẽ venturum crediderat, non credidisse moriturũ. Non igitur fide sed pietate dubitauit, sicut & Petrus dicẽs, propitius tibi esto domine, non fiet hoc. Cyril. Vel ex dispẽsatione interrogat: nouerat enim vt pręcursor passionis Christi mysterium, sed vt discipulis suis cõstet quãta sit excellentia Saluatoris, ex propriis discipulis prudentiores misit, quos præcepit sciscitari, & viua saluatoris voce cõicere, si ipse est qui expectabat. vnde subditur: Cũ au. ve. ad e. vi. di. Io. bap. mi. nos ad te di. Tu es &c. Sciens aũt vt deus quo animo mississet eos Ioãnes, & causã aduentus eorum, tũc tẽporis egit vberiora miracula. vnde sequitur: In ip. au. ho. cu. mul. à languoribus &c. Nõ dicit eis expresse: Ego sum: sed ducit eos magis ad rei certitudinem, vt cõgrua ratione sumentes fidem ipsius reuertantur ad eum qui misit eos. vnde non ad verba, sed ad propositum mittentis responsum exhibuit. vnde sequitur, Et respon. di. il. Euntes renũ. Io. quæ vi. & au. q.d. narrate Ioanni, quæ quidẽ audistis per prophetas, cõsummari vero vidistis à me. Ea enim tũc agebat q̃ prædixerant prophetæ eũ facturũ, de quibus subdit: Quia cæci vident, claudi &c. Ambro. Plenum sanè testimonium quo dominũ propheta cognosceret. de ipso enim fuerat prophetatum: Quia dominus dat escã esurientibus, erigit elisos, soluit cõpeditos, illuminat cæcos: & qui ista facit regnabit ineternum. Ergo nõ humanæ ista, sed diuinæ virtutis insignia sunt. Huius autem euangelii exempla vel rara vel nulla inueniuntur: vnus Thobias oculos recepit, & hæc fuit angeli nõ hominis medicina: Elias mortuos suscitauit, ipse tamen rogauit & fleuit, hic iussit: Elisæus leprosum mundari fecit, non tamen ibi valuit præcepti auctoritas, sed mysterii figura. Theo. Sunt etiam hæc verba Esaię dicentis: Deus ipse veniet & saluabit nos, tũc aperiẽtur oculi cæcorum, & aures surdorum patebũt, tunc saliet sicut ceruus claudus. Beda. Et qđ his non minus est subditur: Pauperes euangelizantur, pauperes scilicet spiritu vel opibus intus illuminãtur, vt inter diuites & egenos in prædicatione nulla distantia sit: hoc magistri cõprobauit veritatem, quando omnis qui apud eũ saluari potest, q̃ualis est. Ambr. Sed tamẽ parua adhuc ista dominicę testificationis exempla plenitudo fidei, crux domini, obitus sepultura est. vnde addidit: Et beatus est q̃ non fuerit scandalizatus in me. Crux enim etiã electis scandalum posset afferre, sed nullum hoc maius diuinæ pson̄ę est testimoniũ. Nihil em̃ est qđ magis esse vltra humana videatur, quàm totũ se vnũ obtulisse pro mundo. Cyril. Vel per hoc volebat ostendere quòd quęcũque versabãtur in cordibus eorum, ab oculis ipsius effugere nequiuerunt: ipsi enim erant qui scandalizabantur de ipso. Ambr. Mystice autẽ in Ioanne supra diximus typũ esse legis q̃ prænũcia fuit Christi. Mittit ergo Ioãnes discipulos suos ad Christũ, vt supplementũ scientię cõsequamur, q̃a plenitudo legis est Christ⁹. Et fortasse isti discipuli, sũt duo populi, quorũ vnus ex Iudęis credidit, alter ex gẽtibus, qui ideo credidit q̃a audiuit. Voluerũt ergo & isti videre, q̃a beati oculi qui vident. Cum autem venerint ad euangeliũ, & cognouerint illuminari cæcos, ambulare claudos, tũc dicent: Oculis nostris perspeximus: videmur enim nobis vidisse quæ legimus, aut fortasse in parte quadam corporis nostri, omnes videmur inuestigasse dominicę seriẽ passionis: fides enĩ per paucos ad plures peruenit. Lex

Opinio Cyrilli.

Beneficia dei.

Secretũ verborũ Christi.

Allegoria pulchra.

Lex ergo Christum venturum annunciat, euangelii scriptura venisse confirmat.

Et cum discessissent nuncij Ioannis cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum uidere? Arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce qui in ueste preciosa sunt & delicijs, in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? Prophetam? Vtique dico uobis, & plusquam prophetam. Hic est de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiã tuam ante te. Dico enim uobis, maior inter natos mulierũ propheta Ioanne Baptista nemo est. qui autem minor est in regno dei, maior est illo.

Agni dei mysterium.

Cyril. Coniecit dominus tãquam hominum secreta cognoscens aliquos dicturos, si vsque hodie ignorat Ioannes Iesum, qualiter eũ ostendebat nobis dicens: Ecce agnus dei qui tollit peccata mũdi? vt igitur sanaret hanc passionem quę eis acciderat, damnũ quod ex scãdalo procedebat exclusit. vnde dicitur: Et cũ discessissent nuncii Io. cœpit di. de Io. ad turbas: Quid existis in deser. videre? Arundinem vento agitatam? q. d. mirati estis de Ioan. baptista & pluries perrexistis ad eum, percurrentes tam longa deserti itinera: frustra siquidẽ si sic leuem ipsum existimatis, vt similis sit arundini declinãtis quocũque agitat ventus. Talis enim esse videtur, si quę cognouit, ex leuitate se ignorare fatetur. Titus. Non autem existis in desertum, vbi nulla iocunditas ciuitatib⁹ omissis, nisi de hoc viro curam gerentes. Græc. Hoc autem post recessum discipulorũ Ioannis dominus dixit. Non enim præsentibus eis proferre volebat Baptistæ præconia, ne blandientis verba esse putarentur. Ambro. Non ocioſe autem Ioãnis hic persona laudatur, qui vitę amore posthabito iustitiæ formam nec mortis terrore mutauit. Deserto enim mundus hic comparari videtur adhuc sterilis, adhuc incultus, in quem negat nobis dominus ita prodeũdum, vt mente carnis inflatos vacuósq; virtutis internæ viros & fragilis gloriæ seculari sublimitate iactantes, exemplari quodam & imagine nobis putemus imitandos, quos procellis huius mundi obnoxios vita mobilis inquietat, iure arũdini comparandos. Græc. Est etiam infallibile testimonium vitę Ioannis vestitus cum carcere, in quem detrusus non fuisset, si sciuisset fauere principibus. vnde sequitur: Sed quid existis vi. ho. mol. ve. indu. ec. q in ve. pre. sunt, & deli. in do. re. sunt. Mollib⁹ vestimẽtis indutos, viuẽtes in deliciis significat. Chry. Mollis autẽ vestis dissoluit rigidam animã, & si rigidũ corpus assumat & asperum, facile per huiusmodi mollitiem delicatum reddit & fragile. Facto vero corpore molliori necesse est & animam participare læsionem. Nam vt plurimum operationes ipsius consonant dispositionibus corporis. Cyril. Qualiter ergo tanta sedulitas religionis vt carnales passiones subiiceret, ad tantam ignorantiam deueniret, nisi ex mẽtis leuitate, quã non asperitates, sed illecebrę mundanę delectant? Igitur si velut non colentem delicioſa Ioannem imitamini, date ei robur cõtinentię competẽs: si vero nihil amplius debetur honestæ cõuersationi, quid omissa reuerentia delicatorum, incolam deserti, vileq; tegumen & camelorum vellus miramini? Chryso. Per vtrumq; autem dictorum designat, quòd Ioannes nec naturaliter nec facile mobilis erat, nec vlla voluptate flecteretur. Ambroſi. Et quanuis pleroſq; mollioris cura vestis effœminet, tamen alia videtur hic indumenta significare, humana scilicet corpora, quibus anima nostra vestitur. Sunt autem mollia indumẽta delicioſi actus & mores. hi vero quibus fluida deliciis membra soluũtur, regni cælestis extorres sunt, quos rectores mundi huius atque tenebrarũ ceperunt. hi sunt enim reges qui dominantur suorũ operum ęmulos. Cyril. Sed forte incõueniens est circa hoc excusare Ioãnem, fatemini enim eum imitabilem esse: vnde subdit, Sed quid existis videre? prophetam? vtiq; dico vobis plusquã prophetam. prophetæ namq; prædicabant venturũ, hic autem non solum venturum prædicauit, sed & præsentem indicauit, dicens: Ecce agnus dei. Ambro. Maior sanè prophe ta, in quo finis est prophetarũ, quia multi cupierũt videre quem iste conspexit, quem iste baptizauit. Cyril. Cũ igitur & à loco & à vestibus & ex concursu hominum morem eius descripserit, introducit prophetæ testimonium, dicens: Hic est de quo scriptũ est, scilicet in Malachia, Ecce mitto ange. meum. Titus. Angelum appellat hominem, non quia natura esset angelus, homo enim naturaliter erat, sed quia opus angeli exercebat nunciando Christi aduentũ. Græcus. Quòd autem subdit: An. fa. tuam, propĩquitatem designat, apparuit enim hominib⁹ prope Christi aduentũ. quapropter & plusquàm prophetam ipsum esse existimandũ est. nam & hi qui in militiis collaterales sunt regib⁹, digniores & familiariores sunt. Ambr. Viam autem domino non solum nascendi secũdum carnem ordine fideique nuncio, sed etiam præcursu quodam parauit passionis. vnde sequitur: Qui præpa. viam tuam ante te. Ambro. Si autem & Christ⁹ propheta, quomodo maior hic omnibus? sed inter mulieris non virginis natos: maior enim his fuit, quibus æqualis poterat esse sorte nascendi. vnde sequitur: Dico enim vobis: Maior inter na. mu. prophe. Ioan. bap. non est. Chryſ. Sufficit quidem domini vox præbens testimonium præeminẽtiæ Ioannis inter homines, reperiet autem qui vult & rei veritatem consonam, si mensam eius consyderauit, si vitam, si mentis excellentiam. velut enim qui cęlitus descendisset, degebat in terra, ferè nullam gerens curam de corpore, intellectualiter erectus in cælum, & soli deo coniunctus, de nullo mundanorum solicitus, sermo seuerus & lenis. nam cum populo Iudęorum viriliter & feruenter, cum rege audacter, cum propriis discipulis leniter conferebat: nil frustra vel leuiter, sed omnia conuenienter agebat. Isid. Abbas. Maior etiam ĩter natos mulierum Ioannes, eo q̃ ab ipso matris vtero prophetauit, & positus in tenebris lumen quod iam venerat non ignorauit. Ambro. Deniq; eousq; cũ dei filio non poterit Ioannis esse vlla collatio, vt & infra angelos ęstimet. vnde sequtur: Qui au. mi. est in re. dei, ma. est. il. Beda. Hæc sententia duobus modis potest intelligi: aut enim regnum dei appellauit quod nondum accepimus, in quo sunt angeli: & quilibet ĩ eis minor, maior est quolibet iusto portante corpus, quod aggrauat animã, aut si regnum dei intelligi voluit huius temporis ecclesiã, seipsum domin⁹ significauit, quòd nascendi tẽpore minor erat Ioanne, maior autem diuinitatis auctoritate & potestate dominica. proinde secundũ primam expositionem ita distinguitur: Qui autẽ minor est in regno dei, ac deinde subinfertur: Maior est illo. secũdum posteriorem vero ita: Qui autem minor est, ac deinde subinfertur: In regno dei maior est illo. Chryſo. Vt enim copia laudum Ioannis occasionem Iudæis non daret præferendi Ioannẽ Christo, hoc subdidit. Ne autem putes q̃ comparatiue se dixerit maiorem Ioanne. Ambro. Alia enim est ista natura, nec humanis generationib⁹ comparanda. Non potest enim homini cũ deo vlla esse collatio. Cyril. Mysticè autem cũ Ioannis prærogatiuam ostendit inter natos mulierum, ponit ex oppositio aliquid maius eo, scilicet qui per spiritum sanctum natus est filius dei. regium enim donũ dei spiritus est. Quã-

Laus Ioannis baptistæ.

Ioannes finis prophetarũ.

Expositio duplex.

uis ergo secundum operationem & sanctitatem minores sumus his qui legis mysterium sunt assecuti, quos Ioannes significat, tamen maiora per Christum attingimus participes facti diuinæ naturæ.

Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem & legisperiti, consilium dei spreuerunt in semetipsis, non baptizati ab eo. Ait autem dominus: Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus: Cantauimus uobis tybijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Venit autem Ioãnes Baptista, neque mãducans panem, neque bibens uinũ & dicitis: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis: ecce homo deuorator, & bibens uinum, amicus publicanorum & peccatorum. Et iusticata est sapientia ab omnibus filijs suis.

Chryſo. Præmissa commendatione Ioannis, magnũ pharisæorũ & legisperitorum prodidit crimen, qui nec post publicanos baptisma Ioannis acceperunt. vnde dicitur: Et omnis populus audiens, & publicani &c. Ambro. Iustificatur deus per baptismum, dum se homines peccata propria confitendo iustificãt: qui enim peccat & confitetur deo peccatum: iustificat deum credens ei vincenti, ab eoque gratiam sperans. In baptismate igitur iustificatur deus, in quo est confessio & venia peccatorum. Euſe. Quia etiam crediderunt, iustificauerũt deum: apparuit enim eis iustus in omnibus quæ fecit: pharisęi autem repellendo Ioannẽ tanquam inobedientes non consonabant prophetæ dicenti: Vt iustificeris in sermonibus tuis. vnde sequitur: Pharisæi autem &c. Beda. Hæc verba siue ex persona euãgelistę, siue ex persona saluatoris, vt quibusdam placet, dicta sunt. q̃ autẽ dicit, In semetipsis vel cõtra semetipsos, significat, quia qui gratiam dei respuit, cõtra semetipsum facit: vel ad semetipsos missum dei consilium stulti & ingrati vituperantur noluisse recipere. Cõsilium ergo est dei, quòd per passionem & mortem Christi saluare decreuit, qđ Pharisæi & legisperiti spreuerũt. Ambro. Non cõdemnamus ergo, sicut pharisęi, cõsilium dei quod est in Ioannis baptismate, hoc est consilium quod magni consilii angelus reperit. Ioannis consiliũ nemo cõtemnit, dei consilium quis refutet? Cyrill. Erat autem quidam modus ludendi talis, consuetus apud filios Iudęorum: bipertiebatur puerorum caterua, qui rerũ præsentis vitę deridentes repentinam transmutationẽ, hi quidem canebant, hi vero mœrebãt: sed nec gaudentibus congaudebant mœrentes, nec qui gaudebant cõformabãt se flentibus. deinde arguebãt seinuicem improperantes incompassionis malitiã. tale quid passam fuisse Iudæorum plebem vnà cum principibus Christus innuebat. vnde ex persona Christi subditur: Cui er. simi. di. homi. ge. hui⁹, & cui si. sunt? Simi. sunt pue. se. in foro, &c. Beda. Generatio Iudæorũ comparatur pueris quia doctores olim prophetas habebant, de quibus dicitur: Ex ore infantiũ & lactentiũ perfeciſti laudem. Ambr. Cantauerũt autem prophetę spiritualibus modulis publicę salutis oracula resultantes, fleuerunt threnis flebilibus Iudęorum dura corda mulcentes. Hoc canticũ non in foro, non in plateis canebatur, sed in Hierusalem. ipsa est enim dominicum forum, in quo præceptorum cælestium iura conduntur. Grego. Niſenus. Canticum autem & lamẽtatio nil aliud est quàm excessus: hoc quidem gaudii, illud vero mœroris. Resonat autem quędam consona melodia ex organo musico, secũdum quam dum homo pede & motu consono corporis commouetur, intrĩsecam disposition em manifestat. & ideo dicit, Lamentauimus &c. Augu. de quæst. euang. Hęc autem pertinent ad Ioannem & Christum. Quòd autem dicit, Lamentauimus, & non plorastis, ad Ioannem pertinet, cuius abstinentia à cibis & potu luctum pœnitentiæ significabat. vnde exponẽdo subdit: Venit enim Ioan. bap. neq; man. pa. neque bi. vi. & dicitis: Dæmo. habet. Cyril. Præsumunt criminari virum qualibet admiratione dignum. Dæmonium habere dicũt mortificantem legem peccati, quæ latet in membris. Aug. de quæst. euan. Quòd autem dixerat, Cantauimus tybiis, & non saltastis, ad ipsum dominum pertinet, qui vtendo cum cæteris cibo & potu, lætitiam regni significabat. vnde sequitur: Ve. fi. ho. man. &c. Titus. Noluit enim Christ⁹ abstinere ab huiusmodi cibis, ne occasionem daret hæreticis, qui dicũt creaturas esse malas, & vituperant carnes & vinũ. Cyril. Vbi autem potuerũt ostendere dominum voratorem? inuenitur enim Christus vbique reprimere ĩmoderãtiam, & ad modestiam ducere. Conuersabatur autem cũ publicanis & peccatoribus. vnde contra eum dicebant: Amic⁹ publicanorum & peccatorum, cùm tamen nullatenus ipse posset in peccatum incidere, sed econtra fiebat eis causa salutis. non enim coinquinatur sol radians super totam terram, & frequenter superueniens immũdis corporib⁹: nec sol iustitiæ lędetur cõuersando cum prauis. Nemo autem conetur comparare propriam mensuram dignitatibus Christi, sed quilibet propriam fragilitatẽ considerans, vitet cõsortia talium. praua namq; colloquia, mores corrumpũt bonos. Sequitur: Et iustificata est sapien. ab omni. fi. suis. Ambro. Sapientia dei fili⁹ est per naturam, non per profectum, quæ iustificatur per baptisma, in eo quòd non per contumaciam refutatur, sed per iustitiam dei munus agnoscitur. In eo ergo iustificatio dei est, si non ad indignos & obnoxios, sed ad innocẽtes per ablutionem, sanctos & iustos videatur sua munera transtulisse. Chryſo. Filios autem sapiẽtiæ dicit sapientes. consueuit enim scriptura malos magis ex peccato quàm ex nomine indicare, bonos autem filios appellare informantis eos virtutis. Ambroſi. Bene autem dicit, Ab omnibus, quia circa omnes iustitia reseruatur, vt susceptio fiat fidelium & eiectio perfidorum. Augustſ. de quæst. euan. Vel quòd dicit, iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis, ostendit filios sapientiæ intelligere nec in abstinendo nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam. nõ enim vsus sed concupiscentia reprehendenda est, dummodo congruas in generibus alimentorum his cũ quibus tibi viuendum est.

Iustificatio dei qualis.

Ludus puerorũ Hebræorum.

Tempestantia Christi.

Filij sapientiæ qui dicãtur.

Rogabat autem illum quidam de pharisæis, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisæi, discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quòd Iesus accubuit in domo pharisæi, attulit alabastrum unguenti, & stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Videns aũt pharisæus qui uocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? respondens Simon dixit: Aestimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis riga-

nit pedes meos, & capillis suis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non unxiſti: hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittũtur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe: Quis eſt hic qui etiã peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te ſaluã fecit. Vade in pace.

Beda. Quia ſuperius dictum fuerat: Et omnis populus audiens & publicani iuſtificauerũt deum baptizati baptiſmate Ioannis. Idem euangeliſta quę verbis propoſuerat, etiam factis aſtruit, iuſtificatã, ſcilicet ſapientiam à iuſtis & pœnitentibus, dicens: Rogabat autem illum &c. Greg. Niſe. Hęc conſcriptio quẽdam vtilem intellectum ſapit. Sunt enim pleriq; eorum qui ſe iuſti ficant inflati ſuſpicione vani ſenſus, priuſquã veniat verum iudicium, ſeparãtes ſeipſos velut agnos ab hœdis, nec tecto nec eſcis cum pleriſq; communicare volẽtes, abominantes omnes quicũq; nõ extremum, ſed mediũ tenent callem in vita. Lucas ergo plus medię animarum quàm corporum, oſtẽdit ipſum deũ & ſaluatorem noſtrum piiſſime alios viſitãtem. vnde ſequitur: Et ingreſ. do. pha. diſ. Nõ vt aliquid de vitiis eius ſortiatur, ſed vt impartiatur de iuſtitia propria. Cyril. Mulier autem inhoneſtæ vitę, promens autem fidelem affectum, venit ad Chriſtum, quaſi petentem veniam cõmiſſorũ largiri. Sequitur enim: Et ecce mulier &c. Beda. Alabaſtrum eſt genus marmoris cãdidi, variis coloribus intercincti, qđ ad vaſa vnguentaria cauari ſolet, eo quòd optimè ſeruare ea ĩcorrupta dicatur. Greg. in ho. Quia enĩ hæc mulier turpitudinis ſuę maculas aſpexit, laũda ad fontem miſericordiæ cucurrit, cõuiuantes non erubuit. nam quia ſemetipſam grauiter erubeſcebat intus, nihil eſſe credidit quod verecundaretur foris. Diſcite quo dolore ardet, quæ flere & inter epulas non erubeſcit. Grego. Niſe. Indignitatẽ autem ſuã oſtendens ſtabat poſt tergum deiectis luminibus & effuſa coma pedes amplectens lachrymíſque eos perfundens, rebus triſtem animum oſtendebat veniam implorans. Sequitur enim: Et ſtans retro &c. Grego. in ho. Oculis enim terrena cupierat, ſed hos iam per pœnitentiam contẽrens flebat: capillos ad compoſitionem vultus exhibuerat, ſed iam capillis lachrymas tergebat. vnde ſequitur: Et capillis ca. ſui tergebat. ore ſuperba dixerat, ſed pedes domini oſculans hoc in redẽptoris ſui veſtigia flebat. vnde ſequitur: Et oſcu. pe. eius. Vnguentũ ſibi pro odore ſuæ carnis exhibuit. Quod ergo ſibi turpiter exhibuerat, hoc iam deo laudabiliter offerebat. vnde ſequitur: Et vnguento vnge. Quot ergo in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum: vt totũ deo ſeruiret in patientia, quicqd ex ſe deum contẽpſerat in culpa. Sic igitur meretrix effecta eſt honeſtior virginibus. Poſtquam enim accenſa eſt pœnitentia, exarſit in Chriſti amorem. & hæc quidem quæ dicta ſunt agebãtur exterius, quæ vero reuoluebat eius intentio multo feruentiora his erant quæ ſolus deus inſpiciebat. Grego. in ho. Hæc autem phariſæus intuens deſpicit, & nõ ſolum veniẽtem peccatricem mulierem, ſed etiam ſuſcipientem dominum reprehendit: videns autem phariſæus qui vocauerat eum ait intra ſe dicens: Si hic eſſet propheta, ſciret vtique quę & qualis mulier eſt quę tangit eum. Ecce phariſæus veraciter apud ſe ſuperbus & fallaciter iuſtus ægrum reprehendit de ægritudine, medicũ de ſubuentione: quę profecto mulier ſi ad phariſæi pedes veniſſet, calcibus repulſa diſcederet. Inquinari enim ſe alieno peccato crederet, quia hũc vera ſua iuſtitia non replebat. Sic & quidam ſacerdotali officio prædĩti, ſi quid fortaſſe iuſtę exterius vel tenuiter egerint, protinus ſubiectos deſpiciũt, & peccatores quoſque in plebe poſitos dedignãtur. Neceſſe eſt autem vt cum peccatores quoſq; conſpicim⁹, noſmetipſos prius in eorum calamitate defleamus: quia fortaſſe in ſimilibus aut lapſi ſumus, aut labi poſſumus. Oportet autem vt ſolicitè diſcernamus: quia diſtrictionem debemus vitiis, compaſſionẽ naturæ. Si enim feriendus eſt peccator, nutriendus eſt proximus. Cum vero iam per pœnitentiam percutit ipſe quod fecit, iam noſter proximus peccator non eſt: quia hic in ſe punit, quod iuſtitia diuina reprehendit. Inter duos ergo ægros medicus aderat: ſed vnus in febre ſenſum tenebat, alter ſenſum perdiderat mẽtis. Illa quippe flebat quod fecerat, Phariſæus autem de falſa iuſtitia elatus, vim ſuæ valitudinis exaggerabat. Titus. Dominus autẽ non verba eius audiens, ſed cogitationes inſpiciens, dominum ſe prophetarum oſtendit. vnde ſequitur: Et reſpon. Ie. di. ad illum: Simõ ha. ti. ali. dice. Gloſſ. Quod quidem dixit, eius cogitationi reſpondens, phariſæus autem ex verbis domini attẽtior eſt factus. vnde dicitur: At ille ait, Magiſter dic. Greg. De duobus autem ei debitoribus paradigma opponitur, quorum vnus minus, alius amplius debet. vnde ſequitur: Duo debi. erant cuidam fœneratori, &c. Titus. q.d. Neque tu abſq; debito es: quid igitur? ſi in paucioribus teneris, non ſuperbias: quia tu quoque venia eges. Vnde de venia ſubdit, dicens: Non habenti. autem il. vnde red. donauit vtriſq;. Gloſ. Nullus enim poteſt per ſeipſum à debito peccati liberari, niſi diuina gratia veniam conſequatur. Greg. in ho. Vtrorumq; autem debito dimiſſo, quis amplius largitorem debiti diligat, phariſęus interrogatur. Sequitur enim: Quis ergo plus eum diligit? Quibus verbis protinus ille reſpondit: Aeſtimo quia is cui plus donauit. Qua in re notandum eſt, quòd dum ſua ſententia phariſæus cõuincitur, quaſi freneticus funem portat ex quo ligetur. vnde ſequitur: At ille di. ei: rectè iudicaſti. Enumerantur autem ei bona peccatricis, enumerantur & mala falſi iuſti. vnde ſequit: Et cõ. ad mu. di. Simo. vi. hanc mu. int. in do. &c. Ambro. q.d. Facilis eſt vſus aquarum, non eſt facilis lachrymarum effuſio: tu promptis non es vſus, hęc effudit non prompta: lauans lachrymis pedes meos, lauit maculas proprias, terſit comis, vt per eas ſibi aſſumat ſacros ſudores: & quibus venata eſt ad peccatum iuuentutem, venata eſt ſanctitatem. Chryſoſt. Sicut autem vbi vehemens imber prorũpit fit ſerenitas, ſic lachrymis effuſis apparet trãquillitas, & perit caligo reatuũ: & ſicut per aquam & ſpiritum, ſic per lachrymas & confeſſionem denuo mũ damur. vnde ſequitur: propter quod di. ti. remit. ei peccata mul. quoniam dile. multum. Nam qui vehementer ſe ingeſſerunt malis, rurſus & bonis vehementer inſiſtent, conſcii ad quot debita ſe obligauerunt. Grego. Tanto ergo amplius peccati rubigo conſumit, quãto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Titus. Contingit autem ſæpius eum qui multum peccauit, per confeſſionem purgari: pauca vero peccantem ex arrogantia nõ venire ad confeſſionis remedium. vnde ſequitur: Cui au. mi. dimit. minus diligit. Chryſoſto. Opus eſt ergo nobis feruenti anima, quia nihil impedit hominem fieri magnum. Nullus ergo conſtitutorũ in peccatis deſperet, nemo virtuoſus dormitet, nec hic confidat, ſæpe enim meretrix præcedet eum: nec ille diffidat, poſſibile nanq; eſt eum etiam primos ſupera-

Magdalenę humilitas.

Diſtrictio vitiis compaſſiona turæ.

Cõparatio notãda.

re. vnde & hic ſubditur: Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata tua. Greg. Ecce quæ ad medicũ venerat ęgra, ſanata eſt: ſed de ſalute eius adhuc alii ęgrotant. Sequitur enim: Et cœperũt qui ſimul accũbebant dicere intra ſe: quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? ſed cœleſtis medicus ægros nõ reſpicit, quos etiam de medicamẽto fieri deteriores vidit: eam autẽ quã ſanauerat, per pietatis ſuæ ſententiã cõfirmat. vnde ſequit: Dixit autẽ ad mulierẽ, Fides tua te ſaluã fecit. quia ſcilicet hoc quod petiit, poſſe ſe accipere non dubitauit. Theoph. Poſtquam autẽ ei peccata dimiſit, nõ ſiſtit in remiſſione peccati, ſed adiicit operationem boni. vnde ſequitur: Vade in pace, id eſt in iuſtitia: quia iuſtitia eſt pax hominis ad deum, ſicut peccatũ eſt inimicitia inter deum & hominẽ. q.d. operare omnia quæ ad pacem dei te ducunt. Ambr. Hoc autem loco pleriq; pati videntur ſcrupulum quæſtionis, vtrũ videantur euangeliſtæ diſcordaſſe de fide. Græcus. Quia enim quatuor euangeliſtæ dicunt Chriſtũ vnctum fuiſſe vnguento à muliere: tres puto fuiſſe mulieres, ex perſonarũ qualitate, ex modo agendi, ex differentia temporum. Ioãnes quidẽ narrat de Maria ſorore Lazari, quoniã ſex dieb⁹ ante paſcha vnxit pedes Ieſu in ꝓpria domo. At Matthæus, poſtquam dominus dixerat: Scitis quia poſt biduũ fiet paſcha, ſubdit quòd in Bethania in domo Simonis leproſi mulier fudit vnguentũ ſuper domini caput, non autẽ vnxit pedes vt Maria. Marcus etiã Matthæo ſimiliter. Lucas autẽ nõ circa tempus paſchæ, ſed in medio euangelii hoc refert. Chryſoſtomus autẽ binas aſſerit has mulieres fuiſſe: vnam quidẽ quę cõtinetur in Ioanne, alteram verò cuius mentio fit à tribus. Ambr. Hanc ergo mulierem inducit Matthæus ſupra caput Chriſti effundentẽ vnguentũ, & ideo noluit dicere peccatricem. Nam peccatrix ſecũdum Lucã ſupra Chriſti pedes effudit vnguentũ. Poteſt ergo nõ eadem eſſe, ne ſibi contrarium euangeliſtæ dixiſſe videantur. Poteſt etiam quæſtio meriti, & tẽporis diuerſitate diſſoluĩ: vt adhuc illa peccatrix ſit, iam iſta perfectior. Auguſtinus de con. euang. Eandem enim Mariam bis hoc feciſſe arbitror intelligendũ: ſemel ſcilicet quod Lucas narrauit, cùm primò accedens cũ humilitate & lachrymis meruit remiſſionẽ peccatorũ: vnde Ioannes, cùm de Lazaro reſuſcitãdo cœpiſſet loqui, antequam veniret in Bethaniã dicit: Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento, & terſit pedes eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Iam itaq; hoc Maria fecerat. Quod autẽ in Bethania rurſum fecit, aliud eſt, quod ad Lucæ narrationẽ nõ pertinet, ſed pariter narratur ab aliis tribus. Greg. in Homil. Myſtico autẽ intellectu phariſæus de falſa iuſtitia præſumens, Iudaicũ populum: peccatrix mulier, ſed ad veſtigia domini veniens & plorans, conuerſam gentilitatẽ deſignat. Ambroſius. Vel princeps huius ſeculi quidam leproſus eſt, domus autẽ Simonis leproſi terra eſt: ergo dominus ex illis ſuperioribus locis deſcendit in terrã, neque enim ſanari potuiſſet hæc mulier quæ ſpeciem habet animæ vel eccleſiæ, niſi Chriſtus veniſſet in terrã. Merito autẽ ſpeciem accipit peccatricis, quia Chriſtus quoq; formam peccatoris accepit: itaq; ſi conſtituas animã fideliter appropinquantẽ deo nõ peccatis turpibus & obſcœnis, ſed piè ſeruientẽ dei verbo, habẽtem immaculatæ fiduciam caſtitatis, ad ipſum Chriſti caput aſcendit, caput autem Chriſti deus eſt: ſed qui caput non tenet Chriſti, ille pedes teneat. Peccator ad pedes, iuſtus ad caput: habet tamen etiam ea quæ peccauit vnguentum. Greg. Quid aliud vnguento, niſi bonus odor opinionis exprimitur? ſi igitur recta opera agimus quibus opinione boni odoris eccleſiam reſpergamus, quid in corpore domini niſi vnguentũ fundimus? Sed ſecus pedes mulier ſtetit: contra pedes em̃ dñi ſtetimus, cũ in peccatis poſiti eius ĩrineribus retinebamur. ſed ſi ad veram pœnitẽtiam poſt peccata conuertimur, iam retrò ſecus pedes ſtam⁹, quia eius veſtigia ſequimur quẽ impugnabamus. Ambr. Defer & tu poſt peccata pœnitentiam: ybicunq; audieris Chriſti nomen, accurre. In cuiuſcunq; interiorẽ domũ Ieſum intraſſe cognoueris, & ipſe feſtina. cùm repereris ſapientiã, cùm repereris iuſtitiam in aliquibus penetralibus recumbentem, accurre ad pedes, id eſt vel extremã partem quære ſapiẽtiæ, lachrymis confitere peccata. Et fortaſſe ideo nõ lauit Chriſtus ſuos pedes, vt eos lachrymis nos lauem⁹. Bonæ lachrymæ, quæ non ſolùm noſtrũ poſſunt lauare delictum, ſed etiam verbi cœleſtis rigare veſtigium, vt greſſus eius nobis exuberent. Bonæ lachrymæ, in quibus non ſolùm redemptio peccatorũ, ſed etiam iuſtorum refectio eſt. Greg. Lachrymis enim domini pedes rigamus, ſi quibuſlibet vltimis membris domini compaſſionis affectu ĩclinemur. Capillis pedes domini tergimus, quando ſanctis eius, quibus ex charitate cõpatimur, ex his quæ nobis ſuperfluunt miſeremur. Amb. Expande etiam capillos, ſterne ante eum omnes corporis tui dignitates: non mediocres capilli ſunt, qui poſſunt pedes tergere Chriſti. Gregorius. Oſculatur mulier pedes quos terſit, quod nos quoq; plenè agimus, ſi ſtudioſè diligimus, quos ex largitate continemus. Poteſt quoq; per pedes ipſum myſteriũ incarnationis ei⁹ intelligi, oſculamur igitur redemptoris pedes, cùm myſteriũ incarnationis eius ex toto corde diligimus. Vnguento pedes vngimus, cùm ipſam humilitatis eius potentiam ſacri eloquii bona opinione prædicamus. ſed hoc etiam phariſæus vidit & inuidit, quia cùm Iudaicus populus gentilitatẽ deum prædicare conſpicit, ſua apud ſe malitia tabeſcit. ſic autẽ phariſæus retunditur, vt per eum perfidus ille populus oſtẽdatur, quia videlicet infidelis ille populus, nec ea quæ extra ſe erãt, vnquam pro domino tribuit. Conuerſa autẽ gentilitas ꝓ eo non ſolùm rerum ſubſtãtiam, ſed etiã ſanguinẽ fudit. vnde phariſæo dicit: Aquã pẽdibus meis non dediſti, hæc au. lachry. ri. pe. me. Aqua quippe extra nos eſt, lachrymarũ humor intra nos eſt. Infidelis & ille populus deo oſculum non dedit, quia ex charitate eũ amare noluit, cui ex timore ſeruiuit: oſculum quippe dilectionis eſt ſignum. vocata autẽ gentilitas redemptoris ſui veſtigia oſculari nõ ceſſat, quia in eius continuo amore ſuſpirat. Ambro. Non mediocris autem hæc meriti eſt, de qua dicitur: Ex quo intrauit nõ ceſſauit oſculari pedes meos, vt aliud niſi ſapientiam loqui neſciat, niſi iuſtitiã diligere, niſi caſtitatem libare, niſi pudicitiam oſculari. Grego. Phariſęo autẽ dicitur: Oleo caput meũ non vnxiſti, quia ipſam quoq; diuinitatis potẽtiam, in qua ſe Iudaicus populus credere ſpopondit, digna laude prædicare neglexit. Hæc aũt vnguento vnxit pedes meos, quia dum incarnationis eius myſteriũ gentilitas credidit, ſumma laude eius etiã prædicauit. Amb. Beatus qui poteſt & oleo vngere pedes Chriſti: ſed beatior qui vngit vnguento. multorũ enim florũ in vnũ collecta ſparſit, & fortaſſe iſtud vnguẽtũ nõ poſſet alius niſi eccleſia ſola deferre, quæ diuerſi ſpiraminis innumerabiles habet flores: & ideo nemo poteſt tãtum diligere quantũ illa q̃ in plurib⁹ diligit. In domo aũt phariſęi. i. in domo legis & ꝓphetæ, nõ phariſæus ſed eccleſia iuſtificaẽ. Phariſæus em̃ nõ credidit, iſta credebat. lex myſteriũ non habet quo occulta mũdanẽ, & ideo quòd in lege min⁹ eſt, cõſummaẽ in euãgelio. Duo aũt debito-

Opinio Græci.

Myſtica officia circa Chriſtũ.

Anagoge pulchra.

res duo populi sut,fœneratori illi thesauri cœlestis obnoxii.Nō materialē autē fœneratori huic debemus pecuniā, sed meritorum examina,æra virtutū,quarū merita gratuitatis pōdere,iustitiæ specie, sono cōfessionis expendūt.Nō mediocris autē est iste denarius in quo regis imago formatur,væ mihi si nō habuero quod accepi:aut quia difficile quisquā est, qui fœneratori huic debitum integrū possit exoluere:væ mihi si nō petiero concedi mihi debitū.Sed quis est populus iste qui amplius debet,nisi nos quibus amplius creditum est?Illis credita sunt eloquia dei:nobis creditur virginis partꝰ Emanuel.i.nobiscum deus,dñi crux,mors, resurrectio. Itaque nō est dubiū quōd plus debet qui plus accipit, secundum homines plus fortasse offendit,qui plus debuerit.Sed per misericordiam domini causa mutatur, vt amplius diligat qui amplius debuit,si tamen gratiā consequatur.Et ideo qm̄ nihil est qđ dignè deo referre possimꝰ, væ mihi & si nō dilexero.Reddamꝰ ergo amorem pro debito:amplius em̄ diligit cui donat amplius.

Anagogicus sensus.

CAPVT VIII.

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicans & euangelizans regnum dei,& duodecim cum illo, & mulieres aliquæ,quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus,Maria quæ uocatur Magdalene,de qua septē dæmonia exierant,& Ioanna,uxor Chusæ procuratoris Herodis,& Susanna, & aliæ multæ,quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

Hierony.Qui cœlitus descendit, vt exemplū fieret nobis & forma,instruit nos non pigritare in docendo. vnde dicitur:Et factum est deinceps,& ipse iter faciebat &c.Gregorius Nazanzenus.Vadit quippe de loco in locum,non solùm vt plures lucretur,sed etiā vt multa dedicet loca.Dormit & laborat,vt somnū & laborē sanctificet:plorat,vt det precium lachrymis: prædicat cœlestia,vt audientes exaltet.Titus.Qui enim de cœlo ad terram descendit, annunciat habitātibus terram regnum cœleste,vt terram in cælū cōuertat. Quis autem prædicare debebat regnū dei,nisi filius dei cuius est regnum?venerunt plures prophetæ,nō tamen prædicauerūt regnum cœlorum.Nam qualiter eorum quæ non viderunt sermonē prætenderent? Isidorus abbas. Hoc autem regnum dei aliquibꝰ videtur altius,& melius regno cœlesti:quibusdam verò vnum & idem secundum essentiam,sed diuersimodè nominari: aliquādo quidem regnum dei à regnante, aliquando autē regnum cœlorū à subditis angelis & sanctis qui cœli dicuntur.Beda.More autē aquilæ prouocantis ad volandum pullos suos,dominus pedetentim discipulos suos ad sublimia erigit. Siquidē primò docet in synagogis, & miracula facit:ex his duodecim quos apostolos nominat elegit:postmodū omnes prędicans secum ducit. vnde sequitur:Et duodecim cū illo.Non docentes aut prædicantes,sed instruēdi ab eo. Ne autem fœmineus sexus prohiberi videretur sequi Christum, subditur: Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malis & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant.Beda. Maria Magdalena ipsa est,cuius tacito nomine proxima lectio pœnitentiam narrat. Nam pulchre euāgelista, vbi eam cum domino iter facere commemorat,noto hanc vocabulo manifestat:vbi verò peccatricem sed pœnitentē describit,mulierem generaliter dicit:ne nomen tantæ famæ prisci erroris nota fuscaret:de qua dęmonia septē exiisse referuntur. Gregorius in Homil.Quid enim per septem dæmonia nisi vniuersa vitia intelliguntur? Quia enim septem diebus omne tempus comprehēditur,rectè septenario numero vniuersitas figuratur. Septē ergo dæmonia Maria habuit: quæ vniuersis vitiis plena fuit.Sequitur:Et Ioanna,vxor Chusæ ,procuratoris Herodis,& Susanna,& aliæ multæ,quæ ministrabāt ei de facultatibus suis.Hierony.cōtra Vigilantium. Cōsuetudinis Iudaicæ fuit,nec ducebatur in culpā more gentis antiquo,vt mulieres de substantia sua victum atque vestitum præceptoribus darent:hoc quia scādalum facere poterat in nationibus,Paulus se abiecisse commorat.Ministrabant autem domino de substantia sua, vt meteret earū carnalia,cuius ipsę metebant spiritualia.non quōd indigeret cibis dominus creaturarū, sed vt typum ostenderet magistrorum,quōd victu atq; vestitu de discipulis deberent esse contenti.Beda. Interpretatur autem Maria amarum mare propter pœnitētiæ rugitum.Magdalena turris, vel melius turrensis,à turre de qua dicitur:Factus es spes mea turris fortitudinis,à facie inimici.Ioanna dominus gratia eius, vel dominus misericors interpretatur, videlicet quia eius est omne quod viuimus.Si autē Maria mundata à sorde vitiorum ecclesiam de gentibus insinuat,cur nō Ioanna eandem designat ecclesiam,quōdam idolorū cultui subditā? Nam quilibet malignus spiritus dum pro regno diaboli facit, quasi Herodis procurator existit. Interpretatur Susanna lilium aut gratia eius, propter odoriferum cælestis vitę candorem,aureúmque internæ dilectionis ardorem.

Regni dei annūciatio.

Magdalena binomia.

Cùm autē turba plurima cōueniret,& de ciuitatibus properarēt ad eum,dixit per similitudinē:Exiit qui seminat, seminare semen suum.Et dū seminat,aliud cecidit secus uiam, & cōculcatū est,& uolucres cœli comederūt illud.Et aliud cecidit super petrā, & natū aruit, quia non habebat humorem.Et aliud cecidit inter spinas:& simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonā:& ortum, fecit fructum centuplū.Hæc dicens,clamabat:Qui habet aures audiendi,audiat. Interrogabant autē eum discipuli eius quæ esset hæc parabola.Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysteriū regni dei,cæteris autē in parabolis:ut uidentes non uideant,& audientes non intelligāt. Est autem hæc parabola:Semē est uerbum dei. Qui autē secus uiam,hi sunt qui audiunt:deinde uenit diabolus, & tollit uerbū de corde eorum,ne credentes salui fiant.Nam qui super petrā: hi sunt qui cùm audierint,cum gaudio suscipiunt uerbum.Et hi radices non habent,quia ad tempus credūt,& in tēpore tētationis recedunt.Quod autē in spinas cecidit:hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitiis & uoluptatibus uitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.Quod autē in bonam terram:hi sunt qui in corde bono & optimo audiētes uerbum retinent,& fructum afferunt in patientia.

Theoph.Quod Dauid in persona Christi prædixerat, aperiam in parabolis os meū,hic dominus implet.vnde dicitur:Cùm autē turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem.Loquitur autem dominus per similitudinem.Primo quidem vt attentiores faceret auditores:consueuerunt em̄ homines in obscuris se exercitare,& spernere manifesta.deinde vt non caperent indigni,quæ mystičè dicebantur.Origenes. Et ideo signāter dicitur: Cū turba plurima conueniret, & de ciuitatibus &c. Non enim sunt multi,sed pauci qui per arctā viam incedūt, & qui inueniunt viam quæ ducit ad vitam. vnde Matthæus dicit, quōd extra domū docebat per parabolas, sed intra domū parabolā discipulis exposuit.Euseb.Satis autem cōgruè Christus primā proponit parabolam multitudini,non solùm tunc astantiū, sed etiam futurorum post illos inducēnt ad audientiā verborū suorum,cùm dicit: Exiit qui seminat seminare semē suū. Beda.Satorē istū nullum melius quàm filiū dei intelligere possumus:qui de sinu patris quo creaturę nō erat accessus egrediens,ad hoc venit in mundū,vt testimonium perhiberet veritati. Chrys.Exiit autē qui vbiq; est non localiter,sed per amictū carnis nobis appropinquauit. Deceter autem aduentum proprium Christus exitū nominat:eramus enim excluſi à deo.& sicuti cōdemnati & rebelles regi eiecti sunt, qui verò reconciliare vult eos,exeūdo ad ipsos extra cum eis loquitur, donec dignos iam factos aspectu regio eos introducat, sic etiam Christus fecit.Theoph. Exiit autē nunc non vt agricolas perderet, aut cōbureret terram, sed exiit seminare.sæpe enim agricola qui seminat ob aliā causam exiit,non solùm vt seminet. Euseb. Exiuerūt autē nonnulli à patria cælesti,& ad homines descenderunt, non tamen vt sererent,neq; enim satores erant,sed administratorii spiritꝰ in ministeriū missi.Moyses etiam & prophetæ post eum nō inseruerunt hominibus mysteria regni cælorum:sed retrahendo insipientes ab errore nequitiæ & idolorū cultu, quasi colebant animas hominū,& in noualia redigebant.Solus autē omnium sator verbum dei exiuit euangelizaturus noua semina, scilicet mysteria regni cælorū.Theop. Non cessat autē dei filius semper in nostris animabus seminare:non solùm cùm docet, sed etiam cùm creat,in nostris animabus seminat semina bona.Titus.Exiit autē vt seminaret semen suum, nō autē accipit verbum quasi mutuatum,cùm ipse naturaliter sit verbum dei viui. Non est igitur suum propriū semen Pauli vel Ioannis, sed habent cùm acceperint.Christus autem habet proprium semen,proferens doctrinā ex sua natura.vnde & Iudæi dicebant, qualiter hic literas nouit quas non didicit? Euseb. Docet igitur duos esse gradus eorū qui recipiunt semina : primū quidem eorū qui digni facti sunt vocatione cœlesti,sed labuntur à gratia propter negligentiam & torporem. secundū verò multiplicantium semen in bonis fructibꝰ.Ponit autē secundū Matthæū tres differētias in quolibet gradu.Nam qui corrūpunt semen,non similē habent perditionis modū, & qui ab eo fructificant,nō æquā recipiunt copiam. Sanè actiones perdentiū ostendit semen.Quidam enim cùm non peccauerint,suis animabus insita sibi semina salubria perdiderunt,subtracta ab intentione & memoria eorum per spiritus malignos & dæmones, qui volāt per aērem,vel viros fallaces & callidos,quæ volatilia nuncupauit.vnde subdit:Et dum seminat,aliud cecidit secus viam.Theoph.Non dixit quōd seminans proiecit aliud secus viā,sed quōd semen cecidit.Qui enim seminat,docet rectum sermonē, sed sermo diuersimodè cadit in audientes, vt quidam eorū via dicātur.Et cōculcatū est,& volucres cœli comederunt illud.Cyril.Arida enim est & inculta quodāmodo omnis via:eo quōd à cunctis cōculcatur,ac nihil ex seminibus humatur in ea.Sic igitur habentes cor indocile, nō penetrat diuina monitio,vt possit laudē germinare virtutum: sed tales sunt via frequētata immundis spiritibus. Sunt iterum aliqui leuiter gerētes fidem in se, quasi in verboditur:Et aliud cecidit supra petrā,& natum aruit,quia non ha.humo.Beda.Petram dicit durū & indomitum cor,hoc est autem humor ad radicē seminis,quod iuxta aliam parabolam oleum ad lampades virginū nutriendas,id est amor & perseuerantia virtutis. Euseb. Sunt etiam aliqui qui per auaritiā & appetitū voluptatum, & mundanas solicitudines, quas quidam spinas nūcupant,immissum sibi semen suffocari fecerūt. de quibus subdit:Et aliud cecidit inter spinas,&c. Chrys. Sicut enim spinæ non permittunt oriri semen, sed ex eōden satione suffocāt immissum, sic solicitudines vitæ præsentis,semen spiritale fructificare non sinūt . increpandus autem esset agricola, qui super sensibiles spinas & petram & viam seminaret. Non enim possibile est petram terram fieri,nec viam nō esse viam,nec spinas nō esse spinas:in rationalibus autem secus est.Possibile est enim petram conuerti in terram pinguem,& viam nō conculcari,& spinas dissipari.Sūt autem terra pinguis & ferax,animæ honestæ & bonæ,quæ in profundo suscipiunt verbi semina,& retinēt & fouent. Et quātum ad hoc subditur:Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructū centuplū. Cùm enim in mentē mūdam ab omnibus perturbātibus verbū diuinum infunditur,tunc immittit radices in profundū, & germinat tanquā spicas,& cōueniēter perficitur.Beda.Fructum enim centuplum,fructū perfectum dicit.nam denarius numerus pro perfectione semper accipitur:quia in decem præceptis legis custodia continetur. Denarius autem numerus per semetipsum multiplicatus, in centenarium surgit.vnde per cētenariū magna perfectio significatur.Cyril.Quæ autē sit sentētia parabolæ accipiamus per eum qui eam cōposuit.vnde sequitur:Hęc dicens clamauit:Qui habet aures audiēdi,audiat. Basilius.Audire pertinet ad intellectū. vnde per hoc dominus excitat ad exaudiendū attēte mētionem eorum quæ dicuntur.Beda.Quoties enim hæc admonitio vel in euangelio,vel in Apocalypsi Ioānis interponit,mysticū esse quod dicitur,quærēdumq; à nobis intentius ostēditur. Vnde discipuli ignorātes saluatorē interrogant,sequitur enim: Interrogabāt autē eum disci.&c. Nemo tamē putet finita mox parabola discipulos hoc interrogasse,sed vt Marcus ait:cùm esset singularis interrogauerunt eum.Origenes. Est autē parabola sermo quasi facti,nō autem facti iuxta quod dicitur, possibilis autē fieri,rerum significatiuus per transumptionem eorū quæ in parabola tradūtur. Aenigma verò est processus sermonis in his quæ dicūtur quasi facta,quæ tamen non sunt facta,nec possibilia fieri. significat verò aliquid in occulto,sicut quod in libro dicitur Iudicum,quōd ligna iuerunt vt vngerent sibi regem. Non est autem ad literam factum quod dicitur:Exiit qui seminat,sicut ea quæ narrat historia, possibile tamē fuit fieri.Eusebius.Dominus verò docuit eos causam quare turbis per parabolas loquebatur.vnde subdit:Quibus ipse dixit,vobis est datum nosse mysterium regni dei.Gregorius Nazanzenus. Cū hoc audis,non introducas diuersas naturas secundum quosdam hæreticos, qui putant hos quidem esse pereuntis naturę,hos verò salubris,quosdā verò sic se habere vt eorum voluntas eos ducat ad peius vel melius. Sed addas ei quod dicitur, Vobis datū est,id est volētibus & similiter dignis. Theo.His autē qui sunt indigni tātis mysteriis obscurè dicūtur.vnde sequitur:Cæteris autē in parabolis:vt videntes non videāt,& audiētes non intelligāt.Videre enim se putant,non vidēt autem:& audiunt quidē, sed non intelligūt.Huius ergo gratia hoc eis Christus abscondit,ne maius eis præiudiciū generetur, si postquā nouerint Christi mysteria,contēpserint.Qui em̄ intelligit & postea spernit,grauius punietꝰ.Beda.Rectè igitur in parabolis audiūt,quando clausis sensibus cordis non curāt cognoscere veritatē, obliti eiꝰ quod dñs dixerat:Qui habet aures audiēdi,audiat.Greg.in Hom. Dñs autē dignatꝰ est exponere quod dicebat, vt sciamꝰ rerum significationes quęrere etiam in his quæ per se-

Exitus filii dei qualis.

Gradus duorum fatorum.

Parabolæ ratio.

Expositio moralis.

Universidad de Sevilla Biblioteca

metipsum voluit explanare. Sequit enim: Est autē hæc parabola: Semen est verbū dei. Euseb. Destruentiū autem immissa semina suis animab⁹ tres dicit esse causas. Quidā enim destruūt in se semen reconditū, dantes leuiter auditū volētibus fallere, de quibus subdit: Quod autē secus viam, hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus &c. Beda. Qui scilicet verbū quod audiunt, nulla fide, nullo intellectu, nulla saltem tentandæ vtilitatis actione percipere dignantur. Euseb. Quidam verò cùm in mentis profundo non susceperint verbum dei, facile extinguuntur adueniente aduersitate. de quibus subditur: Nam qui super petrā, hi sunt qui cùm audiē. cū gau. sus. ver. & hi radi. non ha. quia ad tempus cre. & in tēpore tētationis recedūt. Cyril. Cùm enim intrant ecclesiam lętanter attentāt diuina mysteria, sed ex leui voluntate: vt autē egressi sunt ecclesiam, oblīuiscuntur sc̄arū disciplinarū: & si fides Christiana nō fluctuet, permanent: turbante vero persecutione, perfugā habēt mentē, quia fides eorū caret radice. Greg. in ho. Multi boni operis initia proponūt, sed mox vt fatigari aduersitatibus vel tētationibus cœperint, inchoata derelinquunt. Petrosa erga terra humorē non habuit, quæ hoc quod germinauerat, ad fructus perseuerantiā non perduxit. Euseb. Quidam verò suffocant reconditū in eis semen diuitiis & illecebris, quasi quibusdam suffocātibus spinis. de quibus subditur: Quod aūt in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt &c. Greg. in homi. Mirum quomodo domin⁹ diuitias spinas interpretatus sit, cū illæ pungant, istæ delectent: & tamen spinæ sunt, quia cogitationū suarum punctionibus mētem lacerant: & cùm vsq; ad peccatū pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentant. Duo autem sunt quæ diuitiis iungit: solicitudines, & voluptates. quia per curā mentē opprimūt, & per affluentiā resoluunt. suffocant autē semen, quia importunis cogitationibus guttur mentis strangulāt, & dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditum vitalis flatus vetant. Eusebius. Hæc autē ex prouisione à saluatore prædicta sunt. Sic autē se habere patefacit effectus. non enim aliter aliqui à verbo diuini cultus deficiunt, nisi secundum aliquem modorum prædictorū ab eo. Chry. Et vt plura breuibus cōprehendam, hi quidem tanquam negligētes audire, hi tanquā delicati & debiles. hi verò tanquam serui facti voluptatis, & rerū mundi à bono desistunt. Bonus etiā ordo viæ, petræ, & spinarū: opus est primo memoriæ & cautelæ, deinde fortitudinis, consequenter cōtemptus præsentiū. Consequenter ponit bonam terram contrario modo se habētem ad viam, & petrā & spinas, cùm subdit: Quod aūt in bonā terram, hi sunt qui in corde bono & optimo verbū retinēt, &c. Nā qui secus viam positi sunt, non retinent verbū, sed rapit eis semen diabolus: qui verò sunt in petra, non sustinent in patiētia tentationis insultum propter imbecillitatem. qui verò sunt in spinis, non fructificant, sed suffocantur. Gregorius in Homil. Terra ergo bona fructū per patientiam reddit, quia nulla sunt bona quæ agimus, si non æquanimiter etiam proximorū mala toleramus. fructum ergo per patientiam reddunt, quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter cum gaudio suscipiuntur.

Fictio prauorū.

Negligē tia verbi dei.

Nemo autē lucernā accendens, operit eam uasc, aut subtus lectū ponit: sed supra candelabrū ponit, ut intrantes uideant lumen. Non est enim occultum, quod nō manifestetur: nec absconditū, quod non cognoscatur, & in palā ueniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enī habet, dabitur illi: & quicunq; nō habet, etiā quod putat se habere, auferetur ab illo.

Beda. Quia supra dixerat apostolis: Vobis datū est nosse mysterium regni dei, cęteris autem in parabolis: nunc ostendit per eos, aliquando etiam cæteris idē mysterium esse reuelandum, dicens: Nemo autē lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectū ponit, &c. Eusebius q.d. Sicut lucerna accenditur vt luceat, non vt operiatur sub modio vel lecto: sic etiā secreta regni cælorum in parabolis edita, quanuis lateant alienos à fide, nō tamē penes omnes manifestū habebūt sensum. vnde subdit: Nō enim est occultū quod nō manifestet, nec absconditū quod non cognoscat, & in palā veniat. q.d. quanuisplurima in parabolis dicta sint, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, propter sui incredulitatē: totus tamen sermo patebit. Augu. de quęst. euan. Vel aliter: Totā his verbis typicè docet fiduciam prædicandi, ne quis timore carnalium cōmodorum lucē scientiæ absconda. vasis enim & lecti nomine carnem, lucernæ aūt vocabulo verbum designat: quod ob metum carnaliū incommodorū occultat, qui ipsam carnem præponit manifestationi veritatis: & ea quasi operit verbū, qui prędicare trepidat. Supra cande labrum autem ponit lucernam, qui corpus suum ministerio dei subiicit: vt superior sit prædicatio veritatis, & inferior seruitus corporis. Origenes. Sed & qui vult adaptare lucernā perfectioribⁱ Christi discipulis, persuadebit nobis per ea quæ dicta sunt de Ioāne, quoniā ipse erat lucerna ardens & lucens. non decet ergo eum qui lucernā rationalem accendit in anima, abscondere eam sub lecto, vbi quis requiescit, nec sub aliquo alio vase: quia qui facit hoc, non prouidet intrantibus domum quibus lucerna paratur: sed oportet superponere candelabro, id est omni ecclesiæ. Chry. Hoc autem dicens inducit eos ad vitæ diligentiā, docēs eos strenuos esse quasi expositos aspectibus omnium ac pugnātes in mundo quasi in theatro. q.d. ne consideretis quòd manemus in modica parte mundi: eritis enim omnib⁹ noti, quia tantam virtutem impossibile est latere. Maxi. Vel forsan seipsum appellat dominus lucernam radiātem cunctis habitantibus domū, id est mundū, cùm sit naturaliter deus & factus dispensatiue caro, & sic quasi lux ad instar lucernæ retinet in testa carnis per mediā animā, sicut per lychnium ignis in testa lucernę. Vocat autem candelabrum ecclesiam: supra quam verbum diuinum effulgens, quasi quandam domum illuminat radiis veritatis. Dixit autē similitudinarie vas aut lectū, corporalem cultum legis, sub quo contineri non vult. Beda. Instanter autē non dominus docet verbo auscultare: vt etiam & nostro illud pectore continuè ruminare, & alieno eructare sufficiamus auditui. vnde sequit: Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet dabit illi &c. Quasi dicat, tota intētione verbo qđ auditis operam date: quia qui amorem habet verbi, dabitur illi & sensus intelligēdi quod amat: at qui verbi audiēdi amorem non habet, & si vel naturali ingenio, vel literario se callere putauerit exercitio, nulla sapientiæ dulcedine gaudebit. Sæpe enim desidiosus ingenium accipit, vt de negligentia iustius puniat. quia quod sine labore assequi potuit, scire contemnit: & nonnunquam studiosus tarditate intelligentiæ premitur, vt eo maiora præmia retributionis inueniat, quo magis studio inuentionis elaborat.

Secreta fidei quo modo re uelanda.

Aurea sentētia.

Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. Et nunciatum est illi, Mater tua & fratres tui stant foris, uolentes te uidere. Qui respōdens, dixit ad illos: Mater mea & fratres mei, hi sunt qui uerbum dei audiunt & faciunt.

Titus. Derelictis cognatis carnalibus domin⁹ insistebat doctrinæ paternę, quia verò desiderabatur propter absentiā, accedūt ad eum. vnde dicitur: Venerunt autem ad illum mater &c. Si audieris de fratrib⁹ domini, adiice pietatem, & intellige gratiā. Nullus enim secundum diuinitatem saluatoris frater est, vnigenitus enim est, sed pietatis gratia cōmunicauit nobis in carne & sanguine: & factus est frater noster, cùm esset naturaliter deus. Beda. Fratres autē domini secundū carnem dicuntur, non filii beatæ Mariæ genitricis dei secundum Heluidium, nec filii Ioseph de alia vxore secundum quosdam putādi sunt, sed eorū potius intelligēdi sunt esse cognati. Titus. Putabant autem fratres eius, quòd cùm eorum audiret præsentiam, dimitteret populum reueritus maternum nomen, & flexus amore materno. vnde sequitur: Et nunciatū est illi, Mater tua &c. Chry. Considera quale erat astante ei toto populo, & ab ore eius pēdente iam inchoata doctrina, eū foras extrahere. Ob hoc dominus quasi increpādo respondit. Sequitur: Qui respondēs, dixit ad eos, Mater mea &c. Amb. Moralis magister, qui de se cæteris præbet exemplū, præscripturus cæteris, quoniam qui non reliquerit patrem aut matrem suam, non est filio dei dignus, sententiæ huic ipse primus se subiicit: non quòd maternæ refutet pietatis obsequia, ipsius enim præceptum est: qui non honorificauerit patrē & matrē, morte moriatur, sed quia paternis se mysteriis amplius q̄ maternis affectibus debere cognoscit. neque tamē iniuriosē refutātur parentes, sed religiosiores copulæ mētium docētur esse quàm corporū. ergo hic non vt quidam hæretici tendiculas aucupantur, mater negat, quę etiam de cruce agnoscitur: sed necessitudini corporali præscriptorum cælestiū forma præfertur. Beda. Hi igitur qui verbum dei audiunt & faciunt, mater domini vocantur, eo quòd illum quotidie suo exemplo vel dicto quasi parturit in cordibus proximorū: fratres quoque sunt eius, cùm & ipsi faciant voluntatē patris eius qui in cælis est. Chry. Non autem hoc dicit increpando matrem, sed eam plurimum adiuuādo. Nam si erga cæteros solicitus erat, vt generaret eis de se debitā opinionem, multo magis erga matrem: non autem eleuasset eā ad illa fastigia, si semper expectaret honorari ab eo tanquam à filio, non autem eum dominū reputaret. Theoph. Quidam verò hoc sic intelligunt, quòd Christo docente quidam inuidentes subsannātes eum super doctrina eius dixerunt: Mater tua & fratres tui stant foris volentes te videre, tanquam propter hoc ignobilem eum demonstrarent. & ideo qui mentē eorum cognouit, sic eis respondit: quoniam non nocet vilis consanguinitas, sed si ignobilis quis existat, audiat autem verbum dei: ipsum consanguineum reputat. quia tam audire solùm neminem saluat, sed magis condemnat, subiungit: Et faciunt. Decet enim audire & facere: verbum autem dei dicit suam doctrinam. quæcunq; enim ipse dicebat, patris erant. Ambr. Mysticè autē non debuit foris stare, qui Christū quærebat. Vnde & ille ait: Accedite ad eum, & illuminamini. Si enim foris stant, nec ipsi agnoscuntur parentes, & propter nostrum forte non agnoscuntur exemplum, quemadmodum nos non agnoscimur si foris stemus. Illud quoq; intelligere non abhorret, quia per figuram parentum demonstrat Iudæos, ex quibus est Christus secundū carnem, ecclesiámque synagogæ credidit præferendam. Beda. Intus enim eo docente venientes intrare nequeunt, cuius spiritualiter intelligere dicta negligunt: præoccupans autem turba intrauit in domū, quia differente Iudæa gētilitas confluxit ad Christum: foris autem stantes volunt Christum videre, qui spiritualem in lege sensum quærentes sese ad custodiā literæ foris fixerūt, & quasi Christum potius ad docenda carnalia cogunt exire, q̄ sead discenda spiritualia consentiunt intrare.

Christus magister moralis.

Sacrū secretum.

Factum est autem in una dierum, & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius: & ait ad illos, Transfretemus trans stagnum, & ascenderunt. Et nauigantibus illis, obdormiuit: & descendit procella uenti in stagnum, & cōpellebantur & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum dicētes: Præceptor, perimus. At ille surgens, increpauit uentum, & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est tranquillitas. Dixit autem illis: Vbi est fides uestra? Qui timentes mirati sunt adinuicem, dicentes: Quisputas hic est? Quia & uentis & mari imperat, & obediunt ei.

Cyril. Quia discipuli omnes beneficiatos à Christo videbant: decebat etiā ipsos sensim in beneficiis Christi delectari. non enim similiter quis cōsiderat, quæ fiūt in alienis corporibus & in suo: & ideo dominus discipulos & mari & vētis exposuit. vnde sequitur: Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit &c. Chryso. Vitans quidem Lucas quæstionem quę sibi fieri possit de temporum ordine, dicit eum in vna dierum intrasse nauiculam. Cyril. Si autem vigilante domino accidisset tempestas, vel non timuissent discipuli, vel non exhorruissent, vel nō credidissent eum posse tale aliquid facere. Quapropter dormit, præstans tempus timori. Sequitur enim: Nauigātibus autem illis, obdormiuit, & descendit procella venti in stagnum. Ambro. Supra habes, quia pernoctabat in oratione: quomodo hic in tempestate dormit? sed exprimitur securitas tempestatis, quomodo oībus timentibus solus intrepidus quiescebat, sed quiescebat corporis somno, cùm intenderet diuinitatis mysterio: nihil enim sine verbo fit. Cyrill. Cum magna autē dispēsatione videtur esse peractum, ne mox postquam tempestas inuadere cœpit nauiculā, quærerent ab eo suffragium. Sed postquam malum inualuit, vt manifestior fiat diuinę maiestatis potestas. vnde dicitur: Et cōpellebātur & periclitabant. Quod quidē dominus permisit exercitationis gratia, vt cùm confessi fuerint periculum, cognoscant miraculi magnitudinē. Vnde postquam magnitudo periculi in intolerabilem metum eos vrgebat, tanquam aliam spem non habentes salutis, nisi solum ipsum dominum virtutum, eum excitauerunt. Sequitur: Accedētes autem suscitauerunt eum, dicentes: Præceptor, perimus. Aug. de cons. euang. Matthęus quidem dicit: Domine, salua nos, perimus. Marcus autē, Magister, non ad te attinet, quia perimus? Eadē autem est sententia excitantium dominū, volentiūq; saluari. Nec opus est quærere, quid horum potius Christo dictum sit: siue enim aliquid horum trium dixerint, siue alia verba quę nullus euangelistarum commemorauit, tantundem autem valentia, quid ad rem interest? quanquam etiam hoc fieri potuerit, vt pluribus eum excitātibus omnia hęc, aliud autē ab alio diceretur. Cyril. Non autem erat possibile eos perire existēte cum eis omnipotente. vnde illico surgit Christus, qui habet omniū potestatem, & sedat confestim procellam & ventorū impetum: & cessauit tempestas, & facta est trāquillitas, in quo ostendit se deū esse, cui in psalmo dicit: Tu dominaris potestati maris, motum autē fluctuum eius tu mitigas. Beda. Sic igitur in hac nauigatione dns vtramq; vnius eiusdemq; personę naturam ostendit, dū is qui vt homo dormit in naui, furorē maris vt deus verbo coercet. Cyril. Simul autē cū tempestate aquarū soluit tempestatē animarū. vnde sequit: Dixit autē illis, Vbi est fides vestra? In quo verbo

Consensus euāgel.

Tempestas duplex.

ostendit, q timorē non facit tentationum inductio, sed imbecillitas mētis. Sicut enim aurū probatur in igne, sic in tentationibus fides. Aug. de con. euan. Hoc autē ab aliis euangelistis aliis verbis dictum est. Matthæus enim dicit eū dixisse, Quid timidi estis modicę fidei? Marcus aūt ita dicit, Quid timidi estis, necdū habetis fidem? id est illam perfectā velut granū sinapis. hoc ergo & ille ait, Modicæ fidei. Lucas autē: Vbi est fides vestra? Et totū quidē dici potuit, Quid timidi estis? Vbi est fides vestra? Modicæ fidei. vnde aliud hic, aliud ille cōmemorat. Ambro. Pacata igitur tempestate ad imperium Christi discipuli stupefacti miraculo susurrabant adinuicē. vnde sequitur: Qui timētes, mirati sunt &c. Non autem discipuli vt ignorantes eum, hoc dixerunt adinuicē. Nouerant enim eū deū esse & filium dei Iesum: admirantur autē innatæ potestatis abundantiam, & diuinitatis gloriā, quāuis similis nobis esset & visibilis secundū carnem. vnde dicunt, Quis est hic. i. qualis & quantus, & in quanta virtute & maiestate? Imperiosum enim est opus: dominatiuum præceptū, nō seruilis petitio. Beda. Vel non discipuli sed nautæ, & alii mirantur qui in naui erant. Allegoricè autē mare vel stagnum, tenebrosus est & amarus mūdi æstus. Nauicula arbor crucis, cuius beneficio fideles adiuti emersis mundi fluctibus obtinēt littus patriæ cœlestis. Ambr. Itaq; dñs qui se intelligit propter diuinū in terras mysteriū venisse, relictis nauem ascēdit parentibus. Beda. Ascendunt autē & discipuli admoniti cū eo. vnde ipse ait: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucē suā, & sequatur me. Discipulis nauigātibus. i. fidelibus seculū calcātibus, & futuri seculi animo quietē meditātibus, & per sancti spiritus flatū, vel etiam propri remigii conatū infidos mundi fastus certatim post terga iactantibus, subitò obdormiuit dominus. i. aduenit tēpus dominicæ passionis, & descendit procella, quia domino somnū mortis in cruce subeunte, fluctus persecutionum dęmoniacis flatibus excitati exsurgunt: fluctibus autē non domini patientia turbatur, sed discipulorum imbecillitas concutitur & trepidat, qui suscitarunt dominū, ne eo dormiente pereant: quia cuius mortē viderant, resurrectionem optāt: quæ si differretur, ipsi in perpetuum perirent: vnde surgens increpat ventū, quia celeri resurrectione per mortē destruit superbiam diaboli, qui habebat imperiū mortis. Tempestatem autem aquæ facit cessare, quia rabiē Iudæorū morti eius insultantiū resurgens labefacit. Ambro. Et aduertas sine tētatione neminem posse ex hoc vitę curriculo demigrare, quia exercitiū fidei tentatio est. Subiecti igitur sumus nequitiæ spiritualis ꝓcellis, sed quasi peruigiles nautæ gubernatorem excitemus, qui non seruiat, sed imperet ventis: qui & si iā nō dormiat sui corporis somno, caueamus tamē ne nostri cor poris somno nobis dormiat & quiescat. Bene autē arguuntur, qui præsente Christo timebant, cùm vtiq; ibi aderat, qui perire nō posset. Beda. Cui simile est, quòd post mortē discipulis apparens, exprobrauit incredulitatem eorum: & sic tumidis gurgitibus sedatis, patefecit cunctis potentiam suæ diuinitatis.

Allegoria pulcherrima.

Et nauigauerunt ad regionē Gerazenorum, quæ est contra Galileam. Et cùm de naui egressus esset ad terrā, occurrit illi uir quidā qui habebat dæmoniū iam temporibus multis, & uestimē to non induebatur, neq; in domo manebat, sed in monumentis. Is ut uidit Iesum, procidit ante illū: & exclamās uoce magna, dixit: Quid mihi & tibi est Iesu fili dei altissimi? Obsecro te ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immūdo, ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & uinciebatur catenis, & compedibus custoditus, & ruptis uinculis agebatur à dæmonio in desertō. Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomē est? At ille dixit, Legio: quia intrauerant dæmonia multa in eum. Et rogauerūt illum ne imperaret illis, ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentiū in monte, & rogabāt eum ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in stagnū, & suffocatus est. Quod ut uiderunt factum qui pascebant, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in uillas. Exierunt autē uidere quod factum est, & uenerūt ad Iesum. & inuenerūt hominem sedentē à quo dæmonia exierant, uestitū, ac sana mēte ad pedes eius, & timuerūt. Nunciauerūt autē illis & qui uiderant, quomodo sanus factus esset à legione. Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerazenorū, ut discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autē ascendens nauim, reuersus est. Et rogauit illū uir à quo dæmonia exierant, ut cū eo esset. Dimisit autē eum Iesus, dicēs: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit deus. Et abijt per uniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus.

Chry. Saluator nauigando vnà cū discipulis ad portum peruenit. vnde dicitur: Et nauig. ad re. Gera. quæ est contra Galilæam. Titus. Veraciora exemplaria nec Gerazenorū habent, nec Gadarorum, sed Gergezinorum: est enim Gadara ciuitas in Iudæa, stagnū autē vel mare nullatenus inuenitur in ea, sed Geraza ciuitas Arabiæ est, nec stagnum, nec mare iuxta habens. Est autem Gergeza, à qua Gergezeni, vrbs antiqua iuxta Tyberiacum stagnum, circa quā est rupes stagno vicina, in quod ostēditur deiectos fuisse porcos à dæmonibus. quia tamen Geraza & Gadara cōfiniū habent cū terra Gergezinorū: verisimile est inde ad horū terrā porcos fuisse adductos. Beda. Geraza em̄ vrbs est insignis Arabiæ trans Iordanem, iuncta monti Galaad, quā tenuit tribus Manassæ: non longè à stagno Tyberiadis, in quo porci præcipitati sunt. Chrys. Cùm autem dñs descēdisset à mari, occurrit ei aliud terribilius miraculum: nam dæmoniacus tanquā seruus vidēs dominum, seruitutem cōfitetur. vnde sequit: Et cū de naui egress. es. ad terram, occur. ei vir quidā &c. Aug. de con. euan. Quòd Matthæus duos dicit fuisse dæmoniacos, Marcus & Lucas autem vnū cōmemorāt, intelligas vnum eorum fuisse personæ alicuius clarioris & famosioris, quē regio illa maximè dolebat, & pro cuius salute plurimum satagebat. Hoc volentes significare duo euāgelistæ, solū cōmemorandū iudicauerunt: de quo facti huius fama latius præclariusq; fragrauerat. Chry. Vel Lucas elegit ex illis duob⁹ eum qui sæuior erat: vnde flebilius narrat eius infortuniū, cùm subdit: Et vesti. non indue. neque in do. ma. sed in mo. Visitāt autem dæmones mortuorum sepulchra, volentes imbuere homines periculosa doctrina, quòd scilicet mortuorum animæ dæmones fiunt. Cyril. Quòd autem nudus petebat defunctorum sepulchra, dæmoniacæ ferocitatis erat indicium. Permittit autem quosdam dispēsatiuè deus subesse dæmonibus, vt nos perpendamus per eos quales sunt dæmones erga nos, vt renuamus eis subiici velle, & sic vno patiente ædificentur cōplures. Chrys. Quia verò hominem eum populi fatebantur, accesserūt dæmones diuinitatem prædicantes ipsius, quam etiā mare sua tranquillitate clamauerat. vnde sequitur: Is vt vidit Iesum procidit ante il. & excla. voce ma. & dixit. Cyril. Attendas hic timorē annexū audaciæ, & desperationi multæ: signū em̄ diabolicę desperationis est in audēdo dicere: Quid mihi & tibi est Iesu fili dei altissimi? Timoris verò cū precat: Obsecro te ne me torq̄as. Sed si nosti eū esse filiū dei altissimi, fateris eū deū cæli & terræ, & eorū quæ continent in eis. Qualiter igitur non tua imò sua vsurpas, & dicis: Quid mihi & tibi? Quis autem principū terrenorū oīno sustinebit à Barbaris lacessiri suo subiectos imperio? vnde sequit: Præcip. em̄ spi. immun. vt exi. ab hoīe. Et necessitatē precepti ostēdit subdēs: Multis enim tē. arri. &c. Chryso. Vñ quia nemo audebat dæmoniacū tenere, ipse Christ⁹ ad eum vadit alloquēs ipsū. Sequit: Interroga. au. il. Ie. di. Quod ti. no. est? Nō veluti inscius nomen inquirit, sed vt confessa peste quā tolerabat, virtus curantis gratior emicaret. Beda. Sed & nostri tēporis sacerdotes, qui p exorcismi gratiā dęmones eiicere norunt, solēt dicere, patiētes nō aliter valere curari, nisi omne quod ab immundis spiritibus vigilantes dormiētésve pertulerint cōfitēdo patenter exponāt: & maximè qñ corporis humani concubitū petere se ac patrare cōfingūt. vnde & hic confessio subditur: At ille dixit, Legio, quia intra. dæ. mul. in eū. Greg. Nisse. Imitātes quidā dæmones supernas militias & legiones angelicas dicūt se legionē: sicut & eorū prīceps dicit se positurū thronū sup astra, vt fiat altissimo similis. Chry. Postq̄ autē dñs supuenerat dæmonibus creaturā dei perturbātibus putabāt eū ꝓpter excessum eorū quæ fiebāt nō expectare tēp⁹ supplicii, & quia culpā diffiteri nū poterāt, instant ne citò sustineāt pœnā. vū sequit: Et rog. il. ne im. il. vt in abyss. irent. Theop. Quod quidē postulāt dæmones volentes adhùc cū hoībus cōuersari. Chrys. Hoc autē palā est, q æmulæ cateruæ maiestatis diuinæ, ineffabili potentia saluatoris detrudebant ad inferna. Maxi. Statuit autē deus vnicuiq; maneriei pctōrū consonā pœnā: gehēnā ignis propter carnis incēdiū, stridorē dentiū ꝓpter risum lasciuū, intolerabilē sitim ꝓpter voluptatē & crapulā, peruigilē vermē propter obliquū & malignū cor, caliginē perpetuā propter ignorātiā & fallaciā, lymbū abyssi propter superbiā: vnde dæmonibus tanq̄ superbis abyssus delegatur. Sequitur: Erat autē ibi grex &c. Aug. de con. euan. Quòd Marcus dixit circa mōtē fuisse gregem porcorum, Lucas autē in monte, non repugnat. grex em̄ porcorū tam magn⁹ fuit, vt aliquid eius esset in monte, aliquid circa montē. erāt em̄ duo milia porcorū, sicut Marcus expressit. Ambr. Dæmones autē cœlestis luminis claritatē sustinere nō poterant, vt qui oculos dolēt radios solis ferre nō possūt. Cyril. Et ideo turba immūdorū spirituū petit mitti in conformē sibi gregē immūdorū porcorū. Sequitur: Et roga. eū vt pmitte. eos in il. ingredi. Atha. in vita Antonii. Quòd si super porcos potestatē nō habēt, multo magis nullam habent dæmones cōtra hoīes factos ad imaginem dei. oportet ergo deū solū timere, contenere autē illos. Cyril. Dñs autē concessit eis potestatē, vt hoc inter cætera fiat nobis causa salutis, & roboris spes. Sequitur: Et permisit illos. Considerare ergo oportet, q dæmones praui sunt, & hostiles his qui eis sunt subditi, & potest patere ex eo q ꝑcipitauerūt & suffocauerunt in aquis. vnde sequit: Exierūt ergo dęmo. ab. &c. Et ideo cōcessit eis Christ⁹ petētib⁹, vt ex euētu appareat q̄ sint crudeles. Erat etiā necessariū ostendere, filiū dei prouidēter in vtroq; appareat. Titus. Fugā autē pastores arripiūt, ne cū porcis perirent. vnde sequitur: Quod vt vide. fa. qui pasce. fu. & nuncia. in ciui. & in vil. & huiusmodi terrorē ciuibus intulerūt. Duxit autē eos ad saluatorē dāni necessitas. Sequitur: Exie. autē vide. quod factū est, & venerūt ad Iesum. Vbi cōsidera q dū deus homines punit in rebus, cōfert beneficium animabus. Cū autem profecti essent, viderunt sanū eum qui iugiter vexabatur. Sequitur: Et inue. homi. se. a quo dęmo. exi. vestitū, (qui antea cōtinuò nudus erat) ac sana mēte ad pedes ei⁹. Nō em̄ discedit à pedibus, à quib⁹ est nactus salutē. & sic agnoscentes signū, mirati sunt passionis remediū, & obstupuerunt in facto. Sequitur: Et timuerūt. Hoc autem factū partim visu cōperiūt, partim verbis audiuerant. Sequitur: Nūciauerūt autē illis qui viderāt quomodo sanus factus est à legione. Oportebat aūt eos supplicare domino ne inde recederet, sed custos esset regionis, ne dæmones haberēt accessum ad eos: sed præ timore propriā salutē amiserunt, rogantes saluatorē recedere. Sequitur: Et roga. il. om. multit. regionis Gerazenorū, vt discederet ab ipsis, quia timore magno tenebātur. Theoph. Timebāt enim ne iterum damnū aliquod paterentur, sicut passi fuerant in submersione porcorū. Chrys. Attēdas autē Christi humilitatē: postq̄ em̄ collocatis à se talibus beneficiis emittebant eū, non obstat, sed discedit: eos, qui seipsos indignos sua doctrina promulgauerāt, relinquens. Sequit: Ipse autē ascendens nauim, reuersus est. Titus. Sed eo discedente, ille qui passus fuerat, à saluatore nō discedit. Sequitur: Et rogabat illū à quo dæmonia exierāt, vt cū eo esset. Theop. Nam sicut expertus timebat, ne fortè elōgatus à Iesu rursus dæmonibus esset paratus: dñs autē ostendit ei, q quāuis non sit cum eo pręsentia liter, tamen potest eum gratia sua protegere. Sequitur enim: Dimisit autē eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit deus. Nō autem dixit: Quanta tibi feci ego, formam prębens humilitatis, vt rectitudines nostras referamus in deū. Titus. Nec tamen præuaricatur in lege veritatis. quicquid em̄ filius operatur, pater operatur. Cur autem qui vbiq; omnes liberatos monebat nulli dicere, huic liberato à legione dicit: Narra quāta tibi fecit deus? quia scilicet tota regio illa deū ignorabat irretita cultib⁹ dęmonū. Vel verius, quandoquidē ad patrē retorquet miraculū, dicit: Narra. cùm vero loquitur de seipso, monet nulli dicere. Ille autē qui liberatus est à dæmonibus, nouerat deū esse Iesum, & ideo prędicauit quāta fecit illi Iesus. Sequit em̄: Et abiit per vniuersam ciuitatē &c. Chrys. Et sic illos qui se indignos sua doctrina ꝓmulgauerāt derelinquens, statuit eis eū in magistrū, qui fuerat a dęmonibus liberatus. Beda. Mystice autē Geraſa significat nationem gentiū, quas post passionē & resurrectionem suam dñs per prædicatores visitauit: vnde Geraſa vel Gergesi, vt quidam legūt, interpretatur colonum eiiciens. i. diabolū, à quo prius incolebatur: vel aduena propinquans, qui prius longè erat. Amb. Licet autem discordet numerus curatorū à Christo secūdum Lucā & Matthæum, tamen cōcordat mysteriū. Vt enim iste quihabebat dæmoniū populi gentilis est figura, duo quoque illi similiter figurā populi gentilis accipiunt, quoniā cū tres filios Noë generauerit, Sem, Cham, & Iaphet. Sem tantūmodo familia in possessionem accita est dei, & ex duobus illis diuersarū nationū populi pullularunt: qui multis inquit tēporibus habebat dæmonium, vtpote, qui à diluuio vsq; ad aduētū domini vexabatur. Nudus autē erat, quia tegumentū naturæ suæ & virtutis amisit. Augus⁹, de quæst. euang. In domo nō habitabat, hoc est in conscientia sua nō requiescebat. In monumentis manebat, id est in mortuis operibus, hoc est peccatis delectabatur. Amb. Vel quid sunt corpora perfidorū, nisi quædā sepulchra in quib⁹ dei verba non habitant? Aug. de quæst. euang. Quòd autē cōpedib⁹ ferreis & cathenis ligabatur, significat graues & duras leges gētiū, quibus etiā in eorū republica peccata cohibent, q autē vinculis talibus diruptis agebat à dæmonibus in desertū, significat q etiam ipsis trās-

Exēplarium varietas.

Notula Pulchra.

Punitio diuina.

Sensus mysticus

Universidad de D… Biblioteca

gressus legibus ad ea scelera cupiditate ducebatur, quę iam vulgarem cōsuetudinem excederēt: quòd vero in eo legio dæmonum erat, significatæ sunt gentes, quæ multis dęmonibus seruiebāt: quòd in porcos pascentes in montibus dæmonia ire cōcessa sunt, significat etiam immūdos & superbos homines, quibus dæmonia dominantur propter idolorū cultus. Amb. Porci enim hi sunt, qui immundorū vsu animalium vocis & rationis expertes, lutulētis vitæ suæ actibus naturaliū coinquinauerunt ornamēta virtutū. Aug. de quæst. euā. Quòd autem in stagnū præcipitati sunt, significat quòd iā clarificatur ecclesia, & liberato populo gentium à dominatione dæmoniorū, in abditis agunt sacrilegos ritus suos, qui Christo credere noluerūt, cęca & ꝓfunda curiositate submersi. Amb. Impetu autem ferūtur in pręceps, quoniā nullius meriti cōtemplatione reuocātur, sed tanquā de superioribus ad inferiora per improbitatis procliue detrusi, inter fluenta mūdi huius intercluso pereūt spiritus commeatu. Neq; enim in his qui fluido æstu voluptatis huc atq; illuc feruntur, illius spiritus potest esse vitale cōmerciū. *Homo est causa sui mali.* Videmus igitur, quia homo ipse suæ est auctor ærumnę: nā nisi quis porci more vixisset, nunꝗ accepisset in eum diabolus potestatē: aut si accepisset, non vt perderet, sed vt ꝓbaret. & fortasse diabolus post domini aduentū bonos iam deprędari nō poterat, non omniū hominum sed leuiū quærit interitū: vt latro non armatis, sed īsidiatur inermibus. Viderunt hoc magistri gregū & fugerunt. Neq; enim vel philosophiæ professores, vel principes synagogæ, pereūtibus populis possunt ferre medicinam: solus est Christus qui aufert peccata populorū. Aug. de quæ. euan. Vel quòd porcorū pastores fugientes ista nūciauerunt, significat quosdā primates impiorū tanquā Christianam legē fugientes, potentiā tamen eius per gentes stupendo & mirādo prædicare: quòd autem Geraseni cognoscentes quod factū est, rogāt Iesum vt ab eis discederet, magno timore ꝑculsi, significat magnitudinē vetusta suauitate delectatam honorare quidē, sed nolle pati Christianā legem, dum dicunt ꝙ eam implere nō possunt. Admirantes tamē fidelem populum à pristina perdita conuersatione sanatū. Amb. Vel in Gerasenorum ciuitate species synagogę videtur existere, qui rogabant vt discederet, quia timore magno tenebantur. Infirma enim mens nō capit dei verbū: nec potest pondus sustinere sapientiæ. Et ideo diutius molestus non fuit, sed ascendit ab inferioribus ad superiora, à synagoga. s. ad ecclesiam, & egressus est per stagnū. nemo enim de ecclesia ad synagogā sine periculo transit salutis: sed ille qui de synagoga ad ecclesiā trāsire desyderat, crucem suam tollat, vt discrimen euadat. Aug. de con. euā. Quòd autē ille sanatus cupit iam esse cū Christo, & dicitur ei: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit deus, *Domin⁹ quare remisit dęmoniacū* sic intelligitur, vt sic quisque intelligat post remissionem peccatorū redeundum sibi in conscientiā bonam sicut in domū, & seruiendum euāgelio propter aliorū salutem, vt deīde cū Christo requiescat: ne cùm præpropere vult esse cum Christo, negligat mysterium prędicationis fraternæ redemptioni accommodatum.

Factum est autem cū rediisset Iesus, excepit illum turba. Erant autem omnes expectantes eum. Et ecce uenit uir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu rogans eum ut intraret in domū eius, qa unica filia erat ei ferè annorū duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit dum iret, à turbis cōprimebatur. Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari. Accessit retro & tetigit fimbriā uestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus autē omnibus dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te cōprimunt & affligūt, & dicis, quis me tetigit? Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis. Nā & ego noui uirtutem de me exisse. Videns autē mulier quia nō latuit, tremens uenit, & procidit ante pedes eius: & ob quā causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quēadmodum cōfestim sanata sit. At ipse dixit ei: Filia fides tua te saluam fecit: uade in pace.

Aug. de con. euang. Post narratum apud Gerasenos miraculum, transit ad narrandū de archisynagogi filia dicens: Factum est autē cùm &c. Theo. Simul quidem propter doctrinā & propter miracula. *Consensus euā.* Augu. de con. euan. Quòd vero adiungit: Et ecce vir cui no. Iairus: nō continuo factum accipiendū est, sed prius illud de cōuiuio publicanorum, sicut narrat Matthæus: cui rei sic coniungit hoc, vt non possit aliud factum consequēter intelligi. Titus. Est autem positū nomen, Iudęorū causa, qui tunc nouerūt quod accidit, vt nomē demōstratio miraculi fiat. Accessit autem non aliquis infimorum, sed princeps synagogæ, vt magis obturarētur Iudæorū ora. vnde sequitur: Et ip. prin. synag. erat. accessit autē ad Christum causa necessitatis. Vrget enim aliquando dolor ad agendū ea quæ decent, secūdum illud Psalmi: In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximāt ad te. Theo. Vnde necessitate instante cecidit ad pedes eius. Sequitur: Et ce. ad pe. Iesu. Decebat aūt vt absque necessitate cogente caderet ad pedes eius, & cognosceret ipsum deum esse. Chry. Sed consydera eius inertiā: quærit enim à Christo vt in domum veniat. Sequitur: Rogās eū vt intr. in domum eius: ignorans scilicet ꝙ absens poterat liberare. nam si sciuisset, dixisset sicut Centurio: Dic verbo, & curabitur filia mea. Græc. Causa autē aduentus eius ponitur, cùm subditur: Quia vni. fi. erat illi: dom⁹ fundamentū, successio generis. Ferè annorū 12. in ipso. s. flore ætatis: & hæc moriebatur, pro thalamis efferenda ad tumulū. Chry. Aduenerat autē dominus, non vt iudicaret mundum, sed vt saluaret. quapropter non examinat dignitatem petentis, sed æquanimiter arripit opus, sciēs quòd maius erat futurū eo quod quærebatur. vocabatur aūt ad remedium ægrotantis, nouit autē se suscitaturū iam mortuam, & insertum terrenis firmā spem resurrectionis. *Mysteriū curationis.* Ambr. Suscitaturus autē mortuam, ad faciendū fidem, hæmorroissam ante curauit, sic & resurrectio tēporalis in passione domini celebratur, vt perpetua illa credatur. Et contigit, dum iret à turba cōprimebatur. Cyri. Quod maximū erat indicium, ꝙ veram carnē induerat, & omnē conculcaret superbiā. neq; enim à longe sequebātur, sed eum circūdabant. Greg. Quædā autem mulier graui morbo detēta, ob cuius infirmitatis curam medici omnes diuitias cōsumpserant, solā spem in tanta diffidentia reperit, vt procideret domino, de qua sequit: Et mulier quæ erat in flu. san. ab an. 12. &c. Titus. Qualiter aūt nō est digna prçconio hęc mulier, quę viribus extinctis corporeis ob continuū sanguinis fluxum, & tanto populo cōcurrente circa illum, affectu roborata & fide petierat populū & retro latens tetigerat fimbriā vestimenti? Sequitur: Teti. fim. vest. eius. Cyril. Neq; enim licebat immūdis vel tangere quenꝗ sanctorum, vel appropinquare viro sancto. Chry. Ritu autem legis huiusmodi passio reputabatur immūditia magna. aliter etiam: Nondū enim nec ipsa habebat dignam opinionē de eo, nō enim putauisset latere, sed tamen cōfisa de sanitate accedit. Theo. Sicut autem cum aliquis oculum lucernæ lucenti adhibet, aut igni spinas, statim operātur: sic quidem qui fidem affert potēti curare statim curationē cōsequitur. Et cōfe. ste. flu. san. eius. Chry. Nō aūt sola vestimēta ipsius mulierē saluauerunt: nam & milites sortiti sunt ea inter se, sed fidei eius intētio. Theo. Credidit eñ & saluata est, & vt cōgruū fuit primò tetigit Christū intellectualiter, deīde corporaliter. Grçcus. Audiuit aūt dn̄s tacitas mulieris cōsiderationes, & tacens liberauit tacētem, passus sua spōte sanitatis rapinā, sed postea miraculū publicat. vn̄ sequit: Et ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Cyril. Nō eñ latuit dn̄m perpetratū miraculū, sed qui cuncta cognoscit, quasi nesciret interrogat. Grçcus. Nesciētibus aūt discipulis qđ q̄rebat, sed putātib⁹ de simplici quodā tactu dicere, dn̄i quæstioni respōdēt. *Tactus domini mysticus* Sequitur enim: Negātibus aūt &c. Et ideo dn̄s tactū sua respōsione distinguit. Sequit ei: Et di. il. Ie. Tetigit me ali. sicut etiā dicebat: Qui habet aures audiēdi, audiat, q̄uis oēs habeant hmōi corporalē auditū: sed non est vere audire si audiat incautè: nec vere tāgere, si infideliter tāgat. Cyril. Propalat aūt consequēter qđ factū est, cū subdit: Nā & ego noui virtutē de me exisse. Materialius respondet secundū opinionē audientiū. hic tamen nobis manifestatur ꝙ ipse verus est deus, & ex eo qđ ꝓdigialiter factum est, etiā ex sermonib⁹. trāscēdit eñ naturā nostrā, & forsan angelicā, posse quenꝗ virtutē emittere quasi à propria natura. Cōuenit autē hoc soli supremæ naturæ, nulla nanq; creaturarū aliquā gerit sanandi potestatem, vel etiam aliqua alia. s. miracula faciendi, sed diuinitus præstitam. non eñ ambitione gloriæ non dimisit latere diuinæ virtutis ostensionē, qui multoties prçceperat taceri sua miracula, sed quia spectabat ad vtilitatem eorū qui vocabantur per fidē ad gratiā. Chry. Primò eñ soluit fœmineū metū, ne remorsum cōscientię pateret quasi surripiens gratiā. Secundo corrigit eam, quia latere putauerat. Tertio fidem eius exprimit cūctis, vt & alii imitent: proditq; nō minus miraculū retentione sanguinis, dū ostendit sibi cūcta patere. Cyril. Insuper principē synagogæ persuadebat indubitabiliter credere, ꝙ à laqueis mortis eripiet filiā eius. Chry. Ob hoc autem dn̄s non statim eam manifestauerat, vt ostenso ꝙ omnia sibi liquent faciat mulierē prædicare quod factū est, vt suspicione miraculum careat. vnde sequitur: Vidēs autē mu. quia nō la. eū, tre. ve. &c. Orige. Eandē autē sanitatē quam nacta est mulier ex cōtactu verbi cōfirmauit saluator. vnde sequitur: At ipse dixit illi, fi. tua te sal. fe. vade in pace: id est, esto sana à tuo flagello. & sanat quidē primò per fidē animam, deinde verò corpus. Titus. Vocat autē filiam iam fidei causa sanatā. fides eñ gratiā adoptionis impetrat. Euseb. in ec. hist. Dicunt autē hanc mulierē in Paneade quę est Cęsarea Philippi, vnde fuit oriunda statuisse triūphos insignes collati sibi beneficii à saluatore, stabat nanq; super altam basim ad limina domus eius æneum simulachrum mulieris flexis genibus, manibusq; iūctis quasi precaretur, ex cuius opposito aliud erectū simulachrū ad instar viri, eiusdēq; materiæ, amictū diploide & manum versus mulierē extendens: ante cuius pedes super ipsam basim aliena species plantæ orta, q̄ vsq; ad æneæ diploidis oras pertingens medicina omniū passionum esse ferebat. Hanc autē statuam dicebant repræsentare Christū, quam Maximus destruxit. Ambr. Mysticè aūt reliquerat in Gerasenis synagogam Christus, & quem sui nō receperant, recipim⁹ alieni. Beda. Vel in fine seculi dn̄s est ad Iudæos rediturus, atq; ab eis per fidei cōfessionē libenter excipiēdus. Amb. Quē autē putamus synagogæ principē esse nisi legē, cuius contēplationē dominus synagogā nō penitus dereliquerit? Beda. Vel *Allegoricus sensus* princeps synagogæ Moyses intelligit: vnde bene Iairus. i. illuminans vel illuminatus vocatur, quia qui accipit verba vitæ dare nobis, & ꝑ hoc cæteros illuminat, & à spiritu sancto illuminat. Cecidit aūt Archisynagagus ad pedes Iesu, quia legislator cū tota patrū ꝓgenie Christū in carne apparentē longè sibi præferendū esse cognouit. Si enim caput Christi deus, cōuenienter pedes accipiendi sunt incarnatio, qua terram nostrę mortalitatis tetigit. Rogauit autē intrare in domum eius, quia eius videre desiderabat aduentū. Filia autē vnica eius est synagoga, quę sola legali est institutione cōposita, quæ 12. ætatis anno, hoc est tēpore pubertatis appropinquante moriebatur, quia nobiliter à prophetis educata, postq̄ ad intelligibiles annos ꝑuenerat, in q̄b⁹ spiritales deo fructus gignere debebat, subito errorū lāguore cōsternata, spiritalis vitæ viā amisit: & si Christus nō succurreret, corruisset in mortē. Ad puellā autē sanandā pergens dominus à turba cōprimit, quia gēti Iudęæ salutaria monita prębens carnaliū populorū est consuetudine grauatus. Ambr. Ad hanc autē principis filiam dum properat dei verbū, vt saluos faceret filios Israel, sancta ecclesia ex gētibus cōgregata, q̄ inferiorū lapsu criminum deperibat, paratam aliis fide prçripuit sanitatē. Beda. Dupliciter autē sanguinis fluxus potest intelligi, hoc est & sup idololatriæ ꝓstitutione, & sup his q̄ carnis & sanguinis oblectatione patrant. Ambr. Quid aūt sibi vult ꝙ hæc principis filia annorū 12. moriebatur, & mulier ista fluxu sanguinis ab annis 12. laborauit, nisi vt ītelligat, quia quādiu synagoga viguit, laborauit ecclesia? Bed. Vna eñ penè seculi ætate synagoga in patriarchis nasci cœpit, & gentiliū nationem idololatria fœdauit. *Medicorum tropologia.* Amb. Sicut aūt illa ī medicos erogauerat omnē substantiam suam, ita congregatio gentium amiserat omnia dona naturę. Beda. Medicos autē intellige, siue falsos theologos siue philosophos, legūq; doctores seculariū, qui multa de virtutibus vitiisq; disserentes, vtilia se viuendi instituta mortalibus dare ꝓmittebant, seu ipsos immūdos spiritus, qui velut hominibus cōsulendo, se pro deo colendos ingerebant, quibus audiendis gentilitas quātò magis naturalis industriæ vires expenderat, tantò minus potuit ab iniquitatis suæ sorde curari. Amb. Audiens autem ægrotare populum Iudæorū, sperare cœpit salutis suæ remediū. Tēpus venisse cognouit, quo medicus adesset de cœlo, surrexit vt occurreret fide prōptior, pudore cōtatior. hoc enim est pudoris & fidei, agnoscere infirmitatē, nō desperare veniam. Verecunda ergo fimbriā tetigit, fidelis accessit, religiosa credidit, sapiēs sanatam se esse cognouit: sic sancta plebs gentiū quæ deo credidit, peccatum erubuit vt desereret, fidē detulit vt crederet, deuotionem exhibuit vt rogaret, sapientiā induit vt sanitatem suam ipsa sentiret, fiduciam sumpsit ut fateretur quòd præripuisset alienū. *Allegoricus sensus* Retro autē tangitur Christus, quia scriptū est: Post dn̄m deū tuū ambulabis. Beda. Et ipse ait: Si quis mihi ministrat, me sequatur. siue quia præsentē in carne dominū non videns, vel quia pactis dispensationis sacramentis ꝑ fidē cœpit vestigia eius subsequi. Greg. 3. Moral. Premente aūt turba vna redemptorem nostrum mulier tetigit: quia carnales quiq; in ecclesia eum cōprimūt à quo longè sunt, & soli tangūt qui huic veraciter humiles adiunguntur. Turba igitur premit, & nō tāgit: quia & importuna est ꝑ præsentiā, & absens per vitā. Beda. Vel vna credula mulier dn̄m tangit, quia q̄ de diuersis hęresibus inordinatè affligit, solo catholicæ ecclesiæ corde fideliter q̄ritur. Amb. Nō enim credūt qui cōprimūt, credūt qui tangūt: fide tāgitur Christ⁹, fide videt. Deniq; vt fidē credētis exprimeret, dicit: Ego cognoui virtutē de me exisse, qđ est

euidẽti⁹ indiciũ,quia nõ intra possibilitatẽ cõditionis humanę atq; intra corporis clausſtrũ diuinitas coarctata eſt,ſed vltra fines noſtræ mediocritatis virt⁹ exũdat æterna.nõ em̃ humana ope plebs gentiũ liberatur,ſed dei munus eſt cõgregatio nationũ,q̃ etiã breui fide miſericordiã inclinat æternã.Nam ſi conſideremus quãta ſit fides noſtra,& intelligamus quãtus ſit dei filius,videmus quia cõparatione ei⁹ fimbriã tm̃modo tãgim⁹, ſuperiora verò veſtimẽti ei⁹ nequim⁹ attingere. Si igit & nos curari volum⁹,fide tãgam⁹ fimbriã Chriſti,non aũt latet eũ quicũq; tetigerit. Beat⁹ qui extremã partẽ verbi tetigerit,nam totũ quis poteſt comprehendere?

Adhuc illo loquẽte,uenit quidã ad principẽ ſynagogæ, dicens ei,quia mortua eſt filia tua,noli uexare illũ.Ieſus autem audito hoc uerbo,reſpondit patri puellæ: Noli timere:crede tantũ,& ſalua erit.Et cũ uenisſet domũ,nõ permiſit ſecũ intrare quẽq̃,niſi Petrũ & Iacobũ & Ioannẽ, & patrẽ & matrẽ puellæ. Flebãt aũt oẽs & plãgebãt illã.At ille dixit:Nolite flere:nõ eſt mortua puella, ſed dormit. Et deridebãt eũ, ſciẽtes q̃ mortua eſſet. Ipſe autẽ tenens manum clamauit, dicens: Puella,ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuò.Et iuſſit illi dare mãducare.Et ſtupuerũt parentes eius,quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

Chryſ. Opportunè dñs expectabat puellæ mortẽ,vt propalaret reſurrectionis miraculũ: ꝓpter quod & tardius incedit,& loquit cũ muliere diutius,vt archiſynagogi filia expiraret,& huius nũcii aduenirẽt. vnde dicitur:Adhuc illo lo.venit &c.Aug.de con.euan.Sed cũ Matthæus archiſynagogũ non moriturã filiã ſuã narret dño nunciaſſe, ſed omnino defunctã: Lucas autẽ & Marcus nondũ mortuã, vſq;adeo vt veniſſe poſtea⁹ qui mortuã nunciarẽt,cõſiderandũ eſt ne repugnare videatur. Et intelligendũ eſt breuitatis hoc cauſa Matthæũ potius dicere voluiſſe rogatum eſſe dñm,vt faceret qđ eum feciſſe manifeſtũ eſt,vt ſcilicet mortuã ſuſcitaret. Attẽdit enim nõ verba patris de filia ſua, ſed quod eſt potiſſimũ voluntatẽ.Sanè ſi alii duo vel quiſq̃ eorũ patrem cõmemoraſſet dixiſſe q̃ venientes de domo dixerunt,vt iã nõ vexaretur Ieſus,quia puella mortua fuiſſet:repugnarent eius cogitationi verba q̃ poſuit Matthæus.Nunc verò illud nũciantibus & prohibentibus ne magiſter veniret,non legit q̃ ipſe conſenſerit.vnde dñs nõ diffidentẽ reprehendit, ſed credentẽ robuſtius confirmauit.vnde ſequit: Ieſus autẽ au.hoc ver.re.&c. Atha.Fidẽ dñs exigit ab inuocãtibus eũ,nõ quia indiget adminiculo aliorũ(ipſe nanq; & dñs & largitor eſt fidei)ſed ne videret ex acceptione perſonarũ ſua dona conferre,oſtẽdit q̃ credẽtibus fauet,& ne ſine fide accipiant beneficia,& ea per infidelitatẽ aboleant.vult em̃ benefaciens durare gratiã,& ſanans inconcuſſum permanere remediũ. Theo. Mortuã autẽ ſuſcitaturus eiecit oẽs,quaſi nos docẽs abſq; inani gloria eſſe, & nihil ad demonſtrationẽ facere:& q̃ cùm quis debet miracula perpetrare,nõ decet ipſum eſſe in medio plurimorũ, ſed ſolitariũ,& ab aliis ſeparatũ.vnde ſequit:Et cũ veniſſet &c.Solos aũt hos intromiſit tanquã diſcipulorũ vertices,& potentes miraculũ occultare.non enim volebat ipſum ante tempus pluribus reuelari, fortè propter inuidiam Iudæorum. Sic & cum quis nobis inuidet,non debemus iuſtitias noſtras ei reuelare,ne ei maioris inuidię occaſio tribuat. Chryſoſtomus. Cæteros autem diſcipulos non aſſumpſit, prouocans eos ad appetitum maiorem,ob id quoq; quòd nondũ erant plenè diſpoſiti,vt & alii iſtos imitentur. Aſſumpſit etiam parẽtes in teſtes,ne quis dicere poſſet fallax eſſe reſurrectionis indiciũ. Ad hoc etiam illud nota,quòd deſtes excluſit à domo, & indignos oſtẽdit huiuſmodi viſione.Sequitur em̃:Flebant aũt oẽs,& plangebant illã. Quòd ſi tunc excluſit,multò magis nunc:tunc em̃ nõdum patuerat in ſomnũ mortẽ fuiſſe cõuerſam.Nullus ergo de cætero ſe contẽdat iniuriã inferens Chriſti victoriæ,qui ſuperauit mortẽ,& eam in ſomnũ cõuertit. ad cuius oſtẽſionẽ ſubdit:At ille dixit: Nolite flere,nõ eſt &c.Oſtendens ſingula ſibi fore in prõptu,& q̃ eam viuificaret, quaſi ſuſcitaret à ſomno: nihilominus tamen deridebant eũ.Sequit enim:Et deridebãt eũ, &c. Quos nõ obiurgauit,nec deriſionẽ repreſſit, vt etiam deriſio fiat mortis indicium.nam quia vt plurimũ poſt acta miracula homines perſeuerãt incredouli,verbis ꝓpriis eos præuenit: vt autẽ quaſi per viſum diſponeret ad reſurrectionis fidẽ, tenet manũ puellæ. vnde ſequit: Ipſe autẽ te.ma.eius cla.di.pu.ſurge.Cũq; tenuiſſet,ſuſcitat eam.vnde ſequit:Et reuer.eſt ſpũs eius, & ſur.cõtinuò.Non em̃ infudit aliã animã,ſed illã eandẽ q̃ expirauerat,reſtituit. Nec ſolummodo ſuſcitat, imò iubet etiã illam cibari.Sequit enim: Et iuſſit il.da.man.ne.ſ. phantaſticũ eſſe videat quod factũ eſt: nec ipſe ꝓpinat, ſed aliis mandat. Sicut & in Lazaro dixit: Soluite eũ: ac deinde participẽ menſæ fecit.Græcus.Deinde ſtupefactos miraculo,& penè clamãtes parentes cohibet ne factũ prædicent.Sequit enim:Et ſtupuerũt parẽtes ei⁹, quibus ꝓcepit ne alicui dicerẽt qđ factũ erat. Oſtẽdens q̃ largitor bonorũ eſt,nõ autẽ cupidus gloriæ, datq; totum nihil recipiens. Qui verò venatur operum gloriã, aliquid quidẽ exhibuit,aliquid verò recepit.Beda.Myſticè autem ſaluata à fluxu ſanguinis muliere,mox filia principis mortua nũciatur.quia dũ eccleſia à vitiorum labe mundata eſt, cõtinuò ſynagoga perfidia atq; inuidia ſoluta eſt. Perfidia quidẽ, quia in Chriſtũ credere noluit:Inuidia verò,q̃ eccleſiã credidiſſe doluit.Ambro. Adhuc autẽ & ſeruuli principis increduli erant ad reſurrectionem quã Ieſus in lege prædixit,in euãgelio cõpleuit.vnde dicũt:Noli vexare illũ,quaſi ſit ſibi impoſſibile ſuſcitare mortuã.Beda.Vel per eos ſignificãtur,qui adeò deſtitutũ ſynagogæ ſtatũ videt,vt reſtaurari poſſe non credãt:ideoq; pro ſuſcitatione illius ſupplicandũ eſſe nõ æſtimẽt. ſed q̃ impoſſibilia ſunt apud homines,poſſibilia ſunt apud deum. vnde dñs ei dixit: Noli timere,crede tantũ,& ſalua erit.Pater puellæ cœtus doctorũ legis accipit,qui ſi credere voluerit, etiam ſubiecta ei ſynagoga ſalua erit. Ambr.Itaq; cũ veniſſet in domũ,paucos futurę reſurrectionis arbitros aſciuit, nõ em̃ à multis cõtinuò eſt credita reſurrectio. Quę tamen tãtæ diuerſitatis eſt cauſa? Supra publicè filius viduæ ſuſcitat,hic remouẽtur plures arbitri . ſed puto q̃ pietas ibi dñi declarat,quia vidua mater vnici filii non patiebat moras:eſt em̃ forma ſapiẽtię in filio viduæ citò eccleſiã creditura. In archiſynagogi filia credituros quidẽ Iudæos,ſed ex pluribus pauciores.Deniq; dicẽte dño:Nõ eſt mor.puella, ſed dormit, deridebãt eum. Quicũq; em̃ nõ credit,irridet. Fleãt igit mortuos ſuos,qui putãt mortuos: vbi reſurrectionis fides eſt,non mortis ſpecies,ſed quietis eſt.Beda.Synagoga etiã, qa ſpõſi lætitiã qua viuere poſſit amiſit,quaſi inter plãgẽtes mortua iacẽs,nec hoc ipſũ quare plãgat intelligit. Ambr.Tenẽs aũt dñs manũ puellę,ſanauit eã.beat⁹ em̃ ſi cui⁹ man⁹ ſapiẽtia teneat,inducat in penetralia ſua, iubeat mãducare:panis em̃ cæleſtis eſt dei verbũ: inde & illa ſapiẽtia q̃ dei corporis & ſanguinis altaria repleuit alimẽtis:Venite(inqt)edite panes meos, & bibite

Conſenſus euan.

Teſtes miraculi

Myſticè expõ.

Peccantium gradus pulchrè notantur.

ti ſibi mortẽ cõſciſcũt,ſed tales ſe viuificare ſignificãs dñs,ſuſcitauit filiã archiſynagogi.Alii verò ipſum malum quo delectãtur agẽdo,mortuũ ſuũ quaſi extra portas efferũt,& hos ſe ſuſcitare demonſtrãs ſuſcitauit filium viduæ extra portas ciuitatis.Quidã verò etiã peccati cõſuetudine ſe quaſi ſepeliẽdo corrũpũt, & ad hos etiã erigendos adeſt gratia ſaluatoris, ad qđ intimandum reſuſcitauit Lazarum quatuor dies in monumẽto habentẽ. Quanto autẽ grauior eſt mors animæ, tantò acrior pœnitentis feruor inſiſtat:vnde iacentẽ in cõcluſi mortuã leui voce reſuſcitat,delatũ foras iuuenẽ pluribus dictis corroborat. Ad quadriduanũ verò ſuſcitãdũ fremuit ſpiritu,lachrymas fudit, & voce magna clamauit. Sed & hic notandũ quòd publica noxia publico egent remedio, leuia peccata ſecreta quærunt pœnitentia deleri.Puella in domo iacẽs paucis arbitris reſurgit,iuuenis extra domũ turba multa comitãte ſuſcitat, Lazar⁹ de monumẽto vocat⁹ multis populis innotuit.

CAPVT IX.

Conuocatis aũt Ieſus duodecim apoſtolis,dedit illis uirtutẽ & poteſtatẽ ſuper oĩa dæmonia,& ut languores curarent.Et miſit illos prædicare regnũ dei,& ſanare infirmos.Et ait ad illos:Nihil tuleritis in uia,neq; uirgã neq; peram,neq; panẽ,neq; pecuniam, neq; duas tunicas habeatis. Et in quãcunque domum intraueritis, ibi manete:& inde ne exeatis. Et quicunque non receperint uos,exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum ueſtrorum excutite in teſtimonium ſupra illos. Egreſſi autem circuibant per caſtella euangelizantes & curantes ubique.

Cyril.Decebat inſtitutos miniſtros ſacrarum doctrinarũ poſſe mira peragere. & per ipſos effectus credi q̃ eſſent dei miniſtri.vñ dicit:Cõuocatis autẽ Ie.12.apoſtolis &c.In quo elatũ ſuperciliũ diaboli flectit,qui dicebat aliquando:Non eſt qui cõtradicere valeat. Euſe. Et vt per eos venetur genus humanũ, non ſolũ dat eis vt prauos ſpiritus pellãt, ſed etiã quãlibet infirmitatẽ ſanent ex eius imperio.vnde ſequitur: Et vt lãguo.curarent.Cyril. Attendas hic diuinã filii poteſtatẽ naturæ corporali non venientẽ,agere nãq; miracula aderat ſanctis,nõ natura,ſed participatione ſpũs ſancti.Super hoc autẽ aliis cõcedere poteſtatem prorſus alienũ erat ab eorũ virtute.Qualiter em̃ poſſet natura creata ſup ſpũs dona poſſidere dñium? At dñs noſter Ieſus Chriſtus tanq̃ naturaliter deus exiſtẽs,impartitur huiuſmodi gratiã quibus vult, nõ inuocans in eos alienã virtutem,ſed infundens ex prõptuariis ꝓpriis.Chry. Poſtq̃ autem ſatis cõfortati fuerãt ex eius comitiua,& competens nacti ſunt argumentũ virtutis eius,mittit eos. vñ ſequit:Et miſit illos prędicare &c.Vbi conſidera q̃ nõ cõmittitur eis aliquod ſenſibile dicere,ſicut Moyſes & prophetæ qui terrã & bona terrena promittebant. Hi verò regnũ cælorũ,& quæcũq; cõtinentur in eo.Greg. Naz.Mittẽs autẽ diſcipulos ad prædicandũ dñs multa eis iniunxit,quorũ ſumma eſt:ſic eos virtuoſos eſſe, ſic cõſtãtes atq; modeſtos, & vt breuiter loquar cœleſtes, vt non minus propter eorũ modum viuẽdi, q̃ propter verbũ euangelica doctrina propagaretur.Et ideo cùm ęris & baculi carentia,& amictus ſingularitate mittebãtur.Et ideo ſubdit:Et ait ad illos: Nihil tule.in via, neq; virgã,neq; &c.Chry.Plurima quidẽ per hoc cõſtituebat:primo quidẽ inſuſpectos reddẽs diſcipulos : ſecundo ſequeſtrãs eos à qualibet cura, vt totũ ſtudium adhiberẽt verbo:tertio docẽs eos propriã virtutẽ. Sed forſan dicet aliquis,cætera quidem habere rationẽ,ſed nõ habere peram in via,nec duas tunicas, nec baculũ, cuius rei cauſa præcipit? Volens.ſ.excitare eos in qualibet diligentia. Et vt ita loquar ex hominib⁹ angelos faciebat eos,dirimens à qualibet cura vitæ, vt vna ſola cura detineãtur doctrinæ.Euſeb.Volẽs igitur eos carere cupidine rerũ in ſolicitudinibus vitæ proteſtatus eſt hæc,ſumebat em̃ experimentũ fidei & animoſitatis eorũ,qui habito in mãdatis extremæ vitã ducere paupertatis,non effugiunt quæ iubentur. decebat em̃ eos quoddã cõmerciũ facere, & recipientes ſalubres virtutes recõpenſare obedientia mandatorũ,& cùm milites eos faceret regni dei,accingit eos ad pugnam in hoſtes monens colere paupertatẽ.Nullus em̃ militans deo implicat ſe vitę ſecularis negociis.Amb.Qualis ergo eſſe debeat,qui euãgelizat regnũ dei præceptis euangelicis deſignatur,hoc eſt vt ſubſidii ſecularis amminicula nõ reqrat,fideiq; totus inhærẽs putet quo minus iſta reqrat,magis poſſe ſuppetere.Theo.Sic em̃ ipſos mẽdicos mittit,q̃ neq; panes ipſos portare vult,nec aliqd aliud quibus indigẽt multi.Aug.de con.euã.Vel dñs hęc poſſidere diſcipulos ac ferre noluit,nõ quòd neceſſaria nõ ſint ſuſtẽtationi huius vitæ, ſed quia ſic eos mittebat, vt eis hęc deberi monſtraret ab illis,quibus euangeliũ credentibus annunciarent,vt ſic ſecuri nõ poſſiderẽt, neq; portarẽt huic vitæ neceſſaria,nec magna,nec minima.Ideo poſuit ſecundũ Marcũ niſi virgã:oſtendens à fidelibus ſuis omnia deberi miniſtris ſuis, nulla ſuperflua requirentibus. Hãc aũt poteſtatem virgæ nomine ſignificauit,cũ diceret:Ne quid tollerẽt in via,niſi virgam tantũ.Ambr.Poſſunt etiã qui volunt hoc ad eum deducere tractatũ,vt ſpiritualem tantũmodo locus iſte firmare videatur affectũ,qui velut indumentũ quoddã videatur corporis exuiſſe,nõ ſolũ poteſtate reiecta cõtemptiſq; diuitiis,ſed etiã carnis ipſius illecebris abdicatis.Theo.Quidã etiam apoſtolos nõ portare peram, neque baculũ aut duas tunicas ſic intelligũt,q̃ nõ theſaurizent,hoc em̃ pera innuit cõgregans multa:neque ſint iracundi & tribulati ſpirit⁹, qđ ſignificat baculus: neq; ſint ficti & duplici corde,qđ ſignificat tunica duplex.Cyril.Sed diceret aliquis: vñ eis neceſſaria erũt? Et ideo ſubdit: Et in quameũq; do.intra.ibi ma.& in. ne exe.q.d. ſufficiat vobis diſcipulorũ fructus, qui recipientes à vobis ſpiritualia vos procurabũt. Iuſſit aũt eos in vna domo manere,vt nec hoſpitem grauẽt eũ.ſ. dimittendo, nec ipſi gulo ſitatis & leuitatis ſuſpicionem incurrant.Ambr.Alienum nanque à prædicatore regni cœleſtis aſſerit curſitare per domos, & inuiolabilis hoſpitii iura mutare. Sed vt hoſpitii gratia deferẽda cenſeatur, ita etiã ſi nõ recipiantur excutiendũ puluerem,egrediendúmque de ciuitate mandatur,cùm ſequitur:Et quicũque nõ receperint vos,exeuntes de ciuitate illa &c.Puluis excutitur de pedibus apoſtolorũ in teſtimonium laboris ſui, quòd ingreſſi ſint in ciuitatem,& prędicatio apoſtolica ad illos vſque peruenerit: ſiue excutitur puluis,cùm nihil ab eis accipiant,nec ad victum quidem neceſſarium,qui euangeliũ ſpreuerunt. Chry. Nã improbabile valde eſt contemnentes ſermonem & patremfamilias,ſe famulis benignos oſtẽdere, vel benedictiones eorũ exigere. Ambr. Vel mediocris etiam boni remuneratio docetur hoſpitii,vt nõ ſolùm pacem tribuamus hoſpitib⁹, verumetiã ſi qua eos terrenæ obumbrant delicta leuitatis, receptis apoſtolicæ prædicationis veſtigiis auferãtur.Beda.Qui verò perfida negligentia,vel etiam ſtudio verbum dei contemnunt,horum vitanda cõmunio eſt, excutiendus puluis pedũ,ne geſtis inanibus pulueri comparandis mentis caſtæ veſtigium polluatur.Euſeb.Cùm aũt præcinxiſſet dominus diſcipulos ſuos tanquam milites dei diui-

Miraculorũ virtus vnde

Pulueris excuſſio.

Universidad de Deusto Biblioteca

nis virtutibus & ſapiẽtiæ monitis, mittẽs eos Iudæis, vt doctores & medicos ipſi ſecundũ hoc ꝓcedebãt. vñ ſequit̃:Egreſ.autẽ cir.per caſt.euan.& cur.vbiq;.Quaſi doctores quidẽ euangelizantes,ſed quaſi medici præſtantes remedia,& verba miraculis comprobantes.

Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo,& hæſitabat,eo ꝙ diceretur à quibuſdã,quia Ioannes ſurrexit à mortuis:à quibuſdã uerò,quia Elias apparuit:ab aliis autem,quia propheta unus de antiquis ſurrexit. Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui. Quis eſt autem iſte de quo ego talia audio? Et quærebat uidere eum.

Chry.Multo trãſacto tẽpore non à principio percepit Herodes facta Ieſu,vt pateat tibi tyranni ſuperbia,vñ dicitur:Audiuit autẽ Herodes &c.Theo.Iſte Herodes erat filius magni Herodis,qui pueros interemit, ſed ille quidẽ rex erat,iſte autẽ Tetrarcha.Inquirebat autẽ de Chriſto quis eſſet.vnde ſequit̃:Et hæſitabat.Chry.Peccatores enĩ ſcientes & neſcientes queq; ſtrepitũ pertimeſcũt:peccatũ autẽ nemine arguẽte hominẽ prodit, nemine accuſante condẽnat, & timidũ & pigrũ reddit delinquentẽ.Cauſa autẽ timoris ponit̃ conſequẽter,cũ Iudæorũ opinio. dicit̃:Eo ꝙ diceret̃ à quibuſdã,&c.Theo.Iudæi enĩ reſurrectionẽ mortuorũ expectabãt in vita carnali, & in comeſſationibus & potibus: ſed reſurgentes nõ erunt in carnalibus actibus.Chry.Cũ ergo audiſſet Herodes quibus Ieſus vteret̃ miraculis,ait:Ioannẽ ego decollaui,quod non erat oſtẽtationis verbũ,ſed cõſolantis ſuũ timorẽ,& perſuadentis animæ perturbatæ recolere ꝙ ipſe eum occidit.Et quia Ioannẽ decollauerat, ſubdit: Quis autem eſt iſte &c.Theoph.q.d.Si Ioãnes eſt,& à mortuis reſurrexit,videns eũ cognoſcã.vnde ſequit̃:Et quæ.vi.eũ.Aug.de cõ.euã. Lucas autẽ hunc eundẽ narrandi ordinẽ quẽ Marcus tenens,nõ cogit credi rerum geſtarũ eundẽ ordinẽ fuiſſe.In his etiã verbis Marco atteſtatur: ad hoc duntaxat ꝙ alii dixerint non Herodes Ioannẽ à mortuis ſurrexiſſe. ſed quia hæſitantẽ cõmemorauit Herodẽ, intelligendũ eſt,aut poſt iſtã hæſitationem cõfirmaſſe in animo ſuo quod ab aliis dicebat̃, cùm ait pueris ſuis,ſicut Matthæus narrat:Hic eſt Ioãnes Baptiſta,ipſe reſurrexit à mortuis:aut ita ꝓnũciãda ſunt hæc verba Matthæi, vt hæſitare adhuc indicẽt.

Et reuerſi apoſtoli,narrauerũt illi quæcũq; fecerunt, & aſſũptis illis ſeceſſit ſeorſum in locũ deſertũ, qui eſt Bethſaidæ.Quod cũ cognouiſſent turbæ,ſecutæ ſunt illũ,& excepit eos,& loquebatur illis de regno dei, & eos qui cura indigebant,ſanabat.Dies autẽ cœperat declinare.Et accedẽtes duodecim,dixerunt illi:Dimitte turbas,ut euntes in caſtella uillaſq; quæ circa ſunt,diuertant,& inueniãt eſcas : quia hic in loco deſerto ſumus.Ait autẽ ad illos:Vos date illis mãducare.At illi dixerunt:Nõ ſunt nobis pluſq̃ quinq; panes & duo piſces:niſi fortè nos eamus & emamus in omnẽ hanc turbam eſcas.Erant autẽ ferè uiri quinq; milia. Ait autẽ ad diſcipulos ſuos:Facite illos diſcũbere per cõuiuia quinquagenos,& ita fecerunt.Et diſcubuerũt oẽs.Acceptis aũt quinq; panibus, & duobus piſcibus,ſuſpexit in cœlnm: & benedixit illis,& fregit,& diſtribuit diſcipulis ſuis ut ponerẽt ante turbas.Et manducauerunt omnes,& ſaturati ſunt. Et ſublatũ eſt quod ſuperfuit illis,fragmentorum cophini duodecim.

Aug.de con.euang. Matthæus & Marcus ex præcedentiũ occaſione narrant,quemadmodũ ſit Ioannes ab Herode occiſus.Lucas autẽ qui iam longè ſupra de paſſione Ioannis narrauerat,poſtq̃ cõmemorauit illã Herodis hæſitationẽ de dño,quiſnã eſſet,cõtinuò ſubiungit: Et reuerſi apoſtoli narrauerunt illi q̃cũq; fecerunt. Beda.Non ſolũ autẽ narrant quæ ipſi fecerũt & docuerunt,ſed etiã quæ Ioannes eis in docendo occupatis ſit paſſus:vel ſui vel eiuſdẽ Ioannis ei diſcipuli renũciãt, ſicut Matthęus inſinuat.Iſidorus.Quia verò dñs viros ſanguinũ abominatur,& cõmorantes cum eis,ſi à propriis criminibus non diſcedant, poſt occiſionẽ Baptiſtæ deſerens occiſores diſceſſit.vnde ſequit̃: Et aſſum. illis ſeceſ.ſeor.in lo.deſer.qui eſt Bethſaidæ.Beda. Eſt autẽ Bethſaida in Galilæa ciuitas Andreæ & Petri & Philippi apoſtolorũ prope ſtagnum Genezareth. Non autem timore mortis hoc egit,vt quidam arbitrantur, ſed parcens inimicis ſuis ne homicidio homicidiũ iungerent,ſimul & opportunũ ſuę paſſionis tempus expectans.Chryſ.Non autẽ prius,ſed relato ſibi quod acciderat diſceſſit,manifeſtans per ſingula carnis veritatẽ. Theoph.In deſertũ autem locũ abiit dñs,quia operaturus erat miraculum panum, ne quis diceret,de ciuitate prope exiſtente oblati ſunt panes.Chryſ.Vel vadit in deſertum locum,vt nemo ſequeretur.Sed nec ſic plebs diſceſſit,ſed comitatur ipſum.vnde ſequitur:Quod cũ cog.tur.ſecu.ſunt illũ.Cyril.Hi quidẽ poſtulãtes à dæmonibus liberari,hi verò languorũ remotionẽ, necnõ quos eius oblectabat doctrina illũ attentiſſimè viſitabant.Beda.Ipſe autem vt potens piuſq; ſaluator excipiendo fatigatos,docendo inſcios,ſanãdo ægrotos,reficiendo ieiunos,quantũ deuotione credentiũ delectet̃, inſinuat.vnde ſequit̃:Et exce.il.& lo.il.de reg.dei,&c. Theo.Vt addiſcas ꝙ quæ ſecundũ nos eſt ſapientia diuidit̃ verbo & opere,& ꝙ decet dicere operata, & operari dicta.Reclinante autẽ die diſcipuli iam incipiẽtes aliorũ curam habere,turbæ miſerentur.vnde ſequitur: Dies au.cœpe.decl.&c.Cyril. Sicut enim dictũ eſt diuerſarum paſſionũ poſtulabant remedia: & quia videbant diſcipuli ſolo nutu poſſe perfici quod infirmi petebant,dicunt:Dimitte eos,ne amplius anxientur. Aſpice autem exuberantem manſuetudinem eius qui rogatur. nõ enim illa tantum largitur quæ poſtulant diſcipuli,ſed ſequẽtibus ipſum adiicit bona munificæ dextræ,mandãs eis eſcas exhiberi.vnde ſequitur: Ait aũt ad illos:Vos da.il.man.Theo. Non autẽ hoc dicit eorũ reſponſionẽ ignorans,ſed volens ipſos inducere:vt dicerent quot panes haberent,& ſic magnũ oſtenderetur ex eorũ confeſſione miraculũ panũ quantitate audita. Cyril.Sed quod mãdabat̃ intolerabile diſcipulis erat, qui non habebãt penes ſe niſi quinq; panes & duos piſces.vnde ſequitur:At il.dixe.Nõ ſunt nobis pluſquam quinq; panes & duo piſces, niſi fortè nos eamus & ema. in om.hanc tur.eſ.Aug.de con.euã. In quibus quidem verbis Lucas in vnã ſententiã conſtrinxit reſponſionẽ Philippi dicentis:Ducentorũ denariorũ panes nõ ſufficiunt eis,vt vnuſquiſq; modicũ quid accipiat: & reſpõſionem Andreæ dicentis : Eſt puer vnus hic qui habet quinq; panes hordeaceos & duos piſces,vt narrat Ioã. Quod enĩ ait,Nõ ſunt nobis pluſq̃ q̃nq; panes & duo piſces,ad Andreę retulit reſpõſionẽ:Quod verò adiũxit,Niſi fortè nos eamus,& emamus in omnẽ hãc turbã eſcas,videtur ad reſponſionẽ Philippi pertinere,niſi ꝙ de ducentis denariis tacuit, quanquã & in ipſius Andreæ ſententia hoc poſſet intelligi.Cũ enĩ dixiſſet,Eſt puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos & duos piſces:adiũxit,Sed hæc quid inter tantos?hoc eſt dicere,niſi fortè nos eamus & emamus in omnẽ hanc turbam eſcas.Ex qua varietate verborũ,rerũ autẽ ſententiarũq; cõcordia ſatis apparet ſalubriter nos doceri,nihil quærendũ in verbis niſi loquentiũ voluntatem: cui demõſtrandæ inuigilare debẽt omnes veridici narratores,cùm de homine vel de angelo,vel de deo aliq̃d narrant.Cyril.Vt aũt adhuc ad magis ardua ferat̃ miraculum,oſtenditur nõ parua fuiſſe multitudo virorũ,

Prauorũ vitanda cõſortia.

Conſenſus euã.

cùm ſequit̃: Erãt aũt viri ferè quinq; milia, exceptis.ſ. mulieribus atq; pueris,vt alius euãgeliſta refert. Theo. Docet aũt dñs ꝙ decet,cũ hoſpitamur aliquẽ, reclinare ipſum,& oĩs conſolationis participẽ facere. vnde ſequit̃:Ait autẽ ad diſ.&c.Aug.de con.euã.Quòd Lucas hic dicit quinquagenos iuſſos eſſe diſcũbere, Marcus vero quinquagenos & centenos,ideo non mouet,quia vnus partẽ dixit,alter totũ.verum ſi alius de quinquagenis tantũ cõmemoraret, alius de centenis tãtũ, valde videret̃ eſſe contrariũ,nec ſatis dinoſceretur vtrũq; dictũ eſſe:vnũ autẽ ab altero,alterũ ab altero eſſe cõmemoratũ,& tamen attẽtius cõſideratũ inueniri debuiſſe quis nõ fateatur hoc ideo dici,q̃a exiſtunt ſæpe aliqua eiuſmodi q̃ parũ intẽdẽtibus,temere iudicãtibus cõtraria videantur,& nõ ſint?Chry.Et quia credẽdum erat Chriſtũ veniſſe à patre,facturus miraculum aſpexit in cœlũ.vnde ſequit̃:Acce.autẽ quinq; panibus &c.Cyril. Hoc etiã diſpenſatiuè ꝓ nobis fecit,vt diſcamus ꝙ in principio menſæ cũ frãgere debemus panẽ,debemus deo offerre & elicere ſuper ipſum benedictionẽ ſupernã.vñ ſequit̃:Et bene.& fre.&c.Chryſ.Dat quidẽ eis ꝑ manus diſcipulorũ honorãdo eos, & ne dent obliuioni iã peracto miraculo.nõ aũt ex non entibus facit eſcas ad paſcẽdũ turbas,vt obturet os Manichæi aſſerẽtis alienam eſſe ab eo creaturã,oſtendens ſe eſſe victualiũ largitorẽ, & eum qui dixit: Germinet terra.Multiplicat quoq; piſces,ad ſignificandũ ꝙ tã mari q̃ aridę dñabat̃. bene autẽ in languẽtibus ſpeciale peregit miraculũ,agit & beneficiũ generale,alens oẽs etiã non lãguentes. vñ ſequitur:Et mã.om.& ſa.ſunt. Greg.Niſ. Quibus nec cœlũ fluebat manna,nec tellus iuxta ſui naturã producens frumentũ eorũ ſatisfaciebat egeſtati, ſed ex ineffabilibus horreis diuinæ potẽtiæ beneficiũ affluebat.Panis paratur factus in manibus miniſtrantiũ, necnon per ſaturitatẽ edentiũ augmentat̃. Eſum etiã piſciũ eorum neceſſitati nõ adminiſtrabat mare,ſed ille qui in mari piſciũ genus inſeruit.Amb.Nõ exiguo, ſed multiplicato cibo populũ liquet eſſe ſatiatũ,vides incõprehẽſibili quodã ritu inter diuidentiũ manus quas nõ fregerãt multiplicare particulas,& intacta frangentium digitis ſponte ſua fragmenta ſurripere.Cyril. Nec vſq; adhuc tantũ peruenit miraculũ,ſed ſequitur: Et ſubla. eſt qd̃ ſup.eis fra.coph.12.Vt hinc eſſet manifeſta certificatio ꝙ opus charitatis in proximos vberẽ vendicat retributionẽ à deo.Theo.Et vt addiſceremus quantũ hoſpitalitas poteſt,& quantũ augẽtur noſtra cũ indigẽtibus ſubuenimus.Chry.Fecit aũt ſuperabũdare non panes, ſed fragmẽta:vt oſtẽdat illorũ panũ eſſe reliquias,q̃ tot factæ ſũt,vt totidẽ eſſent cophini quot & diſcipuli.Ambro.Myſticè aũt poſtq̃ illa quæ eccleſię typum accepit, fluxu curata ſanguinis,poſteaq̃ apoſtoli ad euãgelizãdum ſunt deſtinati,gratiæ cæleſtis impartitur alimentum.Sed quibus impartiat̃ aduerte,nõ ocioſis, nõ in ciuitate quaſi in ſynagoga vel ſeculari dignitate reſidẽtibus,ſed inter deſerta quærentibus Chriſtũ.Beda.Qui derelicta Iudæa q̃ ꝓphetiæ ſibi nõ credẽdo caput abſtulerat,in deſerto eccleſiæ q̃ virũ nõ habebat,verbi pabula largitur.Petentẽ verò deſerta gentiũ Chriſtũ multę fideliũ cateruæ relictis mœnibus priſcæ cõuerſationis & variorũ dogmatũ ſequunt̃.Amb. Qui aũt faſtidiũt, ipſi excipiunt̃ à Chriſto,& cũ ipſis loquitur dei verbũ, nõ de ſecularibus,ſed de regno. Et q̃ corporalis gerũt vlcera paſſionis,his medicinã ſuã libenter indulget. Vbi autẽ myſterii ordo ſeruat̃,vt prius ꝑ remiſſionẽ pctõrũ vulneribus medicina tribuat̃,poſtea verò alimonia mẽſę cœleſtis exuberet.Beda.Die aũt declinãte turbã reficit,in fine ſeculorũ appropinquãte, vel cũ ſol iuſtitiæ pro nobis occubuit.Amb.Quanq̃ nondũ validioribus hæc turba reficiat̃ alimẽtis. Primũ enĩ in modũ lactis quinq; ſunt panes,ſecũdũ ſeptẽ,tertiũ ipſũ corpus Chriſti eſt eſca ſolidior.Si q̃s aũt petere cibũ veret̃,ipſe relictis ſuis oĩbus feſtinet ad dei verbũ.Dũ autẽ aliquis audire incipit dei verbũ,incipit eſurire.Incipiũt apoſtoli eſurientẽ videre,& ſi illi adhuc nõ intelligãt q̃d eſuriãt intellexit Chriſtus,ſcit ꝙ non ſecularẽ cibũ eſuriãt, ſed cibũ Chriſti:nondũ enĩ intellexerãt apoſtoli cibũ credentes nõ eſſe venalẽ.Nouerat Chriſtus nos potius eſſe redimẽdos,ſuas verò epulas eſſe gratuitas.Beda.Nondum autẽ erant apoſtolis niſi quinq; panes Moſaicæ legis,& duo piſces vtriuſq; teſtamẽti, q̃ in abdito myſteriorũ latentiũ quaſi aquis abyſſi tegebãtur. Quia verò quinq; ſunt exteriores hoĩs ſenſus,quinque millia viri dñm ſecuti,deſignant eos qui in ſeculari adhuc habitu poſiti exterioribus q̃ poſſidẽt bene vti nouerũt: q̃ q̃nq; panibus aluntur, quia tales neceſſe eſt legalibus adhuc præceptis inſtrui.nã qui mundo ad integrũ renunciãt, euãgelica refectione ſublimes ſunt. Diuerſi autẽ cõuiuantiũ diſcubitus, deſignãt diuerſos per orbẽ terrarũ eccleſiarum cõuentus,qui vnã catholicã faciunt.Amb. Hic verò panis quẽ frãgit Ieſus,myſticè quidẽ dei verbũ eſt & ſermo de Chriſto,qui cũ diuidit̃ auget̃.de paucis enĩ ſermonibus populis redundantẽ alimoniã miniſtrauit.Dedit ſermones nobis velut panes,qui noſtro dũ libant̃ ore geminant̃.Beda. Turbis aũt eſuriẽtibus ſaluator nõ noua creat cibaria,ſed acceptis his quę habuerũt diſcipuli benedicit:quia veniẽs in carne nõ alia q̃ prædicata ſunt prędicat,ſed ꝓphetiæ dicta myſteriis gratiæ grauida demõſtrat.Reſpicit in cœlũ,vt illuc dirigendã mẽtis aciẽ,ibi lucẽ ſcientię doceat eſſe quærẽdã.Frãgit & ante turbas ponẽda diſtribuit diſcipulis, quia legis & ꝓphetię ſacramẽta eis,vt ꝑ mundũ prędicent patefecit.Amb.Nõ ocioſè aũt q̃ turbę ſuperſunt à diſcipulis colligunt̃,quia ea q̃ diuina ſunt apud electos facilius poſſis q̃ apud populos reperire.Beatus ille qui poteſt colligere,q̃ etiam doctis ſuperſunt.Qua ratione autẽ cophinos Chriſtus 12.impleuit, niſi vt illud populi Iudaici ſolueret,Quia manus eius in cophino ſeruierunt?hic eſt populus qui ante lutũ in cophinis colligebat,ſed iam ꝑ crucẽ Chriſti vitę cœleſtis operat̃ alimoniã.Nec paucorũ hoc munus,ſed omniũ eſt. nam ꝑ 12. cophinos tanq̃ tribuum ſingularũ fidei firmamentum redundat.Beda.Vel per cophinos 12.apoſtoli figurantur,& omnes ſequẽtes doctores foris quidẽ hominibus deſpecti,ſed intus ſalutaris cibi reliquiis cumulati.

Conſenſus euã.

Allegorica expõ.

Quinque ſenſus exteriores.

Et factum eſt cùm ſolus eſſet orans, erant cũ illo & diſcipuli:& interrogauit illos,dicens: Quẽ me dicũt eſſe turbæ? At illi reſponderunt & dixerunt:Ioannẽ Baptiſtã, alij autẽ Heliam,alij uerò quia unus propheta de prioribus ſurrexit. Dixit autẽ illis:Vos autem quem me eſſe dicitis?Reſpondens Simon Petrus,dixit:Chriſtũ dei.At ille increpans illos,præcepit ne cui dicerent hoc,dicens:quia oportet filium hominis multa pati,& reprobari à ſenioribus, & à principibus ſacerdotum & ſcribis,& occidi,& tertia die reſurgere.

Cyril.Sequeſtratus à populis dñs, & ſeorſum poſitus vacabat orationibus.vnde dicitur:Et factũ eſt cùm ſolus eſſet orans,&c.Formã enim in hoc ſeipſum conſtituebat,docens diſcipulos artẽ facilem doctrinalium dogmatum.Reor enim oportere populorum antiſtites etiã meritis præeſſe ſubditis ſuis in rebus neceſſariis iugiter cõuerſantes,& illa tractãtes quibus deus placat̃. Beda.Aderãt autẽ diſcipuli dño, ſed ipſe patrem ſolus orauit:quia poſſunt ſancti dño fidei amoriſq; ſocietate coniungi.vbiq; ſolus obſecrat,quia dei conſiliũ huma-

na vota nō capiūt,neq; quiſquā poteſt interiorū parti ceps eſſe cū Chriſto.Cyril.Poterat aūt orationis negociū turbare diſcipulos.videbant eā humanitus orare, quē olim viderāt auctoritate diuina peragentē miracula.Vt igit huius ꝓpelleret turbationē eos interrogat, nō quia neſciret ab exteriorib⁹ ſibi collata ꝓconia, ſed vt eos à pluriū opinione auferret, & rectā fidē eis inſereret.vñ ſequit:Et inter.il.dic. Quem me di.eſ.turbæ? Beda.Pulchrè dñs fidē diſcipulorū exploraturus,prius turbarū ſententiā interrogat,ne illorū cōfeſſio nō veritatis agnitione probata, ſed vulgi videat opinione formata:nec cōparata credere,ſed inſtar Herodis de auditis hæſitare putent.Aug.de cō.euā. Poteſt aūt illud mouere,ꝙ Lucas dñm interrogaſſe diſcipulos ſuos quē illum dicerēt hoīes,tūc dixit,cū eſſet ſolus orans, & adeſſent etiā ipſi . porrò aūt Marcus in via dicit illos hoc ab eodē interrogatos.ſed hoc eū mouet,quia nunq̄ orauit in via.Amb.Nō eſt aūt ociosa turbæ opinio,quā diſcipuli reſpondēt,cū ſubditur:At illi reſpō.& dixe.Ioānem Bap.quē decollatū ſciebāt.Alii autē Eliā:quē vēturum putabāt. alii aūt quia propheta vnus de prioribus ſurrexit.Sed hoc quærere alterius prudētiæ eſt.nā ſi Paulo apoſtolo ſatis eſt nihil ſcire,niſi Chriſtū Ieſum & hunc crucifixū,quid amplius mihi deſiderandum eſt ſcire q̄ Chriſtū?Cyril.Vide aūt in īterrogationib⁹ elegantiā. Dirigit eā prius eos ad extrinſecas laudes, vt eis euulſis verā opinionē generet:vnde cū dixiſſent diſcipuli plebis opinionē,eorū ſententiā interrogat,cùm ſubditur:Dixit au.il.Vos au.quē me eſ.dici. O q̄ prēcipuū illud Vos. Excipit eos ab aliis,vt eorū vitent opiniones.q.d.Vos qui cenſura mea vocati eſtis ad apoſtolatū teſtes miraculorū meorū,quē me eſſe dicitis?Prævenit aūt Petrus cēteros,fitq; os totiꝰ collegii,eructátque diuini amoris eloquia,profertq; fidei confeſſionē, cùm dicitur:Reſpōdens aūt Petrus dixit, Chriſtū dei. Non ait ſimpliciter eū eſſe Chriſtū dei,ſed magis cum articulo.vnde in Græco habetur,Ton Chriſton.Nam plures diuinitꝰ vncti diuerſimodè vocati ſunt Chriſti. Quidā eā vncti fuerūt in reges,quidā in ꝓphetas.nos aūt per Chriſtū ſancto perunctī ſpiritu nomē obtinuimus Chriſti,ſed vnus ſolus eſt,qui eſt Chriſti dei & patris,quaſi ipſo ſolo propriū habēte patrem qui in cœlis eſt,& ſic Lucas cōcordat quidem in ſentētiis cū Matthæo,qui narrauit Petrū dixiſſe: Tu es Chriſtus fi.dei viui.ſed vtens breuiloquio, ait eū dixiſſe Chriſtū dei. Amb.In vno eā hoc noīe,& diuinitatis & incarnationis expreſſio,& fides eſt paſſionis. Cōplexus eſt itaque oīa,qui & naturā & nomē expreſſit,in quo ſūma virtutū eſt.Cyril.Sed notandū ꝙ vnū cōfeſſus eſt eſſe Chriſtū prudētiſſimꝰ Petrus cōtra præſumētes Hemanuelē in duos Chriſtos diuidere.Neq; eā ſciſcitatus eſt eos, di.Quem dicūt hoīes eſſe diuinū verbū? ſed filiū hoīs, quē Petrus cōfeſſus eſt eſſe filiū dei. In hoc ergo admirandus eſt,& dignus factus tam præcipuis honoribus, quia quem admiratus eſt in forma noſtra,hūc credidit eſſe Chriſtū patris.ſ.hoīem factū verbū qđ proceſſit de patris ſubſtātia.Ambr.Dñs aūt Ieſus Chriſtus ꝑdicari ſe primò noluit,ne vllus ſtrepitꝰ naſceret. vnde ſequit: At ille īcre.eos &c.Multis ex cauſis iubet tacere diſcipulos,vt fallat principē mundi, vt declinet iactātiam, doceat humilitatē.ergo Chriſtus noluit gloriari, & tu qui ignobilis natus es gloriaris? Simul ne rudes & imperfecti adhuc diſcipuli maximè prędicationis molibꝰ opprimant. Prohibētur ergo euangelizare eū dei filiū, vt euangelizarent poſtea crucifixū.Chryſ.Opportunè etiā dñs tunc vetuit nulli dicere ꝙ ipſe eſſet Chriſtus, quatenus ſublatis de medio ſcandalis & crucis cōſummato patibulo,habitualiter imprimeretur audiētium menti conueniens de eo opinio.nam radicatū ſemel & poſtmodū euulſum,vix vnq̄ denuo inſitū retinebitur. Quod aūt ſemel inſitū perſeuerat immobile, de facili cōcreſcit. nā ſi Petrus ex ſolo auditu ſcandalizatus eſt, quid quāplures paterentur,cùm audiſſent filiū dei eſſe, viderent autē crucifixū & conſputū? Cyril. Oportebat ergo diſcipulos eū vbiq; terrarū ꝑdicare . hoc eā erat opus electorū ab eo ad apoſtolatus officiū.Sed vt ſacra ſcriptura teſtatur,tēpus eſt vnicuiq; rei.Decebat enim vt crux & reſurrectio īpleret, & ſic ſequeretur apoſtolorū prędicatio.vnde ſequit:Hęc dicens,quia oportet, &c.Amb.Fortaſſe quia ſciebat dñs difficile paſſionis & reſurrectionis myſteriū etiā diſcipulos credituros, ipſe voluit eſſe ſuę paſſionis & reſurrectionis aſſertor.

Myſterium inſinuatur.

Dicebat autē ad oēs:Si quis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam quotidie,& ſequatur me. Qui enim uoluerit animam ſuam ſaluam facere,perdet illā. Nam qui perdiderit animam ſuam propter me,ſaluam faciet illam.Quid enim proficit homo,ſi lucretur uniuerſum mundum,ſe autē ipſum perdat,& detrimētum ſui faciat? Nā qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet,cùm uenerit in maieſtate ſua & patris,& ſanctorū angelorum.Dico autē uobis,uerè ſunt aliqui hic ſtantes,qui nō guſtabunt mortem donec uideant regnum dei.

Cyril.Ducū magnanimi ſtrēnuos in armis ad audaciam prouocāt,nō ſolū eis honores pollicēdo victorię, ſed etiā ipſum pati generoſum eſſe fatentes.Tale quid videmus docere dñm Ieſum Chriſtū:prædixerat enim apoſtolis ꝙ oporteret eū perpeti Iudæorū calūnias,occidi,& tertia die reſurgere. Ne igitur putarēt Chriſtū quidē paſſurū perſecutiones pro vita mundi,eis verò liceret lentā vitā ducere,oſtendit neceſſario ꝙ per æqua certamina gradi decet cupientes eius gloriā obtinere. vnde dicitur:Dicebat aūt ad oēs.Beda. Pulchrè poſuit ad oēs,qui ſuperiora q̄ ad fidē dñicę natiuitatis vel paſſionis pertinēt cū ſolis diſcipulis ſeorſum egit. Chryſ. Cū autē ſaluator ſit pius & benignus,nullū inuitū aut coactū habere vult famulū,ſed ſpontaneos & gratias agentes ei pro famulatu:& ideo neminem cogēdo aut neceſſitatē imponendo,ſed perſuadēdo & benefaciēdo vniuerſos volentes attrahit,di.Si quis vult.Baſil.Vitā aūt propriā in formā optimę cōuerſationis tradidit volētibus ei obedire,cū dicit:Poſt me venire.Nō obſecutionem corporalē inſinuās(eſſet eā in oīb⁹ impoſſibilis,dño iā in cœlis exiſtente)ſed debitā conuerſationis ꝓpoſſe imitationē.Beda.Niſi aūt quis à ſemetipſo deficiat,ad eū qui ſupra ipſum eſt nō appropinquat.vnde dicitur:Abneget ſemetipſum.Baſi.Abnegatio quidem ſuipſius eſt totalis præteritorum obliuio,& receſſus à ꝓpriis volūtatibus.Orig.Abnegat etiā aliq̄s ſeipſū,dū vitā prius in malitia cōſuetā alteratione debita cōmutat:puta q̄ dudū in laſciuia vixerat,abneget ſemetipſū laſciuū cū ſit caſtus:& ſimiliter abſtinentia cuiuſlibet criminis ſuiipſi⁹ abnegatio eſt.Baſi.Appetitus mortis tolerādæ pro Chriſto,& mortificatio mēbrorū q̄ ſunt ſup terrā,& viriliter diſponi ad omne periculū ſuſtinēdū pro Chriſto, & nō affici quenq̄ ad vitā ꝑſentē, hoc eſt tollere crucē ſuā.vnde ſubditur: Et tollat crucē ſuā quotidie.Theop.Crucē hic dicit mortē exprobrabilē, innuens ꝙ ſi quis vult Chriſtū ſequi,nō debet effugere propter ipſum etiā exprobrabilem mortem. Grego.in Hom.Duobus etiam modis crux tollitur,dum aut per abſtinentiam affligitur corpus, aut per compaſſionem afficitur animus.Græcus. Rectè autem coniungit hæc duo,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam.Sicut enim qui paratus eſt aſcendere crucem, ſumit in mēte

Abnegatio ſui qualis ſit

ſua mortis intentionē,ſicq; vadit nō ęſtimans amplius hanc vitam participare:ita qui ſequi vult dominū,primò debet abnegare ſeipſum,& ſic tollere crucē,vt eius voluntas ſit prompta ad omnē miſeriā ſuſtinendā.Baſi. In hoc igitur conſiſtit perfectio, vt impaſſibiliter ſe habeat ſecundū affectū etiam ad ipſum viuere, & habeat in prōptu mortis reſpōſum,vt nequaquā in ſeipſo cōfidat.Sumit autē exordiū perfectio ab exteriorū alienatione,puta poſſeſſionū vel inanis glorię vel preciſę affectionis inutiliū rerum.Beda.Prædictā igitur crucem & quotidie tollere,& ea ſumpta dñm ſequi iubemur, qui crucē ꝓpriā baiulauit. vnde ſequit:Et ſequat me. Orig.Huius aūt cauſā aſſignat,ſubdēs:Qui eā voluerit animā ſuam ſalnā facere,perdet illam.i.qui vult ſecundū vitam præſentē viuere,& propriā animā in ſenſibilibus conſeruare,hic eam perdet,non ducens eā ad terminos beatitudinis.Econtrario autē ſubdit:Nā qui perdiderit animā ſuā propter me,ſaluā faciet illā.i.qui negligit ſenſibilia intuitu veritatis,exponēs ſe morti, hic tanquā animā perdens pro Chriſto eā potius ſaluabit.Itaq; ſi animā ſaluari beatū eſt, relatū ad eam quæ eſt in deo ſalutē:debet eſſe & quædā bona perditio animæ,quæ fit intuitu Chriſti.Videtur etiā mihi perſimile ei,quod eſt abnegare ſeipſum ſecūdū prædicta dicere,perdere quēlibet propriā animā peccatricem, vt ſumat eam quæ per virtutē ſaluat.Cyril. Quòd autē incomparabiliter exercitiū pacis Chriſti ſuperet delicias & precioſa mundi,inſinuat ſubdens: Quid proficit homini ſi lucret vniuerſum mundū,ſeipſum autē perdat, & detrimentū ſui faciat?q.d.Cū aliquis aſpiciens preſentē dulcedinē aut vtilitatē,renuit quidē pati, eligit autē ſplendidè viuere ſi ſit opulētus,quod inde ſibi cōmodū erit cùm perdiderit animā? Tranſit enim huius mundi figura, & amœna velut vmbra diſcedunt. Non eā proderunt theſauri impietatis: eripit autē à morte iuſtitia.Greg.in hom.Quia ergo ſancta eccleſia habet aliud tēpus perſecutionis, atq; aliud pacis, dñs vtraq; tempora deſignauit in præceptis.Nā perſecutionis tēpore ponenda eſt anima,quod ſignificauit dicens: Qui perdiderit animā.Pacis autē tēpore ea quæ amplꝰ dominari poſſunt.frāgēda ſunt deſideria terrena,quod ſignificauit dicēs:Quid proficit homini?Plerūq; autē labentia cūcta deſpicimus,ſed tamen adhuc humanę verecūdiæ vſu prępedimur,vt rectitudinē quā ſeruamꝰ in mente, nondū exprimere valeamus in voce. Sed huic quidē vulneri cōgruū dñs ſubiungit medicamentū,dicens:Nam qui me erubuerit,& meos ſermones,hūc filius hominis erubeſcet.Theop. Erubeſcit Chriſtū qui dicit:Nunquid credam crucifixo? Sed & ſermones eius erubeſcit,qui euangelii ruditatē contēnit:ꝙ autē hunc dominus erubeſcet in regno ſuo tale eſt,ſicut ſi aliquis paterfamilias habens ſeruū prauū,erubeſcat eū nominare.Cyril.Incutit autē eis timorem dicens ſe cœlitus deſcenſurū ,non in priſtina humilitate & mēſura proportionabili nobis,ſed in gloria patris miniſtrantibus angelis.Sequit eā:Cùm venerit in maieſtate ſua,& patris,& ſanctorū angelorū. Peſſimū igitur & dānoſum notari inimicitia, & operis inertia,quādo tantꝰ iudex deſcēderit agminibus circunſtantibus angelorū. Hinc autē percipias,ꝙ carne ſumpta & ſanguine filius non minus eſt deus,ꝙ ſe pollicet in maieſtate dei patris vēturū,& ꝙ ei tanq̄ iudici omniū miniſtrabūt angeli,qui factus eſt homo ſimilis nobis.Ambr. Semper autē dñs ſicut erigit ad prēmia futura virtutū,atq; vtilem ſecularium rerū docet eſſe contemptū: ita etiā infirmitatem mentis humanæ,præſentium remuneratione ſuſtentat. Arduum quippe eſt crucē tollere,& animam periculis morti corpus offerre,negare quod ſis,cùm velis eſſe qđ non ſis,raroq; quāuis excelſa virtus futuris commutat prēſentia:ergo bonꝰ magiſter ne quis deſperatione frāgatur aut tædio,cōtinuo ſe videndū fidelibus pollicet, dicens:Dico aūt vobis ve.ſunt ali.hic ſtā.qui nō guſtabunt mortē,donec vi.regnū dei.Theo. Id eſt gloriā in qua iuſti erunt:hoc autē dixit de transfiguratione,quę forma erat futuræ gloriæ : acſi diceret, ſunt aliqui hic ſtantes.ſ.Petrus,Iacobus,& Ioannes,qui nō attingent mortē,donec in tēpore trāsfigurationis videāt, in qua gloria erūt qui me confitent.Greg.in Hom.Vel regnū dei hoc loco prēſens eccleſia vocat: & quidā ex diſcipulis vſq; adeò in corpore victuri erant,vt eccleſiā dei cō ſtructā conſpicerent,& cōtra mundi huius gloriā erectam.Amb.Itaq; ſi & nos volumus mortē non timere, ſtemus vbi Chriſtus eſt.Soli eā nō queūt guſtare mortem,qui ſtare poſſunt cū Chriſto:in quo licet ex verbi ipſius qualitate ꝑpēdere,nec tenuē quidē ſenſum mortis habituros,q Chriſti videant meruiſſe cōſortia.Certè mors corporis libādo guſtet,vita animę poſſidendo teneat.Nō eā hic mors corporis, ſed animæ denegat.

Animæ perditio quomodo intelligenda.

Erubeſcere Chriſtū quis dicitur.

Factū eſt autē poſt hæc uerba ferè dies octo,& aſſumpſit Petrum,Iacobū,& Ioannē, & aſcendit in montē ut oraret. Et facta eſt,dū oraret.ſpecies uultus eius,altera. Et ueſtitus eius albus,& refulgēs. Et ecce duo uiri loquebantur cū illo. Erant autē Moyſes & Helias uiſi in maieſtate: & dicebant exceſſum eius,quem completurus erat in Hieruſalem.

Euſeb.Cū dñs diſcipulis ſuis ſecū apparitionis ſuæ promulgauerit ingēs myſteriū, ne ſolis verbis credere viderentur,ꝓcedit ad opera oſtendens eis oculata fide imaginē regni ſui.vñ dicit:Factū eſt aūt poſt hęc verba ferè dies octo,& aſ.Petrū Ia.& Io,&aſcen.in montē vt oraret.Damaſ.Matthæus quidem & Marcus ſexto die poſt factā ꝓmiſſionē diſcipulis, Lucas aūt poſt octauū ſus euā. dicit celebratā fuiſſe transfigurationē,nec eſt diſſonātia in dictis,ſed qui ſex numerauerunt dēptis extremis (primo dico & vltimo,quo pollicitus eſt,& quo fecit) medios cōputauerūt.At qui octo cōnumerauit,vtrūq; prædictorū cōputauit. Sed cur nō omnes,ſed aliqui voeati ſunt ad hanc viſionē?vnus quidē erat qui ſolus indignus erat diuinitatis viſione.ſ.Iudas,ſecūdum illud: Tollat impius,ne videat gloriā dei. Si ſolus ergo eſſet dimiſſus,tanq̄ inuidus ad maiorē eſſet malitiā prouocatus.Proinde proditori tollit proditionis occaſionē,cū dimiſit inferius reliquā apoſtolorū congerię.Aſſumpſit aūt tres,vt in duobus vel tribus teſtibꝰ ſtet omne verbum.Petrū quidem aſſumpſit,volens teſtimoniū quod teſtatus fuerat,ei oſtendere per patris teſtimoniū confirmari,& quaſi prędę futurū totius eccleſię.Sed Iacobum aſſumpſit tanq̄ moriturum pro Chriſto ante oēs diſcipulos.Ioānem verò tanq̄ theologiæ puriſſimū organū:vt viſa gloria filii quæ nō ſubiacet tempori, reſonet illud:In principio erat verbum.Ambr. Vel Petrus aſcendit,qui claues regni cœlorū accepit: Ioannes, cui cōmittitur mater:Iacobus qui primus ſolū ſacerdotale cōſcendit.Theo.Vel aſſumit hos tanq̄ hanc rem celare potentes,& nulli alii reuelare.Aſcendit aūt in mōtem vt oraret:docens nos ſolitarios & aſcēdentes orare ad nihil terrenorū declinantes.Dama.Aliter tamen orāt ſerui,aliter orabat dñs. Nā ſerui orātis oratio eſt ꝓ intellectus aſcenſum ad eū,ſed ſacer intellectus Chriſti,qui ſecundū hypoſtaſim deo vnitus erat, manu ducēs nos ad aſcēſum quo ꝑ orationē ad deū aſcendit, & docens ꝙ aduerſarius dei nō eſt, ſed tanq̄ principiū venerat genitorē:quinetiā alliciens tyrānū explorātem ſi deus eſſet,quod miraculorū virtus ꝑdicabat,quaſi ſub

Conſeu

Oratio Chriſti.

quadã esca hamũ cõtegeret,vt qui spe deificationis ha mauerat hominẽ,corporis amictu decẽter hamaretur. vnde sequit: Et facta est,dũ oraret,species vultus eius altera.Cyril.Nõ tanẽ corporis humanã formã mutãte,sed quadã splendida gloria superueniente.Damasc. Videꝫ autẽ diabolus orationibus refulgentem, recordatus est Moysi,cuius glorificata est facies.sed Moyses quidẽ glorificatur extrinsecus aduenięte gloria,dominus autẽ ex innato gloriæ diuinæ fulgore. Cũ em̃ secũdum hypostasis vnionẽ vna & eadẽ sit gloria verbi & carnis,trãsfiguratur nõ quasi accipiens quod non erat, sed quod erat manifestãs discipulis: vnde secũdũ Matthæũ dicitur,ꝙ transfiguratus est coram eis, & ꝙ facies eius refulsit vt sol:quod em̃ est in sensibilibus sol, hoc in intelligibilib⁹ deus. Et sicut sol qui est lucis fons de facili videri nõ potest,lux autẽ eius ex eo ꝙ ad terram peruenit aspicitur: sic facies Christi intensius refulget vt sol,vestimenta autẽ eius dealbantur vt nix.Vnde sequitur:Et vestit⁹ eius albus refulgẽs. Illustratus.s.per diuinæ lucis participationẽ.His autẽ ita se habẽtibus, vt vnus ostẽderetur dñs noui & veteris testamenti, & hæretico⁹ ora obturentur,& fides fiat resurrectionis, necnon qui transfigurabatur viuorũ & mortuorũ dñs credereturꝫ Moyses & Elias tanẽ famuli assistunt dño in gloria.vnde sequitur:Ecce duo viri lo.&c. Oportebat em̃ vt videtes conseruorũ gloriã & fiduciã, mirarentur quidẽ pium dominicũ descensum, zelarẽt verò eos qui prius laborauerant,visuri amœnitatẽ futurorũ bonorũ, & magis fortificarẽtur in laboribus.nã qui labor̃ nouerit emolumenta, labores facilius tolerabit. Chry.Aliter quoq; qm̃ vulgus asserebat eũ esse Eliam vel Hieremiã,vt discerneretur inter dñm & famulos, & vt pateat eũ nõ esse aduersariũ dei & legis transgresorẽ,eos sibi assistẽtes monstrauit: non enim legislator Moyses,& qui pro gloria diuina zelatus est Elias astitissent ei:sed & propter virtutes virorũ demõstrãdas. Nam vterq; pro mãdatis diuinis quampluries se morti exposuerat.Volebat etiã discipulos eos imitari in regimine populi vt fierent mites sicut Moyses, & zelantes sicut Elias.Inducit etiã omnes vt ostendat crucis gloriam,ad consolandũ Petrũ, & alios passionem timẽtes. vnde sequitur:Et dicebant excessum eius quẽ cõpleturus erat in Hierusalẽ.Cyril. Videlicet mysteriũ dispensationis in carne,neenõ salutiferã passionem copletam in venerabili cruce.Ambro.Mysticè autem post verba prædicta transfiguratio Christi ostendit,quoniã is qui verba Christi audit & credit,resurrectionis gloriã videbit.Octaua enim die facta est & resurrectio: vnde & plerique psalmi pro octaua scribũtur,aut fortè vt ostẽderet nobis quod dixerat:ꝙ is qui propter dei verbum perdiderit animã suã,saluã faciet eam, quoniã ꝓmissa sua in resurrectione restituet.Beda. Nã sicut ipse post septimã sabbati qua in sepulchro quieuerat à mortuis resurrexit,& nos post sex seculi huius ætates, & septimam quietis animarũ quę interim in alia vita geritur, quasi octaua ætate resurgemus.Ambr.Sed Matthæ⁹ & Marcus post dies sex assũptos hos esse cõmemorarunt, de quo possemus dicere ꝙ post sex milia annorũ: mille enim anni in conspectu dei tanẽ dies vna, sed plures q̃ sex milia cõputant anni, & maluim⁹ sex dies per symbolũ intelligere, ꝙ sex diebus mũdi opera sunt creata, vt per tẽpus opera, & per opera mũdũ intelligam⁹. Et ideo mũdi tẽporibus impletis,resurrectio futura monstrat,aut quia is qui mundũ ascẽderit,& hui⁹ post seculi momẽta trãscẽderit,velut in sublimi locatus futuræ resurrectionis fruct⁹ expectabit inæternũ.Beda. Vnde in mõtẽ oraturus & trãsfiguraturus ascẽdit,vt ostẽdat eos qui fructũ resurrectionis expectãt,& regẽ in decore suo videre desiderãt,mẽte in excelsis habitare,& cõtinuis precibus debere incũbere.Amb.Putarẽ in trib⁹ qui dicuntur ad montẽ mysticè genus humanũ cõprehensum,quia ex tribus filiis Noẽ genus omne defluxit humanũ,nisi electos cernerẽ:tres igit eligunt qui ascẽdunt in montẽ,quia nemo potest resurrectionis videre gloriã,nisi qui mysteriũ trinitatis incorrupta fidei sinceritate seruauerit. Beda. Trãsfiguraturus autẽ Saluator gloriã futuræ vel suæ vel nostræ resurrectionis ostẽdit,qui qualis tunc apostolis apparuit,post iudiciũ cũctis apparebit electis. Vestitus autẽ dñi sanctorũ illius chorus accipit,qui videlicet dño in terris cõsistẽte despectus videbat,sed illo montẽ petente, nouo candore refulget:quia nũc filii dei sum⁹, & nõdũ apparuit quid erimus.Scimus autẽ quoniã cum apparuerit,similes ei erimus.Ambr.Vel aliter:Pro tua possibilitate tibi verbum aut minuitur aut crescit: ac nisi altioris prudẽtiæ cacumen ascendas,nõ tibi apparet quanta sit gloria in dei verbo.Vestimẽta autẽ verbi sunt sermones scriptur̃: & quædã intellectus indumẽta diuini.Et sicut vestitus albus refulsit,ita in oculis tuæ mẽtis diuinarum lectionũ sensus albescit.Inde apparet Moyses & Elias, hoc est lex & ꝓpheta in verbo. neq; em̃ lex potest esse sine verbo, nec ꝓpheta nisi qui de dei filio ꝓphetauit.

Trinitatis mysterium.

Splẽdor diuinitatis inuisibilis.

Petrus uerò & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes,uiderunt maiestatem eius, & duos uiros quę stabant cũ illo. Et factũ est,cum discederẽt ab illo, ait Petrus ad Iesum:Præceptor,bonũ est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula,unum tibi,& unum Moysi,& unum Heliæ,nescíens quid diceret. Hæc autẽ illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos:& timuerunt intrantibus illis in nubem. Et uox facta est de nube,dicens:Hic est filius meus dilectus: ipsum audite. Et dum fieret uox,inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt,& nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ uiderant.

Theo.Christo vacãte orationi,Petrus somno deprimitur:infirmus enim erat,& quod humanũ erat impleuit.vnde dicit:Petrus verò &c. Excitati autẽ gloriam eius cernũt,& duos viros cũ eo.vnde sequit: Et euigilantes viderũt maiestatẽ eius,& duos viros qui stabãt cum illo.Chry.Vel somnũ vocat ingestũ eis nimiũ stuporem ex illa visione: neq; enim nocturnũ tẽpus erat, sed lucis excellentia grauabat oculorũ debilitatẽ.Ambro.Premit enim incõprehensibilis splendor diuinitatis nostri corporis sensus.nam si solis radium è regione oculorũ contuentium corpora nequit acies continere, quomodo dei gloriã humanorũ ferret corruptela membrorũ?Et fortasse ideo grauati somno erant,vt resurrectionis viderent speciẽ post quietẽ.Itaq; vigilantes viderunt maiestatẽ eius: nemo enim nisi vigilãs gloriam videt Christi.Delectat⁹ est Petrus: & quẽ seculi huius illecebrosa non caperent, gloria resurrectionis illexit. vnde sequitur:Et factũ est cùm discederent &c. Cyril. Aestimabat forsan diuus Petrus imminere tẽpus regni dei,& ideo approbat montis incolatũ.Damasc.Non est autẽ bonũ Petre tibi ꝙ Christus ibi moretur, quoniã si mansisset,nequaquã tibi facta promissio consequeretur effectum . neq; enim claues obtinuisses regni : nec mors tyranni abolita esset.Non queras ante tẽpus fœlicia,vt Adam deificationem. Erit quando hunc aspectum indefinẽter percipies, & cohabitabis illi qui lux est & vita.Ambr. Petrus autem non solùm affectu,sed etiam sanctorum deuotione præstantior ad ædificanda tabernacula tria impiger operarius cõmunis obsequii ministeriũ pollicetur.Sequitur enĩ: Et faciam⁹ tria tabernacula,vnum tibi,&c. Dama. Nõ autẽ te dominus tabernaculorũ,sed vniuersalis ecclesiæ cõstructorẽ constituit. verba tua tui discipuli, oues tuæ mãdauerũt effectui,Christo tabernaculũ construentes necnõ & seruis eius.Hoc autẽ non ex intẽtione Petrus proferebat, sed inspiratione spiritus reuelãtis futura. vnde sequit: Nescíens quid diceret. Cyril. Nesciebat etiã quid dicebat:neq; enim aderat tẽpus finis seculi, nec participandę à sanctis promissæ spei. Et cũ iã sumeret exordiũ dispensatio,quo pacto Christũ oportebat desistere à mundi dilectione volentẽ pati pro eo? Tamen decebat etiã non solum perstringere fructum incarnationis ad opus existentium in mõte, sed diffundi ad omnes credentes quod per crucẽ & passionem erat consummandũ.Tit⁹. Ignorabat etiam Petrus quod dixerat:quia nõ oportebat tribus tria tabernacula facere. Nõ enim cõnumerantur dño famuli, nec comparatur creaturæ creatori. Ambro.Neq; capit humana conditio in hoc corruptibili corpore facere tabernaculũ deo,siue in anima, siue in corpore, siue in quolibet alio loco. Et quãuis nesciret quid diceret,tamẽ pollicebatur officiũ, cui non inconsulta petulantia, sed primatũ deuotio fructus pietãtis accumulat.Nã quòd ignorabat,conditionis fuit: quòd promittebat, deuotionis. Chryſ.Vel ali. Audiebat ꝙ oportebat ipsum mori,& tertia die resurgere:videbat autẽ multam distantiã & solitudinẽ.vnde considerauit ꝙ plurimam haberet locus tutelam.ob hoc dixit:Bonũ est nos hic esse.Aderat quoq; Moyses qui nubem intrauit, & Elias qui in montem ignem deduxit. Igitur euangelista confusionem mẽtis eius ex qua hoc proferebat ostẽdens dixit:Nescíens quid diceret. Augu.de con.euãg. Quòd autẽ hic Lucas dixit de Moyse & Elia,Et factum est dũ discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonũ est nos hic esse : non debet putari contrariũ ei quod Matthæus & Marcus ita cõiunxerũt Petrũ hæc suggessisse,quasi adhuc Moyses & Elias cũ domino loqueretur. nõ enim expresserũt tunc sed tacuerunt potius quod iste addidit,illis discedentibus hoc Petrum dño suggessisse. Theo. Petro autem dicente, Faciamus tria tabernacula, dominus tabernaculum nõ manufactũ fabricat, & in eum ingreditur cum prophetis.vnde subditur: Hoc autẽ illo loquente facta est nubes & obũbrauit eos: vt ostenderet quòd nõ minor est patre. Sicut enim in veteri testamento in nube habitare dñs dicebatur,sic & nũc nubes susceptit dominum,nõ caliginosa sed lucida.Basi.Nã obscuritas legis transierat. sicut enim fum⁹ ab igne,sic nubes à luce cautata est.Verum quia nebula signũ tranquillitatis est,quæs futuræ mãsionis ostẽditur per nubis operimentum. Ambro.Diuini enĩ spiritus est obũbratio ista quę non caligat affectibus hominum,sed reuelat occulta. Orig. Hanc autem gloriã discipuli sufferre nequeũtes, procubuerũt humiliati sub potenti dextra dei nimiũ timentes,cùm scirent quod dictũ fuit Moysi:Non videbit homo faciem meã & viuet.vnde sequit: Et ti.intran.il.in caligine piceã,& quę cælum tenebrarũ horrore subtexat,sed lucidã nubem,quæ nos non pluuialibus aquis immadidet,sed de qua mẽtes hominũ in voce dei omnipotẽtis emissa fidei ros rigauit. Sequitur enim: Et vox fa.est de nube di.hic est fi. meus dilec. Nõ Elias filius, non Moyses filius,sed hic est filius quẽ solum videtis. Cyril.Qualiter ergo oportebat eũ qui reuera filius est factum vel creatũ existimare?deo patre desuper intonãte,Hic est fili⁹ meus.q.d.nõ vnus ex filiis, sed qui verè & naturaliter est filius,ad cui⁹ exemplar alii sunt adoptiui.Illi ergo iussit obedire cum subdit:Ipsum audite.

Nota mysterium verborum.

Consensus euã.

Nubes lucida.

Trinitatis mysterium.

Et magis quàm ad Moysen & Eliam : quia Christ⁹ est finis legis & prophetarũ.vnde signanter euãgelista subdit:Et dum fieret vox,inuẽ.est Ie.so.Theo. Ne scilicet putaret aliquis hoc dictũ, hic est filius me⁹ dilectus, de Moyse vel Elia fuisse prolatũ.Ambro.Receſſerũt ergo illi vbi cœperat dñs designari: tres etiã in principio videntur,vnus in fide.perfectæ enim fidei vnũ sunt.Ergo & illi quasi recipiũtur in Christi corp⁹, quia & nos vnum erim⁹ in Christo Iesu,aut fortasse quia lex & prophetæ ex verbo. Theo. Quę autẽ ex verbo cœperũt,in verbo definunt : per hoc enĩ innuit quòd vsq; ad tẽpus aliquod lex & prophetę appareret, sicut hic Moyses & Elias.Postmodum autem solus Iesus illis recedẽtibus. nam tunc euangelium manet transactis legalibus . Beda. Et nota sicut domino in Iordane baptizato, sic etiam in monte glorificato totius trinitatis mysterium declarari:quia gloriam illius quam in baptismate confitemur,in resurrectione videbimus.Nec frustra spiritus sanctus hic in lucida nube , illic apparet in columba:quia qui nunc simplici corde fidẽ quam percipit seruat,tunc luce apertę visionis quæ crediderat contẽplabitur.Orig.Non vult autẽ Iesus dici quę ipsius spectãt ad gloriã ante suã passionẽ.vñ sequit: Et ipsi tacuerũt &c.Offensi enim fuissent,&pręcipuè vulgus si vidisset crucifigi eũ qui sic fuerat glorificatus. Dama.Hoc etiã præcepit domin⁹: sciẽs discipulos imperfectos qui nõdum sortiti erant plenam spiritus participationem, ne corda aliorum qui non viderant subuerterentur tristitia,& ne proditor incitaretur ad inuidiæ rabiem.

Trinitatis mysterium.

Factum est autẽ in sequenti die, descendẽtibus illis de mõte,occurrit illis turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit,dicẽs:magister, obsecro te respice in filium meũ: quia unicus est mihi. Et ecce spiritus apprehendit eum,& subitò clamat,& elidit & dissipat eum cũ spuma,& uix discedit dilanians eum. Et rogaui discipulos tuos ut eijcerent illud: & nõ potuerũt. Respondẽs autem Iesus,dixit:O generatio infidelis & peruersa, usquequo ero apud uos & patiar uos? Adduc huc filiũ tuum. Et cũ accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundum,& sanauit puerum,& reddidit illum patri eius. Stupebant autem omnes in magnitudine dei.

Beda.Loca rebus congruũt.In monte orat dominus, trãsformatur,discipulis arcana suæ maiestatis aperuit: in inferiora descẽdens,turbæ occurſu excipit.vnde dicitur:Factũ est autẽ &c.Sursum patris vocẽ pandit,deorsum spiritus malos expellit.vñ sequit: Et ecce vir de turba exclamauit,dicẽs:magister, obse.te resp.&c. Titus. Videtur mihi sapiens quidẽ hic esse:nõ enim dixit saluatori,Fac hoc vel illud, sed respice. hoc enim sufficit ad salutem,sicut propheta dicebat,Respice in me & miserere mei.Et dicit: In filium meũ , vt rationabilem demonstret inuerecũdiam, ꝙ solus in multitudine clamat.Addit:Quia vnicus est mihi.q.d. nullus alius expectatur futurus remediũ senectutis. Consequẽter explicat passionẽ vt audientem moueat ad pietatem, dicens:Et ecce spi.apprehẽdit eũ,&c. Deinde videtur criminari discipulos. Sed magis respondet ꝙ iustè verecũdiam deposuerit,dicens: Et rogaui discí.tu. vt eiice. il. & non potuerũr.q.d.non putes quòd leuiter ad te peruenerim,stupẽda est dignitas tua,nec statim te molesta ui,ad discipulos tuos accessi primo:nũc quia non curauerunt,cogor ꝓficisci ad te.vnde & dñs non ipsum,sed genus incredulum increpat.Sequit:Respon.au. Ie.&c. Chryso.Sed hũc hominem multũ infirmari in fide euãgeliorum scriptura ostendit ex pluribus:ex eo.s. quòd dixit: Adiuua incredulitatẽ meã:&,si potes:& ex eo ꝙ Christus dixit,Credenti omnia possibilia sunt. Cyril,

Filiorũ amor.

Vnde meli⁹ puto incredulũ reputatũ dęmoniaci patrẽ, quòd & sacros apostolos obiurgauit, dicẽs eos nõ posse imperare dæmonibus: potius autem erat honorando deum ab eo petere gratiã, annuit enim veneratus. Qui autem dicit debilitari erga virtutẽ quæ est in spũs malignos, eos qui à Christo adepti sunt potestatẽ eiiciẽdi eos, gratiã magis calũniatur quàm fulgẽtes ea, in quibus Christus operat. vnde offenditur Christus accusatis sanctis, quibus est commissum verbũ prædicationũ sacrarum, propter quod dñs increpat eum & cõcordes ei, dicẽs: O generatio infidelis & puersa. q.d. Causa tuę infidelitatis gratia effectũ sortita non est. Chryſ. Non autem dirigit sermonem ad eum tantum, sed ad omnes Iudęos, ne faciat eũ hęsitare. oportebat enĩ scandalizari quãplures. Theop. Quòd autẽ dixit Peruersa. demõstrat q̃ non à principio neq; naturaliter inerat eis malitia, sed natura quidẽ erant recti semẽ Abrahæ existẽtes, sed per malitiã erant peruersi. Cyril. Quasi nescientes procedere rectis incessibus, cũ eis autem qui sic sũt dispositi, Christus commorari dedignatur. vnde dicit: Vsquequo ero apud vos & patiar vos? ferens quasi molestè eorũ cõuersationẽ propter prauitatẽ ipsorũ. Chryso. Per hoc etiam ostendit desideratũ sibi esse suum recessum: & quòd non erat graue crucis patibulũ, sed magis ipsorum conuersatio. Beda. Non q̃ tędio superatus sit mãsuetus & mitis, sed in similitudine medici si ęgrotum videat contra sua pręcepta se gerere dicat, vsquequo accedam ad domũ tuam? me aliud iubẽte, te aliud faciente. Intantũ autem nõ est iratus homini sed vitio, vt statim intulerit: Adduc huc filiũ tuum. Titus. Poterat quidem solo iussu eũ liberare, sed propalat suã passionem subiiciens infirmũ præsentium visioni. Deinde dæmoniũ postquam dominũ sensit, concutit puerũ. vnde sequit: Et cum acce.eli.illum dæmo. & dissipauit. vt sic prius exprimat passio, deide adhibeatur remedium. Chryso. Non tamen hoc dñs ad ostẽtationẽ facit, sed causa patris, vt eũ viderit dęmoniũ conturbari propter solam vocationem, sic saltẽ inducatur ad fidẽ futuri miraculi. de quo sequit: Et increpauit. Iesus spiritũ immun. & sanauit puer. & red.il.pa.eius. Cyril. Antea autẽ non erat patris, sed dæmonis occupantis. Subdit autẽ euangelista stupere plebẽ in magnaliis dei, dicẽs: Stupebãt autem omnes in magnitudine dei: quod dicit propter donum Christi, qui sacris quoq; apostolis contulit potestatem agendi diuina miracula & imperandi dæmonibus. Beda. Mysticè autẽ pro qualitate meritorũ quotidie aliis descendit dñs, dum perfectos quorũ conuersatio in cælis est sublimius extollendo glorificat, & de ęternis instruit, & docet quę à turbis audiri non valẽt. Aliis autem descendit, dum terrenos & insipientes cõfortat docet & castigat. Hũc autem dæmoniacũ Matthæus lunaticũ, Marcus surdum & mutũ describit. Significat enĩ illos qui vt luna mutãtur per diuersa vitia crescentes & decrescentes: qui muti sunt non confitendo fidem. Sic surdi, nec ipsum fidei audiendo sermonẽ. Dum puer autem ad dominũ accedit eliditur, quia cõuersi ad dominũ plerumq; à dæmonio grauius pulsant: vt vel odium virtutis incutiat, vel expulsionis suę vindicet iniuriã: sicut ecclesię primordiis tot grauissima intulit certamina, quot suo regno doluit subito illata dispendia. Non puerũ autem qui vim patiebatur, sed dæmonium qui inferebat increpat. quia qui peccantem emendare desyderat, vitium arguendo & odiendo depellere, sed hominẽ debet amando refouere, donec sanatum spiritalibus ecclesię possit reddere patribus.

Calũnia gratiæ.

Tropologia pulchra.

Omnibúsque mirantibus in omnibus quæ faciebãt, dixit ad discipulos suos: Ponite vos in cordib⁹ vestris sermones istos: Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum. At illi ignorabant uerbum istud, & erat uelatum ante eos ut non sentirent illud, & timebant eum interrogare de hoc uerbo.

Cyril. Omnia quæcũq; operabat Iesus admiratione digna penes omnes erant, irradiabant enim quiddã prę cipuum & diuinũ in qualibet operatione ipsius secundum illud: gloriã & decorẽ superpones ei. Et si omnes quidẽ mirarentur in his quæ faciebat, ipse tamen hæc quę sequũtur non omnibus, sed discipulis retulit. vnde dicitur: Omnibúsq; miran. &c. Ostẽderat in monte discipulis gloriam suã, & post hoc liberauerat quendam à spiritu nequam, sed oportebat eum sustinere passionem pro nobis. Poterant autem discipuli conturbari dicentes: Nunquid decepti sumus dum deum esse eum arbitraremur? Vt ergo scirent quid circa ipsum futurũ erat, velut quoddam depositũ iubet eos in mente habere passionis mysteriũ, dicens: Poni. vos in cor. vestris. Quòd dicit, Vos: distinguit eos ab aliis. Neq; enim oportebat vulgares scire quoniã passurus esset, sed erant potius certificandi quoniã mortuus resurgeret destruens mortem: ne scandalizarent. Tit⁹. Cũctis igitur admirantibus signa, ipse prænunciat passionem: non enim signa saluãt, sed crux beneficia prestat. vnde subdit: Filius enim hominis futu. est vt tra. in ma. hominũ. Orig. Non autem exprimit manifestè à quo tradendus sit: ali quis enim dicit eũ tradendum à Iuda, aliquis à populo. Paulus autem dicit q̃ deus pater pro nobis omnib⁹ tradidit eum: sed Iudas tanq̃ pro pecunia tradens eũ hosti liter prodidit, sed pater beneficii causa. Theo. Eorũ autem infirmitati domin⁹ condescendẽs, & eos disciplina quadam gubernãs, qđ de eruce dictũ est intelligere non pmisit. vnde sequit: At il. igno. &c. Beda. Hęc ignorantia discipulorũ, nõ tam de tarditate q̃ de amore nascitur, qui carnales adhuc & mysterii crucis ignari, quẽ deum verum erediderunt, moriturũ eredere nequiuerunt. Et quia per figuras eũ sæpe loquentem audire solebant, etiam quę de sua traditione loquebatur, figuratiuè eum illud significare putabãt. Cyril. Dicet autem aliqs forsã, qualiter ignorauerũt discipuli crucis Christim ysterium, cum per vmbram legis in pluribus locis tangeretur? Sed vt Paulus cõmemorat, vsq; ad hodiernum diem quando legit Moyses, velamẽ adiacet cordi eorũ. Expedit ergo accedentes ad Christũ dicere: Dete ge oculos meos & contẽplabor mirabilia de lege tua. Theo. Vide etiã discipulorũ reuerẽtiã ĩ hoc qđ sequit: Et time. interro. &c. Nã timor gradus est reuerentię.

Sententia pulchra.

Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorũ maior esset. At Iesus uidens cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se, & ait illis: Quicũque susceperit puerum istũ in nomine meo, me recipit. Et quicũque me receperit, recipit eũ qui me misit. Nã qui minor est inter uos omnes, hic maior est. Respondens autẽ Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quẽdam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illos IESVS: Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est.

Cyril. Infidiatur diabolus multimodè diligentibus optimam vitã: & si quidẽ per carnales illecebras obsidere valeat alicuius mentem, affect⁹ voluptatũ exacuit: si quis autẽ hos effugerit laqueos cupidinis, gloriæ suscitat passionem, quæ quidẽ passio vanę gloriæ inuasit quẽdam apostolorum suorũ. vnde dicitur: Intra. au. eo. in eos quis eo. esset ma. hoc enim cogitare, est cupiditis cæteris superesse. Importabile autẽ puto omnes discipulos hanc ægritudinẽ incurrisse, & ideo ne crimen alĩ quod contra aliquẽ discipulorum euangelista machinari videret, exprimit indeterminatè dicens, quòd intrauit in eos cogit. Theo. Videtur autẽ hanc passionem ex hoc ortam fuisse, quòd dęmoniacũ curare nõ valuerũt: eis de hoc altercantibus, vno dicente quòd nõ propter meam impotentiã, sed alterius curari non valuit: vt ex hoc accensa contentio fuerit, quis eorũ maior esset. Be da. Vel quia viderant Petrũ Iacobum & Ioannẽ, seorsum ductos in montem, & Petro claues regni cælorum promissas fuisse irati sunt, vel ipsos tres cęteris, vel Petrum omnibus esse prælatũ, vel quia tributi solutione Petrum ipsi dño parificatũ viderant, ipsum prę cęteris arbitrabãtur pręferendũ. Sed diligens lector hanc ĩtra eos quæstionẽ etiam ante didragma redditum ĩueniet fuisse versatam. Deniq; Matthę⁹ hoc in Capharnaum memorat esse gestum: dicit autẽ Marcus, Et venerunt Capharnaũ, qui cùm in domo essent ĩterrogabat eos, quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siquidẽ inter se in via disputauerant quis illorũ esset maior. Cyril. Dominus autem qui nouit saluos facere videns in mẽte discipulorum sup hoc cogitationẽ exortã, velut quãdam amaritudinis radicem, priusq̃ augmentũ susciperet, radicitus eam euellit. cũ enim inchoãt passiones in nobis, facile deuincũtur: sed auctę difficilè sunt mobiles. vnde sequit: At Iesus vi. &c. Discat qui nudũ hoĩem putat esse Iesum se erasse: q̃is enim verbum caro factum sit, mansit tamen deus. Nam soli⁹ dei est posse rimari corda & renes. Quòd autẽ puerũ assumpsit & ponebat penes se, agebatur causa apostolorũ vtilitatis & nostræ. Depascit enim inanis glorię morbus vt plurimùm eos qui præeminent in hominib⁹ aliis. Puer autẽ sinceram gerit mentẽ, immaculatũ cor, & manet in simplicitate cogitationũ: nõ ambit honores, nec nouit cuiusuis prerogatiuę modum, nec refugit videri minus se habere, non multã gerit sęueritatem in mente & corde. Tales autem dñs amplexatur & diligit, & prope se dignatur habere, quasi qui elegerunt quæ sua sunt sapere. Ait enim: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. vnde sequitur: Et ait il. quicũq; susceperit puerũ istum in nomine meo, me recipit. q.d. quãdo vna & eadem est merces honorantibus sanctis, siue forsan minimus sit, siue clarus honore & gloria, q̃a in eo Christus susciptur, quomodo nõ vanum est petere inuicẽ fungi prerogatiua? Beda. In hoc autẽ nõ simpliciter pauperes Christi ab his qui velit esse maiores pro eius docet honore suscipiẽdos, vel malitia paruulos istos esse suadet. vnde cùm diceret, Quicũq; susceperit puerũ istum, addit, in nomine meo, vt scilicet formã virtutis quam nactig sint tura duce puer obseruat ipsi pro nomine Christi rationis ĩdustria sequãtur. Sed quia & se in puero suscipi docet, & ipse puer natus est nobis, ne putaret hoc esse solũ quod videbatur, subiũxit: Et quicũq; me receperit, recipit illũ qui me misit. Talem se vtiq; ac tantum credi volens, qualis & q̃tus est pater. Ambr. Qui enim imitatorem Christi recipit, Christũ recipit: & qui imaginem dei recipit, deum recipit. Sed quia imaginem dei non poteramus videre, facta est nobis per incarnationẽ verbi præsens, vt reconciliaretur nobis quæ supra nos est diuinitas. Cyril. Adhuc autem magis insinuat promissi verbi intentionẽ, dicens: Nã qui minor est inter vos omnes, hic maior est. Quod de modesto dicit, qui nihil de se sublime putat ꝓpter honestatẽ. Theo. Quia ergo domin⁹ dixerat, Qui minor est inter vos omnes, hic maior est, timuit Ioannes ne fortè malũ aliquod fecerint, propria potestate quendam hominem prohibẽtes. nam prohibitio nõ minorem prohibentẽ ostendit, sed maius aliquid sapientẽ. vnde subditur: Respondens autem Ioannes dixit: Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eũ. Non quidem inuidentes, sed operationẽ miraculorum diiudicantes: non emi cum eis miraculorũ potestatem acceperat, neq; eũ dominus miserat sicut illos, neq; Iesum in omnibus sequebat. vnde subdit: Qui nõ sequit te nobiscum. Ambro. Ioannes enim plurimũ diligẽs & ideo reamatus plurimũ, excludendum putat beneficio eum qui nõ vtatur obsequio. Cyril. Sed oportebat magis pensare non hũc ipsum esse miraculorũ auctorẽ, sed gratiam quę est ĩ eo qui in virtute Christi miracula pficit. Quid autẽ si non cõnumerentur apostolis q̃ Christi gratia coronãtur? Multę sunt differentiæ Christi donorum, sed quia tradiderat saluator potestatem apostolis, vt spũs immũdos eiicerent, putauerunt nulli aliorũ quàm sibi solis licere concessam gerere dignitatem, & ideo accedunt scisciantes si liceat & aliis hoc agere. Ambro. Non reprehendit autem Ioannes, quia amore faciebat, sed docetur vt nouerit infirmorũ esse firmorũque distantiam. Et ideo domin⁹ & si fortiores remunerat, tamen nõ excludit infirmos. vnde sequit: Et ait ad il. Ie. Nol. prohi. Qui enim nõ est aduer. vos, pro vo. est. Bene domine. nã & Ioseph & Nicodemus occulti discipuli propter metũ, in tempore tamen suũ tibi officium non negauerunt: sed tamen quia alibi dixisti, qui nõ est mecum aduersum me est, & qui mecũ non colligit dispergit: aperi nobis, ne videat esse contrarium. & puto quia si quis mentiũ consideret scrutatorem, nõ debeat dubitare vniuscuiusq; factũ mente discerni. Chryſ. Illic enim cũ dixit: Qui non est mecũ aduersum me est, ostẽdit diabolum & Iudæos sibi esse contrarios: hic autem ostendit eũ qui in nomine Christi dæmones eiiciebat, in parte cũ eis existere. Cyril. q.d. Pro vobis qui Christum diligitis, sunt q̃ prosequi volunt quę ad ipsius gloriam spectant, eiusdẽ gratia coronati. Theo. Mirare autem Christi virtutem qualiter p indignos & nõ discipulos eius gratia operatur: sicut & per sacerdotes sanctificeantur homines, quãuis sacerdotes sancti non fuerint. Ambro. Cũ autem hic eos qui possunt per manus impositionem immũdis imperare spiritib⁹ in nomine Iesu, neget esse ꝓhibendos, secũdum Matthæum dicit his, Non noui vos. Sed aduertere debem⁹ non esse sententiarum discordiã, sed illud censeri, quòd nõ solũ officii in clericis, sed etiam virtutis opera requirant, tantúmq; esse Christi nomẽ vt etiam parũ sanctis opitulet ad prędium, & si nõ ad gratiã: vnde nemo purgati hominis sibi gratiam vendicet, in quo æterni nominis virtus operata sit: non emi merito suo diabol⁹, sed odio sui vincitur. Beda. Itaq; in hæreticis & malis catholicis non sacramenta cõmunia, in quibus nobiscum sunt, & aduersus nos non sunt: sed diuisionem paci veritatíque contrariam, qua aduersum nos sunt, & dominũ non sequuntur nobiscum detestari & prohibere.

Nota mysterium verborum.

Iesus videt cogitationes.

Pauperes Christi q̃ sint

Author miraculorũ gratia.

Christi virt⁹ miranda.

Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suã firmauit ut iret in Hierusalẽ. Et misit nuncios ante conspectum suũ: & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum ut pararẽt illi. Et non receperunt eũ: quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cũ uidissent autẽ discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerũt: Domine, uis dicimus ut ignis descendat de cælo & consumat illos? Et cõuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis: filius hominis non uenit animas perdere sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.

Cyril. Cũ immineret tempus quo decebat dominũ peracta passione salubri cælũ ascendere, decreuit ascẽdere Hierosolymã, vnde dicitur: Factum est autem, &c. Titus. Quia ibi oportebat verum agnum offerri, vbi figuralis agnus immolabatur. Dicit autẽ firmauit fa-

ciem suam,id est non huc & illuc ibat,nec perambula-
bat vicos & municipia: sed iter tenebat versus Hieru-
Argumē tum contra paganos. salem.Beda. Cessent ergo pagani quasi hominē videre
crucifixũ,quem & tēpus suę crucifixionis constat quasi
deum prȩuidisse, & quasi spōte crucifigendus locũ quo
crucifigendus erat firmata facie.i.obstinata atq; imper
territa mente petisse.Cyril.Misit autē nuncios paratu-
ros ei, & comitibus eius hospitium, qui cum iuissent
ad terrā Samaritanorũ,non fuerũt admissi.vnde sequi-
tur:Et mi.nun. ante conspectũ suum, & eũtes intraue-
runt in ciui.Samari.vt para.il. & non rece.illum. Am-
bro. Disce, quia recipi noluit ab his quos sciebat non
simplici mente conuersos. Nā si voluisset, ex indeuotis
deuotos fecisset.sed de⁹ quos dignatur vocat, & quem
vult religiosum facit.Cur autē non receperunt,euange
lista memorat, dicens : Quia facies eius erat euntis in
Hierusalē. Theo.Sed si intelligamus ꝙ propter hoc il-
lum non receperũt,quia ire Hierusalē determinauerat:
inueniũtur hi excusati qui non receperũt eum. Sed di-
cendũ est ꝙ in hoc quod dicit euangelista: Et non rece
perunt illum:intelligitur illud ꝙ neq; in Samariam ve
nit, deinde quasi aliquo interrogāte, quare nō recepe-
runt ipsum,neq; eos adiuit,soluens hoc dicit:non quia
impotēs esset,sed quòd illuc ire nolebat, sed magis Ie-
rosolymam.Beda.Vel Hierusalem ire cōspicientes Sa-
maritani dominũ non recipiũt, non enim coutunť Iu-
dæi Samaritanis,vt Ioānes ostendit. Cyril.Sed cũ do-
minus qui ante omnia nouerat,sciret ꝙ eius nuncii nō
essent à Samaritanis recipiendi,ideo tamē prȩcepit eis
quòd præcederent , quia mos erat ei oīa satagere erga
profectum discipulorũ. Ascēdebat quidē Hierosolymā
propinquante tēpore passionis:vt igitur quādo pati eũ
viderent non scādalizarentur:considerantes ꝙ oportet
patientes esse cũ contumelias inferunt aliqui, præmisit
quasi quoddā præludiũ Samaritanorũ repulsam. Pro-
fuit autem eis & aliter.Futuri enī erant doctores orbis
terrarum,ciuitates & villas ꝑcurrentes ad prædicandũ
euangelicam doctrinā,quib⁹ aliquando occurrerent a-
liqui minime recipiētes sacrā prædicationem:quasi nō
concedentes secũ commorari Iesum.Docuit igiť eos ꝙ
diuinam annũciantes doctrinā pleni esse debebant pa-
tientia & māsuetudine.Non autē hostiles & iracundi,
& in peccantes in eos atrociter insurgentes:sed adhuc
Patiētia suadetur non erāt tales, imò zelo feruido cōcitati,volebāt ignē
de cælo suꝑ eos deducere.Sequiť: Cum vi.au.dis. eius,
&c.Ambro.Sciebant em̄ &Phinees reputatũ ad iusti-
tiam,quia sacrilegos interemerat, & ad p̄ces Elię ignē
descēdisse de cælo,vt ꝓphetę vindicaretur iniuria.Be-
da.Sancti em̄ viri qui optime scirent mortē istam quæ
animā dissoluit à corpore non esse formidandā,sed eo-
rum tamen animũ qui illam timerent,nōnulla peccata
morte punirēt:quo & viuētibus vtilis metus incutere-
tur,& illos qui morte puniebātur non ipsa mors noce
ret,sed peccatũ quod augeri posset si viuerēt.Ambrosi.
Sed vindiceť qui timet , vindictā non quærit q̄ non ti-
met : similiter ostendiť nobis in apostolis fuisse merita
prophetarũ,quando eandem sibi potestatē quam ꝓphe
ta meruit impetrādi iure prȩsumũt:& bene p̄sumunt ꝙ
ad sermonē suum ignis de cælo descēderet,quoniā filii
sunt tonitrui.Tit⁹. Censeť autem ab eis multo iustius
esse Samaritanos perire dominũ nō admittētes, quàm
quinquaginta seruũ excludere tentātes.Dominus autē
in eos non cōmouetur, vt ostenderet q̄a non habet vl-
tionis studiũ perfecta virtus,nec vlla sit iracundia vbi
plenitudo charitatis. Nā nec excludēda est infirmitas,
sed iuuanda : procul sit à religiosis indignatio, procul
à magnanimis cupiditas vltionis.vnde sequiť:Et con.

incre.il.& di.Nesc.cu.spi.estis.Beda.Reprehēdit in eis
dominus non exēplum prophetę sancti,sed ignorantiā
vindicādi quę adhuc erat in rudibus : animaduertens
eos non amare correctionē, sed odio desyderare vindi-
ctam.Itaque postea quàm eos docuit quid esset dilige-
re proximũ tanquā seipsum, infuso etiā spiritu sancto
non defuerunt tales vindictę, quāuis multo rarius q̄ in
veteri testamēto.quia sicut sequiť,Filius ho. non ve.a-
ni.perde.sed sal.q.d. Et vos ergo qui ei⁹ spiritu signati
estis,etiam acta eius imitamini,nũc piè cōsulentes,sed
in futuro iustè iudicantes.Ambro.Nō enim semper in
eos qui peccauerunt est vindicandum, quia nonnũquā
amplius prodest clementia tibi ad patiētiam, lapso ad
correctionem. Denique Samaritani citius crediderũt,
à quibus hoc loco ignis arcetur.

*Factum est autē ambulantibus illis in uia,dixit quidam ad
illum:Sequar te quocũque ieris. Dixit illi Iesus : Vulpes fo-
ueas habent,& uolucres cæli nidos: filius autē hominis non
habet ubi caput suũ reclinet.Ait autē ad alterũ:Sequere me.
Ille autem dixit:Domine,permitte mihi primum ire & sepe-
lire patrem meum.Dixitque ei Iesus: Sine ut mortui sepeliāt
mortuos suos, tu autem uade , & annuncia regnum dei.Et
ait alter: Sequar te domine , sed permitte mihi primum re-
nunciare his qui domi sunt . Ait ad illum Iesus: Nemo mit-
tens manum suam in aratrum & aspiciens retro , aptus est
regno dei.*

Cyril.Et si munificus sit omniũ dominus,nō simpli-
citer & improuide singulis dat superna & diuina dona,
sed illis qui digni sunt recipere, qui scilicet animā suā
alienant à maculis prauitatũ:& hoc nos docet euange-
licorum verborũ virtus cũ dicitur,factũ est autem,&c.
Primo quidē plurima cōtinetur in accessu inertia,con-
sequenter ostendiť quòd plenus sit impudentia nimia.
neque em̄ simpliciter Christũ sequi petebat, sicut alii
plures de populo,sed magis īsiliebat ad apostolicas di-
gnitates,cũ Paulus dicat: Non assumat quisquā sibi ho Temeritas arguitur.
norem,sed à deo vocat⁹.Atha. Ausus etiam fuit æqui-
parare se incomprehensibili saluatoris potestati,dicēs:
Sequar te quocũque ieris. eo quòd sequi saluatorē sim-
pliciter ad eius audiendā doctrinā possibile est humanę
naturæ proprietate qua fungitur erga homines: nō est
autem possibile secũ concurrere vbilibet existēti. ipse
namq; incomprehensibilis est, & nō circũscribitur lo-
co.Cyril.Alio quoq; modo non immerito recusabilem
facit eum.decebat enim ipsum crucem suā accipere ad
sequendum dominũ,& abrenũciare præsentis vitę affe
ctibus,& hoc dominus in eo reprehendit,nō vituperās
sed corrigens.Sequiť:Et ait il.Ie.Vul.fo.ha.&c. Theo.
Quia enim viderat dominũ multum populũ adducen-
tem,putauit ꝙ ab eis haberet p̄cium,& quòd si ipse do
minum sequereť,posset pecuniā congregare.Beda. Vñ
dicitur ei:Quid me propter diuitias & lucra huius se-
culi cupis sequi:cũ tantæ sim paupertatis vt nec hospi-
tiolum quidem habeā,& non meo vtar tecto?Chry.A-
spice qualiter paupertatē quam dominus docuerat per
opera demōstrat.Non erat ei mensa,nō candelabrũ,nō
domus:nec quicquā aliud talium.Cyril.Mystica autem
significatio vulpes & volatilia cæli malignas & astutas
potestates dæmonũ vocat.q.d.quādo vulpes & volati-
lia in te mansionem habent,qualiter Christus in te re-
quiescet?Quid cōmune est luci & tenebris? Atha. Vel
in hoc dominus magnitudinē sui muneris docet. q.d.
Omnia generabilia circũscribi possunt,verbũ vero dei
incōprehēsibilis potestatis est.Et ideo ne dicas:Sequar
te quocũque ieris.Cæterũ si velis discipulus fieri, abdi
ces irrationabilia:eo ꝙ impossibile est eum qui mora-
tur in irrationabilitate,verbi discipulum fieri. Ambr.

Hæreseos detestatio. Vel vulpes hȩreticis comparat,fallax quippe animal &
insidiis semper intentũ & rapinam fraudis exercet.Ni
hil tutum,nihil ociosum,nihil patitur esse securum,eo
quòd intra ipsa hospitia prædā requirunt.Ita sunt hęre
tici,qui domũ sibi parare nō norunt, sed circũscriptio
nibus suis alios decipere conātur.hoc animal neq; mā-
suescit vnquā. vnde apostolus ait,Hæreticũ post vnā &
secũdam correctionē deuita:volucres vero cęli frequē-
ter ad nequitiæ spiritualis similitudinē deriuantur, &
veluti nidos quosdam struũt in pectoribus improborũ:
& ideo dominante versutia in affectibus singulorũ nul
la potest diuinitatis esse possessio. Vbi autē mentē pro
bauerit innoxiā,supra ipsum quodāmodo vim suę ma-
iestatis reclinat,quia profusiore quadam gratia bono-
rum peccatoribus inserať.Sic igitur non videtur cōue-
nire rationi vt simplicem fidelemq; ipsum arbitremur
qui domini dignatione respuitur:cũ indefessi famulat⁹
obsequium spopondisset.Sed dn̄s non obsequiorũ spe-
ciem,sed puritatē quærit affectus : nec obsequium eius
admittitur,cuius non ꝓbatur officiũ,circunspectũ ete-
nim fidei debet esse hospitiũ,ne dum infidelib⁹ nostræ
domus interna reseram⁹, in alienam perfidiam impro-
uida credulitate labamur.Itaq; vt aduertas deũ nō cul-
tus aspernantē esse,sed fraudis, qui repudiauit fraudu-
lentum,elegit innocentē.Sequitur : Ait au. ad alt. Se-
quere me.Sed hoc dicit ei,cui⁹ patrē iam sciebat mor-
tuum.vnde sequitur:Ille au.di.Domine,&c. Beda.Nō
discipulatũ respuit,sed expleta primum paterni funeris
pietate liberior assequi desyderat.Ambro.Sed domin⁹
quos miseratur aduocat.vnde sequiť:Dixitq; Iesus:Si-
ne vt mor.se.&c. Cũ religiosum humani corporis sepe
liendi acceperimus officiũ,quo paterni quoque funeris
sepultura prohibetur, nisi vt ītelligas humana postha-
bēda diuinis?bonũ studiũ, sed magis impedimentũ.nā
qui partiť studiũ, deriuat affectũ, qui diuidit curā dif-
fert profectum.ergo prius sunt obeunda quæ maxima:
nam & apostoli ne occuparētur studio dispēsandi,mini
Altitudo mandatorum dei ostēditur. stros pauperibus ordinarunt.Chrys. Quid autē magis
necessariũ paternis exequiis?quid facilius?cũ non esset
multum tēporis dandum, per hoc docemur ꝙ minimũ
temporis frustra ducere decet,& si mille cogentia sunt
imò præferre spiritalia cũctis admodũ necessariis. Dia
bolus enim insistit attentus volens aliquē aditum inue
nire:& si modicam sumat negligentiā, magnam opera
tur pusillanimitatem. Ambro.Non ergo paterni fune-
ris sepultura prohibetur, sed necessitudini generis di-
uinę religionis pietas antefertur.Illud consortibus re-
linquitur,hoc mādatur relictis, quomodo autē mortui
sepelire mortuos possunt?nisi geminā hic ītelligas mor
tem: vnam naturæ,alterā culpę.Est etia mors tertia:in
qua peccato morimur,deo viuimus.Chry.Cũ ergo di-
xisset mortuos suos:ostendit hũc non esse mortuum e-
ius: puto enim de numero īfidelium fuisse defunctum.
Ambro.Aut quia sepulchrũ patens est guttur impiorũ,
memoria eorũ abolēda prȩscribitur. quorũ simul cum
corpore meritũ occidit: nec reuocatur ab officio patris
fili⁹, sed fidelis à perfido cōmunicatione secernitur.nō
interdictum est muneris sed religionis mysteriũ,cōmu
nionem nobis cũ gentibus mortuis non futurā. Cyril.
Vel ali.Erat enim pater senectute grauatus.putat autē
honestum aliquid agere dum proponeret obseruare ei
debitam pietatem : secundum illud, Honora patrem
tuum & matrem tuā. vnde vbi vocatus est ad euangeli
cum mysteriũ dicente domino,Sequere me : quærebat
inducias quæ sufficere possent ad decrepiti patris sustē
tationem,di.Permitte mihi primum ire & sepelire pa-
trem meum, nō quòd defunctũ patrē sepelire rogaret,

neque enim Christus hoc agere volentē impedisset:sed
dixit sepelire.i.sustētare in senectute vsq; ad mortem. Pietas ī deũ præferenda.
Sed dominus ad eum dixit:Sine mortuos sepelire mor
tuos suos.erant em̄ & alii curatores linea parentelæ a-
stricti:sed vt æstimo mortui,eo ꝙ nondum Christo cre
diderant. Hinc ꝑcipe quòd præferenda sit pietas qua
deo tenemur amori,parentũ, quibus reuerētiam exhi-
bemus,quia per eos geniti sum⁹. Sed omniũ deus cùm
non essemus, ad esse nos conduxit, parētes autem facti
sunt ministri introitus ad esse. Aug.de con.euā.Hæc er
go dicebat dominus illi cui dixerat,Sequere me. Alius
vero discipulus misit se in medio, cui nemo aliquid di-
xerat.vnde sequiť:Et al.ait:Sequar te dn̄e, &c.Ne for-
tè quomodo fieri solet quȩrant me.Cyril.Imitanda aũt
huiusmodi promissio & omni laude plena: sed quærere
renunciare his qui domi sunt licētiando se ab eis osten
dit,quòd vtcũq; diuisus sit à domino,dũ hoc p̄fectè ad-
ire proposuerit mente.nā velle consulere proximos nō
consensuros huic proposito, indicat se vtcũq; labātem,
propter quod dn̄s hoc improbat.Sequitur:Ait ad il.Ie.
Ne.mit. &c. Apposuit manum aratro, qui affectuosus
est ad sequendũ:tamen respicit retro, q̄ dilationē petit
occasione redeundi ad domũ,& cum ꝓpinquis confe-
rendi.Aug.de ver.do.q.d.ei:Vocat te oriens, & tu attē
dis occidentē.Beda.Manum etiam cuilibet in aratrum
mittere,est quasi quodā compunctionis instrumēto li-
gno & ferro dominicæ passionis duritiē sui cordis atte
rere,atq; ad ferendos bonorũ operum fructus aperire:
quam si quis excolere incipiens cum vxore Loth ad ea
quæ reliquerat respicere delectatur, futuri iā regni mu
nere priuatur.Græc.Crebri nāq; intuitus eorũ quæ de
seruimus propter consuetudinē trahunt ad retroacta.
Violentũ enim quid vsus est ad retinendum sibi.Nōn- Vsus est quid violentum.
ne habit⁹ ex vsu,ex habitu vero natura innascitur? Na
turam vero amouere vel alterare difficile.nā & si paulis
per declinet coacta,redit ad seipsam velociter.Beda.Si
autē secuturus dn̄m discipul⁹,quia vel domi renũciare
velit arguiť,quid fiet illis qui nulla vtilitatis gratia sę-
pe visitant domos illorũ quos in mundo reliquerunt?

CAP. X.

*Post hæc autem designauit dominus & alios
septuaginta duos, & misit illos binos ante
faciem suā in omnem ciuitatem:& locũ,quo
erat ipse uēturus.Et dicebat illis:Messis qui
dem multa,operarij autē pauci.Rogate aũt
dominum meßis,ut mittat operarios in messem suam.*

Cyril.Certificauerat deus per prophetas quòd euan
gelii prædicatio salutaris cōprehēsura erat nō solũ Is-
rael,sed etiam gentiũ greges.Et ideo à Christo post 12
apostolos & alii 72.sunt instituti. vnde diciť: Post hæc
au.design.dominus,&c.Bed.Bene 72. mittunť quia to
tidem mundi gentibus euāgelium prædicandũ erat: vt
quomodo 12.primo ꝓpter 12.tribus Israel,ita & hi pro
pter exteras gentes destinarentur imbuendas.Augu.de
quæst.euange. Sicut etiā 24. horis totus orbis peragiť
atque lustratur:ita mysteriũ illustrādi orbis per euange
lium trinitatis in 72.discipulis intimať. ter enim 24.
septuagītaduo faciũt.Beda.Sicut autē 12.apostolos for
mam episcoporũ prȩmōstrare nemo est qui dubitet,sic
& hos 72.figurā presbyterorũ.i.secundi ordinis sacer-
dotum gessisse sciendũ est: tam & si primis ecclesię tēpo
ribus,vt apostolica scriptura testis est,vtriq; presbyte- Mos ecclesię primitiuę.
ri,vtriq; vocabāť & episcopi:quorũ vnum sapiētiæ ma
turitatē,aliud industriā curæ pastoralis significat. Cy-
ril.Huius etiā forma in verbis Moysi figurabať:qui iu-
bente deo 70.elegit,quibus deus spiritũ infundebat.
In Numeris etiam scriptũ est de filiis Israel ꝙ venerũt

Universidad de ... Biblioteca

in Elim,quod interpretatur aſcenſus:& erãt ibi 12.fontes aquarũ & 70.palmę.Conuolantes enim ad augmẽtum ſpiritale reperiemus 12.fontes.ſ. ſacros apoſtolos: à quibus haurimus ſalutis ſcientiã,ſicut à fontibus ſaluatoris: & 70. palmas, hos.ſ. qui nunc deſtinati ſunt à Chriſto. Eſt enim palma arbor bonę medullę,bene radicata & fertilis, & ſemper naſcens in aquis,alta ſimul & frõdes porrigẽs ſurſum.Sequitur: Et mi.il.bi.Greg. in ho. Binos in prędicatiõe diſcipulos mittit,quia duo ſunt pręcepta charitatis,dei.ſ.amor,& proximi.Et minus quàm inter duos charitas haberi non poteſt: quatenus hic nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterũ non habet,prędicationis officiũ ſuſcipere nullatenus debet.Orige.Sicut etiam ex 12. bini & bini numerati fuerunt,vt in eorum catalogo Matthęus oſtendit. ꝙ enim bini famularẽtur dei verbo antiquum eſſe videt. Eduxit enim deus Iſrael de Aegypto per manus Moyſi & Aaron. Ioſue quoq; & Caleph concordantes præcauerũt prouocatũ à 12.exploratoribus populum. vnde dicitur: Frater à fratre adiutus vt ciuitas vallata. Baſi. Simul etiã per hoc indicauit quòd ſi aliqui pares ſunt in ſpiritalibus donis,hoc nõ ſinet in eis prævalere propriæ opinionis paſſionẽ.Greg.in ho.Bene autẽ ſubditur: Ante fa.ſu.in om.ci. &c. Prædicatores autẽ ſuos dominus ſequitur,quia prędicatio præuenit,& tunc ad mentis noſtræ habitaculũ dominus venit quãdo verba exhortationis præcurrunt,atq; per hoc veritas in mẽte ſuſcipit. Hinc prædicatoribus Eſaias dicit: Parate viã domini, rectas facite ſemitas dei noſtri. Theop. Deſignauerat autẽ dominus diſcipulos propter multitudinem doctoribus indigentẽ. ſicut enim noſtri agri ſpicati multos meſſores deſyderant, ſic qui crediturí erant innumerabiles exiſtẽtes, multis doctoribus indigebãt. vnde ſequitur: Meſ.quid.mul.Chry. Sed qualiter meſſem vocat,cùm res ad præſens exordiũ ſumatur:nondũ iacto aratro aut ſulcis productis de meſſibus tractat.poterant eñ diſcipuli vacillare & ſecũ meditari & dicere,qualiter nos numerus breuis emẽdare poterim⁹ totum mundũ:idiotę ſophiſtas,munitos nudi,dominãtes ſubditi? Ne igitur cõſideratione talium turbarent,vocat euãgeliũ meſſem.q.d.parata ſunt omnia: mitto vos ad paratam collectionẽ fructuum: eodẽ die & ſerere poteſtis,& metere.Sicut ergo colon⁹ exiens ad meſſes lętatur,ſic etiam vos multo amplius & alacrius neceſſarium eſt exire in mũdum. nam hoc negotiũ meſſis eſt, agros nobis exhibẽs pręparatos.Grego.in ho.Sed non ſine graui mœrore loqui poſſum⁹, quod ſubdit: Oper. au.pau.&c. ꝙa &ſi ſunt qui bona audiãt,deſũt ꝙ dicãt. Ecce mundus ſacerdotibus plenus, ſed tamen in meſſe dei rarus,valde reperit operator, quia officiũ quidẽ ſacerdotale ſuſcipimus,ſed opus officii non implem⁹. Beda.Sicut autẽ meſſis multa, eſt oĩs turba credentiũ:ita operarii pauci, ſũt apoſtoli,& imitatores eorũ qui mittunt ad meſſem.Cyril.Sicut aũt agri ſpacioſi meſſores multos exigũt:ſic & multitudo crediturorũ Chriſtum. vnde ſubdit:Ro.er.do.meſ.vt mit.op.ĩ meſ.ſuam. Illud autẽ attẽde quòd cũ dixiſſet:Rogate do.meſſis vt mittat operarios ĩ meſſem ſuã,ipſe poſtmodũ hoc peregit. Ipſe igitur eſt dñs meſſis,ac per eũ,& cum eo deus pater oĩbus dominatur.Chryſo.Multiplicauit autẽ poſtmodũ eos:non addẽs ad numerũ, ſed concedẽs virtutẽ. Inſinuat autem ꝙ magnum donũ eſt operarios mitti in meſſem diuinã,per hoc ꝙ dicit,dñm meſſis ſup hoc eſſe rogandũ.Greg.Per hoc etiã inducendi ſunt ſubditi, vt pro ſuis paſtoribus rogent, vt digna eis operari valeãt,nec ab exhortatione torpeat ligua.Sæpe enim pro ſua nequitia prędicantium reſtringitur lingua.Sępe vero ex ſubiectorum culpa agitur,vt eis qui pręſunt prędicationis ſermo ſubtrahatur.

Prędicatores bini & bini.

Meſſis euãgelij.

Doctrina mora lis.

Ite, ecce ego mitto uos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum,neque peram,neque calceamenta,& neminem per uiam ſalutaueritis.

Cyril.Narrat Lucas cõſequenter 70.diſcipulos vẽdicaſſe ſibi à Chriſto apoſtolicã eruditionẽ, modeſtiã, innocentiã,æquitatẽ,nihílq; mundanorũ ſacris prędicationibus præferre:aſpirare autẽ adeo ad fortitudinẽ mentis,vt nullũ terribiliũ formident,neq; ipſam mortem.vñ dicit,Ite.Chry. Erat eñ inter oĩa pericula eorum ſolatium virtus mittentis eos: & ideo dicit, Ecce ego mitto vos.q.d.hoc ſufficit ad cõſolationẽ veſtram, hoc ſufficit ad ſperandũ & non timendũ ſuperueniẽtia mala quæ ſignificat ſubdẽs,ſicut agnos inter lupos.Iſido.abbas.Denotãs ſimplicitatẽ & innocẽtiã: nam debacchantes & ſua enormitate iniuriantes naturæ,non agnos appellat,ſed hœdos.Ambro. Cõtraria autẽ ſunt ſibi iſta animalia vt alia ab aliis deuorẽtur.i. agni à lupis: ſed bonus paſtor lupos gregi ſuo timere nõ nouit. Ideoq; iſti diſcipuli nõ in prædam, ſed ad gratiã dirigũtur.ſolicitudo eñ paſtoris boni efficit vt lupi in agnos audere nihil poſſint. Mittit ergo agnos inter lupos, vt cõpleretur illud:Tũc lupi & agni ſimul paſcent. Chry. Hoc enim fuit manifeſtũ indiciũ præclari triumphi,vt circũdati eſſent diſcipuli Chriſti ab hoſtib⁹.quaſi agni inter lupos,eos tamen cõuerterent.Beda.Vel ſpecialiter lupos vocat ſcribas & phariſæos qui ſunt clerici Iudæorum.Ambro.Vel lupis ſunt hæretici cõparãdi.Lupi eñ beſtiæ ſunt quæ inſidiantur ouilibus & circa paſtorales verſanť caſas.Habitacula domorũ intrare non audent,ſomnũ,canum abſentiã,autdeſidiã paſtorũ explorant,ouiũ guttur inuadunt,vt cito ſtrangulẽt, feri, rapaces,natura corporis rigidiores, vt ſe facile nõ poſſint inflectere:impetu quodam ſuo ferunť, & ideo ſępe deludunť. Si quem priores hominẽ viderint,vocẽ eius quadã naturæ vi ferũtur eripere:ſi autẽ homo prius eos viderit,exagitari memorãtur. Sic hæretici inſidiantur ouilibus Chriſti,fremunt circa caſas nocturno tẽpore: ſemp eñ perfidis nox eſt,qui lucẽ Chriſti nebulis pravæ interpretationis obducũt: ſtabula tamẽ Chriſti intrare non audent,& ideo nõ ſanantur, ſicut curatus eſt ille in ſtabulo ꝙ incidit in latrones.Explorant paſtoris abſentiã:quia ꝑſentibus paſtoribus oues Chriſti incurſare non poſſunt. Quadã etiam mentis intẽtione durí & rigidi nequaq; ſolẽt à ſuo errore deflectere: quos ſcripturę verus interpres Chriſtus illudit, vt inuanũ ſuos effundant impet⁹,& nocere nõ poſſint.qui ſi quem verſuta diſputationis ſuæ circũſcriptione ꝓueniunt,faciũt obmuteſcere:mutus eſt eñ qui verbũ dei non eadẽ qua eſt gloria cõfitetur. Caue igiť ne tibi vocẽ tollat hæreticus,ne priorem nõ ipſe deprehenderis:ſerpit eñ dum latet eius perfidia.ſi autẽ cõmenta impietatis ei⁹ agnoueris,iactură pię vocis timere non poteris. Guttur inuadũt,vitalibus vulnus affigunt dum animã petunt.Si etiã audies aliquẽ ſacerdotẽ dici & rapinas eius cognoſcis,foris ouis,intus lupus eſt:qui humanę necis inſaturabili erudelitate rabiem ſuam deſyderat explere. Greg.in paſto.Multi eñ cum regiminis iura ſuſcipiũt, ad lacerãdos ſubditos inardeſcũt, terrorem poteſtatis exhibent.Et quia charitatis viſcera nõ habent,domini videri appetũt,patres ſe eſſe minime recognoſcũt, humilitatis locũ in elationẽ dominationis ĩmutant.Contra quæ omnia cõſiderandum nobis eſt quia ſicut agni inter lupos mittunť,vt ſenſum ſeruãtes innocẽtię,morſum malitiæ nõ habeamus.Qui eñ locum prędicationis ſuſcipit,mala inferre nõ debet,ſed tolerare. Quem

Hęretici lupis cõparãtur.

Repręhenſio prauorũ prælatorũ.

& ſi quãdo zelus rectitudinis exigit vt erga ſubiectos ſęuiãt,int⁹ paterna pietate diligat quos foris quaſi inſequendo caſtigat.Quod tũc rector bene exhibet,cum terrenę cupiditatis honorib⁹ nequaq; mentis colla ſupponit.vnde ſubdit:Nolite portare ſacculũ neq; peram. Grego.Nazã.Quorum ſumma eſt vt adeo virtuoſi exiſtant,ꝙ non minus ꝓpter vitę modum q̃ propter eorũ verbum euangeliũ proficiat. Greg. in Ezechielẽ. Tãta enim prędicatorũ debet eſſe ĩ deo fiducia, vt pręſentis vitæ ſumptibus q̃uis non prouideat,tamẽ ſibi hos non deeſſe certiſſimè ſciat. Ne dũ mens eius occupať ad tẽporalia,minus aliis ꝓuideat æterna.Cyril.Sic igiť præceperat nec de ipſo ſubiecto curam habere, cũ dixerat: Mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nec etiã cõceſſit ſolicitos eſſe erga extrĩſeca corpori, cũ dixit: Nolite portare ſacculũ neq; perã.Nec etiam conceſſit portare aliquid eorum quę nondũ vnita ſunt corpori, vnde ſubdit:Neq; calceamenta.Non ſolũ autẽ ſacculum & perã portare ꝓhibuit,ſed nec aliquã ſtudii diſtractionẽ permiſit aſſumere,qui nec ob obuiantiũ ſalutationẽ diſtrahi voluit.vnde ſubdit,Et neminẽ per viam ſalutaueritis.Quod & dudũ ab Elizeo dictũ fuit.q.d.recto tramite ad opus ꝓcedite,non alternãtes benedictionib⁹ benedictiones.Dãnum enim eſt expendere tẽpus prędicationibus cõpetens.Ambro. Non ergo hic dominus ꝓhibuit ꝙ beniuolẽtiæ diſpliceret officiũ: ſed quòd ꝓſequendæ deuotionis intẽtio plus placeret. Greg. Nazã. Mãdauit etiã hoc eis dñs ad verbi gloriã, ne videretur in eis magis vrgere blanditias,voluit etiam eos nõ eſſe ſolicitos in verbis alienis.Greg.in ho.Hæc autẽ verba ſi quis etiã per allegoriã velit intelligi:pecunia clauſa in ſæculo eſt ſapientia occulta.Qui igitur ſapientiæ verbũ habet,& hoc erogare ꝓximo negligit:quaſi pecuniam in ſæculo ligatã tenet.Perperãvero onera ſeculi,per calceamenta mortuorũ operum exẽpla ſignificãtur.Qui ergo officiũ prædicationis ſuſcipit,dignũ non eſt vt opus ſeculariũ negociorũ portet: ne dum hoc ei⁹ colla deprimit,ad prædicãda cęleſtia non aſſurgat: nec debet ſtultorũ operum exempla cõſpicere,ne ſua opera quaſi ex mortuis pellib⁹ credat munire:ne.ſ. quia alios talia feciſſe cõſyderat,ſe etiã facere licẽter putet. Ambro.Nihil etiam dñs in nobis mortale vult eſſe.Mortale enim atq; terrenum calceamentũ Moyſes iubeť ſoluere,cum mitteretur ad populum liberandũ.Quòd ſiquem mouet,qua ratione in Aegypto calceati iubẽtur edere agnum, Apoſtoli autem ſine calceamẽto ad prędicandum euãgelium dirigunť?Is conſiderare debet quia in Aegypto poſitus debet adhuc morſus cauere ſerpentis:multa eñ venena in Aegypto.Et ꝙ typo paſcha celebrat,patere poteſt vulneri, qui autem miniſter eſt veritatis venena non trepidat.Grego.in ho.Omnis autẽ qui ſalutat in via, ex occaſione ſalutat itineris, non ex ſtudio optandæ ſalutis. Qui igitur non amore æternæ patrię ſed prẽmiorũ ambitu ſalutẽ audientibus ꝑdicat, quaſi in itinere ſalutat:quia ex occaſione & nõ ex intẽtione ſalutem audientibus exoptat.

Officiũ prędicationis.

In quãcunque domum intraueritis, primũ dicite,pax huic domui,& ſi ibi fuerit filius pacis requieſcet ſuper illum pax veſtra:ſin autem, ad uos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite *tranſire de domo in domum. Et in quãcunque ciuitatẽ intraueritis, & ſuſceperint uos,mãducate quæ apponũtur uobis, & curate infirmos qui in illa ſunt,& dicite illis:Appropinquabit in uos regnũ dei. In quãcunque autẽ ciuitatem intraueritis,& non ſuſceperint uos,exeũtes in plateas eius,dicite: Etiam pulueremem qui adhæſit nobis de ciuitate ueſtra,extergimus in uos.Tamen hoc ſcitote quia appropinquauit regnum dei.Dico uobis, quia Sodomis in die illa remiſſius erit,quàm illi ciuitati.*

Pax matter oĩm bonorũ.

Chryſo.Bonorũ omnium mater pax eſt,ſine qua cætera inania ſunt:ꝓpter quod dominus diſcipulis intrãtibus domos,ilico pacẽ iuſſit proferre tanq̃ bonorũ indicium,dicens:In quãcunq; domũ intraue.primũ dicite:pax huic domui.Ambro.Vt ſcilicet pacis perferam⁹ nunciũ, ipſe primus ingreſſus pacis benedictione celebretur.Chry.Vnde pontifex eccleſię tradit eam dicẽs: Pax vobis.Implorant autẽ pacem ſancti, non ſolũ eam quæ verſať inter homines adinuicẽ, ſed & eam quę pertinet ad noſipſos.Nam ſæpius in pectore bellũ gerim⁹, & nullo moleſtante turbamur: necnon praua deſideria contra nos crebro inſurgunt. Tit⁹. Dicitur autem pax huic domui.ſ.habitantibus domũ, omnes alloquantur maiores pariter & minores,neq; cũ indignis veſtra ſalutatio dirigetur.vnde ſubdit: Et ſi ibi fuerit filius pacis,requieſcet ſup illum pax veſtra.q.d.vos quidem ꝓfertis verbum,res autem pacis applicabiť meo iudicio vbicũq; dignum eſſevidebiť. Si qs autem nõ ſit dign⁹, non eſtis deluſi,nec verborumveſtrorum gratia periit, imò reciprocať ad vos.Et hoc eſt quod ſubditur:Sinautem,ad vos reuertetur.Greg.Pax enim quæ ab ore prædicatoris offerť, aut requieſcet in domo, ſi in ea fuerit quiſquã prędeſtinatus ad vitã,& cæleſte verbum ſequitur quod audit: aut ſi nullus audire voluerit, ipſe prædicator ſine fructu nõ erit:quia ad eum pax reuertiť,dũ ei à domino pro labore ſui operis merces recompenſatur. Si autem pax noſtra recipitur,dignum eſt vt ab eis terrena ſtipendia conſequamur, quibus patriæ cæleſtis præmia offerimus.vnde ſequitur:In eadem autẽ domo manete edentes & bibentes quæ apud illos ſunt. Ecce qui peram & ſacculum portari ꝓhibuit,ſumptus & alimenta ex eadem prædicatione cõcedit. Chryſo.Sed ne aliquis diceret,conſumo res proprias parando aduenis menſam:illũ primo intrantẽ facit tibi pacis donũ offerre cui nihil eſt ęquale,vt ſcias te majora q̃ des ſuſcipere.Tit⁹.Vel aliter cõtinua.Quia nõ eſtis cõſtituti iudices eorũ qui ſunt digni vel ĩdigni,edatis & bibatis quę vobis offerunť ab eis.Dimittite aũt mihi eorũ qui vos recipiũt examen, niſi vobis quoq; ſit notum nõ eſſe ibi filiũ pacis, tũc eñ fortaſſis retrocedere debetis. Theo. Vide igitur qualiter diſcipulos mendicare inſtituit, & pro precio eos nutrimentũ habere voluit. nã ſubditur: Dignus enim eſt operari⁹ mercede ſua.Grego.Sunt enim iã de mercede operarii ipſa alimẽta ſuſtẽtationis, vt hic merces de labore prædicationis inchoetur, quæ illic de veritatis viſione pficitur. Qua in re cõſiderandum eſt,ꝙ vni noſtro operi duæ mercedes debenť: vna in via quę nos in labore ſuſtẽtat, alía in patria quę nos in reſurrectione remunerat. Merces itaq; quę in ꝑſenti recipiť hoc in nobis debet agere,vt ad ſequẽtẽ mercedem robuſtius tendatur.Verus ergo quiſq; prædicator non ideo prędicare debet,vt in hoc tẽpore mercedẽ accipiat:ſed ideo mercedẽ recipere, vt prædicare valeat. Quiſquis namq; ideo prædicat vt hic laudis vel muneris meredem recipiat,æterna mercede ſe priuat. Ambro.Subditur virtus alia:ne de domo ad domũ quis vaga facilitate demigret.Sequiť enim:Nolite tranſire de domo in domum: vt ſcilicet amore hoſpitali ſeruemus conſtãtiam:neq; aliquam amicitiæ neceſſitudinẽ facile reſoluemus.Beda. Deſcripto autẽ diuerſæ domus hoſpitio,quid iam in ciuitatibus agere debeãt docet: piis ſcilicet in omnib⁹ communicare, ab impiorũ vero per omnia ſocietate ſecerni.vnde ſequiť: Et in quãcunque ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponũtur vobis.Theo. Quãuis modica exiſtant

Pax prędicatorũ dicatorũ

& vilia, nihil amplⁱ inquirētes. denūciat etiam eis vt operantes miracula hoīes ad ſuas prædicationes attraherēt, vnde ſubdit: Et curate infirmos, qui in illa ſunt. Et dicite illis: appropinquauit in vos regnū dei. Si em̄ prius curaueritis deīde docueritis, ꝓſperabitur ſermo, & homines credent regnū dei appropinquare: nō enim curarentur, niſi hoc aliqua virtⁱ diuina ꝓficeret. Sed etiā cum ſecūdum animā curantur appropinquat in eos regnum dei, qđ longe eſt ab eo cui dn̄atur peccatū. Chryſo. Vide autem dignitatē apoſtolorū, nihil ſenſibile monentur ꝓferre, qualia circa Moyſen & ꝓphetas. ſ. bona terrena: ſed quędā noua & mirabilia. ſ. regnū dei. Maxi. Dicitur autē appropinquauit: nō vt oſtendat temporis breuitatem, neq; em̄ regnum dei venit cū obſeruatione, ſed oſtēdit diſpoſitionē hominū ad regnum dei, qđ quidē potentia eſt in oībus credētibus, actu vero in his qui reſpuūt corporalē vitam, & ſolā eligūt ſpiritalem: qui dicere poſſunt, Viuo autē non ego, ſed viuit in me Chriſtus. Ambr. Deinde docet excutiendū de pedibus puluerem, ſi quis recipiendos ciuitatis hoſpitio nō putauerit, dicens: In quācunq; ciuitatem intra. &c. Beda. Vel ad cōteſtationem terreni laboris quem ꝓ illis inaniter ſuſceperunt, vel vt oſtendat vſq; adeo ſe ab ipſis nihil terrenum q̄rere, vt etiam puluerē de terra eorum non ſibi patiant adhęrere: vel ꝓ pedes ipſum opⁱ & inceſſus ꝓdicationis ſignificatur: puluis vero quo aſpguntur, terrenæ leuitas eſt cogitationis, à qua & ſummi doctores īmunes eſſe nequeūt. Qui ergo ſpreuerit doctrinam, labores, & pericula docentiū: ad teſtimonium ſuę damnationis inflectūt. Orige. Extergendo ergo puluerem pedū in eos quodāmodo dicunt, puluis peccatorū veſtrorum merito veniet ſup̄ vos. Et attende ꝙ quæcūque ciuitates nō ſuſcipiunt apoſtolos ſanāq; doctrinā, habent plateas: iuxta illud, Lata eſt via quę ducit ad pditionem. Theo. Et ſicut recipientibⁱ apoſtolos, appropinquare regnum dei dicīt in beneficiū: ſic nō recipientibus in ꝓiudicium. vñ ſubdit: Tamen hoc ſcitote quia appropinquauit regnū dei. Sicut aduentⁱ regis eſt quibuſdā ad pœnam, quibuſdā vero ad honorem. vñ de eorum pœna ſubditur: Dico autem vobis &c. Euſe. Nam in ciuitate Sodomorū non caruerunt angeli hoſpitio, ſed Loth inuentⁱ eſt dignus eos hoſpitari. Si ergo ad acceſſum diſcipulorū nec vnus inuenietur in ciuitate qui eos recipiat: quomodo non peior erit ciuitate Sodomorum? Hic ſermo docebat eos audacter aggredi regulā paupertatis: non em̄ poſſet cōſiſtere ciuitas & villa nec vicus ſine aliquo ĩcola noto deo. Nā nec Sodoma ſubſiſteret non reperto Loth, quo recedente tota repente periit. Beda. Sodomitę quoq; ipſi & ſi inhoſpitales fuerint inter cętera carnis animæque flagitia, nulli tamen apud eos tales hoſpites quales apoſtoli reperti ſunt. & Loth quidem aſpectu & auditu iuſtus erat, non tamen aliquid docuiſſe aut ſigna feciſſe perhibetur.

Profectꝰ euāgelij

Cōparatio pulchra.

Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent uirtutes quæ factæ ſunt in uobis, olim in cilicio & cinere ſedentes pœniterent. Veruntamen Tyro & Sidoni remiſſiⁱ erit in iudicio, quām uobis. Et tu Capharnaum uſque ad cælū exaltata uſque ad infernū demergeris. Qui uos audit, me audit: & qui uos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit.

Ambro. Docet dn̄s grauiori pœnę obnoxios fore q euangelium non ſequendū quām qui legem iudicauerunt eſſe ſoluendam, dicens: Vę tibi Corozaim, vę tibi Bethſaida. Beda. Corozaim, Bethſaida, & Capharnaū, Tyberias quoq; quā Ioannes nominat, ciuitates ſunt Galilęæ, ſitę in littore laci Genezareth: qui ab euangeliſtis mare Galilææ vel Tyberiadis appellatur. plangit ergo dominⁱ has ciuitates, quæ poſt tanta miracula atque virtutes nō pœnituerūt: peioreſq; ſunt gentilibus, naturale tantū ius diſſipantibⁱ: quia poſt deſcriptæ legis contēptum, filiū quoq; dei & gloriam eius ſpernere non timuerūt. vnde ſequit: Quia ſi in Tyro & Sidone &c. In cilicio quod de pilis caprarū contexitur aſperam peccati pūgentis memoriā ſignificat. In cinere aūt mortis cōſyderationē, per quā in puluerem redigimur demonſtrat. Porrò in ſeſſione humilitatē propriæ conſciētiæ ſignificat, impletū autem videmⁱ hodie dictū. ſ. ſaluatoris: quia Corozaim & Bethſaida pręſente dño credere noluerūt. Tyrⁱ autem & Sidon & quondā Dauid ac Salomoni amici fuere, & poſt euāgelizantibus Chriſti credidere diſcipulis. Chryſ. Deplorat autē dn̄s has ciuitates ad noſtrū exemplū: eo quòd effuſio lachrymarum & gemitus amarus ſup̄ patientes inſenſibilitatem doloris, non modicū antidotum eſt & ad correctionem patientiū, & ad remedium ingemiſcentium ſuper eos. Nō ſolū autem ꝓdeplorationem inducit eos ad bonum, ſed etiam per terrorē. vnde ſequitur: Verūtamen Tyro &c. Hoc & nos audire debemus. non em̄ ſolis illis, ſed etiam nobis peius iudiciū ſtatuit, niſi receperimus intrantes ad nos hoſpites, quorū puluerem præcepit excutere. Cū autem plurima ſigna feciſſet dominus in Capharnaū, & eam ĩcolā habuiſſet, videbatur ſuper alias ciuitates exaltata: ſed ꝓpter incredulitatē cecidit in ruinā. vnde ſequit: Et tu Ca. vſq; in cælum, &c. vt. ſ. iudiciū ſit ꝓportionabile honori. Beda. Duplex autē in hac ſententia ſenſus eſt. Vel ideo ad infernū demergeris, quia cōtra prædicationē meam ſuperbiſſime reſtitiſti. vt. ſ. ĩtelligatur in cælū exaltata ꝓ ſuperbiā. Vel ideo quia es exaltata vſq; ad cælū meo hoſpitio & meis ſignis, maioribⁱ plecteris ſuppliciis: quia his quoq; credere noluiſti. Et ne quis putaret hanc increpationē vel tantūmodo ciuitatibus vel pſonis conuenire quę dn̄m in carne videntes ſpernebāt, & non omnibⁱ qui hodie quoq; euāgelii verba deſpiciunt, cōſequenter adiunxit di. Qui vos audit &c. Cyril. Per quod docet, quicquid per ſanctos apoſtolos dicīt, acceptandū eſſe: quia qui illos audit, Chriſtū audit. Ineuitabilis ergo pœna hęreticis imminet, quia apoſtolorū negligūt verba, ſequitur enī: Et q vos ſper. &c. Bed. Vt ſcilicet in audiēdo quiſque vel ſpernendo euangelii prædicationem non viles quaſq; perſonas, ſed dominū ſaluatorem, imò ipſum patrem ſpernere ſe vel audire diſceret. nā ſequit: Qui autem me ſpernit &c. Quia ĩ diſcipulo magiſter auditur, & in filio pater honoratur. Aug. de ver. do. Si autem ſermo dei ad vos quoq; puenit, & in eo loco vos cōſtituit: videte ne ſpernatis nos, ne ad illū pueniat, qđ nobis ſe ceritis. Bed. Poteſt & ita intelligi: Qui vos ſpernit me ſpernit. i. q nō facit miſericordiā vni de fratribus meis minimis, nec mihi facit. Qui autem me ſpernit nolens credere filium dei, ſpernit eum qui me miſit, quia ego & pater vnum ſumus. Titus. Simul autē in hoc diſcipulos conſolatur, quaſi dicat: Non dicatis, cur imus paſſuri contumelias? accommodate linguam, ego præbeo gratiam, in me veſtra redundat contumelia.

Sēſus duplex;

Reuerſi ſunt autē ſeptuagintaduo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam Satanā ſicut fulgur de cælo cadētem. Ecce dedi uobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem uirtutē inimici, & nihil uobis nocebit. Verūtamen in hoc nolite gaudere quia ſpūs uobis ſubijciuntur: gaudete autē quòd nomina ueſtra ſcripta ſunt in cælis.

Cyril. Supra dictum eſt ꝙ dominus miſit diſcipulos gratia ſpūs ſancti inſignitos, & facti ꝓdicationis miniſtri poteſtatem ſup̄ immūdos ſpiritus acceperunt; nūc

autē reuerſi confitent honorātis eos potentiā. vnde dicitur: Reuerſi ſunt au. 72. &c. Videbātur quidē gaudere magis quòd facti ſunt miraculorū auctores, q̄ facti erant ꝓdicationis miniſtri. Erat aūt melius eos gaudere in illis quos ceperāt ſicut vocatis ꝓ ipſum dicit Paulⁱ: Gaudiū meū & corona mea. Greg. 24. Mor. Mirē autē dn̄s vt in diſcipulorū cordibus elationē ꝓmeret, indicium ruinę retulit, quod ipſe magiſter elatiōis accepit: vt in auctore ſubię diſcerent, qđ de elationis vitio formidarēt. vñ ſequitur: Videbā ſa. ſicut &c. Baſi. Dicitur Satanas, eo ꝙ aduerſatur bono, hoc em̄ ſignificat nomē hebraicum: ſed diabolus dicīt eo quòd cooperatur nobis ĩ malo, & accuſator ſit. Natura eius eſt ĩcorporea, locus aereus. Bed. Non autē dicit: Modo video, ſed prius videbam, quādo corruit. Quòd autē ait: Sicut fulgur, vel præcipitem, de ſupnis ad ima lapſum ſignificat: vel quia deiectus adhuc transfigurat ſe in angelū lucis. Titus. Se autem dicit vidiſſe tanq̄ iudicem, qui nouit incorporeorū paſſiones. vel dicit: Sicut fulgur, quia natura fulgidus erat vt fulgur, ſed factus eſt tenebroſus propter affectum, quia qđ deus fecit bonū, hoc ipſe in ſe alterauit in malū. Baſi. Supernæ em̄ virtutes non ſunt naturaliter ſanctæ, ſed ſcđm analogiam diuini amoris mē ſuram ſanctificationis ſortiunt. Et ſicut ferrū poſitū in igne non deſinit eſſe ferrū, vehementi tamen flāmæ vnione tam affectu q̄ aſpectu in ignem ꝓtranſit: ſic & almæ virtutes ex participatione eiⁱ quod eſt naturaliter ſacrum, inſitā habent ſanctificationem. neq; em̄ cecidiſſet Satanas ſi natura fuiſſet inſuſceptibilis mali. Cyril. Vel ali. Videbā Satanā ſicut fulgur de cęlo cadētē. i. ab vltima virtute in extremā fragilitatem. Nā ante ſaluatoris aduentū ſubegerat ſibi orbem, & ab oībus colebatur, ſed cū vnigenitum verbū dei de cælo deſcendit, corruit tanq̄ fulgur, quia cōculcat ab adorātibus Chriſtum. vnde ſequit: Et ecce dedi vobis &c. Titⁱ. Serpentes quidem aliquādo figuraliter in deſerto mordebant Iudæos, & necabant eos, eo ꝙ infideles erant. venit autem qui ſerpētes illos perimeret æneus ſerpens crucifixus, vt ſi quis credēs in eum ꝓſpexerit, liberetur à moribus & ſaluetur. Chry. Deinde ne putaremus hoc dici de beſtiis, ſubiunxit: & ſupra omnē virtutē inimici. Beda. Hoc eſt omne genus immūdorum ſpirituū de obſeſſis corporibus eiiciendi. & quātum ad ipſos ſubdit: Et nihil vobis nocebit. Quanuis & ad literā poſſit accipi. Paulus em̄ à vipera inuaſus nihil mali patīt, & Ioannes hauſto veneno nō læditur. Hoc autē inter ſerpētes qui dente, & ſcorpiones qui cauda nocēt, diſtare arbitror, quòd ſerpentes apertè ſæuiētes, ſcorpiones clāculo inſidiantes, vel homines vel dęmones ſignificent. vel ſerpentes qui inchoandis virtutibus venena prauæ ꝓſuaſionis obiiciunt, ſcorpiones qui cōſummatas virtutes ad finem vitiare intendunt. Theo. Vel ſerpentes ſunt qui viſibiliter nocēt, veluti fornicationis & homicidii dæmon: qui vero inuiſibiliter nocēt ſcorpiones vocant ſicut in vitiis ſpiritalibus. Greg. Niſe. Voluptas etiam ſerpens dicitur in ſcriptura, cuius natura eſt, ꝙ ſi caput eius muri ſtrictura attigerit, totum ſequens corpus adſe trahit: ſic natura neceſſariū conceſſit homini domicilium, ſed per hanc neceſſitatē aggrediens voluptas animum, ad immoderatū quendā ornatū peruertit, ad hoc ſubſequētē auaritiam trahit, quā impudicitia ſequitur, id eſt vltimum mēbrum & cauda beſtialitatis. Sed quē admodum nō eſt per caudā ſerpentem retrahi, ſic non eſt incipiendum ab vltimis ad euellendum voluptates: niſi quis priorem aditū obtulerit malitiæ. Atha. Deludunt autem nūc per Chriſti virtutē pueri voluptatem, quę quondā ſeducebat grādæuos: & virgines perſeuerant conculcātes ſerpentinę voluptatis fallacias. Sed & quidam ipſum aculeū ſcorpionis, id eſt diaboli conculcantes. ſ. mortem, non timuerunt interitū, verbi gratia martyres facti: pleriq; vero poſtpoſitis terrenis libero greſſu cōuerſant̄ in cęlis, prīcipē aeris nō timentes. Titus. Sed quia lætitia qua eos lętos videbat, inanem gloriam ſapiebat. gaudebant em̄ quòd quaſi ſublimes eſſent & terribiles hominibus & dęmonibus erant. ideo dn̄s ſubiūgit: Veruntamen in hoc nolite gaudere, &c. Beda. De ſubiectione ſpirituū cùm caro ſint, gaudere prohibentur: quia ſpiritus eiicere ſicut & virtutes alias facere interdum non eſt eius meriti, qui operatur: ſed inuocatio nominis Chriſti hoc agit ad condēnationem eorum qui inuocant, vel ad vtilitatem eorū qui vident & audiunt. Cyril. Sed cur domine nō ſinis lætari in honoribus à te collatis cū ſcriptum ſit: In nomine tuo exultabunt tota die? Sed dominⁱ eos ad maius gaudiū erigit. vnde ſubdit: Gaudete autē quia &c. Beda. q. d. Non oportet vos de dęmonū humiliatione, ſed de veſtra ſublimatione gaudere. Salubriter autē intelligendū eſt, ꝙ ſiue cæleſtia ſiue terreſtria quis opera geſſerit: per hoc quaſi literis annotatⁱ apud dei memoriā ſit ętternaliter affixus. Theo. Scripta ſunt enim nomina ſanctorum in libro vitæ non encauſto, ſed memoria dei & gratia. Et diabolus quidem deſuper cadit, homines vero inferius exiſtentes ſuperius aſcribūtur in cælis. Baſi. Quidā autem ſunt qui ſcribūtur quidem non in vita, ſed ſecūdū Hieremiā in terra: vt ſcđm hoc ĩtelligatur duplex quędam deſcriptio: horum quidem ad vitā, illorum ad pfectionē. Quòd autem dicīt, Deleātur de libro viuentiū, intelligitur de his qui digni putabātur in libro dei cō ſcribi. Et ſecūdum hoc fieri dicitur ſcripturæ mutatio: quando à virtute delabimur in peccatum, vel econtra.

Angeli quomodo ſancti.

Liber vitæ qualis.

In ipſa hora exultauit in ſpiritu ſancto, & dixit: Cōfiteor tibi pater domine cæli & terræ, quòd abſcōdiſti hæc à ſapientibus & prudētibⁱ, & reuelaſti ea paruulis. Etiā pater quoniam ſic placuit ante te. Omnia mihi tradita ſūt à patre meo. Et nemo ſcit quis ſit filius, niſi pater: & quis ſit pater, niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare.

Theo. Sicut benignus pater videns filios ſuos dirigi, gaudet: ſic & Chriſtus exultat ꝙ apoſtoli tantis bonis facti ſunt digni. vnde dicitur: In ipſa au. hora &c. Cyril. Inſpexit quidē per ſpiritus operationem quā apoſtolis tradidit pluriū acquiſitionem. vnde in ſpiritu ſancto lætatus dicitur. i. in effectibus qui per ſpiritū ſanctum ꝓueniunt. quaſi enim amator hoīm, gaudii reputabat materiā conuerſionem errantiū, de quo gratias agit. vnde ſequit: Confiteor tibi pater &c. Bed. Cōfeſſio non ſemper pœnitentiā ſed & gratiarū actionē ſignificat: vt in pſalmis ſæpiſſime legimus. Cyril. Ecce autē inquiunt illi quorum corda puerſa ſunt: gratias refert filius patri tanq̄ minor. Sed quid impedit conſubſtātia lem filium laudare ꝓprium genitorē mundū ſaluantem ꝓ eum? quòd ſi cenſes confeſſionis cauſa hūc eſſe minorem, aſpice ꝙ vocat eū patrem ſuū & dn̄m cęli & terri. Titus. Alia em̄ p Chriſtū ex non entibus ꝓducta ſunt, ſed ſolⁱ ipſe incōprehēſibiliter à patre eſt genitus, ſoliⁱ em̄ vnigeniti tā q̄ veri filii naturaliter pater eſt. vñ ſolⁱ patri dicit: Cōfiteor tibi dn̄e pater, hoc eſt glorifico te. Nec mireris ſi patrē filiⁱ glorificat: tota em̄ hypoſtaſis vnigeniti, genitoris eſt gloria. nā & q̄ facta ſunt, & cęlū & angeli gloria ſunt creatoris: verū quia hęc nimis infimè ſita ſunt reſpectu dignitatis ipſius, ſolⁱ filius cum deⁱ perfectè ſit ſimilis genitori, pfectè glorificat patrē. Atha. Nouimus etiā ſæpius ſaluatorē humana ꝓferre. habet enim adiūctam humanitatē diuinitas, nec tamen ꝓpter corporis tegimē deū ignores. Sed quid reſpōdēt

Chriſtⁱ quomodo genitus à patre.

Myſticⁱ ſenſus literæ.

in hoc qui volũt subsistentiã esse mali, formãt vero sibi deũ aliũ à vero patre Christi? Et hũc dicũt esse vnigenitum mali creatorẽ, & nequitię principẽ, necnõ mũdialis machinæ conditorẽ. Ait autem dominꝰ approbans verba Moysi: Confiteor tibi pater dñe cæli & terrę. Epiph. Editum autẽ à Martione euangeliũ habet: Regratior tibi dñe cæli, tacens quod dicit, Et terræ: & quod dicit, Pater: ne intelligatur ꝙ vocat Christꝰ patrẽ creatorem cæli & terræ. Ambr. Postremo aperit cęleste mysterium, quo placuit deo vt puulis magis q̃ prudẽtibus huius mundi suã gratiam reuelaret. vnde sequit: Quod abscondisti hæc à sapiẽtibus &c. Theo. Potest sic distingui vt dicatur à sapientibꝰ. i. à pharisæis & scribis legẽ interpretãtibus. Et prudẽtibꝰ. i. ab his qui à scribis fuerant docti, sapiens em̃ est qui docet, prudẽs vero qui docetur. Paruulos vero vocat dñs suos discipulos, quos nõ legis doctores, sed de turba & piscatores elegit, qui sũt vocati paruuli quasi nõ maliuoli. Ambro. Vel paruulũ hic accipiamus qui se exaltare nõ nouerit, & phaleratis sermonibus artem suæ iactare prudẽtiæ, quod pharisæi pleriq; faciunt. Beda. Gratias igit agit quod apostolis quasi puulis aduẽtꝰ sui aperuit sacramẽta, quę ignorauerunt scribę & pharisæi, qui sibi sapiẽtes videntur, & in conspectu suo prudẽtes. Theo. Absconditа igitur sunt mysteria ab his qui putant se esse sapiẽtes, & non sunt: nã si essent, eis reuelata fuissent. Beda. Vnde sapiẽtibus & prudentibus nõ insipiẽtes & hebetes, sed paruulos. i. humiles oppositum, vt probaret se tumorẽ damnasse non acumen. Orig. Sẽsus em̃ defectus, pręparatio fit superuenientis perfectionis. Qui enim non sentit ꝙ careat vero bono ꝓpter bonũ prędens qđ sibi inesse videtur, vero bono priuatur. Chryſ. Nõ autem lętatur & gratias agit, ꝙ dei mysteria latebant scribas & pharisęos: hęc em̃ non erat materia alacritatis, sed gemitus. sed de hoc gratias agit, quia qđ sapientes nõ nouerãt, hi nouerunt. Gratias autẽ super hoc agit patri cũ quo ipse simul hoc facit, ostẽdens nimiã dilectionẽ qua diligit nos. Ostendit autem cõsequenter quòd huius rei primum volũtas sua sit & patris, qui propria volũtate hoc agebat. vnde sequit: Etiã pater, &c. Greg. His verbis exẽpla humilitatis accipimꝰ, ne temere discutere superna cõsilia de aliorũ vocatione aliorúmve repulsione præsumamus. iniustũ enim esse nõ potest, quod placuit iusto: in cũctis ergo quę exteriꝰ disponũtur, aperta causa rationis est occultę iustitia volũtatis. Chry. Cũ vero dixisset, Cõfiteor tibi quia reuelasti ea paruulis: ne putares ꝙ ipse Christꝰ hac virtute priuatus nõ posset hoc facere, subiungit: Omnia tra. &c. Atha. Hoc nõ rectè intelligentes Arrii sequaces, delirãt in dominũ dicentes: Si data sunt ei omnia. i. dominiũ creaturę: fuit tempus quo ea nõ habuit, & sic nõ est de substantia patris: nã si esset nõ esset ei opꝰ recipere: sed ex hoc magis demẽtia eorũ carpet. Si em̃ priusquã recepisset vacabat creatura à verbo qualiter saluabitur illud: Omnia in eo consistunt? Cæterum si simul postquã facta est creatura, tota fuit tradita ei, nõ erat opus tradere: per ipsum nãque facta sunt omnia. Non ergo, vt ipsi putãt, significatur hic creaturæ dominiũ: imò significatiuũ est hoc verbũ factę dispẽsationis in carne. postquã enim homo peccauit, pturbata sũt omnia: vnde verbũ caro factũ est, vt omnia restauraret. Data sunt ergo ei omnia, nõ quia potestate careret, sed vt saluator emendet vniuersa: vt sicut p verbum omnia in principio introducta sunt in esse, ita cũ verbũ caro factũ est, in ipso omnia restaurentur. Beda. Vel dicit omnia sibi tradita, non mũdi elementa, sed hi quibus paruulis spiritu sacramẽta filii pater reuelauit, & de quorum salute cũ hic loqueretur exultauit. Aug.

Nota.

Mysteriũ reuelatur paruulis.

Christi duplex natura.

Vel cũ omnia legis, omnipotentẽ agnoscis, nõ degenerem patris. Cũ tradita legis, filiũ confiteris, cui p naturam omnia vnius substãtiæ iura sunt propria, nõ dono collata per gratiã. Cũ autẽ dixisset oĩa sibi fore à patre tradita, ascendit ad ꝓpriã gloriã & excellentiã, ostẽdẽs in nullo se superari à patre, subdit: Et nemo nouit quis sit filius &c. Non valet em̃ creaturę intẽtio comphendere modũ diuinę substantię, quæ oẽm superat intellectum, & decor eius quãlibet considerationẽ transcẽdit, sed à seipsa quid sit natura diuina cognoscitur. Itaq; pater per id quod est nouit filiũ, & filius p id quo est nouit patrem, nõ intervenientе aliqua differentia quantũ ad diuinitatis naturã. ꝙ enim sit deꝰ, credimus: quid autem naturaliter sit, incõprehensibile est. Si vero creatꝰ est filius, quomodo solꝰ sciret patrẽ, aut quomodo solũ à patre sciretur? Scire nãq; naturam dñinã, impossibile est cuilibet creaturę: scire autẽ quodcũq; eorũ quę creata sunt quid sit, non trãscendit quẽlibet intellectũ, quã uis superet nostrũ sensum. Atha. Hoc autem dño dicente constat Arrianos ei obsistere, dum dicunt nõ videri patrem à filio. Sed eorũ ostẽditur infamia si seipsum nõ nouit verbũ, quod oĩbus patris & sui pręstat notitiam. Sequitur em̃: Et cui voluerit filius reuelare. Titus. Est autẽ reuelatio traditio notionis iuxta ꝓportionẽ naturæ & virtutũ vniuscuiusq;. & vbi quidẽ est natura consimilis, ibi est cognitio sine doctrina: hic autẽ est per reuelationem disciplina. Orig. Vult aũt reuelare vt verbum non irrationabiliter, & tanq̃ iustitia qui nouit dignẽ & tempora reueladi & mensuras reuelationis. Reuelat autẽ remouens oppositũ cordi velamen, necnõ tenebras quas posuit in sui latibulũ. Sed quoniam ex hoc putant qui alterius sunt opinionis, construere nefariũ suum dogma, q. s. ignoꝰ erat pater Iesu sanctis antiqs: dicendum est eis, quoniã quod dicit cuicũq; vult filius reuelare, non solũ retorquet ad tempus futurũ, ex quo Saluator hoc protulit, sed etiã ad tẽpus præteritũ. ꝙ si velint hoc verbũ reuelare, ꝓ peccato sumere, dicẽdum est eis ꝙ non est idem cognoscere & credere. Alii datur per spiritum sermo scientię, alii fides in eodem spiritu. Erant ergo primo quidẽ credentes, nõ autẽ cognoscentes. Ambro. Vt scias autẽ quia sicut filius patrem quibꝰ vult reuelat, etiam pater reuelat quibus vult filiũ. Audi dominum dicentẽ: Beatus es Simõ Bariona, qa caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus q in cęlis est.

Gratiæ gratisdatæ.

Videre actum oculorũ, sed mentis recreationẽ in ꝑstitis beneficiis: puta si quis dicat, Iste vidit bona tempora. i. gauisꝰ est in bonis temporibꝰ: sc̃dm illud, videas bona Hierusalem. Multi em̃ Iudęorũ viderunt Christũ diuinè operãtem, corporali. s. intuitu, nec tamen oĩbus beatificatio cõuenit, non em̃ crediderũt, sed neq; viderũt gloriã dei oculis mẽtis. Beatificati sũt ergo oculi nostri ĩ hoc quòd fide vidimus verbũ ꝓ nobis hominẽ factũ imprimẽs nobis decorẽ sui numinis, vt nos sibi cõformes faciat p sanctificationẽ atq; iustitiã. Theo. Beatificat aũt eos & oẽs simpliciter qui eũ fide respiciũt, ex hoc ꝙ an

Et cõuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui uidẽt quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quòd multi prophetæ, & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quæ uos auditis, & non audierunt.

Theo. Quia superiꝰ dixerat, Nemo nouit quid sit pater nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, verificat discipulos quibꝰ pater p eum reuelabat. vñ dicitur: Et cõuer. ad discipulos. suos di. Beati oculi &c. Cyril. Cõuertitur quidẽ ad eos, quia repellens Iudęos surdos cæcã mentẽ gerentes nec videre volentes, totũ se ꝓbebat diligẽtibꝰ eũ, & beatos asserit oculos videtes q̃ prius aliis ipsi videbãt. Illud tamẽ scire cõuenit, qa videre nõ significat

Mystici.

tiqui prophetæ & reges deũ in carne videre & audire optauerũt. vnde sequit: Dico enim vobis, quòd multi prophetę &c. Beda. Matthęus apertius ꝓphetas & iustos appellat: ipsi enim sunt reges magni, quia tẽtationum suarũ motibus non cõsentiendo succũbere, sed regẽdo præesse voluerũt. Chryſ. Ex hoc autẽ dicto plures existimant ꝓphetas caruisse Christi notitia: sed si optauerunt videre quę viderũt apostoli, nouerunt illũ ventur. ad homines, & dispẽsaturũ quæ dispẽsauit. Nullus enim habet horũ appetitum quę mẽte non cõcepit, nouerant ergo filiũ dei. vnde nõ simpliciter dicit, Voluerunt videre me, sed quę vos videtis: nec audire me, sed quę vos auditis. Viderãt enim ipsum non tamẽ iam incarnatum, nec sic cũ hominibus cõuersantẽ, nec tanta maiestate eis loquẽtem. Beda. Illi enim à lõge inspicientes, per speculum & in ænigmate viderũt. Apostoli autem in prędentiarũ habentes dominũ, quęcũq; voluissent interrogãdo discentes, nequaquã per angelos aut alias visionum species opus habebãt doceri. Orig. Sed quare dicit plerosq; prophetas optasse, nõ autẽ omnes? quia de Abrahã dicitur quòd vidit diẽ Christi, & lætatus est: quam visionẽ non plures imò pauci cõtigerunt: fuerunt autẽ alii prophetæ & iusti non cauti vt visionem Abrahæ & peritiam apostolorũ attingerent. Et hos dicit non vidisse, sed optasse.

Notaverba.

Et ecce quidã legisperitus surrexit, tentans illum & dicens: Magister, quid faciendo uitam æternã possidebo? At ille dixit ad eũ: In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuũ sicut teipsum. Dixitque illi: Rectè respondisti. Hoc fac, & uiues.

Beda. Dixerat supra dñs quòd nomina eorũ scripta sunt in cælis, vnde vt puto occasionẽ tentandi dominũ Legisperitus assumpsit. vnde dicit: Et ec. qu. legis. sur. tentans illũ. Cyril. Erant enim quidã verbosi circũeuntes totam regionem Iudæorũ incusantes Christũ, & dicentes quòd præceptũ Moysi inutile diceret, ipse autẽ quasdam nouas doctrinas ꝓmeret. volens ergo legispe ritus seducere Christũ vt aliquid cõtra Moysen loqueretur, adest tentãs ipsum, magistrũ vocãs, doceri nõ patiens. Et quia dñs solitus erat his qui veniebãt ad eũ lo qui de vita æterna, vtiꝫ legisperitꝰ eius eloquiis. Et qđ tentabat astutè nihil aliud audit nisi quæ p Moysen edita sunt. Sequitur em̃: At il. di. ad eũ: In lege qu. scrip. est? quomodo legis? Ambr. Erat enim ex his qui sibi legisperiti videtur, qui verba legis tenẽt, vim legis ignorant: & ex ipso legis capitulo docet esse legis ignaros, probans ꝙ in principio statim lex patrẽ & filium prędicauerit, & incarnationis dominicæ annũciauerit sacramentũ. Sequitur enĩ: Ille respõ. di. Diliges dominũ &c. Basi. Quòd dicitur: Tota mente tua: in cæteranon recipit sectionem. Nam quãcunq; dilectionem in infirmis expẽderis, hoc tibi necessario à toto deficiet. Sicut enim in vase aliquo pleno liquore quantũ emanat foras, tantum necesse est plenitudini derogari: sic & in anima inquãtum emanauerit ab ipsius dilectione ad illi cita, intantum minui necessariũ est amorem ad deum. Greg. Nisę. In tria autem quædam animæ vis discernitur. Hæc enim est augmentatiua solũ & nutritiua, quæ etiam in plãtis reperitur. Alia est quę sensualiter dispo nitur: quę saluabatur in natura irrationaliũ animaliũ. Perfecta autem vis animæ est rationalis, quæ in natura humana cõspicitur. Dicẽdo ergo cor, substantiam corporalem significauit. s. nutritiuã: dicẽdo vero animam, mediocrem. i. sensitiuã: dicendo vero mentẽ, altiorẽ naturam. i. intellectiuam & considerativã potentiã. Theo.

Hic igitur intelligẽdum est ꝙ oportet nos omnẽ virtutem animæ amori diuino subiicere: & hoc viriliter & non remissẽ, vnde additur: Et ex omnibus viribꝰ tuis. Maxi. Cũ hac igitur intentione trinã ad deũ dilectionẽ lex pertractat, vt auellat nos à trina mũdi habitudine, qua respicit ad possessiones, ad gloriã, & ad voluptates, in quibus etiã tentatus est Christꝰ. Basi. Si quis autem quærat, quo pacto diuina dilectio poterit obtineri? dicemus quoniã indocibilis est diuina dilectio, nã nec lucis gaudere præsentia, nec vitã amplecti ab alio didicimus, vel amare parentes aut alũnos, & multo magis diuinę dilectionis doctrina. Sed seminalis quędã ratio nobis insita est, intrinsecus habẽs causas vt homo deo adhæreat, quam rationẽ accipiens doctrina diuinorũ præceptorum colere diligẽter, cauteq; fouere, & ad pfectionem diuinę gratiæ pducere cõsueuit. Naturaliter enim bonũ amamus, amamꝰ etiã proprium & cognatũ, necnon & benefactoribꝰ sponte affectionẽ totã profundimus. Si igit bonus est deus, oĩa vero bonũ desiderãt, qđ voluntariè pficit, naturaliter bonis inest: quẽ & si p bonitatẽ minime nouissemꝰ, ex hoc ipso tamen ꝙ ab ipso processimus tenemur ipsum vltra modũ amare, tanq̃. s. nobis cognatũ. Maior etiã est & benefactor oĩbus qui naturaliter diligunt. Est igitur primũ & ꝑcipuum mãdatum diuinę dilectionis: sc̃dm autẽ primi completiuũ & ab eo cõpletum, quo monemur diligere ꝓximũ. vnde sequit: Et ꝓxi. tuũ sicut teipsum. Sortimur autem à deo potentiã ad huius executionẽ mandati. Quis autẽ non nouit quoniã mãsuetũ & cõmunicatiuum animal est homo, nõ autẽ solitariũ & syluestre? Nihil em̃ tam ꝓprium est nostrę naturę, sicut adiuicem cõmunicare, & mutuo indigere, & cognatũ diligere. Quorum ergo conueniẽs nobis tradidit semina, horũ consequẽter fructus reqrit. Chryſ. Tu tamẽ attẽde qualiter ferè cũ eodem excessu postulat vtrũq; ꝑceptum: de deo enim ait, Toto corde tuo: de ꝓximo, Sicut teipm. Quod si diligenter obseruareꝫ, nec seruus esset nec liber, nec victor nec victus, nec diues nec pauper, nec notꝰ vnq̃ esset diabolus. Potius enim paleę ignis sustinerẽt immissionem quàm feruorem charitatis diabolꝰ, adeo cuncta superat dilectionis constantia. Greg. 29. mor. Cũ autẽ dicatur, Diliges proximũ tuum sicut teipsum: quomodo alteri miserando pius est, qui adhuc iniustè viuendo fit impiꝰ sibimetipsi? Chry. Cũ autẽ legisperitus respõdisset quę continebanꝫ in lege, Christus cui nota sunt oĩa scindit fallaciæ eius retia. Sequit em̃: Dixitq; illi, rectè respondisti, hoc fac & viues. Orig. Ex his indubitanter colligitur ꝙ vita quæ prędicat scdm mundi creatorẽ deum & antiquas scripturas ab eo traditas, vita ꝑpetua est. Attestatur enim dominꝰ sumenti ex Deuterono. quidẽ illud, Diliges do. deum tuũ: ex Leuitico vero illud, Diliges proxi. tuum sicut teipsum. Hæc autẽ dicta sunt cõtra sequaces Valentini, Basilidis & Marchionis. Quid enim aliud voluit nos facere ad quęrendum vitã æternam, nisi quæ continent lex & prophetæ?

Dilectio dei quomodoobtinetur.

Intellectus primi mandati.

Ille autem uolẽs iustificare seipsum dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suscipiẽs autem Iesus, dixit: Homo quidã descendebat ab Hierusalẽ in Hiericho & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia: & uiso illo præteriuit. Similiter & leuita, cum esset secus locum & uideret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciẽs, uenit secus eum, & uidens eũ, misericordia motus est. Et appropians, alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum: & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait:

Curam illius habe, & quodcũque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum triũ uidetur tibi proximꝰ fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illũ. Et ait illi Iesus: Vade & tu fac similiter.

Cyril. Laudatꝰ legisperitus à saluatore ꝙ recte respõdit, in supbiam prorupit, nullũ sibi proximũ putãs esse, quasi nullus esset ei in iustitia cõparandus. vnde dicitur: Ille au. vo. iustifi. seip. di. ad Iesum: Et quis est meus proximus? Circũueniunt eñ eum quodãmodo alterna tim vitia, à fallacia qua tentãdo quęsierat, ad arrogãtiam lapsus. In hoc autẽ ꝙ quęrit, Quis est meus proximus? vacuus à dilectione ꝓximi ostenditur, cũ nõ æstimet aliquẽ sibi proximũ esse, & per cõsequẽs à dilectione diuina, quoniã cum fratrẽ non diligat quẽ videt, nõ potest deũ diligere quẽ non videt. Ambr. Respõdit etiã quòd nesciret ꝓximum suũ, quia non credebat in Christum: & qui Christũ nescit, nescit legẽ. Cum eñ veritatem ignoret, quomodo potest scire legem quę annũciat veritatẽ? The. Saluator autẽ nõ actibus aut dignitatibus, sed natura determinat ꝓximũ. q. d. nõ putes quòd quãuis iustus sis, nullus tibi sit proximus. Oẽs nãq; qui eandem naturã cõmunicant, proximi tui sunt: fias igit & tu eorũ proximus, nõ loco sed affectu, & circa eos cura: & ad hoc Samaritanũ in exẽplũ ducit. vnde sequit: Suscipiẽs autẽ Iesus dixit: Homo quidã descende. &c. Græcus. Bene est generis appellatio, nõ eñ ait, Descẽdit quidã, sed homo quidã: nam sermo fuit de tota humanitate. Au. de quę. euã. Homo eñ iste, ipse Adã intelligit in genere humano. Hierusalẽ ciuitas pacis, illa cęlestis, à cuius beatitudine lapsus est. Hierico interptat luna, & significat mortalitatẽ nostram, ꝓpter hoc ꝙ nascitur, crescit, senescit, & occidit. Aug. contra Pela. Vel Hierusalem quę interptatur visio pacis, paradisum dicimus. Ante enim q̃ peccaret homo in visione pacis erat, hoc est in paradiso: quicqd videbat, pax erat & lætitia. Inde descẽdit quasi humiliatus & miser factꝰ per peccatum, Hierico. i. in mũdũ, in quo oĩa orta occidũt, sicut luna. Theo. Non autẽ dicit, Descendit, sed descendebat: semp enim humana natura ad inferiora tẽdebat, & non in parte, sed in toto vitæ attẽdebat passibili. Basi. Conuenit etiã hoc si quis loca pspexerit. Hierico eñ tenet loca conuallia Palæstinæ, Hierusalẽ vero in cacumine sita est occupans apicẽ montis: venit igitur homo ab altis ad infima vt à latronibꝰ caperet, qui incolebãt desertum. vnde sequit: Et incidit in latrones. Chry. Primum istiꝰ hominis miserãdus est casus, qui inermis ac destitutus in latrones inciderit, quiq; improuidꝰ incautúsq; eam viã elegerit, qua euadere prędonũ manus nequiuerit. Non eñ posset inermis armatos, improuidus pessimos, incautus nociuos effugere. Quippe cũ malitia semp armata sit dolis, crudelitate septa, munita fallacia, & ad nocendi sæuitiã pparata. Ambro. Qui sunt autem isti latrones nisi angeli noctis atq; tenebrarũ? in quos non incidisset, nisi eis mãdati cælestis deuius se fecisset obnoxiũ. Chry. In exordio igit mũdi nocẽdi fallaciam diabolus est operatus in hominẽ, in quem fallẽdi virus exercuit, & malitiæ nocentiã dedicauit. Aug. cõtra Pelagiũ. Incidit ergo in latrones. i. in diabolũ & angelos eius, qui per inobediẽtiam primi hominis humanum genus despoliauerũt morum. s. ornamẽtis, & vulnerauerũt dono. s. possibilitatis liberi arbitrii perdito. vnde sequit: Qui etiã despolia. eũ, & plagis impo. abierunt. In illo eñ peccãte plagã fecit, in nos vero plagas: cum per vnum peccatũ quod cõtrahimus, superaddimꝰ multa peccata. Augu. de quę. euãg. Vel spoliauerunt hominem immortalitate, & plagis impositis peccata suadendo reliquerũt semiuiuum, quia ex parte qua potest intelligere & cognoscere deum viuꝰ est homo, ex parte autem qua peccatis contabescit & premitur, mortuus est. & hoc est quod subditur, semiuiuo relicto. Aug. cõ. Pelag. Semiuiuus enim habet vitalẽ motum. i. liberum arbitriũ vulneratum, ꝙ ad æternã vitam quam ꝓdiderat redire nõ sufficiebat: & ideo iacebat, ꝙa vires ei ꝓpriæ ad surgendũ non sufficiebãt, vt ad se sanandũ medicum. i. deum requireret. Theo. Aut semiuiuus dicitur homo post peccatũ, quia anima ĩmortalis est corpꝰ vero mortale, ita vt medietas hominis morti succumbat: aut quia humana natura ĩ Christo sperabat cõsequi salutem, ita vt non oĩno morti succũberet, sed inquãtum Adam peccauerat, mors in mundũ intrauit, in Christi vero iustificatione mors erat destruẽda. Ambr. Vel spoliant quæ accepimus indumẽta gratiæ spiritalis, & sic vulnera inferre cõsueuerũt. nam si intemerata quę sumus indumenta seruemus, plagas latronũ sentire nõ possumus. Basi. Vel potest intelligi ꝙ expoliauerũt eũ, plagis prius impositis, præcedunt eñ vulnera nuditatem, vt intelligas ꝙ peccatũ gratiæ præcedit carẽtiam. Beda. Dicũtur autem plagę peccata, quia his naturę humanę ĩtegritas violatur. Abierũt autem nõ ab insidiis cessando, sed insidiarũ fraudes occultando. Chrys. Hic itaq; homo. i. Adã iacebat destitutus salutis auxilio, cõ fossus vulneribꝰ delictorũ, cui nec sacerdos Aaron trãsiens sacrificio potuit profuisse. Sequit enĩ: Accidit autem vt sacer. &c. Nec etiã eiꝰ frater Moyses leuita, per legem potuit subuenire. vnde sequit: Similiter & leuita cũ esset secus locũ &c. Aug. con. Pelag. Vel in sacerdote & leuita duo tẽpora intelligũtur, legis. s. & pphetarum: in sacerdote lex per quã sacerdotium & sacrificia instituta sunt, in leuita vaticiniũ prophetarũ: quorũ temporibꝰ humanũ genus sanari non potuit, quia ꝑ legem contradictio peccati nõ aboleuit. Theo. Dicit autem pręteriit, quia lex venit & stetit vsq; ad tẽpus prędixum, deinde nõ valens curare abiit. vide etiã ꝙ lex nõ ad hoc data est prędogitatiuè vt hominẽ curaret: nõ enim poterat homo à principio suscipere Christi mysterium, & ideo dicit: Accidit vt sacerdos quidã. quod cõ sueuimus dicere in his quæ nõ prędmeditatiuè fiunt. Augu. de ver. do. Vel quia homo descẽdens à Hierusalẽ in Hierico Israelita fuisse intelligit. quod ĩtelligi potest, quia transiens sacerdos vtiq; genere ꝓximus prætexit iacentẽ. transit leuita, & hic genere ꝓximus iacentem, & ipse cõtẽpsit. Theo. Miserti inquã illius fuere cũ cogitauerunt: postmodũ vero tenacitate deuicti abierunt retrorsum. hoc enim designat quod dicit, Prætexit. Augu. de ver. do. Transit Samaritanus genere lõginquus, misericordia proximus, fecit quod sequit: Samaritanꝰ au. qui. iter fa. ve. se. eũ. In quo Samaritano se voluit intelligi dñs noster Iesus Christꝰ. Samaritanꝰ eñ custos interptatur, & de ipso dicit: Nõ dormitabit neq; dormiet ꝙ custodit Israel, ꝙa resurgens à mortuis iã nõ moritur. Deniq; cũ dictũ esset illi, Quia Samaritanꝰ es, & dęmoniũ habes: negauit se habere dæmoniũ, ꝙa se nouerat dęmonũ expulsorẽ, nõ se negauit ĩfirmi custodẽ. Grę. Vocat aũt hic Christus se Samaritanũ oportunè. cũ eñ alloq̃ret legisperitũ superbientẽ in lege, voluit exprimere qm̃ nec sacerdos nec leuita & ꝙ conuersabãtur in lege, legis propositũ implebãt, sed ipse venit consummaturus legis propositũ. Ambr. Hic autẽ Samaritanus etiam erat descendens. Quis enim est qui descẽdit de cælo, nisi qui ascendit in cælum filius hoĩs qui est in cęlo? Theo. Dicit aũt, Iter faciẽs, quasi ex ꝓposito hoc statuens, vt nos curaret. Augu. con. Pelag. Venit autem in similitudine carnis peccati, ideo secꝰ eum quasi in similitudine. Græc. Vel secus viam venit, fuit enim verè viator, non deuiator gratia nostri descendens ad terrã. Ambro. Veniens autem factus est cõpassionis nostrę susceptione finitimus & misericordiæ collatione vicinꝰ. vnde sequitur: Et vidẽs eum, &c. Augu. con. Pelag. Videns quidem eum iacentem, non valẽtem, non currentem, & ideo misericordia motus est, quia in eo nullum meritum inuenit quo curari dignꝰ esset: sed ipse de peccato damnauit peccatũ in carne. vnde sequitur: Et appro. alli. vuln. eius, infundẽs ole. & vi. Augu. de ver. do. Quid enim tam lõginquum, quid tam remotũ, quàm deus ab hominibꝰ, immortalis à mortalibꝰ, iustꝰ à peccatoribus? non loco lõge, sed dissimilitudine. Cùm ergo haberet in se duo bona, scilicet iustitiã & immortalitatem, & nos duos mala. s. iniquitatem & mortalitatem. si vtrũq; malũ nostrũ suscepisset, par noster fuisset & liberatore nobiscũ opꝰ haberet. vt ergo esset nõ hoc quod nos, sed prope nos, non est ille peccator vt tu, sed factus est mortalis quod tu, suscipiendo pœnã, & non suscipiendo culpam deleuit & pœnam. Augu. de quæ. euang. Alligatio vulnerum est cohibitio peccatorum, oleum cõsolatio spei bonę apud indulgentiã datam ad reconciliationẽ pacis. vinum exhortatio ad operãdum feruentissimè in spiritu. Ambro. Vel cõstringit vulnera nostra austeriore pręcepto: sicut oleo fouet remissio ne peccati, sic vino cõpungit denũciatione iudicii. Greg. 20. mor. Vel in vino morsum districtionis adhibet, in oleo mollitiem pietatis: per vinũ vngantur putrida, per oleum sanãda foueantur. Miscenda est ergo lenitas cũ seueritate, & faciẽdum est quoddam ex vtroq; temperamentũ, vt neque multa asperitate exulcerent subditi, neque nimia benignitate soluãtur. Theo. Vel ali. Quæ secũdum hominẽ est conuersio, oleum est: quæ vero secũdum deũ, vinum est, quod diuinitatẽ significat: quam nemo potuisset sustinere, nisi oleũ haberetur, id est conuersatio humana. vnde quædam operatꝰ est humanè, quædam diuinitus. Infudit ergo oleũ & vinum, quia nos humanitate & diuinitate saluauit. Chrys. Vel vinum infudit. i. sanguinẽ passionis & oleum chrismatis: vt indulgẽtia daretur per sanguinẽ, sanctificatio cõ ferretur p chrismatis vnctionem. A cęlesti medico cõscissa loca ligantur, & intra semetipsa retinentia medicinam operãte medicamine, pristinę sanitati reddũtur. Infuso ergo vino & oleo, imposuit eũ super iumẽtum. vnde sequitur, Et impo. illum &c. Augu. de quæst. euã. Iumentũ eius est caro, qua ad nos venire dignatus est. Imponi iumento, est in ipsam incarnationẽ Christi credere. Ambro. Vel iumẽto imponit dum peccata nostra portat, & pro nobis dolet: homo eñ iumẽto similis factus est, & ideo supra iumentũ suum nos imposuit, ne nos essemus sicut equus & mulus, vt p nostri corporis assumptionẽ infirmitatẽ nostræ carnis aboleret. Theo. Vel imposuit in suũ iumentũ, id est in corpus suum, mẽbra nam q; sua nos fecit & participes corporis eius: & lex quidẽ non omnes suscipiebat. Moabitę (inquit) & Ammonitę nõ intrabunt in ecclesiã dei. nũc vero in omni gente qui timet dominũ ab eo suscipitur, volens credere & pars ecclesiæ fieri. ꝓpter hoc dicit, ꝙ duxit eum in stabulũ. Chrys. Est enim stabulũ ecclesia quę in itinere mundi lassatos, & sarcinis delictorũ defessos suscipit venientes: vbi depositò onere peccatorũ viator lassus reficitur, & refectus salubri pascua reparatur. Et hoc est quod dicit: Et curã illius egit. Totũ enim quicquid contrariũ nocens & malum est, foris est, quia intra stabulũ requies omnis salubritasq; incluſa est. Bed. Et bene iumẽto impositũ duxit in stabulũ, quia nemo nisi per baptismum corpori Christi adunatus ecclesiã intrabit. Ambr. Sed quia nõ vacabat Samaritano huic diu in terris degere, redeũdum erat vnde descenderat. vnde sequit: Et alte. die &c. Quis est iste alter dies, nisi forte ille dominicæ resurrectiõis? de quo dictũ est, Hęc est dies quã fecit dominꝰ. Duo autem denarii, sunt duo testamenta quæ imaginẽ in se habent æterni regis expressam, quorum precio vulnera nostra curãt. Augu. de quæ. euang. Vel duo denarii sunt duo prędicta charitatis, quã per spiritum sanctũ acceperunt apostoli ad euãgelizandum cæteris, vel promissio vitæ præsentis & futurę. Orig. Vel duo denarii videnť mihi esse scientia sacramẽti quomodo pater in filio & filiꝰ in patre sit: qua velut mercede donatur ecclesiæ angelus, vt diligẽtius curet hominẽ sibi commẽdatum, quę pro angustia tẽporis etiam ipse curauerat. Et ꝓmittitur ei quicqd de suo in medela semiuiuẽtis expẽderet, illico esse reddẽdum. vnde sequit: Et quodcunq; superogaueris, ego cũ rediero reddã tibi. Augu. de quęst. euã. Stabularius fuit apostolus qui supererogauit, aut illud cõsilium qd ait: De virginibus autẽ præceptũ domini nõ habeo, consilium autẽ do: aut ꝙ etiã manibꝰ suis operatꝰ est, ne infirmorum aliquem in nouitate euãgelii grauaret, cũ ei liceret ex euangelio pasci. Multũ etiam supererogauerunt apostoli: sed & pro tempore doctores, qui vetus & nouum testamẽtũ exposuere supererogauerũt, ꝙ quibꝰ retributionẽ accipient. Ambr. Beatus ergo ille stabularius qui alterius vulnera curare potest. Beatꝰ ille cui dicit Iesus: Quodcũq; supererogaueris, reuertẽs reddam tibi. Sed quãdo reuerteris dñe nisi iudicii die? Nam licet vbique sis semper, & stans in medio nostrum non cerneris à nobis, erit tamen tẽpus quo vniuersa caro te respiciet reuertentẽ. Reddes ergo quod debes beatis, quibus es debitor. Vtinã nos simus idonei debitores, vt quod accepimus possimus exoluere. Cyril. His ergo prætexis, opportunè iam dñs legisperitum interrogat subdens: Quis horum triũ tibi videtur ꝓximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: qui fecit misericordiã in illũ. Neq; enim sacerdos, neque leuita factꝰ fuit ꝓximus patientis, sed ille qui est eius misertus. Inutilis est eñ sacerdotii dignitas & legis scientia, nisi ꝑ bona opera confirmeť. vñ sequitur, Et ait il. Iesus, &c. Chry. q. d. Si quẽ vides oppressum, non dicas, vtiq; nequã est: sed siue gentilis sit siue Iudæus & ope indigeat, non cauilleris auxiliari quęcũq; mala fuerit passus. Augu. de doct. Christ. Ex hoc intelligimus eum esse ꝓximum, cui vel exhibendum est officium misericordiæ si indiget: & exhibendum esset si indigeret. Ex quo iam consequens est, vt etiã ille à quo nobis vicissim exhibẽ dum est, proximꝰ noster sit. proximi eñ nomen ad aliquid est, nec quisquã esse proximus nisi ꝓximꝰ potest. Nullum autem exceptũ esse cui misericordiæ denegetur officium, quis nõ videat? dicẽte domino, Benefacite his qui vos oderũt. vnde manifestum est hoc præcepto quo iubemur diligere proximũ, etiam sanctos angelos contineri, à quibus tãta nobis misericordiæ impendũtur officia, ex quo & ipse dominꝰ proximum nostrum se dici voluit, significãs se opitulatum esse semiuiuo iacenti in via. Ambrosi. Non enim cognatio facit proximum sed misericordia, quia misericordia est secundum naturam. nihil enim tam secũdum naturam, quàm iuuare consortem naturę.

Factum est autẽ dum irent, & ipse intrauit in quoddã castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam: & huic erat soror nomine Maria. Quæ etiam sedens secus pedes domini, audiebat uerbum illius: Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet.

Proximꝰ quis dicatur.

Anagogia pulchra.

Homo quis sero miuiuꝰ.

Samaritanus Christꝰ.

Ecclesia stabulo comparatur.

Expositio tropologica.

Proximꝰ quis sit.

Universidad de Deusto Biblioteca

Et respõdẽs, dixit illi dominus: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porrò, unũ est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Beda. Dilectio dei & ꝓximi, quę superius verbis & parabolis continebatur, hic ipsis reb⁹ & varietate designatur. Dicitur enĩ: Factũ est autẽ dum irẽt, &c. Orig. Cuius quidẽ nomen Lucas hic tacet, sed Ioãnes exprimit vocans ipsum Bethaniam. Aug. de ver. do. Sed dñs qui in sua propria venit, & sui eum nõ receperũt, susceptus est tanq̃ hospes. Sequitur enĩ: Et mu. quædã Martha, &c. Sicut solent suscipi peregrini, sed tamen suscepit famula dominũ, ægra saluatorem, creatura creatorem. Ne quis autẽ dicat, O beati qui Christũ suscipere in domum ꝓpriam meruerũt, noli dolere cùm inquit, Quod enim vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Accepta autem forma serui, in illa pasci à seruis voluit dignatione, non cõditione. Habebat carnẽ in qua quidem esuriret & sitiret: sed in heremo esuriẽti angeli ministrabant. ergo quo pasci voluit, pascenti p̃stitit. Martha igitur dominũ pascere disponens & pręparãs, circa ministeriũ occupabat̃. Maria vero soror eius pasci magis elegit à dño. Sequitur enim: Et huic erat soror nomine Maria, quę etiam sedẽs secus pedes dñi audiebat verbum illius. Chryso. Non simpliciter dicit̃ de Maria quòd sederet ꝓpe Iesum, sed secus pedes illius: vt ostendat diligentiã, assiduitatem, & solertiã erga auditionẽ, & multam reuerentiã quam habebat ad dominũ. Aug. de ver. do. Quãto autem humilius ad pedes sedebat, tãto amplius capiebat: confluit enĩ aqua ad humilitatem conuallis, denatat de tumoribus collis. Basi. Omnis autem operatio & verbũ saluatoris, regula est pietatis & virtutis. ob hoc enim induit corpus nostrũ, vt nos cõuersationem illius imitemur ꝓ posse. Chry. Exẽplo igitur suo docet discipulos qualiter se gerere debeant in domibus eorũ qui eos suscipiũt, vt. s. applicantes ad domum non resupini quiescãt, sed potius repleant suscipientes sacris & diuinis doctrinis. hi vero qui domũ parant, exeant obuiã hilariter & feruenter duabus de causis. Primo quidem ædificabunt̃ in doctrinis eorũ, quos suscipiunt, deinde & recipient charitatis mercedẽ. Vñ & hic sequitur: Martha au. satagebat &c. Aug. de ver. do. Bene Martha circa corporalem dñi necessitatẽ vel volũtatẽ ministrabat quasi mortali, sed q erat in carne mortali, in principio erat verbũ. Ecce qđ Maria audiebat, Verbũ caro factũ est. Ecce cui Martha ministrabat, laborabat ista, vacabat illa. verũtamẽ Martha laborãs multum in illa occupatione & negocio ministrãdi interpellauit dominũ, & de sorore conquesta est. Seqtur enim: Et ait, dñe non est, &c. Erat enim Maria intenta dulcedini verbi domini, à Martha cõuiuiũ dño parabatur, in cui⁹ conuiuio Maria iam iocũdabatur. Cũ ergo suauiter audiret verbum dulcissimũ & corde intentissimo pasceretur, interpellato domino à sorore sua, quomodo putamus eam timuisse ne diceret ei dñs: Surge & adiuua sororẽ tuã? Mira enim suauitate tenebatur, quæ profecto maior est mẽtis q̃ ventris: sed causam suã tanquã ociosa iudici maluit committere, nec in respõdendo voluit laborare. si enim pararet respondendi sermonem, remitteret audiendi intentionẽ. Respondit ergo dominus qui in verbo nõ laborabat, q͠a verbũ erat. Sequitur enim: Et respon. di. il. do. Martha, &c. Repetitio nominis indiciũ est dilectionis, aut forte mouendæ intentionis, vt audiat attentius. Bis vocata audit. Turbaris erga plurima. i. circa multa es occupata. vult enĩ homo occurrere quãdo ministrat, & aliquando non potest. quæritur qđ deest, paratur quod adest, distenditur animus. nam si Martha sufficeret, adiutoriũ sororis nõ posceret. multa sunt, diuersa sunt, quia carnalia sunt, quia tẽporalia sunt. Pręponitur autem vnũ multis. non enim à multis vnũ sed multa ab vno. vñ sequit̃: Porrò vnum est necessarium. Circa vnũ se voluit occupari, secundum illud: Mihi adhęrere deo bonũ est. vnũ sunt pater & filius & spũs sanctus, ad hoc vnũ non nos ꝑducit, nisi multi habeamus cor vnũ. Cyril. Vel ali. Cũ susceperint aliqui fratres deũ, non solicitent̃ erga multum officiũ, nec poscant quę ꝓ manibus nõ sunt & opus exuperant. grauat enĩ passim in qualibet re qđ superfluit. generat enim volẽtibus conferre tædium, conuiuis autẽ videtur ꝙ sunt aliis causa laboris. Basi. Absurdũ etiam est cibos ad sustentationẽ corporis sumere, ac ꝑ eos iterum officere corpori, & impedire ipsum erga mãdatorum diuinorũ officium. Si ergo adueniat aliquis pauperum, sumat formam & exẽplar modestiæ ciborum, nec causa viuere volentiũ in deliciis mẽsam ꝓpriam p̃paremus: vniformis enĩ est Christiani vita ad vnã intẽdens intẽtionẽ. s. ad gloriã dei. Multiformis vero & varia vita eorũ qui de foris sũt: pro libitu variata. Tu vero cur dum copiam ciborũ & causa delectationis fratri pręparas mensam, criminaris eum voluptatis, & diffundis in eum gulositatis opprobria, arguens delicias eius in eo quod pręparas? non cõmendauit dñs Marthã occupatã circa frequens ministeriũ. Au. de ver. do. Quid ergo, putamus reꝑhẽsum esse ministeriũ Marthę, quã cura hospitalitatis occupauerat, quę tãto hospite lętabat̃? hoc si verum est, dimittãt hoĩes ꝙ ministrant egentibus, vacent verbo, occupent̃ circa scientiã salutarem: nihil sit cura eis, quis peregrinus in vico sit, quis egeat pane: vacent opera misericordię, vni instet̃ scientię. The. Nõ ergo dñs hospitalitatẽ ꝓhibet, sed plurimorũ turbationẽ. s. abstractionẽ & tumultũ. & vide cõsiliũ dñi, ꝙ prius domin⁹ nihil dixerat Marthæ, sed postq̃ illa sororẽ ab auditu studebat auellere, tũc dñs occasione habita increpauit eã. Vsq; enĩ adeò honorat̃ hospitalitas, donec ad necessaria nos attrahit: Cũ verò incipit ab vtilioribus ĩpedire, manifestũ est ꝙ honorabilior est diuinorũ auditus. Aug. de ver. do. Nõ ergo dñs opus reꝑhendit, sed munus distĩxit. Sequit̃ enĩ: Maria optimã partẽ elegit &c. Nõ tu malã, sed illa meliorẽ. vnde meliorẽ? quia ab ea non auferet̃, à te auferet̃ aliquãdo onus necessitatis. Non enĩ cũ veneris ad illã patriã inuenies ꝑegrinũ quem suscipias hospitio, sed bono tuo auferet̃, vt quod melius est detur: auferetur à te labor vt requies det̃. Tu nauigas, illa in portu est: ęterna enĩ est dulcedo veritatis, in hac tamẽ vita auget̃, in illa ꝑficiet̃, nunq̃ auferet̃. Amb. Agat ergo te sicut Mariã desideriũ sapientię: hoc enĩ maius, hoc ꝑfectius op⁹, nec ministerii cura cogitationẽ verbi cælestis auertat. Nec arguas eos & ociosos iudices, quos videas sapiẽtiæ studere. Aug. de quæ. euã. Mysticè autẽ ꝙ Martha excepit illũ in domũ suã, significat ecclesiã quę nũc excepit dñm in cor suũ. Maria soror ei⁹ quę sedebat ad pedes domini & audiebat verbũ eius significat eandẽ ecclesiã, sed ĩ futuro seculo, vbi cessans ab opere ministerioq; indigentiæ, sola sapiẽtia ꝑfruitur. Quòd autẽ conq̃ritur, ꝙ soror eius eã nõ adiuuet, occasio dat̃ sentẽtiæ domini, qua ostẽdit istã ecclesiam sollicitã esse & turbari erga plurima, cũ sit vnũ necessariũ, ad quod ꝑ ministerii huius merita ꝑuenit̃. Mariam vero dicit optimã partem elegisse, quia ꝑ hanc ad illam tendit̃, & nõ aufertur. Greg. vi. mor. Vel ꝑ Mariã quę verba domini residẽs audiebat, cõtemplatiua vita exprimit̃: ꝑ Marthã exterioribus obsequiis occupatã, actiua vita significat̃: sed Marthæ cura nõ reprehendit̃, Mariæ vero laudatur: q͠a magna sũt actiuę vitę merita, sed contẽplatiuę potiora: vnde nec auferri vnq̃ Mariæ pars dicit̃, quia actiuę vitę opera corpore trãseunt, cõtemplatiuæ autẽ gaudia melius ex fine conualescunt.

Domin⁹ Iesus hospes.

Documẽtum morale.

Anagoge Augustini.

Allegorica expositio.

CAP. XI.

ET factum est cum esset in quodã loco orans ut cessauit, dixit unus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit Ioãnes discipulos suos. Et ait illis: Cũ oratis dicite: Pater sanctificetur nomẽ tuum: adueniat regnum tuum: panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis peccata nostra siquidem & nos dimittimus debenti nobis: & ne nos inducas in tentationem.

Beda. Post historiam sororũ quę duas ecclesiæ vitas significauerũt, non frustra dñs & ipse orasse, & discipulos orare docuisse scribit̃: q͠a & oratio quã docuit, vtrisque in se vitæ continet mysteriũ, & ipsarum ꝑfectio vitarum, nostris nõ viribus est obtinenda, sed precib⁹. vnde dicitur: Et factũ est cum esset &c. Cyril. Cũ autẽ habeat omnis boni plenitudinẽ, cur orat si plen⁹ est & in nullo penitus eget? Ad hoc dicimus quòd competit ei ex modo dispensationis in carne, cũ voluerit humana prosequi tẽpore ad hoc cõueniẽte. Si enim comedit & bibit, nõ incõgruè vtebatur oratione. vt doceat nos non esse erga hoc tepidos, sed attẽtius insistere orationibus. Titus. Cũ autem nouã cõuersationem vidissent discipuli, nouam formam orationis postulauerũt, cum plures orationes continerentur in veteri testamento. Vnde sequit̃: Vt cessauit, dixit &c. Domine, doce nos orare, ne. s. contra deũ peccemus, aliqua quęrentes pro aliis, vel deo assistentes in oratione nõ eo modo quo expedit. Orig. Et vt orationis doctrinã proferat ĩfert: Sicut & Io. do. disci. suos: de quo. s. nos docuisti, ꝙ ĩter natos mulierũ nullus eo maior surrexit, & quia pręcepisti nobis petere æterna & grãdia. vnde erit nos ad horum peruenire notitiã, nisi à te deo & saluatore nostro? Grego. Ni. Orationis ergo doctrinã explicat discipulis qui solerter notitiã orationis expostulant, ostẽdens qualiter implorare oporteat diuinũ auditum. Basi. Duo autem sunt modi orationis. Vnus quidẽ laudis cũ humilitate: secũdus vero petitionis remissior. Quoties ergo oras, nõ prius ad petendũ prorumpas. Sinautem tuum criminaris affectum, quasi necessitate coact⁹ supplices deo. Sed cum incipis orare quãlibet desere creaturã, visibilem & inuisibilẽ. Sumimus autẽ exordium à laude illius qui cũcta creauit. vnde subdit̃: Et ait illis, Cũ oraueritis dicite: pater. August. de ver. do. Primus sermo quantæ gratię? faciẽ tuam non audebas ad cęlũ attollere, & subito accepisti gratiã Christi. Ex malo seruo factus es bonus filius, ideo p̃sume nõ de tua operatione, sed de Christi gratia. Non ergo hic arrogãtia est, sed fides: prædicare quod acceperis nõ est suꝑbia, sed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrẽ, qui te ꝑ lauacrum genuit, qui per filium te redemit, patrẽ dicas quasi filius. Sed noli tibi aliquid specialiter vendicare, solius Christi specialis est pater, nobis est pater omnib⁹ in cõmuni: quia illum solũ genuit, nos autem creauit. Et ideo secundum Matt. dicit̃: Pater noster: & additur, qui es in cælis. In illis. s. cælis de quib⁹ dictum est: Cęli enarrant gloriam dei. Cælũ est vbi culpa cessauit, vbi nullũ mortis est vulnus. Theo. Nõ autẽ dicit, Qui es in cælis, tãquam ibi circũscribatur, sed vt ad cælos erigat auditorem & abstrahat à terrenis. Grego. Ni. Vide autẽ quãtæ præparationis opus est, vt auctacter possis deo dicere, pater: quia si ad res mũdanas intuitũ dirigis, aut humanam gloriam ambis, aut sordes passibilis appetitus, & hanc orationẽ enuncies: audire mihi videor deum dicentem, Cũ corruptæ fueris vitæ, si patrẽ vocas incorruptibilitatis genitorẽ, fœda voce inquinas incorruptibile nomẽ. Nam qui patrẽ mãdauit vocare, ꝓferre mendaciũ non concessit. Oĩm vero bonorũ exordiũ est glorificare nomẽ dei in vita nostra. Vñ subdit: Sãctificetur nomẽ tuũ. Quis enĩ est adeo bestialis qui vidẽs credentibus vitã puram, non glorificet nomẽ inuocatũ in tali vita? Igit̃ qui dicit in oratione, Sanctificet̃ in me inuocatũ nomen tuũ, hoc orat, fiã tuo concurrente subsidio iustus, abstinens à quolibet malo. Chry. Sicut enĩ cũ quis cęli pulchritudinẽ aspicit, dicit, gloria tibi de⁹: sic etiam cũ aspicit alicui⁹ virtutẽ, quia hoĩs virtus multo magis q̃ cælum glorificat deũ. Au. de. ver. do. Vel dicitur, Sanctificet̃ nomen tuũ in nobis, vt ad nos possit eius sanctificatio ꝑuenire. Titus. Vel dicit, Sãctificetur nomen tuũ. i. nota sit tua sanctitas toti mũdo, & laudet te decenter. Rectos autẽ decet collaudatio. Iussit igitur orare pro emendatione mũdi totius. Cyril. Quoniã penes eos ad quos nõdũ peruenit fides contẽnitur adhuc nomen dei: sed vbi iubar veritatis suꝑ eos illuxerit, eũ fatebuntur sanctũ sanctorũ. Titus. Et quia in noĩe Iesu est gloria dei patris, tũc nomẽ patris sanctificabit̃, quãdo Christ⁹ erit notus. Orig. Vel quia nomen dei ab errantibus attribuit̃ culturis & creaturis, nondũ est sanctificatum, vt sit separatũ à quibus debuit separari. Decet ergo nos orare vt nomen dei adaptet̃ soli vero deo, cui adaptat̃ quod subditur: Adueniat regnũ tuũ, vt. s. euacuetur principat⁹ & potestas & virtus & regnũ mũdi, quinetiã peccatũ quod regnat in mortalibus nostris corporibus. Greg. Nise. Imploram⁹ etiam à dño liberari à corruptione, exui à morte. Vel scđm quosdam: Adueniat regnũ tuũ. i. veniat suꝑ nos spirit⁹ sanctus tuus, vt purificet nos. Aug. de ver. do. Tunc enĩ venit regnũ dei, quando eius sumus gratiã consecuti. Ipse enim ait: regnum dei intra vos est. Cyril. Vel qui hoc dicunt videntur optare rursum refulgentẽ in mũdo omniũ saluatorem. Mandauit autẽ in oratione petere illud tempus reuera terribile, vt sciant ꝙ viuere decet eos non lẽte vel remisse, vt illđ tẽpus nõ paret eis flãmã & vĩdictã, sed magis honestè secũdum voluntatẽ ipsius, vt eis tẽpus illud nectat coronas, vñ scđm Mat. sequitur: Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Chrys. q. d. præsta nobis dñe conuersationẽ imitari cælestẽ, quatenus quęcunque tu vis, nos etiã velimus. Gre. Ni. Quoniã enim vitã humanã post resurrectionẽ similẽ dicit esse venturam vitæ angelicæ: cõsequẽs est vitã mũdanã ad vitam quæ postmodum speratur disponi, vt in carne viuẽtes carnaliter nõ viuamus. Per hoc autẽ verus medicus animæ soluit morbi naturã, vt quos occupauit infirmitas per hoc ꝙ à volũtate diuina recesserãt, à morbo denuo liberet copulatio ad volũtatem diuinã. Est enim sanitas animę executio debita voluntatis diuinæ. Augu. in Ench. Apud euãgelistã igitur Matthæũ, septẽ petitiões continere videtur dominica oratio: euãgelista vero Lucas in oratione dominica petitiones nõ septẽ sed quinque complex⁹ est, nec ab illo vtiq; discrepauit. Sed quo modo illa septem sint intelligẽda, ipse sub breuitate cõmonuit. Nomen quippe ei sanctificat̃ in spiritu, dei autem regnum in resurrectione futurũ est. Ostẽdens ergo Lucas tertiã petitionẽ duarũ superiorũ esse quodãmodo repetitionẽ, magis eam prætermittẽdo voluit intelligi. Deinde tres alias adiunxit. Et primo de pane quotidiano, dicens: Panem no. quo. da. no. ho. Augu. de ver. do. In græco dicitur epiusion, hoc est supersubstãtialẽ, non iste est panis qui vadit in corpus, sed ille panis vitę æternæ, qui animę nostræ substãtiam fulsit. Latinus autem hũc quotidianũ panem dicit, quem græci dicũt aduenientem. Si quotidianus ille est panis, cur post annum illũ sumas, quẽadmodũ Gręci in oriẽte facere cõ-

Oratio suadetur

Copiosa Christi gratia.

Iesu nomen gloriosum.

Anagogia pulchra.

Panis supersubstãtialis

Universidad de Biblioteca

sueuerunt?Accipe quotidie quod quotidie tibi ꝓsit,sic
viue quòd quotidie merearis accipere.Mors dñi signi-
ficatur,& remissio pctõrum.qui vulnus habet medici-
nam quærit.vuln⁹ est quia sub peccato sumus,medici-
na est cæleste & venerabile sacramentũ. Si quotidie ac
cipis,quotidie tibi est hodie. Christ⁹ tibi quotidie re-
surgit:hodie em̃ est quãdo Christ⁹ resurgit. Titus.Vel
panis animarũ diuina est virtus, afferens futurã vitam
perennẽ,sicut panis ex terra prodiẽs vitã temporalem
conseruat.Cũ autem quotidianũ dixisset,diuinum qui
aduenit & futurus est significat,quẽ nobis hodie ꝓstari
requirimus, poscẽtes quoddã eius principium atq; gu-
stum quãdo spiritus in nobis inhabitãs virtutẽ opera-
tur,quæ superat omnẽ virtutem humanã: puta castita-
tem,humilitatẽ.Cyril.Putãt autẽ forsan aliqui indecẽs
esse sanctos à deo quærere corporalia,&ob hãc causam
applicant qđ dicitur ad spũalem cõsiderationem. Ego
autem cõcedã quòd oportet sanctos ꝑcipuè satagere ad
obtinenda spiritualia dona.Illud tamẽ decet inspicere
quòd irreprehẽsibiliter petunt dño præcipiente panẽ
cõmunem.ex eo em̃ quòd panem iussit quærere.i.quo-
tidianum alimentũ,videtur ꝙ nihil concedat eos habe
re,sed magis honestã colere pauꝑtatẽ: non em̃ est habẽ
tium panẽ petere,sed oppressorũ penuria. Basi.q.d.pa-
nem quotidianũ qui nostræ substãtiæ competit ad vi-
tam diurnam,nõ tibiipsi cõmendes,sed ad deum causa
eius refugias, exponens ei necessitatẽ naturæ.Chryso.
Corporalia quomodo petenda.
Postulanda ergo sunt diuinitus necessaria vitæ, nõ ci-
borum diuersitates,& vina odorifera,& cętera quę de
lectant guttur,onerãt autem vẽtrem,& mentem ꝑtur-
bant:sed panis,qui potest substãtiam corporis sustenta
re,& ille qui nobis hodie tantũmodo sufficit, vt de cra
stino nõ cogitemus.vnã autem solã petitionem sensibi
lem quærimus,vt ꝑsentibus non affligamur.Greg.Ni.
Postquã autẽ ꝑ bona opera fiduciã sumere docuit,cõse
quẽter remissionem reatuũ docet implorare. Sequitur
em̃:Et dimitte no.pec.nostra. Tit⁹. Hoc etiã additum
Null⁹ sine peccato.
est necessario ꝓ eo quòd nullus sine pctõ reperitur, ne
impediamur à sacra participatione ꝓpter humana pec
cata.Cum em̃ teneamur exhibere Christo oĩmodã san
ctitatẽ qui spiritũ sanctũ habitare facit in nobis,redar-
guendi sumus si non obseruem⁹ ei templũ mundũ.Huic
autem defectui subuenit per dei bonitatẽ indulgẽtem
humanæ fragilitati pctõrum punitionẽ.Hoc aũt ipsum
iuste fit à iusto deo quãdo nos quasi debitorib⁹ relaxa-
mus,his.s.qui nobis nocuerunt,& debita non exhibue
runt.vñ subdit:Siquidem & nos dimit.deben. nobis.
Cyril.vult enim vt ita loquar, patientiæ quã hoĩes co-
lunt imitatorẽ fieri deũ,vt qualẽ ipsi exhibuerunt con-
seruis bonitatẽ,talem pari lãce recipere petãt à deo qui
iuste recõpẽsat, & nouit oĩm misereri.Chrys.Hęc igit
animaduertentes grates agẽdę sunt debitorib⁹ nostris,
fiũt em̃ nobis si sapimus causa indulgẽtiæ maximę, &
pauca exhibentes,plurima reperiemus.Nã & nos mul-
ta debemus & magna debita dño,quorũ si minimã par
tem à nobis vellet exigere,iã perissemus.Augu.de ver.
do.Debitũ autem qd est nisi pctm̃? Ergo si non accepis
ses alieni fœnoris pecuniã nõ deberes: & ideo peccatũ
tibi imputat. Habuisti em̃ pecuniã cum qua diues na-
sceris ad imaginem & similitudinẽ factus dei,sed perdi
disti quod habebas:sicut dũ arrogantiã desyderans vẽ-
dicare,pdidisti humilitatis pecuniã, accepisti à diabo-
lo debitũ quod nõ erat necessariũ:cautionẽ tuã tenebat
inimicus,sed eam dñs crucifixit,& suo cruore deleuit.
Potens est autẽ dominus qui abstulit peccatũ, & debi-
ta nostra donauit custodire nos aduersus diaboli insi-
dias,qui culpã generare cõsueuit.vnde sequitur : Et ne
nos indu.in tentationem.quã.s. ferre non possum⁹. Sed
quasi athleta talẽ vult tentationẽ,quam ferre possit hu
mana conditio.Titus.A diabolo em̃ non tẽtari est im-
possibile, sed ne à deo derelĩquamur ad tẽtationes hoc
deprecamur. Quod autẽ ex promissione diuina contin
git,illud deus quãdoq; facere dicitur in scriptura: & se
cundũ hoc nisi ꝓhibeat tentationis inualescentiã quæ
supra nos est,tũc nos in tẽtationem inducit. Maxi.Vel
mandat dñs vt petamus,Ne nos inducas in tentationẽ
.i.non ꝑmittas voluptuosarũ & spontanearũ tentatio-
num nos experientiã pati. Iacobus autẽ docet pro veri
tate certantes nõ remitti in tentationib⁹ inuolũtariis
& causatiuis laborũ,dicẽs:Omne gaudiũ ęstimate fra-
tres mei,cũ in tentationes varias incideritis. Basi. Nõ
tamen decet nos orãdo petere afflictiones corporales:
vniuersaliter em̃ præcepit orare,nõ subire tentationẽ:
sed postq̃ aliquid subit,expedit à dño petere virtutem
ꝑferendi,vt consumet in nobis illud:Qui sustinet vsq;
ad finẽ,saluus erit.Aug.in Enchir.At vero qđ Matthę⁹
Concordia scripturarũ.
in vltimo posuit:Sed libera nos à malo, iste nõ posuit:
vt intelligam⁹ ad illud superius qđ de tentatione dictũ
est ꝑtinere.Ideo quippe ait,Sed libera:non ait, Et libe
ra.tanq̃ vnã petitionem demõstrans: noli hoc sed hoc,
sed sciat vnusquisq; in eo se liberari à malo, quòd non
infertur in tentationẽ. Augu. de ver. do. Vnusquisque
enim petit vt à malo, hoc est ab inimico & peccato li-
beretur,sed qui deo se committit, diabolum nõ timet.
Si enim deus pro nobis,quis contra nos?

*Et ait ad illos:Quis uestrũ habebit amicum & ibit ad illũ
media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes,
quoniã amicus meus uenit de uia ad me, & nõ habeo quod po
nam ante illũ, & ille deintus respondens dicat:noli mihi mo-
lestus esse,iã ostiũ clausum est, & pueri mei mecũ sunt in cu-
bili,non possum surgere & dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans, dico uobis, & si non dabit illi surgens eo quòd
amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, &
dabit illi quotquot habet necessarios.*

Chryso.Docuerat suprà saluator ad petitionẽ apo-
stolorum qualiter oportet orare, poterat autem cõtin-
gere eos qui hoc salutare documentũ receperant,effun
dere quidem preces iuxta traditam formã, sed negli-
genter & remisse hoc facere:deinde cũ non exaudiren-
tur per primam vel secũdam orationem,desistere ab o-
rationibus. Itaque ne hoc pateremur, per modũ para-
bolę manifestat,ꝙ pusillanimitas in orationibus dam-
nosa est.Vtilissimum vero est in eis patiẽtiam habere.
vnde dicitur:Et ait ad illos,Quis vestrũ habebit ami-
cum?Theo.Amicus iste deus est,qui omnes amat,& o-
Amicissimus Christ⁹.
mnes saluos vult fieri.Ambro.Quis etiã est nobis ami
cior,quàm qui pro nobis corp⁹ suũ tradidit?Datur au-
tem nobis hic alius præcepti modus, vt omnibus mo-
mentis,non solũ diebus sed etiam noctibus oratio de-
feratur.Sequit enim:Et ibit ad il.me.noct. Sicut petiit
Dauid quãdo dicebat, Media nocte surgebam ad cõfi-
tendum tibi. Neque em̃ timuit excitare dormientem,
quem scit semper esse vigilãtem. nam si ille tam sanct⁹,
& qui regni erat necessitatib⁹ occupatus, septies in die
laudem domino dicebat,quid nos facere debemus?qui
eo amplius rogare debemus,quo frequentius carnis ac
mẽtis fragilitate delinquimus : quod diligẽdo dominũ
deum tuum non solũ tibi, sed & aliis poteris emereri.
Sequitur em̃:Et di.il.Amice cõmoda mihi tres pa.&c.
Augu.de ver.do.Qui autẽ sunt isti tres panes,nisi my-
sterii cælestis alimentũ?fieri enim potest vt aliquis pas
sus fuerit amicũ aliquid interrogantẽ, quod respõdere
non possit:& tũc se inuenit nõ habere,quando coactus
est dare.Venit ergo tibi amicus de via.i. vita huius se-
culi,in qua oẽs velut peregrini trãseunt:nec vllus quasi
possessor manet,sed omni homini dicitur:Transi,da vẽ
turo locũ:aut fortè de via mala,hoc est de vita mala fa
tigatus nescio quis amicus tuus nõ inueniens veritatẽ,
qua audita & percepta beatus fiat,venit ad te tanq̃ ad
Christianũ,& dicit:Redde mihi rationẽ.Et interrogat
quod fortè tu per simplicitatẽ fidei nesciebas,& nõ est
vnde reficias esurientẽ,& cõpelleris quærere in dñicis
Libri cõsulendi.
libris.Fortassis em̃ quod ille interrogauit, in libro po
situ est,sed obscurũ est,ipsum Paulũ aut Petrũ, aut ali-
quem prophetã interrogare nõ sineris.Iam em̃ requie-
scit familia ista cũ dño isto suo, & seculi huius ignorã-
tia valida est,hoc est nox media,& vrget amicus esuri-
ens,cui simplex fides nõ sufficit. Nunquid deserendus
est?ergo ad ipsum dñm cũ quo familia requiescit,pulsa
orando:de quo subdit,Et il.dein.respon.di.Noli mihi
molestus esse.Qui differt dare,vult vt amplius deside-
res dilatũ,ne vilescat citò datũ.Basi.Forsitan etiam ob
hoc differt,quasi ingeminãs tui assiduitatẽ,& frequen-
tiam erga se,& vt cognoscas quid donũ dei sit:& in ti-
more donata custodias. Quicquid enim aliquis multo
labore acquirit,nititur custodire:ne cùm illud perdide
rit,suũ laborẽ amittat.Glo.Non ergo aufert impetrãdi
licentiã,sed vehemẽtius accendit desideriũ orãdi,ostẽ-
sa difficultate cõsequẽdi.Sequit em̃:Iam ostiũ clausum
est.Ambr. Hoc est ostiũ qđ aperiri sibi etiã Paulus ex-
poscit,non solũ suis, sed etiã populi orationibus obse-
crans se iuuari,vt aperiatur sibi ostiũ ad loquendũ my-
sterium Christi. Et fortasse illud est ostiũ quod apertũ
vidit Ioãnes,cui dictũ est:Ascende huc,& ostendã tibi
quæ oportet fieri.Aug.de quæst.euã. Significatur ergo
tẽpus famis verbi,cũ intelligentia clauditur:& illi qui
apostolicã sapientiã tanq̃ panẽ erogantes per orbẽ ter-
rę prædicauerunt,iam sunt in secreta quiete cum dño.
Et hoc est qđ subdit: Et pueri mei mecũ sunt ĩ cubili.
Greg.Nis. Opportunè eos qui ꝑ arma iustitiæ impassi
bilitatẽ vendicauerunt sibi,pueros appellat,docens ꝙ
bonũ quod per studia in nobis acquirit, ab initio fue-
rat in natura repositũ.nam quando aliquis abrenũciãs
carni,per rationẽ exercitio vitæ virtuosæ passionẽ cõ-
futauit,tũc quasi puer insensibiliter se habet erga pas-
siones.Cubile autẽ requiẽ intelligimus saluatorũ.Glo.
Et ꝓpter præmissa subdit: Non possum surgere & da-
re tibi:quod est ad difficultatẽ impetrãdi referendum.
Aug.de quæst.euan.Vel aliter:Amicus ad quẽ venitur
media nocte, vt accõmodet tres panes, vtiq; ad simili-
tudinẽ ponitur secundũ quã qui rogat deum in media
tribulatione constitutus,vt ei tribuat intelligentiã tri
nitatis,qua pręsentis vitæ cõsoletur labores.Ipsa enim
angustia media nox est,q̃ cogitur vehemẽter instare.In
tribus autẽ panibus etiã illud significatur,vni⁹ substã-
tiæ esse trinitatẽ:amicus autẽ veniens de via,intelligit
hoĩs appetitus,qui debet rationi seruire. seruiebat aũt
consuetudini tẽporali, quã viam vocat propter omnia
transeuntia.Cõuerso aũt homine ad deũ, etiã ille appe
titus à cõsuetudine reuocatur.Sed si non cõsoletur in-
terius gaudiũ de doctrina spiritali,qua creatoris trini-
tas prædicatur,magnæ angustiæ sunt in homine quem
premit ærumna mortalis,cùm ab his q̃ foris delectant,
præcipit abstinentia, & intus nõ est refectio de lætitia
doctrinæ spiritalis: & tamen orãdo efficit vt accipiat,
desiderãs intellectũ à dño:etiã si homo desit per quem
sapientia prædicetur.Sequitur em̃:Et ille si perseuera-
uerit &c.Comparatio est à minori.si em̃ amicus homo
surgit de lecto,& dat nõ amicitia, sed tædio cõpulsus:
quãtò magis deus dat, qui sine tædio largissimè donat
quod petitur?Aug.de ver.do.Cùm autẽ perueneris ad
tres panes,hoc est ad cibũ & intelligentiam trinitatis,
Trinitas prædicatur.
habes & vnde viuas,& vnde pascas,ne timeas, ne fini-
as:non em̃ panis ille finietur, sed indigentiã tuã finiet.
disce,& doce:viue,& pasce.Theop.Vel ali.Media nox
finis est vitæ, in quo multi ad deũ adueniunt. Amicus
autẽ est angelus qui accipit animã. Vel media nox est
profundũ tentationũ,in quo cõstitutus petit à deo tres
panes,necessitatẽ.s.corporis animæ & spiritus:per quẽ
in tentationibus nõ periclitamur. Amicus autẽ qui de
via venit,ipse deus est, qui tentationibus nos probat,
qui nõ habet quod apponat,qui in tẽtatione infirmat.
Quòd aũt dicit,Et clausa est ianua: intelligendum est
ꝙ docet nos ante tentationes præparatos esse.postquã
verò tẽtationi incidimus,præparationis ianua claudi-
tur:& imparati inuẽti, nisi deus adiuuet periclitamur.

*Et ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis:quærite, &
inuenietis:Pulsate, & aperietur uobis. Omnis enĩ qui petit,
accipit & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Quis
autem ex uobis patrem petit panem,nunquid lapidem dabit
illi?Aut piscẽ,nunquid pro pisce serpentẽ dabit illi? Aut si pe
tierit ouum,nũquid porriget illi scorpionẽ? Si ergo uos cum
sitis mali,nostis bona data dare filiis uestris,quantò magis
pater uester cœlestis de cœlo dabit spiritũ bonũ petẽtibus se?*

Aug.de verb.do.Posita similitudine adiunxit exhor
tationem dñs,& omnino stimulauit nos quærere,pete
re,pulsare:donec accipiamus quod petim⁹. vnde dicit:
Et ego dico vobis,petite & dabit vobis.Cyril.Quòd
dicit dico vobis: vim habet iuramenti: deus enim non
mentitur.Quandocũq; autẽ innuit audiẽtibus aliquid
Vis iuramenti in verbis.
cum iuramẽto,ostendit inexcusabilẽ nostræ fidei par-
uitatẽ. Chry.Per petitionẽ autẽ orationẽ ostendit, per
inquisitionem verò studiũ & solicitudinẽ,cùm subdit:
Quærite & inuenietis:quæ em̃ quærunt plurima cura
indigent,qđ maximè est in deo. Plura nanq; sunt quæ
sensum nostrũ impediũt:sicut ergo aurũ perditũ quęri-
mus,sic deũ solicitè perquiramus. Ostẽdit etiã ꝙ q̃uis
non aperiat ilicò ianuã,tamen immorandũ est.vñ sub-
dit:Pulsate,& aperiet vobis,quia si quærẽs immorabe
ris,vtiq; recipies:ob hoc reclusum est ostiũ,vt faciat te
pulsare:ideo nõ mox annuit vt exposcas.Græc⁹. Vel ꝑ
hoc ꝙ dicit,Pulsate:forsitã insinuat petere cũ effectu:
pulsat em̃ aliquis manu.Boni aũt operis signum est ma
nus:vel hæc tria possunt aliter distingui. virtutis enim
initiũ est petere notã fieri viam veritatis. Secũdus ve-
rò gradus est quęrere qualiter oporteat trãsire per viã.
Tertius gradus est,vt cùm virtutes attigerit,pulset ad
ostiũ,vt intret spaciosam cognitionẽ. quæ oĩa orando
aliquis acquirit.Vel petere quidẽ est orare,quærere ve
rò,per bona opera agere orationi cõdigna. Pulsare aũt
est orationi immorari nec desistere.Aug.de ver.do.Nõ
autẽ nos tantũ hortaret vt peteremus, nisi dare vellet.
Erubescat humana pigritia.pl⁹ vult ille dare q̃ nos ac-
cipere.Amb.Qui aũt ꝓmittit aliquid,spem debet af-
ferre ꝓmissi:vt mandatis obedientia deferat, promis-
sis fides. & ideo subdit: Omnis em̃ qui petit,acci.&c.
Orig. Quæret aũt aliquis,qualiter quidã orantes non
Quęstio pulchra.
exaudiãtur?Ad quod dicendũ,ꝙ quicũq; recto tramite
ad quærendũ accedit,nihil omittens ex his quæ confe-
runt ad petitorũ obtentũ,accipiet reuera qđ precat⁹ est
dari sibi.Si quis aũt diuertens à proposito debitæ peti
tionis,cũ non petat vt decet,nõ petit.Quo fit vt cũ nõ
recipiat,quod hic dicitur,nõ falsificet. Nã & magistro
dicente:Quicunq; veniet ad me, assequet disciplinarũ
peritiã:adire magistrũ realiter accipim⁹, hoc est vt fer-
uenter & diligenter vacet documentis ipsius: vnde &
Iacobus dicit, Petitis,& nõ accipitis: eo ꝙ malè peta-
tis.s.causa voluptatũ vanarũ. Sed dicet aliquis, imò cũ

aliqui rogant pro diuina notitia obtinēda, & recuperatione virtutū, non obtinent. cui dicendū q̄ nō propter se bona petiuerunt accipere, sed vt cōmendent per ea. Basi. Si quis etiā ob torporem exhibeat se desideriis & traditor sui fiat in manus hostiū, hūc deus nec adiuuat, nec exaudit. eo q̄ per peccatū alienū se fecit à deo. decet ergo offerre quidem quicquid interest sua, clamare autē ad deū vt adiuuet eū. Est autē diuinū subsidiū implorandū non remisse, nec mēte huc illucq; vagante: eo q̄ talis non solū non impetrabit quod petit, sed magis dūm irritabit. nam si aliquis corā principe stans fixum habet intrinsecū & extrinsecū oculū, ne forsitā puniatur: quāto magis corā deo attentū ac tremebūdū oportet assistere? Si verò debilitatus à peccato fixè nequis orare, quantūcunq; potes teipsum cohibeas, vt stando coram deo ad eū dirigas intellectū: & deus ignoscit, eo q̄ nō ex negligētia, sed ex fragilitate nō potes, vt oportet assistere corā deo. Si sic ergo teipsum compellis, ne discedas donec accipias. Ideo ergo quādoq; petis & nō accipis, quia perperā postulasti, vel infideliter, vel leuiter, vel nō conferentia tibi, vel destitisti. Sępius autem quidā obuiant dicentes, Quare oramus? an ignorat de⁹ quibus opus est nobis? Nouit quippe, & oīa spiritualia vberius dat nobis, & anteq̄ postulemus, sed opera virtutis & regnū cælorū oportet prius optare, optantem verò quærere, ingerentē per fidē & patientiā quicquid interest suā: in nullo delicto redargutū à propria cōscientia. Amb. Ergo præceptiuus locus frequēter orādi, spes est impetrandi: ratio autē persuadēdi prius fuit in præcepto, postea fit in exēplo, quod ostēdit subdens: Quis au. ex vobis &c. Cyril. In quo instruit nos saluator qdam necessariū, frequēter em incōsulto voluptatū impetu irruimus ad pernicioſa desideria. Cū igit aliquid talium à deo petimus, nequaq̄ impetrabimus: ad quod ostēdendū vtit patenti exēplo ex his q̄ penes nos sunt. Cùm enim filius tuus petit, panē gratāter propinas, qa cibum petit opportunū. Quādo verò sensus penuria lapidē poscit vt comedat, nō affers ei, sed poti⁹ prohibes eum à nociuo desiderio, vt sit sensus: Quis au. ex vo. pa. pe. panē, quē. s. pater dat. Nunquid lapidē dabit illi. s. si petierit? Eadē quoq; ratio est ī serpēte & pisce, de quo subdit: Aut pis. nū. pro. pis. ser. da. il. Et similiter in ouo & scorpione, de quo subdit: Aut si pe. ouum &c. Orig. Tu tamen attende: si panis quidē est animę cibus in cogitatione, sine quo nō contingit saluari: puta perspicax ratio vitæ debitæ. Piscis aūt est amor disciplinæ: puta mundi constitutionē agnoscere, elementorū effectū, & quæcunq; cōsequenter disserit sapientia. Itaq; nec vice panis deus ꝓpinat laudē, quē volebat diabolus à Christo manducari: nec vice pisc is serpentē quem comedūt Ethiopes, indigni pisces comedere: nec simpliciter dat vitæ nutritiuæ & vtilis nō comestibilia & nociua, qd̄ refertur ad scorpionē & ouum. Aug. de q̄st. euā. Vel potius intelligat charitas propter maiorē appetitū, tā necessariū vt sine illa cętera nihil sint, sicut sine pane mēsa inops: cui contraria est cordis duritia, quā lapidi cōparauit. Piscis autē intelligitur fides inuisibiliū, vel ꝓpter aquā baptismi, vel quia de inuisibilib⁹ locis capitur. Quòd etiā fides huius mūdi fluctibus circūiacta non frāgitur, rectē pisci cōparatur, cui contrariū posuit serpentē propter venena fallaciæ, q̄ etiā primò homini malè suadendo præseminauit. In ouo intelligitur spes. Ouum em nondū est fœtus perfectus, sed fouendo speratur. Cui contrariū posuit scorpionē, cuius acule⁹ venenatus retrò timendus est, sicut cōtrariū spei est retrò respicere: cùm spes futurorū in illa q̄ ante sunt se extēdat. Aug. de ver. do. Quāta tibi loquit mundus, quanta post dorsum strepit, vt retrò respicias? O mūde immūde, quid strepis? qd auertere conaris? tenerisve periēs, quid faceres si maneres? quē nō deciperes dulcis, si amarus alimēta mētiris? Cyril. Ex pmisso aūt exēplo cōcludit: Si ergo vos cùm sitis mali. i. cū mētē susceptiuā prauitatis geratis, non autē vniformē & fixā in bono, sicut deus. Beda. Vel malos vocat seculi amatores, qui dant illa q̄ secundū sensum suū iudicant bona, quæ etiā in sua natura sunt bona, & ad vsum infirmæ vitæ pertinent. vnde subdit: Nostis bona data dare filiis vestris. Apostoli etiā qui merito electionis bonitatem humani generis excesserāt, supernę bonitatis respectu mali esse dicūtur, quia nihil per semetipsum bonū nisi deitas sola. Quod verò subditur: Quanto ma. pa. ve. de cœl. da. spiri. bo. pe. se? Pro quo Matthæus posuit: Dabit bona competentibus se. ostenditur spiritū sanctū plenitudinem bonorū dei: quia omnes vtilitates quæ ex donorū dei gratia suscipiuntur, ex isto fonte emanant. Athana. Nisi autem spiritus sanctus esset de substantia dei, qui solus est bonus, nequaquā hic appellaretur bon⁹, quādo dominus renuit dici bonus in eo quòd homo factus est. Aug. de ver. do. Ergo auare quid quæris? aut si aliud petas, quid tibi sufficiat, cui deus non sufficit?

Instructio Iesu

Et erat Iesus eiiciēs dæmoniū, & illud erat mutū. Et cū eiecisset dæmoniū, locut⁹ est mut⁹, & admiratæ sunt turbæ. Qui dā autem ex eis dixerūt: In Beelzebub principe dæmoniorū eiicit dæmonia. *Et alij tētātes, signū de cælo quærebāt ab eo.*

Glos. Promiserat dñs q̄ spūs bonus daretur orātib⁹: cuius quidē beneficiū subsequēti miraculo demōstrat. vnde sequit: Et erat Iesus eiiciens dæ. &c. Theo. Dicit autē mutus, vt in pluribus qui nō loquitur: dicitur etiā & qui non audit: sed magis ꝓprie qui nec audit nec loquitur. Qui aūt à natiuitate non audiuit, ex necessitate non loquitur. Ea em loquimur, q̄ per auditum loqui docemur. Si quis tamē ex aliqua passione superueniēte auditum amiserit, hunc nihil prohibet loqui. Qui autē dño oblatus fuit, & mutus erat lingua, & surdus auditu. Titus. Mutū aūt vel surdū dicit dæmoniū, qd̄ hanc ingerit passionē q̄ non audiatur diuinū verbū. Nā dæmones auferentes aptitudinē humani affectus, obtūdūt animę nostrę auditū: idcirco venit Christ⁹ vt & eiiciat dæmoniū, & audiam⁹ verbū veritatis: vnū em sanauit, vt vniuersalem prægustationem faciat humanæ salutis. vnde sequitur: Et cùm eiecisset dæmonium, locutus est mutus. Beda. Dæmoniacus autē iste apud Matthæum non solū mutus, sed & cæcus fuisse narratur. Tria igit signa simul in vno hoīe perpetrata sunt. Cæcus videt, mutus loquit, possessus à dæmone liberatur, qd̄ quotidie cōpletur in cōuersione credētiū, vt expulso primū dæmone, fidei lumen aspiciant, deinde ad laudes dei tacētia prius ora laxētur. Cyril. Hoc autē miraculo peracto extollebat eum multitudo præconiis & gloria, q̄ deum decet. vnde sequit: Et admiratæ, sunt turbæ. Beda. Turbis autē q̄ minus eruditæ videbant, dñi semper facta mirantibus, scribę & pharisęi vel negare, vel sinistra interpretatione peruertere laborabāt, quasi nō diuinitatis, sed immūdi spiritus opera fuissent. vñ sequitur: Quidā aūt ex eis dixerunt: In beel. prin. dęmo. eiicit dęmonia. Beelzebub deus erat Acharon. Nam Beel quidē ipse Baal, zebub autē musca vocat. Dicitur autē Beelzebub quasi vir muscarū, ex cuius spurcissimo ritu ꝓncipē dęmoniorū cognominabāt. Cyril. Alii verò paribus stimulati liuoris aculeis, petebāt ab eo cęleste videre portentū. vnde sequitur: Alii tentātes sig. de cœlo q̄rebant ab eo. Quasi dicerent, q̄uis ab homine dæmoniū eieceris, non tamen hoc est diuinæ operationis argumentū: nondū em vidim⁹ aliquid prioribus similibus miraculis. Moyses enim transduxit populū per medium maris. Iosue verò successor eius solem retardauit in Gabaon: tu verò nihil horum ostendisti. Quærere enim prodigia de cœlo innuit, quòd huiusmodi cogitationibus tunc temporis afficiebantur erga Christum.

Dæmoniū quomodo mutum dicitur.

Signum de cœlo.

Ipse autē ut uidit cogitationes eorum dixit eis: Omne regnum in se diuisum desolabitur, & domus supra domū cadet. Si aūt & Satanas in seipsū diuisus est, quomodò stabit regnū eius? quia dicitis in Beelzebub *eiicio dæmonia, filij uestri in quo eiiciūt? Ideo ipsi iudices uestri erūt. Porrò si in digito dei eiicio dæmonia, profectò peruenit in uos regnum dei.*

Chry. Cùm pharisęorū suspicio irrationabilis esset: metu multitudinis nō audebant eam diuulgare, sed in animo suo eam vertebant. vnde dicitur: Ipse autē vt vi. co. eorū dixit eis: Omne regnū in se diuisum &c. Beda. Non ad dicta, sed ad cogitata respondit, vt vel sic cōpellerentur credere potētiæ eius qui cordis videbat occulta. Cyril. Non aūt respondebat ex scripturis, quia non attendebant falsò eas exponētes: sed ex his respondet quæ cōmuniter accidūt. Domus em & ciuitas si fuerit diuisa, velociter dissipatur, & etiā regnū quo nihil est validius. firmat em regna & domos subditorū concordia. Si ergo (inquit) ego per dæmonē dæmonia eiicio, dissensio inter eos est, & perit virt⁹ eorū. vnde subdit: Si autem sata. in seip. diui. est, &c. Non em satanas sibi ipsi repugnat, nec suis satellitib⁹ nocet: sed potius statuit regnū suum. Restat ergo q̄ diuina virtute conterā satanā. Amb. In hoc etiā ostēdit regnū suū indiuiduum esse atq; perpetuū. & ideo qui non in Christo spem gerunt, sed in principe dæmoniorū eiicere dæmones opinantur, eos regni negat esse perpetui: quod spectat etiā ad populū Iudæorū. Quomodo em potest regnū Iudęorum esse perpetuū, quando à legis populo Iesus negat, qui ex lege debetur? ita ex parte se fides Iudaicę plebis impugnat: impii gloria diuiditur, diuidendo dissoluit. & ideo regnū ecclesiæ manebit æternū, quia indiuidua fides corpus est vnū. Beda. Regnū etiā patris & filii & spiritus sancti nō est diuisum, qd̄ est æterna stabilitate mansurū. Desistāt igitur Arriani iuniorē patre filium, filio verò spiritū sanctū dicere: quia quorū vnum est regnū, horū est & vna maiestas. Chry. Hæc igit est prima solutio. Secūda verò q̄ est de discipulis, quā ponit subdens: Si autē ego in Beel. eiicio dæmonia, filii vestri in quo eiiciunt? Nō dicit discipuli mei, sed filii vestri, volens eorū permulcere furorē. Cyril. Iudæi nāq; & à Iudæis secundū carnem exorti sunt Christi discipuli, qui potestatē in spūs immundos adepti erant à Christo, & oppressos ab eis in nomine Christi liberabāt. Cū ergo filii vestri satanā in nomine meo cōterunt, qūo nō habet multā amentiā, dicere me à Beelzebub virtutē habere? Dānabimini igitur ex fide natorū vestrorū. vnde subdit: Ideo ipsi iudices vestri erūt. Chry. Quoniā em ex vobis emanātes mihi obediūt, liquet q̄ cōdēnabūt operantes cōtraria. Beda. Vel aliter filios Iudæorū exorcistas gētis illius significat, qui ad inuocationem dei eiiciebant dæmones. q. d. Si expulsio dæmonū in filiis vestris deo nō dæmonibus deputat: quare in me idem opus nō eandē habeat causam? Ergo ipsi vestri iudices erunt nō potestate, sed operatione, dū illi expulsionem dæmonū deo assignāt, vos Beelzebub principi dæmoniorum. Cyril. Postq̄ ergo quod dicitis calūniæ notam habet, manifestū est q̄ ī spiritu dei eiicio dæmonia. vñ subdit: Porrò si ī digito dei eiicio dæmonia, ꝓfectò peruenit in vos regnū dei. Aug. de con. euan. Quod Lucas digitū dei dicit, vbi Matth. dixit spiritū, ab eadē sentētia nō recedit, quin potius & aliquid docet: vt nouerimus quēadmodū intelligamus vbicunq; scripturarum legerimus digitū dei. Aug. de quęst. euāg. Dicitur autē spūs sanctus digitus dei propter participationē donorum q̄ in eo dant vnicuiq; propria, siue hominum siue angelorū: in nullis enim mēbris nostris magis apparet partitio q̄ in digitis. Cyril. Vel spūs sanctus dicitur digitus dei, filius em manus & brachiū patris dictus est: operatur em pater cuncta per eū. Sicut igitur digit⁹ nō est alienus à manu, sed ei naturaliter insitus, sic spirit⁹ sanctus cōsubstātialiter cōnexus est filio, & per eū oīa filius operatur. Ambr. Nec tamen tibi mēbrorū cōpactione nostrorū portio quædā videatur facienda virtutis, indiuiduæ em rei nō potest esse diuisio, & ideo ad formā vnitatis, non ad distinctionē potestatis, referenda digiti nūcupatio est. Atha. Ad præsens autē non renuit dñs gratia suæ humanitatis, dicere se minorē spiritu sancto, dicēs se in eo dæmones eiicere, quasi nō sufficiēte humana natura ad dæmonū expulsionē, nisi virtute spūs sancti. Cyril. Et ideo cōueniēter dicit, peruenit in vos regnū dei. i. si ego homo existens in spū⁹ diuino eiicio dæmones, ditata est humana natura in me, & aduenit regnū dei. Chry. Dicit autē: Super vos, vt eos attraheret. q. d. si vobis adueniunt prospera, cur vestra bona fastiditis? Ambr. Simul ostēdit etiam imperialem quandā esse spiritus sancti potestatē, in quo regnum est dei, nos quoq; in quibus habitat spiritus, esse regalem domū. Titus. Vel dicit, peruenit in vos regnū dei, vt in telligatur, peruenit cōtra vos, non pro vobis: horrēdus enim est perfidis Christi secundus aduentus.

Regnū Christi stabile.

Digitus dei quis.

Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens uicerit eum: uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit.

Cyril. Quia necessariū erat per multas cōsiderationes detrahentiū retractare sermonē, vtitur nunc exemplo manifestissimo, quod demōstrat volentibus intueri, q̄ principē hui⁹ seculi virtute sibi insita vicit, dicēs: Cū for. ar. custo. atriū suū, &c. Chry. Fortē vocat diabolum, nō quia naturaliter hmōi sit, sed innuens antiquā eius tyrannidē, quā pusillanimitas nostra causauit. Cyril. Erat enim ante saluatoris aduentū violentia multa, rapiens alienos greges. s. dei, & quasi ad propriū ducēs ouile. Theo. Arma autē eius sunt oēs species pctōrū, in quibus cōfidens inualuit contra homines. Beda. Atriū verò illius mundū vocat, qui in maligno positus est: in quo vsq; ad saluatoris aduentū potiebat imperio, quia in cordibus infideliū sine vlla contradictione quiescebat: sed fortiori potentia Christus victor, oēs hoīes liberando ipsum eiecit. vnde subdit: Si aūt fortior illo superueniens &c. Cyril. Postq̄ em dei summi verbū totius fortitudinis dator & dñs virtutū factū est homo: inuasit illum, & arma ei⁹ abstulit. Beda. Sunt ergo arma ei⁹ astutię, doliq; nequitiæ spiritalis: spolia verò ei⁹ ipsi homines sunt ab eo decepti. Cyril. Nam qui dudū irretiti fuerant ab eo Iudæi in diuinā ignorātiā & errorem, euocati sunt per sanctos apostolos ad notitiam veritatis, & oblati sunt deo patri p fidē adhibitā filio. Basil. Distribuit etiā spolia exhibens fideles custodiæ angelorū ad hominū salutē. Beda. Victor etiā Christus spolia distribuit, qd̄ est insigne triūphantis, quia captiuam ducēs captiuitatē dedit dona hoībus, quosdā quidem apostolos, alios euāgelistas, hos ꝓphetas, illos pastores ordinans & doctores. Chry. Deinde ponit quarta solutio, cū subditur: Qui nō est mecū, aduersum me est. q. d. ego volo hoīes offerre deo, satanas aūt contrariū. Qualiter ergo qui mihi nō cooperatur, sed dissipat quæ mea sunt, tam mihi cōsentaneus fieret, vt vnà me-

Gratia aduētus Christi.

Universidad de Deusto Biblioteca

cum eiicere dæmones. Sequit: Et qui nõ colligit mecũ, dispergit. Cyril. Quasi dicat, ego veni vt filios dei ab eo dispersos congregẽ, & ipse satanas cum mecũ nõ sit, quæ collegi & saluaui tẽtat dispergere. Qualiter ergo qui meis dispensationibus refragatur, virtutem mihi ministrat? Chrysost. At si quis non cooperatur, aduersarius est, multo magis qui obstat. videtur tamen mihi & Iudæos ad præsens sub ænigmate tangere, ordinans eos cum diabolo: nam & ipsi agebant contra eum, & dispergebant quos congregabat.

Cùm immũdus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem & non inueniẽs, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Et cùm uenerit, inuenit eam scopis mundatam. Et tunc uadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

Cyril. Post præmissa ostẽdit dñs vnde contingit populo Iudæorũ, vt ad hmõi opiniones laberent de Christo, dicens: Cũ immũdus spũs exierit ab &c. Quod em̃ hoc exemplũ ad Iudæos spectet Matthæus expressit, dicens: Sic erit & generationi huic pessimæ. Quãdiu em̃ erãt in Aegypto viuẽtes ritu Aegyptiorũ, inhabitabat in eis spiritus malignus, qui expulsus est ab eis, quando mactauerunt agnũ in figura Christi, & liniti sunt eius sanguine, & sic euitauerũt destructorẽ. Amb. Ita in vno hoĩe totius populi Iudaici cõparatio est: à quo per legẽ spũs immundus exierat. Sed quia in gentibus quorum corda prius arida erãt, sed postmodũ per baptisma rore spũs humescebant, ꝓpter fidẽ Christi requiẽ diabolus inuenire non potuit. Immũdis em̃ spiritibus Christus incendiũ est: ideo regressus est ad plebẽ Iudæorũ, vnde sequit: Et nõ inue. dicit: Reuertar in do. me. vnde exiui. Orige. id est ad eos qui sunt ex Israel, quos vidit nihil diuinũ in se continentes, sed desertos & vacantes habitationi eius. vnde sequitur: Et cũ ve. inue. eam scomũ. Ambr. Forensi em̃ & perfũctoris specie cõpta animo manet interiore pollutior. Neq; em̃ sacri fontis irriguo aut abluebat, aut restringebat ardorẽ, meritóq; ad eum spũs redibat immũdus, adducẽs secũ septẽ spũs nequiores. vnde sequit: Et tũc va. & as. se. sep. ali. spi. ne. se. & ingres. ha. ibi. Quoniam. s. in hebdomada legis & octauæ mysteriũ cõmisit. Itaq; vt nobis multiplicat septiformis spũs gratia: ita illis immundorũ spirituũ oĩs cumulatur iniuria. Vniuersitas em̃ hoc numero aliquoties cõprehẽditur. Chry. Incolũt autẽ animas Iudæorũ dæmones peiores prioribus. Nã tunc tẽporis in ꝓphetas sæuiebant: nũc verò ipsi dño prophetarũ iniuriant, atq; ideo à Vespasiano & Tito peiora passi fuerunt, q̃ in Aegypto & in Babylone. vnde sequitur: Et fiũt nouissima hominis illius peiora prioribus. Tunc etiam aderat eis diuina prouisio, & gratia spũs sancti: nunc verò etiã hac cura priuãtur, propter quod virtutis maior penuria nunc, & erũna intensior, & dæmonũ exactio sæuior. Cyril. Sunt etiã nouissima peiora priorib⁹, secundũ illud apostolicũ: Melius erat eis veritatis viã non agnoscere, q̃ post agnitã retroire. Beda. Potest etiã hoc accipi de hæretico quolibet vel schismatico, vel etiã malo catholico, de quo tẽpore baptismatis spũs exierat immundus: locaq; inaquosa peragrat. i. corda fideliũ, quæ à mollitie fluxæ cogitationis expurgata sunt, callidus insidiator explorat, si quos ibi nequitiæ suæ gressus figere possit. Dicit autẽ: Reuer. in do. meã vnde exiui. In quo timendũ est, ne culpa quã in nobis extinctã credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat. Inuenit autẽ eam scopis mundatã, hoc est gratia baptismatis à pctõrũ labe castigatam: sed nulla boni operis industria cumulatam. Per septẽ autẽ malos spũs quos assumit, vniuersa vitia designat. Nequiores autẽ dicunt, quia nõ solùm habebit illa septẽ vitia, quæ septẽ spũalibus sunt contraria virtutibus, sed etiam per hypocrisim ipsas se virtutes habere simulabit. Chry. Nõ solũ autẽ illis, sed & nobis fore dicta accipiamus quę sequunt: Et erũt nouissima hominis illius peiora prioribus: quia si illustrati, & à pristinis malis remoti, denuo redimus ad eandẽ nequitiã, grauior deinceps erit pœna sequẽtiũ peccatorũ. Beda. Posset etiam simpliciter intelligi dominum hæc ad distinctionem suorũ & satanæ operum adiunxisse: ꝙ scilicet ipse semper polluta mundare, satanas verò mũdata grauioribus sordibus contaminare festinet.

Allegoricus sẽsus

Hæreticorum taxatio.

Factum est autem cùm hæc diceret, Extollẽs uocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus uẽter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimò, beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud.

Beda. Scribis & pharisæis dñm tentãtibus simul, & blasphemãtib⁹ incarnationẽ eius, magna fiducia quædam mulier cõfitetur. vnde sequit: Factũ est autẽ cũ hęc diceret, Extol. vocẽ quædã mulier de tur. dixit illi: Beatus vẽter qui te portauit, &c. vbi & præsentiũ calũniã, & futurorũ confundit hæreticorũ perfidiã. Nam sicut tunc Iudæi sancti spũs opera blasphemando verum dei filium negabant, sic hæretici postea negando Mariam semper virginẽ, spũs sancti cooperante virtute, nascituro vnigenito deo carnis suæ materiã ministrasse, verũ consubstantialẽq; patri filiũ hoĩs fateri non debere dixerunt. Sed si caro verbi dei secundũ carnẽ nascentis à carne virginis matris pronunciatur extranea, sine causa vẽter qui eũ portasset, & vbera quæ lactassent beatificantur. Qua verò cõsequentia eius lacte credatur nutritus, ex cuius semine negatur conceptus, cũ ex vnius & eiusdẽ fontis origine secundũ physicos vterq; vigor manare perhibetur? Non autẽ tm̃odo eam q̃ verbum dei corporaliter generare meruerat, sed & oẽs qui idẽ verbum spiritaliter auditu fidei cõcipere, & boni operis custodia, vel in suo, vel in proximorũ corde parere, & quasi alere studuerint, asserit esse beatos. Sequit em̃: At ille dixit, Quinimò, beati &c. Chry. Non fuit hoc responsum repudiantis matrem, sed ostendentis quòd nihil ei partus profuisset, nisi valde bona & fidelis fuisset. Cæterũ si Mariæ non proderat sine virtutibus animæ Christum ab ea ortum traxisse, multo magis nobis, siue patrem, siue fratrem, siue filium virtuosum habeamus, nos autẽ absistamus ab illius virtute, nequaq̃ hoc prodesse valebit. Beda. Eadẽ autẽ dei genitrix, & inde quidẽ beata, quia verbi incarnandi ministra est facta tẽporalis: sed inde multo beatior, quia eiusdẽ semp amandi custos manebat æterna. Hac etiam sentẽtia sapientes Iudæorum percutit, qui verbum dei nõ audire & custodire, sed negare & blasphemare quærebant.

Præconiũ, mulieris.

Mitigatio verborum dñi.

Turbis autẽ concurrẽtibus cœpit dicere, Generatio hæc, generatio nequã est: signum quærit, & signũ non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Nam sicut fuit Ionas signũ Niniuitis, ita erit & filius hoĩs generationi isti. Regina Austri surget in iudicio cũ uiris generationis huius, & condẽnabit illos, quia uenit à finibus terræ audire sapiẽtiã Salomonis. Et ecce pluſq̃ Salomon hic. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cũ generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce pluſquam Ionas hic.

Beda. Duplici dñs fuerat quęstione pulsatus. Quidã enim calũniabãtur eũ in Beelzebub eiecisse dæmonia, quibus hactenus est responsum: & alii tentãtes signum de cælo q̃rebant ab eo, quibus ab hinc respondere incipit. vnde sequitur: Turbis autẽ concurrentibus cœpit dicere &c. Amb. Vt scias synagogæ populũ deformari, vbi ecclesiæ beatitudo laudatur. sicut aũt fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & filiꝰ hoĩs Iudæis. vñ subdit: Signũ quęrit, & signũ non dabitur ei, &c. Basi. Signum est res in propatulo posita alicuius occulti continẽs in se declarationẽ, sicut Ionę signũ descensum ad inferos, ac iterũ ascensum, Christi resurrectionẽ à mortuis repræsentat. vnde subdit. Nã sicut Ionas fuit signũ Niniuitis, ita & filius hoĩs generationi isti. Beda. Signũ eis tribuit, non de cœlo, quia indigni erant videre, sed de profundo inferni: signũ. s. incarnationis non diuinitatis, passionis non glorificationis. Amb. Vt autem Ionę typus signũ dñicæ passionis est, ita etiam grauium quę Iudæi cõmiserũt testificatio peccatorũ est: simul aduertere licet & maiestatis oraculum, & pietatis iudicium. Nãq; Niniuitarũ exemplo, & denũtiatur suppliciũ, & remediũ demonstrat: vnde etiã debent Iudæi nõ desperare indulgentiã, si velint agere pœnitentiã. Theo. Sed Ionas post exitũ suum à ventre ceti sua prædicatione Niniuitas cõuertit, Christo verò resurgẽti Iudæorum generatio nõ credidit, vnde præiudiciũ fuit eis: de quo prę iudicio subditur duplex exemplũ, cũ dicitur: Regina austri sur. in &c. Beda. Non vtiq; potestate iudicii, sed cõparatione facti melioris. vnde sequitur: Quia venit à finibus &c. Hic, in isto loco nõ pronomen est, sed aduerbiũ loci: & significat. i. in præsentiarum inter vos conuersatur, qui incõparabiliter est Salomone præstãtior. Chry. Nõ aũt dixit, Maior Salomone ego sum, vt persuadeat nobis humiliari, & si fœcũdi sumus spiritalium gratiarũ. q. d. Festinauit ad audiendũ Salomonem mulier Barbara per tam longũ iter, auditura sciẽtiam visibilium animantiũ, & vires herbarũ: vos autẽ cùm assistatis & audiatis de inuisibilib⁹, & cœlestib⁹ ipsam sapientiã vos instruentem, & verba signis & operibus cõprobãtẽ, alienamini cõtra verbũ, & miracula insensibiliter præteritis. Beda. Si aũt regina Austri, q̃ electa esse nõ dubitaꝛ, surget in iudicio cũ reprobis, ostendit vna cunctorũ, bonorũ. s. malorũq; resurrectio mortaliũ, & hoc nõ iuxta fabulas Iudæorũ mille annis ante iudicium, sed in ipso esse futura iudicio. Amb. In hoc quoq; Iudæorũ plebem dãnans ecclesiæ mysteriũ vehemẽter exprimit, q̃ in regina Austri per studiũ percipiendæ sapientiæ de totius orbis finibus cõgregatur: vt pacifici Salomonis verba cognoscat, regina planè, cuius regnũ est indiuisum: de diuersis & distantibus populis in vnũ corpus assurgens. Greg. Nis. Sicut autẽ illa regina erat Ethiopum & longè distans, sic in principio nigra erat ecclesia gentiũ, & multũ distabat à veri dei notitia. At vbi pacificus Christus emicuit, tunc cæcutiẽtibus Iudæis accedunt gentiles, offerũtq; Christo pietatis aromata, & aurum diuinæ notitię, & gẽmas, obedientiã. s. præceptorũ. Theo. Vel quia Auster laudatur in scriptura, sicut calidus, & viuificans. Anima igitur regnans in Austro. i. in spiritali cõuersatione, venit audire sapientiam Salomonis regis pacifici dñi dei nostri. i. in contẽplationẽ erigitur, ad quã nullus peruenit, nisi regnet in bona vita. Ponit autẽ cõsequenter exẽplũ de Niniuitis, dicens: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condẽnabunt illã. Chrys. Cõdẽnationis iudicium ex similibus vel dissimilibus fit. ex similibus quidẽ sicut in parabola de decẽ virginibus: & dissimilibus autẽ sicut cùm Niniuitæ condẽnant eos qui erant tẽpore Christi: vt sic fiat condẽnatio clarior. Nam illi quidẽ Barbari, hi verò Iudæi: hi refecti propheticis documentis, illi nunquã acceperant auditũ diuinum: illuc iuit seruus, huc dñs: ille euersionẽ prædicabat, iste regnũ cælorũ annunciat. notũ est ergo cuilibet ꝙ Iudęos decebat potius credere, accidit autẽ contrarium. vnde subdit: Quia pœnitentiã egerunt in ꝓdicatione Ionæ,

Signorũ ratio.

Iudæorũ dãnanda perfidia.

& ecce plus q̃ Ionas hic. Ambr. Secundum mysterium autẽ ex duobus constat ecclesia, vt aut peccare nesciat, qd. s. ptinet ad Austri reginã: aut peccare desinat, qd. s. pertinet ad Niniuitas pœnitentiã agẽtes. Pœnitentia em̃ delictũ abolet, sapiẽtia cauet. Aug. de con. euã. Hoc aũt Lucas narrat eo loco quidẽ quo Matthæus, sed aliquãtò dispari ordine. Quis autẽ nõ videat supfluo q̃ri quo illa ordine dñs dixerit, cũ & hoc discere debeam⁹ per euangelistarũ excellentissimã auctoritatem nõ esse mendaciũ? Sed quisq; non hoc ordine cuiusquã sermonem digesserit, quo ille à quo processit, cùm ipsius ordinis nihil interfit ad rem, siue ita sit, siueita.

Allegorica expositio.

Nemo lucernã accendit, & in abscondito ponit, neq; sub modio, sed supra cãdelabrũ ut qui ingrediũtur, lumẽ uideãt. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuum lucidũ erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totũ lucidũ fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Cyril. Dicẽbãt Iudęi dñm exercere miracula nõ ꝓpter fidem, sed propter applausus vidẽtium. Reprobat igitur prę sentẽ calumniã, inducẽs exemplũ lucernæ, cũ dicit: Nemo lucernã accendit, & in abscondito ponit, neq; sub modio, sed supra candelabrũ &c. Beda. De seipso dñs hic loquitur, ostendens & si supra dixerit nullum generationi nequã nisi signũ Ionę dãdũ: nequaquã tamẽ lucis suæ claritatẽ fidelibus occultandã. Ipse quidem lucernã accendit, qui testam humanæ naturæ flãma suæ diuinitatis impleuit, quã profectò lucernã nec credẽtib⁹ abscõdere, nec modio supponere, hoc est sub mensura legis includere, vel intra vnius Iudææ gentis terminos voluit cohibere. Sed supra cãdelabrũ posuit, id est ecclesiã: quia in nostris frontibus fidẽ suæ incarnationis affixit: vt qui ecclesiã fideliter ingredi voluerint, lumen veritatis palàm quæant intueri. Denique præcipit ne opera tm̃odo, sed cogitationes & ipsas cordis intentiones mundare & castigare meminerint. nam sequitur: Lucerna corporis tui. Amb. Vel lucerna fides est: iuxta quod scriptũ est, Lucerna pedibus meis verbũ tuum dñe. verbũ em̃ dei fides nostra est. lucerna autẽ lucere nõ potest, nisi aliunde lumen acceperit, vñ & virtus nostræ mentis & sensus accenditur, vt mna, quæ perierat possit reperiri. Nemo ergo fidem sub lege constituat: lex em̃ intra mensurã est, vltra mensurã gratia. lex obumbrat, gratia clarificat. Theoph. Vel aliter: Quia Iudęi videntes miracula accusabant ex eorũ mẽtis malitia: propter hoc dicit dñs ꝙ accipientes lucernam à deo, intellectũ. s. æmulatione obscuratim iracula & beneficia non cognoscebãt: sed ad hoc intellectum à deo susceꝑimus, vt supra cãdelabrũ poneremus, vt etiã alii qui ingrediunt, lumen videant. Sapiẽs quidem iam ingressus est: q̃ verò addiscit, adhuc ambulat: quasi pharisæis dicat, Oportet vos vti intellectu ad miraculorũ notitiã & aliis declarare, quoniã quæ videtis sunt opera non Beelzebub, sed filii dei. vnde secundũ hũc intellectũ subdit: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Origenes. Oculũ quippe appellat ꝓpriè intellectũ nostrũ, totam autẽ animã quãuis non corpoream hic tropologicè vocat corpus, illustraꝛ em̃ ab intellectu anima tota. Theop. Sicut autẽ corporis oculus si lucidus fuerit, corpus lucidũ erit: si verò tenebrosus, & corpus similiter tenebrosum, sic cõparatur intellectus ad animã. vñ subditur: Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corp⁹ tuũ lucidũ erit: si aũt nequã, totũ corpus tuum tenebrosum erit. Orige. Intellectus em̃ à suo principio in solo sim-

Allegorica pulchra.

Universidad de Deusto Biblioteca

plicitatis studio est, nullã continente duplicitatem, & dolũ, & diuisionẽ in se. Chry. Si ergo intellectũ corrupe-

Intellectu pro ratiune.

rimus qui potest soluere passiones, totã læsimus animam, patimurq; diram caliginẽ, peruersione excæcati intellectus. vnde subdit: Vide ergo ne lumẽ &c. Nõ sensibiles dicit tenebras, sed intrinsecam habentes originem, & quas nobiscum passim deferimus, extincto nobis oculo animę, de cuius luminis virtute subdit, dicẽs: Si ergo corpus tuũ totũ lucidũ fuerit, &c. Orige. Id est si corpus tuum sensibile factũ est luminosum illustrato corpore à lucerna, adeò vt non amplius in te sit mẽbrũ tenebrosum multo magis te nõ peccante, intantũ fiet lucidum totũ tuum corpus spiritale, vt cõparent splendores eius illustranti lucernæ, dum lux q̃ erat in corpore, q̃ consueuerat esse caligo, dirigitur quocunq; pręceperit intellectus. Greg. Naz. Vel aliter: Ecclesiæ lucerna & oculus est prælatus. Necesse est ergo vt sicut oculo puro verum habente corpus dirigitur, impuro verò existente deuiat: sic & in prælato qualitercunq; se habeat, oportet pariter naufragiũ pati ecclesiã vel saluari. Grego. 28. Moral. Vel aliter: Appellatione corporis vnaquęq; actio intelligitur, q̃ intentionẽ suã quasi intuentiũ oculũ sequitur. vnde dicit: Lucerna itaq; corporis est oculus: quia per bonæ intentionis radiũ, merita illustrãtur actionis. Si ergo oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuũ lucidũ erit. Quia si rectè intẽdimus per simplicitatẽ cogitationis bonũ opus efficit, etiã si minus bonũ esse videatur. Et si oculus tuus neq̃ fuerit, totũ corpus tuũ tenebrosum erit. Quia cũ peruersa intentione quid vel rectè agit, & si splendere corã hoĩbus cernit, tamen apud examẽ interni iudicis obscurat. vñ & rectè subdit: Vide ergo ne lumẽ quod in te est tenebræ sint. Quia si hoc quod bene nos agere credim⁹, ex mala intentione fuscamus, quanta ipsa mala sunt quæ mala esse, & cũ agimus non ignoramus? Beda. Cũ autẽ subdit: Si ergo corpus tuũ &c. Totũ corpus nostrũ oĩa

Intentionis bonę vtilitas.

opera nostra dicit. Si igit bonũ bona intentione patraueris, nõ habens in tua conscientia aliquã partẽ tenebrosę cogitationis: & si contigerit aliquem proximorũ tua bona actione noceri, tu tamẽ pro tuo simplici corde, & hic gratia & in futuro lucis gloria donaberis. Quod significat subdens: Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Hęc contra hypocrisim pharisęorũ sub dolo signa quærentium specialiter dicta sunt.

Et cùm loqueretur, rogauit illũ quidã pharisæus ut prãderet apud se. Iesus autẽ ingressus, recubuit. Pharisæus autẽ cœpit intra se reputãs dicere, quare nõ baptizatus esset ante prandiũ. Et ait dominus ad illũ: Nũc uos pharisæi quod de foris est calicis & catini mũdatis, quod autẽ intus est uestrũ, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nónne qui fecit quod deforis est, etiam id quod de intus est fecit? Verũtamen quod superest, date eleemosynã, & ecce omnia munda sunt uobis. Sed uæ uobis pharisæi, qui decimatis mẽtã & rutã & omne olus, & præteritis iudiciũ, & charitatẽ dei. Hæc aũt oportuit facere, & illa non omittere. Væ uobis pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis & salutationes in foro. Væ uobis qui estis ut monumenta quæ non parent, & homines ambulantes supra, nesciunt.

Cyril. Pharisæus quãuis tenax esset sui ꝓpositi, dominum tamen in propriã domũ vocat. vnde dicitur: Et cũ loque. roga. il. quidã phari. vt pranderet apud se. Beda. Consultè Lucas nõ ait: Et cũ hæc loqueretur, sed cũ loqueretur, vt ostendat eum nõ statim finitis q̃ proposuerat verbis, sed aliquot interpositis apud pharisæum

Consensus euan.

prandere rogatũ. Aug. de con. euang. Vt eñ hoc Lucas narraret, digressus est à Matthæo circa illũ locum, vbi ambo cõmemorauerant quod dictũ est à dño de signo Ionæ, & de regina Austri, & de Niniuitis, & de spiritu immũdo: post quẽ sermonẽ dicit Matthæus, Adhuc eo loquente ad turbas, Ecce mater eius & fratres stabant foris quærentes ei loqui. Lucas aũt in eo sermone dñi, cõmemoratis etiã quibusdã, q̃ Matthæus dixisse dñm prætermisit, ab ordine quẽ cum Matthęo tenuerat digreditur. Beda. Itaq; postq̃ nũciatis sibi foris matre & fratribus, ait: Qui eñ fecerit voluntatẽ dñi, hic frater meus & soror mea & mater est. Datur intelligi rogat⁹ pharisæi intrasse cõuiuiũ. Cyril. Sed ipse Christus qui eorũ pharisæorũ nequitiã nouerat dispensatiuè condescendit, satagens cõmonere eos ad similitudinẽ optimorũ medicorũ, qui grauius infirmantibus afferũt remedia suæ industrię. vnde sequit: Et ĩgressus recubuit. Dedit autẽ occasionẽ verbis Christi indocibilis pharisæus scandalizatus: quia cũ opinaret eum iustũ & prophetã, non cõformabatur irrationabili eorũ consuetudini. vnde subditur: Pharisæus autẽ cœpit intra se &c. Aug. de verb. do. Omni eñ die pharisæi anteq̃ prande-

Superstitio pharisæorum.

rent, abluebãt se aqua, quasi quotidiana lauatio possit cordis esse mundatio. Apud seipsum autẽ pharisæus cogitauit, vocẽ non sonuit. Ille tamẽ audiuit, qui interiora cernebat. vnde sequit: Et ait dñs ad illum, Nũc vos pharisæi quod de foris est calicis & catini mũdatis: qđ autẽ intus est vestrũ, plenũ est rapina & iniquitate. Cyril. Poterat autẽ dñs & aliis vti verbis cõmonens pharisæum insanũ, captat tamen tẽpus & ex his quæ erant præ manibus cõtexit documentũ. Hora nanq; mẽsæ & pabuli, sumit pro exẽplo calicẽ & catinum, ostendẽs ꝙ mũdos & lotos decet esse syncere ministrãtes deo, non solùm à spurcitia corporali, imò & ab ea q̃ latet intrinsecus penes mentẽ, sicut aliquod vasorũ quib⁹ seruitur in mensa. Bonũ est & extrinsecis & intrinsecis carere contagiis. Amb. Vide autẽ corpora nostra terrenorum

Corpora nostra fragilia.

& fragiliũ expressione significari, q̃ breui lapsu præcipitata frãgũtur, & facile ea q̃ mens voluit internè, per sensus & gesta corporis prodit: sicut illa quæ calix interius continet, foris lucent: vnde & in posterioribus nõ dubium est vocabulo calicis, passionẽ corporis declarari. Cernis igitur ꝙ nos nõ exteriora huius calicis & catini, sed interiora cõtaminant: quia dixit, Quod intus est vestrum, plenũ est rapina & iniquitate. Aug. de ver. do. Sed quomodo nõ pepercit homini à quo fuerat inuitatus? Magis quidẽ obiurgando pepercit, vt correcto in iudicio parceret. Deinde ostendit nobis, quia & baptisma quod semel adhibetur, per fidem mundat, fides autem intus est, nõ foris. Fidẽ autẽ contẽnebant pharisæi, & quod foris erat laudabant, intus inquinatissimi manebãt: quod dñs improbat, dicens: Stulti, nõne qui fecit quod de foris est, etiam id quod de intus est fecit? Beda. q. d. Qui vtrãq; hoĩs naturã fecit, vtrãq; mũdari desiderat: hoc est cõtra Manichæos, qui animã tantũ à deo, carnẽ verò putant à diabolo creatã. Hoc etiam est cõtra illos q corporalia peccata, fornicationẽ. s. furtũ, & cætera talia peccata quasi grauissima detestant: spiritualia verò, q̃ non minus dãnat apostolus, vt leuia cõtẽnunt. Amb. Dñs autẽ quasi bonus præceptor docuit quomodo nostri corporis mũdare cõtagiũ debeamus, dicens: Verũtamen quod superest, date eleemosynã, & ecce omnia munda sunt vobis. Vides quanta remedia. Mundat nos misericordia, mũdat nos dei sermo: iuxta quod scriptũ est, Iam vos mundi estis propter sermonẽ quẽ locut⁹ sum vobis. Aug. de eleemosyna. Misericors monet misericordiã fieri, & quia seruare quærit quos magno redemit precio, post gratiã baptismi sordidatos docet denuo posse seruari. Chry. Dicit autem: Da-

Eleemosynę cõmẽdatio

te eleemosynã, non iniustitiã: est enim eleemosyna quę caret iniustitia qualibet. Hæc omnia facit mũda, & ieiunio est præstantior: quod quãuis sit laboriosius, illa tamen est lucrosior. Illustrat animã: impinguat, bonã efficit & decorã. Qui cogitat misereri rogãti, citius à peccatis desistet. Sicut eñ medicus qui crebro vulneratis medet, frangit de facili in ærũnis aliorũ: sic & nos si vacauerimus egenorũ auxiliis, de facili contemnemus pręsentia, & in cœlũ leuabimur. nõ paruũ est igit eleemosynę cataplasma, cũ valeat oĩbus apponi vulnerib⁹. Beda. Dicit autem quod superest. s. necessario victui & vestimẽto. Neq; eñ ita faciẽda iubetur eleemosyna, vt teipsum cõsumas inopia: sed vt tui cura corporis expleta, inopẽ quantũ vales sustentes. Vel ita intelligẽdum: Quod supest. i. quod tã multo scelere præoccupatis solũ remediũ restat. Date eleemosynã: qui sermo ad oĩa quæ vtili miseratione fiũt valet: nõ eñ solũ qui dat esurienti cibũ & cætera hmõi, verũetiã qui dat veniã peccanti, atq; orat pro eo, & qui corripit, & aliqua emẽdatoria pœna plectit, eleemosynam dat. Theo. Vel dicit: Quod superest: nam facultates pręsidẽt cupido cordi. Amb. Totus itaq; pulcherrimus ab hinc dirigit locus, vt quoniã nos ad studiũ simplicitatis inuitat, superflua Iudæorũ & terrena cõdẽnet. Et tamẽ ipsis pctorũ abolitio promittitur, si misericordiã consequãtur. Aug. de

De⁹ mũdat cor.

ver. do. Si aũt mũdari nõ possunt, nisi credẽtes in eũ q fide mũdat cor: quid est quod dicit, Date eleemosynã, & hæc oĩa munda sunt vobis? Attẽdamus: fortè & ipse exponit. Illi eñ de oĩbus suis fructibus decimã partem detrahebãt, & eleemosynas dabãt, qđ non facile aliqs facit Christianus. Irriserunt ergo illũ eis hoc dicentẽ, quasi hoĩbus qui eleemosynas nõ facerẽt. Hoc de⁹ sciẽs subiungit: Sed væ vobis pharisæis qui decimatis mentam & rutã & omne olus, & præteritis iudiciũ, & charitatẽ dei. Non ergo est hoc facere eleemosynã, facere eñ eleemosynã est facere misericordiã. Sed intelligis? à te incipe. Quomodo eñ es misericors alteri, si crudelis es tibi? Audi scripturã dicentẽ, miserere animæ tuæ placens deo. Redi ad conscientiã tuam, quicunq; malè aut infideliter viuis, & ibi inuenis medicantẽ animam tuã, vel fortè egestate obmutescentẽ. In iudicio & charitate fac eleemosynã cũ anima tua. Quid est iudiciũ? Displice tibi. Quid est charitas? Dilige deũ: dilige ꝓximũ. Hanc eleemosynã si pętermittis quãtũuis ames nihil facis, quãdo tecũ nõ facis. Cyril. Vel hoc dicit in pharisęorũ reprehensionẽ: quia illa sola ꝑcepta attẽtius obseruari iubebãt à populis subiectis, q̃ causa erãt illis reddituũ fœcundorũ: vnde nec minima olerũ postponerent. opus autẽ ingerendæ dilectionis ad deũ, & iudicii iuxta censurã negligebãt. Theo. Quia eñ deũ cõtẽne-

Superflui ritus arguũtur

bant indifferẽter sacra tractãtes, pręcipit eis dilectionẽ dei habere. Per iudiciũ verò dilectionẽ innuit ꝓximi. Nam ꝙ aliquis iustè iudicet proximo, ex eius dilectione prouenit. Amb. Vel iudiciũ ideo, quia nõ oĩa q̃ agũt in iudiciũ referũt charitatẽ, quia nõ ex affectu diligant deũ. Sed ne rursus fidei studiosos nos faciat operũ negligẽtes, perfectionẽ fidelis viri breui sermone cõcludit, vt & fide & operibus approbet, dicens: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. Chry. Vbi quidẽ sermo Iudaicæ mũdationis agebat, totaliter ꝑteriuit: sed quia decima eleemosyna quædã est, & nõdum erat tẽpus expresse interimendi legalia, propter hoc dicit: Hæc oportuit facere. Amb. Arrogantiã quoq; iactãtiũ Iudæorũ redarguit, dũ primatus appetunt. Sequit eñ: væ vobis pha. qui di. &c. Cyril. Per ea quibus illõs reprehẽdit, nos facit meliores. Vult etẽm nos ambitione carere, & non plus venari apparentiã q̃ veri existẽtiã, quod tunc pharisæi agebant. Salutari eñ ab aliquibus & præsidere eis, nõ vere nos idoneos esse ostẽdit: pluribus enim hæc cõtingunt, cùm boni non sint. vnde subdit: Væ vobis qui estis vt monumẽta quę non apparẽt. volẽtes eñ ab hoĩb⁹ salutari, & eis præsidere vt magni æstiment, ab occultis sepulchris non differunt: q̃ nitẽt quidẽ extrinsecus ornamẽtis, sunt aũt plena omni spurcitia. Amb. Et quasi sepulchra q̃ non apparẽt specie fallunt, visuq; decipiũt transeuntes. vnde sequit: Et hoĩes ambulantes supra nesciunt, ita. s. vt cũ foris speciosa ꝓmittant, plena fœtoris includãt. Chry. Sed ꝙ tales extiterint pharisæi nõ est mirabile. Si aũt nos digni reputati fieri tẽpla dei, fiamus repẽtè sepulchra solũ fœtorẽ

Species falsa.

continẽtia, hoc est extremæ miseriæ. Cyril. Ait aũt hic apostata Iulianus, vitanda esse sepulchra, quę Christus ipse ait esse immũda, sed ignorauit vim verborũ saluatoris. Non enim iussit à monumentis discedere, sed eis comparauit pharisæorum fictitium populum.

Respondens autẽ quidã ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens, etiã contumeliã nobis facis. At ille ait: Et uobis legisperitis uæ, quia oneratis homines onerib⁹ quæ portare non possunt: & ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas. Væ uobis qui ædificatis monumẽta prophetarũ: patres autẽ uestri occiderũt illos. Profectò testificamini ꝙ cõsentitis operibus patrũ uestrorũ: quoniam quidẽ ipsi eos occiderunt, uos autẽ ædificatis eorũ sepulchra. Propterea & sapientia dei dixit, Mittã ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident & persequẽtur: ut inquiratur sanguis omniũ prophetarum, qui effusus est à cõstitutione mundi à generatione ista, à sanguine Abel usq; ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædẽ. Ita dico uobis, requiretur ab hac generatione. Ve uobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Cum autẽ hæc ad illos diceret, cœperũt pharisæi & legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis insidiãtes ei, & quærentes aliquid capere ex ore eius, ut accusarent eum.

Cyril. Redargutio q̃ mãsuetos transfert in melius, superbis hoĩbus cõmuniter intolerabilis esse solet. vñ cùm saluator reprehenderet pharisæos tanq̃ deuiantes à recto calle percellebatur ex hoc legisperitorũ caterua. vñ dicit: Respondẽs aũt quidã ex &c. Beda. Quàm

Sapiẽtia Christi.

misera cõscientia q̃ audito dei verbo sibi cõtumeliam fieri putat, & cõmemorata pœna perfidorũ se semper intelligit esse damnandã. Theo. Erant aũt alii legisperiti à pharisęis: nã pharisęi diuisi ab aliis quasi religiosi videbant, legis autẽ periti scribę erant doctoresq; quęstiones legis soluẽtes. Cyril. Christus autẽ legisperitis inuectiuã ingerit, & deprimit vanũ eorũ superciliũ. vñ sequit: At ille ait, Et vobis legispe. &c. Exẽplo patenti vtitur ad eos dirigendũ. Erat lex onerosa Iudæis, vt fatentur Christi discipuli: ipsi verò fasces importabiles legis colligantes & subditis superponentes, ipsi nullatenus operari curabant. Theo. Quoties etiã doctor facit q̃ docet, alleuiat fascem, tradens ad exẽplũ seipsum. Quando verò nil agit eorũ quæ docet, tunc graues fasces videtur eis qui doctrinã suscipiunt, vtpote qui nec à doctore possunt portari. Beda. Rectè aũt audiũt ꝙ sarcinas legis vno digito nõ tangerẽt, hoc est nec in minimis quidẽ eam perficerent, quã se contra morẽ patrum sine fide & gratia Christi seruandã tradere ꝓsumebãt. Greg. Tales quoq; modo plures sũt iudices seueri peccãtiũ, & debiles agonistę intolerabiles legislatores, & debiles portitores, nec appropinquare volẽtes, nec palpare vitæ honestatẽ, quã irremediabiliter exigũt à subiectis. Cyril. Postq̃ igit reprobauit onerosam legisperitorum officinã, inducit cõmunẽ inuectiuam in cunctos

Superstitio dãnatur.

principes Iudæorũ,dicens:Væ vobis qui ędificatis monumenta prophetarũ,& patres vestri occiderunt illos. Amb.Bonus est hic locus aduersus superstitionẽ vanissimam Iudæorũ,quia ædificando sepulchra prophetarũ patrũ suorũ facta dãnabant: æmulando autem paterna scelera,in seipsos sententiã retorquebant.nõ em̃ ædificatio,sed æmulatio loco criminis æstimatur.vnde subdit:Profecto testificamini q̃ cõsentitis &c.Beda.Simulabant quidẽ se ob fauorẽ vulgi captandũ, patrũ suorũ horrere perfidiã,memorias prophetarũ qui ab eis occisi sunt magnificè ornãdo:sed ipso ore testificant quãtum paternæ nequitiæ cõsentiant,iniuriis agẽdo dñm à prophetis prænunciatũ.vnde subditur: Propterea & sapiẽtia dei dixit,Mittã ad illos ꝓphetas & apostolos, & ex illis occident & persequent.Amb.Dei sapientia Christus est.Deniq; in Matthęo habes,Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapiẽtes.Beda.Si autẽ eadem sapientia dei ꝓphetas apostolosq; misit, cessent hæretici Christo ex virgine principiũ dare,omittãt alium legis & prophetarũ,alium noui testamẽti deum prædicare: quãuis sæpe etiam apostolica scriptura prophetas non solũ qui futurã Christi incarnationẽ,sed eos qui futura cœlestis regni gaudia prędicũt,appellet.Sed nequaquam hos crediderim apostolis in catalogi ordine pferendos.Atha.Siue autẽ occidant, mors occisorũ altius contra eos clamabit:siue persequãtur, memorialia suæ iniquitatis emittunt.Fuga em̃ persecutionẽ passorum in magnũ redundat persequentiũ crimen.nemo em̃ piũ & mansuetũ fugit,sed potius austerũ & moribꝰ imbutum iniquis.Et ideo sequit:Vt inquirat sanguis omniũ prophetarũ qui effusus est à cõstitutione mũdi à gene-
Quæstio vtilis. ratione ista.Beda. Quærit quomodo sanguis omnium prophetarũ atq; iustorũ ab vna Iudæorũ generatione requiratur:cũ multi sanctorũ,siue ante incarnationẽ, siue post ab aliis nationibus sunt interempti? Sed moris est scripturarũ duas sæpe generationes hominũ bonorũ malorũq; cõputare.Cyril.Et si ergo dicat demõstratiuè à generatione ista,nõ exprimit solũ tunc astantes & audientes,sed quẽlibet homicidã:astruitur enim simili simile.Chrys.Cæterum si dicat Iudæos grauiora passuros hoc nõ immerito fit, eo q̃ & peiora oĩbꝰ ausi sunt,& nullo præteritorũ castigati fuerunt: sed cũ vidissent alios peccasse,& punitos fuisse,nõ fuerunt meliores effecti,sed similia cõmiserunt: non autẽ ita q̃ pro
Iudæi hęredes. cõmissis aliorũ alii luant pœnã.Theo.Ostendit autem dñs Iudæos esse hæredes malitiæ Cain,ex eo q̃ subdit: A sanguine Abel vsq; ad sang.Zachariæ &c.Abel siqdem à Cain occisus est:Zachariã autẽ quẽ occiderũt inter altare & ædem,quidã dicunt esse antiquũ Zachariã filiũ Ioiadæ sacerdotis.Beda. Quare igitur à sanguine Abel,qui primus martyriũ passus est,mirũ non est: sed quare vsq; ad sanguinẽ Zachariæ,quęrendũ est:cùm & multi post eũ vsq; ad natiuitatẽ Christi,& ipsõ mox nato innocentes perẽpti sint: nisi fortè quia Abel pastor ouiũ,Zacharias sacerdos fuit:& hic ĩ cãpo,ille in atrio templi necatus est,vtriusq; gradus martyres & laici.s. & altaris officio mãcipati sub eorũ intimãtur vocabu-
Historia sepulchra. lo?Greg.Nisi.Quidã autẽ dicũt q̃ Zacharias pater Ioannis spiritu prophetiæ cõiiciẽs mysteriũ virginitatis intactæ dei genitricis,nequaquã sequestrauit illã à loco tẽpli virginibus deputato, volẽs ostẽdere q̃ in potestate conditoris omniũ erat nouũ ortũ ostẽdere,q̃ enixæ vigorẽ cælibatus nõ auferret.Erat autem hic locus medius inter altare & ædem,in qua erat altare æneum situm,vbi propter hoc eum occiderũt. Aiunt etiã cùm audirent regẽ mundi venturũ,dispẽsatiuę metu subiectionis aggrediunt eũ,qui attestabatur ortũ ipsius mactantes sacerdotẽ in tẽplo.Græc.Alii autẽ aliã causam dicunt esse interitus Zachariæ.cũ enim occiderent infantes,magnus Ioannes cũ coætaneis suis occidendus erat,sed Helizabet eripiens filiũ de medio cędis,petiit heremũ : vñ cũ satellites Herodis Helizabet, & puerũ non inuenirent,cõuertũt irã in Zachariam,occidentes ipsum ministrantẽ in tẽplo.Sequitur em̃: Væ vobis legisp.qui tul.cla.sciẽtiæ.Basi. Hæc vox væ,q̃ intolerabilibus proferẽ doloribus, eis cõuenit qui paulò post detrudendi erant in graue suppliciũ.Cyril. Clauẽ autem scientiæ ipsam dicimus esse legẽ. Erat em̃ ex vmbra & figura iustitię Christi.Decebat ergo legisperitos quasi indagantes legẽ Moysi,& dicta prophetarum referare quodammodo populo Iudæorũ ianuas notitię Christi. Hoc autẽ non fecerunt,sed econtra derogabãt diuinis miraculis,& cõtra eius dogmata clamabãt:Quid eum auditis?sic igitur tulerunt.i.abstulerunt clauẽ scientię. vnde sequit:Ipsi non introistis,& eos &c. Sed & fides est clauis scientię,fit em̃ per fidẽ veritatis cognitio,secundum illud Esaiæ: Nisi credideritis,nõ intelligetis. Sustulerũt ergo legisperiti clauẽ scientiæ,non permittentes hoĩes credere in Christũ.Aug.de quęst.euã. Sed & clauis scientiæ est humilitas Christi,quã nec ipsi intelligere,nec ab aliis intelligi volebãt.Amb. Arguunt etiã adhuc sub noĩe Iudæorum,& futuro supplicio statuunt obnoxii,quia cũ doctrinã sibi diuinæ cognitionis vsurpent,& alios impediãt,nec ipsi q̃ profitentur agnoseunt.Aug.de con.euã. Hæc autẽ oĩa Matthęꝰ narrat esse dicta postq̃ dñs in Hierusalẽ venerat,Lucas autẽ hic narrat cũ adhuc dñs iter ageret in Hierusalẽ, vnde mihi similes videtur esse sermones,quorũ ille alterum, iste alterũ narrauit.Beda.Quantũ autẽ vera perfidię simulationis & impietatis suę crimina audierint pharisæi & legisperiti,ipsi testãtur, qui nõ resipiscere sed doctorẽ veritatis insidiis moliunt aggredi.Sequitur em̃: Cùm autẽ hoc ad il.di.cœperũt &c.Cyril. Sumitur autẽ insistere pro instare,vel inuidere vel sæuire. Cœperunt autẽ interrũpere sermonẽ eius in plurib⁹. vñ sequitur: Et os eius oppri.de mul.Theo. Cũ em̃ plures interrogant vnũ de diuersis materiis,cùm nequeat simul oĩbꝰ respondere,videtur insipiẽtibus q̃ dubitet, hoc igitur ingeniabãtur,& illi nefarii contra ipsum: sed & aliter q̃rebãt os eiꝰ opprimere.s.vt prouocarẽt eũ ad aliquid dicendũ,vnde posset dãnari. vñ sequit: Insidiãtes ei,& quærentes aliquid capere de ore eius vt accusarent eũ. Quod primò dixerat Opprimere,nũc dicit Capere vel rapere aliquid ex ore eius. Interrogabãt eũ nunc quidẽ de lege vt arguant eum quasi blasphemũ obloquẽtem de Moyse,nunc verò de Cæsare,vt accusarẽt eum tanquam insidiosum & hostem maiestatis Cæsareæ.

Clauis scientiæ.

Consensus euã.

CAPVT XII.

Multis autem turbis concurrentibus,ita ut se inuicẽ cõculcarẽt, cœpit dicere ad discipulos suos: Attendite à fermento pharisæorũ, quod est hypocrisis. Nihil enim opertũ est, quod non reuelet ur,neq; absconditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis,prædicabitur in tectis.

Theo.Pharisæi quidẽ conabant Iesum capere in sermone,vt populos ab eo abducerẽt,hoc autẽ in cõtrariũ vertitur.Magis em̃ adibant populi per millenarios cõgregati adeò cupiẽtes hærere Christo, vt seinuicẽ comprimerẽt:tam validũ quid est veritas,& dolus imbecillis vbiq;.vñ dicit: Multis autẽ tur.circũ.ita vt sein.con. cœ.di.ad di.su.Attẽdite &c.Cyril. Quia em̃ cauillatores erãt, ob hoc Christꝰ ab eis sibi cauere admonebat discipulos.

Pharisęo rũ perfidia.

discipulos.Greg.Naz.Est autẽ quando fermentũ laudat tanq̃ efficiẽs panẽ vitalẽ. Est autẽ quando vituperat, significans vetustã & acidã malitiã.Theop.Vocat igitur fermentũ hypocrisim tanq̃ alterantẽ & corrũpentẽ intẽtiones hoĩm,quibꝰ se ingesserit. Nihil em̃ sic alterat mores vt hypocrisis.Beda.Nã sicut modicũ fermẽtũ totam farinę massã corrũpit,sic simulatio animũ tota virtutũ synceritate & veritate fraudabit.Amb. Pulcherrimum autẽ locũ tenendæ simplicitatis & æmulãdæ fidei saluator intexuit,ne Iudaicæ more perfidiæ alia ꝓmamus in affectu,alia voce simulem⁹,cũ vltimo tpe occulta cogitationũ accusantiũ,aut etiã defendentiũ secreta nostræ mẽtis aperitura videant.vnde subdit: Nihil autẽ opertũ &c.Orig.Aut ergo de illo tpe hoc dicit,quãdo iudicabit deus occulta hominũ:aut id dicit,quia quatũcunq; conet aliquis occultare bona aliorũ infamiis, bonũ naturaliter latere nõ potest.Chry.q.d.discipulis, quãuis nunc quidã vocẽt vos seductores & magos,deteget oĩa tẽpus,& arguet eorũ calũniã,& vestrã declarabit virtutẽ.vnde quæcũq; vobis in paruo angulo Palæstinæ locut⁹ sũ,hęc audacter & frõte detecta & qualibet sublata formidine toti orbi ꝓdicate.Et ideo subdit:Quoniã q̃ in tenebris dixistis &c.Beda.Vel hoc dicit:quia q̃ inter tenebras quondã,pressurarũ carcerũq; vmbras locuti vel passi sunt apostoli, nũc clarificata p orbẽ,in ecclesia lectis eorũ actibus publicè ꝓdicant. Sanè q̃ dicit,Prædicabit in tectis, iuxta morẽ prouinciæ Palęstinæ loquitur,vbi solẽt in tectis residere:nõ enim tecta nostro more culminibꝰ sublimata, sed plano schemate faciũt æqualia:ergo dicit, Prædicabit in tectis.i. cunctis audientibus palã dicet. Theo.Vel hoc ꝓponit pharisæis.q.d.O pharisæi,q̃ in tenebris.i. qđ in opacis cordibus vestris tẽtare me conamini,in lumine dicet: Ego em̃ sum lux,& in me luce notum fiet quicquid vestra machinat caligo,& qđ in aure locuti estis,& in cubiculis.i.quicquid mutuis susurris vestris auribus instillastis,prędicabitur in tectis.i.ita mihi fuit audibile, ac si in tectis prædicatũ fuisset.Hic etiã intelligere potes q̃ lux sit euãgelium,tecta verò altę apostolorũ animæ.Quotquot verò conciliati sunt pharisæi,diuulgata sunt postmodũ & audita in euangelii luce:stãte magno præcone spiritu sancto super apostolorũ animas.

Tecta Palæstinorum.

Dico autẽ uobis amicis meis,ne terreamini ab his qui occidũt corpus, & post hoc nõ habẽt amplius quid faciãt. Ostendã autẽ uobis quẽ timeatis: timete eũ,qui postq̃ occiderit,habet potestatẽ mittere in gehennã. Ita dico uobis,hũc timete. Nónne quinq; passeres uæneũt dipõdio, & unus ex illis nõ est in obliuione corã deo? Sed & capilli capitis uestri oẽs numerati sũt. Nolite ergo timere:multis passeribꝰ pluris estis uos.

Cyril.Quoniã gemina est causa pfidiæ, q̃ aut ex inolita malitia aut ex accidẽti metu nascit: ne quis metu territꝰ deũ quẽ corde cognoscit negare cogat, pulchrè addit:Dico autẽ vo.ami.meis,ne &c.Cyril.Nõquibuscunq; enim simpliciter hic sermo cõuenire videtur:sed his qui deũ ex tota diligunt mente,quibus cõuenit dicere:Quis nos separabit à charitate Christi? qui autẽ non tales sunt,labiles sunt,& ad ꝓsiliendũ parati:porrò dñs dicit: Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, q̃ vt animã suam ponat quis pro amicis suis.Quomodo autẽ nõ est incõuenientissimũ Christo nõ rependere,qđ ab eo recipimus?Amb.Mortẽ etiã docet nõ esse terribilẽ, quã locupletiore fœnore sit immortalitas redẽptura. Cyril.Est ergo aduertendũ q̃ laboribus parãtur coronæ, & honores, quibꝰ mortales vsq; ad tẽpus suã iram extendunt:fitq̃; illis nostræ persecutionis finis corpora lis interit⁹.vnde subdit:Et post hoc nõ habẽt amplius quid faciant.Beda.Ergo superũacua furiũt insania,qui mortua martyrũ mẽbra feris auibusq; discerpẽda proiiciunt,cũ nequaq̃ omnipotẽtiæ dei qui ea resuscitãdo viuificet resistere possint.Chry. Cõsidera qualiter dñs discipulos omnibus superiores cõstituit, ipsam mortẽ cunctis terribilẽ hortans contẽnere.Simul autẽ & documenta immortalitatis animæ ostendit eis,cùm subdit: Ostendã autẽ vobis quẽ &c.Amb.Mors em̃ naturæ finis non pœnæ est,& ideo mortem supplicii corporalis esse defectũ,pœnã verò animę esse perpetuã,deũq; solũ esse metuendũ:cuius potestati non natura præscribat, sed eidem natura subiacere.cõcludit:Ita dico:hunc timete.Theo.Hinc nota q̃ peccatoribus quidẽ mors ad suppliciũ fertur,& hic cruciatis ipsis per interitum,& consequenter in gehennã detrusis. Sed si sermonẽ discusseris quiddã aliud intelliges.nõ em̃ dicit,Qui mittit in gehennam,sed qui potestatẽ habet mittere.Non em̃ quicunq; cũ peccato moriunt, statim detruduntur in pœnã,sed fit interdũ remissio oblationũ & orationũ causa,quæ pro defunctis dant.Amb. Inspirauerat ergo dñs simplicitatis affectũ,virtutẽ mentis erexerat,fides sola nutabat. Bene eam de rebus viliorib⁹ roborauit, subdens:Nónne quinq; passeres væneunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione corã deo? q.d. si deus obliuionẽ passerũ nõ habet, hominũ quomodo habere potest?Beda.Dipondius genus est põderis leuissimi ex duobus assibus cõpositi.Glo. Quod autẽ in numeris est vnũ,hoc in ponderibus assis:quod duo,hoc dipondius. Amb.Fortasse autẽ dicet aliquis : qũo apostolus dixit, Nónne de bobus cura est deo,cũ bos passere preciosior sit?sed aliud est cura,aliud sciẽtia. Orig.Ad literã. Igit acumen diuinæ prouisionis,qui procedit vsq; ad minima,per hoc significat.Mysticè autẽ quinq; passeres,spirituales sensus iustè significãt, qui excelsa & supra homines sentiunt deũ intuẽtes, vocẽ audientes diuinam, gustantes panẽ vitæ,olfaciẽtes odorem vnguentorum Christi,palpantes viuum verbũ.Qui dipondio vęneũtes.i.vilipẽsi ab eis qui ea q̃ sunt spũs stultitiã iudicãt, non dantur in obliuione corã deo. Dicit autẽ deus aliquorũ immemor fieri propter eorũ facinora.Theo.Vel hi quinq; sensus duobꝰ assibus vẽdunt nouo.s.& veteri testamẽto,& ideo non dant obliuioni à deo, quorũ em̃ sensus traduntur verbo vitæ,vt sint apti ad spiritale pabulũ,horũ semper memor est dñs.Amb. Vel aĩr:Passer bonus est cui volandi natura suppeditat: volãdi em̃ nobis gratiã natura dedit, voluptas abstulit,quę malorũ messis grauat animã,atq; in naturã corporeæ molis inclinat. Quinq; igitur corporis sensus si terrenarũ sordium cibũ quærãt,ad superiorũ operũ fructus reuolare nõ possunt.Est ergo malus passer qui volãdi vsum terrenæ vitio labis aboleuerit, quales sunt isti passeres, q̃ dipondio væneunt luxuriæ.s.precio singularis.Aduersarius em̃ tanq̃ captiua mancipia vilioris ꝑcio æstimationis addicit. At dñs tanq̃ speciosa seruitia q̃ ad imaginẽ sui fecit,idoneos sui operis æstimat,& magno precio nos redemit.Cyril.Est igit sibi curę diligẽter nosse sanctorũ vitã.vnde subditur: Sed & capilli capitis &c. Per quod significat q̃ omnia q̃ ad eos spectãt diligẽtissimè nouit,diligentiã em̃ curę adhibitę numeratio manifestat.Amb.Deniq; numerus capillorũ nõ in actu cõputationis,sed in facilitate cognitionis accipit: bene tñ numerati dicunt, quia ea q̃ volumus seruare numeramus.Cyril. Mysticè autẽ caput quidẽ hoĩs est intellectus,capilli verò cogitationes q̃ patent deo. Theo.Vel caput vniuscuiusq; fideliũ intelliges aptã Christo conuersationẽ,crines autẽ eiꝰ mortificatiua corporis opera:q̃ numerantur à deo,& digna sunt ꝓuisione diuina.

Coronæ quibꝰ parentur.

Acumen prouisionis diuinæ.

Maiestas dei magna.

Amb. Si igit̃ tãta dei est maiestas, vt vnus ex passerib⁹ aut nostrorũ numerus capillorũ ꝑter sciẽtiã dei nõ sit, q̃ indignũ est æstimare ꝙ fideliũ cor da dñs aut ignoret, aut spernat qui viliora cognoscat? vñ conuenienter concludit: Nolite er.time.mul.pas.plu.estis vos. Beda. Nõ plures estis legendũ est, qđ ad cõparationẽ numeri pertinet, sed pluris estis, hoc est apud deũ maioris dignitatis. Atha. Quæro autẽ ab Arrianis, si quasi dedignaretur deus alia facere, solum filium fecit, cætera vero filio subrogauit, quomodo prouisione vtitur vsque ad tam modica, capillum & passerem? Quorum enim prouisione fungitur, horum creator est suo verbo.

Dico autẽ uobis, omnis quicũq; confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum corã angelis dei. Qui autẽ negauerit me corã hominibus, negabitur corã angelis dei. Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in spiritum sanctũ blasphemauerit, non remittetur. Cùm autem inducẽt uos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite soliciti esse qualiter aut qd respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit uos in ipsa hora quid oporteat uos dicere.

Beda. Supra dictũ est opa q̃libet & verba abscõdita esse reuelãda. Nunc aũt cõcludit hanc reuelationẽ non in vili quolibet cõciliabulo, sed in cõspectu supnæ ciuitatis æternię; regis ac iudicis agenda, dicẽs: Dico autẽ vobis, omnis quicũq; cõfessus fuerit me &c. Amb. Præclarè etiã fidem acuẽdo intexuit, & fidei ipsi virtutum fundamenta subiecit. Nam vt fortitudinis incentiuum est fides, ita fidei fundamentũ est fortitudo. Chry. Non est ergo dñs contẽtus intrinseca fide, sed exteriorẽ confessionẽ expostulat, vrgẽs nos ad fiduciã & maiorẽ affectũ. Et quia hoc oĩbus vtile est cõmuniter loquit̃, dicẽs: Oĩs quicũq; con.fue.me. Cyril. Ait aũt Paulus: Si confitearis ore tuo dñm Iesum, & credas ĩ corde tuo quòd deus eũ à mortuis suscitauit, saluus eris. Totũ Christi mysteriũ in his interpretatur. decet em̃ prius ortum à deo patre verbũ. i. vnigenitum ex ipsius substãtia fateri dñm omniũ, non tanquã ab extrinseco, & furtiuũ sortitum dominiũ, sed existentẽ reuera & naturaliter dominũ, sicut & pater. Cõsequẽter oportet fateri, ꝙ deus hunc à mortuis suscitauit, ipsum. s. factũ hominẽ & passum in carne pro nobis, sic enim resurrexit à mortuis. Quisquis ergo sic cõfitebitur Christũ corã hoĩbus, videlicet vt deũ & dñm, Christus eũ cõfitebit corã angelis dei, tũc tpis cũ descẽdet cũ sanctis angelis in gloria patris sui in seculi cõsũmatiõe. Euse: Quid aũt erit gloriosius q̃ ipsum vnigenitũ dei verbũ attestari ꝓ nobis in diuino iudicio, ac ipso effectu remunerationem testimonii ꝓmere indiciũ in animã eius cui testimoniũ phibeb? non em̃ manẽs extra eũ cui testimoniũ reddet̃, sed habitãs in eo, & implẽs eũ lumine suo testimoniũ dabit. Cũ aũt corroborasset eos spe bona ꝑ tanta ꝓmissa, iterũ eos inducit terribilioribus minis, dicẽs: Qui aũt nega.me &c. Chry. Et in dãnatione maius supplicium, & in bonis maior recõpẽsatio ponit̃: q.d. Tu hic cõfiteris, aut negas: ego aũt illic. Bonorũ em̃ malorũq; retributio cũ augmẽto in futuro seculo te ꝓstolat̃. Euse. Opportunè aũt hãc cõminationẽ ponit, ne cõfessionẽ ipsi⁹ cõtẽneret ꝓpter pœnam q̃ est negari à filio dei, qđ est à sapiẽtia denegari, & à vita deficere & lumine priuari, & oĩb⁹ destitui bonis. Sed & hæc cũcta pati corã patre qui est in cœlis & angelis dei. Chry. Negãtes autẽ sunt primo quidẽ qui imminẽte ꝓsecutione fidẽ postposuerũt, abnegãt etiã hæresum doctores & discipuli. Chry. Sunt etiã alii abnegatiõis modi, quos Paulus describit dicẽs: Cõfitent̃ se nosse deũ, &c. Et iterũ: Si qs suorũ & maximè domesticorũ curã nõ habet, fidẽ negauit, & ĩfideli est deterior. Itẽ auaritiã fugite, q̃ est idololatria. postq̃ ergo tot sũt modi negationis, palã est ꝙ totidẽ sunt cõfessiõis, quos quicũq; seruauerit, audiet illã beatissimã vocẽ, qua Christus laudauit oẽs qui cõfessi fuerint eũ. Atttende aũt verborũ cautelã. In grẽco em̃ dicit, quisquis cõfitebit̃ in me: ostendẽs ꝙ nõ, ꝓpriis viribus, sed adiut⁹ supna gratia Christũ aliquis cõfitebit̃. De negãte verò nõ dixit in me, sed me: nã destitut⁹ gratia denegat, redarguit̃ tñ, quia destitutio propter eũ q̃ deseri̇t̃ fit. Beda. Ne aũt ex eo ꝙ ait eos qui se negauerint esse denegãdos, vna cũctorũ (hoc est eorũ q̃ studio & eorũ qui infirmitate vel ignorãtia negãt) cõditio putaret̃, cõtinuò subiecit: Et om. qui di. &c. Cyril. Sed si hoc vult innuere saluator, ꝙ si qđ iniuriosum verbũ dicat̃ à nobis in hoĩem cõmunẽ, obtinebimus si pœnitea mus veniã. nulla difficultas est ĩsermone, quia cũ naturaliter bonus sit de⁹, emendat volentes pœnitere. verũ si ad ipsum Christũ retorqueat̃ sermo, qualiter incõdenabilis est qui dicit verbũ in eũ? Ambr. Vtiq; filiũ hoĩs Christũ intelligimus, qui de spũ sctõ generatus ex virgine est, eo ꝙ parens eius in terris sola sit virgo. Nũq̃d ergo maior spũs sctus Christo, vt in Christũ peccantes veniã cõsequant̃, in spm̃ sctm̃ delinquentes remissionẽ non mereant̃ adipisci? Sed vbi vnitas potestatis est, nulla cõparationis est q̃stio. Atha. Viri quidẽ antiqui, studiosus Origenes & mirãdus Theognostus hãc conseri bunt esse spũs sancti blasphemiã, qñ qui digni reputati sunt dono spũs sancti ꝑ baptismũ, regrediunt̃ ad peccãdum: ob hoc enim aiũt illos nec veniã obtinere. prout Paulus dicit: Impossibile est eos q̃ facti sunt participes spũs sancti, &c. Addit aũt vterq; intentionẽ ꝓpriã. nã Origenes causam huius sic explicat: Deus quidẽ pater omnia percurrit & singula continet, virtus aũt filii ad sola rationalia extendit̃, spũs verò sctus solus inest participatib⁹ eũ in dono baptismatis. Quãdo ergo cathecumeni peccãt & gẽtiles, peccant in filiũ qui in eis manet, possunt tñ veniã obtinere, cũ digni fiũt dono regenerationis: qñ verò baptizati delinquũt, dicit hoc nephas attingere spiritũ, ad quẽ cũ peruenissent peccauerũt, & ideo irreuocabilẽ fore dãnationẽ. Theognostus verò ait: & qui primũ & scdm exceſſit limen, minorem pœnã meret̃: sed qui tertiũ quoq; ꝓtransit, nõ amplius accipiet veniã. Primũ quidẽ & scdm limẽ vocauit doctrinã patris & filii, tertiũ verò in participatione spũs sancti. Scdm illud, Cùm venerit spũs veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ. non tanq̃ doctrina spũs, dogma filii superet, sed quia filius condescẽdit imperfectis, spũs verò signaculũ est eorũ qui perficiunt̃. Sic igitur nõ quia superet spũs filiũ, expers est venię blasphemia spũs, sed quidẽ quia imperfectorũ est remissio, pfectis verò nulla restat excusatio: sed cùm filius sit in patre, est in illis in quib⁹ est pater, nec abest spũs. Indiuisibilis est em̃ sancta trinitas. Ad hæc si oĩa per filiũ facta sunt, & oĩa in ipso consistunt, erit ipse nimirũ in oĩbus, vt necessariũ sit peccantẽ in filium, in patrẽ, & in spm̃ sctm̃ peccare. sacrũ autẽ baptisma in noĩe patris & filii & spũs sancti datur, & sic peccãtes post baptismũ in sanctã trinitatẽ exercẽt blasphemiã. Cæterũ si pharisæi baptismum nõ susceperãt, qualiter redarguebat eos acsi blasphemassent in spm̃ sctm̃, cui⁹ nondũ erãt facti participes: ꝑsertim cùm nõ de pẽis simpliciter, sed de blasphemia eos increpabat? Differũt aũt, quoniã qui peccat, trãsgredit legẽ: qui verò blasphemat, in ipsam offendit deitatem. Sed aĩr: Si eis qui delinquunt post baptisma, nõ indulgetur vindicta reatuum, qualiter apostolus pœnitẽti in Corintho condonat? Retrogressos verò Galatas parit

Duplex fides poscitur.

Modi ab negationis.

Christus filius hominis.

Nota expositionẽ antiquorum.

quousq; Christ⁹ denuo formet̃ in eis. Cur aũt & Noua tũ arguimus interimẽtẽ pœnitẽtiã post baptismũ: apostolus aũt ad Hebræos dissipat pœnitentiã pctõrũ? Sed ne putarẽt scdm ritũ legis pœnitẽtiæ causa multa fore & quotidiana baptismata, ob hoc pœnitere quidẽ monet, vnicã aũt fore insinuat per baptisma renouationẽ. Talia verò considerãs recurro ad dispensationẽ q̃ fit in Christo, qui deus existẽs homo factus est, tanq̃ de⁹ susci tat mortuos, sicut carne vestitus sitiebat, laborabat & patiebat. Quãdo igit̃ aliqui spectantes humana vident dũm sitientẽ aut patientẽ, & obloquunt̃ in saluatorem velut in hominẽ peccãt quidẽ, possunt tñ citò cũ pœnituerint accipere veniã, ꝓtendẽtes pro causa fragilitatẽ corporis. Quãdo verò rursus aspiciẽtes aliqui opa deitatis dubitãt de natura corporis, ipsi quoq; nimiũ peccant. Sed & his pœnitentibus citò potest ignoſci, eo ꝙ & ipsi excusationẽ habẽt ab operũ magnitudine. Quãdo verò diuinitatis opera retorquẽt ad diabolũ, merito irreuocabilẽ ferũt sententiã, qñ arbitrati sunt diabolum fore deũ, & verũ deũ nihil plus q̃ dęmones in operibus putauerũt habere. Ad hãc ergo perfidiã pharisæi peruenerant. saluatore em̃ ostẽdente patris opera, mortuos suscitãs, cæcos illuminãs, & sĩa faciẽs, hmõi opa dicebãt esse Beelzebub: æque em̃ dicere poterãt videntes mundi ordinẽ, & erga eũ prouisionem, ꝙ mũdus ab Beelzebub est creatus. q̃diu igit̃ ad humana spectãtes, mente claudicabãt, dicẽtes: Nõne hic est carpẽtarii filius? & qũo lras, q̃s nõ didicit nouit? sustinebat eos tãq̃ in filium hoĩs peccãtes: sed vbi magis insaniũt dicẽtes, opera dei esse Beelzebub, nõ amplius eos sustinuit. Sic em̃ & tãdiu patres eorũ sustinebat, q̃diu causa panis & aquæ murmurabãt: sed postq̃ vitulũ cõflãtes in eũ colla ta sibi diuinitus beneficia referunt, puniti sunt primo quidẽ nõ paucis eorũ occisis, postmodũ dixit: Ego autẽ in die vltiõis visitabo hoc pctm̃ eorũ. Talẽ ergo & nũc phariseı audiũt sentẽtiã, vt in flãma diabolo parata ꝑpetuo corrodant̃ cũ eo. Nõ igit̃ faciendo collationẽ inter blasphemiã dictã in ipsum & spiritũ sanctũ hæc dixit tãquã maior sit spũs, sed vtraq; blasphemia in ipm̃ prolata, hanc minorẽ, illã validiorẽ ostendit. ipsum em̃ vidẽtes hoĩem vituperabant, & ei⁹ opa Beelzebub esse dicebant. Amb. Sic igit̃ videt̃ quibusdã, vt eundẽ & filium & spm̃ sctm̃ intelligamus, salua distinctione psonarũ & vnitate substantiæ, quia vnus & deus & homo Christ⁹ est spũs, sicut scriptũ est: Spũs ante faciẽ vestrã Christ⁹ dñs. Idẽ spũs sctus, qa & pr̃ sctus, & filius sctus & spũs sctus. Si ergo vtrũq; Christ⁹ est, q̃ est diuersitas nisi vt sciam⁹ qa diuinitatẽ Christi nobis negare nõ liceat? Beda. Vel aliter: Qui opera spũs sancti dicit esse Beelzebub, isti nõ dimittet̃ neq; in pscti seculo, neq; ĩ futuro: nõ ꝙ negemus ei si pœnitẽtiã agere possit posse dimitti à deo, sed ꝙ credam⁹ eũ blasphemũ exigẽtibus meritis, sicut nunq̃ ad remissionẽ, ita nec ad ipsos dignę pœnitẽtię fructus esse puenturũ, scdm illud: Excęcauit oculos eorũ ne cõuertant̃, & sanẽ illos. Cyril. Quòd si creatura esset spũs sctus, nõ aũt de diuina substãtia patris & filii, qualiter acta in eũ cõtumelia tantã fert pœnã quanta ꝓmulgat̃ cõtra blasphemantes in deũ? Beda. Neq; tñ quicũq; spm̃ sctm̃ nõ esse, aut deũ non esse, sed patre filioq; minorẽ cõfitent̃, hoc irremissibilis blasphemiæ crimine tenẽt̃: qa humana ignorãtia ducti faciũt, nõ inuidẽtia diabolica sicut princeps Iudęorũ. Aug. de ver. do. Vel aĩr: Si hic diceret̃ q̃ blasphemauerit q̃cunq; blasphemiã ĩ spm̃ sctm̃, oẽm intelligere deberem⁹. Sed quia dictũ est, Qui blasphemauerit in spm̃ sctm̃, ille intelligat̃ qui nõ omni modo, sed eo modo blasphemauerit, vt ei nũq̃ possit ignoſci: sic em̃ dictũ est, De⁹ neminẽ

Dispũtatio Christi.

Christi diuinitas asseritur.

tẽtat. s. nõ omni, sed quodã tẽtationis modo. Quis aũt sit iste modus blasphemãdi cõtra spm̃ sanctũ dicamus. Primũ quidẽ credentiũ bñficiũ est ĩ spũ sãcto remissio pctõrũ, cõtra hoc donũ gratuitũ loquit̃ cor impœnitẽs. Ipsa ergo impœnitẽtia est spũs blasphemia, q̃ nõ remittit̃ neq; in hoc seculo neq; in futuro, quia pœnitẽtia impetrat remissionẽ in hoc seculo, q̃ valeat in futuro. Cyril. Cũ aũt tm̃ metũ incusserit dñs discedẽtibus à recta cõfessione, ꝑcepit de cætero nõ curare de responso, eo ꝙ fideliter dispositis cõstituit verba cõgrua spũs tanq̃ doctor inhabitans. vñ sequit̃: Cũ aũt inducent vos &c. Glo. Dicit aũt: Qualiter, quantũ ad modũ proferendi; Quid, quantũ ad modũ inueniẽdi: Respõdeatis interrogãtibus: aut quid dicatis, discere volẽtib⁹. Beda. Cũ em̃ ꝓpter Christũ ducimur ad iudices, volũtatẽ tm̃ nostram ꝓ Christo debemus offerre. Cæterũ in respondẽdo spũs sancti gratia ministrabit̃. vñ subdit̃: Spũs enim sctus docebit vos &c. Chry. Alibi verò dicit̃: Estote parati cũctis ad respondendũ, quicũq; quæsierint à vobis rationẽ spei quæ fouet vos. Quando nanq; oritur inter amicos agon ꝑcipit nos meditari, quando verò terribile est prætoriũ & pauor circũquaq; dat propriũ mimentũ vt audendũ sit & loquendũ, non aũt obstupescẽdũ. Theo. Quonia igitur duplex est nostra ĩfirmitas: & aut pœnæ formidine martyriũ fugimus, aut quia rudes sumus & nescimus reddere rationẽ fidei, vtrũq; excusit: metum quidem pœnarũ, in eo ꝙ dixit, Ne timeatis occidentes corpus: timorem verò scientiæ, in hoc ꝙ dixit, Nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis.

Infirmitas duplex.

Ait autẽ ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo ut diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem supra uos? Dixitq; ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam uita eius est ex his quæ possidet.

Amb. Tot⁹ superior locus ad subeundã ꝓ cõfessione dñi passionẽ aut cõtẽptu mortis aut spe ꝓmii aut mãsuri denũciatione supplicii, cui nunq̃ venia laxet̃ ĩstruit̃. Et qm̃ auaritia plerũq; solet tentare virtutẽ, etiã huius abolendæ rei ꝑceptũ subiicit̃ & exẽplũ, cũ dicitur: Ait aũt ei quidã de tur. &c. Theo. Hi duo fratres qa de hęreditate paterna diuidẽda contẽdebãt, consequẽs erat vt alter alterũ fraudare intẽderet. Dñs aũt docẽs nos ꝙ non oportet ad terrena flecti, repellit vocantẽ eũ ad hæreditatis diuisionẽ. vñ sequit̃: At ille dixit ei, Homo, q̃s me con. &c. Beda. Qui magistro supernæ pacis gaudia cõmẽdãti, terrenę diuisiõis vult ingerere molestiã, merito homo vocat̃, dicit illud: Cũ sit inter vos zelus & contẽtio, nõne hoĩes estis? Cyril. Fuit aũt dei filius, qñ factus est similis nobis, constitutus à deo patre in regẽ & principẽ super Sion montẽ sanctũ eius, annũtiãs mãdatũ diuinũ. Ambr. Bene ergo terrena declinat, qui ꝓpter diuina descenderat, nec iudex dignatur esse litium & arbiter facultatũ, viuorũ habens mortuorumq; iudicium, arbitriumq; meritorum. Non igitur quid petas, sed à quo postules intuendũ est, nec maioribus intento animo putes minoribus obstrependũ. vnde non immerito refutatur hic frater, qui dispensatorẽ cœlestiũ gestiebat corruptibilibus occupare, cũ inter fratres patrimoniũ non iudex medius, sed pietas debeat sequestra diuidere: quanquã immortalitatis patrimoniũ, nõ pecuniæ, sit hoĩbus expectãdũ. Beda. Occasione aũt huius stulti petitoris aduersus auaritię pestẽ, & turbas etiam discipulos præceptis pariter & exẽplis munire satagit. vnde sequitur: Dixitq; ad illos, Videte &c. Dicit autẽ, Ab omni: quia nõnulla simpliciter geri vident̃, sed internus arbiter qua intentione fiant diiudicat. Cyril. Vel dicit, Ab omni auaritia, scilicet magna & parua.

Universidad de D... Biblioteca

Auaritię detestatio.

Est em̃ inutilis auaritia, dicẽte dño, domos zelatas ędificabitis, & nõ habitabitis in eis. & alibi: Decẽ iugera vinearũ faciẽt lagunculã vnã, & 30. modii sementis facient modios tres. Sed & secundũ aliũ modũ est inutilis, quem ostendit subdens: Quia nõ in abundãtia &c. Theo. Hoc dicit dñs refellẽs auarorũ intentiones, qui videnť coaceruare diuitias quasi diu victuri. Sed nunquid te opulentia longæuũ efficiet? Quid igiť manifestè sustines mala incertę causa quietis? nam dubium est an debeas attingere senium, cuius gratia thesaurizas.

Dixit aũt similitudinẽ ad illos, dicẽs: Hoĩs cuiusdã diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicens: Quid faciã quia nõ habeo quo cõgregẽ fructus meos? Et dixit: Hoc faciã, destruã horrea mea, & maiora faciã: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicã animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte animã tuã repetent à te. Quæ autẽ parãsti, cuius erũt? Sic est qui sibi thesaurizat, & nõ est in deũ diues.

Theo. Dicit ꝙ ex affluẽtia opũ nõ protendatur vita humana, ad hui⁹ fidẽ parabolã subdit, dicẽs: Dixit aũt similitudinẽ &c. Basi. Nõ facturi quidẽ ex vbertate fructuũ aliquid boni, vt magis diuina lõganimitas pateat, q̃ vsq; ad malos suã bonitatẽ extendit, pluẽs sup iustos & iniustos. Quæ verò sunt q̃ hic homo benefactori recõpensat? Nõ meminit cõmunis naturæ, nec arbitrat⁹ est oportere qđ superfluit dispẽsari egẽtibus: & horrea quidẽ crepabant præ copia cõditorũ, auarus tamen animus nequaq̃ implebať, nolens veterib⁹ cedere propter auaritiã, noua nõ valens suscipere ꝓpter multitudinẽ, propter qđ imperfecta ei⁹ cõsilia & steriles curæ. vnde sequiť: Et cogitabat &c. Cõqueriť æque pauperib⁹: an nõ quẽ premit inopia dicit, qd faciã? vnde victus? vnde calceamenta? talia & locuples profert. Vrgẽt em̃ ipsius animã diuitiæ à prõptuariis emanãtes, ne fortè cũ exierint prosint egẽtibus: à simili gulosorũ, qui mallent edacitate crepare, q̃ indigẽtib⁹ de reliquiis impartiri. Greg. 15. Mor. O angustia ex satietate nata. dicẽs enim quid faciã, profectò indicat quia votorũ suorũ effectibus pressus sub quodã rerũ fasce laborabat. Basil. Erat quidẽ in prõptu dicere: Aperiã horrea, cõuocabo egenos, sed cogitat nõ vt distribuat, sed vt cõgreget. Sequitur em̃: Et dixit, hoc faciã, destruã horrea mea. Bene facis, nã digna destructione nequitię prõptuaria. Dissolue horrea, ex quibus nullus consolationẽ accepit, subdit: Et maiora faciã. At si & hoc impleueris, nũquid destrues iterũ? quid stultius quàm in infinitum laborare?

Verba ignita.

Horrea sunt tibi si vis pauperum domus. sed dices: Cui iniuriã facio ꝓpria retinẽdo? Nã & sequiť: Et illuc cõgregabo oĩa q̃ nata sunt mihi, & bona mea. Dic mihi q̃ tua? vnde ea sumens in vitã tulisti? Sicut qui p̃ueniens spectacula, prohiberet aduenĩetes appropriãdo sibi qđ ad vsum cõmunẽ ordinať: similes sunt diuites, qui cõmunia q̃ pręoccupauerũt ęstimãt sua esse. si em̃ quilibet suæ necessitatis sufficientiã recipiens, relinqueret supfluũ indigenti, nõ esset diues nec paup. Cyril. Attende & aliter esse friuolũ eius verbũ cũ di. Cõ. om. q̃ na. sunt mihi: quasi nõ putaret ea diuinit⁹ obtinere, sed fructus esse laborũ suorũ. Basi. Cæterũ si fatearis ea tibi diuinitus prouenisse, an iniustus est deus inæqualiter res nobis distribuens? Cur tu abũdas, ille verò mendicat? nisi vt tu bonę dispẽsatiõis merita cõsequaris, ille verò patiẽtię brauiis decoreť. At tu nõne spoliator es, q̃ dispensanda suscepisti ꝓpria reputãdo? Est panis famelici quẽ tu tenes, nudi tunica quã in cõclaui cõseruas, discalceati calceus qui penes te marcescit, indigẽtis argentũ qđ possides inhumatum. quocirca tot iniuriaris, quot dare valeres.

Suadetur eleemosyna.

Chry. Sed & in hoc errat ꝙ bona putat quæ sunt indifferentia: rerũ enim quædã sunt bonæ, quædã malæ quædã mediæ. Bona quidẽ sunt castitas & humilitas, & huiusmodi: quæ cũ homo eligit, fit bonus. His autem apposita sunt mala, quę homo dum eligit, fit malus. Media verò sunt, vt diuitiæ quæ quandoq; quidem ordinantur in bonũ. s. ad eleemosynã, quandoq; ad malũ. s. ad auaritiã: & similiter ĩopia, qñq; ad blasphemiã, qñq; ad sapiẽtiã scđm affectũ vtẽtiũ. Cyril. Diues igiť nõ parat ꝑmanẽtia horrea, sed caduca, & qđ stulti⁹ est, vitę longitudinẽ sibi taxat: sequiť em̃, Et dicã aĩę meę, Anima habes multa bona posita ĩ annos plurimos.

Horrea Dei.

Sed ò diues fructus quidẽ habes in horreis, sed annos plurimos vnde poteris obtinere? Atha. Si quis aũt sic viuat quasi quotidie moriturus, eo ꝙ incerta est naturaliter vita nostra, nõ peccabit: semꝑ em̃ maior timor plurimũ voluptatis dissoluit. Sed ecõtrario diues lõgæuitatẽ sibi repromittẽs ad voluptates aspirat. Sequiť enim: Requiesce. s. à labore. Comede, bibe, epulare: magno. s. apparatu. Basi. Tã ĩprouidus es erga bona aĩæ, vt escas corporeas animę ascribas: si quidẽ virtutẽ habet, si fœcũda est operationũ bonarũ, si deo adhæsit, bona plurima possidet, & bono gaudio gaudet. Verũ quia tot⁹ carnalis es passionibus subiect⁹, à vẽtre nõ ab aĩa clamas. Chry. Nõ aũt decet vacare deliciis & ĩpinguare corp⁹, & attenuare animã fasceq; ei grauare, & tenebras obducere, spissũq; velamẽ: eo ꝙ in deliciis dñatiuũ animæ seruit, seruile verò corpori dñatur. Alimẽtorũ aũt indiget corpus nõ deliciarũ, vt nutriať non vt scindatur & fluat. Neq; em̃ animę soli, sed & ipsi corpori sũt nociuę deliciæ, eo ꝙ ex forti fit debile, ex sano ęgrotatiuũ, ex agili graue, ex formoso deforme, ex iuuene veternosũ. Basi. Permissus aũt est deliberare in oĩb⁹ & manifestare ꝓpositũ ꝓpriũ, vt cõdignã mereať sui affectus sentẽtiã. Sed dũ in abdito loquiť, eloquia eius examinanť in cœlo, vñ sibi respõsa ꝑueniũt. sequiť em̃: Dixit autẽ il. deus: Stulte, hac nocte ani. tuã &c. Audi conueniẽs tibi stultitię nomen, qđ tibi nullus imposuit hoĩm, sed ipse deus.

Sentẽtia terribilis

Grego. 22. Mor. Eadẽ nocte sublatus est, q multa tꝑa fuerat p̃stolatus: vt. s. q in longũ sibi subsidia colligẽdo ꝑspexerat, subsequentẽ diẽ vel vnũ minimè videret. Chry. Dicit aũt, repetẽt à te. Exposcebãt em̃ eã forsan terribiles q̃dã virtutes ad hoc missę: qm̃ si de ciuitate in ciuitatem trãseũtes egemus ductore, multo magis anima absoluta à corpore, & ad futurã vitam transmigrans indigebit ducatu. Ob hoc multoties recusat anima, & regrediť in profundũ, cũ debet exire à corpore. Semꝑ em̃ stimulat nos consciẽtia peccatorũ, sed p̃cipuè cùm debemus trahi ad terribile iudiciũ. Tunc em̃ tota congeries criminũ innouať, & præ oculis posita mentẽ percellit: & sicut carcerati semper quidẽ dolorosi sunt, tunc aũt p̃cipuè cũ debent iudici p̃sentari: sic & anima maximè in ipso tẽpore de peccato cruciať & dolet. Multo autem magis cùm fuerit euulsa. Grego. 25. Moral. In nocte autem ablata est anima, q̃ in obscuritate cordis est emissa. In nocte ablata est, quæ considerationis lucem habere noluit, vt quod pati poterat præuideret. Subdit autem: Quæ autem pa. cuius erunt? Chrysosto. Hic enim ea deseres, non solũ nullum inde percipiens commodum, sed & sarcinam peccatorum portans super humeros proprios. Et quæ quidem à te congesta sunt, plerũq; in manus inimicorũ peruenient, à te verò super his ratio requiretur. Sequitur: Sic est qui sibi thesau. & non est in deũ diues. Beda. Hic em̃ stultus est, & in nocte rapiendus. Ergo qui vult esse in deum diues, nõ sibi thesaurizet, sed pauperibus possessa distribuat.

Amb. Frustra em̃ cõgreget opes, qui se his nescit vsurũ. neq; em̃ nostra sunt q̃ nõ possumus auferre nobiscũ. sola virtus comes est defunctorũ, sola nos sequitur misericordia, quæ tabernacula defunctis acquirit æterna.

Dixitq; ad discipulos suos: Ideo dico uobis, Nolite soliciti esse animæ uestræ quid manducetis, neq; corpori uestro quid induamini. Aĩa plus est q̃ esca, & corpus plus q̃ uestimẽtum.

Theo. Paulatim dñs peruenit ad ꝑfectiorẽ doctrinã. Docuit em̃ supra cauendũ esse ab auaritia, subdiditq; parabolã diuitis, insinuãs p eã ꝙ stultus est qui supflua cupit. Deinde procedente sermone, neq; de necessariis sinit nos solicitudinẽ gerere, auaritiæ radicẽ euellens: vnde dicit, Ideo di. vobis. q. d. Postq̃ stultus est qui sibi maiorẽ vitæ mensurã attribuit, & exinde magis efficiť cupidus, Nolite soliciti esse ani. ve. quid mãdu.

Anima quomodo comedit.

Nõ quia intelligibilis anima comedat, sed quia non videť aliter animã posse coniunctam manere corpori, nisi dũ nutrimur, vel quia animati corporis est nutrimentũ suscipe, congruè animæ nutriri attribuit: nã & virtus nutritiua diciť anima, vt sic intelligatur: Ne soliciti sitis nutritiuę parti animę qd edatis. Potest aũt etiã corpus mortuũ vestiri. vnde subdit: Neq; cor. ve. quid indua. Chry. Quòd aũt diciť, nolite soliciti esse, nõ idẽ est qđ nolite operari, sed nolite reb⁹ mũdanis mentẽ affigi. Cõtingit em̃ aliquẽ operãtẽ nihil solicitũ esse. Cyril. Præeminet aũt aĩa cibo, & corpus vestitui. vñ subdit: Aĩa plus est q̃ esca, &c. q. d. Deus qui quod maius est exhibuit, qũo nõ dabit qđ minus est? Nõ ergo multũ nostra intentio modicis insistat, nec intellect⁹ noster seruiat ad vestitũ & victũ q̃rendũ: magis aũt cogitet q̃cunq; saluant animam, & subleuãt ad regnũ cælorũ. Amb. Nihil aũt moralius ad faciendã fidẽ omnia credẽtibus à deo posse cõferri, q̃ ꝙ aẽreus ille spũs vitale collegiũ animæ corporisq; contubernio fœderatũ non deficit, nisi cũ venerit dies suprema moriendi. Cùm igitur anima indumento corporis vestiatur, & vigore animæ corpus animetur, absurdum est vt victus nobis copiam defuturam putemus, qui viuendi iugem substantiam consequamur.

Considerate coruos, quia nõ seminãt neq; metũt, quibus nõ est cellarium neq; horreum, & deus pascit illos. Quantò magis uos pluris estis illis? Quis autem uestrum cogitando potest adiicere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris soliciti estis?

Cyril. Sicut supra erigẽdo nos ad spũalẽ audaciã, per aues induxit, dicẽs: Multis passeribus pluris estis vos, sic & nunc ex volatilibus firmã & indubitabilẽ fiduciã nobis adducit, dicens: Cõsiderate coruos, quia nõ seminant neq; metunt. s. ad acquirendũ cibũ quibus non est cellariũ neq; horreũ. s. ad cõseruandũ. Et deus pascit illos, quãtò magis vos pluris estis illis? Beda. Id est cari⁹ vos valetis, quia rationale animal sicut homo, sublimi⁹ ordinatũ est in rerũ natura, q̃ irrationabilia, sicut sunt aues.

Homo sublimis in rerum natura.

Amb. Magnũ autẽ qđ fide sequamur exẽplũ. nam volatilibus cœli, quibus nullũ exercitiũ cultionis, nullus de messiũ fœcunditate ꝓuentus est, indeficientẽ ꝓuidentia diuina largiť alimoniã. Verũ est igiť causam inopiæ nostræ auaritiã videri, etenim illis idcirco sine labore pabuli vsus exuberat, quo fructus ad escã cõmunem datos speciali quodã nesciunt vendicare dominatu. Nos cõmunia amisimus, dum propria vendicamus. nam nec propriũ quicquã vbi perpetuũ nihil, nec certa copia vbi incertus euẽtus. Chrys. Cùm autẽ posset dñs exemplũ ab hoĩbus sumere, qui minimè terrena curauerunt, Eliã dico, Moysen & Ioannẽ & cæteros hmõi, cõmemorauit volatilia, sequẽs vetus testamentũ, qđ ad apem trãsmittit & formicã, & alia hmõi, quibus naturales quosdã mores inseruit conditor. Theo. Ideo autẽ omissa mentione aliorũ volatiliũ, coruorũ mentionem facit, quia pullos coruorũ speciali prouidẽtia deus nutrit: nã corui pariunt quidẽ, nõ autẽ nutriũt, sed negligunt pullos suos, quibus miro modo ab aere pabulum quadã aura delatũ ad os peruenit, qđ hiantes suscipiũt, & sic nutriunť. Forsan etiã & talia p synecdochẽ dicta sunt, toto significato per partẽ: vnde in Matthæo dñs remittit ad volatilia cœli, hic vero specialiter ad coruos tanq̃ gulosiores & rapaciores. Euseb. In coruis etiã aliquid plus significat. Auibus em̃ colligentibus legumina prõptius est alimentũ: vescẽtib⁹ verò carnib⁹, sicut coruis difficilius est ad habendũ: nec tñ hmõi aues defectũ pabuli patiunť propter ꝓuidentiã dei diffusam vbiq;. Vtitur autẽ ad idem & tertio syllogismo, dicẽs: Quis autẽ ve. cogi. &c.

Animæ perpetuitas.

Chry. Nota ꝙ animã quidẽ semel dedit deus, & eadẽ perseuerat, sed corpus quotidie sumit incrementũ: pertransiẽs igiť animã quasi nõ recipientẽ augmẽtũ, de solo corpore facit mẽtionem, dans intelligere ꝙ non augeť per solũ alimentũ, sed ꝓuisione diuina, per hoc quòd nullus nutrimentũ accipiendo aliquid ad suam staturã adiicere potest. vnde cõcludiť: Si ergo neq; qđ minimũ est potestis qd de cæt. so. estis? Euseb. q. d. Si nullus sua cura corporea ingeniatus est sibi staturã, sed neq; tꝑis vitę potest aliq̃s vel breuissimũ tẽpus horæ excogitãdo adiicere, cur oportet superfluè de necessariis vitę cogitarę? Beda. Illi ergo tegẽdi corporis curã relinquite, cuius videtis cura factũ esse, vt tantæ staturæ corpus habeatis. Aug. de quæst. euan. Cùm autẽ de augenda corporis statura loquereť, dicit quod minimum est, hoc scilicet deo corpora operari.

Cõsiderate lilia agri quomodo crescũt: non laborant, neq; nent. Dico aũt uobis neq; Salomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unũ ex istis. Si autẽ fœnũ quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit: quãtò magis uos pusillæ fidei? Et uos nolite quærere quid mãducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli. Hæc autem omnia gentes mundi quærunt. Pater autem uester scit quoniam his indigetis. Verũtamen quærite primùm regnum dei, & iustitiã eius, & hæc omnia adiicientur uobis.

Chry. Sicut superius domin⁹ de alimẽtis monebat, ita & nũc monet de vestitu, dicẽs: Cõsiderate lilia agri quomodo crescũt, nõ laborãt neq; nent, vt. s. sibi faciãt indumenta. Sicut aũt suprà cũ dominus dixit: Non seminant volatilia, non reprobauit semẽtem, sed superfluam curam. sic cũ dixit, Non laborant, neq; nent: non opus interimit, sed cogitationẽ. Euse. Si quis autẽ mortalium vult decorari p̃cioso vestitu, videat oculate ꝙ deus etiã vsq; ad flores qui ex terra oriũtur, multiplicẽ sui sapientiã propagans, ornauit hos diuersis colorib⁹, tenuibus membranis, florum murice, & auro lõgè meliores tincturas accõmodãs, adeo ꝙ nec penes aliquem regem deliciosum, nec etiã ipsum Salomonẽ (qui apud antiquos tam in diuitiis q̃ in sapientia & in deliciis celeber fuit) tam preciosum opus fuerit inuentũ.

Florum mirus ornatus.

vnde sequiť: Dico au. vo. quia nec Salomon in omni gloria sua vestie. &c. Chry. Non vtitur hic volatiliũ exemplo, cygnũ cõmemorãs aut pauonẽ, sed lilia. Vult em̃ vtrinq; declarare hyperbolen. s. ab infirmitate rerũ, quæ tantũ sunt sortitæ decorem, & à precio decoris, qui cõcessus est liliis: vnde postmodũ non vocat ea lilia sed fœnum, cùm subditur: Si aũt fœ. qđ in agro est hodie: nec dicit, Cras nõ entia, sed subdit: Et cras in cliba. mitteť, neq; dicit simpliciter, Deus vestit: sed dicit, Deus sic vestit, quod multã habet expressionẽ: & subdit, Quantò magis vos? quod est exprimẽtis preciositatẽ & prudentiã

Universidad de Deusto Biblioteca

humani generis. Deniq; cũ increpare deceret, vtit & hic moderãtia, non infidelitatis sed paucitatis fidei arguens, cũ subdit: Pusillę fidei: vt per hoc magis excitet nos ad dictorũ ꝑsuasionẽ, vt nõ solũ nõ cogitem⁹ de vestibus, sed nec affectemus vestimentorũ decorẽ. Cyril. Sufficit em̃ prudẽtib⁹ solius causa necessitatis aptũ habere vestitutũ, modestiã nõ excedentẽ, & ciborũ qđ satis est. Sufficiunt etiã sanctis q̃ sunt in Christo spũales deliciæ, & subsequẽs gloria. Amb. Nõ ociosum aũt videt, ꝙ flos vel homini cõfert, vel certè plus penè q̃ hoĩbus in Salomone ꝑfert, vt præ claritate coloris angelorũ cœlestiũ gloriã putemus expressam: qui verè mundi istius flores sunt, ꝙ eorũ claritatibus mũdus ornat, & bonũ odorẽ sanctificationis aspirãt, qui nulla solicitudine præpediti, nullo vsu laboris exerciti, diuinę in se liberalitatis gratiã, & cęlestis seruãt dona naturę. vñ bñ & hic vestit⁹ gloria sua Salomõ, & alibi coop̃t⁹ ostẽdit, ꝙ infirmitatẽ corporeæ naturę velut virtute quadam mẽtis adopertã operum gloriã vestiebat. Angeli verò quorũ natura diuinior expers manet iniuriæ corporalis rectè licet maximo viro præferunt: nec tñ in nobis m̃iam dei desperare debemus, quib⁹ per resurrectionis gratiã dñs similẽ angelorũ speciẽ pollicet. Cyril. Absonum aũt erat discipulos debẽtes normã & exẽplar conuersationis honestæ aliis tradere, in ea incidere, à q̃bus discedẽdũ esse oportebat eos cõsulere. Et ideo dñs subdit: Et vos no. q̃re. q̃d mãdu. &c. In hoc etiã dñs cõsuluit nõ modicũ studio sacrarũ p̃dicationũ, monẽs discipulos solicitudinẽ humanã abiicere. Beda. Notandũ tñ est ꝙ non ait, Nolite q̃rere aut soliciti esse de cibo aut potu aut ĩdumẽto, sed quid mãducetis aut bibatis: vbi mihi vident argui, qui spreto victu vel vestitu cõmuni, lautiora sibi vel austeriora præ his cũ quib⁹ vitã ducũt alimenta vel indumẽta requirũt. Greg. Nise. Sed dicet: aliqui obtinuerunt dominia, honores, & diuitias, cùm orassent: qualiter ergo prohibes nos talia orãdo q̃rere?

Instãtia soluitur. Et quidẽ ꝙ oĩa hæc ad diuinũ consiliũ pertineãt, omnibus patet. hęc tñ à deo cõferũtur petẽtibus, vt discẽtes deum nos exaudire in minoribus petitionibus, eleuemur ad altiorẽ affectũ: sicut in pueris videmus, qui mox nati maternis adhęrẽt vberibus: si verò pubuerit paruulus spernit mãmas: quærit aũt monile, aut aliquid talium, quibus oculus delectatur: postq̃ aũt mens cũ corpore creuerit, cedens cũctis puerilibus desideriis, q̃rit à parẽtibus q̃ conueniunt vitæ ꝑfectæ. Aug. de q̃st. euã. Prohibita autẽ solicitudine de alimẽtis, consequenter ne extollãtur admonuit, dicẽs: Nolite in sublime tolli. Primò em̃ hoc ad necessitatẽ complendã homo q̃rit: cũ autẽ his abundauerit, incipit de talibus superbire. Tale est hoc, acsi se vulneratus aliquis iactet, quia habeat multa emplastra in domo, cũ hoc illi bonũ esset vt vulnera nõ haberet, & ne vno quidẽ indigeret emplastro. Theo. Vel eleuationẽ nihil aliud vocat, q̃ vagũ mentis motũ, aliàs aliud meditantis, & ex hoc saliẽtis ad aliud & sublimia cogitãtis. Basi. Et vt intelligas huius eleuationẽ, memento vanitatis ꝓprię iuuẽtutis si quãdo manens solus cogitasti de vita & promotionib⁹ discurrẽs à principatu in principatum, amplexus es diuitias, ędificasti palatia, amicis benefecisti, vltus es inimicos. Est autem peccatũ talis abstractio. Intenta em̃ circa superflua delectatio à veritate seducit. vnde cõueniẽter subdit: Hæc em̃ om. gen. mun. q̃runt &c. Greg. Nis. Adhibere em̃ solicitudinẽ rebus apparẽtibus, propriũ est eorum qui nullã supponunt spem futuri seculi, neq; metũ iudicii.

Solicitudo tollẽda.

Basi. Sed de necessariis vitę subdit: Pater au. ve. scit, quoniã his indigetis. Chrys. Non dixit, Deus: sed, Pater, vt ipsos ad maiorẽ ꝓmoueret fiduciã. Quis em̃ est pater qui patiat necessaria filiis non ministrare? sed & aliud adiicit. Non em̃ poteris dicere, ꝙ pater quidẽ est, ignorat tamen his nos indigere. Nam qui naturam creauit, eius indigentiã nouit. Amb. Ostendit aũt cõsequenter nec ad præsens, nec in reliquum fidelibus gratiam defuturã, si modo qui diuina desiderãt, terrena nõ quærant. Indecorũ quippe est homines curare de cibo, qui militãt pro regno. Nouit rex quẽadmodũ familiã suam pascat, alat, & vestiat. vnde sequitur: Verũtamen quærite primũ regnũ dei, & hęc oĩa adiicientur vobis. Chry. Non modò regnũ, sed etiã opes Christus pollicetur cũ eo. Si em̃ nos à curis eos eripim⁹, qui prætermittentes sua, nostrorũ diligentiam habent: multo magis deus. Beda. Iudicat enim aliud esse quod principaliter datur, aliud quod superadditur. quia nobis in intẽtione æternitas, in vsu verò temporalitas esse debet.

Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnũ. Vẽdite quæ poßidetis, et date eleemosynã, facite uobis sacculos qui nõ ueterascunt, thesaurũ nõ deficiẽtem in cœlis: quo fur non appropiat, neq; tinea corrũpit. Vbi enim thesaurus uester est, ibi & cor uestrum erit.

Glo. Postq̃ dñs t̃paliũ curã à cordib⁹ discipulorũ remouit, hic excludit ab eis timorẽ, ex quo sup̃flua cura procedit, dicens: Nolite timere &c. The. Pusillũ gregẽ dñs vocat volẽtes discipulos eius fieri. vel quia in hoc seculo sancti parui vident causa volũtariæ paupertatis, vel quia superãt à multitudine angelorũ, q̃ incõparabiliter p̃cellunt q̃ nostra sunt. Beda. Pusillũ etiã dñs gregem electorũ noĩat, vel ad cõparationẽ maioris numeri reproborũ, vel potius ob humilitatis deuotionem. Cyril. Quare autem timere nõ debẽt ostendit, subdẽs: Quia cõpla. patri vestro &c. q.d. Eũ qui tam p̃ciosa largitur, qualiter pigebit erga vos clementiam exercere? quis em̃ hic grex paruus sit & natura & numero & gloria, bonitas tñ patris cõcessit, & huic pusillo gregi cœlestiũ spirituũ sortem. s. regnũ cœlorũ. ergo vt possideatis regnũ cælorũ opes terrenas contẽnite. vñ subditur:

Argumẽtum diuinæ pietatis.

Vendite quę possidetis &c. Beda. q.d. Nolite timere ne propter regnũ dei militãtib⁹ huius vitæ necessaria desint: quinetiã possessa propter eleemosynã vendite. qđ tunc dignè fit, qñ qui semel pro dño suo oĩbus spretis, nihilominus post hoc labore manuũ operatur, vnde & victũ trãsigere, & eleemosynã dare queat. Chry. Nõ est em̃ peccatũ qđ eleemosyna nequeat abolere, antidotũ est cuilibet cõueniens vulneri. sed & eleemosyna non solũ in pecuniis fit, sed & in rebus, dũ aliquis aliũ protegit, dũ medicus medet, dũ sapiẽs cõsulit. Greg. Naz. Vereor autẽ ne putes pietatis tibi necessitatẽ non esse, sed arbitriũ. opinabar & ipse hoc, sed terrent me hœdi ad sinistrã statuti, non quia rapuerũt, sed quia Christũ in egẽtibus non placauerũt. Chry. Nã sine eleemosyna impossibile est regnũ videre. Sicut em̃ fons si aquas ĩ se cõtinuerit vitiat, sic & diuites cũ oĩa penes se teneant. Basi. Sed q̃ret aliquis, quid cõsiderantẽ oportet vẽdere quæ possidẽtur? nũquid tanq̃ eis naturaliter noxiis, vel propter tẽtationẽ accidentẽ aĩabus ex eis?

Quæstio pulchra.

Ad hoc dicẽdũ est, primo quidẽ ꝙ singulũ eorũ q̃ sunt, si p̃ seipsum malũ existeret, nõ esset creatura dei: omnis em̃ creatura dei bona. consequẽter aũt q̃a mandatũ dñicũ nõ docuit abiicere tanq̃ mala q̃ possidẽtur, sed dispensare, dicens: Et da. elee. Cyril. Molestũ aũt fortè est hoc mãdatũ diuitibus, sanã tamẽ mentẽ habẽtib⁹ nõ est inutile: thesaurizãt em̃ regnũ sibi cœleste. vnde sequit: Fa. vo. saccu. &c. Beda. Eleemosynas videlicet operãdo, quarũ merces in æternũ maneat, vbi non hoc p̃ceptũ esse putandũ est, vt nil pecunię reseruetur à sãctis vel suis vel pauperũ vsib⁹, cũ & ipse dñs cui angeli ministrabãt, loculos habuisse legat à fidelibus oblata cõseruãs: sed ne deo ꝓpter ista seruiat, & ob inopiæ timorẽ iustitia deserat. Greg. Ni. Præcipit aũt sensibiles & terrenas opes sursum cõdere, quo virtus corruptiua nõ attingit. vnde subdit: The. nõ deficientẽ &c. Theo. q.d. Hic tinea demolit, nõ aũt in cœlis. deinde q̃a tinea quędã nõ demolitur, addit de fure. Aurũ em̃ non demolit tinea, sed fur tollit. Beda. Siue igit hoc simpliciter accipiendũ est, ꝙ pecunia seruata deficiat, data aũt ꝓximo perẽnẽ fructũ conferat in cælis: seu ita ꝙ thesaurus boni operis si cõmodi terrestris occasione cõdat, facile corrupt⁹ intereat: at si cœlesti solũ intẽtione cõgerat, nõ exteri⁹ hoĩm fauore quasi à fure q̃ deforis rapit, nõ int⁹ inani gloria quasi à tinea q̃ interi⁹ scindit valet maculari. Glo. Vel fures sunt hæretici & dæmones, q̃ ad hoc intenti sunt, vt spiritalibus nos spoliẽt. tinea q̃ vestes latẽter rodit, inuidia est q̃ studiũ bonũ lacerat, & cõpassionẽ vnitatis dissipat. Theo. Porrò quia nõ oĩa furto tollunt, addit potiorẽ rationẽ & nullã ptorsus patientẽ instantiã, dicens: Vbi em̃ est the. ve. ibi & cor ve. erit. q.d. Esto ꝙ nec tinea demoliat, nec fur tollat: hoc ipsum qđ est habere cor affixũ thesauro sepulto, & diuinũ opus. s. animã terræ immergere, quãto est dignũ supplicio? Euse. Nam quilibet homo naturaliter dependet ab eo erga quod studet, illuc totũ animũ applicat, vbi totũ cõmodum possidere putauit. Vnde si quis in rebus pręsentis vitæ habet totã mentẽ & intentionem quã cor nominauit, in terrenis versatur. Si verò mentẽ applicauerit ad cœlestia, ibi mentẽ habebit, vt videatur solo corpore cum hoĩbus cõuersari, animo verò iam sit aggressus mansiones cœlestes. Beda. Hoc autem nõ solũ de pecunia, sed de cunctis passionibus sentiẽdum est: luxuriosi epulæ sunt thesauri, lasciui ludicra, amatoris libido.

Sint lũbi uestri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus uestris: & uos similes hoĩbus expectãtibus dominũ suũ quãdo reuertatur à nuptiis: ut cũ uenerit et pulsauerit, cõfestim aperiãt ei. Beati serui illi, quos cũ uenerit dominus, inuenerit uigilãtes. Amẽ dico uobis q̃ præcinget se, & faciet illos discũbere, & trãsiens ministrabit illis. Et si uenerit in secũda uigilia, & si ĩ tertia uigilia uenerit, & ita ĩuenerit, beati sũt serui illi. hoc aũt scitote, quoniã si sciret paterfamilias qua hora fur ueniret, uigilaret utiq;, & non sineret perfodi domũ suã. Et uos estote parati, q̃a qua hora nõ putatis, fili⁹ hoĩs ueniet.

Theo. Postq̃ suũ discipulũ modestũ statuit dñs, spolians eũ qualibet vitæ cura & eleuatione, iã nũc ad ministrandũ inducit, dicẽs: Sint lũbi ve. p̃cincti. i. semper ꝓcliues ad exequẽda opera dñi nostri. Et lu. ardẽtes. i. nõ ducatis vitã ĩ tenebris, sed assit vobis lux rationis, ostẽdẽs vobis agẽda & fugiẽda. Est em̃ hic mũdus nox, cincti verò lũbos sũt qui practicã exequunt.

Mundus nocti cõparatur.

nã talis est ministrantiũ habit⁹: quibus oportet adesse & lucernas ardẽtes. i. discretiõis donũ, vt valeat dignoscere practicus, nõ solũ quid oporteat agere, sed & q̃uo, alioquin in p̃cipitio sup̃biæ hoĩes ruunt. Notandũ aũt ꝙ primò iubet lũbos p̃cingi: scđo lucernas ardere. nã primò quidẽ est operatio, deinde speculatio q̃ est illustratio mentis. Igit studeamus exercere virtutes, vt duas lucernas habeamus ardentes. s. cõceptũ mentis iugiter in aĩa emicantẽ quo nos illustramur, & doctrinã qua cæteros illuminamus. Maxi. Vel lucernas accensas docet habere p̃ orationẽ & cõtemplationẽ & spiritalẽ dilectionẽ. Cyril. Vel subcingi significat agilitatẽ & prõptitudinem ad sustinenda mala intuitu diuini amoris. Lucernæ aũt accensio significat, vt nõ patiamur aliquos in tenebris ignorãtię viuere. Greg. in ho. Vel ali. Lũbos p̃cingim⁹, cùm carnis luxuria per cõtinentiam coarctamus. viris em̃ luxuria in lũbis, & fœminis in vmbilico. à prĩcipali igitur sexu lũborũ noĩe luxuria designatur. Sed quia minus est mala nõ agere, nisi etiã quisq; studeat bonis operib⁹ insudare, additur: Et lu. ar. in ma. ve. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cũ p̃ bona opera ꝓximis nostris lucis exempla mõstramus. Aug. de q̃st. euan. Vel docet & lũbos p̃cingere, ꝓpter cõtinentiam ab amore rerũ seculariũ: & lucernas ardentes habere, vt hoc ipsum vero fine & recta intentione fiat. Greg. in ho. Sed si vtrũq; horũ agit, restat vt quisquis ille est totam spem suã in redẽptoris sui aduentu cõstituat. vnde subditur: Et vos simi. ho. &c. Ad nuptias quippe dñs abiit, quia ascendens in cœlũ, supernã sibi multitudinẽ angelorũ nouus homo copulauit. Theo. Quotidie etiã in cœlis desponsat sanctorũ animas, quas ei Paulus vel alius similis offert virginẽ castã.

Christus in cælo despõsat animas.

Redit aũt à nuptiis celebratis in cælis, forsan quidem vniuersaliter in cõsummatione totius, quãdo veniet de cælo in gloria patris, forsan etiã singulis horis astans inopinatè particulari vniuscuiusq; cõsummationi. Cyril. Cõsidera etiam ꝙ à nuptiis quasi à solẽnitate venit, in qua semp̃ existit dignitas: nihil em̃ potest incorruptibili naturæ inferre tristitiã. Greg. Nise. Vel aliter cõsummatis nuptiis, & despõsata sibi ecclesia, & admissa ea in thalamũ secretorũ p̃stolabãtur angeli reditũ regis ad naturalẽ beatitudinem, quibus similẽ fieri decet nostrã vitam, vt sicut illi sine malitia cõuersantes parati fuerũt dñicũ regressum recipere, sic & nos vigilantes ad obedientiam prõptos nos faciamus cũ aduenerit pulsans. Sequit em̃: Vt cùm venerit &c. Greg. in ho. Venit quippe cũ ad iudiciũ ꝓperat. pulsat verò cũ iam per ægritudinis molestiã esse mortẽ vicinã designat: cui cõfestim aperimus, si hũc cũ amore suscipimus.

Beati serui q̃ sint.

Aperire em̃ iudici pulsanti nõ vult, qui exire de corpore trepidat: & eũ quẽ cõtempsisse se meminit, videre iudicẽ formidat. Qui aũt de sua spe & operatione secur⁹ est, pulsanti cõfestim aperit, quia cũ tẽpus propinquæ mortis agnouerit, de gloria retributionis hilarescit. vnde subdit: Beati serui illi, &c. Vigilat qui ad aspectũ veri luminis mentis oculos apertos tenet, qui seruat operãdo qđ credit, qui à se torporis & negligentiæ tenebras repellit. Greg. Nis. Propter hanc igitur vigiliã obseruandã supra dñs monuit, vt sint lũbi p̃cincti, & lucernæ ardẽtes. lumen em̃ oppositũ oculis pellit somnolentiã oculorũ. Lũbi etiã cingulo perstricti reddunt corpus insusceptibile somni. Nã q̃ pręcinctus est castitate, & pura cõscientia illustratus perseuerat in somnis. Cyril. Cũ igit dñs veniens suos insomnes inuenerit & p̃cinctos, cor illuminatũ habentes, tũc eos ꝓmulgabit beatos. Sequitur em̃: Amen di. vo. Ex quo p̃cipim⁹ ꝙ siĺia nobis retribuet, dũ succĩctis se p̃cinget. Orig. Erit em̃ p̃cinct⁹ iustitia circa lũbos suos secũdũ Esaiã. Greg. Per quã p̃cingit se. i. ad retributionem se præparat. Theo. Vel pręcinget se in eo ꝙ nõ totam vbertatẽ bonorũ largitur, sed hanc cohibet secũdum certã mensurã. Quis em̃ deũ capere potest quãtus est? vnde Seraphin mihi velari dicũtur propter excellẽtiam diuini splendoris. Sequitur: Et faciet illos discũbere &c. Sicut enim discũbens totũ corpus facit pausare, sic in futuro aduẽtu sancti totaliter requiescent. hic em̃ nõ habuerũt requiẽ corporis, illic verò simul cum animabus spiritalia corpora incorruptionẽ sortita, plena gaudebũt quiete.

Discubitus mysticus.

Cyril. Faciet igitur illos discũbere quasi fessos refocillãs, apponẽs spiritales delicias, & statuens dapsilem donorũ suorũ mẽsam. Diony. in episto. ad Titũ. Discubitũ enim opinãtur quietem à multis laborib⁹, & vitã sine lęsione, & cõuersationem diuinam in lumine & regione viuentiũ vniuerso sancto af-

fectu adimpletã, & copiosam donationẽ omniũ donorum secundũ quã lætitia adimplenẽt.hoc est enim ꝙ Iesus faciet eos recũbere dans eis perpetuã quietẽ, & distribuens eis bonorũ multitudinẽ.vnde sequit:Et trãsiens mini.illis.Theo.Quasi vicẽ æqualẽ eis reddẽs, vt sicut ipsi ministrauerunt ei,ita & ipse eis ministret.Greg.in hom.Transiẽs verò dictũ est,cũ de iudicio ad regnum redit,vel dñs nobis post iudiciũ trãsit,qui ab humanitatis forma in diuinitatis suæ cõtẽplationẽ nos eleuat. Cyril.Nouit autẽ dñs lubricũ fragilitatis humanæ ad peccandũ, sed quoniã bonus est desperare nõ sinit, sed magis miserẽt,& dat nobis pœnitentiã in salutis antidotũ.& ideo subdit:Et si venerit in secũda vigilia &c. Diuidunt enim excubãtes in mœniis ciuitatũ, & hostiũ seruantes aggressus,noctẽ in tres aut quatuor vigilias. Greg.in ho.Prima ergo vigilia primæuũ tẽpus est vitę nostræ,id est pueritia: secũda adolescẽtia vel iuuentus: tertia aũt senectus accipit. Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit,custodiat vel secundã. Et qui in secunda noluit,tertiæ vigiliæ remedia non amittat:vt qui conuerti in pueritia neglexit, saltẽ in tẽpore iuuẽtutis vel in senectute resipiscat.Cyr.De prima tamẽ vigilia mẽtionẽ non facit,quia pueritia nõ punit à deo, sed veniã meret.Secũda verò & tertia ætas debet obedietiã deo, & vitã honestã ducere ad voluntatẽ ipsius.Græcus.Vel ad primã vigiliã pertinet diligẽtius viuentes quasi primum gradũ sortiti:ad secundã verò medię cõuersationis mensurã tenẽtes:ad tertiã verò qui sunt infra hos: & idẽ de quarta putandũ est,& si contingat de quinta. Diuersæ enim sunt cõuersationũ mensuræ, & bonus remunerator metit vnicuiq; quod dignum est.Theo.Vel quia vigiliæ sunt horæ noctis ꝓuocãtes soporẽ hoĩbus, intelligas etiã in vita nostra esse quasdã horas ꝙ faciũt nos beatos, si insomnes reperti fuerimus.Rapuit tibi aliqs facultates,defuncti sunt tibi filii,accusatus es:sed si in his tẽporibus nõ feceris cõtra dei mãdata quicq̃, vigilantẽ te inueniet in secũda & tertia vigilia.i.in tẽpore malo ꝓniciosum somnũ animab⁹ lẽtis inferẽtem. Greg.in ho.Ad excutiendũ verò nostrę mentis desidiã etiã exteriora dãna ꝑ similitudinẽ ad mediũ deducunt. nam subdit:Hoc aũt sci.&c.Theo. Quidã hunc furem intelligunt esse diabolũ,domũ aĩam, patrẽfamilias hominem:nõ tamen videt hæc acceptio cõsonare sequẽtibus.aduentus enim dñi cõparatur huic furi tanq̃ ex inopinato ꝓueniens,scẽm illud apostoli: Dies dñi sicut fur,ita in nocte veniet.vnde & hic subdit:Et vos estote para.quia qua hora nõ pu.&c.Greg.i ho. Vel aliter: Nesciente patrefamilias fur domũ perfodit: quia dũ à sui custodia spũs dormit,improuisa mors veniẽs carnis nostræ habitaculũ irrumpit:furi aũt resisteret si vigilaret,quia aduẽtus iudicis qui occultè animã capit, præcauens ei pœnitendo occurreret,ne impœnitens periret.Horam verò vltimã dominus idcirco nobis voluit esse incognitam,vt dum illam præuidere nõ possumus ad illam sine intermissione præparemur.

Vigiliæ myſticę.

Ait autẽ ei Petrus: Domine,ad nos dicis hanc parabolã: an & ad omnes? Dixit autem dominus: Quis putas est fidelis dispensator & prudẽs,quẽ cõstituit dominus super familiam suã,ut det illi in tẽpore tritici mẽsurã? Beatus ille seruus quẽ cùm uenerit dominus,inuenerit ita faciẽtẽ. Verè dico uobis, quoniã supra oĩa quæ possidet,cõstituet illũ. Quòd si dixerit seruus ille in corde suo,morã facit dominus meus uenire, & cœperit percutere seruos & ancillas,& edere & bibere & inebriari:& ueniet dominꝰ serui illius ĩ die qua nõ sperat,& hora qua nescit:& diuidet eũ partẽq; eiꝰ cũ infidelibꝰ ponet.

Theop. Petrus cui iam cõmissa ecclesia fuerat quasi omniũ curã gerens, inquirit vtrũ ad oẽs dñs parabolam protulisset.vnde dicitur,Ait autẽ ei Petrus: Dñe, ad nos dicis parabolam hanc,an ad oẽs? Beda.Duo dñs in ꝓmissa parabola monuerat,& se videlicet subito vẽturum, & illum eos paratos expectare debere. Sed de quo horũ,an de vtroq; Petrus interrogauerit quousq; sibi sociisq; suis cõparauerit,cùm ait: Ad nos dicis, an ad oẽs? non facilè patet. Et quidẽ in eo ꝙ ait: Nos, & omnes:nõ alios q̃ apostolos apostolorũq; similes & cæteros fideles vel Christianos,& infideles,vel eos q̃ veritim.i.sigillatim moriẽtes,sui iudicis aduentũ nolẽtes volentesq; suscipiunt: & eos qui in vniuersali iudicio viui sunt in carne reperiendi significare putandus est. Mirum est autẽ si Petrus dubitauit:vel oĩbus sobriè & piè & iustè viuendũ expectantibus beatã spem: vel inopinatũ singulorũ & omniũ futurum esse iudiciũ:vnde restat intelligi his.s.duobus iam bene cognitis ea quæ nescire poterat quæsisse, videlicet si sublimia illa vitæ cælestis instituta,quibus possessa vendere,sacculos qui non veterascerẽt facere,lũbis præcinctis lucerniq;ardentibus vigilare præceperat, ad apostolos solũ similesq; eorũ,aut ad oẽs qui saluandi sunt pertineant.Cyril.Validã aũt mentẽ habentibus cõueniunt ardua, & excellentia mandatorũ sanctorũ. His verò qui nõdum ad hanc virtutẽ attigerũt, cõueniũt ea à quibus omnis facultas excludit:vnde dñs exẽplo manifestissimo vtit, ostendẽs mandatũ præmissum cõuenire his qui admissi sunt in gradũ discipulorũ.Sequit enim: Dixit aũt dñs, Quisputas est fidelis dispensator? Amb.Vel aliter:Superioris quidẽ in omnes præcepti forma est generalis, verũ series sequentis exẽpli dispensatoribus, hoc est sacerdotibus videtur esse proposita.vnde sequitur:Dixit autẽ dñs:Quisputas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dñs super familiam suam,vt det illi in tempore tritici mensurã? Theoph.q.d. Prædicta parabola cõmuniter omnes fideles attingit: sed quid vobis apostolis & doctoribꝰ cõueniat audiatis. Quæro enim quis dispensator inueniatur in se habẽs fidelitatem & prudentiã.sicut enim in dispensationibus facultatum, siue aliquis incautus sit fidelis dño existens,siue etiam prudens sit & infidelis,disperunt res domini: sic & in rebus diuinis opus est fidelitate & prudẽtia. Noui enim multos deũ colentes & fideles,quia verò non poterant prudenter ecclesiastica tractare negocia, non solũ possessiones,sed etiã animas destruebãt,vtentes in peccatores indiscreta virtute,ꝑ immoderata pœnitẽtię mãdata,vel importunam mãsuetudinẽ.Chry.Quærit aũt hic dominus nõ quasi fidelẽ & prudentẽ dispẽsatorem ignorans,sed volẽs innuere raritatẽ rei,& hmõi præsulatus magnitudinẽ.Theo. Quisquis ergo fidelis fuerit inuentus & prudens, præsideat familiæ domini, vt singulis temporibus det tritici mensurã,vel sermonem doctrinæ quo pascãtur animæ, vel operũ exemplũ quo vita informetur.Aug.de quæst.euang. Mensurã autem dicit propter modũ capacitatis quorũcunq; audientiũ. Isido.Additũ est etiam in tẽpore quòd beneficium non suo tempore datum redditur cassum,& nomen beneficii perdit.Idem est panis esuriẽti quidem appetibilis, satiato autem non multum.De huius autem serui dispensatoris præmio subdit,dicẽs:Beatus ille seruus quẽ cùm venerit dominꝰ, inuenerit sic facientem. Basi. Nõ dicit agentem à casu,sed sic facientem:non enim vincere solum cõuenit,sed etiã certare legitimè. hoc aũt est sic singula exequi,sicut recipimus in mandatis.Cyril. Sic ergo fidelis seruus & prudens opportuno tempore distribuens prudenter cibaria famulis,hoc est spirituales escas beatus erit: iuxta dictũ saluatoris,in hoc scilicet

Expoſitio pulchra.

Diſpenſator euangelicꝰ.

quòd obtinebit adhuc maiora, & merebitur ꝓmia familiaribꝰ debita.vnde sequit: Vere dico vobis,quia super omnia &c.Beda.Quãta enim inter bonos auditores & bonos doctores est meritorũ distantia,tãta est etiam præmiorũ.Hos enim adueniens cũ vigilantes inuenerit, faciet discũbere: illos autem cũ fideliter prudẽterq; dispensantes inuenerit, super omnia quæ possidet constituet, id est super omnia cælestis regni gaudia:nõ vtiq; vt horum soli dominiũ teneant, sed vt eorum abũdantius cæteris sanctis ęterna possessione fruantur.Theo.Vel sup omnia bona sua constituet eũ, nõ solũ super suam familiã,sed vt tam terrena q̃ cęlestia ei obediãt:qualis fuit Iesus Naue & Elias,alter soli,alter nubibus mãdans:& omnes sancti,quasi dei amici,rebꝰ dei vtũtur. Quicũq; etiam vitã virtuosè peragit, & seruos suos.i.iram & concupiscentiã recte disposuit,exhibens temporibus singulis mensurã frumẽti:iræ quidẽ, vt afficiatur in habentes odio deũ:concupiscẽtię vero, vt necessaria vtaẽ carnis ꝓuisione,ordinãs eam in deũ. Talis inquã constituet sup omnia quæ possidet dñs,dignus omnia ꝑ speculatiuũ intellectum intueri. Chrys. Dominus autẽ non solũ ex honore bonis reseruato,sed ex minis pœnę in malos corrigit auditorẽ. vnde sequitur: Quòd si dixerit seruus ille in corde suo:morã facit dñs meus venire.Bed.Nota inter vitia serui mali ascriptum,quòd tardũ domini sui reditũ putauerit: nõ autẽ inter boni virtutes annumeratũ,quòd hũc citum sperauerit,sed tantũ fideliter ministrauerit.Nil ergo melius est,q̃ vt patienter sustineamus ignorare qđ sciri nõ potest,sed tantũ laboremus vt idonei inueniamur.Theo. Ex eo autem quòd nõ considerat hora finis, multa pecata eueniũt.nã si cogitaremus dominũ venire, & ꝑsto esse terminũ vitæ nostræ,minus vtiq; peccarem⁹. vnde sequitur:Et cœperit ꝑcutere pueros & ancillas, & edere & bibere, & inebriari.Beda.In hoc seruo cũctorum præsulum malorũ narratur damnatio,qui neglecto domini timore nõ modo ipsi luxuriæ vacãt,sed etiam subditos iniuriis stimulãt:quãuis & typicè possit intelligi pueros & ancillas ꝑcutere,corda infirmorum prauo exemplo vitiare: edere autẽ,bibere & inebriari,facinoribus & seculi illecebris quę hominẽ dementãt occupari.De eius autẽ pœna subdit: Veniet dominus serui illius die qua non sperat.s.iudicii vel mortis. Et diuidet eum.Beda.Non quidẽ diuidit corpus vt hoc quidẽ exponatur tormentis,illud vero dimittatur.Nã fabulosũ est hoc,neq; iusti iudicii,cũ deliquerit totũ, dimidium pati pœnã.nec anima secatur tota criminosam cõscientiam possidens,& cũ corpore mala cooperans: sed diuisio eius est ꝑpetua alienatio animę à spũ.Nunc enim & si nõ sit gratia spũs in indignis, videtur tamẽ vtcũq; adesse,conuersionẽ eorum expectans ad salutẽ: tunc vero totaliter amputabit anima.Spiritꝰ ergo sanctus & bruium est iustorũ,& prima condemnatio pctõrum, quoniam eũ indigni amittent.Bed.Vel diuidet eũ à fideliũ consortio segregãdo,& eis qui nunq̃ ad fidem ꝓtinuerant sociando.vnde sequitur: Partemq; eius cũ infidelibus ponet,quia qui suorũ & domesticorum curam non habet,fidem negauit,& est infideli deterior: vt ait apostolus.Theo.Rectè etiam infidelis dispensator cum infidelibus partem accipiet,quia vera caruit fide.

Merces fidelis miniſtri

Expoſitio duplex.

Gradus pœnarũ.

Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secũdum uoluntatem eius: plagis uapulabit multis. Qui autẽ non cognouit,& fecit digna plagis: uapulabit paucis. Omnis autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum,plus petent ab eo.

Theop. Hic nobis dñs maius aliquid & terribilius ostendit,nõ enim solũ dispensator infidelis accepta priuabitur gratia vt nihil eũ iuuet ad vitãdum supplicia, sed magis fiet ei dãnationis causa dignitatis immensitas.vnde dicit:Ille aũt ser.&c.Chrys.Non enim similiter in omnibus oĩa iudicantur,sed maior cognitio fit maioris pœnæ materia, vñ sacerdos eadem peccans cũ populo,multo grauiora patietur.Cyril. Homo enim perspicax qui turpioribus suã voluntatẽ inclinauit,inexcusabile peccatum cõmisit, quasi ꝓpter malitiã recedens à dñi voluntate,sed homo rusticanꝰ rationabilius implorabit veniã vindicãtis.vnde subditur:Qui au.non &c. The.Hic obiiciunt aliqui:Merito punit qui sciens voluntatem dñi non ꝓsequitur, sed cur punitur ignorãs? quia cũ ipse scire potuisset noluit,sed pigritãs ipse fuit ignorantiæ suæ causa.Basi.Sed dices: si hic quidẽ multa sustinet verbera,hic autem pauca,qualiter dicũt qui quidam quòd non imponit finẽ suppliciis? Sed sciendũ est quòd hoc quod hic dicit,non numerũ pœnarũ, sed differentiam indicat.potest enim aliquis esse dignꝰ inextinguibili flãma,vel remissiori vel intensiori:& indeficiẽte verme,vel mitius torquente vel fortius. Theo. Ostẽdit autẽ consequẽter quare doctoribus & sciẽtibus intensior pœna debeatur,cũ dicitur:Omni autẽ cui multum &c.Datur quidem doctoribus gratia faciendi miracula,sed cõmẽdatur eis sermonis & doctrinæ gratia: sed in dato quidem non dicit aliquid plus petendũ,sed in cõmendato siue deposito. Nam gratia verbi incremento eget,& à doctore requiritur amplius:non enim decet eum torpere,sed augere verbi talẽtum.Beda.Vel aliter:Multum sæpe datur etiã quibusdam priuatis quibus etiam cognitio dominicæ volũtatis, & exequendi quæ cognoscũt facultas impendit. Multum autem cõmendat illi,cui cũ sua salute dñici quoq; gregis pascendi cura cõmittitur.maiori ergo gratia donatos, si deliquerint,maior vindicta sequit. Mitissima autẽ omniũ pœna erit eorum qui præter peccatum qđ originaliter traxerunt nullũ insuper addiderunt:& in cæteris q̃ addiderunt,tanto quisq; ibi tolerabiliorem habebit damnationem,quanto hic minorem habuit iniquitatem.

Tropologica expoſitio.

Ignẽ ueni mittere in terrã, & quid uolo nisi ut accẽdatur? Baptisma autẽ habeo baptizari, & quomodo coarctor, usq; dum perficiatur? Putatis quia pacẽ ueni mittere ĩ terrã? Nõ, dico uobis:sed separationẽ. Erunt enim ex hoc,quinque in domo una diuisi,tres in duos, & duo in tres diuidentur: pater in filium,& filius in patrẽ suum:mater in filiam, & filia in matrem:socrus in nurum suã,& nurus in socrum suam.

Ambro.Dispensatoribus,id est sacerdotibus ꝓmissa videntur esse ꝓposita,ꝙ sciant sibi grauẽ in futurum pœnam esse subeũdam, si familiam dñi gubernare neglexerint,sed quia exiguꝰ est ꝓfectus metu supplicii aberrore reuocari,ideo dñs ad quęrendã cupiditatẽ diuinitatis inflãmat,dicens:Ignem ve.mit.in terrã.Non vtiq; illum cõsumptorem bonorum,sed bonæ volũtatis auctorem qui aurea dñicæ domus vasa meliorat, fœnũ vero consumit & stipulã.Cyril.Mos est autẽ sacrę scripturæ ignem quãdoq; dicere sacros & diuinos sermones.Sicut enim qui aurum & argentũ purgare nouerunt, ꝓ ignem cõsumunt eorũ sordities: sic saluator ꝑ euãgelica documenta in virtute spũs abstergit intellectũ eorum qui credunt in eũ. Hic est igitur ignis salubris & vtilis quo habitatores terræ frigidi quodãmodo & extincti ꝓpter peccatũ incalescunt ad pietatis vitã. Chryso. Terram enim ad ꝑsens vocat non eam quã pedibꝰ terimus, sed plasmatã manibꝰ eiꝰ.s.hominẽ, cui dñs ignẽ ingerit ad cõsumptionẽ pctõrum & innouationem animarum.Titus. Est autẽ intelligendũ eum de cęlo venisse:non enim si de terra venisset in terrã,diceret: Ignẽ ve.

Homo terra vocatur.

mit.in terrã.Cyril.Huius autem ignis dñs accelerabat incendiũ.vnde ſequitur: Et quid vo.ni. vt accendatur? Credebant em̃ iam quidã ex Iſrael, quorũ exordiũ fuerant venerandi diſcipuli, ſed ignis ſemel in Iudæa accenſus totum orbẽ occupare debebat, cõſummata tamen paſſionis eius diſpẽſatione.vñ ſequitur:Baptiſma au.ha.baptizari.Nã ante venerabilem crucẽ,& eius reſurrectionẽ à mortuis,in ſola Iudea fiebat mentio p̃dicationis & miraculorũ ipſius: poſtq̃ autem principẽ vitæ inſanientes occiderũt, tunc apoſtolis p̃cepit dicens: Euntes docete oẽs gentes. Greg.ſup Ezechiel.Vel aliter:Ignis in terrã mittitur,cũ per ardorem ſancti ſpiritus afflata terrena mẽs à carnalibus ſuis deſideriis crematur,ſuccenſa autẽ ſpũali amore malũ quod fecit plãgit:& ſic terra ardet,quãdo accuſante ſe cõſcientia cor peccatoris in dolore pœnitẽtiæ cremat.Bed. Addit autem,Baptiſmo habeo baptizari.i. ſanguinis ꝓprii tinctione prius habeo pfundi:& ſic corda credentiũ ſpũs igne inflãmari.Ambr. Tãta autem eſt dñi dignatio, vt infundẽdæ nobis deuotionis & cõſummandę pfectionis in nobis,& maturãdę pro nobis paſſionis ſtudiũ ſibi ineſſe teſtetur.vñ ſequit,Et quomodo coarctor vſq; dum pficiatur? Quidã codices habẽt,Et coangor.i.cõtriſtor.Cũ enim in ſe nihil habuerit qđ doleret,noſtris tamen angebat ærũnis, & tẽpore mortis mœſtitiã p̃tendebat,quã non ex metu mortis ſuæ,ſed ex mora noſtræ redẽptionis aſſumpſerat.Qui em̃ vſq; ad pfectionem angitur,de pfectione ſecurus eſt: qa eum conditio corporalis affectus,nõ formido mortis offendit.nã qui corpus ſuſcepit,omnia debuit ſubire quę corporis ſunt vt eſuriret,ſitiret,angeretur,& cõtriſtaretur:diuinitas autem p hos affectus neſcit cõmutari.Simul etiã oſtendit,quod in certamine paſſionis mors corporis,abſolutio anxietudinis nõ coaceruatiua ſit doloris.Bed.Quo modo autẽ poſt baptiſma ſuæ paſſionis, poſt ignis ſpiritalis aduentũ terra ſit arſura declarat,ſubdens: Putatis quia pacẽ veni dare &c.Chry.Quid dicis domine? Nõ veniſti pacem datur⁹,qui factus es nobis pax, pacificãs p crucem cælestia & terreſtria?qui dixiſti, Pacẽ meam do vobis.Sed manifeſtũ eſt qꝺ vtilis quidẽ eſt pax,quãdoq; autem dãnoſa,& ſeparans ab amore diuino,p quã .ſ. cõſentitur his qui à deo diſſident, & ob hoc fœdera terrena docuit vitare fideles. vnde ſequit: Erunt enim quinq; ex hoc in domo vna diuiſi tres in duos &c.Ambro.Cũ ſex perſonarum videatur facta ſubiectio:patris & filii,matris & filię,ſocrus & nur⁹,quinq; tamen ſũt, quia eadem mater quę ſocrus accipi poteſt: quæ em̃ eſt mater filii,ſocrus eius vxoris eſt.Chry.Per hoc autem futurum euentũ protulit.Cõtingebat enim in eadẽ domo aliquem eſſe fidelẽ cuius pater vellet eũ ad infidelitatem ꝓtrahere:ſed intantũ prævaluit virtus doctrinæ Chriſti,vt filii patres cõuerterent,matrẽſq; filiæ, & liberos parentes.Libuit enim fideles Chriſti non ſolum contẽnere propria,ſed & cũcta ſimul pati, dũmodo cultu fidei non careant.Si aũt purus homo eſſet, vnde ſuppeteret ei hoc poſſe meditari qꝺ à patribus plus amaretur q̃ filii?&à filiis pluſq̃ patres,& à viris pluſq̃ coniuges?& hoc nõ in vna domo aut cẽtũ, ſed vbiq; terrarũ: & non ſolũ hoc p̃dixit, ſed etiam opere cõſummauit. Ambro.Myſtica autem interꝓtatione domus vna, homo vnus eſt,duos autẽ legimus frequenter,animam & corpus.qꝺ ſi duobus cõuenerit, efficit vtraq; vnũ. aliud eſt quod ſeruit, aliud cui ſubiicitur.Tres autem animę affectiones ſunt,vna rationabilis, alia concupiſcibilis, tertia irraſcibilis . Duo ergo in tres , & tres in duo diuiduntur. Etenim per aduentum Chriſti homo qui erat irrationabilis, rationabilis factus eſt. Eramus carnales terreni , miſit deus ſpiritum ſuum in corda noſtra,facti ſumus filii ſpirituales.Poſſumus etiam dicere quod in hac domo ſunt alii quinq;.i.odor,tactꝰ,guſtus, viſus & auditus.Si ergo ſcdm ea quæ audimus aut legimus ſenſu viſus atq; auditus excludamus ſupfluas voluptates corporis quæ guſtu tactúq; & odore p̃cipiũtur, duo in tres diuidimus,eo qꝺ mentis habitus vitiorũ nõ capiatur illecebris.Aut ſi quinque ſenſus acceperimus corporales, vitia iã corporis & peccata ſe ſeparãt. Poſſunt etiam caro videri atque anima ab odore tactu guſtuq; luxuriæ ſeparata: fortior em̃ rationis ſexus velut in viriles fertur affectus.hęc molliorẽ ſtudet tenere rationem.Ex his itaq; diuerſarũ cupiditatum motꝰ inoleuit.ſed vbi in ſe anima redit, degeneres abiurat hæredes.Caro quippe cupiditatibus ſuis quas ſibiipſa genearauit,tanq̃ ſentibus mũdi doluit eſſe cõfixam. Sed velut corporis quædã atque animæ nurꝰ voluptas motui prauæ cupiditatis innubit. Ergo quãdiu manſit in vna domo cõſpirantibus vitiis indiuidua cõſenſio, nulla vi debatur eſſe diuiſio.vbivero Chriſtus ignẽ quo delicta cordis exureret,vel gladiũ quo ſecreta penetrãtur miſit in terras,tunc caro atq; anima regenerationis innouata myſteriis,copulã poſteritatis eliminat,vt diuidantur parentes in filios,dum intẽperans motus intemperantiam abdicat,& anima declinat in conſortiũ culpę. Filii quoq; in parentes diuidũtur, dum renouati hoĩes vitia vetuſta declinãt,voluptaſq; adoleſcentior ſerioſę domus refugit diſciplinã.Bed.Vel aliter: Per tres ſignificantur qui fidẽ trinitatis habent , p duo infideles qui à fidei vnitate diſſentiũt.Pater autem diabolus eſt,cuius filii imitãdo eramus, ſed poſtquã venit ignis ille cę leſtis,nos ab inuicem ſeparauit &oſtendit alterũ patrẽ qui eſt in cælis. Mater ſynagoga,filia eſt eccleſia primi tiua:quæ & eandem de qua genus ducit ſynagogã fidei perſecutricem ſuſtinuit,& ipſa eidẽ ſynagogę fidei veritate contradixit. Socrus ſynagoga, nurus eccleſia de gentibus,quia ſponſus eccleſiæ Chriſtus filius eſt ſynagogę ſecũdum carnem. Synagoga ergo in nurum & in filium eſt diuiſa,quæ credẽtes de vtroq; populo perſequitur:ſed & illæ in ſocrum & in matrem ſunt diuiſæ, quia volunt carnalem circũciſionem ſuſcipere.

Cignatio Ieſu.

Pacis ratio expo nitur.

Affectiones animę tres.

Dicebat autẽ ad turbas: Cùm uideritis nubem orientẽ ab occaſu,ſtatim dicitis,nymbus uenit, & ita fit:& cũ auſtrum flantẽ,dicitis,quia æſtus erit,& ita fit. Hypocritæ,faciẽ cæli & terræ noſtis probare, hoc autẽ tẽpus quõ non probatis? Quid autem & à uobiſipſis non iudicatis quod iuſtum eſt?

Theo.Cũ de prædicatione diſceptaſſet,& eam nomi naſſet gladiũ, poterant audientes turbari neſcientes qd diceret.& ideo dñs ſubdit,quòd ſicut aereas diſpoſitiones per quædã ſigna cognoſcũt,ſic deberent eius aduẽtum cognoſcere.& hoc eſt qđ dicit : Cũ videritis nubẽ oriẽtẽ &c.Quaſi dicat:Verba mea & opa mea me indicãt cõtrariũ vobis.Poteſtis igit coniectare, qa nõ veni pacẽ dare ſed imbrẽ & turbinẽ. Ego em̃ ſum nubes & venio ab occaſu.i.ab humana natura pridẽ multa induta pctõrum caligine.Veni etiã ponere ignem.i.eſtũ incitare.Sum em̃ auſter vẽtus calidus & oppoſitus Boreæ li frigiditati.Beda.Vel qui ex elementorũ immutatione ſtatum aurarũ,quia voluerũt, facillimè p̃noſcere potuerunt:poſſent etiã ſi vellent tẽpus aduentus dñi ex dictis intelligere ꝓphetarũ.Cyril.Prophetæ enim multi phariè prænũciauerunt Chriſti myſteriũ. Dicebat ergo,ſi prudentes eſſent ad futura,ſpectũ intendere,nec ignorare futuras tẽpeſtates poſt vitã præſentem valerent. Erit em̃ ventus & pluuia,& ſuppliciũ futurũ per ignem,& hoc ſignificatur cũ dicitur:Nymbus venit.decebat etiã ſalutis tempus nõ ignorare.ſ.aduentũ ſalua-

Compa ratio op tima.

toris, p quem pfecta pietas intrauit mundũ, & hoc ſignificatur cũ dicitur:Dicitis quia ęſtꝰ erit.vnde in eorum reꝓhenſionem ſubditur: Hypocritæ, faciẽ cæli & terrę noſtis ꝓbare &c.Baſi.Eſt autẽ notandũ quòd neceſſarię ſunt humanæ vitæ ſyderũ coniecturę, dũmodo quis vltra menſurã non perquirat eorũ indicia. Eſt em̃ nonnulla de pluuiis futuris ꝓcipere,plura quoq; de æſtibus & impetu vẽtorum vel particularibꝰ vel vniuerſalibus,vel violentis vel lenibus.Quãta vero cõmoditas ex eorum cõiectura vitæ pſtetur quis neſcit? Interęſt enim nautę ꝓgnoſticari procellarũ pericula, viatori mutationẽ aeris,colono fructuũ copiã.Bed.Sed ne aliq de turba ſe ꝓpheticę lectionis ignaros temporũ curſus nos ꝓbare non poſſe cauſarentur, vigilanter adiungit: Quid autem & à vobis ipſis nõ iudicatis qđ iuſtũ eſt? Oſtendens eos & ſi literas neſciant,naturali tamen ingenio poſſe dignoſcere , cũ qui opera fecit quæ nullus alius feciſſet,ſupra hominẽ & deũ eſſe.Vnde poſt huius ſeculi iniuſtitias,iuſtum creatoris indiciũ eſſe venturũ. Orig.Niſi autem eſſet nobis natura inſitum id quod iuſtum eſt iudicare,nunquã ſaluator hoc diceret.

Cõtẽplatio ſyderalis licita.

Cũ autem uadis cũ aduerſario tuo ad principem,in uia da operã liberari ab illo,ne forte trahat te ad iudicẽ: & iudex tradat te exactori,& exactor mittat te i carcerẽ.Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouiſſimum minutũ reddas.

Theo.Poſtq̃ oſtendit dñs laudabilẽ diſcordiam,exhinc docet laudabilem pacem,cũ dicit: Cũ autẽ vadis, &c.Quaſi dicat:cũ trahit te aduerſarius ad iudiciũ, da operam.i.oĩbus modis excogites vt abſoluaris ab illo. Vel da operã.i. & ſi nihil habeas,mutuũ accipe, vt abſoluaris ab illo:ne te corã iudice cõueniat.vnde ſequit: Ne fortè trahat te ad iudicẽ,& iudex tradat te exactori,&c.Cyril.In quo anguſtias patieris, donec etiã nouiſſimum aſſem exigent. Et hoc eſt quod ſubdit: Dico tibi,non exibis &c.Chryſ. Videtur mihi de præſentibus iudicibꝰ dicere,& de itinere ad pręſens iudicium, & de carcere huius mũdi.Per hæc enim quę apparẽt & in promptu ſunt, irrationabiles hoĩes ſe corrigere conſueuerũt. frequẽter em̃ non ſolum ex futuris bonis vel malis cõmonet, ſed etiam ex pſentibus ꝓpter groſſiores auditores.Ambro.Vel aduerſarius noſter diabolus eſt,qui ſerit illecebras delictorũ, vt habeat in ſupplicio participes,quos habuit in errore cõſortes.Aduerſarius etiam nobis eſt omnis vitiorũ vſus. Deniq; aduerſaria eſt nobis malã cõſcientia,quę nos & hic afficit,& in futurum accuſabit & ꝓdet. Demꝰ igit operã dum in hoc ſumus vitę curriculo cõſtituti,tanq̃ à malo aduerſario, ita ab ꝑprobo liberemur actu. ne dum imus cũ aduerſario ad magiſtrum, in via noſtrum condẽnet errorẽ. Quis autem eſt magiſtratus , niſi penes quem omnis poteſtas eſt?Hic autẽ magiſtratus tradit reũ iudici,ei.ſ. cui viuorum & mortuorum tribuit poteſtatẽ, ſcilicet Ieſu Chriſto,p quẽ occulta redarguuntur, & improbi operis pœna mãdatur.Ipſe exactori tradit & in carcerem mittit.dicit em̃: Tollite & mittite illũ ĩ tenebras exteriores,& exactores ſuos monſtrat eſſe angelos: de quibus dicit,exibunt angeli & ſeparabũt malos de medio iuſtorũ:& mittent eos in caminum ignis. Sed ſubditur:Dico tibi,nõ exies donec etiã nouiſſimũ minutum reddas.Si enim qui pecuniã ſoluũt non prius euacuãt fœnoris nomẽ,q̃ totiꝰ ſortis vſq; ad minimũ, quocunq; ſolutionis genere quãtitas vniuerſa ſoluat,ſic cõpenſatione charitatis actuũq; reliquorũ vel ſatisfactione quacũq; peccati pœna diſſoluitur. Orig. Vel aliter: Quatuor ꝓſonas hic ponit: aduerſarii,prĩcipis, exactoris,& iudicis : apud Matthęũ vero ꝓſona ꝓtermiſſa eſt principis,& pro exactore miniſter incertus.Diſcrepãt etiam ꝙ ille quadrãtem,iſte minutũ poſuit,vterq; autẽ dixit nouiſſimũ.Cũctis autem hoĩbus duos ãgelos adeſſe legimus:malũ qui aduerſa exhortat,bonũ qui optĩma pſuadet.Ille autẽ aduerſariꝰ noſter quotieſcũq; peccamus exultat,ſciẽs quoniã habet poteſtatẽ apud prĩcipem ſeculi huius,qui ſe miſerat, exultãdi & gloriandi. Cũ articulo autẽ in grẽco eũ poſuit,vt ex pluribus vnũ monſtraret.quia vnuſquiſq; ſub ſuæ gentis eſt prĩcipe. Da ergo operã vt libereris ab aduerſario tuo,ſiue à prĩcipe ad quẽ te aduerſarius trahit,habendo ſapientiã,iuſtitiam,fortitudinẽ & temperãtiam. Si autẽ dederis operam,eſto in eo qui dicit : Ego ſum via, alioquin trahet te aduerſarius ad iudicem.Dicit autẽ, Trahet,vt oſtendat nolẽtes ad cõdemnationem cõpelli. Iudicẽ autem alium neſcio niſi dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui tradit exactori.Singuli exactores ꝓprios habemꝰ: dominãtur exactores ſi debuerimus aliquid.ſi oĩbus vniuerſa reddidero,nemo exactor eſt, & intrepida mẽte reſpõdeo:Nihil tibi debeo.Quòd ſi debitor fuero: mittet me exactor in carcerẽ,nec patietur exire niſi debitũ omniũ perſoluero.non em̃ habet exactor poteſtatẽ, vt mihi ſaltem quadrãtem cõcedat. qui donauit debitori quingentos denarios,& alii quĩquaginta,dñs erat.iſte qui exactor eſt,dñs non eſt,ſed à dño ad exigenda debita ꝓpoſitus.Nouiſſimũ autẽ minutũ dicit gracile & tenue:peccata em̃ noſtra aut pinguia ſunt aut tenuia.beatus igit eſt qui nõ peccat. Scdo autem ſi tenue peccatũ habeat,inter ipſa quoq; tenuia diuerſitas eſt, alioquin nõ diceret,donec nouiſſimũ redderet minutum. Si em̃ parum debet, non egrediet niſi ſoluat minimum quadrantem: qui autẽ magno debito fuit obnoxius,infinita ei ad reddendum ſecula numerabũtur.Beda.Vel aliter:Aduerſariꝰ noſter in via,eſt ſermo dei cõtrarius noſtris carnalibus deſyderiis in pſenti vita, à quo liberatur qui præceptis eiꝰ ſubditur.alioquin tradetur iudici,quia ſermone domini contẽpto peccator reus tenebitur in examine iudicis:quẽ iudex exactori tradet, id eſt maligno ſpiritui ad vltionem, qui mittitur in carcerem,id eſt infernum:vbi quia ſemp ſoluere pœnas patiendo,ſed nunquã perſoluendo,veniam cõſequi nõ poterit, nunquã exinde exibit,ſed cum terribiliſſimo ſerpente diabolo perpetuas pœnas luet.

Aduerſarii nobis ſũt multi.

CAP. XIII.

ADerant autem quidã ipſo in tẽpore, nunciãtes illi de Galilæis, quorũ ſanguinẽ Pilatus miſcuit cũ ſacrificijs eorũ.Et reſpõdens,dixit illis:Putatis quòd hi Galilæi præ omnibꝰ Galilæis peccatores fuerit, quia talia paſſi ſunt? Nõ,dico uobis:ſed niſi pœnitentiã habueritis,oẽs ſimiliter peribitis,ſicut illi decẽ & octo ſupra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos . Putatis quia & ipſi debitores fuerint , præter omnes homines habitantes in Hieruſalem? Non,dico uobis:ſed ſi non pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis.

Glo.Quia de pœnis peccãtium fecerat mentionẽ,opportunè nũciatur quorundã peccãtium pœna,ex cuius exemplo etiam aliis pctõribus pœnã comminatur.vnde dicitur:Aderãt autem quidã ipſo in tẽpore nũciantes illi de Galilæis,quorum ſanguinẽ &c.Cyril.Erant enim ſequaces dogmatũ Iudæ Galilæi, cuius mẽtionẽ Lucas in actibus Apoſtolorũ fecit,q̃ dicebat, nõ oportet quemq̃ vocari dñm.vnde q̃plures eorum,quia Cæſarem nõ fatebanꝰ dominũ,à Pilato puniti ſunt.Dicebãt etiã non oportere alias à ſtatutis victimis in lege Moyſi offerre deo.vñ prohibebant ſtatutas à populo victimas pro ſalute imperatoris,& populi Romani offerre. Pilatus ergo indignãs in Galilæos iuſſit inter ipſas vi-

Galilæo rum con ditio.

ctimas quas ritu legis se offerre putabant occidi, ita ꝙ sanguis offerentiū oblatis victimis misceretur. Credēte autem vulgo iustissimè ꝓdictos talia passos esse quasi scādala seminātes in populo, incitātes principes in odium subditorū, narrauerunt hæc saluatori, volētes ꝓcipere quid ei sup hoc videretur. Ipse autē ꝓctores hos esse ponit, nō tamen hic asserit talia passos esse, tanquā peiores non patientibus. vnde sequit: Et respōdens dixit illis &c. Chry. Punit em̄ ãe⁹ quosdā peccatores amputans eorū nequitiā, & pœnam illis statuens leuiorē, & plene semouēs eos ab aliis, & viuētes in malitia corrigens ꝓ horum dānationem. Rursus alios hic non punit, vt si sibi cauerint pœnitētes, ꝓsentem pœnam effugient & futurū supplicium. Si vero ꝓseuerauerint, maius patientur tormentū. Titus. Manifestat & hic quia quęcūq; ex iudiciis accidunt in reorū suppliciū, non solum iudicātium potestate, sed etiā nutu dei cōtingunt. vnde siue iusta cōscientia puniat iudex, siue aliud intēdens condēnet, commendandū est negocium diuinæ cē suræ. Cyril. Remouēs ergo populares ab intestinis insidiis occasione religionis concitatis subiūgit: Sed nisi pœnitentiā habueritis, & nisi cessaueritis cōspirare cōtra principes, qđ nutu diuino non agitis, oēs simul vel similiter peribitis, & vester sanguis vestris victimis cō iungetur. Chry. In hoc autē ostendit ꝙ illos ꝓmisit taliā pati, vt viuētes alienis periculis territi fierēt regni hæredes. Quid igit̄ dices, vt melior ego fiam ille puniturꝰ non ideo, sed punitur quidē propter ꝓpria crimina, fit vero ex hoc vidētibus salutis materia. Beda. Sed ꝙ pœnitētiā nō habuerūt, 40. dominicæ passionis anno, venientes Romani (quos designabat Pilatus ad eorum gentes ꝓtinens) & incipientes à Galilæa (vñ dominica ꝓdicatio cœperat) radicitus impiam ꝑgentē deleuerunt: & non solū atria templi quo sacrificia deferri cōsueuerāt, sed interiora domus humano sanguine fœdarunt. Chry. Iterū autem alii decē & octo obruti fuerant à quadā turre: de quibus eadem subdit dicens: Sicut illi 18. super quos cecidit turris in Siloe & occidit eos, putatis quia & ipsi debitores fuerunt ꝑter omnes hoīes habitātes in Hierusalē? non, dico vobis. Non tm̄ hic omnes punit, dans aliis inducias pœnitēdi: nec tamen cūctos futurę punitioni reseruat, ne plures ꝓuidētiam abnegarent. Titus. Vna autē turris cōparatur toti ciuitati vt pars totū perterreat. vñ subdit: Sed si non pœnitentiā egeritis omnes similiter ꝓibitis. q.d. Tota ciuitas paulopost occupabit si perseuerauerint indignæ in infidelitate. Ambr. Mysticè autem in illis quorū sanguinem Pilatus miscuit cū sacrificiis eorū figura q̄dam videtur eos tāgens, qui coactu diabolico non purè offerūt sacrificium, quorū oratio est in peccatū: sicut de Iuda scriptū est, qui ꝓditionē sanguinis dñici inter sacrificia positus cogitabat. Bed. Pilatus em̄, qui interꝑtatur os malleatoris, diabolū significat semper cædere paratum: sanguis ꝑtm̄, sacrificia bonas actiones exprimunt. Pilatus ergo sanguinem Galilæorū cum sacrificiis eorū miscet: quādo diabolus eleemosynā & cætera bona fidelium vel carnis delectatione, vt humanę laudis ambitione, vel qualibet alia peste cōmaculat. Illi etiam Hierosolymitæ à ruina turris oppressi significant Iudæos ꝙ pœnitere noluerunt cū mentibꝰ suis esse pitu ros, ne frustra 10. & 8. ꝙ numerus apud Græcos ex I. & H. hoc est eisdē literis quibus nomen Iesu incipis, exprimitur. Significat autem Iudæos hinc maximè perituros, quòd nomen saluatoris recipere noluerunt. Illa turris significat illū qui est turris fortitudinis, quæ merito est in Siloe quæ interpretatur missus, significat em̄ eū qui missus à patre venit in mundum, qui omnes super quos cecidit conteret.

Cōspiratio dānabilis.

Mysticꝰ intellectus.

Dicebat autē & hanc similitudinē: Arborem fici habebat quidā plantatā in uinea sua: & uenit quærēs fructū in illa, & non inuenit. Dixit autē ad cultorē uineæ: Ecce anni tres sunt ex quo uenio quærēs fructum in ficulnea hac, & nō inuenio. Succide ergo illam. Vt quid etiā terram occupat? At ille respondens, dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Et si quidem fecerit fructum, bene: sin autem, in futurū succides eam.

Titus. Iactabant se Iudęi ex eo ꝙ 10. & 8. perierant, ipsi vero omnes remāserunt illæsi: vnde ꝓponit eis fici parabolā. Dicit em̄: Dicebat autem hanc similitudinē, arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua. Ambro. Vinea dñi sabaoth erat: quā dedit in rapinam gentium. apta autē synagogæ arboris istius cōparatio est, quia sicut ista arbor redūdat foliis fluentibus, spem possessoribus suis cassa sperātorū prouētuum expectatione destituit: ita etiā in synagoga dum doctores eius operibus infœcūdi, verbis tamen velut foliis redūdātibus gloriant, inanis vmbra legis exuberat. Hæc etiā sola arbor ab initio germinat poma ꝓ floribus, & poma decidūt vt poma succedant, manēt tamē aliqua prior um parata nec decidūt. Etem̄ primum synagogę populus velut inutilis decidit fructꝰ, vt de pinguedine religionis antiquę nouꝰ ecclesię populus emergeret, primi tamen ex Israel grossi maturescētis exēplo pulcher rimorum gratia fructuū cæteris ꝑstiterūt, quibꝰ dicit: Sedebitis sup 12. thronos. nōnulli tamē ficū istam nō synagogæ, sed malitię & improbitatis figurā putāt. Hi tamē in nullo distant, nisi ꝙ pro specie genus eligunt. Beda. Ipse autē dñs synagogam ꝓ Moysen instituit, in carne natus apparuit, & crebrius in synagoga docens fructū fidei quęsiuit, sed in pharisæorū mente nō inuenit. vnde sequit: Et venit fruct. quærēs in illa, & nō inuenit. Ambro. Quęrebat autem dñs, non quia fructum ficulneę deesse nesciret: sed vt ostenderet in figura, quia fructū synagoga iam habere deberet. Deniq; ex sequentibus docet non se ante tēpus venisse, qui ꝓ trienniū venit. Sic enim habes: Dixit autē ad cultorē vineæ, Ecce anni tres sunt ex quo venio q̄rēs fructū in ficulnea hac, & non inuenio. Venit ad Abrahā, venit ad Moysen, venit ad Mariam, hoc est venit ī signaculo, venit in lege, venit in corpore: aduentū eius ex beneficiis recognoscimꝰ. Alibi purificatio, alibi sc̄tificatio, alibi iustificatio est. Circūcisio purificauit, lex sc̄tificauit, gratia iustificauit: ergo populꝰ Iudæorū neq; purificari potuit, qa circūcisionē corporis, nō animi habuit: neq; sc̄tificari, quia virtutem legis ignorās carnalia magis q̄ spiritualia sequebatur: neq; iustificari, qa delictorū suorum pœnitentiā non gerens, gratiā nesciebat. Merito ergo nullus fructus in synagoga inuētus est, & ideo iubet excidi. Sequit enim: Succi. ergo illā, vt quid etiā terram occupat? Bonus autē cultor, & fortassis ille in quo ecclesiæ fundamentū est, ꝑsagiens alterū ad gentes, se autem ad eos qui ex circūcisione sunt esse mittendū, religiosē ne excidatur interuenit, fretus vocatione sua, etiā populum Iudæorū per ecclesiā posse saluari. vnde sequit: At ille respondens dixit illi, Domine dimitte illam & hoc anno. Cito duritiā supbiamq; Iudæorū causas esse sterilitatis agnouit. Itaq; venit excolere, q nouit vitia reprehendere. vñ subdit: Vsq; dum fodiā circa illā. Pollicetur dura cordis eorum apostolicis ligonibus esse fodienda, ne radicem sapientię terrarū aceruus obruat & abscondat. Subdit autē, & mittā stercora. i. humilitatis affectum, per quē in euangeliū Christi etiā Iudæus fore existimat fructuosus. vñ subdit: Et si quidem fecerit fructū, bene, s. erit. Sinautē, in futurum succides illam.

Allegorica expositio.

Aduentus domini multiplex.

Beda. Quod quidē per Romanos factū est, à quibꝰ gēs Iudææ succisa, & à terra ꝓmissionis expulsa est. Aug. de ver. do. Vel aliter: Totū arbor ficulnea genꝰ humanum est. Primus em̄ homo qui peccauit, foliis ficulneæ pudēda velauit, hoc est mēbra vñ nati sumus. Theop. Sed & quisq; nostrū ficꝰ est in vinea dei hoc est in ecclesia vel in hoc mūdo plātata. Greg. in ho. Tertio autem dñs ad ficulneā venit, quia naturā generis humani ante legē, sub lege, sub gratia, expectādo, admonēdo, visitādo requisiuit. Sed tamen in tribus annis fructū se non inuenisse cōqritur, quia quorūdam prauorū mētes nec inspirata lex naturalis corrigit, nec ꝑcepta eruditunt, nec incarnationis eius miracula cōuertūt. Theo. Tertio autem natura nostra fructū petita non tribuit: semel quidem cū in paradiso pręuaricati sumꝰ ꝑceptū: secūdo cū in lege vitulū conflauerunt: tertiocū saluatorem renuerunt. Sed id trienniū intelligendū est ꝙ tribus ętatibꝰ, puerili, virili, & senili. Greg. in ho. Sed cū magno timore audiendum est qđ dicit, Succi. ergo il. vt quid etiam terram occupat? Vnusquisq; em̄ iuxta modum suū, inquantum locū vitæ ꝑsentis tenet, si fructū bonæ operatiōis nō exhibet, velut ī fructuosa arbor terrā occupat: quia in eo loco ī quo ipse est, & aliis operādi occasionē negat. Basi. Proprium em̄ est diuinę ꝓpitiationis nō silenter pœnas infligere, sed ꝑmittere minas reuocando ad pœnitētiā: sicut Niniuitis fecit, & nūc cultori, dicēs: Succide eā, prouocās quidem ipsum ad curā eius, susci tans vero sterilē animam ad ꝓducēdos debitos fructꝰ. Greg. Nazā. Igitur nec nos feriamus subito, sed ꝓualeamus misericordia, ne secemus ficū potentem adhuc fructum facere, quā forsitā curabit periti custodis studiū. vnde & hic subdit: At ille respōdens dixit illi, dimitte & c. Greg. in ho. Per cultorē vineæ, ꝓpositorū ordo exprimitur: qui ꝑsunt ecclesiæ, dñicæ vineę curā gerunt. Theoph. Vel paterfamilias deus pater est, cultor vero Christus, qui ficū amputari vt sterilē non ꝑmittit. quasi ad patrem diceret: Si per legem & ꝓphetas fructū pœnitentiæ nō dederūt, meis eos irrigabo passionibus & doctrinis, & forsitā dabunt obedictiæ fructū. Augu. de ver. do. Vel colonus q intercedit est oīs sanctus qui ītra ecclesiam orat ꝓ eis qui sunt extra ecclesiā, dicens: Domine, dimitte illā hoc ānō. i. tēpore isto sub gratia vsq; dum fodiam circa illā. Circūfodere est humilitatē & patientiam docere. Fossa em̄ est humilis terra, stercus aūt in bono intellige, sordes sunt sed fructū dāt: sordes cultoris, dolor est pc̄ōris. Qui autem agūt pœnitentiā in sordibus agant, & veraciter agant. Grego. in homel. Vel peccata carnis stercora vocātur, ex stercore igitur ad fructum reuiuiscit arbor, quia de cōsideratione peccati ad bona se opera resuscitat animus. Sed sunt plæri que qui increpationes audiūt, & tamen ad pœnitentiā redire cōtemnūt, propter quod subditur: Et si quidem fece. fructum. Augu. de ver. do. Bene, scilicet erit. Sinautem, in futurum succides eā, quando, scilicet in iudicio venies iudicare viuos & mortuos, interim modo parcitur. Greg. in ho. Qui autem nō vult ad fœcūditatē pinguescere per increpationem, illic cadit vnde iam resurgere per pœnitentiam non valet.

Ficulnea genꝰ humanū

Deus paterfamilias.

Erat autē docens in synagoga eorū sabbatis. Et ecce mulier quæ habebat ꝑritū infirmitatis ānis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cū uideret Iesus, uocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & cōfestim erecta est, & glorificabat deū. Respondēs autem Archisynagogus indignās quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo uenite & curamini, & non in die sabbati. Respōdens autem ad illū dominus, dixit: Hypocritæ, unusquisque uestrū sabbato nō soluit bouē suum aut asinū à præsepio & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit Satanas, ecce decē & octo annis, non oportuit solui à uinculo isto die sabbati? Et cū hæc diceret erubescebāt omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in uniuersis quæ gloriosè fiebant ab eo.

Ambro. Cito ꝙ de synagoga dixerat īdicauit, ad ipsam vtiq; arborem venisse se mōstrat, qui in eadē prædicabat. vnde dicit: Erat autē docens in synagoga eorum sabbatis. Chry. Docet quidē non seorsum, sed in synagogis secure in nullo dubitās, nec aliquid cōtra legem Moysi statuens: sabbato autē quia tūc Iudæi legi vacabāt. Cyril. Ad expugnationē autē corruptionis & mortis & inuidię diaboli cōtra nos, ꝓdiit incarnationeverbi, & hoc apparet ex ipsis euentibꝰ. Sequitur em̄: Et ecce mulier quæ habebat &c. Dicit autē spiritū infirmitatis quia mulier hæc patiebat atrocitate diaboli, derelicta à deo ꝓpter propria crimina vel ꝓpter transgressionem Adæ, ob quā humana corpora infirmitatem & mortē incurrerūt. Dat autē sup hoc deus diabolo potestatē, vt hoīes mole aduersitatis depressi velint ad meliora trāsire. Genꝰ autem infirmitatis ostēdit, dicēs: Et erat ĩclina. nec omnino poterat sursum respicere. Basi. Brutorū siquidem caput humi deflexū est, terrā cernit. Caput hoīs erectū est in cælū, oculi supna conspiciunt, conuenit em̄ quęrere supna, transcēdere terrena in tuitu. Cyril. Ostēdit autem dñs aduentū suum in hūc mūdum dissolutiuū esse humanarū passionum, mulierē sanauit. vñ sequit: Quam cū vidisset Iesus, vocauit eā ad se & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Vox aptissima deo, plena maiestate superna. Fugat em̄ morbum imperatorio motu, qui etiā manꝰ illi imponit. Sequitur em̄: Imposuit illi manus, & cōfestī erecta est, & glorificabat deū. In quo oportet ꝓpendere sacrā carnē induisse virtutem diuinā, erat enim ipsius dei caro, nō autē alicuius alterius quasi separatim existētę filio hominis à filio dei, sicut falso aliquibus visum est. Sed ingratę synagogæ præsul, postq̄ vidit fœminā humi repētem solo tactu erectā, & diuina referētem magnalia ardens domini gloria irretit inuidia, arguitq; miraculum quasi videret solicitari ꝓ sabbato. vnde sequit: Respondens au. archisynago. indi. quia sabbato curas. Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt in qui. &c. Hortatur cęteris diebus dispersos & ꝓpriis vacātes operibus nō sabbato videre & mirari prodigia dñi, ne forte credant. Sed dic: lex ꝓhibuit ab opere manuali die sabbati abstinere, nūquid & ab eo qđ verbo & ore fit? Cesses ergo comedere & potare ac loqui & psallere in sabbato. Et si nec legem legis, cur tibi sabbatū? Cæterum si manuale opus lex prohibuit, quomodo manuale opus est fœminam verbo erigere? Ambr. Deniq; & deus ab operibus mūdi quieuit, nō ab operibus quibus sempiterna & iugis operatio est, sicut filius ait: Pater meꝰ vsq; modo operatur, & ego operor, vt ad similitudinē dei secularia nostra opera non religiosa cessarent. vñ dñs specialiter ei respōdit. Sequit em̄: Respondit autē ad illū dominꝰ & dixit: Hypocrita vnusquisque, &c. Beda. Hypocrita est qui in theatro assumit alienā personā, sic & in vita ꝑsenti quidā alia gerūt in corde, & alia supficialiter ostendūt hominibꝰ. Chry. Bene igitur dicit hypocritam prīcipē synagogę: qa facię habebat legis cultoris, mēs vero eius erat versuti & inuidi: nō em̄ turbatur ꝓpter sabbatū quia violatur, sed ꝓpter Christū quia glorificatur. Tu tamē attende ꝙ vbi quidē opus fieri iussit, sicut cum paralytico iussit grabatū tollere, trāstulit sermonem ad maius, conuincens eos ꝓ dignitatē patris cū dicit: Pater meus vsq; modo operat & ego operor: hic

Expositio pulchra.

autem vbi totũ faciens verbo, nihil aliud adiicit, ex his quæ ipſi faciebant calũniam ſoluit. Cyril. Arguitur aũt archiſynagogus vt hypocrita, dũ bruta quidẽ adaquat in ſabbato, mulierem vero nõ magis genere q̃ fide filiã Abrahæ nõ dignam putat ſolui ab ægritudinis vínculo. vnde ſubdit: Hãc autẽ filiã Abrahę quã alligauit Satanas ecce 10. & 8. annis nõ oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbati? Malebat ſiquidẽ mulierem tanq̃ quadrupedia cernere terrã, q̃ hominũ ſtaturã recipere, dũmodo Chriſtus nõ manifeſtaretur. Nõ autem erat eis quid reſpõderent, ſed ipſi ſibipſis erãt irrefragabilis rephẽſio. vnde ſequit: Et cũ hæc diceret confundebãtur omnes aduerſarii eius: ſed populus quaſi cõmoda ex miraculis conſequẽs lætabatur de ſignis. vnde ſequitur: Et oĩs populꝰ gaudebat, &c. Nã claritas operum oẽm quæſtionẽ ſoluebat apud eos qui non q̃rebant mentibus puerſis. Greg. in hom. Myſticè autem hoc ſignificat ficulnea infructuoſa, qđ mulier inclinata: humana eĩm natura ad peccatũ ex volũtate corruens, quia fructũ obedientię ferre noluit, ſtatũ rectitudinis amiſit: & hoc ſignificat ficulnea reſeruata, qđ mulier erecta. Ambr. Vel ficus ſynagogã figurat. Deniq; in muliere infirma quaſi eccleſiæ figura ſuccedit, quę cùm meſuram legis & reſurrectionis impleuerit, in illa qete ppetua in ſublime erecta faſtidiũ, inclinationem noſtrę infirmitatis ſẽtire nõ potuit: nec aliter curari potuiſſet hæc mulier, niſi quia legẽ impleuit & gratiã. nã in decẽ verbis legis pfectio eſt, in octauo numero reſurrectiõis plenitudo. Greg. in ho. Vel aliter: Sexto die homo factꝰ eſt, atq; eodẽ ſexto die opera cũcta dñi perfecta ſunt. Senarius autẽ numerus in trigonũ ductus, 10. & 8. facit. quia ergo homo qui ſexto die factꝰ eſt pfecta opera habere noluit, ſed ante legẽ, ſub lege atq; in exordio inchoantis gratiæ infirmus extitit, 10. & 8. annis mulier curua fuit. Aug. de. ve. do. Quod ergo ſignificauit trieniũ in arbore, hoc 10. & 8. anni in illa muliere: quia ter ſeni, 10. & 8. faciũt. Curua autẽ erat, ſurſum aſpicere nõ poterat, quia ſurſum corda ſine cauſa audiebat. Grego. in ho. Omnis eĩm peccator terrena cogitãs cæleſtia non requirens, ſurſum reſpicere nõ valet: quia dũ deſyderia inferiora ſequit, à mẽtis ſuæ rectitudine curuat, & hoc ſemp videt, & ſine intermiſſione cogitat. Vocauit eam dñs, & erexit, quia illuminauit & audiuit. Vocat enim quãdoq;, ſed non erigit, quia plerũq; videmus quę agẽda ſunt, ſed opera nõ implemus. vſitata eĩm culpa obligat mẽtem, vt nequaquã ſurgere poſſit ad rectitudinẽ. Conatur & labitur, quia vbi diu ſpõte pſtitit, ibi cũ nõ luerit cadit. Ambr. Opus autẽ ſabbati ſignũ futuri eſt, quòd vnuſquiſq; perfunctus lege & gratia per miſericordiam dei corporeę fragilitatis moleſtiis exueꝫ. Cur autem aliud animal indicauit, niſi vt oſtẽderet futurũ, vt Iudaicus & gentilis populꝰ ſitim corporis, æſtuſque mũdi huius dominici fontis vbertate deponat? & ſic puocationẽ duorum populorũ eccleſiã ſaluã futurã. Beda. Filia autem Abrahæ eſt anima quæcũque fidelis, vel eccleſia de vtroque populo ad fidei vnitatem collecta. Idem ergo myſticè eſt bouem vel aſinum ſolutum à pſepio potum duci, quod eſt filiã Abrahæ à vinculo noſtræ inclinationis erigi.

Alia Abrahæ quæ.

Allegorica expoſitio.

Opꝰ ſabbati qđ.

Dicebat ergo, cui ſimile eſt regnũ dei, & cui ſimile æſtimabo illud? Simile eſt grano ſinapis, quod acceptũ homo miſit in hortum ſuum & creuit, & factum eſt in arborem magnam, & uolucres cæli requieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit, cui ſimile æſtimabo regnum dei? Simile eſt fermento quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſata tria, donec fermentaretur totum.

Glo. Erubeſcentibus aduerſariis & populo gaudẽte de his quæ glorioſè fiebãt à Chriſto: profectũ euãgelii conſequẽter ſub quibuſdã ſimilitudinibus manifeſtat. vnde dicit: Dicebat ergo, Cui ſimile eſt regnum dei, & cui ſimile æſtimabo illud &c. Ambr. Alio loco granũ ſinapis legitur vbi cõferturꝫ ergo ſi regnũ cælorũ ſicut granũ ſinapis eſt, & fides ſicut granum ſinapis, fides eſt vtiq; regnũ cęlorum, quod intra nos eſt. Granum quidem ſinapis, res eſt vilis & ſimplex, ſi teri cœperit vim ſuã fũdit. Et fides ſimplex primo videt, ſed ſi atteratꝫ ad uerſis gratiã ſuę virtutis effundit. Grana ſinapis martyres ſunt: habebãt odorem fidei, ſed latebãt. Venit pſecutio, contriti ſunt gladio, p totius mũdi terminos grana ſui ſparſere martyrii. Ipſe etiã dñs granum eſt ſinapis. Teri voluit, vt diceremus, Chriſti bonus odor ſumus: ſeminari voluit velut granũ ſinapis, qđ acceptũ homo miſit in hortũ ſuum. In horto eĩm Chriſtus captus & ſepultus eſt: vbi etiã reſurrexit & factꝰ eſt arbor. vnde ſequit: Et fa. eſt in arb. mag. Dñs enim noſter granum eſt cũ ſepelitur in terra, arbor cũ eleuatur in cælũ. Eſt etiã arbor mundũ obumbrãs. vnde ſeqtur: Et requie. vo. cę. in ra. eius. Poteſtates cælorũ & quicũq; ſpiritalibus factis euolare meruerũt. Ramus eſt Petrus, ramꝰ eſt Paulus: in quorũ ſinus & quoſdã diſputationũ receſſus, qui eramus lõge aſſumptis virtutũ remigiis aduolamus, ergo ſemina in horto tuo Chriſtũ, hortus vtiq; locus eſt plenus florũ, in quo gratia tui operis efflloreat, & multiplex odor variæ virtutis exhalet. Ibi ergo Chriſtus, vbi fructus eſt ſeminis. Cyril. Vel aliter: Regnũ dei eſt euangelium, p quod acqrimus poſſe regnare cũ Chriſto. Sicut igit ſinapis ſemen ſuperatur quidẽ quãtitate à ſeminibus olerũ aliorũ, creſcit autẽ adeo vt plurium fiat vmbraculũ auium: ſic & ſaluatoris doctrina penes paucos erat in principio, ſed poſtea recepit argumẽtũ. Beda. Homo autẽ Chriſtus eſt, hortus eſt eccleſia eiꝰ diſciplinis colẽda, qui bene dicitur granũ accepiſſe, quia dona quæ nobis cũ patre tribuit ex diuinitate, nobiſcũ accipit ex humanitate. Creuit autẽ euãgelii prædicatio cũctum diſſeminata p orbem. Creſcit & in mẽte cuiuſque credentis, quia nemo repente fit pfectus. Creſcẽdo autem non herbarũ quæ velociter areſcunt, ſed arborũ inſtar exurgit. Rami huius arboris dogmatum ſunt diuerſitates, in quibus animæ caſtę virtutũ pennis ad ſuperna tendentes nidificãt & requieſcunt. Theo. Vel homo quilibet granũ ſinapis. i. euãgelicũ ſermonem accipiens, & in horto animæ ſuæ ſerens arborẽ magnã facit, vt & ramos producat & cęli volatilia. i. qui terrenis ſupereminẽt, in ramis prędicationis. i. in expanſis conſyderationibus requieſcũt. Paulus eĩm quaſi granũ modicum accepit, Ananiæ rudimentũ, ſed plãtans illud in baviridario ſuo ꝓduxit multas & bonas doctrinas, in q- bus habitant qui ſunt intellectu excelſi, puta Dionyſius Hierotheus, & alii q̃plures. Deinde ſimile dicit fermento regnũ dei. Sequitur eĩm: Et iter. di. Cui ſimile ęſtimabo illud? ſimile eſt fermento. Ambro. Plæriq; fermentum Chriſtũ putant, quia fermẽtum ex farina virtute non ſpecie generi ſuo præſtat: ſic & Chriſtus ex patribus ęqualis corpore, ſed dignitate incõparabilis ꝓminebat. Igit ſancta eccleſia typum mulieris figurat, de qua ſubditur: Quod acceptũ mulier abſcõdit in farinę ſata tria donec fermentareꝫ totum. Bed. Satum eſt genus menſuræ iuxta morẽ prouinciæ Palæſtinæ, vnũ & dimidium modiũ capiẽs. Ambr. Farina huiꝰ mulieris nos ſumꝰ quę dominũ Ieſum in ĩterioribus noſtrę mentis abſcõdit donec noſtra ſecreta penetralia calor ſapiẽtię cæleſtis obducat. Et qa in tribus menſuris abſcõditum dicit eſſe fermẽtũ, congrue viſum eſt vt dei filium crederemꝰ abſcõditum in lege, ac opertũ in prophetis, euangelicis ꝓdicationibus adimpletũ: me tamen ſequi

Fidei cõmẽdatio

Notaveꝫ

iuuat quòd ipſe dñs docuit fermẽtum eſſe ſpiritalẽ doctrinam eccleſiæ. Eccleſia autẽ renatum hominẽ in corpore & anima & ſpũ. fermento ſpiritali ſanctificat. Cũ tria hæc pari quadã cupiditatũ lance conſentiunt, & ęqualis aſpirat cõcordia voluptatũ. Itaq; ſi ĩ hac vita tres menſuræ in eodẽ manſerint, donec fermẽtentur & fiãt vnum: erit in futurũ diligẽtibus Chriſtum incorrupta cõmunio. The. Vel ꝓ fœmina ĩtelligas animã, tria vero ſata trinã partẽ eius, rationabilẽ, iraſcibilẽ & cõcupiſcibilẽ. Si igit aliqs ĩ hac trina parte cõdiderit verbũ dei, faciet hoc totũ ſpiritale, vt nec rationale peccet in documentis, nec ira aut cõcupiſcentia enormiter ferant, ſed conformentur verbo dei. Aug. de ver. do. Vel tria ſata farinæ genus humanũ eſt, quod de tribus Noe filiis eſt reparatum. Mulier quę abſcõdit fermentũ, dei ſapiẽtia eſt. Euſe. Vel ali. Fermentũ dñs nominat ſpiritũ ſanctum, quaſi virtutem ꝓcedentẽ ex ſemine. i. verbo dei. Tria autẽ ſata farinæ, ſignificãt notitiam patris & filii & ſpũs ſancti, quã mulier. i. diuina ſapientia & ſpiritus ſanctus largitur. Bed. Vel fermentũ dilectionem dicit, quæ feruere facit & excitat mentẽ. Abſcõdit ergo mulier. i. eccleſia fermentũ dilectionis in ſata tria. quia ꝓcepit vt diligamꝰ deũ ex toto corde, ex tota anima, & ex tota virtute. Et hoc donec fermentetur totum. i. donec charitas totam mentem in ſui perfectione commutet, quod hic inchoatur, ſed in futurum perficietur.

Tropologia parabolæ.

Et ibat per ciuitates & caſtella docens, & iter faciens in Hieruſalẽ. Ait autẽ illi quidã, Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluẽtur? Ipſe autẽ dixit ad illos: Cõtendite intrare per angustam portam, quia multi, dico uobis, quærent intrare & nõ poterunt. Cũ autem intrauerit paterfamilias & clauſerit oſtium, incipietis foris ſtare, & pulſare ad oſtiũ, dicentes: Domine, aperi nobis: & reſpõdens dicet uobis: Neſcio uos unde ſitis. Tunc incipietis dicere, mãducauimus corã te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet uobis: Neſcio uos unde ſitis. Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium: cũ uideritis Abraham Iſaac & Iacob, & omnes prophetas in regno dei: uos autem expelli foras. Et uenient ab oriente & occidente & aquilone & auſtro: & accumbent in regno dei. Et ecce ſunt nouiſſimi, qui erant primi: & ſunt primi, qui erant nouiſſimi.

Glo. Præmiſſis ſimilitudinibus de multiplicatione euangelicæ doctrinæ, eius diffuſioni vbiq; prædicando intẽdit. vñ dicitur: Et ibat p ciuitates &c. Theo. Non enim ſola parua loca viſitabat, ſicut faciunt qui ſimplices fallere volũt: neq; ſolas ciuitates, vt oſtentatores faciunt, & gloriã quærentes: ſed ſicut cõmunis dñs & pater oĩbus prouidens oĩa circuibat. Non autẽ viſitabat municipia vitans Hieruſalẽ, ac ſi timeret legiſperitorũ reꝑhenſiones aut mortẽ, quę poterat ĩde cõtingere. vñ ſubdit: Et iter faciens in Hieruſalẽ. Nam vbi plures erant ægroti, ibi ſe medicus magis ingerebat. Sequitur: Ait autẽ quidã illi, dñe ſi pauci ſunt qui ſaluẽtur? Glo. Quæ quidem quæſtio ad hoc ptinere videt, de quo ſupra agebatur. nam in ꝓmiſſa ſimilitudine dixerat ꝙ requieuerunt volucres cæli in ramis eius, p quod intelligi poteſt multos eſſe qui ſalutis requiem cõſequerent. Et quia ille vnus ꝓ omnibꝰ quæſierat, dñs non ſingulariter ei reſpõdet. vnde ſequit: Ipſe au. dix. ad il. Contendite &c. Baſi. Sicut eĩm in via terrena exitꝰ à recto multam latitudinẽ habet, ſic qui egredit à tramite ducente ad regnum cęlorũ in multa latitudine erroris reperit. Rectum autẽ iter eſt anguſtũ qualibet declinatione periculoſa exiſtẽte, ſiue dextrorſum, ſiue ſiniſtrorſũ, ſicut in põte, à quo vtrĩq; diuertẽs flumini immergit. Cyril. Anguſta etiã porta ærumnã & patientiã ſanctorum ſignificat. Sicut eĩm pugnarum victoria atteſtatur militis ſtrẽnuitati, ſic ꝑelarum efficiet valida ꝑceſſio laborũ & tentationũ. Chry. Quid eſt ergo qđ dñs alibi dicit, Iugum meũ ſuaue & onus meũ leue? Non qdẽ cõtradicit, ſed hoc dictum eſt propter tentationũ naturã, illud vero propter affectũ tranſeuntiũ. Eſt eĩm moleſtũ aliquid naturę facile reputari quãdo id affectanter ãplectimur. Si etiam via ſalutis anguſta erit in introitu, tamen per eam puenitur ad latitudinẽ: econtrario vero lata deducit ad interitũ. Greg. 11. mor. Dictuꝰ autẽ anguſtę portę introitũ, pręmiſit, cõtendite: quia niſi mentis contẽtio ferueat, vnda mũdi non vincitur, p quã anima ſemper ad ima reuocatur. Cyril. Nõ videtur autem dñs ſatisfacere quęrenti vtrũ pauci ſint qui ſaluenꝫ, dum declarat viam per quã quiſq; poteſt fieri iuſtus. Sed dicendum, quòd mos erat ſaluatoris nõ reſpondere interrogantibus ſcđm quod eis videbatur, quoties inutilia q̃rebant, ſed reſpiciẽdo qđ vtile audiẽtibus foret. Quid autem cõmodi ꝓueniret audiẽtibus, ſcire an multi ſint qui ſaluentur, an pauci? Neceſſariũ autẽ magis erat ſcire modũ quo aliquis puenit ad ſalutẽ. Diſpenſatiuè ergo ad quæſtionis vaniloquiũ nihil dicit, ſed transfert ſuum ſermonẽ ad rem magis neceſſariam. Aug. de ver. do. Vel aliter: Cõfirmauit dñs qđ audiuit. ſcꝫ pauci ſũt qui ſaluantur, quia p anguſtam portã pauci intrant. Alio autem loco hoc idẽ ipſe ait: Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui ingrediũtur per illã. vñ ſubdit: Quia mul. di. vo. quę. intrare. Beda. Salutis amore prouocati. Et nõ poterũt, itineris aſperitate deterriti. Baſi. Vacillat eĩm anima, quãdo quidẽ conſyderat ęterna eligendo virtutẽ: quando ꝓſentia reſpicit, ꝓferendo illecebras. hic intuet ocia carnis, illic ſubiectionẽ ipſiꝰ: hic ebrietatẽ, illic ſobrietatẽ: hic diſſolutos riſus, illic copiã lachrymarũ: hic choreas, illic orationes: hic fiſtulas, illic fletus: hic luxuriã, illic caſtimoniã. Aug. de ver. do. Nõ aũt cõtrarius ſibi eſt dñs q̃ dixit ꝙ pauci ſunt q̃ intrant per anguſtã portã. Et alibi dicit: Multi ab oriẽte &c. Pauci ſunt in cõparatione perditorum, multi in ſocietate angelorũ. Vix videntur grana quãdo area triturat̃, ſed tanta maſſa ꝓceſſura eſt de area hac, vt impleat horreũ cęli. Cyril. Quòd autẽ deteſtabiles ſint, q̃ intrare nõ poſſunt per euidẽs exemplũ declarauit ſubdens: Cũ autem intra. paterfamilias &c. Sicut ſi patrefamilias qui multos ad cõuiuiũ conuocauit ingreſſo cũ cõuiuis, & oſtio recluſo poſtmodũ pulſantes aduenĩãt. Beda. Eſt aũt paterfamilias Chriſtꝰ, qui cũ vbiq; ex diuinitate ſit, illis iam intus eſſe dicit, quos in cælum ꝓſens ſua viſione lætificat, ſed quaſi foris eſt his quos in hac peregrinatione certãtes occultus adiuuat. Intrabit vero cũ totam eccleſiã ad ſui cõtemplationẽ perducet. Claudet oſtium, cum reprobis locum pœnitentiæ tollet: qui foris ſtantes pulſabũt. i. à iuſtis ſegregati, miſeri cordiam quã contempſerunt fruſtra implorabunt. vñ ſequitur: Et reſpõdens dicet vobis, neſcio vos vnde ſitis. Grego. 2. moral. Neſcire dei improbare eſt, ſicut & neſcire mẽtiri vir verax dicitur, qui labi per mendacĩũ dedignatur: non ꝙ ſi mentiri velit neſciat, ſed ꝙ falſa loqui veritatis amore contẽnat. Veritatis igitur lumen, tenebras quas reprobat ignorat. Sequitur: Tũc incipietis dicere, mãducauimus &c. Cyril. Hoc Iſraelitis cõuenit qui ſcđm ritũ legis offerẽtes deo victimas edebãt & gaudebãt. Audiebãt quoq; in ſynagogis libros Moyſi, q̃ in ſuis ſcriptis nõ quę ſua ſunt ſed quæ dei tradebat. Theo. Vel ſimpliciter ad Iſraelitas dicitur, eo quòd ex eis Chriſtus ſcđm carnẽ natus eſt, & cũ eo comedebãt & bibebant, & eum ꝓdicantem audiebãt. Sed & chriſtianis hæc cõgruent: nos eĩm comedimus corpus Chriſti, & bibimus ſanguinem eius quotidie, ad mẽſam my

Modeſtia Chriſti.

Chriſtꝰ paterfamilias.

Porta reguli anguſta.

Scriptura cibus dicitur.

Israelitarum error.

Triduũ mysticũ.

Loc⁹ passionis Christi.

Miraculo soluitur quæstio.

Hydropici significatio.

Consensus euã.

stiam accedẽtes, docetq; in plateis animarũ nostrarũ. Beda. Vel mystice mãducat corã dño & bibit, qui verbi pabulum auidè suscipit. vnde quasi exponẽdo subditur: In plateis no. docuisti. Scriptura em̃ in obscurioribus cibus est, quia quasi exponẽdo frangit̃, & manducando glutitur: potus est in apertioribus, vbi ita sorbetur sicut inuenitur. Non autem festiuitatũ epulatio iuuat, quem fidei pietas non cõmendat: non scientia scripturarum notũ deo facit, quẽ operũ iniquitas indignũ ostendit. vnde subditur: Et di.vo. nescio vos vnde sitis. Discedite à me operarii iniqtatis. Basi. Illis forsan lõquitur quos describit apostol⁹ in propria psona, dicẽs: Si linguis hominũ loquar & angelorũ & habeam oẽm scientiã, & distribuero omnes facultates meas in cibos pauperũ, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Quod enim non fit diuini amoris intuitu, sed ad acquirẽdam ab hominib⁹ laudem, non inuenit laudem apud deũ. The. Attẽde etiã quòd detestabiles sunt illi, in quorũ plateis dñs docet. vnde si docẽtem eũ audieri mus nõ in plateis sed in angustiis & humilib⁹ cordib⁹, non erimus detestabiles. Beda. Duplex autẽ ostenditur gehẽnæ pœna. s. frigoris & feruoris. vnde sequit̃: Ibi erit fletus & stri. dentiũ. Flet⁹ em̃ de ardore, stridor dẽtium de frigore solet excitari. Vel stridordentiũ prodit indignantis affectũ, q̃ qui sero pœnitet, sero sibi irascatur. Glo. Vel stridebũt dentes qui hic p edacitate gaudebant, flebũt oculi qui hic p concupiscentias vagabãtur. Per vtrũq; autem verã impiorum resurrectionẽ designat. Theo. Pertinet etiam hoc ad Israelitas cũ quib⁹ loquebatur, qui ex hoc maximè percellũtur q̃ gentiles cum patrib⁹ requiescũt, ipsi vero excludũtur. vnde addidit: Cũ vider. Abrahã, Isaac & Iacob, &c. Euse. Prędicti enim patres ante tẽpora legis, scdm euangelicam formam errorem multorũ deorũ derelinquẽtes, assumpserunt sublimis dei notitiã, q̃bus pares facti sunt multi gentiliũ ob similem vitã: filii autẽ eorum alienationem sunt passi ab euãgelica disciplina. vnde sequit̃: Et ecce sunt nouissimi qui erãt primi, & sunt primi qui erant nouissimi. Cyril. Iudæis enim qui primũ locum tenebant p̃latæ sunt gentes. Theo. Nos autẽ vt videt̃ primi sumus, qui ab ipsis cunabulis rudimẽta accepimus, & forsitan erimus nouissimi respectu gentiliũ, qui circa finẽ vitæ erediderũt. Bed. Multi etiã prius feruentes postea torpent, multi prius frigidi subito inardescunt, multi in seculo despecti in futuro sunt glorificãdi. Alii apud homines glorioſi, in fine sunt damnandi.

In ipsa die accesserunt quidã pharisæorũ, dicẽtes illi: Exi, & uade hinc: quia Hero des *uult te occidere. Et ait illis: Ite, & dicite uulpi illi, Ecce eijcio dæmonia & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Verũtamen oportet me hodie & cras & sequẽti die ambulare: quia nõ capit prophetam perire extra Hierusalẽ. Hierusalem, Hierusalẽ quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittũtur ad te, quoties uolui cõgregare filios tuos, quẽadmodũ auis nidũ suũ sub pẽnis, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico autem uobis, quia non uidebitis me donec ueniat cũ dicetis,* Benedictus *qui uenit in nomine domini.*

Cyril. Prædicta domini verba, pharisęorum animos prouocauerũt ad iram, videbãt enim populos iam contritos fidem eius eripere, itaq; quasi perdẽtes officiũ populis p̃sidendi, & deficientes in lucro simulãtes se eum diligere, suadent illi vt inde discederet. vnde dicitur: In ipsa die acces. qui. &c. Christus autẽ qui renes & corda scrutatur eis leniter & figuraliter respõdet. vnde sequitur: Et ait illis: Ite & dicite vulpi illi. Beda. Propter dolos & insidias Herodẽ vulpem appellat, qđ plenũ fraudis est animal, in fouea ꝓpter insidias latens, odore fœtens, nunq̃ rectis itineribus incedens, quę omnia hereticis conueniũt, quorum typũ Herodes tenet, qui Christum. i. humilitatẽ christianę fidei in credentibus conãtur extinguere. Cyril. Vel aliter videtur hic sermo mutatus esse & nõ spectare ad psonã Herodis, vt aliqui putauerunt, sed magis ad pharisaicas fictiões: penes enim ipsum pharisæum ostendit prope manentẽ dum dixit: Ite & dicite vulpi huic, sicut in græco habeť. vnde hoc ꝑcepit dicendũ, quod poterat vrgere pharisæorum turbam. Ecce, inquit, eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die cõsũmor. Hoc se ꝓmittit operaturum quod Iudæis displicebat. s. q̃ immũdis imperaret spiritibus, & eriperet à morbis infirmãtes, vsq; dũ propria spõte sustineret crucis patibulum. Quia vero pharisæi credebãt quòd manũ trepidaret Herodis, qui dominus erat virtutũ: hoc excludit, dicens: Verũtamen oportet me hodie & cras, & sequenti die ambulare.

Quòd dicit, Oportet: nequaq̃ sibi necessitatẽ ingruentem ostendit, sed magis arbitrio propriæ volũtatis ꝑgeret quo volebat, quousq; finẽ venerãdæ crucis subiret, cuius iam Christus imminere tẽpus ostendit, cũ dixit hodie & cras. Theo. Ac si dicat: Quid de morte mea cogitatis? ecce fiet post modicũ. Quòd aũt dicitur Hodie & cras, hoc multos dies significat. sicut & nos in cõmuni sermone soliti sum⁹ dicere: Hodie & cras fit hoc, qđ fiat in tãta distantia tẽporis. Et vt euangelicũ sermonẽ euidentius exponamus, nõ intelligas q̃ oportet me hodie & cras ambulare: sed si stas in hodie & cras, deinde subiungas, & sequenti die ambulare, sicut & pluries numerando cõsueuimus dicere die dominica, & secunda feria & tertia egrediar, quasi cõputando duas, vt tertia denotetur. sic & dominus quasi cõputando dicit, Oportet me hodie & cras, & postea tertio die ire Hierusalẽ. Augu. de quæ. euãg. Vel mystice ab illo hæc dicta intelliguntur: vt referantur ad corpus eius qđ est ecclesia. Expellũtur enim dęmonia cũ relictis illis superstitionibus credunt in eũ gentes, & ꝑficiuntur sanitates cũ secundum ꝑcepta eius postea q̃ fuerit diabolo & huic seculo renũciatũ vsq; in finẽ resurrectionis, qua tanq̃ tertia consummabitur, hoc est ad plenitudinẽ angelicam per corporis etiã immortalitatẽ perficiet̃ ecclesia. The. Sed quia illi dicebant ei: Exeas hinc, quia Herodes te quęrit occidere: in Galilęa loquẽtes vbi regnabat Herodes, ostẽdit quòd non in Galilæa, sed in Hierusalem præordinatũ fuerat ei pati. vnde seq̃tur: Quia nõ capit prophetã perire extra Hierusalem. Cũ audis, Non capit. i. non decet extra Hierusalẽ prophetã interimi, nõ putes vim coactiuã Iudæis inductã, sed quantũ ad eorũ affectum sanguinis auidum conueniẽter hoc dicit, velut si quis prædonẽ atrocissimum videns dicat: non oportet hanc viã in qua prædo insidiatur viatoribus immunem esse à sanguine, sic & nõ oportebat alibi q̃ vbi morabãtur prædones perire dominũ prophetarũ. Nam assueti ꝓphetarum sanguinib⁹, occident & dominum. vnde sequit̃: Hierusalem Hierusalẽ quę occidis, &c. Beda. Hierusalem non saxa & ædificia ciuitatis, sed habitatores vocat, quã patris plãgit affectu. Chry. Geminatio enim verbi miserãtis est, aut nimiũ diligentis. Nam tanquã ad amicam negligentẽ amatorẽ, & ideo puniẽdam dñs loquitur. Græcus. Sed & nominis geminatio vehementẽ reprehẽsionem ostẽdit. Nã quæ nouit deũ, quomododei ministros ꝓsequitur? Cyril. Quòd autem essent ĩmemores diuinorũ bonorum ostendit, subdẽs: Quoties volui congregare fi. tu. quemad. auis nidũ suũ sub pen. & noluisti? Manuduxit eos p sapientissimum Moysen, monuit per ꝓphetas, voluit sub alis. i. sub tegmine suæ virtutis illos habere: at illi caruerunt tã desiderabilibus bonis ingrati existentes. Augu. in Ench. Dicit autem: Ego volui & tu noluisti. q. d. Illud aggregaui mea volũtate semper efficace, te nolẽte feci, quia ingrata semper fuisti. Bed. Pulchrè autẽ qui Herodẽ de sua nece tractãtem vulpem vocauerat, seipsum aui comparat, quia vulpes fraudulenter semper auibus insidias intendunt. Basi. Filios etiã Hierusalem pullis in nido comparauit: ac si dicat, aues quę in altũ consueuerũt volare exceptæ sunt à nocumentis insidiantium, tu tamẽ eris vt pull⁹ egens alieno suffragio. Matre igitur auolãte aufereris à nido quasi impotes ad tutelam, & debilis ad fugam. vnde sequitur: Ecce relin. do. ve. deserta. Beda. Ipsam ciuitatem quã nidum vocauerat etiã nunc domum Iudæorũ appellat. Occiso enim dño venerunt Romani, & quasi nidum vacuũ diripientes, tulerunt eorũ locum, gentem & regnũ. Theo. Vel domus vestra. i. tẽplum: ac si dicat, quãdiu virtus erat in vobis, templum erat meum: sed postquã fecistis ipsum spelũcam latronum, non est de cętero domus mea sed vestra. Vel domũ dicit totam gẽtem Iudæorũ, iuxta illud: Domus Iacob benedicite dño: per quod ostẽdit q̃ ipse erat qui gubernabat eos & eripiebat ab hostium manibus. Sequitur: Dico au. vob. quia &c. Augu. de con. euãg. Huic narrationi Lucę non videtur aduersari q̃ turbę dixerunt, veniente dño in Hierusalẽ, benedictus qui venit in nomine dñi, quia nõdum illuc venerat, & nõdum dictũ erat. Cyril. Discesserat enim dñs à Hierosolymis tanq̃ indignos existentes sui p̃sentia deserens, deinde multis miraculis factis rursum Hierosolymã redit, vbi ei turba occurrit, dicẽs: Osanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine domini. Aug. de con. euãg. Sed quia non dicit Lucas quo inde tũc accessit dñs, vt non veniret ni si eo tẽpore quo iam illud diceretur. Perseuerat quippè in itinere suo donec veniat Hierusalẽ. De illo suo aduẽtu quo in claritate venturus est hoc significat. Theop. Tunc enim & inuiti cõfitebuntur eũ saluatorem & dominũ, quando nullus erit inde profectus. Dicens autẽ: Non videbitis me donec veniat &c. non significat illã horam, sed tempus crucis. q. d. postq̃ crucifixeritis me, non amplius videbitis me donec iterum veniã. Aug. de con. euang. Intelligẽdus est ergo Lucas velle ꝓoccupasse antequã eius narratio dominũ perduceret Hierusalem, aut eidem ciuitati iam appropĩquantẽ talia respõdisse monentibus vt cauerет Herodẽ, qualia Matthęus dicit esse locutum cũ iam peruenissет Hierusalẽ. Beda. Vel dicit: non me videbitis. q. d. nisi pœnitẽtiam egeritis & confessi fueritis me filium omnipotentis patris, in secundo aduentu faciem meam non videbitis.

CAP. XIIII.

ET factum est cum introisset Iesus in domũ cuiusdam principis pharisæorũ sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidã hydropicus erat ante illum. Et respondẽs Iesus, dixit ad legisperitos & pharisæos: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse uero apprehensum sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: Cuius uestrum asinus, aut bos in puteum cadet & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi.

Cyril. Quãuis dominꝰ malitiam pharisæorũ cognosceret, tamẽ eorum fiebat cõuiua, vt ꝓdesset præsentibus p verba & miracula. vnde subditur: Et fa. est cũ intro. in do. cu. princi. pha. sab. man. pa. & ipsi obser. eum: si scilicet reuerentiã legis contemneret: & an quicquã prohibitorum faceret in die sabbati. Itaq; hydropico veniente in medium, interrogatione reprehendit insolentiam pharisæorum, eũ arguere volentium, vnde dicitur: & ecce homo quidã hydrop. erat ante illũ. Et respon. Iesus &c. Beda. Quòd dicitur respõdisse Iesus, ad hoc respicit quod præmissum est, Et ipsi obser. eũ. Dominus eius nouit cogitationes hominũ. The. In sua autem interrogatione deridet eos sicut amẽtes, deo enim benedicente sabbatum, ipsi prohibent operari bona in eo: dies autem quæ bonorũ opera non admittit, maledicta est. Beda. Sed merito interrogati tacent, quia cõtra se dictum quicquid dixerit vident. Nam si licet sabbato curare, quare saluatorẽ an curet obseruant? si non licet, quare ipso sabbato pecora curant? vnde sequitur: At illi tacuerunt. Cyril. Neglectis igitur Iudæorũ insidiis, liberat à morbo hydropicum, qui metu pharisęorum remedia non postulabat, ꝓpter sabbatũ, sed solum astabat vt ex aspectu misertus eius saluaret eũ. Quod dominus cognoscens, non postulat ab eo si vellet saluus fieri, sed protinus eum sanauit. vnde sequitur: Ipse ve. appre. sana. eum ac dimisit. Theoph. In quo non hoc prospexit dominus, ne scandalizaret pharisæos, sed vt benefaciat egenti remediis. Decet enim nos cũ magna resultat vtilitas non curare si stulti scandalizẽtur. Cyril. Sed quia pharisęi ineptè tacuerũt, soluit Christ⁹ inflexibilem eorũ imprudentiam cõsiderationibus seriis ad hoc vtens. vnde sequit̃: Et respõ. ad il. dixit: Cu. &c. Theo. q. d. Si prohibuit lex misereri in sabbato, ne curam habeas filii tui periclitantis in sabbato, sed quid dico filii, quãdo nec bouẽ præteris si periclitantẽ videris? Beda. In quo sic obseruatores suos pharisęos cõuincit, vt eosdem etiã auaritiæ condẽnet, qui in liberatione animalis suæ auaritiæ consulebant. Quãto ergo magis Christus hominẽ qui multo melior pecore debuit liberare? Augu. de con. euãg. Congruenter autẽ hydropicum animali quod cecidit in puteum cõparauit, humore enim laborabat: sicut illã mulierem quã alligatã dixerat & ipse soluebat comparauit iumẽto quod soluitur, vt ad aquã ducatur. Beda. Competẽti ergo exemplo soluit quęstionem, vt ostẽdat eos violare sabbatum in opere cupiditatis qui eũ violare arguerunt in opere charitatis. vnde sequitur: Et non po. ad hoc respõ. illi. Mysticè autem hydropicus cõparatur ei quẽ fluxus carnalium voluptatum exuberãs aggrauat, hydropicus enim morbus ab aquoso humore vocabulũ trahit. Aug. de quæ. euãg. Vel hydropicũ rectè cõparamus diuiti auaro: sicut enim ille quãto magis abundat humore inordinato, tãto amplius sitit: sic & iste quãto est copiosior diuitiis quibus nõ bene vtitur, tanto ardentius talia concupiscit. Greg. 14. mora. Rectè ergo hydropicus ante pharisęum curatur, quia p alterius ęgritudinẽ corporis in altero exprimitur languor seu ęgritudo cordis & mentis. Beda. Bene autẽ in exemplo bouẽ & asinum nominat, vt vel sapientes & hebetes, vel vtrũq; populum significet scilicet Iudæũ iugo legis pressum, & gẽtilem nulla ratione domitum: omnes enim à puteo cõcupiscentiæ demersos dominus extrahit.

Dicebat autẽ & ad inuitatos parabolã, intẽdẽs quomodo primos accubitus eligerẽt, dicẽs ad illos: Cũ inuitatus fueris ad nuptias, non discũbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi: Da huic locũ: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cũ uocatus fueris, uade, recumbe in nouissimo loco: ut cũ uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discũbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Ambro. Prius curatus est hydropicus in quo fluxus carnis exuberans animæ grauabat officia, spiritus extinguebat ardorẽ. Deinde docet̃ humilitas, dum in cõ-

Universidad de Biblioteca

nuito nuptiali appetentia loci superioris arcetur. vnde dicitur: Dicebat au. & ad in. parab. &c. Cyril. Prosilire enim promptè ad honores qui nobis nõ conueniũt, indicat nos temerarios esse, & nostra facta vituperio replet. vnde sequit: Ne forte honoratior te &c. Chrys. Et sic quod cõcupiuit, nequaq̃ obtinuit ambitiosus honoris, sed passus est repulsam: & satagens qualiter abũdet honoribus nõ honoratur, & quia nihil est æquipollens modestiæ, auditorẽ ad oppositũ ducit. Non solum ꝓhibet ambire primatũ, sed & venari vltima. vnde sequit: Sed cũ vocueris &c. Greg. Si em̃ aliquis non vult aliis prælocari, nãcisciturhoc ex diuina sentẽtia. vnde sequitur: Et cũ venerit &c. Hæc dicẽs nõ grauiter obiurgat, sed leniter iniũgit: sufficit em̃ monitio apud discretos, & sic pro humilitate aliquis coronaꝫ honore. vnde sequitur: Tunc erit tibi gloria &c. Basi. Occupare igit̃ locum vltimũ in conuiuiis iuxta mandatũ dominicũ conueniens est: sed rursus in hunc cõtentiosẽ irruere reprobatum, tanq̃ interemptoriũ ordinis & causatiuum tumultus, & de eo mota cõtentio æquiparabit vos litigãtibus de primatu. Quapropter sicut hic domin⁹ dicit, expedit conuiuium facienti cõmittere accubitus ordinem, sic & in patientia nos mutuo sustinebimus honeste & secũdum ordinem omnia prosequẽtes, non ad apparentiam pluriũ: nec videbimur humilitatẽ pertractare per vehementẽ contradictionẽ, magis aũt per humilitatem patientiã obtinebimus. Maius est enim ex repugnantia superbiæ indiciũ, quàm ex primo accubitu quãdo eum cũ imperio obtinemus. The. Nemo autem putet ꝑmissam Christi doctrinã modicam esse, & indignam culminis dei verbi. nõ enim pium dices esse medicum pollicitũ sanare podagram, ictũ vero digiti vel dentis dolorem nolentẽ curare. Porrò quomodo parua passio vanæ glorię quæ versabat primos ꝙquirentes accubitus? Decebat igitur humilitatis magistrũ omnem ramum prauæ radicis amputare: sed & illud cõsydera, quia præsto cœna & passione primat⁹ coram saluatore vexãte miseros opportunitatẽ habebat monitio. Cyril. Ostenso igitur tam modico exemplo ambitiosorũ contemptum & non ambitiosorũ exaltationẽ, adiicit magnum paruo, generalẽ sententiã proferẽs cũ subditur: Quia omnis qui se &c. Quod dicitur sc̃dm diuinũ iudicium, non sc̃dm humanã consuetudinẽ, secundũ quã plures concupiscentes honorẽ consequũtur, alii vero se humiliantes inglorii remanent. The. Porrò non finaliter nec oĩbus hominib⁹ est reuerẽdus q̃ se honorib⁹ ingerit, sed dũ à q̃busdã honoraꝫ, alii detrahũt ei, & quãdoq; etiam ipsi honorantes. Bed. Sed quoniã hãc admonitionẽ euangelista parabolã vocat, breuiter intuẽdum quid mysticè significet: Quisquis nuptias Christi & ecclesiæ inuitatus adierit, mẽbris ecclesiæ per fidẽ coniũctus non se extollat, quasi sublimior cæteris de meritis gloriando. Dabit enim locũ honoratiori pòst inuitato, cùm illorum qui se in Christo secuti sunt agilitate præitur: & cum rubore nouissimũ locum tenet, quando de aliis meliora cognoscens, q̃quid de sua operatione celsum sentiebat, humiliat. Sed recũbit aliquis in nouissimo loco secũdum illud: Quãto magn⁹ es, humilia te in oĩbus. veniens aũt dñs quem humilem inuenerit, amici nomine beatificans ascendere superius præcipiet. Quicunq; enim humiliauerit se sicut paruul⁹, hic est maior in regno cælorum. pulchrè autem dicitur: Tũc erit tibi gloria, ne nũc q̃rere incipias quod tibi seruatur in fine. Potest etiã & hoc in hac vita intelligi, quia quotidie dominus suas nuptias intrat, supbos despiciens, & humilibus sẽpe tãta sui spũs onera prẽstans, vt discũbentium. i. fideliũ cœt⁹ eos admirãdo glorificet. Ex cõclusione vero generali quæ subditur manifestè claret prẽcedentem domini sermonẽ typicè intelligendum. Neq; enim omnis qui se corã hominib⁹ exaltat humiliatur, aut qui se in conspectu hominũ humiliat exaltatur ab eis: sed qui se de meritis eleuat, humiliabitur à domino: & qui se de beneficiis humiliat, exaltabitur ab eo.

Doctrina moralis.

Exẽplũ pulchrũ.

Intellectus allegoricus.

Dicebat autẽ & ei qui se inuitauerat: Cũ facis prandiũ aut cœnã, noli uocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos neque uicinos, neque diuites: ne forte & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio: sed cũ facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

Theo. Ex duabus partibus cœna cõposita. s. ex vocãtibus & vocatis, partẽ vocatorum ad humilitatẽ iã monuerat, consequẽter vocantẽ monẽdo remunerat retrahẽs eũ ne gratia hominũ conuiuaret. vñ dicit: Dicebat autẽ ei, &c. Chry. Multæ causæ sunt q̃bus amicitię fœdus contrahit, & illicitas quidem ꝑtermittimus, ꝓponemus aũt naturales & morales: naturales quidẽ, puta patris ad filiũ, fratris ad fratrẽ, & aliorũ huiusmodi: qđ significat, dicẽs: Neq; fratres neque cognatos: morales autẽ sunt puta cõuiua fact⁹ est, aut cõuicinus est: & quãtum ad hos dicit, Neq; vicinos. Bed. Fratres igit̃ & amicos & diuites alterutrũ cõuiuia celebrare nõ quasi scelus interdicit, sed sicut cætera necessitatis humanæ cõmercia, ad promerenda vitæ cælestis prẽmia nil valere ostendit. vñ subdit: Ne forte & ipsi te reinuitent & fiet tibi retributio. Nõ ait, Et fiet tibi peccatũ. Cui simile est id qđ alibi dicit: Et si benefeceritis his q̃ vobis benefaciũt, quę vobis est gratia? Sũt tamen quędã mutua fratrũ vicinorumq; cõuiuia quæ non solũ in ꝑsenti retributionẽ, sed & dãnationem ꝓcipiunt in futuro: quæ autẽ collatione omniũ celebrantur, aut vicibus solẽt à contubernalibus exhiberi, in quibus ad hoc cõuenitur vt fœda gerãtur copia vini, & incitetur libidinis diuersa voluptas. Chryso. Non igitur hac ꝛpe aliis beneficia conferamus, vt nobis retribuant. Hæc enim frigida est intentio. vnde talis amicitia celerius euanescit. Si vero pauperem vocaueris, deũ nũquã obliuiscentem habebis debitorẽ. vnde sequitur: Sed cũ facis conuiuiũ, &c. Quanto enim minor est frater, ꝓtanto magis per eum Christus accedit & visitat. Nam qui magnũ suscipit, sẽpe propter vanã gloriam facit: sed vtilitas pluries quæritur, vt promoueatur per illum. Possem quidem plures proponere ob hoc celẽberrimos sanctorũ colẽtes, vt illis mediantibus ampliorẽ gratiam obtineãt principũ. Non igitur illos quæramus qui nobis retribuere possunt. Sequitur enim: Et beatus eris, quia nõ habent retribuere tibi. Nõ ergo turbemur, cũ non recipimus beneficii cõpensationem, sed cũ receperimus: quoniã si receperimus, nõ amplius recipiemus illic: sed si minimè retribuat homo, tunc tibi deus retribuet. vnde sequit: Retribuetur enim &c. Beda. Etsi omnes resurgunt, iustorũ tamen resurrectio dicit̃, quia in hac resurrectione beatos se esse non dubitãt. Ergo qui pauperes ad cõuiuium vocant, in futuro ꝓmia recipient. Qui aũtẽ amicos fratres & diuites vocat, recepit mercedẽ suã. Sed si hoc ꝓpter deum facit in exemplũ filiorũ Iob, sicut cẽtera fraternę dilectiõis officia ipse qui iussit remunerat. Chry. Sed dicis, immũdus est pauper & sordidus: laua eum, & fac tecũ in mensa sedere. Si vestes sordidas habet, mũdum indumentũ exhibeas. Christ⁹ accedit per eum, & tu friuola loqueris? Greg. Nise. Nõ ergo negligas iacentes quasi nullo sint digni: cogita quid sint, & preciositatẽ eorũ inuenies. Saluatoris induerunt imaginem futurorũ bonorũ hęredes, regni clauigeri, accusatores & excusatores idonei, nõ loquentes, sed inspecti à iudice. Chry. Decet ergo eos sursum in solario suscipere: si nõ placet, saltẽ deorsum, vbi sunt subiugalia & famuli Christũ suscipias, fiat saltẽ pauper æditu⁹. Vbi em̃ est eleemosyna, nõ audet intrare diabolus. & si non secũ consedeas, mitte saltẽ eis de mẽsa fercula. Origen. Mysticè vero qui vanã gloriam vitat, vocat ad spiritale cõuiuiũ pauperes. i. imperitos, vt ditet: debiles, hoc est læsam conscientiã habentes, vt sanet: claudos. i. declinãtes à ratione, vt rectas sẽmitas faciant: cęcos, id est qui carent contemplatione veritatis, vt veram lucẽ videãt. Quòd autem dicitur: Non possunt retribuere tibi, id est non nouerunt responsum proferre.

Causę amicitiæ.

Allegorica expositio.

Hæc cùm audisset quidam de simul discũbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno dei. At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnã, & uocauit multos: Et misit seruum suũ hora cœnæ dicere inuitatis ut uenirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire & uidere illam. Rogo te habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo nõ possum uenire. Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tũc iratus paterfamilias dixit seruo suo: Exi cito ĩ plateas & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos intro duc huc. Et ait seruus: Domine factũ est ut ꝑcepisti, & adhuc locus est. Et ait domin⁹ seruo: Exi in uias & sepes, & cõpelle ĩtrare, ut ꝛpleatur domus mea. Dico autẽ uobis quòd nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cœnam meam.

Recõpẽsatio in iudicio.

Euse. Docuerat suprà dñs præparare conuiuiũ repẽdere nequeũtibus, cũ sit recompensandũ in resurrectione iustorum: ideo quidã intelligens vnum & idem esse resurrectionẽ iustorũ & regnum dei, recompẽsationem prędictam cõmendat. Sequitur em̃: Hæc cùm audisset, &c. Cyril. Homo iste animalis erat nõ diligenter perciens ea quę Christus ꝓtulerat, putauit em̃ corporeas esse remunerationes sanctorũ. Aug. de ver. do. Vel quia in longinqua iste suspirabat, & panis iste quem desiderabat, ante illũ discũbebat. Quis enim est panis regni dei, nisi qui dicit: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi? nolite parare fauces, sed cor. Beda. Sed quia nõnulli hunc panem fidetenus quasi odorando percipiũt, dulcedinem vero eius attingere veraciter gustando fastidiunt: subiecta parabola dominus taliũ torporem cęlestibus epulis dignum nõ esse redarguit. Sequitur enim: At ille dixit ei, Homo quidam fecit cœnam, &c. Cyril. Homo iste deus pater est, secũdum quod imagines ad similitudinem veritatis figurãtur. Chryso. Quoties enim punitiuam suã virtutem indicare vult deus, Vrsa, Pardus, Leo, & huiusmodi nuncupatur: quando vero misericordiam exprimere vult, dicitur homo.

Cœna mystica.

Cyril. Hic ergo conditor omniũ atque glorię pater parauit cœnam magnam in Christo peractã. In nouissimis enim temporibus & quasi in occasu nostri seculi illuxit nobis dei filius, & mortẽ pro nobis sustinens, dedit nobis proprium corpus comedere, vnde & agn⁹ in vespere immolabatur iuxta legem Mosaicã. merito igitur cœna dictum est paratum in Christo conuiuium. Grego. in hom. Vel fecit cœnã magnam, quia satietatem nobis dulcedinis ætęrnę ꝓparauit: q̃ vocauit multos, sed pauci veniunt: quia nonnũquam ipsi qui ei per fidem subiecti sunt, ætęrno eius cõuiuio viuendo contradicunt. Hoc autem distare inter delicias corporis & cordis solet, quòd corporales delicię cùm nõ habentur, graue in se desyderium accendunt: cũ vero habitę edũtur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contrà spiritales deliciæ cũ non habentur, in fastidio sunt: cùm vero habentur, in desyderio. Sed superna pietas cõtẽptas illas delicias ad memorię nostræ oculos reuocat: atq; vt fastidiũ nostrũ repellere de beamus inuitat. vnde sequit: Et misit seruũ suũ, &c. Cyril. Iste seruus q̃ missus est, ipse Christ⁹ est, qui cũ esset naturaliter deus & verus dei filius, exinaniuit seipsum formã serui accipiẽs. Missus est autẽ hora cœnę, nõ em̃ à prĩcipio verbũ patris nostrã naturam susceꝑit, sed in nouissimo tempore. subdit autẽ: Quia parata sunt om. Parauit enim pater in Christo bona collata mũdo per ipsum, peccatorũ amotionem, spiritus sancti participationem, adoptionis splendorẽ, ad hoc vocauit Christ⁹ per euangelica documẽta. Augu. de ver. do. Vel ali. Homo iste mediator est dei & hominis Christus Iesus. Misit vt venirent inuitati. i. permissos vocari ꝓphetas, qui olim inuitabãt ad cœnã Christi sæpe missi sunt ad populum Israel, sæpe vocauerũt vt ad horã cœnę venirẽt. Illi inuitantes acceperũt, cœnam repudiarũt, ꝓphetas legerunt, & Christũ occiderunt, & tũc nobis cœnã nescientes parauerũt. Parata iam cœna. i. ĩmolato Christo missi sunt apostoli ad quos missi fuerant ante ꝓphetæ. Grego. in ho. Per hũc ergo seruum qui à patrefamilias ad inuitãdum mittitur, prædicatorũ ordo significatur. sæpe autẽ solet euenire, vt ꝑsona potens famulũ habeat despectũ, cũq; per eum dñs aliquid mandat, nõ despicit̃ persona loquentis serui, quia seruatur in corde mittentis reuerentia domini. Offert ergo deus qđ rogari debuit non rogare, dare vult quod vix sperari poterat, & tamen simul oẽs excusant. Sequit̃ em̃: Et cœpe. s. om. excu. Ecce homo diues inuitat, & pauperes occurrere festinant: ad dei inuitamur cõuiuiũ, & nos excusamus. Aug. de ver. do. Tres autẽ fuerũt excusationes de quib⁹ subditur: Primus di. ei: Villam emi, &c. In villa empta dominatio notatur. ergo ꝛpsa castigatur vitium primum. prim⁹ enim homo dominari voluit, qui dominiũ habere noluit. Greg. in ho. Vel per villam terrena substantia designatur. Exit ergo videre illam, qui sola exteriora cogitat propter subst̃tiam. Ambro. Sic igitur emeritæ militiæ viro contẽnendarum stipendium prẽscribitur facultatum, quòd neq; ille qui studiis intent⁹ inferioribus, possessiones sibi terrenas coemit, regnum cæli possit adipisci, cùm domin⁹ dicat: Vẽde omnia tua & sequere me. Sequitur: Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Augu. de ver. do. Quinque iuga boum, sensus carnis huius quinque numerantur. In oculis visus est, in auribus auditus, in naribus odoratus, in faucibus gustus, in omnibus membris tactus. Sed quia iuga sunt in tribus prioribus sensib⁹ facilius apparet. Duo sunt oculi, duę aures, geminę nares. Ecce tria iuga: & in faucibus, id est sensu gustãdi geminatio quædam inuenitur: quia nihil gustando sapit, nisi lĩgua & palato tãgatur. Voluptas carnis quæ ad tactũ pertinet occultè geminaꝫ, est & forinsec⁹ & intrinsecus. Dicuntur autem iuga boũ, quia per sensus istos carnis terrena requirũtur. Boues enim terrã versant, homines autem remoti à fide terrenis dediti nolũt credere aliquid nisi ad quod sensu corporis peruenĩũt quinq; partito. Non (inquit) ego credo, nisi quod video. Si talia cogitarem⁹, quĩq; illis iugis boũ à cœna nõ impediremur. vt noueritis aũt istorũ quinq; sensuũ non delectationẽ quæ mulcet, & ingerit voluptatẽ, sed curiositatẽ quandam notatã fuisse, non ait: quinq; iuga boũ emi, eo pascere illa, sed eo probare illa. Greg. in hom. Corporales etiã sensus, quia interna cõprehendere nequeũt, sed sola exteriora agnoscunt, rectè ꝑ eos curiositas designat: quæ dum alienam quęrit vitã discutere sup sua intima, nescięs studet exteriora cogitare. Sed notãdũ q̃ is qui

tropologica expositio.

Christ⁹ dicitur seruus.

Universidad de Deusto Biblioteca

propter villã & is qui propter probanda iuga boum à
cœna sui inuitatoris se excusat, humilitatis verba pmi
scet.dum enim dicit, Rogo,& venire contẽnit:humili
tas sonat in voce,supbia in actione.Sequitur:Alius di-
xit, Vxorem du.& ideo nõ pos.venire. Aug. de ver.do.
Ista est voluptas carnis quę multos impedit vtinã foris
& non int⁹. Qui enim dixit, Vxorẽ duxi, carnem am-
plexatur,carnis voluptatibus iocũdatur, à cœna excu-
satur:obseruet ne fame ĩterna moriatur.Basi.Dicit au-
tem,Non possum venire:eo quòd intellectus humanus
vergẽs ad mũdanas illecebras debilis est ad agendum.
Grego.in ho.Quãuis autẽ bonum sit coniugium, atq;
ad propagãdam sobolem diuina ꝓuidẽtia cõstitutum,
nonnulli tamen ꝑ hoc non fœcũditatem prolis,sed de-
syderia expectãt voluptatis.Et idcirco per rem iustã si-
gnificari potest non incõgruè res iniusta. Ambro. Vel
coniugium nõ reprehenditur,sed ad maiorẽ honorẽ vo
catur integritas:quoniam mulier innupta cogitat quę
sunt domini,vt sit sancta corpore & spiritu:quę autem
nupta est,cogitat quę sunt mũdi. Augu.de ver.do. Ioan
nes autem dicens,Omne quod est in mũdo concupiscẽ
tia carnis est,&concupiscẽtia oculorum,& ambitio se
culi:inde cœpit vbi euãgelium terminũ posuit.Concu
piscentia carnis vxorem duxi, concupiscentia oculorũ
quinq; iuga boum emi, ambitione seculi villã emi . A
parte autem in totũ commemorati sunt quinq; sensus
per solos oculos,quorũ est in quinque sensibus princi-
patus:ꝓpterea cũ proprie ad oculos ꝑtineat visus, ipsũ
videre per oẽs quinq; sensus solemus appellare. Cyril.
Quos autẽ intelligemus fuisse hos qui renuerunt p̃di-
ctorũ causa venire,nisi præsides Iudæorũ, quos per to-
tam sacram paginã de his redargutos esse videmus? O-
rige.Vel aliter:Hi qui villã emerunt & refutant cœnã,
sunt qui receperũt alia dogmata diuinitatis, nec exꝑti
sunt verbum quod possidebãt. Is autẽ qui quinq; paria
boum emit,est qui naturã intellectualẽ contẽnit,& sen
sibilia sequitur: vnde incorporeã naturam cõprehende
re non potest.Qui autẽ vxorem duxit,est qui coniũct⁹
est carni,voluptatũ magis amator q̃ dei. Ambrosi. Vel

Tria genera hominum.

tria genera hoĩm à consortio istius cœnę ęstimem⁹ ex-
cludi:gentiliũ,Iudæorum,& hæreticorum.Iudęi corpo
rali mysterio iuga sibi legis imponũt. Quinq; autẽ iu-
ga sunt verborum decẽ, vel quinq; libri veteris legis.
At vero hæresis velut Eua fœmineo rigore fidei tentat
affectum.Et apostolus dicit auaritiã esse fugiẽdam, ne
impediti more gẽtili ad regnũ Christi ꝑuenire nequea
mus:ergo & ille qui villã emit alienus à regno est,& il
le qui iugum potius legis q̃ gratię munus elegit,& ille
qui se ꝓpter ducẽdã excusat vxorẽ.Sequitur: Et re.ser.
nũcia.hæc dño suo. Aug.quinto sup Gene.ad literam.
Non propter inferiorũ scientiam deus nũciis indiget,
quasi per eos fiat scientior:sed nouit oĩa stabiliter, atq;
incõmutabiliter.Habet autẽ nũcios,ꝓpter nos & pro-
pter ipsos,quia illo modo deo parere & assistere, vt eũ
de inferioribus consulãt eiusq; supnis iussis obtempe-
rent bonum est eis in ordine proprię naturæ.Cyril.Iu-
dæorum autẽ primatibus vocationẽ renuentibus,sicut
ipsi dicebãt:Nũquid aliquis principum credidit in eũ?
indignatus est paterfamilias, quasi eis dignis indigna-
tione & ira.vnde sequit:Tũc ira.paterfamilias. Beda.
Non quòd irę passio diuinæ substãtiæ accidat, sed talis
operatio,quę in nobis ab ira fit,dei ira &ĩdignatio di-
citur.Cyril.Sic ergo indignatus dicitur paterfamilias
in principes Iudæorũ,& vocati sunt loco eorũ,qui erãt
de multitudine Iudæorum fragilem & impotentẽ men
tem habentes. Loquente enim Petro,primo quidẽ tria
milia,deinde quinq; milia crediderunt, & postmodum
plurimus popul⁹.vnde dicitur:Dixit seruo suo:Exi ci-
to in plateas & vicos &c. Ambro. Inuitat autem pau-
peres,debiles & cæcos,vt ostẽdatur quòd nullũ debili
tas corporis excludit à regno,rariúsque delinquat, cui
desit illecebra peccãdi:vel quòd infirmitas peccatorũ,
per misericordiam domini remittatur. vnde mittit ad
plateas,vt de latioribus vitiis ad angustã venirent viã.

Pauperes eligũtur.

Grego.in ho.Quia ergo venire superbi renuunt, pau-
peres eligũtur.dicũtur enim debiles,& qui iudicio suo
apud semetipsos infirmi sunt.nam pauperes & quasi for
tes sunt,qui positi in paupertate superbiũt: cæci sunt,
qui nulli⁹ ingenii lumen habent:claudi sunt,qui rectos
gressus in operatione non habent. Sed dum horum vi-
tia in membrorum debilitate significãtur, sicut illi pec
catores fuerunt,qui vocati venire noluerũt, ita hi quo
que qui inuitãtur & veniũt:sed peccatores superbi re-
spuuntur,humiles eligũtur.Hos itaq; eligit deus,quos
despicit mundus:quia plærũq; ipsa despectio hominem
reuocat ad semetipsum. Et tanto celerius vocẽ dei ali-
qui audiunt,quãto in hoc mundo nõ habent vnde dele
ctetur.Cum ergo de vicis & plateis ad cœnã quosdam
dominus vocat,illũ populum designat,qui tenere legis
vrbanam cõuersationẽ nouerat. Sed multitudo quę ex
Israel populo credidit,locum superni cõuiuii non im-
pleuit.vnde sequitur:Et ait seruus,Domine,&c. Intra
uit enim iam frequẽtia Iudæorum,sed adhuc locus va-
cat in regno vbi suscipi debeat numerositas gentiũ. vn
de subditur: Et ait. do. se. Exi in &c. Cum conuiuas
suos colligi ex viis & sepibus præcepit,agrestem popu
lum,id est gentilem quærit.Ambro. Vel mittit ad vias
& circa sepes,quia hi apti sunt in regno cælorũ,qui nul
lis pręsentiũ cupiditatibus occupati, ad futura festinãt
in quodam bonę voluntatis tramite constituti, & qui
modo sepis quæ ab incultis culta secernat, & incursus
arceat bestiarum, norit bona malaque distinguere, &
aduersus tentamenta nequitiæ spiritualis fidei muni-
mem prætendere.Augu.de ver.do. Venerũt de plateis
& vicis gentes,veniunt de sepib⁹ hæretici. Nam sepes
qui construunt,diuisiones quęrunt. abstrahãtur à sepi-
bus, euellantur à spinis:sed cogi nolunt,voluntate in-
quiunt nostra intremus.Non hoc dominus imperauit,
coge (inquit) intrare.foris inueniatur necessitas,nasci
tur inde voluntas. Grego.in hom. Qui ergo huius mũ
di aduersitatibus fracti ad dei amorem redeũt, compel
luntur intrare. Sed valde tremẽda est sentẽtia quę sub-
infertur, Dico autem vobis quòd nemo virorum illo-
rum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. Nemo er
go contemnat,ne dum vocatus excusat, cùm volunta-
tem habuerit intrare non valeat.

*Ibant autem turbæ multæ cũ eo,& conuersus dixit ad il-
los:Si quis uenit ad me,& non odit patrẽ suum,& matrem,
& uxorem,& filios, & fratres, & sorores,adhuc autẽ &
animam suam , non potest meus esse discipulus . Et qui non
baiulat crucem suam & uenit post me : non potest meus esse
discipulus.*

Greg.in ho.Ad audita cęlestia prẽmia inardescit anĩ
mus,iãq; illic cupit assistere,vbi se sperat sine fine gau-
dere:sed ad magna p̃mia perueniri non potest nisi ꝑ ma
gnos labores.vnde dicit:Ibãt a.t.mul. cũ eo, &c. The.
Quia enim multi comitantium ipsum non ex toto affe
ctu,sed tepidè sequebãtur, ostendit qualem deceat esse
suum discipulum.Grego.in ho.Sed percõtari libet quo
modo parentes & carnaliter propĩquos pręcipimur o-
disse qui iubemur & inimicos diligere?Sed si vim p̃ce-
pti perpendimus, vtrũq; agere per discretionẽ valem⁹:
vt eos qui nobis carnis cognatione coniuncti sunt, &
quos ꝓximos nouimus diligamus, & quos ad uersarios

in via dei patimur,odiẽdo & fugiẽdo nesciamus.Quasi
enim per odiũ diligitur qui carnaliter sapiẽs dum pra-
ua nobis ingerit,non auditur.Ambro.Etem si propter
te dñs suę renũciat matri dicens: Quæ est mater mea,
& qui fratres mei?cur tu dño tuo cupias anteferri? Sed
neq; ignorare naturã neq; sæuire dñs iubet, sed ita in-
dulgere naturę,vt venereris auctorẽ,nec à deo parentũ
amore desistas.Greg.in ho. Vt autẽ dominus demõstra
ret hoc erga ꝓximos odium nõ de affectione ꝓcedere,
sed de charitate,addidit dicẽs:adhuc autẽ & animã suã.
Constat ergo quia amando debet odisse ꝓximũ qui sic
eum odit sicut seipsum: tũc enim bene animã nostram
odimus, cũ eius carnalibus desideriis nõ acquiescim⁹,
cum eius appetitũ frangimus, eius voluntatibus relu-
ctamur.Quæ ergo cõtempta ad melius ducit,quasi per
odium amatur.Cyril. Non est autẽ fugiẽda vita qua in
corpore viuitur,sed seruanda sicut & Paulus seruauit,
vt Christum adhuc viuẽs in corpore p̃dicaret. Sed vbi
oportebat vitã contemnere vt cursum consummaret,
nec animam preciosam sibi esse fatetur. Gregor.in ho.
Hoc autẽ animę odiũ qualiter exhiberi debeat manife
stat subdens:Qui non baiulat crucẽ suam, &c. Chrys.
Non autẽ hoc dicit vt trabẽ sup humeros apponamus,
sed vt semper mortẽ prę oculis nostris habeamus:sicut
& Paulus moriebatur quotidie, & mortem cõtemne-
bat.Basi.Crucẽ etiam tollens mortem domini annun-
ciabat,dicens:Mihi mũdus crucifixus est, & ego mun-
do.quod etiam nos in ipso baptismate anticipam⁹, vbi
vetus homo noster crucifixus est, vt destruatur corpus
peccati.Grego.in ho. Vel quia crux à cruciatu dicitur,
duobus modis crucẽ domini baiulamus: cũ autper ab-
stinentiam carnem affligimus, aut per compassionẽ ꝓ-
ximi,necessitatem illius nostrã putamus. Sed quia nõ-
nulli carnis abstinentiã non pro deo, sed pro inani glo
ria exhibent, & compassionem non spiritualiter sed
carnaliter impendunt,rectè additur:& venit post me.

Crucis baiulatio.

Baiulare enim crucem & post dominum ire, est vel car
nis abstinentiam, vel compassionem proximorum pro
studio æternæ intentionis exhiberi.

* non

*Quis enim ex uobis uolẽs turrim ædificare, * nõne prius
sedens cõputat sumptus qui necessarij sunt,si habeat ad per-
ficiendum? ne postea quam posuert fundamẽtum, & non po
tuerit perficere,omnes qui uident,incipiant illudere ei, dicẽ-
tes:Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consum-
mare . Aut quis rex iturus committere bellũ aduersus alium
regem, * nõne sedens prius cogitat si poßit cum decem mili-
bus occurrere ei,qui cum uiginti milibus uenit ad se? Alio-
quin adhuc illo longe agente , legationem mittens , ro-
gat ea quæ pacis sunt . Sic ergo omnis ex uobis qui non re-
nunciat omnibus quæ possidet,nõ potest meus esse discipulus.*

* non

Grego.in ho.Quia sublimia præcepta data sunt,pro
tinus comparatio ædificãdę sublimitatis adiũgitur cũ
dicitur: Quis enim ex vobis volens turrim ædificare,
&c.Omne enim quod agimus, præuenire per studium
cõsiderationis debemus.Si igit humilitatis turrim cõ-
struere cupimus, prius nos p̃parare ad aduersa hui⁹ se-
culi debemus. Basi. Vel turris est alta speculatio ad cu

Intellectus cõparatur turri.

stodiam ciuitatis & ꝑceptionem hostilium occursum
apta:ad huius instar nobis datus est intellectus conser-
uatiuus bonorũ,pręmeditatiuus contrariorum: ad hu-
ius ædificationẽ præcipit dominus sedẽtes ponere cal-
culum, si suppetat facultas ad finem. Grego.Nise.Insi-
stendum est enim vt cuiuslibet ardui propositi termi-
nus attingatur variis augmentis mãdatorum dei con-
summando opus diuinũ.nam neque lapis vnus est tota
turris fabrica, neque vnicum mandatum ducit ad ani-
mę perfectionem.Sed fundamẽtum oportet subsistere,
& secũdum apostolum insuper apparatus est auri & ar
genti & preciosorum lapidũ apponendus. vnde subdi-
tur:Ne postea quàm posuerit fundamẽtum,&c. Theo.
Nos enim debemus ponere fundamẽtum , id est sequi
Christi initium, & finẽ non imponere,sicut illi de qui-
bus Ioãnes dicit quòd multi ex discipulis eius abierũt
retrorsum.Vel fundamẽtum intellige doctrinalem ser-
monem, puta de abstinentia. Opus est igitur prædicto
fundamento operationis ædificiũ, vt perficiatur nobis
turris fortitudinis à facie inimici.Alioquin deridet ho
mo à vidẽtibus eum tam hominib⁹ quàm dæmonibus.
Grego.in hom.In bonis enim operationib⁹ intẽti nisi
contra malignos spiritus solicitè vigilemus, ipsos irri-
sores patimur, quos ad malũ persuasores habemus.Sed
ex minori ad maius similitudo subdit, vt ex rebus mi-
nimis maiora pensentur.Nã sequitur:Aut quis rex itu
rus committere bellũ aduersus aliũ regem, nónne pri⁹
sedens cogitat si possit cũ decem milibus occurrere ei
qui cũ viginti milibus venit ad se? Cyril. Incumbit e-

Prælia spũalia quę sint.

nim nobis prælium cõtra spiritualia nequitiæ in cæle-
stibus. Vrget autem nos & aliorum hostium multitu-
do,carnale flagitium,lex sæuiẽs in membris nostris,&
variæ passiones hoc est dira hostium multitudo. Augu.
de quæst.euã. Vel decem milia pręliaturi cum rege qui
habetviginti milia significãt simplicitatẽ christiani ho
minis dimicaturi cum duplicitate diaboli. Theophi.
Est autem rex peccatum regnãs in nostro mortali cor-
pore,sed & noster intellectus creatus est rex:ergo si re-
pugnare velit peccato,toto animo cogitet secũ . Nam
dæmones sunt peccati satellites,qui vidẽturviginti mi
lium numero pręcellere decẽ milia nostrum : qa cũ in-
corporei sint, nobis cõparati corporeis multo maiorẽ
fortitudinem habere cẽsentur. August.de quæst.euãge.
Sicut autẽ de turri nõ perfecta per opprobrium deter-
ruit dicentium,quia hic homo cœpit ædificare,& non
potuit cõsummare:sic in rege cũ quo dimicandum est,
ipsam pacem accusauit cũ subdit: Alioquin adhuc illo
longe agente legationẽ mittẽs rogat ea quę pacis sunt.
Significans etiam minas imminẽtium tentationũ à dia
bolo non sustinere eos qui renũciant omnib⁹ quæ pos-
sident,& pacem cum eo facere cõsentiendo illi ad com
mittendum peccata.Grego.Vel aliter: In illo tremẽdo

tropologica expositio.

examine cum rege nostro ex æquo ad iudiciũ non ve-
nimus,decẽ milia quippe ad viginti milia, simplum ad
duplum sunt. Cũ duplo ergo exercitu contra simplum
venit, quia nos vix in solo opere p̃paratos simul de o-
pere & cogitatione discutit. Dũ ergo adhuc longe est,
quia adhuc pręsens ꝑ iudicium non videt, mittam⁹ ad
eum legationẽ lachrymas nostras,misericordię opera,
hostias placationis, hæc est nostra legatio, quæ regem
venientem placat.Augu.ad Lętũ.Quomodo autẽ per-
tineant istæ similitudines ipsa occasione satis aperuit,
dicens:Sic ergo omnis ex vobis q non renũciat oĩbus
quæ possidet,non potest me⁹ esse discipulus.Itaq; sum-

tropologica expositio.

ptus ad turrim ædificandã, & valẽtia decẽ milium ad-
uersus regẽ qui viginti milia habet nihil aliud est q̃ vt
renũciet vnusquisq; oĩbus quę sunt eius.Pręlocutio au
tem superior,cũ extrema locutione cõcordat: in eo eñ
quòd adhuc renũciat oĩbus quæ sunt eius, etiã illud cõ
tinet,vt oderit patrẽ suum aut matrẽ & vxorẽ & filios
& fratres & sorores,adhuc & animã suam.Oĩa eñ hęc
ꝓpria alicuius sunt quæ plęrũq; implicant & impediũt
ad obtinẽda non ista propria tẽporaliter transitura sed
in æternũ mãsura cõmunia. Basi. Est autẽ intentio dñi
per exempla prędicta,non vtiq; prębere potestatẽ eius
discipulũ fieri vel non fieri sicut licet, vel nõ inchoare
fundamentũ, vel tractare pacẽ,sed ostẽdere impossibi-

litatē diuini beneplaciti obſeruandi inter diſtrahētia animā, inter quę periclitat facta venalis ab aſtutiis dęmonis. Beda. Diſtat autē inter renunciare omnibus & relinquere omnia. paucorū enim pfectorū eſt relíquere omnia, hoc eſt curas mūdi poſtponere: cūctorum aūt fidelium eſt renūciare omnibus, hoc eſt ſic tenere quæ mundi ſunt, vt tamen per ea non teneantur in mundo.

Bonum eſt ſal. Si autem ſal euanuerit, in quo condietur? Neque in terram, neque in ſterquilinium utile eſt, ſed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

Beda. Dixerat ſuperius turrim virtutū non ſolū conſummandam, ſed etiā inchoādam: ad quod pertinet qđ dicitur, Bonum eſt ſal. Bonum eſt ſale ſapientię ſpiritalis cordis archana cōdire, imò cū apoſtolis ſal terrę fieri. Euſe. Sal enim ſecūdum ſubſtantiam quidē ex aqua conſtat & ſpiritu, modicū quid terreſtreitatis participans: deſiccat autē fluidam naturam corruptorum corporū, vt mortua corpora conſeruet. Merito igitur diſcipulos ſuos cō parat ſali, eo quòd ipſi regenerati ſūt per aquā & ſpiritū. Cūque toti ſpiritaliter viuerent & nō ſecūdum carnem, ad modū ſalis corruptā vitam hominum in terra degentiū conuertebant, & virtuoſa vita ſuos ſequaces oblectādo condiebant. Theo. Nō ſolum autem eos qui donati ſunt magiſtrali gratia, ſed etiam idiotas expoſcit ad modum ſalis fieri vtiles proximis. Si vero qui futurus eſt vtilis aliis fiat reprobus, iuuari non poterit. vñ ſequit: Si autē ſal euanuerit, in quo condietur? Beda. q. d. Si quis ſemel condimēto veritatis illuminatus ad apoſtaſiam redierit, quo alio doctore corrigetur? qui. ſ. eam quā ipſe guſtauit ſapiētię dulcedinē, vel aduerſis ſeculi pterritus, vel illecebris illectus abiecit. vñ ſequit: Neq; in terrā, &c. Sal enim cū ad condiēdos cibos carnēſq; ſiccādas valere deſierit, nulli iā vſui aptum erit. Neque enim in terrā vtile eſt, cuius iniectu germinare prohibetur: neq; in ſterquiliniū agriculturæ profuturum: ſic qui poſt agnitionē veritatis retrocedit, neq; ipſe fructū boni operis ferre, nec alios excolere valet, ſed foras mittendus eſt, hoc eſt ab eccleſiæ vnitate ſecernendus. The. Verū quia ſermo parabolicus & obſcurus erat, excitās dñs auditores ne qualitercūque acciperent qđ dictū eſt de ſale, ſubdit: Qui habet aures audiendi audiat, hoc eſt ſi cui ſapientia ineſt intelligat. Aures enim hic cognoſcitiuā vim animę & aptitudinē intelligendi accipere debemus. Beda. Audiat etiā non contemnendo, ſed obediendo & faciendo quæ dicit.

Salis myſtię' intellectus

CAP. XV.

Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, ut audirent illum: & murmurabant phariſæi & ſcribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & māducat cū illis. Et ait ad illos parabolam iſtam, dicēs: Quis ex uobis homo qui habet centum oues, & ſi perdiderit unam ex illis, nónne dimittit nonagintanouem in deſerto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens, & ueniens domum, conuocat amicos & uicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico uobis quòd ita gaudium erit in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſupra nonaginta nouem iuſtis qui non indigent pœnitentia.

Ambro. Didiceras in ſuperioribus, ſecularibus occupationibus nō teneri, caduca nō præferre ppetuis. Sed quia fragilitas humana firmū nequit in tanto ſeculi lubrico tenere veſtigiū, etiā aduerſus errorē remedia tibi bonus medicus demōſtrauit, ſpem venię iudex miſericors non negauit. vñ ſubdit: Erant autē appropin. ei &c. Glo. i. qui publicae exigūt vectigalia vel conducūt, & qui lucra ſeculi per negocia ſectātur. Theo. Hoc em̄ exequebatur cuius cauſa carnem ſuſceperat, admittens peccatores, ſicut medicus ægrotātes. Sed phariſæi vere criminoſi huic pietati murmure cōpenſabant. vnde ſequitur: Et murmu. phariſæi &c. Greg. in ho. Ex qua re colligitur, quia vera iuſtitia cōpaſſionē habet, falſa dedignationem, quāuis & iuſti ſoleant rectè peccatorib⁹ indignari. ſed aliud eſt quod agitur typo ſupbiæ, aliud quod zelo diſciplinæ. quia iuſti & ſi foris ſcrepationes per diſciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem ſeruant. Præponunt ſibi in animo ipſos plærūque quos corrigunt, quod agentes per diſciplinā ſubditos & per humilitatem cuſtodiūt ſemetipſos. At contrà hi qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quoſq; deſpiciunt, nulla infirmātibus miſericordia cōdeſcendunt. Et quo ſe peccatores eſſe nō credūt, eo deterius peccatores fiunt: de quorum numero phariſęi erant, qui diiudicātes dominū quòd peccatores ſuſciperet, arenti corde ipſum fontē miſericordię reprehēdebāt. Sed quia ægri erāt ita vt ægros ſe eſſe neſcirēt, qua tenus quod erant agnoſcerent, cęleſtis medicus blādis eos fomentis curat. Sequitur em̄: Et ait ad illos parabolam iſtam dicens: Quis ex vobis homo? Similitudinem dedit, quā in ſe homo recognoſceret, & tamen ad auctorem hominū pertineret. quia enim cētenarius perfect⁹ eſt numerus, ipſe cētum oues habuit cū ſanctorū angelorū & hoīm naturā poſſedit. vnde ſubdit: Qui habet centum oues. Cyril. Hinc pcipe latitudinem regni ſaluatoris noſtri. Dicit enim oues eſſe centū, referens numerum ſubiectarū ſibi rationalium naturarū ad integram multitudinē. Eſt enim cētenarius numerus pfectus ex decē decadibus cōſtitutus. Sed ex his vna oberrauit. ſ. genus humanum quod terrā colit. Ambr. Diues paſtor cuius nos omnes centeſima portio ſumus. vnde ſequitur: Et ſi perdiderit vnā ex illis. Grego. Vna ouis tunc perit, quando peccando homo paſcua vitæ reliqt. In deſerto autem nonagintanouē remanſerant, quia rationalis creaturæ numerus, angelorū videlicet & hominum, qui ad videndū deum cōditus fuerat, pereunte homine erat imminut⁹. vnde ſequitur: Nōne dimittit nonagintanouem in deſerto, quia ſcilicet angelorū choros reliquit in cælo. Tunc autē homo cælū deſeruit, cū peccauit. Et vt perfecta ſumma ouiū integraretur in cęlo, homo perditus quærebatur in terra. vnde ſequitur: Et vadit ad illam, &c. Cyril. Nūquid autem ſæuiens in reliquas motus eſt pietate vnius? nequaquā. Sunt enim illæ in tuto, circūſepiente illas potētiſſima dextera: ſed magis oportebat miſereri pereuntis, ne ſperfecta videretur reſidua multitudo. Vna enim reducta ſortitur cētenarius propriā ſpeciem. Augu. de quæſt. euan. Vel illas nonagintanouem dixit quas reliquit in deſerto, ſuperbos ſignificans tanquā ſolicitudinē gerentes in animo dum ſolos ſe videri volunt, quibus ad perfectionē vnitas deeſt. cum enim quiſq; à vera vnitate diuellitur, ſuperbe diuellitur, ſuæ quippe poteſtatis eſſe cupiens, non ſequitur vnum quod eſt de⁹, vni autem deputat omnes per pœnitētiam recōciliatos quæ humilitate obtinetur. Greg. Niſe. Cū autem paſtor inueniſſet ouem, non puniuit, nō duxit ad gregem vrgēdo, ſed ſupponēs humero & portans clementer annumerauit gregi. vnde ſequitur: Et cū inuenerit ouem imponit in humeros ſuos gaudens. Grego. in ho. Ouem humeris ſuis impoſuit, quia humanā naturā ſuſcipiens peccata noſtra ipſe portauit. Inuenta autē oue ad domum redit, quia paſtor noſter reparato homine ad regnū cęleſte rediit. vnde ſequitur: Et veniens domū conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi quia inueni ouē

Iuſtitię veræ cōditio.

Allegorica expoſitio.

Anagogica expoſitio.

meam quæ perierat. amicos & vicinos vocat angelorū choros, quia amici eius ſunt, quia volūtatem eius continue in ſua ſtabilitate cuſtodiūt. Vicini quoq; eius ſūt quia claritatē viſionis illius ſua aſſiduitate perfruūtur. The. Supernę igit virtutes oues dicunt, in eo q̄ omnis natura creata aſpectu dei beſtialis eſt. In eo vero q̄ rationalis eſt, amici & vicini dicunt. Greg. in ho. Et notā dum quòd nō dicit, Cōgratulamini inuētæ oui, ſed Mihi, quia videlicet eius eſt gaudiū vita noſtra, & cū nos ad cælum reducimur, ſolennitatē lætitiæ illius implemus. Ambro. Angeli autē quoniā ſunt rationabiles nō immerito hominū redēptione lætātur. vnde ſequitur: Dico vobis q̄ ita gaudium erit in cęlo ſuper vno peccatore pœnitentiā agente, q̄ ſupra nonagintanouē iuſtis qui non indigent pœnitentia. Hoc ꝓficiat ad incētiua probitatis ſi vnuſquiſq; cōuerſionem ſuā gratam fore credat cœtibus angelorū, aut quorū affectare patrocinium aut vereri debet offenſam. Greg. in hom. Plus aūt de conuerſis peccatoribus q̄ de ſtantibus iuſtis in cęlo gaudium eſſe fatetur, quia plęrūq; hi qui nullis ſe oppreſſos peccatorū molibus ſciūt, ſtant quidem in via iuſtitiæ, ſed tamen ad cęleſtem patriā anxiè non anhelāt, & plęrūque pigri remanent ad exercenda bona præcipua, quia ſecuri ſibi ſunt q̄ nulla cōmiſerint mala grauiora. At contrà nonnunq̄ hi qui aliqua illicita egiſſe meminerunt, ex ipſo ſuo dolore cōpuncti ad amorē dei inardeſcunt. Et quia erraſſe ſe à deo conſyderant, dāna præcedentia lucris ſequētibus recōpenſant. Maius ergo gaudium fit in cælo, quia & dux in prælio plus eum militem diligit, qui poſt fugā reuerſus hoſtem fortiter premit, q̄ eum qui nunq̄ terga præbuit & nunquā aliquid fortiter fecit. Sic agricola illā ampli⁹ terrā amat, quæ poſt ſpinas vberes fruges ꝓfert, q̄ eam quę nūquā ſpinas habuit, & nunquā fertilem meſſem ꝓducit. ſed inter hoc ſciendum eſt, quia ſunt plæriq; iuſti in quorū vita tantū eſt gaudium, vt eis quælibet pctōrum pœnitentia præponi nullaten⁹ poſſit. Hinc ergo colligendū quantum deo gaudium faciat quādo humiliter plangit iuſtus, ſi facit in cęlo gaudium quando hoc quod male geſſit, per pœnitentiam damnat iniuſtus.

Aut quæ mulier habens drachmas decem: ſi perdiderit drachmam unam, nónne accēdit lucernam & euertit domum & quærit diligēter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quā perdideram. Ita dico uobis, quia gaudium erit coram angelis dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

Cyril. Per præcedentem parabolā in qua genus humanū dicebat ouis erratica, docebamur nos fore creatura ſublimis dei qui fecit nos & nō ipſi nos, cuius paſcuę oues ſumus, ſubiūgitur ſecunda parabola, qua genus humanū comparatur drachmę quæ periit. Per quā oſtendit nos ad ſimilitudinē & imaginem regiā factos eſſe. ſ. ſummi dei. Nā drachma nūmus eſt impreſſam habens regiam figurā. vnde dicitur: Aut quæ mulier habens decē drachmas. Greg. in homel. Qui ſignatur per paſtorem, ipſe p mulierem: ipſe enim de⁹, ipſe & dei ſapientia. Angelorum autē & hominū naturā ad cognoſcendum ſe dominus cōdidit, & ad ſimilitudinem ſuam creauit. Decem ergo drachmas habuit, quia nouē ſunt ordines angelorū: ſed vt compleretur electorum numerus, homo decimus eſt creatus. Augu. de quę. euan. Vel in nouē drachmis, ſicut & in nonagintanouē ouib⁹ ponit eorum ſignificationē, qui de ſe præſumentes, peccatoribus ad ſalutem redeuntibus ſe præponunt: vnū enim deeſt & à nouē vt decem ſint, & à nonagintanouē vt centum ſint, cui yni deputat omnes per pœnitentiā reconciliatos. Greg. in hom. Et quia imago exprimitur in drachma, mulier drachmam perdiderat quando homo qui cōditus ad imaginem dei fuerat, peccando à ſimilitudine ſui conditoris receſſit. Et hoc eſt quod ſubditur: Si perdiderit drachmā vnā nōne accendit lucernam? Accendit mulier lucernā, quia dei ſapientia apparuit in humanitate. Lucerna qppe lumen in teſta eſt, lumen vero in teſta eſt diuinitas in carne. Accenſa autē lucerna ſequitur: Et euertit domū. Quia ſcilicet mox vt eius diuinitas per carnē claruit, omnis ſe noſtra cōſcientia concuſſit, quia euerſionis ſermo non diſcrepat in eo quòd in aliis codicibus legitur, Emūdat: quia prava mens ſi non prius prę timore euertitur, ab aſſuetis vitiis non mūdatur: euerſa autem domo inuenitur drachma. Sequitur em̄: Et quęrit diligēter donec inueniat: quia. ſ. cum pturbatur cōſciētia hominis, reparat in homine ſimilitudo cōditoris. Grego. Nazā. Inuenta autē drachma, cęleſtes virtutes facit partıcipes gaudii, quas miniſtras diſpenſationis fecit. vnde ſequit: Et cum inuenerit conuocat amicas &c. Grego. in. hom. Supernæ enim virtutes tāto diuinę ſapiētię iuxta ſunt, quāto ei per gratiā continuę viſionis appropinquāt. Theop. Vel amicæ ſunt vt exequētes voluntatē ipſius, vicinæ vero vt incorporeæ: vel fortè amicę ipſi⁹ ſunt omnes ſupernę virtutes, vicinę vero ſunt ꝓpinquiores. ſ. throni cherubin & ſeraphin. Grego. Niſe. Vel aliter: Hoc reor dominum nobis ꝓponere in inquiſitione pditę drachmę, quia nulla nobis à cęteris virtutibus vtilitas prouenit, quas drachmas vocat, q̄uis præſto ſint omnes vna ſola deficiente animę viduitate qua ſcilicet diuinæ ſimilitudinis nitorem ſortitur, ꝓpter quod primo quidē iubet lucernam accendere. ſ. verbū diuinum quod abſcōdita patefacit. Vel forſan pœnitentię lāpadem, ſed in domo propria. i. in ſeipſo & in ſua cōſcientia oportet perquirere drachmā perditam. i. regis imaginem: quæ non penitus deperiit, ſed eſt tecta ſub ſimo, q̄ ſignificat carnis cōtagia, quib⁹ ſtudioſe abſterſis. i. diluti⁹ p ſolertiā vitę eluceſcit qđ quęritur. vñ oportet ipſam quę inuenit gratulari: necnō ad participia gaudii vocare vicinas. i. contubernales virtutes. i. rationabilē & concupiſcibilē, & innatū iracundiæ affectū. Etſi quæ ſint tales vires circa animā conſiderate: quas docet gaudere in dño, deinde concludēs parabolā ſubdit: Ita dico vobis, gaudiū erit angelis ſup vno peccatore pœnitētiam agēte. Gregorius in hom. Pœnitentiam agere eſt ꝓterita mala plāgere, & plāgenda nō perpetrare: nā qui ſic alia deplorat, vt tamen alia cōmittat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat aut diſſimulat. Cogitādum eſt etiam vt p hoc cōditori ſuo ſatisfaciat, vt qui cōmiſit prohibita, ſibi abſcindere debeat etiam conceſſa: & ſe reprehendat in minimis, qui ſe meminit in maximis deliquiſſe.

vi rtutū nexio.

Ait autē, Homo quidam habuit duos filios & dixit adoleſcētior ex illis, patri: Pater, da mihi portionē ſubſtantiæ quæ me cōtingit. Et diuiſit illi ſubſtātiā. Et poſt nō multos dies cōgregatis omnibus adoleſcētior filius peregrè profect⁹ eſt in regionē longinquā, & ibi diſſipauit ſubſtantiā ſuam uiuendo luxurioſè. Et poſtquam omnia cōſummaſſet, facta eſt fames ualida in regione illa, & ipſe cœpit egere & abijt & adhæſit uni ciuium regionis illius: & miſit illum in uillam ſuā ut paſceret porcos. Et cupiebat implere uentrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat.

Amb. Tres ex ordine Lucas parabolas poſuit: Ouis quę perierat & inuenta eſt, drachma perierat & inuēta eſt, filius qui erat mortuus reuixit, vt triplici remedio prouocati vulnera noſtra curem⁹. Chriſtus vt paſtor te ſuo corpore vehit, quęrit vt mulier eccleſia, recipit de⁹ pater: prīa miſericordia, ſcđa ſuffragatio, tertia recōci-

Universidad de D... Biblioteca

Tres parabolæ notādæ. ſiatio.Chryſ.Eſt etiā inter parabolas ſupradictas ratio
diſtinctionis ſcd̄m perſonas vel mentes peccantium,vt
pater filium recipiat pœnitentē,qui arbitrii ſui liberta
te vtitur vt cognoſcat vnde ceciderit. Paſtor vero ouē
errantem & nō ſapientem reuerti requirat, & humeris
ſuis referat,irrationabili animali imprudentē hominē
comparans,qui alieno dolo circūuentus errauerat ſicut
ouis.Prẹſens ergo parabola ꝓponitur cū dicitur:Ait au
tem,Homo quidā habuit duos filios.Sūt qui dicant de
duobꝰ filiis iſtis ſeniorē āgelos eſſe, iuniorē vero homi
nem ponūt, qui in lōginquam peregrinationem abie-
rit,quādo in terrā de cælis & paradiſo cecidit:& aptāt
conſequentia reſpiciētes ad cauſam vel ſtatū Adæ. Sed
hic ſenſus pius quidē videtur,neſcio tamen ſi verus ſit,
quia iunior filius ad pœnitētiam venit ſua ſpōte recor
datus præteritę abūdantiæ patris ſui.Dominus autem
veniens ad pœnitentiā vocauit humanū genꝰ dum ſpō
te ſua regredi vnde ceciderat non cogitaret:deinde ſe-
nior filius in reditu & ſalute fratris ſui triſtatur,cū do-
minus dicat lætitiā eſſe apud angelos ſuper vno pecca-
Allegoria pulchra. tore pœnitentiam agente.Cyril.Quidā vero per ſenio
rem filium dicūt ſignificari Iſrael ſecundū carnem, per
alium vero qui diſceſſit à patre deſcribitur multitudo
gentium.Augu.de quæ.euāge. Hic ergo homo habens
duos filios,deus habēs duos populos intelligitur,tanq̄
duas ſtirpes generis humani,& vnā eorū qui permāſe-
runt in vnius dei cultu, alteram eorū qui vſque ad co-
lendum idola deſeruerūt deum. Ab ipſo ergo exordio
creaturę mortaliū,maior filius ad cultum vniꝰ dei per
tinet,minor autē petit vt ſibi ꝑs ſubſtātiæ quę eū tāge
ret daretur à patre.vnde ſequitur:Et dixit adoleſcētior
ex illis patri:Pater da mihi portionem ſubſtantiæ quę
me contingit,tanquā anima poteſtate ſua delectata id
quod illi eſt viuere,intelligere, meminiſſe vel ingenio
alacri excellere petit quę diuina ſunt munera:hæc autē
in poteſtate ſua accepit per liberum arbitriū. vnde ſe-
quitur:Et diuiſit illi ſubſtātiam.Theop.Hominis ſub-
ſtantia rationalitas eſt,quā cōcomitatur libertas arbi-
trii,& ſimiliter quæcūq; dominus dedit nobis pro ſub
ſtantia noſtra putabitur,vt cęlū terra & vniuerſa crea-
tura,lex & prophetæ.Ambro. Vides autē quòd diuinū
patrimonium petentibus datur,nec putes culpā patris
quòd adoleſcentiori dedit, nulla dei regno infirma æ-
tas,nec fides grauatur annis.Ipſe certe ſe iudicauit ido
neum qui popoſcit,atque vtinā non receſſiſſet à patre:
impedimentum neſciſſet ętatis.Sequitur enim:Et non
poſt multos dies cōgregatis &c.Chryſoſt.Minor filius
in regionem lōginquam profectꝰ eſt nō localiter à deo
decedēs, qui vbique eſt,ſed affectu, fugit enim deū pec
cator,vt à lōginquo ſtet.Augu. de ver.do. Quiſquis e-
nim ita vult eſſe ſimilis deo: vt fortitudinem ſuā ad il-
lam cuſtodiat,non ab illo recedat ei cohęrēdo vt cuſto
diat ſimilitudinem & imaginē ad quam factus eſt.Por-
rò ſi peruerſe vult imitari deum, vt quomodo deꝰ non
habet à quo regatur, ſic ipſe velit ſua poteſtate vti , vt
nullo regente viuat,quid reſtat niſi vt recedens à veri-
tate vaneſcat? Augu.de quæſt.euange. Quòd autē non
poſt multos dies dixit factū, vt congregatis omnibus
peregre proficiſceretur in regionem lōginquam , quæ
eſt obliuio dei:hoc eſt,quia nō multo poſt inſtitutionē
humani generis placuit animę per liberum arbitrium
ferre ſecum velut quandam potentiā naturæ ſuæ , &
deſerere eū à quo cōdita eſt fidens de viribus ſuis:quas
vires tanto conſumit citius quāto eum deſeruit à quo
datæ ſunt.vnde ſequitur:Et ibi diſſipauit ſubſtantiam
ſuam viuendo luxurioſè. Luxurioſam vero vel prodigā
vitam vocat amātem fundere atque ſpaciari pōpis ex-
terioribus intus inaneſcentem: cū ea quiſque ſequitur,
quæ ad alia procedunt,&relinquit eum qui ſibi eſt in-
terior.vnde ſequitur:Et poſtquā cōſummaſſet omnia,
facta eſt fames magna in regione illa. Fames eſt indigē
tia verbi veritatis.Sequitur:Et ipſe cœpit egere. Am-
bro.Merito egere cœpit,qui theſauros ſapiētiæ & ſciē
tiæ dei diuitiarumque cęleſtium altitudinē dereliquit.
Sequitur:Et abiit & adhęſit vni ciuium regionis illiꝰ.
Augu.de quæſt.euāge.Vnus ciuiū regionis illius aliqs
aereus princeps eſt ad militiam diaboli pertinens: cu-
ius villa eſt modꝰ poteſtatis ipſius, de qua ſequitur: Et
miſit illum in villam ſuā vt paſceret porcos. Porci ſunt
immundi ſpiritꝰ qui ſub ipſo erāt.Beda. Porcos autem
paſcere,eſt ea quibus immūdi ſpiritus gaudent opera-
ri.Sequitur:Et cupiebat implere ventrē ſuū de ſiliquis
quas porci māducabāt.Amb. Siliqua genꝰ leguminis,
eſt intꝰ inanis,foris mollis,quo corpꝰ nō reficit ſed im
pletur,vt ſit magis oneri quàm vſui.Augu.de quæ.euā.
Siliquę ergo quibus porcos paſcebat,ſeculares doctri-
næ ſunt:ſteriles,vanitatem perſonātes, de quibus lau-
des idolorum fabularumq; ad deos gentium pertinen-
tium vario ſermone atq; carminibꝰ percrepāt, quibus
dęmonia delectātur. vnde cū iſte ſatiari cupiebat, ali-
quid ſolidum & rectū quod ad beatam vitam pertine-
ret inuenire volebat in talibus & nō poterat. vnde ſe-
quitur:Et nemo illi dabat. Cyril. Sed cū Iudæi multi-
pliciter arguantur in ſacra ſcriptura de multis crimini
bus,quomodo populo illi cōuenient verba maioris fi-
lii dicentis:Ecce tot annis ſeruio tibi,& nunquā man-
datum tuū pręteriui?Eſt ergo hic ſenſus parabolę: Ar-
guentibus eū phariſęis & ſcribis quòd reciperet pecca
tores,proponit præſentem parabolam, in qua hominē
vocat deum qui pater eſt duorum fratrū, iuſtorum ſci-
licet & peccatorum:quorū primus gradus eſt iuſtorum
ab initio iuſtitiam ſequētium,ſecundus gradus eſt ho-
minum per pœnitentiam ad iuſtitiā reductorum. Baſi.
Facit etiam ad antiquioris cōſiſtentiam magis animus
ſenilis & grauitas quàm canities capillorū,nec qui ſe-
cundum ętatem eſt iuuenis increpatur,ſed iuuenis mo
ribus qui ſecūdum paſſiones viuit.Titus.Abiit ergo a-
doleſcentior nōdum adultus mēte, petitque à patre id
quod ei de hæreditate contingit:vt ſcilicet nō ex neceſ
ſitate ſeruiat,ſumus enim animalia rationalia liberum
arbitrium habentia.Chryſo.Dicit autē ſcriptura diui-
dere patrem ex æquo filiis duobꝰ ſubſtantiam ſuam,id
eſt ſcientiā boni & mali,quę verę & perpetuę ſūt opes
animę bene vtenti.Quæ enim ex deo eſt in prima na- Notabilis ſentētia.
tiuitate hominibus ſubſtātia rationalis, æqualiter cū-
ctis naſcentibus datur. De ſubſequenti autē conuerſa-
tione vnuſquiſq; plus aut minus huius ſubſtātię poſſi-
dere inuenitur, dum vnus ea quæ ſumpſerit patris eſſe
credens,quaſi paterna cuſtodit:alius ſicut ꝓprię poſſeſ
ſionis licentia diſſipandis abutitur. Oſtenditur autem
libertas arbitrii quia pater qui neq; diſcedere volētem
retinuit,ne liberi arbitrii auferat poteſtatē,neque ma-
nere cupientem cogit abſcedere. Abiit autem lōge nō
locorum tranſlatione,ſed mentis declinatione. vnde ſe
quitur:Peregre profectus eſt in regionem lōginquam.
Ambro.Quid enim longinquiꝰ eſt q̄ à ſe recedere, nec
regionibus ſed moribus ſeparari? etenim qui ſe à Chri
ſto ſeparat, exul eſt patrię, & ciuis mundi. Merito er-
go prodegit patrimoniū qui receſſit ab eccleſia.Titus.
Vnde & denominatus eſt prodigus diſſipans ſubſtan-
tiam ſuam.i.intellectum rectum,caſtimoniam,documē
ta veritatis, notitiam genitoris, memoriā creationis,
ſenſum.Ambro. Facta eſt autem in regione illa fames
non epularū, ſed bonorum operū atque virtutum quæ
ſunt miſerabiliora ieiunia. etenim qui recedit à verbo
dei eſurit,quia nō in ſolo pane viuit homo, ſed ī omni
verbo dei : q recedit à theſauro,eget. Egere ergo ideo
cœpit & famē pati:quia nihil ꝓdigæ ſatis eſt volūtati.
Abiit itaq;,& adhæſit vni ciuiū. Qui em̄ hæret in la-
queo eſt, & videt ciuis iſte princeps eſſe iſtius mundi.
Deniq; ad villā eius mittitur quā emit, qui ſe excuſat
à regno.Beda.In villā em̄ mitti,eſt ſubſtātiæ mūdialis
cupiditate ſubiugari.Ambr.Paſcit autē porcos illos in
quos petiuit diabolꝰ introire:in ſordibus ac fœtore vi
uētes.Theo.Hos igit̄ paſcit,quia alios præcellit in vi-
tio,vt ſunt leones,archiprędones,archipublicani, qui
aliis ſunt doctores operationis malę.Chry.Vel ſpūali-
Tropologia pulchra. bus deſtitutus operibꝰ, quaſi prudētia & ītellectu por-
cos paſcere dicit̄,hoc eſt ſordidas & immūdas ī anima
ſua cogitationes nutrire,& dedit eſcas irrationabiles
prauæ cōuerſationis,dulces quidē egenti bonorū,quia
ſuaue peruerſis videt̄ omne opus carneæ voluptatis, q̄
virtutes animæ penitꝰ eneruat & perimit,hmōi cibos
quaſi porcinos & male dulces.i.carnaliū delectationū
illecebras,ſiliquarū nomine ſcriptura deſignat.Ambr.
Cupiebat autē ſiliquis ventrē implere ſuū,nec em̄ alia
eſt cura luxurioſis niſi vt ventrē ſuum impleant.Theo.
Quibus nullus dat ſaturitatē malorū, diſtat em̄ à deo
qui talibus veſcitur.Dæmones autē ad hoc ſtudent, ne
vnquā ſaturitas malorū proueniat.Gloſ.Vel nemo illi
dabat,quia cùm diabolus aliquem ſuum facit, vltra ei
abundantiam non procurat,ſciens eum eſſe mortuum.

In ſe autē reuerſus,dixit:Quanti mercenarii in domo pa-
tris mei abundāt panibus:ego aūt hic fame pereo?Surgā,&
ibo ad patrē meū,& dicā ei:Pater, peccaui in cælū & corā
te:iā nō ſum dignus uocari filius tuus,fac me ſicut unum de
mercenariis tuis.Et ſurgēs uenit ad patrē ſuum. Cùm autem
adhuc longè eſſet,uidit illū pater ipſius,& miſericordia mo
tus eſt,& occurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus
eſt eum.Dixitq; ei filius: Pater,peccaui in cœlū & coram te:
iam nonſum dignus uocari filius tuus.Dixit autem pater ad
ſeruos ſuos:Cito proferte ſtolā primā,& induite illū,& da-
te annulū in manu eius,& calceamenta in pedes eius,& ad-
ducite uitulum ſaginatū,& occidite, & māducemus,& epu
lemur,quia hic filius meus mortuus erat & reuixit:perierat,
& inuentus eſt.Et cœperunt epulari.

Greg.Niſ.Contēpſerat patrē in primo receſſu ado-
leſcentior filius,& opes paternas ꝓfuderat. At vbi la-
pſu tēporis eſt attritus laboribus, dū mercenarius fie-
ret,& eodē cū porcis pabulo paſceret̄,rediit in domū
Obediētia triplex. paternā caſtigatus.vnde dicit̄:In ſe autē re.di. Quanti
merce.in do.pa.mei abun.pa.ego autē hic fame pereo?
Ambr.Bene in ſe reuertitur,quia à ſe receſſit.etem̄qui
ad deū regreditur,ſe ſibi reddit: & qui recedit à Chri-
ſto,ſe ſibi abdicat.Aug.de quęſt.euā. In ſe aūt reuerſus
eſt,cū ab eis quę forinſecus fruſtra illiciūt & ſeducunt,
in conſciētiæ ſuæ interiora ſuā intētionē reduxit.Baſi.
Eſt autē ſcd̄m tres differētias obedientię diſcretio.aut
enim metuētes ſupplicia declinamus à malo, & ſumus
in diſpoſitione ſeruili:aut mercedis lucra venātes exe-
quimur quæ mādantur,mercenariis aſſimilati:aut ipſiꝰ
gratia boni & dilectionis ad eū qui dedit legē ſeruimꝰ,
& ſic diſpoſitionē redolemꝰ filiorū.Ambr. Filius em̄ q
habet ſancti ſpiritꝰ pignus in corde,ſecularis mercedis
lucra non quærit,ſed ius ſeruat hæredis. Sunt etiā mer
cenarii boni qui cōducūtur ad vineam. Iſti nō ſiliquis,
ſed panibus abūdant.Aug.de quęſt.euan.Vnde aūt hoc
ſcire poterat in quo tanta erat obliuio dei,ſicut in oī-
bus idololatris fuit, niſi quia iſta recogitatio reſipiſcē-
tis eſt,cū euāgeliū prædicaretur?iam poterat talis ani-
ma aduertere multos prædicare veritatem,inter quos
quidā eſſent non ipſius amore veritatis ducti,ſed cupi- Quæſtus turpis euangelii.
ditate cōparandorū ſeculariū cōmodorū,qui tamen nō
aliud annūciant, ſicut hæretici, vnde mercenarii rectè
appellātur.In eadē quippe domo eundē panē verbi tra
ctantes,non tamen in hæreditatē æternā vocati,ſed tē-
porali mercede cōducti.Chry. Signāter autem ſubdit:
Ego aūt hic fame pereo,quaſi diceret:Ego nō alienus,
ſed filius boni patris,& frater filii obſequentis, ego li-
ber & generoſus,factus ſū miſerior mercenariis,à ſum
ma celſitudine primæ nobilitatis ad infimā humilitatē
delapſus.Greg.Niſ. Nō prius autē rediit ad priſtinam
felicitatē q̄ in ſe rediens ſentiret opprimētis ærumnæ
præſentiā,& meditaretur pœnitentiæ verba q̄ ſubdū-
tur:Surgam.Aug.de quęſt.euan.Quia iacebat.Et ibo,
quia longè aberat:ad patrē meū,quia ſub principe por
corum erat.Cætera verò ſunt pœnitentiā meditātis in
confeſſione peccati,nondū tamen agentis:non em̄ iam
dicit patri,ſed dicturū ſe eſſe promittit cū venerit. In-
telligas igitur hoc nunc accipiendum eſſe venire ad pa
trem in eccleſia conſtituti per fidē,vbi peccatorū legi-
tima & fructuoſa iam poſſit eſſe cōfeſſio:dicit ergo di-
cturū ſe eſſe patri:pater.Amb. Quàm miſericors q of-
fenſus,nec paternū nomen dedignatur audire.Peccaui, Confeſſionis forma.
hæc eſt prima cōfeſſio apud auctorē naturæ, præſulem
miſericordiæ, arbitrū culpæ . Sed & ſi deus nouit oīa,
vocē tamen tuæ confeſſionis expectat. Ore enim cōfeſ
ſio fit ad ſalutē, q̄a alleuiat pōdus erroris quiſquis ipſe
ſe onerat,& accuſationis excludit inuidiā,qui accuſato
rem præuenit confitēdo:fruſtra velis occultare quē ni-
hil fallit,& ſine periculo prodas quod ſcias eſſe iam co
gnitum:cōfitere magis vt interueniat pro te Chriſtus,
roget ꝓ te eccleſia,illacrimet populus, nec verearis ne
non impetres.Aduocatus ſpondet veniā,patronus ꝓ-
mittit reconciliationē tibi paternæ pietatis,pollicetur
aſſertor.Subdit autē,In cœlū & corā te. Chry.Dicens
coram te oſtendit hunc patrem deum debere intelligi,
deus em̄ ſolus conſpector eſt omniū à quo nec in corde
meditata peccata abſcondi poſſunt.Aug.de quæſt.euā.
Vtrum autē hoc eſt peccatū in cœlū quod eſt coram te,
vt cœlum appellauerit ipſam ſummitatē patris, an po-
tius peccaui in cœlū coram ſanctis animabus,coram te
autē in ipſo penetrali conſcientiæ?Chry. Vel cœlū hoc
loco intelligatur:qui em̄ in cœlū peccat,quod & ſi ſup-
num tamen viſibile elementū eſt, ipſe eſt qui peccat in
hominē quē ſuſcepit filius dei pro ſalute noſtra.Ambr.
Vel peccato animæ cœleſtia ſignificant̄ dona ſpūs im-
minuta,vel quia ab illius gremio matris Hieruſalem q̄
eſt in cœlo nō oportuit deuiari.deiectus aūt ſe exaltare
non debet.vnde ſubdit: Iam nō ſum dignus vo.fi.tuus.
Et vt merito ſuæ humilitatis poſſit attolli ſubdit,Fac
me ſicut vnum de mercenariis tuis.Beda. Ad filii affe-
ctum,qui oīa quæ patris ſunt ſua eſſe nō ambigit,aſpi-
rare nequaq̄ præſumit,ſed mercenarii ſtatū iam ꝓ mer
cede ſeruiturus deſiderat:verū nec hunc quidē niſi pa-
terna dignatione ſe mereri poſſe teſtat̄.Greg.Niſ.Hūc Ratio filii prodigi.
autē filiū prodigū ſpūs ſanctus nobis deſcripſit, vt in-
ſtruamur nos qualiter debeamus cordis deplorare pec-
camina.Chry.Qui poſtq̄ dixit:Ibo ad patrē meū,quod
ei cuncta attulit bona,nō māſit, ſed totū iter tranſiuit.
Sequitur em̄: Et ſur.ve.ad pa.ſuum, ſic & nos faciamꝰ.
nec pigeat nos longitudinis viæ : quia ſi voluerimus,
fiet regreſſus celer & facilis, dūmodo deſeramus pecca
tum,quod nos à domo paterna reduxit . eſt autē pater
redeuntibus clemens,nam ſubditur : Cùm autē adhuc
longè eſſet &c.Aug.de q̄ſt.euan. Ante em̄ q̄ intellige-
ret deū longè exiſtens,cùm tamē iā piè quæreret, vidit

Universidad de Deusto Biblioteca

illum pater ipsius.Impios em̄ & superbos conueniēter non videre dicitur tanq̄ ante oculos non habens.Ante oculos em̄ haberi nō nisi qui diligunt̄ dici solēt.Chry. Sensit aūt pater pœnitentiā,nō expectauit recipere cōfessionis verba,sed præuenit petitionē misericorditer agens.vnde subditur:Et miseri.mo.est.Greg.Nisse.Cōfessionis meditatio placauit ei patrē,vt obuiā iret ei,& oscula collo cōferret.Sequit̄ em̄: Et occurrens cecidit super collū eius,& osculatus est eū.Quod significat rationale iugū hoīs ori impositū per euangelicā traditionem,quæ abiecit obseruantiā legis.Chry.Quid em̄ est

Infirmitas humana.

aliud quod occurrit, nisi quia nos peccatis impedietibus nostra virtute ad deū peruenire nō poteramꝰ? Ipse autē potens ad inualidos peruenire descēdit:osculatur aūt os per qđ emissa de corde cōfessio pœnitentis exierat,quā pater lætus excepit.Amb.Occurrit igitur tibi quia audit te intra mentis secreta tractantē. Et cū adhuc longè sis,occurrit ne quis impediat,cōplectit̄ quoque.in occursu em̄ præsciētia est,in cōplexu clemētia: &quasi quodā paterni amoris affectu supra collū cadit, vt iacentem erigat,& oneratū peccatis atq; in terrena deflexū reflectat ad cœlum.malo ergo filius esse q̄ ouis. Ouis em̄ à pastore reperit̄,à patre filius honorat̄. Aug. de quęst.euan.Vel occurrēs cecidit super collū eius.nō enim pater vnigenitū filiū suū deseruit : in quo vsq; in nostrā longinquā peregrinationem cucurrit,quia deus erat in Christo mundū reconciliās sibi. Cadere aūt super collū eius,est humiliari in amplexū eius brachium suum:quod est dn̄s Iesus Christus. Cōsolari aūt verbo gratiæ dei ad spem indulgētiæ peccatorū, hoc est post lōga itinera remeantē mereri à patre osculū charitatis. Incipit autē iam cōstitutus in ecclesia peccata cōfiteri: nec dicit omnia quę dicturū se esse promiserat. Sequit̄ enim:Dixitq; filius ei &c.Hoc enim vult fieri per gratiam,quo se indignū per merita fatetur. Non addit qđ in illa meditatione dixerat:Fac me sicut vnū de mercenariis tuis.Cū enim panē nō haberet,vel mercenarius esse cupiebat:qđ post osculū patris generosissimè iā dedignabat̄.Chry.Pater aūt ad filiū sermonē nō dirigit, sed ministris loquitur:quia qui pœnitet orat,sed respōsum verbo verè non accipit, misericordiā verò efficaciter in effectu intuetur.Sequitur enim: Dixit aūt pater ad seruos suos, Citò ꝓferte stolā primā, & induite illū.Theo.Seruos vel angelos ītelligas administratorios spūs,vel sacerdotes qui baptismate & verbo doctrinæ animā vestiūt ipso Christo. Quotquot em̄ in Christo baptizati sumus,Christū induimus.Aug.de quæst.

Stolę primę significatio.

euan.Vel stola prima est dignitas quā perdidit Adam. Serui,qui eā proferūt,sunt cōciliationis prædicatores. Amb.Vel stola est amictus sapiētię,quo nuda corporis apostoli tegunt,accepit autē sapientiā primā, est enim & alia quæ mysteriū nescit.Annulus autem est syncerę fidei signaculū & expressio veritatis. de quo sequit̄:Et date ei annulū in manu eiꝰ.Beda. Id est in operatione, vt per opera fides clarescat,& per fidē opera confirmētur.Aug.de quæst.euā.Vel annulus in manu pignus est spūs sancti, ꝓpter gratiæ participationē q̄ digito bene significatur.Chry.Vel iubet annulū dari,siue signaculi salutaris symbolū, seu magis desponsationis insigne & nuptiarū pignus,quibus Christus ecclesiā sponsat, cùm anima resipiscens per anulū fidei iūgitur.Aug. de quæst.euang.Calceamenta aūt in pedes præparatio est euangelizandi ad nō tangēda terrena, de quibꝰ sequit̄: Et cal.in pedes.Chry.Vel mādat calceamenta pedibus imponi,aut propter cooperiēda vestigia, vt per lubricum mūdi istius fixus incedat:aut ꝓpter mortificationem mēbrorū.vitæ em̄ nostræ cursus in scripturis pes appellat̄,& mortificationis species calceamentis imponitur,quia de animaliū mortuorū pellibus conficiūtur. Addit & vitulū illi saginatū iugulādum in cōuiuii exhibitione.Sequitur em̄:Et addu.vi.saginatū.i.dn̄m Iesum Christū,quē vitulū noīat propter hostiā corporis immaculati.Saginatū aūt dixit, quia pinguis & opimꝰ intantū est,vt pro totius mundi salute sufficiat.Nō autem ipse pater vitulū immolauit, sed aliis immolādum tradidit:permittente em̄ patre consentiens filius ab hominibus crucifixus est.Aug.de quæst.euan.Vel vitulus saginatus est ipse dn̄s scdm carnē satiatus opprobriis. Quòd aūt imperat vt adducāt eū,quid aliud est nisi vt prædicent eū,& annūciando faciant venire inexhausta fame viscera filii esuriētis?Nam etiā vt occidant eū iubet,hoc est vt mortē eius insinuent:tūc em̄ cuiq; occiditur,cùm credit occisum.Sequit̄:Et mādūcemus.Amb. Bene carnē vituli, quia sacerdotalis est victima quæ ꝓ peccatis fiebat.Epulantē aūt inducit,cùm dicit,epulemur,vt ostenderet quoniā paternus est cibus,salus nostra:& patris est gaudiū, nostrorū redēptio peccatorū. Chry.Ipse enim pater gaudet in reditu filii, & cōuiuat̄ in vitulo:quia misericordię suæ fructū in immolatione filii sui gaudēs creator in acquisitione populi credentis epulatur.vnde sequitur:Quia hic filius meus mortuus erat &c.Amb.Ille periit qui fuit.Itaq; gentes non sunt,Christianꝰ est.Potest tamē & hic vna species accipi generis humani,fuit Adā & in illo fuimus oēs:periit Adā,& in illo oēs perierūt. Homo igit̄ in illo homine qui perierat,reformatur.potest & de agente pœnitentiam dictū videri,quia nō moritur nisi qui aliquādo vixerit.Et gentes quidē cùm crediderint, per gratiā viuificātur:qui verò lapsus fuerit,ꝓ pœnitentiā reuiuiscit. Theo.Quantū ergo ad vitiorum conditionē,mortuus fuerat desperatus.Sed quantū ad humanā naturā q̄ mutabilis est,& potest à vitio ad virtutē cōuerti, depditꝰ

Allegoricus Iesus

dicit̄.nā minus est perdi,q̄ mori.Quilibet aūt reuocatus & mūdatus à crimine,saginati vituli particeps causa lætitiæ fit patri & famulis eiꝰ.i.angelis & sacerdotibus.vn̄ sequit̄:Et cœperūt oēs epulari.Aug.Istæ epulę atq; festiuitas nūc celebrātur per orbē terrarū ecclesia dilatata atq; diffusa.vitulus enim ille in corpore & sanguine dominico,& offertur patri,& pascit totā domū.

Erat autē filius eius senior in agro. Et cū ueniret & appropinquaret domui,audiuit symphoniā & chorū,& uocauit unum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Isq; dixit illi:Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulū saginatum,quia saluum illū recepit.Indignatus est autē,& nolebat introire.Pater ergo illius egressus cœpit rogare illū. At ille respondens,dixit patri suo:Ecce tot annis seruio tibi,& nūquam mādatū tuum præterii,& nunquā dedisti mihi hœdū, ut cū amicis meis epularer.Sed postq̄ filius tuus hic qui deuorauit substantiā suam cū meretricibus,uenit,occidisti illi uitulum saginatū.At ipse dixit illi:Fili, tu semper mecum es, & oīa mea tua sunt.Epulari aūt & gaudere oportebat:q̄a frater tuus hic,mortuus erat,et reuixit:perierat, & inuētꝰ est.

Beda.Murmurātibus de peccatorū susceptione scribis & pharisæis,tres per ordinē parabolas saluator posuit.Duabus primis quantū ipse cū angelis de pœnitētium salute gaudeat,insinuat.In hac verò tertia nō suū tantūmodo suorūq; gaudiū demonstrat, sed & inuidētium murmur reprehēdit.Dicit em̄:Erat aūt fi.eiꝰ se.in agro.Aug.de quęst.euā.Maior filius populus Israel est, non quidē profectus in longinquā regionē,sed tamē in domo non est.In agro aūt est.i.in ipsa hęreditaria opulentia legis, & prophetarū terrena potius operat̄. Veniens autē de agro domū appropinquare cœpit.i.labore seruilis operis improbato ex eisdē scripturis eccle-

siæ libertatē considerauit.vnde sequit̄: Et cū ve.& ap. do.au.sym.& chorū.i.spū sancto plenos vocibus cōsonis euangeliū prædicare.Sequit̄:Et vocauit vnū de seruis &c.Id est sumit ad legēdū aliquē prophetarū, & in eo quęrēs quodāmodo interrogat vnde ista festa in ecclesia celebrant̄, in qua se esse non videt. Respondet ei seruus patris propheta.Sequit̄ enim:Isq; dixit illi, Frater tuus venit &c.q.d.In extremis terrę fuit frater tuus,sed inde maior exultatio cātantiū dn̄o cāticū nouū: quia laus eius ab extremis terræ,& propter eū qui absens erat,occisus est vir sciēs ferre imbecillitatē, quia quibus non est narratū de eo viderūt.Amb. Adolescētiori autē filio.i.populo ex gētibus: Israel tanq̄ maior frater beneficiū paternæ benedictionis inuidit:qđ faciebant Iudæi,quia Christus cū gētibus epularet̄.vnde sequitur:Indignatus est autē & no. &c. Aug.de quæst.

Allegorica expositio.

euan.Indignatur etiā & nunc,& adhuc non vult intrare.Cùm ergo plenitudo gētiū introierit, egrediet̄ opportuno tēpore pater eius, vt etiā omnis Israel saluus fiat.vn̄ sequitur:Pater er.ill.egres.cœ.ro.eū.Etem̄ quādoq; aperta vocatio Iudæorū in salutē euangelii:quam manifestationē vocationis tanq̄ egressum patris appellat ad rogandū maiorē filiū. Deinde q̄ respondit maior filius,quęstiones duas habēt.Sequit̄ em̄:At ille respondens &c.De mandato nō prætergresso facile illud occurrit,non de omni mādato dictū, sed de vno maximè necessario,ꝙ nullū alium deū præter vnū creatorē oīm colere visus est.Neq; iste filius in oībꝰ Israelitis,sed in his intelligitur personā habere, qui nunq̄ ab vno deo ad simulachra cōuersi sunt.Quanq̄ em̄ terrena desideraret,ab vno tamen deo iste desiderabat bona, quāuis cōmunia cum peccatoribus.vnde & in Psalmo dicitur: Vt iumentū factus sum apud te, & ego semper tecum. Sed quis est hœdus quē nunquā accepit ad epulādum? Sequit̄ em̄:Et nunquā dedisti mihi &c.Peccator hœdi nomine significari valet.Amb.Iudæus hœdū requirit, Christianus agnū:& ideo illis Barrabas soluitur,nobis agnus immolatur.Quæri etiam in hœdo videtur,quia Iudæi ritum veteris sacrificii perdiderunt: vel qui hœdum quærunt,expectant Antichristū. Aug.de q̄st.euā. Sed nō inuenio exitū huius sententiæ.Multū em̄ absurdum est eum,cui post dicitur:Tu mecū es semper, hoc à patre optasse,vt Antichristo crederet. Neq; omnino

Hœdo cōparatur Antichristus.

aliquē Iudæorū qui Antichristo credituri sunt,istū filium fas est intelligi.Quomodo autē epularetur ex illo hœdo si ipse est Antichristus q ei nō crederet?Acsi hoc est epulari ex hœdi occisione, qđ est de Antichristi ꝑditione lætari,quomodo dicit filiꝰ quē recepit pater,hoc sibi non fuisse cōcessum: cū oēs filii de eius perditione lætaturi sunt?Ipsum igitur sibi dn̄m negatū ad epulādum conquerit̄,dū eū peccatorē putat.cùm em̄ hœdus est illi genti.i.cū eū sabbati violatorē & ꝓphanatorem æstimet,iucūdari epulis illius nō meruit.Greg.Quòd autē dicit,Cū amicis meis: aut ex persona principū cū plebe intelligitur,aut ex persona populi Hierosolymitani cū cæteris populis Iuda.Hiero.Vel dicit:Nunquā dedisti mihi hœdū.i.nullus sanguis ꝓphetæ vel sacerdotis à Romano īperio nos liberauit.Ambr. Impudēs aūt filius similis est publicano iustificāti se,quia legem seruabat in litera;impie accusabat fratrē,ꝙ cū meretricibus paternā substantiam prodegisset.Sequit̄ em̄:Sed postq̄ filius tuꝰ hic qui deuorauit &c. Aug. Meretrices autē sunt superstitiones gentiliū,cū quibus substantiā dissipat qui relicto vero cōnubio veri dei, cū dæmone fœda cupiditate fornicatur.Hiero.In hoc aūt qđ dicit: Occidisti illi vitulū saginatū:confitet̄ venisse Christū, sed inuidia nō vult saluari.Aug.Nō aūt pater eū quasi mentientē redarguit,sed secū perseuerantiā eius approbans ad perfectionē potioris atq; iucūdioris exultationis inuitat.vn̄ sequit̄:At ip.di.il.Fili,tu semp mecū es. Hiero.Vel quod dixerat,iactātia est,nō veritas:cui pater nō cōsentit,sed alia cōpescit ratione,dicēs: Mecum es: lege qua stringeris,non quia nō peccauerit,sed quia deus eū semper castigādo retraxit. Nec mirum si patri mentit̄,qui fratri inuidet.Ambr. Sed bonus pater etiā hāc saluare cupiebat,dicēs: Tu mecū semp es,vel quasi Iudæus in lege,vel quasi iustus in cōmunione. August. Quid autem sibi vult ꝙ addidit: Et oīa mea tua sunt? quasi nō sint & fratris.sed sic à perfectis & immortalibus filiis habent̄ oīa,vt sint & oīm singula,& oīa singulorū.vt em̄ cupiditas nihil sine angustia,ita nihil cū an

Expositio literalis.

gustia charitas tenet. Sed qūo omnia? nōne & angelos deus in possessionem tali filio subiecisse putādus est?Si possessionē sic accipias, vt eius possessor ipse sit dn̄s, nō vtiq; oīa:non em̄ dn̄i erimus, sed cōsortes potius angelorū. Si verò possessio sic intelligit̄, qūo rectè dicimus possidere aīas veritatē, nō īuenio cur nō verè ac ꝓpriè id possimꝰ accipere.Nō em̄ id loquimur,vt dn̄as veritatis dicamꝰ aīas.Aut si noīe possessiōis ab hoc sensu impedimur,illud quoq; auferat̄:nō em̄ ait pater,Oīa possides,sed omnia mea tua sunt,nec tn̄ vt ipsius dn̄i.Quod em̄ est in nostra pecunia, potest familiæ nostræ vel alimentū esse,vel ornamentū,vel aliud hmōi.Et certè cū ipsum patrē rectè ille possit suū dicere, nō video qūo q̄ ipsius sunt,non etiā rectè sua vocare possit,diuersis dūtaxat modis.Cū em̄ beatitudinē illam obtinuerimus, nostra erūt ad videndū superiora, ad cōuiuendū æqualia,ad dominandū inferiora. Cōgaudeat igit̄ securissimus maior frater.Ambr. Si enim desinat inuidere,oīa sua sunt,vel Iudęus sacramēta veteris testamēti,vel baptizatus noua etiā possidēs.Theo.Vel aliter totū: ꝑsona filii,qui videt̄ murmurare,sumit̄ pro oībus quicūq; scandalizātur in subditis,sicut Dauid introducit personam passam,scandalū in pctōrū pace.Titus.Maior igit̄ filius,sicut agricola insistebat agriculturę,nō terrestrē, sed animæ agrū fodiens, & salutis arbores inserens.s. virtutes.Theo.Vel erat in agro, hoc est in mūdo colēs propriā carnē:vt repleat̄ panibus,& seminās in lachrymis vt in gaudio metat:sed cognitis gestis,nolebat intrare ad cōmune gaudiū.Chry.Quærit̄ autē si afficitur

Quæstio pulchra circa textum.

passione liuoris,dolens in prosperis aliorū.Dicēdū est autē ꝙ nullus sanctorū dolet in talibus,imò bona aliorum sua existimat.nō aūt oportet oīa quæcūq; parabola cōtinet ad literā ꝑtractare:sed sensum eliciētes cuius causa cōponit̄ nihil aliud ꝑscrutari.Hæc ergo parabola ad hoc est cōposita vt pctōres non diffidant reuerti,sciētes ꝙ magna consequent̄:vnde introducit alios turbatos in eorū bonis, vt indicet eos liuore tabescētes, sed tāto decore honoratos redeūtes, vt etiā inuidiosi possint aliis fieri.Theo.Vel pharisæorū intētionē corrigit dn̄s per pręsentē parabolā,quos ex hypothesi noīat iustos.q.d.Esto vos verè iustos esse, nec transgressos aliquod mādatorū,nūquid igitur propter hoc nō oportet admittere à flagitiis redeūtes?Hiero.Vel aīt:Oīs iustitia in comparatione dei,est iniustitia:vn̄ Paulus,Quis me liberabit de corpore mortis huius? vn̄ apostoli dedignati sunt pro petitione matris filiorū Zebedæi. Cyril.Quod & nosipsi quādoq; patimur. Viuunt em̄ quidam præstantissimā & optimā vitā,alius autem in ipso senio multoties ad deū cōuertit̄,vel forsitan extremum diē claudere debēs hac diluit reatus dn̄o miserāte.Hoc quidē aliquādo respuūt ex importuna pusillanimitate, non attēdētes mentē saluatoris,qui de salute pereūtiū gaudet.Theo.Dicit ergo filius patri:Gratis duxi in do

Universidad de Deusto Biblioteca

loribus vitã à peccatoribus molestatus, & nunq̃ causa
mei decreuisti mactãdũ esse hœdũ.i.persequẽtẽ me pec
catorẽ,vt paululũ recrearer : qualis hœdus fuit Achab
Eliæ.Qui dicebat,dñe ꝓphetas tuos occiderũt. Amb.
Vel alr:Notat̃ hic frater vsq; adeò,vt de villa venire di
catur,hoc est terrenis operib⁹ occupatus, ignorãs quæ
sunt spũs dei,vt deniq; nunq̃ pro se vel hœdũ queratur
occisum:nõ eñ pro inuidia, sed pro venia mũdi agnus
Agni significatio. est immolatus:inuidus hœdũ quærit,innocens agnũ ꝓ
se desiderat immolari:ideo & senior dicit̃, eo ꝙ quis ꝑ
inuidiã cõsenescat:ideo & foris stat, eo ꝙ maleuolẽtia
eum excludat:ideo chorũ & symphoniã audire non po
test,hoc est nõ vlla theatralis incẽtiua lasciuiæ,sed ple-
bis cõcordiã cõcinẽtis q̃ de pctõre saluato dulcẽ lętitię
suauitatẽ resultat.qui eñ sibi iusti vident̃,indignantur
qñ alicui pctm̃ fatẽti venia laxat̃.Quis tu es q dño cõ-
tradicas,ne videlicet culpã relaxaret,cũ tu cui volueris
ignoscas?sed remittendis post pœnitentiã debemus fa
uere peccatis,ne dũ veniæ alterius inuidemus,ipsi eam
non mereamur à dño.nõ inuideamus de longinqua re-
gione remeãtib⁹,qa & nos fuimus in regiõe lõginqua.

CAPVT XVI.

Dicebat aũt & ad discipulos suos: Homo quidã erat di
ues qui habebat uillicũ, & hic diffamat⁹ est apud illũ
quasi dissipasset bona ipsi⁹.Et uocauit illũ, & ait illi:
Quid hoc audio de te?redde rationem uillicationis tuæ. Iam
enim non poteris uillicare.Ait aũt uillicus intra se:Quid fa=
ciam,quia dominus meus aufert à me uillicationẽ? Fodere nõ
ualeo,mendicare erubesco. Scio quid faciã: ut cũ amotus fue
ro à uillicatione,recipiãt me in domos suas.Conuocatis itaq;
singulis debitoribus domini sui dicebat primo: Quãtũ debes
domino meo?At ille dixit:Centũ cados olei.Dixitq; illi?Ac=
cipe cautionẽ tuã, & sede citò, & scribe quinquaginta.Dein
de alio dixit:Tu uero quantum debes?Qui ait,centum coros
tritici.Ait illi:Accipe literas tuas, & scribe octoginta.

Beda.Postq̃ murmurantes de pœnitẽtiũ receptione
tribus parabolis saluator redarguit, quartã mox quin-
tãq; de eleemosyna dãda & parsimonia sequẽda subiũ-
git:quia & ordo prædicãdi aptissimus est,vt post pœni
Opinio erronea. tentiã eleemosyna subiũgatur.vñ dicitur:Dicebat autẽ
ad dis.suos:Homo quidã &c.Chry. Opinio quædã er-
ronea aggrauata mortalibus auget crimina,minuit bo
na.Ea verò est opinari, ꝙ ea quæcunq; possidemus in
vsu vitæ possideamus vt dñi, & ideo etiã opportunè ea
appprehendimus tanq̃ bona ꝑcipua.Sed contrariũ est,
non eñ nos vt dñi in vita præsenti collocati sumus in
ꝓpria domo:sed tanq̃ hospites & aduenæ quo nolum⁹
ducimur,& quo tp̃e nõ putamus. qui nũc locuples est,
in breui fit mendicus. Ergo quicũq; sis,noueris te esse
dispẽsatorẽ alienorũ, & trãsitorii vsus & breuis tibi iu
ra cõcessa sũt.Abiecto ergo ab anima dñii fastu, sumas
humilitatẽ & modestiã villici.Beda.Villic⁹ qppe villæ
gubernator est:vnde & à villa nomẽ accepit. Oecono-
mus autẽ tam pecuniæ q̃ frugũ,& oĩm q̃ habet dñs,dis
pensator est.Amb.Ex hoc ergo dicimus non ipsos esse
Mira exhortatio. dños,sed potius villicos alienarũ facultatũ.Theo. De-
inde ꝙ cũ nõ exercemus dispensationẽ opum ad libitũ
dñi,sed ad ꝓprias illecebras cõmissis abutimur,crimi-
nosi villici sumus.vnde sequit̃: Et hic diffama.est apud
&c.Chry. Interea euulsus à villicatione eripit̃.sequit̃:
enim:Et vocauit illũ,& ait ei:Quid hoc audio de te?
Redde rationẽ villicationis tuæ.Iam eñ nõ poteris vil
licare.Quotidie talia nobis per effectus exclamat dñs,
ostendens nobis fruentẽ in meridie sospitate,priusquã
vesperascat exanimẽ:& aliũ inter prãdia expirãtem,&
diuersimodè ab hac villicatione discedim⁹. Sed fidelis
dispensator,qui de propria dispẽsatione cõfidit,deside-
rat cũ Paulo dissolui,& esse cũ Christo.Is aũt cui⁹ sunt
vota terrena,anxiat̃ in exitu.vnde de hoc villico subdi
tur,Ait aũt villicus intra se:Quid fa.quia do.meus au.
à me villicationẽ?Fodere nõ valeo,mẽdicare erubesco.
Impotentẽ esse in opere crimẽ est vitæ inertis. Nõ eñ
timeret,si consueuisset affectare labores.Quòd si scd̃m
allegoriã accipiamus parabolã,post transmigrationem
hinc factã nõ est tẽpus operãdi.Vita p̃sens habet exer-
citiũ mandatorũ,futura verò solatiũ. Si nihil operatus
es hic,frustra in futurũ curas,sed nec mendicando ꝓfi-
cies.huius indiciũ sunt virgines fatuæ,q̃ imprudenter
à prudẽtibus mẽdicauerũt,sed reuersæ sunt vacuæ:q̃li-
bet eñ suã conuersationẽ vt tunicã induit.non est autẽ
eam exuere,nec cambire cũ alio.Sed debitorũ remissio
nem ingeniatus est nequitiæ villicus,statuens sibi ma-
lorũ remediũ in cõseruis.Sequitur eñ:Scio quid faciã,
vt cũ amotus fuero à villica.reci.me in do.suas. Quo-
ties eñ quis exitũ suum percipiẽs,leuat beneficio sarci
nam pctõrũ,vel relaxando debita debitori,vel tribuẽs
inopibus copiã,ea q̃ sunt domini largiẽs, multos ami-
cos cõciliat p̃bituros sibi corã iudice testimoniũ veri-
tatis,nõ vocibus,sed bonorũ operũ ostẽsione: quinetiã
paraturos per testimoniũ refrigerii mãsionẽ.Nihil aũt
est nostrũ,sed oĩa sunt ditionis dei.vnde sequit̃: Cõuo-
catis itaq; singulis debitoribus domini sui dicebat pri
mo:Quantũ debes do.meo?At il.di. Cẽtũ cados olei.
Beda.Cadus græce est amphora continens vrnas tres. Cados Græce quid sit.
Sequit̃:Dixitq; illi,Accipe cautionẽ tuã &sede:& citò
scribe quinquaginta:dimidiã ei partẽ dimittẽs.Sequi-
tur:Deinde alio dixit,Tu verò quantũ debes?Ait:cẽtũ
coros tritici. Corus modiis xxx.cõpletur:Ait illi,Ac-
cipe lr̃as tuas,& scribe lxxx.Quintã partẽ dimittens.
Simpliciter ergo sic potest accipi:Quisquis indigentiã
pauperis vel ex dimidia vel ex q̃nta alleuiat parte, mi-
sericordię suæ mercede donandus est.Aug.de q̃st.euãg.
Vel ꝙ de centum cadis olei quinquaginta fecit scribi à
debitore,& de centũ coris tritici octoginta ad hoc va
lere arbitror,vt ea quæ in sacerdotes atque leuitas Iu-
dæus quisq; operatur, in ecclesia Christi abundent, vt
cum illi decimas darent,isti dimidias dent: sicut de bo
nis suis fecit Zachæus, aut certè duas decimas dando,
id est vnam quintam superent impendia Iudæorum.

Et laudauit dominus uillicũ iniquitatis,quia prudẽter fe=
cisset:quia filij huius seculi,prudẽtiores filiis lucis in genera-
tione sua sunt.Et ego uobis dico:Facite uobis amicos de mã-
mona iniquitatis:ut cũ defeceritis,recipiãt uos in æterna ta=
bernacula.Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est:
& qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est.Si ergo
in iniquo mãmona fideles nonfuistis,quod uerũ est qs credet
uobis?Et si in alieno fideles nõ fuistis,quod uestrũ est quis da
bit uobis?Nemo seruus potest duob⁹ dominis seruire.Aut enĩ
unũ odio habebit, & alterum diliget.Aut uni adhærebit, &
alterum contẽnet.Non potestis deo seruire & mammonæ.

Aug.de q̃st.euã.Villicũ quẽ dominus eiiciebat à vil-
licatu laudauit dominus,eo ꝙ in futurũ sibi prospexe-
rit.vnde dicit̃:Et lau.do.vil.iniqui.quia prud.egis. Nõ
tamen omnia debemus ad imitandũ sumere. nõ eñ do
mino nostro faciẽda est in aliquo fraus,vt de ipsa frau-
de eleemosynas faciamus.Orig.Verũ quia gentiles di-
cunt prudentiã esse virtutẽ,& diffiniunt eã peritiã bo- Prudẽtũ ratio.
norum malorũ & neutrorũ,vel cognitionẽ agẽdorũ &
non agendorũ: considerandũ est vtrũ hæc dictio plura
aut vnũ significet:dicit̃ eñ ꝙ deus parauit cœlos pru-
dentia,cõstat bonã esse prudentiã,qua dominus cœlos
parauit. Dicit̃ etiã in Gene.scd̃m lxx.ꝙ serpẽs prudẽ-
tissimus erat,vbi prudentiã non virtutẽ dicit,sed astu-

tiã ad mala inclinationẽ habentẽ,& secundũ hoc dicit̃,
ꝙ dñs laudauit villicum quia prudẽter egisset,hoc est
callide & perperã.Et forsitan ꝙ dicitur, Laudauit, nõ
scd̃m verã cõmendationẽ,sed abusiuè dictũ est:vt cũ di
cimus aliquẽ cõmendari in mediocribus & differenti-
bus rebus,& quodammodo mirãdus esse concursus &
acumen,quibus vigor mẽtis elicitur.Aug.de q̃st.euan.
Econtrario dicũtur istæ similitudines, vt intelligamus
si laudari potuit ipse à domino,q fraudẽ faciebat, quã-
to amplius placeant deo,qui scd̃m eius præceptũ ope-
ra illa faciunt.Orig. Filii quoq; huius seculi nõ sapiẽ-
tiores,sed prudẽtiores dicunt̃ lucis filiis:& hoc nõ ab-
solute & simpliciter,sed in genere suo.Sequitur:Quia
filii huius seculi &c.Beda.Filii lucis & filii huius secu-
li vocant̃,quomodo filii regni & filii perditionis.cuius
enim vnusquisq; agit opera,eius cognominat̃ & filius.
Theo.Filios ergo huius seculi vocat cogitationes quæ
sibi cõmoda sunt in terra,filios verò lucis spũales opes
tractãtes intuitu diuini amoris.Inuenimur autẽ in hu-
manis quidẽ administrationib⁹ prudẽter omnia dispo-
nentes,& summopere satagẽtes:vt si desierim⁹ ab ad-
ministratione,habeamus vitæ refugiũ:cũ verò dispen-
sare debemus diuina,nõ p̃meditamur q̃ nobis postmo-
dum sunt ꝓfutura.Greg.18.mora.Vt ergo in sua manu
homines post mortẽ quicq̃ inueniant,ante mortem di-
uitias suas in pauperũ manibus ponant.vnde sequitur:
Et ego vobis dico,facite &c.Augu.de verb.do. Quod
Hebræi vocant mãmona,Latine diuitię vocant̃,acsi di
ceret:Facite vobis amicos de diuitiis iniquitatis. Hoc
autẽ quidã malè intelligendo rapiũt aliena, & inde ali
quid pauperibus largiunt̃,& putãt se facere qđ præce-
ptum est.Intellectus iste corrigẽdus est. De iustis labo
ribus eleemosynas facite,nõ eñ corrupturi estis iudicẽ
Christũ.si de præda inopis dares aliquid iudici vt ꝓ te
iudicaret,si iudex ille pro te iudicabit,tanta vis est iu-
stitiæ,vt etiã tibi displiceat.Noli tibi pingere talẽ deũ,
fons iustitiæ est.Noli ergo eleemosynas facere de fœ-
nore & vsuris, fidelib⁹ dico quib⁹ corpus Christi ero-
gamus:sed si pecunias tales habetis, de malo est qđ ha-
betis.Iam nolite malũ facere.Zachæus dixit,Dimidiũ
rerũ mearũ do pauperibus. Ecce qũo currit, qui currit
facere amicos de mãmona iniquitatis.& ne reus aliũde
teneretur,Si cui aliquid tuli,quadruplũ reddam.Est &
alius intellectus,Mãmonę iniquitatis diuitiæ seculi sũt
Diuitiæ veræ. oẽs,vndecũq; sint.Si enim veras diuitias q̃ris,aliæ sunt
quibus Iob nudus abundabat, qñ in deũ cor plenũ ha-
bebat.Istæ eñ ab iniquitate appellant̃ diuitiæ qa veræ
non sunt,paupertate eñ plenæ sunt, & semꝑ obnoxiæ
casibus.Si eñ veræ diuitię essent,securitatẽ tibi darẽt.
Aug.de q̃st.euã.Vel diuitiæ iniquitatis dicunt̃,quia nõ
sunt istæ diuitiæ nisi iniquis,& q in eis cõstituũt spem
atq; copiã suæ beatitudinis. A iustis verò cũ hic possi-
dentur,est quidem ista pecunia,sed nõ sunt illis diuitiæ
nisi cœlestes & spũales.Amb.Vel iniquum mãmona di
xit:quia variis diuitiarũ illecebris nostras auaritias tẽ
tat affectus,vt velimus seruire diuitiis.Basi. Vel si suc-
cesseris patrimonio,ab iniustis cõgregata cepisti:ĩ plu
ribus eñ p̃decessorib⁹ necesse est aliquẽ reperiri q in-
iustè vsurpauerit aliena. Ponatur aũt vt nec pater exe-
gerit,sed aurũ vnde habes?Si quidẽ dicis à me,ignarus
dei es,nõ habẽs notitiã creatoris:si verò à deo, dic no-
bis rationẽ propter quã eas accepisti?an nõ dei est ter-
ra & plenitudo eius? ergo si cõmunis dñi nostra sunt,
erunt & cõseruorũ nostrorũ.Theo. Illæ ergo dicuntur
opes nequitiæ,quascũq; dñs dedit ad impendia necessi
tatis fratrũ ac cõseruorũ nostrorũ, nos verò tenem⁹ no
bis.Decebar igit̃ à principio oĩa pauperibus tradi, ve-
rum quia iniquitatis fuimus villici nequiter retinẽtes
quod deputatũ est ad aliorũ opus, nõ est oĩno manẽdũ
in hac crudelitate,sed impartiendum est pauperibus vt
recipiamur ab eis in cœlestibus tabernaculis.Sequitur
eñ: Vt cũ defe.reci.vos ĩ ęter.tab.Greg.22.mor.Si aũt
eorũ amicitiis æterna tabernacula acquirimus, dantes
pẽsare debem⁹:quia patronis potius munera offerimus
q̃ egenis dona largimur.Aug.de verb.do.Qui sunt eñ Tabernacula ęterna quæ sint.
qui habebũt tabernacula æterna nisi sancti dei? Et qui
sunt qui ab ipsis accipiẽdi sunt in tabernacula æterna,
nisi qui eorũ indigẽtiæ seruiunt, & qđ eis opus est,hila
riter subministrãt?Isti sunt minimi Christi,qui oĩa sua
dimiserũt,& secuti sunt eũ,& quicquid habuerũt pau-
peribus distribuerunt,vt deo sine seculari cõpede ex-
pediti seruirẽt,& ab oneribus mũdi liberatos,velut pẽ
natos sursum humeros tollerent. Aug.de q̃st.euan. Nõ
ergo eos à quibus recipi volumus in tabernacula æter
na tanq̃ debitores dei fas est intelligi, cũ iusti & sancti
significent̃ hoc loco qui eos introducant: qui necessita
tibus suis terrena bona cõmunicauerũt.Amb. Vel alr:
Facite vo.ami.de ini.mam. vt largiẽdo pauperibus an-
gelorũ cæterorũq; sanctorũ gratiam cõparemus.Chry.
Attẽde etiã ꝙ non dixit,vt suscipiãt vos in suis mãsio-
nibus,nõ eñ ipsi sunt qui suscipiũt.vñ cũ dixisset: Fa-
ci.vo.ami.addidit,De mã.ini.ostẽdẽs ꝙ nõ simpliciter
eorũ amicitia nobis patrocinabit̃,nisi bona opera nos
comitent̃,nisi euacuem⁹ iustè diuitias cõgestas iniustè.
Ars igitur artiũ peritissima est eleemosyna. nõ eñ no-
bis domos fabricat luteas,sed vitã perẽnem impendit.
Singularũ artiũ alia alterius adminiculo indiget.Cùm
autẽ misereri oportet,nullius alterius sed solius volũta
tis est opus.Cyril.Sic igit̃ docebat Christus affluentes
diuitiis summopere diligere amicitiã pauperũ, & the-
saurizare in cœlis.Nouerat aũt humanæ mẽtis desidiã:
qũo ambientes diuitias nullũ charitatiuũ opus impen
dunt egentibus.quòd igit̃ talibus nullus spiritaliũ do-
norũ fructus ꝓueniat,manifestis exẽplis ostendit sub-
dens:Qui fidelis est in minimo,&c.Aperit autẽ nobis
dñs oculũ cordis exponens qđ dixerat cũ subdit:Si er-
go in iniquo mã.fide.nõ fu.qđ verũ est quis cre.vobis?
Est igitur minimũ iniquus mãmona.i.terrenæ diuitię:
quæ superna sapiẽtibus nihil esse vident̃. Arbitror er-
go aliquẽ esse in modico fidelẽ,cùm de his minimis op
pressis ærũna subsidiũ impartit̃. Itaq; si in modico fue-
rimus perfidi,quo pacto ab eo obtinebimus verũ.i. di-
uinorũ charismatũ vber donum animę humanę impri-
mens diuinã speciẽ? Quòd aũt ad hoc tendat intentio
verborũ dñi,per sequẽtia patet. Dicit eñ: Et si in alie.
nõ fuistis fideles &c.Amb.Alienæ nobis diuitiæ sunt,
quia præter naturã sunt,neq; nobiscũ nascunt̃, neq; no Alienæ diuitiæ quæ.
biscum transeunt.Christus autẽ noster est, quia homi-
num vita est.deniq; in propria venit.Theop.Sic igitur
hucusq; docuit nos q̃ fideliter deceat dispẽsare diuiti-
as:sed quia opum dispẽsatio scd̃m deũ non aliter obti-
netur,q̃ per impassibilitatẽ animi ad diuitias nõ affe-
cti,subiungit:Nemo ser.po.duo.do.ser.Amb. Nõ quia
duo,sed vnus est dñs.nam & si sint qui mammonæ ser-
uiant,tñ non ille nouit aliqua iura dñatus, sed ipsi sibi
iugũ seruitutis imponunt. Vnus est domin⁹,quia vnus
est deus:vnde patet patris & filii vnũ esse dominatum.
Et huius rationẽ assignat,subdẽs: Aut eñ vnum odio
habebit,& alte.di.aut vni adhære.& alte.cõtẽ.Aug.de
quæst.euan.Hæc aũt non passim aut quasi temere dicta
sunt,nemo eñ interrogatus vtrum diligat diabolũ,re-
spondet se diligere,sed potius odisse:deũ autẽ se dilige-
re oẽs ferè proclamant.ergo aut vnũ odiet.s.diabolum,
alterũ diliget.s.deũ: aut alteri adhærebit.s.diabolo, cũ

quaſi eius pręmia tẽporalia ſectať:& alterũ contẽnet.ſ. deum,ſicut ſolẽt minas eius poſtponere cupiditatibus ſuis,qui de bonitate eius ad impunitatẽ ſibi blãdiunť. Cyril.Cõcluſio aũt eſt totius ſermonis quod ſequitur: Non pote.deo ſer.& mã.Totũ igiť ſtudiũ trãſferamus ad alterũ diuitiis abrenũciãtes.Beda. Audiat ergo hoc auarus,nõ poſſe ſimul diuitiis,Chriſtoq; ſeruiri,& tamen nõ dixit,Qui habet diuitias:ſed,Qui ſeruit diuitiis.Qui enim diuitiarũ ſeruus eſt,diuitias cuſtodit vt ſeruus:qui autem ſeruitutis excuſſit iugum, diſtribuit eas vt dominus:ſed qui ſeruit mammonæ,illi vtiq; ſeruit,qui reb⁹ iſtis terrenis merito ſuę peruerſitatis præpoſitus & princeps huius ſeculi nominatur.

Domin⁹ diuitiarũ quis dicatur.

Audiebant autem omnia hæc phariſæi qui erant auari,& deridebãt illũ.Et ait illis:Vos eſtis qui iuſtificatis uos coram hominibus:deus autẽ nouit corda ueſtra. Quia quod hoĩbus altũ eſt,abominatio eſt apud deũ. Lex & prophetæ,uſq; ad Ioannẽ:ex eo regnũ dei euãgelizatur, & omnis in illud uim facit.Facilius eſt aũt cœlũ & terrã præterire, q̃ de lege unũ apicẽ cadere.Omnis qui dimittit uxorẽ ſuam,& alteram ducit,mœchatur:& qui dimiſſam à uiro ducit,mœchatur.

Beda.Monuerat Chriſt⁹ ſcribas & phariſæos de ſua iuſtitia nõ pręſumere, ſed pctõres pœnitẽtes recipere, & eleemoſynis ſua peccata redimere,ſed illi præceptorẽ miſericordiæ humilitatis & parſimoniæ deridebãt. vnde diciť: Audiebant aũt om.hæc pha.q.e.au.& de.il. Duas ob cauſas:quia vel minus vtilia imperaret, vel à ſe iam facta ſuperfluè ingereret.Theo.At dñs detegens in eis occultã malitiã,oſtendit eos ſimulare iuſtitiã. vñ ſubditur:Et ait il.Vos eſtis qui iu.vos co.ho. Iuſtificãt ſe coram hoĩbus qui peccatores tanq̃ infirmos deſpera toſq; contẽnũt,ſe aũt ipſos tanq̃ perfectos eleemoſynarũ remedio opus non habere credũt. ſed noxii rumoris altitudo q̃ ſit iuſtè dãnanda, videt ille qui illuminabit abſcondita tenebrarũ.vnde ſequitur: Deus au.no.cor. Theo.Et ideo abominabiles ei eſtis ob arrogãtiam & ambitũ humani fauoris.vnde ſubdit: Quia qđ hoĩbus altum eſt,abominatio eſt apud deũ.Beda. Diſputãtem autẽ contra auaritiã ſaluatorẽ phariſęi deridebãt,quaſi contraria legi prophetiſq; præciperet,vbi multi ditiſſimi deo placuiſſe leguntť:ſed & ipſe Moyſes populũ quẽ regebat,ſi legẽ ſequeretur,oĩbus terrenis bonis abundaturũ prædixit.quibus dñs occurrens oſtẽdit inter legem & euangeliũ, ſicut promiſſionũ ita & præceptorũ non minimã eſſe differentiã.vnde ſubdit:Lex & ꝓphe. vſq; ad Ioan.Amb.Non quia lex defecit,ſed quia incœpit euãgelii prędicatio:videnť eñ minora cõpleri cùm potiora ſuccedãt.Chry.Per hoc autẽ reddit eos celeres ad ſui fidẽ,quia ſi vſq; ad tẽpus Ioannis cõſũmata ſunt omnia,ego ſum qui veni.Non eñ deſtitiſſent ꝓphetæ, niſi veniſſem ego.Sed dices: Qualiter prophetæ vſque ad Ioannẽ,cũ multò plures prophetæ in nouo q̃ in veteri teſtamento fuerint?ſed de illis prophetis dicit,qui pręnũciauerunt Chriſti aduentũ.Euſeb. Nouerãt autẽ priores ꝓphetæ prædicationẽ regni cœlorũ,ſed nullus eorũ expreſſè annũciauerat populo Iudęorũ:eo ꝙ puerilem mentẽ Iudæi habentes imbecilles erãt circa p̃dicationis immenſitatẽ. Primus autem Ioãnes manifeſtè prædicauit appropinquaſſe regnũ cœlorũ,necnõ & peccatorũ remiſſionẽ per lauacrũ regenerationis. vnde ſequitur:Ex eo regnũ dei euãgelizatur,& omnis in illud vim facit.Amb.Lex eñ multa ſcđm naturã tradidit,vt naturalibus indulgẽtior deſideriis ad iuſtitiæ ſtudium nos vocaret: Chriſtus naturam incidit,quia naturales quoq; amputat voluptates.ſed ideo vim facimus naturæ,vt nõ ad terrena demergat,ſed ad ſuperna ſe erigat.

Legis & prophetię tẽpus

Euſeb.Magna eñ pugna incũbit mortalibus in aſcẽſu cœlorũ.ꝙ eñ hoĩes carne mortali veſtiti ſubiugẽt voluptatẽ,& omnẽ illicitũ appetitũ,imitari volentes vitã angelicã qũo non fit violenter? Quis aũt vidẽs diuino inſudantes cultui,& penè ſuã carnẽ mortificantes,non reuera fatebiť illos vim inferre regno cœlorũ? ſed & ſi quis indagauerit mirandũ ꝓpoſitũ venerãdorũ martyrum,fatebiť eos vim irrogare in regnũ cœlorũ.Aug.de quęſt.euan.Vim etiã faciunt in regnũ cœlorũ,vt nõ ſolum tẽporalia iſta contẽnant,ſed etiã linguas deridẽtiũ ſe talia contẽnentes.Hoc eñ ſubiunxit euãgeliſta,cùm dixiſſet deriſum fuiſſe Ieſum,cũ de contẽnendis terrenis diuitiis loquereť.Beda.Ne autẽ putarẽt in eo ꝙ dixit,Lex & prophetæ vſq; ad Ioannẽ,legis vel ꝓphetarum ab eo deſtructionẽ prædicari,hoc excludit ſubdẽs: Facilius autẽ eſt cælũ & terrã præterire, q̃ de lege vnũ apicẽ cadere.Præterit eñ figura hui⁹ mũdi,de lege aũt nec vnius quidẽ literæ ſummitas.i. nec minima quæq; à ſacramẽtis ſpiritalib⁹ vacãt, & tñ lex & ꝓphetę vſq; ad Ioannẽ:quia nõ potuit vltra venturũ prophetizari, quod Ioãnis præconio iam veniſſe clarebat.quod autẽ de lege in perpetuũ non violãda p̃dixerat,vno exempli gratia de illo ſumpto cõfirmat teſtimonio,dicens: Oĩs qui dimittit vxorẽ ſuã,& ducit alterã,mœchať: & qui dimiſſam à viro ducit,mœchať, vt ex hoc vno diſcerẽt etiã in cæteris eum nõ ad ſoluenda,ſed implẽda decreta legis veniſſe.Theo. Quòd eñ cũ imperfectis lex imperfectè loquereť, ex hoc patet ꝙ duris præcordiis Iudæorũ ait:Si vir odio habuerit coniugẽ,dimittet eam. quia cũ homicidæ eſſent & gauderent in ſanguine,nec aſtrictorũ ſibi miſerebanť, adeò vt filios & filias mactarent dæmonibus: nũc verò perfectioris doctrinæ opus eſt.Ob hoc igiť dico,ꝙ ſi quis repudiat coniugẽ,nõ incumbẽte cauſa fornicationis,mœchať:& qui aliã duxerit,mœchať.Amb.Prius autẽ dicendũ arbitror de lege coniugii,vt poſtea de prohibẽdo diuortio diſputemus. Quidã putant omne cõiugiũ à deo eſſe, quia ſcriptum eſt:Quos deus coniunxit,homo nõ ſeparet.Quos ergo Apoſtolus dixit: Si infidelis diſcedit, diſcedat? In quo oſtendit nõ à deo eſſe omne coniugiũ. neq; enim Chriſtiani gẽtilibus dei iudicio coniũgunť.Noli ergo vxorẽ dimittere, ne deũ tuæ culpæ diffitearis auctorẽ. Etenim ſi alienos,multò magis vxoris debes tolerare & emendare mores.Quæ cũ paruulis fœta dimittiť,durũ ſi excludas parentẽ pignora teneas,vt ad contumeliam parentis addas etiã pietatis iniuriã:durius ſi ꝓpter matrem etiã filios ſimul pellas.Pateris ne liberos tuos viuente te eſſe ſub vitrico, ac incolumi matre eſſe ſub nouerca? Quàm periculoſum ſi fragilẽ adoleſcentię ætatẽ errori offeras,q̃ impiũ ſi eius deſtituas ſenectutẽ,cuius defloraueris iuuentutẽ? Pone ſi repudiata nõ nubat, & hoc tibi debuit diſplicere,cui adultero fidẽ ſeruat.Pone ſi nubat,neceſſitas illius tuũ crimen eſt:& quod cõiugium putas,adulterium eſt. Hoc moraliter tamẽ,qa ſupra propoſuerat regnũ dei euãgelizari,& cùm dixiſſet de lege vnũ apicẽ non poſſe cadere,ſubiecit:Omnis qui dimittit vxorẽ ſuam &c.Vir Chriſtus eſt, vxor eccleſia,charitate vxor, integritate virgo:ergo quẽ deus traxit ad filium,non ſeparet perſecutio,non auertat luxuria,non philoſophia depredetur,hęreticus non inficiat,Iudæus nõ ſeparet.Adulteri ſunt omnes qui adulterare cupiunt fidei & ſapientiæ veritatem.

Via cælorũ ardua

Homo quidã erat diues qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplẽdidè. Et erat quidã mendicus nomine Lazarus,qui iacebat ad ianuam eius,ulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis quæ cadebãt de mẽſa diuitis,& nemo illi dabat.Sed & canes ueniebãt,& lingebãt ulcera ei⁹.

Beda.Admonuerat ſupra dñs facere amicos de mãmona iniquitatis,qđ audientes phariſęi deridebãt:deinde illa q̃ propoſuerat,exemplis aſtruit,dicens:Homo quidã erat diues.Chry.Erat,nõ eſt,quia prętcriit quaſi vmbra fugiens.Nõ aũt oĩs ſancta paupertas aut diuitię criminoſæ,ſed vt luxuria infamat diuitias,ita paupertatẽ cõmẽdat ſanctitas.Sequiť:Et indue.pur. & byſſo. Amb.Purpura color regii habitus eſt, & cõchis marinis ferro circũciſis emiſſa.byſſus verò genus lini cãdidi & molliſſimi.Greg.in hom.Si autẽ ſubtiliũ p̃cioſarũq; veſtiũ cultus culpa nõ eſſet,nequaq̃ ſermo dei hoc tam vigilãter exprimeret.Nemo quippe veſtimenta p̃cioſa niſi ad inanem gloriã quęrit,vt honoratior cæteris eſſe videať.nemo eñ vult ibi p̃cioſis veſtibus indui,vbi ab aliis nõ poſſit videri.Chryſ.Cinerẽ & puluerẽ & terrã purpura & ſerico ꝓtegebat,ſcđm veſtimẽta eius,ita & epulę,& nos quales epulę,talia & veſtimẽta.vñ ſequiť: Et epulabať quo.ſplen.Greg.1.mor.Vbi ſolerter intuẽdum eſt,quia celebrari ſinꝑ culpa cõuiuia vix poſſunt, penè ſempꝑ epulas cõcomitať voluptas.Nam cũ corpus in refectionis delectatione reſoluitur,cor ad inane gaudiũ relaxatur.Sequiť: Et erat quidã mẽdi.no. Lazarus. Amb.Narratio magis q̃ parabola videť,quando etiam nomen exprimiť.Chry.Parabola verò illa eſt,vbi exẽplum ponitur,& tacẽtur noĩa.Interpretatur aũt Lazarus qui adiutus eſt:pauper eñ erat, & illũ dñs adiuuabat.Cyril.Vel aľr: Præſens ſermo de diuite & Lazaro ſimilitudinariè ſcript⁹ eſt in parabola, vt innoteſcat ꝙ qui terrenis affluũt opibus,niſi velint opitulari neceſſitatibus pauperũ,grauẽ incurrent ſententiã. Refert aũt traditio Iudæorũ Lazarũ quendã fuiſſe tũc tpis Hieroſolymis extrema preſſum inopia & infirmitate, cuius meminit dñs introducens eũ in exemplũ ad maiorẽ ſermonis manifeſtationẽ. Greg.in Ho. Notandũ etiã eſt, quia in populo plus ſolent noĩa diuitũ q̃ pauperũ ſciri. Dñs aũt nomen pauperis dicit, & nomẽ diuitis non dicit:qa deus humiles nouit atq; approbat,ſupbos ignorat.Vt aũt amplius probareť pauper ſimul hunc & paupertas & ægritudo tabefecit. Sequiť eñ: Qui iacebat ad ianuã eius vlceribus plenus.Chryſ. Ideo iacebat ad ianuã,ne diues diceret:Non vidi,nemo mihi nũciauit. videbat eũ exiens,& reuertens,ideo vlceribus plenus, vt crudelitatẽ diuitis ſuo corpore demonſtraret.mortẽ corporis tui vides iacere ante ianuã, & non miſereris. ſi dei præcepta nõ conſideras, ſaltẽ cõditionis tuæ miſerere,& time ne ipſe talis efficiaris, ægrotatio aũt habet aliquod ſolatiũ,ſi opes habet. Quanta ergo in iſto pœna eſt,in quo inter tanta vulnera nõ meminit dolores plagarũ,ſed famẽ?Sequiť eñ:Cupiẽs ſaturari de micis &c.q.d.Quod proiicis de mẽſa, hoc præbe in eleemoſynã, fac dãna lucrum.Amb.Inſolẽtia aũt & tumor diuitũ in diuitiis cõpetẽtib⁹ ſubinfertur.ſequiť eñ: Et ne.illi da.Ita eñ ſunt cõditionis humanæ immemores, vt tanq̃ ſupra naturã ſiti,de miſeriis pauperũ incentiua ſua capiant voluptatũ,rideant inopẽ,inſultẽt egenti:& quorũ miſereri deceat,his auferãt.Aug.de ver.do.Inexplebilis eñ auaritia diuitũ,nec timet deũ,nec hominẽ veretur:nõ parcit patri,amico fidẽ nõ ſeruat,viduã opprimit,rem pupilli inuadit. Greg.in ho. Inſuꝑ pauper videbat ꝓcedentẽ diuitẽ ab obſequẽtibus circũfulciri, ſe infirmitate & inopia à nullo viſitari: nã quia nemo ei ad viſitandũ aderat,teſtanť canes qui licenter vulnera eius lingebãt.Sequiť eñ:Sed & canes &c.Chry. Vlcera q̃ nullus hominũ lauare dignabatur & cõtrectare, ferę mites lãbunt.Greg.in ho.Ex vna ergo re omnipotens deus duo iudicia exhibuit,dum Lazarum pauperẽ ante ianuã diuitis iacere ꝑmiſit,vt & diues impius da-

Paupertas quæ laudabilis.

Culpa in veſtibus.

Increpatio diuitum.

mnationis ſibi augeret vltionẽ,& tentatus pauper creſceret ad remunerationem:quia conſpiciebat ille quotidie cui miſereretur,videbat iſte de quo probaretur.

Factum eſt autẽ ut moreretur mendicus,& portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autẽ & diues,& ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos cùm eſſet in tormentis,uidit Abrahã à longè,& Lazarũ in ſinu eius, & ipſe clamans dixit:Pater Abrahã,miſerere mei,& mitte Lazarũ ut intingat extremũ digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguã meã,quia crucior in hac flãma. Et dixit illi Abrahã: Fili,recordare qa recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala.Nũc aũt hic cõſolatur,tu uerò cruciaris.Et ĩ his oĩb⁹,inter nos & uos chaos magnũ firmatũ eſt, ut hi qui uolunt hinc trãſire ad uos nõ poßint,neq; inde huc trãſmeare.

Chry.Audiuimus quid vtriq; in terra paſſi ſunt,videamus quid vtriq; patianť apud inferos. Quod tpale fuit,p̃teriit:qđ ſequiť,æternũ eſt. Vterq; mortuus eſt: illũ angeli,hũc pœnę ſuſceperũt.Diciť eñ:Factũ eſt aũt vt mo.mẽ.&c. Tantæ pœnæ repẽtè deliciis cõmutãtur. Portatur poſt tantos labores,quia defecerat,ne ſaltem ambulãs laboraret: & portabať ab angelis.Nõ ſuffecerat ad portandũ pauperem vnus angelus,ſed propterea plures veniũt vt chorũ lętitiæ faciãt:gaudet vnuſquiſque angelus tantũ onus tangere,libẽter talibus oneribus prægrauanť,vt ducant hoĩes ad regna cælorũ.Portatus eſt aũt in ſinu Abrahæ, vt illũ palparet & refocillaret.Sinus Abrahæ paradiſus eſt.Ideo autẽ angeli miniſtrãtes tulerũt pauperẽ,& locauerũt eũ in ſinu Abrahæ,quia licet deſpectus iaceret, non tamen deſperauit, nec blaſphemauit,dicens:Hic diues in nequitia viuens gaudet,& tribulationẽ nõ patitur, ego verò nec obtinere valeo neceſſariã eſcã.Aug.de orig.aĩæ. Quòd aũt Abrahæ ſinũ exiſtimas eſſe corporeum, vereor ne in re tanta ioculariter nõ ſeriò agere credaris.Neq; eñ vſq; adeò deciperis vt arbitreris corporeũ ſinum hoĩs vnius ferre tot animas:imò vt ſecũdũ te loquar tot corpora, quot illuc angeli ſicut Lazarũ ꝑferũt, niſi opineris fortaſſe illã animã ſolã ad eundẽ ſinũ peruenire meruiſſe. Si errare pueriliter nõ vis,ſinũ Abrahæ intellige remotam ſedẽ quietis atq; ſecretam,vbi eſt Abrahã, & ideo Abrahæ dictã,nõ ꝙ ipſius tñ ſit, ſed ꝙ ipſe multarũ gẽtium pater ſit,qui ad imitandũ fidei principatũ propoſitus eſt.Greg.in ho.Cùm aũt duo eſſent inferi⁹ corda, pauperis.ſ.& diuitis,vnus deſuper erat inſpector, q & pauperẽ tentãdo exercebat ad gloriã, & diuitem tolerãdo expectabat ad pœnã.vñ ſequitur:Mortuus eſt aũt & diues.Chry.Mortuus quidẽ eſt tũc corpore,ſed erãt illi ante oĩa mortua,nihil eñ agebat ex opibus animę: nam totus feruor eius qui prouenit ex dilectione proximi expirauit,& erat corpore defuncto defunctior.Nullus aũt eſt qui ſepeliẽdo diuiti miniſtraſſe dicať vt Lazaro:eo nãq; ꝙ in lato itinere delectat⁹ multos habuit obſequẽtes adulatores, vt peruenit ad finẽ priuatus eſt oĩbus.Simpliciter eñ ſequiť: Et ſepult⁹ eſt in inferno. Sed etiã anima ei⁹ dũ viueret,ſepeliebatur obruta corpore quaſi ſepulchro. Aug.de q̃ſt.euã.Sepultura autem inferni pœnarũ profunditas eſt,quæ ſuperbos & immiſericordes poſt hanc vitã vorat. Baſi.Eſt autẽ infernus quidã locus cõmunis in intimo terræ obũbrat⁹ vndiq; & opacus,cuius eſt quoddã orificiũ in profundũ tẽdẽs: per quod patet deſcẽſus aĩabus ad mala dãnatis. Chry. Vel ſicut regũ carceres extra manent, ſic & extra mũdum foris alicubi eſt infernus: vnde & exteriores tenebræ dictæ ſunt.Theo.Quidã verò dicũt infernum eſſe tranſitũ ab apparenti ad diſparens & deformitatẽ animæ.Quãdiu eñ anima peccatoris in corpore eſt, apparet per proprias operationes:vt aũt euolat de corpore,

Frequentia angelorũ circa bonos

Sinus Abrahæ quomodo accipitur.

Inferorum deſcriptio.

fit deformis. Chry. Sicut aũt pauperi dũ viueret grauio rem pœnã reddebat iacere ante ianuã diuitis, & aliena bona ꝓspicere: sic diuiti mortuo augebat exitiũ accubitus in gehẽna, & prosꝑctus delectationis Lazari, ne solũ tormentorũ natura, sed & collatione honoris illi⁹ intolerabilius sentiret suppliciũ. vnde sequitur: Eleuãs autẽ oculos suos &c. Eleuauit quidẽ oculos, vt illũ inspiceret non vt despiceret: Lazarus em̃ sursum erat, ille deorsum: illũ plures angeli portabant, istũ infinita tormenta possidebãt. vnde nõ dicit: Cùm esset in tormentis, sed in tormentis: totus enim in tormentis erat oculos solos liberos habebat, vt alterius lætitiã possit aspicere, vt magis torqueat, quia nõ habet qđ alius habet: aliorũ diuitiæ eorum qui in paupertate sunt, torm̃ta sunt. Greg. Si autẽ Abrahã adhuc in imis nõ esset, hũc diues in tormentis positus nõ videret. Eos em̃ qui cœlestis patriæ vias secuti sunt, post egressum carnis inferni claustra tenuerũt, non vt pœna quasi ꝑctõres plecteret, sed vt illos in locis remotioribus requiescentes, qa necdũ itercessio mediatoris aduenerat, ab ingressu regni reatus primę culpæ retineret. Chry. Multi aũt erãt pauperes iusti, sed qui iacuit ad limina ei⁹, aspectui occurrit ad eius tristitiã. Sequit: Et Laza. in si. eius. Hinc innotescit ꝙ oẽs qui à nobis offenduntur, obiiciũtur nostro cõspectui. Diues autẽ Lazarũ non penes aliũ iustũ, sed in sinu Abrahę videt. erat em̃ Abrahã charitatiuus, hic autẽ crudelitatis arguit. Ille sedẽs ante fores venabatur trãseuntes, & in domũ propriam ingerebat, hic verò & manẽtes intus auertebat. Greg. in ho. Qui nimirum diues cũ cuius in hac vita misereri nõ voluit, in suo iam supplicio positus patronũ quærit. Theo. Nõ tamen dirigit sermonẽ ad Lazarũ, sed ad Abrahã, qa forsan erubescebat & putabat Lazarũ reminisci malorũ ex ꝓpriis iudicãs de illo. vnde sequit: Et ipse cla. dixit. Chry. Magnę em̃ pœnæ magnam vocẽ reddebat. Pater Abrahã. q. d. Patrẽ te voco natura, quo filius qui perdidit suã substantiã, licet meo vitio te patrẽ perdiderim. Miserere mei. Fruſtra agis pœnitentiã, vbi nõ est pœnitentiæ locus. Tormenta te cogũt, non mentis affectus. Quicunq; in regno cælorũ est, nescio an eius qui in inferno est valeat misereri. Creator creaturę misereꝝ suę. Vnus venit medicus qui sanaret morbos, alii sanare nõ poterãt. Mitte Lazarũ: erras miser, Abrahã mittere nõ potest, sed suscipere potest: vt intingat extremũ digiti sui in aquã. Lazarũ videre non dignabaris, & nũc digitum eius desideras. Hoc quod petis, tu ei debebas facere cũ adhuc viueret. Aquã desideras, q delicatos cibos ante fastidiebas. Vide conscientiã ꝑctõris, nõ totũ audet poscere digitum. Instruimur autẽ q̃ sit vtile in diuitiis non cõfidere. ecce diues indiget paupere, qui quãdoq; esuriebat. Mutantur, & notificatur omnibus quis esset diues quis esset pauper: sicut enim in theatris cum aduesperascit, & astãtes recedunt exeuntes & amictum deponẽtes, qui reges & ꝑctores visi fuerant, oĩbus vlceribus pleni videntur vt sunt: sic & aduenięte morte, & resoluto spectaculo, vniuersi laruis egestatis & diuitiarum depositis, ex solis operibus diiudicant, qui nã verè sint diuites, q pauperes: qui glorioſi, quíve inglorii. Greg. in ho. Diues em̃ iste qui vlcerato pauperi mensæ suæ vel minuta dare noluit, in inferno positus vsque ad minima quærenda peruenit. Nam guttã aquæ petiuit, qui micas panis negauit. Basi. Cõdignũ autẽ prę̃mium reddit diuiti illi, ignis & infernalis pœna, lingua arefacta, vice liræ sonãtis gemitus, vice potus desideriũ stillæ, vice speculatorũ enormiũ caligo ꝓfunda, vice ambitus inceſſantis peruigil vermes. vnde sequitur: Vt refrigeret linguã meã, quia crucior in hac flãma. Chry. Non autẽ quia diues fuerat torquebat: sed quia misertus nõ fuit. Greg. in ho. Hinc colligendũ est qua pœna mulctã dus sit qui aliena diripit, si inferni dãnatione percutit qui ꝓpria nõ largit. Amb. Cruciat etiã, quia luxurioso carere deliciis pœna est, aqua autem est refectio animę in doloribus cõstitutæ. Grego. in ho. Quid aũt est ꝙ in tormẽtis positus linguã suam refrigerari postulat, nisi ꝙ is qui conuiuãdo de loquacitate peccauerat, ꝓ retributionis iustitiã in lingua atrocius ardebat? Abũdare em̃ in conuiuiis loquacitas solet. Chry. Multa etiã lingua ei⁹ superba locuta est: vbi peccatũ, ibi & pœna: & quia plurimũ lingua peccauit, amplius torquet. Aug. de quæst. euã. Vel ꝙ linguã suã vult refrigerari cũ in flãma totus arderet, significat qđ scriptũ est, Mors & vita in manibus linguæ: & quia ore cõfessio fit ad salutẽ, quod per superbiã ille nõ fecit. Extremũ autẽ digiti, vel minimã operationẽ significat, qua per spiritũ sanctũ subuenitur. Aug. de orig. animę. Dicis ꝙ mẽbra hic animę describũtur: & vis ꝓ oculũ totũ caput intelligi, quia dictus est leuare oculos suos: per linguã fauces, per digitũ manũ. Quid autẽ causæ est vt noĩa ista mẽbrorũ in deo tibi corpus nõ faciãt, in aĩa faciãt? An verò qñ de creatura dicũtur, ꝓpriè accipiẽda sunt: qñ aũt de creatore, tropicè atq; trãslatè? Pẽnas itaq; corporeas daturus es nobis, quoniã non creator, sed creatura. i. homo dicit: Si assumpsero pẽnas meas diluculo. Porrò si propterea linguã habuit diues ille corpoream, qm̃ dixit: Refrigeret linguã meam: in nobis quoq; adhuc in carne viuẽtibus man⁹ habet ipsa lingua corporea, quia scriptũ est, Mors & vita in manibus linguæ. Greg. Nisi. Sicut autẽ præstantissima speculorũ tales repręsentãt facierũ imagines, quales & ipsæ obiectæ facies extant, lætas quidẽ lætãtiũ, tristiũ verò tristes, sic & iustũ dei iudiciũ simile fit dispositionibus nostris: vnde quia diues non fuit misertus pauperis iacentis ad ianuam, cũ misericordia egeat nõ exauditur. Sequitur em̃: Et di. il. Abra. Fi. &c. Chry. Aspice patriarchę bonitatẽ: vocat illũ filiũ, quod mansuetudinẽ eius potest exprimere, nullũ tñ præbet auxiliũ ei q se remedio priuauerat. vñ dicit: Recordare. i. animaduertas peccata, ne obliuiscaris ꝙ fueris oblectatus diuitiis, recepisti bona in vita tua. i. illa q̃ vera bona esse putabas, nõ potes & in terra regnasse, & hic regnare: diuitiæ non possunt esse veræ & in terra & in infernis. Sequitur: Et Lazarus siliter mala. Nõ ꝙ Lazarus ea mala putauerit, sed ex cẽsura diuitis hoc dicebat, qui inopiam & famẽ & duram ægritudinẽ æstimabat mala. Quando igit infirmitatis & ægrotationis magni tudo ꝑmit Lazarũ, cogitemus & lætãter accipiam⁹ mala in vita nostra. Aug. de q̃st. euan. Hęc igitur ei dicunt, quia felicitatẽ dilexit seculi, nec aliã vitã præter illam in qua superbus timebat adamauit. Lazarũ autẽ dicit mala recepisse, quia intellexit huius seculi mortalitatẽ, labores & dolores, & ęrũnas pœnam esse peccati, quia oẽs in Adam morimur, quia factus est transgressione mortalis. Chryſ. Dicit etiã: Recepisti bona in vita tua, quasi debita. q. d. Si quid boni feciſti vñ ꝑmiũ daretur, oĩa recepisti in illo mundo, epulans, ditatus, oblectat⁹, successibus ꝓsperis: hic autẽ si quid mali cõmisit, vniuersa recepit paupertate, fame, & extremis oppressus miseriis: & vterque vestrũ huc nudus accessit: hic quidem à peccatis, propter quod & consolationẽ sortitur: tu verò à iustitia, propter qđ immitigabilẽ perfers pœnam. vnde sequitur: Nũc aũt hic cõsolatur &c. Greg. in ho. Quæcũq; ergo in hoc seculo bene habetis cum vos bona egisse recolitis, valde de ipsis pertimescite, ne cõcessa vobis prosperitas eorundẽ remuneratio sit bonorum: & cũ quoslibet pauperes nõnulla reprehensibilia

Vindicta diuinæ iustitiæ.

Vicissitudo pœnarum.

Speculorum exemplum.

perpetrare cõspicitis, quia fortasse quos supfluitas tenuissimę prauitatis coinquinat, caminus pauptatis purgat. Chry. Sed dices: Nõne est aliquis qui & hic & illic venia ꝓfruat? hoc quidẽ difficile est, & de numero ꝓfabiliũ. nã & si pauptas nõ vrgeat, vrget tamẽ ambitio. Si ęgritudo nõ stimulet, ira inflãmat: si tẽtationes non impetũt, mergũt sæpius cogitationes iniquę. Nõ est autem paruus labor iracundiã refrenare, cõpescere illicita desideria, ostẽrationes sedare, desperationẽ remittere, vitã asperã ducere. Talia verò nõ agentẽ, impossibile est saluari. Greg. in ho. Respõderi etiã potest, ꝙ mali in hac vita bona recipiũt, quia omne suũ gaudiũ felicitatem trãsitoriã putãt. Iusti autẽ habere hic quidẽ possunt bona, nec tamen incõpensatione recipere: quia dũ meliora. i. æterna appetũt, eorũ iudicio q̃libet bona affuerint, minimè vident. Chryſ. Post misericordiã autẽ dei, in propriis studiis sperandũ est de salute, nõ numerando patres, aut ꝓximos, vel amicos. Frater em̃ nõ liberat. & ideo subdit: Et in his oĩbus &c. Theo. Chaos magnũ significat iustorũ à ꝑctõribus distãtiam. nã sicut affectus eorũ varii fuerãt, sic etiã mansiones nõ modicũ differũt. Chry. Quod firmatũ dicit, quia nõ potest dissolui, agitari vel cõcuti. Amb. Inter diuitẽ igit & pauperem chaos magnũ est, quia post mortẽ nequeũt meri ta mutari. vnde sequit: Vt hi qui volũt hinc &c. Chry. q. d. Videre possumus, trãsire nõ possumus, & nos videmus quid fugerimus, & vos videtis quid perdideritis: & nostra gaudia cumulãt vestra torm̃ta, & vestra tormenta cumulant nostra gaudia. Grego. in ho. Sicut em̃ trans ire reprobi ad electos cupiunt, id est à suppliciorũ suorũ afflictione migrare, ita ad afflictos atq; in tormẽtis positos trans ire iustorũ est mẽte ire ꝑ misericordiã, eósq; velle liberare. Sed iustorum animæ quãuis in suæ naturæ bonitate misericordiã habeãt, iam tñ auctoris sui iustitiæ coniũctæ, tãta rectitudine cõstringuntur, vt nulla ad reprobos cõpassione moueant: nec iniusti ergo ad beatorũ sortẽ transeũt, quia dãnatione perpetua cõstringunt: nec iusti ad reprobos trãsire possunt, quia erecti iam per iustitiã iudicii, eis nullo mõ ex aliqua cõpassione miserent. Theo. Hinc elicis argumentũ cõtra Orige. sequaces qui dicũt: Cũ termin⁹ sit imponendus suppliciis, erit tẽpus quo aggregabunt ꝑctõres iustis & deo. Aug. de q̃st. euã. Ostẽditur em̃ ꝓ incõmutabilitatẽ diuinæ sentẽtiæ nullũ auxiliũ misericordię posse ꝓberi ꝑctõribus à iustis, etiã si velint ꝓbere: quo admonet vt in hac vita hoĩes subueniãt quib⁹ possunt, ne si postea etiã optimè recepti fuerint, eis quos diligunt opitulari nõ valeant. Illud em̃ qđ scriptũ est, vt & ipsi recipiant vos in æterna tabernacula, nõ de superbis & immiseri cordibus scriptum est, sed de his qui sibi eos amicos de operib⁹ misericordię fecerũt: quos iusti nõ velut ꝓpria potestate q̃si gratificãdo recipiũt, sed ꝓmissiõe diuina.

Deiiustitia ostenditur.

Sententia diuina cõmutabilis.

Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domũ patris mei. Habeo enim quinque fratres: ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum tormentorũ. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & prophetas: audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Greg. in ho. Posq̃ ardẽti diuiti de se spes tollit eius animus ad ꝓpinquos quos reliquerat incurrit. vnde dicitur: Et ait, Rogo te pater &c. Aug. de q̃st. euã. Lazarũ petit mitti, qa sensit se ĩdignũ qui testimoniũ ꝓhibeat veritati. Et quia nõ impetrauerat paululũ refrigerari, multò minus credit se relaxari posse ab inferis ad ꝑdicationẽ veritatis. Chry. Vide aũt puersitatẽ, nec ĩ ipsis pœnis cõtinet veritatẽ. Si pater est Abrahã, qsio dicis: Mitte eũ in domũ patris mei? sed non es oblitus patris tui. quia ille te ꝑdidit. Greg. in ho. Reproborũ aũt mẽtem pœna sua qñq; inutiliter erudit ad charitatẽ, vt iã tunc etiã suos specialiter diligãt, qui hic dũ peccata diligerẽt, nec se amabãt. vñ sequit: Habeo em̃ quinq; &c. Amb. Serius aũt diues iste magister esse incipit, cũ iam nec discẽdi tẽpus habeat vel docẽdi. Greg. in ho. Qua in re notandũ est ardẽti diuiti quãta supplicia cumulãtur. ad pœnã nanq; suã ei cognitio seruat & memoria: cognouit em̃ Lazarũ quẽ despexir, & fratrũ suorũ meminit quos reliquit. vt em̃ ꝑctõres in supplicio ampli⁹ puniant, & eorũ videt gloriã quos cõtempserunt, & de illorũ pœna torquent quos inutiliter amauerũt. Petẽti autẽ diuiti vt Lazarus mitteret ad Abrahã, ꝓtinus respondet. vñ sequit: Et ait illi Abrahã, &c. Chry. q. d. Nõ sint tibi magis curæ fratres tui q̃ deo q eos creauit, statuitq; eis doctores qui eos cõmonerent & solicitarent. Vocat aũt hic Moysen & ꝓphetas scripta Mosayca & prophetica. Amb. Quo loco euidẽtissimè declarat dñs vetus testamentũ esse fidei firmitatẽ, retundẽs perfidiã Iudæorũ, & excludẽs neqtias hæreticorũ. Greg. in ho. Sed qui dei verba despexerat, hęc audire nõ posse suos sequaces æstimabat. vñ sequit: At ille dixit: Non, pater Abrahã &c. Chry. Quia em̃ audiendo scripturas contẽnebat, & fabulas esse putabat, ex his q̃ passus fuerat ipse quoq; diiudicabat de fratribus. Greg. Nise. Sed & aliud quoddã dogma docemur, ꝙ Lazari quidẽ aĩa non est erga præsentia solicita, nec retorquet se ad aliquod relictorũ. At diues quasi quodã visco etiam post mortẽ à vita detinet carnali. Nam si quis oĩno carnalis scdm mentẽ fiat, nec post q̃ corpus exuerit, remouet à passionibus eius. Grego. in ho. Sed mox diuiti veraci sententia respõdetur. Sequitur enim: Ait autẽ illi, Si Moysen & prophetas non audiũt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credẽt ei. Quia qui verba legis despiciunt, redemptoris præcepta qui ex mortuis resurrexit, quantò subtiliora sunt, tantò hic difficilius implebunt. Chryſ. Quòd autẽ verũ sit quòd qui non auscultat scripturis, nec mortuis rediuiuis auscultat, ostenderũt Iudæi, qui nunc quidem volebant occidere Lazarum, nunc verò inuadebant apostolos, cùm tamen à mortuis nonnulli resurrexerint hora crucis. Sed & illud cõsidera, ꝙ quisque mortuus seruus est, quæcunq; verò dicunt scripturæ dicit dñs: vnde & si resurgat mortuus, & si cœlitus descenderit angelus, omnibus magis sunt dignæ fide scripturæ. nam angelorum domin⁹ viuorũ & mortuorum eas instituit. Si autẽ sciret hoc deus quòd mortui resurgentes prodessent viuentibus, non hoc omisisset, qui pro vtilitate nostra singula quæq; tractat. Sed & si crebro resurgerẽt mortui, hoc iterum tempore contẽneretur, sed & diabolus facilè introduceret peruersa dogmata, id quoque per organa sua fingens: non quidẽ suscitans verè defunctos, sed quibusdam fallaciis spectantium fruſtrans intuitũ vel ingenians quosdã mortem simulare. Aug. de curis pro mortuo habendis. Diceret autem aliquis: si nulla est mortuis cura de viuis, quomodo diues rogauit Abrahã vt mitteret Lazarum ad quinq; fratres suos? Sed nunquid quia hoc diues ille dixit, ideo quid fratres agerẽt, vel quid paterent in illo tẽpore sciuit? ita illi cura fuit de viuis, quãuis quid agerent omnino nescirent: sicut nobis est cura de mortuis, quãuis quid agãt omnino nesciamus. Sed rursus occurrit quæstio, quomodo hic Abrahã esse sciebat Moysen & prophetas, id est liberos eorũ, vbi etiã nouerat diuitem illũ in deliciis, Lazarum verò in doloribus vixisse? Verũ nõ cũ hęc agerent in viuis, sed eis mortuis potuit

Cura epulationis præpostera.

Miraculi declatio.

Quæstio pulchra.

Lazaro indicante cognoscere,ne falsum sit quod ait ꝓpheta,Abrahã nesciuit nos.Possunt & ab angelis q̃ rebus q̃ agũtur hic præsto sũt,audire aliquid mortui:possunt etiã aliqua q̃ necessariũ est eos nosse non solũ præterita,verũetiam futura spiritu dei reuelãte, cognoscere.Aug.de q̃st.euan.Per allegoriã autem hæc sic accipi possunt,vt in diuite intelligant superbi Iudæorũ ignorantes dei iustitiã,& suã volentes constituere.Purpura & byssus dignitas regni est.Et auferetur(inquit)à vobis regnũ dei.Epulatio splendida iactantia legis est, in qua gloriabant plus ad pompã elationis abutentes ea, q̃ ad necessitatẽ salutis vtẽtes. Mendicus autẽ nomine Lazarus,qui interpretat adiutus,significat indigẽtem veluti gentilẽ aliquem aut publicanũ,qui tanto magis adiuuatur,quanto minus de suarũ copia facultatũ præsumit.Greg.in ho.Lazarus igitur vlceribus plenus gẽtilem populũ figuraliter exprimit,qui dũ ad deũ cõuersus peccata sua cõfiteri nõ erubuit, huic vulnus in cute fuit.Quid em̃ est peccatorũ confessio,nisi quædã vulnerum ruptio?sed Lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis quæ cadebãt de mẽsa diuitis,& nemo illi dabat.quia gẽtilẽ quẽq; ad cognitionẽ legis admittere superbus ille populus despiciebat. & ꝙa ei verba defluebant de scientia,quasi micæ cadebant de mensa. Aug. de quæst.euan.Canes aũt qui vlcera pauperis lingebãt, nequissimi homines sunt amantes peccata, qui lata lingua etiã laudare nõ cessant opera mala,q̃ in se alius gemens & cõfitens detestatur. Greg.in ho. Nõnunq̃ etiã solent in sacro eloquio per canes prædicatores intelligi,secũdum illud: Lingua canum tuorũ ex inimicis ab ipso.Canum etenim lingua vulnº dũ lingit curat, quia doctores sancti dũ in cõfessione peccati nostri nos instruunt, quasi vulnus mentis per linguã tangũt. Diues autem sepultus est in inferno, in sinũ verò Abrahæ Lazarus ab angelis ductus est.i.in secretam requiẽ:de qua veritas dicit, Multi veniẽt ab oriente & occidente, & recumbẽt cũ Abrahã,Isaac & Iacob in regno cœlorũ: filii autẽ regni eiicient in tenebras exteriores.De longinquo autẽ ad videndũ Lazarũ oculos diues leuat, qa dũ per dãnationis suæ supplicia infideles in imo sunt, fideles quosq; ante diem extremi iudicii super se in requie attendũt,quorũ post gaudia contẽplari nullatenus possunt.Longè verò est quod cõspiciunt,quia illuc per meritũ non attingũt.In lingua aũt amplius ardere ostẽditur,quia infidelis populus verba legis in ore tenuit,quæ opere seruare contẽpsit. Ibi ergo amplius ardebit,vbi se amplius ostendit scire quod facere noluit. Abrahã autẽ filium eum vocat, quẽ tamen à tormento non liberat, quoniã huius infidelis populi patres, quia multos à sua fide deuiasse considerant,eos nulla cõpassione à tormentis eripiunt,quos tamen per carnẽ filios recognoscunt. Aug.de q̃st.euan.Quinq; autem fratres quos habere dicit ĩ domo patris sui,Iudæos significat, qui appellati sunt quinq;, quia sub lege detinebantur quæ per Moysen data est, qui quinq; libros cõscripsit. Chry.Vel habuit quinq; fratres,i.quinq; sensus quibº ante seruierat,& ideo Lazarũ amare non poterat,quia illi fratres non amant paupertatẽ.Illi te fratres in hæc tormẽta miserũt,saluari nõ possunt nisi morianť, alioquin necesse est vt fratres habitent cum fratre suo.Sed quid quæris,vt mittã Lazarũ?habent Moysen & ꝓphetas.Moyses,Lazarus pauper fuit, maiores diuitias esse arbitratº paupertatẽ Christi,q̃ diuitias Pharaonis,Hie remias in lacũ missus pane tribulationis vescebatur,& oẽs ꝓphetæ istos fratres docent: sed isti fratres saluari non possunt,nisi aliquis ab inferis resurrexerit.Isti em̃ fratres anteq̃ Christus resurgeret,me ducebãt in mortem,ille mortuus est,sed isti fratres resurrexerunt: nũt oculus meus Christũ videt,auris eũ audit,taĉº amplectitur.Ex hoc autẽ quod diximus, locũ determinamus Martioni & Manichęo qui destruũt vetus testamentũ. Vide ergo quid dicat Abrahã,si Moysen & ꝓphetas nõ audiũt.q.d.Bene facis eũ qui resurrecturus est expectãdo,sed in illis Christus loquit:si illos audies,& illũ auditurus es.Greg.in ho.Iudaicus aũt populus,qa Moysi verba spiritaliter intelligere cõtempsit,ad eum de quo Moyses locutus fuerat non peruenit.Ambr.Vel aliter: Lazarus est paup in seculo,sed deo diues:neque em̃ oĩs sancta pauptas aut diuitiæ criminosæ: sed sicut luxuria infamat diuitias,ita paupertatẽ cõmẽdat sanctitas:siue apostolicus aliquis pauper in verbo,locuples in fide,q̃ verã teneat fidẽ,verborũ infulas nõ requirit.Cui simílem illũ puto,qui cæsus sæpius à Iudæis vlcera sui corporis lãbenda quibusdã,velut canibus offerebat. Beati canes in quos vlcerũ talium distillat humor,vt impleat cor quo custodire domũ,seruare gregẽ, cauere assuescã lupos.& quia panis verbũ est, fides aũt verbi est,micæ velut quædam dogmata fidei sunt mysteria.s.scriptura rum.Arriani aũt qui societatẽ potẽtiæ regalis affectãt, vt impugnent ecclesiæ veritatem,nónne tibi videnť in quadam purpura & byssо iacere?qui cũ ꝓ veris fucata defendant,diuitibus abũdant sermonibus. Diues hæresis euangelia multa cõposuit, & pauper fides hoc solum euangeliũ tenuit quod accepit.Diues philosophia plures sibi deos fecit,pauper ecclesia vnũ deum nouit. nónne illæ videnť egenæ diuitiæ, & redũdare paupertas?Aug.de q̃st.euan.Aliter etiam intelligi potest illa narratio,vt Lazarũ dñm significare accipiamus iacentem ad ianuam illius diuitis,quia se ad aures superbissimas Iudæorũ incarnationis humilitate deiecit,cupiens saturari de micis q̃ cadebãt de mẽsa diuitis.i. quærens ab eis,vel minima opera iustitiæ, quæ suæ mẽsę.i. suæ potestati ꝓ superbiam nõ vsurparẽt,q̃ opera quanuis minima & sine disciplina perseuerãtiæ vitæ bonæ, saltẽ interdũ vel casu facerẽt,sicut micæ de mẽsa cadere solent.Vlcera,passiones sunt dñi.Canes qui ea lingebant,gentes sunt quos immũdos Iudæi dicebãt, & tamen passiones domini in sacramentis corporis & sanguinis eius per totum iam orbẽ suauitate deuotissima lambũt.Sinus Abrahæ intelligitur secretũ patris, quo post passionẽ resurgens,assumptus est dñs,quo eũ portatum ab angelis ideo dictũ puto,quia ipsam receptionem qua in secretũ patris accessit,angeli annũciauerũt discipulis.Cætera secundũ superiorẽ expositionẽ accipi possunt,quia secretũ patris bene intelligit, vbi etiã ante resurrectionem iustorum animæ viuunt cum deo.

Allegorica expositio.

Visio Lazari qualis.

Arriani.

CAPVT XVII.

ET ait ad discipulos suos:Impoßibile est, ut non ueniant scandala.Væ autẽ illi per quẽ ueniunt.Vtilius est illi,si lapis molaris imponatur circa collũ eius, & proiiciatur in mare,quàm ut scandalizet unum de pusillis istis.

Theo.Quia phariſei exiſtẽtes auari cõuiciabãt Christo de pauptate ꝓdicãti,induxit parabolã diuitis & Lazari.Deinde eũ discipulis cõfert de phariſeis,indicans eos schismaticos,& diuinę vię ꝓditores esse.vñ dicit: & ait ad dis.s.Imp.e.v.n.v.scãdala.Id est ꝓpedimẽta bonæ & deo placitę cõuersationis.Chry.Sũt aũt duplicia scandala,quorũ hęc quidẽ diuinę gloriæ refraganť,hęc verò ꝓdeũt solũ ad irrogandũ fratribus impedimentũ: nã excogitationes hæresum,& qcũq; cõtra veritatẽ fit sermo,diuinę glorię refraganť.Nõ tamẽ ad præsens me morari videnť huiusmodi scãdala,sed magis ea quę cõtingũt inter amicos & fratres,sicut iurgia,detractiones & huiusmodi.vñ postea subdit:Si peccauerit in te frater tuus &c.Theo.Vel dicit,quòd necesse est emergere multa prædicationis & veritatis obstacula, sicut phari sæi impediebant Christi prędicationẽ.Quærũt autem aliqui: Si necesse est vt veniãt scandala, cur dñs arguit scandalorũ auctorẽ?Sequitur em̃:Væ aũt illi per quem veniunt.Quicquid em̃ parit necessitas,veniale est.Sed attẽde,ꝙ necessitas ista ex libero arbitrio sortitur originẽ,videns em̃ dñs qualiter hoĩes innituntť malo, nec proponũt aliquid boni,dixit ꝙ quantũ est ex cõsequẽtia eorũ quæ videntur,necesse est contingere scandala: sicut si medicus vidẽs quẽquã mala dięta vtentẽ dicat, necesse est hunc ægrotare,& ideo inducenti scãdala væ dicit,& pœnã ei cõminatur,dicẽs: Vtilius est illi si lapis molaris &c.Beda.Secundũ morẽ prouinciæ Palęstinæ loquit,cùm maiorũ criminũ apud veteres Iudæos fuerit pœna,vt in profundũ ligato saxo demergerẽtur, & reuera vtilius est innoxiũ pœna quãuis atrocissima, tẽporali tamen vitã finire corporeã,q̃ fratri nocentem mortẽ animæ mereri perpetuã.Recte aũt qui scandalizari potest,pusillus appellat:qui em̃ magnus est,quodcũq; viderit,quodcũq; passus fuerit,nõ declinat à fide. Inquantũ ergo sine peccato possumus, euitare ꝓximorum scandalũ debemus.Si autẽ de veritate scandalũ sumitur,vtilius permittit scandalũ q̃ veritas relinquatur. Chry.Per scãdalizantis aũt pœnã,brauiũ saluãtis addisce.nisi enim vnius animæ salus esset sibi nimium curę, non comminaretur scandalizantibus tantam pœnam.

Doctrina vtilis.

Scandalum duplex.

Attendite uobis:Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum:& si pœnitẽtiam egerit,dimitte illi.Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens:Pœnitet me,dimitte illi.

Amb.Post diuitẽ qui cruciat in pœnis,subiacet præceptũ veniæ largiendæ his qui se ab errore cõuertũt,ne quẽ desperatio nõ reuocet à culpa.vnde dicit: Attẽdite vobis.Theo.q.d.Necesse est scandala cõtingere,nõ tamẽ necessariũ est vos perire si peccaueritis : sicut nõ est necesse oues perire lupo veniente, si vigilet pastor. Et quoniã multæ sunt scandalizantiũ differẽtiæ,quidã em̃ sunt insanabiles,quidã sanabiles.Et ideo subiungit: Si peccauerit in te frater tuus &c.Amb.Vt neq; difficilis venia,nec remissa sit indulgentia:neq; austera percellat inuectio,vel cõniuentia nõ inuitet ad culpam. vnde & alibi dicitur:Corripe ipsum inter te & ipsum solũ.plus enim proficit amica correctio,q̃ accusatio turbulenta. Illa pudorẽ incutit,hæc indignationẽ mouet . seruetur potius quòd prodi metuat qui monetur. Bonũ quippe est vt amicũ magis te,qui corripitur credat,q̃ inimicũ. Facilius em̃ consiliis acquiescitur,q̃ iniuriæ succũbit. Infirmus custos diuturnitatis est timor, pudor aũt bonus magister officii.qui em̃ metuit,reprimit, nõ emendatur.Pulchrè aũt posuit,Si peccauerit in te. Nõ enim est æqua cõditio in deũ hominemq; peccare. Beda. Intuendũ est autẽ quia non passim peccanti dimittere iubet,sed pœnitentiã agenti.hoc em̃ ordine scandala delinare possumus,si nullum lædamus, si peccãtem zelo iustitiæ corripimus, si pœnitenti misericordiæ viscera pãdimus.Theo.Sed quæret aliquis:Si cũ pluries indulserim fratri iterũ fit nociuus,quid agẽdũ est secũ? Ideo quæstioni huic respondens,subdit: Et si septies in die, &c.Beda.Septenario numero nõ veniæ dandæ terminus ponitur,sed vel omnia peccata dimittẽda vel semper pœnitenti dimittẽdum præcipitur.Solet enim sæpe per septẽ cuiusq; rei aut tẽporis vniuersitas indicari.Amb.Vel quia septima die requieuit deus ab operibus suis,post hebdomadã istiº mũdi requies nobis diuturna promittitur:vt quemadmodũ mala istius mundi opera cessabunt,ita etiã vindicta ęseueritas cõquiescat.

Septenarii mysterium.

Et dixerũt apostoli domino:Adauge nobis fidẽ.Dixit aũt dominº:Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis,dicetis huic arbori moro:eradicare et trãsplãtare ĩ mare,et obediet uobis.

Theop. Audientes discipuli dñm de quibusdam arduis differentem:puta de paupertate & scãdalis euitãdis,petũt sibi fidẽ augeri,ꝙ quã possent paupertatẽ sequi:nihil em̃ adeò cultũ suggerit paupertatis,sicut credere & sperare in dño:& vt per fidẽ scãdalis valeãt resistere.vnde dicit:Et di.apo.do.adau.no.fidẽ.Greg.22. mor.Vtq; iam accepta per initiũ fuerat, quasi ꝙ augmẽtum graduũ ad perfectionẽ veniret.Aug.de q̃st.euã. Potest quidẽ intelligi hanc fidẽ sibi augeri postulasse qua credunť ea q̃ nõ videnť,sed tamẽ dicit etiã fides rerum quando non verbis,sed ipsis rebus ꝓsentibus creditur: quod futurũ est cũ iam per speciẽ manifestã se cõtẽplãdam præbebit sanctis ipsa dei sapiẽtia per quã facta sũt oĩa.Theo. Dñs aũt ostẽdit eis ꝙ bene peterẽt, & quòd credere deberẽt cõstãter,ostendẽs eis ꝙ fides multa potest.vnde sequit:Dixit aũt do.Si ha.fi.&c.Duo magna cõcurrũt in idẽ:trãspositio radicati in terra,& plãtatio in mari.quid em̃ in vndis plantaẽ?per q̃ duo virtutẽ fidei manifestat.Chry. Mentionẽ autẽ facit sinapis,quia eius granũ & si fit paruũ quãtitate,est tamen potestate virtuosius oĩbus. Insinuat igit ꝙ minimũ suæ fidei magna potest.Si autẽ morũ non trãspositurũ apostoli, nõ calũnieris:nõ em̃ dixit,Transferetis,sed transferre poteritis:sed noluerunt,quia opus nõ erat,cũ maiora fecerint.Quæret aũt aliquis:Quomodo Christº dicit minimã partẽ esse fidei q̃ morũ vel montẽ potest trãspone re:cùm Paulus dicat hanc esse omnẽ fidẽ q̃ mõtes trãsfert?Dicẽdum igit est ꝙ apostolus attribuit toti fidei montẽ transponere nõ tanquã tota fides solũ hoc possit,sed quia hoc carnalibus magnũ videbat ꝓpter eminentiã corporis.Beda.Vel fidẽ perfectã dñs hic granosinapis cõparat,eò ꝙ sit in facie humilis & in pectore feruens.Mysticè aũt per morũ,cuius colore sanguineo fructus & virgulta rubent,euangeliũ crucis exprimit, quæ per fidẽ apostolorũ de gente Iudæorũ in qua,velut in stirpe generis,tenebat,verba prędicationis eradicata,& in mare gentiũ plantata est.Ambr.Vel hoc dicit, quando fides spiritũ excludit immũdũ. Nã fructº mori primo albet in flore,qui inde iã formatus erutilat, maturitate nigrescit.Diabolus quoq; ex albenti angelicæ flore naturæ & potestate rutilanti pręuaricatione deiectus,tetro inhorruit odore peccati.Chryſ.Morũ etiam diabolo aptabis:nam sicut mori frondibº vermes alũtur,sic diabolus per cogitationes exortas ab eo, alit nobis vermẽ perpetuum:sed hanc morum potest fides ab animabus nostris euellere,& in abyssum demergere.

Duo magna concurrunt.

Fidei virtus.

Quis autẽ uestrũ habens seruum arantẽ aut pascentẽ boues,qui regresso de agro dicat illi,Statim trãsi & recumbe: & non dicit,para quod cœnem, & præcinge te,& ministra mihi donec mãducẽ & bibã,& post hæc tu mãducabis & bibes?Nũquid gratiã habet seruo illi,qa fecit quæ ei imperauerat?Non puto.Sic & uos cũ feceritis oĩa quæ præcepta sunt uobis,dicite,serui inutiles sumº.Quod debuimº facere,fecimº.

Theo. quia fides ꝓpriũ possessorẽ facit diuinorũ mãdatorũ obseruatorẽ,viuificis eum exornans operibus: exinde videbatur hominẽ incurrere posse superbię vitium,vnde præmonuit dominº apostolos ne superbiãt in virtutibus suis per exemplũ cõueniẽs,dicens:Quis autẽ vestrũ habens seruum arantem &c. Aug.de quęst. euan.Vel aliter:Hanc ergo fidẽ præstãtissimæ veritatis plerisque non intelligẽtibus videri potest dominus discipulis suis non ad id quod petierant respõdisse. Difficile autem mihi apparet, nisi intelligamus ex fide in

fidem.i.ex fide ista qua ministrat deo,in eā fidē significasse transferri vbi fruantur deo.Augebitur enim fides cū primo verbis p̄dicātibus, deinde reb⁹ apparētibus creditur,sed illa contēplatio summā quietē habet,quæ in æterno dei regno retribuitur. Sūma verò quies illa prēmiū est iustorū laborū,qui ecclesiæ administratione peragūtur:& ideo quāuis ī agro aret seruus aut pascat, hoc est in vita seculari, vel terrena versēt negocia, vel stultis hoībus tanquā pecorib⁹ seruiat,opus est vt post illos labores domū veniat,hoc est ecclesię societ.Beda. Vel seruus de agro egreditur, cū intermisso ad tempus opere prædicādi ad cōscientiā doctor recurrit, sua secū acta vel dicta retractans,cui nō statim dñs dicit,Transi de hac vita mortali.Recūbe.i.in æterna sede beatæ vitæ fouere.Ambr. Intelligit em̄ quia nullus recūbit nisi ante transierit:deniq; & Moyses ante transiuit vt magnum visum videret. Sicut ergo tu nō solū nō dicis seruo tuo,Recūbe,sed exigis ab eo aliud ministerium:ita nec in te patit dñs vnius vsum esse operis & laboris, quia dū viuimus debemus semper operari.vnde sequit: Et nō di.ei:par.quod cœnē &c. Beda. Iubet parari qđ cœnet,hoc est post labore apertæ locutionis humilitatem quoq; considerationis ꝓpriæ exhibere, tali cœna dñs pasci desiderat;præcingi autē est mentē humiliatā ab oībus fluctuantiū cogitationū finibus,quib⁹ operū Expositio tropologica gressus impediri solet cōstringere. Nam qui vestimēta præcingit,hoc agit ne incedēs inuoluat ad lapsum. Mi nistrare verò deo,est absq; gratię eius auxilio nihil virium habere profiteri. Aug.de q̄st.euā. Ministrātibus etiā,hoc est euangelizātibus seruis suis, māducat & bibit dñs cōfessionē & fidē gentiū.Sequit:Et post hoc tu manducabis & bibes.Beda.Quasi dicat:Post q̄ tuę p̄dicationis opere delectatus tuæq; compunctionis epulis fuero refectus,tūc demū transies & æternis meę sapiētiæ dapibus in æternū reficieris.Cyril.Docet autē dñs ꝙ ius potestatis dñicæ,quasi debitā subiectionē requirit à famulis, cùm subdit: Nunquid gratiā habet seruo illi,quia fecit quæ sibi imperauerat?Non puto,per hoc morbus ſuperbiæ tollitur.Quid superbis?ignoras ꝙ si non persoluis debitū,periculū imminet.Si verò persoluas,nullam gratiā facis?secundū illud Pauli, Si euangelizauero,non est mihi gloria, necessitas enim mihi est: væ mihi si non euangelizauero. Considera ergo quòd qui apud nos dominātur,nō referunt gratias, cùm aliqui subditorū statuta sibi prosequūtur obsequia.sed ex beneuolentia sæpius suorum prouocātes affectum,maiorem eis appetitū seruiendi aggerant.Sic & deus petit quidem à nobis famulatum iure seruitii : verū quia clemens & bonus est,honores laborātibus pollicetur, & supereminet sudoribus subiectorum beneuolentiæ magnitudo.Ambro.Non ergo te iactes,si bene seruisti Obsequa creaturā mūdi. quod facere debuisti.Obsequitur sol, obtēperat luna, seruiunt angeli, & nos ergo non à nobis laudem exigamus.vnde cōcludens subdit:Sic & vos cùm omnia benefeceritis dicite,quia serui inutiles sumus: quia quod debuimus facere,fecimus.Beda.Serui quidē, quia precio empti.Inutiles, quia dominus bonorū nostrorū nō indiget,vel quia non sunt cōdignæ passiones huius tēporis ad futuram gloriam. Hæc igitur est in hominib⁹ fidei perfectio,si omnibus quę sunt pręcepta impletis, imperfectos se esse nouerint.

Et factū est dū iret Iesus in Hierusalē,transibat per mediā Samariā & Galilæā.Et cū ingrederetur quoddā castellum, occurrerūt ei decē uiri leprosi,qui steterūt à longè,& leuauerunt uocem,dicētes:Iesu præceptor,miserere nostri.Quos ut uidit,dixit:Ite,ostēdite uos sacerdotibus. Et factū est dum irēt,mūdati sunt.Vnus aūt ex illis,ut uidit quia mūdatus est, regressus est cū magna uoce magnificās deū.Et cecidit in faciem ante pedes eius,gratias agēs.Et hic erat Samaritanus. Respōdēs aūt Iesus,dixit:Nōne decē mūdati sūt?& nouē ubi sunt?Nō est inuct⁹ q̄ rediret,& daret gloriā deo nisi hic alienigena.Et ait illi,Surge & uade: qa fides tua te saluū fecit.

Amb.Post p̄dictā parabolā reprehēdunt ingrati,dicitur em̄:Et factū est dū iret Iesus &c.Titus. Vt ostēdat ꝙ Samaritani quidē beneuoli, Iudæi verò p̄dictis bñficiis sunt ingrati : erat em̄ discordia inter Samaritanos & Iudęos,quā ipse quasi pacificās inter vtrosq; transit, vt vtrosq; cōpingat in vnū nomen hoīs.Cyril. Deinde suā gloriā saluator manifestat,attrahens ad fidē Israel. vnde sequit:Et cū ingrede.qđ.ca.oc.ei decēviri leprosi, ab vrbib⁹ & oppidis expulsi & quasi immūdi ritu legis Mosayę.Titus.Cōuersabant aūt adinuicē, quia fecerat eos vnanimes cōmunitas passionis, & præstolabātur transitū Iesu soliciti donec aduenientē Christū viderent.vñ sequit:Qui steterūt à longè,eo ꝙ lex Iudæorū leprā immūdā iudicat.Lex aūt euangelica nō externam,sed internā asserit esse immūdā.Theo. A lōgè ergo stant quasi verecūdantes de immūditia q̄ eis imputabatur:putabāt em̄ ꝙ Christus eos fastidiret ad modū aliorū:sic ergo abstiterūt loco,sed facti sunt ꝓximi deprecando:ꝓpè em̄ est dñs omnib⁹ inuocātibus eum in veritate. vnde sequit: Et leua.vo.di.Iesu ꝑce.miſe.nostri.Titus.Dicūt nomē Iesu,& lucrifaciūt rem.Nā Iesus interpretatur saluator.Dicūt,miserere nobis: propter experientiam virtutis eius,neq; argentū petentes neq; aurū,sed vt aspectū corporis sanū obtineāt.Theo. Nec simpliciter obsecrant eū,nec rogāt eū vt mortalē. Vocant em̄ eum præceptorē.i.dūm : quo penè videtur hunc opinari deū.At ipse iubet illis,vt ostēderent se sacerdotibus.vnde sequit:Quos vt vi.di.Ite osten.vos sacerdotibus.Ipsi em̄ experiebant,si mūdati forēt à lepra vel non.Cyril.Lex etiā mundatos lepra iubebat offerre sacrificium causa purgationis.Theo.Iubere ergo eis vt irent ad sacerdotes,nihil aliud innuebat nisi ꝙ debebant curari.vnde sequit:Et fa.est dū irēt,mū.sunt. Cyril.In quo Iudæorū pōtifices æmuli glorię eius cognoscere poterāt ꝙ inopinatè & mirificè sanati sunt, cōcedente Christo eis salutē.Theo.Cùm aūt decem essent, nouē qui Israelitæ erant ingrati fuerūt,sed alienigena Samaritan⁹ reuersus,voces emittebat benignas. vnde sequit:Vnus aūt ex illis &c.Titus.Dedit aūt ei appropinquādi fiduciā susceptā purgatio.vnde sequit:Et cecidit in fa.suā ante pe.eius gra.agens. Ex procubitu & Generis gloria inanis. supplicatione fidē suam simul cū beneuolentia pādens. Sequitur:Et hic erat Samaritanus.Theo.Hinc poterit quisq; conijcere,quòd nihil impedit quenquā placere deo &si de genere prophano processerit,dūmodo bonū gerat propositū.Nullus etiā natus ex sanctis superbiat, nouem enim qui Israelitæ erant,ingrati fuerunt. vnde sequitur: Respondēs aūt Iesus dixit, nónne decem &c. Titus.Per hoc ostendit quòd promptiores ad fidē erāt alienigenæ,lentus enim erat ad fidem Israel.vnde subditur:Et ait illi,Surge,vade: quia fides tua te saluū fecit.Aug.de q̄st.euan.Mysticè autē leprosi intelligi possunt,qui scientiā veræ fidei non habētes varias doctrinas profitentur erroris.Non em̄ abscōdunt imperitiā suam,sed pro summa peritia proferunt in lucē,& iactātiam sermonis ostendunt.Coloris quippe vitium lepra est:vera ergo falsis ꝛordinatè ꝓmixta ī vna disputatione vel narratione hominis tanquam in vnius corporis colore apparentia,significat lepram,tāquam veris falsisq; colorū fucis humana corpora variantē atq; maculantem.Hi autē tam vitandi sunt ecclesiæ,vt si fieri potest longius remoti magno clamore Christū interpellent.Quòd aūt p̄ceptorē eū inuocauerūt satis puto verè leprā falsam esse doctrinā,quā bon⁹ p̄ceptor abstergat.Nullū aūt eorū quibus hæc corporalia bñficia dñs p̄stitit,iuenit misisse ad sacerdotes nisi leprosos.Sacerdotiū em̄ Iudæorū figura fuit sacerdotii qđ est in ecclesia.Cætera autē vitia p seipsū interius in cōsciētia dñs sanat & corrigit.Doctrina verò vel imbuēdi p sacramēta,vel catechizādi p sermonē potestas ecclesiæ tributa est. Qui dū irent,mūdati sunt,quia gētiles ad quos venerat Petrus nondū accepto baptismatis sacramēto, ꝙ qđ spūaliter ad sacerdotes pueniſ, infusione spūs sācti declarant. Quisquis ergo in ecclesiæ societate doctrinā integrā verāq; assequat,eo ꝙ manifestat varietate mēdaciorū,tanq̄ lepra caruisse,hic tū ingratus deo mūdatori suo,gratiarū agendarū pia humilitate nō ꝓsternit, similis est illis de quibus dicit Apostolus,ꝙ cū deū cognouissent,nō ut deū magnificauerūt,aut gratias egerunt,ideo tales in nouenario numero tanq̄ imperfecti Vnitatis virtus. remanebūt.Nouē em̄ īdigēt vno,vt quadā vnitatis forma coagulent vt x.sint.Ille aūt qui gratias egit vnicæ ecclesiæ significatione approbatus est. Et quia illi erāt Iudęi,amisisse ꝙ superbiā declarati sunt regnū cœlorū, vbi maximè vnitas custodit.Iste verò qui erat Samaritanus qđ interpretat custos,illi à quo accepit tribuens quod accepit sedm illud:Fortitudinē meā ad te custodiam,vnitatē regni humili deuotione seruauit. Beda. Cecidit autē in faciē, quia ex malis quæ se perpetrasse meminit erubescit: qui surgere & ire præcipitur, quia qui infirmitatē suā cognoscēs humiliter iacet,ꝓ diuini verbi cōsolationē ad fortia opera proficere iubetur: si autē fides saluū fecit eū qui se ad agendas gratias inclinauit,ergo perfidia perdit eos qui de acceptis beneficiis deo dare gloriā neglexerunt. Quapropter fidem per humilitatem augeri debere, sicut in parabola superiori decernitur,ita hic ipsis rebus ostenditur.

Interrogat⁹ aūt à pharisæis,quādo uenit regnū dei?Respōdēs eis dixit:Nō ueniet regnū dei cū obseruatiōe:neq; dicēt, ecce hic,aut ecce illic.Ecce enim regnum dei intra uos est.

Cyril.Cū saluator in sermonib⁹ quos ad alios dirigebat frequēter regnū dei meminisset,ob hoc pharisæi eū deridebāt.vnde dicit:Interroga.au.à pha.quando venit regnū dei?regnū,quasi irrisoriè dicerent,anteq̄ veniat,de quo loq̄ris mors crucis te occupabit. Dñs autē patientiā ostēdens,increpatus nō increpat, sed potius malos existētes suo nō dedignat respōso. Sequitur em̄: Respō.eis di.Nō venit regnū dei cū obseruatione.q.d. nō q̄ratis de tēporibus, quibus iterū instabit tēpus regni cælorū.Beda.Illud em̄ tēpus neq; ab hoībus,neque ab angelis potest obseruari, sicut tēpus incarnationis ꝓphetarū,vaticiniis & angelorū est manifestatū pręconiis.vnde subdit:Neq; dicent:Ecce hic, aut ecce illic. Vel aliter:Interrogāt de tpe regni dei, quia sicut infra dicitur:Existimabāt ꝙ veniēte Hierosolymā domino, confestim regnū dei manifestaret.vnde dominus respōdet,ꝙ regnū dei nō veniet cū obseruatione.Cyril. Solum autē ad vtilitatem cuiuslibet hominis esse fatetur illud quod subditur:Ecce em̄ regnū dei intra vos est.i. in vestris affectibus,& in potestate vestra id capere:potest enim quilibet homo iustificat⁹ per fidē Christi & virtutibus ornat⁹,regnū obtinere cœlorū. Greg.Naz. Vel forsitan regnū nobis insitum dicit inditā animab⁹ nostris lætitiā per spiritū sanctū. ea em̄ est velut imago Arra lætitiæ. & arra perēnis lætitiæ qua in futuro seculo sanctorum animæ gaudēt.Beda.Vel regnū dei seipsum dicit intra illos positū,hoc est in cordibus eorū per fidē regnantē.

Et ait ad discipulos suos: Venient dies quando desideretis uidere unum diem filij hominis, & non uidebitis. Et dicent uobis:Ecce hic,& ecce illic. Nolite ire,neq; sectemini. Nam sicut fulgur coruscans de sub cœlo in ea quæ sub cœlo sunt,fulget:ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati,& reprobari à generatione hac.

Cyril.Quia dñs dixerat:Regnū dei intra vos est, voluit discipulos esse paratos ad patientiā,vt effecti strenui intrare valeāt regnū dei.prædicit ergo eis,ꝙ anteq̄ de cœlo veniat,in fine seculi persecutio irruet sup eos. vnde sequitur:Et ait ad disci.suos,Venient dies &c. Significans ꝙ tāta erit persecutio, ꝙ vnū diē eius videre cupiant illius.s.tēporis quo adhuc cōuersabantur cum Christo.sanè Iudæi Christū multis angustiauerunt improperiis & iniuriis,sed cōparatione malorū maiorum minora eligēda vident.Theo. Tūc em̄ absq; solicitudine viuebāt,Christo eos ꝓtegante & protegente,sed futurū erat quādo Christo absente traderētur periculis, ad reges & principes ducti,& tūc tēpus primū cuperēt quasi tranquillū.Beda.Vel diē Christi dicit regnū eius qđ speramus futurū,& bene dicit vnū diē, quia in illa beatitudinis gloria tenebrarū interruptio nulla est:bonum ergo est diē Christi desiderare,nec tamē magnitudine desiderii nobis somnia fingere debemus quasi instet dies domini.vnde sequitur:Et dicēt vobis,Ec.&c. Euseb.q.d. Si aduenięte Antichristo fama de eo volet, quasi apparuerit Christus,nō egrediamini,neq; sequamini: nā impossibile est eū qui semel in terra visus est, iterū in angulis terræ cōuersari.Erit igit hic de quo dicitur nō verus Christus: manifestū em̄ signum secundi aduētus saluatoris nostri hoc est,ꝙ subito totum orbē claritas eius aduentus replebit.vnde sequit:Nam sicut fulgur &c.Nō enim apparebit super terrā ambulās,sicut quidā homo cōmunis, sed vniuersaliter irradiabit, ostendēs cūctis iubar ꝓpriæ deitatis.Beda. Et pulchrè ait,Coruscās de sub cœlo:quia iudiciū sub cęlo,hoc est Iudicii locus. in aeris medio geret,sedm illud apostoli:Simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā Christo in aera. Si autē dñs in iudicio sicut fulgur apparebit, nullus tūc in sua mente latere permittit,quia ipso iudicis fulgore penetrat.potest aūt hæc dñi responsio,& de illo eius aduētu quo quotidie venit in ecclesia accipi. Intantū em̄ sæpe hæretici turbauerūt ecclesiā, dicēdo in suo dogmate fidem Christi manere,vt fideles illorū tēporū desiderarent dūm vel vno die,si fieri posset,redire ad terras, vt ꝑ seipsum qūo se habeat fidei veritas intimaret.Et non videbitis(inquit) qa nō est op⁹ corporali visione dūm redire,quia semel ꝑ vniuersum mundū euāgelii vigorem exhibuit.Cyril.Opinabant aūt discipuli ꝙ vadēs Hierosolymā statim ostēderet regnū dei.Hāc igit opinionē resecans notū facit eis,ꝙ primo decebat eū salu Veritas declarata. brem passionē sufferre,deinde ad patrē ascēdere & desuper fulgere,vt orbē terrarum in iustitia iudicet.vnde subdit:Primū aūt &c.Generationē nō tm̄ Iudæorum, verūetiā oīm reproborū appellat,à quibus etiam nunc filius hominis in corpore suo,hoc est in ecclesia multa patitur & reprobatur.Inserit aūt de sua passiōe loquēs de gloria sui aduētus, vt dolorē passionis spe promissæ clarificationis mitigarēt,simulq; seipsos pararēt,si gloriam regni diligerent, mortis non horrere periculum.

Et sicut factū est in diebus Noe,ita erit & ī diebus filij hoīs. Edebāt & bibebāt,uxores ducebāt & dabāt ad nuptias usq; in diē qua intrauit Noe in arcā,& uenit diluuiū & perdidit oēs.Similiter sicut factū est in diebus Loth.Edebāt & bibebāt,emebāt & uēdebāt,plātabāt & ædificabāt: qua die aūt exiit Loth à Sodomis,pluit ignē & sulphur de cœlo,& oēs perdidit.Secūdū hæc erit qua die filius hominis reuelabitur.

Beda.Aduentū domini quē fulguri citò trāsuolanti cōparauerat,nunc cōparat diebus Noe & Loth,quādo

repentinus mortalib⁹ superuenit interitus. vnde dicit: Et sicut factũ est, &c. Chry. Quia em̃ tunc nõ crediderunt cõminatoriis verbis, passi sunt repẽtè reale iudicium: eorũ autẽ incredulitas ex anima lenta, pcedebat. Nam quæcũq; vult aliquis & intendit, ea etiam expectat. vnde sequit: Edebãt & bibebant &c. Amb. Bene

Diluuii ratio exponitur.

causam diluuii de nostris asserit processisse peccatis, ga deus malũ nõ creauit, sed nostra sibi merita repererũt: non quia cõiugia dãnentur, neq; em̃ alimenta dãnãtur (cũ in istis successionis, in illis naturæ subsidia sint) sed sed in oĩbus modus quærit. quicquid em̃ abũdãtius est, à malo est. Beda. Mysticè aũt Noe arcam ædificat, cùm dñs ecclesiam de Christi fidelib⁹ quasi lignis læuigatis adunando cõstruit: quã perfectè cõsummatã ingredit, cũ hãc in die iudicii præsentia suæ visionis æternus habitator illustrat. sed cũ arca ædificat, iniquũ luxuriãtur: cũ verò intrat, intereũt. quia qui sanctis hic certãtibus insultãt, eis illic coronatis æterna dãnatione plectent. Euse. Quia verò vsus est dñs exẽplo diluuii, ne putaret aliquis futurũ diluuiũ ex aqua, vtitur secundo exemplo Loth docẽs modũ perditionis impiorũ, q̃ igne demisso cælitus superueniet impiis ira dei. vnde subdit: Similiter sicut factũ est &c. Beda. Prætermisso illo infando Sodomorũ scelere, sola ea q̃ leuia vel nulla putari potenotãda sententia. rant delicta cõmemorat: vt intelligas illicita quali pœna feriãtur, si licita immoderatius acta igne & sulphure puniũtur. Sequitur em̃: Qua die aũt exiit Loth &c. Euseb. Nõ prius dixit ignẽ cælitus decurrisse super impios Sodomorũ, q̃ Loth exisse ab eis: sicut & diluuiũ nõ prius terræ incolas perdidit, q̃ Noe arcã intrasset. quia quãdiu Noe vel Loth cõuersabãtur cũ impiis, deus nõ irrogabat iram, ne vnà cũ peccatoribus deperirent: volens autẽ eos perdere subtraxit iustũ, sic & in consummatione seculi nõ prius erit finis q̃ oẽs iusti sint semoti ab impiis. vnde sequitur: Secũdũ hæc erit &c. Beda. Quia qui interim nõ apparẽs oĩa videt, tunc apparens oĩa iudicabit. Apparebit aũt iudicaturus eo maximè tẽpore quo cũctos iudiciorũ eius oblitos, huic seculo cõspexerit esse mãcipatos. Theo. Postq̃ em̃ venerit Antichristus, hoĩes fient lasciui, dediti enormibus vitiis, secundũ illud apostoli: Voluptatũ amatores magis q̃ dei. si em̃ Antichristus est cuiuslibet peccati habitaculum, quid aliud inferet misero tunc tẽporis hominũ generi nisi sua? & hoc dñs innuit per exẽpla diluuii & Sodo-

Allegoria expõ.

mitarũ. Beda. Mysticè autẽ Loth, qui interpretatur declinans, est populus electorũ: qui dũ in Sodomis, id est inter reprobos vt aduena moratur, quãtum valet eorũ scelera declinat. Exeunte autem Loth, Sodoma perit, quia in consummatione seculi exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorũ, & mittent eos in caminum ignis. Ignis tamen & sulphur quæ de cælo pluisse commemorat, non ipsam perennis supplicii flammam, sed subitaneum diei illius significat aduentum.

In illa die q̃ fuerit in tecto, & uasa eius in domo: ne descẽdat tollere illa. Et q̃ in agro similiter nõ redeat retro. Memores estote uxoris Loth. Quicũq; quæsierit animã suã saluã facere, perdet illam. Et quicũq; perdiderit illam, uiuificabit eam.

Ambr. Quia propter improbos necesse est vt probi in hoc seculo cõtritionẽ cordis animiq; patiãtur, quo vberiorẽ mercedẽ accipiant in futurũ, quibusdã remediis instruuntur, cùm dicitur: In illa die &c. Hoc est, si quis superiora iam domus suæ eminẽtiũq; virtutũ culmen ascendit, ad terrena mũdi huius opera nõ accedat. Aug. de q̃st. euan. In tecto em̃ est qui excedẽs carnalia tanquã in aura libera spiritaliter viuit: vasa em̃ in domo, sunt sensus carnales, quibus ad inuestigãdũ veritatem quæ intellectu capitur, multi vtẽtes penitus erauerunt. Caueat ergo spiritalis homo, ne in die tribulationis rursus vita carnali q̃ per sẽsus corporis pascitur, delectatus ad vasa huius mũdi tollẽda descẽdat. Sequitur: Et qui in agro &c. Id est q̃ operatur in ecclesia: sicut Paulus plantãs, & sicut Apollo rigans, nõ respiciat spem secularẽ cui renũciauit. Theo. Hæc aũt oĩa Matthæus p̃ captione Hierosolymorũ à dño dicta fatetur: vt sup. ueniẽtibus Romanis nec domi cõsistentes descẽdere deberẽt p̃ quocũq; necessario, sed p̃tinus arripere fugã: nec in agro manẽtes redire domũ. Et nimirũ in captione Hierosolymorũ constat hæc euenisse, iterũ fore vẽtura in Antichristi aduẽtu, magis aũt in ipso tẽpore cõsummationis, cũ & tunc intolerabilis sit futura calamitas. Euse. Innuit ergo p̃ hoc futurã esse persecutionẽ à filio perditionis in Christi fideles. Diẽ igitur illam vocat tẽpus p̃cedens finẽ mundi, in quo qui fugit nõ reuertatur, & amittẽs bona nõ curet, nec imitetur coniugẽ Loth, q̃ post fugã in exitu de ciuitate Sodomorum reuersa mortua est, & colũna salis effecta. vnde sequitur: Memo. esto. vxo. Loth. Amb. Quæ ideo quia retrospexit perdidit naturæ suæ munus. Retrò em̃ satanas, retrò em̃ Sodoma: quapropter fuge intẽperãtiam, declinato luxuriã, recordare quia ille qui se veteribus studiis nõ reflexit, ideo euasit, quia puenit ad mõtem. Illa, quoniam ad posteriora respexit, nec mariti adiuta suffragio ad montẽ peruenire potuit, sed remãsit. Aug. de q̃st. euan. Significat igitur vxor Loth eos qui in tribulatione retrospiciũt, & se à spe diuinæ promissionis auertũt: & ideo statua salis facta est, vt admonendo homines ne hoc faciant, tanq̃ condiat cor eorũ ne sint fatui. Theo. Cõsequẽter subiungit subsequẽtia p̃missorum, dicens: Quicunq; quæsi. &c. q. d. Nõ quærat aliq̃s in persecutionibus Antichristi curare p̃priã animam, nam perdet eã: quisquis aũt cædibus & periculis se dederit, saluus erit. vnde sequitur: Et quicũq; pdi. il. vi. eã. Nequaquã se tyranno subiiciẽs propter vitæ amorem. Cyril. Quomodo etiã aliquis perdat propriã animam, vt saluã eam faciat, manifestat Paulus dicẽs de quibusdam, qui carnẽ suam crucifixerũt cũ vitiis & concupiscentiis, labore scilicet & pietate aggrediẽtes agonẽs.

Dico autẽ uobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno: unus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erũt molẽtes in unum, una assumetur, & altera relinquetur. L... in agro, unus assumetur, & alter relinquetur. Respondentes dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit illis: Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

Beda. Dixerat suprà dñs eũ q̃ in agro sit retrò redire nõ debere, qđ ne de his tantũ quis apertè de agro rediturus, hoc est palã dũm negaturi sunt dictũ putares, pergit ostẽdere nonnullos esse qui eũ faciẽ habere in anteriora videant, animo tñ retrò respiciũt. vnde dicit: Dico autẽ vobis &c. Amb. Bene noctem dicit, quia Antichristus hora tenebrarũ est, eo q̃ pectoribus hoĩm tenebras Antichristus infundat, cũ dicat se esse Christũ. Christus aũt sicut fulgur coruscans fulget, vt in illa nocte resurrectionis gloriã videre possimus. Augu. de q̃st. euã. Vel in illa nocte dicit, hoc est in illa tribulatione. Theo. Vel inopinatũ docet esse Christi aduentũ, quem futurũ esse noctu docemur. Cũ aũt dixisset diuites vix saluari, ostẽdit q̃ nec oẽs diuites pereũt, nec oẽs pauperes saluant. Cyril. Per duos em̃ existentes in vno lecto videtur designare diuites quiescentes in mũdanis deliciis, lectus nanq; signũ quietis est, nõ autẽ quicunq; diuitiis affluũt sunt impii, sed aliquis est probus & in fide electus. hic igitur assumetur, alter verò qui talis nõ existit dimittetur. Descendens enim dñs ad iudicium mittet angelos suos qui cæteris in terra derelictis poTropologia verborũ.

nam passuris sanctos & iustos ei addducent, sedm illud apostoli: rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera. Amb. Vel ex vno strato infirmitatis humanæ vnus relinquit. i. improbat, alter verò assumit. i. rapitur obuiã Christo in aera. Sequit: Duæ erũt molẽ. &c. Cyril. Per molẽtes innuere videnr pauperes & pressos laborib⁹, ad quod etiã pertinet quod subdit: Duo in agro, vnus assumet &c. In his enim nõ modicũ differt, nã hi sarcinam paupertatis viriliter sustinent, vitã agentes honestam & humilẽ, qui assument: hi verò sunt ad prophana prõptissimi, qui relinquentur. Amb. Vel per molẽtes significari videnr, qui ex occultis alimẽta quærunt, & in

Mundus pistrinũ dicitur.

apertũ ex inferioribus proferũt. Et fortasse mũdus iste pistrinũ est, anima aũt nostra velut quodã carcere includitur corporali. In hoc ergo pistrino vel synagoga, vel anima obnoxia delictis, triticũ molendo madefactũ, & graui humore corruptũ, non potest interiora ab exterioribus separare, & ideo relinquit, quia eius similago displicuit: at vero sancta ecclesia vel anima nullis macula cõtagiis delictorũ, quæ tale triticũ molit, quod solis ẽterni calore torridũ bonã similaginẽ de penetralibus hoĩm deo offert. Qui sint autẽ agricolæ possumus reperire si aduertamus duas mẽtes esse in nobis: vnam exterioris hoĩs quæ corrũpit, alterã interioris q̃ per sacramentũ renouatur. Istę igit sunt operãtes in agro nostro, quarũ altera bonũ fructũ diligentia dat, altera amittit incuria. Vel duos populos interpretamur in hoc mũdo qui agro cõpărãtur: quorũ alter qui fidelis est assumitur, alter qui infidelis est relinquitur. Aug. de q̃st.

Triagenera hominum.

euan. Vel tria genera hoĩm hic videtur significari: Vnũ eorum qui ociũ & quietẽ eligũt, qui neq; negociis secularibus neq; ecclesiasticis occupati: q̃ illorũ quies lẽti nomine significata est. Alterũ eorũ qui in plebibus cõstituti regunt à doctoribus, agẽtes ea q̃ sunt huius seculi: quos & fœminarũ noĩe significauit, qa cõsiliis prælatorũ regi his expedit: & molẽtes dixit, quia tpaliũ orbem negociorũ atq; circuitum vertunt: quasi tñ in vno molentes dixit inquantũ de istis rebus & negotiis suis præbent vsibus ecclesiæ. Tertiũ genus est eorũ qui operãtur in ecclesiæ mysterio tanq̃ in agro dei. In his ergo tribus generib⁹ bina sunt rursus genera hoĩm in singulis: quorũ aliqui in ecclesia permanẽt qui assumunt, aliqui cadũt qui relinquuntur. Amb. Non em̃ iniquus est deus, vt pares studiis in societate viuendi, atq; indiscreta actuũ qualitate, meritorũ remuneratione discernat. Non aũt merita hoĩm copulæ vsus exæquat, qa nõ oẽs qđ adoriunt efficiunt, sed qui pseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Cyril. Quia ergo dixit, q̃ quidã assumerentur, vtiliter bene inquirunt discipuli quo assumerẽtur. vñ sequitur: Respondẽtes dicũt illi, vbi dñe? Beda. Duo aũt saluator interrogatus, vbi. s. sint boni assumẽdi, & vbi mali relinquẽdi: vnũ dixit, aliud subintelligẽ dũ reliquit. vñ sequit: Qui dixit eis: Vbicũq; fue. cor. il. cõgr. & aquil. Cyril. q. d. sicut deiecto cadauere aues, quarũ pabulũ sunt carnes, ad illud cõueniũt: ita cũ venerit filius hoĩs, tunc oẽs aquilæ. i. sancti concurrẽt ad eũ.

Animæ cõparantur aquilis.

Amb. Iustorũ em̃ aĩę aquilis cõparant, eo q̃ alta petãt, humilia derelinquãt, & lõgæuã ducere feruntur ætatẽ. de corpore aũt dubitare nõ possum⁹, maximè si meminerimus q̃ à Pilato Ioseph corpus accepit. Nónne tibi videtur aquilæ circa corpus, mulieres apostolorũq; cõuentus circa dñi sepulturã? Nónne tibi videtur aquilæ circa corpus, qñ veniet in nubibus & videbit eũ omnis oculus? Est aũt corpus de quo dictũ est, Caro mea verè est cibus. Circa hoc corpus aquilæ sunt, quę circũuolãt spũalibus alis. Sunt etiã circa corpus aquilæ, q̃ credunt Iesum Christũ in carne venisse. Et est ecclesia in qua p baptismi gratiã spũ renouamur. Euseb. Vel per aquilas mortua aĩalia depascẽtes principes huius seculi denotauit: & eos qui tũc tpis sanctos dei persequentur, penes quos relinquunt assumptionis indigni, qui corpus vel cadauer dicuntur, vel punitrices virtutes quæ fracturæ sunt impiorũ, hic per aquilas denotant. Aug. de cõ. euã. Hæc autem q̃ Lucas hic ponit, nõ in eo sermone in quo Matthę⁹ vel recordat occupãdo vt pri⁹ cõmemoraret, q̃post à dño dicta sunt, vel bis à dño dicta facit ĩtelligi.

CAPVT XVIII.

Dicebat aũt & parabolã ad illos, quoniã oportet semper orare & nõ deficere, dicẽs: Iudex quidã erat in quadã ciuitate, qui deũ nõ timebat, & hoĩem nõ reuerebatur. Vidua aũt quædã erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eũ, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multũ tẽpus. Post hæc autẽ dixit intra se: Etsi deũ non timeo, nec hominem reuereor: tamen quia molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne in nouissimo ueniens suggillet me. Ait autẽ dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patiẽtiam habebit in illis? Dico autem uobis, quia cito faciet uindictam illorum. Veruntamen filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in terra?

Theo. Postq̃ ęrũnarũ & periculorũ dñs meminit, subdit horũ remediũ, quod est oratio iugis & p̃meditata. vnde dicit: Dicebat aũt & para. ad il. &c. Chry. Qui te redemit, quid te facere voluit demonstrauit. Nõ vult te cessare à precibus, vult te beneficia meditari dũ petis, vult te rogando accipere qđ benignitas desiderat impartiri. Nec vnquã oranti beneficia denegat, qui vt orãtes non deficiãt sua pietate instigat. hortamenta dñi libenter admitte: quod præcipit velle debes, nolle si ipse dñs prohiberet. Deniq; cõsidera quanta est tibi cõcessa felicitas, orationibus fabulari cũ deo, quod desideras postulare: qui &si verbis silet, tñ beneficiis respondet: non aspernatur quod petis, non tędet nisi fortè tacueris. Beda. Dicendũ est autẽ eum semper orare & nõ deficere, qui canonicis horis rogare nõ desistit: aut oĩa quæ iustus secundũ deũ gerit & dicit, ad orationẽ sunt reputanda. Aug. de quæst. euan. Parabolas autẽ dñs aut secundũ similitudinẽ ponit, sicut de fœneratore, qui cũ duobus debitorib⁹ donasset quod debebãt, ab eo plus dilect⁹ est cui plus donauit: aut de ipsa similitudine aliquid probat, veluti est illud: q̃ si fœnum agri quod hodie est, & eras in clibanũ mittitur, deus sic vestit, quantò magis vos modicæ fidei? Hic ergo iniquus iudex nõ ex similitudine, sed ex dissimilitudine adhibitus est, de quo subdit: Iudex qui erat in quadã ciuitate. &c. Theo. Vide q̃ impudentem erga hoĩes esse grauioris est mali indicii. Deũ em̃ quãplures nõ timent, attamẽ humano cohibẽtur pudore, & ideo minus peccãt. Cùm verò fit aliquis impudẽs, etiã quo ad homines, tũc excrescit cumulus vitiorũ. Sequit: Vidua autẽ quæ erat in illa ciui.

Clemẽtia diuidna.

Aug. Ista vidua potest habere similitudinẽ ecclesiæ, q̃ desolata videtur donec veniat dñs, qui nunc in secreto curam eius gerit. Sed quia sequitur: Et veniebat ad eũ, &c. Hic monet cur electi dei se vindicare deprecentur, quod etiã in Apocalypsi Ioannis de martyribus dicit: cùm apertissimè moneamur, vt pro nostris inimicis & persecutoribus oremus? Intelligendũ est autẽ eam vindictã esse iustorũ, vt omnes mali pereant. Pereunt autẽ duobus modis: aut conuersione ad iustitiã, aut amissa per supplicii potestate. Itaq; si omnes homines cõuerterẽtur ad deũ, diabolus tamen remaneret in seculi fine dãnandus: quem finẽ cũ iusti videre desiderant, non absurdè vindictã desiderare dicũtur. Cyril. Vel aliter:

Ecclesia cõparat viduæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quoties nobis ab aliquibus irrogant̄ offensæ, tūc gloriosam esse putabimus obliuionē malorū: quoties verò aliquid ad ipsam dei gloriā peccant, cōtra dogmatis diuini ministros bellantes, tunc deū adimus postulantes subsidiū, & exclamantes contra impugnantes gloriam eius. Aug. de q̄st. euan. Apud iniquissimū ergo iudicem vsq; ad effectū implēdi desiderii valuit trahere perseuerantia deprecātis. vnde sequit̄: Post hæc aūt di. intra se: Etsi deū non timeo, &c. Multò igitur certiores esse debent qui deū perseueranter rogāt, fontē iustitiæ atque misericordiæ. Vnde sequitur: Ait aūt dn̄s: Audite &c. Theo. Quasi dicat, si iudicē imbutum quolibet scelere demulsit assiduitas, quantò magis patrē misericordiæ deum flectemus ad pietatē orādo? vnde sequitur: Dico aūt vobis, quia citò faciet vindi. il. Tētauerūt aūt quidam subtilius hanc indagare parabolā, dicūt em̄ viduā esse quālibet animā, quæ pristinū virū. s. diabolū exclu dit: ob hoc ei aduersantē ꝙ accedit ad deū iustitiæ iudicem qui neq; deū timet, nam ipse solus est deus: sed nec veretur hominē, non est em̄ apud deū personarū acceptio. Huius igitur viduæ. i. animæ supplicantis, iugiter sibi cōtra diabolū miseretur deus, demulcēte eū instātia eius. Postq̄ dn̄s docuit ꝙ vtendū sit in tpe cōsummationis oratione pro tūc futuris periculis, subdit: Verūtamē fili⁹ hoīs veni. pu. inue. fidē in terra? Aug. de ver. do. Dicit aūt hoc dn̄s de fide q̄ perfecta est. Ipsa em̄ vix inuenitur in terra. Ecce plena est ecclesia dei, quis huc accederet si nulla esset fides? quis non montes transferret, si plena esset fides? Beda. Cùm aūt omnipotēs cōditor in figura filii hoīs apparuerit, tanta erit raritas electorum, vt nō tam ob clamorē fideliū q̄ torporē altiorū totius mundi sit acceleranda ruina.

Malitia mūdi circa finē.

Quòd aūt dn̄s hic quasi dubitatiuè dicit, nō dubitat, sed arguit. Nā & nos aliquando de rebus, quas certas habemus, increpatiuè verbū dubitationis ponim⁹, vt si dicat̄ seruo: Cōsidera forsitā dn̄s tuus sū. Aug. de ver. do. Hoc aūt dn̄s adiicit, vt ostēdat ꝙ si fides deficit, oratio perit: ergo vt orem⁹ credamus, vt & ipsa fides nō deficiat oremus. Fides fundit orationem, fusa oratio fidei impetrat firmitatem.

Dixit autē & ad quosdam qui in se cōfidebant tanq̄ iusti, & aspernabantur cæteros parabolā istam, dicēs: Duo homines ascēdebant in templū ut orarēt: unus pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia nō sum sicut cæteri hoīm, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiā hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniū quæ poßideo. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cœlū leuare, sed percutiebat pectus suū, dicens: Deus propicius esto mihi peccatori. Amen dico uobis descendit hic iustificatus in domū suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Aug. de ver. do. Quia fides nō est supborū, sed humilium, p̄missis subiecit parabolā de humilitate, & cōtra superbiā. vnde dicitur: Dixit autē & ad quosdam &c. Theo. Quia enim superbia plusq̄ aliæ passiones vexat hominū mentes, ideo crebrius de hac monet.

Superbię malitia.

Est autē superbia dei cōtēptus, quoties em̄ aliquis non deo, sed sibi ascribit bona q̄ facit, quid est aliud q̄ dei negatio? causa igitur confidentiū in seipsis, non autē totū attribuentiū deo, sed ob hoc etiā cæteros contēnentiū parabolam proponit, ostendēs ꝙ iustitia quāuis hominē approximet deo, si tamen assumat superbiā ad infimū deiicit hominē. vnde sequitur: Duo homines ascēdebant in templū &c. Græcus. Diligentiā quidē orationis docuit nos per viduam & iudicē, hic autē per pharisæū & publicanū docet nos, quomodo sint ei dirigēda precamina, ne sit infructuosum orationis negociū. Condēnatus est autē pharisæus cùm incautè oraret, nam sequit̄: Pharisæus autē stās hæc apud se orabat. Theo. Per hoc quod dicit, Stans: elatū eius animū notat. ipso enim habitu superbissimus videbatur. Basi. Dicit autē, Apud se orabat, quasi nō apud deū, quia ad seipsum redibat per pctm̄ superbiæ. Sequit̄ em̄: Deus, gratias ago tibi. Aug. de verb. do. Non reprehendit̄ quia deo gratias agebat, sed quia nihil sibi addi cupiebat. Ergo iam plenus es, iam abundas, non est quare dicas: Dimitte nobis debita nostra. Quis est igit̄ qui impunè oppugnat gratiā, si reprehenditur qui superbè agit gratias? Audiant q dicunt: Deus me hominē fecit, ego me iustū facio. O peior & detestabilior pharisæo, qui superbè iustū se dicebat, sed tamen inde gratias deo agebat. Theo. Attende autē seriem orationis pharisæi. Primo nanq; dixit quę ei aberant, deinde subiūgit quæ habebat. Sequit̄ enim: Quia non sum sicut cæte. ho. &c. Aug. de ver. do. Diceret saltē sicut multi homines. Quid est cæteri homines nisi oēs præter ipsum? Ego (inquit) iustus sum, cæteri peccatores.

Quatuor species superbiæ

Greg. 24. mo. Quatuor quippe sūt species quibus omnis tumor arrogantiū demonstrat̄, cū bonū aut à semetipsis habere se æstimant, aut si sibi datū desuper credunt, pro suis se hoc accepisse meritis putant, aut certè cū iactant se habere quod nō habent: aut despectis cæteris singulariter videri appetunt habere qđ habēt. vnde & pharisæus hic bonorū sibi operū merita singulariter tribuit. Aug. de ver. do. Ecce autē ex vicino publicano maioris erat ei tumoris occasio. Sequit̄ enim: Velut etiam hic publica. q. d. Ego sum solus. Iste de cæteris est. Chry. Nō enim satiauerat contēptū eius tota humana natura, sed & publicanū aggressus est: moderatius autē peccasset, si publicanū excepisset. Nūc autem vno verbo & absentes inuadit, & vulnera pręsentis lacessit. Nō est autē gratiarū actio inuectiua aliorū. Si regratiaris deo, ipse tibi tm̄ sufficias, nec te ad hoīes transferas, nec proximū condēnes. Basi. Discrepat autē elatus à cōuiciatore sola habitudine. Is em̄ in alios vtit̄ conuitiis, hic aūt se mentis temeritate extollit. Chrys.

Cōuitiatoris malitia.

Qui aūt aliis cōuitiat̄, sibi & aliis multa mala facit. Primo em̄ audientē reddit peiorē, qa si sit pc̄tōr, fit lætior criminis inuēto collega: si sit iustus, extollit̄ per aliena crimina induct⁹ de se magna putare. Scd̄o cōmunitatē ecclesię lædit: nō em̄ oēs audiētes vituperāt eū solū qui peccauit, sed ritu Christiano cōtumelias innectūt. Tertio dei gloriā blasphemare facit. sicut em̄ rectè agētib⁹ nomen dei glorificat̄, sic nobis peccātibus blasphemat̄. Quarto eū qui audiuit opprobria cōfundit imprudētiorē eū & aduersariū faciens. Quinto statuit se pœnæ obnoxiū, rebus ꝓlatis q̄ sibi nō cōueniunt. Theo. Expedit autē nō solū declinare à malo, sed etiā agere bonū. Et ideo cū dixisset: Non sum sicut adulteri, subiungit ꝑ oppositū: Ieiuno bis in sabbato. Sabbatum hi dicebant hebdomadā ab vltima die quietis. Ieiunabāt em̄ pharisæi secunda & quinta feria: sic igit̄ ieiunia obiecit contra passionē adulterii, nā ex voluptate est lasciuia. Rapacibus verò & iniustis opposuit decimarū solutionē. Sequit̄ em̄: Decimas do omnium q̄ possideo: q. d. Adeo rapinas & nequitias refugio, vt etiā mea contribuam. Greg. 19. mo. Ecce, ciuitatē cordis sui insidiātibus hostibus ꝑ elationē aperuit, quā frustra ꝑ ieiuniū & orationē clausit. Incassum munita sunt cætera, cùm locus vnus de quo hosti patet aditio munitus nō est. Aug. de ver. do. Quære autē in verbis ei⁹, nihil inuenies ꝙ deū rogauerit: ascendit quidē orare, noluit deū rogare, sed se laudare, & rogāti insultare: publicanū aūt cordis cōscientia remouebat, sed pietas applicabat. vn̄ sequitur: Et publicanus à longè stans &c.

Cōparatio vtilis

Theo. Quāuis autem publicanus stetisse dicatur, distabat tamen à pharisæo tam verbis q̄ habitu, necnon & corde contrito. Nā verebatur oculos leuare in cælū, cēsens indignos visionis supnę eos qui maluerūt bona terrena spectare & quęrere: necnon & pectus tūdebat. vnde sequit̄: Sed percu. pe. suum, cor quodāmodo pungēs causa cogitationum prauarū, necnon & excitās vt dormitans. vnde non aliud q̄ deū propitiationē petebat, sequitur em̄: Dicēs, Deus propitius &c. Cyril. Audiuit quia nō sum velut hic publicanus, nec indignatus est, sed compūctus detexit ille vulnus, quęrit hic medicinā. Nemo igit̄ illud frigidum ꝓferat verbū: Non audeo, pudorosus sum, non possum aperire os. Talis reuerentia est diabolica. Vult tibi diabol⁹ obserare fores accessus ad deum. Augu. de ver. do. Quid igitur miraris si deus ignoscit, quādo ipse agnoscit? de longinquo stabat, deo tamen appropinquabat, & eum dn̄s de prope attēdebat. Excelsus enim domin⁹, & humilia respicit. nec oculos ad cælū leuabat vt respiceret, tremebat consciētia, spes subleuabat: pcutiebat pectus suū, pœnas de seipso exigebat, propterea dominus cōfitenti parcebat. Audisti superbū accusatorem, audisti humilē reum. Audi nunc iudicem dicentē: Amen dico vobis, Descendit hic iustifi. in do. suā ab illo.

Bigę duę

Chry. Geminos aurigas & duas bigas in stadio positas sermo præsens ꝓponit: in altera quidē iustitiam cū superbia, in altera peccatū & humilitatē: & vides bigā peccati superare iustitiā, nō propriis virtutibus, sed humilitatis coniūctæ. Illam vero deuictam nō fragilitate iustitiæ, sed mole & tumore superbiæ. nā sicut humilitas per sui eminētiam peccati pōdus superat, & saliens attigit deum: sic supbia ob sui molē de facili iustitiam deprimit. si ergo plura facta strēnue geras, putas autem te posse p̄sumere, tota caruisti oratiōe. Si vero mille feras in consciētia fasces reatuū, & hoc solū de te credas quòd es infimus omniū, multam obtinebis ante deum fiduciam. Et ideo suæ sentētię causam assignās subdit: Quia omnis qui se exal. hu. & qui se hu. exalta. Humilitatis nomē multiplex est. Est enim quędā virt⁹ humilitas, secūdum illud: Cor cōtri. & humi. deus non despicies. Est & humilitas ab ęrūnis, iuxta illud: Humiliauit in terra vitam meā. Est & humilitas à peccatis & supbia & insatiabilitate diuitiarū. Quid enī humilius his qui se submittūt in diuitiis & potentatu? & hæc reputant magna. Basi. Similiter etiā & exaltari laudabiliter contingit, quando. s. non humilia cogitas, sed mens tua est per magnanimitatē in virtute erecta. Talis autē animi celsitudo est eminētia in tristitiis, terrenorū contēptus, conuersatio in cælis: & videtur huiusmodi mētis sublimitas eandē habere differentiā ad elationem quā arrogantia parit, quam habet corpulētia corporis bene dispositi ad inflationē carnis cū ex hydropisi tumet. Chry. Hæc igit̄ fastus inflatio ab ipsis cælis potest deprimere non cauentē, humilitas vero & ab ipsa abysso reatuum hominē sublimare: hæc enī prę pharisæo publicanum saluauit, latronem ante apostolos in paradisum duxit: illa vero etiā incorpoream ingressa est potestatem. Cæterū si iuxta delicta humilitas tam facilè currit vt superbiā iustitiæ transeat, si iustitiæ coniunxeris eam, quomodo nō ibit? assistet ipsa tribunali diuino in medio angelorū cum fiducia multa. Rursus si fast⁹ coniunctus iustitiæ eā deprimere potuisset, si coniūctus sit peccato, in quādam gehennā detrudet. Hoc dico nō vt negligamus iustitiā, sed vt fastū vitemus.

Quæstio pulchra.

Theo. Sed forsitan mirabitur aliquis, quomodo pharisæus cū pauca verba suæ laudis ꝓtulerit, condemnetur, Iob vero cum plurima fuderit coronatur? Eò. s. ꝙ pharisæus talia dicebat criminādo alios nulla ratione cogēte, Iob vero vrgentibus eū amicis & p̄ssuris p̄mentib⁹ coactus est ꝓprias virtutes referre ad dei gloriā, ne hoīes desisterēt à ꝓfectu virtutis. Bed. Typicè aūt pharisęus est popul⁹ Iudæorū, qui ex iustificationibus legis extollit merita sua: publican⁹ vero gētilis est, q longe à deo positus cōfitet̄ peccata sua: quorū vnus supbiendo recessit humiliatus, alter lamentādo appropīquare meruit exaltat⁹.

*Afferebant autē ad illū infantes, ut eos tāgeret. Quod cū uiderent discipuli, increpabant illos. Iesus autē conuocās illos, dixit: Sinite * paruulos uenire ad me, & nolite uetare eos. Talium est enim regnū dei. Amen dico uobis, quicunque non acceperit regnum dei sicut puer, non intrabit in illud.*

* Pueros

Theo. Post prædictā humilitatē dominus docet ꝑ ea quæ fecit, non repellens sed gratanter paruulos admittens, vnde dicit̄: Afferebant autē ad illū, &c. August. de ver. do. Cui afferunt̄ tāgendi nisi saluatori? sed si saluator est, saluādi offerunt̄ illi qui venit saluū facere quod perierat: vbi isti perierāt, quantū ad ipsos ꝑtinet innocentes? Sed secūdum apostolū, per vnum hominē intrauit peccatū in orbem terrarū. Veniant ergo paruuli vt languidi ad medicū: perditi ad redēptorem. Ambr. Durum autē aliquibus videri potest ꝙ discipuli dominum infantulos adire ꝓhibebant. Sequit̄ enim: Quod cū vide. &c. Vbi vel mysteriū intelligas vel affectū. Neq; enim hoc inuidiæ aut in pueros mētis asperitate faciebant, sed sedulæ virtutis obsequia dn̄o deferebāt, ne cōprimeretur à turbis. Respuenda quippe est vtilitas nostra vbi diuinitatis iniuria est. In mysterio autem quia prius saluari populū Iudæorum, ex quo secūdum carnē nati fuerant, gestiebāt. Sciebāt quidē mysterium quòd vtrisq; populis vocatio deberetur (nā & pro Cananæa muliere supplicarūt) sed fortasse adhuc ordinē nesciebant. vnde sequit̄: Iesus au. con. &c. Non ætas præfert̄ ętati, alioquin obesset adolescere.

Allegorica expositio.

Cur ergo pueros dicit aptos esse regno cælorū? fortasse quia malitiam nesciāt, fraudare non nouerint, referre non audeāt, scrutari ignorent, opes, honorē, ambitionem non appetāt: sed non ignorare ista virtus est, sed contemnere. Nō enim virtus est non posse peccare, sed nolle. Non igitur pueritia sed æmula puerilis simplicitatis bonitas designatur. Beda. Vnde signanter dixit, Taliū, non istorū: vt ostenderet non ætatem regnare sed mores, & his q similem haberent innocentiā & simplicitatem pręmia repromitti. Ambro. Deniq; hoc saluator expressit, dicens: Amen di. vobis &c. Quis puer imitādus est apostolis Christi, nisi de quo Esaias dicit: Puer nat⁹ est nobis? qui cū malediceret nō maledixit. Itaque in pueritia est quædam venerabilis morū senectus, & in senectute innocens pueritia. Basi. Suscipiemus aūt regnum dei vt puer, si dispositi fuerimus erga doctrinā domini, vt puer in disciplina nequaquā contradicens nec disputans cum magistris, sed credibiliter & obedienter imbibens documēta. Theop. Gentiliū ergo sapientes quęrentes sapiētiam in mysterio quod est regnum dei, nec volentes hoc absque fide syllogisticę probationis admittere, merito exclusi sunt ab hoc regno.

Et interrogauit eū quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciendo uitā æternam poßidebo? Dixit aūt ei Iesus: Quid me dicis bonū? Nemo bonus nisi solus deus. Mādata nosti. Non occides, non mœchaberis, non furtū facies, non falsum testimoniū dices, honora patrē tuum & matrem tuam. Qui ait: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quo audito, Iesus ait ei: Adhuc unū tibi deest, Oīa quæcūque habes uēde, & da pauperib⁹: & habebis thesaurū ī cælo, & ueni sequere me. His ille auditis contristatus est, quia diues erat ualde.

Beda. Audierat princeps quidam à dn̄o tantum eos qui puerorū vellēt esse similes, regnum dei intraturos:

atque ideo poscit sibi non per parabolã,sed palàm quibus operum meritis vitã æternam cõsequatur exponi. vnde dicitur:Et interrogauit eũ &c.Ambro.Tentator princeps iste magistrũ bonum dixit, qui deum bonum dicere debuisset.Nã licet in diuinitate bonitas sit,&in bonitate diuinitas:tamen addendo:Magister bonẽ, in portione bonũ dixit,nõ in vniuersitate: nã deus in vniuersitate bonus,homo ex parte. Cyril. Putauit autem se Christũ capere dum vituperaret Mosaycũ pceptũ, ĩtroduceret vero sua statuta,accedit ergo ad magistrũ, & bonum eũ nuncupans,dicit se velle doceri,quia tẽta tiuè quærebat.Qui apprehendit sapiẽtes in astutia sua conuenienter ei respõdet.nã sequit: Dixit aũt ei Iesus: quid me dicis bonũ?nemo bonꝰ nisi solus deus. Ambr. Non bonum se negat,sed deũ designat.bonus quidẽ nõ est nisi plenꝰ bonitatis, ꝙ si quẽ moueat quia nemo bonus,moueat & illud,nisi deus:ꝙ si à deo filius non excipitur,vtiq; nec à bono Christꝰ excipitur. nã quomodo non bonus ex bono natus?arbor enim bona fructꝰ bonos facit.Quomodo nõ bonus,cũ bonitatis sua substãtia ex patre assumpta nõ degenerauit in filio, quæ non degenerauit in spiritu?Spiritus tuus,inquit,bonus deducet me in terrã rectam.ꝙ si bonus spiritus qui excepit à filio,bonus vtiq; & ille qui tradidit. Itaq; quia legisperitus est iste qui tentat,sicut in libro alio demonstratur.Et bene dixit:Nemo bonus nisi vnꝰ deus,vt ad moneret quia scriptũ est,Non tẽtabis do. de tuum, sed magis confitetur dño quoniã bonus. Chry. Vel aliter: Auarum quidẽ dicere hunc principẽ non verebor,nam hoc Christus ei improperat, tentator autem minime. Tit.Ergo cũ dicit,magister bone,quid faciendo &c.q. d.Bonus es,dignare me respõso, in eo quod quæro doctus sum vetus testamentũ,te tamen pstantiorẽ video, non promittentẽ terrã,sed prædicantẽ regnum cęlorũ: dic ergo mihi quid faciendo vitã æternã potero possidere?Intentionẽ igitur attẽdens saluator,quia fides est via ad opera,cũ dixisset ille:Quid faciã?hac quæstione omissa in notitiã fidei eum ducit, velut si quis interrogaret medicũ quid comedã? & ille ostenderet quę debe rent cibũ præcedere,& ideo eum ad patrẽ remittit,dicens: Quid me di.bo.nonꝰ ꝙ ipse bonus non esset, erat enim bonũ ex bono patre germẽ,bonus boni filiꝰ. Augusti.de con.euãg. Potest autẽ videri distare aliud quod secũdum Matthæũ dicitur:quid me ĩterrogas de bono? quod ad illud magis referri potest,qđ ait ille quęrens: Quid bo.fa.Ibi enim & bonũ nominauit, & interrogatio est:cõmodissimè intelligitur vtrũq; dictũ, quid me dicis bonũ,& quid me interrogas de bono?quod ad illud magis referri potest. Titus.Deniq; postq̃ docuit cognitionẽ fidei,subiungit:Mandata nosti.q.d. Quando prius deũ noueris tũc optime quæres qd facies.Chrys. Expectante aũt principe audire Christũ dicentẽ: Recedas à mandatis Mosaycis,& meis attende: ad Mosaica eum mittit.vnde sequit:Non oc,non mœch.Theo.Primo quidẽ lex ea corrigit ad quæ facilꝰ labimur, vt mœchari,cuius incentiuũ est intrinsecũ & naturale,& occidere,quia immanis belua furor.Sed furtũ & falsi testimonii culpã raro contingit incurrere: sed & grauiora illa existunt: & ideo secũdario furtũ & falsum testimonium ponit,vt rarius fallentia & leuiora. Sequitur enim:Nõ fur.facies &c.Basi.Non est aũt intelligendũ fures esse solũ bursarum incisores, vel latrocinantes in balneis.Sed & si qui duces legionũ statuti vel cõmisso sibi regimine ciuitatũ,aut gentiũ,hęc quidẽ furtim tollunt,hæc vero vi ac publicè exigunt.Tit.Sed videas in non agendo pręcepta cõsistere,quoniã si mœchatus nõ fueris,castus es:si nõ fureris,beniuolus:si falso nõ teste ris,veridicus. Attende virtutẽ iam facilẽ per bonitatẽ statuentis.Nã mali fugam ingerit,non boni exercitiũ: quælibet autẽ quies quolibet est facilior opere. Theo. Sed quia in parentes cõmittere, quanq̃ magnũ sit crimen,raro tamen accidit,post omnia ponit: Honora patrem tuũ & ma.Ambro.Est autem honor non solũ honorificentiæ,sed etiã largitatis.Honor enim est deferre pro meritis.Pasce patrẽ tuum, pasce matrẽ tuam,& si paueris,adhuc nõ reddidisti dolores & cruciatꝰ quos ꝑ te mater passa est.Illi debes quod habes, huic debes quod es:quantũ iudiciũ si pascat ecclesia quos tu pascere nolis?Sed dices:Quod erã parentibus collaturus,ecclesiæ mallẽ conferre. Non quærit deus donũ de fame parentum,sed vt pascẽdos scriptura dicit parentes, ita ꝑpter deum relinquendos si impediant deuotę mentis affectũ.Sequitur:Qui ait,Hæc om.cu.à iu.mea.Hiero. Mentitur adolescens.Si eñ quod postpositũ est in mãdatis,Diliges ꝓximum tuũ sicut teipsum,opere cõplesset:quomodo postea audiens,Vade & vẽde oĩa quę habes,& da pauperibus,tristis absceſſit? Beda.Vel nõ est putandus esse mentitus,sed simpliciter vt vixerit.s.exterius esse cõfessus,alioquĩ nequaq̃ Marcus diceret, ꝙ Iesus intuitus eũ,dilexit eũ. Titus. Ostendit autẽ consequenter dñs ꝙ si aliquis vetus testamẽtũ ꝑeregerit, perfectus nõ est,sed deest ei sequi Christum.vnde sequitur:Quo au.Ie.ait ei:adhuc vnũ tibi deest,omnia quęcũque ha.vende &c.q.d.Quæris quomodo sit possidẽda vita æterna,sparge facultates pauperibus & obtinebis illam.Parua sunt quæ impẽdis,magna quæ recipis. Atha.Non enim mũdum despicientes putemus grãdia quidem abdicasse,quia tota terra est in cõparatione cęli breuissima,quapropter si toti terræ dominaremur ei abrenunciantes,nihil dignum esset in cõparatione regni cęlorum.Beda. Quicũq; ergo perfectus esse voluerit,oportet vendere quæ habet,nõ ex parte sicut Ananias fecit & Saphira,sed totũ.Theop.Vnde dicens:oĩa quę habes,summã paupertatẽ suadet. Si quid enĩ restiterit,illius seruus est.Basi.Non tamen docet facultates vendere,eo quòd naturaliter sint prauę,alioquin creatura dei non essent:vnde eas non tanq̃ malas abiicere, sed disponere monuit: & condẽnatur aliquis non quia eas possidet,sed quia eis abusus est.Quo fit vt facultatum secũdum mãdata dei dispẽsatio, & crimina deleat & regnum cõferat.vnde subdit:Et da pau.Chrys.Poterat quidem deus alere pauperes & sine hoc ꝙ nos miseremur eorũ,sed vult dantes dilectione astrĩgi accipientibus.Basil.Dicente autẽ domino,Da pauperibus,puto non expedire cuiq̃ negligenter gerere, sed omnia diligenter disponere,ꝑcipuè per seipsum,si ex parte se habeat:sinautẽ,per eos de quibus cõstat quòd fideliter & prudenter disponãt.Maledictus eñ qui negligenter ꝑficit opera domini.Chryso.Sed illud quærit,quomodo Christus erogare cũcta pauperibꝰ pfectionis esse fatet, Paulus autẽ ex dilectione hoc asserit esse impfectũ? sed valde cõsonat quod subiũxit:Et veni sequere me,quod ostenditur ex dilectione. In hoc eñ cognoscent omnes quòd mei estis discipuli, si dilectionẽ habueritis adinuicem.Theo.Cũ paupertate enim cęteras quoq; virtutes hominẽ habere oportet,ob hoc ait:Et veni sequere me,id est in cæteris esto meus discipulus: iugiter me sequaris.Cyril.Princeps autẽ ille vini recentis capax nõ fuit,vetus vter existens:sed tristitia ruptus est.vnde sequitur: His ille auditis contristatus est,&c.Basil.Mercator non tristatur in nundinis pacisćendo quæ possidet,acquirendo sibi oportuna.Tu vero tristaris pulueremdans,vt acquiras vitam beatam.

Videns autẽ Iesus illum tristẽ factum,dixit: quàm difficile

De quo modo bonus.

Aurea sentẽtia.

Cõparatio pulchra.

Honor duplex distĩgitur.

Correctio legalisqualis fit.

qui pecunias habent,in regnum dei intrabunt. Facilius est enim,camelũ per foramẽ acus transire, quàm diuitẽ intrare in regnum dei. Et dixerũt qui audiebãt: Et quis potest saluꝰ fieri? Ait illis: Quæ impoßibilia sunt apud homines, poßibilia sunt apud deum. Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis: Amen dico uobis,nemo est qui reliquerit domum,aut parentes, aut fratres, aut uxorem,aut filios,aut agros propter regnum dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo futuro uitam æternam.

Theo. Quoniã diues audita opũ abiectione tristatus fuit,dominus admiranter locutus est. Dicitur eñ: Videns au.Ie.il.tristẽ &c.Nõ dicit impossibile est eos intrare,sed difficile.Possunt enim ꝑ diuitias adipisci superna,sed difficile est,quia viscosiores sunt visco diuitiæ,& vix euellitur animus occupatus ab eis, sed subsequẽter vt impossibile hoc indicat cũ dicit: Facilius est enim camelũ &c.Nomẽ quod in græco ponit,ꝙ quinoeum est ad animal quod camelus dicit, & ad rudẽtem: quocũq; ergo modo intelligas ĩpossibile est. Quid igit dicẽdũ est?Primo quidẽ quòd reuera ita se habet.Aliud enim est diues,aliud œconomus:nã diues qui sibi reseruat diuitias,œconomꝰ vero siue dispẽsator qui ad opus aliorũ has tenet.Chrys. Abrahã quidẽ possidebat opes pauperibus:& qui iustè eas possident, quasi suscipiẽtes à deo dispẽsant in diuinis mãdatis: qui vero cõtra deũ acquisierunt,& in expendendo faciunt illud idẽ,meretricibus & parasitis dãtes,vel humi absc̃odentes, egenis vero nihil impendẽtes.Non ergo ꝓhibet ditari,sed opibus famulari.vult vt necessariis vtamur eis, non vt custodiamꝰ:nã famuli est custodire,sed dñi dispẽsare, si cõseruari eas vellet nõ tradidisset eas hoĩbus, sed sineret in terra iacere.Theo.Porrò attendas illud ꝙ diuitẽ qdem ĩpossibile dicit saluari, possidẽtem vero diuitias difficile.q.d.diues q captꝰ est à diuitiis & famulat eis, nõ saluabit.Habens vero illas.s.qui eis dñatur vix saluabit causa humanæ fragilitatis.Conatur eñ nos diabolus supplãtare quoaduſq; possidemus diuitias,& difficile est ausugere decipulas eius, ideoq; bonũ est paupertas & quasi tẽtatione carens.Chrys.Nulla enim est diuitiarũ cõmoditas,anima patiente penuriã: nec læsio paupertatis,anima diuitiis affluente. Si autẽ ditescẽtis indicium est nullius egere, & pauperascentis indigere, palàm est ꝙ magis esse pauperẽ facit magis ditescere.

Facilius est enim ꝙ quis in pauptate,q̃ in diuitiis opes contemnat:neq; enim talis est ambitus vt ꝑ magis habere sedetur.Sed ꝑ hoc consueuit magis accendi, sicut ignis quãdo maiorem susscepit escã.quæ autẽ mala videtur esse inopię,cõmunia sunt:quę vero diuitiarũ,ꝓpria sunt earũ.Aug.de quę.euã.Diuitẽ ergo hic appellat cupidum rerum tẽporalium,& de talibus superbientem: his diuitibꝰ cõtrarii sunt pauperes spiritu, quorũ est regnum cęlorũ.Mysticè autẽ facilius est Christũ pati pro dilectoribus seculi,q̃ dilectores seculi ad Christũ posse cõuerti.Cameli eñ nomine se intelligi voluit,quia spõte humiliatus infirmitatis nostræ onera sustulit.per acũ autem pũctiones significat:ꝑ pũctiones,dolores in passione susceptos.foramẽ aũt acus, dicit angustiã passionis.Chry.Hic autẽ sermo quasi grauis transcẽdebat discipulorũ virtutẽ.vnde sequitur:Et di.qui hæc audi.Et quis po.sal.fieri?Hoc dixerũt discipuli nõ de se, sed de toto mũdo timentes.Aug.de quę.euã. Cum autẽ incõparabiliter maior sit turba pauperũ quæ diuitibus perditis potest saluari, intellexerũt omnes qui diuitias amant etiam si adipisci nequeãt in diuitum numero deputari.Sequitur:Ait il.quæ impossibilia sunt apud homines &c. Quod nõ ita intelligendum est quasi diues cupiditate & supbia in regnũ dei sit intraturus,sed possibile est deo vt à cupiditate & superbia ad charitatem & humilitatẽ conuertat.Theo.Apud hoĩes ergo quorũ ſerpit intentio ad terrena impossibilis est salus vt dictũ est,apud deum vero possibilis est.Cũ enim homo consiliarium habet deũ,& iustificationes & doctrinas paũptatis imbiberit, necnõ eius auxilium ĩuocet,hoc fiet possibile.Cyril.Congruè autẽ diues cũ multa contempserit recõpensationẽ expectabit. Qui vero parua possidens ea abdicauit, quid ei sperandũ esset quęrere decebat.vnde sequit:Ait autẽ Petrus, Ecce dimisimus omnia.Matthæꝰ addit:Quid ergo erit nobis? Beda.q.d. Fecimus quod iussisti,quid igit dabis nobis ꝓmii? Et quia non sufficit dimittere oĩa,iungit quod pfectũ est, dicẽs:Et secuti sumus te.Cyril.Illud autẽ necesse est dicere,quòd paucis abrenũciantes quãtum spectat ad ꝓpositum & obedientiã pari lãce cũ opulentis pendũtur paribus vtẽtes affectibus,dum rerũ quas possident abiectionem vltro inferũt.vnde sequit:Amẽ di.vobis,nemo est qui &c.Eleuat ad acceptissimã spem omnes audientes iureiurãdo promittẽs,dũ apponit sermoni, Amen.Doctrina eñ diuina mundũ vocãte ad fidem Christi,forsitan aliqui respiciẽtes parentes infideles noluerunt eos turbare veniendo ad fidẽ:& similis est ratio aliorum germanorũ.Deserunt autẽ quidã patrem & matrem,& totius parentelæ amorẽ despiciunt ꝓpter amorem Christi.Beda.Sensus igit iste est, q propter regnũ dei inquirendũ omnes affectus contempserit,oẽs seculi diuitias,delicias,risusq; calcauerit,multo plura in ꝑsenti recipiet.Cuius sentẽtię occasione quidã Iudaicã milleannorum fabulã post resurrectionẽ iustorũ ædificãt, quãdo omnia quę ꝓpter deũ dimittimus multiplici nobis sint fœnore reddenda,& insup vita æterna donanda.Nec vident inexpti ꝙ si in cæteris digna sit repromissio,in vxoribus tamen iuxta alios euãgelistas cẽtenis appareat turpitudo,ꝑsertim cũ dominus in resurrectione nõ esse nubẽdũ testetur. Et iuxta Marcũ ea quæ dimissa fuerint,in hoc tẽpore cum ꝑsecutionibus accipienda confirmet,quasi illis mille annis abesse dogmatizant.Cyril.Hoc ergo dicimus:ꝙ omissis tẽporalibus & carnalibus,multo maiora sibi aliquis vẽdicabit:quoniam & apostoli cũ pauca dimiserint,obtinuerũt multiplicia dona charismatũ, & celebres reputati sũt vbique.Erimus ergo similes illis,si domũ quis dimittet,recipiet mansiones supernas:si patrẽ,patrẽ habebit cælestem:si à germanis recesserit, in fratrem hunc recipiet Christus:cum dimiserit cõiugẽ,inueniet diuinã sapientiam à qua ꝓcreauit spiritales fructus, inueniet Hierusalem cælestem quę est mater nostra.A fratribus etiam & à sororibꝰ sui ꝓpositi glutino spiritali colligatis multo in hac vita gratiosiorem recipiet charitatem.

Amor diuitiarũ.

Vsus diuitiarũ.

Moralis doctrina

Fabulã hæretiorum.

Assumpsit autẽ Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymã, & consummabũtur omnia quæ scripta sũt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gẽtibus, & illudetur, & flagellabitur, & cõspuetur: & postquã flagellauerint,occident eum: & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.

Theo.Præuidens saluator ex passione sua discipulorum animos turbãdos, eis longe ante & passionis eius pœnã,& resurrectionis suæ gloriã prædicit.vnde sequitur:Assump.autẽ Ie.12.& ait il.Ecce ascendimus &c. Beda.Præuidẽs eñ quosdã hęreticos futuros qui Christum dicerent legi ꝓphetisq; docuisse cõtraria, ostẽdit quòd per prophetarũ præsagia suæ passiõis & posterioris gloriæ sit celebrata perfectio.Chry. Seorsum aũt de passione cũ discipulis confert.Non eñ oportebat hunc

sermonē pluribus diuulgari, ne turbarētur. Ob hoc aūt prędicebat discipulis, vt excitati p expectationē facili⁹ sustinerent. Chrys. Et vt sciant quoniā passionem p̄nouit, & spontaneus ad eā accessit, ne dicerent, qualiter in manus hostiū incidit qui nos ꝓmittebat saluare? vñ seriatim ordinē passionis enarrat, subdens: Tradetur em̄ gentibus, & illudet, & flagellabit, & conspuet. Chrys. Hoc Esaias prędixerat, dicēs: Obtuli scapulas meas ad verbera, genas meas ad alapas, & faciē meam non diuerti à sputorū dedecore. Sed & crucis patibulū prędixit propheta, cū ait: Tradidit in mortem animā suam. & cum sceleratis reputatus est. vnde & hic subditur:

Secretū passiōis Christi.

Cōsensus euā. & prophetię.

Et postq̄ flagellauerint, occident eum. Sed & resurrectionem eius, Dauid prædixit dicens: Non derelinques animā meam in inferno. vnde hic subdit: Et tertia die resurget. Isido. Admiror aūt dementiam quærentium cur Christus ante triduū resurrexit? si enim resurgeret tardius q̄ prædixerat, impotentiæ esset: celeri⁹ vero, est summæ virtutis indiciū. Si quē em̄, cū spoponderit suo creditori post triduū p̄soluere debitū, eadem die satisfacientem viderimus: nō fallacem, sed potius vt veridicū eum mirabimur. dicam etiā quōd non dixit se post tres dies resurrecturum, sed die tertia. Habes paraseuē, habes sabbatum vsq; ad solis occasum, & post sabbatū resurrexit. Cyril. Discipuli aūt nondum nouerāt exquisitē quod ꝓphetæ p̄dixerant: sed postquā resurrexit aperuit eis sensum, vt intelligerēt scripturas. vnde sequit: Et ipsi nihil ho. &c. Beda. Quia em̄ discipuli eius vitā maximē desyderabant, eius mortē audire nō poterāt. Et quoniā non solū hominem innocentē, sed & deū verum sciebant, hūc nullatenus mori posse putabant. Et quia parabolas eū sępe loquentē audire consueuerant, quoties aliquid de sua passione dicebat, ad aliud allegoricē referendū esse credebant. vñ sequit: Erat aūt ver. istud abscon. ab eis, & nō intelligebāt quę dicebant. Iudęi vero quia in eius necem cōspirauerant, quōd de passione sua loqueret dicens in Ioāne: Oportet exaltari filium hominis, intelligebāt. vnde dixerunt, Nos audiimus ex lege quia Christus manet inęternū, & quomodo tu dicis: Oportet exaltari filium hominis?

Factum est aūt cū appropinquaret Hierico, cæcus quidā sedebat secus uiā mendicans. Et cū audiret turbā ꝓtereūtem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt aūt ei quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit, dicēs: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, increpabāt eum ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat, fili Dauid miserere mei. Stās aūt Iesus, iußit illū adduci ad se. Et cū appropinquasset, interrogauit illū, dicēs: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uideā. Et Iesus dixit ei: Respice, fides tua te saluū fecit. Et confestim uidit, & sequebatur illū magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo.

Grego. in ho. Quia carnales adhuc discipuli nō valebant capere verba mysterii, venitur ad miraculum ante eorū oculos cæcus lumen recipit, vt eos ad fidem cælestia facta solidarēt. vnde sequitur: Factū est autem, &c. Theo. Et ne incessus dñi esset inutilis, in via fecit cæci miraculum, hoc documentū discipulis suis dās, vt in omnib⁹ simus ꝓficui, & nihil sit in nobis ociosum. Aug. de quæ. euāg. Possemus de appropinquantibus Hierico sic intelligere, vt iam inde egressi, ꝓpe tamen adhuc essent ad eandē ciuitatē: quod quidem minus vsitate dicitur, sed tamen videri posset hoc dictum, quoniam Matthæus egredientibus eis ab Hierico dicit illuminatos duos cæcos, qui iuxta viā sedebāt. De numero quidem nulla esset quæstio, si alter euangelistarū de vno tacuisset vnius reminiscēs: nā & Marcus vnū cōmemorat, cū & egredientibus eis ab Hierico dicit illuminatū: cuius & nomen dixit & patrem, vt intelligamus eū fuisse notissimum: alterū ignotum, vt merito ille notus etiā solus decenter cōmemoraret. Sed quoniā quæ sequuntur in euāgelio secundum Lucam, aptissimē ostendūt illud quod ipse narrat adhuc venientibus ipsis Hierico factū esse, nihil aliud restat intelligere, nisi bis esse factū hoc miraculum: semel in vno cæco, cū adhuc veniret in illā ciuitatem: iterū in dubus, cū inde egrederetur: vt illud vnum Lucas, alterū Matthęus enarrat. Chryso. Multus autem erat populus circa Christū, & cæcus eū quidem non nouerat, sentiebat aūt effectū, & rapiebat per affectum quod nō hausit aspect⁹. vñ subditur: Et cū au. tur. pter. iter. quid hoc esset. Et oculati quidē sēm opinionem loq̄bantur. Sequtur: Dixe. au. ei, q̄ Iesus Naza. trāsiret. Cæcus vero vera clamabat: alia docetur, & alia p̄dicat. Nā sequtur: Et cla. di. Ie. fili Dauid, miserere mei. Quis te docuit hoc homo? num plegisti libros priuat⁹ luminibus? Vnde igitur nosti luminare mūdi? verē dñs illuminat cæcos. Chry. In Iudaismo aūt nutritus, non ignorauit q̄ de progenie Dauid deus sēm carnem nasceretur, & ideo ei vt deo loquit, dicens: Miserere mei. hunc imitētur, qui in duo diuidūt Christum: hic enim Christum tanquā deum audit, & filiū Dauid eum nominat: mirantur aūt iustitiā confessionis eius. Quidā enim eum confitentē fidem cōpescebāt. Sequitur: Et q. prei. incre. eum vt taee. Sed p inhibitiones huiusmodi non impediebatur eius audacia. Nouit em̄ fides omnibus repugnare, & in omnia triūphare: vtile em̄ est pro cultu diuino pudorē deponere. Nā si causa pecuniæ fūt impudentes nōnulli, ꝓ animæ salute nō decet bonā induere impudentiā? vñ sequitur: Ipse vero multo ma. cla. fi. Da. mis. mei. Sitit aūt Christū vox inuocantis in fide, & inuocātes in fide respicit: & ideo merito vocat eę eum, & accedere iussit. Vnde sequitur: Stans aūt Iesus iussit illum adduci ad se, vt. s. qui pri⁹ fide eū tetigerat, appropinquaret & corpore. Appropinquantē cæcū dominus ĩterrogat. Nā sequtur: Et eū ap. inter. il. di. Quid tibi vis faciam? Dispēsatiuē interrogat, nō quasi ignorans, sed vt scirent astātes quōd nō petebat pecuniā, sed diuinā efficaciā vt à deo. vñ sequitur: At il. di. do. vt vide. Chry. Vel quia calūniatores veritatis Iudęi possent dicere vt in cæco nato, nō est hic sed similis eius, voluit vt cæcus prius ostenderet defectū naturæ, & tūc cognoscat gratiæ maiestatē: at vbi petitionis modū cæcus explicuit, tunc summa maiestate p̄cepit ei vt videret. vnde sequitur: Et di. il. Ie. Respice: qđ abundabat in crimē perfidię Iudæorū, quis em̄ prophetarū talia dixit? Aspice tamen quid assumat medicus ab eo cui collata est sanitas. Sequitur em̄: Fides tua te saluū fecit. Pro fide em̄ venduntur beneficia, diffunditur enim gratia quā suscepit fides. Et sicut ab aliquo fonte hi quidē paruis vasis modicū aquæ haurriūt, hi vero maioribus multum, fonte non distinguēte mensuras: & sēm fenestras quæ aperiūtur magis vel minus, splēdor solis infunditur, ita sēm capacitatē intentionis hauritur gratia. vertitur autē vox Christi in lucem lāguentis, erat em̄ verbū verę lucis. vñ sequitur: Et cōfestim vidit. At cęcus & ante beneficium fidē ostendit feruidā, & post beneficium beniuolentiā obseruauit. Sequitur: Et seque. il. ma. de. Chry. Ex quo patet q̄ à duplici cæcitate liberatur: corporali. s. & ītellectuali. neq; enim glorificasset vt deum nisi vere vidisset: sed & aliis factus est occasio glorificādi deum. Sequitur: Et omnis plebs vt vi. de. lau. deo. Beda. Non solū pro impetrato munere lucis, sed & merito fidei impetrātis. Chrys. Hic autē necesse est quęrere cur Christus dæmoniacū quidem curatū sequi volentē prohibet, cęcū autem illuminatū sequentem nō prohibet? sed neutrū irrationale puto: illum em̄ mittit prędicationem, vt ex sua cōsistentia benefactorem p̄dicet: erat em̄ excellens miraculum, videre furiosum sanæ mētis effectum. Cæcū vero ꝓmittit sequi, quādo Hierosolymam ascendebat p crucem p̄fecturus altū mysterium, vt recentem habētes miraculi mentionē, non existimarent eum infirmitate potius q̄ misericordia pati. Ambr. In hoc autem typus populi gentilis est, qui sacramēto dominico recepit amissi luminis claritatē. Nihil autē interest, vtrum in vno cæco medicinā, an in duobus accipiat. quoniā ex Chā & Iaphet Noe filiis originē ducēs in duobus cæcis duos generis sui prætēdebat auctores. Grego. in ho. Vel cæcū est genus humanū, quod in parente primo claritatē supernæ lucis ignorans dānationis suæ tenebras patitur. Hierico autē interpretatur luna, quæ dum menstruis decrescit, defectū nostræ mortalitatis designat: dū igitur cōditor noster appropinquat Hierico, cæcus ad lumen redit: quia dum diuinitas defectum nostrę carnis suscepit, humanū genus lumen qđ amiserat recepit. Qui ergo æternæ lucis claritatē nescit, cæcus est. Si autem tantū redemptorē credidit qui dixit, Ego sum via, iuxta viam sedet. Si vero credidit & exorat vt æternū lumen recipiat, iuxta viā sedet & mendicat. Illi aūt qui Iesum venientē præcedunt, desygnant carnaliū desideriorum turbas tumultusq; vitiorum: qui priusquā Iesus ad cor nostrū perueniat, dissipant cogitationem nostrā, & in ipsa nos nostra oratione cōturbāt. Ipse vero magis clamabat, quia quāto gratiori tumultu cogitatione p̄mimur, tanto orationi insistere ardētius debemus. Cū autem adhuc turbas phātasmatum in oratione patimur, Iesum aliquatenus trāseuntem sentimus. Cū vero orationi vehemēter insistimus, deus in corde figitur, & lux amissa reparatur: vel transire humanitatis est, stare diuinitatis. Cæcū igitur clamantē dominus trāsiens audiuit, stans illuminauit, quia p humanitatē suam vocibus nostræ cęcitatis cōpatiendo misertus est, sed lumen nobis gratiæ per diuinitatis potentiā infudit. Ad hoc autē requirit quid velit vt cor ad orationē excitet, peti enim hoc vult, quod & nos petere & se cōcedere prænoscit. Ambro. Vel interrogauit cęcum vt crederemus, nisi cōfitentem nō posse saluari. Grego. in ho. Cęcus autem à dño non aurū, sed lucem quęrit. Et nos non falsas diuitias, sed lucē quęramus, quem videre cum solis angelis possimus, ad quam lucē via fides est, vnde recte cęco dicitur: Respice, fides tua te saluū fecit. Qui videt & sequit, quia bonū quod intelligit operatur. Augu. de quæst. euāg. Si aūt Hierico lunam & ob hoc mortalitatem ĩterpretamur, morti propinquans dñs Iudęis solis lumen euangelii iusserat prędicari, quos significauit ille vnus cęcus quem Lucas commemorat: à morte autē resurgens atq; descendens, & Iudæis & Gentibus, quos duos populos significare videntur duo cęci commemorati à Matthęo.

Cōcordia euā.

Quæstio vtilis.

Iudaismi istructio.

tropologica expositio.

CAP. XIX.

Et ingressus perambulabat Hierico. Et ecce uir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorū, & ipse diues. Et quærebat uidere Iesum quis esset: & nō poterat præ turba: quia statura pusillus erat. Et præcurrēs, ascendit in arborem sycomorū ut uideret eum: quia inde erat transiturus. at cū uenisset ad locū, suspiciens Iesus uidit illum, & dixit ad eū: Zachæe, festinans descēde: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinās descendit, & excepit illum gaudens. Et cum uiderent oēs, murmurabant, dicētes, quòd ad hominē peccatorē diuertisset. Stās aūt Zachæus, dixit ad Iesum: Ecce, dimidiū bonorum meorū do pauperibus, & si quid aliquē defraudaui, reddo quadruplū. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quòd & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat.

Ambr. Zachæus in sycomoro, cæcus in via, quorū alterum dñs miseratus expectabat, alterū suę māsionis claritate nobilitat. de quo dicit: Et ingressus Iesus ꝓambulabat Hierico &c. Et bene prīceps inducit publicanorum. Quis enim de se desperet, quādo iste peruenit ad gratiā, cui census ex fraude? & ipse quidē dives, vt scias omnes diuites auaros. Cyril. Sed Zachęus in his morā non traxit, sed factus est dignus propitiatione dei, qui cęcos illuminat, & longinquos vocat. Titus. Pullulauerat autē in eo semen salutis, quia cupiebat Iesum videre. vnde sequit: Et quære. vi. Ie. quis esset, vtpote qui nū quam eum viderat, quia si vidisset dudū iam recessisset à nequitia publicana. Si quis enim Iesum videt, nō potest nequitiis immorari. Duo autē erant impedimenta huic visioni: nā retardabat eum populus, nō tam virorū quàm p̄cōrum. erat autem paruus statura. vñ sequitur: Et non po. prę. tur. quia sta. pusil. er. Ambro. Quid sibi vult ꝓ nullius alterius staturam q̄ ei⁹ expressit? vide ne forte malitia pusillus, aut adhuc pusillus fide: nondum enim pronus erat cū ascenderet, nondū viderat Christum. Titus. Sed ille bonū adinuenit ingeniū, nam prę-
Omnis diues auarus.

currens in arborem sycomorū ascendit, & transeuntē Iesum desideratū videbat. vñ sequitur: Et p̄cur. asc. in arbo. syco. vt vi. il. quia inde erat trāsiturus. Hic ergo solā visionem desyderauit, sed qui nouit plus facere q̄ quærimus, dedit ei supra id quod expectabat. vnde sequit: Et cum ve. ad lo. sus. Ie. vi. il. Cyril. Vidit quidem hominis animā promptissimē nitentē ad sancte viuendū, & eum ad pietatem cōuertit. Ambr. Capit eū: se nō inuitatus inuitat. vnde sequit: Et di. ad eum, Zachę fe. des. quia &c. Sciebat em̄ verberem hospitis sui esse mercedē, sed tamen & si non vocē inuitantis audierat affectum. Beda. Ecce autē camelus deposita ibi sarcina per foramen acus transit, hoc est diues & publicanus relicto amore diuitiarū, contempto sensu fraudū, benedictionē dominicæ susceptiōis accepit. Sequitur: Et festi. descē. & acce. il. gau. Ambro. Discant diuites nō in facultatibus crimen habere, sed in his qui vti nesciūt facultatibus. Nā diuitiæ sicut impedimenta sunt improbis, ita bonis sunt adiumenta virtutis. Chry. Sed cōsydera ni-
Pietas Iesu notatur.

miam saluatoris bonitatē. Insons cū sontibus cōuersatur, fons iustitię cū auaritia, quę est materia prauitatis: ingressus domū publicani nullā ex auaritię nebula iniuriam patitur, sed fulgore iustitię auaritiam delet: sed mordaces & criminationis amatores inuehi tētant in his quę ab eo fiebant. Sequit enim: Et cum vi. omnes mur. di. quia &c. Ipse vero incusatus vt epulo & publicanorum amicus, spernebat hęc vt cōsummaret propositum: quia & medicus nisi patiatur saniē ęgrotorū, nō liberat à morbo, quod & tūc contigit: quoniā conuersus est publicanus, & factus est melior. Sequitur: Stans aūt Zachęus di. ad Ie. Ecce di. bo. meo. domine do pauperibus &c. Audi mirabile. Nondū dicit, & obedit. Et sicut sol per radios infusus in domū non illustrat verbo sed opere, ita saluator, radiis iustitię, nequitię fugauit caliginem: nā lux in tenebris lucet. Quodlibet autē vnitum est validū, diuisum aūt debile, & ideo bipartit sub stantiā. Est autem diligentius attendendū, quòd opes Zachęi non solū erāt iniustę, sed etiam ex patrimonio fuerunt cōgregatę, alioquin quomodo poterat extorta inique restituere in quadruplū? Sciebat em̄ legē iubentem restituere in quadruplū malè ablata. vt si lex nō terreat, damna mitigent. nō ergo expectat Zachęus legis

censuram,ipse sibi iudex effectus.Theo.Sed si subtilius indagare velimus,nihil de propriis restabat facultatibus.Data enī medietate bonorū pauperib⁹ ex residuo reddebat læsis in quadruplo, nec solū hoc ꝓmittebat, sed faciebat.Non enim ait:Dabo medietatē & restituā quadruplum:sed do & reddo.At Christus illi salutē annunciat.Sequit:Ait Ie.ad eum:quia ho.sa.huic do.facta est,ipsum Zachæū significans assecutū fuisse salutē,per domum habitatorē significās.Sequitur: Eo ꝙ ipse filiꝰ sit Abrahæ.Nō enim vocasset Abrahæ filium inanima tam fabricā.Beda.Filius autē Abrahę Zachęꝰ dicitur, non quia de eius stirpe genitꝰ,sed quia eius est fidē imitatus:vt sicut ille terrā domumq́; paternā deseruit, ita iste bona sua partiendo pauperibus relīqueret.Pulchrē autem dicit:Et ipse,vt non solū eos qui iustē vixerant, sed & eos qui ab iniustitia resipiscūt,ad filios ꝓmissionis ptinere declaret.Theo. Non aūt dixit ꝙ filius erat Abrahæ,sed quoniā nunc est.nā priꝰ quādo erat publicanorum princeps,nullā similitudinem habēs ad Abraham iustū,non erat Abrahę filius. Sed ꝙa murmurabāt quidam eo ꝙ moraretur cūviro peccatore:ad cōpescendos illos subdit,Venit enim filius hominis quærere & saluum facere &c.Chrys.q.d. Quid me criminamini si rectifico pctōres,tam eīn ꝓcul est à me odium peccatorum,quōd eorū causa aduenerim.nā medicus veni,non iudex:ob hoc cōuiua fio languentiū, patiorq́; fœtorē, vt præstē remedia.Quęret autē aliquis quomodo Paulus iubet si quis frater fuerit procax aut auarus, cū huiusmodi nec cibum esse sumendū? Christus autem erat publicanorum cōuiua,sed nondū prouecti erant isti vt fierent fratres:sed & tunc vitare ꝓcepit Paulus fratres, cum perstant in malo, hi vero erant mutati.Beda. Mysticē autē Zachæus qui interpretatur iustificatus, credentem ex gentibus populū significat, qui ꝓ occupationem tēporaliū depressus erat & minimus,sed à deo sanctificatus: qui intrantē Hierico saluatorem videre voluit,dum fidē quā mundo attulit,participare quæsiuit. Cyril.Turba autem est imperitæ cōfusio multitudinis, quę verticem nequiuit videre sapientiæ.ergo Zacheus quādiu in turba est non vidit Christū,sed plebeiā trāsgressus insciti am,meruit quē desyderabat aspicere.Beda. Vel turba.i. vitiorū consuetudo quæ cęcū clamantē increpabat,etiam hūc suspicientē tardat. sed sicut amplius clamando cęcus turbam vicit,ita pusillus terrena relinquendo,& arborē crucis ascendendo turbā obstātem transcendit.Sycomorus nāq́; quæ est arbor foliis moro similis,sed altitudine præstās, vnde & à Latinis celsa nuncupatur,ficus fatua dicitur: & eadē dominica crux credētes alit vt ficus,ab incredulis irridetur vt fatua.Quā arborem pusillus statura Zachæus vt coexaltari posīt ascendit,cū quilibet humilis & propriæ conscius īfirmitatis clamat:Mihi absit gloriari,nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.Ambr.Pulchrē autē addidit,quia illa parte erat transiturus dñs,vel vbi sycomorus vel vbi crediturus: vt mysteriū seruaret,&gratiam seminaret.sic enim venerat,vt ꝓ Iudęos veniret,ad gētes.Vidit itaq́; Zachæum sursum,iam eīn sublimitas fidei inter fructus bonorū operum,inter fœcūdæ altitudinem arboris eminebat. Zachæus autē supra arborē est,quia est supra legem. Beda. Perambulās autem dñs venit ad locū vbi zachæus sycomorū ascenderat, quia missis ꝓ mundum prædicatoribus,in quib⁹ ipse loquebatur & ibat,venit ad populū nationum qui passionis eius fide iam sublimis erat:quē suspiciens vidit, quia ꝓ gratiam elegit.Manebat autē aliquando dñs in domo principis pharisæorū, sed eū opera digna deo faciētem lingua venenata carpebāt. vnde eorū perosus facinora discessit,dicēs:Relinquet domus vestra deserta.Hodie autem in domo pusilli zachæi oportet illum manere.i. nouæ legis gratia coruscātem in humiliū nationū corde quiescere.Quōd autē descēderet de sycomoro & sic mansionem in domo parare iubet,hoc est quod ait apostolus:Etsi cognouimus sc̄dm carnem Christū, sed iam nunc non nouimus.Etsi enim mortuus est ex infirmitate,sed viuit ex virtute dei.Manifestū est autem Iudæos gentium semp odisse salutē:sed salus quæ olim Iudęorū domos implebat,hodie populū nationum illuxit: eo ꝙ & ipse populus filius sit Abrahæ eredēdo in deū. The. Sed & facile est hoc ad moralē vtilitatem retorquere. Quisquis enim in malitia pluribus præest,paruꝰ est statura spiritali, & nō potest videre Iesum præ turba.Nā perplexus à passionibus & sęcularibus rebus non aspicit Iesum ambulantē.i.in nobis operantē nullum opus eius cognoscens.Ascēdit aūt sup sycomorū, id est voluptatis dulcedinē,quæ significatur ꝓ ficū deprimens eā, & sic sublimior factus videt &videtur à Christo.Grego.27.mor.Vel quia sycomorus ficus fatua dicitur, pusillus zachęꝰ sycomorum subdit & dominū vidit, quia qui mundi stultitiā humiliter eligunt ipsi de his sapientiam subtiliter contēplantur.Quid enim in hoc mūdo stultius q̄ amissa non quærere,possessa rapientibus relaxare,nullā pro acceptis iniuriā reddere? Per hanc aūt sapientem stultitiā &si nondū solidē vt est, iā tamē per contemplationis lumen dei sapientia videt.Theo:Dicit autem ei dñs:Festinās descende: hoc est, Ascendisti per pœnitentiā ad altiorē locum,descende per humilitatē,ne te supplātet elatio:oportet eīn me ī humilis domo manere.Geminis autē bonis in nobis existentib⁹, corporalibus.s.& spiritalibus:cūcta corporalia dereliquit iustus pauperibus,sed spiritualia nō deserit bona, sed si quid exegit ab aliquo reddit in quadruplū, significans per hoc quōd si quis per pœnitentiam pergit in contrario tramite priscę prauitatis,per multiplices virtutes sanat omnia pristina delicta, ac sic ꝓmeretur salutem, vocaturq́; filius Abrahæ,eo quōd à propria cognatione exierit,scilicet ab antiqua nequitia.

Fili⁹ Abrahæ quid sit.

Allegoria pulchra.

Mysteriū sycomori.

Hæc illis audientibus adijciens dixit parabolā,eo quōd esset prope Hierusalē, & quia existimarēt, quōd cōfestim regnum dei manifestaretur.Dixit ergo:Homo quidā nobilis abijt in regionem longinquā accipere sibi regnū, & reuerti. Vocatis autē decem seruis suis,dedit eis decē mnas,& ait ad illos:Negociamini dū uenio.Ciues autē eius oderāt eū,& miserūt legationē post illū,dicentes: Nolumus hūc regnare super nos.Et factū est ut rediret accepto regno, & iussit uocari seruos quibus dedit pecuniā,ut sciret quantū quisque negociatus esset.Venit autē primus,dicens:Domine,mna tua decem mnas acquisiuit.Et ait illi:Euge serue bone,quia in modico fuisti fidelis, eris potestatē habens supra decem ciuitates.Et alter uenit,dicēs:Domine,mna tua fecitquīque mnas. Et huic ait:Et tu esto super quinque ciuitates. Et tertius uenit,dicens:Domine,ecce mna tua, quā habui repositā in sudario.Timui enim te,quia homo austerus es:tollis quod non posuisti,& metis quod non seminasti.Dicit ei: De ore tuo te iudico serue nequā.Sciebas enim quōd ego homo austerus sū, tollens quod nō posui,& metens quod non seminaui: & quare non dedisti pecuniā meam ad mensam,& ego ueniens cum usuris utique exegissem illā? & adstantibus dixit: Auferte ab illo mnam,& date illi qui decē mnas habet,& dixerūt ei: Domine,habet decem mnas.Dico autē uobis quia omni habēti dabitur,& abūdadit: ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.Veruntamen inimicos meos, illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.

Moralis intellectus.

Nobilitas Christi carnalis.

Euse.Aestimabant quidā in primo saluatoris aduentu regnum eius venire,& hoc putabant mox tunc fieri cū ascensurus erat Hierosolymā, adeo obstupefecerāt eos miracula diuina quæ fecerat. Et ideo instruit eos non prius se recipere regnū à patre,q̄ ab hominibus iret ad patrem.Et ideo dicitur:Hęc illis audientibus adiiciēs dixit parabolā,eo quōd esset prope &c. Theo.Sed dñs ostendit eis quōd vana quædā æstimarent, nō est enim sensibile regnū dei. Ostēdit etiā quōd quasi deus nouit cogitationes eorū,proponens eis subsequentē parabolam.vnde sequitur:Dixit ergo,Homo quidā nobilis abiit in regionem longinquā accipere sibi regnū,& reuerti.Cyril.Describit autē sensus huius parabolę mysteria Christi à primo vsq; ad vltimū:Homo enī factus est deus verbū existens,& q̄is seruus factus sit, est tamen nobilis secūdum ineffabilem ortum à patre. Basi. Non solum secundum deitatem dominus nobilis est, sed etiam secundum genus humanū, ex semine Dauid secundum carnē exortus. Abiit autē in regionem longinquam,nō tam locali distantia separatam quàm rerum conditione. Ipse enim deus prope est vnicuiq; nostrum,cū nostra bona opera nos ei astringunt, & distat quoties nos hęrendo pditioni elōgamur ab eo. Ad hāc igit terrenā regionē accessit lōginquā à deo, vt gentiū regnū acciperet, sc̄dm istud:Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatē tuam.Augu.de quæ.euāg.Vel regio longinqua,ecclesia gentiū est,vsq; ad fines terra: abiit enim vt plenitudo gētiū intraret, reuertetur vt omnis Israel saluus fiat.Euse.Vel ꝓ hoc ꝙ profectus est ad regionem longinquā, ascensum ꝓprium à terra in cælos designat.Cūm vero subdit: Accipere sibi regnū & redire,secundā sui apparitionē gloriosam & regiā ostēdit. Et primo quidē hominē se vocat propter natiuitatē in carne, deinde nobilē: nondum autē se regem appellat, quia nondum in prima apparitione regia fungebat maiestate.Sed & bene dicitur obtinere sibi regnum.Nam dante sibi patre illud obtinuit,sc̄dm illud Danielis:Ecce filius hominis veniebat in nubibus, & datum est ei regnum.Cyril.Ascendens eīn ad cælos sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, ascendens autē dispensauit credentibus in eum diuinorū charismatū differētiam: sicut seruis cōmittuntur dominicæ facultates, vt aliqd lucrantes famulatus sui ferant pconia.vnde sequit: Voca.autem decē ser.su.de.il.de.mnas. Cōsueuit sacra scriptura in signum pfectionis vti numero denario,quem si quis numerādo excedere velit, ab vnitate iterū inchoabit,quasi denario ꝓducto ad metā: & ideo in dispensatione talentorū eum qui metā attigit diuini officii,decem ait mnas recepisse.Aug.de quę. euā. Vel ꝙ x.mnas legem significat ꝓpter decalogū,decem aūt seruos hos quibus sub illa positis gratia prædicata est. Sic eīn intelligēdum est eis datas mnas ad vsum, cū intellexerūt legem remoto velamine ad euāgelium ptinere. Beda. Mna nāq́; quam græci minā vocāt,centū drachmis appenditur.Et omnis scripturę sermo, quia vitæ cælestis perfectionem suggerit, quasi numeri cētenarii pōdere fulgescit.Euse.Significat ergo ꝙ eos qui mnas recipiūt suos discipulos;quibus mnas exhibens singulas parem cunctis dispensationē committens,negociari iussit.Sequitur:Et ait ad il.nego.dumvenio.Nullū autem aliud negocium erat nisi dogma regni sui intentis mortalib⁹ prędicatum ꝓ suos discipulos. Idē autem est omniū documentum,eademq́; fides,vnū baptisma,& ob hoc mna vna singulis datur. Cyril. Multa autē est horum differētia ad illos qui inficiati sunt regnū dei.De quibus subditur: Ciues autem eius &c.Hoc est quod Christus improperauit Iudæis,dicens:Nunc vero viderunt & oderunt me,& patrē meū.renuerūt aūt regnū eius, dicētes Pilato:Nō habem⁹ regē nisi Cæsarē.Euse. Per hoc eīn qđ dicit,Ciues eius,Iudęos significat,ortos ex eadē ꝓgenie scdm carnē, & quoniā ritu legis cum illis pariter vtebāt. Augus. de quæ.euange.Miserunt aūt legationem post eum, quia etiam post resurrectionem eius immiserunt ꝓsecutiones apostolis, & prædicationem euangelii respuerūt.Euse. Postquā autem saluator hæc docuit pertinentia ad primū eius aduentum, cōsequenter glorioſum & regiū eius reditum ostendit, dicens: Et fa.est vt redi.&c.Chrys.Duo regna dei nouit sacra scriptura:alterū quidem ex creatiōe,scdm quod est rex omnium creationis iure: alterū autem ex approbatione,secundū quod iustis dominat,propria spōte eis subiectis,& hoc regnū hic dicitur accepisse.Augu. de quæ. euan.Redit etiā accepto regno, quia in manifestissima claritate venturus est qui eis humilis apparuit,cū dicerit:Regnū meum nō est de hoc mundo. Cyril. Redeūte autem Christo sumpto regno merebūtur pręconia, & delectabūtur verbi ministri in supernis honoribus, quia multiplicauerunt talentū pluribus acquisitis. vnde subditur: Venit au.primus dicens,Domine mna tua decem mnas acquisiuit.Beda. Primus seruus ordo doctorum est in circūcisione missorū, qui vnā mnam negociaturus accepit,quia vnam fidem pdicare iussus est. Sed hæc mna x.mnas acquisiuit, quia populū sub lege constitutum sibimet docendo sociauit.Sequitur: Et ait il.Euge ser.bo.&c.In modico seruus est fidelis:quia nō adulterat verbū dei. Quicquid eīn in psenti percipim⁹ donorum,in cōpatione futurorū paucum est. Græcus. Sed quia mercedē ꝓpriorum bonorū accipit,decē dicitur ciuitatibus prędesse,de his promissis quidam infimè coniectantes existimant se præturis & pfecturis donari in terrena Hierusalē reparata lapidibus pciosis,si honeste in Christo fuerunt cōuersati,ambitum potestatis & prelationis ab anima minime deponētes. Ambro. Sed ciuitates decem,sunt animæ,quib⁹ iure prędonif, quia pecuniam dñi & eloquia casta probata sicut argentum mentibus hominū fœnerauerit.Nam sicut Hierusalem dicitur ædificata vt ciuitas, ita sunt animæ pacificę.Et sicut angeli prędsunt,ita hi qui vitā meruerunt angelorum.Sequit:Et al.ve.di.Do.mna tua fe.quin.mnas. Beda.Seruus ille cœtus est eorū qui prędputio euāgelizare missi sunt,cuius mna.i.euāgelica fides, quinq; mnas fecit,quia gētes corporis sensibus antea mācipatas ad fidei euangelicę gratiā conuertit.Sequitur: Et huic ait, Et tu esto supra quīq; ciuitates, hoc est ex earum quas imbueras animarū fide & conuersatione sublimis fulgeas.Ambr.Vel aliter fortasse: Iste qui quīq; mnas acquisiuit,moralia habet,quia quinq; sunt corporis sensus.Ille qui decem,duplicia.i.mystica legis, & moralia probitatis.Possum⁹ & hic decem mnas decē verba intelligere.i.legis doctrinā,quinq; mnas magisteria discipline,sed legis peritum in omnibus volo esse perfectū. Bene autē,quia de Iudęis dicit,duo soli multiplicatam pecuniā deferunt,non vtiq; ęris sed disputationis vsuris.Chryso.Alia est eīn pecunia fœnoris, alia doctrinæ cælestis vsura.In terrenis eīn opibus nō euenit vnū fieri diuitem, nisi alter depauperetur: sed in spūalibus nō euenit quem q̄ ditari,nisi faciat & aliū locupletē.In corporeis enī participatio minuit,sed in spūalibus auget. Aug.de quę.euā.Vel aliter: Quōd vnus eorū qui bene vsi sunt, x. acquisiuit, & alter v. significat eos esse acquisitos in gregem dñi à quibus iam lex ꝓ gratiam intellecta est,siue propter x.legis prędcepta,siue quia ille ꝙ quem lex lata est quinq; libros cōscripsit,ad hoc pertinent x.& v.ciuitates quibus eos ꝓponit, multiplicatio

Vis mirabilis eulorum Christi.

Denarii pfectio.

Allegoricus sensus.

nem.s.intelligẽtię in ipsa veritate quę de vnoquoq; pręcepto, vel de vnoquolibet libro pullulat, & ad vnũ reducta quasi ciuitatem facit viuentiũ rationum ęternarum. Est enim ciuitas nõ quorũlibet animantiũ, sed rationabiliũ multitudo legis vnius societate deuincta: ꝙ ergo serui reddentes rationẽ ex eo qđ acceperãt laudãtur qui lucrati sunt, significat eos bonã reddere rationem qui bene vsi sunt, qđ acceperunt ad augendas diuitias dñi per eos qui credunt in eũ. Quod qui facere nolunt, in illo signati sunt qui mnam suã in sudario seruauit. De quo sequit: Et ter.ve.di. Do. &c. Sũ enim homines hac sibi puersitate blãdientes vt dicant, Sufficit vt de se vnusquisq; rationẽ reddat, quid opus est aliis prædicare & ministrare? vt etiã rationem de ipsis quisque reddere cogatur, cũ apud dñm etiam illi sint inexcusabiles, quibus lex data nõ est, neq; etiam qui audito euãgelio nõ obediuerunt, quia per creaturam poterant cognoscere creatorẽ. vñ sequitur: Timui eṁ te, quia, &c. Hoc est enim quasi metere vbi non seminauit. i. eos impietatis reos tenere, quibus verbũ aut legis aut euangelii ministratum non est. hoc autẽ veluti iudicii periculum deuitantes pigro labore à verbi ministratione conquiescunt: & hoc est quasi in sudario ligare quod acceperunt. Theo. Sudario enim mortuorũ facies velatur. Merito ergo hic piger dicit. Nam in sudario luoluisse, quia eam mortificãs & ociosam dimittẽs, non tractauit nec auxit. Beda. Vel pecuniã in sudario ligare, est percepta dona sub ocio lenti corporis abscõdere. Quod aũt putauerat sese per excusationẽ dixisse, in culpã propriã vertitur. vñ sequitur: Dicit ei, De ore tuo te iu.ser. ne. Seruus nequã vocatur, quasi piger ad exercendũ negocium, & supbus ad accusandũ dñi iudicium. Sciebas ꝙ ego austerus homo sum, tollens quod nõ posui & metens quod non seminaui: & quare nõ dedisti pecuniam meam ad mensam? q.d. Si durũ me esse noueras & aliena sectari, quare non tibi hæc cogitatio incussit timorem, vt scires me mea diligẽtius quæsiturũ? Pecunia autem vel argentũ prædicatio euãgelii est & sermo diuinus, quia eloquia dñi eloquia casta, argentũ igne examinatum, qui sermo dñi dari debuit ad mẽsam, hoc est promptis paratisq; cordibus intimari. Augu. de quę. euang. Vel mensa ad quã dãda erat pecunia professionẽ ipsam religionis accipim⁹, quæ tanq̃ publicè ꝓponitur ad vsum necessariũ saluti. Chry. In sensibilibus autẽ diuitiis debitores sum⁹ obseruationis obnoxii sunt: quã tum enim recipiũt, tãtũ eos reddere necesse est, & nihil pl⁹ ab eis quęrit. In diuinis autẽ eloqis nõ solũ ad custodiã obligamur, sed etiã multiplicare monemur. vñ sequitur: Et ego ven.cũ vsu. vtiq; exegissem illã. Bed. Qui enim verbi pecuniã à doctore percipit credendo, necesse est vt eam cũ vsuris soluat operando, vel vt ex eo qđ audiuit etiam alia studeat intelligere, quæ necdũ ex ꝓdicatoris ore didicit. Cyril. Doctorũ enim est inserere auditoribus salutarẽ & ꝓficuũ sermonẽ, opus aũt diuinæ virtutis est attrahere obedientes ad audientiã, & fertilẽ eorũ reddere intellectũ. Non est aũt hic seru⁹ laudatus, neq; honorẽ promeruit, sed potius tanquã iners est condemnat⁹. vnde sequit: Et astan. di. au. ab eo mnã, & da. il. qui x. mnas habet. Augu. de quæ. euã. Per quod significatur & illũ posse amittere munus dei qui habens non habet. i. eo non vtitur, & eo augeri qui habens habet. i. bene vtit. Bed. Mysticè aũt hoc vt reor indicat intrante plenitudine gentiũ omnem Israel saluũ futurũ, & tunc abũdantiam gratię spiritualis doctorib⁹ esse cõferendam. Chry. Ideo autẽ dicit astantibus: Auferte ei mnã, quia non est prudentis animi punire, sed alio quodam. s. ministro eget ad puniendũ officio indicis: nam & deus non ipsemet pœnas irrogat, sed mediãtibus angelis. Aug. De aliis seruis siletur qui quasi prodigi debitores, quæ acceperant ꝓdiderunt. In duobus seruis illis qui lucrati sunt, pauci signati sũt, qui per duas vices ad cultores vineę sunt destinati, in reliquis omnes Iudæi. Sequitur: Et di.ci: Domine habet x.mnas. Et ne hoc iniustũ videret subditur: Di.au.vo. quia om.ha.da. Theo. Quia cũ decem auxerit decuplando, palã est quòd & plura decuplans pluris lucrifiet occasio domino. A desidero & ocioso qui nõsatagit augere quod acceperat, ipsum quoq; quod possidet, auferetur, vñ sequitur: Ab eo autẽ qui nõ habet, & quod habet au. ab eo. Nec vacet census dominicus, cũ posset dari aliis, & multiplicari. Hæc autẽ non solum ad sermonẽ & doctrinam referẽda sunt, sed etiã ad morales virtutes: quoniam & in his dat nobis deus sua charismata, hunc dotans ieiunio, illum oratione, aliũ mansuetudine vel humilitate: quibus si inuigilauerimus multiplicabimus ea, si vero tepeamus extinguemus. Deinde de aduersariis subdit: Verum ini.me. &c. Augu. de quę. euãge. Per quod designat impietatẽ Iudæorum, quia ad eum noluerũt conuerti. Theo. Quos tradidit morti mittens eos in ignẽ exteriorem, sed & in hoc mũdo mactati sunt flebiliter ab exercitu Romanorũ. Chrys. Hæc contra Martionistas cõpetũt, nã & Christ⁹ dicit: Adducite hostes meos & occidite coram me, cum tamen illi bonũ dicant Christum, deum vero veteris testamenti malũ: Patet autem quòd pater & filius eadem facit: nã pater ad vineã destinat exercitum, filius autẽ hostes corã se trucidari facit. Hæc autem quæ in Luca scribitur parabola, alia est ab ea quæ in Matth. narratur de talẽtis. Nam hic quidem ex vno capitali accepto, varii fuere prouentus, quia ex vna mna accepta hic quinque talẽta, ille obtulit decẽ. Sed apud Matthæum cõtrarium, nam qui duo accepit, duo superaddidit: & qui quinque, tantundem: vnde & præmiis donantur imparibus.

Sudarii significatio.

Error Martionistarũ dãnatur

Et his dictis præcedebat, ascendens Hierosolymam. Et factum est cũ appropiquasset ad Bethphage & Bethaniam, ad montem qui uocatur Oliueti, misit duos discipulos suos, dicens: Ite in castellũ quod cõtra uos est: in quod introcũtes, inuenietis pullum asinæ alligatũ, cui nemo unquã hominum sedit: soluite illũ & adducite. Et si quis uos interrogauerit quare soluitis? sic dicetis ei: Quia dominus operam eius desiderat. Abierunt autẽ qui missi erãt, & inuenerũt sicut dixit illis. stantem pullũ. Soluentibus autẽ illis pullum, dixerunt domini ei⁹ ad illos: Quid soluitis pullũ? At illi dixerũt, quia dominus eum necessariũ habet. Et duxerunt illum ad Iesum. Et iacientes uestimenta sua supra pullum, imposuerunt Iesum. Exeũte autem illo, substernebant uestimenta sua in uia.

Titus. Quia dñs dixerat: Appropiquauit regnũ dei, vidẽtes illũ in Hierusalẽ, ascẽdentẽ putabãt ideo ascendẽre vt regnum dei inchoaret. Cõsummata ergo parabola in qua errorẽ prædictum correxit. Et ostenso ꝙ non dum insidiantẽ sibi mortẽ deuicerat, procedebat ad passionem ascendens Hierosolymã. vnde dicitur: Et his dictis pręce. asc. Beda. Ostendens etiã de eiusdem ciuitatis euentu parabolã fuisse ꝓmissam, quæ & ipsum erat occisura, & hostili clade peritura. Sequit: Et fa. est cum appropinquasset ad &c. Bethphage erat locus sacerdotum in mõte Oliueti. Bethania quoq; ciuitas siue villula ex latere montis eiusdẽ quasi stadiis xv. à Hierusalem. Chrỹso. Et quidẽ in exordiis indifferenter se dñs ingerebat Iudæis, sed vbi sufficienter ædidit suæ potestatis experimentũ, autoritate multa, singula quæq; ꝓtractat. Multa igitur fiunt miracula, prędixit quoniam inuenietis pullũ indomitũ, & hoc est quod subditur di

Doctorũ conditio

Dispẽsatio Iesu.

ces: Ite in castellũ quod cõtra vos est, &c. Prædicit etiã quòd nemo phibebit, sed cũ audierint silebũt. vnde sequitur: Sol.il. &c. Titus. In hoc autẽ diuinam fore vocationem patuit, nõ enim potest aliquis resistere deo quę sua sunt euocãti. Discipuli autẽ iussi ducere pullum, nõ refutauerunt hoc officiũ vt paruum, sed abierũt vt adducerent eũ. vnde sequitur: Abi. autẽ &c. Basi. Sic quoque decet nos & infima opera plurimo cũ affectu & studio aggredi, scientes ꝙ quicquid intuitu dei fit non est paruum, sed dignũ in regno cęlorũ. Titus. Obmutescũt autem ob excellentiam sortis virtutis nequeũtes resistere saluatoris eloquiis qui ligauerunt asinũ. Sequitur enim: Soluẽ. au. il. pul. &c. Maiestatiuũ enim nomen est domin⁹. Rex enim erat venturus in conspectu multitudinis. Augu. de concor. euãg. Nec moueat ꝙ Matthæus asinam & pullum dicit, cæteri autẽ de asina tacent. vbi enim vtrũque factum potest intelligi nulla repugnãtia est, nec si alius alia cõmemoraret: quanto minus vbi alius vnum, & alius vtrũq;? Glo. Nec solũ discipuli obsecuti sunt Christo in pullo alieno, sed etiã in ꝓpriis vestimentis, quæ partim asino imposuerũt, partim sternebant in via. vnde sequitur: Et duxerũt illum &c. Beda. Iuxta alios euãgelistas, non discipuli tantũ, sed etiã plurimi de turba vestimenta sternebant in via. Ambr. Mysticè autem dñs venit ad montem Oliueti, vt nouellas oleas in sublimi virtute plantaret: & fortasse ipse mons Christus est, quis enim alius tales fructus ferret oliuarum spiritu sancto fœcũdarum? Beda. Pulchrè autem ciuitates positę in mõte Oliueti referũtur, hoc est in ipso domino, qui vnctionẽ spiritalium charismatum & scientię pietatisq; luce refouet. Orige. Bethania autem interpretat⁹ domus obedictię, Bethphage vero domus maxillarũ, sacerdotalis quidẽ locus: maxillę enim sacerdotibus dabantur, sicut in lege præcipit. Illuc vero vbi obedientia ibi locus sacerdotibus mancipatur, mittit saluator discipulos suos vt soluãt asinæ pullum. Ambro. In castello enim erant, & erat ligatus pullus cũ asina, nec poterat solui nisi iussu dñi. Soluit eũ man⁹ apostolica, talis actus, talis vita, talis gratia. Esto talis, vt ligatos ꝓssis soluere. In asina quidem Matthęus euãg. quasi matrẽ figurauit erroris, hic autem in pullo generalitatem populi gentilis expressit. Et bene, In quo nemo sedit, quia nullus, ante q̃ Christus, nationũ populos vocauit ad ecclesiam. Alligatus autẽ perfidiæ vinculis tenebatur, in quo adductus dño erroris famulatu, sed dominatum vendicare sibi non poterat, quem dominũ fecerat non natura sed culpa. Et ideo cũ dominus dicitur, vnus agnoscitur. Misera seruit⁹, cui vagum ius est: plures enim habet dominos, qui vnũ non habet. Alieni alligant vt possideant, iste soluit vt teneat: vehementiora enim dona nouit esse, q̃ vincula. Orige. Multi ergo erant domini huius pulli, antequã saluatorem eũ haberet necessarium: post q̃ vero ille cœpit esse dominus, plures esse domini cessauerunt: nemo enim potest deo seruire & mãmonę. Quando malitiæ seruimus, multis sumus passionibus vitiisq; subiecti. Necessarium autem habet dominus pullũ, quia cupit nos solui vinculis peccatorum. Orig. super Ioan. Ego aũt opinor non fruſtra lus: quasi castellũ enim respectu totius orbis cælestis tota terra despiciẽs absq; deiectione alterius nominis nũcupatum. Ambro. Nec illud est ociosum, ꝙ duo discipuli dirigũtur, Petrus ad Corneliũ, Paulus ad reliquos: & ideo non pſonas destinauit, sed numerũ diffiniuit: tamẽ si quis est qui pſonas exigat, potest æstimare de Philippo quem spiritus sanctus misit in Gazã, quãdo Cãdacis reginę baptizauit Eunuchũ. The. Vel duo missi hoc i-

Allegoria pulchra.

Concor. euange.

Castelli significatio.

nuunt, ꝙ ad introductionẽ gentilis populi & subiectionem eius ad Christum duos faciũt gradus prophetæ & apostoli. Ducunt autẽ eum à quodam castello, vt innotescat nobis ꝙ hic popul⁹ rusticanꝰ erat & indoctꝰ. Ambro. Illi ergo directi cũ soluerẽt pullum, non suis verbis sunt vsi, sed dixerũt sicut dixerat illis Iesus: vt agnoscas ꝙ nõ suo sermone sed verbo dei, nec ꝓprio sed Christi nomine fidẽ populis infudere gẽtilib⁹, atq; aduersariæ potestates, quæ sibi nationũ obsequia vendicabãt, mandato cessare diuino. Orig. Deinde mittũt discipuli vestes suas sup asinũ, & sedere faciunt saluatorẽ, dũ assumunt sermonẽ dei, & imponũt eum sup animas audiẽtium. Vestibus exuunt & substernunt eas in via, quia vestimenta apostolorum, opera eorũ bona sunt: & reuera solutus à discipulis asinus, & portans Iesum, incedit sup vestimenta apostolorum, quãdo doctrinã eorũ imitantur & vitã. Quis nostrum ita beatus est vt sedeat super illum Iesus? Ambro. Non enim mundi dñm gestari sup dorsum asinæ delectauit, sed vt latente mysterio in secretis animaruminteriore consensu, mysticus rector insideret regens mentis vestigia lasciuiam carnis infrenans: sermo eius habena est, stimulus est.

Iesus rex acclamatur.

Et cũ appropinquaret iã ad descẽsum mõtis Oliueti, cœperunt oẽs turbæ descẽdentiũ discipulorum gaudentes laudare deum uoce magna super oĩbus quas uiderãt. uirtutibus, dicẽtes: Benedictus qui uenit rex in nomine domini: pax in cælo & gloria in excelsis. Et quidã pharisæorũ de turbis dixerũt ad illos: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico uobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.

Orig. Quãdiu in monte fuit dñs, cum solis apostolis morabatur: quãdo aurem vicinus cœpit esse descensui, tunc occurrit ei turba populorum. vnde dicitur: Et cũ appropinquaret &c. Theo. Discipulos vocat nõ solũ 12. aut 70. sed omnes qui Christum sequebãtur, seu causa miraculorum, seu ad aliquã delectationem doctrinę, quibus ingeri pueri potuerunt, vt narrãt alii euangelistæ. vnde sequtur: Sup omnibus &c. Beda: Multas quidẽ virtutes dñi viderant, sed maximè Lazari resurrectionem stupebant: nã vt Ioannes ait, ꝓpterea obuiã venit ei turba, quia audierunt eũ fecisse hoc signũ. Notãdum enim est nõ tunc primum saluatorẽ Hierusalem adisse, sed multoties antea, sicut Ioãnes cõmemorat. Ambro. Turba igit agnoscens deũ regem appellat, ꝓphetiã repetit, expectatum quoq; sedm carnem Dauid filium venisse declarat. vñ sequitur: Dicentes, Benedictus qui venit rex &c. Beda. Id est in nomine dei patris, q̃is possit intelligi etiã in nomine suo, quia & ipse dñs est, sed melius verba eius nostrũ dirigunt intellectum, quibus ait: Ego veni in nomine patris mei, humilitatis eṁ magister est Christus. Nõ autem rex Christ⁹ dicit ad exigendum tributũ, vel ferro exercitum armãdum, hostesque visibiliter debellãdos: sed quòd mẽtes regat, & in regnum cælorũ credentes perducat. ꝙ enim rex esse voluit Israel, miserationis indiciũ est, non potestatis augmentum. verum quia Christus in carne totius mundi propitiatio illuxit, pulchrè sibi inuicẽ in laude eius cęlestia simul & terrena cõcinunt. Eo enim nascente cęlestium agmina cantant, eodẽ aũt cælis se reddituro mortales vicem laudis rependunt. vnde sequit: Pax in cælo. Theo. Hoc est, bellum antiquũ quo deo aduersabamur euanuit. Et gloria in excelsis, laudantib⁹. s. angelis deũ in tali reconciliatione. nam hoc ipsum ꝙ deus visibiliter ambulat in territorio inimicorum suorũ, significat ipsum nobiscũ habere concordiã. Sed pharisæi hoc audientes murmurabãt, eo ꝙ turba eũ regem vocabat & laudabat vt deum, referentes nomen regis ad seditionem, nomẽ vero domini ad blasphemiã. vnde sequitur:

Universidad de Deusto Biblioteca

Dona Christi.

Et quidā pharisęorum &c.Beda. Miraculū inuidorum
dementia,quem magistrū appellandum non dubitant,
quia vera docentē nouerant, hui⁹ discipulos quasi me-
lius edocti redarguendos æstimant.Cyril.Sed dñs non
cōpescuit laudantes eū vt deū, sed magis reprehēsores
cōpescens, attestat̃ sibi sup gloria deitatis.vnde sequit̃:
Quibus ipse ait,Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapi-
des clamabunt. Theoph. q.d. Non sine causa hoīes me
taliter laudāt, sed cōmoniti virtutibus quas viderunt.
Beda.Crucifixo etiam dño notis eius tacentibus prę ti
more,lapides & saxa canebant, dū postq̄ emisit spiritū
terra mota est,& petrę scissę sunt,& monumenta apta
sunt.Ambro.Neq; etiā mirū est si laudes dñi contra na
turam suā saxa respondeant, quē scopulis duriores præ
dicāt peremptores.s.turba post exiguū crucifixura deū
negans affectibus,quē vocibus confitetur. Aut fortasse
quia obmutescentibus Iudæis post dñi passionem viui
erant secundū Petrum lapides clamaturi.Orig.Quādo
etiam nos tacemus.i.refrigescit charitas multorū, lapi
des clamāt: potest eñ deus suscitare de lapidibus filios
Abrahę. Pulchrè autem turbas laudantes deum ad de-
scensionē mōtis occurrisse legimus,vt operatorē myste
rii spiritalis significarēt sibi venisse de cælo.Beda.De-
scendente etiam dño de monte Oliuarum turbę descē
dunt,quia humiliato misericordiæ auctore, necesse est
eos qui misericordia indigent,eius vestigia imitari.

Et ut appropinquauit,uidens ciuitatē, fleuit super illā,di= cēs:Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi,nūc autem abscōdita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te & circundabunt te inimici tui uallo,& cir cundabunt te,& coangustabunt te undique & ad terrā pro= sternent te, & filios tuos qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tem= pus uisitationis tuæ.

Orig.Omnes beatitudines quas locutus est Iesus in e-
uangelio suo,firmat exēplo: sicut dixerat, Beati mites,
probat dicēs:Discite à me,qa mitis sum. Et quia dixe-
rat, Beati flentes,ipse quoq; fleuit sup ciuitatē.vnde di
citur:Et cū ap.&c.Cyril.Miserebat̃ enī eorū Christ⁹ q
omnes homines vult saluari, quod nobis non patuisset
nisi per aliquod humanū fieret euidens.Effusę enim la-
chrymæ sunt signa tristitiæ.Grego.in ho. Fleuit igitur
pius redēptor ruinā perfidę ciuitatis,quam ipsa ciuitas
sibi non cognoscebat esse venturā. vnde subditur: Di-
cens, Quia si cogno.& tu,subaudi fleres:quæ modo qa
nescis quod imminet,exultas.vnde subdit̃:Et quidē in
hac die tua,&c. Cū enim carnis se voluptatibus daret
in die sua,quæ ad pacem ei esse poterant habebat. Cur
vero bona pręsentia ad pacē habuerit, manifestatur cū
subditur: Nunc autē abscondita, &c. Si enim à cordis
eius oculis mala quę imminerēt abscondita nō essent,
læta in præsentibus prosperis nō fuisset. vnde mox ei⁹
pœna quæ imminebat adiuncta est, cū sequitur: Quia
ve.dies in te.Cyril. Vel aliter: Quia si cognouisses &
tu.Non enī erāt digni ṗcipere diuinitus inspiratas scri
pturas,quę narrant Christi mysteriū. Quoties enim le
gitur Moyses,velamē obnubilat cor eorū. Et quia non
sunt intuiti veritatē,indignos se fecerūt salute quę ma
nat à Christo.vnde sequitur:Et quidem in hac die &c.
Euse.Vbi notat suū aduentū ad pacē totius mundi fa-
ctum fuisse,venit enim ad hoc vt pacē prædicaret pro-
pinquis & lōginquis:sed quia annūciatam sibi pacē re-
cipere noluerūt,hoc eos latebat. vnde subditur: Nunc
au.abscōd.sunt ab ocu.tuis.Et ideo obsidionem quę in
breui erat ei superuētura expressissimè prænūciat,sub-
dens:Quia ve.dies in te &c.Grego.Vbi Romani prin
cipes denunciantur.Illa enim Hierosolymorū subuer-
sio describitur,quę à Vespasiano & Tito Romanis prī-
cipibus facta est.vnde subdit̃:Et circundabunt te,&c.
Euse.Quomodo autē hæc completa sint ex his quæ tra
dita sunt à Iosepho colligere possumus,qui cū esset Iu-
dęus,singula quoq; gesta narrauit cōsonè his quæ sunt
à Christo ṗdicta.Grego. Hoc quoq; quod additur, Et
non relin.in te &c.Et ipsa iā eiusdē ciuitatis trāsmigra
tio testatur: quia dū nunc in eo loco constructa est, vbi
extra portam dñs fuerat crucifixus, prior illa (vt dici-
tur) Hierusalē funditus est euersa. Cui ex qua culpa e-
uersionis pœna fuerit illata subiūgitur:Eo quòd nō co
gnoueris &c.The.Id est mei aduētus, veni eñ visurus
& saluatur⁹ te.Quòd si cognosceres,&in me crederes,
esses pacata Romanis,& ex oībus exēpta ṗiculis, sicut
omnes qui crediderunt in Christū euaserunt.Orig.Nō
nego igitur & illā Hierusalem ṗpter habitatorū scele-
ra fuisse destructā, sed quæro ne forte ad hāc Hierusalē
fletus iste pertineat.Si eñ post mysteria veritatis aliqs
peccauerit,plangetur.Nemo eñ gentilis fletur, sed ille
qui fuerit de Hierusalem,& esse cessauit.Grego.Redē-
ptor enim noster per electos suos plāgere non cessat,cū
quosdā ex bona vita ad mores reprobos ṗuenisse cōsy-
derat,qui si dānationē suā quæ eis īminet agnouissent,
semetipsos cū lachrymis electorū plangerent. Suā autē
diem hichabet anima ṗuersa,quæ trāsitorio gaudet in
tempore.Cui ea quæ assunt ad pacem sunt,dū ex rebus
temporalib⁹ lętatur:hęc pręuidere futura refugit, quæ
pręsentem lætitiā ṗturbent.vnde sequit̃: Nunc autem
abscōdita,&c.Orig.Fletur autē & nostra Hierusalem,
ꝙ post peccata circūdant eam inimici.i. spūs nequā,&
immittāt in circuitū eius vallū,vt obsideant eam & la-
pidem super lapidem nō relinquāt:maximè si post mul
tam continentiā,si post aliquot annos castitatis victus
quis fuerit &blādimentis carnis illectus,patientiā pu-
dicitiamq; amiserit:si fuerit fornicat⁹, lapidē super la-
pidē non relinquent in eo,scd̄m illud: Nō recordabor
primarum iustitiarū ei⁹.Greg. Vel aliter: Maligni spūs
animam à corpore exeūtem obsidēt,quā in carnis amo
re positā deceptoris delectationibus fouēt.qui vallo cir
cundant,quia ante mentis eius oculos reductis iniqui-
tatibus quas ṗpetrauit, hāc societate suæ damnationis
coarctant, vt in ipsa extremitate vitę deprehensa, & à
quibus hostibus circūclusa sit videat, & tamen euadē-
di aditū inuenire nō possit.quia operari iā non pōt bo-
na, quę cū licuit agere contēpsit.vndiq; etiā animā coā
gustant,quando ei nō solum operis verūetiam locutio-
nis atque cogitationis iniqtates replicāt: vt quæ prius
se ṗ multa dilatauit in scelere,in extremū de omnibus
angustet̃ in retributione.Tunc aūt anima ṗ conditio-
nem reatus sui ad terrā consternitur,cū caro quā vitam
suā credidit,redire ad puluerē vrget̃.Tūc in morte filii
illius cadunt,cū cogitationes illicitę quæ modo ex illa
ṗdeūt in extrema vita vltione dissipant̃, q̄ etiā cogita-
tiones ṗ lapides significari valēt.Peruersa eñ mens cū
ṗuersę cogitationi ṗuersionē adiicit,quasi lapidem su-
pra lapidē ponit:sed cū advltionem suam anima ducit̃,
oīs cogitationū constructio dissipat̃. Prauā autē animā
de⁹ assidue visitat ṗcepto,aliquādo flagello,aliaquādo
autem miraculo:vt vera quę nesciebat audiat,& ea cō-
tēnens à dolore cōpuncta redeat,aut beneficiis deuicta
malum quod fecit erubescat. Sed quia visitationis suæ
tēpus nō cognoscit,ī extremo vitę tradit̃ suis inimicis.

Fletus Christi ratio.

Aduētus Christi ratio.

Intellectus mysticus.

Obsidio spiritalis

Mētis peruersæ periculum.

Et ingressus in templū,cœpit eijcere uendentes in illo & ementes, dicens illis: Scriptū est,quia domus mea,domus o- rationis est, uos autem fecistis eam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdo tum & scribæ & principes plebis quærebant illum per= dere,& non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim po= pulus suspensus erat,audiens illum.

Grego.in ho.Qui narrauerat malaventura protinus
templum ingressus est:vt de illo vendentes & ementes
eiiceret,ostēdens quòd ruina populi maximè ex culpa
sacerdotum fuit.vnde dicitur:Et ingres.in tēplum &c.
Ambro.Deus enim templum suū non mercatoris vult
esse diuersorium,sed domiciliū sanctitatis:nec vendibi
li religionis officio,sed obsequio gratuito vsum mini-
sterii sacerdotalis informat.Cyril. Erat autem in tēplo
multitudo mercatorū qui vendebant animalia ritu le-
gis mactanda in hostiis,sed iam aderat tēpus desinendi
vmbram, refulgēdi vero Christi veritatē:ob hoc Chri
stus qui cū patre simul colebatur in tēplo, iussit rit⁹ cor
rigi legis,fieri vero tēplum orationis domū. vnde sub-
ditur:Dicens illis,scriptū est quia domus mea &c.Gre
go. Qui enim ad accipiēda munera in tēplo residebāt,
quia quibusdā non dantibus lęsiones exqrerent,dubiū
non erat.Theo.Hoc etiā dominus fecit in principio ṗ-
dicationis suæ,vt narrat Ioānes, & nūc iterum illud fe
cit,quia ad maius crimē Iudęorū redūdat,qui non fue-
runt ex priori admonitione castigati.Aug.de quæ. euā
ge.Mysticè autē templū ipsum hominem Christū intel
ligas,vel etiam adiūcto corpore eius quod est ecclesia:
secundū autem id ꝙ est caput ecclesię dictū est, Soluite
templum hoc,& in triduo suscitabo illud:secūdū idve
ro quòd est adiūcta ecclesia, intelligitur templū de quo
videtur dixisse, Auferte ista hinc: significauit enī futu-
ros in ecclesia,qui sua negocia potius agerent, vel rece
ptacula ibi haberent ad occultanda scelera sua,q̄ vt cha
ritatē Christi sequerētur,& peccatorū confessione ac-
cepta venia corrigerentur.Grego.in ho. Redēptor ve-
ro noster pręedicationis verba,nec indignis, nec ingra-
tis,subtrahit: vnde postq̄ rigorē disciplinę eiiciēdo ṗ-
uersos tenuit,donū his gratiæ ostendit.nā subditur:Et
erat docens &c.Cyril. Decebat autē ex his quæ Chri-
stus dixerat & fecerat,eū adorare vt deū,sed ipsi nequa
quam hoc facientes,quærebāt eum occidere.Sequit̃ e-
nim: Principes autē sacerdotum & scribę & principes
plebis quærebant illū perdere.Beda.Vel quia quotidie
docebat in tēplo,vel quia latrōes eiecerat de tēplo,vel
quia veniens illuc rex & dñs à credentiū turba laudem
hymni cęlestis accepit. Cyril. Sed popul⁹ grauiorē ęsti
mationē accepit de Christo q̄ scribę & pharisęi & prin
cipes Iudęorū,q fidē Christi nō acceptātes alios incre-
pabant.vñ sequit̃:Et non inueniebant quid facerent il
li.Omnis enim populus suspensus erat audiens illum.
Beda.Quod duobus modis intelligi potest:quia vel ti-
mentes populi tumultū,& non inueniebant quid face-
rent de Iesu quem perdere disposuerāt: vel ideo Iesum
perdere quęrebant, quia suo magisterio neglecto plu-
res ad eum audiēdum confluere cernebāt. Greg. in ho.
Mysticè autē sicut templū dei in ciuitate est,ita in ple-
be fideli vita religiosorū.Et sępe nōnulli religionis ha
bitum sumunt:& dum sacrorū ordinū locū percipiūt,
sanctę religionis officium in cōmercium terrenę nego
ciationis trahunt. Vendentes quippe in templo sunt
qui hoc qđ quibusdā iurè competit,ad pręmiū largiūt̃.
Iustitiam eñ vendere,est hāc pro ṗmii acceptione ser-
uare.Ementes vero in tēplo,sunt qui dum hoc ṗsolue-
re proximo quod iustū est nolunt, dumq; rem iure debi
tam facere contēnunt,dato patronis pręmio emūt pec
catum.Orige.Si quis ergo vēdit eiicietur, & præcipuè
si vēdit colūbas.Si enī ea quę mihi à spū sancto sunt re-
uelata & credita,aut in vulgus precio vēdidero,aut abs
que mercede non docuero, quid aliud facio nisi colum
bam.i. spiritum sanctū vendo? Ambrosi. Generaliter
itaq; dñs docet,seculares à dei tēplo abesse debere con
tractus.Spiritualiter autē nummularios repulit,qui dę
pecunia domini,id est scriptura diuina lucrū quærunt,
nec bona malaq; discernūt.Greg.in ho. Qui domū dei
speluncam latronū faciūt, quia dum peruersi homines
locum religionis tenent, ibi malitiæ suæ gladiis occi-
dunt,vbi viuificare proximos orationis suę intercessio
ne debuerunt.Templū quoque est ipsa mens fidelium,
quæ si in læsione proximi peruersas cogitationes pro-
fert,quasi in spelūca latrones resident.Cū autem men-
tem fidelium ad cauenda mala subtiliter erudit,quoti-
die veritas in templo docet.

Prophauatio tēporum.

tropologica expositio.

CAP. XX.

ET factum est in una dierū docēte illo popu= lum in tēplo & euangelizante, conuenerūt principes sacerdotum & scribæ cū seniori= bus,& aiunt dicentes ad illum: Dic nobis in qua potestate hæc facis? aut quis est qui de= dit tibi hanc potestatem? Respondens autem Iesus, dixit ad illos:Interrogabo uos & ego unū uerbum.Re spondete mihi,Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex homi= nibus? At illi cogitabant intra se,dicentes: Quia si dixerim⁹ de cælo,dicet:Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixe rimus ex hominibus,plebs uniuersa lapidabit nos.Certi enim sunt Ioannem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset.Et Iesus ait illis: Neque ego dico uobis in qua po= testate hæc facio.

Augu.de cō.euā. Cū cōmemorasset Lucas eiectos de
templo ementes & vendentes,prętermisit ꝙ exibat in
Bethaniā,& regrediebatur in ciuitatē,& quid de ficul
nea factū est,& quod mirātibus discipulis, de fidei vir
tute responsum est.Atq; his ṗtermissis, nō quasi ex or-
dine dies prosequens sicut Marc⁹,intulit dicens:Et fa-
ctum est in vna dierum,&c.Quod dicit factum in vna
dierum,ea dies intelligitur in qua id gestū Matthæ⁹ &
Marcus retulerunt.Euse.Cū autē principes mirari de-
berent docentē cælestia dogmata, & cognoscere per di
cta & facta hūc esse Christū quem prophetę pręcinue-
rant,incūbentes subuersioni populi Christū prohibe-
bant.Sequit̃ enim:Et aiunt di.ad il. Dic no. in qua po.
hęc fa.Aut quis &c.Cyril.Quasi dicāt:Secundū legem
Mosaicā solis exorcistis ex Leuitico sanguine data est
auctoritas docēdi,necnō sacrorum atriorum potestas:
at tu ortus ex Iuda,cōmissos nobis fasces vsurpas. Sed
si nouisses(ò pharisęe) scripturas,recoleres ꝙ hic est sa
cerdos qui secundū ordinē Melchisedec offert deo in se
credentes per cultum qui legem trāscendit. Quid igi-
tur anxiaris,eiectis ab atriis sacris quæ opportuna vi-
debātur legalibus victimis, eo vocante ad veram iusti-
ficationem per fidem?Beda.Vel quando dicunt, In qua
potestate hæc facis?de dei dubitant potestate, & subin
telligi volunt diaboli esse quod facit.Addentes quoq;,
Et quis est qui dedit tibi hanc potestatē? manifestissi-
mè dei filium negant quē putant nō suis,sed alienis vi-
ribus signa facere.Poterat aūt dñs aperta respōsione tē
tatorū calūniam cōfutare,sed prudenter interrogat, vt
suo silētio vel sententia condēnentur.Sequit̃ eñ:Respō-
dens aūt Ie.&c.The.Vt eñ ostenderet eos semp fuisse
spiritui sctō rebelles:& nedū Esaię cui⁹ non erat memo
ria,sed nuṗ viso Ioanni credere noluerūt.Ob hoc versa
vice opponit eis hāc quęstionē,ostendēs ꝙ si tanto pro
phetę Ioāni qui apud eos maior videbatur,minimè cre
diderūt perhibēti testimoniū eius,qualiter ei crederēt
respondenti qua auctoritate hoc faceret?Euse. Quærit
autem de Ioanne Baptista, non vnde erat oriūdus, sed
vnde legem suscepisset baptismatis.Cyril.Sed illi fuge

Consensus euā.

re veritatem non horruerũt. Deus enim misit Ioãnem sicut vocem clamãtem: Parate viam dño. Timuerũt autem dicere veritatẽ: ne diceretur, Cur nõ credidistis? & cauent reprehendere prẽcursorem, nõ metu diuino, sed populi. vnde sequitur: At il.co.in.se di. Quia si dix. decẽ. di. Quare ergo non credi. ei? Beda. q.d. Quem cõfitemini de cælo habuisse prophetiã mihi testimoniũ perhibuit. Et ab illo audistis, in qua potestate hęc faciam. Sequitur: Si au. dixe. Ex ho. plebs vniuer. la. nos. Certi sunt enim Ioãnem prophetam esse. viderunt ergo quomodolibet respondissent, in laqueũ se casuros, timẽtes lapidationem, sed magis veritatis confessionẽ. vnde sequitur: Et ref. se nes. vnde esset. Quia ergo nolũt fateri hoc quod sciunt, repulsi sunt vt eis dominus non diceret quod sciebat. vnde sequitur: Et ait il. Ie. Neque ego di. vo. in qua po. hæc facio. Ob duas enim causas maximè scientia veritatis est occultanda quærentibus: cum scilicet is qui quęrit minus capax est ad intelligendum ea quæ quærit, aut odio vel contẽptu veritatis indignꝰ est cui debeat aperiri quod quærit.

Laus Ioannis.

Cœpit autẽ dicere ad plebem, parabolã hanc: Homo quidam plantauit uineam, & locauit eam colonis, & ipse peregre fuit multis temporibus. Et in tẽpore uindemiæ illò misit ad cultores seruũ, ut de fructu uineæ darẽt illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanẽ. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes & afficientes cõtumelia, dimiserunt inanem. Et addidit tertiũ mittere, qui & illum uulnerantes eiecerunt. Dixit autem dominus uineæ: Quid faciam? Mittam filium meũ dilectum, forsitan cũ hunc uiderint, uerebuntur. Quẽ cum uidissent coloni cogitauerunt intra se, dicentes: Hic est hæres, Occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas. Et eiectum illum extra uineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus uineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit uineam alijs. quo audito, dixerunt illi: Absit. Ille autem aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc quod scriptum est, lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Omnis qui ceciderit supra illũ lapidem, conquassabitur: supra quem autem ceciderit, comminuet illum.

Euseb. Congregatis in vnũ principibus populi Iudæorum in ipso templo, ea quæ cõtra ipsum facturi erant, & superuenturũ eis exterminium figuratè parabolam protulit. Dicit enim: Cœpit au. di. ad ple. para. hãc: Homo plan. vineam. Augu. de con. euang. Tacuit Matthæus breuitatis causa quod Lucas non tacet, parabolam istam nõ ad solos principes dictã, qui de potestate interrogauerant, sed etiam ad plebẽ. Ambro. Plęrique autem variè significationes de vineæ appellatione deriuant, sed euidẽter Esaias vineam domini Sabaoth domum Israel esse memorat. Hanc vineam quis alius nisi deus condidit? Beda. Homo ergo qui plãtauit vineam ipse est qui iuxta aliã parabolam cõduxit operarios in vineam suam. Euse. Sed parabola quã Esaias dicit, vineam reprehendit. Saluatoris vero parabola nõ est contra vineam dicta, sed de cultoribꝰ vineę de quibus subditur: Et locauit eã colonis. i. senioribus populi, & principibus sacerdotum, & doctoribus, & optimatibus cũctis. Theop. Vel quilibet de populo est vinea, idem est etiã cultor, quilibet enim nostrũ seipsum colit. Hac igitur vinea cõmissa cultoribus abiit. i. dimisit illos ꝓgredi suo arbitrio. vnde sequitur: Et ipse peregrè fuit multis temporibus. Ambr. Nõ quia ex loco ad locum profectus est dominus, qui vbiq; semper prẽsens est, sed qa præsentior est diligentibus, negligẽtibus abest. Multis autem tẽporibus abfuit, ne propera videretur exactio. nam quo indulgentior liberalitas, eo inexcusabilior pernicacia. Cyril. Vel deus absentauit se à vinea pluriũ annorum curriculis: quia postq̃ visus est in specie ignis descendisse in monte Sina, non amplius visibiliter præbuit eis suã prẽsentiam. Nulla tamen interpolatio cõtigit, qua non mitteret deus ꝓphetas & iustos cõmonentes. vnde sequitur: Et in tẽpore vinde. misit ad cultores seruum, &c. Theo. Dicunt autem de fructu vineę, quia non totũ fructum sed aliquid de fructu volebat accipere. Nam quid lucratur deus à nobis nisi suam notitiã, quæ etiam est nostra vtilitas? Beda. Bene autẽ fructum posuit non prouẽtum, nullus em̃ huius vineæ prouẽtus inuentus est. Seruꝰ ergo primus missus est Moyses, qui per quadraginta annos fructũ aliquem legis quã dederat à cultoribus requirebat, sed vexatus est ꝓpter eos, quia exacerbauerunt spiritũ eius. vnde sequit: Qui cęsum dimiserunt eum inanẽ. Ambro. Factũ est autem vt plures alios destinaret, quos Iudæi ĩhonores & inanes sibi de quibus nihil potuerũt proficere dimiserunt. vnde sequitur: Et addi. alte. ser. mittere. Bed. Seruus alter Dauid significatur, qui missus est vt post edicta legalia cultores vineę psalmodię modulamine ad exercitiũ boni operis excitaret. Sed & cõtra hunc dixerũt, Quę nobis pars in Dauid? aut quæ hęreditas in filio Isai? vnde sequitur: Illi au. hunc cędentes & affi. cõtu. dimise. inanem. Sed nec sic destitit, sequitur em̃: Et addidit tertiũ mittere. Per quẽ prophetarũ chorum intellige, qui cõtinuis attestationibꝰ populũ conuenerũt. Sed quẽ prophetarũ nõ sunt persecuti? vnde sequitur: Qui & illum vulne. eiecerunt. His autẽ tribus seruorũ gradibus oĩm sub lege doctorum figuram posse cõprehendi dñs alibi manifestat, dicẽs: quoniã necesse est impleri omnia quę scripta sunt in lege Moysi & ꝓphetis & psalmis de me. Theop. Prophetis igitur talia mala passis filius destinatur. Sequitur enim: Dixit au. do vineę, quid faciã? Bed. Quòd dominus vineę dubitatiuè loquitur, nõ de ignorantia venit, quid enim nesciat deus pater? sed ambigere dicitur, vt libera voluntas hominis seruetur. Cyril. Deliberat etiã secũ dominus vineæ quid agat, nõ quasi carens ministris, sed quia pertractato quolibet ingenio salutis humanę, populo vero nequaq̃ adiuto aliud maius adiungit. vnde consequẽter dicit: Mittã filium meũ dilectum, forsitan cum hunc vide. verebũtur. Theo. Dixit autem hoc non tanquã ignorans quòd peius eũ essent tractaturi quàm prophetas, sed quia oportebat filium eis fieri reuerendum. Quòd si cõtumaces fuerint occidendo, hoc cumulat eorũ crimẽ. Ne ergo dicerent aliqui diuinã præsentiã necessario fuisse inobedientiæ causam, ideo sic figurat sermonẽ. Ambro. Filium igitur vnigenitum sibi missum perfidi Iudæi, quasi hæredem remouere cupientes, occiderunt crucifigendo, & eiecerunt negando. vnde sequitur: Quem cũ vidi. colo. cogi. intra se dicen. Hic est hęres, occi. eum vt nostra fiat hæreditas. Hæres Christꝰ est, idemq; testator: hæres, quia morti proprię superuiuit, & testamentorũ quæ ipse cõtulit, tanquam hæreditaria in nostris profectibus emolumenta consequitur. Beda. Manifestissimè autem dominus, ꝓbat Iudęorũ principes non p ignorantiã, sed p inuidentiam, crucifixisse filium dei. Intellexerũt enim hunc esse cui dictum est, Dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam. Sequitur: Et eiectum illum extra vineã occiderunt. Quia Iesus vt sanctificaret per suum sanguinẽ populum, extra portam passus est. Theo. Sed quia superiꝰ populum nõ Hierusalem loco vineæ sumpsimus, forsan magis propriè dici potest, quòd occidit quidẽ eum populus extra vineã. Theo. i. extra populi manꝰ passus est dominus quia. s. populus ei non propriis manibus necẽ intulit, sed tradens hũc Pilato & gentibꝰ. Quidam autem per vineã scripturam intellexerũt, cui nõ credẽtes

Allegaria pulni chra.

A quibꝰ passus sit Christꝰ.

dominũ necauerunt, vnde extra vineã, id est extra scripturam dicitur dominꝰ passus. Beda. Siue eiectus extra vineam & occisus est, quia prius est ab infidelitũ corde repulsus, ac deinde cruci addictus est. Chryso. Dispensationis autem nõ negligentię est post prophetas Christum venisse. Nõ enim deus omnia repẽte prosequitur, sed cõdescendit propter sui pietatẽ: quia si post seruos venientem filium cõtempserũt, multo magis nec antea eum audirent. Qui enim non audiebãt minora præcepta, quomodo audiuissent maiora? Ambro. Pulchrè autem interrogat, vt sua seipsi dãnent sententia. Sequitur enim: Quid ergo faciet illis dñs vineæ? Basi. Hoc autẽ fit quasi his qui damnãtur nihil habentibus opponere euidẽtiæ iuris. Propriũ autem est diuinæ miserationis, non infigere pœnas silẽtio, sed prædicere minis, reuocando eos ad pœnitẽtiam. vnde & hic sequitur: Veniet & per. co. istos, &c. Ambro. Venturũ dominũ dicit vineæ, quòd ĩ filio assit etiam paterna maiestas, vel quòd vltimis temporibus præsentior humanis aspiret affectibus. Cyril. Excluſi sunt igit Iudæorum primates, quasi dominicæ volũtati repugnãtes, & sterilem reddẽtes vineam sibi cõmissam. Est autẽ datus cultus vineæ sacerdotibus noui testamẽti, cũ autem virtutem ænigmatis senserũt, recusant illud pati. vnde sequtur: Quo audi. dixerunt illi: Absit. Nec tamẽ euaserũt ob sui ꝓtinaciã & inobedientiã erga fidem Christi. Theo. Aliter autẽ videtur Matthęꝰ dicere, dominũ. s. quęsiuisse, Quid faciet illis cultoribꝰ vineæ? Iudæos vero respõdisse: Malos male perdet. Non est autẽ repugnãtia, nam vtrũq; factum. Primo em̃ ipsi ꝓmulgauerunt illã sententiã, postea sentientes quo tẽdebat parabola dixerũt, Absit: vt Lucas hic narrat. Aug. de cõ. euã. Vel aliter: In illa de qua loquimur turba, erãt qui dolosè dominũ interrogauerãt, in qua potestate faceret. Erãt etiã q nõ dolosè sed fideliter acclamauerunt: Benedictꝰ qui venit in nomine domini. Ac p hoc erant qui decerent, perdet illos & vineã suam dabit aliis. Quæ vox rectè etiã ipsius domini fuisse ĩtelligitur, siue propter veritatẽ, siue propter membrorum eius cũ suo capite vnitatem. Erant etiã qui talia respondentibus dicerent, Absit. Quia intelligebãt in seipsos hanc parabolã dictam. sequitur: Ille autẽ aspiciens eos, ait: Quid est ergo &c. Beda. q.d. Quomodo implebitur hæc prophetia, nisi quia Christꝰ à vobis reprobatus & occisus, crediturus est gentibus prędicandus? vt quasi lapis angularis ex vtroq; populo vnum sibi templum ædificet. Euseb. Lapis autem dicitur Christus propter terrestre corpus, abscisus sine manibus, secundum visionẽ Danielis, propter ortum ex virgine. Lapis autem non argẽteus, aut aureus, quia non rex aliquis gloriosus, sed homo humilis & abiectus, propter quod ædificantes eum reprobauerũt. Theo. Reprobauerunt enim eum principes populi cũ dixerunt: Hic à deo non est. Ille vero tam vtilis fuit, tã electus, vt in capite anguli poneretur. Cyril. Angulo vero cõparat sacra scriptura cõcursum vriusq; populi, Israelitici scilicet, & gentilis in vnam fidem. Cõpegit enim saluator vtrumq; populũ in vnum nouũ hominem, cõcilians eos in vno corpore patri. Salubris ergo est lapis angulo facto ab eo. Detrimentũ autem infert Iudæis impugnantibus hunc spiritalẽ concursum. Theo. Duas autem cõdemnationes cõmemorat: Vnã quidem animarum suarum, quam passi sunt scãdalizati in Christo, & hoc tangit cũ dicit: Omnis qui ceciderit super illũ lapidem, cõ quassabitur. Aliã verò captiuitatis & exterminii, quã intulit eis lapis ab ipsis contẽptus. Et hoc tangit cum subdit: Supra quem autẽ ipse ceciderit, cõminuet illũ, vel ventilabit eũ. Sic enim ventilati sunt Iudęi à Iudęa per vniuersum orbẽ, vt ab area paleæ. Et attende ordinem, nã pręambulũ est scelus in eum cõmissum. Sequit autẽ iusta dei vĩdicta. Bed. Vel aliter: Qui peccator est, & tamen illi credit, cadit quidẽ & conquassat, reseruat enim ꝓ patientiã ad salutem. Supra quẽ vero ille cecidit, hoc est cui lapis ipse irruerit, qa ipsum negauit, cõminuet eũ, vt nec testa quidẽ remaneat in qua hauriat aquę pusillũ. Siue de his dicit ꝙ cadũt super eũ, qui illũ modo contẽnunt, ideo nondũ penitus intereũt, sed cõquassant vt non recti ambulẽt. Sup quos autẽ cadit, veniet illis desup in iudicio cũ pœna ꝑditionis, ideo cõminuet eos, vt sint tanq̃ puluis, quẽ proiicit vẽtus à facie terrę. Ambr. Vinea etiã typus noster est: agricola quippe oĩpotens pater, vitis Christꝰ, at vero nos palmites. Rectè vinea Christi populꝰ nominatur, vel ꝙ crucis in fronte ꝓtexatur iudiciũ, vel ꝙ fructꝰ ex postrema anni legatur ætate, vel ꝙ oĩbus vt ordinibus vinearũ, ita paucis atq; diuitibus seruis & dominis in ecclesia æqua dimensio nulla discretio sit. Et vt vitis maritat arboribus, ita corpus animę. hanc vineã diligens agricola fodere & tõdere consueuit, ne luxuriet vmbra foliorum, verborũq; infructuosa iactãtia maturitatẽ indolis naturalis impediat. decet totius orbis hic esse vindemiã, vbi totius orbis est vinea. Bed. Vel morali intellectu cuiq; fideliũ vinea quã excolat locatur, dũ mysterium baptismi qđ exerceat sibi cõmittitur: Mittit seruus vnus alter tertius, cũ lex, psalmodia, & ꝓphetia legitur. Sed missus seruus cõtumeliis affectꝰ vel cæsus dicitur, cũ sermo auditus contemnitur vel blasphematur. Missum hæredẽ quantum in se est occidit, qui filiũ dei peccãdo cõculcat: ꝑdito malo cultore vinea dat alteri, cũ dono gratiæ quòd supbus spreuit, humilis ditatur.

Expositio literalis.

Consensus euã.

Condẽnatio duplex.

Et quærebant principes sacerdotũ, & scribæ mittere in illum manus in illa hora, & timuerũt populum. Cognouerũt enim quòd ad ipsos dixerit similitudinem istã. Et obseruantes miserunt insidiatores qui se iustos simularent, ut caperent eũ in sermone, & traderent illum principatui, & potestati præsidis. Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quia recte dicis & doces, & nõ accipis personam hoĩs, sed uiam dei in ueritate doces: Licet nobis tributum dare Cæsari, an non? Considerans autem dolũ illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium: cuius habet imaginẽ & superscriptionẽ? Respondentes dixerũt: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Et non potuerunt uerbũ eius reprehendere coram plebe, & mirati in responso eius, tacuerunt.

Cyril. Docebat quidem principes Iudæorũ intelligentes quòd de ipsis parabola diceretur, à malo sic discedere quasi de futuris instructos: sed hoc non considerantes, occasionem suorum colligunt criminũ. vnde dicitur, Et quærebant principes sacerdotum &c. Nec refrenauit eos legis præceptum quod dicit, Innocentem & iustum non occides, sed compescuit eorum nefandum propositum plebis timor. Sequitur enim: Et timue. populum. Præferunt enim diuinę reuerentiæ humanum timorem. Quæ autem hui? propositi fuerit occasio subditur: Cognouerunt enim, &c. Beda. Et ita quærendo ipsum occidere, docebant vera esse quæ in parabola dixerat: Ipse enim est hæres: cuius iniustam necem dicebant esse vindicãdam illi nequã coloni, qui dei filium quærebant occidere. Hoc etiam quotidie geritur in ecclesia, cum quilibet solo nomine frater, eam quã nõ diligit ecclesiasticę fidei ac pacis vnitatem, propter bonorum multitudinẽ vel erubescit vel timet impugnare. Et quia principes quęrentes dominũ comprehendere, quod per se nõ poterant, prędis manibus ef-

Frater fictus quis sit.

ficere tentabant. vnde sequitur: Et obser, miserunt, &c. Cyril. Videbãtur enim esse leues, erãt autẽ graues obliti dei, dicentis: Quis hic qui mihi abscondit consiliũ? Adeunt enim Christum omniũ saluatorem quasi homi nem communẽ. vnde sequitur: Vt caperẽt eum in serm. &c. Theop. Parauerunt autẽ domino laqueos, illaquea ti sunt tamen in eis pedes eorum. Audi nãq; astutiam. Et interrogauerũt illũ, dicentes: Magister, scim⁹ quòd recte dicis & doces. Beda. Blãda & fraudulenta interrogatio illuc prouocat respõdentem, vt magis deum q̃ Cæsarem timeat. Sequit enim: Et non accipis personã hominis, sed in veritate viã dei doces. Et hoc dicũt ad hoc vt dicat non debere tributa solui, vt statim audientes ministri præsidis qui iuxta alios euãgelistas affuisse leguntur, seditionis eum cõtra Romanos auctorem teneant, vnde consequenter quærũt: Licet nobis dare tribu. &c. Erat enim in populo magna seditio, dicentibus aliis, pro securitate qua Romani pro omnibus militabant, debere tributa persolui: pharisęis contradicentibus nõ debere populũ dei qui decimas & primitias daret, humanis legibus subiacere. Theo. Intendebant ergo quòd si diceret oportere dari censum Cęsari, criminaretur à populo quasi seruituti subiiciens gentẽ. Si vero ꝓhiberet cẽsum reddere, eũ repręsentarent vt schismaticum præsidi. Ipse vero laqueos eorũ effugit. Sequitur enim: Consyderãs au. dol. eo. di. ad eos: Quid me tẽtatis? Ostendite mihi denariũ, cui⁹ habet imaginem & supscriptionem? Ambr. Docet hoc loco dñs circũspectos nos in respondẽdo aduersus hæreticos vel Iudæos esse debere: sicut alibi dixit, Estote astuti sicut serpentes. Beda. Qui autem putãt interrogationem saluatoris ignorantiam esse, discant ex præsenti loco ꝙ potuerit scire Iesus cuius imago esset in nummo, sed interrogat, vt ad sermonẽ eorum cõpetenter respõdeat. Sequitur enim: Respondẽtes dixerũt, Cęsaris. Non putemus Cæsarem Augustũ, sed Tyberiũ significari. Omnes enim Romani reges à primo C. Cęsare, Cæsares appellati sunt. Ex eorũ autem respõsione conuenienter dñs quæstionẽ soluit. Sequit enim: Et ait illis, Reddite ergo quę sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Tit⁹. q. d. Verbis tentatis, operibus obedite: subiistis Cæsaris seruitutem, suscepistis quę eius sunt. Date ergo illi censum, deo timorẽ. Non enim exigit deus denariũ, sed fidem. Beda. Reddite etiã deo, quę dei sunt, decimas. s. primitias, oblationes, & victimas. Theo. Et attende ꝙ nõ dixit: Date, sed reddite. debitũ enim est, tuetur em te princeps tuus ab hostibus, vitã tuam reddit trãquillam: pro his ergo teneris ei in censu. Sed & hoc ipsum quod offers, numisma. s. ab eo habes. Reddas ergo numisma regium, regi. Deus etiã tibi tradidit intellectũ & rationem; restituas hoc ei non cõparatus bestiis, sed in omnibus rationabiliter ꝓcedens. Ambr. Tu ergo si vis esse obnoxius Cæsari, noli habere quæ mũdi sunt. Et bene pri⁹ quæ sunt Cæsaris, reddẽda decernit: neq; em̃ potest quis esse dñi, nisi prius renũciauerit mũdo. q̃ grauia vincula, ꝓmittere deo & non soluere? maior est contractus fidei, q̃ pecuniæ. Orig. Habet autẽ locus iste aliquid mystici. Duę em̃ sunt imagines in homine: vna quam accepit à deo, altera inimici. Sicut em̃ denari⁹ habet imaginẽ imperatorũ mũdi, sic qui facit opera tenebrarum istarũ portat imaginẽ eius cui⁹ habet opera. Dicit ergo, Reddite quę sunt Cę. Cęsari, hoc est: Abiicite terrenã imaginem, vt possitis vobis imaginẽ cęlestem imponẽtes reddere quæ dei sunt deo, vt. s. deũ diligam⁹ &c. quæ vt Moyses dicit, deus requirit à nobis. Postulat aũt à nobis deus, nõ qa necessariũ habet vt ei aliqd tribuamus, sed vt postq̃ ei dederim⁹, hoc ipsum nobis tribuat in salutẽ. Bed. Qui aũt credere debuerãt ad tantã sapientiã, mirati sunt ꝙ calliditas eorũ insidiãdi nõ inuenisset locũ. vnde sequit: Et non potuerũt verbũ eius reprehendere corã plebe, & mirati in responso ei⁹, tacuerunt. Theo. Hoc enim erat quod præcipue intendebãt, increpare eum corã populo, quod obtinere nequiuerũt propter sapientissimam eius responsionem.

Exẽpla Christi.

Mystica interpretatio.

Accesserunt autẽ quidam Sadducæorum qui negãt esse resurrectionẽ, & interrogauerunt eũ, dicẽtes: Magister, Moyses scripsit nobis, si frater alicuius mortuus fuerit, habẽs uxorem, & hic sine liberis fuerit: ut accipiat eam frater eius uxorem, & suscitet semen fratri suo. Septẽ ergo fratres erãt, & primus accepit uxorem & mortuus est sine filijs. Et sequens accepit illam & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam, similiter & omnes septem & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissimè omniũ mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius eorũ erit uxor? Siquidẽ septem habuerunt eam uxorẽ. Et ait illis Iesus, Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi uero qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubũt neque ducunt uxores, neque ultra mori poterunt. Aequales enim angelis sunt, & filij sunt dei, cũ sint filij resurrectionis. Quia uero resurgant mortui, & Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit dominum deũ Abraham, & deum Isaac, & deum Iacob. Deus autem non est mortuorum, sed uiuorum. Omnes enim uiuunt ei. Respondentes autem quidam scribarum dixerunt ei: Magister, bene dixisti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare.

Hæreses duæ Iudęorum.

Beda. Duæ erant hæreses in Iudæis, vna pharisæorũ qui traditionum & obseruationũ sibi iustitiam præsumebant, vnde & diuisi vocabãtur à populo. Altera Sadducæorum qui interpretãtur iusti, vẽdicãtes sibi quod non erant. Illis ergo abeũtibus hi ad tentandum accedunt. vnde sequit: Accesserunt autẽ quidam &c. Orige. Sadducęorum hęresis non solũ resurrectionẽ mortuorũ negat, sed etiam putat animam interire cum corpore. Hi ergo verbis saluatoris insidiantes eo tẽpore quęstionem proposuerunt, quo eum viderũt de resurrectione docere discipulos. vnde sequitur: Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, nobis scripsit Moyses: Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine filiis fuerit &c. Ambro. Secũdum legis literam nubere cogitur etiam inuita, vt defuncti semen excitet frater: spiritus autẽ magister est castitatis. The. Sadducęi autem fragile fundamentũ substituentes non credebant resurrectionis sermonẽ. Opinantes enim carnalem esse futurã vitam in resurrectione merito fallebant̃, & ideo tanq̃ impossibile calumniantes dogma resurrectionis, fingunt hãc narrationẽ, dicẽtes: Septẽ ergo fratres &c. Bed. Hãc fabulã confingũt quę deliramenti arguat eos qui resurrectionẽ asserunt mortuorũ. Turpitudinẽ ergo fabulæ opponunt, vt resurrectionis denegent veritatem. vnde subditur: In resurrectione ergo cuius eorum &c. Ambrosius. Mysticè hęc mulier synagoga est, quæ septem viros habuit: sicut dicitur Samaritanæ: quinque viros habuisti. Quia Samaritana tantũ quinque libros Moysi, synagoga septem sequitur principaliter, & de nullo propter perfidiã suam hęreditarię potestatis semẽ accepit, & ideo partem cum viris suis in resurrectione habere non potuit, quia spirituale præceptum secũdum sensum carnis inuertit. Non enim frater carnalis aliquis denũtiatus est, qui semen fratris suscitaret defuncti, sed ille de mortuo populo Iudęorũ sapientiã sibi diuini cultus ascisceret in vxorẽ, atq; ex ea semen in apostolis suscitaret: q. quasi defunctorũ reliqę Iudæorũ informes adhuc in synagogæ vtero derelicti,

Fabula efficta à Sadducæis.

secũdum electionẽ gratiæ reseruari noui seminis admixtione meruerũt. Bed. Siue hi septẽ fratres reprobis cõgruunt, qui ꝓ totam hui⁹ seculi vitã quę septem diebus voluitur, à bonis operibus steriles existũt: quibus iunctim morte ꝓreptis, ad vltimum & ipsa mũdana cõuersatio, quasi vxor infœcũda transibit. Theo. Dñs autem ostẽdens in resurrectione nõ esse futurã conuersationẽ carnalem, eorum dogma euulsit simul cũ fragili fundamento. vnde sequit: Et ait il. Ie. Filii ius huius, &c. Augu. de quę. euãg. Quia cõnubia propter filios, filii propter successionẽ, successio ꝓpter mortẽ: vbi ergo mors non est, neq; connubia. vñ sequitur: Illi vero &c. Beda. Quod nõ ita intelligendũ est quasi soli digni vel resurrecturi vel sine nuptiis futuri sint, sed omnes etiã pctores resurrecturi, & absq; nuptiis sunt in seculo illo mansuri. Dominus autẽ vt ad resurrectionis gloriam inquirendam animos incitaret, de electis tantũ voluit facere sermonem. Augu. de quæ. euãg. Sicut autem nũc sermo noster decedentibus & succedentibus syllabis peragitur atque pficitur: ita & ipsi homines quorũ sermo est, decedendo & succedendo peragũt atq; perficiunt ordinem huius seculi, qui tẽporali rerum pulchritudine cõtexitur. In illa autem vita quãdo verbum dei quo fruemur, nulla decessione atq; successione syllabarũ cõpletur, sed omnia quæ habet semper manẽdo simul habet, ita participes eius quibus ipsum solũ erit vita, neq; moriendo decedent, neque nascẽdo succedent, sicut nũc est in angelis. vnde sequitur: Aequales enim angelis sunt. Cyril. Sicut enim multitudo angelorum plurima quidem est, non autẽ propagata per generationem, sed ex creatione consistens: ita & his qui resurgũt, non est opus vlteri⁹ nuptiis. vnde sequitur: Et filii dei sunt, &c. The. q. d. Quia deus est qui operatur in resurrectione, merito dicuntur dei filii qui per resurrectionẽ regenerantur. non enim aliquid carnale in resurgẽtium regeneratione cõspicitur, non coitus, non matrix, non partus. Bed. Vel æquales angelis & filiis sunt dei: quia gloria resurrectiõis innouati sine vllo mortis metu, sine vlla labe corruptionis, sine vllo terreni status actu, perpetua dei visione fruũtur. Orig. Sed quia domin⁹ in Mattheo dicit quod hic prætermittitur: Erratis nescientes scripturas: propono scripturã vbi scriptum sit, Neq; nubent neque nubentur. Quãtum enim ego æstimo, neque in veteri, neque in nouo testamẽto quicquã tale reperitur, sed omnis eorũ error de scripturæ lectione quã non intelligunt, subrepsit. Dicitur enim in Esaia: Electi mei bibent: & putant hęc & similia futura esse in resurrectione. Paulus autẽ omnes has benedictiones spiritualiter interpretans, & sciẽs nõ esse carnales ad Ephesios dicit: Benedixisti nos in omni benedictione spirituali. Theop. Vel dominus rationis suprapositę scripturæ testimonium addidit subdens: quia vero resurgant mortui, & Moyses ostendit secus rubum sicut dicit dominum deum Abraham & deũ Isaac & deum Iacob. q. d. Si semel redierunt in nihilum patriarchæ ne viuerẽt apud deum in spe resurrectionis, nõ dixisset: Ego sum, sed fueram. Consueuimus enim de rebus corruptis & præteritis dicere, Eram domin⁹ illius rei: nũc vero quoniam dixit, Ego sum, ostendit quòd viuẽtium est deus & dominus, & hoc est quod subditur: Deus autem non est mortuorũ sed viuorũ: omnes enim viuũt ei. Quãuis enim exanimes sunt, viuũt tamẽ apud eum in spe resurgendi. Bed. Vel hoc dicit, cum probauerit animas permanere post mortem, quod Sadducæi negabãt, consequẽs introduceretur & corporum resurrectio, quæ cum animabus bona malãve gesserunt. Est autem vera vita qua iusti deo viuunt, etiam quãdo corpore moriuntur.

Cõparatio pulchra.

Assertio resurrectionis.

Ad comprobãdam autem resurrectionis veritatẽ, multo manifestioribus exẽplis & prophetis vti valuit: sed Sadducæi quinq; tantũ libros Moysi recipiebant prophetarũ vaticinia respuẽtes. Chryso. Sicut autẽ sancti cõmunẽ orbis dñm sibi appropriant, nõ derogantes eius dñio, sed ꝓprium affectũ pandentes, scdm morem amãtium qui non patiuntur cũ multis diligere, sed volunt pręcipuam & specialẽ quãdam dilectionẽ exprimere: sic & deus specialiter se horũ deum dicebat, non coartando suum dominiũ sed ampliãdo. Non em̃ sic multitudo subditorũ, sicut virtus famulantiũ pandit eius dominium: vnde nõ sic gaudet dici deus cæli & terrę, sicut cũ dicitur, Deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Et apud mortales quidem à dñis denominãtur famuli. Dicimus em̃, Villic⁹ talis ducis, ecõtrario autem deus dicitur Abrahę. Theo. Cõfutatis autẽ Sadducæis fauẽt Iesu Scribę tanq̃ Sadducęorũ oppositi. vnde sequitur: Respõ. au. qui. scrib. dixe. Magister: bene dixisti. Beda. Et quia in sermonibus cõfutati sunt, vltra nõ interrogant. vnde sequitur: Et ampli⁹ non audebant eũ quic quam interrogare, sed cõprehensum Romanę tradunt potestati. Ex quo intelligim⁹ venena inuidię posse quidem superari, sed difficile conquiescere.

Dixit autem ad illos: Quomodo dicũt Christum, filium esse Dauid? & ipse Dauid dicit in libro psalmorum, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Dauid ergo dominum illum uocat, & quomodo eius filius est?

Theo. Quãuis dominus ad passionem erat iturus in breui prædicat propriã deitatẽ, nec hoc tamen incautè aut arrogãter, sed modestè querit. vnde dicit: Dixit au. ad il. Quomodo dicũt, &c. Ambro. Non reprehendũtur hoc loco, quia Dauid filiũ confitent̃, quia cæcus ille, Dauid filiũ confitendo meruit sanitatẽ. Et pueri dicentes: Osanna filio Dauid, prędicationis gloriam deo deferebant, sed reprehendũtur, quia non credunt filiũ dei. vnde subdit: Et ipse Dauid di. in lib. psalmo. Dixit dñs domino meo. Et pater dominus & fili⁹ domin⁹, sed nõ duo domini, sed vnus est dominus: quia pater in filio, & filius in patre. Ipse ad dexterã patris sedet, quia patri consors, nulli secũdus est. Sequitur em̃: Sede à dextris meis. Nec prędicat qui ad dexterã sedet, nec iniuriam patitur qui admittitur: gradus non quęritur dignitatis, vbi plenitudo est diuinitatis. Augus. de symbolo. Sessione autem ista non accipiam⁹ humanis membris positum tanquã pater sedeat in sinistra, & filius sedeat ad dexteram: sed ipsam dexterã intelligam⁹ potestatem, quam accepit ille homo susceptus à deo vt veniat iudicaturus, qui primo venerat iudicandus. Cyril. Vel quòd sedet ad dexterã patris, supernam eius gloriam probat. nam quorũ est thronus æqualis, & maiestas. Sessio vero in deo significat regnũ & omniũ potestatem. Sedet ergo à dextris dei patris, quia verbũ ex paterna substantia prodiens, factũ caro, diuinam non exuit dignitatem. The. Manifestat ergo quòd aduersarius patris non est, sed secum concordat, cũ pater repugnet aduersariis ei⁹. Sequitur enim: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorum. Ambros. Ergo & deum Christum & hominem esse credamus, cui à patre subiiciuntur inimici: non per infirmitatem potestatis suę, sed per vnitatẽ naturę, quia in altero alter operat̃. Nam & filius subiicit inimicos patri. quia patrem clarificat super terram. Theo. Quærit ergo ipse, & mota dubitatione finit illos colligere quid sequat̃. vnde subdit: Dauid ergo dñm illum vocat, & quomodo fili⁹ est? Chry. Dauid quidẽ pater Christi, & seruus: hoc quidẽ secũdum carnẽ, illud secundum spiritum. Cyril. Et nos

Sessio Christi qualis.

Noui pharisę-

ergo nouis phariſæis qui nec verũ dei filiũ,neq; deũ eſſe fatẽtur natũ ex ſacra virgine,ſed diuidũt vnũ filium in duos,talem obiicimus quęſtionẽ: quo pacto filiꝰ Dauid dñs eius eſt,& non humano dominio, ſed diuino?

Audiẽte autẽ omni populo,dixit diſcipulis ſuis: Attẽdite à ſcribis qui uolunt ambulare in ſtolis, & amant ſalutationes in foro, & primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in conuiuiis. Qui deuorant domos uiduarum, ſimulantes longam orationẽ. Hi accipient dãnationem maiorẽ.

Chry. Nihil aũt eſt fortius quàm ex prophetis diſputare,hoc eñ eſt & ipſis rebus validius. Nã Chriſto faciẽte miracula,cõtradicebant multoties:cũ vero allegauit prophetiam tacuerũt,quia non habebant quid dicerẽt. Eis autẽ tacentibus cõtra eos inuehitur. vnde dicitur: Audiente autẽ omni populo ,dixit diſcipulis ſuis. The. Quia enĩ eos orbis doctores mittebat, merito monet non eſſe eis imitãdam phariſæorũ ambitionẽ. vnde ſequitur: Attendite à ſcrib. qui. vo. amb. in ſtolis. Beda. i. cultioribus veſtimẽtis induti ad publicũ procedere, in quo inter cætera diues peccaſſe deſcribitur. Cyril. Paſſiones autem erant ſcribarũ, amor gloriæ inanis & lucri: vt igitur tã peſſima crimina euitarent diſcipuli cõmonet eos,ſubdens: Et amant ſaluta. in foro. Theophi. Quod eſt à blãdientibus venantiũ opinionẽ famę, vel agunt hoc cauſa cõgregãdæ pecuniæ. Sequit: Et primas cathedras &c. Beda. Non primos ſedere vel diſcũbere vetat eos quibus hoc officii ordine cõpetit,ſed eos qui hoc indebitè amant docet eſſe cauẽdos,animũ vel gradum redarguens: quis & hoc culpa non careat, ſi iidem in foro litibꝰ velint intereſſe,qui in ſynagoga magiſtri deſiderant appellari. Duplici autẽ ratione à vanæ gloriæ cupidis attẽdere iubemur: ne vel eorum ſimulatione ducamur,æſtimantes bona eſſe quę faciunt: vel ęmulatione inflammemur,fruſtra gaudẽtes in bonis laudari quæ ſimulant. Non ſolũ autem laudes ab hominibus, ſed & pecunias quærunt. Sequitur enim: Qui deuorãt domos viduarum ſimulãtes &c. Iuſtos enim & magni meriti apud deum ſe ſimulãtes,ab infirmis & peccatorum ſuorũ conſcientia turbatis quaſi patroni pro eis in iudicio futuri pecunias accipere nõ dubitãt. Chry. Ingurgitantes etiam ſe viduarũ bonis paupertatem atterunt,non qualitercũq; comedentes ſed deuorantes, & ad prauitatẽ oratione vtentes: quod grauiori pœna facit eos obnoxios,vnde ſequitur: Hi accipient maiorem dãnationem. Theo. Quia nõ ſolum mala faciũt, ſed & orationes prætendunt, & virtutẽ faciũt prauitatis excuſationem. Viduas etiam depauperãt, quarum oportebat miſereri,dum ob ſui præſentiam eas cogunt exponere. Beda. Vel quia laudes ab hominibꝰ & pecunias quærunt,maiori damnatione plectuntur.

Vanæ glorię taxatio.

CAP. XXI.

RESpiciens autẽ uidit eos qui mittebant munera ſua in gazophylacium,diuites. Vidit autem & quandã uiduã pauperculam,mittentem æra minuta duo. Et dixit: Vere dico uobis,quia uidua hæc pauper, plus quàm omnes miſit. Nam omnes hi,ex abũdanti ſibi miſerũt in munera dei,hæc autem ex eo quod deeſt illi, omnẽ uictum ſuum quem habuit,miſit.

Glo. Poſtquã dominus redarguit ſcribarũ auaritiam qui domos viduarum deuorabãt, commẽdat viduę eleemoſynam,vnde dicit: Reſpiciẽs autem vidit eos,&c. Beda. Quia ſermone græco phylaxæ ſeruare dicitur,& gaza lingua Perſica,diuitiæ vocãtur: gazophylacium locus appellari ſolet,quo diuitiæ ſeruãtur. Erat autẽ arca foramen habens deſuper, poſita iuxta altare ad deGazophylacium vnde dicit.

xteram ingredientibus domũ domini, in quam mittebant ſacerdotes qui cuſtodiebant hoſtias,omnem pecuniam quæ deferebatur ad tẽplum domini. Dñs autem ſicut operantes in domo ſua diſcutit, ita & dona ferentes reſpicit: & quem dignũ viderit laudat,quẽ reprobũ damnat. vnde ſequit: Vidit autẽ & quandã viduam pauperculã,&c. Cyril. Duos obolos offerebat, quos cũ ſudoribus ad diurnũ victum acquiſierat: vel quę quotidie p aliena poſcit ſuffragia,deo donat, oſtẽdens ei ſuã paupertatẽ fructiferã: vincit igitur alios,& iuſta cẽſura coronatur à deo. vnde ſequit: Et ait illis, Vere dico vobis quia vidua hæc &c. Beda. Acceptabile enim eſt deo quicquid bono animo obtulerimus: qui cor & nõ ſubſtantiã penſat,nec perpendit quantũ in eius ſacrificio, ſed ex quanto ꝓferatur. vñ ſequitur: Nã omnes hi ex abundanti,&c. Chry. Non eñ paucitatem oblati,ſed copiam affectus intuitus eſt deus. Non eſt eleemoſyna ex pluribus pauca impendere,ſed illud viduæ quæ totã ſibi euacuauit ſubſtantiã. Quòd ſi nequis tantũ offerre ſicut & vidua,offer ſaltem totũ ſuperfluum. Beda. Myſticè autem diuites qui in gazophylacium munera mittebant,ſignificãt Iudæos de iuſtitia legis elatos: vidua pauper eccleſiæ ſimplicitatẽ,quæ paupercula vocatur, quia vel ſuperbię ſpiritũ vel peccata tanquã mundi diuitias abiecit: vidua vero,quia vir eius pro ea mortem pertulit: hęc in gazophylacium duo æra minuta mittit, quia in conſpectu dei,apud quem noſtri operis oblationes conſeruantur,munera ſua defert ſiue dilectionẽ dei & proximi,ſiue fidei & orationis,quæ cũctis ſuperborum Iudęorum operibus præſtant. Ex abundanti enim in munera dei immittũt Iudæi,qui de iuſtitia ſua preſumunt. Eccleſia autẽ omnem victum ſuũ mittit, quia omne quod viuit,dei eſſe muneris intelligit. Theo. Vel vidua poteſt intelligi quælibet anima orbata quaſi primo viro priſtina lege, & non digna copulæ verbi dei, quę loco arrę offert deo fidem & conſcientiam bonam: plus videtur offerre diuitibus in ſermone, & ſuperfluentibus moralibus gentilium virtutibus.

Allegorica expoſitio.

Et quibuſdã dicẽtibus de templo quòd lapidibus bonis & donis ornatum eſſet,dixit: Hæc quæ uidetis, uenient dies in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur. Interrogauerunt autem illũ,dicentes: Præceptor,quando hæc erunt, & quod ſignum cum fieri incipient? Qui dixit: Videte ne ſeducamini. Multi enim uenient in nomine meo dicentes, quia ego ſum, & tempus appropinquabit. Nolite ergo ire poſt eos.

Templi reliquię.

Euſeb. Quòd ſpectanda forent quæ pertinebant ad templi ſtructurã manifeſtant hiſtorię, & hucuſq; quædam conſeruantur reliquię,quibus pręcipiunt quę dudum erant fabricarũ veſtigia. Sed dñs mirantibus tẽpli fabricas,promulgauit ꝙ in eo lapis ſuper lapidem non maneret. Dicitur enim: Et quibuſdam dicen. &c. Deebat enim locũ illum propter cultorum audaciã omnimodam deſolationẽ pati. Beda. Diuina etiã diſpenſatio procurauit vt ciuitas ipſa & tẽplum ſubuerteret, ne qs forte adhuc paruulus in fide videns illa cõſtare, dum ſacrificiorum ritũ attonitus ſtuperet, raperetur intuitu. Ambr. Verũ igitur dictũ eſt de templo manufacto ꝙ eſſet ſubuertendũ. Nihil eñ eſt manufactum,qđ non aut vetuſtas conficiat,aut vis ſubruat,aut ignis exurat. Tamen eſt & aliud templũ. ſ. ſynagoga,cuius ſtructura vetus eccleſia ſurgente diſſoluit. Eſt etiam tẽplum in vnoquoq; quod deficiẽte fide labitur: & maximè ſi quis falſo Chriſti nomen obtẽdat, quo interiorẽ expugnet affectum. Cyril. Nequaq; autẽ diſcipuli aduerterãt vim dictorum,ſed arbitrabant de cõſummatione ſeculi dictũ eſſe. Et ideo quærebãt quo tempore deberet accidere.

vnde ſequitur: Interrogauerũt autẽ illũ dicentes, Præceptor quando hæc erunt, & quod ſignũ cùm fieri incipient? Ambr. Matthæus tertiã interrogationẽ addidit: vt & tẽpli tempora deſtruendi,& ſignũ aduentus & cõſummatio ſeculi à diſcipulis quæreretur. Interrogatus autem dñs quãdo tẽpli futura eſſet deſtructio, & quod ſignum eſſet eius aduẽtus,de ſignis docet,de tẽpore nõ curat intimãdum. Sequit enim: Qui dixit, Vide. ne ſeducamini. Atha. Cùm eñ ſint nobis à deo chariſmata & dogmata quæ ſunt ſuper hominẽ tradita. ſ. cœleſtis cõuerſationis forma, virtus contra dæmones, & adoptio & notitia patris,& verbi,& ſpiritus ſancti donũ, aduerſarius noſter diabolus circuit quęrẽs nobis ſurripere inſita ſemina verbi. Dñs aũt tanquã ſua precioſa dona in nobis ſua documẽta concludens monet ne ſeducamur.

Dona per Chriſtũ allata

Magnũ autẽ quoddã donũ tribuit nobis dei verbum, vt nõ ſolùm ex apparentibus nõ decipiamur,ſed etiam ſi qua latẽtia ſint diiudicemus per ſpiritus gratiã. Cùm enim ſit odioſus diabolus inuentor malitiæ, hoc quod ipſe eſt occultat,nomen verò cunctis cupitum ſimulat callidè: puta ſi quis ſubiicere ſibi volens filios alienos parentibus abſentibus,fingat eorũ vultus,& filios deſiderantes ſeducat. Ergo in vnaquaq; hæreſum diabolus figuratus dicit,Ego ſum Chriſtus,& apud me veritas eſt. vnde ſequit: Multi eñ venient in nomine meo dicẽtes quia ego ſum,& tẽpus appropinquabit. Cyril. Ante ſuum eñ deſcẽſum de cœlo ꝓueniẽt aliqui,quibꝰ acquieſcere nõ oportet: voluit eñ vnigenitũ verbũ dei cùm venit vt mundũ ſaluaret latere,vt crucẽ ſuſtineret pro nobis. Sed ſecũdus eius aduẽtus nõ erit clanculo vt ante,ſed terribilis & manifeſtus: deſcẽdet eñ in gloria dei patris,miniſtrantibus angelis,vt mundũ in iuſtitia iudicet. vnde cõcludit: Nolite ergo ire poſt illos. Titꝰ. Vel forſitan non dicit pſeudochriſtos ante conſummationem venientes,ſed eos qui fuere tẽpore apoſtolorũ.

Antichriſti multi venerũt.

Beda. Multi enim imminente Hieroſolymorum excidio principes extitere,qui ſe dicerent eſſe Chriſtos, tẽpuſq; libertatis appropinquare. Multi etiam in eccleſia hæreſiarchæ diem dñi inſtare prædicarũt: quos apoſtolus ad Theſſa. damnat. Multi etiam in nomine Chriſti venere Antichriſti,quorum primus eſt Simon Magus, cui dicebant: Hic eſt virtus dei quæ vocatur magna.

Cùm autem audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri. Oportet primum hæc fieri,ſed nondum ſtatim finis. Tũc dicebat illis: Surget gens contra gentem,& regnum aduerſus regnum,& terremotus magni erunt per loca,& peſtilẽtiæ, & fames,terroreſq; de cœlo,& ſigna magna erunt.

Intellectus ſignorum ante iudicium.

Greg. in ho. Perituri mundi præcurrẽtia mala denũciat dñs,vt eo minus perturbent veniẽtia, quo fuerint præſcita. Minus eñ iacula feriunt quę præuidenť. vnde dicit: Cũ aũt audieritis prælia &c. Bella ad hoſtes pertinẽt,ſeditiones ad ciues. Vt ergo nos indicet exterius interiuſq; turbari,aliud nos fatetur ab hoſtibus, aliud à fratribus perpeti. Ambr. Verborũ aũt cœleſtiũ nulli magis q̃ nos teſtes ſumꝰ, quos mũdi finis inuenit. quãta prælia,& quas opiniones accepimus præliorũ? Greg. in ho. Sed his malis præueniẽtibus, quia nõ ſtatim finis ſequatur,adiungit: Oportet hæc primũ fieri &c. Vltima enim tribulatio multis tribulationibus præmitur, quia multa debent mala præcurrere,vt malũ valeant ſine fine nunciare. vnde ſequit: Tũc dicebat illis, Surget gens cõtra gentẽ &c. Quia neceſſe eſt vt alia ex cœlo,alia ex terra,alia ab elemẽtis, alia ab hoĩbus patiamur: hic ergo ſignatur perturbatio hominũ. Sequit: Et terręmotus magni erunt per loca. Ecce reſpectꝰ iræ deſuper. Chry. Terręmotus eñ quandoq; iræ ſignũ eſt: nam & quando crucifixus eſt dñs,mota eſt terra: quandoq; verò prouiſionis indiciũ, ſicut orãtibus apoſtolis cõmotus eſt locus in quo erant cõgregati. Sequitur: Et peſtilẽtiæ. Greg. in ho. Ecce inæqualitas corporum. Et fames. Ecce ſterilitas terræ. Terroreſq; de cœlo, & ſigna magna erunt. Ecce inæqualitas aeris, quod ad eas tempeſtates referendũ eſt, quæ nequaq̃ ordinẽ temporum ſeruant: quæ eñ ordinatè veniunt, ſignũ nõ ſunt. Omnia enim q̃ ad vſum vitæ accipimꝰ,ad vſum cõuertimus culpæ. Sed cũcta q̃ ad vſum prauitatis inflexímꝰ, ad vſum nobis vertunt vltionis. Ambr. Occaſum ergo ſeculi præcedunt quædã ægritudines mũdi. ſ. fames, peſtilentia,& perſecutio. Theo. Quidã aũt hæc nõ ſolum in conſummatione futura,ſed & tẽpore captionis Hieruſalem fuiſſe impleta voluerunt. Auctore nanq; pacis perempto,merito in eis ſeditiones & bella locũ habuerunt. Ex bellis autẽ peſtis & fames conſequit,hæc quidem aere cadaueribus infecto, illa incultis manẽtibus agris. Sed & Ioſephus intolerabiles ærumnas eueniſſe recitat propter famẽ,& tẽpore Claudii Cæſaris fames inualuit,vt in Actibus legit,& plurima terribilia cõtigerunt captionẽ Hieruſalẽ indicantia, vt Ioſephus narrat. Chry. Dicit aũt ꝙ nõ ſtatim finis ciuitatis eueniet, vt. ſ. Hieroſolyma capiat, ſed poſt prælia multa. Beda. Admonent etiã apoſtoli ne terreantur his præcurrẽtibus,ne Hieroſolymã Iudæamq; deſerant. Poteſt autem regnũ contra regnũ,& peſtilentiæ eorum quorũ ſermo ſerpit vt cancer,& fames audiendi verbi dei & cõmotio vniuerſæ terræ, & à vera fide ſeparatio etiã in hæreticis intelligi,qui contra ſeinuicẽ dimicantes,eccleſiæ victoriam faciunt. Ambro. Sunt autem & alia bella quę vir ſuſtinet Chriſtianus, diuerſarum quoque prælia cupiditatũ ſtudiorumq; conflictus. Multo etiã grauiores ſunt domeſtici hoſtes quàm extranei.

Expoſitio literalis.

Sed ante hæc omnia,iniicient uobis manus ſuas, & perſequentur,tradentes in ſynagogas & cuſtodias, trahentes ad reges & præſides propter nomen meũ. Continget autẽ uobis in teſtimoniũ. Ponite ergo in cordibus ueſtris nõ præmeditari quemadmodũ reſpõdeatis. Ego enim dabo uobis os & ſapientiam,cui non poterunt reſiſtere & cõtradicere omnes aduerſarii ueſtri. Trademini autẽ à parentibus & fratribus & cognatis,& amicis,& morte afficient ex uobis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de capite ueſtro non peribit. In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras.

Greg. in ho. Quia cuncta q̃ prædicta ſunt,nõ de iniſtitia ferentis ſunt,ſed de merito mundi patientis,facta prauorũ hominũ prænũciant,cùm dicitur: Sed ante hęc omnia iniicient vo. &c. Acſi dicat: Prius corda hominum poſt elemẽta turbabũtur,vt cùm rerũ ordo cõfunditur,ex qua tribulatione veniat demõſtretur. Nã quãuis finis mundi ex ipſo ſuo ordine pendeat,peruerſiores tamen quoſq; inueniens,quia dignè ruinis illorũ opprimãtur,innoteſcit. Cyril. Vel hoc dicit,quia priuſquam à Romanis Hieruſalẽ caperetur,paſſi perſecutiones à Iudæis diſcipuli incarcerati ſunt, & præſentati principibus. Miſſus eſt Paulus Romã ad Cæſarẽ, aſtitítq; Feſto & Agrippæ. Sequit: Cõtinget autẽ vobis in teſtimoniũ. Græcus. In martyrii gloriã. Greg. in ho. Vel in teſtimoniũ videlicet eorũ,quia vos ꝓſequendo mortes inferũt,aut videndo nõ imitanť: vt inde peruerſi ſine excuſatione pereant,vnde electi exẽplum capiunt vt viuant. ſed auditis tot terroribus turbari poterant auditorũ corda, vnde ad eorũ conſolationem ſubdit: Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari quemadmodũ reſpondeatis. Theo. Quia eñ idiotæ erant & imperiti,hoc eis dñs dicit,ne cõtũ barentur reddituri ſapiẽtibus rationẽ, & cauſam ſubdit:

Magiſterium apoſtolorũ.

Ego enim dabo vobis os & ſapientiã, cui non poterũt reſiſtere & contradicere oẽs aduerſarii veſtri.q.d.Statim à me ſortiemini facundiam & ſapientiã,vt nec oẽs aduerſarii vestri ſi in vnũ conueniãt,reſiſtere valeãt vobis,nec in ſapientia.i.vita theoreumatum, nec in eloquentia & ſermonis lepõre. Sæpe eñ multi ſapiẽtiam quidem habẽt in mente,ſed cùm ſint prouocabiles ad turbationẽ,totum confundũt cùm tẽpus fuerit proponendi.nõ autem tales fuerunt apoſtoli,ſed vtrinq; gratioſi fuerunt.Grego.Acſi dñs ſuis dicat: nolite terreri, vos ad certamen acceditis,ego prælior: vos verba editis,ſed ego ſum qui loquor. Ambr. Alibi aũt Chriſtus in diſcipulis,alibi pater,alibi ſpũs loquitur patris:non diſcordant iſta,ſed cõgruunt: quod vnus loquitur,tres loquuntur,quia vox eſt vna trinitatis.Theo. His autẽ dictis,& ꝓpulſo ĩperitiæ timore,ſubdit & aliud quiddam neceſſariũ quod eorũ animos poterat cõmouere, ne ſubitò irruens eos turbaret. Sequit eñ:Trademini autẽ à parentibus & fratrib⁹ & cognatis,& morte affi cient ex vobis.Greg.in ho.Plus in nobis ea tormenta ſæuiunt q̃ ab illis patimur,de quorũ mẽtibus præſume bamus:quia cũ dãno corporis,mala nos cruciant amiſſæ charitatis.Greg.Niſe. Conſideremus autẽ ſtatũ qui tunc tẽporis erat omnibus ſuſpectis, adinuicẽ diuidebantur cognationes,inuicẽ diſgregatę per cultus,& filius gẽtilis proditor fiebat parentũ fideliũ,& in filium qui crediderat pater in infidelitate obſtinat⁹ accuſator fiebat.Omnis ætas erat expoſita perſequẽtibus fidem, nec mulieribus ſuccurrebat naturalis ſexus fragilitas. Theo.His aũt dictis & de odio ſubiungit, quod ab oĩbus patiẽtur.Sequitur eñ: Et eritis odio oĩbus hoĩb⁹, &c.Greg.in ho.Sed quia dura ſunt,quæ prædicũtur de afflictione mortis, protinus conſolatio ſubdit de gaudio reſurrectionis,cùm dicit: Et capillus de capite veſtro non peribit.q.d.martyribus ſuis: Cur timetis ne pereat quod inciſum dolet,quãdo & illud in vobis perire nõ poteſt,quod inciſum nõ dolet?Beda.Vel aliter: Capillus de capite diſcipulorum dñi non peribit, quia non ſolũ fortia facta vel dicta ſanctorũ, ſed & tenuiſſima cogitatio digna mercede donabitur. Greg.5.mor.

Patiẽtiæ virtus.

Qui autẽ patientiã in aduerſis tenet, inde cõtra aduerſa omnia fortis efficitur: vnde ſibi & ſeipſum vincẽdo dominatur.vñ ſequitur:In patiẽtia veſtra poſſi.ani.veſtras.Quid eñ eſt animas poſſidere, niſi perfectè ĩ oĩbus viuere,cunctiſq; mentis motibus quaſi ex arce virtutis dominari?Greg.in ho.Per patiẽtiã igitur animas noſtras poſſidemus,quia dum nobiſmetipſis dominari diſcimus,hoc ipſum incipimus poſſidere quod ſumus. Idcirco aũt poſſeſſio animæ in virtute patiẽtiæ ponit, quia radix omnium cuſtoſq; virtutum patiẽtia eſt.Patientia verò eſt aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum quoq; qui mala irrogat nullo dolore morderi.

Cum autẽ uideritis circũdari ab exercitu Hieruſalẽ, *tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius.* Tũc *qui in Iudæa ſunt,fugiãt ad mõtes: & qui in medio eius ſunt,diſcedãt: & qui in regionibus,nõ intrent in eã:quia dies ultionis hi ſunt, ut impleantur omnia quæ ſcripta ſunt.* Væ *autem pregnantibus & nutrientibus in illis diebus.* Erit *enim preſſura magna ſuper terram,& ira populo huic.* Et *cadent in ore gladii,& captiui ducentur in omnes gentes.* Et Hieruſalem *calcabitur à gentibus,donec impleantur tempora nationum.*

Beda.Hacten⁹ ea quæ per 40.annos necdũ fine adueniente futura erant,dicta ſunt,hinc ipſe finis deſolationis quæ à Romano exercitu facta eſt dñi verbis exponitur,cũ dicit:Cũ autẽ vide. &c.Euſe. Deſolationẽ Hieruſalẽ vocat non amplius eam à ſuis,nec ſecundum ritum legalẽ cõſtitui,ita ꝙ nullus expectet poſt futurã obſidionẽ aliam innouationẽ fieri, ſicut accidit tẽpore regis Perſarum,& illuſtris Antiochi, & iterum tẽpore Põpei.Aug.ad Heſi.Hęc aũt dñi verba ideo Lucas hoc loco cõmemorauit,vt oſtendat tunc factã fuiſſe abominationẽ deſolationis q̃ à Daniele prædicta eſt, de qua Matthæus & Marcus locuti ſunt, quãdo expugnata eſt Hieruſalẽ.Ambr.Iudęi enim putauerũt abominationẽ deſolationis tunc factam eo ꝙ caput porci in tẽplo iecerunt illudentes Romani Iudaicæ ritum obſeruãtiæ. Euſe.Dñs autẽ futurã in ciuitate præuidens famẽ,monebat diſcipulos ne in futura obſidione in ciuitatẽ cõfugerent,tanquã ad locũ tutum, & à deo protectũ: ſed magis inde diſcederent,& ad montes cõfugerent.vnde ſequitur:Tũc qui in Iudęa &c.Beda. Eccleſiaſtica narrat hiſtoria cunctos qui in Iudæa erãt Chriſtianos imminente Hieroſolymorũ excidio cõmonitos à dño loco diſceſſiſſe,& trãs Iordanẽ habitaſſe in ciuitate quadam Pella nomine,donec deſolatio Iudææ cõpleretur. Aug.ad Heſi.Pro hoc autẽ Matthæus & Marcus dixerunt:Et qui ſupra tectũ eſt,non deſcẽdat in domũ, addidit autẽ:Nec introeat,vt tollat aliquid de domo.Pro quo Lucas ſubdit: Et qui in medio eius ſunt diſcedant. Beda.Sed quomodo ab exercitu ciuitate iamcircũdata qui in medio eius ſunt diſcedẽt?niſi forte quod promiſit tunc,non ad ipſum tempus obſidionis referatur, ſed ad proximũ ante obſidionẽ tempus, cùm ſe primũ miles Romanus per Galilææ vel Samariæ fines cœpit diffundere. Aug.ad Heſi. Pro eo autẽ quod Matthæus & Marcus poſuerunt:Et qui in agro erit,non reuertat retrò tollere veſtimentũ ſuum, apertius iſte ſubdit: Et qui in regionibus non intrent in eã, quia dies vltionis hi ſunt,vt impleãtur omnia q̃ ſcripta ſunt. Beda. Dies autẽ vltionis hi ſunt,dies videlicet dñici ſanguinis vltionem petentes.Aug.ad Heſi.Deinde ſimiliter Lucas proſequitur,ſicut & alii duo.Væ autẽ pregnantibus & nutriẽtibus in illis diebus. Et ſic ergo Lucas patefecit quod poterat eſſe incertũ.ſ.id quod dictũ eſt de abominatione deſolationis,non ad ſeculi finẽ,ſed ad expugnationem Hieruſalẽ pertinere.Beda. Dicit ergo:Væ pregnantibus,præſente captiuitate. Et nutrientibus ſiue mammãtibus(vt quidã interpretãtur)quarũ vel vteri, vel manus filiorũ ſarcina prægrauatæ, fugæ neceſſitatẽ non minimũ impediũt.Theo.Quidã verò dicunt dñm per hoc ſignificare filiorũ eſum, quem & Ioſephus narrat.Chry.Deinde prędictorũ aſſignat cauſam, dicens: Erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic. Talia enim mala eos occupauerũt,vt nulla deinceps ærũna poſſit eorũ calamitatibus adæquari,vt Ioſephus narrauit. Euſeb. Qualiter.ſ.aduenientibus Romanis & vrbẽ capientibus,multæ cateruæ Iudaici populi in ore gladii periere.vnde ſequit:Et cadent in ore gladii.Sed & plures necati ſunt fame.Hæc verò accidebãt,primo quidẽ ſub Tito & Veſpaſiano,poſt hos aũt tempore Hadriani principis Romanorũ, quãdo natale ſolum Iudæis inacceſſibile eſt factũ.vnde ſequit:Et captiui ducẽtur in oẽs gentes.Totũ eñ orbẽ Iudæi repleuerunt,& vſq; ad fines terrę peruenerunt,& cũ eorum terra ab alienigenis inhabitetur,ſolis ipſis eſt inacceſſibilis facta.vnde ſequitur:Et Hieruſalẽ calcabit à gẽtibus,donec impleantur tẽpora nationum.Beda. Quę.ſ. apoſtolus cõmemorat,dicẽs:Cæcitas ex parte facta eſt in Iſrael,& ſic omnis Iſrael ſaluus fiet.Qui cũ promiſſa ſalute fuerit potitus ad patriũ ſolũ redituru nõ temere ſperatur.Amb.Myſticè autẽ abominatio deſolationis aduentus Antichriſti eſt,eo q; ſacrilegiis infauſtis mentiũ interiora cõtaminet,ſedens iuxta hiſtoriã

Finale exterminium Iudæorũ.

Conſenſus euan.

Abomĩatio quomodo intelligenda.

in templo,vt ſibi vendicet diuinæ ſoliũ poteſtatis. Iuxta interpretationẽ autẽ ſpiritualẽ pulchrè inducitur, eo ꝙ in affectibus ſingulorũ veſtigiũ perfidiæ ſuæ confirmare deſideret, & ſcripturis diſputans ſe eſſe Chriſtum.tunc appropinquabit deſolatio,quoniã à vera religione pleriq; lapſi deſiſtent: tũc erit dñi dies, quõniã ſicut primus aduẽtus dñi fuit propter redimenda peccata,ita & ſecũdus erit propter reprimenda delicta, ne plures pfidię errore labant.Eſt & alius Antichriſtus.i. diabolus,qui Hieruſalẽ.i.animã pacificã obſidere nitatur ſuæ legis exercitu.Ergo quãdo in medio templi eſt diabolus deſolatio abominationis eſt. Cùm autẽ vnicuiq; laborãti Chriſti prẽſentia ſpiritalis illuxerit,tollitur iniquus ex medio, & incipit regnare iuſtitia. Eſt etiam tertius Antichriſtus, vt Arrius & Sabellius, & oẽs qui nos praua intentione ſeducunt.Hæ autem ſunt pregnantes quibus væ dicitur,quæ aruinam ſuę carnis extendũt,& quibus intimorũ greſſus pigreſcat animorum,& effectę virtutũ,fœtæq; vitiorũ.Sed nec illę pregnantes condẽnationis exortes ſunt, quæ in bonorum actuum molimine conſtitutæ,necdum aliquos ſuſcepti operis dedere proceſſus. Sunt q̃ dei timore cõcipiunt, ſed non omnes pariunt:ſunt enim quæ abortiuũ excludunt verbũ antequam pariant,ſunt etiam quę in vtero Chriſtũ habeant, ſed nondũ formauerũt.ergo quæ parit iuſtitiã,Chriſtũ parit. Nos etiam paruulos noſtros ablactare properemus,ne nos quaſi imperfectorũ parẽtes,aut iudicii dies,aut mortis ĩueniat.Quod ita fiet,ſi oĩa dicta iuſtitiæ in corde cuſtodias,nec ſenectutis tempus expectes,ſed in prima ætate ſapientiam ſine corruptela corporis tui citò cõcipias,citò nutrias. In fine autem Iudæa omnis à nationibus credituris ſubiicietur in ore gladii ſpiritalis,qui eſt ſermo bis acutus.

Tropologica expoſitio.

Et erũt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terris preſſura gentiũ præ confuſione ſonitus maris & fluctuũ, areſcẽtibus hoĩbus præ timore,et expectatione quæ ſuperueniẽt uniuerſo orbi. Nã *uirtutes cœlorũ mouebuntur.* Et *tunc uidebũt filiũ hois ueniẽtẽ in nube cum poteſtate magna & maieſtate.*

Beda.Quid impletis nationũ tẽporib⁹ ſequatur, ex ordine manifeſtat,dicẽs: Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis.Amb.Quæ quidẽ ſigna ſcdm Matthæũ euidentius exprimunt:Tũc(inquit)ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuũ, & ſtellæ cadent de cœlo. Euſeb. Tunc eñ cũ vitæ corruptibilis cõſummatio agetur: & ſcdm Apoſtolũ,ſpecies huius mundi tranſibit,& nouũ ſuccedet ſeculum in quo vice ſenſibiliũ luminariũ ipſe Chriſtus fulgebit quaſi iubar.& rex noui ſeculi, cuius erit tanta numinis virt⁹ & gloria,vt ſol qui nũc radiat atq; luna & cætera ſidera, aduẽtu maioris luminis occultenť.Chry.Sicut eñ ĩ hoc ſeculo luna & ſidera mox obfuſcanť ortoſole,ſic in glorioſa Chriſti apparitione ſol obtenebreſcet,& luna nõ dabit proprium iubar, & ſtellæ cadent de cœlo,priore ſpoliatæ amictu, vt potioris lucis amictu potianť.Euſe. Quę autẽ euenient orbi poſt luminariũ obtenebrationẽ ex quib⁹ fiet anguſtia gentiũ ẽſequẽter exprimit,dicens:Et in ter.&c.Vbi videtur docere principiũ tranſmutationis vniuerſi futurũ,ex defectu ſubſtantiæ humidę.Hac eñ prima denorata vel congelata, vt non amplius audiatur ſonitus maris,nec cõtingant arenã fluctus eius cauſa exuberãtis ſiccitatis, cæteræ mundi partes nõ amplius obtinẽtes vaporẽ ſolitũ emiſſum ex ſubſtãtia humida trãſmutationempatientur:& ſic cũ apparitio ſaluatoris cõfutare debeat repugnantia deo prodigia,exordiũ ſument furoris procemia ex ſiccitatibus,vt nec tẽpeſtas nec fremitus maris vlterius audiatur. Quo facto ſubſequetur anguſtia ſuperſtitũ hominũ.vnde ſequit: Areſcentibus id eſt tabeſcẽtibus hoĩbus præ ti.& expe.eorũ.ſ.quę ſuper.vni.orbi.Quæ autẽ tunc ingruant mundo,cõſequẽter oſtẽdit ſubdens:Nam virtutes cœlorũ mouebũtur. Theo.Vel aliter:Cũ alterabitur ſuperior orbis & elementa inferiora merito patientur iactură. vnde ſequit: Et in terris preſſura gentiũ &c.Quaſi d.Mare terribiliter fremet,& littus maris agitabitur tẽpeſtate, ita vt ſit populo terrę preſſura.i.cõmunis miſeria,vt tabeſcãt timore & expectatione malorũ irruentiũ mundo.vnde ſequitur:Areſcẽtib⁹ hoĩbus præ timore & expectatione quæ ſuperueniẽt vniuerſo orbi.Aug.ad Heſi.Sed dices:Confiteri vos pœna veſtra cõpellit adeſſe iam finẽ, dum impletur quod prænunciatũ eſt. Nullã eñ patriã, nullum locũ noſtris tẽporibus non affligi,aut tribulari certũ eſt.Sed ſi iſta mala q̃ nunc patiť genus humanũ certa ſunt indicia iam dñm eſſe venturũ, quid eſt quod dicit apoſtolus:Cùm dixerint pax & ſecuritas?Videamus ergo ne fortè melius intelligatur nõ eo modo impleri quæ prędicta ſunt his verbis, ſed tunc potius eſſe ventura,quando ſic erit tribulatio vniuerſo orbi,vt ad eccleſiam pertineat,q̃ vniuerſo orbe tribulabitur,non ad eos qui tribulabunt eam:ipſi enim ſunt dicturi, Pax & ſecuritas.Nunc autẽ iſta mala quæ tanq̃ ſumma extremaq̃; credũtur vtriq; regno,Chriſti.ſ.& diaboli videmus eſſe cõmunia.Pariter quippe his boni affliguntť & mali, inter quæ tam mala adhuc vſq;quaq; frequentantur luxurioſa conuiuia. Hóccine eſt areſcere præ timore,an potius inardeſcere præ libidine? Theo.Nõ ſolum autẽ mortales fluctuabunt cũ alterabitur mundus, ſed etiam angeli ſtupebunt in tam terribilibus mutationibus vniuerſi.vnde ſequit:Nam virtutes cœlorum mouebũtur.Greg.in ho.Quid enim virtutes cœlorum niſi angelos,dñationes & principat⁹ & poteſtates appellat?quæ in aduentu diſtricti iudicis,noſtris tũc oculis viſibiliter apparebunt,vt diſtrictè tunc à nobis exigant hoc,quod nos modò inuiſibilis conditor ęquanimiter portat.Euſe.Cũ etiã dei filius ſit vẽturus in gloria,& confutaturus elatam tyrannidẽ filii peccati, miniſtrãtibus angelis cœli,fores à ſeculo clauſæ patebũt, vt ſpectẽtur excelſa.Chry. Vel virtutes cœlicæ mouebuntur,quãuis ſibi conſciæ non ſint:vidẽtes eñ infinitas multitudines condẽnari,nõ intrepidè ſtabunt illic. Beda.Vnde & in Iob dicit: Colũnæ cœli cõtremiſcũt, & pauent ad nutũ eius. Quid ergo faciũt tabulæ,quãdo tremunt colũnæ?quid virgula deſerti patitur, cùm cedrus paradiſi concutitur?Euſeb.Vel virtutes cælorũ ſunt quæ pręſunt ſenſibilibus partibus vniuerſi,q̃ quidem tunc mouebunť,vt potiorẽ ſtatũ attingant.Abſoluentť eñ in ſeculo nouo à miniſterio,quo deo ſeruiunt circa ſenſibilia corpora ſecũdum corruptionis ſtatum. Aug.ad Heſi.Sed nec dñs propinquante ſecũdo aduẽtu ſuo ea pro magno prædixiſſe videatur, q̃ huic mundo etiam ante primũ eius aduentũ fieri cõſueuerãt, & videamur ab eis qui plura in hiſtoria gentiũ & maiora legerunt:hæc q̃ dicta ſunt,melius in eccleſia exiſtimo intelligi.Eccleſia enim eſt ſol & luna & ſtellæ, cui dictũ eſt:Pulchra vt luna,electa vt ſol:quæ tunc non apparebit perſecutoribus vltra modũ ſequentibus.Amb.Plurimis etiam à religione deficientibus clara fides obſcurabitur nube perfidiæ,quia ſol cœleſtis in fide in ea minuitur vel augetur,& ſicut menſtruis.i. menſiũ defectibus luna vel terræ oppoſito cùm fuerit è regione ſolis vaneſcit, ſic & ſacta eccleſia cũ lumini cœleſti vitia carnis obſiſtunt,fulgorẽ diuini luminis de Chriſti radiis non poteſt mutuari.Nã in perſecutionibus lucẽ diuini ſolis plęrunq; amor vitę huius excludit.Cadunt etiam

Innouatio mũdi qualis futura.

stellæ.i.gloria micantes viri, si persecutionis acerbitas cõualescat, quæ oportet fieri donec ecclesiæ multitudo cumuletur: sic em probant boni, sic prodũtur infirmi. Aug. ad Hesi. Quod aũt dictũ est, Et in terris pressura gentiũ: gẽtes voluit intelligi, nõ q̃ in semine Abrahæ benedicẽtur, sed q̃ ad finistrã stabũt. Ambr. Ergo varii animorũ æstus ita graues erunt, vt delictorũ multitudine male cõsciis futuri iudicii metu, sacri nobis rosfontis arescat. Quẽadmodũ aũt dñi expectatur aduẽt⁹, vt eius p̃sentia in toto fiat, vel hoïs orbe vel mundi, quæ fit in singulis cũ omnib⁹ affectibus receperis Christum: sic virtutes cœlorũ in aduentu dñi augmentũ gratię consequent, & plenitudine diuinitatis ꝓpius se infundente mouebunt. Sunt etiã virtutes cælorũ q̃ enarrant gloriã dei, q̃ pleniore Christi infusione mouebuntur, vt videãt Christũ. Aug. ad Hesi. Vel virtutes cœlorum mouebũtur, quia impiis persequentibus quidã fideles fortissimi turbabunt. Sequit: Et tunc vide. fi. ho. Theo. Tam fideles q̃ infideles. Radiabit em ampli⁹ sole, tam ipse q̃ crux eius, vnde ab oïbus cognoscẽt. Aug. Quod aũt dicit, Venientẽ in nube, duobus modis accipi potest: siue in ecclesia sua tanq̃ in nube veniẽtem; sicut nunc venire non cessat, sed ideo tunc cũ potestate magna & maiestate, qa maior maiestas & potestas illi⁹ apparebit sanctis, quibus magnã virtutẽ dabit, ne tãta persecutione vincãtur: siue in corpore suo, in quo sedet ad dexterã patris, merito credẽdus est, nõ solũ in eodẽ corpore, verũetiam in nube vẽturus, quoniã sic veniet sicut abiit, nubes autem suscepit eum ab oculis eorum. Chry. Semp em deus in nube apparẽt, scdm illud: Nubes & caligo in circuitu eius. vnde & filius hoïs in nubibus veniet, vt deus & dñs, non latẽter, sed in gloria digna deo. Et ideo subdit, Cũ potestate magna & maiestate. Cyril. Intelligendũ est similiter magna. Primã enim apparitionẽ ꝓsecutus est cũ infirmitate & humilitate nostra, sed secundã celebrabit cũ ꝓpria potestate & magna maiestate. Greg. in ho. In potestate em & maiestate visuri sunt quẽ in humilitate positũ audire noluerunt: vt virtutem eius tanto tunc districtius sentiãt, quanto ceruicẽ cordis ad eius patientiã non inclinant.

His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra, quoniã appropinquat redẽptio uestra. Et dixit illis similitudinẽ: Videte ficulneam & oẽs arbores, cùm producũt iam ex se fructũ, scitis quoniã propè est æstas: ita & uos cũ uideritis hæc fieri, scitote quia propè est regnũ dei. Amẽ dico uobis, quoniã non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlũ & terra trãsibũt, uerba autẽ mea non transient.

Greg. in hom. Quia præmissa contra reprobos dicta sunt, mox ad electorũ cõsolationẽ verba vertunt. Nam subditur: His autẽ fieri incipiẽtibus, respicite & leuate capita vestra, quoniã appro. redẽ. vestra. Acsi dicat: Cũ plagę mũdi crebrescũt, leuate capita. i. exhilarate corda: quia dum finitur mũdus, cuius amici nõ estis, propè fit redẽptio quã quæsistis. In scriptura em sacra sępe caput pro mente ponit: quia sicut capite regunt membra, ita cogitationes mente disponunt. Capita itaq; leuare, est mentes nostras ad gaudia patriæ cœlestis erigere. Euseb. Vel aliter: Transactis corporalibus, aderũt intelligibilia cœlestia. s. regnũ seculi non amplius trãsituri: & tunc dignis salubria promissa tribuẽtur. vnde dicitur: His autẽ fieri incipiẽtibus respi. &c. Acceptis em dei promissis q̃ speramus, erigemur qui ante curui fueram⁹, & eleuabim⁹ capita nostra humiliati quondã, eo ꝙ redẽptio nostra, quã sperabam⁹, aderit: illa. s. quã tota creatura expectat. Theo. i. perfecta libertas corporis & animæ. Sicut em primus aduentus dñi fuit ad reformationẽ animarũ nostrarũ, sic secũdus ad reformationẽ corporũ celebrabitur. Euse. Dicit autẽ hæc ad discipulos suos, non tanquã ad eos qui durare deberẽt in vita ista, vsq; ad terminũ mundi, sed quasi vno corpore existente ipsis & nobis & posteris vsq; ad consummationẽ mundi credituris in Christũ. Greg. in ho. Quod aũt calcari mũdus atq; despici debeat, prouida cõparatione manifestat cũ subdit: Videte ficulneã & oẽs arbores, cùm producũt iam ex se fructũ, &c. Quasi dicat, sicut ex fructu arboris vicina æstas agnoscit, ita ex ruina mũdi propè iam cognoscit esse regnũ dei. Et ex hoc ostendit, quia fructus mundi ruina est. Ad hoc em germinat, vt quęcunq; germine aluit, cladibus consumat. Bene autẽ regnũ dei æstati cõparatur, quia tunc mœroris nostri nebulæ transeũt, & vitæ dies æterni solis claritate fulgescunt. Amb. Matthęus autẽ de sola dixit ficulnea, hic de arboribus omnibus. Dupliciter autẽ habet figurã ficulnea, vel cũ dura miteſcunt, vel cũ peccata luxuriant. Siue ergo cũ fructus omnibus viresci arboribus, & ficulnea fœcunda iam floret. i. cũ omnis lingua confiteꝛ deo, cõfitẽte etiã populo Iudæorũ, sperare dñi debemus aduentũ, quo tanq̃ tẽporibus æstiuis, resurrectionis fructus metent. Siue cùm leuem fragilẽq; iactãtiam tanq̃ folia synagogæ homo iniquitatis induerit, conijcere debemus appropinquare iudiciũ. Nam remunerare fidem dñs, & delinquẽdi finem afferre festinat. Aug. ad Hesi. Cùm aũt dicit, Cùm videritis hæc fieri, q̃ intelligere poterimus, nisi ea q̃ suprà memorata sunt? In his aũt est quod ait: Et tunc videbunt filiũ hominis venientẽ. Proinde cùm hoc visum fuerit, non iam erit regnũ dei, sed propè erit. An dicendũ est, non oïa q̃ suprà cõmemorata sunt esse intelligẽda vbi ait: Cùm videritis hęc fieri, sed aliqua eorũ, hoc. s. excepto quod dictum est, Et tunc videbũt filiũ hoïs? Sed Matthæus aperuit nullis exceptis esse accipiendũ, dicens: Ita & vos cùm videritis hæc omnia. Inter quę est ꝙ videbitur filius hominis veniens, vt intelligat de aduentu quo nũc venit in mẽbris suis tãquam in nubibus, vel in ecclesia tanq̃ in nube magna. Titus. Vel aliter dicit: Propè est regnum dei, quia dũ hæc fient, nondũ vltim⁹ finis rerũ eueniet, sed iam in finẽ tendunt: nam & ipse aduentus dñi eliminãs omniũ principatũ & potestatẽ, præparat regno dei. Euse. Sicut enim in hac vita sol, hyeme recedente ac succedente vere, radium calidũ mittens fouet ac viuificat humi condita semina exuentia priscam figuram, pullulant autẽ noua variũ virorem habẽtia, sic & gloriosus vnigeniti dei aduẽtus viuificatiuis radiis illustrans nouũ seculũ, dudũ condita per totũ mundum semina. s. dormientes in puluere terræ potioribus corporibus q̃ prius ꝓducet in lucẽ, ac confutata morte regnabit, deinceps vita seculi noui. Grego. in ho. Omnia autẽ prædicta sub magna certitudine confirmant, cùm subditur: Amen dico vobis, quia &c. Beda. Multũ cõmendat quod ita prænũciat. Et si dicere fas est, iuratio eius est quod dicit, Amen dico vobis. Amẽ quippe interpretatur verum. Igitur veritas dicit, Verũ dico vobis: quod si non diceret, mentiri oïno non posset. Generationẽ aũt, aut omne genus humanũ dicit, aut specialiter Iudæorũ. Euseb. Vel generationẽ dicit nouã generationẽ ecclesiæ sanctæ suæ, ostendens duraturũ populum fidelium vsq; ad id tẽpus quo visurus sit omnia, & euentus verborũ saluatoris oculis apprehẽdet. Theop. Quia em turbationes & bella & alterationes tam elementorũ q̃ cęterarũ rerum futurum esse prędixerat, ne quis suspicaret ꝙ & ipsa Christianitas peritura foret, subiungit: Cœlũ & terra transibunt, verba aũt mea nõ transient. q. d. Etsi cuncta cõmoueant, fides tamen mea

Compatio moralis.

non deficiet. Ex quo innuit ecclesiã præferre toti creaturæ, sed creatura patietur alterationẽ, fideliũ verò ecclesia & sermones euangelii permanebũt. Greg. in ho. Vel aliter: Cœlũ & terra trãsibũt &c. q. d. Omne quod apud nos durabile est, sine mutatione durabile ad æternitatẽ non est, & omne quod apud me transire cernit, fixum & sine transitu tenet, quia sine mutabilitate manentes sentẽtias exprimit sermo meus qui trãsit. Beda. Cælum autẽ quod trãsibit, non ęthereũ siue sydereum, siue aereũ à quo aues cœli nominantur, intelligere debemus. Si autem terra transibit, quomodo ecclesiastes dicit: Terra inæternum stat? sed aperta ratione cælũ & terra per eam quam nunc habẽt imaginem transeunt, attamen per essentiam sine fine subsistunt.

Attendite autem uobis ne fortè grauẽtur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ, & superueniat in uos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.

Theo. Posuit suprà dñs terribilia & sensibilia malorum indicia q̃ occupabunt peccatores, sed contra hæc mala remediũ est cautela & oratio. vnde dicit: Attẽdite aũt vobis &c. Basi. Singulũ animaliũ à conditore oïm deo habet intrinsecus causas facientes ad tutelã consistentiæ propriæ, propter quod & Christus nobis dedit hanc monitionẽ, vt quæ illis à natura, hæc nobis auxilio rationis & cautela contingant. Fugiẽtibus quidem peccatũ, vt irrationabilia fugiũt mortifera pabula: inquirentibus verò iustitiam, sicut illa herbas nutritiuas requirunt. & ideo dicit: Attendite vobis, vt. s. discernere possitis à salubri nociuum. Sed quoniam dupliciter cõtingit attendere: hinc quidẽ corporis oculis, illinc verò per intellectiuã virtutẽ: oculus corporis virtutẽ non attingit. Restat igitur dictum esse de opere intellectus. Attendite, hoc est vndiq; circunspicite vos, peruigil habentes ad vestrã custodiã animæ lumen. Neq; autẽ dixit: Attendite vestris aut eis quę circa vos sunt, sed vobis: vos enim estis intellectus & anima, vestrũ aũt corpus est sensus. Circa vos aũt opes, artes, & reliqua vitæ supellex, quibus non monet attendendũ, sed animę cuius præcipua cura habẽda. Eadẽ verò admonitio ægrotantes sanat, & sanos pficit: seruatores præsentiũ, prouisores futurorũ: nõ alienorũ cẽsores, sed suorũ scrutatores: nõ dimittẽtes intellectũ seruũ fieri passionũ, sed irrationale animæ subiicientes rationali. Cur autem sit attendendũ, subiungit dicens: Ne fortè grauentur &c. Titus. q. d. Cauete ne lumina mentis vestrę grauentur. Cura nanq; præsentis vitæ & crapula & ebrietas fugãt prudentiã, quassant fidẽ, operantur naufragia. Basi. Est autẽ ebrietas nimi⁹ vsus vini: crapula verò anxietas & nausea, q̃ est in ebrietate, à motione capitis grẽco vocabulo dicta. Sicut igitur cibis ne esuriamus, sic & potibus ne sitim patiamur vtẽdum est, vitando diligenius lapsum. Fallax enim est vini ingestio, anima autẽ vino libera prudentissima erit & optima, sed humecta vini vaporibus quasi quadã nube velatur. Curiositas autem huius vitæ quãuis nihil inhibitorũ cõtinere videatur, quare hoc dixerit ostendit, subdens: Et superue. in vos repẽ. di. illa. Theo. Nõ em cũ deliberatione veniet dies illa, sed ex improuiso & furtim capiẽs tanq̃ laque⁹ nõ cauentes. vnde sequit: Tanq̃ laqueus em &c. Quod diligẽtius discuti potest. Capiet em dies illa sedentes in superficie terræ quasi impręmeditatos & inertes. Quotquot verò sunt solertes & agiles ad bonũ, non sedentes & ociantes in terrenis, sed surgẽtes ab eis sibi dicẽtes: Surge, vade, quoniã non est hic tibi requies: talibus nõ est illa dies, vt laqueus in discrimẽ, sed vt dies festiuus. Euseb. Prædicta igitur docuit esse attendenda ad cauẽdam grauedinem inde prouenientẽ. vnde sequit: Vigilate itaq;, omni &c. Theo. Scilicet famẽ, pestẽ, & cætera huiusmodi q̃ tẽporaliter electis & aliis imminent, & ea quæ postmodũ accidũt eis perenniter. Illa em aliter capere nõ possumus nisi per vigilias & orationes. Aug. de con. euan. Hęc intelligitur illa fuga quã Matthæus cõmemorat, quæ nõ debet fieri in hyeme vel sabbato. Ad hyemẽ pertinent curæ huius vitæ, quæ tristes sunt velut hyems. Ad sabbatũ verò crapula & ebrietas, quæ carnali lætitia luxuriaq; cõr submergit atq; obruit, qd malũ sabbati noïe significat, quia illo die Iudęi deliciis affluunt, dum spiritale sabbatũ ignorãt. Theo. Et quia Christianũ decet non solũ fugere mala, sed etiã niti ad gloriã exequendã, subdit: Et stare ante filiũ hoïs. Hæc est em angelica gloria stare ante filiũ hoïs deũ nostrũ, & facię ei⁹ iugiter cernere. Beda. Et certè si quis sapiẽs medicus præciperet attendere à succo alicuius herbæ, ne repẽtinus interitus superueniat, magno studio medici mãdata seruaremus. Nunc autẽ saluatore admonẽte ebrietatẽ & crapulã, & curas seculi esse cauẽdas, his sauciari & cõsumi non timent: quia fidẽ quam medici dictis præbent, domini verbis præbere contemnunt.

Exẽplũ naturale

Naturæ prouidẽtia notatur.

Ebrietatis detestatio.

Erat autem diebus docens in templo, noctibus uerò exiẽs morabatur in monte, qui uocatur Oliueti. Et omnis populus mane ibat ad eum in templo audire eum.

Beda. Quę verbis præceperat dñs suis, cõfirmat exẽplis, nam qui nos ante iudicis aduentũ, & incertũ singulorum exitũ ad vigilandũ hortatus est & orãdũ, & ipse imminẽte tẽpore passionis suæ, doctrinæ vigiliis & pcibus instat. vnde dicit: Erat autẽ die. do. in tẽplo. In quo suo exẽplo insinuat hoc esse dignè deo vigilare, vel dicto vel facto proximis viam veritatis ostendere. Cyril. Quæ aũt erant q̃ docebat nisi transcẽdẽtia cultũ legis? instabat em tẽpus quo debebat vmbra in veritate trãsformari. Theo. Tacuerũt aũt euangelistæ plęraq; documentorũ Christi: qui cũ per triẽniũ ferè pdicauerit, do cumẽta eius q̃ conscripserũt, dicet aliquis vix ad vnius diei sermonẽ sufficere. Ex pluribus ergo pauca describẽtes dederũt nobis quendã gustũ dulcedinis doctrinę ipsi⁹. Ostẽdit autẽ nobis dñs ꝙ oporteat noctu & quiete alloqui deum, & in die prodesse hoïbus: & colligere quidẽ in nocte, distribuere verò collecta in die. vñ subditur: Noctibus verò exiens &c. Non quasi opus habẽs oratione, sed ad exemplũ dandũ hoc egit. Cyril. Quia verò eloquiũ eius in potestate erat, & potestatiuè trãferebat in spiritalẽ cultũ, quę per Moysen & prophetas tradita fuerãt in figuris, populus eũ auidius audiebat. vnde sequit: Et omnis populus manicabat. i. mane venire accelerabat ad eum in tẽplo audire eũ. Populo autem ante lucanũ venienti ad eum, congruũ erat dicere: Deus deus meus, ad te de luce vigilo. Beda. Mystičè autem & nos cùm inter prospera sobriè & piè & iustè cõuersamur, diebus in tẽplo docemus, quia formam boni operis fidelibus præbẽtes: noctibus verò in mõte Olivueti moramur, quia in tenebris angustiarum spiritali consolatione respiramus: & ad nos quoq; populus manicat, cùm vel discussis operibus tenebrarum, vel cunctis nebulis pressurarum nos imitatur.

Triẽniũ trãsti.

Tropologica expositio.

CAPVT XXII.

Appropinquabat autẽ dies festus azymorũ, qui dicitur pascha, & quærebãt principes sacerdotum & scribæ quomodo Iesum interficerent, timebant uerò plebem.

Chry. Vmbra nostrorũ fuerunt festa Iudaica, & ideo

Notula pulchra.

Paschæ ratio.

si quæsieris à Iudæo de pascha & azymis, nil magni ꝓferet, cõmemorãs liberationẽ ab Aegypto. Si quis aũt à me quæsierit, non audiet Aegyptũ nec Pharaonẽ, sed absolutionẽ erroris & tenebrarũ diaboli, nõ per Moysen sed per filiũ dei. Glo. Ad cuius passionẽ enarrãdam accedens euangelista prẽmittit de figura, dicẽs: Appropinquabat autem dies festus azymorum qui dicitur pascha. Beda. Pascha quidem hebraicè dicitur phase: non à passione, sed à transitu noïatur, eo ꝙ exterminator videns sanguinẽ in foribus Israelitarũ pertrãsierit, nec ꝓcusserit primogenita eorũ. Vel ipse dñs præbens auxilium populo suo desuper ambulauit. Hoc autẽ inter pascha & azyma distat, ꝙ pascha ipse solus dies appellat, in quo agnus occidebatur ad vesperam, hoc est 14. luna primi mẽsis: 15. aũt luna quãdo egressus est de Aegypto succedebat festiuitas azymorũ 7. diebus vsq; ad 21. diẽ eiusdem mensis, vnde euangelii scriptura indifferenter vnũ pro alio ponere solet: vnde hic dicit dies azymorũ qui dicit pascha. Significat autẽ per mysteriũ ꝙ Christus semel pro nobis passus, per totũ tẽpus huius seculi, quod 7. diebus agit, in azymis sinceritatis & veritatis præcepit esse viuendũ. Chrys. Principes autẽ sacerdotũ nefarias res tractant in festo. vnde sequit: Et quærebãt principes sacerdotũ &c. Moyses quidẽ vnum præcepit esse principem sacerdotũ, & illo defuncto creari alium. Tunc verò cùm inciperent Iudaici ritus dissolui, multi erant principes sacerdotũ annuatim creati. Hi ergo volentes Iesum occidere non metuunt diuina, ne. s. ex tpe sacro maius incurrãt peccati cõtagiũ, sed vbiq; timent humana. vñ sequit: Timebãt verò plebẽ. Beda. Nõ quidem seditionẽ metuẽtes, sed cauẽtes ne auxilio populi de suis manibus tolleret. Hæc aũt ante biduum paschæ cõgregatis eis in atrio Cayphę Matthæus acta attestat.

Intrauit aũt Satanas in Iudam qui cognominabatur Scarioth, unũ de duodecim, & abiit: & loquutus est cũ principibus sacerdotũ & magistratibus, quemadmodũ illum traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniã illi dare. Et spopõdit. Et quærebat opportunitatẽ, ut traderet illũ sine turbis.

Theo. Quia dictũ est ꝙ principes sacerdotũ ꝙrebãt modũ, quo interficientes Iesum nullũ incurrerẽt periculũ, cõsequenter modus qui eis occurrit narrat, cũ dicitur: Intrauit aũt Satanas in Iudã. Titus. In Iudã Satanas intrauit, nõ impellens, sed patulũ inueniẽs ostium: nam oblit⁹ omniũ ꝙ viderat, ad solã auaritiã dirigebat intuitũ. Chrys. Ponit aũt eius cognomen, subdẽs: Qui cognominabat Scarioth. Erat em̃ alius Iudas. Titus. Subdit aũt: Vnus de duodecim. Nam numerũ adimplebat, non aũt verè fungebat apostolica dignitate. Chry. Vel hoc addit euãgelista velut absonũ quidẽ, ac si diceret: erat de primo choro diligẽtius electorũ. Beda. Nõ est autẽ huic contrariũ quod Ioannes dicit: Post buccel lam intrasse in eũ Satanã: quia nũc intrauit, vt quasi alienum tentaret, tũc aũt quasi propriũ ad quæcunq; vellet agenda attraheret. Chry. Attende aũt magnã Iudę nequitiã, tum quia per se ꝓficiscit, tum quia pro ꝓcio hoc facit. Sequit em̃: Et abiit, & locutus est cũ principibus sacerdotũ & magistratib⁹ quemadmodũ illũ traderet eis. Et gauisi sunt. Theop. Magistratus hic appellantur præpositi constructionũ tẽpli, vel etiam illi, quos Romani populo præfecerant, ne proruerent in tumultus, eran tenim seditiosi. Chrys. Propter auaritiã aũt Iudas factus est talis. Sequitur em̃: Et pa. sunt pe. illi dare. Tales em̃ auaritia generat passiones, reddit impios & deũ ignorare cõpellit. & si millies benefactũ sit eis, ad nocendũ impellit. vnde & hic sequit: Et spopõdit. Theo. Id est pepigit & ꝓmisit. Et quærebat oppor. vt eũ tra. si. tur. i. quærebat eũ tradere, quãdo videret eũ seorsum existentẽ sine turbis. Beda. Multi autẽ Iudæ scelus exhorrent, nec tamen cauẽt. qui em̃ charitatis & veritatis iura spernit, Christũ qui est veritas & charitas prodit: maximè cũ nõ infirmitate vel ignorãtia peccet, sed ad similitudinẽ Iudę quærat opportunitatem, vt arbitris absentib⁹, veritatẽ mendacio, virtutẽ crimine ĩmutet.

Auaritia Iudæ.

Venit aũt dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum & Ioannẽ, dicens: Eũtes parate nobis pascha, ut mãducemus. At illi dixerunt: Vbi uis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem occurret uobis homo quidam amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister, Vbi est diuersorium, ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet uobis cœnaculum magnũ stratum, & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: & parauerunt pascha.

Titus. Vt nobis dñs cœleste pascha dimitteret, typicum mãducauit: figurã remouens, vt veritas locũ obtineret. vñ dicit: Venit aũt dies azymorũ &c. Beda. Dies azymorũ paschæ quartãdecimã primi mensis appellat, quãdo fermento abiecto pascha. i. agn⁹ occidi ad vesperam consueuerat. Eusęb. Si quis aũt dicat: Si prima die azymorũ discipuli saluatori parãt pascha, ergo & eadẽ die oportet nos pascha celebrare. Dicem⁹ hoc nõ fuisse monitionẽ, sed historiã facti, quod accidit tẽpore salutiferæ passionis. Aliud autẽ est narrare gesta vetera, & aliud sancire, ac posteris statuta relinquere. Quin etiã saluator non egit pascha cũ Iudæis quãdo agnũ immolabant: nam illi quidẽ hoc egerũt in parasceue, qũ passus est dñs, vnde non introierũt in atriũ Pilati vt mãducarent pascha. ex quo em̃ veritati insidiati sunt, verbũ veritatis à se expulerũt: nõ primo die azymorum quo die debebat immolari pascha mãducãtes solitũ sibi pascha, erant em̃ erga aliud attẽti, sed die sequẽti post illã quę erat azymorũ secũda. Dñs verò prima die azymorum, hoc est quinta feria sabbati pascha cum discipulis peregit. Theo. Eadẽ aũt quinta feria, mittit duos ex discipulis suis ad parandũ pascha, Petrũ. s. & Ioannẽ: alterum. s. vt diligentẽ, alterũ vt dilectũ. vnde sequitur: Et misit Pe. &c. Per oĩa manifestãs ꝙ vsq; ad extremũ vitæ non est aduersatus legi. Mittit autẽ eos ad alienã domum. Nã nulla domus erat ei, neq; discipulis suis, alioquin apud aliquẽ eorũ pascha celebrasset. & ideo subditur: At illi dixerũt, Vbi vis paremus? Beda. q. d. Non habemus domiciliũ, nõ habemus tabernaculũ. Audiãt quibus ædificandarũ domorũ cura est, cognoscãt Christum omniũ dñm locũ vbi caput reclinaret nõ habuisse. Chry. Cùm aũt ignorarent ad quẽ mitterent, signũ dedit eis, sicut & Samuel Sauli. vñ subdit: Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatẽ, occurret vobis homo amphorã aquæ portans, sequimini eũ in domum in quã intrat. Ambr. Primũ maiestatẽ diuinitatis aduerte, cũ discipulis loquit⁹, & iam nouit quid alibi sit futurũ: deinde dignationẽ eius intuere, quia non perso na diuitis, aut potentis eligit, sed pauper ambit: & angustum hospitiũ pauperis, amplis nobiliũ ædib⁹ antefertur. Sciebat autẽ dñs nomen eius cuius sciebat mysterium & occursum, sed ideo sine nomine, designat, vt ignobilis æstimetur. Theo. Vel ideo mittit eos ad hominẽ ignotũ, vt ostendat ꝙ passionẽ voluntariè subiit. Qui em̃ mentẽ huius ignoti viri subegit vt eos susciperet, poterat quodcũq; voluisset cum Iudæis tractare. dicunt aũt quidã ꝙ ideo non dixit nomen hoïs, ne proditor cognito noïe domũ pãderet pharisæis, qui venientes cepissent eũ priusq̃ cœna fieret, & spũalia mysteria discipulis traderet, sed quibusdã indiciis in quãdam domum dirigit eos. vnde sequit: Et dicetis patrif. domus,

Dubium resoluit.

Signa duplicis naturæ in Christo.

dicit tibi &c. Et ipse &c. Glo. Quibus signis inuentis discipuli solicitè quæ mandata eis fuerant impleuerũt: vnde sequit: Eũtes au. inue. sicut prædi. il. Ie. & pa. pasc. Beda. Hoc pascha exponẽs apostolus ait: Pascha nostrũ immolatus est Christus, quod quidẽ pascha tũc necesse erat occidi, quasi paterno cõsilio ac diffinitione sancitũ, qui licet die sequenti, hoc est xv. luna sit crucifixus, hac tamen nocte qua agnus immolabatur à Iudęis tentus ac ligatus immolationis, hoc est passionis suæ sacra uit exordiũ. Theo. Intelligamus aũt diẽ quidẽ azymorum totã conuersationẽ quæ est in luce spirituali nullã redolentẽ vetustatẽ primæ præuaricãtionis Adæ, ĩ qua viuentes non decet delectari in Christi mysteriis. hæc autem mysteria Petrus & Ioannes ꝓparãt. i. actio & contẽplatio, feruor zeli & mãsuetudo pacifica. His autem paratoribus occurrit homo, quia ꝓ prędicta reperimus statũ hoïs, qui creatus est ad imaginem dei, qui portat amphorã aquæ, q̃ significat gratiã spiritus sancti. Amphora autẽ est humilitas cordis: humilibus em̃ dat gratiam, qui se cognoscunt esse terrã & puluerẽ. Amb. Vel amphora est mensura perfectior, aqua aũt est q̃ sacramẽtum Christi esse meruit, quæ lauare meruit nõ lauari. Beda. Parant autẽ pascha vbi aquæ infertur amphora, quia tẽpus adest quo veri paschæ cultoribus typicus de limine auferatur cruor, & ad tollenda crimina viuifici fontis baptisma cõsecratur. Orig. super Matthæũ. Ego aũt puto ꝙ homo qui ingredientibus discipulis in ciuitatem occurrit amphorã aquæ portans, erat quidã minister patrisfamilias, portans mundatoriã aut potabilem aquã in vase fictili, quẽ puto esse Moysen spiritualem doctrinã portantẽ in corporalibus historiis. Qui autem non cõsequũtur spũaliter eũ, non celebrant pascha cũ Iesu. Attendamus ergo ipso dño constituto nobiscũ ad superiorẽ locũ, in quo est diuersoriũ, qđ monstratur ab intellectu qui est in vnoquoq; hoïe paterfamilias, discipulis Christi. Hæc autẽ domus superior sit nobis magna vt capiat Iesum, verbũ dei: quod nõ capit nisi à magnis sensu. Et fit dom⁹ hæc à patrefamilias. i. intellectu præparata filio dei, & sit mũdata, nullo modo habens malitiæ sordes. Sit etiam domus illius princeps non qualibuscũq; cognitum habẽs nomen. Vnde mysticè dicit secundũ Matthæũ, Ite ad quendã. Ambr. In superioribus aũt magnũ habet stratum, vt magnum meritũ eius aduertas, in quo dñs cum discipulis sublimium virtutũ eius delectatione requieseret. Orig. sup Matthæũ. Scire autẽ debemus, quoniã qui in epulationibus & solicitudinibus secularibus sunt, non ascẽdũt in domũ illã superiorẽ, & propterea non celebrãt cum Iesu pascha. Post sermones em̃ discipulorũ, quibus catechizauerunt patremfamilias, id est intellectũ, venit & diuinitas coepulans discipulis in domo prædicta.

Pulchrũ mysterium.

Allegoria pulcherrima.

Et cùm facta esset hora, discubuit & duodecim apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscũ antequam patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter uos. Dico enim uobis, quòd non bibam de generatione uitis, donec regnum dei ueniat.

Cyril. Post q̃ discipuli pascha parauerant, agitur de paschæ comestione. vnde dicit: Et cùm facta esset hora &c. Beda. Hora manducãdi paschæ designat 14. diẽ primi mensis perductã ad vesperã, 15. luna iam terris apparente. Theo. Sed qualiter dñs discũbere dicit, cùm Iudæi stantes pascha manducarẽt? Dicũt ergo ꝙ cũ manducassent legale pascha accubuerũt secundũ cõmunem vsum manducãtes quosdã alios cibos. Sequit: Et ait il. Desiderio desideraui hoc pascha mãducare &c. Cyril. Quod ideo dicit, quia discipulus auarus ꝓditionis tẽpus explorabat, sed ne traderet eum ante festũ paschę, non explicauerat dñs domũ, vel virũ penes quem pascha peragaret. cui⁹ causam ꝓ hæc verba ostẽdit. Theo. Vel dicit, Desiderio desideraui. q. d. Hæc vltima mihi cœna vobiscum est, propter quod & amabilis est mihi, sicut & qui peregre profecturi sunt vltima verba suis dulcius ꝓferunt. Chry. Vel hoc dicit, quia post illud pascha crux imminebat. Inuenimus autẽ pluries eũ prędicantem suã passionẽ, & eam cupientem euenire. Beda. Desiderat ergo primo typicũ pascha cũ discipulis mãducare, & sic passionis suæ mundo mysteria declarare. Euseb. Vel aliter: Cũ dñs nouum pascha celebraret, opportunè dixit: Desiderio desideraui hoc pascha. i. nouũ mysteriũ noui testamenti quod tradebat discipulis, qđ plures ante eũ prophetę & iusti cupiuerant. Sed & ipse sitiens cõmunem salutẽ, hoc tradebat mysteriũ quod toti mundo cõpeteret. Pascha verò Moysi statutũ erat in vno loco. s. in Hierusalẽ celebrari: vñ non cõgruebat omnibus gentibus, & ideo non erat desideratũ. Euseb. Ex hoc Hebionitarũ dementia de carnis esu redargui poterat, dño manducante pascha Iudæorũ: vnde signãter dixit: Hoc pascha, ne quis ad aliud ĩuertere posset. Beda. Sic ergo dñs legalis paschæ approbator extitit, & hoc ad suæ dispensationis figurã docẽdo pertinuisse vetat vltra carnaliter exhiberi. vñ subdit: Dico em̃ vobis, quia ex hoc nõ manducabo illud, donec implea. in reg. dei. i. nequaq̃ vltra Mosaycũ pascha celebrabo, donec in ecclesia spiritualiter intellectum cõpleatur: ipsa em̃ est regnũ dei, secundũ illud: Regnum dei intra vos est. Ad vetus aũt illud pascha cui finem desiderabat imponere, pertinet etiã illud quod subdit: Et accepto calice gratias egit & dixit: Accipite, &c. Ob hoc gratias egit, quia vetera transitura, & vẽtura fuerãt oĩa noua. Chry. Memẽto ergo cũ ad mensam sederis, ꝙ post mẽsam oportet te orare: atq; ideo ventrẽ impleas sobriè, ne grauat⁹ nequeas genu flectere ac supplicare deo. Nõ igit⁹ post escas ad lectũ, sed ad orationẽ vertamur. Euidenter enim hoc Christus significauit, ꝙ post escas nõ somnus, non cubile, sed oratio & sacrarũ lectio scripturarum succedere debeat. Sequit: Dico em̃ vo. ꝙ nõ bibam &c. Beda. Potest quidem hoc & simpliciter accipi ꝙ ab hac hora cœnæ vsq; ad tẽpus resurrectionis, quo in regno dei erat venturus, vinum bibiturus non esset: postea nãq; cibum potũq; sumpsisse eũ testatur Petrus, dicens: Qui manducauimus & bibimus cũ illo, post q̃ resurrexit à mortuis. Theo. Dicitur autem resurrectio regnum dei, quia mortẽ exterminauit. vnde & Dauid ait: Dñs regnauit decorẽ indutus est. s. formosi amict⁹: secundũ Esaiã, exuta corporis corruptela. Resurrectione autem adueniente iterũ eũ discipulis bibit, vt ꝓbaret ꝙ resurrectio non erat phantastica. Beda. Sed multo consequẽtius est, vt sicut supra typicũ agni esum, sic & potum paschæ neget se gustaturũ, donec ostensa gloria regni dei fides mundi adueniat: vt per duo maxima legis edicta, esum scilicet & potum paschale spiritualiter immutata, disceres omnia legis sacramenta ad spiritualem obseruantiam fuisse transferenda.

Hebionitarum redargutio

Moralis doctrina

Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Simiiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamentũ in sanguine meo, qui pro uobis fundetur.*

*datur.

Beda. Finitis paschæ veteris solẽniis, transiit ad nouum quod in suæ redẽptionis memoriã ecclesiam fre-

Universidad de ... Biblioteca

quẽtare desiderat, pro carne agni & sanguine suę carnis sanguinisq; sacramentũ in panis ac vini figura substituẽs, sacerdos in æternũ factus secundũ ordinẽ Melchisedech. Vnde dicit: Et accepto pane gra.egit. sicut & de veteribus terminandis gratias egerat, nobis exẽplũ tribuens in omni boni operis inchoatione & pfectione deũ esse glorificandũ. Sequit: Et fregit. Frangit ipse panem quẽ porrigit, vt ostendat corporis sui fractionẽ, non sine sua sponte futurã. Et dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradet. Greg. Nis. Panis eñ ante consecrationẽ cõmunis panis est, sed vbi cõsecratur, mysterio fit & dicit corpus Christi.

Mysterium panis.

Cyril. Nec dubites an hoc verũ sit eo manifestè dicẽte, Hoc est corpus meũ: sed potius suscipe verba saluatoris in fide. Cũ enim sit veritas, non mentit. Insaniunt igitur dicentes mysticã benedictionẽ à sanctificatione cessare, si q reliquiæ remanserint eius in diẽ subsequentẽ. Non eñ mutabitur sacrosanctũ corpus Christi, sed virtus benedictionis & viuificatiua gratia iugis in eo est. Virt⁹ enim viuificatiua dei patris vnigenitũ verbũ est, qđ caro factum est, non desinens esse verbũ, sed efficiẽs carnẽ viuificatiuã. Si eñ in aliquo liquore modicũ panis immiseris, reperies hũc imbibitũ qualitate illius. Igit viuificatiuum dei verbũ vniens seipsum propriæ carni, fecit eam viuificatiuã. Nũquid ergo & quoniã in nobis vita dei est, dei verbo existẽte in nobis viuificatiuũ erit nostrum corpus? Sed aliud est secundũ participationis habitudinem nos habere in nobis dei filium, aliud ipsum fuisse factũ carnẽ.i.corpus sumptũ ex alma virgine, ꝓprium corpus effecisse. Decebat ergo eum nostris quodãmodo vniri corporibus per sacrã eius carnẽ & preciosum sanguinẽ q accipimus in benedictione, viuificatiuam in pane & vino. Ne eñ horreremus carnẽ & sanguinẽ apposita sacris altaribus, condescendẽs deus nostris fragilitatibus influit oblatis vim vitæ. Cõuertens ea in veritatẽ ꝓpriȩ carnis, vt corpus vitȩ, quasi quoddam semen viuificatiuũ inueniatur in nobis. vnde subdit: Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Chrys. sup Ioã. Hoc fecit Christus ducens nos ad maius amicitiȩ fœdus, suamq; charitatẽ declarans erga nos, præstãs se nõ solum videri desiderantibus, sed & palpare & comedere & amplecti & totũ affectũ explere. Igitur vt leones flammã spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti diabolo. Basi. Disce aũt quo pacto decet edere corpus Christi, in memoriã.s.obediẽtiȩ Christi vsq; ad mortẽ, vt qui viuunt, nõ amplius in se viuant, sed in eo qui ꝓ eis mortuus est & resurrexit. Theo. Duos aũt calices Lucas cõmemorat: de altero quidẽ supra dixit, Accipite & diuidite inter vos, quẽ dicet aliquis esse typum veteris testamenti: alterũ verò post panis fractionem & distributionẽ ipse partit discipulis. vnde subditur: Similiter & calicẽ postq̃ cœnauit. Beda. Subaudit, dedit eis, vt sit plena constructio.

Consen. euange.

Aug. de con.euã. Vel ꝙ Lucas bis de calice cõmemorauit, prius anteq̃ panẽ daret, inde postq̃ panẽ dedit: illud quod superi⁹ dixit, præoccupauit, vt solet: illud verò quod ordine suo posuit, nõ cõmemorauerat superius. Vtrunq; autẽ cõiunctum eandẽ sententiã facit, quæ illorũ est.s. Matthæi & Marci. Theo. Nominat aũt dñs hunc calicẽ noui testamenti: vnde sequit, dicens: Hic est calix nouũ testamẽtum in sanguine meo, qui pro vobis fundet: significans nouum testamentũ in suo sanguine exordiũ sumere. nã in veteri testamento sanguis animaliũ affuit, cùm data fuit lex: nũc verò sanguis verbi dei, significat nobis nouum testamentũ. Cùm autẽ dicit, Pro vobis: non significat pro solis apostolis corpus Christi datũ & sanguinem effusum fuisse, sed causa totius humanȩ naturæ. Et vetus quidẽ pascha ad remouendã seruitutem Aegypti fiebat, sanguis autẽ agni ad primogenitorũ custodiam: nouum verò pascha ad peccatorũ remissionẽ, sanguis autẽ Christi ad conseruationem eorũ qui dedicati sunt deo. Chrys. Hic enim sanguis operat in nobis imaginẽ regiã, nobilitatẽ animæ non permittit marcescere, ꝓtinus irrigans animã magnamq; inspirans virtutẽ. Hic sanguis fugat dæmones, aduocat angelos & dominum angelorum. Hic sanguis effusus lauit orbem, & adibile fecit cœlũ. Huius participes sanguinis sunt supnis virtutibus amicti regio pallio, magis autẽ ipso rege induti.

Virtus sãguinis Christi preciosi.

Et sicut si mundus accesseris, salubriter accessisti: sic si imbutus cõscientia praua, dãnosè accedis in pœnam & supplicia. Nam si qui imperatoriã coinquinãt purpuram, pari pœna plectunt cũ eis qui diuellũt: absurdum non est, si & qui obscœna mẽte corp⁹ Christi recipiũt, pari pœna plectunt cũ his qui illud clauis trãsfoderũt. Beda. Quia verò panis cõfirmat, vinũ verò sanguinem operatur in carne: hoc ad corpus Christi, illud refertur ad sanguinẽ. Verum quia & nos in Christo, & in nobis Christũ manere oportet, vinum dñici calicis aqua miscetur: teste eñ Ioãne, Aquæ multæ populi sunt. Theo. Primo autẽ datur panis, secundario calix: prior eñ est in spiritalibus laboriosus actus velut panis, non solum quia in vultus sudore laborat, sed etiã quia dũ comeditur, non est facilis ad glutiendum. Deinde post labores sequitur exultatio diuinæ gratiæ q est calix. Beda. Ideo autẽ tunc cœnati cõmunicarunt apostoli, quia necesse erat pascha typicũ ante consummari, & sic ad veri paschæ sacramenta transiri. nunc aũt in honorem tanti sacramenti placuit magistris ecclesiæ prius nos spiritalibus epulis refici: ac deinde terrenis. Græcus. Totũ aũt corpus & sanguinẽ dñi suscipit, etiã si mysteriorũ partem accipiat. Sicut eñ vnum sigillũ diuersis totã suam figurã impartit, & ĩtegrũ manet post distributionẽ: & sicut vna vox penetrat ad multorũ auditus, sic nulli dubium sit corpus & sanguinẽ dñi totũ in omnib⁹ reperiri. Fractio aũt panis venerandi, passionem significat.

Verũtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mẽsa. Et quidem filius hominis secundum quod diffinitũ est, uadit. Verũtamen uæ homini illi per quem tradetur. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset.

Aug. de con.euan. Cùm tradidisset dñs discipulis calicem, rursus de traditore suo locutus est, dicens: Verũtamen ecce manus tra.me &c. Theo. Quod dixit nõ solum vt ostendat se scire futura, sed etiã vt ostendat nobis propriã bonitatẽ secundũ quã nõ prætermisit quin prosequeret ea quæ spectabant ad deũ. Dat enim nobis exemplũ, vt vsq; ad finẽ satagamus lucrari peccatores, & vt ostendat proditoris nequitiam qui & cõuiua fieri non erubuit. Chry. Et particeps existens mysteriorum conuersus non est, fit enim scelus eius vtiq; immanius: tum quia tali proposito imbut⁹ adiit mysteria, tũ quia adiens melior factus non fuit, nec metu nec beneficio nec honore. Beda. Et tamen nõ designat specialiter, ne manifestius correptus impudẽtior fieret. Mittit autem crimen in numero, vt agat cõscius pœnitentiã. Prædicit autẽ & pœnã, vt quem pudor non vicerat, corrigãt denunciata supplicia. vnde sequit: Et quidẽ filius hominis &c. Theo. Non quasi non valens tueri seipsum, sed sicut definiẽs sibi mortẽ propter humanã salutẽ. Chry. Sed quia Iudas ea q sunt scripta praua intentione agebat, ne quis putet eum innoxiũ tanq̃ dispẽsationis ministrũ subdit: Verũtamen væ homini illi p quẽ tradet. Beda. Sed & væ homini illi qui ad mẽsam dñi indign⁹ accedens in exemplũ Iudȩ filiũ hominis tradit, nõ quidem Iudȩis, sed peccatorib⁹ mẽbris suis. Et q̃uis scirẽt 11. apostoli ꝙ nihil contra dñm cogitarent, quia tamẽ plus credũt magistro q̃ sibi, timentes fragilitatẽ suam, quærunt de peccato cuius cõscientiam nõ habebãt. Sequitur eñ: Et ipsi cœperũt quærere &c. Basil. Sicut eñ in corporalibus passionib⁹ sunt multȩ quas nõ sentiũt patientes, porro magis adhibent fidem cõiecturȩ medicorum, q̃ propriã insensibilitatẽ attendãt: sic & animæ passionibus si quis in se peccatũ non sentiat, credere tamen debet his qui pl⁹ possunt cognoscere sua peccata.

Passiões duplices

Facta est autẽ & contentio inter eos, quis eorũ uideretur esse maior. Dixit autẽ eis: Reges gentiũ dominantur eorũ, & qui potestatem habẽt super eos, benefici uocãtur. Vos autem non sic: sed qui maior est in uobis, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nõne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat.

Theo. Cũ inter se quærerent quis esset dñm traditurus, consequẽs erat adinuicẽ sibi dicere: Tu proditurus es: & ex hoc coacti sunt dicere, ego potior, ego maior, & similia. vnde dicit: Facta est autẽ, &c. Grec. Vel hęc contentio videtur habuisse motiuũ, ꝙ cum dñs ab hominibus transmigraret, oportebat aliquẽ eorum fieri aliorum principẽ, quasi dñi vicem gerentẽ. Beda. Sicut autem boni in scripturis exempla patrũ, quibus proficiant & humilient, requirunt: sic reprobi si quid fortè in electis reprehensibile repererint, quasi suas ex eo nequitias obtectuti libenter solent amplecti.

Contraria studia prauorum.

Ideo multi ardentius legũt, ꝙ facta est contentio inter discipulos Christi. Ambro. Si enim cõtendebant apostoli nõ excusationi òbtendit, sed cautioni ꝓponitur. Caueamus ergo ne in proditione aliqua inter nos de p̃latione possit esse contẽtio. Bed. Potius aũt videamus, nõ quid carnales adhuc discipuli gesserĩt, sed quid iusserit spiritalis magister. Sequitur enim: Dixit autẽ eis &c, Chry. Gẽtilium meminit, vt ex hoc rem vituperãdam ostendat. Gentilium enim est ambire primatũ. Cyril. Sed & blãdi sermones eis offerũtur à subditis. vnde sequitur: Et qui po.habẽt &c. Sed illi quidẽ quasi extorres à sacris legibus huiusmodi subiacent morbis, vestrũ autem culmen est in humilitate. vnde sequit: Vos autẽ nõ sic &c. Basi. Non ergo extollat præsidentẽ dignitas, ne ab humilitatis beatitudine corruat. Illud autẽ nouerit ꝙ humilitas vera ministeriũ pluriũ est. Sicut enim qui pluribus ministrat vulneratis & abstergit cuiuslibet vulneris saniem, nõ sumit ministeriũ in causam elationis: sic multo magis cui cõmissæ sunt curȩ fraternorũ languorum, vt omniũ minister redditurus pro omnibus rationem, cogitare debet & esse solicit⁹: & sic qui maior est, fiat sicut minor. Decet autẽ & corporale obsequiũ ab his qui præsident offerri exẽplo dñi lauãtis pedes discipulorum. vnde sequitur: Et qui prȩ.est.si.mi. Nõ est autem timendũ ne in subdito soluatur humilitatis propositum, dum ei à maiori seruit: Sed imitatione panditur humilitas.

Humilitatis varięratio.

Ambr. Cõtuendũ est autem, quia nõ omnis honorificentiȩ studio humilitas definitur. Potest enim deferre alicui ꝓpter seculi gratiã, potentiæ metũ, vtilitatisq; contuitũ. tua ædificatio quęritur, nõ alterius honor: & ideo vna datur omnibus forma sententiæ, vt nõ de p̃latione iactantia sit, sed de humilitate cõtentio. Beda. In hac tamen forma à dño tradita maiores nõ minima discretione opus habent, ne.s.ad instar regũ gentiũ dñari subiectis, seq; ab eis gaudeãt laudibus attolli, & tamen cõtra delinquentiũ vitia p zelum iustitiȩ sint erecti. Ad verba aũt exhortatiõis suimet adiũgit exẽplũ. vnde sequit: Nã quis maior est, &c. Chry. q.d. Non putes discipulũ tui egere, te verò nõ illius. Ego enim qui nullo egeo quo vniuersa egent cælestia & terrestria, ad ministerialẽ gradũ condescendi. Theo. Ostẽdit autẽ se ministrantẽ eis, cũ panem & calicẽ distribuit: cuius ministerii mentionẽ facit rememorãs eos si de eodẽ pane comederunt, & de eodẽ calice biberũt, si ipse Christus omnibus ministrauit, vnũ debent omnes sentire. Beda. Vel loquitur de ministerio quo scđm Ioannem eorũ pedes lauit dñs & magister, q̃uis etiam verbo ministrãdi possint omnia quȩ in carne gessit intelligi: sed & suum sanguinẽ se pro nobis effundere ministrãdo significat.

Vos estis qui permãsistis mecũ in tẽtationibus meis. Et ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mesam meã in regno meo, & sedeatis super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.

Theo. Sicut dominus proditori prȩnũciauerat vȩ, sic discipulis remantibus ecõtrario bona p̃nunciat, dicẽs: Vos autẽ estis &c. Beda. Non enim inchoatio patiẽtis, sed perseuerantia cęlestis regni gloria donatur: quia pseuerantiã quæ constantia seu fortitudo mentis vocatur, dicimus esse cũctarum columnã virtutum. Filius ergo dei secum permanẽtes in tentationibus æternũ ducit ad regnum. Si enim cõplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erim⁹. vnde sequitur: Et ego dispono vobis &c. Ambr. Regnũ dei nõ est de hoc mundo. Nõ autem æqualitas ad dominũ, sed similitudinis æmulatio est, solus enim Christus plena imago dei est, propter expressam in se paternȩ gratitudinis vnitatem. Iustus autẽ homo ad imaginẽ dei est, si propter imitandã diuinæ conuersationis similitudinẽ mundum hũc dei cognitione contẽnat: vnde & corpus Christi edimus, vt vitæ ȩternȩ possim⁹ esse participes, propter quod sequitur: Vt edatis & bibatis &c.

Fili⁹ quomodo patris similis.

Nõ enim victus & potus nobis præmii loco spondetur, sed cõmunicatio gratiæ cęlestis & vitȩ. Beda. Vel mensa proposita omnib⁹ sanctis ad fruendũ, cælestis est gloria vitæ: qua qui esuriunt & sitiũt iustitiam, saturabuntur fruendo desyderato gaudio veri boni. Theo. Non autẽ hoc dixit quasi futuris illic corporalibus escis, & quasi regno suo sensibili futuro: erit enim illic angelica conuersatio sicut Sadducæis prȩdixit. Sed & Paul⁹ dicit nõ esse regnum dei escã & potũ. Cyril. Sed ex his quȩ sunt apud nos spiritalia designat: nã prȩrogatiua quadã funguntur apud reges terrenos, qui eis quasi cõuiuȩ cõsident. Ex humano ergo iudicio ostendit, qui apud eũ in primis honoribus statuentur. Bed. Hæc est enim immutatio dexterȩ excelsi: vt qui nunc humiles gaudent ministrare cõseruis, tunc super dñi mensam sublimes vitæ perpetuȩ dapibus alantur. Et qui hic in tentationibus iniustè iudicati cũ domino permanent, illic cũ eo super tentatores suos iusti iudices veniant. vnde sequitur: Et sedeatis super &c. Theo. Hoc est condẽnantes ex duodecim tribubus infideles. Ambro. Non autẽ 12. throni tanq̃ aliqua corporalis sunt receptacula sessiõis: sed qa secundum diuinã similitudinem iudicat Christus, cognitione cordiũ, non interrogatione factorũ virtutem remunerans, impietatẽ condemnans: ita apostoli in iudicium spiritale formantur remuneratione fidei, execratione perfidiȩ. virtute errorem redarguentes, sacrilegos odio persequentes.

Throni 12. quales.

Chry. Nũquid autem illic sedebit & Iudas? Sed cõsydera ꝙ lex est data à deo p Hieremiam, Si quid boni promisero, si censearis indignus mulctabo te. Et ideo loquens cũ discipulis non simpliciter promisit, sed addidit: Qui pmansistis mecũ in tentationibus. Beda. Ab eius ergo sublimitate promissi Iudas excipitur. Nam & anteq̃ hæc dominus diceret, exiisse creditus est. Excipiuntur & illi quicũq; auditis incomprehensibilis sacramenti verbis, abierunt retro.

Ait aũt dominꝰ Simoni: Simõ, ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticũ. Ego autẽ rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquãdo cõuersus, cõfirma fratres tuos Qui dixit ei: Domine, tecũ paratus sum & in carcerẽ & in mortem ire. Et ille dixit: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me.

Bed. Ne gloriarentur 11. apostoli, & suis viribus tribuerent, ꝙ soli penè inter tot milia Iudæorũ dicerẽtur in tentationibus permansisse cũ domino, ostendit eos, si non iuuantis se domini essent opitulatione protecti, eadẽ procella cũ cæteris potuisse conteri. vnde sequit: Ait aũt dominus Simoni &c. Id est expetiuit vos tẽtare, & velut qui triticũ purgat ventilãdo concutere: in quo docet nullius fidẽ à diabolo nisi deo permittẽte tẽtari. Theo. Hæc aũt Petro dixit, eo ꝙ fortior aliis erat, & supbire poterat in his quę ꝓmissa erãt à Christo. Cyril. Vel vt ostẽdat ꝙ homines nihil existẽtes quãtũ ptinet ad humanã naturã, & lubricũ mẽtis nostræ nõ decet vt præesse cæteris velint, & ideo omissis cæteris venit ad Petrũ cæteris prælatũ. vnde sequit: Ego aũt rogaui &c. Chry. Non aũt dixit: Ego permisi, sed oraui. humiliter enim loquitur tendẽs ad passionẽ vt humanitatẽ demonstret. nã qui nõ deprecatione sed imperio dixerat, Sup hanc petrã ædificabo ecclesiam meã, & tibi dabo claues regni cęlorum, quomodo opus habebat oratione vt concitatã vnius hominis animã coerceret? Non autem dixit, Rogaui, vt nõ neges: sed ne deseras fidem. Theo. Nã & si paululum agitandus sis, habes tamen reconditũ semen fidei: quãuis deiecerit folia spiritus tentatoris, viget tamen radix. petit ergo Sathanas te lædere tanquã inuidẽs tibi de mea dilectione, sed q̃uis egomet pro te sim deprecatus, tu tamen delinques. vnde sequitur: Et tu aliquando &c. q. d. Postquã me negato ploraueris ac pœnitueris, corrobora cęteros, cum te prĩcipem apostolorũ deputauerim. Hoc enim decet te qui mecum robur es & petra ecclesiæ. Hoc autẽ intelligendum est non solum de apostolis qui tunc erãt, vt roborarentur à Petro, sed & de omnibus qui vsq; ad finem mũdi futuri sunt fidelibus, ne scilicet aliquis credentium diffidat, videns eum qui cũ esset apostolus denegauit, ac iterum per pœnitentiã obtinuit prętogatiuam, vt esset antistes mũdi. Cyril. Admirare igitur exuberantiã diuinæ patientiæ, ne diffidere discipulũ faceret, nondum patrato crimine largitus est veniã, ac iterum ipsum in apostolico gradu restituit, dicens: Cõfirma fra. tuos. Bed. q. d. Sicut ego tuã fidem ne deficiat orando ꝓtexi, ita tu infirmiores fratres ne de venia desperent cõfortare memento. Ambr. Caue ergo iactantiam, caue sęculũ. Ille iubetur cõfirmare fratres suos q dixit, Omnia reliquimus & secuti sumus te. Bed. Quia vero se dominus dixerat pro fide Petri rogasse, cõscius ille præsentis affectus fideiq; feruentis, sed futuri casus nescius non credit se vllatenus ab eo posse deficere. vnde sequit: Qui dixit ei, Domine tecũ paratus sum &c. Theo. Prę nimia quidem dilectione flãmescit & imposs ibilia sibi pollicetur. Dicebat autẽ, audito semel à veritate quòd tentãdus esset, non amplius cõtendere. Sed dominus videns eũ præsumptuose loquentem, promit tentationis speciem, scilicet ꝙ negaturus esset. vnde sequitur: Et ille dixit, dico tibi Petre &c. Ambro. Petrus quidem & si spiritu prõptus, corporis tamẽ adhuc infirmus affectu denunciatur dominũ negaturus. Neq; enim poterat diuinæ constantiã intentionis æquare. Passio domini æmulos habet, pares nõ habet. Theo. Hinc autem magnam doctrinã haurimus, ꝙ non sufficit humanum propositũ absq; diuino subsidio. Petrus enim quãuis feruens esset, derelictus tamen à deo, supplãtus fuit ab hoste. Basi. Sciendũ autem ꝙ deo ꝓmittẽte timorati lapsum patiũtur quãdoq; ad fastus pręcedẽtis remedium. Sed quãuis idem videatur esse delictũ timorati & aliorũ, refert nõ modicũ. nam timoratus ex quibusdam insidiis & penè prout voluit peccauit. Alii vero nullã gerendo curã neq; sui neq; dei peccãt, neq; distinguentes inter peccare & agere virtuosè, vnde reor & iussionis modũ in eis debere fore diuersum: nã timoratus quodam iuuamine indigens, & circa eandẽ rem erga quã peccauit iussa debet proferre. Alii vero cũ totum bonum animę destruxerint affligi & moueri & ꝑceptis subiici debẽt, quousq; ratũ sit illis deũ iustũ iudicem esse & cõtrontiscãt. Augu. de con. euan. Hoc autem quod hic dicitur, de Petri negatiõe ꝑdicta, omnes quidem euãgelistæ cõmemorant, sed nõ oẽs ex vna eadẽq; occasione sermones ad eam cõmemorandã veniunt: nã Matthęus & Marcus eam subnectũt posteaq̃ dominus egressus est ex illa domo vbi mãducauerãt pascha. Lucas vero & Iohannes anteq̃ inde esset egressus. Sed facile possemus intelligere aut illos duos ea recapitulando posuisse, aut istos ꝓcupãdo, nisi magis moueret ꝙ tã diuersa non tantũ verba, sed etiã sententias dñi prẽmittunt, quibus ꝓmotus Petrus illã præsumptionẽ prẽferret, vel pro domino vel cum dño moriẽdi, vt magis cogant intelligi ter eum expressisse ꝑsumptionẽ suam diuersis locis sermonis Christi, & ter illi à domino respõsum ꝙ eum ante galli cantum ter esset negaturus.

Doctrina mora

Vis est ĩ verbis.

Et dixit eis: Quando misi uos sine sacculo & pera & calceamentis, nũquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet sacculũ, tollat: similiter & peram. Et qui non habet, uendat tunicam suam, & emat gladium, dico enim uobis quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me, & cum iniquis deputatꝰ est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habẽt. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est.

Cyril. Prædixerat autem dñs Petro ꝙ eum esset negaturus tẽpore. s. suæ captionis. Sed quia semel facta est mẽtio de captione eius, cõsequenter nũciat supueniens contra Iudæos conflictũ. vnde dicitur: Et dixit eis: Quando misi vos, &c. Miserat em̃ saluator sanctos apostolos prædicare ciuitatibꝰ & oppidis regnũ cælorum, præcipiens vt eũtes nullius corporaliũ curã gererent, sed in eo totã spem viuendi reponerent. Chry. Sicut autem qui docet natare, circa principiũ quidẽ manꝰ suas supponens, attentius sustẽtat suos discipulos: postea vero plerũq; manum abstrahens iubet vt sibi opitulent, quinimò & paululũ demergi ꝓmittit: ita & Christꝰ fecit discipulis. In exordiis quidẽ pręsto in cũctis eis aderat, parans eis vberrimè affluentiã omniũ. vnde sequitur: At il. dixe. Nihil. At vbi oportebat & ꝓprias vires ostendere, subtraxit eis aliquãtulum gratiã, iubens eis ex se nõnulla peragere. vnde sequitur: Dixit ergo eis: Sed nunc qui ha. sac. quo. s. portatur pecunia. Tol. sim. & peram. qua. s. portantur cibaria. Et quidẽ quãdo nec calceamenta nec zonã habebant, nec bacculum, nec ęs, nullius passi sunt penuriã: vt autem marsupium concessit eis & peram, esurire videntur, sitire, & nuditatẽ pati, ac si eis diceret: Hactenus cuncta vobis vberrimè affluebant, nũc autẽ volo vos & inopiam experiri, ideoq; non addico necessitati pristinę legis, sed mando & loculum habere & peram. Poterat autẽ & deus vsq; in finem eos in tanta cõstituere copia, sed noluit ob multas causas. Primo quidem, vt nihil sibi tribuerent, sed recognoscerent totũ emanasse diuinitus. Secundo, vt moderari sibi sciant. Tertio, ne maiora de se opinẽtur. Horum igitur causa permittens eos incurrere multa inopinatorum, relaxauit prioris legis rigorẽ, ne grauis

Expositio notabilis.

& intolerabilis fieret eis vita. Beda. Non enim eadẽ vi uendi regula ꝑsecutionis, qua pacis tẽpore discipulos informat. Missis quidem discipulis ad prædicãdum, ne quid tollerẽt in via pręcepit, ordinãs. s. vt qui euãgeliũ nunciat, de euangelio viuat. Instãte verò mortis articulo, & tota gente pastorẽ simul & gregem persequente, congruam tẽpori regulam decernit, permittens vt tollant victui necessaria, donec sopita ĩsania ꝑsecutorum tempus euangelizãdi redeat: vbi nobis quoq; dat exẽplum, iusta nonnũquam causa instante, quędã de nostri propositi rigore posse sine culpa intermitti. Augu. contra Faustum. Nulla ergo instantia pręcipientis, sed ratione dispensantis tẽporum diuersitate ꝑcepta vel consilia vel permissa mutãtur. Ambro. Qui autẽ ferire prohibet, cur emere gladiũ iubet? nisi fortè vt sit parata defensio, non vltio necessaria: & videre potuisse vindicari, sed noluisse. vnde sequitur: Et qui nõ habet, scilicet sacculum. Vendat tunicã &c. Chrys. Quid est hoc? qui dixerat, Si quis te percusserit in dexteram genã, vertas ei & aliam: nunc armat discipulos, & solo gladio. Nam si penitus armare decebat, nõ solum oportebat gladium possidere, sed & scuta & galeas. Sed & si mille huiusmodi possiderent arma, pro tot insultibus & insidiis populorum, tyrannorũ, vrbium, nationũ, qualiter xi. comparerent, & ex solo aspectu agminum nõ contremiscerẽt, nutriti in stagnis & fluuiis? Non ergo putemus eũ iussisse vt gladios possiderent, sed per gladios innuit imminentes insidias Iudæorũ. vnde sequitur: Dico enim vo. quoniam adhuc hoc quod scri. est opor. imple. ĩ me. Et cum ini. depu. est. Theo. Cùm enim ipse ĩter se suprà de prærogatiuis cõtenderit: nõ est, inquit, tempus prærogatiuarũ, imò periculorũ excidium. Nã ego magister vester ducor ad mortẽ non honorabilem, cũ impiis deputandus. Etenim ea quæ sunt de me. s. prædicta finem habent. i. impletionem. Volens ergo violentũ insultum inuenire, meminit gladii: nec prorsus reuelauit, ne tanquam gerentur accidia: nec prorsus obticuit, ne repẽtinis aggressibus fluctuarent, sed postea recolẽtes mirarentur, quomodo seipsum preciũ exhibuit passioni ꝓ salute humana. Basi. Vel dñs non iubet portare marsupiũ & peram, & emere gladiũ, sed ꝑdicit futurum: ꝙ s. apostoli obliti temporis, passionis, donorũ & legis dñi auderẽt sumere gladios: sæpius enim scriptura vtitur imperatiua sermonis specie loco prophetiæ. In pluribus tamen libris non inuenitur accipiat, tollat, vel emat: sed accipiet, tollet, & emet. Theo. Vel per hoc prenũciat eis ꝙ incurrerent famẽ & sitim, quod innuit ꝑ peram: & aduersitates nõnullas, quod innuit per gladiũ. Vel aliter: quòd dñs dicit, Qui habet sacculũ tollat similiter & perã, videtur sermo ad discipulos fieri, sed reuera respicit quãlibet Iudæi personã. q. d. Si quis Iudæorũ abundat facultatibus cõgestis omnibus fugiat. Si autẽ quis vltima oppressus penuria colit religionẽ, hic etiã amictũ vendat & gladiũ emat. Inuadet enim eos intolerabilis impetus pugnę, vt nihil ad resistendũ sufficiat. Deinde pandit horũ malorũ causam, quia scilicet passus est pœnam prophanis debitã cum latronibꝰ crucifixus. Et cũ ad hoc peruentum fuerit, sumet finem verbũ dispensationis. Persecutoribus autem accidẽt quæ à prophetis sunt prædicta. Hęc igitur dominus prędixit de futuris regioni Iudęorum: sed discipuli non intelligebãt profunditatem dictorum, putãtes ob futurũ proditoris insultum gladiis opus esse. vnde sequit: At il. dixer. Domine, &c. Chrys. Et quidem si humano eos volebat vti auxilio, nec centũ sufficerẽt gladii: ꝙ si nolebat eos vti humano subsidio, etiã duo superuacui sunt. Theo. Nouit ergo dominus eos reprehendere quasi nõ intelligẽtes, sed dicens satis est, eos dimisit. Sicut cũ nos aliquẽ alloquentes eũ videmus non intelligere quod dicitur, dicimus, bene, sine: ne ipsum molestemus. Quidã autẽ dicunt dominum ironicè dixisse, Satis est. q. d. ex quo duo sunt gladii, sufficiant nobis ad tantã multitudinẽ, quanta nos debet inuadere. Beda. Vel duo gladii sufficiunt ad testimonium sponte passi saluatoris: vnus qui & apostolis audaciam pro domino certandi, & domino virtutem medicãdi doceret inesse: alter qui nequaq̃ vagina exemptus, ostenderet eos nec totũ quod potuere pro eius facere defensione permissos. Amb. Vel quia lex referre non vetat, fortasse Petro duos gladios offerenti satis esse dicit, quasi licuerit vsq; ad euangeliũ: vt sit in lege æquitatis eruditio, in euangelio bonitatis perfectio. Est etiã gladius spiritualis, vt vendas patrimonium & emas verbum quo mentis penetralia vestiuntur. Est etiam gladius passionis, vt exuas corpus, & immolatæ carnis exuuiis ematur tibi sacra corona martyrii. Mouet adhuc quòd duos gladios discipuli ꝓtulerunt, ne fortè vnum noui, vnum veteris testamenti sit, quibus aduersus diaboli armamur insidias. Deinde dicit dominꝰ, Satis est: quasi nil desit ei quem vtriusq; testamenti doctrina munierit.

Gladius quomodo permissus apostolis.

Gladii duo mystice.

*Et egressus ibat secũdum consuetudinẽ in montem oliuarũ. Secuti sunt autẽ illum & discipuli. Et cũ peruenisset ad locũ, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis, & positis genibus orabat, dicens: Pater, si uis transfer calicem istum à me. Verũtamen enim non mea * uoluntas sed tua fiat.*

Beda. Tradendus à discipulo dominus, cõsueti secessus locum quo facillimè reperiri possit, adit. vnde sequitur: Et egressus ibat &c. Cyril. De die nãque conuersabatur Hierosolymis, obscura verò nocte succedente in montem Oliuarũ, cum suis cõuersabat discipulis. vnde subditur: Secuti sunt, &c. Beda. Pulchrè autẽ sui corporis mysteriis imbutos in montẽ oliuarũ discipulos educit, vt omnes in morte sua baptizatos sancti spũs charismate cõfirmandos esse designet. Theo. Post cœnã autẽ nequaq̃ inertia & iocus & somnꝰ occupãt dñm, sed oratio & doctrina. vnde sequitur: Et cũ pue. ad lo. di. il. Orate &c. Beda. Impossibile quidẽ est humanã animã non tentari: vnde non ait, Orate ne tentemini, sed orate ne intretis in tentationẽ: hoc est, ne tentatio vos superet vltima. Cyril. Sed ne solis verbis eis ꝓdesset, pro cedens paululũ orabat. vnde sequit: Et ipse auulsus est ab eis &c. Vbiq; ĩuenies eum semotũ orantẽ, vt discas quòd animo attẽto & corde quieto colloquendũ est cũ deo sublimi. Nõ autem quasi egens alieni suffragii precibus insistebat, qui est oĩpotẽtissima virtus patris: sed vt discamus nõ esse in tentationibus dormitandũ, sed magis orationibꝰ insistendũ. Beda. Solus etiã orat pro omnibus, qui solus erat passurus pro oĩbus: significans tantũ orationem suã, quantũ & passionem à nostrã distare. Augu. de quę. euã. Auulsus est autẽ ab eis quãtum iactus est lapidis, tanq̃ typicè admonuerit, vt in eum dirigerent lapidem. i. vsq; ad ipsum ꝓducerent intentionem legis quæ scripta erat in lapide. Grego. Nisi. Quid autem sibi vult flexus genuũ? de quo dicit: Et posi. ge. ora. humanꝰ quidẽ vsus est pronos terræ supplicare maioribus, facto ostendentes fortiores esse qui rogantur. Palam est autem humanã naturam nihil habere deo cõdignũ. Et ideo honorifica signa quę inuicẽ exhibemus, fatentes nos esse respectu excellentiæ ꝓximi, trãsumpsimus ad obsequia incõparabilis naturę. vnde ille qui nostros lãguores portauit, ac ꝓ nobis intercessit ꝓ hominẽ quẽ sumpsit genuflectit orãdo: sanciens nõ esse subiendũ orationis tẽpore, sed ꝓ oĩa hũilitati conformã-

Moralis doctrina

*rolũta te.

Artis oſtenſio.

dum:quia deus ſuperbis reſiſtit, dat aũt humilibus gratiam. Chry. Quælibet autẽ ars verbis & operibus oſtẽditur ab eo qui docet: quia ergo dominꝰ venerat docturus nos quãlibet virtutẽ,ob hoc eadẽ dicit & facit.vnde quia iuſſerat verbis orare,ne intrarẽt in tentationẽ, hoc etiam opere docet.Sequitur enĩ:Dicẽs,Pater ſi vis trãsfer &c.Nõ dicit,ſivis,quaſi ignorãs an patri placeret: Neq; eĩm magis ardua cognitio eſt hac cognitione paternæ ſubſtãtię,quã ipſe ſolus perſpicaciter nouit,ſe cundum illud:Sicut nouit me pater,& ego noui patrẽ. neq; hoc dicit quaſi reſpuens paſſionẽ.Qui enim cõmi natus eſt diſcipulo volenti eius paſſionem impedire vt ſathanã eum vocaret poſt multa ꝓconia,qualiter crucifigi nolebat? Cur igitur ita dictũ eſt conſideres: quantũ erat audire, ꝙ deus ineffabilis qui quẽlibet ĩtellectum tranſcendit,voluit vterũ ſubire virgineum,lac ſugere, & humana quæq; pati? Quoniã ergo ferè incredibile erat quod erat futurũ: primo quidẽ miſit ꝓphetas hoc nunciantes, poſtea ipſe indutus carne veniens, vt non phantaſma putaretur, permittit carnẽ ferre naturales defectus,eſurire,ſitire,& dormire,laborare,affici & anxiari: ob hoc & recuſat mortẽ, veram humanitatẽ demonſtrãs.Ambro.Dicit ergo. Si vis transfer à me caliſtum:quaſi homo mortẽ recuſans,quaſi deus ſententiã ſuam ſeruãs.Beda.Vel transferri à ſe calicẽ poſtulat,nõ quidem timore patiendi,ſed miſericordia prioris populi,ne ab illo bibat calicẽ propinatũ:vnde & ſignãter nõ dicit,Transfer à me calicẽ,ſed calicem iſtũ, hoc eſt populi Iudęorũ, qui excuſationem ignorãtiæ habere non poteſt:qui me quotidie vaticinantur. Diony. Alexan. Vel quòd dicit,Trãsfer calicem iſtũ à me : non eſt,hoc non aduenĩat mihi:niſi enim aduenerit, transferri non poterit.Igitur vt ſenſit iã præſentem,cœpit affici & triſtari,& quaſi iam ꝓpinquante eo dicit: Transfer calicẽ hunc.Sicut enim quod ꝓterit,nec intactũ eſt nec permanens:ſic & ſaluator leuiter inuadentẽ tentationem flagitat pelli, & hoc eſt non intrare in tentationẽ, qđ conſulit eſſe orandum.pfectiſſimus autẽ modus tẽtationes euitandi manifeſtatur cũ dicitur: Verũtamen non mea volũtas, ſed tua fiat. deus enim inexpertus eſt malorũ. Vult autẽ nobis bona largiri ſupra id quod petimꝰ vel intelligimus:ergo pfectam voluntatem patris quã ipſe nouerat,petit ſortiri effectũ:quæ eadem eſt & ſua ſecũdum deitatem.Renuit autẽ impleri humanã voluntatẽ quã dicit ſuam,paterna volũtate minorẽ.Atha. Geminum eĩm hic velle oſtendit:alterũ quidẽ humanũ, quod eſt carnis: alterũ vero diuinum, humanitas eĩm ob carnis fragilitatẽ recuſat paſſionẽ,ſed diuinus eius affectꝰ affectanter eam ſubiit,eo ꝙ nõ eſſet poſſibile eũ detineri à morte.Greg.Niſ.Apollinaris autẽ aſſerit ꝙ Chriſtus non habuit ſecũdum terrenã naturam ꝓpriam voluntatem,ſed ſolũ in Chriſto eſt volũtas dei,qui de cęlo deſcendit.Dicat ergo quã voluntatẽ vult dñs nequaquam euenire? Neq; deitas aufert ꝓpriã voluntatẽ.Beda.Appropinquans etiã paſſioni ſaluator, infirmantiũ in ſe vocem ſumpſit,vt cũ hoc imminet quod fieri nolumus,ſic per infirmitatẽ petamus vt non fiat, quatenus per fortitudinem parati ſimus vt voluntas conditoris noſtri etiam contra noſtram voluntatem fiat.

Appolli naris error.

Apparuit autẽ illi angelus de cælo confortãs eum. Et factus in agonia,prolixius orabat.Et factus eſt ſudor eius,ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Et cum ſurrexiſſet ab oratione, & uenĩſſet ad diſcipulos ſuos , inuenit eos dormientes præ triſtitia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite & orate,ne intretis in tentationem.

Theo.Vt nobis innoteſceret orationis virtus quate nus eam in aduerſis,ꝓponamus,orãs dñs ab angelo cõfortatur.vnde dicitur: Apparuit autẽ illi angelus, &c. Beda.Alibi legimus quia angeli acceſſerũt & miniſtrabant ei.In documento ergo vtriuſq; naturæ, angeli & ei miniſtraſſe,& eũ confortaſſe dicũtur. Creator enim creaturæ ſuę nõ eguit ꝓſidio,ſed homo factus,ſicut propter nos triſtis eſt,ita ꝓpter nos confortatur. Theo. Quidam autem dicũt:quoniã apparuit ei angelus glorificans eum,& dicẽs:Domine,tua eſt virtus:tu namq; potes cõtra mortẽ & infirmũ genus humanũ liberare. Chry.Et quia non phantaſticè, ſed verè noſtram carnẽ ſuſcepit,vt approbet diſpenſationis veritatẽ,& oppilet hæreticorum ora,quæq;humana ſuſtinet.Sequiť enim: Et factꝰ in ago.proli.orabat.Ambro.Horrent plærique hoc loco qui triſtitiam ſaluatoris ad argumentũ inolitæ potius à principio, quàm ſuſceptę ad tempus infirmitatis inclinãt.Ego autẽ non ſolũ excuſandũ non puto,ſed nuſquã magis pietatẽ eius maieſtatẽq; demiror. Minus eĩm contulerat mihi,niſi meũ ſuſcepiſſet affectũ. Suſcepit enim triſtitiã meam, vt mihi ſuã lætitiam largiretur.Cõfidenter triſtitiam nomino,quia crucẽ ꝓdico.Debuit ergo dolorẽ ſuſcipere vt vinceret. Neq; eĩm habent fortitudinis laudẽ qui ſtuporẽ magis vulnerum tulerint q̃ dolorem.Nos ergo voluit erudire quẽadmodum mortẽ,& quod eſt amplius, futurę mortis mœſtitiam vincerem. Doles ergo dñe non mea ſed tua vulnera.Infirmatus eſt eĩm propter delicta noſtra:& fortaſſe triſtis eſt ideo,quia poſt Adæ lapſum tali tranſitu nobis erat ex hoc ſeculo recedendũ, vt mori eſſet neceſſe. Nec illud diſtat à vero.Sed triſtis erat pro perſecutoribus ſuis, quos ſciebat in malis ſacrilegii pœnas daturos.Grego.24. mor. Appropinquante etiã morte noſtræ mentis in ſe certamẽ expreſſit,qui vim quandã terroris ac formidinis patimur, cũ per ſolutionem carnis æterno iudicio propinquamꝰ:nec immeritò, quoniam anima poſt puſillum hoc inuenit quod ineternũ mutare non poſſit.Theop.Quòd autẽ humanæ naturę foret præmiſſa oratio non autem diuinæ,vt dicunt Arriani, patet etiam ex eo quod ſubdit:Sequitur enim:Et fa.eſt ſu.eius &c.Beda.Nemo ſudorem hunc infirmati deputet,quia cõtra naturã eſt ſudare ſanguinem: ſed potius intelligat per hoc nobis declaratũ quòd effectum iam ſuæ precis obtineret: vt ſcilicet fidem diſcipulorũ quã terrena adhuc fragilitas arguebat,ſuo ſanguine purgaret.Augu.in ſen.Proſpe.Orans etiã cum ſudore ſanguineo dominꝰ ſignificabat de corpore ſuo toto, quod eſt eccleſia manatura martyria.Theo.Vel hoc prouerbialiter dicitur de eo quivehemẽter ſudauit,quòd ſudauit ſanguinẽ.Volens igitur euangeliſta innuere quòd groſſis ſudorum guttis madebat,ſumit guttas ſanguinis ad exemplũ. Poſt hoc autẽ inueniẽs diſcipulos dormiẽtes præ triſtitia improperat eis,ſimul admonens vt oraret. Sequitur enim:Et cũ ſurrexiſſet ab ora.&c.Chry.Erat enim intempeſtũ noctis, & diſcipulorum oculi præanguſtia premebantur, & erat ſomnus non torporis, ſed mœroris.Aug. de con.euan. Non aũt expreſſit hic Lucas quota oratione dominus ad diſcipulos venerit,nihil tamẽ hoc Matthęo & Marco repugnauit.Beda.Demonſtrat autem dominus conſequenter,quia pro diſcipulis oranerit,quos monet orationum ſuarũ vigilando & orando exiſtere participes.Sequitur enim:Et ait illis: Quid dor.ſurgite &c.Theo.Hoc eſt ne à tẽtatione ſuperentur.Hoc enim eſt nõ induci in tentationem,nõ demergi ab ea.Vel ſimpliciter nos iubet orare, vt tranquilla ſit noſtra vita,nec immergamur in aliquod moleſtorum.Diabolicum enim eſt & ſuperbum quenquam ſe in tentationẽ præcipitare:vnde & Iacobus nõ dixit,

Aurea ſententia.

Pura expoſitio.

Cõſentit euã.

Iniicite vos in tentationes: ſed cùm incideritis, omne gaudium exiſtimate,de inuito voluntarium facientes.

Adhuc eo loquente,ecce turba, & qui uocabatur Iudas, unus de duodecim,antecedebat eos, & appropinquauit Ieſu,ut oſcularetur eum.Ieſus autem dixit illi,Iuda,oſculo filiũ hominis tradis? Videntes autẽ hi qui circa ipſum erant quod futurũ erat,dixerũt ei: Domine ſi percutimus in gladio? Et percuſſit unus ex illis ſeruũ principis ſacerdotũ & amputauit auriculã eius dextrã. Reſpõdens autẽ Ieſus,ait:Sinite uſque huc. Et cũ tetigeſſet auriculam eius ſanauit eum. Dixit autem Ieſus ad eos qui uenerant ad ſe,principes ſacerdotum & magiſtratus tẽpli & ſeniores: Quaſi ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus:cum quotidie uobiſcum fuerim in tẽplo, non extendiſtis manus in me. Sed hæc eſt hora ueſtra, & poteſtas tenebrarum.

Glo.Præmiſſa oratione Chriſti,ſubdiť de eius proditione,qua à diſcipulo proditur.Dicitur enim:Adhuc eo lo.ecce turba &c.Cyril.Dicit autem qui vocabatur Iudas,quaſi nomẽ eius habens exoſum. addit aũt vnus de 12.ad ſignificantiã nequitiæ proditoris. Nã qui honoratus fuerat ęquè apoſtolis,factus eſt occaſionis cauſa in Chriſtum.Chryſ.Sicut enim ĩſanabilia vulnerum nec auſteris medicamẽtis obediunt nec demulcentibꝰ: ſic anima vbi ſemel eſt captiuata, & ſeipſã dederit cuicunq; peccato, nullũ emolumentũ ex admonitionibus conſequetur:quod & accidit Iudę à proditione nõ ceſſanti, quãuis omni modo doctrinæ eſſet à Chriſto cohibitus.vnde ſequiť:Ei appro.Ieſu &c. Cyril. Immemor enim gloriæ Chriſti,putauit forſitã poſſe latenter agere, auſus præcipuum dilectionis ſignum organum efficere doli.Chry. Non autẽ diſcedendũ eſt à fratrũ admonitione,quãquam nihil ꝓpter noſtra verba eueniat, nam & riuuli & ſi nullus hauriat, fluunt, & ſi forſan nõ perſuaſerit hodie, poteris forſan eras. Piſcator enĩ per totam diẽ vacua trahens retia,circa ſero piſcẽ capit.vnde dominus,& ſi ſciret Iudã non conuertendũ, non deſtitit facere quæ ſua intererat.Sequitur enim: Ieſus audi.ei:Iuda oſculo &c.Ambro. Per interrogationẽ pronunciandum puto,quaſi amãtis affectu corripiat proditorem.Chryſo. Propriũ autem nomẽ ponit, quod magis dolẽtis erat & reuocãtis, quàm prouocati ad iram. Ambr.Dicit autẽ:Oſculo tradis?hoc eſt amoris pignore vulnus infligis,& pacis inſtrumento mortẽ irrogas? Seruus dominũ,diſcipulus prodit magiſtrũ,electus auctorem.Chryſ.Non autẽ dicit, Tradis magiſtrũ tuum, dominum tuũ benefactorẽ:ſed filium ho.Hoc eſt manſuetum & mitem, qui ſi nõ eſſet magiſter & dominus, quia tamẽ tam ſuauiter erga te geſſit,non eſſet à te prodendus.Ambro.Magna ò domine ſignificatio poteſtatis,magna diſciplina virtutis,& conſilium proditionis aperitur,& adhuc patientia nõ negatur.Oſtẽdit deum quem proderet,dum occulta manifeſtat;: oſtẽdit quem traderet,dum dicit:Filiũ hominis:quia caro nõ diuinitas cõpreheditur.Illud tamen plus confutat ingratum, quòd eũ tradiderit,qui cũ eſſet dei filius, ꝓpter nos filius hominis eſſe voluiſſet.q.d.ꝓpter te ſuſcepi ingrate quod tradis hypocrita.Aug.Hoc ergo dominus cũ traderetur primo dixit quod ait Luc.Iuda &c.Deinde qđ Matthæus amice ad quid veniſti?Deinde id quod Ioãnes cõmemorat: Quẽ queritis? Ambro. Oſculatus eſt aut eum dñs non quo ſimulare nos doceat,ſed vt neque ꝓditorem refugere videreť,& plus afficeret ꝓditorem cui amoris officia nõ negaret.Theo.Zelãtur autẽ diſcipuli & gladios euaginãt.vnde ſequitur: Videntes autẽ hi qui &c.Sed qualiter habent gladios? quia mactauerant agnum, & à menſa diſceſſerant. Alii aũt diſcipuli quærũt an percuterent,ſed Petrus vbiq; feruens ꝓ domino perſuaſionẽ non expectat,percutit ſeruũ pontificis.vnde ſequitur:Et ꝑcuſ.vnus ex illis &c.Aug.de cõ. euang.Qui percuſſit ſecũdum Ioannẽ Petrus erat, quẽ autem percuſſit Malcus vocabatur. Ambro. Eruditus enim in lege Petrus prõptus affectu,qui ſciret Phinees reputatũ ad iuſtitiam ꝙ ſacrilegos peremiſſet,percuſſit principis ſeruũ.Aug.de con.euan.Deinde Lucas dicit: Reſpondens autem Ieſus ait,Sinite vſq; huc.Et hoc eſt quod Matthæus cõmemorat. Conuerte gladiũ tuum in locum ſuũ.Nec moueat quaſi.contrariũ ſit,quòd Lucas hic dicit dominũ reſpondiſſe:Sinite vſq; huc. quaſi poſt iſtam percuſſionẽ ita dictum fuerit, vt placuerit ei vſque huc factum,ſed amplius fieri noluerit: cũ in verbis quæ Matthæus poſuit intelligatur potius totũ factum quo vſus eſt gladio Petrꝰ domino diſplicuiſſe. Illud enim verum eſt,quòd cum interrogaſſent, dicẽtes: Domine ſi percu.in gladio?tunc reſpondit:Sinite huc, id eſt,non vos moueat quod futurũ eſt:permittẽdi ſunt hucuſq; progredi,hoc eſt vt me apprehendãt & impleã tur quę de me ſcripta ſunt.Non eĩm diceret:Reſpondẽs autem Ieſus:niſi ad interrogationẽ eorum reſpõderet, non facto Petri.Sed inter moras verborum interrogãtium dominum,& illius reſpondẽtis, Petrus auiditate defenſionis percuſſit.Sed non potuit ſimul dici quæ ſimul fieri potuerunt, tũc ſicut dicit Lucas ſanauit eum, qui percuſſus erat.Sequitur enim: Et cũ tetigiſſet, &c. Beda.Nunq̃ enim pietatis ſuę dominꝰ obliuiſcitur.Illi iuſto mortẽ inferunt: iſte perſequentiũ vulnera ſanat. Ambro.Sed cũ dominꝰ vulnere cruentũ deterſit,myſteria diuina ſubiecit, vt ſeruus principis mũdi non naturæ conditione,ſed culpæ auris vulnus exciperet,qui nõ audiſſet verba ſapientiæ.Aut ſi Petrus volẽs pcuſſit aurem,docuit ꝙ aurẽ in ſpem habere non deberet,quã in myſterio nõ haberet.Sed quare Petrus? quia ipſe ligãdi & ſoluẽdi adeptus eſt poteſtatẽ,& ideo tollit gladio ſpiritali aurẽ interiorem malè intelligẽtis.Sed dñs ipſe refundit auditũ,demonſtrans & ipſos ſi cõuertãtur,poſſe ſaluari,qui in paſſione dñi vulnerari ſunt,eo ꝙ omne peccatũ fidei myſteriis abluatur.Bed.Vel ſeruꝰ iſte populus eſt Iudęorũ,principibꝰ ſacerdotũ indebito mancipatus officio, qui in paſſione dñi dexterã auriculã.i. ſpiritalem legis intelligentiã perdidit,quæ auris.ſ.Petri gladio deciditur, nõ ꝙ ille ſenſum intelligendi audientibus tollat,ſed diuino ablatũ iudicio negligentibus pãdat. Verũ eadem dextera auris in his qui in eodem populo crediderũt diuina dignatione priſtino eſt reſtituta officio.Sequitur: Dixit autẽ Ieſus ad eos &c. Chryſ.Acceſſerant enim nocte timentes multitudinis impetũ,& ideo dicit:quid vobis opus erat his armis in eum qui vobiſcũ eſt ſemp?& hoc eſt quod ſequitur:Cũ quotidie vobiſcũ fuerim &c. Cyril. Vbi non inculpat dominus præſides Iudæorũ,quod non ſibi maturè parauerant inſidias mortis,ſed arguit eos qui temerè opinabantur eum ſe inuaſiſſe ipſo inuito:ac ſi dicat, Tunc nõ cœpiſtis me quia nolebam,ſed nec nũc poſſetis niſi me ſpõte veſtris ſubiicerẽ manibus.vnde ſequitur:Sed hęc eſt hora veſtra, id eſt paruũ tempus cõceſſum eſt vobis exercendæ in me veſtræ ſuperbiæ patre votis meis faũere.Dicit etiã quòd hæc poteſtas eſt tenebris ,data. i. diabolo & Iudæis iſurgẽdi in Chriſtũ.Et hoc eſt quod ſubditur:Et poteſtas tenebrarũ.Beda,q.d. Ideo aduerſum me in tenebris cõgregamini, quia poteſtas veſtra qua ſic contra lucem mundi armamini, in tenebris eſt. Quæritur autẽ quomodo Ieſus principes ſacerdotum, magiſtratꝰ tẽpli,& ſeniores q ad ſe venerũt alloqui dicať,cũ apud alios euãgeliſtas non ipſos veniſſe, verũ in

Doctrina moralis.

Videat Auguſt. quomodo hæc probet.

Allegorica expoſitio.

Paſſio domini voluntaria.

atrio Cayphę expectantes ministros misisse perhibentur? Sed huic contrarietati respondetur: ꝙ illi non per seipsos, sed per eos quos miserũt ad apprehendendum Christum in suæ iussionis potestate venerunt.

Comprehendẽtes autem eũ, duxerũt ad domum principis sacerdotum, Petrus uero sequebatur eum à longe. Accẽso aũt igne in medio atrij, & circũsedẽtibus illis, erat Petrus in medio eorũ. Quem cũ uidisset ancilla quædam sedentẽ ad lumẽ, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cũ illo erat. At ille negauit eum, dicens: Mulier, non noui illũ. Et post pusillum alius uidens eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus uero ait: O homo, non sum. Et interuallo facto quasi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat, nam & Galilæus est. Et ait Petrus: O homo, nescio quid dicis. Et cõtinuo, adhuc illo loquẽte, cãtauit Gallus. Et cõuersus dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus uerbi domini sicut dixerat, quia priusquam Gallus cãtet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus, fleuit amarè.

Ambro. Non intellexetũt infœlices mysterium, nec venerati sunt tã clementem pietatis affectum, ꝙ etiam hostes suos nõ passus est vulnerari. Dicitur enim: Cõprehendentes autẽ eum duxerunt, &c. Cũ legimus teneri Iesum, caueamus ne putemus eum teneri secũdum diuinitatem, & inuitũ quasi infirmum: tenetur enim & ligatur secũdum corporis veritatẽ. Beda. Princeps autẽ sacerdotum Cayphã significat, qui secũdum Ioan. erat põtifex anni illius. Aug. de con. euã. Sed primo ad Annam ductus est socerũ Cayphæ sicut Ioãnes dicit, q̃ ad Caypham vt Matthęus dicit. Marcus autẽ & Lucas nomen non dicũt pontificis. Chry. Ideo autem ducitur ad domum põtificis, vt de consensu principis sacerdotum singula quęq; facerẽt, illuc eñ omnes conuenerãt Christum prestolãtes: magnus autẽ seruor Petri ostenditur qui nõ aufugit, cũ alios fugiẽtes vidisset. Sequit enim: Petrus vero sequebat, &c. Ambr. Bene à lõge sequebatur, iã ꝓxim⁹ negator, neq; eñ negare potuisset si Christo proximus adhæsisset. Sed in hoc fit reuerendus ꝙ dñm non reliquit, etiã cùm timeret. metus naturę est, cura pietatis. Bed. Quòd aũt ad passionem euntẽ dñm à longe sequit Petrus, significat ecclesiã secuturã, ꝙ est imitatura passionem dñi, sed lõgè differẽter. ecclesia enim ꝓ se patitur, at ille pro ecclesia. Ambr. Iã autem in domo pricipis sacerdotũ ignis ardebat. vnde sequitur: Accenso autẽ igne &c. Accessit Petr⁹ vt calefaceret se, quia clauso dño calor mẽtis iã in eo refriguerat. Chry. Traditę eñ erant Petro claues regni cælorũ, credenda erat ei populorũ innumera multitudo, quę esset inuolucra peccatis. Erat aũt Petrus paulo durior, sicut trũcata serui principis sacerdotũ declarat auricula. Hic igitur tam durus tanq̃ seuer⁹, si donũ non peccãdi fuisset adeptus, quæ venia cõmissis populis donaret? quem diuina ꝓuidentia pmisit ꝙ primo ipse laberet in peccatũ, quo erga peccãtes duriorẽ sententiam, ꝓprii casus intuitu, temperaret: & cũ se calefacere vellet ad prunas, accessit ad eum puella de qua sequit: Quem cũ vidisset ancilla, &c. Ambro. Quid sibi vult ꝙ primo eũ prodit ancilla, cùm viri vtiq; magis potuerint eum recognoscere, nisi vt iste sexus redimeretur per domini passionẽ? Petrus autem prodi tus negat, malo enim negasse Petrum q̃ dominũ fefellisse. vnde sequitur: At il.ne. Mul.non no.illum. Chrys. Quid ais ò Petre? Vox tua repente mutata est, os enim plenum fidei & amoris, in odium perfidiamq; conuersum est: non tibi flagella, nondũ sunt admota tormẽta: qui te interrogat, null⁹ est eorũ qui auctoritate sui possit formidinẽ incutere confitẽti: mulier te simplici voce interrogat, & forte nec proditura confessum, nec tamen mulier, sed puella ostiaria, vile mãcipium. Ambr. Sed ideo negauit Petrus, quia promisit incautè. nõ negat in monte, non in tẽplo, non in sua domo, sed in prętorio Iudæorum. Ibi negat, vbi Iesus ligatus est, vbi veritas non est. Negãs autem dicit, Nõ noui illum: temerarium quippe erat vt diceret, quia nouerat eum, quem mens humana non potest comprehendere: nemo enim nouit filiũ, nisi pater. Rursum secunda vice negat Christum. Sequitur enim: Et post pusil. alius vidẽs eum dixit: Et tu de illis es. Augusti. de con. euange. Intelligitur autem quòd in hac secũda negatione à duob⁹ est compellatus, ab ancilla scilicet quam cõmemorãt Matthæ⁹ & Marcus: & ab alio, quem cõmemorat Lucas. Hoc ergo quod hic Lucas dicit, & post pusillum, iam egressus erat ianuam Petrus & primũ gallus cantauerat vt Marcus dicit. Iam redierat, vt, quemadmodũ dicit Ioannes, ad focum stãs iterum negaret. De qua negatioue sequitur: Petrus ve.ait, &c. Ambro. Maluit enim se negare, quàm Christum, aut quia videbatur negare Christi sanctitatem, vtiq; se negauit. Beda. In hac autẽ negatione Petri, dicimus non solũ ab eo negari Christũ, qui dicit eum nõ esse Christũ, sed ab illo etiam qui cũ sit, negat se esse Christianũ. Ambro. Tertio quoq; interrogatur. Sequitur enim: Et inter.fa.qua.ho. vni⁹ alius qui affirmabat. Verè & hic cũ illo erat. Augu. de con. euang. Quòd Matthæus & Marcus dicũt post pusillũ, q̃tum esset hoc tẽporis manifestat hic Lucas dicendo: Et interuallo facto quasi horę vnius: de hoc autẽ interuallo tacet Ioannes. Item quòd Matth. & Marcus nõ singulari, sed plurali numero enũciant eos qui cũ Petro agebant, cũ Lucas & Ioãnes vnum dicãt, facile est intelligere, aut pluralem numerũ pro singulari vsitata locutione vsurpasse Matthæum & Mareũ, aut quòd vnus maximè tanquã qui eum viderat affirmabat, cętteri autẽ secuti eius fidẽ Petrum simul vrgebãt. Iam verò illud ꝙ Matthęus ipsi Petro dictũ asseuerat, Nõne tevidi in orto? Marcus autem & Lucas inter se illos de Petro locutos, aut sentẽtiam intelligim⁹ tenuisse eos, q̃ cõpellatũ dicũt Petrũ: tãtum enim valet quod de illo corã illo dicebatur, quãtum si illi diceretur: aut vtroq; modo dictũ, & alios hũc alios illum modum cõmemorasse. Beda. Subdit autem: Nam & Gali.est. non quòd alia lingua Galilæi atq; alia loquerent Hierosolymitæ, qui vtriq; fuerunt Hebræi, sed ꝙ vnaquæq; prouincia & regio suas habendo proprietates, vsitatũ loquendi sonũ vitare non possit. Sequtur: Et ait Pe. ò homo nescio quid dicis. Ambr. Hoc est sacrilegia vestra nescio, sed nos excusamus, ipse non excusauit. Non enim satis est inuoluta responsio confitentis Iesum, sed apta confessio. Et ideo Petrus nõ de industria respondisse sic inducitur, ꝙa postea recordatus est: & tamẽ fleuit. Bed. Solet aũt sacra scriptura sæpe meritum causarum per meritũ designare temporũ: vnde Petrus qui media nocte peccauit, ad gallicantũ pœnituit. Sequitur enim: E cõti.i. adhuc lo.gal.can. quod in tenebris obliuionis errauit verę lucis rememoratione correxit. Aug. de cõ.euã. Galli autẽ cantũ post trinã negationẽ Petri intelligimus: sicut Marcus expressit. Beda. Hũc gallũ mysticè opinor aliquẽ doctorum intelligendum, qui iacentes & somnolẽtos increpat dicẽs: Euigilate iusti, & nolite peccare. Chrys. Admirare autẽ curã magistri, quia cũ vinctus esset, multa vtebatur prouisione erga discipulum, quẽ nutu erigens ad lachrymas prouocauit. Sequitur enim: Et conuersus dñs respexit Petrum. Augu. de con. euan. Quod quomodo accipiendum sit diligẽtius considerãdum est. Dicit enim Matthęus, Petrus eñ sedebat foris in atrio: quod non dicebat, nisi illa eũ domino intus agerentur. Similiter & in eo quod dixit Marcus, Et cũ esset Petr⁹ in atrio deorsum: ostendit non solũ in interioribus, sed etiã in superiorib⁹ gesta quæ dixerat. Quomodo ergo respexit dom⁹ Petrũ facie corporali? Quapropter mihi videtur illa respectio diuinit⁹ facta. Et sicut dictũ est, Respice & exaudi me: & conuertere domine & libera animã meã: ita dictum arbitror, Cõuersus dominus respexit Petrũ. Beda. Respicere nãq; eius misereri est, quia non solũ eũ agitur pœnitentia, verũ etiam vt agatur dei misericordia necessaria est. Ambrosi. Deniq; quos Iesus respicit, plorant delictũ. vnde sequitur: Et re.est. Pe.ver.do.q.d. Qu. pr.q̃.ga.ca.ter.me ne. Et egres.fo.Pe.fle.amarè. Quare fleuit? quia errauit vt homo. Iachrymas eius lego, satisfactionem non lego. Lauent lachrymę delictũ, quod voce pudor est confiteri. Negauit primo & secundo & non fleuit, quia adhuc non respexerat dominus. Negauit tertio: respexit eum Iesus, & amarissimè fleuit. & tu si veniã vis mereri, dilue lachrymis culpã tuã. Chry. Nõ autẽ audebat Petrus palàm flere, ne à lachrymis deprehenderetur, sed foras exiens lachrymabatur. Flebat autẽ non propter pœnam, sed quia delictũ negauerat, quod molestius erat ei quolibet supplicio.

Et uiri qui tenebant illũ, illudebant ei cædentes. Et uelauerunt eum, & percutiebant faciem eius. Et interrogauerunt eum, dicẽtes: Prophetiza quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes, dicebant in eum. Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum & scribæ, & duxerunt illum in consiliũ suũ, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis Et ait illis: Si uobis dixero, nõ credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autẽ erit filius hominis sedẽs à dextris uirtutis dei. Dixerũt autem omnes: Tu ergo es filius dei? Qui ait, Vos dicitis quia ego sum. At illi dixerũt: Quid adhuc desideramus testimoniũ? Ipsi enĩ audiuimus de ore ei⁹.

Consen. euange.

Augu. de con. euange. De Petri tẽtatione quæ inter domini contumelias facta est, nõ eodem ordine omnes narrant. Nã illas primo cõmemorat Matth. & Marcus, deinde Petri tẽtationẽ: Lucas vero explicauit prius tentationem Petri, deinde cõtumelias domini, dicens: Et vi. qui tenebant eum &c. Chry. Cæli & terrę dominus Iesus sustinet, & patitur impiorũ ridicula, formã nobis patientiæ præbens. Theo. Necnõ domin⁹ ꝓphetarum vt pseudopropheta deluditur. Sequitur: Et vela.eũ &c. Beda. Hæc quasi in contumeliam faciebant eius qui se à populis prophetam voluit haberi. Sed tunc qui cæsus est colaphis Iudæorũ, cæditur etiam nunc blasphemiis falsorum Christianorum. Velauerũt autem eũ, non vt eorum illa scelera nõ videat: sed vt à se ipsi faciem eius abscondant. Hærerici autem & Iudæi, & mali catholici eum reprobis actibus exacerbantes, quasi ei illudentes, dicunt: Quis est qui te percussit? Dum ab illo suas cogitationes & opera tenebrarũ cognosci nõ æstimãt. Augusti. de con. euange. Hæc autẽ intelligitur passus dominus vsque mane in domo principis sacerdotum, quo prius adductus est. vnde sequitur: Et vt fa. est dies conuenerunt seni.ple. & prin.sa. & scri. & du.eum in consi.di. Si tu es &c. Bed. Nõ veritatẽ desiderabãt, sed calũniam præparabãt. Siquidem Christum hominẽ tantũmodo de stirpe Dauid venturũ sperãtes, hoc ab eo quęrebant, vt si diceret: Ego sum Christus, calumniarẽtur quòd sibi arroget regiã potestatẽ. Theo. Ipse vero sciebat eorum præcordia quòd qui nõ crediderant operibus, multo minus sermonibus crederẽt. vnde sequitur: Et ait il. Si vobis dixero &c. Beda. Sæpe enim dixerat se Christum este: puta cũ dicebat, Ego & pater vnũ sumus, & cætera talia. Si autem inter.nõ respon.mi. neq; dimittetis. Interrogauerat enim eos quomodo dicerẽt Christum filiũ esse Dauid, cũ Dauid in spiritu dominũ suum illũ vocauerit: verũ illi neq; dicenti credere, neq; interroganti respõdere voluerũt. quia autẽ semen Dauid calumniari quærebãt, plus est qđ audiunt. Sequit: Ex hoc autẽ erit fi.homi. se à dex.vir.dei. Theo. q.d. Nõ est vobis de cætero tẽpus sermonũ & doctrinæ, sed deinceps iudicii temp⁹ erit, cũ videbitis me filiũ hominis sedẽtem à dextris virtutis dei. Cyril. Cũ autem de deo sessio dicitur atq; thron⁹, regia & vniuersis principãs dignitas designatur. Nõ enim putam⁹ tribunal quoddam positũ esse cui credam⁹ inniti dominũ omniũ, sed nec omnino dextrum vel sinistrũ esse penes diuinã naturam: proprium eñ est corporũ, figura & locus & sessio. Qualiter aũt paris honoris, paris quoq; cõsessus filius videbitur esse, si non est secũdum naturã filius naturalem in se proprietatẽ habens patris? Theo. Hoc igitur audiẽtes timere debebãt, sed illi post hęc verba magis insaniunt. vnde sequitur: Di.autẽ omnes, &c. Beda. Quòd se filiũ dei dixetat, acceperũt ĩ eo quod ait, Erit fi.hominis. &c. Ambro. Domin⁹ autẽ maluit se regem probare q̃ dicere, vt cõdẽnandi causam habere nõ possint, qui quod obiiciunt, hoc fatentur. Sequit: Qui ait, Vos dicitis quia ego sum. Cyril. Hoc autẽ dicẽte Christo, succensuit pharisæorũ cohors, vsurpans ignominiæ vocem. vnde sequit: At il.di. Quid adhuc desideramus testimoniũ? &c. Theo. Ex quo patet, quòd inobedientes nulla commoda ferunt, reuelatis sibi secretioribus, sed maiorem pœnam acquirunt: propter quod talia oportet eis esse occulta.

Sessio Christi quomodo intelligitur.

CAP. XXIII.

Surgens omnis multitudo eorũ, duxerunt illum ad Pilatum. Cœperũt autem illum accusare, dicentes: Hũc inuenimus subuertentẽ gentem nostram, & prohibentẽ tributa dari Cæsari, & dicentẽ se Christum regem esse. Pilatus autem interrogauit eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait: Tu dicis, Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Cõmouit populum, docens per uniuersam Iudæã, incipiẽs à Galilæa usque huc.

Augu. de cõ.euã. Postquã compleuit Lucas, narrãdo Petri negationem, recapitulauit quæ cũ domino gesta sunt circa mane, cõmemorans quædam quæ alii tacuerunt: atq; ita contexuit narrationẽ, similia aliis narrãs cũ dicit: Et sur.omnis multi.eorũ. &c. Beda. Vt impleretur sermo Iesu quẽ de sua morte prædixit, Tradetur gentibus. s. Romanis. Nã Pilatus Roman⁹ erat, eumq; Romani in Iudęã pręsidẽ miserant. Augu. de con. euãg. Deinde apud Pilatũ gesta sic narrat. Cœperunt autem eũ accu. dicentes: Hũc inue. subuer. gentẽ nostram, & c. Hoc Matthęus & Marcus nõ dixerunt, cũ tamen dicerent ꝙ eũ accusabant: sed iste etiã ipsa crimina quę falso obiecerũt, aperuit. Theo. Euidẽter aũt aduersant veritati. Nõ enim dñs ꝓhibuit dari cẽsum, sed magis dari iussit. Qualiter autẽ populum subuertebat? an vt regnum aggrederetur? sed hoc incredibile cũctis, quia volente multitudine tota eũ in regem eligere, sciẽs fugit. Beda. Duobus autẽ domino obiectis. s. ꝙ tributa Cæsari dari prohibuerit, & se Christũ regem diceret: potuit fieri vt illud quod dñs ait, Reddite quæ sunt Cęsaris Cæsari, etiã Pilatum audisse contigerit. Ideoq; causam hanc quasi apertũ Iudæorum mendaciũ parũpendens, solũ qđ nesciebat de regni verbo ĩterrogandũ putauit. Sequit. Pila.autem interrogauit &c. Theo. Mihi videtur ꝙ hoc à Christo quæsierit cõtemptum obiecti

Mos prouinciarũ

Expostio mora lis de gallo.

criminis ſubſannando.q .d.tu pauper,humilis, nudus, cui nullus adiutor,accuſaris de regni ambitione,ad qđ opus eſt multorum adiutorũ & ſumptuũ.Bed. Eodem autem verbo præſidi,quo & principibus ſacerdotũ reſpondet,vt propria ſententia condẽnetur. Sequitur: At ille reſpõdens ait,&c.Theo.Illi autẽ cum nihil aliud faueret eorum calũniæ,recurrunt ad clamorum ſubſidia.

Innocentia Ieſu. Sequitur:At il.inua.di.Cõm. popu.do.per vniuer. Iudæ.inci.à Gali.vſq; huc.q.d. Peruertit populum nec in vna parte tantũ,ſed à Galilęa incepit, & hucuſq; puenit tranſiens p Iudęã:puto autem eos non abſque cauſa meminiſſe Galilęæ,ſed volentes incutere timorẽ Pilato. Galilęi enim ſchiſmatici fuerũt,& noua tentantes, qualis fuit Iudas Galilæus,cuius in actibus apoſtolorũ fit mentio.Beda.His autem verbis non illũ,ſed ſe accuſant.Docuiſſe enim populũ, & à priſtini tẽporis ignauia docẽdo cõmouiſſe,taliq; actu totam terrã promiſſionis ptranſiſſe,nõ criminis,ſed indicium eſt virtutis. Ambro.Accuſatus autem dñs & tacet,quia defenſione non indiget.Ambiant defendi, qui timent vinci. Non ergo accuſationem tacendo cõfirmat, ſed deſpicit non refellendo.Quid ergo timeret, qui nõ ambit ſalutem? ſolus vim ſuam prodit, vt acquirat omnium.

Pilatus autẽ audiens Galilæam,interrogauit ſi homo Galilæus eſſet.Et ut cognouit quòd de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem,qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus.Herodes autẽ uiſo Ieſu, gauiſus eſt ualde. Erat enim cupiens ex multo tẽpore uidere eum, eo quòd audiret multa de eo: & ſperabat ſignũ aliquod uidere ab eo fieri.Interrogabat autem eũ multis ſermonibus, at ipſe nihil illi reſpondebat. Stabãt autẽ principes ſacerdotum & ſcribæ conſtanter accuſantes eum.Spreuit autem illum Herodes *cũ exercitu ſuo: & illuſit indutum ueſte alba, & remiſit ad* Pilatum. *Et facti ſunt amici* Herodes *&* Pilatus *in ipſa die, nam antea inimici erant adinuicem.*

Beda.Pilatus de pmiſſa accuſatione non interrogandum dominũ ratus,ſed ipſum magis nacta occaſione cupit ab eo iudicando liberũ reddere.vnde dicit: Pilatus autem audiens Ga.inter.ſi homo Galilæus eſſet. Et ne contra eum quẽ inſontem,& propter inuidiam traditũ cognouerat, ſententiãdare cogeretur, Herodi eũ miſit audiendũ:vt ipſe potius eum qui eius patriæ tetrarcha exiſtebat,vel abſolueret,vel puniret.Sequit: Et vt cogno.&c.Theo.In hoc ſequitur legem Romanã,quæ iubebat quemlibet à principe ſuę iuriſdictionis condẽnari.Grego.x.mor.Chriſti autẽ famam Herodes explorare voluit,cum eius miracula videre cõcupiuit. Sequit: Hero.au.vi.&c.Theo.Nõ tanq̃ lucraturus quicquã vti litatis ex eius aſpectu,ſed patiens nouorũ cupidinẽ,credebat videre quendã extraneũ hominẽ, de quo audierat quòd ſapiens & mirificus eſſet.vnde ſequitur:Eo p audi.mul. &c. Volebat etiã audire ab eo quid diceret: & ideo interrogat eũ quaſi irriſoriè ſe habẽs ad ipſum & ipſum ſubſannãs.Sequitur: Interro.autẽ illum multis ſermonibus.Ieſus qui cuncta ratione peregit,& qui teſte Dauid,ſuos ſermones in iudicio diſponit:piũ eſſe iudicauit in talibus habere ſilentiũ.Sermo enim prolatus,ei cui nihil pficit,condẽnationis fit cauſa.vnde ſequitur:Et ipſe nihil ei reſpondebat.Ambro. Tacuit & nihil fecit,quia nec illius credulitas merebatur videre diuina.Et dñs iactãtiam declinabat, & fortè typicè in Herode omnes impii ſignificãtur,qui ſi legi non crediderint & prophetis,mirabilia Chriſti opera in euangelio videre nõ poſſunt.Grego.22.mora.Hoc etiã audientes nos oportet addiſcere, vt quoties auditores noſtri noſtra volunt quaſi laudãdo cognoſcere, nõ autem ſua

Doctrina mortalis.

peruerſa mutare,omnino taceamus: ne ſi oſtentationis ſtudio verbum dei loquimur,&illorũ quę erat culpa,eſſe non deſinat:&noſtra quę non erat,fiat.Multa autem ſunt quæ audientis animũ produnt,maximè ſi auditores noſtri & ſemp laudãt quod audiũt, & nunquã quod laudant ſequũtur.Grego.x.mor. Inquiſitus ergo redẽptor tacuit,expectatus miracula adhibere contempſit, ſeſeq; apud ſe in occultis retinens, eos quos exteriora quærere cõperit,ingratos foris reliquit: magis eligens aperte à ſuperbientibus deſpici,quàm à non credentibus vacua voce laudari.vnde ſequitur:Sta.autem prin. &c.Ambro.Non ocioſum quòd veſte alba induitur ab Herode,immaculatæ tribuens indicia paſſionis, quòd agnus dei ſine macula cũ gloria mundi peccata ſuſciperet.Theo.Tu tamen cõſydera p per ea quę facit diabolus impeditur,cõgerit deriſiones & opprobria in Chriſtum:ex quibus declaratur p dñs ſeditioſus nõ ſit, alio quin non derideretur plebe reddita ſuſpecta,& nouitatibus gaudẽte. Miſſio autẽ Chriſti à Pilato ad Herodẽ ſit amicitiæ cõmunis exordium, quaſi Pilato nõ vſurpante ſibi ſubditos ditioni Herodis.vnde ſubditur:Et fa.ſunt &c.Attende diabolũ vbiq; coniungentẽ diſſũcta, vt Chriſti peragat necẽ. Erubeſcamus ergo nos, ſi cauſa noſtrę ſalutis nec amicos in proprio fœdere conſeruemus.Ambro. In typo etiam Herodis atque Pilati,qui amici ex inimicis per Ieſum Chriſtũ facti ſunt, & plebis Iſraelis & populi gentilis figura ſeruatur, p per domini paſſionem vtriuſq; ſit futura concordia: ita tamen vt prius populus nationum capiat dei verbum, & ad populum Iudæorum fidei ſuæ deuotionem tranſmittat, vt illi quoque gloria maieſtatis ſuæ,corpus veſtiant Chriſti,quod ante deſpexerãt:Bed.Vel hoc Herodis & Pilati fœdus,ſignificat quòd gentiles &Iudęi, genere & religione & mente diſſidentes, in Chriſtianis perſequendis conſentiunt.

Allegorica expoſitio.

Pilatus autem cõuocatis principibus ſacerdotũ & magiſtratibus & plebe, dixit ad illos:Obtuliſtis mihi hunc hominem,quaſi auertentẽ populum:& ecce ego coram uobis interrogãs,nullã cauſam inuenio in homine iſto, ex his in quibus eum accuſatis. Sed neque Herodes. *Nã remiſi uos ad illũ: & ecce nihil dignũ morte actum eſt ei.Emendatũ ergo illum dimittam.Neceſſe autẽ habebat dimittere eis per diẽ feſtum, unũ. Exclamaut autẽ ſimul uniuerſa turba,dicẽs:Tolle hũc, & dimitte nobis Barabbã.Qui erat propter ſeditionẽ quandam factã in ciuitate & homicidiũ,miſſus in carcerem. Iterũ autem* Pilatus *locutus eſt ad eos,uolens dimittere Ieſum. At illi ſuccłamabant dicentes:Crucifige crucifige eum.Ille autẽ tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iſte? Nullã cauſam mortis inuenio in eo.Corripiã ergo illũ,& dimittam. At illi inſtabant uocibus magnis poſtulantes ut crucifigeretur. & inualeſcebant uoces eorum. Et* Pilatus *adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimiſit autem illis eum, qui propter homicidium & ſeditionem miſſus fuerat in carcerem quem petebant, Ieſum uerò tradidit uoluntati eorum.*

Consensus euã.

Augu.de con.euãge.Rediens Lucas ad ea quæ apud præſidem gerebantur,vnde digreſſus erat, vt narraret quod apud Herodem actum eſt,ita dicit:Pilatus autem cõuo.&c.Hic intelligimus eum prętermiſiſſe,quemadmodum à dño quęſierit,qui accuſatoribus reſpõderet. Ambro.Hic Pilatus Chriſtũ abſoluit iudicio, crucifigit miniſterio,ad Herodẽ mittitur,ad Pilatum remittitur.vnde ſequit: Sed neq; He. &c. Etſi vterq; reum nõ pronunciat, ob metũ tamẽ alienæ crudelitatis ſtudiis Pilatus obſequitur.Theo.Duorũ ergo virorũ teſtimonio Ieſus inſons oſtẽditur, Iudæi verò qui accuſabant, nullum teſtẽ obtulerunt: cui credere oporteret. Vide

ergo quomodo ſuperet veritas. Ieſus tacet, & teſtantur inimici:proclamãt Iudæi, & nullus eorũ atteſtatur clamoribus.Beda. Pereant ergo ſcripta quæ tanto poſtẽpore contra Chriſtũ compoſita, non illũ apud Pilatum magicæ artis accuſatum, ſed componentes apud dominum perfidiæ & falſitatis accuſãdos eſſe demonſtrant. Theo.Lentus ergo Pilatus nec ſatis apud veritatẽ ſeuerus,quia timebat accuſationes,ſubiungit: Emendatum ergo illum dimittam.Bed.q.d.Flagris illum& ludibriis quãtum iubetis afficiam, dummodo innoxium ſanguinem nõ ſitiatis.Sequit:Neceſſe aũt ha.dimit.eis &c.Neceſſe habebat nõ imperialis legis ſanctione, ſed annua gentis conſuetudine deuictus, cui per talia gaudebat placere.Theo. Romani eñ Iudęis cõceſſerãt ſecundum leges & ritus ꝓprios conuerſari. Mos autẽ patrius erat Iudæis petere dãnatos à principe,ſicut à Saule Ionathã petiuerunt.vnde & de eorum petitione nũc ſubditur:Excla.autem ſi &c.Ambro.Nõ immeritò homicidæ abſolutionẽ petunt, qui flagitabãt innocentis exitium:tales leges habet iniquitas,vt quod oderit innocentia,ſcelus diligat.In quo tamen nominis interptatio ſpeciem dat figuræ.Barabbas enĩ patris filius latinè dicitur.Illi ergo quibus dicit, Vos ex patre diabolo eſtis:vero dei filio patris ſui filiũ.i.antichriſtũ prędicturi eſſe prodũtur.Beda.Hæret autẽ Iudæis vſq; hodie ſua petitio:quia enim data ſibi optione,pro Ieſu latronem,pro ſaluatore interfectorẽ elegerunt,merito ſalutem vitamq; pdiderunt,& latrociniis ſe ac ſeditionib⁹ intantum ſubiecerũt,vt & patriã & regnum ſuũ perdiderint.Theo. Sic igit gens olim ſancta furit ad cædendum,Pilatus gentilis cędẽ prohibet.Sequitur eñ: Iterum autẽ Pilatus locutus eſt ad eos &c.Bed.Peſſimo enim genere mortis occidere innocentẽ, hoc eſt crucifigere deſyderãt.Pendentes enim in ligno crucifixi, clauis ad lignũ pedibus manibuſq; cõfixis, ꝓducta morte necabãtur,ne dolor citius finiretur.Verũ à domino elẽcta erat mors crucis,quã diabolo ſuperato,tanquã trophęum in frõtibus fideliũ erat poſitur⁹. Theo. Tertio autem Pilatus Chriſtũ abſoluit. Sequitur eñ: Ille autẽ tertio dixit ad illos: Quid enim, &c. Beda. Hãc correptionem qua populo ſatisfacere (ne vſq; ad crucifigendum ſaluatorẽ ſæuirent) Pilatus quærebat,nõ ſolũ obtuliſſe,ſed etiã deridendo & flagellãdo exhibuiſſe verba Ioannis teſtãtur. Quia verò totam accuſationẽ quã aduerſus dñm detulerunt,ſolicita Pilati interrogatione videbant euacuatã,tandem ad ſolas ſe preces cõuertunt.vnde ſequit:At illi inſtabant vocibus magnis, poſtulantes vt crucifigeretur,&c. Theo. Tertio clamant cõtra Chriſtum,vt per trinam hãc vocem,ſuã eſſe occiſionem Chriſti approbent,quã petendo extorſerunt. Sequitur eñ:Et Pilatus adiudicauit fieri petitionẽ eorum. Dimiſit aũt illis eum qui ꝓpter homicidiũ & ſeditionem miſſus fuerat in carcerẽ:Ieſum vero tradidit voluntati eorũ. Chry.Putabãt eñ hoc ſe poſſe aſtruere ꝙ Ieſus deterius eſſet latrone,& adeò nequã vt neq; ꝓ pietate,neq; pro feſti prærogatiua deberet liberari.

Notula de Iudæis.

Et cùm ducerent eũ, apprehenderunt Simonẽ quendã Cyrenenſem uenientẽ de uilla:& impoſuerunt illi crucẽ portare poſt Ieſum. Sequebatur autẽ illum multa turba populi & mulierũ quæ plangebãt & lamentabãtur eũ. Conuerſus autẽ ad illas,dixit Ieſus:Filiæ Hieruſalẽ,nolite flere ſuper me,ſed ſuper uoſipſas flete,& ſuper filios ueſtros. Quoniã ecce ueniẽt dies in quib⁹ dicẽt:Beatæ ſteriles, & uẽtres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite ſuper nos:& collibus, operite nos. Quia ſi in uiridi ligno hæc faciunt,in arido quid fiet? Ducebãtur autem & alij duo nequã cum eo,ut interficerentur.

Cõſensus euã.

Glo.Poſita condẽnatione Chriſti,cõueniẽter agitur de eius crucifixione,eũ dicitur:Et cũ ducerent eum,apprehenderunt Simonẽ quendam Cyrenẽſem venientẽ de villa,& impoſuerũt ei crucẽ portare poſt Ieſum. Augu.de con.euã.Ioannes autẽ narrat quòd Ieſus baiulabat ſibi crucem: vnde intelligitur q̃ ipſe ſibi portabat erucem cũ exiret in eum qui dicit Caluariæ locum.Simon autem in itinere angariat⁹ eſt, cui data eſt portãda crux vſq; ad locũ:nullus enim aliorũ acceptabat crucem baiulare,eo q̃ lignũ deteſtabile putabatur:& ideo Simoni Cyrenæo quaſi in quandã iacturam impoſuerunt crucẽ portare,quam alii recuſabant. Hic adimpletur illud Eſaiæ:Cuius principatus ſuper humerũ eius. Principatus enim Chriſti,eſt crux eius,propterquã ſecũdum apoſtolum,deus eum exaltauit.Et ſicut in ſignũ dignitatis alii baltheũ,alii mitram portãt, ſic & dominus crucem.Et ſi inquiras,inuenies non aliter in nobis regnare Ieſum niſi p aſperitates,quo fit vt delicioſi inimici ſint Chriſti crucis.Ambr.Chriſtus ergo crucẽ baiulans,iam trophęũ ſuum victor attulit:crux ſup humeros imponitur,quia ſiue Simon ſiue ipſe portauerit,& Chriſtus in homine,& homo portauit in Chriſto.Nec diſcordant euangeliſtarũ ſententiæ quando concordat myſterium.Et bonus ordo noſtri ꝓfectus eſt, vt prius crucis ſuę trophęa ipſe erigeret,deinde martyribus tradereterigendũ.Non Iudęus eſt q̃ crucẽ portat,ſed alienigena atq; pegrinus, nec pcedit,ſed ſequit: iuxta hoc quod ſcriptũ eſt,Tollat crucẽ ſuam & ſequatur me.Beda.Simon autẽ obediens,Cyrene hæres interpretatur: vnde per eũ populi gentiũ deſignãtur, qui quondã pegrini & hoſpites teſtamentorum, nũc obediendo facti ſunt dei hæredes.De villa autẽ Simon egrediens crucẽ portat poſt Ieſum,cũ paganis ritibus derelictis, veſtigia dominicæ paſſionis obediẽter amplectitur.Villa enim grecè pogos vocatur,à qua pagani nomen trahũt. Theo.Vel ille tollit crucẽ Chriſti,qui venit à villa.i.dimittit hũc mũdum & opera eius,in Hieruſalẽ, id eſt in ſupernã libertatem tẽdens.Ex hoc etiam nõ modicum ſumitur documentũ.Qui enim ad modũ Chriſti magiſter eſt,debet ipſe prius tollere crucẽ,& timore dei propriam carnem cõfigere:& ſic ſubditis & obedientibus eam imponere.Sequitur aũt Chriſtum etiã multitudo plebis & mulierũ:nã ſubditur, Sequebatur autem &c. Beda.Multa quidẽ turba crucem dñi,ſed nõ vna eadẽque mente ſequebatur. Nã populus qui ei⁹ mortẽ impetrauerat,vt morientem lætus aſpiceret:mulieres vero,vt moriturũ plorarent.Nõ autem ideo ſolus mulierum planctus ſequebatur,quia non etiã innumerus virorum cœtus de ei⁹ erat paſſione mœſtiſſimus,ſed quia fœmineus quaſi contẽptibilior ſexus liberius poterat quod ſenſerat oſtentare. Cyril. Amans etiã lachrymarum eſt ſemp ſexus fœmineus & mentẽ habens flexibilem ad pietatẽ.The.Per hoc etiã ſignificabatur ꝙ multitudo magna Iudæorũ eſſet poſt crucem itura credens in Ieſum. Sed & mens infirma quę ſignificatur per fœminam,ſi ſumpta cordis contritione per pœnitentiam fleat,ſequitur Ieſum,ꝓpter noſtrã ſalutẽ afflictum.Flebant igitur mulieres per compaſſionem.Eum autẽ qui vltro patitur flere nõ oportet,ſed magis ei applaudere, & ideo eas flere vetat.Sequitur eñ:Conuerſus autẽ Ie. ad il.dixit:Filiæ Hieru.nol.fle.ſu.me.Beda. Cuius.ſ.cita reſurrectio mortẽ ſoluere poteſt, cui⁹ mors & omnẽ mortem & ipſum mortis deſtructura eſt auctorem.Notandum autem cũ filias Hieruſalẽ appellat, quòd nõ ſolę quæ cũ eo venerant à Galilæa,ſed & eiuſdẽ vrbis ciues ei mulieres adhæſerunt. The. Mandat deploranti-

tropologia pulchra.

Universidad de Deusto Biblioteca

bus eum in futura mala proſpectũ intendere, & ſup il-
lis flere.ſequitur enim:ſup voſipſas flete &c.Cyril.Si-
gnificãs in futuro mulieres liberis eſſe orbandas: nam
irruente bello in terra Iudæorũ cuncti ſimul peribunt
magni & parui.vnde ſequiť: Quia ecce venient dies in
quibus dicent,&c.Theo. Cũ enim fœminæ crudeliter
ſuos aſſabũt filios, & venter qui produxerat flebiliter,
iterato recipiet genitũ.Beda. In quo die venturę à Ro
manis obſidionis & captiuitatis tẽpus ſignificat, de q-
bus ſupra dixerat: Væ p̃gnantibus & nutriẽtibus in il-
lis diebus.Naturale eſt autẽ imminente captiuitate ho
ſtili,alta vel abdita quibus abſcondantur homines re-
fugia quærere.vnde ſequitur: Tunc incipient mõtibus
dicere, Cadite ſuper nos,& collibus, operite nos. Re-
Hiſtoria Ioſephi. fert enim Ioſephus inſiſtentibus ſibi Romanis, certatĩ
Iudęos cauernas mõtiũ,colliumq; petiſſe ſpelũcas. po-
teſt etiam ꝙ beatificãdas dicit ſteriles de his intelligi,
qui vtrolibet ſexu ſe caſtrauerunt ꝓpter regnum cęlo-
rum montibus collibuſq; dici,cadite ſuper nos, & ope
rite nos:cũ quilibet ſuæ fragilitatis memores ingruen-
te tentationũ articulo, ſublimiũ quorũcunq; virorum
quæſierint exemplis monitis & p̃cibus defendi.Sequi-
tur:Quia ſi in vi.li.hęc fa.in ari.quid fiet?Greg.21.mo
ral.Se lignum viride,& nos lignũ aridũ dixit, quia ip-
ſe in ſe vim diuinitatis habuit:nos vero qui puri homi
nes ſumus, lignũ aridum appellamur.The.q.d.Iudęis:
Si ergo in me lignũ fructiferũ iugiter virens taliter ſę-
uierunt Romani,qđ non attẽtabũt erga vos?populum
dico quaſi lignũ aridũ priuatũ qualibet viuificante vir
tute,nec vllũ fructum ferentẽ.Beda. Vel quaſi oĩbus di
ceret:Si ego qui peccatũ non feci,lignũ vitę appellatus
ſine igne paſſionis à mũdo nõ exeo,quid putas eis ma-
nere tormẽti qui ſunt fructib⁹ vacui? Theo. Malã autẽ
opinionẽ de domino innuere volens diabolus,etiã la-
trones faciebat crucifigi cũ eo.vnde ſequiť:Ducebãtur
autem alii duo nequam cum eo vt interficerentur.

Et poſtquã uenerũt in locũ qui uocatur Caluariæ, ibi cruci
fixerunt eũ:& latrones,unũ à dextris, & alterũ à ſiniſtris.

Athan.Vbi corruptũ eſt genus humanũ,ibi Chriſt⁹
propriũ corp⁹ expoſuit:vt vbi ſeminata eſt corruptio,
ibidem ĩcorruptio oriatur,ꝓpter quod in loco Calua-
rię crucifigitur.Dicitur em̃:Et poſtq̃ venerunt in locũ
qui vocatur Caluarię,ibi crucifixerunt eũ.Quem locũ
Loc⁹ paſſionis Chriſti. doctores Iudæorũ aiunt eſſe ſepulchrũ Adæ.Beda. Vel
aliter:Foris portã loca erant in qbus trũcabanť capita
dãnatorũ,& Caluarię.i.decollatorũ ſumpſerũt nomen.
Et ſic ꝓ omĩ ſalute quaſi noxi⁹ inter noxios crucifigiť:
vt vbi abũdauit peccatũ,ſuperabũdet & gratia. Cyril.
Nõ aũt ipſe vnigenitus fili⁹ dei in ꝓpria natura qua de⁹
eſt,paſſus eſt quę ſunt corporis,ſed magis ĩ natura ter-
rena.Decet em̃ vtrũq; de vno & eodẽ filio dici.ſ. & nõ
pati diuinè,& paſſum eſſe humanitus.Euſe.Si autẽ ali-
ter poſt cõuerſationem cũ hominibus euaneſcẽs ſubito
euolaret fugiẽs mortẽ,ab hominibus cõpararet phan-
taſmati:& quẽadmodum ſi quis incõbuſtibile quoddã
nobis vas,& p̃ualens ignis naturę vellet oſtendere:flã-
mæ illud traderet,& conſequẽter à flãma illud illęſum
extraheret.Sic dei verbũ volens oſtendere inſtrumen-
tum quo vſus eſt ad humanã ſalutẽ,eſſe præualens mor
ti,mortale morti expoſuit,ad demõſtrandam eius natu
ram,deinde poſt modicũ à morte illud eripuit in ſignũ
Cauſæ mortis Chriſti. diuinæ virtutis. Et prima quidẽ cauſa mortis Chriſti
hęc eſt.Secũda verò diuinæ poteſtatis oſtenſio, corpus
Chriſti inhabitantis.cũ enim antiquitus deificarẽt ho
mines cõmunem exitũ mortis ſortitos,quos Heroas &
diuos nominabãt: docuit illũ ſolũ mortuũ,verum deũ
eſſe fatendum,quẽ brauia victoriæ morte proſtrata de-
corant.Tertia ratio eſt victima pro toto genere homi-
num mactãda:quę oblata tota poteſtas dęmonũ periit,
& error quilibet eſt ſedatus.Eſt & alia cauſa ſalutiferę
mortis,vt diſcipuli oculata fide cõſpicerẽt reſurrectio-
nem poſt mortem, ad quã propriam ſpem erigere doce
bantur:vt mortẽ contemnẽtes,agonem contra errores
inirent alacriter.Chry.Non autẽ ſui mortẽ, quam non
habebat cũ ſit vita,ſed hominũ venit cõſumpturus ſal-
uator:vnde nõ ꝓpria morte corpus depoſuit,ſed ab ho
minibus illatã ſuſtinuit . Sed & ſi ægrotauiſſet corpus
eius,& in cõſpectu omniũ ſolueretur,incõueniens erat
eum qui ſanaret aliorũ languores,habere ꝓprium cor-
pus affectũ lãguorib⁹. Sed & ſi abſq; aliquo morbo ſe-
orſum alicubi corp⁹ depoſuiſſet,ac deinde rurſus ſe of-
ferret,nõ crederetur ei de reſurrectione diſſerẽti:opor-
tet em̃ mortẽ reſurrectionẽ pręcedere. Cur ergo reſur-
rectionem palàm quidẽ prædicaret, clãculò vero more
retur?nimirũ ſi latenter hæc eueniſſent quot excogita-
rent homines incredulitatis calũnias? quomodo pate-
ret Chriſti in mortem victoria,niſi corã omnibus eam
patiẽs per incorruptionẽ corporis probaſſet extinctã?
Sed Dices,decebat ſaltẽglorioſam mortẽ ſibi excogita Alta ſententia.
re,vt euitaret ignorantiã crucis,ſed & ſi hoc feciſſet,ſu
ſpectũ ſe reddidiſſet,quaſi nõ habens virtutem contra
quãlibet mortem.Sicut ergo pugil proſternẽs illũ quẽ
hoſtis obtulerit,oſtẽditur excellentior oĩbus:ſic omniũ
vita ab hoſtibus illatã,quam putabãt eſſe diram & in-
famẽ,deteſtabilẽ mortẽ in cruce ſuſcepit, vt hac ĩterẽ-
pta dominiũ mortis totaliter deſtruať:ꝓpter quod nõ
caput ei amputať vt Ioanni,neq; ſectus eſt vt Eſaias:vt
corpus integrũ & indiuiſibile morti ſeruet,& non fiat
occaſio volẽtibus eccleſiam diuidere.Volebat etiã ſup-
portare quã incurreram⁹ maledictionẽ,maledictã mor-
tem.ſ.crucis ſuſcipiẽdo,ſcđm illud: Maledictus homo
qui pendet in ligno.In cruce etiã expãſis manibus mo
ritur,vt altera quidẽ manu veterẽ populũ, altera eos q
ſunt ex gentibus trahat,vtróſq; ſibi coniũgens.Moriẽs
etiam in cruce à dæmonibus expiat aẽrem & aſcenſum
nobis parat in cęlũ. Theo. Quia etiã per lignum mors
intrauerat,neceſſe erat vt per lignum exterminaretur.
& vt dominus per ligni dolores inuictus trãſiens, con-
futaret delectationem prouenientem ex ligno. Grego.
Niſ.Sed & figura crucis à medio contactu in quatuor
extrema partita,ſignificat virtutẽ & ꝓuidentiã eius q
in ea pepẽdit vbiq; diffuſam.Aug. de quæ.no. & ve.te-
ſta.Non fruſtra etiã tale genus mortis elegit,vt latitu- Myſterium crucis.
dinis,& altitudinis,& longitudinis,& ꝓfunditatis(de
quibus apoſtolus loquiť) magiſter exiſteret. Nã altitu
do eſt in eo ligno qđ trãſuerſum deſup figiť,hoc ad bo-
na opera pertinet,quia ibi extendũtur manus.Lõgitu-
do in eo ꝙ ab ipſo ligno vſq; ad terrã cõſpicuum eſt:ibi
enim quodãmodo ſtatur.i.perſiſtitur & pſeueratur,qđ
longanimitati tribuitur. Altitudo eſt in ea ligni parte
quæ ab illo quod trãſuerſum figiť ſurſum verſus relin-
quitur,hoc eſt ad caput crucifixi,quia bene ſperãtium
ſuperna expectatio eſt.Iã vero illud ex ligno qđ fixũ oc
cultatur,vnde totũ illud exurget, profunditatẽ ſignat
gratuitæ gratiæ.Chry.Duos etiã latrones vtrinq; cru-
cifixerũt,vt eorum ſuſpitionis fieret particeps.vnde ſe
quitur:Et latrones vnũ à dextris, alterũ à ſiniſtris: ſed
non ita euenit:nam de illis nil diciť, huius autem crux
vbiq; honorať,reges diademata deponẽtes aſſumũt cru
cem:in purpuris,in diadematibus,in armis, in mẽſa ſa
crata vbiq; terrarum crux emicat:nõ talia ſunt huma-
na.Viuentibus enim iſtis qui egerũt ſtrennuè,arrident
propria geſta:his autẽ pereuntibus,pereũt:ſed in Chri
ſto totum cõtrarium.Nam ante crucem omnia mœſta,

ſcas non purum hominẽ eſſe crucifixum.Beda. Duo au
tem latrones cum Chriſto crucifixi ſignificant eos,qui
ſub fide Chriſti vel agonem martyrii, vel continentiæ
arctioris inſtituta ſubeunt,ſed qui hęc pro æterna glo-
ria faciunt, dextri latronis : qui autem humanæ laudis
intuitu, ſiniſtri latronis actus imitantur.

Ieſus autem dicebat:Pater, dimitte illis. Non enim ſciunt
quid faciunt.Diuidentes uero ueſtimenta eius miſerunt ſor-
tes.Et ſtabat populus expectãs,& deridebãt eum principes
*Seipſũ. *cum eis,dicentes:Alios ſaluos fecit,*ſe ſaluũ faciat,ſi hic eſt*
Chriſtus dei electus. Illudebant autem ei & milites accedẽ-
tes,& acetum offerentes ei, & dicentes: Si tu es rex Iu-
dæorum, ſaluum te fac.

Chry.Quia dñs dixerat,Orate pro perſequentibus
vos,hoc etiam crucẽ aſcendens fecit.vnde ſequitur:Ie-
ſus au.di.Pater dimitte illis.Nõ quia non poſſet ipſe re
laxare,ſed vt nos ꝓ perſequentibus orare doceret,non
ſolum verbo,ſed & opere.Dicit autẽ,dimitte eis,ſi pœ
nituerint. Fauet enim pœnitẽtibus ſi vellẽt poſt tantã
nequitiam reatus p fidem diluere.Beda.Neq; putandũ
eſt hic eum fruſtra oraſſe, ſed in eis qui poſt ei⁹ paſſio-
Oratio Chriſti. nem crediderũt,quod orabat impetraſſe.Notãdum ſa-
nè quòd nõ pro eis orauit qui filiũ dei intellexerũt cru
cifigere,nec cõfiteri voluerũt:ſed pro eis qui neſciebãt
quid facerẽt, zelum dei habẽtes, ſed nõ ſecundũ ſcien-
tiam.vnde ſubdit:Non em̃ ſciunt quid faciũt.Græcus.
Permanentes verò poſt crucẽ in infidelitate nullus per
ignorantiã iuuari putabit dignis miraculis ſonora vo-
ce eum prędicãtibus eſſe deum.Ambr.Refert ergo cõ-
ſiderare qualis crucẽ aſcendat,nondũ enim video, talis
ergo aſcendat,qui ſeculũ vincere parat, vt ſeculi adiu-
Chriſt⁹ nud⁹ crucifixus. men ta non quærat.Victus eſt autẽ Adam qui veſtimen
ta quæſiuit,vicit ille qui tegumenta depoſuit.talis aſcẽ
dit,quales nos auctore deo natura formauit: talis in pa
radiſo primus homo habitauerat, talis in paradiſo ho-
mo ſecundus intrauit.Pulchrè autẽ aſcenſurus crucẽ re
galia veſtimẽta depoſuit, vt ſcias quaſi hominẽ paſſum
eſſe ,non quaſi deũ regẽ & ſi vtrũq; Chriſtus. Ath.Qui
etiam cũctas conditiones noſtras cauſa noſtri ſuſcepit,
induit veſtimenta noſtra,ſigna mortificationis Adę,vt
exuat illa,& horũ vicẽ induit nos vitã & incorruptio-
nem..Sequitur: Diuidẽtes verò veſtimẽta eius miſerũt
ſortes.The.Forſitã eĩ plures eorũ egebãt,vel fortè ma-
gis ad opprobriũ hoc faciebant, & ex quadam laſciuia:
quid enim precioſum inueniebãt in veſtibus? Beda.In
ſorte autẽ videtur gratia dei cõmendata eſſe, quia cùm
ſors mittitur,nõ perſonæ cuiuſquã vel meritis, ſed oc-
culto dei iudicio ceditur.Aug.de con.euã.Hoc quidem
breuiter dictũ eſt à tribus euãgeliſtis. Ioãnes diſtĩctius
hic explicat quẽadmodum hoc geſtũ ſit.Theo. Deludẽ
tes igitur hoc agebant.Nã vbi principes ſubſannabãt,
quid dicere oportet de vulgo?Sequiť enĩ:Et ſtabat po-
pulus qui ſcilicet petierat eũ crucifigi, Expectãs, ſcili-
cet finem, & deridebãt eum principes cũ eis. Augu.de
con.euang.Quia principes dixit nec addidit Sacerdo-
tum,omnes primates generali nomine cõplexus eſt, vt
ibi poſſent intelligi ſcribæ & ſeniores.Beda. Qui etiã
nolentes confitentur ꝙ alios ſaluos fecit. Sequiť enim:
Dicentes,Alios ſaluos fecit,ſeipſum ſaluũ faciat, ſi hic
eſt Chriſtus dei electus.Atha. Dominus autẽ verè ſal-
uator non ſaluando ſeipſum, ſed creaturam liberando
volebat cognoſci ſaluator. Neque enim medicus quia
ſibi medetur, medicus eſſe cognoſcitur, niſi erga lan-
guidos artem probet:ſic domin⁹ ſaluator exiſtens,non
habebat opus ſalute, neque deſcendendo de cruce vo-
lebat cognoſci ſaluator ſed morãdo: multo nãq; maio-
rem ſalutẽ mors ſaluatoris affert hominibus,q̃ deſcen-
ſus de cruce.Gręcus.Videns autẽ diabolus nullum eſſe
ſibi defenſaculũ titubabat,& quaſi aliud nõ valens tẽ-
tauit vlterius ꝓpinari ſaluatori acetũ ad bibẽdum.Se-
quitur enim: Illudebãt autem ei & milites accedẽtes,
& acetum offerẽtes illi, quod cõtra ſeipſum facere dia-
bolus ignorabat.Nã amaritudinẽ iræ ex pręuaricatio- Aceti potati ratio
ne legis factã, qua cunctos detinebat ſaluatori præbe-
bat,quã ille ſumens conſumebat,vt vice aceti vinũ det
nobis in potum,quod ſapientia miſcuit.Theo.Obtule
runt autem milites Chriſto acetũ quaſi regi ſubmini-
ſtrantes.Sequitur enim:Dicẽtes:ſi tu es rex Iudęo. ſal-
uum te fac.Beda.Et notãdum ꝙ Iudæi vocabulũ Chri
ſti ſcripturæ ſibi auctoritate creditum blaſphemantes
irrident. Milites vero vtpote ſcripturarum neſcii non
Chriſto,ſed regi Iudæorum inſultant.

Erat autẽ & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eũ literis Græ-
cis & Latinis & Hebraicis,Hic eſt rex Iudæorũ.Vnus autẽ
de his qui pẽdebant latronibus,blaſphemabat eũ, dicens: Si
tu es Chriſtus,ſaluũ fac temetipſum & nos.Reſpõdens autẽ
alter,increpabat eũ dicens:Neque tu times deũ, quòd in ea-
dem damnatione es.Et nos quidẽ iuſtè: nã digna factis recipi
mus.Hic uero nihil mali geßit.Et dicebat ad Ieſum:Domine,
memento mei cũ ueneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus:
Amen dico tibi,hodie mecum eris in paradiſo.

Theo.Aliã attende ſagacitatẽ dęmonis agitatam in
Chriſtum:triplici enim literarũ figura promulgabat ac
cuſationẽ Ieſu,ne.ſ.quemq̃ tranſeũtiũ lateat,ꝙ ob hoc
ſuſpẽſus fuerat,quia ſe regẽ faciebat.Dicitur enim: E- Myſterium tituli triũphalis.
rat autẽ & ſuperſcriptio ſcripta ſup eum literis Gręcis
& Latinis & Hebr.Hic eſt rex Iudęorũ,per quod ſigni
ficabatur potẽtiſſimas gentiũ,quales erãt Romani:pru
dentiſſimas,quales Gręci:maximè deũ colentes, quale
fuit Iudæorũ gen⁹,ſubiici debere imperio Chriſti.Am
bro.Meritò autẽ ſupra crucẽ ponitur titulus, quia non
humani corporis,ſed diuinæ poteſtatis eſt regnũ quod
habet Chriſtus.Lego titulũ regis Iugæorũ,cũ lego,Re
gnum meũ non eſt de hoc mũdo. Lego cauſam Chriſti
ſuper caput eius ſcriptam cũ lego, Et deus erat verbũ:
caput enim Chriſti,deus.Cyril. Alter autẽ latronũ ea-
dem cũ Iudęis eructabat.Sequitur enim:Vnus autẽ de
his qui pendebãt latronibus blaſphemabat eũ, dicens:
Si tu es Chriſtus ſaluũ fac temetipſum & nos. Alter ve
ro refrenabat voces ipſius.Sequitur em̃:Reſpondẽs al-
ter,increpabat eũ,dicẽs: Neq; tu times deũ,quia in ea-
dem dãna.es.Sed & propriũ reatũ cõfeſſus eſt, ſubdẽs:
Et nos quidẽ iuſtè,nã digna factis recipim⁹.Chry. Hic
fungitur vice iudicis cõdẽnatus, & incipit de veritate
cenſere,qui corã Pilato poſt multa tormenta confeſſus
eſt ſcelera.Quia aliud eſt homo cenſor, quẽ latent inti
ma:& aliud deus, qui mentes penetrat. Et ibi quidem Latro iudex effectus.
poſt confeſſionẽ pœna ſubſequiť,hic autem cõfeſſio fit
ad ſalutẽ:ſed & Chriſtũ pronunciat innocentẽ cũ ſub-
dit,Hic vero nihil mali fecit.q.d.Nouã vide iniuriã,ho
neſtatẽ damnari cũ ſcelere.Nos viuẽtes occidimus, hic
mortuos ſuſcitauit : nos aliena ſumus furati, hic & ſua
iubet tribuere. Beat⁹ igitur latro aſtãtes docebat talia
differens,quibus alterũ increpabat.Sed vt videt extin-
ctos auditus aſtantiũ,redit conſequẽter ad eum qui no
uit præcordia.Sequitur em̃:Et dicebat ad Ieſum: Do-
mine,memento mei cũ veneris in regnũ tuum. Cruci-
fixum aſpicis,& dominũ profiteris:condẽnati vides fi-
guram,& regis prædicas dignitatẽ. Mille malis imbu-
tus,poſtulas iuſtitię fontẽ reminiſci tuæ nequitiæ, ſed
intueor latẽs regnũ: & tu auertis mea publica ſcelera,
& acceptas fidẽ intentionis occultæ.Diſcipulum veri-
tatis vſurpauit nequitia,diſcipulũ nequitiæ non cõmu Nota verba.
tauit veritas.Greg.18. mor. In cruce claui manus eius

pedesq; ligauerãt,nihilq; à pœnis in eo liberũ, nisi cor & lingua remanserũt.Inspirante deo totũ illud ei obtulit,quod in se liberũ inuenit:vt iuxta hoc quod scriptum est, Corde crederet ad iustitiã,ore confiteret ad
Tres virtutes latronis. salutẽ.Tres autẽ virtutes quas apostolus memorat,subitò repletus gratia,& accepit latro,& seruauit in cruce.Fidẽ nãq; habuit,qui regnaturũ deum credidit, quẽ secũ pariter morientem vidit.Spem habuit,qui regni eius aditum postulauit. Charitatẽ quoq; in morte sua vinaciter tenuit,qui fratrẽ & collatronẽ pro simili scelere morientẽ de iniquitate sua redarguit. Ambr. Pulcherrimũ autẽ datur affectandę conuersionis exẽplum, ꝙ tam citò latroni venia relaxetur.Citò ignoscit dñs, quia citò ille cõuertitur:& vberior est gratia,ꝙ̃ precatio:semper eñ dñs plus tribuit,ꝙ̃ rogatur:ille rogabat vt memor sui esset,de dño aũt sequitur: Et dixit illi Iesus,Amen dico tibi,hodie mecũ eris in paradiso. Vita est enim esse cũ Christo: & vbi Christus, ibi regnum. Theo.Et quemadmodũ quisq; rex victoriosus rediens ex triũpho optima prædarũ fert secũ, sic & dñs prædatus portionẽ diabolicarũ prædarũ.s.latronẽ ducit secũ in paradisum.Chry.Erat ergo videre saluatorẽ in medio latronũ,trutinã iustitiæ,trutinãtem fidẽ & infidelitatẽ.Expulit diabolus de paradiso Adã, Christus latronẽ impulit ante totũ orbem,& ante apostolos.Nudo verbo,sola fide in paradisum introiuit,ne quis post errores introitũ desperaret.Attende celeritatẽ à cruce in cœlos,à condẽnatione in paradisum:vt noueris non ad beneuolentiã illius,sed ad clementiã dñm totum fecisse.Si autẽ iam facta est bonorũ retributio, nunquid superuacua erit resurrectio? Si eñ introduxit latronẽ in paradisum,corpus autẽ eius corruptũ remãsit foris, liquet non esse resurrectionẽ corporũ : hæc dicunt illi. Sed caro quæ fuit laborũ particeps,nũquid priuabitur prẽmiis? Audi Paulum dicẽtem:Oportet corruptibile hoc incorruptionẽ induere. Sed si dñs pollicitus est regnum cælorũ,introduxit autẽ latronem in paradisum: nondũ ei retribuit præmia.Sed dicũt,nomine paradisi regnũ cælorũ nominauit,vsitato nomine vtens dũ alloqueretur latronẽ,qui nihil audierat de arduis documẽtis.Quidã autẽ non sic legunt, Hodie mecũ eris in paDistinctio textus. radiso:sed sic,Dico tibi hodie:& cõsequenter,Mecum eris in paradiso.Sed adhuc euidentiorẽ solutionẽ subiungemus:nam medici cũ vident aliquẽ desperatũ, dicunt:iam mortuus est.Sic & latro, quoniã nõ amplius timebatur ei⁹ regressus ad perditionẽ,dicit paradisum introisse.Theo.Hoc tamen est verius oĩbus,ꝙ quanuis omnia promissa sortiti sunt & latro & alii sancti,ne sine nobis cõsummaret,vt dicit in epistola ad Hebræos, sunt tamen in regno cœlorũ & in paradiso, Greg.Nis. Hic iterũ oportet discutere quomodo latro censeat dignus paradiso,cũ sanctis romphea flammea prohibeat introitum?Sed attẽde ꝙ sermo diuinus eã versatilẽ dicit,vt indignis quidẽ obuiet, dignis verò liberũ ad vitam patefaciat aditum. Greg.12.Mor.Vel illa rõphæa flammea versatilis dicitur:ꝓ eo ꝙ scisset quando q; venire tẽpus,vt etiã remoueri debuisset,quãdo.s.veniret
Consen. euange. qui suæ incarnationis mysterio paradisi nobis iter aperiret.Amb.Sed & illud soluendũ est,ꝙa alii.s.Matthę⁹ & Marcus duos cõuitiantes inducũt latrones, iste vnũ conuitiantẽ,vnũ repugnantẽ:fortasse & iste prius conuitiatus est,sed repẽtè cõuersus est. Potuit etiã de vno pluraliter dici,sicut est illud: In caprinis pellibus ambulabant:Secti sunt:cũ solus Elias melotidẽ habuisse, Esaias sectus esse doceatur.Mysticè autem duos latrones populos peccatores significãt per baptismũ crucifigendos esse cũ Christo, quorum dissentio diuersitatem pariter credentium significat.Beda.Quicunq; eñ baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus,per baptismũ autem cùm peccatores essemus,abluimur:sed alii dum deum in carne passum laudant,coronantur:alii dum aut fidem aut opera baptismi habere renuerunt,dono quod accepere priuantur.

Erat aũt ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in uniuersa terra usq; in horam nonã.Et obscuratus est sol,& uelũ templi scissũ est mediũ.Et clamãs uoce magna Iesus,ait:Pater,ĩ manus tuas cõmẽdo spiritũ meum. Et hæc dicens, expirauit.

Cyril. Postq̃ cruci tradiderunt dñm omniũ, mundi machina lugebat propriũ dñm,& tenebrata est lux in meridie secundũ Amos.vnde dicit:Erat autẽ ferè hora sexta,&c. Quod erat manifestum indicium ꝙ forent Consen. euange. passuræ caliginem crucifigentiũ animæ. Augu.de con. euan.Hoc aũt quod de tenebris dictũ est, etiã alii duo Matthæus & Marcus contestant.Addit autẽ Lucas vñ factæ sunt tenebræ,cùm subdit: Et obscuratus est sol. Aug.ter.de ciuit.Quã solis obscurationẽ,non canonico cursu syderũ accidisse satis ostendit,ꝙ tunc erat pascha Iudæorũ,quod plena luna solenniter agit. Regularis aũt solis defectio,nõ nisi fine lunæ cõtingit.Diony. ad Polycar.Apud Heliopolim eñ tunc pſentes inopinabiliter soli lunã incidentẽ videbamus, nõ enim erat conueniens tẽpus, & rursus ipsam à nona hora vsq; ad vesperã ad solis diametrũ supernaturaliter restitutam. Eclipsim etiã illã ex Oriente vidimus inchoatã,& vsq; ad solarem terminũ venientem postea regredientẽ rursus ex eodem non defectũ & repurgationem,sed econtrario secundũ diametrũ factã:talia sunt eius temporis supernaturalia,& soli Christo qui est omniũ causa,possibilia.Græcus.Hoc igitur ꝓdigiũ factũ est, vt pateret ꝙ qui mortem susceperat,gubernator esset totius creaturæ.Amb.Sol etiã occidit sacrilegis,vt funesti spectaculum sceleris obumbraret:tenebræ effusæ sunt oculis perfidorũ,vt fidei lumen resurgeret.Beda.Volens autẽ Lucas miraculũ miraculo adiungere,subiungit: Et velum templi scissum est mediũ.Hoc expirante dño factũ Scissuræ vel signatio. est,sicut Matthæus & Marcus cõtestãtur, sed Lucas ꝓoccupando narrauit.Theo.Per hoc aũt dominus ostendebat,ꝙ nõ erunt vlterius sancta sanctorũ inaccessibilia,sed tradita in manus Romanorũ inquinarentur, & eorum aditus pateret.Amb.Velum etiã scinditur, quo duorũ populorũ diuisio,synagogæ ꝓphanatio declaratur.Scinditur velũ vetus,vt ecclesia noua fidei suæ vela suspendat.Synagogæ velamen suspendit,vt religionis interna mysteria reuelata, mẽtis cernam⁹ intuitu. Theo. Per hoc etiã ostendit,ꝙ velum qđ sequestrabat nos à sacris quæ sunt in cœlo,disrupit.i.dei inimicitia & peccatũ.Amb. Deinde etiã vbi assumptæ mortalitatis impletũ est omne mysterium, & immortalitas sola remansit.vnde sequitur:Et clamans voce magna ait Iesus:Pater,in manus tuas com.spm̃ meũ. Beda. Patrem inuocãdo,filiũ dei se esse declarat:spiritũ verò cõmendando,nõ defectum suæ virtutis, sed confidentiã eiusdem cum patre potestatis insinuat.Ambr. Caro morit vt resurgat,spirit⁹ patri cõmendat, vt cœlestia quoq; ab iniquitatis vinculo soluerent,& pax fieret in cœlo, quam terrena sequeretur.Cyril.Hæc aũt vox edocet ꝙ animæ sanctorũ non deinceps in inferno clauduntur vt prius,sed apud deum sunt,huius rei facto Christo principio.Atha.Cõmendat eñ patri per se vniuersos mortales in se viuificatos,nam sumus membra eius,secundum illud apostoli ad Galatas: Omnes vnum estis in Christo.Greg.Nisc. Decet autem quærere qualiter in eodem tempore dominus tripartitur seipsum: In visce ra terræ,vt dixerat ꝓhariseis:In paradisum dei,vt dixit

latroni:In manus paternas,vt nunc dicit.Sed rectè cõsiderantibus hoc nec quæstione dignũ videtur:nam qui vbiq; est,per diuinã potẽtiã quolibet loco adest. Amb. Cõmendatur ergo patri spiritus,sed cũ sit in superioribus,illuminat & inferna,vt vniuersa redimãtur. Christus enim oĩa,& in Christo oĩa.Greg.Nis.Alia solutio est ꝙ tpe passionis neutrã partẽ humanitatis semel vnita diuinitas dimisit,sed animã de corpore spõte disiunxit,se tamen in vtroq; permanentẽ ostendit.Nã ꝓ corpus in quo mortẽ suscepit, cõfutauit mortis potentiã:
Notãda sentẽtia. per animã verò latroni parauit introitũ paradisi.Dicit autem Esaias de superna Hierusalẽ, quæ a paradiso nõ est alia.Super manus meas depinxi mœnia tua.vnde palàm est,ꝙ existens in paradiso manus patris inhabitabat.Dama.Vel expressius loquendo in sepulchro erat secundũ corpus,in inferno secundũ animã,sed sicut de⁹ & in paradiso cũ latrone,& in throno erat cũ patre, & spiritu sancto. Theo. Clamans verò alta voce expirat, quia inerat ei potestas ponendi animã suã, & eam resumendi.vnde sequitur:Et hoc dicens expirauit. Ambr. q.d.Tradidit spiritũ,quia non inuitus amisit:quod eñ emittitur,voluntariũ est:quod amittitur,necessarium.

Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit deum,dicens:Verè hic homo iustus erat.Et omnis turba eorum,qui simul aderant ad spectaculum istud,& uidebãt quæ fiebant,percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longè,& mulieres quæ secutæ cũ erãt à Galilæa hæc uidentes.

Aug.4.de trini.Cùm post illam vocẽ continuo tradidit spiritũ,hoc maximè qui aderant sunt mirati:longa enim morte cruciabant ligno suspensi.vnde dicitur: Videns autẽ Centurio quod factum fuerat,glorificauit eũ,dicens: Vere hic homo iustus erat. Aug.de con.euã. Non est aũt contrariũ quòd Matthæus viso terræmotu dicit admiratũ Centurionẽ,cùm Lucas dicat hoc eum admiratũ fuisse,quòd emissa illa voce expirasset, ostendens quã potestatẽ habuit,quãdo moreretur.In eo autem quod Matthęus dixit,non solum viso terræmotu, sed addidit & his quæ fiebant,integrũ locũ fuisse demonstrauit Lucæ,vt diceret ipsum domini mortẽ fuisse miratũ.Quòd aũt Lucas etiam ipse dixit: Vidẽs aũt Centurio quod factum erat:in eo genere inclusit oĩa q̃ facta erant in illa hora mirabiliter,tanq̃ vnum mirabile factum cõmemorans, cuius quasi membra & partes erant oĩa illa miracula. Quòd aũt alius dixit Centurionem dixisse:Verè filius dei erat iste.Lucas aũt ait quòd iustus erat,putari potest diuersum : sed vel vtrunq; dictum à Centurione debemus intelligere,& aliud illũ, & aliud istum cõmemorasse:vel fortasse Lucam exprimere sententiã Centurionis, quomodo dixerit Iesum filium dei:fortè enim non eum vnigenitũ æqualem patri Cẽturio intellexerat,sed ideo filiũ dei dixerat, quia iustũ crediderat,sicut multi iusti dicti sunt filii dei.Iam verò quia Matthæus addidit eos,qui cum Centurione erant,Lucas verò hoc tacuit, nõ est contrariũ, cũ alius dicit quod alius tacet: & Matthæus dixit, Timuerunt valde:Lucas autem non dixit, Timuit, sed glorificauit deum,quis non intelligat deum timendo glorificasse?
Implet. ioverbi dei. Theo.Nunc autẽ videtur effectum sortiri quod dominus dixerat, Cùm exaltatus fuero,omnia ad me trahã. Exaltatus nanq; in cruce attraxit latronẽ & Centurionem,sed & quosdã Iudæorũ,de quibus sequitur:Et oĩs turba eorũ qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant &c.Beda.Quòd percutiebãt pectora(qa pœnitẽtiæ luctus indicium est)potest dupliciter intelligi, siue eũ cuius vitã dilexerunt iniustè occisum dolebãt: siue cuius mortem se impetrasse meminerant, hunc in morte amplius glorificatũ tremebant. Notãdũ autem quòd gentiles deum timentes,apertæ cõfessionis voce glorificant:Iudęi percutientes solũ pectora, silentes dominum redeũt.Ambr.O duriora saxis pectora Iudæorũ. Iudex arguit,credit minister,proditor scelus suũ morte condẽnat,elementa fugiunt,terra concutitur,monumenta reserantur,Iudæorum tamen immobilis duritia Iudæorũ duritia. manet orbe cõcusso.Beda.Vnde merito per Centurionem fides ecclesiæ designatur,quæ dei filiũ tacẽte synagoga confirmat.Impletur autem quod dominus patri conqueritur,dicens:Elongasti à me amicum & proximum,& notos meos à miseria.vnde sequitur: Stabant autem omnes noti eius à lõgè.Theo. Sed fœminarum genus olim maledictum,manet & videt hæc omnia.Sequitur enim: Et mulieres quæ secutæ erant &c. Et sic primæ refocillantur iustificationes, vt benedictione à passione profluente sicut & resurrectione.

Et ecce uir nomine Ioseph qui erat Decurio,uir bonus & iustus,hic non cõsenserat consilio, & actibus eorũ.ab Arimathæa ciuitate Iudææ,qui expectabat & ipse regnũ dei. Hic accessit ad Pilatum,& petiit corpus Iesu,& depositũ inuoluit syndone,& posuit illud in monumento excisso,in quo nõdum quisquam positus fuerat.Et dies erat parasceues,& sabbatum illuc esccebat.Subsecutæ autem mulieres quæ cum eo uenerant de Galilæa,uiderunt mouumentum, & quemadmodũ positũ erat corpus eius, & reuertentes parauerũt aromata & unguenta,& sabbato quidẽ siluerunt secũdum mandatũ.

Græcus.Fuerat quandoq; Ioseph occultus Christi discipulus,deniq; vinculum timoris rumpẽs feruẽtior factus dominicum corpus turpiter pendẽs à ligno deposuit:cõparãs preciosam margaritã verborum modestia.vnde dicitur:Et ecce vir noĩe Ioseph qui erat Decurio.Beda.Decurio vocat quòd sit de ordine curię, & Ioseh duritia. officia curiæ administret,qui etiã curialis à procurãdo munera ciuilia solet appellari. Magnæ ergo Ioseph dignitatis apud seculum, sed maioris apud deum meriti fuisse laudatur.vnde sequitur:Vir bonus & iustus &c. Arimathæa ipsa est Ramatha ciuitas Helcanæ & Samuelis.Aug.de con.euan.Dicit autẽ Ioãnes quòd erat discipulus Iesu,vnde & hic subditur : Qui expectabat & ipse regnum dei.Meritò autẽ monet, cur ille qui ꝓpter timorem occultus erat discipulus, ausus sit petere corpus eius,quod nullus eorum qui eum palàm sequebant,auderet.Sequit eñ:Hic accessit ad Pilatum,& petit corpus Iesu.Sed intelligendum est istum fiducia dignitatis hoc fecisse,qua præditus poterat familiariter intrare ad Pilatum.In extremo autẽ illo officio funeri exhibendo minus videtur curasse de Iudæis, quãuis soleret in domino audiẽdo eorum inimicitias deuitare. Beda.Sic igitur per iustitiã meritorum sepeliendo corpori dominico dignus fuit per nobilitatem potentiæ secularis illud impetrandæ.vnde sequit: Et depositum inuoluit in syndone.Ex simplici sepultura domini, ambitio diuitum condẽnatur, qui nec in tumulis quidem possint carere diuitiis.Atha.Enormiter etiã agunt qui condiunt corpora mortuorum,& ea nõ sepeliunt, etiã si sancta sint:quid eñ sanct⁹ aũt maius domini corpore?quod tamen in monumento positũ est,donec die tertia resurrexit.Sequit enim:Et posuit eũ in mo.excisso. Sepultura sua detur. Beda.Scilicet de petra,ne si ex multis lapidibus ædificatum esset post resurrectionẽ suffossis tumuli fundamẽtis ablatus furto diceretur.In nouo etiã ponitur monumento.Nam sequitur:In quo nondũ quisquam positus fuerat,ne post resurrectionẽ cæteris corporibus remanentibus,surrexisse alius suspicaretur, quia verò sexta

Universidad de Deusto
Biblioteca

die homo factꝰ est,rectè dñs sexta die crucifixus humanæ reparationis impleuit arcanũ. vnde sequit: Et erat dies parasceues,quod præparatio interpretat,quo nomine sextam feriã appellabant,quia ea die quæ in sabbatum forent necessaria præparabant.quia verò septimo die requieuit cõditor ab opere suo, sabbato dominus in sepulchro requieuit.vnde sequit:Et sabbatũ illucescebat.Supra aũt legimus,quia stabant oẽs noti eius à longè, & mulieres quæ secutæ erant eum:his ergo notis Iesu post depositũ eius cadauer ad sua remeantibus, solæ mulieres quæ arctiꝰ amabãt funus subsecutæ, quo poneretur inspicere cupiebant.Sequitur eñ: Subsecutæ autẽ mulieres quæ cũ ipso venerãt de Galilæa viderunt monumentũ, & quemadmodũ posi.cor.eius: vt.s. ei tẽpore congruo munꝰ possent suæ deuotionis offerre.Theo.Neq; tamen fidẽ debitam adhuc habebãt,sed quasi puro homini aromata & vnguẽta parabant more Iudæorum,qui talia exhibebant defunctis.vnde sequitur:Et reuertentes parauerũt &c.Beda.Sepulto eñ domino quandiu licebat operari.i.vsq; ad solis occasum vnguentis præparandis erant occupatæ.Mandatũ autẽ erat, vt sabbati silentiũ.i.quies à vespera vsq; ad vesperam seruaretur.Sequitur enim:Et sabbato quidẽ siluerunt secundũ mandatũ.Amb.Mysticè autẽ iustus Christi corpus sepelit.Talis est enim Christi sepultura,quæ fraudẽ iniquitatẽq; non habeat. Meritò autẽ Matthæꝰ hunc diuitẽ dixit.suscipiẽdo enim diuitẽ nescIuit fidei paupertatẽ:iustus corpus Christi operit syndone.Vesti & tu domini corpus gloria sua,vt & ipse sis iustus:& si mortuũ credis,operi tamẽ diuinitatis plenitudine suę, sed & vestitur ecclesia innocẽtiæ gratia. Beda.Ille etiã in syndone munda inuoluit Iesum,qui pura mẽte eum susceperit.Amb.Nec ociosè alius euãgelista monumẽtum nouum dixit,alius monumẽtũ Ioseph: &enim tumulus his paratur,qui sub lege sunt mortis, victor mortis tumulũ suũ non habet.Quæ enim cõmunicatio tumulo & deo? solus enim tumulo includitur, quia mors Christi & si sit cõmunis secundum naturã,specialis est secundũ virtutẽ.Bene autẽ Christus in monumẽto cõditur iusti,vt iustitiæ habitatione requiescat:monumẽtum enim hoc in duritiæ gẽtilis petra iustus excidit penetrali verbi,vt prætẽderet in nationibus virtus Christi,cui pulcherrimè admotus est lapis. Quicunq; in se bene humauerit Christum,diligẽter custodiat, ne eum perdat,néve perfidię sit ingressus.Beda.Quòd autẽ domiꝰ sexta die crucifigitur,septima in sepulchro quiescit:significat quòd in sexta mũdi ætate nos pro domino pati,& velut mundo crucifigi necesse est.In septima verò.i.post mortẽ,corpora quidẽ in tumulis,animæ verò cum domino requiescunt Vsq;nũc & mulieres sanctę.i.animę humiles,dilectione feruẽtes,passioni Christi diligẽter obsequuntur:& si fortè valeãt imitari, sedula curiositate quo ordine sit eadem passio completa perpendunt:qua lecta,audita, recordata, mox ad parãda se opera virtutum quibus Christus delectetur conuertunt,vt futura præsentis vitæ paraseeue, & requie beata,tẽpore resurrectionis occurrere Christo valeant cum aromatibus spiritualium actionum.

Parasceues ratio

Nota misterium.

CAPVT XXIIII.

VNA autẽ sabbati ualde diluculo uenerunt ad monumentũ, portantes quæ parauerãt aromata,& inuenerunt lapidẽ reuolutum à monumẽto, & ingressæ non inuenerunt corpus domini Iesu. Et factũ est dum mẽte consternatæ essent de isto,ecce duo uiri steterunt secus illas in uestę refulgenti. Cũ timerent autem, & declinarent uultum in terrã,dixerũt ad illas:Quid quæritis? uiuentẽ cum mortuis?non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter loquutus est uobis, cũ adhuc in Galilæa esset, dicẽs: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominũ peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt uerborũ eius,& regressæ à monumento, nunciauerunt hæc omnia illis undecim,& cæteris omnib⁹. Erat aũt Maria Magdalene & Ioanna,& Maria Iacobi, & cæteræ quæ cũ illis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc. Et uisa sunt ante illos,sicut deliramentũ uerba ista, & non crediderunt illis. Petrus autẽ surgens cucurrit ad monumentum, & procumbens uidit linteamina sola posita,& abiit secum mirans quod factum fuerat.

Beda.Religiosæ mulieres non solũ in die parasceue, sed etiã sabbato transacto.i.sole occidente,mox vt operandi licentia remeauit,emerũt aromata,vt venientes vngerẽt corpus Iesu,sicut Marcus testatur:prẽoccupãte tamen iam noctis articulo monumentũ adire nõ valuerunt.Et ideo dicit:Vna autẽ sabbati valde diluculo &c.Vna sabbati siue prima sabbati,prima est à sabbato,quã diem dominicã propter domini resurrectionem mos Christianꝰ appellat.Quod aũt valde diluculo mulieres venere ad monumentũ,magnus quærẽdi & inueniendi dominũ feruor charitatis ostenditur.Amb. Sed magna oritur hoc loco pleriſq; dubitatio: siquidẽ hic valde diluculo,Matthęus vespere sabbati mulieres ad monumentũ veniſſe dixerũt:sed euangelistas de diuersis putes dixisse tẽporibus, vt primas alias mulierũ & alias coniicias visiones.Quod aũt scriptũ est, Vespere autẽ sabbati,quę lucescit in prima sabbati resurrexisse dominũ:sic tẽperandũ est,vt neq; mane dominica quæ est prima post sabbatũ, neq; sabbato resurrectio facta credatur:nã quomodo triduũ cõpleꝰ?Non ergo vesperascẽte die,sed vespere noctis resurrexit.Deniq; Græc. Serò dixit. Serò aũt & horã significat in occasu diei & rei cuiuslibet tarditatẽ:quo si dicas,Serò mihi surgẽdũ est.Est ergo & sero tẽpus noctis profundũ: vnde & mulieres ad monumentũ accedẽdi habent facultatẽ custodibus quiescentibus.Et vt scias nocte factum,mulieres aliæ sciunt,alię nesciunt.Sciunt q̃ obseruãt noctibus & diebus,nesciũt q̃ recesserunt.Nescit vna Maria Magdalene secundũ Ioannẽ. Nam eadẽ & ante scire,& postea nescire non potuit:ergo si plures Mariæ, plures etiam fortasse Mariæ Magdalene:cũ illud nomẽ personæ sit, hoc sumatur à loco.Aug.de consen.euãg.Vel Matthæꝰ à prima parte noctis quod est vespere,ipsã voluit nocte significare,cuius noctis fine venerunt ad monumẽtum: & hoc ea de causa,quia iam à vespere parauerant,& licebat afferre aromata trãsacto sabbato.Euseb. Iacebat autẽ organũ verbi extinctũ,magnus verò lapis claudebat sepulchrũ,quasi mors eũ duxisset captiuũ:sed nondum lapso triduo, vita se promit iterũ post sufficiẽtem mortis coniunctionem.vnde sequitur: Et inuenerũt lapidem &c.Theo.Nam angelus reuoluerat eũ: vt testatꝰ Matthæus.Chryſ.Amotus est autẽ lapis post resurrectionem propter mulieres, vt credãt resurrexisse dñm videntes monumẽtũ vacuũ corpore.vnde sequitur: Et ingressę non inuenerũt cor.do.Ieſu.Cyril. Cũ igit̃ non inuenissent corpus Christi qđ resurrexerat,ducebantur diuersis cogitationibus: & ꝓpter amorem Christi & adhibitã solicitudinem,meruerũt visionẽ angelicã. Sequit̃ eñ:Et factũ est dũ mente cõsternatæ essent &c. Euseb.Iocũditatis & gaudii indicia salutiferæ resurrectionis,& fulgentes amictus præstantes. Moyses enim plagas Aegyptiis præparãs in flãma ignis angelũ perspexit,sed nõ tales visũ sunt mulierib⁹ in sepulchro,sed mites & hilares,quales decebat cõspici ī regno & gaudio dñi.Et sicut in passione eclypsatus est sol, mœroris & angustiæ signa promẽs crucifigẽtibus filiũ dei,ita angeli vitæ ac resurrectionis prẽcones habitũ salutiferi festi candidati designabãt. Ambr.Sed quomodo Marcus vnũ iuuenẽ in albis sedentẽ,Matthæus vnũ,Ioannes & Lucas duos angelos in albis sedentes visos esse memorauerũt?Aug.de con.euan. Possumus intelligere vnum angelũ visum à mulieribus,& secundũ Marcũ,& sc̃dm Matthæũ,vt eas ingressas in monumentũ accipiam⁹.s. in aliquod spaciũ quod erat aliqua materia cõmunitũ ante illũ saxei sepulchri locũ,atq; ibi vidisse angelũ sedentẽ à dextris quod dicit Marcus: deinde intus ab eis dum inspicerent locũ in quo iacebat corpus dñi,visos duos alios angelos stantes,sicut dixit Lucas locutos ad earundẽ exhortandũ animũ & ædificandã fidẽ. vnde sequitur:Cùm timerent autẽ &c.Beda.Sanctæ mulieres astãtibus sibi angelis non in terrã cecidisse,sed vultum dicunt̃ in terrã declinasse: nec quẽpiã sanctorũ legimus tẽpore dñicæ resurrectiõis,vel ipsi dño vel angelis sibi visis terræ prostratũ adorasse:vnde mos obtinuit ecclesiasticus,vt vel in memoriã dñicæ,vel nostræ spem resurrectionis oĩbus dñicis diebus,& toto quinquagesimo tẽpore non flexis genibus,sed declinatis in terram vultibus oremus.Non erat autẽ in monumento(qui locus est mortuorũ)quærendus ille qui ad vitã resurrexit à mortuis.Et ideo subdit:Dixerunt ad illas.s.angeli ad mulieres,Quid quęritis?viuẽ.cũ mor.nõ est hic,sed surrexit.Die aũt tertia sicut ipse inter discipulos tã viros q̃ fœminas prædixit,resurrectiõis suę triũphũ celebrauit.vnde sequit:Reco.quali.locu.est &c.Die nãq; paraseeuę hora nona spiritũ tradens,vespere sepultus, mane prima sabbati resurrexit.Atha. Poterat siquidẽ statim suscitare corpus à morte. Sed dixisset aliquis eum nequaquã fuisse,vel nõ plenè mortẽ ei inhæsisse: & fortasse si resurrectio dñi fuisset dilata, latuisset incorruptionis honor.Vt igitur corpus ostẽderet mortuũ vniꝰ interpellationẽ diei passus est: & tertia die corpus suũ incorruptũ demonstrauit.Beda. Vno etiã die in sepulchro & duabus noctibus iacuit,quia lucem suæ simplæ mortis,tenebris duplæ nostræ mortis adiunxit. Cyril. Instructæ aũt mulieres angelorũ affatibus acceleꝛãtes, retulerunt discipulis.vnde sequitur:Et recordatæ sunt verborũ eius,& regressæ à monumento,nunciauerunt hęc oĩa illis vndecim,& cæteris oĩbus.Nãq; fœmina q̃ quondã mortis fuit ministra,venerandũ resurrectionis mysteriũ prima percepit & nunciat. Adeptũ est igitur fœmineũ genus ad ignominiæ absolutionẽ & maledictionis repudiũ.Amb. Mulieribus autẽ docere in ecclesia non permittit̃,sed domi viros suos interrogant.Ad eos ergo fœmina mittit̃,qui domestici sunt. quæ autẽ fuerint hæ mulieres ostendit,subdens: Erat aũt Maria Magdalene.Beda.Ipsa est soror Lazari. Et Ioãna vxor Cusæ procuratoris Herodis. Et Maria Iacobi.i.mater Iacobi minoris & Ioseph.Et cõmuniter de aliis subditur:Et cæteræ quæ cũ eis erant,q̃ dicebãt ad apostolos hæc.Vt enim perpetui reatus apud viros mulier opprobrium non sustineret,quę culpã viro transfuderat,trãsfudit & gratiã.Theop. Est aũt naturaliter incredibile mortalibus resurrectionis miraculũ.vnde sequitur: Et visa sunt ante illos &c.Beda. Quod nõ tam illorũ infirmitas,q̃ nostra(vt ita dicam) futura firmitas fuit. Ipsa nanq; resurrectio illis dubitantibus per multa argumẽta monstrata est,quę dum nos legentes agnoscimus,de eorũ dubitatione solidamur.Theo. Petrus aũt hoc audiens tollit moras,& vadit ad monumentum, quia nec ignis nouit moras ingestꝰ materiæ. vnde sequitur:Petrus aũt surgens cucurrit ad monumentum.Euseb.Solus eñ ipse credit fœminis dicẽtibꝰ se angelos vidisse, & cùm esset eximii affectus præ cæteris,sedulũ se promebat,passim circũspiciens dñm.vnde sequitur:Et ꝓcumbens vidit sola linteamina posita.Theo. Cùm aũt ad monumentũ fuisset,hoc primo cõsecutus est,vt miraretur q̃ prius ab ipso vel ab aliis deridebãtur.vnde sequitur:Et abiit secũ mirãs quod factũ fuerat.i.apud se mirans rei euentum, qualiter sola linteamina derelicta fuere corpore myrrha perunctо: vel quantã opportunitatem habuisset fur,vt hic semotim inuoluta dimittẽs, circũstantibus militibus corpus auferret. Aug.de con. euang.Intelligit autẽ hoc Lucas recapitulando posuisse de Petro.tũc enim cucurrit Petrus ad monumentũ, quando & Ioannes,cùm tantũmodo à mulieribus prẽcipuè à Maria Magdalene nunciatũ eis fuerat de corpore ablato:postea autẽ facta sunt hæc de visione angelorum.Ideo aũt Lucas Petrũ solũ cõmemorauit: quia illi primitus Maria nunciauerat. Itẽ potest mouere q̃ Petrum non intrantẽ,sed procumbentẽ dicit Lucas : sola linteamina vidisse & discessisse mirantẽ,cũ Ioannes dicat ita se linteamina vidisse posita,& seipsum post Petrum intrasse.Sed intelligendũ est Petrum primo procumbentẽ vidisse:quod Lucas cõmemorat, Ioannes tacet:pòst autẽ ingressus est anteq̃ Ioannes intraret.Beda.Iuxta intellectum verò mysticũ per hoc q̃ mulieres valde diluculo veniũt ad monumentũ, datur nobis exemplũ discussis vitiorũ tenebris ad dñi corpus accedere.Nã & sepulchrum illud figurã dñici habebat altaris, in quo corporis Christi mysteria nõ in serico, nõ in pãno tincto,sed instar syndonis quo eũ Ioseph ĩuoluit in linteo puro debent cõsecrari:vt sicut ipse verã terrenæ naturæ substãtiã pro nobis morti obtulit, ita & nos in cõmemoratione ipsius purum de terrę germine candidũq;, & multimodo quasi mortificationis genere casti gatũ,altari linũ imponamus.Aromata aũt q̃ mulieres deferũt,significãt odorẽ virtutũ & orationũ suauitatẽ, quibus altari appropinquare debem⁹. Reuolutio autẽ lapidis insinuat reserationẽ sacramentorũ,q̃ tegebãtur velamine literæ legis,q̃ in lapide scripta est, cuiꝰ ablato tegmine corpus domini mortuum nõ inuenitur, sed viuum euãgelizatur.quia etsi cognouimus sc̃dm carnẽ Christũ,sed iam nunc nõ nouimus. quomodo aũt posito in sepulchro corpore dñi angeli astitisse legunt̃, ita etiam tẽpore consecrationis mysterii corporis Christi assistere sunt credendi. Nos ergo exemplo deuotarum mulierũ,quoties mysteriis cœlestib⁹ appropinquam⁹, propter angelicã præsentiã, seu propter reuerentiã sacrę oblationis,cum omni humilitate vultum declinemus in terram,nos cinerem & terram esse recolentes.

Consen. euange.

Petri admiratio.

Mysticа expositio sepulturæ.

Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellũ, quod erat in spacio stadiorũ sexaginta ab Hierusalem nomine Emaus,& ipsi loquebantur adinuicẽ de his oĩbus quæ acciderant. Et factum est dum fabularentur, & secũ quærerent,& ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autẽ illorum tenebantur ne eum agnoscerẽt,& ait ad illos:Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicẽ ambulantes, & estis tristes? Et respõdens unus cui nomẽ Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalẽ,& non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit:Quæ? Et dixerunt,de Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta,potens in opere & sermone coram deo in omni populo,& quomodo cũ tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationẽ mortis, & crucifixerunt eũ? Nos autẽ sperabamus,quia ipse esset redẽpturus Israel. Et nunc super hæc oĩa,tertia dies est hodie quòd hæc facta sunt. Sed & mulieres quædã ex nostris terruerũt nos,quæ ante lucem fuerũt ad monumẽtũ,& nõ inuẽto corpore eius,uenerũt

Concor. euange.

Mulierũ religio.

dicẽtes se etiã uisionẽ angelorũ uidisse, qui dicunt eũ uiuere. Et abierũt quidã ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum uerò non inuenerunt.

Glo. Post manifestationẽ resurrectionis Christi per angelos mulieribus factã, manifestatur vlterius eadem resurrectio per ipsius Christi apparitionem discipulis. vnde dicitur: Et ecce duo ex illis ibãt &c. Theo. Quidam alterũ horum duorum Lucam inquiunt esse, & ob hoc suum nomen occultasse. Amb. Vel duobus discipulis seorsum dominus iam se vespere demonstrat. s. Ammaoni, & Cleophæ. Aug. de con. euan. Castellum autẽ illud non absurdè accipimus, etiã villam secundũ Marcum potuisse appellari. Deinde castellum describit, dicens: Quod erat in spacio stadiorũ sexaginta ab Hieru
Emaus Nicopolis. salem, nomine Emaus. Ipsa est Nicopolis ciuitas insignis Palæstinæ, q̃ post expugnationẽ Iudææ sub Marco Aurelio Antonio principe restaurata, cũ statu mutauit & nomẽ. Stadiũ autem, quod author, vt Græci dicũt, Hercule, viarũ spacia mẽsurat, octaua est pars miliarii. Et ideo sexaginta stadia septẽ milia passuum & quinquaginta significat, quod spatiũ itineris eis qui de morte & sepultura domini certi gradiebant de resurrectione domini dubii. Nam resurrectionẽ quæ post septimã sabbati facta est octauo numero cõtineri nullus ambigit. Discipuli ergo qui de domino loquẽtes incedunt, sextum miliariũ cœpti itineris cõpleuerãt, quia illum sine querela viuentẽ vsq; ad mortẽ quã in sexta sabbati subiit peruenisse dolebant. Cõpleuerant & septimũ, quia hunc in sepulchro nõ dubitabãt quieuisse. Sed de octauo dimidiũ tantũ peregerant, quia gloriã iam celebratę resurrectionis non credebãt perfectè. Theo. Prędicti autẽ discipuli loquebant̃ de his adinuicẽ quæ acciderãt, non quasi credentes, sed sicut stupentes in rebus extraneis. vnde sequitur: Et ipsi loquebant̃ adinuicem de his oĩbus quæ acciderant. Beda. Loquẽtes autẽ de se dominus appropinquãs comitatur, vt & fidem resurrectionis mẽtibus eorũ incendat, & quod se facturũ promiserat impleat. s. vt vbi sunt duo vel tres in noĩe meo congregati, ibi sum in medio eorum. vnde sequitur: Et factũ est dum fabularent̃ &c. Theo. Obtento enim iam spiritali corpore non obstat loci distantia quin adesset quibus volebat, nec vlterius naturalibus legibus corpus suum regebat, sed spiritaliter & supra naturã: vnde vt Marcus dicit, sub alia forma eis videbat, in qua non concedebatur eis eius cognitio. Sequitur enim: Oculi autem eorũ tenebantur ne illum agnoscerent, vt. s. totã suam dubiam intentionẽ reuelent, & vulnus detegẽtes recipiant medicinã, & vt cognoscerent q̃ quanuis corpus ipsum quod passum fuerat resurrexerit, non tamen amplius tale erat vt esset oĩbus visibile, sed tantũ ab his à quibus vellet videri, & vt nõ dubitẽt quare de cætero non conuersatur inter plebẽ, quia. s. post resurrectionem cõuersatio eius non esset digna hominibus, sed diuina magis, quod etiã est forma resurrectionis futuræ, in qua sicut angeli conuersabimur & filii dei. Greg. in hom. Conuenienter etiã eis speciem quã recognoscerẽt, non ostendit, hoc agens foris in oculis corporis, quòd apud ipsos agebat int⁹ in oculis cordis. ipsi nanq; apud seipsos intus, & amabant, & dubitabant. De se ergo loquentibus præsentiã exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suę speciẽ abscondit, verba quidem eis cõtulit. Nam sequitur: Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones &c. Græcus. Conferebant quidẽ inter se quasi non amplius expectãtes Christũ viuentẽ, sed doloroſi quasi perempto saluatore. vnde sequit̃: Et respõdẽs vnus &c. Theo. q. d. Tu solus peregrinus, & extra confinia Hierusalem habitans, & expers eorũ quæ in medio eius contigerunt, & hæc ignoras? Beda. Vel hoc dicit, quia peregrinum putabant eũ, cuius vultũ non agnoscebãt: sed reuera peregrinus erat eis, à quorũ naturæ fragilitate percepta iam resurrectionis gloria longè distabat, & à quorum fide vtpote resurrectionis eius nescia manebat extraneus. Sed adhuc dominus interrogat. Nam sequitur: Quibus ille dixit, Quæ? Et ponitur eorũ respõsio, cũ subditur: Et dixerunt ei, De Iesu Nazareno qui fuit vir propheta. Prophetã fatentur, filium dei tacent. Vel nondũ perfectè credentes, vel soliciti ne incideret in manus Iudæorum persequentiũ, quia nesciebãt quis esset quod verũ credebant celãtes. Ad cuius commendationẽ subditur: Potens in opere & sermone. Theop. Primo quidẽ est opus, secundo sermo: nullus enĩ doctri
Doctrina mora. næ sermo approbatur, nisi prius is qui docet, se ostẽdat li. authorẽ: præcedit enĩ opus aspectũ: nam nisi mundaueris intellectus speculũ per opera, nõ emicat decor optatus. Adhuc autẽ subditur: Coram deo & omni populo. Nam primo cõplacendũ est deo, deinde curandũ quantum possibile est de innocentia apud homines, vt præcedente diuino cultu viuamus sine scãdalo plurimorũ. Græcus. Deinde assignat̃ causa tristitię, traditio & passio Christi, cùm sequitur: Et quomodo tradiderũt &c. Subditur autem desperantiũ vox, cùm dicitur: Nos aũt sperabamus q̃ ipse esset redẽpturus Israel. Sperabam⁹, inquit, nõ speram⁹, ac si mors domini similis esset mortibus aliorũ. Theo. Expectabant enim Christũ saluatorum & redempturũ populũ Israel ab insurgentibus ma
Apostoloriũ differentia. lis, & à seruitute Romanorũ, ipsum quoq; credebant terrenum regẽ fieri, quem putabãt promulgatam in se mortis sententiã cauere potuisse. Beda. Meritò ergo tristes incedebant, quia & seipsos quodãmodo arguebãt quòd in illo redemptionẽ sperauerint, quem iam mortuum viderant, nec resurrecturum credebãt: & maximè dolebant eum sine causa occisum, quem nouerant innocentem. Theo. Videntur tamen hi viri nõ omnino increduli esse per hoc quod subditur: Et nunc super hæc oĩa, tertia dies est hodie, q̃ hæc facta sunt. In quo videtur habere memoriam eius, q̃ eis dominus dixerat se tertia die resurrecturum. Græcus. Porrò relatam à mulieribus resurrectionis famam cõmemorat, cùm subditur: Sed & mulieres quædã ex nostris terruerunt nos, &c. Dicunt quidem hoc, quasi nõ credẽtes, propter qđ referunt se territos. i. stupefactos. Non enim quod erat eis relatum, firmum æstimabant, aut angelicã illumination fuisse, sed stuporis & turbinis causam inde sumebant. Testimonium quoq; Petri non certũ æstimabant, dum diceret se non vidisse dominũ, sed resurrectionẽ eius cõiicere ex eo q̃ corpus ipsius in sepulchro nõ iacebat. vnde sequitur: Et abierunt quidã &c. Aug. de con. euan. Cùm autem Lucas dixerit Petrum accurrisse ad monumentũ, & Cleophã dixisse ipse retulerit, q̃ quidam eorum ierant ad monumentum, intelligitur attestari Ioanni quòd duo ierint ad monumentum, sed Petrum primò solum cõmemorauit, quia illi primitus Maria nunciauerat.

Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde ad credendũ in omnibus quæ locuti sunt prophetæ? Nõne hæc oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriã suã? Et incipiens à Moyse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in oĩbus scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant, & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illũ, dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies, & intrauit cũ illis. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panẽ, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eũ. Et ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt adinuicẽ: Nõne

cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem: & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes, quòd surrexit dominus uerè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabãt quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Theo. Quia p̃dicti discipuli nimia dubietate laborãt, dñs eos redarguit. vnde dicit: Et ipse dixit ad eos, O stulti. Ferè enĩ eadẽ dixerãt, q̃ & astãtes cruci: Alios saluos fecit, seipsũ nõ potest saluũ facere. Et tardi cor-
Prophetarũ firmitas. de ad credendũ in oĩbus q̃ locuti sunt prophetæ, particulariter quædã, & nõ vniuersaliter oĩa: puta si aliquis credat q̃ de cruce Christi dicunt̃ à prophetis, sicut est illud: Foderũt manus meas, & pedes meos: q̃ verò spectant ad resurrectionẽ nõ credãt, sicut est illud: Nõ dabis sanctũ tuum videre corruptionẽ. Decet aũt in oĩbus fidem adhibere p̃phetis, tam in glorioſis q̃ de Christo prædixerũt, q̃ ingloriis, quia ex passione malorũ est ingressus in gloriã. vnde sequit̃: Nõne hæc oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriã suã? scilicet sc̃dm humanitatem. Isido. Sed & si oporteat Christũ pati, tamẽ qui crucifixerunt, rei sunt pœnæ, nõ enĩ satagebãt perficere quod deus disponebat: vnde & eorũ executio fuit ĩpia: dei verò dispẽsatio prudentissima, qui nequitiã eorum in beneficia generis humani conuertit, quasi vtens vipereis carnib⁹ ad antidoti salutiferi cõfectionẽ. Chrys. Et ideo dñs ostendit consequẽter hæc oĩa non euenisse simpliciter, sed ex dei p̃posito ante prædestinato. vnde sequit̃: Et incipiens à Moyse & oĩbus &c. q. d. Postquã estis tardi, ego prõptos vos reddã, mysteria scripturarum vobis exponẽdo. Nam sacrificiũ Abrahæ, cũ Isaac dimisso immolatus est aries, hoc p̃figurauit. Sed & in aliis scripturis propheticis sparsim iacent mysteria crucis & resurrectionis Christi. Beda. Si autem Moyses & prophetæ de Christo locuti sunt, & eũ per passionẽ in gloriã intraturũ prædixerunt, quomodo gloriat̃ se esse Christianũ, qui neq; qualiter scripturę ad Christũ pertineant inuestigat, neq; ad gloriã quã cum Christo habere cupit, p passionẽ attingere desiderat? Græc. Quia verò prædixit euãgelista, Tenebant̃ oculi eorũ ne eum agnoscerẽt, donec sermo domini mentẽ eorũ moueret ad fidẽ, conuenienter opportunũ aspectũ sui auditui subiungit. vnde sequit̃: Et appropinquauerũt castello &c. Aug. de quæst. euan. Quod non ad mendaciũ pertinet: non enĩ omne quod fingimus mendaciũ est, sed quãdo id fingimus, quod nihil significat, tũc mẽdaciũ est: cùm autẽ fictio nostra refertur ad aliquã significationẽ, non est mẽdacium, sed aliqua figura veritatis: alioquin oĩa quæ à sapiẽtibus & sanctis viris, vel etiam ab ipso domino figuratè dicta sunt, mendacia deputabũtur, quia secundũ vsitatũ intellectũ nõ cõsistit veritas in talibus dictis. Sicut autẽ dicta, ita etiã fingũtur facta sine mendacio ad aliquã rem significandã. Greg. in ho. Quia ergo adhuc in eorũ cordibus peregrinus erat à fide, ire se
Fingere quomodo dicitur. longius finxit. Fingere nãq; cõponere dicimus, vnde & compositores luti, figulos vocam⁹. Nihil ergo simplex veritas per duplicitatem fecit, sed talem se exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Sed quia esse extranei à charitate non poterãt, hi cum quibus charitas gradiebatur, eũ ad hospitiũ quasi peregrinũ vocant. vnde sequitur: Et cogno. illum. Ex quo exẽplo colligit, quia peregrini ad hospitiũ non solũ inuitandi sunt, sed etiam trahendi. Glo. Nec solum factis eum cogunt, sed etiã verbis inducunt. Sequitur enĩ: Dicentes, mane nobiscum, quoniã aduesperascit, & inclinata est iam dies, scilicet ad occasum. Greg. in hom. Ecce autem cùm per membra sua Christus suscipitur, susceptores suos etiã per semetipsum requirit. Sequitur enĩ. Et intra. cũ illis. Mensam ponũt, cibos afferũt, & deum quẽ in scripturæ
Doctrina mora. sacræ expositione non cognouerant, in panis fractione cognoscunt. Sequitur enĩ: Et factum est dum recũberet
lis. cum illis accepit panẽ, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorũ, & cognouerũt eũ. Chry. Quod nõ de sensibilibus oculis dictũ est, sed de sensu mentali. Aug. de con. euan. Neq; enim clausis oculis ambulabant, sed inerat aliquid quo non sinerentur agnoscere quod videbant, quod scilicet caligo & aliqs humor efficere solet: nõ quia dominus nõ poterat trãsformare carnẽ suam, & alia reuera esset effigies, quã solebant intueri, quãdoquidẽ & ante passionẽ trãsformatus est in mõte, vt facies eius clarescceret sicut sol. Sed non ita nunc factũ est: nõ enĩ incongruenter accipimus hoc impedimẽtũ in oculis eorũ à satana fuisse ne agnosceretur Iesus, sed tantum à Christo facta est permissio vsq; ad sacramentũ panis, vt veritate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimẽtũ inimici: vt Christ⁹ possit agnosci. Theo. Sed & aliud innuit, quòd scilicet sumẽtibus sacrum panẽ aperiũtur oculi, vt eum agnoscant: magnã enim & ineffabilẽ vim habebat domini caro. Aug. de quæst. euan. Vel dominus se ire longius finxit, cùm comitaretur discipulos exponẽs sacras scripturas, vtrum ipse esset ignorãtibus, significat quia hospitalitatis officio ad suã cognitionẽ peruenire posse homines intimauit: vt cùm longius ipse ab hominibus absceſſerit, super omnes cœlos cum eis transit, qui hæc exhibent seruis eius. Tenet ergo Christũ ne lõgius ab eo eat, quisquis catechizatur verbo in oĩbus bonis ei qui se catechizat cõmunicat. Etenim isti catechizati erant verbo, cũ exponeret eis scripturas. Et quia hospitalitatẽ sectati sunt, eum quem in ipsa expositione scripturarũ non cognouerũt, in panis fractione cognoscũt: non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabũtur. Greg. in hom. Quisquis ergo audita vult intelligere, festinat ea quæ iam intelligere potuit opere implere. Ecce dñs nõ est cognitus dum loqueretur, & dignatus est cognosci dum pascitur. Sequitur enim: Et ipse eua. ex oculis eo. Theo. Non enim tale corpus habebat, vt diutius cum eis cõmorari deberet: & hoc pariter augeret affectũ eorum. vnde sequitur: Et dixerunt adinuicem, Nõne cor nostrum ardens erat in nobis, dũ loquerer̃ in via, & aperiret nobis scripturas? Orige. Per quod innuit q̃ placati sermones à saluatore accẽdebant audiẽtium cor ad amorẽ diuinum. Greg. in hom. Pẽtec. Ex audito enĩ sermone inardescit animus, torporis frigus recedit, mẽs in superno desiderio fit anxia. Audire libet p̃cepta cœlestia, & quot mãdatis instruit, quasi tot facibus inflãmatur. Theo. Ardebat ergo cor eorũ, vel igne verborũ dñi quibus intẽdebant tanquã veris. Vel quia eo disserẽte scripturas percellebat intrinsecus cor eorũ, q̃ ille qui disserebat dñs esset. Adeò ergo lætati sunt, vt nullã moram passi, mox reuerti sunt in Hierusalẽ, & hoc est quod sequit̃: Et surgentes ea. ho. re. sunt in Hieru. Surrexerũt quidẽ eadem hora: peruenerunt autem per plures horas, sicut oportebat 60. stadia trãscuntes. Aug. de con. euan. Iam autem fama erat quòd surrexerat Iesus à mulieribus facta, & à Simone Petro, cui iam apparuerat. Etenim isti duo hæc inuenerunt loquentes illos ad quos in Hierusalem venerunt. Sequitur enim: Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cũ ipsis erant dicentes, q̃ surrexit dominus verè, & apparuit Simoni. Beda. Omniũ enim virorum primò dñs apparuisse videtur Petro, ex his quos euãgelistæ quatuor & Paulus apostolus cõmemo

Universidad de ... Biblioteca

rauerũt.Chry.Non eñ simul oĩbus se manifestabat,vt sereret fidei semina:nã qui primo viderat & cert⁹ erat, aliis referebat.Deinde sermo ꝓdiens,p̃parabat animũ auditoris visioni,& ideo primo digniori & fideliori omnibus apparuit.Erat eñ opus animæ fidelissimę,quę prius acciperet hũc aspectũ,vt minimè tnrbaret inopinata visione. Et ideo primò videt à Petro: vt q primo cõfessus est eũ Christũ,primò resurrectionẽ videre mereatur:& etiã quia eũ negauerat, prius ei voluit apparere,cõsolans eũ ne desperaret.Post Petrũ verò aliis apparuit,quãdoq; paucioribus,quãdoq; plurib⁹, qđ duo discipuli cõfitent.Sequit eñ: Et ipsi narrauerunt quæ gesta erãt in via,& quõ cognouerũt eũ in fractione panis.Aug.de con.euan.Quòd aũt ait Marcus annũciauerunt cæteris,nec illis crediderũt:cũ Lucas dicat,ꝙ iam inde loquebantur vere resurrexisse dñm,quid intelligẽdum est,nisi aliquos ibi fuisse qui hoc credere nollent?

Apparitio Iesu facta Petro.

Dum autem hæc loquuntur,stetit Iesus in medio eorum,& dixit eis:Pax uobis.Ego sum,nolite timere.Conturbati uerò & conterriti,æstimabãt se spiritũ uidere.Et dixit eis: Quid turbati estis,& cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes,quia ego ipse sum.Palpate & uidete,quia spiritus carnem & ossa non habet,sicut me uidetis habere.Et cùm hæc dixisset,ostendit eis manus & pedes.

Cyril.Vndiq; resurrectionis fama per apostolos diuulgata,& affectu discipulorũ erecto ad Christi visionẽ venit desideratus,& quærentibus,& expectãtibus reuelatur,nec disceptat vt de alio,sed euidenter se offert. vnde dicitur:Dum autẽ hæc loquũtur, stetit Iesus &c. Aug.de con.euan.Hanc ostensionẽ dñi post resurrectionem & Ioannes cõmemorat. Sed ꝙ dicit Ioãnes nõ cũ illis fuisse apostolũ Thomã:cùm secundũ Lucã duo illi regressi in Hierusalẽ,inuenerũt congregatos vndecim, proculdubio intelligendũ est ꝙ inde Thomas exierit, anteq̃ dñs hæc loquẽtibus appareret. Dat eñ Lucas locum in sua narratione quomodo possit intelligi, dum hæc loquerent,prius inde exisse Thomã, & postea dominũ intrasse:nisi quis dicat nõ illos vndecim qui iam tunc apostoli vocabantur, sed discipulos suos vndecim fuisse ex multo numero discipulorũ. Sed cùm adiunxit Lucas:Et eos qui cum ipsis erãt. Satis vtiq; declarauit euidentius illos vndecim apostolos qui vocabant apostoli,cum quibus cæteri erant. Sed videamus cuius mysterii gratia secũdum Matthæũ & Marcũ resurgens ita mandauerit:Præcedã vos in Galilæã,ibi me videbitis. Quod & si completum est,tamen post multa completum est,cùm sic mãdatum sit,vt aut hoc solum,aut hoc primũ expectaretur fieri debuisse.Amb. Vnde hoc cõuenientius arbitror quòd dñs quidẽ mandauerit discipulis,vt in Galilæa eum viderent:sed illis ob metũ intra conclaue residẽtibus primum se obtulisse. Græcus. Nec hoc est promissi trãsgressio,sed potius festinata ex benignitate impletio propter pusillanimitatẽ discipulorum. Ambr.Postea verò cõfirmatis animis, vndecim illos Galilæam petisse.Vel nihil obstat,si dicãtur pauciores intra conclaue,& in mõte quãplures fuisse. Eusebius.Duo enim euangelistæ.s.Lucas & Ioannes,solis vndecim hunc scribũt apparuisse in Hierusalẽ, cæteri verò duo in Galilæam properare,nõ solũ vndecim, sed etiã vniuersis discipulis & fratribus dixerunt angelum & saluatorẽ vidisse: de quibus & Paulus meminit, dicens:Deinde apparuit plusquã quingentis fratribus simul.Est aũt verior solutio quòd priusquã in Hierusalẽ latitãtibus semel aut bis visus est ad eorũ cõsolationẽ, in Galilæa verò nõ in cõclaui,aut semel aut bis, sed cũ multa potestate ostensionẽ sui fecit,prebens se eis viuẽtem post passionẽ in signis multis,vt Lucas testatur in actibus.Aug.de con.euan. Vel quod ab angelo, hoc est à domino dictũ est,propheticè accipiendũ est.In Galilæa enim secundũ transmigrationis significationẽ intelligendũ occurrit,quia de populo Israel transmigraturi erant ad gentes,quibus apostoli prædicãtes nõ crederent,nisi ipse dñs viam in cordibus hominũ præpararet:& hoc intelligitur, Præcedet vos in Galileã. Secũdũ autẽ illud quòd Galilæa interpretatur reuelatio,nõ iam in forma serui intelligẽdũ est, sed in qua est æqualis patri,quã promisit electis suis, illa erit reuelatio tãquã vera Galilæa,cũ videbimus eum sicuti est.Ipsa etiã erat beatior transmigratio ex isto seculo in illã æternitatem:vnde ad nos veniens nõ recessit,& quo nos prę-cedens non deseruit.Theo. Primò igitur dñs in medio discipulorũ stans solito pacis affatu eorũ turbinẽ sedat, ostendẽs ꝙ ipse idem est magister eorum qui hocverbo gaudebat,quo etiã eos muniuit, cũ ad prædicandũ misit.vnde sequitur:Et dixit eis:Pax vobis: ego sum, nolite timere.Cyril. Pudeat ergo nos pacis mun⁹ deserere,quam nobis hinc discedẽs Christus reliquit. Pax & res & nomen dulce,quã & dei esse accepimus:iuxta illud,Pax dei: & eius esse deum: iuxta illud, Ipse est pax nostra.Pax bonũ cõmendatũ ab oĩbus, obseruatũ autẽ à paucis.Quæ autẽ est causa? Fortassis ambitio dominii,aut facultatum,aut liuor,aut odiũ,aut cõtemptus, aut aliquid huiusmodi ex his quæ dei ignaros videmus incurrere.Dei quippe præcipuè pax est, qui cõfœderat omnia: cuius nihil est adeò proprium sicut vnitas naturæ,& pacificus status. Transsumitur verò ab angelis & diuinis potestatibus, quæ ad deũ & adinuicem pacificè se habent. Diffunditur verò per totã creaturã,cuius est decor tranquillitas:in nobis autẽ manat secundum animam quidem per inuestigationem virtutum & cõmunicationem,secundum corpus verò in membrorum & elementornm commensuratione : quorum alterum pulchritudo,alterum sanitas appellatur.Beda.Discipuli autem nouerant Christũ verum hominẽ,cũ quo tanto tempore fuerant conuersati, sed postquam mortuus est,non credũt tertia die potuisse veram carnem de sepulchro resurgere. Putant ergo se videre spiritũ quem emisit in passione.vnde sequit:Cõturbati verò cõterriti æstimabant se spiritũ videre.Error ille apostolorum, secta est Manichæorũ.Amb.Adducti autẽ virtutũ exẽplis,Petrum & Ioannẽ non credimus potuisse dubitare.Cur ergo Lucas inducit fuisse turbatos?Primò oĩm, quia paucorũ opinionem, sententia maioris partis includit.Deinde quia & si Petrus de resurrectione crediderat,turbari tamen potuit,ꝙ se dñs cũ corpore vectis obseratis improuisus infunderet. Theo. Verũ quia per verbũ pacis nõ est sedatus turbo in animabus discipulorum,aliundè indicat eis se filium dei esse, qui mentis cognoscebat arcana.vnde sequit:Et dixit eis,Quid turbati estis,& cogi.ascen.in corda vestra?Beda.Quales vtiq; cogitationes nisi falsæ & perniciosæ?Perdidit enim Christus fructũ passionis, si non esset veritas resurrectionis.tanquam bonus agricola diceret,quod ibi plantaui,inueniã.i.fidem quæ in cor descẽdit, quia desuper est. Cogitationes autẽ istæ non desuper descẽderunt, sed de imo in cor sicut herba mala ascenderunt. Cyril.Hoc autẽ fuit euidentissimũ signum, ꝙ nõ alius est qui videtur,sed ille idem quẽ viderant in ligno mortuum,& positũ in sepulchro:quem non latebat aliquid eorũ quæ erant in hoĩe.Ambr.Consideremus autẽ qua gratia secũdũ Ioãnẽ apostoli crediderũt, & gauisi sunt; secundũ Lucam increduli redarguunt?Et videtur mihi Ioannes quasi apostolus maiora & altiora tetigisse,hic

Consen. euange.

Auagogica expositio.

Pacis laus.

Euidens signum Christi resurgẽtis.

sequentia & humanis proxima: hic historico vsus circuitu,ille cõpendio:quia & de illo dubitari nõ potest, quia testimoniũ perhibet de his quibus ipse interfuit: & ideo vtrũq; verũ putamus.Nam & si in primo Lucas eos non credidisse dicat,postea tamen credidisse demõstrat.Cyril.Cõprobans autẽ dñs deuictã esse mortẽ,& humanã naturã eam in Christo corruptionem exuisse, primò ostendit eius manus & pedes & clauorũ foramina.vnde sequit:Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum.Theo.Sed & aliud subiungit, palpationem.s. manũ atq; pedũ,cùm dicit:Palpate & videte,quia spiritus carnẽ & ossa nõ habet,sicut me videtis habere.q.d. Vos putatis me esse spiritũ.i.phãtasma,sicut plures defunctorũ circa sepulchra videri sunt soliti. Sed scitote ꝙ spiritus neq; carnẽ habet,neq; ossa: ego autẽ carnem & ossa habeo.Amb.Hoc autem dñs ideo dixit, vt speciem nobis suæ resurrectionis ostenderet:nã quod palpatur,corpus est.In corpore autẽ resurgemus, sed illud subtilius,hoc crassius,vtpotè adhuc terrenę labis qualitate concretũ.Non ergo per incorpoream naturã, sed per resurrectionis corporeæ qualitatẽ Christus clausa penetrauit.Greg.13.mor.Non enim in illa resurrectionis gloria corpus nostrũ erit ĩpalpabile, & vẽtis aereq; subtilius,vt Euticius dixit:sed subtile quidem per effectum spiritualis potẽtiæ,palpabile autẽ per veritatem naturæ.Sequit:Et cùm hæc dixisset, ostẽdit eis manus & pedes.Beda.Quibus.s.indicata clauorũ vestigia claruere: sed scd'm Ioãnẽ etiã latus eis ostẽdit, cũ fuerit lãcea perforatũ,vt.s.ostensa vulnerũ cicatrice dubietatis eorum vulnus sanaret.Solent autẽ in hoc loco gentiles calumniã struere,quasi nõ valuerit dñs vulnera sibi inflicta curare. Quibus respondendum est,quia nõ est consequens,vt qui maiora fecisse probatur,minora facere nequiuerit:sed certæ dispẽsationis gratia qui mortem destruxit,signa mortis delere noluit:primo quidẽ, vt per hoc discipulis fidẽ suæ resurrectionis astrueret: deinde,vt patri pro nobis supplicans,quale genus mortis pro homine pertulerit,semper ostẽdat:tertio,vt sua morte redemptis quàm misericorditer sint adiuti,propositis eiusdem mortis indiciis ĩsinuet: postremo vt in iudicio quàm iustè damnentur impii denuntiet.

Euticii error damnatur.

Adhuc autem illis non credẽtibus & mirantibus præ gaudio,dixit:Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi,& fauum mellis. Et cùm manducasset coram eis,sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos,cùm adhuc essem uobiscum,quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me.

Cyril.Ostenderat dñs discipulis manus & pedes,vt certificaret discipulos ꝙ corp⁹ quod passum fuerat, resurrexit.Vt adhuc autẽ magis certificaret, aliquid mãducabile petiit.vnde dicit: Adhuc autẽ illis &c. Greg. Nise.Et iussu quidẽ legis pascha cũ amaricãtibus edebatur,quia adhuc amaritudo manebat:post resurrectionem verò cibus fauo mellis dulcoratur.vnde sequit:At illi obtulerũt ei &c.Beda.Ad insinuandũ ergo resurrectionis suæ veritatem,non solùm tangi à discipulis,sed etiam conuesci cũ illis dignatur:ne arbitrentur eũ non solidè,sed imaginabiliter sibi apparere . vnde sequitur: Et cùm manducasset coram eis, sumẽs reliquias dedit eis.Manducauit quidẽ potestate,nõ ex necessitate.Aliter enim absorbet aquam terra sitiens,aliter sol calens: illa indigentia,iste potentia.Grecus.Si damus dominũ verè comedisse,demus & omnes hoĩes post resurrectionem vti ciborum fomentis. Sed quæ ex quadã dispẽsatione fiunt à saluatore,non sunt regula & norma naturæ,quoniam in quibusdam aliis dispensauit.Resuscitabit enim nostra corpora incorrupta,qui tamen dereliquit proprii corporis foramina, quæ claui forauerant, & lateris cicatricẽ,vt ostendat quòd mansit post resurrectionem natura corporis, nec est in aliã mutatus substantiam.Beda.Manducauit ergo post resurrectionem, non quasi cibo indigens,nec quasi resurrectionẽ quam expectamus cibis egere significans,sed vt eo modo naturam corporis resurgentis astrueret.Mysticè autẽ piscis assus quẽ Christus comedit,significat Christũ passum:ipse eñ latẽre dignatur in aquis generis humani. Capi voluit laqueo mortis nostræ,& quasi tribulatione assatus est tẽpore passionis suæ: sed fauus mellis nobis extitit in resurrectione.In fauo quidẽ mellis vtrãq; naturam exprimere voluit personæ suæ. Fauus quippe mellis in cera est:mel verò in cera,est diuinitas in humanitate.Theoph. Videntur autẽ & comesta aliud habere mysterium,quòd enim manducauit partem piscis assi,significauit quòd naturam nostram in huius vitæ mari natantẽ assans eam igne proprię deitatis,& exiccans eius humanitatẽ quam à profundis vndis cõtraxerat,escam fecit diuinam:& eam quæ prius erat abominabilis,præparauit deo cibum suauem, quod significat fauus mellis.vel per piscem assum significat vitam actiuam,consumentem nostram humiditatem laborũ pruinis:cõtemplationem verò significat per fauum mellis, propter dulcedinẽ eloquiorum dei.Beda.Postquam autem visus est,& tactus manducauit, ne in aliquo sensus humanos ludificasse videretur , misit manus ad scripturas.vnde sequitur: Et dixit ad illos, Hæc sunt verba q̃ locutus sum ad vos,cùm adhuc essem vobiscum, id est, cùm adhuc essem in carne mortali, in qua estis & vos: tunc quidem in eadem carne resuscitatus erat,sed cum illis in eadem mortalitate non erat.& subdit: Quoniã necesse est impleri omnia &c. Augu.de con.euan.Illud attendant qui magicis artibus Christum tanta potuisse,& nomen suum ad apostolos in se conuertẽdos arte ipsa consecrasse delirant:vtrum potuit magicis artibus prophetas diuino spiritu antequam in terra nasceretur implere?Neq; enim si magicis artibus fecit, vt coleret & mortuus, magus erat antequam nat⁹,cui prophetãdo venturo gens vna deputata est.

Notamysteriũ allegoriæ.

Redargutio hęreticorũ.

Tunc aperuit illis sensum ut intelligerẽt scripturas,& dixit eis:Quoniam sic scriptum est,& sic oportebat Christum pati,& resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remißionem peccatorum in omnes gentes,incipiẽtibus ab Hierosolyma.Vos autem testes estis horum,& ego mittam promissum patris mei in uos.Vos aũt sedete in ciuitate,quoadusque induamini uirtute ex alto.

Beda.Postquã præbuit se videndum oculis,manibus contractandũ,legis cõmemorauit scripturas: cõsequenter aperuit sensum,vt intelligat quòd legitur. vnde dicitur: Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.Theo.Alioquin quomodo eorum anima turbata,& vacillãs circa Christi mysterium studuisset?sed & verbis eos docuit.Sequitur enim: Et dixit eis, quoniã sic scriptũ est:& sic oportebat Christũ pati.s.per lignũ crucis.Beda. Perdidit autẽ Christus fructũ passionis, si nõ esset veritas resurrectiõis.vnde subdit: Et resurgere à mortuis,&c.Deinde post cõmẽdatã sui corporis veritatẽ,cõmẽdat ecclesiæ vnitatẽ,cũ subdit: Et prædicare in nomine eius pœnitentiã & remissionẽ peccatorũ in oẽs gẽtes.Euseb.Dictũ enim erat,Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã. Oportebat autẽ conuersos ex gentibus expiari à quolibet contagio & macula ipsius virtute,quasi contaminatos ab errore dæmonũ,

Resurrectionis vtilitas.

idololatriæ, & quasi nuper conuersos à vita execrabili & impudica: & ideo dicit, ꝙ oportet prædicari prius quidē pœnitentiā, consequenter remissionē peccatorū in omnes gentes. Eis enim qui prius q̄ verā ostenderūt malorum pœnitentiā, salubri gratia veniam cōmissorū donauit, pro quibus & mortē subiit. Theo. In hoc verò quòd dicit: Pœnitētiam & remissionē peccatorum, etiam de baptismate meminit, in quo per depositionē priorum scelerū subsequitur venia peccatorū. Sed quo pacto intelliget in solo Christi nomine baptisma fieri, cùm alibi mandet hoc fieri in nomine patris & filii & spiritus sancti? Et primo quidem dicimus quòd nō intelligit, quòd in solo Christi nomine fiat baptisma, sed quòd Christi baptismate aliquis baptizetur, id est spiritualiter non Iudaicè, nec tali quali Ioannes baptizabat ad solam pœnitentiā, sed ad spiritus almi participationem. sicut & Christus in Iordane baptizatus ostēdit spiritum sanctū in specie columbina. Porrò baptisma in Christi nomine. i. morte Christi intelligas. sicut enī ipse post mortē triduo resurrexit, sic & nos ter in aquā mergimur, & conuenienter emergimur incorruptibili tatis spiritus arram recipientes. Hoc etiā Christus nomen continet in se, & patrem quasi vnctorem, & spiritum quasi vnctionem, & filium quasi vnctū scilicet secundum humanam naturam. Non aūt decebat amplius bipartitum esse humanū genus in Iudæos & gentiles. Et ideo vt omnes in vnū vniret mādauit incipere sermonem à Hierusalē, & ad gētes terminari. vnde sequitur: Incipientibus ab Hierusalē. Beda. Non solum quia credita sunt illis eloquia dei, & eorū est adoptio filiorū & gloria, verū etiam vt gentes variis erroribus implicatæ hoc maximè indicio diuinæ pietatis ad spem venire prouocentur, quòd eis qui filium dei crucifixerunt venia concederetur. Chryſ. Insuper ne dicerent aliqui ꝙ omissis notis iuerunt se ostensuros ad extraneos. Ideo prius apud ipsos occisores pandūt resurrectionis signa in eadē ciuitate, in qua prorupit temerarius ausus. Vbi enim crucifixores credere vidētur, resurrectio plurimū demonstratur. Euseb. Quòd si ea quæ Christus prædixit, iam sortiuntur effectum, & verbū eius viuax & efficax per vniuersum mūdum oculata fide perspicitur, tēpus est non incredulos esse erga eū qui protulit verbū. Cùm enim necesse est diuinā vitam ducere, cuius opera viuida verbis consona ostēduntur, quæ quidem ministerio apostolorū impleta sunt. vnde subdit: Vos aūt testes estis horū &c. s. mortis & resurrectionis. Theop. Cōsequenter ne turbati cogitarēt, quomodo nos hoīes idiotæ testimoniū perhibebimus gentibus & Iudæis ꝙ te occiderūt? subiūgit: Et ego mittā ꝓmis. pa. mei &c. quod. s. ꝙ Iohelē ꝓmiserat, dicēs: Effundā spiritū meū su ꝙ &c. Chry. Sicut aut milites inuasuros multos nemo dux exire sinit donec armati sint, sic & discipulos ante spiritus descensum ad conflictum regredi nō permittit. vnde subdit: Vos autē sedete in ciui. quoadusq; indua. vir. ex alto. Theo. Id est virtute non humana sed cælesti: nec dixit, Suscipiatis: sed induamini, integram tutelam spiritalis velaminis indicans. Beda. De hac autem virtute, id est spiritu sancto, dicit etiā angelus Mariæ: Et virtus altissimi obumbrabit tibi, & ipse dominus alibi: Nam & ego noui virtutē de me exisse. Theo. Cur autem non Christo præsente vel eo discente, statim spiritus venit? Decebat enim eos fieri cupidos rei, & demum recipere gratiam: tunc enim magis ad deum erigimur, cum incumbit necessitas, oportebat enim interim naturam comparere nostram in cęlo, & fœdera consummari, ac deinde spiritum aduenire, & gaudia celebrari serena. Attende etiam quantam eis necessitatem imposuit Hierosolymis esse, in eo ꝙ illic spiritum promisit largiri. Ne enim rursus post eius resurrectionem aufugerent, hac expectatione quasi quodā vinculo omnes simul eos ibi detinuit. Dicit autem: Donec induamini virtute ex alto. Nec expressit quando, vt sint iugiter vigiles. Quid ergo miraris si diem nobis nouissimum non pandit, cum diem hunc propinquum pandere noluit? Greg. in past. Admonendi sunt ergo quos à prædicationis officio vel imperfectio vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit: ne dum sibi tantum onus officii præcipitatione arrogant, viam sibi subsequentis melioris abscindant. Ipsa enim veritas, quæ repēte quos vellet roborare potuisset, vt exemplum sequētibus daret, ne imperfecti prędicare præsumerēt, postq̄ plenè discipulos de virtute prędicationis instruxit, mandauit eis vt in ciuitate sederēt donec induerentur virtute ex alto. In ciuitate quippe sedem[9], si intra mentiū nostrarū nos claustra cōstringimus, ne loquendo exterius euagemur: vt cū virtute diuina perfectè induimur, tunc quasi à nobismetipsos foras etiam alios instruētes exeamus. Ambr. Consideremus autem quomodo secundū Ioan. acceperint spiritū sanctū, hic autem in ciuitate iubētur sedere quoadusq; induantur virtute ex alto: sed spiritū sanctū vel illis 10. quasi perfectoribus insuflauit, & reliquis postea tribuendū promittit: vel eisdē ibi insufflauit, hic spopōdit. Nec videtur esse cōtrarium, cùm diuisiones sint gratiarum: ergo aliā insufflauit ibi operationē, hic aliam pollicetur. Ibi enim remittendorū gratia tributa est peccatorū, quod videtur esse angustius, & ideo insufflauit à Christo, vt credas spiritū sanctū Christi, vt credas de deo spiritū. Deus enim solus peccata dimittit. Lucas autē linguarū gratiā describit effusam. Chryſ. Vel di. Accipite spiritum sanctū: vt eos idoneos faceret ad receptionem, aut quod futurū est, vt præsēs indicauit. Aug. 15. de tri. Vel dominus post resurrectionē suam bis dedit spiritū sanctum: semel in terra propter dilectionem proximorum, & iterum de cælo propter dilectionem dei.

Reſolutio pulchra.

Aduētus ſpiritus ſancti.

Reſoluotio utilis.

Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis: & ferebatur in cælum, & ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: & erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. AMEN.

Beda. Prætermissis omnibus quæ per 43. dies agi à domino cum discipulis potuerunt, primo diei resurrectionis eius cōiungit tacitè nouissimum diē quo ascendit in cælum, dicens: Eduxit au. eos fo. in beth. Primo quidem propter nomen ciuitatis, quæ domus obedientiæ dicitur: qui enim propter inobedientiā peruersorū descendit, propter obedientiā conuersorū ascendit: deinde propter situm eiusdem villæ, quę in latere montis Oliuarum posita esse narratur, quia videlicet obedientis ecclesiæ domus in ipsius summi montis. i. in Christi latere, fidei, spei, dilectionisq; suæ fundamento locauit. Eos autē benedixit, quib⁹ prędicta docēdi tradiderat. vnde sequitur: Et eleuatis manibus suis benedixit eis. Theo. Forsan vim conseruatiuā influens eis vsq; ad aduentū spiritus, & fortassis instruēs nos, vt quotiēs recedimus, benedictionib⁹ subditos deo cōmēdem⁹. Orig. Quòd autē eleuatis manib⁹ benedixit eos, significat ꝙ deceat benedicētem cui ornatū esse variis operib⁹ & arduis respectu aliorū: sic enim manus tolluntur in altū. Chry. Attēdite autē ꝙ domin⁹ brauia repromissa aspectui subiicit ꝓmiserat quidē corporū resurrectionem, à mortuis resurrexit, & per 40. dies discipulos certificat: promittitur etiam ꝙ in nubibus rapiemur in aere,

Bethaniæ ſignificatio.

& hoc ipse patefecit per opera. Sequitur enim: Et factū est dum benediceret illis, &c. Theop. Et Elias quidem videbatur quasi assumi in cœlum, sed saluator ipse pręcursor omnium ascendit in cœlum appariturus diuino cōspectui in sacro suo corpore, & iam nostra natura in Christo honoratur à qualibet virtute angelica. Chryſ. Sed dices: quid interest mea? quia & tu in nubib⁹ susceperis similiter: nā corpus tuum connaturale est illi corpori. Erit igitur & corpus tuū tam agile vt possit trāsire per aera. Nam sicut caput, sic & corpus: sicut principium, sic & finis. Aspice autē quomodo honoratus es ꝙ hoc principium. Infima pars rationalis creaturæ homo erat, sed pedes effecti sunt caput, sublimati in regiā sedem in suo capite. Beda. Ascendēte autem in cœlum domino, discipuli adorātes vbi steterunt nouissimè pedes eius, confestim Hierosolymā redeunt, vbi promissionem patris sunt expectare præcepti. Sequitur enim: Et ipsi adorātes regressi sunt &c. Gaudia magna agūt, quia deum ac dominū suum post triumphū resurrectionis etiam cœlos penetrasse lætantur. Græcus. Et erant vigilantes non degentes in propriis laboribus, sed expectantes supernam gratiā, cōuersantur in templo, inter cætera etiam loci honestatē addiscentes. vnde dicitur: Et erant semper in tēplo. Theo. Nondū aderat spiritus, & iam spiritaliter conuersantur, prius erāt reclusi, iam stant in medio principū sacerdotum, nec aliquo distrahuntur mundano, sed omnibus contemptis iugiter deum laudant. Sequitur enim: Laudantes & benedicentes deum. Beda. Et attende ꝙ Lucas inter quatuor animalia cœli designatus accipitur per vitulum, cuius victima qui in sacerdotium eligebantur initiari sunt iussi, eo quòd ipse sacerdotium Christi cæteris amplius exponendū susceperit, & euangelium suum quod à ministerio templi per sacerdotium Zacharię cœpit, in templi deuotione compleuit: & apostolos ibi ministros noui sacerdotii futuros, non in victimarum sanguine, sed in laude dei & in benedictione cōclusit, vt in loco orationis & inter laudum deuotiones promissum spiritus sancti aduentū paratis cordibus expectēt. Theo. Quos nos imitantes in sacra vita semper degamus, laudantes & benedicentes deum: cui est gloria, & benedictio, & virtus in secula. AMEN.

Dotes corporū.

Figura Lucę euangeliſtæ.

TABVLA IN FESTIS DIEBVS
ac dominicis, super euangelia diui Lucæ euangelistæ.

Dominica prima de aduentu. Erunt signa in sole &c. 21.
Dominica quarta. Anno decimoquinto imperij. 3.
Dominica post natiuitatem domini. Erat Ioseph & Mar. 2.
In octaua natiuitatis domini. Postquam consummati sunt dies. 2.
In sexagesima. Cùm turba multa. 8.
In quinquagesima. Assumpsit Iesus. 12. 8.
Feria quinta post dominicam secundam in quadragesima. Dixit Iesus discipulis suis parabolam. 16
Sabbato post eandem. Dixit Iesus discipulis suis: Homo quidam &c. 15.
Dominica tertia in 40. Erat Iesus eiiciens dæmonium. 11.
Feria secunda post eandē. Dixerūt pharisæi ad Iesum &c. 4.
Feria quinta post eandem. Surgens Iesus de synagoga. 4.
Feria quinta post dominicam quartam in quadragesima. Ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Nayn. 7.
Feria quinta post dominicam in paßione. Rogabat IESVM quidam. 7.
Feria quarta post dominicam in ramis Palmarum. Appropinquabat dies festus &c. 22.
Feria secūda post dominicā resurrectionis. Duo ex discipulis. 24.
Dominica prima post Pentecosten. Estote misericordes. 6.
Dominica secunda. Homo quidam fecit cœnam magnam. 14.
Dominica tertia. Erant appropinquantes. 15.
Dominica quarta. Cùm turbæ irruerent &c. 5.
Dominica octaua. Homo quidam erat diues &c. 6.
Dominica nona. Cùm appropinquaret Iesus &c. 19.
Dominica prima. Dicebat Iesus ad quosdam &c. 17.
Dominica undecima. Beati oculi qui uident &c. 6.
Dominica decimatertia. Dum iret Iesus Hierosolymā. 17.
Dominica decimaquinta. Ibat Iesus in ciuitatem &c. 7.
Dominica decimasexta. Cùm intrasset Iesus &c. 14.
In dedicationibus. Egressus Iesus perambulabat &c. 19,
In festo sancti Syluestri papæ. Sint lumbi uestri præcincti. 12.
In festo purificationis Mariæ. Postquam impleti sunt. 2.
In festo annunciationis Mariæ. Missus est angelus Gabr. 1.
In festo sancti Marci euangelistæ. Designauit dominus Iesus & alios &c. 19,
In festo natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ. Helizabet impletum est tempus pariendi &c. 1.
In festo sanctæ Mariæ Magdalenæ. Rogabat Iesum. 7.
In festo assumptionis Mariæ. Intrauit Iesus in quoddā ca. 10.
In uigilia sancti Ioannis Baptistæ. Fuit in diebus Herodis. 1.
In festo sancti Apollinaris episcopi & martyris. Facta est autem contentio inter discipulos. 22.
In natali plurimorū martyrum. Descendens Iesus de &c. 6.
Attendite à fermento pharisæorum. 12.
In uigilia assumptionis beatæ MARIAE uirginis. Loquente IESV ad turbas extollens uocem quædam. 11.
Dicebat Iesus turbis Iudæorum. Væ uobis qui ædificatis 11.
Cum audieritis prælia & seditiones, nolite &c. 21.
Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, &c. 10.
In uigilia sancti Matthæi apostoli & euangelistæ. Vidit Iesus Publicanum, nomine Leui, &c. 5.
In uigilia plurimorū apostolorum. Designauit domin⁹. 10.
In natali unius martyris. Si quis uenit ad me &c. 14.
In festo confess. pontifi. Sint lumbi uestri præcincti. 12.
Nemo accendit lucernam, &c. 11.
Nolite timere pusillus grex, &c. 12.
Homo quidam nobilis abiit in regionem &c. 19.
Feria quinta in quatuor temporibus aduentus. Exurgens Maria abiit in montana. 2.
In natiuitate domini ad primā missam. Exiit edictum à Cæsare Augusto ut describeretur uniuersus orbis. 12.
In nocte natiuitatis domini, in secunda missa. Pastores loquebantur adinuicem &c. 2.
Feria tertia post resurrectionem domini. Stetit Iesus in medio discipulorum suorum &c. 24.
Feria quinta post Pentecosten. Factum est in una dierum. 5.
Sabbato. Surgens Iesus de synagoga. 4.
Sabbato quatuor temporum in mense Septembri. Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc, &c. 13.
In lætaniis maioribus. Quis uestrum habebit amicum. 11.
Dominica tertia post festum Pentecostes. Erant autem appropinquantes publicani. 15.

FINIS TABVLAE.

HIERONYMVS IN CATALOGO scriptorum Ecclesiasticorum.

IOANNES Apostolus, quem Iesus amauit plurimum, filius Zebedæi, frater Iacobi apostoli, quem Herodes post passionem domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit euangelium, rogatus ab Asiæ episcopis aduersus Cerinthum, alios; hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliã causam huius scripturæ ferunt, quòd cùm legisset Matthæi, Marci, & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historiæ, & vera eos dixisse firmauerit, sed vnius tantùm anni, in quo & passus est, post carcerem Ioannis, historiam texuisse. Prætermisso itaque anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam Ioãnes clauderetur in carcerem gesta narrauit: sicut manifestum esse poterit his, qui diligenter quatuor euangeliorum volumina legerint. Quæ res etiam διαφωνίαν, quæ videtur esse Ioannis cum cæteris, tollit. Scripsit autem & vnam epistolam, cuius exordiũ est: Quod fuit ab initio, quod audiuimus & vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerũt de verbo vitæ, quæ ab vniuersis ecclesiasticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ quarum principium est: Senior electæ dominæ & natis eius: & sequentis, Senior Caio charissimo, quẽ ego diligo in veritate, Ioannis presbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur.

Et nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis euangelistæ esse: super qua re, cùm per ordinẽ ad Papiam, auditorem eius, ventum fuerit, differemus. Quartodecimo igitur anno, secundã post Neronem persecutionem mouente Domitiano, in Pathmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsim quam interpretantur Iustinus martyr, & Ireneus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius, ob nimiam crudelitatem à senatu rescissis, sub Pertinace principe rediit Ephesum: ibiq; vsque ad Traianum principẽ perseuerans, totas Asiæ fundauit, rexitq; ecclesias. Et cõfectus senio, sexagesimo octauo post passionẽ dñi anno, mortuus, iuxta eandem vrbẽ sepultus est.

BEATI THOMÆ AQVINATIS continuum in euangelium Ioannis

PROOEMIVM.

ESAIAS ppheta diuinæ visionis sublimitate illustratus dixit: Vidi dñm sedentẽ super soliũ excelsum & eleuatũ, & plena erat domus à maiestate ei°, & ea quæ sub ipso erant replebant tẽplũ. Hieron. super Esaiã. Quis sit iste qui videtur, in euangelista Ioanne plenius discimus, q ait: Hæc dicit Esaias, quãdo vidit gloriã dei, & locutus est de eo, haud dubiũ quin Christum significet. Glo. Vnde ex verbis istis materia huius euãgelii qđ scđm Ioannẽ describitur designatur. Ex eccle. histo. Quia em̃ natiuitatem Saluatoris secundũ carnẽ, vel Matthæus, vel Lucas descripserant, reticuit hic Ioannes, & à theologia atq; ab ipsa eius diuinitate sumit exordiũ, quæ pars sine dubio ipsi velut eximio per spiritũ sanctũ reseruata est. Alcui: Vnde eũ oĩbus diuinæ scripturę paginis euãgeliũ excellat, quia quod lex & prophetæ futurũ prædixerũt hoc cõpletum dicit euangeliũ. Inter ipsos autem euãgeliorũ scriptores Ioannes eminet in diuinorũ mysteriorũ profunditate, qui à tempore dñicę ascensionis per annos lxv. verbum dei absq; adminiculo scribendi vsq; ad vltima Domitiani tẽpora prædicauit, sed post occisionẽ Domitiani cũ Nerua pmittẽte de exilio rediisset Ephesum, cõpulsus ab episcopis Asiæ de coeterna patri diuinitate Christi scripsit aduersus hęreticos, qui Christũ ante Mariã fuisse negabant: vnde merito in figura quatuor animaliũ aquilæ volãti cõparat, quæ volat altius cunctis auibus, & solis radios irreuerberatis aspicit luminibus. Aug. super Ioannẽ. Trãscẽdit em̃ Ioãnes oĩa cacumina terrarũ, trãscẽdit oẽs cãpos aeris, transcẽdit oẽs altitudines syderũ, trãscẽdit oẽs choros & legiones angelorũ. nisi em̃ transcẽderet ista oĩa quæ creata sunt, nõ peruenire ad eũ per quẽ facta sunt oĩa. Aug. de con. euã. Ex quo intelligi datur si diligẽter aduertas, tres euãgelistas tẽporalia facta dñi & dicta, quę ad informãdos mores vitæ præsentis maximè valerẽt, circa actiuã virtutẽ fuisse versatos: Ioannem verò facta dñi multo pauciora narrantẽ, dicta verò eius præsertim quæ trinitatis vnitatẽ & vitæ æternæ fœlicitatem insinuarent, diligentius & vberius conscribentẽ in virtute contemplatiua commendandã suam intentionẽ prædicationẽq; tenuisse. vnde animalia tria per quæ tres alii euangelistæ designãtur, siue leo, siue homo, siue vitulus in terra gradiũtur: quia tres euangelistæ in his maximè occupati sunt quæ Christus in carne operat° est, & quę præcepta mortalis vitæ exercendæ carnẽ portantibus tradidit. At verò Ioannes supra nubila infirmitatis humanæ velut aquila volat, & lucem incõmutabilis veritatis acutissimis atq; firmissimis oculis cordis intuet: ipsam em̃ maximè diuinitatẽ dñi qua patri est æqualis intendit, eaq; præcipuè suo euangelio quantũ inter homines sufficere credidit cõmendare curauit. Glo. Potest igitur euangelista Ioãnes cũ Esaia propheta dicere: Vidi dñm sedẽtem super soliũ excelsum & eleuatũ: inquantũ acumine visus Christũ in diuinitatis maiestate regnantẽ inspexit: quæ quidẽ etiam sua natura excelsa est super omnia alia eleuata. Dicat etiam euangelista Ioannes: Et plena erat dom° à maiestate eius, quia per ipsum narrat omnia esse facta, & suo lumine oẽs homines in hunc mundũ venientes illustrari. Dicat etiam ꝙ ea quæ sub ipso erãt replebant templũ, quia dicit verbũ caro factũ est, & vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à patre plenũ gratiæ & veritatis, secundũ ꝙ de plenitudine eius nos omnes accepimus. Sic igit præmissa verba materiã huius euangelii continent, in quo Ioannes dñm super solium excelsum sedentem insinuat, diuinitatem Christi ostendens, & terrã ab eius maiestate impleri ostẽdit: dum oĩa per eius virtutẽ in esse ꝓducta ostẽdit, & ꝓpriis pfectionibus repleta, & inferiora ei°. i. humanitatis mysteria, tẽplũi. i. ecclesiã replere docet, dum in sacramẽtis humanitati Christi & gratiã & gloriã fidelib° repromittit. Chry. Quando igit barbarus hic & indisciplinatus talia loquit, quæ nullus eorũ qui in terra sunt hominũ nouit vnq̃, si hic solus esset, miraculũ magnũ esset. Nunc autẽ cum his & aliud isto maius tribuit argumentũ, ꝙ à deo inspirata sunt ei quę dicunt hic. s. ꝙ oẽs audiunt, & suadet oĩbus per omne tempus. Quis ergo non admirabitur habitantem in eo virtutem? Orige. in hom. Ioannes interpretatur gratia dei, siue in quo est gratia: vel cui donata est. Cui autem theologorum donatum est ita abscondita summi boni penetrare mysteria, & sic humanis mẽtibus intimare?

Materia euãgelii

Ioannis & Esaiæ comparatio.

Euangelistarum discretio

Ioannis excellentia.

SANCTVM IESV CHRISTI euangelium secundum Ioannem.

CAPVT PRIMVM.

IN *principio erat uerbum.* Chry. Omnibus aliis euangelistis ab incarnatione incipiẽtibus, Ioãnes trãscurrens conceptionẽ, natiuitatem, educationẽ, augmẽtationẽ mox de æterna nobis generatiõe narrat, dicẽs: In principio erat verbũ. Aug. 83. quæst. Quod Græcè logos dicitur, Latinè & rationẽ & verbũ significat, sed hoc loco melius verbũ interpretatur, vt significetur nõ solùm ad patrẽ respectus, sed ad illa etiam quę per verbum facta sunt operatiua potentia. Ratio autẽ & si nihil per eã fiat, rectè ratio dicit. Aug. super Ioannẽ. Quotidie autẽ dicendo verba viluerunt nobis, quia sonãdo & trãseũdo viluerunt. Est verbũ & in ipso homine quod manet intus: nam sonus procedit ex ore. Est verbũ quod verè specialiter dicitur illud quod intelligis de sono, nõ ipse sonus. Aug. 15. de tri. Quisquis autẽ potest intelligere verbũ, nõ solũ anteq̃ sonet, verũ etiam antequã sonorũ eius imagines cogitatiõe voluant, iam potest videre ꝓ hoc speculũ atq; in hoc ænigmate aliquã verbi similitudinẽ, de quo dictũ est: In principio erat verbũ. Necesse est em̃, cũ id quod scimus loquimur, ex ipsa sciẽtia, quã memoria tenemus nascatur verbum, quod eiusmodi sit oĩno cuiusmodi est illa scientia de qua nascit. Formata quippe cogitatio ab ea re quã scimus verbum est: qđ in corde dicimus, quod nec Græcũ est, nec Latinũ, nec linguæ alicuius. Sed cũ id opus est in eorũ quibus loquimur proferre notitiã, aliquod signũ quo significet assumitur. Proinde verbũ quod foris sonat, signũ est verbi quod int° latet, cui magis verbi cõpetit nomẽ: nã illud quod ꝓfert carnis ore, vox verbi est, verbũq; & ipsum dicit ꝓpter illud à quo vt foris appareat assumptũ est. Basi. in ho. Hoc autẽ verbum nõ est humanũ verbum. Quomodo em̃ erat in prĩcipio humanũ verbũ, vltimo loco accipiente hoĩe generationis principiũ? nõ igit in prĩcipio verbũ erat humanũ, sed nec angelorũ. Omnis enim creatura infra seculorum terminos est, à creatore essendi sumens principiũ. Sed audi euangeliũ decenter. Ipsum enim vnigenitũ verbũ dixit. Chrys. Si autẽ quis dixerit cur patrẽ dimittens mox nobis de filio loquit? Et quoniã ille quidẽ manifestus oĩbus erat & si non vt pater, sed vt deus, vnigenit° aũt ignorabatur: ideo decenter eã quæ de isto est cognitionẽ cõfestim in initio studuit imponere his, qui nesciebant eum: sed neq; patrem in his quæ de filio sunt sermonib° tacuit. Propter hoc autẽ & verbũ eũ vocauit. Quia em̃ doctur us erat, ꝙ hoc verbũ vnigenitus est filius dei, vt nõ passibilem æstimet quisquis generationẽ, ꝓueniẽs verbi nũcupatione destruit pernitiosam suspicionẽ, esse ex deo filiũ impassibiliter ostendẽs. Secũda vero ratio est, quia ea q̃ sunt patris, nobis annunciare debebat: non simpliciter verò eum verbũ dixit, sed cum articuli adiectione à reliquis ipsum seperans. Consuetudo enim est scripturæ, verba vocare leges dei & præcepta, hoc autẽ verbũ substantia quædã est hypostatis ens, ex ipso prouenies impassibiliter patre. Basi. Quare igitur verbum? quia impassibiliter natum est, quia est generãtis imago, totum in seipso generantem demonstrãs, nihil inde seperans, sed in seipso perfectũ existẽs. Aug. 15. de tri. Sicut enim scientia nostra illi scientiæ dei, sic & nostrum verbum quod nascitur ex nostra scientia, dissimile est illi verbo dei quod natum est de patris essentia. Tale est autẽ, acsi dicerẽ de patris scientia, de patris sapientia, vel quod est expressius de patre scientia, de patre sapientia. Verbum ergo dei patris vnigenitus filius, per omnia patri similis & æqualis: hoc enim est omnino quod pater, nõ tamen pater: quia iste filius, ille pater: ac per hoc nouit omnia quę nouit pater, si ei nosse de patre est, sicut esse: nosse em̃ & esse, ibi vnũ est. Et ideo patri sicut esse non est à filio, ita nec nosse. Proinde tanq̃ seipsum dicẽs, pater genuit verbũ sibi æquale per omnia. Non em̃ seipsũ integrè perfectèq; dixisset, si aliquid min° aut amplius esset in eius verbo q̃ in seipso. Nostrũ aut ẽ verbũ interius quod inuenimus esse vtcũq; illi simile, quantum sit etiam dissimile nõ pigeat intueri. Est em̃ verbũ mẽtis nostræ quandoq; formabile, nondum formatũ quidem mentis nostræ, quod hac atq; hac volubili quadã motione iactamus, cũ a nobis nunc id, nunc illud, sicut inuentũ fuerit, vel occurrerit cogitatur: & tũc fit verum verbum, quando illud quod nos diximus volubili motione iactare, ad id quod scimus peruenit, atq; inde formatur, eius omnimodam similitudinem capiens: vt quomodo res quæq; scitur, sic etiã cogitetur. Quis nõ videat quãta sit hæc similitudo ab illo dei verbo quod in forma dei sic est, vt non ante fuerit formabile, post q̃ formatũ, nõ aliquãdo possit esse informe, sed sit forma simplex æqualis ei de quo est? Quapropter ita dicitur illud dei verbum, vt dei cogitatio non dicat: ne aliquid esse quasi volubile dicat in deo qđ nunc habeat, nũc accipiat formã vt verbum sit, eamq; possit amittere, atq; informiter quodammodo volutari. Aug. de ver. do. Est enim verbũ dei forma quædã non formata, sed forma omnium formarũ, forma incõmutabilis, sine lapsu, sine defectu, sine tẽpore, sine loco superans omnia, existens in omnibus: fundamentũ quoddã in quo sunt, & fastigium sub quo sunt. Basi. Habet autẽ & verbũ nostrum exterius diuini verbi similitudinẽ quandã. Nã nostrum verbum totam declarat mentis conceptionẽ: quæ nãq; mente concipimus, ea verbo proferimus: & quidẽ cor nostrũ quasi fons quidã est, verbũ verò prolatum quasi quidam riuulus mãnas ex ipso. Chry. Considera etiam in euãgelista prudentiã spiritualẽ, nouerat homines id quod antiquius est, & quod est ante omnia maximè honorantes & ponentes deum: propter hoc primũ dicit principium. In principio (inquit) erat verbũ. Orig. Plura autẽ sunt signata ab hoc nomine principiũ. Est em̃ principiũ, sicut itineris & longitudinis: secundũ illud, Initium boni itineris iustorũ exercitiũ. Est autẽ principium & generationis, iuxta illud: Hoc est principium creaturæ domini: sed etiam deum nõ enormiter asseret aliquis omniũ principiũ. Illud etiã ex quo sicut ex prĕiacẽte materia alia fiũt, principiũ est penes eos qui credunt, illam ingenitã. Est etiã principiũ secundũ speciẽ, sicut Christus principiũ eorum est, qui secundũ imaginem dei formati sunt. Est etiã principium disciplinæ, secundum illud: Cùm deberetis esse magistri propter tempus, rursus indigetis vt doceamini quæ sunt elemẽta exordii sermonum dei. Duplex enim est documenti principium: hoc quidem natura, hoc verò quod ad nos: vt si dicatur initium sapientiæ fore natura quidẽ Christum, inquantum sapientia & verbũ dei est: quo ad nos verò, inquãtum verbum caro factum est. Tot igitur significatis ad præsens nobis de principio occurrẽtibus potest accipi illud ex quo quod est agens. cõditor enim Christus est velut principium, secundum quod sapientia est, vt verbum in principio quasi in sapientia sit: plura enim bona de saluatore dicuntur. velut igitur vita in verbo est, sic verbum in principio, id est in sapientia erat. Considera verò si possibile est secundum hoc

Logos quid significet.

Cõparatio verbi creati, & increati.

Verbi diuinatio.

Generatio verbi

Principium generationis.

Universidad de Sevilla Biblioteca

significatū accipere nos principiū, prout secundū sapiē tiam,& exempla quæ in ea sunt fiunt oīa, vel quia principium filii pater est: & principiū creaturarū & omniū entiū per illud, In principio erat verbū: verbum filium intelligas in principio.i.in patre dictū fore. Aug.vi.de trini. Aut in principio sicut dictū est, ac si diceret ante omnia. Basi. Præuidit, eū spiritus sanct⁹ futuros quosdam inuidentes gloriæ vnigeniti, qui perferrent sophismata ad subuersionē auditorum: quia si genitus est, nō erat: & anteq̄ genitus esset, non erat. Ne igit talia garrire præsumant, spiritus sanctus ait: In principio erat verbū. Hyla.2.de tri. Transeūt tēpora, trāseunt secula, tollūtur ætates: pone aliquod quod voles tuæ opinioni principiū, nō tenes tempore: erat enim vnde tractatur. Chry. Sicut autē quis, cùm stat in naui secus littus, videt ciuitates & port⁹. Cū verò eum aliquis in medium pelagi, duxerit, a prioribus quidē desistere facit, nō tamen alicubi defigit ei oculum: ita euangelista hic super omnē nos ducēs creaturā, suspensum dimittit oculum, non dans suscipere aliquē finem ad superiora: hoc enim in principio erat, semper & infinitè essendi significatiuum est. Aug.de verb.do. Sed dicūt: Si filius est, natus est. hoc fatemur. adiungunt deinde, si natus est patri filius, erat pater anteq̄ ei filius nasceretur. hoc respuit fides. Ergo(ait) ratione mihi redde, quomodo & fili⁹ nasci potuit patri, vt coæuus esset ei à quo natus est. Post patrem enim nascitur filius vtiq; patri morituro successurus. similitudines adhibent de creaturis, & nobis laborandū est, vt & nos inueniamus similitudines earū rerum quas astruimus. Sed quomodo possumus in creatura inuenire coæternū, quando in creatura nihil inuenim⁹ æternū? Sed si possunt inueniri hic duo coæua, generans & generatū, ibi intelligimus æterna. Ipsa quidē sapientia dicta est in scripturis candor lucis æternæ: dicta est imago patris. Hinc capiamus similitudinē, vt in ueniamus coæua, ex quib⁹ intelligamus coæterna. Nemo autē dubitat q̄ splēdor de igne exit: ponamus ergo ignē patrē illius splendoris, mox quidē vt lucernā accē dēdo, simul cū igne & splēdor existit. Da mihi hic ignē sine splēdore, & credo tibi patrē sine filio fuisse. Imago existit de speculo: hoīs intuentis speculū existit imago, mox vt aspector extiterit: sed ille q̄ inspicit, erat anteq̄ accederet ad speculū. Ponam⁹ ergo aliquid natū super aquā vt virgultū aut herbam, nōne cū imagine sua nascitur? Si ergo semper esset virgultū, semp esset & imago de virgulto. quod autē de alio est, vtiq; natū est: potest ergo semper esse generās, & semper cum illo quod de eo natum est. Sed dicet aliquis, ecce intellexi ēternū patrē, coæternū filium: tamen sicut effusum splēdorem minus igne lucentē, aut sicut effusam imaginē minus q̄ virgultū existentē dicimus. nō: sed æqualitas omnimoda. non credo, ait, quia nō inuenisti similitudinem. Fortassis autē inuenimus in creatura quomodo intelligamus filiū & coæternum patri, & nequaquā minorē, sed non illud possumus inuenire in vno genere similitudinum. Iūgamus ergo ambo genera: vnum vnde ipsi dant similitudines, & alterū vnde nos dedim⁹. Dederūt em illi similitudines ex his quæ præcedūtur tēpore ab his à quibus nascunt, sicut homo de hoīe: sed tamen homo & homo eiusdē substātiæ. Laudamus ergo in ista natiuitate æqualitatē naturæ, deest æqualitas tēporis. In illo autē genere similitudinū quod nos dedimus de splēdore ignis, & de imagine virgulti, æqualitatē naturæ non inuenis, inuenies coæuitatē. Totum ergo ibi quod hic ex partibus singulis, & rebus singulis inuenitur: & nō hoc solū quod in creaturis totū inuenio ibi, sed tanq̄ in creatore. Ex gestis cōcilii Ephesini. Propterea alicubi quidem filium appellat patris, alicubi autē verbū nomi nat, alicubi autē splendorē vocat scriptura diuina, singula horū nominū de ipso dicens, vt intelligas ea q̄ de Christo dicūtur esse cōtra blasphemiā. quia em tuus filius eiusdem tibi naturæ sit, volēs sermo ostendere, vnā substantiā patris & filiū, dicit filiū patris qui ex eo nat⁹ est vnigenitus. Deinde quoniā natiuitas & filius apud nos ostentationē præbēt passionis, ideoq; hūe filiū appellat & verbū, impassibilitatē natiuitatis ei⁹ nomine isto demōstrās. Sed quoniā pater quispiam factus vt homo, indubitāter senior filio suo demōstrat: ne hoc ipsū etiam de diuina natū essentia putares, splēdorem vocat vnigenitū patris. Splendor em nascitur quidē ex sole, nō autē intelligit sole posterior. Coexistere ergo semp patri filium splendor tibi denūciet, impossibilitatē natiuitatis ostendat verbū, cōsubstantialitatē filii nomen insinuet. Chry. Sed dicūt illi quoniam hoc.i.in principio, nō æternitatem ostendit simpliciter. Etenim & de cœlo illud, & de terra dictū est: In principio(inquit) fecit deus cœlū & terrā. sed quid cōmune habet erat ad facit? sicut em quod est, cùm de homine quidē dicitur, tempus præsens significat tātum: cùm autem de deo, id q̄d est semper & æternaliter ita & erat. De nostra quidem cùm dicit natura, prēteritum significat tēpus: cùm autem de deo, æternitatē ostendit. Orige. in hom. Sum enim verbū, duplicem habet significationem: aliquādo enim tēporales motus secūdum analogiam aliorū verborum declarat, aliquando substātiam vniuscuiusq; rei de qua prędicatur si sine vllo temporali motu designat, ideo & substātiuum vocatur. Hyla.2.de tri. Respice igitur ad mundū, intellige quid de eo scriptū est. In principio fecit deus cælum & terram. Fit ergo in principio quod creatur, & ętates cōtinet, quod in principio cōtinetur vt fieret. Piscator autē illiteratus, indoctus, liber à tempore, solut⁹ à seculis est, vicit omne principium: erat enim quod est, neq; in tēpore aliquo concludit, vt cœperit q̄d erat potius in principio q̄ fiebat. Alcu. Cōtra eos ergo qui propter temporalē natiuitatem dicebant Christum nō semper fuisse incipit euangelista de æternitate verbi, dicens: In principio erat verbum.

Similitudo diuinæ generationis.

Et uerbum erat apud deum.

Chry. Quia maximè dei hoc est proprium, æternū & sine principio esse, hoc primū posuit: deinde ne quis audiens, In principio erat verbum, ingenitum verbum dicat, cōfestim hoc remouit, dicēs: Et verbū erat apud deū. Hyla.2.de tri. Sine principio em est apud deū, & q̄ abest à tpe, non abest ab authore. Basil. Rursus hoc dicit propter blasphemātes, quòd non erat: vbi ergo erat verbū, nō in loco incircūscriptibilia continent. sed vbi erat? apud deū, neq; pater loco, neq; fili⁹ circūscriptiōe aliqua continent. Orige. Vtile est etiā inducere q̄ verbum dicitur ad aliquos fieri, puta ad Osee vel Esaiā aut Hieremiā, ad deum autē nō fit, quasi prius nō ens apud ipsum: ex eo igitur q̄ iugiter est in eo, dicitur: Et verbū erat apud deum. quia nec à principio à patre separatus est. Chry. Non etiam dixit, In deo erat, sed apud deum erat: eam quæ secundū hypostasim est æternitatem nobis ostendens. Theo. Videtur aūt mihi quòd Sabellius ex hoc dicto subuersus est. Ipse enim docebat, quòd pater & filius & spiritus sanctus vna est persona, quæ aliquādo vt pater apparuit, aliquando vt filius, aliquando vt spiritus sanctus. Manifestè verò confunditur ex hoc verbo, Et verbum erat apud deū. Hic enim euāgelista alium declarat esse filium, alium deum scilicet patrem.

Aeternitas deo propria.

Et deus erat uerbum.

Hyla.2.de tri. Dicens verbū sonus vocis, est enūcia-

tio negociorū & elocutio cogitationū, hoc verbum in principio apud deū erat, quia sermo cogitationis æternus est, cū qui cogitat sit ætern⁹. Sed quomodo in principio erat quod neq; ante tēpus, neq; post tempus est? Et nescio an ipsum possit esse in tēpore. Loquētiū enim sermo neq; est antequā loquantur, & cū locuti erunt nō erit. In eo enim ipso q̄ loquūtur, dum finiunt iam non erit id vnde cœperūt. Sed si primā sententiā rudis auditor admiseras, In principio erat verbū: de sequēti quid quæris? Et verbum erat apud deum? Nūquid audieras de deo, vt sermonē reconditæ cogitationis acciperes? aut fefellerat Ioannē quid esset momēti inter inesse & adesse? Id enim quod in principio erat, nō in altero esse, sed cum altero prædicatur. statū igitur verbi, & nomen expecta: dicit nāq;, Et deus erat verbum. Cessat sonus vocis & cogitationis eloquiū. Verbum hic res est non sonus, natura nō sermo, deus non inanitas est. Hyla.7.de tri. Simplex autē nuncupatio est, & caret offendiculo affectionis alienę. ad Moysen dictū est, Dedi te deum Pharaoni. sed nūquid non abiecta nominis causa est, cū dicitur Pharaoni: Moyses enim Pharaoni deus datus est, dum timetur, dū oratur, dum punit, dum medetur? Et aliud est deū dari, & aliud deum esse. Memini quoq; & alteri⁹ nūcupationis vbi dicitur, Ego dixi dii estis: sed in eo indulti nominis significatio est. Et vbi refertur ego dixi, loquentis potius sermo est q̄ rei nomē: cū autem audio, Et deus erat verbum: nō dictum solum audio verbum, sed demonstratū esse intelligo quòd de⁹ est. Basi. Sic igitur excludēs accusationē blasphemātiū quærentiū quid est verbū? respondet, Et deus erat verbum. Theo. Vel aliter continua: Post q̄ verbū erat apud deum, manifestum est q̄ duæ personę erant, quāuis vna natura duabus existat. vnde dicitur: Et de⁹ erat verbū, ita vt vna natura sit patri & filio, cū sit vna deitas. Orige. Adiiciendū etiam quòd verbū in eo quòd fit ad prophetas, illustrat prophetas sapientię lumine. apud deū verò est verbū, obtinens ab eo q̄ sit deus. vnde prę loquit hoc quod est, Verbū erat apud deū: ei quod est, deus erat verbum. Chry. Et nō vt Plato hoc quidē intellectū quēdam, hoc vero animā mundi esse dicens: Hæc enim procul sunt à diuina natura. sed dicūt: pater cū articuli adiectione dictus est deus, filius autē sine hac. quid ergo apostolus dicit, Magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi? & rursus: Qui est sup omnia de⁹? sed & Romanis scribens dicit: Gratia vobis & pax à deo patre nostro, sine adiectione articuli: aliter & superfluum erat hic apponere superius cōtinuē adiectū, non igitur & si non est adiect⁹ filio artticulus, ppter hoc fili⁹ minus de⁹ est.

Deitas verbi.

Verbum quale factū prophetis.

Deitas vna patris & filii.

Hoc erat in principio apud deum.

Hyla.2.de tri. Quia dixerat, deus erat verbū: trepido in dicto, & me insolens sermo cōmouit, cū vnum deum prophetæ nūciauerunt. sed ne quò vltra trepidatio mea progredi possit, reddit sacramenti tanti piscator dispēsationē: & refert ad vnū oīa: sine contumelia, sine abolicione, sine tēpore, dicens: Hoc erat in principio apud deum: apud vnū ingenitū deum, ex quo ipse vnus ingenitus deus est prędicatur. Theop. Et rursus ne suspicio diabolica aliquos cōturbaret, ne forte cū verbum deus sit, insurrexerit cōtra patrem, vt aliqui fabulātur gentilium: & separatus à patre fuerit ipsi patri contrarius, dicit: Hoc erat in principio apud deū. q. d. hoc dei verbum nunquā à deo extitit separatū. Chryso. Vel ne audiens, In principio erat verbum, æuiternū quidem æstimes, seniorē verò spatio aliquo patris vitā susceipias, induxit: Hoc erat in principio apud deum. non enim fuit vnquā solitarius ab illo, sed semp deus apud deū erat. vel quia dixerat, Deus erat verbū: vt non æstimet quis minorem esse deitatē filii, confestim cognoscitiua propriæ deitatis ponit, & æternitatē assumens, cum dicit, Hoc erat in principio apud deū, & quod factū est adiiciēs, Omnia p ipsum facta sunt. Orig. Vel aliter: Post q̄ prę miserat tres propositiones euāgelista, resumit tria in vnū, dicens: Hoc erat in principio apud deū. In primo enim triū didicim⁹, in quo erat verbū, quia in principio erat: in secūdo apud quem, quia apud deū: in tertio quid erat verbum, quia de⁹. Velut ergo demonstrās verbum prędictū deum per hoc q̄ dicit hoc, & colligēs in propositionē quartam, hoc quod est, In principio erat verbum, & verbū erat apud deum, & deus erat verbum, ait: Hoc erat in principio apud deū. Quærat autē aliquis, cur nō est dictum, In principio erat verbū dei, & verbum dei erat apud deum, & deus erat verbū dei? Quisquis autem vnicā veritatem fatebitur esse, palàm est quoniam & demōstratio eius quæ est sapientia, vna est. Sed si veritas vna & sapientia vna, verbū quoq; q̄d veritatem enūciat sapientiam expandit in his qui susceptibiles sunt: vnū siquidē erit. nec hoc dicimus inficiantes verbū dei fore, sed ostendentes vtilitatē omissionis huius vocabuli dei. Ipse quoq; Ioannes in Apoc. dicit: Et nomen eius verbum dei. Alcui. Qualiter autē ponit substantiuum verbū erat? vt intelligeres omnia tēpora præueniisse coæternum deo patri verbum.

Omnia per ipsum facta sunt.

Alcui. Post q̄ dixit de natura filii, de operatione eius subiūgit, dicēs: Omnia per ipsum facta sunt. i. quicquid est siue in substātia, siue in aliqua pprietate. Hyla 2.de trini. Vel aliter: Erat quidē verbū in principio, sed potuit non esse ante principiū, sed quid ille? Omnia p ipsum fa.sunt. Infinitum est p quod fit omne quod factū est, & cū ab eo sint oīa, & tēpus ab eo est. Chrys. Moyses quidem incipiens scripturā veteris testamēti de sensibilib⁹ nobis loquitur, & hoc enumerat per multa. In principio enim, ait, fecit deus cælū & terram: deinde inducit, quoniā & lux facta est & firmamentum & stellarum naturæ, & genera animaliū. Euangelista verò hæc omnia excedens, vno verbo cōprehendit vt cognita auditoribus, ad altiorē festinans materiā, totum hunc librum instituēs non de operibus, sed de conditore. Augu.1.super Gene.ad lit. Cū enim dicit: Omnia p ip.fa. sunt, satis ostendit, & lux per ipsum facta: cū dixit de⁹, Fiat lux. & similiter de aliis. quod si ita est, æternū est quòd ait deus, fiat lux: quia vetbū dei deus apud deum patri coæternus est, quāuis creatura tēporalis facta sit. Cum enim verba sint tēporis, cū dicimus, quādo & aliquando: æternū tamen est in verbo dei, quādo aliquid fieri debeat, & tunc fit quādo fieri debuisse in illo verbo est, in quo nō est quando & aliquādo, quoniā totum illud verbum æternū est. Augu.sup.Ioan. Quādo ergo potest fieri vt verbū dei factum sit, quādo deus p verbum fecit omnia? & si verbum ipsum factū est, per q̄d aliud verbum factum est? Si hoc dicis, quia est verbum verbi, p quod factum est illud, ipsum dico ergo vnigenitum filium dei: si autē non dicis verbum dei, cōcede non factum verbum per q̄d facta sunt omnia. Augu. 1. de tri. Et si factum nō est, creatura non est: si autē creatura nō est, eiusdem cū patre substātiæ est, omnis enim substantia quæ deus non est, creatura est: & quę creatura non est, deus est. Theo. Solent autē Arriani dicere, q̄ per ferrā ostium fieri dicimus, quasi p organum, sicut per ferrā ostium fieri dicimus, quasi p organum, sic & per filium omnia facta fuisse dicuntur: non q̄ ipse sit factor, sed organum: & sic factura aiunt filium tanquā factum ad hoc vt p eum omnia fierent. Nos autē ad huiusmodi fictores mēdacii simpliciter respōdemus: si em vt dicitis, pater creasset ad hoc filium, vt eo tanq̄ orga-

Diuinitas verbi ostēdit.

no vteretur, videretur ꝙ ihonorabilior sit filius quàm quæ facta sunt: sicut ea quę ꝑ serram sunt facta ipso organo nobiliora existunt, nã serra propter ipsa est: sic & propter ipsa quę facta sunt, vt aiunt, pater creauit filiũ: tanquã si non deberet deus cũcta creare, nequaq̃ filium produxisset: quid his verbis insanius? sed aiũt, quare nõ dixit ꝙ omnia verbũ fecit, sed vsus est hac prępositione per ne filium ingenitũ intelligeres & sine principio & dei conditore. Chry. Sed si præpositio per, cõturbate, & quæris ĩ scriptura ꝙ ipsum verbũ omnia faceret, audi Dauid: Initio tu domine terrã fundasti, & opera manuum tuarũ sunt cæli. Quòd autẽ hoc de vnigenito dixerit, addisces ab apostolo vtente hoc verbo in epist. ad Hebrę. de filio. Si vero de patre hoc prophetam dixisse dicis, Paulũ vero filium adoptasse, idem fit rursus. Neque enim id filio cõuenire dixisset, nisi vehemẽter consideraret, quoniã quæ sunt dignitatis, cohonorabilia sunt vtriq;. Si rursus per, ꝓpositio aliquã subiectionem tibi videt inducere, cur Paulus eã de patre ponit? Fidelis inquit dñs, per quem vocati sumus in societatem filii eius. Et itetũ: Paulus apostolus per volũtatẽ dei. Orig. Errauit etiã in hoc Valẽtinus dicens, verbũ esse quod mundanę creationis ꝓstitit causam creatori: sed si sic se habet veritas rerũ prout ipse intelligit, oportebat scriptum fore ꝙ creationem vniuersa consistere à verbo, non autem econtra verbum à creatore.

Grãmatica contentio.

Et sine ipso factum est nihil.

Chryso. Vt non æstimes, cũ dicit: Omnia per ipsum facta sunt, illa omnia solũ dicere eum quæ à Moyse dicta sunt, cõuenienter inducit, Et sine ipso factum est nihil, siue visibile qd, siue intelligibile. Vel aliter: Ne hoc quod dixit, Omnia per ipſ. fa. sunt, de signis suspiceris hunc dici, de quib⁹ reliqui euãgelistę locuti sunt, inducit: Et sine ipso factum est nihil. Hyla. Vel aliter diceꝝ hoc quod dicitur, Omnia per ip. fa. sunt, non habet modum: est ingenitus qui fact⁹ à nemine est, est & ipse genitus ab innato, reddidit auctorẽ cũ ocium ꝓfessus est, dicens: Sine ipso factum est nihil. cũ enim nihil sine eo, intelligo non esse solũ: quia alius est per quẽ, alius sine quo non. Orig. in ho. Vel aliter: Ne existimares ea quæ per verbum facta sunt per se existentia non contenta à verbo, ait: & sine ipso factum est nihil, hoc est nihil factum est extra ipsum, quia ipse ambit omnia cõseruans ea. Augu. de quæst. no. & ver. test. Vel dicens: Sine ipso factum est nihil nullo modo ipsum facturã esse suspicari debere edocuit. Quomodo enim potest dici, Ipse est factura, cũ nihil dicatur deus sine ipso fecisse: Orig. sũ. Ioan. Vel aliter: Si omnia per verbũ facta sunt: de numero vero omniũ est malitia & totus fluxus peccati, & hęc per verbum facta sunt, & hoc est falsum: quantũ igitur ad significata, nihil & non ens, vnũ sunt. Videtur autẽ Apostolus nõ entia praua dicere, vocat inquit deus ea quę non sunt tanq̃ ea quę sunt. Totaque prauitas nihil dicitur, cũ absq; verbo facta est. Augu. sup. Ioan. Peccatum enim nõ per ipsum factũ est, & manifestũ est quia peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cũ peccant. Et idolum nõ per verbum factũ est, habet quidem formam quãdam humanã: & ipse homo per verbum factus est. Sed forma hoĩs in idolo nõ ꝑ verbũ facta est, scriptũ est enim: Scimus quòd nihil est idolũ, ergo ista nõ sunt facta per verbũ, sed quæcũq; facta sunt naturaliter, vniuersa natura rerũ omnis omnino creatura ab angelo vsque ad vermiculũ. Orig. Valentinus autẽ excluſit ab omnibus per verbũ factis quæ sunt in seculis facta, quæ credit ante verbũ extitisse, prẽter euidentiã loquens, siquidem quæ putãtur ab eo diuina, remouẽtur ab oĩbus: quæ autẽ velut ipse putat, pœnitus destruũtur, verè dicunt omnia. quidã enim falso dicunt diabolum nõ esse creaturã dei: inquãtum em diabolus est, creatura dei non est. Is autẽ cui accidit esse diabolum, diuina est creatura: ac si diceremus, homicidã. creaturam dei non esse, qui tamẽ in eo quòd homo est, creatura dei est. Augusti. de natura bo. Non autẽ sunt audienda delyramenta hominum, qui nihil hoc loco aliqd intelligendũ esse putant, quia ipsum nihil in fine sententię positũ est: nec intelligunt nihil interesse vtrum dicat, Sine ipso nihil factum est, an sine ipso factũ est nihil. Orig. Si accipiat verbum pro eo quod in quolibet hominum est, quia & ipsum insitum est cuilibet ab eo quod in principio erat verbum, etiam sine hoc verbo nihil cõmittim⁹, simpliciter accipiẽdo quod dicit, Nihil. Ait enim apostolus, quòd sine lege peccatũ mortuum erat, adueniente verò mandato, peccatum reuixit. Nõ enim reputat peccatũ lege non existente, sed nec peccatũ erat non existente verbo, quia dominus dicit: Si nõ veniſſem & essem illis locutus, peccatum nõ haberẽt: quælibet enim excusatio deficit volenti dare respõsum de crimine, dum verbo præsente ac iudicante quid est agendum, nõ obedit quis illi: nec propter hoc inculpãdum est verbum, sicut nec magister per cuius disciplinam non remanet locus excusationis discipulo delinquenti velut, de ignorãtia. Omnia ergo per verbum facta sunt: nõ solum naturalia, sed etiam quæ ab irrationabilibus fiunt.

Cancer errorũ.

Quod factum est. In ipso uita erat.

Beda. Quia euangelista dixit omnẽ creaturam factã esse per verbũ: ne quis fortè crederet mutabilẽ eius voluntatem quasi qui subitò vellet facere creaturã, quam ab æterno nũquam ante fecisset: ideo docere curauit factam quidem creaturã in tempore, sed in æterna creatoris sapientia, quãdo & quos crearet semp fuisse dispositum. vnde dicit, Quod factum est ĩ ipso, vita erat. Augusti. super Ioan. Potest autẽ sic interpretari, Quod factum est in ipso, & postea dicatur, Vita erat: ergo totũ vita est, si sic pronũciauerimus: quid enim nõ in illo factum est? ipse est enim sapiẽtia dei, & dicitur ĩ psalmo, Omnia in sapientia fecisti, omnia igit sicut per illũ, ita in illo facta sunt: si ergo quod in illo factum est vita est: ergo & terra vita est, lapis vita est. Inhonestũ est sic intelligere, ne nobis subrepat secta Manichæorũ, & dicat quia habet vitã paries. solẽt em̃ ista delyrantes dicere. Et cum reprehẽsi fuerint ac repulsi, quasi de scripturis proferunt dicentes, vt quid dictũ est, Quod factum est, in ipso vita erat? Pronũcia ergo sic: Quod factũ est. Hic sub distĩgue, & deinde inter, In ipso vita erat. Facta est enim terra, sed ipsa terra quę facta est, nõ est vita: est autem in ipsa dei sapientia spiritualiter ratio quædã qua terra facta est, hęc vita est. sicut arca in oĩ opere non est vita, arca in arte vita est, qa viuit anima artificis: sic ergo quia sapiẽtia dei per quã facta sunt omnia, scdm artẽ continent omnia quæ fiũt per ipsam artẽ, non hæc continuò sunt vita: sed quicquid factum est, vita est in illo. Orig. in ho. Potest autẽ & sic distĩgui sine errore. Quod factum est in ipso, & postea dicatur, Vita erat. vt sit sensus: Omnia quę per ipsum, & in ipso facta sunt in ipso vita sunt, & vnũ sunt. Erãt em̃, hoc est in ipso subsistũt causaliter, priusquã sint ĩ seipsis effectiuè. Sed si quęris: quomodo & qua ratione omnia quę per verbum facta sunt, in ipso vitaliter & vniformiter & causaliter subsistunt? accipe exempla ex creaturarũ natura. Conspice quomodo omniũ rerum quas mũdi huius sensibilis globositas cõprehendit, causę simul & vniformiter in isto sole qui est maximũ mundi luminare subsistũt: quomodo numerositas herbarũ & fructuũ in singulis seminib⁹ simul continetur: quomodo multiplices regulæ in arte

Quomodo oĩa sunt vita in deo.

Peccatũ nihil est

artificis vnũ sunt, & in animo disponentis viuunt, quomodo infinitus linearũ numerus in vno pũcto vnũ subsistit: & huius varia perspice exempla, ex quibus velut physicę theorię pennis poteris arcana verbi mentis aeie inspicere, & quantũ datur humanis rationibus videre, quomodo omnia quæ per verbũ sunt facta, in ipso viuũt & facta sunt. Hyla. Vel aliter potest legi: In eo qđ dixerat, Sine ipso factũ est nihil. Posset aliquid perturbatus dicere: est ergo aliquid per alterũ factũ, quod tamen non sit sine eo factum: & si aliquid ꝑ alterum licet nõ sine eo, iam nõ per eum omnia: quia aliud est fecisse, aliud est. interuenisse facienti. Enarrat ergo euãgelista quid nõ sine eo factũ sit, dicẽs: Quod factũ est in eo: hoc igitur nõ sine eo qđ in eo factũ est. Nam id quod in eo factum est, etiã per eum factum est: omnia em̃ per ipsum, & in ipso creata sunt. In ipso autẽ creata, quia nascebatur creator deus, sed ex hoc sine eo nihil factũ est: quod tamen in eo factũ est, quia nascens deus vita erat, & qui vita erat, nõ postq̃ natus est factus est vita, nihil ergo sine eo fiebat ex his quæ in eo fiebãt, quia vita est in quo fiebãt: & deus qui ab eo natus est, nõ postea quã natus est sed nascendo quoq; extitit. Chrys. Vel aliter: Non apponemus finale punctũ vbi dicitur, Sine ipso factum est nihil, secundũ hæreticos. Illi enim volẽtes spiritum sanctũ creatum dicere aiũt, Quod factum est in ipso vita erat: sed ita nõ potest intelligi: primũ quidem neq; tempus erat hic spirit⁹ sancti meminisse: sed si de sancto spiritu hoc dictũ est, age secũdum eorũ interim legamus modũ, ita enim nobis hoc incõueniẽs erit: cũ enim dicitur, Quod factũ est in ipso vita erat, spiritum sanctum dicũt dictum esse vitã: sed vita hæc & lux inuenitur esse. Inducit enĩ, Vita erat lux hominũ, quo circa secundũ eos lucẽ omnium hũe spiritũ dicit: quod autem superius verbũ dicit, hic cõsequenter & deũ & vitam & lucẽ nominat. Verbũ autem factũ est: erit igitur spiritus sanctus incarnatus, nõ filius: ideo dimittentes hunc modum legendi, ad decentẽ veniamus lectionem & expositionẽ, hoc autem est cũ dicitur. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil quod factũ est. ibi quiescere fac sermonem: deinde ab ea quę deinceps est dictione ĩcipe quæ dicit, In ipso vita erat: ac si dicat, Sine eo factũ est nihil quod factũ est. i. factibiliũ. Vides qualiter hac breui adiectione omnia correxit superueniẽtia inconuenientia. Inducens enĩ, sine eo factũ est nihil: & adiiciens, Quod factũ est: & intelligibilia cõprehendit, & spiritũ sanctũ excepit. Spiritus enim sanctus factibilis non est: hæc igitur quæ dicta sunt, de cõditione rerum dixit Ioãnes. Inducit autẽ & eũ qui est de prouidentia sermonẽ, dicens: In ipso vita erat, quẽadmodũ in fonte qui generat abyssos, & in nullo minorat fons: ita & in operatione vnigeniti quæcũq; eredas per eum facta esse non minor ipse factus est, nomen autẽ vitę hic non solum cõditionis est, sed & prouidentiæ rerũ, quæ est secundũ permanentiã earum. Cũ autem audis quoniam in ipso vita erat, ne cõpositum existimes: sicut em̃ pater habet vitã in se ipso, ita dedit & filio vitã habere: ergo sicut patrẽ non vtiq; dices cõpositum esse, ita nec filium. Orig. Vel aliter: Oportet scire ꝙ saluator quędã dicit nõ sibi esse sed aliis, quędã vero & sibi & aliis. In hoc ergo ꝙ dicit: Quod factũ est ĩ verbo, vita erat: seruãdũ est, ansibi & aliis vita est, vel aliis tantũ: & si aliis, quibus aliis? idẽ autẽ est vita & lux. Lux autẽ hoĩm est: fit itaque hominũ vita quorũ est lux, & sic in eo ꝙ dicit vita, saluatori. nõ sibi sed aliis, hæc quidẽ vita verbo ꝑexistẽti aderit, ex eo quòd expiata à peccatis anima fit serena, vita inseratur ei qui verbi dei se susceptibilem statuit. vnde verbũ quidẽ in principio nõ dixit factum: non enim erat quando principium verbo careret. Vita autẽ hominum non semper erat in verbo, sed hæc vita hominum facta est: eo ꝙ vita est lux hominũ. Cũ enim homo non erat, nec lux hominũ erat: luce secũdum habitudinem ad homines intellecta, & ideo dicit: Quod factũ est in verbo vita erat, non aũt quod erat in verbo vita erat. Inuenit autẽ alia litera non incõgruè habẽs, Quod factum est in eo vita est. Si autẽ intelligamus vitam hominũ quę in verbo fit, eũ esse qui dixit, Ego sum vita, fatebimur neminẽ infidelium Christi viuere, sed cunctos esse mortuos qui non viuunt in deo.

Notadistinctionem verborũ euãgel.

Alia litera.

Lux quo modo data hominibus.

Et uita erat lux hominum.

Theo. Dixerat in ipso vita erat, ne putares ꝙ absq; vita sit verbũ, sed vita sit spiritualis & lux rationabilibus cunctis. vnde dicit: Et vita erat lux hominum. q.d. Lux ista non est sensibilis sed intellectualis, illuminans ipsam animã. Augu. super Ioan. Ex ipsa enim vita illuminãtur homines, pecora nõ illuminãtur: quia nõ habent rationales mentes, quæ possint videre sapientiã: homo autẽ factus ad imaginẽ dei, habet rationalẽ mentem, per quã possit percipere sapientiã: ergo illa vita ꝙ quam facta sunt omnia lux est, & non quorũcunq; animalium, sed hominũ. Theo. Nõ autẽ lux & solũ Iudęis, sed omniũ hominũ. Omnes enim homines inquantum intellectum & rationẽ recepimus ab eo ꝙ non cõdidit verbo, intantũ ab eo illuminari dicimur. Nã ratio nobis tradita per quã rationales dicimur, lux est ad operanda nos dirigens & non operãda. Orige. Non est autem prętermittendum quòd vitam præmittit luci hominum, inconsequens enim erat illuminari non viuẽtem, & aduenire illuminationi vitã. si autem idem est, Vita erat lux hominũ, quod solũ hominũ, erit Christ⁹ lux atque vita solorũ hominum: hoc autẽ opinari hęreticum est. Non igitur quicquid dicit aliquorum, illorũ solum est. Scriptum est enim de deo ꝙ sit deus Abrahã Isaac & Iacob, nõ tamen istorũ tantum patrum dictus est deus: non ergo ex eo quòd dicitur Lux hoĩm, excludit quin sit aliorũ, alios verò continens, eo quòd est. Faciamus hominem ad imaginem nostram, quicquid ad imaginem ac similitudinem dei factum est, intelligi debet per hominem. Sic igitur lux hominũ lux cuiusli bet rationalis creaturæ est.

Theoricus intelect⁹ verborum.

Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.

Augu. super Ioan. Quia vita illa est lux hominũ, sed stulta corda capere istam lucẽ non possunt, quia peccatis suis aggrauãtur, vt eam videre non possint: ne ideo cogitent quasi absentẽ esse lucem quia eã videre nõ possunt, sequitur: Et lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non comprehẽderũt. Quomodo enim homo positus in sole cæcus præsens est illi sol, sed ipse soli absens est: sic omnis stultus cæcus est, & præsens est illi sapiẽtia. Sed cum cæco præsens est, oculis eius absens est: nõ quia illi ipsi absens est, sed quia ipse absens est ab illa. Orige. Tenebræ autẽ huiusmodi hominũ non natura sunt, secundum illud Pauli: Eramus aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in domino. Orig. in ho. Vel aliter: Lux in tenebris fidelium animarũ lucet à fide inchoãs, ad spem trahens. Imperitorũ vero cordium perfidia & ignorantia lucem verbi dei in carne fulgẽtis nõ comprehenderũt, sed iste sensus moralis est. Physica vero horum verborũ theoria talis est: Humana natura & si non peccaret, suis propriis viribus lucere nõ posset. Nõ enim naturaliter lux est, sed particeps lucis: capax siquidem sapiẽtię est, non ipsa sapiẽtia. Sicut ergo aër per semetipsum nõ lucet, sed tenebrarũ vocabulo nũcupatur: ita nostra natura dum per seipsam cõsideratur, quædã tenebrosa sub-

stantia est, capax ac particeps lucis sapiẽtię: & sicut aër dum solares radios participat, nõ dicitur per se lucere, sed solis splẽdor in eo apparere: ita rationabilis nostræ naturæ pars dũ præsentiã verbi dei possidet, non per se res intelligibiles & deũ suum: sed per insitũ sibi diuinũ lumen cognoscit. Lux itaq; in tenebris lucet, quia dei verbum vita, & lux hominũ in nostra natura, quæ p se inuestigata & cõsiderata informis quędã tenebrositas inuenitur, lucere nõ desinit: & quoniam ipsa lux omni creaturæ est incõprehensibilis, tenebrę eam nõ comprehenderunt. Chryſ. Vel aliter: Totũ ab illo loco, Et vita erat lux hominũ, primũ nos de cõditione docuerat, deinde dicit & quæ secũdum animam bona præbuit nobis veniens verbũ. vnde dicit: Et vita erat lux hominũ.

Christus non dicitur lux angelorũ in euãgelio.

Non dicit lux Iudæorũ, sed vniuersaliter hominũ. non enim Iudęi solum, sed & gentiles ad hanc venerunt cognitionem. Nõ autem adiecit, Et angelorum, quoniam ei de natura humana sermo est, quib⁹ verbũ venit euãgelizans bona. Orig. Quærunt autẽ, quare non verbũ lux hominũ dictum est, sed vita quæ in verbo fit? quib⁹ respondemus: quia vita ad prędens, nõ ea quæ cõmunis est rationalium & irrationaliũ dicitur, sed quę adiũgitur verbo quod in nobis fit p participationẽ verbi primarii, ad discernendũ apparentẽ vitam & non verã, & cupiendam verã vitam. Prius ergo participamus vitam quæ apud quosdam quidẽ est potentia nõ actu lux, qui scilicet nõ sunt auidi perquirere quæ ad scientiã pertinent: apud quosdã verò & actu lux efficitur, qui secundum apostolũ æmulantur dona meliora. ſ. verbũ sapientiæ: si tamen & tũc idem est vita & lux hominũ, nullus manens in tenebris pfectè viuere cõprobatur, nec quis quamviuentium consistit in tenebris. Chry. Vita enim aduenięte nobis solutũ est mortis imperiũ, & luce lucente nobis non vltra sunt tenebræ: sed semp manet vita quã mors superare nõ potest, nec tenebrę lucem. vnde sequitur: Et lux in tenebris lucet. Tenebras mortẽ & errorem dicit: nã lux quidem sensibilis non in tenebris lucet, sed sine illis. Prædicatio verò Christi in medio erroris regnãtis fulsit, & eũ disparere fecit, & in vitam mortem fecit mortuus Christus, ita eam superans vt eos qui detinebãtur reduceret. Quia igit neq; mors eam superauit, neq; error, sed fulgida est eius prædicatio vbiq;, & lucet cũ propria fortitudine, ,,pterea subdit: Et tenebræ eam nõ comprehenderũt. Orige. Est etiam sciendũ q̃ sicut hominũ nomen est duarũ spiritualium rerũ, sic & tenebræ. Dicim⁹ enim hominũ lucem possidentẽ opera lucis pficere, & etiã cognoscere quasi illustratum lumine scientiæ: & ecõtrario tenebras dicimus illicitos actus, & eam quæ videtur scięti a, non est autẽ. Sicut autẽ pater lux est, & in eo tenebræ non sunt vllę, sic & saluator. Sed quia similitudinẽ carnis peccati subiit, non incongruè de eo dicitur, q̃ tenebræ in eo sunt aliquę, ipso in se suscipiẽte nostras tenebras vt eas dissiparet. Hæc igitur lux quæ facta est vita hominũ, radiat in tenebris animarũ nostrarũ, & venit vbi prĩceps tenebrarum harũ cum genere bellat humano. Hãe lucẽ persecutę sunt tenebræ, quod patet ex his quæ saluator & eius filii sustinẽt, pugnãtibus tenebris contra filios lucis. Verum quia deus patrocinatur nõ inualescũt: vnde non apprehẽdunt lucẽ: vel quia celeritatẽ cursus lucis subsequi non valẽt propter ,,ppriam tarditatem: vel quia si supuenientem expectãt, fugãtur luce appropinquante. Oportet autẽ in id considerare q̃ non semp tenebræ in sinistra parte sumũtur, sed quandoq; in bona, secũdum illud psalmi: Posuit tenebras in latibulũ suũ: dum ea quę sunt erga deum, ignota perceptibilia sunt. De hac ergo laudata caligine dicã: quoniam versus lucem pergit, illamq; apprehẽdit: quia quod erat caligo dum ignorabatur, in lucẽ cognitam vertitur ei qui didicit. Augu. x. de ci. dei. Hoc autẽ initium sancti euãgelii quidã Platonicus aureis literis perscribendũ, & per omnes ecclesias in locis eminẽtissimis proponẽdũ esse dicebat. Beda. Nã alii euangelistæ Christum in tẽpore natum describunt, Ioannes verò eundẽ in principio testatur fuisse, dicẽs: In principio erat verbum. Alii inter homines eũ subitò apparuisse cõmemorant: ille ipsum apud deum semp fuisse testatur, dicens: Et verbum erat apud deum. Alii eum verũ hominem, ille verũ confirmat deum, dicẽs: Et deus erat verbum. Alii hominẽ apud homines eũ temporaliter cõuersatũ, ille deũ apud deum in principio manentẽ ostendit, dicens: Hoc erat in principio apud deum. Alii magnalia quæ in homine gessit perhibent, ille quòd omnem creaturã per ipsum deus pater fecerit docet, dicens: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Fuit homo missus à deo cui nomen erat Ioannes. Hic uenit in testimonium, ut testimoniũ perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimoniũ perhiberet de lumine.

Augu. Ea quæ dicta sunt superi⁹, de diuinitate Christi dicta sunt: qui sic venit ad nos, secũdum q̃ apparuit homo. Quia igitur sic erat homo vt lateret in illo de⁹, missus est ante illũ magnus homo, per cui⁹ testimoniũ inueniret pluſq̃ homo. & quis est hic? Fuit homo. The. Non angelus, vt suspicionẽ multorum destrueret. Augu. Et quomodo posset iste verũ de deo dicere? Missus à deo. Chryſ. Nihil de reliquo humanũ esse æstimo eorum quæ dicũtur ab illo: non enĩ quæ eius sunt, sed quę mittentis omnia loquitur, ideo & angelus nũcupatus est à propheta dicẽte: Ego mitto angelũ meum. Angeli enim virtus est nihil proprium dicere. Hoc autẽ quod dicit Fuit missus, nõ eius qui ad esse processus ostensiuum est. Sicut autẽ Esaias missus fuit nõ aliundè quàm à mundo, sed à statu quo vidit dominũ sedentẽ super solium excelsum & eleuatũ ad plebẽ: sic Ioãnes à deserto ad baptizãdũ mittitur. Ait enĩ: Qui misit me baptizare, ille mihi dixit, Super quem videris &c. Auguſt. Quid vocabat? Cui nomen erat Ioannes. Alcui. Id est, gratia dei vel in quo est gratia, qui gratiam noui testamẽti. i. Christũ suo testimonio primũ mundo innotuit. Vel Ioãnes interptatur cui donatũ est, quia per gratiã dei donatum est illi regem regũ nõ solum pcurrere, sed etiam baptizare. Augu. Quare venit? Hic venit in testimonium, vt testimoniũ perhiberet de lumine. Orige. Quidam improbare nitũtur ædita de Christo testimonia prophetarũ, dicẽtes: Non egere testibus dei filium habentẽ credulitatis sufficientiã, tum in his quæ protulit salubribus verbis, tũ in mirabilibus operibus suis. Siquidem & Moyses credi meruit per verbum virtutis, non egens prędicis testibus. Ad hoc dicendum est, quòd multis existentibus causis inducẽtibus ad credendum, plęrũq; quidam ex hac demonstratione nõ admirantur, ex alia verò habent causam vt credãt. Deus autem est qui pro cũctis hominibus homo factus est. Cõstat igitur quosdã ex dictis propheticis ad Christi admirationẽ coactos, mirantes tot prophetarũ ante eius aduentum vocẽ, constituẽtes natiuitatis eius locum & alia huiusmodi. Illud quoq; animaduertendũ quòd prodigiosę virtutes ad credẽdum prouocare poterant eos qui tempore Christi erant, nõ autem post longa tẽpora, non fabulosa quędã existimata fuerũt. plus enim pactis virtutibus facit ad credulitatẽ quæ cum virtutib⁹ quæritur prophetia. Est autẽ & tale quid dicere, quòd quidã in hoc q̃ testimoniũ prębẽt deo, honorati sunt.

Tenebræ duplices.

Missio Ioannis.

Testimonia prophetarũ de Christo.

Priuare vult ergo chorũ prophetarũ ingenti gratia, qui dicit illos non oportere de Christo testimoniũ exhibere. Accessit autem his Ioãnes, vt testimoniũ de luce p̃hibeat. Chryſ. Nõ ea indigẽte testimonio. Sed propter quid, ipse Ioannes docet, dicẽs: Vt omnes crederẽt per illum. Sicut enim carnẽ induit ne omnes ꝑderet: ita & prȩconem hominẽ misit, vt cognatam audiẽtes vocem facilius aduenirent. Bed. Non autem ait. Vt omnes crederent in illũ. Maledictus enĩ homo qui confidit in homine: sed vt omnes crederent per illum, hoc est, per illius testimonium crederent in Incẽ. Theo. Si verò aliqui non crediderint, excusabilis permanet ipse. Nam & si aliquis includens se in domo caliginis, & ipsum solis radius non illustret, ipse causam tribuit & nõsol: sic Ioannes vt omnes crederent missus fuit, sed si minimè consecutum est, ipse huius rei causa non extitit. Chryſ. Quia verò multũ apud nos maior qui testatur, eo qui testimoniũ perhibet & dignior fide esse videtur: nè qs & de Ioanne hoc suspicet, hanc suspicionẽ destruit, dicens: Non erat ille lux, sed vt testimo. perhi. de lumine. Si verò non huic instãs opinioni hoc resumpsit, vt testimonium phiberet de lumine, superfluum esset quod dicitur, & magis iteratio sermonis q̃ explanatio doctrinæ. Theo. Sed dicet aliquis, ergo neq; Ioannẽ neq; sanctorum quempiã lucẽ esse vel fuisse dicemus, sed si sanctorum aliquã lucem velimus dicere, ponemus lucẽ absq; articulo. vt si interrogatus fueris vtrũ Ioannes est lux? sine articulo securè cõcedas. Si verò cũ articulo, nõ concedas. Non enĩ est ipsa lux prĩcipalior: sed lux dicit, q̃ secũdum participationẽ lucem habeat à vero lumine.

Lucis duplex acceptio.

Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

Augu. De quo lumine Ioãnes testimonium phibeat ostendit, dicens: Erat lux vera. Chryſ. Vel aliter: Quia superius de Ioanne dixerat q̃ venit & missus est vt testetur de luce: ne quis hoc audiens propter testãtis recentem præsentiã, & de eo cui testimonium phibetur, talem quãdam suspicionẽ accipiat, reduxit mentem & ad eam quę supra omne principiũ est transmisit existẽtiam, dicens: Erat lux vera. Aug. Quare additũ est vera? quia & homo illuminatus dicit lux, sed vera lux illa est quæ illuminat, nã & oculi nostri dicunt lumina: & tamen nisi aut per noctẽ lucerna accẽdatur, aut per diẽ sol exeat, lumina illa sine causa patẽt. vnde subdit: Quę illuminat omnem hominẽ. Si omnem hominẽ, ergo & ipsum Ioannẽ. Ipse ergo illuminabat, à quo se demonstrari volebat. Quomodo enim plęrũq; fit vt in aliquo corpore radiato cognoscatur ortus esse sol, quę oculis videre non possumus, quia qui saucios habent oculos, idonei nõ sunt videre parietem illuminatũ aut aliquid huiusmodi: sic omnes ad quos venerat Christus, minus erant idonei eum videre. Radiauit Ioannẽ, & per illum confitentẽ se illuminatũ, cognit⁹ est ille qui illuminat: dicit autem, Venientẽ in hunc mundũ: nam si illinc nõ recederet, non esset illuminãdus: sed ideo hic illuminãdus, quia illinc recessit vbi homo poterat esse illuminatus. The. Erubescat. Manicheus qui cõditoris maligni & tenebrosi nos asserit creaturas. Non enim illuminaremur, si veri luminis creaturæ non essem⁹. Chryſ. Vbi sunt etiam qui nõ dicunt eum verũ deum? hic enim lux vera dicitur. Sed si illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundũ, qualiter tot sine lumine permãserunt? Non enim omnes cognouerunt Christi culturam. Illuminat igitur omnem hominẽ, quantum ad eum pertinet: si autem quidã mentis oculos claudentes noluerũt recipere lucis huius radios, non à lucis natura obtenebratio est eis, sed à malitia eorũ qui voluntariè priuant seipsos gratię dono, nã gratia quidem ad omnes effusa est. Qui vero nolũt dono hoc frui, sibiipsis hãc imputẽt cæcitatem. Aug. Vel quod dicitur, Illuminat oẽm homi nem, sic intelligimus, nõ quia nullus est hominũ qui nõ illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminat. Bed. Sine naturali ingenio, sine sapientia diuina, sicut enim nemo à seipso esse, sic etiã nemo à seipso sapiens esse potest. Orig. in ho. Vel aliter: Non de his qui de occultis seminum causis in species corporales procedũt, debemus intelligere quòd illuminat hominem venientẽ in hunc mũdũ, sed de his qui spiritualiter p̃ regenerationem gratiæ quæ datur in baptismate in mundũ veniũt inuisibilẽ. Eos itaq; vera lux illuminat qui in mũdum virtutũ veniunt, non eos qui in mũdum vitiorũ ruunt. Theo. Vel aliter: Intellectus nobis traditus ac nos dirigens, qui & naturalis ratio nominat, dicitur lux tradita nobis à deo. Sed quidam malè ratione vtentes seipsos obscurauerunt.

Mundus duplex.

Pulchrũ mysterium.

In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.

Aug. Lux quæ illuminat omnẽ hoĩem venientẽ in hũc mundum, huc venit per carnẽ, quia dum hic esset p diuinitatem à stultis cæcis & iniquis videri nõ poterat, de quibus suprà dictũ est: Tenebræ eam non cõprehenderunt: & ideo dicit, In mundo erat. Orig. in ho. Vt enim qui loquitur, dum loqui cessat, vox eius esse desinit & euanescit. Sic cælestis pater si verbum suum loqui cessauerit, effectus verbi, hoc est vniuersitas verbo condita non subsistet. nõ autem putes, quia sic erat in mundo quomodo in mũdo est terra, pecora, & homines: sed quomodo artifex regens quod fecit. vnde sequitur: Et mundus per ipsum fact. est. Non enĩ sic fecit quomodo facit faber, qui enim fabricat, extrinsecus est ad illud quod fabricat. Deus autem infusus mũdo fabricat vbiq; positus, & non recedit ab aliquo: præsentia maiestatis facit quod facit, & gubernat quod facit: sic ergo erat in mũdo, quomodo per quẽ factus est mundus. Chryſ. Et iterum quia in mũdo erat, sed non vt mũdi contẽporane⁹, ,,pter hoc induxit: Et mũdus per ipsum factus est, per hoc & rursus te deducens ad ęternã existentiam vnigeniti. qui enim audierit quoniã opus eius hoc totũ, & si valde insensibilis fuerit, cogetur concedere ante opera esse factorem. Theo. Simul autẽ hic & Marcionis subuertit rabiem, qui malignũ conditorem cuncta produxisse dicebat: necnõ & Arrii, qui filiũ dei dicebat creaturam. Aug. Quid est autẽ, mundus per ipsum fact⁹ est? Cęlum, terra, mare, & omnia quę in eis sunt mũdus dicitur. iterũ in alia significatione dilectores mũdi mundus dicũtur: de quo sequitur, Et mũ. eum nõ cognouit. Non enĩ cæli aut angeli aut sydera nõ cognouerũt creatorem, quẽ confitentẽ dæmonia, omnia vndiq; testimonium perhibuerunt. Sed qui nõ cognouerunt eum? qui amando mundũ dicti sunt mũdus: amãdo enĩ mundum habitamus corde in mũdo. nam qui nõ diligũt mundũ, carne versantur in mũdo, sed corde inhabitãt cælũ: sicut apostolus dicit, nostra cõuersatio in cęlis est: amãdo igitur mundũ, hoc appellari meruerunt vbi habitãt. Quomodo enim cũ dicimus, mala est illa domus aut bona, non parietes incusamus aut laudamus, sed inhabitãtes: sic & mundũ dicimus, qui inhabitant mundũ amando. Chryſo. Qui autẽ dei erant amici, eum cognouerũt etiam ante corporalem præsentiã: vnde & Christus ait, Quoniã Abrahã pater vester exultauit vt videret diẽ meũ. Cũ ergo nos interpellant gẽtiles dicentes, ,,Quid est q̃ in vltimo tẽpore venit nostrã operaturus salutem tanto tẽpore negligens nos? dicimus quoniam & ante hoc in mundo erat, & ,,uidebat operibus suis, & omni

Mundus quomodo dicatur.

Quomodo deus est in mũdo.

bus dignis cognitus erat: & si eum mundus non cognouit, hi tamen quibus mũdus non erat dignus, eũ cognouerunt. Dicẽs autẽ, Mundus eum nõ cognouit, breuiter causam ignorãtię p̃buit. Mũdum eũ vocat homines qui soli mũdo affixi sunt, & quæ mũdi sunt sapiũt. Nihil autẽ ita turbat mentẽ, vt liquefieri amore p̃sentiũ.

In propria uenit, & sui cũ nõ receperunt, Quotquot aũt receperunt eũ, dedit eis potestatẽ filios dei fieri, his qui credũt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt.

Chry. Dicit q̃ mundus eũ non cognouit, de superioribus loquens tẽporibus, sed de reliquo sermonẽ induxit ad predicationis tẽpora, & ait: In propria venit. Augu. Quia scilicet omnia p̃ ipsum facta sunt. Theo. Vt p̃ propria, mundũ intelligas, siue Iudęã quam pro hęreditate elegerat. Chrys. In propria ergo venit, non gratia suæ necessitatis, sed gratia beneficii suorũ. Sed vnde venit qui omnia implet, & vbiq; adest? Ea quidem quę ad nos descẽsione hic operatus est: quia enim in mũdo existens, non putabatur adesse, eo q̃ nondum cognosceba tur, dignatus est induere carnem. Manifestationẽ vero hanc & condescensionẽ, præsentiam vocat. Misericors autem existens deus omnia facit, vt nos secũdum virtutem splendeamus: & ꝓpter hoc quidem nullũ necessitate, suasione vero & beneficiis volentes ad se attrahit: & propterea venientẽ eum hi quidem susceperunt, alii vero non receperunt. Nullũ enim vult inuitum neq; coactum habere famulatũ: inuitum enim trahi par est cum eo qui totaliter non seruit. vnde sequitur: Et sui eũ non receperunt. Iudæos nunc suos dicit, vt populũ peculiarem, sed & omnes homines vt ab ipso factos, & sicut superius pro cõmuni verecũdat⁹ natura dicebat, quoniã mundus p ipsum factus conditorẽ non cognouit: ita & hic rursus pro Iudęorũ anxius indeuotione, grauius ponit accusationẽ, dicens: Et sui eum non receperũt. Augu. Si autem omnino nullus recepit, nullus ergo saluus factus est. Nemo enim saluus fiet, nisi qui Christũ receperit venientẽ: & ideo addidit, Quotquot aũt rece.eũ. Chrys. Siue sint serui siue liberi, siue græci siue barbari, siue insipientes siue sapientes, siue mulieres siue viri, siue pueri siue senes, omnes eodẽ digni facti sunt honore: de quo sequitur, Dedit eis potestatẽ filios dei fieri. Ambro. Magna beniuolẽtia, vnicus natus est, & noluit manere vnus: nõ timuit habere cohęredes, quia hę reditas eius nõ fit angusta si multi possederint. Chrys. Non autem dixit quoniã fecit eos filios dei fieri, sed dedit eis potestatẽ filios dei fieri: ostẽdens quoniam multo opus est studio, vt eam quæ in baptismo adoptionis formata imaginẽ incontaminatã semper custodiamus. Simul autem & ostẽdens quoniã potestatem hãc nullus nobis auferre poterit, nisi nosipsi auferamus. Si em̃ qui ab hominibus dominiũ aliquarum rerũ suscipiunt, tãtum habent robur quãtum ferè hi qui dederunt: multo magis nos, qui à deo potimur hoc honore. Simul autem ostendere vult quoniã hæc gratia aduenit volentibus & studentibus. Etenim in potestate est liberi arbitrii & gratiæ, operatione filios dei fieri. Theo. Vel quia in resurrectione filiationẽ perfectissimam cõsequemur: secũdum q̃ apostolus dicit, adoptionẽ filiorum dei expectãtes redẽptionem corporis nostri. Dedit ergo potestatem filios dei fieri. i. hanc gratiam in futura gratia consequẽdi. Chry. & quia in hisipsis ineffabilibus bonis hoc quidem est dei. s. dare gratiam, illud verò homi nis. i. præbere fidem: subiungit, His qui cre.in no.eius. Quid igitur nõ dicis nobis, ò Ioanes, quod eorũ sit supplicium qui eũ non receperũt? quia nũquid isto supplicio fiet maius quãdo prę iacente eis potestate filios dei fieri non fiant, sed volentes seipsos tãto priuãt honore? sed etiam inextinguibilis eos suscipiet ignis, q̃d postea manifestius reuelabit. Aug. Credẽtes ergo quia filii dei fiunt, & fratres Christi vtiq; nascũtur. Nã si non nascũtur filii: quomodo esse possunt? Sed filii hominũ nascuntur ex carne & sanguine, & ex voluntate viri & cõplexu coniugii. Illi autẽ quomodo nascuntur subdit: Qui nõ ex sanguinibus, tanq̃ maris & fœminę. Sãguina vel sanguines nõ est latinum, sed quia græcè positũ est pluraliter, maluit ille qui iterp̃tabatur sic ponere, & quasi minus latine loqui secũdum grãmaticos, & tamẽ explicare veritatẽ secũdum auditũ infirmorũ. Ex sanguinibus enim maris & fœminæ homines nascuntur. Beda. Sciendũ etiam est, quia in scripturis sanctis sanguis cũ dicitur pluraliter, peccatũ significare solet. vnde, Libera me de sanguinibus. Augu. In eo autẽ quod sequitur, Neq; ex volũtate carnis, neq; ex volũtate viri: carnem pro fœmina posuit, quia de costa cũ facta esset, Adã dixit, Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Ponitur ergo caro pro vxore, quomodo aliquãdo spiritus pro marito: quia ille imperare debet, ista seruire. Quid enim peius est domo, vbi fœmina habet imperiũ super virum? Hi ergo neq; ex voluntate carnis, neq; ex volũtate viri, sed ex deo nati sunt. Beda. Carnalis enim singulorum generatio, à cõplexu coniugii ducit originem: at verò spiritualis, spũs sancti gratia ministratur. Chrys. Hoc autẽ narrat euangelista, vt vtilitatẽ & humilitatẽ prioris partus qui est p̃ sanguinẽ & voluntatẽ carnis addiscẽtes, & altitudinem secũdi qui per gratiã & nobilitatem est cognoscentes, magnã quandam hic suscipiamus intelligentiã, & dignã dono ipsius qui genuit, & multum post hoc studium demonstremus.

Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.

Augu. Cũ dixisset, Ex deo nati sunt: quasi ne miraremur & horreremus tãtã gratiã, & nobis incredibile videretur quia homines ex deo nati sunt, quasi securitatẽ faciens ait: Et verbũ caro factũ est. Quid ergo miraris quia homines ex deo nascũtur? attẽde ipsum deũ ex'homine natũ. Chrys. Vel aliter: Cũ dixisset, quoniã ex deo nati sunt qui susceperunt eũ, huius honoris posuit causam, hoc. s. verbũ fieri carnem: factus est enim ꝓpri⁹ filius dei, hominis filius, vt filios hoĩ faciat filios dei. Cũ autem audieris: Quoniam verbũ caro factũ est, ne turberis: neq; enim substantiã cõuertit in carnem: hoc enim verè impium est intelligere, sed manẽs quod est, serui formã assumpsit. Quia enim sunt qui dicũt, quoniam fantasmata quædam fuerint omnia quę incarnationis sunt: eorum blasphemiã destruens, hãc dictionẽ, Factum est, posuit: nõ transmutationẽ substãtię, sed carnis veræ assumptionem repsentare volẽs. Si verò dixerint, quoniam deus omnipotẽs est, quare & in carnem transmutari nõ potuit? Dicemus q̃ transmutari ab illa incõmutabili natura omnino ꝓcul est. Augu. xv. de tri. Sicut autem verbũ nostrum vox quodãmodo corporis fit, assumendo eã in qua manifestatur sensibus hominũ: sic verbum dei caro factũ est, assumẽdo eã in qua & ipsum manifestaret sensibus hominũ. Et sicut verbũ nostrum fit vox, nec mutat in vocem: ita verbũ dei caro quidem factũ est, sed absit vt mutaretur in carnẽ: assumẽdo quippe illam nõ in eam se consumendo, & hoc nostrum vox fit, illud caro factũ est. Ex gestis cõcilii Ephesini. Sermo etiã quem proferimus quo in alterutris locutionibus vtimur, sermo est incorporeus, non aspectui subiectus, non tactu tractabilis: sed cũ sermo induerit literas & elemẽta, visibilis fit, aspectu cõprehendit, tactu tractatur: sic & verbũ dei quod naturaliter inuisibile est, visibile fit: & quod natura incorporeum est, inuenitur esse tractabile. Alcui. Cũ etiam credam⁹ animã incorporeã corpori cõiungi, vt ex his duobus fiat vnus homo: facili⁹ possumus credere diuinã substantiam incorpoream, animæ in corpore cõiungi in vnionẽ perso næ: ita vt verbũ in carnem nõ sit conuersum, nec caro in verbum: cũ nec corpus in animã, nec anima cõuertat in corpus. Theo. Apollinarius autẽ Laodicensis in hoc verbo hæresim statuit: dicebat em̃ quòd Christus animam rationalem nõ habuit, sed tantũ carnẽ, habens diuinitatem pro anima, quæ corpus dirigit & gubernat. Augu. cõtra. ser. Arriani. Si autẽ mouẽtur in eo q̃d scriptum est, q̃ verbũ caro factum est, nec ibi anima nomi natur: intelligãt carnem pro homine positã, à parte totum figuratę locutionis modo: sicuti est, Ad te oĩs caro veniet. Itẽ ex operibus legis, q̃ nõ iustificabit omnis caro: quod apertius alio loco dicitur, Nõ iustificabit homo ex operibus legis. Sic itaq; dictũ est, Verbũ caro factum est: ac si diceret, Verbũ homo factũ est. Theo. Euãgelista vero volẽs ostendere inenarrabilẽ dei condescẽsum, carnẽ cõmemorat, vt illius admiremur misericordiam, quoniã propter nostrã salutem quod omnino remotum & distãs est ab eius natura assumpsit. s. carnem: anima nãq; habet aliquã propinquitatẽ ad deũ. Si autẽ verbũ incarnatũ est, & humanã animã nõ assumpsit, sequeretur q̃ adhuc animæ nostræ curatę nõ essent. quod enim nõ assumpsit, non sanctificauit. Et qualis derisio, cũ anima prius peccauerit, vt carnem assumẽdo sanctificauerit, id quod est pricipalius iufirmum relinquere? Subuertitur ex hoc dicto Nestorius, qui dicebat q̃ nõ deus verbũ ipse idem fac⁹ est homo ex sacro cõceptus sanguine virginis, sed verbo peperit hominẽ, q̃ omnis virtutis dotatus erat specie, & dei verbũ illi erat coniunctũ: & ex hoc duos filios asserebat, vnũ natũ de virgine. s. hominem, alterũ de deo. s. dei filiũ homini illi cõiunctum scdm gratiæ habitudinem & amorem. Cõtra quem euãgelista dixit, q̃ ipsum factũ est homo, non q̃ verbum inueniẽs hominem virtuosum se sibi cõiũxit: Cyril. ad Ne. Carnem em̃ animatã anima rationali veniens verbũ sibi secũdum subsistentiam, ineffabiliterq̃; & intelligibiliter factus est homo, & appellatus est filius hominis, non secundũ voluntatẽ solã aut beneplacitũ, sed neq; in assumptione p̃sonæ solius, diuersæ quidem quo ad vnionem collatæ naturæ: vnus aũt ex ambobus, Christus & filius, nõ quasi differentia naturarũ interempta ꝓpter adunationẽ. The. Addiscim⁹ ergo p hoc quod dicit, Verbũ caro factum est, quia ipsum verbum est homo, & filius dei existẽs factus est fili⁹ mulieris, quę principaliter dei genitrix nũcupatur, tanquam deum in carne genuerit. Hyla. x. de tri. Quidam autem volẽtes vnigenitum deũ qui in prĩcipio apud deũ erat deus verbum, nõ substãtiuum deum esse & sermonẽ vocis emissæ, vt q̃d loquẽtibus verbum suum, hoc sit patri deo filius, argutè subripere volũt: ne subsistẽs verbum deus & manẽs in forma dei Christus nõ natus sit, vt cũ hominẽ illum humanę potius originis causa q̃ spiritualis cõceptionis sacramẽtum animauerit: nõ de⁹ verbũ hominem se ex partu virginis efficiens extiterit, sed vt prophetis spiritus prophetiæ, ita in Iesu verbũ dei fuerit. Et arguere nos solẽt quòd Christũ dicamus esse natum nõ nostri corporis atq; animæ hominem, cùm nos verbum carnem factum, nostrę similitudinis natũ hominem ꝓdicemus, vt verè dei filius verè hominis filius natus sit, & vt per se sibi assumpsit ex virgine corpus, ita ex se sibi animã assumpsit, quę vtiq; ab homine nũq̃ gignentium originibus p̃betur: & cũ ipse ille filius hominis sit, q̃ ridiculè pręter dei filium qui verbũ caro factum est, aliũ nescio quẽ tanq̃ prophetã verbo dei animatum p̃dicabimus, cũ dñs Iesus Christus & dei filius & hominis sit. Chry. Ne aũt ab eo qd dictũ est, verbum caro factum est, incõuenienter suspiceris versionẽ illius incorruptibilis naturæ, subdit: Et habitauit in nobis. Quod enim habitat, nõ idem est cũ habitaculo, sed aliud: aliud autẽ dico secundũ naturã, vnitione verò & copulatiuè vnum est deus verbũ caro, neq; confusione facta, neq; destructione substantiarum. Alcui. Vel habitauit in nobis. i. inter homines conuersatus est.

Caro ponit pro nomine.

Intellectus mysticus.

Natiuitas duplex.

Nestorii cõfutatio.

Incarnatiõis ter bi mod⁹.

Et uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis.

Chry. Cũ dixisset, filii dei facti sumus, & non aliter q̃ per hoc, verbũ caro factũ est, rursus ipsius dicit & aliud lucrum: Et vidimus gloriã eius: quam vtiq; nõ vidissemus, nisi p̃ consortium humanitatis visus esset nobis. Si enim Moysi nõ sustinuerũt faciem glorificatã videre, sed velamine opus fuit: qualiter diuinitatẽ nudã, existentem inaccessabilem etiã ipsis superioribus virtutibus, nos lutei & terrestres sufferre possemus? Aug. Vel aliter: Quia verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Ista natiuitate collyrium fecit, vnde tergerẽtur oculi cordis nostri, vt possim⁹ videre maiestatẽ eius per eius humanitatem: & ideo dicitur, Et vidimus gloriam eius. Gloriam eius nemo posset videre, nisi humilitate carnis sanaretur. Irruerat enim homini quasi puluis in oculum de terra, oculus iste sauciatus erat, & terra illuc mittitur vt sanetur: caro te obcęcauerat, caro te sanat. Carnalis enim anima facta erat consentiendo carnalibus affectibus, inde fuerat oculus cordis cæcatus: medicus fecit tibi collyrium, quoniam sic venit vt de carne vitia carnis extingueret. Verbũ enim caro factũ est: vt possis dicere, Vidimus gloriam eius. Chrys. Subdit autem, Quasi vnigeniti à patre: quia multi prophetarum glorificati sunt: puta Moyses, Elias, Eliseus, & alii multi quicũq; miracula ostẽderunt: sed & angeli hominib⁹ apparentes, & eã quę est proprię naturę coruscantẽ lucem manifastãtes: sed & Cherubin & Seraphin cũ mul ta gloriavisa sunt à prophęta. Ab omnib⁹ his nos abducens euãgelista, & suprà omnẽ naturam & cõseruorum nostrorũ claritatem erigens mẽtem, ad ipsum nos pducit verticem. q. d. Nõ vt p̃phętæ aut alterius hominis vel angeli aut archãgeli aut alicuius superiorum virtutum est gloria quã vidim⁹, sed quasi ipsius dñatoris, ipsius regis, ipsius naturalis filii vnigeniti. Greg. In sacro enim eloquio, sicut & quasi, aliquãdo non pro similitudine ponit, sed pro veritate: vnde & istud, Quasi vnigeniti à patre. Chry. Ac si di. Vidimus gloriã qualem decebat, & conueniẽs est habere vnigenitum & naturalẽ filium. Cõsuetudo enim multorũ regem valde ornatum videntium, vbi cũ aliis enumerãtes nõ possunt vniuersam repsentare claritatem hoc inducũt: Quid oportet multa dicere? quasi rex ibat: sic & Ioanes dicit, Vidim⁹ gloriã eius gloriam quasi vnigeniti à patre. Angeli em̃ apparentes vt serui & dominũ habẽtes omnia agebãt, ipse verò dñs cũ humili forma apparens: sed & creaturæ dominũ cognouerunt, stella magos vocãs, angeli pa dominũ cognouerunt, stella magos vocãs, angeli pastores, puer exultãs in vtero: sed & pater testatus est de stores, puer exultãs in vtero: sed & pater testatus est de cælis, & paracletus sup ipsum aduenies: sed & ipsa recælis, & paracletus sup ipsum aduenies: sed & ipsa rerum natura omni tuba clari⁹ clamauit, quoniã rex cęlorum aduenerat. Etem̃ dæmones fugiebãt, infirmitatis species soluebãtur, mortuos dimittebãt sepulchra, & animas à malitia ad virtutis verticẽ agebat. Quid vtique quis dicat ꝓceptorũ philosophiam, cælestiũ legum virutem, angelicæ vrbanitatis bonã ordinationem? Orige. in ho. Eius autẽ quod sequit, Plenũ gratiæ & veritatis, duplex intellectus est. Potest enim de humanitate ac diuinitate incarnati verbi accipi, ita vt plenitudo

Quasi pro situ pro tanquã

Sublimitas Christi.

Gloria Christi quomodo visa.

Que pro priaChristi dicantur.

Quomodo deus trahit homines.

Filiatio perfecta quæ sit.

gratiæ referatur ad humanitatẽ secundum quã Christus caput est ecclesiæ,& primogenit⁹ creaturæ vniuersæ;quoniã maximum & prĩcipale gratiæ exẽplum qua nullis præcedentibus meritis homo efficit deus,in ipso primordialiter manifestũ est.Potest etiã plenitudo gratiæ Christi de spiritu sancto intelligi,cuius septiformis operatio humanitatẽ Christi impleuit.Plenitudo verò veritatis ad diuinitatẽ refert. Si verò plenitudinẽ gratiæ & veritatis de nouo testamento mauis intelligere, non incongruè pronũciabis plenitudinem gratię noui testamenti esse per Christũ donatam & legalium symbolorum veritatem in ipso esse impletã.Theo.Vel plenum gratia,prout eius verbum gratiosum erat dicente Dauid, Diffusa est gratia in labiis tuis. Et veritate, secundũ quod Moyses &prophetæ loquebantur,aut operabantur in figura,Christus autem cum veritate.

Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quem dixi, qui post me uenturus ante me factus est: quia prior me erat.

Alcui.Dixerat superius fuisse missum hominẽ ad phibẽdum testimoniũ, hic determinat testimoniũ suum quod manifestè ꝓcursor prænũciauit:vnde dicitur, Ioannes phibet testimoniũ de ipso.Chrys.Vel aliter hoc inducit,ac si dicat: Nõ æstimetis quòd nos qui fuimus cũ eo multo tẽpore,& mẽsæ ipsius cõmunicauimus,ꝓpter gratiam hoc testemur: quia Ioãnes qui antea cum non viderat, nec ei cõmoratus fuerat, ei testimoniũ phibebat.Multoties autem euãgelista reuoluit ei⁹ testimonium,quia multam admirationem huius viri habebant Iudæi.Et alii quidem euãgelistę antiquorum meminerũt prophetarum,dicẽtes:Hoc factũ est vt implea tur quod dictũ est per ꝓphetam.Hic autem altiorem & recentiorem testẽ inducit,non intẽdens à seruo dominatorem facere fide dignũ,sed auditorum imbecillitati cõdescendens. Quẽadmodum enim nisi seruí formã assumpsisset:non ita facile susceptibilis factus esset: ita nisi serui voce auditum cõseruorũ præexcitasset,nequaquam multi Iudæorũ verbum Christi susceperint. Sequitur:Et clamat.i.cũprolatione cũ libertate sine subtractione omnia prædicat.Non autẽ à principio dixit, quoniã hic est filius dei vnigenit⁹ naturalis: sed clamat dicens,Hic erat quẽ dixi,qui post me venit ante me factus est: quia prior me erat. Quẽadmodũ enim matres auiũ non cõfestim pullos suos volationẽ docẽt, sed primo quidẽ extra nidum educunt,postea verò aliã multò velociorem volationẽ apponũt:sic & Ioãnes non cõfestim Iudæos ad alta duxit,sed interim paululũ à terra eos euolare docuit dicẽs,ꝙ Christus melior eo erat, qđ non paruũ interim erat. Et vide qualiter sapienter inducit testimoniũ:non em̃ solũ apparentẽ Christũ monstrat,sed & antequã apparuisset eum ꝓdicat. Quod signific̃at in hoc qđ dicit,Hic erat de quo dixi.Hoc autẽ fecit vt facile susceptibilis esset Christus,hominũ mẽte iam ꝓderenta ab aliis quæ de eo dicta erãt:& vt nihil ad hoc humilitas habitus noceret.Ita enim humili & cõmuni omnibus forma Christus vtebat, vt si simul & verba hæc audissent de eo,& eum cõsideassent,Ioãnis testimoniũ derisissent.Theop.Dicit autẽ,Qui post me venit: videlicet sẽm tẽpora natiuitatis: sex enim mẽsibus prior Christo Ioãnes erat secũdum humanitatẽ. Chrys. Vel hoc non dicit de ea generatione quæ est ex Maria.Iã enim natus erat Christus quãdo hęc à Ioãne dicebãtur,sed de aduẽtu eius ad ꝓdicationẽ.Dicit aũt, Ante me factus est.i.clarior est & honorabilior:ac si dicat,Nõ quia prior veni ad ꝓdicandũ ex hoc maiorẽ me esse illo existimetis.Theo. Arriani verò hanc literã sic exponunt,volẽtes ostendere ꝙ dei filius nõ est à patre genitus,sed factus sicut vna alia creatura. Aug. Nõ ergo intelligitur,factus est anteq̃ ego essem factus, sed an tepositus est mihi.Chry.Si autẽ quod dicitur,Ante mę factus est,de productione ad esse intelligeretur, superfluum esset quod additur,Quia prior me erat. Quis enim est ita insipiẽs vt ignoret quoniam ex quo ante eũ factus est, prior eo erat? aliter autẽ ecõtrario oportet dicere,scilicet prior me erat,quia ante me factus est,ergo quod dicit, Ante me factus est,de honore intelligitur: hoc enim quod futurũ erat factum dicit, quia consuetudo erat antiquorum prophetarũ de futuris quasi de iam præteritis loqui.

Ioannis sanctitas

Mos prophetarũ.

Et de plenitudine eius,nos omnes accepimus,& gratiam pro gratia: lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est.

Orig.Sermo iste in ꝑsona Baptistæ de Christo testãtis prolatus est,quod plurimos fallit ex hinc vsq; illuc, ipse enarrauit:credentes in ꝑsona Ioãnis apostoli recitari.Inconsequens autẽ & putare subitò & quasi intẽpestiuè interrũpi Baptistę sermonẽ ex verbo discipuli: & cuiq; scienti ꝑcipere dictorũ collationẽ, in propatulo constat series dicti.Dixerat em̃ ob hoc,Ante me factus est:quia prior me erat. Ex hoc autẽ conecto priorem me fore, ꝙ eius plenitudine ego quidẽ & ante me prophetę accepimus,gratiã secũdam ꝓ prima.Pertigerunt enĩ & illi post figuras per spiritũ ad veritatis speculationem.Hinc etiã perpendimus ex plenitudine ei⁹ accipiẽtes legem quidem p Moysen fore datã, gratiam autẽ & veritatẽ per Iesum Christum ne dum fore datã, sed factã:patre quidem legẽ dante per Moysen,gratiam & veritatem faciẽte p Iesum.Sed si Iesus est qui dicit, Ego sum veritas,quomodo veritas fit p Iesum? Sed intelligendũ est quòd ipsa veritas substãtialis,ex qua veritate & eius imagine sculptę sunt multæ veritates in his qui veritatẽ tractant,nequaq̃ per Iesum Christũ facta est,nec prorsus p aliquem:sed veritas,puta quæ consistit in Paulo & apostolis, p Iesum Christum facta est. Chry.Vel aliter: Cõiungit hic testimonio Ioãnis Baptistæ,suũ testimonium Ioãnes euãgelista, dicẽs: Et de plenit.eius &c.Non pręcursoris est verbũ,sed discipuli.q.d.Etiã nos omnes duodecĩ, & omnis plenitudo fidelium,& qui nũc sunt & futurorũ, de plenitudine ei⁹ accepimus. Augu. Quid autẽ accepistis? Et gratiã pro gratia:nescio vt quid nos voluerit intelligere de plenitudine eius accepisse,& insuper gratiã pro gratia. Accepimus enim de plenitudine ei⁹ primò gratiã, & rursus accepimus gratiam pro gratia. Quam gratiã primò accepimus? fidẽ.Vocatur em̃ gratia quia gratis datur:hãc ergo accepit gratiã primã peccator vt eius peccata dimitterentur,& iterũ gratiã pro gratia.i.pro hac gratia in qua ex fide viuimus,recepturi sumus aliã.i.vitam ętternam:vita enim æterna quasi merces est fidei, quia ipsa fides gratia est:vita æterna gratia est pro gratia. Nõ erat ista gratia in veteri testamento:quia lex minabat, non opitulabat:iubebat,nõ sanabat lãguorem:ostẽdebat,non auferebat, sed ꝓparabat medico venturo cum gratia & veritate.vnde sequit:Quia lex p Moysen data est,&c.Mortẽ enim tẽporalẽ & æternã occidit mors dñi tui, ipsa est gratia quę ꝓmissa & nõ habita erat in lege.Chry.Vel accepim⁹ gratiã ꝓ gratia.i. ꝓ veteri nouã.Sicut em̃ est iustitia & iustitia,adoptio,& adoptio, circũcisio & circũcisio, ita gratia & gratia:sed illa qdẽ vt typus,hęc verò vt veritas. Hoc aũt induxit ostẽdẽs, quoniam & Iudæi gratia saluabãtur,sed & nos omnes gratia salui sumus,misericordię autẽ & gratię fuit legem susciperę. Propterea cũ dixisset, Gratiã ꝓ gratia, ostendẽs magnitudinem eorum quæ data sunt subdit:

Veritas duplex distingui tur.

Gratia duplex à Christo.

Quia lex per Moysen data est,&c.Et supra quidẽ Ioãnes ad seipsum cõparans Christũ ait:Ante me factꝰ est.

Secretũ cæleste verborũ.

Hic autẽ euangelista ad eũ qui illo tẽpore magis in admiratione apud Iudæos erat q̃ Ioannes, Christi cõparationẽ facit.s.ad Moysen.Et cõsidera prudentiã:nõ personarũ,sed rerum comparationẽ facit,gratiã & veritatem legi opponens,& huic addit: Data est,quod ministrantis erat:huic autẽ.Facta est,quod est regis cum potestate oĩa operantis:cũ gratia quidẽ, quia cũ potestate omnia dimittebat peccata.& gratiã quidẽ ejus baptismatis donũ,& adoptio q̃ per spiritũ nobis datꝰ & alia multa ostẽdunt:veritatẽ autẽ plenius sciemus,si figuras veteris legis didicerimus.Ea em̃ q̃ in nouo testamento perficiẽda erãt,in veteri testamẽto figuris ꝑscripserũt, quas Christus veniẽs adimpleuit. Vnde figura data est ꝑ Moysen,veritas per Christũ facta est.Aug.13.de trin. Vel gratiã referamus ad scientiã,veritatẽ ad sapientiã. In rebus enim per tẽpus ortis, illa summa gratia est, ꝙ homo in vnitate personæ coniunctus est deo. In rebus verò æternis,summa veritas rectè tribuitur dei verbo.

Deum nemo uidit unquam. Vnigenitus filius qui est in sinu patris,ipse enarrauit.

Orig.Incõgrue Eradius asserit hoc promulgatũ fuisse nõ à Baptista,sed à discipulo. Nam si illud,de plenitudine eius nos omnes accepimus,à Baptista prolatum est,quo non est sequens ipsum de gratia Christi suscipientẽ,& secundã pro prima gratia,confitentẽq̃; legem per Moysen fore traditã,gratiã verò & veritatẽ per Iesum Christũ prodiisse:intellexisse qualiter deum nemo vidit vnq̃,quanq̃ vnigenit⁹ cũ in patris gremio requiescat interpretationẽ ipsi Ioanni,neenõ oĩbus his qui de perfectione gustauerint cõcesserit? Non em̃ nũc primitus annũciauit:nam priusquã Abrahã fieret, docet nos Abrahã exultasse,vt videret eius gloriã. Chry.Vel ali. Euangelista ostendẽs multã eminentiã donorũ Christi ad ea q̃ per Moysen dispẽsata sunt,vult de reliquo causam rationabilẽ differentiæ dicere: nam ille quidem famulus existens,minorũ rerũ factus est ministeꝛ: hic verò dominator & regis filius existens,multo maiora nobis attulit,coexistẽs semper patri & videns eum, propter hoc ita intulit,dicens:Deũ ne.vi.vnquã. Augu.ad Paul. Quid ergo est quod Iacob dicit, Vidi dñm facie ad faciẽ? & quod de Moyse scriptũ, Quia loquebatꝰ cũ deo facie ad faciẽ,& illud qđ propheta Esaias loquens de seipso ait,Vidi dñm sabaoth,sedentem in Throno. Grego.17.mor.Sed patenter datur intelligi, ꝙ quãdiu hic mortaliter viuitur,videri per quasdã imagines potest deus,sed per ipsam naturæ suæ speciẽ nõ potest: vt anima gratia spiritus afflata per figuras quasdã deũ videat,sed ad ipsam vim eius essentiæ nõ pertingat. hinc est enim ꝙ Iacob qui deum se vidisse testatur, non nisi angelum vidit:hinc est ꝙ Moyses,qui cum deo facie ad faciem loquitur,dicit:Ostende mihi temetipsum manifeste vt videã te.Ex qua eius petitione colligitur, quia eum sitiebat per incircunscriptæ naturæ suæ claritatẽ cernere,quẽ iam cœperat per quasdam imagines videre.Chry.Si autem antiqui patres ipsam viderunt naturam,nequaquã differẽter considerassent, simplex enim quædam est & infigurabilis:non sedet, neque stat,neq; ambulat,hæc enim corporum sunt:vnde & per prophetam dicit,Ego visionẽ multiplicaui eis,& in manibus prophetarum assimilatus sum,hoc est condescendi eis, non quod eram apparui.quia enim filius dei per veram carnem appariturus erat nobis, primò excitauit eos videre deum,sicut possibile erat eis videre.Aug.ad Paul. Sed cùm scriptum sit:Beati mũdo corde: quoniam ipsi deum videbunt.& iterum: Cùm apparuerit, similes ei erimus,quoniam videbimus eũ sicuti est:quid est quod hic dicitur,Deũ nemo vidit vnquã? An fortasse respondetur,quòd illa testimonia de videndo deo sunt, nõ de viso:ipsi enim deum videbunt,dictũ est, non viderunt: & nõ vidimus,sed videbimus eum sicuti est: deũ enim nemo vidit vnquam. Vel in hac vita sicuti ipse est, vel etiam in angelorum vita,sicuti visibilia ista quæ corporali visione cernuntur.Greg.17.mor.Si verò à quibusdam potest in hac corruptibili carne viuentibus,sed tamen inæstimabili virtute crescentibus quodam contẽplationis acumine ęterna claritas dei videri,hoc ab hac sententia nõ abhorret:quoniã quisquis sapiẽtiam quæ deus est videt,huic vitę funditus moritur,nec iam eius amore teneatur.Aug.12.super Gene.ad literã. Nisi em̃ ab hac vita quisq; quodãmodo moriatur, siue omnino exiens de corpore, siue ita auersus & alienatus à carnalibus sensibus vt merito nesciat, sicut Apostolus ait, vtrum in corpore an extra corpus sit,non in illam rapitur & subuehitur visionẽ.Greg.17.moral.Sciendũ verò est quòd fuere nonnulli qui deum dicerent in illa regione beatitudinis claritate sua conspici, sed in natura minimè videri:quos nimirũ minor inquisitionis subtilitas fefellit.Neq; enim illi simplici & incõmutabili essentiæ aliud est claritas,aliud natura.Aug.ad Paul.Si autẽ dicitur:in hoc quod scriptũ est,Deum nemo vidit vnquam,homines tantũmodo intelligendos, nam hoc apostolus planius explicans:Quem nemo inquit hominum vidit,sed nec videre potest,vt ita dictũ sit: Deum nemo vidit vnquam,acsi diceretur, Nullus hominum: quæstio illa solui videbitur,vt non sit huic sententię cõtrarium quod dominus ait:Angeli eorũ semper vident faciem patris mei:vt scilicet angelos deum videre credamus,quem nemo vidit vnquã scilicet hominũ.Gregorius 18.mora.Sunt tamen nonnulli qui nequaquam deum videre,nec angelos suspicantur.Chrys.Dicentes quòd ipsum quod deus est,nõ solùm prophetæ, sed nec angeli viderunt neque archangeli. Sed si interrogaueris eos,audies de substantia nihil respondentes.Gloria verò in excelsis deo,non solùm cantãtes, sed & in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Et si à Cherubin & Seraphin concupiueris aliquid discere, mysticam sanctimonii melodiam audies,& quoniam plenum est cœlum & terra gloria eius.Augu.ad Paul. Quod quidem in tantũ verum est,quia de plenitudine nullus non solũ oculis corporis,sed vel ipsa mente aliquando cõprehẽdit.Aliud est em̃ videre, aliud totũ videndo cõprehendere.quandoquidẽ id videtur quod præsens vtcũq; sentitur:totũ autẽ cõprehenditur videndo quod ita videt vt nihil eius lateat videntem,aut cuius fines circũspici possunt.Chry.Sic igitur solus patrẽ videt filius & spiritus sanctus.Quòd enim creabilis est natura,qualiter poterit videre quod increabile est? Ita igitur nullus nouit deum vt filius.vnde sequitur:Vnigenit⁹ filius, &c. Ne propter nominis cõmunionem vnum quẽdam eorum qui gratia facti sunt filiorũ esse existimes eum, primò quidẽ adiectus est articulus. Si verò hoc nõ sufficit tibi,audi aliud nomen vnigenitus.Hyla.vi.de tri.Naturæ quidẽ fides non satis explicita videbatur ex nomine filii,nisi proprietatis virtus per exceptionis significantiam adderetur:præter filium enim & vnigenitũ nihil cognominans suspicionẽ pœnitus adoptionis excluſit, cũ veritatẽ nominis vnigeniti natura præstaret. Chry. Sed & aliud posuit,dicẽs: Qui est in sinu patris.Etem̃ in sinu cõuersari multo plus est quàm simpliciter videre:nam qui simpliciter videt,nõ omnino eius qđ videt cognitionẽ habet:qui verò in sinu cõuersat, nihil ignorabit.Cũ igitur audieris quòd nullus cognoscit patrẽ

Diffentit Chry sostomus ab origine.

Visio ænigmatica.

Error refellitur.

Angeli quomodo deum vident

Filiatio Dei duplex.

nisi filius,nequaquã dicas,quoniã & si plus oĩbus nouit
patrẽ,sed nõ quantus est nouit eũ: propterea euãgelista
in sinu patris eũ morari dicit, vt nõ æstimemus per id
aliud significatũ q̃ familiaritatẽ vnigeniti, & coæterni
[Sinus patris quis dicatur.] tatẽ ad patrẽ. Aug. In sinu eñ patris.i.in secreto patris.
Non eñ deus habet sinũ,queadmodũ nos habemus in
vestibus:aut cogitãdus est sic sedere,quomodo nos aut
fortè cinctus est vt sinũ haberet:sed quia sinꝰ noster in-
tus est,secretũ patris sinꝰ patris vocat. Qui ergo in se-
creto patris nouit patrẽ,ipse enarrauit qđ vidit. Chry.
Sed quid enarrauit?quoniã vnus est deus: sed & hoc re
liqui ꝓphetæ & Moyses clamãt,quid ergo plus didici
mus à filio in finibus paternalibus existẽte?Primũ qui-
dem ipsa hæc q̃ alii narrauerũt sunt enarrata ex opera-
tione vnigeniti.Deinde quoniã multo maiorẽ suscipi-
mus doctrinã per vnigenitũ,& cognouimus qm̃ spiritꝰ
est deus,& eos qui adorãt eũ,in spũ & veritate adorare
oportet,& qm̃ deus pater est vnigeniti.Beda.Præterea
sciendũ,quia si ad præteritũ referatur quod ait,Enarra
uit:homo factꝰ enarrauit quid de trinitatis vnitate sen
tiendũ,qualiter ad eius contẽplationẽ ꝑperandũ,quibꝰ
actibus sit perueniendũ.Si verò referatur ad futurũ,tũc
enarrabit cũ electos suos ad visionẽ claritatis suæ indu
[Sũma doctrina Christi in tribꝰ.] cet.Augu. Fuerunt autẽ homines qui dicerẽt,vanitate
cordis sui decepti:Pater inuisibilis est,filius aũt visibi-
lis est.Si ergo propter carnẽ filius visibilis dicit.& nos
concedimus,& est catholica fides. Si autẽ vt ipsi dicũt,
antequam incarnaret, multum delirant si Christus sa-
piẽtia dei & virtus dei est.Sapiẽtia enim dei videri ocu
lis nõ potest,si verbũ hoĩs oculis nõ videt, verbum dei
sic videri potest?Chrys.Non igit soli ipsi proprium est,
Deũ nemo vidit vnquam,sed & filio:quia vt Paulus di
cit,est imago dei inuisibilis:qui verò inuisibilis imago
est,& ipse inuisibilis est.

*Et hoc est testimoniũ Ioannis,quãdo miserũt Iudæi ab Hie
rosolymis,sacerdotes,& leuitas ad eũ,ut intrerogarent eũ:
Tu quis es? Et cõfessus est,et nõ negauit. Et cõfessus est, quia
nõ sum ego Christꝰ. Et interrogauerũt eũ:Quid ergo? Elias
es tu? Et dixit:Nõ sum.Propheta es tu? Et respõdit. Nõ.Di-
xerunt ergo ei:Quis es? ut responsum demus his qui miserũt
nos.Quid dicis de teipso? Ait:Ego uox clamãtis in deserto,
dirigite uiam domini,sicut dixit Esaias propheta.*

Orig.Secundũ legitur hoc testimoniũ à Ioanne Ba-
ptista de Christo prolatũ,incipiẽte primò illic: Hic est
de quo dixi,& desinente ibi:Ipse enarrauit.Theop.Vel
aliter:Postq̃ superius dixit euãgelista quod Ioannes te-
stabat de Christo:Ante me factꝰ est,nũc subiũgit quã-
do præmissum testimoniũ reddiderit Christo Ioannes.
vnde dicit:Et hoc est testimoniũ Ioannis &c.Orig.Iu-
dæi quidẽ ab Hierosolymis,vt cognati existẽtes Bapti
stę de stirpe sacerdotali existentis,sacerdotes & leuitas
destinant,sciscitaturos quis esset Ioannes,eos.s.qui re-
putati sunt secundũ electionẽ ab aliis differre,& ab ele
[Mira ęstimatio de Ioanne.] cto Hierosolymorũ loco.Ioannẽ itaq; quærũt cũ tanta
veneratione,erga Christũ autẽ nihil huiusmodi factum
legitur à Iudæis:sed quod erga Ioannẽ Iudæi, hoc Ioã-
nes erga Christũ prosequitur, per proprios discipulos
interrogans: Tu es qui venturus es, an alium expecta-
mus?Chrys.Sic autẽ fide dignũ æstimauerunt esse Ioã-
nem,vt ei de seipso dicenti crederent. vnde dicitur: Vt
interrogarent eũ,Tu quis es?Aug. Non autẽ mitterẽt,
nisi mouerentur excellẽtia auctoritatis eius,quia ausus
est baptizare.Orig.Ioãnes aũt(vt videtur) discernebat
ex quęstione sacerdotũ & leuitarũ dubitationẽ,ne for-
tè Christus esset baptizans: apertius tamen illud pro-
fiteri cauebant,ne temerarii putarentur. Quapropter
meritò,vt eorũ opinio fallax de eo primitus aboleret,
ac subinde veritas propalaretur,ꝙ nõ sit Christus ante
omnia manifestat.vnde sequitur:Et confessus est,& nõ
negauit, & cõfessus est quia nõ sum ego Christus. Hic
etiã adiiciamus,quia tẽpus aduentus Christi populum
recreabat quodãmodo iam præsens existẽs legisperitis
ex sacris scripturis illius tẽpus speratũ colligentibus:
propter quod Theodas non modicã multitudinẽ quasi
Christus congregauit, & post illum Iudas Galilæus in
diebus professionis.Cùm ergo feruẽtiùs Christi expe-
ctaretur aduẽtus, Iudæi transmittũt ad Ioannẽ per hoc
quod est:Tu quis es?Coniicere volentes,si ipse se Chri
stum fateretur. Non aũt ex eo quod dicit, Nõ sum ego
Christꝰ:negauit.ex hoc enim ipso cõfessus est veritatẽ.
Grego.Negauit planè quod nõ erat, sed nõ negauit qđ
erat:vt veritatẽ loquens,eius membrũ fieret, cuius sibi
nomẽ fallaciter nõ vt vsurparet.Chrys.Vel aliter:Passi
erant Iudæi quandã humanã passionẽ ad Ioannẽ. Indi-
gnum enim æstimabãt subiici eũ Christo,propter mul
ta quæ Ioannis claritatẽ demonstrabant: quorũ primũ
erat genus illustre.Principis eñ sacerdotũ filius erat: [Cõparatio Iesu & Ioãnis]
deinde dura educatio,humanorũ despectio. In Christo
autem contrariũ videbatur:genus humile, quod ei ex-
probrabant,dicentes: Nónne hic est fabri filius?diæta
communis & vestimenta, nihil plus multis habentia.
Quia igitur Ioannes cõtinuè ad Christũ mittebat vo-
lentes magis Ioannẽ habere magistrum,mittunt ad eũ
opinantes per blanditias eum allicere ad confitendũ se
Christũ esse.Non ergo quosdã contẽptibiles mittunt,
vt ad Christũ,ministros & Herodianos, sed sacerdotes
& Leuitas:& non quoscunq;, sed eos qui erant ex Hie
rosolymis,hoc est honorabiliores.Et ad hoc mittũt,vt
vt interrogarent,Tu quis es?non quasi ignorantes,sed
volentes eum inducere ad hoc quod dixi . vnde Ioãnes
ad mentẽ,& non ad interrogationẽ eis respõdit.Et cõ-
fessus est,& non negauit:& confessus est,quia non sum
ego Christus.Et vide sapientiã euãgelistæ:tertio quasi
idem dicit:& virtutẽ Baptistę indicans,& malitiam &
amentiã Iudæorũ.Deuoti enim famuli est,nõ solũ non
rapere gloriã dñi,sed oblatã à multis,respuere. Turbæ
quidẽ ex ignorantia ad hanc venerunt suspicionem,vt
Ioannẽ Christũ æstimarent: hi verò à maligna mente,
ex qua interrogabãt eum, æstimãtes per blanditias at-
trahere ad hoc quod volebant. nisi enim excogitassent
hoc,respondenti,Non sum ego Christus,dixissent:Nõ
hoc suspicati sumus,nõ hoc venimus interrogaturi:sed
capti & manifesti effecti ad aliud veniunt.vnde sequit:
Et interro.eũ:Quid ergo?Elias es tu?Augu.Nouerant
enim ꝙ præcessurus erat Elias Christũ. nõ enim alicui
ignotũ erat nomen Christi apud Hebręos,sed non pu-
tabant illũ esse Christũ,nec tamen omnino putauerunt
Christũ non esse venturũ: & cũ sperarẽt venturũ,offen
derunt in præsentẽ.Sequit: Et dixit,non sum.Greg.in
ho.Ex his verbis nobis quęstio valde implexa genera-
tur.Alio quippe in loco inquisitus à discipulis dñs de
Eliæ aduentu,respondit:Si vultis scire, Ioãnes ipse est
Elias.Requisitus autẽ Ioãnes dicit:Nõ sum Elias.Quo
modo ergo propheta veritatis est, si eiusdem veritatis
sermonibus concors non est.Orige.Dicet autẽ aliquis
qđ se ignorabat Ioãnes esse Eliã, & hoc nimirũ vtent,
qui assistunt iteratæ incorporationis rationi tanq̃ ani-
ma denuò inducẽte corpora. Quærunt enim Iudæi per
leuitas ac sacerdotes an esset Elias,cùm iteratæ corpo-
ris assumptionis documentum verax arbitrantur quasi
paternũ existens,nec alienum ab archanorum suorum
doctrina,ob hoc itaque dicit Ioãnes:Elias nõ sum. Nã
nescit primæuam vitam propriã. qualiter autem vide-

[Sẽtentia Origenis obscura.] tur rationabile si tanq̃ ꝓpheta spiritu illuminatꝰ est,&
de deo & vnigenito tanta narrauit, ignorasse de seipso
an vnquã eius anima fuerit in Elia?Grego.in ho.Sed si
subtiliter veritas ipsa requiratur,hoc quidẽ quod inter
se contrariũ sonuit,quomodo cõtrarium nõ sit inueni-
tur.Ad Zachariam nãq; de Ioanne angelus dixit:Ipse
præcedet ante illũ in spiritu & virtute Eliæ: quia.s. si-
cut Elias secũdũ domini aduentũ præueniet,ita Ioan-
nes præuenit primũ.Sicut ille præcursor venturus est
iudicis,ita iste præcursor factus est redẽptoris.Ioannes
igit in spiritu Elias erat,in ꝑsona Elias nõ erat. Quod
autem dominus fatetur de spiritu, hoc Ioãnes denegat
de ꝑsona,vt qa & iustũ sic erat & discipulis dñs spiritua
lem de Ioanne sententiã diceret, & Ioannes turbis car
nalibus non de suo spiritu,sed de corpore responderet.
Orige.Respõdit ergo leuitis & sacerdotibus,Nõ sum:
coniectans propositũ quæstionis eorũ,non enim sapie-
bat præmissa examinatio,si idem spiritus esset in vtro-
que,sed si Ioãnes esset ipse Elias qui assumptus est, nũc
apparens secũdum ꝙ a Iudęis expectabatur absq; nati-
uitate.primus autẽ arbitrans resumptionẽ corporũ di-
cet,ꝙ inconsequẽs est filium Zacharię tanti sacerdotis
in senio natũ,super omnẽ humanã expectationẽ igno-
rari à sacerdotibꝰ & leuitis ipsum natũ fuisse, maximè
Luca testante ꝙ factus est timor in omnibus habitãti-
bus circa eos. Sed forsitã quoniam prope finẽ Eliã ex-
pectabãt ante Christũ, quasi tropicè sciscitari videtur,
an es tu q prenũcias Christũ vẽturũ?& cautè respõdit,
Non sum.Sed & nihil mirabile,sicut in saluatore pluri
bus scientibus ex Maria natiuitatem eius, quidã falle-
bantur putantes eũ Ioannẽ Baptistam vel Eliã aut ali-
quem ꝓphetarũ, sic & in Ioanne quosdã ortus eius ex
Zacharia nõ latebat,& quidã dubitabant,si forsan qui
expectabatur Elias apparuit in Ioãne.Quoniã vero cũ
plures in Israel editi fuerĩt ꝓphetę,vnus de quo Moy-
ses prophetauerat p̃sertim expectabat:iuxta illud:Pro-
phetam vobis suscitabit deus ex fratribus vestris:sicut
[Christi & Moysi cõparatio.] mihi illi parebitis.Tertio sciscitant,nõ si foret prophe
ta simpliciter,sed cũ articulo in græco ponitur.vnde se
quitur:Propheta es tu?Per singulos enim ꝓphetas no-
uerat populus Israel neminẽ eorum fore hũc quẽ Moy-
ses prophetauerat,qui sicut Moyses medius staret inter
deũ & homines,& accepto testamẽto à deo traderet di
scipulis.Hoc autẽ illis nomen nõ Christo attribuenti-
bus,sed arbitrantibus aliũ à Christo ipsum fore. Ioan-
nes sciuit quoniã & Christus ille propheta esset, vnde
subditur:Et respondit,nõ.Aug. Vel quia Ioannes ma-
ior erat q̃ propheta,quia prophetæ lõgè prænunciaue-
runt,Ioannes præsentem demonstrabat.Sequitur:Di-
xerunt ergo ei:quis es,&c.Chrys.Vides hic vehemen-
tius insistentes & interrogãtes, hunc autẽ cum mansue
tudine eas quæ non erant verè suspiciones destruentẽ,
& eam quæ est vera ponentẽ.vnde sequit:Ait,Ego vox
clamantis in deserto.Augu.Esaias illud dixit, in Ioan-
ne prophetia ista cõpleta est. Grego. Scitis autẽ quòd
vnigenitus filius verbũ patris vocatur. Ex ipsa autem
nostra locutione cognoscimus,quia prius vox sonat,vt
verbum possit audiri. Ioannes ergo vocẽ se asserit esse,
quia verbum præcedit, & per eius mynisterium patris
verbum ab hominibus auditur.Orige.Inelegãter autẽ
Heraclion de Ioanne & ꝓphetis considerans ait: Quo
[Error Heraclionis.] niam verbũ quidem saluator est,vox autẽ per Ioannem
intelligitur.Solus enim sonus est omnis gradus ꝓphe-
ticus.Cui dicendũ,quòd si non significatiuã vocem de-
derit tuba,nemo se accget adĩ præliũ. Si ergo nil aliud
quàm sonus est vox prophetica, quomodo transmittit
nos ad illam Saluator? Scrutamini, inquit, scripturas.
Dicit autem Ioãnes se esse vocem nõ clamantẽ in de-
serto,sed clamantis in deserto:eius.s. qui stabat & cla-
mabat:Si quis sitit,veniat ad me & bibat. Clamat enĩ
vt distantes auditu ꝑcipiant, & grauem habentes audi
tum sentiant immensitatẽ eorum quę dicuntur. Theo.
Vel quia veritatẽ manifestat & annũciat: omnes enim
qui in lege erant obscurè loquebãtur.Greg. Vel in de-
serto Ioannes clamat, quia quasi derelictæ ac destitutę
Iudęę,solatium redẽptoris annunciat.Orige.Opus au
tem vocis in deserto clamãtis est,vt anima à deo desti-
tuta,ad rectam faciendã viam dñi reuocetur: nequaquã
prauitatem serpentini gressus prosequẽdo,secũdum cõ
templationem quidem sublimatã in veritate absq; per-
mixione mendacii,& secũdum actionem post congruã
speculationem licitũ opus referentem. vnde sequitur:
Dirigite viam domini:sicut dixit Esaias propheta.Gre
go.Via domini ad cor dirigitur,cũ veritatis sermo hu-
militer auditur. Via domini ad cor dirigitur, cùm ad
præceptum vita præparatur.

*Et qui missi fuerãt,erant ex pharisæis. Et interrogauerũt
eum,& dixerũt ei:Quid ergo baptizas,si tu nõ es Christus,
neque Elias neque propheta? Et respõdit eis Ioãnes, dicens:
Ego baptizo in aqua:medius aũt uestrum stetit quẽ uos nesci
tis.Ipse est qui post me uẽturus est,qui ante me factꝰ est:cuius
ego nõ sum dignus ut soluã eius corrigiã calceamẽti. Hæc in
Bathabara facta sũt trãs Iordanẽ,ubi erat Ioãnes baptizãs.*

Orige.Facta respõsione versus sacerdotes & leuitas,
denuo missum est à pharisæis, vnde dicit: Et qui missi
fuerant &c.Quantũ enim ex ipso sermone cõiecturari
contingit dico,tertiũ hoc est testimonium.vide tamen
quomodo iuxta sacerdotalem & leuiticã personam est,
cum mãsuetudine prolatum illud,Tu quis es?Nihil e-
nim arrogans vel proteruum in eorũ quæstione conti-
netur,sed cuncta decẽtia veros dei ministros. Sed pha-
risæi secũdum suũ nomen diuisi & importuni ex discor
dia cõtumeliosas voces pretendũt Baptistę.vnde sequi
tur:Et dixerũt ei, Quid ergo baptizas si tu nõ es Chri
stus, neque Elias, neque poopheta? Nõ quasi scire vo-
lentes sed prohibere eum à baptismo.Deinde verò ne-
scio quo pacto proni ad baptismũ iuerũt ad Ioannem.
Huius autem solutio est, quia pharisæi non credentes
accedunt ad baptisma, sed ex hypocrisi cũ timerent po
pulum.Chrys. Vel ipsi iidẽ sacerdotes & leuitę ex pha
risæis erant: & quia blãditiis eum non valuerunt sup-
plãtare,accusationem ei immittere tentãt:cogentes eũ
dicere quod non erat.vnde sequitur: Et interrog. eũ &
di.Quid ergo bapti.si tu non es Christus,neque Elias,
neque propheta?quasi audaciæ videbatur esse baptiza-
re si Christus non erat,nec precursor illius,nec præco, [Sanctorum perfectio.]
id est propheta.Grego. Sed sanctus quisque etiam cum
peruersa mẽte requiritur, à bonitatis suę studio nõ mu
tatur. Vnde Ioannes quoq; ad verba inuidię, prędica-
menta respondit vitę.vnde sequitur:Respon.eis di. E-
go bapt.in aqua.Orig. Ad illud enĩ, Quid ergo bapti-
zas?quid aliud afferri decebat,nisi propriũ baptismum
carnale pretendere? Grego.Ioãnes enim nõ spiritu sed
aqua baptizat, quia peccata soluere non valebat.bapti
zatorum corpora per aquam lauat , sed tamen animas
per veniam non lauat. Cur ergo baptizat, qui peccata
per baptismum non relaxat? nisi vt præcursionis suę or
dinem seruans,scilicet qui nasciturum nascendo pręue
nerat,baptizaturum quoq; dominũ baptizando præue
niret:& qui prędicando factus est pręcursor Christi ba
ptizando,etiã præcursor eius fieret imitatione sacramẽ
ti,qui inter hęc mysterium redemptionis nostrę annũ-
cians, hunc in medio hominũ & stetisse asserit & ne-

Universidad de ... Biblioteca

feiti. Sequit enim: Medius autẽ vestrum stetit quẽ vos nescitis, quia p carnem dñs apparẽs & visibilis extitit corpore, & inuisibilis maiestate. Chry. Hoc autẽ dixit, quoniam decens erat Christum cõmixtum esse populo vt vnũ multorũ, se vbiq; humilẽ esse docentẽ. Cùm aũt dixit, Quem vos nescitis. Scientiã hic cognitionẽ certissimã dicit: puta quis est & vnde. Aug. Humilis enim videbat, & ꝓpterea lucerna accensa est. Theo. Vel medius erat pharisæorũ dñs, sed ignorabant eum, quia ipsi scripturas se scire putabãt: & inquãtum in illis prẽnũciatur dñs, medius eorũ erat. s. in cordibus eorũ, sed nesciebant eũ, eo ꝙ scripturas non intelligebant. Vel aliter: Medius quidẽ erat, inquantũ mediator dei existens & hominũ Christꝰ Iesus, medius pharisæorũ extitit, volens illos deo iũgere, sed ipsi nesciebãt eum. Orige. Vel aliter: Hoc edito, Ego baptizo in aqua: ad illud, Quid ergo baptizas: ad scẽm, Si tu nõ es Christus? ꝓconium de prẽcedẽti Christi substantia ꝓponit, ꝙ tãta sit ei virtus, ꝙ inuisibilis sit sua deitate, cũ sit præsens cuilibet, & totum p orbem diffusus, quod notatur ex illo: Medius vestrum stetit. Hic enĩ per totã orbis machinã affluxit, sic vt quæ creantur p ipsum creentur, omnia eñ p ipsum facta sunt. vnde palã est ꝙ inquirẽtibus à Ioanne, Quid ergo baptizas? Ipse medius erat. Vel ꝙ dicit, In medio vestrũ stetit, intelligendũ est de nobis hominibus. Cũ enim simus rationales, in medio nostrũ existit, ex eo quòd principale. s. cor in medio totius corporis insitum est. Qui ergo verbũ in medio gerunt, nõ autem cognoscunt de illius natura, nec de quo fonte manauit, nec quomodo cõsistit in eis, hi verbum in medio sui obtinentes ignorãt, quod tamen Ioannes agnouit: vnde exprobrãdo dicit ad pharisæos, Quem vos nescitis. Quia expectãtes pharisæi Christi aduentum, nihil tam arduum de eo contẽplabantur, solũ hominem sanctum existimãtes eum esse. Dicit autẽ, Stetit. Nam stat pater inuariabilis existens & impermutabilis: stat quoque verbum eius ad saluãdum continuò, quãuis canem suscipiat, quãuis medium hominum stet inuisibile. Ne verò putet aliquis alium esse inuisibilẽ ad omnes homines venientem, vel ad vniuersum orbem ab eo qui humanatus est & in terra cõparuit, subdit: Qui post me venit, hoc est qui post me appariturus est. Non autem idem denotat hic p hoc quod dicitur, Post: & cũ Iesus nos post se inuitat. Illic enim sequi post ipsum ꝓcipitur nobis, vt eius indagãdo vestigia pueniamꝰ ad patrem, hic aũt, vt pateat quid sequatur ex Ioãnis dogmatibꝰ. venit enim vt cũcti credãt, per eum pparati ad perfectũ verbum per minora. Dicit ergo: Ipse est qui post me venit. Chry. Acsi diceret, Ne existimetis tantũ in meo cõsistere baptismate. si enim meũ baptisma perfectũ esset, alius nõ veniret post me aliud baptisma daturꝰ, sedhęc præparatio est illius & transibit in proximo, vt mẽbra & imago. sed oportet eum qui veritatẽ imponet venire post me: si enim hoc esset perfectum, nequaquã secũdi locus quæreretur. Et ideo subdit: Qui ante me factus est, honorabilior & clarior. Grego. Sic nãque dicitur, Ante me factus est: ac si dicatur, antepositus est mihi. Post me ergo venit, quia postmodum natus, ante me autem factus est, quia mihi prælatus. Chryſ. Ne autem existimes comparabilem esse excellentiã, hanc incomparabilitatẽ ostendere volens subiũgit, Cuius ego non sum dignus, vt soluam corrigiam calceamenti. q. d. intãtum est ante me, vt ego neque in vltimis ministrorum vocari dignus sim: calceamentum enim soluere, vltimi ministerii res est. Augu. Vnde & si dignũ se diceret tantummodo corrigiam calceamenti soluere, multũ se habuisset. Grego. Vel aliter: Mos apud veteres fuit, vt si quis eam quæ sibi cõpeteret accipere vxorẽ nollet, ille ei calceamentũ solueret, qd ad hãc spõsus iure ꝓpinquitatis veniret. Quid igitur inter hoẽs Christus, uisi sanctæ ecclesiæ sponsus apparuit? Rectè ergo Ioãnes se indignum esse ad soluendam corrigiam eius calceamenti denũciat, acsi apertè dicat, redẽptoris vestigia nõ denudare valeo, quia sponsi nomen mihi immeritus nõ vsurpo: quod tamẽ intelligi & aliter potest. Quis enim nesciat quòd calceamenta ex mortuis animalibus fiant? Incarnatus verò dominus veniẽs, quasi calceatus apparuit, qui in diuinitate sua morticina nostræ corruptionis assũpsit. Corrigia ergo calceamẽti est ligatura mysterii. Ioãnes ergo soluere corrigiã calceamenti eius nõ valet, quia incarnationis mysteriũ nec ipse inuestigare sufficit: acsi patenter dicat: Quid mirũ si mihi ille prælatus est quem post me quidem natum cõsidero, sed natiuitatis eius mysterium nõ comprehendo? Orig. Quidam verò non ineptè dixit hoc sic intelligendum: Non sum ego tanti vt causa mei descendat à magnalibus, ac carnem quasi calceamẽtum suscipiat. Chryſ. Et quia Ioannes cũ decẽti libertate ea quæ de Christo sunt omnibus prædicabat, propterea euãgelista & locũ designat, dicens: Hęc in Bethania facta sunt trãs Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Non enim in domo neq; in angulo Christum prædicabat, sed Iordanem transiens in media multitudine præsentibus omnibus qui ab eo baptizabantur. Quædam verò exemplariorũ certius habet in Bethabora. Bethania enim nõ vltra Iordanem, neq; in deserto erat, sed propè Hierosolymã. Gloss. Vel Bethaduæ sunt Bethaniæ, vna trãs Iordanem, altera citra, nõ longè à Hierusalem vbi Lazarus fuit suscitatus. Chry. Hoc autem & propter aliã causam designat, quia enim res non antiquas narrabat, sed ante paruũ tempus contingentes, præsentes & videntes testes facit eorũ quæ dicuntur, demõstrationem à locis tribuens. Alcui. Bethania verò domus obediẽtię interpretatur, per quam innuitur, quia per obedientiam fidei omnes ad baptisma debent peruenire. Orige. Bethabora verò interpretatur domus præparationis, & cõuenit eum baptismo, præparantis domino plebem perfectã. Iordanis interpretatur descensus eorũ. Quis autẽ erit hic fluuius nisi Saluator noster, per quem ingediẽtem in hunc mũdum mundari conuenit, non suũ descendentem descensum, sed humani generis. hic segregat donatas à Moyse ab his qnæ per Iesum donãtur sortes, huius riuuli lętificãt ciuitatem dei. Sicut autẽ Draco latitat in Aegyptiaco fluuio, ita deus in isto. Pater enim est in filio: & qui proficiscuntur illuc vbi se lauẽt, opprobriũ Aegypti deponunt, ac apti ad ꝙceptionẽ hæreditatis parantur, necnõ à lepra mundantur, & duplicis capaces sunt gratiæ, ac prompti fiunt ad susceptionẽ spiritus almi, in aliud flumen nequaquã descendente spiritali colũba. Trans Iordanem verò Ioannes baptizat: vt præcursor venientis non innocentes, sed peccatores vocare.

Altera die uidit Ioannes Iesum uenientẽ ad se, & ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, Post me uenit uir, qui ante me factus est: qui prior me erat, & ego nescibã eum. Sed ut manifestetur in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans.

Orige. Post testimoniũ Ioannis, iam videtur Iesus veniẽs ad eum, non solũ adhuc perseuerantẽ, sed & potiorem effectũ, quod per diẽ secundariã designatur: vnde dicitur, Altera die vidit, &c. Pridem autẽ Iesu mater protinus vt illlũ concepit, ad matrẽ Ioãnis ꝓgnantem proficiscitur, & per vocẽ perueniẽtẽ ad aures Elizabeth ex Mariæ salutatione exultat Ioãnes cõceptus in vtero. Hic aũtẽ post Ioannis testimonia ipse videtur à Baptista accedens ad eũ. Prius autẽ auditu aliorũ instruitur aliquis, ac deinde oculatè inspicit illa. Per hoc autẽ quòd Maria ad Elizabeth venit minorẽ, & filius dei ad Baptistã, ad feruorem opitulãdi minoribus & ad modestiam admonemur. Verũ vnde ad Baptistã venit saluator, non hic dicitur: sed ex dictis Matthæi colligimus, dicentis: Tunc venit Iesus à Galilęa in Iordanem ad Ioannẽ, vt baptizaretꝝ ab eo. Chry. Vel ali. Matthęus aduentũ Christi ad baptismum ꝑsentialiter dicit: Ioannes aũt & rursus eũ iuisse ad Ioannẽ ostẽdit post baptisma, & hoc manifestat quod postea dicit: Quia vidi spiritum descẽdentẽ &c. Partiti enim sunt sibi euãgelistæ tempora narrationis. Matthæus eñ ea quæ anteq̃ liga retur Ioãnes Baptista præteriẽs, festinat ad ea quæ deinceps sunt tẽpora. Sed Ioannes his maximè immorat, quæ. s. ante incarcerationẽ Ioannis fuerunt: vnde hic dicitur, Altera die vidit &c. Cuius igitur gratia secundò post baptismũ ad eum veniebat? quia ipsum baptizauerat cũ multis, vt nullꝰ suspicetꝝ quoniã ex eadẽ causa ex qua & alii ad Ioannẽ veniret, puta peccata confessurus aut in pœnitentiã abluendus in flumine. Propterea ergo accedit, dans Ioãni occasionem corrigendi hanc suspitionem, quã Ioannes per verba correxit: vnde sequitur, & ait: Ecce agnus dei &c. Qui igitur ita purus erat vt aliorũ peccata absoluere posset, manifestũ est quoniã non vt confiteretur peccata accedit, sed vt occasionem det Ioanni loquẽdi de ipso. Venit etiam secundò, vt hi qui priora audierãt, certius recipiãt quę prędicta sunt, & alia rursus audiãt. Dicit aũt: Ecce agnus dei: innues quòd hic est qui olim quęrebat, rememorans prophetię Esaiæ & vmbræ quę secũdum Moysen erat, vt à figura facilius eos ducat ad veritatẽ. Auguſt. Si autẽ agnus dei est innocens, & Ioannes agnus, an nõ & ipse est innocens? sed omnes ex illa propagine veniũt de qua cantat gemẽs Dauid: Et in iniquitatibus cõceptus sum. Solus ergo ille agnus qui non sic venit, non enim in iniquitate conceptus est, nec in peccatis mater eius eum in vtero aluit: quem virgo cõcepit, virgo peperit: quia fide concepit, & fide suscepit. Orige. Sed cum quinq; offerãtur animalia in templo, tria terrestria, vitulus, ouis, & capra: volatilia verò duo, turtur & colũba: & de ouibus tria adducãtur, aries, ouis, agnus, de genere ouium agnum memorauit. Agnũ enim in oblationibus quotidianis offerri videmus, vnũ quidem mane, alterũ verò vespere. Quænam autẽ oblatio alia potest esse quotidiana à rationali natura cõprehendenda, nisi verbũ vigẽs, agnus typicè nuncupatũ? Hoc nẽpe censebitur oblatio matutina ad frequentiã intellectus in diuinis relatum. neq; enim anima pati potest vt summis iugiter ĩsistat, eo quòd corporis terrestris & grauis cõiugium est sortita. Ex hoc etiã verbo quod Christus est, coniectare de pluribus poterimus: & quodãmodo vespere ꝓtingemꝰ ad corporalia procedẽtes. Qui autẽ hunc obtulit agnũ ad immolandũ, deus fuit in homine recõditus: magnus sacerdos qui dixit, Nemo tollit animã meam à me, sed ego pono eam: vnde dicit, Agnus dei. Ipse enim nostros languores accipiens totius mundi tollens peccata, mortem quasi baptismum suscepit. Apud deũ enim nõ pertransit incorrectũ quicquid agimus quod disciplina ingeridigeat, quæ per difficilia exercet. Theo. Vel dicit Christus agnus dei, inquantũ deus pater mortẽ Christi accꝑtauit pro nostra salute, vel inquantũ eum ꝓ nobis tradidit morti. Sicut enim dicere consueuimus, Hęc oblatio est talis hominis, id est quam talis homo obtulit: sic & Christus dicit agnus dei, dantis. s. filiũ suum pro nostra salute in mortem, & ille quidẽ aguus, typicus nullius omnino peccatũ sustulit, hic verò peccatũ vniuersi orbis terrarũ: periclitantem enim mũdum eruit ab ira dei, vnde subdit: Ecce qui tol. pec. mun. Non autẽ dixit qui tollet, sed qui tollit peccata mũdi, quasi semper hoc faciente ipso: non enim tunc solũ tulit cũ passus est, sed ex illo tẽpore vsq; ad præsens tollit, nõ semper crucifixus: vnã enim pro peccatis obtulit oblationem: sed sem per purgans per illã. Grego. 8. moral. Tunc autẽ humano genere planè peccatum tolletur, cũ per incorruptionis gloriam nostra corruptio permutabitur. Esse nãq; à culpa liberi nõ possumus, quousq; in corporis morte tenemur. Theo. Sed quare non dixit, Peccata mũdi, sed peccatũ? vt videlicet per hoc ꝙ dixit peccatũ, vniuersaliter peccatũ videretur innuere, sicut cõsueuimus dicere, quòd homo eiectus est de paradiso. i. omne genus humanum. Beda. Vel peccatũ mundi dicitur orginale peccatum, quod est commune totius mundi: quod quidem peccatum originale & singulorũ superaddita Christus per gratiam relaxat. Augu. Qui enim de nostra natura peccatum nõ assumpsit, ipse est qui tollit nostrũ peccatum. Nostis quia quidam homines dicũt, nos tollimus peccata ab hominibꝰ, quia sancti. sumus. si enim nõ fuerit sanctus qui baptizat, quomodo tollit peccatũ alterius, cũ sit ipse homo plenus peccato? Cõtra istas disputationes hinc legamus, Ecce qui tol. pec. mũ. Vt non sit præsumptio hominibꝰ in hoẽs. Orig. Sicut tamẽ iugi oblationi agni, cognatę sunt oblatiões reliquę legales: sic huiꝰ agni oblationi, cognatę oblationes videtur mihi effusiones sanguinis martyrũ, quorũ patientia & confessione & prõptitudine ad bonũ, obtundunt machinationes impiorũ. Theo. Quia vero superius illis qui ex pharisæis venerãt Ioãnes dixerat, ꝙ medius vestrũ stat quem vos nescitis, hic ignorantibus demõstrat, dicens: Hic est de quo dixi, Post me venit vir &c. Vir dñs dicitur ꝓpter ætatis perfectionẽ. Nam trigĩta annorũ baptizatus est. Vel quia spiritalis animę vir est, & ecclesię sponsus. vnde Paulus: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Augu. Post me autem venit, quia posterior natus est. Ante me factus est, quia ꝓlatus est mihi. Grego. Prælationis autẽ eius causas aperuit cũ subiungit, Quia prior me erat: ac si apertè dicat, Inde me etiam post natus ſuperat, quo eũ natiuitatis suę tẽpore non anguſtant. Nam qui per matrem in tempore nascitur, sine tempore est à patre generatus. Theop. Ausculta ò Arrie: non dixit, Quia prior me creatꝰ est, sed quia prior me erat. Audiat hoc Pauli Samosatenus abusio, ꝙ non ex Maria sumpsit primordiũ, quia si essendi principium sumpsit ex virgine, qualiter prior extitit præcursore? Nam manifestũ est quòd prȩcursor Christum in sex mensibus superabat secundũ humanã generationem. Chryſ. Vt autem nõ videat ex amicitia prȩ pter cognationẽ ei testimonium phibere, quia cognatus est secũdũ carnem: propterea dicit, Ego nesciebam eum: & secũdum rationẽ hoc contigit. Etenim in deserto cõuersatus est Ioãnes. Miracula verò quæcũq; Christo puero existente facta sunt, puta quæ circa magos & quæcũq; talia, ante multũ cõtigerant tẽpus, Ioanne & ipso valde puero existente. In medio verò tẽpore ignotus omnibus existebat, ꝓpter quod subdit: Sed vt manifestetur in Israel &c. Hinc enim manifestũ est quoniã & illa signa quę quidã dicunt à Christo in pueritia facta, mẽdacia & fictiones sunt. Si enim à prima ætate miracula fecisset Iesus, nequaq̃ neq; Ioannes eũ ignorasset, nec reliqua multitudo indiguisset magistro ad manifestandũ eũ. Nõ igit ipse Christus baptismate ĩdigebat, neq; aliquam aliã causam habebat illud lauacrum, q̃ prȩmonstrationẽ facere eius fidei quę est in Christũ. Non enim

Christus quomodo medius dicitur.

tropologia pulchra.

Calceamenti Christi significatio.

Duæ sũt Bethaniæ

Exẽpla geminæ humilitatis.

Implet. tio figuræ & prophetiæ.

Agni dei mysterium.

Apocryphæ refellũtur.

dixit, Vt mundem eos qui baptizātur, neq; vt liberem à peccatis veni baptizans, sed vt manifestetur in Israel. Sed nunquid sine baptismate non licebat prędicare & inducere turbas? sed facilius ita factū est. Nequaquā enim cucurrissent omnes, si sine baptismate pdicatio facta esset. Augu. Vbi ergo cognitus est dn̄s, superfluo ei via parabatur, quia cognoscētibus se ipse factus est via. Itaque nō durauit diu baptisma Ioannis, sed quoadusq; demōstratus est dominus humilis. Ergo vt daretur nobis à domino humilitatis exēplum ad percipiendā salutem baptismi, suscepit baptismū serui, & ne præponeretur baptismus serui baptismo domini, baptizati sunt alii baptismo conserui. sed qui baptizati sunt baptismo conserui, oportebat vt baptizarentur baptismo domini. Qui autem baptizabantur baptismo domini, non opus habent baptismo conserui.

Et testimoniū perhibuit Ioānes, dicens: Quia uidi spiritum descendentē, quasi colūbam, de cælo, & mansit super eum, & ego nesciebam eū: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritū descendentē, & manentē super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei.

Chry. Quia Ioānes testatus est ita magnū quid quod sufficiens erat auditores omnes stupefacere, puta ꝙ totius orbis terrarū solus ipse peccata tolleret, volens credibilius id facere, reduxit hoc ad deū & spiritū sanctū. Posset enim aliquis dicere Ioāni: Qualiter igitur tu cognouisti eū? Respondet ꝙ per descensum spiritus sancti. vnde sequitur: Et testimo. perhibuit &c. Aug. 15. de tri. Non autem tunc vnctus est Christus spū sancto, quādo super eum baptizatū velut colūba descendit. Tunc enim corpus suū, scilicet ecclesiam suā præfigurare dignatus est in qua pcipue baptizati accipiunt spiritū sanctum. Absurdissimū enim est vt credamus eum cùm iam triginta esset annorū (eius ętatis à Ioanne baptizatus est) accepisse spiritū sanctū, sed venisse ad illud baptisma sicut sine vllo omnino peccato, ita nō sine spiritu sancto. Si enim de famulo eius & præcursore ipso Ioanne scriptum est, Spiritu sancto replebit ab vtero matris suę: qui quāuis seminatus à patre tamen spiritū sanctum in vtero formatus accepit, quid de homine Christo intelligendū est vel credendum? cuius carnis ipsa cōceptio non carnalis, sed spiritalis fuit. August. de ago. Christi. Non autem dicimus solū Christū verum corpus habuisse, spiritum autem sanctum fallaciter apparuisse oculis hominum. Sicut enim non oportebat vt homines falleret filius dei, sic nec spiritus sanctus. sed omnipotenti deo qui vniuersam creaturā ex nihilo fabricauit, non erat difficile verū corpus colūbæ sine aliarū columbarum ministerio figurare, sicut ei non fuit difficile verū corpus in vtero virginis sine virili semine fabricare. Aug. su. Ioan. Duobus autē modis ostendit visibiliter dominus spiritū sanctū: per colūbam super dominum baptizatū, per ignem vero sup discipulos congregatos: ibi simplicitas, hic feruor ostendit. Ergo ne spiritu sanctificati dolū habeant, in colūba demonstratum est: & ne simplicitas frigida remaneat, in igne demōstratum est, nec moueat quia linguæ diuisæ sunt. Noli dissipationē timere, vnitatē in colūba cognosce. Sic ergo oportebat demōstrari spiritum sanctū venientem sup dominum, vt cognoscat vnusquisq; si habeat spiritū sanctum, simplicem se esse debere sicut colūbam, & habere cū fratribus veram pacē, quam significant oscula colūbarum. Osculantur & corui, sed laniant. A laniatu innocens est natura colūbarum: nam corui de morte pascuntur, columba nō nisi de frugibus terræ viuit. Si etiā gemunt colūbę in amore, nolite mirari quia in colūbę specie voluit demōstrari spūs sanctus. Ipse eñ interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non autē spirit⁹ sanctus in semetipso, sed in nobis gemit, quia gemere nos facit. Qui eñ nouit in pręssura se esse mortalitatis huius, peregrinari se à dn̄o, quandiu ꝑpter hoc gemit, bene gemit, spiritus illū docuit gemere. Multi autē gemunt in infœlicitate terrena vel quassati dānis, vel ęgritudine corporis pgrauati: sed non columbę gemitu gemunt. Vnde ergo debuit demonstrari spūs sanctus vnitatem quandā designans, nisi per colūbam, vt pacatæ ecclesiæ diceret, Vna est colūba mea? Vnde debuit humilitas figurari, nisi p auem simplicē & gementē? Apparuit ibi sancta & vera trinitas, pater in voce, dicēte: Tu es filius me⁹ dil. spūs sctūs in colūba. In ista trinitate missi sunt apostoli baptizare, In no. pa. & fi. & spūs sancti. Grego. 2. mo. Dicit autē: Manentē sup eum. In cūctis nāq; fidelibus spiritus sanctus venit, sed in solo mediatore semp singulariter pmanet, quia eius humanitatem nunq̄ deseruit, ex cuius diuinitate ꝓcedit. Sed cū de eodē spiritu discipulis dicat: Apud vos manebit, quo modo singulare signū erit ꝙ in Christo pmanet? Quod citius cognoscemus, si dona spiritus discernam⁹. In his enim donis sine quibus ad vitā pueniri non potest, spiritus sanctus in electis omnib⁹ semper pmanet, vt sunt mansuetudo, humilitas, fides, spes, charitas. In illis aūt quibus per ostensionē non nostra seruatur vita, sed aliorum quæritur, non semp manet, sed aliquādo se à signorum ostensionibus subtrahit, vt humilius eius virtutes habeantur. Christus autē in cunctis eum semp & continuè habuit præsentē. Chryso. Ne autē aliquis æstimet, quoniam Christ⁹ natiuitatē habebat spiritu sancto aduenientē sicut & nos, hanc etiā destruit suspitionē, ostēdens quòd spiritus sancti descēsio solum pro manifestādo Christo facta est. vnde sequit: Et ego nesciebam eū, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Sup quem videris spiritū descendentem & manētem super eum, hic est &c. Augu. Quis autē misit Ioannem? Si dicamus, Pater: verum dicimus. Si dicam⁹, Filius: verum dicimus. Manifestius autē est, vt dicamus Pater & Filius. Quomodo ergo nesciebat eum à quo missus est? Si enim non nouerat eum à quo voluit baptizari, temerè dicebat: Ego à te debeo baptizari, nouerat ergo eū. Quid ergo est quod dicit, Et ego nesciebā eum? Chrys. Sed cùm dicit nesciebam eum, anterius tempus dicit, non tempus quod est prope baptismum cū prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari. August. Sed leguntur alii euangelistę qui planius illud dixerūt, & inueniemus apertissimè tunc descēdisse columbam cū dominus ab aqua ascēdit. Si ergo post baptisma descēdit columba, & anteq̄ baptizaret dixit illi Ioannes, Ego à te debeo baptizari, ante baptismū illum nouerat, quomodo ergo dixit, Ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare &c. hoc audiuit Ioānes, vt nosceret eū quem non nouerat, an fortè & plenius nosset, quē iam nouerat? Nouerat quidē dominū, nouerat filiū dei: nouerat quia ipse baptizaret in spiritu sancto. Ante eñ q̄ veniret ad fluuiū Christus, cū multi ad Ioannē concurrerēt, ait illis: Qui post me venit maior me est: ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne. Sed quid, non nouerat & potestatē baptismi ipsum dn̄m habiturū & sibi retēturum? ne Paulus aut Petrus diceret, Baptismus meus, sicut inuenis dixisse, Euāgelium meū, sed ministeriū plenè transiturū in bonos & malos. Quid tibi faciet mal⁹ minister vbi bonus est dominus? Ecce post Ioannē baptizatum est, post homicidam nō est baptizatum: quia Ioannes dedit baptismū suum, homicida dedit baptismum Christi: quod sacramentū tam sanctum est, vt nec homicida ministrāte polluatur. Potuit autē dominus si vellet potestatem dare alicui seruo suo, vt daret baptismum suū tanquā vice sua, & constitueret tantā vim in batismate trāslato in seruū, tanquam vim haberet baptisma datum à dn̄o. Hoc noluit, vt in illo esset spes baptizatorum à quo baptizatos se agnoscerent, & noluit seruū ponere spem in seruo. Si autē daret hāc potestatē seruis, tot essent baptismata, quot essent serui: vt quomodo dictū est, baptisma Ioannis: sic diceretur baptisma Petri vel Pauli. per hāc ergo potestatē quam solū sibi Christus retinuit, stat vnitas ecclesię, de qua dictum est: Vna est colūba mea. Potest autem fieri vt aliquis habeat baptismū præter colūbam, vt prosit ei baptismus pter columbā non potest. Chry. Et quia pater vocē emisit prędicās filium, supuenit spiritus sanctus sup caput Christi: ne quis psentium existimaret dici de Ioāne, qđ dictum est de Christo. Sed dicet aliquis, qualiter nō crediderunt Iudęi si viderunt spiritū? Sed talia non solùm indigent oculis corporis, sed magis visione mentis. Si nāq; miracula facientem vidētes intantū ebrii erant à liuore vt cōtraria his quę videbātur enunciarent: qualiter solo aduentu spiritus sancti in specie colūbę expulissent incredulitatē? Quidam verò dicūt non omnes vidisse spiritum, sed solū Ioannem, & eos qui deuotius dispositi erant. Etsi eñ sensibilibus oculis possibile erat videre in specie colūbę spiritū descendentē, non tamē ꝓpter hoc necesse est omnibus hoc fuisse manifestum. Etenī Zacharias in specie sensibili multa cōsiderauit, & Daniel & Ezechiel: sed & Moyses multa vidit, qualia aliorum nullus. vn̄ subdit Ioannes: Et ego vidi & testimonium phibui, quia hic est fili⁹ dei. Agnū quidem eum vocauerat, & quoniam in spiritu baptizare debebat dixit: filium autē ante hoc nusquā. Augu. Oportebat enim vt ille baptizaret qui est filius dei vnicus non adoptatus. Adoptati filii ministri sunt vnici: vnicus autem habet potestatem, adoptati ministerium.

Allegoria pulchra.

Duplex apparitio spiritus san.

tropologia expositio.

Ioannes quomodo cognouit Christū.

Virtus Christi & fideles ecclesiæ.

Apparitio spiritus scti.

Altera die iterū stabat Ioānes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce agnus dei.

Chry. Quia multi his quę à principio Ioannes dicebat nō attendebant, secūda rursus eos excitat voce vnde dicitur: Altera die iterū stabat Ioānnes &c. Bed. Stabat quidem Ioānes, quia illā virtutum arcem cōscenderat à qua nullis tētationū posset improbitatibus deiici. Stabāt cum illo discipuli, quia magisteriū illius corde sequebātur immobili. Chrys. Sed quare non totum mundū circuiuit in omni loco Iudęæ prædicans eum, sed stabat circa flumen expectās eum venire & ostendere venientē? quia scilicet per opera Christi hoc fieri volebat: vide etiā qualiter hoc maioris ędificationis fuit. quia enim paruā immisit scintillam, repentè flamma in altum eleuata est. Aliter autem & si circuiens hoc dixisset, videretur ex studio quodam humano fieri quæ fiebant, & suspitione plenū esset eius præconiū. igitur prophetæ quidē & apostoli omnes absentē Christum prędicauerūt: hic quidem ante pręsentiā secūdum carnem, illi verò post assumptionē. vnde vt ostendatur ꝙ nō voce solùm, sed & oculis eum ostēdebat, subditur: Et respic. Ie. Ambul. di. Ecce agn⁹ dei. Theo. Respiciēs (inquit) quasi oculis innuens gratiā & admirationem quā habebat in Christo. Aug. Ioānes quidem amicus spōsi erat: non quęrebat gloriam suā, sed testimonium perhibebat veritati. Non enim voluit apud se remanere discipulos suos, vt nō sequerentur dominū, sed magis ostendit quem sequerentur dicēs, Ecce agnus dei. Chry. Non longum facit sermonē, quoniam vnum solū in studio habebat, adducere eos & coniūgere Christo. sciebat enim quoniā de reliquo nō indigerent eo testante. Non autem singulariter discipulis loquit de his Ioannes, sed eis publicè cū omnibus: quia ex cōmuni doctrina suscipientes sequelā Christi, firmi de reliquo pmanserūt, nō propter gratiam Christi sequētes, sed propter suum lucrū: & non facit sermonem suū deprecatiuū, sed adimiratur solū præsentē, & demonstrat eis præcationem ꝓpter quem venit: & modū pręparationis. Agnus enim vtrūq; insinuat: & dicit agnus cū articuli adiectione, excellentiā eius ostendēs. Aug. Iste enim singulariter dicitur agnus solus sine macula, sine peccato, nō cuius maculę abstersæ sunt, sed cuius macula nulla fuerit. Singulariter hic est agnus dei, quia singulariter huius agni sanguine solo homines redimi potuerūt. Hic est agnus quem lupi timent, qui leonē occisus occidit. Beda. Ideo etiam agnū vocat, quia dona sui velleris sponte largiturū, ex quo vestem nobis nuptialē facere possumus. i. exempla viuendi nobis relicturum puidit, quib⁹ in dilectione calefieri deberemus. Alcui. Mysticè autē, stat Ioannes, cessat lex, & venit Iesus. i. gratia euāgelii, cui ipsa lex perhibet testimonium. Ambulat Iesus discipulos collecturus. Beda. Ambulatio etiam Iesu, dispēsationē incarnationis, qua ad nos venire ac nobis exēpla viuendi præbere dignatus est, insinuat.

Prædicatio Ioannis.

Allegoria pulchra.

Et audierunt eū duo discipuli loquentē, & secuti sunt Iesum. Conuersus autē Iesus, & uidens eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerūt ei, Rabbi, (quod dicitur interpretatum, magister) ubi habitas? Dicit eis: Venite, & uidete. Venerunt, & uiderūt ubi maneret: & apud eum māserunt die illo. Hora autē erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duodecim qui audierāt à Ioanne, & secuti fuerant eum.

Alcui. Ioanne phibente testimoniū quia Iesus esset agnus dei, discipuli qui prius erant cū Ioanne, magistri imperiū implentes secuti sunt Iesum. vnde dicit: Et audierunt eū duo discipuli loquentē, & secuti sunt Iesum. Chryso. Considera autē quia quādo dixit, Post me veniens ante me est: & quoniam non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius, nullū cœpit. Sed quādo de dispēsatione locutus & ad humilius sermonē duxit, dicens: Ecce agnus dei: tunc secuti sunt eū discipuli. Multi enim nō ita adducuntur cū aliquid magnū & excelsum de deo dicatur, sicut cū benignum & amicū hominem audiunt, & aliquid ad salutē hominū ptinens. Cōsiderandum autem ꝙ Ioannes dicit. Ecce agnus dei: & Christus nihil loquit. Nam & sponsus cū adest, alii eū inducunt & sponsam in manu eius ponunt, quā cum acceperit de ea disponit: ita Christus venit copulaturus sibi eccesiam nihil ipse dixit, sed accessit solū amicus eius Ioānes dexteram ei sponsæ imposuit per sermones suos, animas hominū in manus ei ponēs: quos accipiēs ita disposuit, vt vltra ad Ioānem non redirēt. Sed aliud hic obseruandū est: sicut enim in nuptiis non puella ad sponsum vadit, sed ipse ad eam festinat: ita hic contingit. Non enim in cęlū ascendit hominum natura, sed ad eam filius dei accessit, & ad domum duxit paternam. Et quidem alii discipuli Ioannis erant, qui non solum secuti non sunt, sed & zelotypè ad Christum dispositi erant: qui autē meliores erāt, simul audierunt, & secuti sunt: nō quasi magistrū priorem contēnentes, sed ab eo persuasi ꝓmittēte ꝙ baptizaret in spiritu sancto Christus. & vide discipulorum studium cū verecundia fieri. Neq; enim mox ascēdentes interrogauerunt Iesum de necessariis & maximis rebus, neq; publicè, sed singulariter ei loqui studuerūt. vnde sequitur: Cōuer. au. Iesus & vidēs eos sequē. se, dicit eis: quid quęritis? Hinc erudimur quia cū nos bene velle inceperimus, tunc deus

Allegoria mirabilis.

Universidad de Deusto Biblioteca

dat nobis multas salutis occasiones. Interrogat aũt nõ vt discat, sed vt per interrogationẽ magis eos familiares faciat, & ampliorẽ fiduciam det, vt ostendat eos au ditione dignos Theo. Vide autẽ ꝙ sequentibus se dñs conuertit faciem, & respexit: quia nisi per bonã operationem ipsum secutus fueris, ad visionẽ faciei eius nũquã pertinges, neq; ad domũ eius poteris puenire. Alcui. Ergo illi discipuli tergũ ipsius sequebãtur vt viderent, & faciẽ domini videre non poterãt: ideo cõuertit se, & quodãmodo de sua maiestate descendit, vt possint faciem discipuli illius contẽplari. Orige. Fortè autẽ nõ frustra post sextum testimoniũ desiuit Ioãnes eos cõtestari, & Iesus secundũ septimum dicit: Quid quæritis? Chry. Sed illi non solùm sequendo, sed interrogãdo amorem suũ, & Christum manifestauerũt. vnde sequit: Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicit̃ interp̃tatũ magister) vbi habitas? Nõdum ab eo aliquid discentes, magistrum eum vocãt ad discipulatũ se impellẽtes, & causam ostendentes ꝓpter qd sequebantur. Orig. Cõgrua verò prouectis ex Ioãnis testimonio ꝓpatio, depromẽs Christum doctorẽ, ac exprimens desiderare habitaculum filii dei cõtueri. Alcui nolunt enim trãsitoriè vti eius magisterio, sed inquirunt vbi maneat: vt & tunc in secreto verbis illius imbui, & exinde sępius possent eũ visitare, & plenius instrui. Mysticè autẽ volunt sibi ostẽdi in qbus Christus habitet, vt eorũ exẽplo se tales exhibeãt in qbus velit habitare. vel ꝙ Iesum ãbulantẽ vident & statim vbi manet quęrunt, nos monet vt cũ incarnationẽ eius ad mẽtem reducimus, solicito corde eum rogemus, vt mansionẽ æterni habitaculi nobis ostendat. vnde quia videt bene petentes, liberè eis sua reserat archana. vñ sequit: Dicit eis, venite & videte. q.d. habitaculũ meum explicari nõ potest sermone, sed opere demonstrat. venite ergo credendo & operando, & videte intelligendo. Orig. Vel per hoc ꝙdicit, Venite, ad actionem inuitat: per hoc autẽ ꝙ dicit, Videte, ad contemplationẽ. Christus autem nõ dicit eis signa domus neq; locum, sed attrahit eos ad sequẽdum. Nõ dixit, Nõ est tẽpus nũc, audietis eras, si quid vultis diccere: sed vt ad amicos & familiares loquit̃, qualiter alibi ait, Filius hominis nõ habet vbi caput reclinet: hic autẽ dicit, Venite & videte vbi habito. Sed per hoc qđ dixit, Nõ habet vbi caput suum reclinet, demõstrauit ꝙ habitaculum ꝓprium non habebat, nõ quod in domo nõ maneret. Sequitur enim: Venerũt & viderũt vbi maneret, & manserunt ibi die illo. Cuius autẽ gratia mãserunt, nõ adiũgit euangelista: quia manifestũ erat ꝙ propter doctrinã. Aug. Quàm beatũ autẽ diẽ duxerunt, q̃ beatam noctem? Aedificemus ergo & nosmetipsi in corde nostro & faciamus domũ, quò veniat ille & doceat nos. Theo. Non frustra autem & tẽpus notauit euãgelista, cùm subdit: Hora autẽ erat quasi decima: vt tam doctores q̃ discipulos erudiret, ꝙ doctrina propter tẽpus nõ est prætermittẽda. Chryso. Multũ enim studiũ demonstrabãt ad audiendũ, in eo quia neq; ab hora auersi sũt, cũ sol esset ad occasum: & multis quidẽ carni seruientibus tẽpus quod est post escas, nõ est aptũ ad quippiã necessariorũ, eo quòd corpus escis grauatur. Ioãnes verò, cuius isti erant discipuli, non erat talis: sed cũ multo maiori sobrietate vespere degens, q̃ nos mane. Augusti. Numerus etiam iste legẽ significat, quia in decẽ prẽceptis data est lex. Venerat autẽ tempus vt impleret̃ lex per dilectionẽ, quæ à Iudæis impleri nõ poterat per timorem: vnde & decima hora dñs audiuit, Rabbi. Magister enim legis nõ est nisi dator legis. Sequit̃: Erat autem Andreas &c. Chry. Cuius autẽ gratia alterius nomen non ponit̃? quidã dicunt ꝓpterea quia hic qui scribit, est qui secutus est eũ. Quidã verò dicũt ꝙ ille alius non insignis erat: quæ igitur vtilitas si didicerimus nomen illius? neq; enim septuaginta duorũ discipulorum nomina euãgelista posuit. Alcui. Vel duo discipuli qui secuti sunt Iesum, sunt Andreas & Philippus.

Analogica expositio.

Inuenit hic primũ fratrẽ suum Simonẽ, & dicit ei, Inuenimus Messiã, quod est interpretatũ, Christ⁹. Et adduxit eũ ad Iesum. Intuitus autẽ eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Ioanna: tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

Chry. Andreas quæ à Iesu didicit, nõ detinuit apud seipsum, sed festinat & currit cito ad fratrẽ, traditurus ei bona quę susceperit. vnde sequit̃: Inuenit hic primũ fratrem suum Simonẽ, & dixit ei: Inuenimus Messiã, quod est interp̃tatum, Christus. Beda. Hoc est enim verè dominum inuenire, vera illi⁹ dilectione feruere, fraternæ quoque salutis curã gerere. Chrys. Et quidẽ nõ dixerat euãgelista quę Christus fuerat sequentibus se locutus: sed ex his quę hic dicũtur licet addiscere. Quæcũq; em Andreas didicit, in breui ostendit magistri virtutẽ, qui persuaserat eis, & eorũ desiderium quod prius habuerant representãs. hoc enim verbũ, inuenimus, est patiẽtis prẽssuram propter absentiã, & exultantis, postq̃ apparuit quod expectabatur. Augusti. Messias autem hebraicè, & græcè Christus, Latinè vnctus dicit. Chrisma enim vnctio est: ille autẽ singulariter vnctus est. vnde omnes Christiani vngũtur, secũdum ꝙ in psalmo dicitur: Vnxit te deus de⁹ tuus oleo exultationis prę participibus tuis. Participes em ei⁹ sunt omnes sancti: sed ille est singulariter sanct⁹ & singulariter vnctus. Chry. Et ideo non dixit Messiã simpliciter, sed cũ adiectione articuli. Cõsidera verò ex ipso principio obedientẽ Petri mentem: cõfestim em cucurrit nihil tardãs. vnde sequitur: E adduxit eum ad Iesum. Sed null⁹ facilitatem ei imponat, si nõ prius multas perquirens ita sermonẽ susceperit. Cõueniens em est & fratrem diligentius ei dixisse hoc, & per longa verba: sed euãgelistæ vbiq; multa intermittunt, breuiloquii curã habentes. Aliter autem neq; dictũ est, quoniã credidit simpliciter, sed quoniam duxit eũ ad Iesum, illũ ei de quo dixerat traditurus, vt omnia ab illo discat. Ipse autẽ dominus incipit reuelare ea quæ deitatis sunt, & paulatim ea aperire ꝑdicationibus. Non em minus q̃ signa prophetię adducunt, hoc enim est maximè opus dei, quod neq; imitari dæmones possunt. Nam in miraculis quidẽ & phantasia fit vtiq;. Futura autẽ ꝑdicere cũ certitudine, illius solius incorruptibilis est naturę. vnde sequit̃: Intuitus autem eũ Iesus dixit: Tu es Simon filius Ioãna. Tu vocaberis Cephas, quod interpretat̃ Perrus. Beda. Intuitus autem est eũ non exterioribus oculis solũ, sed & æterno diuinitatis intuitu vidit cordis eius simplicitatẽ, animi sublimitatẽ, cuius merito cũctæ esset præferẽdus ecclesiæ. Neq; autem in Petri vocabulo, quasi Hebręo vel Syro aliã interpretationẽ quærere oportet: quia idẽ est Græcè & Latinè Petrus, quod Syriacè Cęphas, & in vtraq; lingua nomen à petra deriuatur. Vocatur aũt Petrus ob firmitatẽ fidei, qua illi petræ adhęsit, de qua Apostolus ait: Petra autẽ erat Christus, qui sperantes in se ab hostis isidiis reddit tutos, & spiritualiũ charismatum fluenta ministrat. Aug. Nõ est autẽ magnũ, ꝙa dñs dixit cuius esset iste. oĩa enim sanctorum suorũ sciebat, quos ante cõstitutionẽ mũdi ꝑdestinauit. Illud aũt magnũ, quia mutauit ei nomẽ & fecit de Simone Petrũ. Petrus aũt à petra, petra verò ecclesia, ergo ĩ Petri noĩe figurata est ecclesia. Et quis secur⁹ est nisi qui ædificat suprà petrã? Intentũ autem te fecit dñs. nam si antea Petrus vocaretur, nõ ita videres mysterium petræ, & putares casu eum sic vocari, nõ prouidentia dei. Ideo eum

Euangẽ dẽt breuiloquio

Petro quare nomen mutatum.

Denarii allegotia.

voluit aliud prius vocari, vt ex ipsa cõmuntatione nominis, sacramenti viuacitas cõmendaretur. Chry. Ideo etiam nomen mutauit, vt ostendat quia ipse est qui vetus testamẽtum dedit, & nomina trãsmutauit, quia Abram, Abrahã vocauit, & Sarai, Sarã: & Iacob, Israelem. Igitur multis quidẽ & à natiuitate nomina imposuit, vt Isaac & Sãson: aliis aũt post eam quæ à progenitoribus est nũcupationem, vt Petro & filiis Zebedęi: nam quibus quidem à prima ætate debebat virtus clarescere, extunc nomina susceperunt: quibus autẽ postea debebat augeri, postea nũcupatio posita est. Augusti. de con. euan. Nõ autem parua repugnantia potest putari si iuxta Iordanem anteq̃ Iesus esset in Galilęam, ad testimonium Ioannis Baptistæ secuti sunt eũ duo, quorum vnus erat Andreas qui fratrem suũ Simonem adduxit ad Iesum, quãdo & nomen, vt Petrus nominaret̃ accepit, cũ ab aliis euãgelistis dicatur, ꝙ eos in Galilæa pisc̃ates inuenerit, atq; ad discipulatũ vocauerit: nisi quia intelligendũ est, non sic eos vidisse dominũ iuxta Iordanem, vt ei iam inseparabiliter inhærerent, sed tãtum cognouisse quis esset, eumq; miratos ad ꝓpria remeasse. Non autem quis arbitret ꝙ tunc Petrus nomen accepit, vbi ait illi dominus, tu es Petrus, & sup hanc petrã ædificabo ecclesiam meã: sed vbi cõmemoratur ei dictũ esse, Tu vocaberis Cæphas, quod interpretatur Petr⁹. Alcui. Vel ali. Nõdum imponit ei nomen, sed prẽsignat quod postea fuit ei impositum, quãdo dixit ei Iesus, Tu es Petrus, & super hãc petrã ædificabo ecclesiam meã. Mutaturus autem nomen Christus, voluit ostẽdere etiam nomen illud, quod à parentibus datũ erat, non carere virtutis significatione: Simon enim obediens interpretatur: Ioanna, gratia: Iona, colũba. q.d. Tu es obediens, filius gratiæ, vel filius columbæ, id est spiritus sancti, quia humilitatem de spiritu sancto accepisti, vt vocante Andrea videre me desyderares. Non enim dedignatus est maior minorem sequi, quia non est ordo ætatis, vbi est metitum fidei.

Consen. euange.

In crastinũ uoluit exire in Galilęam, & inuenit Philippũ. Et dicit ei Iesus, Sequere me. Erat aũt Philipp⁹ à Bethsaida. ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quẽ scripsit Moyses ĩ lege, & prophetæ, Inuenimus Iesũ filiũ Ioseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philipp⁹: Veni & uide.

Chrys. Postq̃ accepit Christus discipulos, venit derelinquo ad alios cõuertendũ. s. Philippũ & Nathanaelẽ. vnde dicitur: In crastinũ autem voluit exire ĩ Galilęam. Alcui. A Iudæa. s. vbi erat Ioannes baptizans, deferens honorem Baptistæ, ne videat magisteriũ eius minuere, dum adhuc statũ habet. Vocaturus etiã discipulũ ad sequendum voluit exire in Galilæam. i. transmigrationẽ factam vel reuelationem: vt sicut ipse proficiebat sapiẽtia & ætate & gratia apud deũ & homines, & sicut passus est & resurrexit, & ita intrauit in gloriã suam: sic etiam suos sequaces ostenderet & exire ꝓficere in virtutibus, & per passiones ad gaudia transmigrare debere. vnde sequit̃: Et inuenit Philippũ &c. Sequitur qui imitatur humilitatẽ & passionem eius, vt sit socius resurrectionis & ascẽsionis. Chrys. Et vide ꝙ anteq̃ aliquis ei adhæreret, nullũ vocauit: nã si quidem nullo iam spõte aduenìente attraxisset, fortassis resiliissent, nũc autem à seipsis eligentes sequi dominũ, firmi de reliquo pmãserunt. Philippũ autẽ vocat magis notum ei existentẽ, quia in Galilæa nutritus erat. Sed vnde Philippus secutus est Christum? nã Andreas quidem audiens à Ioãne Baptista, Petrus aũt ab Andrea: hic aũt à nullo aliquid discens, solũ dicente Christo ad eũ, sequere me, confestim persuasus est. Cõueniens est autẽ Philippum à Ioanne audientẽ sequi Christũ, vel etiã voce Christi hoc operatã esse. Theo. Nõ enim simpliciter omnibus vox Christi dicebatur, sed fideliũ interiora ad eius inflãmabat amorem: deinde quia in corde Philippi de Christo cogitatio inerat, & in libris Moysi assidua lectio, vt expectaret Christũ, statim cùm vidit credidit. Fortè autẽ ab Andrea & Petro de Christo aliquid didicit, quia ex eadem patria erant: quod euãgelista videt̃ innuere per hoc quod subdit: Erat autẽ Philippus &c. Chry. Christus etiam hinc suã virtutem ostẽdit, ꝙ à terra nullũ ferente fructũ (nam à Galilæa ꝓpheta non surgit) inclytos discipulorũ elegit. Alcui. Bethsaida etiã domus venatorũ ĩterpretat, quo noĩe ciuitatis curauit euãgelista ostẽdere, quales tũc iã animo erãt Philippus, Petr⁹, Andreas: & quales officio erãt futuri. i. capiendis ad vitam animabus intenti. Chry. Non solum autem Philippus à Christo persuasus est, sed præco aliis fit. vnde sequitur: Inuenit: Philipp⁹ Nathanael & dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege &c. Vide qualiter solicitam mentem habebat, & cõtinuè meditabat quæ sunt Moysi, & expectabat aduentũ Christi. & quidem quòd Christus debebat venire, nouerat prius: quonià autem hic Christ⁹ erat, ignorabat. Dicit autem: Quem scripsit Moyses & prophetæ, credibilẽ faciens suã prædicationẽ, & exhĩc persuadens auditorẽ quòd circa legẽ & ꝓphetas solicitus erat, & omnia perscrutãs cum veritate, vt & Christ⁹ testatus est. Si verò dicit filiũ Ioseph, ne turberis, eius enim filius æstimabat̃ esse. Augu. Cui. s. desponsata erat mater eius: nã quòd ea intacta cõceptus & natus sit, bene nouerũt ex euãgelio omnes christiani: addit autem & locum, A Nazareth. Theo. Non quia in ea natus erat, sed nutritus. Generatio enim eius multis erat incognita, sed ꝙ in Nazareth esset nutritus, cognitũ erat. & dixit ei Nathanel, à Nazareth potest aliquid boni esse? Augu. Ambas pronũciationes potest consequens vox Philippi sequi: siue sic ꝓnuncies, tanq̃ confirmãs. A Nazareth potest aliquid boni esse? & ille dicat, Veni & vide: siue sicut dubitans & totũ interrogãs. A Nazareth potest aliquid boni esse? Veni & vide. Cũ verò siue illo modo siue isto ꝓnunciet̃, non repugnant verba sequentia. Nostrũ est quærere quid poti⁹ intelligamus in his verbis? Nathanael enim doctissimus legis cùm audisset Philippum dicentẽ, Inuenimus Iesum, audito à Nazareth, erectus est in spem: & dixit, A Nazareth potest aliquid boni esse. Scrutatus enim erat scripturas, & sciebat quòd nõ facile alii scribę & pharisæi nouerãt, quia inde erat expectãdus saluator. Alcui. Qui singulariter sanctus est, innocens, ĩpollutus, de quo propheta: Exiet virga de radice Iesse, & Nazaræus. i. flos de radice eius ascendet. vel potest hic versiculus sub dubitatione interrogatiuè proferri. Audiuerat em Nathanael à scripturis quod à Bethlehem oportet Christum venire secundum illud, Et tu Bethlehem terra Iuda, ex te exiet dux qui regat populũ meum Israel. Cũ igitur audiuit, à Nazareth, dubitauit, nõ inueniens cõuenire enũciationem Philippi cũ prophetica ꝑdictione. Nazarçum autem vocant prophetæ ab educatione & conuersatione. consydera verò eius inquirendo prudentiam & mãsuetudinem: nõ enim dixit, Decipis me Philippe: sed interrogat, dicens: A Nazareth potest aliquid boni esse? Valde autem & Philippus prudens erat. Non enim interrogatus frangitur, sed immoratur, virum volens ducere ad Christum. vnde sequitur: Dicit ei Philippus, veni & vide. Trahit quidem eum ad Christum, sciens de reliquo eum non contradicturum, si verba & doctrinam illius gustauerit.

Virt⁹ vocis Christi.

Studiũ Philippi in lege.

Vidit Iesus Nathanael uenientẽ ad se, & dicit de eo: Ecce

verè Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquã te Philippus uocaret, cũ esses sub ficu, uidi te. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis: maius his uidebis. Et dicit ei: Amen amen dico uobis, uidebitis cælum apertum & angelos dei ascẽdentes & descendentes suprà filium hominis.

Nathanaelis prudẽtia

Chry. Nathanael nõ suscipiendo ex Nazareth Christum, eam quæ illi erat circa scripturas diligentiã ostẽdit. In non respuendo verò eum qui annũciauerat, multum desyderiũ quod habebat circa Christi præsentiam monstrauit. Sciebat em̃ quòd poterat Philippus circa locum falli. vnde sequit: Vidit Iesus Nathanael &c. Ne quaq̃ enim eum accusare oportebat, licet verba nõ credentis protulerit, magis inuestigãs prophetias q̃ Philippus. dicit autẽ verè Israelita in quo dolus nõ est, quia nihil ad gratiam vel odiũ loquebat. Aug. Vel aliter: Quid est in quo dolus nõ est? fortè non habebat peccatũ, fortè illi medicus nõ erat necessarius? absit. Nemo sic natº est, vt medico illo nõ egeret. Dolus enim est cùm aliud agitur, & aliud fingitur. Quomodo ergo in illo dolus non erat si peccator est? fatet̃ se peccatorẽ. Si enim peccator est, & iustum se dicit, dolus est in ore ipsius. ergo in Nathanaele confessionẽ peccati laudauit, nõ indicauit non esse peccatorẽ. Theop. Sed Nathanael laudatus acquieuit exẽplo, sed expectauit, adhuc volens aliquid manifestius dicere, & interrogat. Sequitur em̃: Dicit ei Natha. vnde me nosti? Chry. Ipse quidẽ igitur vt homo inuestigat, Iesus autẽ vt deus respondebat. Sequit̃ em̃: Respondit Iesus, & di. ei: Priusquã te &c. Non vt homo eum intuens, sed vt deus desuper cognoscens. Vidi inquit te. i. est morum tuorũ mansuetudinẽ. dicit autem, Cùm esses sub ficu, quoniã nullº ibi erat, sed solus Philippº & Nathanael singulariter loquebãtur, & propter hoc dictum est q̃ videns eũ à longè dixit: Ecce verè Israelita: vt scires quoniã anteq̃ appropinquaret Philippus, hæc loquebat̃ Christus, & insuspicabile fiat Christi testimoniũ. Noluit autẽ Christus dicere, Nõ sum ex Nazareth, vt annunciauit tibi Philippus, sed ex Bethlehem, vt nõ faceret alterabilẽ sermonem: neq; per hoc dedisset argumentũ sufficiens q̃ ipse esset Christus, sed ostendit se Christũ per hoc quòd præsens erat loquentibus illis. Augu. Quærendũ est enim an aliquid significet arbor fici. Inuenimus arborẽ fici maledictã, quia sola folia habuit & fructu caruit. In origine humani generis Adam & Eua cũ peccauissent, de foliis ficus succinctoria sibi fecerũt. Folia ergo ficulneę intelliguntur peccata. Erat autẽ Nathanael sub arbore fici, tanq̃ sub vmbra mortis: acsi dominus ei dicat: O Israel sine dolo quisquis es. O populeIudæus ex fide, anteq̃ te per apostolos meos vocarem: & cũ esses sub vmbra mortis, & me non videres, ego te vidi. Grego. 18. mora vel cũ esses sub ficu vidi te. i. positũ te sub vmbra legis elegi. August. de ver. do. Recordatus est autẽ Nathanael se fuisse sub ficu, vbi non erat præsentia corporali, sed scientia spiritali: & quia sciebat se solũ fuisse sub ficu, agnouit in illo diuinitatẽ. Chryſ. Sic ergo ab hac prędicatione, & ab eo quòd mentẽ scrutatº est eius, & quia cũ aduersus eum dicere videretur nõ culpauit, sed laudauit, cognouit quoniã verè est Christus. vnde sequitur: Respõdit ei Nathanael, & ait: Rabbi, Tu es filius dei &c. q. d. Tu es qui expectabaris, tu es qui quærebaris: quia em̃ argumentũ inaltercabile suscepit, venit ad cõfessionẽ, & in mora priori diligentiã ostendens, & in posteriori confessione deuotionẽ. Multi autẽ legentium sermonẽ hunc anxiãtur. Petrus em̃ qui post miracula & doctrinam est confessus: quoniã filius est dei beatificatur, vt à patre reuelationẽ iam suscipiens: Nathanael autẽ ante signa & doctrinã hoc dicens. nihil tale audiuit. Est igit̃ huius causa: quoniã verba quidẽ eadem locutus est Petrus & Nathanael, non autẽ eadẽ mente: sed Petrus qui dem confessus est filiũ dei vt deum verũ, hic autẽ homi nem nudũ, dicens ei: Tu es filius dei: induxit, Tu es rex Israel. Dei autẽ filius nõ Israelitis est rex solũ, sed & orbis terrarum vniuersi. Hoc etiam manifestũ est ex his quę consequũtur: nam Petro nihil postea addidit Christus, sed quasi pfecta eius existẽte fide ecclesiã se dixit in confessione illius fabricaturũ esse. Nathanael aũt quasi multa parte & maiori confessionis deficiente ad maiora educit̃. nam sequit̃, Et dixit ei, quia dixi tibi &c. q. d. Magnum tibi visum est hoc esse qđ dixi, & ꝓpterea me regem Israelis cõfessus es: quid igit̃ dices cũ maius videris? & quid sit istud maius ostendit subdens, & dicit eis: Amen dico vo. vide. cæ. aper. & angel. dei ascen. & descen. super filiũ hominis. Vide qualiter paulatim eũ à terra abducit, & facit q̃ non vltra æstimet Christum esse hominẽ solùm: cui enim angeli ministrãt, qualiter hic homo purus esset? ꝑ hoc igit̃ suadet angelorũ se esse dominatorẽ. Sicut enim in ꝓprium regis filiũ descenderunt & ascenderũt in eum ministri regales: hoc quidẽ in tempore crucis, hoc verò in tẽpore resurrectionis & ascensionis: sed & ante hoc quãdo accesserunt & ministrabant ei, & quando euãgelizabant eius natiuitatem. Futurum vero à præterito ꝓbauit: qui enim in ꝑteritis virtutem eius agnouerat, & de futuris audiens facilius suscepit. Aug. de ver. do. Recolamus autẽ veterẽ historiam quãdo Iacob in somnis vidit scalã à terra pertingentem vsq; in cælũ, & dñs incũbebat super eã, & angeli ascendebãt & descendebãt per eam. Denique ipse Iacob quia intellexit quid viderit, posuit lapidẽ & fudit oleum. dum vnxit lapidem Iacob, nũquid idolum fecit? significauit, nõ adorauit: agnoscitis chrisma, agnoscite & Christum. Ipse est lapis quẽ reprobauerũt ædificantes. si ergo Iacob vidit scalã qui est Israel appellatus, & Nathanael iste verè Israelita erat, cõuenienter somniũ Iacob dominº dixit ei. q. d. cuius nomine te appellaui, ipsiº somniũ in te apparuit. Videbis em̃ cęlum aptum, & angelos dei ascẽdentes & descendentes super filium hominis. si aũt ad illũ ascendũt, & sursum est & hic est: sursum in se, deorsum in suis. Augu. sup. Ioan. Sunt aũt angeli dei boni prędicatores p̃dicantes Christũ hoc est super filiũ hominis ascendũt, sicut Paulus qui ascenderat vsque ad lac potũ paruulis dandũ. dixit autẽ, Maius his videbis: quia plus est quòd nos dominus vocatos iustificauit, q̃ q̃ vidit iacentes sub vmbra mortis. Quid enim nobis proderat si ibi manssissemus: vbi nos vidit? Quæritur autem quare Nathanael cui tantũ testimonium perhibuit filius dei: inter 12. apostolos nõ inueniturº Intelligere autem debemus ipsum eruditum fuisse & peritum legis, propterea noluit illũ dominus inter discipulos ponere: quia idiotas elegit, vnde cõfunderet mundum. Volens enim superborũ frãgere ceruices, nõ quæsiuit per oratorem piscatorẽ, sed de piscatore lucratus est imperatorem. Magnus Cyprianus orator, sed prius Petrus piscator, per quem postea crederet nõ tantùm orator sed etiam imperator.

Fici ſignificatio.

Mira sapiẽtia in verbis.

Angelis cõparantur prædicatores.

Notadifferentia.

CAP. II.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias, & deficiente uino, dicit mater Iesu ad eũ: Vinum nõ habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit hora mea.

Chryſ. Quoniam in Galilęa notus erat dñs, vocant eum ad nuptias. vnde sequit: Et die tertia nuptię factę sunt in Cha. Gali. Alcui. Galilęa est ꝓuincia in qua est Chana viculus. Chry. Vocãt autem ad nuptias dñm nõ tanquã magnificũ aliquem, sed simpliciter tanquã notum, & vnum multorũ, vnde hoc euãgelista declarans, ait: Et erat mater Iesu ibi. sicut enim matrẽ vocauerãt, ita & filiũ. vnde sequit: Vocatus est au. Ie. Et disci. eius ad nuptias, & accedit. Neq; em̃ ad dignitatem respiciebat suam, sed ad beneficiũ nostrum. Qui enim nõ dedignatus est formam serui accipere, neque dedignatus est ad nuptias venire seruorum. Auguſt. de ver. do. Erubescat igitur homo esse superbus, quoniam factus est humilis deus. Ecce inter cętera filius virginis venit ad nuptias, qui cũ apud patrẽ esset instituit nuptias. Beda. Quòd etiam ad nuptias venire dignatus est, iuxta literam fidem rectè credentiũ confirmat. Porrò Tatiani, & Martionis, cæterorumq; qui nuptiis detrahũt perfidiã quàm sit dãnabilis insinuat. Si thoro ĩmaculato & nuptiis debita castitate celebratis culpa inesset, nequaquã dominus ad has venire voluisset. Nunc autẽ quia bona est castitas coniugalis, melior cõtinentia vidualis, optima pfectio virginalis. Ad ꝓbandam omniũ electionem graduum, discernendum tamen meritum singulorum ex intemerato Mariæ virginis vtero nasci dignatº est, à prophetico viduæ Annę ore, mox natus benedicitur, à nuptiarum celebratoribus iam iuuenis inuitatus hospræsentia suæ virtutis honorat. Quid autẽ mirum si in illam domũ ad nuptias venit, qui in hunc mundum ad nuptias venit? Habet enim hic spõsam quã redemit sanguine suo, & cui pignus dedit spiritũ sanctum, quam sibi coniũxerat in vtero virginis. Verbũ enim est sponsa caro humana, & vtrũq; vnus filius dei, & idem filius hominis. Ille vterus virginis Mariæ thalamº eius est, vnde processit tanq̃ sponsus de thalamo suo. Bed. Nec vacat à mysterio q̃ die tertia nuptiæ factæ referũtur, primum quidẽ seculi tempus ante legẽ patriarcharũ exemplo, secũdum sub lege prophetarũ scriptis, tertium sub gratia præconiis enangelistarum quasi tertiæ diei luce mundo refulsit, in quo dñs in carne natus apparuit, sed & hoc quòd in Chana Galilęæ. i. in cælo transmigrationis eædem nuptię factæ perhibentur. Typicè denũciat eos maximè gratia Christi dignos existere, qui de zelo feruere pię deuotionis, ac de vitiis advirtutes, de terrenis ad æterua norũt transmigrare: discũbente autem ad nuptias dño, vinum defecit, vt vino meliore per ipsum facto manifestaret̃ gloria latẽtis in homine dei. vnde sequitur: Et deficiẽte vino, di. ma. Iesu ad eum: Vinũ non habent, Chry. Dignum autẽ est quærere, vnde venit in mentẽ matri magnũ quid imaginari de filio? neque em̃ antè miraculũ fecerat. Sequitur em̃: Hoc fecit initium signorum Iesus: sed reuelari incipiebat & à Ioanne, & ab his quæ ad discipulos dixerat: sed ante hæc omnia ipsa conceptio, & ea quæ post natiuitatem facta sunt, maximã ei de puero impoſuerũt æstimationẽ. vnde Lucas dicit: Maria cõseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Cuius igitur gratia nõ ante miraculum eũ incitauit? nã ante vt vnus multorum ita conseruabatur, vnde nõ prẽsumebat ei mater tale quid dicere: quia verò audiuit q̃ Ioannes ei testificatus est, & quòd discipulos iam haberet, de reliquo cõfidenter rogat. Alcui. Significat etiã in hoc loco synagogam, quæ Christum prouocat ad faciendũ miraculum: familiare enim est Iudæis miracula inquirere. Sequit: Et dicit Iesus, quid mihi & tibi est mulier? Aug. Quidam derogãtes euangelio, & dicentes q̃ Iesus nõ fuit natus de Maria virgine, hinc argumentũ sumere conãtur erroris sui vt dicant, quomodo erat mater eiº cui dixit, Quid mihi & tibi est mulier? Sed quis hoc narrauit vt credamº quia hoc dominus dixit? Nẽpe Ioãnes euãgelista. At ipse dixit, Et erat ibi mater Iesus: quare hoc nisi qa vtrũque verũ est? Sed nunquid ideo venit ad nuptias, vt doceret matres contẽni? Chryſ. Sed q̃ valde venerabatur matrem, audi Lucã enarrantem, qualiter subditus parẽtibus erat. Nam vbi quidẽ parentes nihil impediũt eorum quæ sunt secũdum deum, debitum est subiici eis. Quãdo autẽ non tẽpore debito aliquid quærũt, & abscindunt nos à spiritualibus, nõ ex hoc fallaris. Aug. de symbo. Vt ergo distingueret inter deũ & hominẽ, quia secũdum hominem minor & subditus erat, secũdum autem deum supra omnes erat, dixit: Quid mihi & tibi est mulier? Chry. Sed & propter aliam causam, vt nõ suspecta essent miracula quæ fiebant: ab his enim qui indigebant rogari oportuerat non à matre, voluit ostendere quoniã omnia decẽti tempore operatur, nõ simul omnia faciens, quia cõfusio quędam esset, & ideo sequitur: Nondũ venit hora mea. i. nõdum cognitus sum his qui assunt, sed neq; sciunt quoniã defecit vinũ, sine eos primũ hoc sentire. Qui enim necessitatẽ non prẽsensit, neq; beneficii grandẽ suscipiet sensum. Augu. Vel ideo quia dñs noster secđm q̃ deus erat, matrẽ non habebat: secđm q̃ homo erat, habebat matrẽ. Miraculũ aũt quod facturus erat, secđm diuinitatẽ facturus nõ secđm infirmitatẽ humanã. Miraculũ tamẽ exigebat mater. At ille nõ tanq̃ agnoscens viscera humana, operaturus facta diuina dixit, Quid mihi & tibi est mulier? tanquã dicat, Quod in me facit miraculũ, non tu genuisti deitatem meam. Dicitur autẽ Mulier, secundum fœmineum sexum, nõ secundũ corruptionẽ integritatis, sed quia genuisti infirmitatẽ meam, tunc te cognoscam cũ ipsa infirmitas pendebit in cruce. vnde subdit̃: Nondũ venit hora mea quasi diceret, ibi te agnoscã cum pendere in cruce infirmitas cœperit, cuius & mater es. Cõmendauit enim matrẽ discipulo, prius matre moriturus, & ante mortem matris resurrecturus. Videte autẽ ne fortè quomodo inuenerũt Manichęi occasionẽ perfidiæ suæ, quia dixit dominus, Quid mihi & tibi est mulier? sic inueniãt Mathęmatici occasionẽ fallacię, quia dixit, Nõdum venit hora mea. Dicũt enĩ, vides quia sub fato erat Christus: quia dixit, Nondũ venit hora mea. Credãt autem deo dicenti, Potestatẽ habeo ponẽdi animã meam, & iterum sumendi eã: & quęrant quare sit dictũ, Nondum venit hora mea. Nec ideo iam sub fato ponant cõditorem cæli: quia si esset fatum de sideribus, nõ poterat esse sub necessitate siderum conditor siderum: quod non solũ Christus nõ habuit quod appellas fatum, sed nec tu aut ille aut quisquã hominum, quare ergo dixit, Nondum venit hora mea? quia in potestate habebat quando moreretur, sed nõdum videbat esse opportunum vt illa potestate vteretur, vocãdi discipuli. annunciandum erat regnum cælorũ, faciendæ erant virtutes, commendãda erat humilitas domini ipsa cõpassione mortalitatis. At vbi tantum fecit quãtum sufficere iudicauit, venit hora, non necessitatis, sed voluntatis: non conditionis, sed potestatis.

Exẽplũ dignationis.

Tria tẽpora mystica.

Refutatio erroris ex euãgelio.

Maria quare mulier vocetur.

Hora Christi quomodo intelligenda.

Dicit mater eius ministris: Quodcũque dixerit uobis, facite, erant autẽ ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secũdum purificationẽ Iudæorũ, capientes singulæ metretas binas, uel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas usque ad summũ. Et dicit eis Iesus: Haurite nũc & ferte architriclino, & tulerunt. Vt aũt gustauit architriclinus, aquã uinum factã: & nõ sciebant unde esset, ministri autẽ sciebant qui hauserãt aquam, uocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primũ, bonũ uinum ponit: & cũ inebriati fue

rint, hūc id quod deterius est. tu autē seruasti bonū uinū usque adhuc hoc fecit initiū signorū Iesus in chana Galilææ, & manifestauit gloriam suā, & crediderunt in eum discipuli eius.

Chryſ. Quāuis dixerit, Nondū venit hora mea, poſtmodum fecit quod mater dixerat, vt etiā ex hoc ſufficiens eſſet demōſtratio q̄ non ſubiectus eſt horę. Si em̄ horæ ſubiiciebatur, qualiter debita hora nōdum facta hoc fecit? deinde & propter honorē matris, vt non ſinaliter ei cōtradicere videretur, neq; eam tot præſentib⁹ erubeſcere faceret. Adduxerat enī ad eū miniſtros, vt à plurib⁹ fieret petitio. vnde ſequit: Dicit ma. eius miniſtris, quæcūq; di. vo. facite. Beda. q. d. Licet abnegare videatur, tamen faciet: nouerat enī mater eū pium & miſericordē. Sequitur: Erāt autē ibi lapideæ. Hydrię. &c.

Hydriæ notio. Hydrię vocātur vaſa aquarū receptui parata: græcè em̄ aqua hydor dicitur. Alcui. Vaſa aūt aquarū receptui parata erant ſecundū purificationē Iudæorum: quia inter alias phariſæorum traditiones etiā hoc obſeruabāt, vt crebro ſe lauarēt. Chryſ. Quia verò inaquoſa eſt Paleſtina, & non erat multis in locis fontes & puteos inuenire, replebāt hydrias aqua vt nō currerent ad flumina, ſi quādo immundi fierent, ſed de ꝓpe haberent purgationis modū. Ne autem quidā infidelium ſuſpicarētur quoniam fæce intus remanēte, deinde aqua immiſſa vinum ſubtiliſſimū factum eſſet, ꝓpterea ait ſecundum purificationē Iudæorum, oſtendens q̄ illa vaſa nunq̄ vini receptacula facta erant. Aug. Metretas em̄ dicit mēſuras quaſdā, tanq̄ ſi diceret vrnas, amphoras, vel aliud huiuſmodi. Metrō enim menſurā dicunt græci, inde appellatæ metretę. Beda. Quod aūt ait, Binas vel trinas: non ita accipiendū eſt q̄ alię binas, alię trinas, ſed eędē ipſę caperēt binas, quę etiā trinas. Sequit: Dixit eis Ieſus, Impletæ hydrias aqua: & impleuerunt eas vſq; ad ſummū. Chry. Sed quare anteq̄ impleuiſſent hydrias aqua, non fecit ſignū? quod multo mirabilius eſſet, quia ſcilicet aliud eſt ſubſtātiam in aliā qualitatem trāſmutare, & ipſam ſubſtātiam ex nihilo facere, qđ quidē mirabilius eſt, ſed nō itavidet credibile multis. Propterea enim multoties à miraculorū magnitudine abſtinet, volens magis credibile eſſe quod fiebat, cū hoc & puerſa dogmata euertit. quia enim ſunt quidā qui mundi cōditorem alium eſſe dicunt, plura miraculorū ex ſubiectis ſubſtantiis facit. ſi enim cōtrarius ei eſſet qui conditor eſt mundi, non vtiq; alienis vteretur ad proprię virtutis demonſtrationē: non autē ipſe aquā hauſit & tūc vinum oſtendit, ſed hoc iubet miniſtris, vt eos teſtes haberet eius quod fiebat. vnde ſequitur: Et dixit ei Ieſus, Haurite nūc & ferte Architriclino. Alcui. Tricliniū, ordo triū lectorum: clinē lectū ſignificat. Architriclinus princeps triclinii. i. primus inter cōuiuas qui more antiquo in lectis diſcūbebant, vnde quidā Architriclinū intelligūt aliquē ex ſacerdotibus Iudæorū, qui nuptiis intereſſe pōterant vt illos inſtrueret, qualiter nuptiis vti deberent. Chry. Vel aliter: Quia aliqui poſſent dicere quòd cōuiuæ ebrii erant, & ſenſus iudicantiū corrupt⁹ vt neſcirent vtrū aqua vel vinū eſſet: hi autē quibus miniſtratio conuiuarū credita eſt, maximè vigiles ſunt, vnum opus habentes, vt ornatè & ordinatè omnia diſponant: ideo in teſtimoniū eorū quæ fiebant dixit dominus, Ferte Architriclino, ꝓpter euigilantem eius ſenſum: & non dixit, Propinate diſcūbentibus. Hyla. 3. de tri. Aqua igitur hydriis infundit, vinum calicibus hauritur infundētis ſcientiæ, ſenſus non cōuenit haurientis. Qui infuderūt, hauriri aquā exiſtimant: q̄ hauriūt, vinum infuſum arbitrabātur. vnde ſequitur: Vt autem guſtauit Architriclinus aquā vinum factam, & nō ſciebat vnde eſſet: miniſtri autē ſciebāt qui hauſerāt aquā,

Vis miraculi.

vocat ſpōſum Architriclinus. Non autē aquæ ſimplicitas defecit, & vini ſapor natus eſt: non per trāsfuſionem potioris, obtinetur quod infirmius eſt: ſed aboletur qđ erat, & quod nō erat cœpit. Chry. Paulatim autem dñs volebat cognoſci ſuorū ſignorum virtutē, & ideo neq; ipſe reuelabat quod factū eſt, neq; miniſtros Architriclinus vocauit. Non eſſet eis creditū puro homine exiſtimato tale teſtimoniū reddētibus, ſed vocat ſponſum qui maximè poterat conſpicere quod fiebat. Nō ſimpliciter autē Chriſtus vinū, ſed vinum optimū fecit. vnde ſequitur: Et dicit ei, Omnis homo primū bonum vinū ponit &c. Talia enim ſunt Chriſti miracula, vt multo his quæ ꝓ naturā fiunt, ſpecioſiora & vtiliora fiant: igit aqua vinum facta miniſtros teſtes habuit, boni verò vini facti Architriclinū & ſpōſum: ꝓbabile autem eſt & ſponſum aliquid reſpondiſſe, ſed euāgeliſta hoc præter mittit, tāgēs ſolū id quod neceſſariū eſt ſcire. ſ. quoniā vinum aquā fecit. vnde ſtatim ſubdit: Hoc fecit initiū ſignorum ſuorum Ieſus in Chana Galilęæ. Tunc enim ſigna maximè neceſſariū erat facere, quādo diſcipuli iā congregati erāt & deuoti, & attendentes his quæ fiebant manifeſtè aderant. Si verò dixerit quis nō eſſe argumētum ſufficiēs, vt hoc ſit principiū ſignorum quia additur, In Chana Galilææ, quaſi cōtingat alibi prius eſſe facta, Dicemus quod & ante diximus, quia Ioānes dicit: Vt manifeſtet Iſraeli ꝓpterea veni baptizans. Si verò ſecūdum primā ætatem miracula fecit, nequaquā indigebant Iſraelitæ alio manifeſtāte eum. Qui enim breui tēpore ita per miraculorū multitudinem claruit, vt eius nomen manifeſtū fieret omnibus, multo magis ſi puer exiſtens à prima ętate miracula feciſſet. Nam & ea quæ fierent inopinabiliora exiſtimarent ab infante facta, & tempus amplius eſſet. Decenter autē non incepit ſigna facere ex prima ętate, exiſtimaſſent enim phātaſiam eſſe ĩcarnationē, & ante opportunū tēpus cruci eum tradidiſſent liuore liquefacti. Auguſti. Hoc autem miraculū domini ꝓ de aqua vinū fecit, non eſt mirū eis qui nouerunt, quia deus fecit. Ipſe enim fecit vinū illo die in hydriis, qui omni anno hoc facit in vitibus: ſed hoc aſſiduitate amiſit admirationē. Itaq; ſeruauit ſibi deus inuſitata quædam quæ faceret, vt tanquā dormiētes homines ad ſe colendū mirabiliter excitaret, ꝓpter quod ſequitur: Et manifeſtauit gloriā ſuam. Quia ipſe eſt rex gloriæ, qui ſicut dñs elementa mutabat. Chryſ. Et hoc quātum ex parte ſua. Si verò & tunc multi non cognouerūt, ſed tamen omnes poſtea erāt miraculū adituri. Sequitur: Et crediderunt in eū diſcipuli eius. Hi enim debebant credere & facilius & cū diligentia attēdere his quæ fiebāt. Aug. de con. euan. Sed ſi tunc in eū crediderunt, nondū erant diſcipuli eū ad nuptias vocati ſunt, ſed illo more locutionis hoc dictū eſt quo loquimur, cū dicim⁹ apo. Paulū in Tharſo Cilicię natū neq; enim tunc iā erat apoſtolus: ita diſcipulos Chriſti inuitatos ad nuptias cū audim⁹: non iā diſcipulos ſed q̄ futuri erant diſcipuli intelligere debemus. Augu. Illa autem myſteria, quæ in iſto miraculo dñi latēt, videte: oportebat impleri in Chriſto quæ de illo ſcripta erant. illa erat aqua: fecit autē de aqua vinum, cū aperuit eis ſenſum, & expoſuit ſcripturas: ſic enim ſapit quod non ſapiebat, & inebriat quod nō inebriabat. Beda. Apparente enim dño in carne, vinoſa legalis ſenſus ſuauitas paulatim cœperat ob carnalē phariſæorū interpretationem à priſca ſua virtute deficere. Augu. Si autē iuſſiſſet aquam effundi, & ipſe mitteret vinum ex occultis creaturæ finibus, videretur ſcripturas veteres improbaſſe. Cū autem ipſam aquā conuertit in vinū, oſtēdit nobis quòd & ſcriptura vetus ab ipſo eſt, nā iuſſu ipſius im-

Oportunitas ſignorū.

Allegorica expoſitio.

pletæ ſunt hydriæ: ſed nihil ſapit illa ſcriptura, ſi non ibi Chriſtus intelligatur. nouimus aūt legem ex quibus tēporibus narret. i. ab exordio mūdi. Inde vſque ad hoc tempus quod nunc agim⁹, ſexta ætas eſt: nā prima ætas computabatur ab Adā vſq; ad Noe, ſecūda à Noe vſq; ad Abraham, tertia ab Abrahā vſque ad Dauid, quarta à Dauid vſq; ad trāſmigrationē Babylonis, quinta vſq; ad Ioannem Bapti. ſexta inde vſq; ad finem ſeculi. Sex ergo illæ hydrię, ſex ætates ſignificāt, quibus nō defuit prophetia. Impletæ ſunt prophetiæ, plenę ſunt hydrię.

Metretarum myſtica ſignificatio. Quid eſt autem ꝓ capiebāt metretas binas vel trinas? Si trinas tantū diceret, nō curreret animus noſter niſi ad myſterium trinitatis. Sed fortè nec ſic debem⁹ inde ſenſum auertere, quia dixit binas vel trinas, quia nomināto patre & filio conſequēter & ſpiritus ſanctus intelligēdus eſt. Oportet enim intelligi charitatē inuicem patris & filii quod eſt ſpiritus ſanctus. Sed eſt & alius intellectus non ꝓtermittēdus: binæ enim metretę intelligūtur in duobus ganeribus hominū. i. Iudæis & Græcis. Tres aūt propter Noe tres filios ſignificatos. Alcui. Miniſtri aūt ſunt doctores noui teſtamēti, qui ſcripturas alias ſpiritualiter interpretantur. Architriclinus autem eſt aliquis legiſperitus, vt Nicodemus, Gamaliel, Saulus. Dum ergo talibus euangelii verbum cōmittitur, quod in litera legis occultabāt, quaſi vinū de aqua factum Architriclino propinatur. Et bene in domo nuptiarum tres ordines diſcūbentium deſcribuntur, quia eccleſia tribus ordinibus fidelium conſtat, coniugatorum, continentium, & doctorum. Optimum autem vinum Chriſtus vſque adhuc ſeruauit, id eſt euangelium vſque ad ſextam ætatem diſtulit.

Poſt hæc deſcendit Capharnaū ipſe & mater eius, & fratres eius, & diſcipuli eius, & ibi māſerunt non multis dieb⁹. Et prope erat Paſcha Iudæorū, & aſcēdit Ieſus Hieroſolymā.

Chry. Quoniam autē paulopoſt dñs Hieroſolymam aſcenſurus erat, Capharnaū adiit, vt non vbiq; fratres & matrem ſecū trahat. vnde dicitur: Poſt hæc deſcēdit Capharnaū ipſe & mater eius & fratres illius & diſcipuli eius, & ibi manſerunt nō multis diebus. Aug. Hic eſt autem dñs de⁹ noſter excelſus, vt nos faceret: humilis, vt nos reficeret: ambulans inter hoſtes, patiens humana abſcōdēs diuina. Ecce habet, matrē habet fratres, & diſcipulos, inde fratres vnde matrē. Fratres enim ſcriptura noſtra appellare cōſueuit non eos ſolos qui naſcūtur ex eodem gradu, velut cōpatrueles aut cōſobrinos. Vnde ergo fratres domino? Non em̄ Maria iterū peperit, abſit. Inde cœpit dignitas virginū. Abrahā patru⁹ erat Loth, & Iacob Laban Syrū habebat auunculū: & vtrique dicti ſunt fratres. Alcui. Fratres ergo dñi dicunt cognati Mariæ vel Ioſeph, nō filii Mariæ vel Ioſeph: quia nō ſolū beata virgo, ſed etiā Ioſeph teſtis caſtitatis eius ab omni actione cōiugali immunis ꝑmanſit. Augu. de con. euang. Quòd vero dicit, Et diſcipuli eius, incertū eſt vtrum iā illi adhæſerāt etiam Petrus & Andreas & filii Zebedæi. Matthęus em̄ primò narrat q̄ venerit & habitauerit in Capharnaū, & poſtea q̄ eos de nauibus piſcantes vocauerit, an fortè Matthæus quod ꝓtermiſerat recapitulauit, quia ſine vlla cōſequentis tēporis differentia dixit, Ambulās iuxta mare Galileę vidit duos fratres, an potius alii diſcipuli fuerūt. Scriptura enim euangelica & apoſtolica, non ſolū illos duodenos appellat diſcipulos eius, ſed omnes qui in eum credentes ad regnum cælorū magiſterio eius erudiebantur. Illud etiam requirendū eſt quomodo hic dicit, Anteq̄ Ioannes Baptiſta miſſus eſſet in carcerē Ieſum iſſe in Galileam? cū Matthęus dicat, Cū autem audiſſet q̄ Ioannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæā: ſimiliter etiā & Marcus: Lucas etiam nihil quidē dicit de tradito Ioāne, ſed poſt baptiſmū & tentationem Chriſti dicit eum iſſe in Galilæam, ſicut illi duo: vnde intelligitur tres euāgeliſtas, non Ioanni euāgeliſtæ contraria narraſſe, ſed prætermiſiſſe primū domini aduentū in Galileam, poſteaq̄ baptizatus eſt, quādo illic aquā conuertit in vinū. Euſeb. in eccleſiaſtica hiſt. Cū enim trium euangeliorū ad Ioannem euāgeliſtam notitia ꝓueniſſet, probaſſe quidē dicitur fidem & veritatē dictorum, deeſſe tamen vidit aliqua, & ea maximè quæ primo prædicationis ſuæ tēpore dominus geſſerat. Certū eſt enim q̄ in ſuperioribus tribus euāgeliis hæc videnſ ſola cōtineri quę in eo geſta ſunt anno quo Ioānes bapt. vel incluſus eſt in carcere vel punitus, & ideo rogatus dicit Ioannes apoſtolus, vt ea quæ prēterierāt priores ante traditionem Ioannis, ſaluatoris geſta cōſcriberet: vnde ſi quis diligenter conſyderet, inueniet euāgelia non diſſonare, ſed alterius tēporis geſta eſſe quæ ſcribit Ioānes, alterius verò quæ cęteri. Chry. Neq; enim in Capharnaū miraculum vllū tūc operatus eſt. qui enim ciuitatē habitabāt illam, non ſanè ſe habebāt ad Chriſtū, ſed erant valde corrupti: ideo tamen accedit & parum ibi trahit tēpus, propter eum qui ad matrē honorem. Beda. Ideo etiā nō multis diebus ibi māſerūt ꝓpter feſtū Paſchæ quod iā appropinquabat. vnde ſequit: Et propè erat Paſcha Iudæorum. Orige. Sed quid intendit ibi appoſitio Iudæorum? non enim alterius Paſchæ ſolennitas fuerat. Forſan vero quia quoddā eſt paſcha humanū, eorū qui procul à propoſito ſcripturæ celebrant illud: quoddā verò diuinum & verū, quod in ſpiritu & veritate pficitur. ad diſtinctionē ergo diuini, dicitur Iudæorū. Sequitur: Et aſcendit Hieroſolymā. Alcui. Bis in euāgeliis legitur Ie ſum aſcendiſſe Hieroſolymā: ſemel in primo anno prædicationis, dū adhuc Ioānes nō erat miſſus in carcerē, de hoc aſcenſu nunc agit: & iterum illo anno quo erat paſſus. dedit autē nobis exemplū dominus, quanta cura diuinis ſubdi debeamus imperiis. Si enim ipſe dei filius decreta legis à ſe data implebat, celebrans ſolennitates cū cæteris hominibus, quāto ſtudio bonorū operū ſerui debent ſolēnitates prœuenire & celebrare? Orig. Myſticè autem cū facta eſt nuptiarū præparatio in Chana Galileę, deſcendit vnà cū matre, fratribus & diſcipulis in Capharnaū, quæ ĩterpretat ager cōſolationis. Oportebat enim poſt vini alacritatē ad agrum cōſolationis vnà cū matre & diſcipulis aſcendere ſaluatorē, conſolaturum in futuris fructibus, in agrorū multitudine ſuſcipientes diſciplinā eius, & animam quæ illū ſpiritu ſancto concepit & iuuandos ibi. Sūt enim quidam fructificantes, ad quos dñs ipſe deſcendit, vnà cū verbi miniſtris atque diſcipulis, adiuuans huiuſmodi prœſente matre ſua videntur autē qui Capharnaum ducti ſunt, non capere diuturnā apud ſe Ieſu prœſentiā, quoniā illuminationē quę de pluribus dogmatibus eſt, in ferioris cōſolationis agellus nō capit, cū paucorum capax exiſtat. Alcui. Vel Capharnaū villa pulcherrima eſt, & ſignificat mundum, in quem verbum patris deſcendit. Beda. Non multis autē diebus ibi manſit, quia paruo in hoc mundo tempore cū hominibus conuerſatus eſt. Orige. Eſt autem Hieroſolyma ciuitas regis magni, velut ipſe ſaluator ait, ad quā nullus eorū qui manent in terris cōſcēdit nec ingreditur. Sed quęlibet anima quę naturalem obtinet celſitudinē & acumen intelligibiliū perſpicuum eius ciuitatis eſt incola, ad quā ſolus Ieſus aſcendiſſe dicitur. Videntur tamen poſt diſcipuli fore prœſentes dum recolunt, Zelus domus tuæ comedit me, ſed quaſi in quolibet diſcipulorum Ieſus aſcendit.

Fratres domini qui dicū tur.

Conſenſus euā.

Pascha duplex.

Et inuenit in tēplo uendentes oues & boues & colūbas,

Universidad de Deusto Biblioteca

& numularios sedentes. Et cũ fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de tẽplo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et his qui colũbas uendebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domũ negotiationis. Recordati sunt uero discipuli eius quia scriptum est: zelus domus tuæ comedit me.

Beda. Dominus Hierusalẽ adueniens, cõtinuo templum oraturus adiit, nobis dãs exemplũ vt quocunque properamus, domũ dei primo ingrediamur, dominum deprecaturi. vnde dicit: Et inuenit in tẽplo vend. oues & bo. & colũbas. Augu. Sacrificia enim illi populo pro eius carnalitate talia data sunt, quibus teneretur ne ad idola deflueret, & immolabãt boues & oues & columbas. Beda. Sed quia de longinquo ꝓperantes quæ iussa sunt immolari dño, secum ferre non poterãt, eorũ precia deferebãt: vnde nacta occasione hæc animalia in tẽplo scribæ & pharisęi vendi instituerunt vt veniẽtes emerent & offerrẽt. Eadémq; oblata ipsi aliis venderẽt: & sic sua lucra accumularẽt. Vnde & nũmularii ad hoc sedebant ad mensam, vt inter emptores venditorésque hostiarũ prõpta esset pecunia. vnde subdit: Et numularios sedẽtes. Dñs autẽ nolens aliquid in domo sua terrenæ esse negociationis, neq; eius quæ honesta putaretur, negociatores omnes expulit foras. Aug. Et qui flagellandus erat ab eis, prior illos flagellauit. vnde sequitur: Et cũ fecisset quasi flagellũ de funicu. &c. The. Neque solũ eos eiecit qui vẽdebant & emebant, sed etiam res eorum. vnde subdit: Oues quoq; & boues & numu. effudit æs, & men. euertit: scilicet numularias quæ erãt quasi vasa denariorũ. Orige. Cõsyderemus autẽ ne fortè enorme videatur ꝙ dei fili⁹ captis funiculis parat sibi flagellum ad eiiciendũ de templo. Vnũ tamen refugiũ ad horum respõsionem relinquitur diuina potestas Iesu, vt cũ volebat, posset iracũdiam hostiũ suffocare, quãuis essent innumeri, & sedare mentiũ turbines. Dominus enim dissipat cogitationes gentiũ. Præsens autem historia in nullo minorẽ potestatem prætendit his quę ab eo miraculosius ędita sunt, quinimmò constat hanc maiorem demõstrare potentiã miraculo, quo aqua cõuersa est in vinũ: eo ꝙ illic inanimata subsistit materia, hic verò tot miliũ hominũ domantur ingenia. Aug. de con. euan. Manifestũ est autẽ non semel, sed iterato hoc factum esse à domino. Sed illud primũ commemoratur hic à Ioanne, illud vltimũ à cęteris tribus. Orige. Et Ioannes quidẽ hic dicit ꝙ expulit vẽdentes de tẽplo, Mathęus autẽ ait quoniã expulit vendentes, & ementes. Multo autẽ maior numerus emẽtium q̃ vendentiũ, quorum expulsio trãscẽdebat dignitatẽ eius qui reputabatur filius carpẽtarii, nisi ꝙ diuina potestate omnes subiecit vt dictum est. Bed. Cõmdaẽtur autẽ in hac lectione vtraq; Christi natura, humana quidẽ in hoc ꝙ matrem comitẽ habuisse perhibetur, diuina verò in hoc ꝙ verus dei filius demõstratur. Sequi. enim: Et his qui vẽdebant columbas dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domũ negociationis. Chrys. Ecce patrem vocat, & non irascũtur, æstimant eñ simpliciter eum dicere: sed quia postea apertius loquebat̃ vt solam repræsentaret parilitatis intelligentiã, propterea sæuiebant. Et Matthæus quidẽ dicit ꝙ eiiciẽs eos dicebat: Nolite facere domũ meam spelũcam latronũ. Illud enim fecit ad passionẽ veniens, ideo durioribus sermonibus vtebatur. Hoc autẽ in prĩcipio signorũ fecit: vnde nõ ita aspera, sed remissa quodãmodo increpatione vtitur. Aug. Ecce tẽplum illud figura adhuc erat, & eiecit inde dñs omnes qui ad nũdinas venerant. & quę ibi vendebãt? quæ opus habebãt homines in sacrificio illius tẽporis. Quid si ibi ebriosos ĩueniret? si negocia-

Ratio sacrificiorum legalium.

Rit⁹ prauus Leuitarum.

Consen. euange.

tionis nõ debet fieri domus dei, potationis fieri debet? Chrys. Sed cuius gratia tali vehementia Christus vsus est? quia enim in sabbato curaturus erat, & multa facturus quæ videbãtur ab eis esse legis trãsgressio, vt nõ videatur deo contrarius hoc cũ periculo fecit, dans intelligere ꝙ qui periculis se exponit pro bono ornatu domus, dominũ domus non contẽnit. & ideo vt ostenderet sui consonãtiam ad deũ, non dixit: Domum sanctã: sed domum patris mei. Et propter hoc etiam subditur: Recordati verò sunt discipuli eius, quia scriptũ est: Zelus domus tuæ comedit me. Beda. Discipuli eñ videntes in eo hunc feruẽtissimũ zelũ, recordati sunt, quia zelo domus patris saluator eiecit impios de tẽplo. Alcui. Zelus, cũ in bono accipit̃, est quidã feruor animi, quo mens relicto humano timore pro defensione veritatis accenditur. Aug. Comeditur ergo zelo domus dei, quia omnia quę videt ibi ꝑuersa, cupit emendare: & si emendare non potest, tolerat & gemit. Si ergo in domo tua, ne quid ꝑuersum fiat satagis, in domo dei vbi salus posita est, debes pati quantũ in te est si quid peruersi videris? Amicus est, admoneatur leniter: vxor est, seuerissimè frenetur: ancilla est, etiam verberibus cõpescatur. fac quicquid potes pro ꝑsona quam portas. Alcui. Mysticè autẽ quotidie deus spiritualiter suam ecclesiã intrat: & qualiter ibi vnusquisq; cõuersetur attendit. Caueamus ergo ne in ecclesia dei fabulis, vel risibus, vel odiis, vel cupiditatibus vacem⁹: ne improuisus veniens nos flagellet, & de ecclesia sua eiiciat. Orige. Possibile est enim Hierosolymitanũ quoq; delicto subiacere, & capacissimos deuiare: qui nisi post delictũ citissimè conuertantur, capacitatem amittunt. inuenit igitur in templo, id est in sacris vel enunciatinee ecclesiastici sermonis quosdam qui patris domum negociationis constituebant: qui scilicet venales exponũt boues, quos oportet obseruare ad aratrũ, ne retrocedentes non disponãtur ad regnũ dei. Qui etiam præferunt mammonã iniquitatis ouibus, ex quibus habẽt ornatus materiã: qui etiam solertiã columbarum priuata qualibet amaritudine vilipendũt. Cũ ergo hos inueniet saluator in domo sacrata, facto de funiculis flagello fugat illos, vnà cũ venalibus ouibus & bobus suis. Et spargit æris pondera, velut indigna in domo dei retineri: subuertitq; constitutas tabulas in animabus auarorũ, & mandat ne vlterius in domo dei colũbæ vendantur. Arbitror autẽ & exemplum ipsum statuisse per ꝑdicta secretius, vt intelligamus per hoc si quid agi debet erga sacrã illam oblationem à sacerdotibus non debere ritu sensibiliũ oblationum agi, nec legem obseruari debere vt carnales Iudæi volebant. Nã Iesu propellẽte boues & oues, iubẽte auferri colũbas, quæ plurimum offerebãtur iuxta consuetudinem Iudæorũ: & subuertẽte mensas materialiũ nũmorum, non expresse sed figuraliter cõtinentiũ diuinas impressiones, ea. s. quę secũdum legis scripturam videbãtur honesta: & vtente eo in plebem flagellis, dissoluenda & dispergenda hęc erant, trãslato regno ad eos q̃ ex gentibus crediderunt. Augu. Vel vendentes in ecclesia sunt qui quę sua sunt quærũt, non quæ Iesu Christi. Venale habent totũ: quia volunt redimi. Simõ ideo volebat emere spiritũ sanctũ, quia vendere volebat. Erat enim de illis qui colũbas vendunt, eteñ in colũba apparuit spiritus sanctus. colũba autem nõ est venalis, gratis datur, quia gratia vocatur. Bed. Vendunt igitur columbas qui acceptã spiritus sancti gratiã non gratis vt præceptum est, sed ad ꝑmium dant. Qui manuũ impositionem qua spiritus sanctus accipit̃, & si nõ in quęstũ pecuniæ, ad vulgi tamen fauorẽ tribuũt: qui sacros ordines non ad vitę meritũ, sed ad gratiã largiũtur. Aug.

Zeli acceptio.

tropologica expositio.

Simon Magus notatur cũ sequacibus.

Boues autẽ intelliguntur apostoli & ꝓphetæ, qui nobis scripturas sacras dispensauerũt. Qui ergo ipsis scripturis fallunt populos, à quibus quærunt honores, vendunt boues, vendunt & oues. i. ipsas plebes: & cui vendunt nisi diabolo? Quicquid enim de vnica ecclesia ꝑcipitur: quis tollit nisi leo rugiens? Beda. Vel oues sunt opera munditiæ & pietatis. Vendunt ergo oues qui humanæ gratia laudis opera pietatis exercent. Numos mutuo dant in templo, qui apertè terrenis rebus in ecclesia deseruiunt: domum etiã domini faciunt domũ negociationis, nõ solũ hi qui propter sacros ordines precium pecuniæ, vel laudis, vel honores quærũt, verumetiam hi qui gradũ vel gratiam spiritualẽ quam in ecclesia domino largiente ꝑceperunt, nõ simplici intentione, sed cura humanæ retributionis erexcent. Augu. Signum autẽ quoddam nobis ostendit dominus ꝙ fecit flagellũ de resticulis, & inde negociationem in templo facientes flagellauit. Etenim vnusquisq; in peccatis suis restem sibi texit, dum peccata addit peccatis. Quando ergo aliquid patiuntur homines propter iniquitates suas, agnoscant quia dominus facit flagellum de resticulis: & adhuc admonet eos vt mutent se. Nam si se non mutauerint, audient in fine: Ligate illi manus & pedes. Bed. Facto igitur de funiculis flagello illos eiecit de templo, quod de parte sortis sanctorũ eiiciunt̃, qui inter sanctos positi vel fictè vel apertè faciunt opera mala. Oues quoque & boues eiecit, quia taliũ vitam pariter & doctrinã ostendit esse reprobam. Nũmulariorum quoq; effudit æs, & mensas subuertit: quia damnatis in fine reprobis, etiam ipsarum quas dilexerunt rerum tollet figuram: venditionẽ colũbarum de tẽplo auferri præcepit: quia gratia spirit⁹ quæ gratis accipitur, gratis dari debet. Orige. Potest etiam per templũ intelligi anima studiosi, propter inhabitãs verbũ dei, in qua ante doctrinam Iesu constiterant terrestres & bestiales motus. Signum aũt terrestrium motuũ bos est, quoniã est agri cultor. Insensatorum autẽ motuũ ouis, quod est pluribus animalibus irrationalius. Leuiũ verò atq; inconstantium mentiũ signum est columba. Eorum verò quæ bona videntur signa sunt æra, quæ Christus verbo doctrinæ expellit, vt nõ vltra dom⁹ patris eius sit forũ.

Doctrina pulcherrima.

tropologia expositio.

Responderũt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signũ ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autẽ dicebat de tẽplo corporis sui. Cũ ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderũt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus.*

*de corpore suo

Theo. Quia Iudæi videbant Iesum talia facere cũ potestate multa, & dicentẽ: Nolite facere domum patris mei domũ negociationis, signum ab eo petũt. vnde dicitur: Responderũt ergo Iudęi & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Chrys. Sed nunquid signa opus erãt, vt ea quæ male fiebãt, cessare facerent? Nõne zelum talẽ accipere pro domo dei maximum signum virtutis erat? Non autẽ illius prophetiæ meminerant, sed signum petebãt: simul quidẽ de suo turpi lucro impedito dolentes, simul autẽ & per hoc prohibere eum volentes: opinantur enim eũ, aut prouocare ad miracula, aut cessare ab his quæ fiebant, propterea non dat eis signum, sicut & post petentibus signũ respondit dicens: Generatio mala & adultera signũ quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Sed tunc quidem manifestius, nunc autẽ obscurius respondet idem. Non autẽ vtique qui nõ petẽtes præoccupat & signa dat, hic petentes auertisset nisi mentem eorũ cognouisset dolosam. Sequitur enim: Et dixit eis, Soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Beda. Quia enim signũ quęrebant à domino, quare solita cõmercia proiicere debuerit ex tẽplo, Respondit: Quia ipsum tẽplũ significabat tẽplũ corporis sui, in quo nulla prorsus esset alicuius macula peccati. q. d. Sicut inanimatũ templũ à vestris commerciis sceleribúsq; mea expio potestate, ita & hoc corporis mei tẽplum cuius illud gestat figurã, vestris manibus dissolutũ tertia die resuscitabo. Theop. Nequaq̃ tamen illos ad homicidiũ prouocat, dicens soluite: sed hoc eis affectãtibus, nõ sibi esse absconditũ demõstrat. Audiant autem Arriani quomodo dominus mortis destructor dixit: Excitabo, virtute videlicet propria. Augu. Resuscitauit eũ quidẽ & pater cui dicit in psalmis: Excita me, & reddam illis. Sed quid fecit pater sine verbo? quomodo ergo eũ pater resuscitat, sic & filius resuscitauit: quia filius dixit, Ego & pater vnũ sumus. Chry. Propter quid autem signum resurrectionis dat eis? quoniam. s. hoc maximè erat quod ostendebat eum nõ esse hominẽ parum, posse aduersus mortem statuere triũphum, & tyrannidem eius longam velociter dissoluere. Orige. Vtraq; autem scilicet & corpus Iesu & tẽplum exemplar mihi fore videntur ecclesiæ, eo ꝙ ex viuis lapidibus construit̃ in domum spiritualẽ, in sacerdotiũ sanctum: & propter illud, Vos estis corpus Christi, & mẽbra de membro. Quanuis autẽ dissolui lapidum videatur structura, ac dissipari omnia ossa Christi aduersitatibus tribulationũ, instaurabitur tamen ac resuscitabit̃ die tertia, qui in nouo cælo & noua terra ꝑsens erit. Sicut enim illud Christi corpus sensibile crucifixũ est ac sepultũ, & postea resurrexit: sic & totale sanctorum Christi corpus cõcrucifixũ est Christo. Quilibet enim eorũ in nullo alio gloriatur nisi in cruce Christi, per quam ipse crucifixus est mundo, sed & consepultus est Christo: & resurrexit cũ eo, quia in quadã nouitate vitæ ambulat: sed secundum beatam resurrectionẽ nondum surrexit. vnde non scriptum est, Tertia die restaurabo illud, sed in tribus diebus: perficitur enim eius erectio in omnib⁹, tribus diebus. Theo. Iudæi enim de inanimato tẽplo putantes eũ hoc dicere deridebãt eum. vnde sequitur: Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatũ est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Alcui. Et notandum ꝙ nõ de prima ædificatione, quæ à Salomone septem annis perfecta est, sed de reædificatione quæ facta est sub Zorobabel per quadraginta & sex annos impedientibus inimicis, respondebant. Orige. Vel dicit aliquis quadraginta & sex annorũ exurgere compositum, ex quo Dauid allocutus est Nathã prophetã consulens de cõstructione tẽpli, ex tunc satagens ad cõgregandam materiã templi. Animaduerte verò si possibile est quadragenariũ numerum statui erga templũ propter quatuor elementa mũdi, ac senarium propter hoc ꝙ homo sexto die creatus est. August. 4. de tri. Vel hic numerus perfectioni dñici corporis aptè congruit. Quadragesies enim sexies seni fiũt ducenta septuaginta sex, qui numerus dierũ complet nouem mẽses & sex dies. Ipsa autẽ perfectio corporis dñi tot diebus ad partum producta cõperitur sicut à maioribus traditũ suscipiens ecclesiæ custodit auctoritas. Octauo enim calendas Aprilis cõceptus creditur, quo & passus. Natus autem traditur octauo calẽdas Ianuarii. Ab illo ergo die vsque ad istũ computati ducenti septuaginta sex reperiuntur dies, qui senariũ numerũ quadragesies sexies habent. Augu. Octuaginta trium quæstio. Dicitur etiã conceptio humana sic ꝓcedere & perfici primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinẽ, sequentibus nouẽ

Analogica expositio.

Analogica expositio.

diebus conuertatur in sanguinẽ,deinde.12.diebus solidetur,reliquis decẽ & octo diebus formetur vsq; ad pfecta ligneamenta omniũ membrorũ: & in reliquo tẽpore vsque ad tẽpus partus magnitudine augetur. Sex autem & nouẽ & 12.& 18.in vnũ coacti,fiunt 45. addito ergo vno fiunt 46.qui si fuerint multiplicati per ipsum senariũ numerũ,qui huius ordinationis caput tenet,fiunt ducẽti & septuaginta sex.i. nouem menses & sex dies.Non ergo absurdè 46.annis dicitur fabricatũ esse templũ quod corpus eius significabat,vt quot anni fuerint in fabricatione tẽpli, tot dies fuerũt in corporis dominici pfectione.Aug.sup Ioan.Vel aliter:Quia dominus noster de Adã corpus accepit,nõ de Adã peccatum traxit:templũ corporeũ inde sumpsit, nõ iniquitatem quæ de tẽplo pellenda est. Si autẽ facias quatuor nomina grẽca: Anatole quod est oriẽs, Dysis quod est occidens, Arctos quod est septentrio, Mesembria quod est meridies,capita verborũ Adam habent. A quatuor enim ventis dominus collecturum se dicit electos suos cum venerit ad iudiciũ.Habent autem literæ nominis Adam numerũ secundũ Græcos: & ibi inuenitur 46. annis ædificatũ templũ. Habet enim Adã alpha, quod est vnũ:& delta,quod quatuor:& alpha, quod est vnũ: & m. quod est quadraginta: & sic habes quadraginta sex.Sed Iudẽi quia caro erãt,carnalia sapiebãt,ille spiritualiter loquebatur:& de quo tẽplo diceret per euãgelistam nobis aperuit.Sequit enim:Ille au. dice.de templo corporis sui.Theo.Ex hoc autẽ Apollinaris cõtradictionẽ sumit,volens ostẽdere ꝙ caro Christi esset inanimata,eo ꝙ tẽplum sit inanimatũ. ergo carnẽ Christi & lapidem & lignũ facies,quia ex his templũ consistit. Si autẽ quod dicitur,Anima mea turbata est: & potestatem habeo ponendi animã meam, nequaꝫ dici dixeris:vbi pones illud, In manus tuas dñe commendo spiritum meũ?non enim hoc de anima irrationali intelligere poteris. Neq; quod dicit, Nõ derelinques animã meam in inferno.Orige.Ideo autẽ corpus domini templum intelligitur,quia sicut templũ gloriam dei continebat habitantem in ipso,sic corpus Christi repræsentans ecclesiã vnigenitum cõtinet, qui est imago dei & gloria.Chrys. Duo autẽ erant quæ obstabãt discipulis ne interim intelligerent:vnũ, ipsa resurrectio: alterum verò quod maius erat.s.ꝙ deus erat qui in illo corpore habitabat:quod dñs occultè ostenderat di.Soluite templum hoc &c.Et ideo subditur: Cũ ergo resurre.à mortuis &c. Alcui. Ante resurrectionẽ non intelligebant scripturas,quia nõdum acceperãt spiritum sanctũ. Sed in die resurrectionis apparẽs dominus aperuit discipulis sensum,vt intelligerent quæ de ipso scripta erant in lege & ꝓphetis:& tũc crediderunt scripturę ꝓphetarũ qui ꝓdixerũt Christũ tertia die resurrecturũ: & sermoni quem dixit Iesus,Soluite templũ hoc.Orige. Secundum anagogẽ verò complementũ fidei attingemus in magna corporum resurrectione totius corporis Iesu.i. ecclesiæ eius,cùm fides quæ est ex specie multum differat ab ea quæ est per speculum in ænigmate.

Mysterium nominis Adam.

Anagogica expositio.

Cũ autem esset Hierosolymis in pasca in die festo,multi crediderũt in nomine eius,uidentes signa,quæ faciebat.Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis: eo quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei nõ erat ut quis testimoniũ ꝓhiberet de homine.Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Beda.Superius euãgelista narrauit quid dñs Hierusalem aduenies gesserit,nunc verò eodẽ Hierosolymis cõmorãte quid ab aliis erga eum actũ fuerit refert,vnde dicitur:Cũ autẽ esset Hierosolymis &c. Orige.Respiciendum autẽ quomodo ex signis eius pleriq; videntes credebant in eũ.Non enim dicitur prodigia fecisse Hierosolymis, nisi fortè cũ facta sint in scripturis non habentur. Animaduerte verò si possibile est in miraculis deputari ꝙ fecerit flagellũ ex funiculis, & cũctos ex templo protulerit.Chry.Prudentiores autẽ fuerant discipuli qui ad Christũ accesserant,non ꝓpter signa sed propter doctrinã.Nam grossiores quidẽ per signa trahuntur,rationabiliores verò per prophetias seu doctrinam.vnde subditur: Ipse aũt Iesus nõ credebat semetipsum eis.Aug. Quid sibi vult hoc?Illi credebãt in nomine eius,&ipse Iesus nõ credebat semetipsum eis?An fortè non credebant ei & fingebant se credidisse? Sed non diceret euãgelista : Multi crediderunt in nomine eius.Magna ergo res & mira.Credũt homines in Christum,& Christus nõ se credit hominibus:ꝑsertim quia filius dei est:& vtique volẽs passus est:& si nollet nunq̃ pateretur,sed tales sunt omnes cathecumeni.Si dixerimus cathecumeno:credis Christo?respondet, credo & signat se.Si interrogemus eũ: Manducas carnẽ filii hominis? nescit quid dicimus, quia Iesus non se credidit ei.Orige.Vel dicendum ꝙ Iesus non se credidit credẽtibus in nomine eius: & nõ in illum. In illum enim credunt qui angustam viã vadunt ducentem ad vitã : qui autem credũt signis,non in eũ,sed in nomine eius credunt.Chryso. Vel hoc dicit,quia non confidebat in eis vt in discipulis perfectis:neq; cõmittebat eis omnia dogmata,vt iam firmiter fidelibꝰ fratribus. Nõ enim intendebat exterioribus verbis,ad mentẽ eorum intrans & tempus opportunũ manifestè sciens. vnde sequitur: Eo ꝙ ipse nosset oẽs:& quia opus non erat vt quis testimoniũ perhiberet de homine.Ipse enim sciebat quid esset in homine.Scire enim ea quæ sunt in corde hominũ est dei, qui solus corda plasmauit:non indigebat ergo testibus vt propriorum plasmatũ mentem addiscat:Augu. Plus etiam nouerat artifex quid esset in opere suo q̃ ipsum opus quid esset in semetipso.Nã & Petrꝰ nouerat quid in ipso esset quãdo dixit, Tecũ ero vsque ad mortẽ: sed dominus nouerat quid esset in homine dicens, priusq̃ gallus cantet ter me negabis.Beda.Quapropter monemur vt nunquã de conscientia nostra securi simus, sed semper soliciti formidemus:quia quod nos latet,æternum arbitrium latere non valet.

Intellectus subtilis verborum.

Nicodemus fidelis effectus.

CAPVT. III.

ERat autẽ homo ex pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.Hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à deo uenisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cũ eo. Respondit Iesus & dixit ei:Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo,non potest uidere regnum dei.

Aug.Superius dixerat ꝙ eũ esset Hierosolymis multi crediderunt in nomine eius videntes signa & prodigia quæ faciebat.Ex his autem erat Nicodemꝰ, de quo dicitur: Erat autem homo ex pharisæis &c.Beda. Cuius etiam dignitatis officiũ ostendit,cũ subditur:Prin. Iu.Deinde quid egerit,cùm subiecit:Hic ve. ad Ie. no. Cupiens scilicet secreta eius allocutione plenius discere mysteria fidei: cuius aperta ostẽsione signorũ iam rudimenta perceperat.Chrysost.Adhuc tamen à Iudaica detinebatur infirmitate, propterea & nocte venit, trepidans in die hoc facere: vnde & euãgelista alibi dicit: Quoniam ex principibus multi crediderunt in eũ,sed propter Iudæos non confitebãtur,vt non extra synagogam fierent expulsi. Augu.Nicodemus etiã ex illo numero erat qui crediderunt,sed nõdum renati sunt: vnde hoc ad rem pertinet quòd in nocte venit. Renati autem ex aqua & spiritu sancto audiunt ab apostolo:Fuistis aliquãdo tenebræ,nũc autem lux in domino. Hai-

mo.Vel pulchrè in nocte venisse dicitur: quia tenebris ignorantiæ obnubilatus ad tantã lucem nondum puenerat,vt perfectè deum verũ crederet Nox,enim in sacro eloquio pro ignorantia ponitur.vnde subditur: Et dixit ei, Rabbi, scimus quia à deo venisti magister. Quod aut Hebraicè rabbi,Latinè dicit magister. Magistrum ergo appellat & deũ tacet, quia credebat eum à deo missum,sed tamen vt dictũ est:deum nõ agnoscebat.Augu.Vnde autẽ iste crediderat,patet per id quod subdit: Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis nisi fuerit deus cũ eo. Sic ergo Nicodemus de illis multis erat,qui crediderãt in nomine eius,videntes signa quæ faciebat.Chrys.Sed tamen neq; à signis aliqd magnum existimabat ab eo,sed adhuc humanã habens de eo mentẽ vt de propheta loquit,ad operationẽ eum missum dicens,&alieno auxilio indigentem hęc agere quæ agebat: cũ tamen pater perfectũ eum genuerit, & sufficientẽ sibiipsi,& nihil habentẽ imperfectũ.quia verò Christi studiũ erat interim, non ita dignitatẽ suam reuelare, sicut ꝑsuadere ꝙ nihil ex aduerso agebat patri, ꝓpterea in verbis multoties humiliter loquẽs videtur,in rebus autẽ cũ potestate omnia operat. Ideoq; &

Iesu perfectio.

Nicodemus nũc manifestè quidẽ nihil excelsum loquit de ipso,occultè aũt ab humili eũ opinione reducit,docens ꝙ sufficiẽs sibi ipse est in miraculorũ operatione. vnde subdit:Respõdit Iesus & dixit ei. Amẽ amen dico tibi,nisi quis renatus fuerit denuò &c. Aug.Isti sunt ergo quibus se credit Iesus,qui nati fuerint denuò,qui non in nocte veniunt ad Iesum sicut Nicodemus, tales enim iã etiã profitent.Dicit ergo:Nisi quis renat. fuerit &c.q.d. Quia nõdum es natus denuò.i.ex deo,spirituali generatione,notitiaquã habes de me spiritalis nõ est,sed animalis & humana. Ego autẽ dico tibi, ꝙ siue tu siue alius quicũq;,nisi ex deo denuò natus fuerit, nõ poterit apprehendere gloriã quę circa me est,sed extra regnum erit.nam generatio quæ per baptismũ fit,illuminationem animę tribuit.Chryso.Vel litera talis est: Amen amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit &c. Hoc est si tu non natus fueris desuper,& dogmatũ susceperis certitudinẽ alicubi, extra erras & longè es à regno cælorum:seipsum hic ostẽdens & indicans quoniã non est hoc tantũ quod videtur, sed aliis oculis opus est ad videndum eum.Hoc autẽ quod dicit, Desuper: hi quidem id est de cælo exponunt,alii verò à principio. Igitur Iudæi quidem si hoc audissent,deridentes vtiq; discessissent: hic verò & in hoc amorem discipuli ostendit,quòd à Christo vlterius interrogat.

Gñatio duplex.

Dixit ad eũ Nicodemus:Quomodo potest homo nasci cum sit senex?nũquid potest in uterem matris suæ iterato introire, & renasci?Respondit Iesus: Amen amẽ dico tibi,nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quod natũ est ex carne,caro est.Et quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris quia dixi tibi, oportet uos nasci denuò. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis,sed nescis unde ueniat,aut quo uadat:sic & omnis qui natus est ex spiritu.

Duo mirabiliani codemi.

Chrys.Veniens Nicodemus ad Iesum vt ad hominẽ, audiens maiora q̃ ab homine,erigitur ad alitudinẽ eorum quæ dicũtur: non quidem excidens à fide sed infert hanc impossibilitatẽ, vt in apertiorẽ prouocet doctrinam.Duo autẽ erant quæ admirabatur.s. natiuitas talis & regnum,neq; enim audita erant apud Iudæos. Sed iterim circa prius instat,&quod maximè eius mentem concutiebat.vnde dicitur: Dicit ad eum Nicode. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest &c.Bed.Sic verba ista sonare videnꝫ, quasi puer queat iterato in vẽtrem matris introire & renasci. Sed sciẽdum quòd ipse senex erat,ideoq; de se protulit exemplum,ac si diceret:Ego sum senex,& meã quæro salutem quomodo possum in ventrẽ matris introire &renasci?Chryso.Rabbi cum vocas,& à deo venisse dicis: & non susc ipis quæ dicũtur,sed loqueris ad magistrum dictione quæ multã perturbationem inducit.hoc enim scilicet quomodo quærere,eorũ est qui non validè credunt:& multi sic quærentes à fide deciderũt, hi quidẽ dicentes: Quomodo deus est incarnatus? alii,quomodo manst impassibilis?propterea & hic propter anxietatem modum exquirit,sed aliquis cogitationibus propriis spiritualia euertit:derisibilia loquitur.Augu. Spiritus enim loquitur,&ille carnẽ sapit.non nouerat iste nisi vnam natiuitatẽ,scilicet ex Adã & Eua: & ex deo & ecclesia nondũ nouerat.sic tamen tu intellige natiuitatem spiritus,quomodo intellexit Nicodemus natiuitatem carnis.quomodo em̃ vterus nõ potest repeti, sic nec baptismus.Chry.Nicodemo aũt decidenti ad eam quæ hic est natiuitatẽ Christus manifestius reuelat spiritualis natiuitatis modũ.vnde sequit:Respõdit Iesus, Amen amẽ dico tibi,nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto,nõ potest introire in regnũ dei. Aug. Ac si dicat:Tu carnalẽ generationẽ intelligis, sed ex aqua & spiritu oportet ꝙ nascat homo,ꝓpter regnum dei. Si propter hæreditatẽ patris hominis tẽporalis, nascitur aliquis ex visceribus matris carnalis: & propter hæreditatem patris dei sempiternã, nascatur ex visceribus ecclesiæ.Cũ autem ex duobus homo cõsistat,ex corpore videlicet & anima duplicẽ habet & huiusmodi modum generationis.Aqua em̃ quę visibilis est,ad emũdationem corporis intelligitur. Spiritus verò suisibiliter concurrens ad emũdationem inuisibilis animę innuit. Chryso.Si verò quis interrogat, qualiter ab aqua homo nascitur interrogo & ego,qualiter natus est Adam à terra?Sicut em̃ in principio subiiciebatur elemẽtum terra,totum verũ opus plasmatis erat:ita & nũc subiicitur elementũ aqua,totũ verò est spiritus gratiæ. Tũc paradisum dedit in cõuersationẽ,nunc autẽ cælum nobis aperit.Sed quæ necessitas aquæ his qui spiritũ sanctum susc ipiunt?diuina enim in ea perficiũtur symbola,sepultura & mortificatio, resurrectio & vita. Sicut enim in quodã sepulchro in aqua nobis submergentibus capita,vetus homo sepellitur,& submersus deorsũ occultatur: deinde nouus rursus ascẽdit, hoc etiam fit vt discas quoniam virtꝰ patris & filii & spiritus sancti omnia complet:& ꝙ Christus tres dies ad resurgẽdum expectauit. Quod igitur est matrix fœtui, hoc est fidei aqua,in aqua em̃ plasmatur & figuratur, sed qđ in matrice plasmatur,tẽpore idiget:qđ verò in aqua, nõ ita, sed in vno momẽto omnia fiũt.Talis em̃ est natura corporum vt tẽpore assumãt perfectionẽ,in spiritualibꝰ verò nõ est ita,quoniã pfecta à principio cõstituunt quæ fiunt,ex quo igit ascẽdit à Iordane dñs nõ adhuc repti lia animarũ viuentiũ,sed animas spuales & rationabiles aqua reddit.Aug.de baptis.paruul. Sed quia nõ ait, Nisi quis renatꝰ fuerit ex aqua & spiritu,nõ habebit salutem,vel vitã æternam:sed, nõ intrabit in regnũ dei. ad hoc inquiunt quidã : Paruuli baptizandi sunt vt sint cũ Christo in regno dei,vbi nõ erũt si baptizati nõ fuerint:q̃is & sine baptismo si paruuli morianꝫ salutẽ vitamq̃; æternã habituri sint,quoniã nullo peccati vinculo astricti sunt.Sed cur nascaꝫ denuò, nisi renouãdus à vetustate?aut vnde imago dei non intrat in regnũ dei, nisi impedimẽto ꝓhibente peccati?Haimo. Talia autẽ ac tãta secreta mysteria Nicodemo capere nõ valenti, dñs ex carnali natiuitate similitudinem dedit, dicens: Quod natum est ex carne,caro est &c.Sicut enim caro

Cõparatio duplicis natiuitatis.

Universidad de … Bibliotec

carnem procreat,ita quoq; ſpiritus ſpiritū parit.Chry.
Nihil igitur ſenſibiliū inquiras, neq; æſtimes ꝙ carnē
generet ſpiritus:domini enim caro genita eſt,nō quidē
à ſpiritu ſolū,ſed etiā à carne.Quod aūt natū eſt ex ſpi
ritu,ſpirituale eſt. Natiuitatē enim hic nō eam quæ ſe-
cundum ſubſtantiam dicit,ſed eam quæ ſecundum ho-
norem & gratiam. Si igitur & filius dei ita natus eſt,
quid plus habebit omnibus qui ita nati ſunt? Inuenie-
tur autē & ſpiritu minor, cùm eius natiuitas gratia ſpi
ritus fit:& quid hæc à Iudaicis diſtāt dogmatibꝰ?Vide
autē & ſpiritus ſancti dignitatē,dei enim opus videtur
facere:ſuprà enim dixit,Quoniam ex deo nati ſunt:hic
autem,quoniā ſpiritus eos generat.Dicens autē Chri-
ſtus,quoniā qui natꝰ eſt ex ſpiritu,ſpiritus eſt: quia tur
Expo. literalis. batum rurſus vidit,ad ſenſibile exemplū ducit ſermo-
nem,dicens:Nō mire. quia dixi tibi, oportet vos naſci
denuo. Dicendo enim ne mireris, oſtendit animi eius
turbationem. Ponit autē exemplum quod neq; cōmu-
nionē aliquā ad corporū groſſitiem habet, neq; ad in-
corporeorū perueniens naturā, quod eſt venti delatio,
dicēs:Spiritus vbi vult ſpirat,& vocem eius audis, ſed
neſcis vnde veniat,aut qua vadat.Sic eſt omnis qui na-
tus eſt ex ſpiritu.Quod dicit tale eſt.Si ventum nullus
detinet,ſed quo vult fertur,multo magis ſpiritus actio
nem naturæ leges detinere nō poterunt, & terminum
corporalis natiuitatis,neq; aliud quid talium.Quoniā
autem de vēto hic dictum eſt,manifeſtat illud quod di-
cit:Vocem eius audis.i.ſonitū percutionis. non enim
loquens infideli & neſcienti ſpiritus actionē hoc dice-
ret.Dicit autem, Vbi vult ſpirat, non quaſi electionē
quandam vento habēte,ſed eam quæ natura eſt muta-
tionem quæ non prohibetur,& cū poteſtate fit.Et ne-
ſcis vnde veniat, aut quo vadat .Id eſt ſi huius ſpiritus
cuius ſenſum ſuſcipis auditu & tactu interpretari ne-
ſcis vitam,qualiter diuini ſpiritus operationem ſcruta
ris?vnde ſubdit: Sic eſt omnis qui &c.Augu. Sed quis
noſtrum non videat verbi gratia auſtrum eūtem à me-
ridie ad aquilonem,aut aliū ventū venientem ab orien
te & occidente,quomodo ergo neſcimus vnde veniat,
Expoſitio anagogica. aut quo eat ? Beda. Spiritus igitur ſanctus eſt qui vbi
vult ſpirat,quia ipſe in poteſtate habet cuiꝰ cor gratia
ſuæ viſitationis illuſtret:& vocem eius audis,cū te prę
ſente loquitur is qui ſpiritu ſancto repletus eſt. Augu.
Sonat pſalmus, ſonat euangeliū,ſonat ſermo diuinus,
vox ſpiritus eſt:hoc igitur dicit,quia verbo & ſacramē
to inuiſibiliter adeſt ſpiritus vt naſcamur.Alcui.Ergo
neſcis vnde veniat aut quo vadat, quia & ſi te præſen-
te ſpiritus ad horam quāpiam repleuerit, nō poteſt vi-
deri quomodo in eum intrauerit, vel quomodo redie-
rit,quia natura eſt inuiſibilis.Haimo.Siue neſcis vnde
veniat, quia quomodo credentes ad fidem introducat
ignoras:vel quo vadat, quia quomodo fideles ad ſpem
perducat neſcis:& ſic eſt omnis qui natꝰ eſt ex ſpiritu.
ac ſi dicat,Spiritus ſanctꝰ, ſpiritus inuiſibilis eſt, ita &
quiſquis ex ſpiritu naſcitur inuiſibiliter naſcit̄. Augu.
Vel aliter:Et ſi tu naſcaris de ſpiritu,hoc eris, vt ille q̄
non eſt natus adhuc de ſpiritu neſciat vnde venias, aut
quo eas. Hoc enim ſecutus ait, Sic eſt omnis qui natus
eſt ex ſpiritu. Theop. Confundatur ergo Macedonius
impugnator ſpiritus, qui ſeruum ſpiritum ſanctū aſſe-
ruit . Spiritus enim ſanctus propria poteſtate & vbi
vult,& qualiter vult,operatur.

Reſpōdit Nicodemus, & dixit ei:Quomodo poſſunt hæc fieri?Reſpōdit Ieſus & dixit ei: Tu es magiſter in Iſrael,& hæc ignoras?Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod uidimus teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis.Si terrena dixi uobis,& non creditis:quomodo ſi dixero uobis cæleſtia, credetis?

Haimo.Myſterium diuinæ maieſtatis Nicodemus ca
pere non valet quæ à domino audiebat:& ideo rationē
quærens factum nō abnegans,non voto reprehenden-
tis,ſed affectu diſcentis dominum interrogat. vnde di-
citur,Reſpōdit Nicod.& di.ei:Quomodo poſſunt hęc
fieri?Chryſo.Quia igitur adhuc in Iudaica vilitate ma
net,& exēplo ita manifeſto dicto ei adhuc interrogat,
de reliquo aſperius ad eum Chriſtus loquitur. vnde ſe-
quitur:Reſpodit & dixit ei,Tu es magi.in Iſrael &c.
Augu.Quid putamus dominū huic magiſtro Iudæorū Humilitatis virtus.
quaſi iuſultare voluiſſe? volebat quidem illum naſci de
ſpiritu, nemo autē ex ſpiritu naſcitur niſi humilis fue-
rit, quia ipſa humilitas facit nos naſci de ſpū. Ille autē
magiſterio īflatꝰ erat, alicuiꝰ momēti ſibi eſſe videba-
tur.quia doctor erat Iudęorū.Deponit ergo dominus ſu
perbiam eius vt poſſit naſci de ſpiritu. Chryſo.Nequa
quam tamen nequitiā accuſat viri, ſed inſipientiam &
ruditatem ſolū. Sed dicet aliquis, quid cōmune habet
hęc natiuitas, de qua.ſ.Chriſtus locutus eſt,ad Iudaica
dogmata?Habet quidem cōmune,nam qui primus ho-
mo factus eſt,& quæ de coſta facta eſt mulier,& quę ſte
riles genuerūt,& quæ per aquā miracula perfecta ſunt.
Dico autem ꝙ Eliſeus de aqua ferrum eduxit,& quòd
Iudæi mare rubrum trāſierunt,& quòd Naaman Syrus
in Iordane purgatꝰ eſt .Hæc omnia natiuitatē ſpiritua
lem & purgamētum in ea futurum figuraliter perſona
bant,& ea quæ à prophetis ſunt dicta,occultè oſtendūt
hūc natiuitatis modum,vt puta illud: Renouabitur vt
aquilæ iuuētus tua,& beati quorū remiſſæ ſunt iniqui
tates.Sed & Iſaac figura huiꝰ natiuitatis erat.Hæc igi
tur rememorans dixit. Tu es magiſter in Iſrael, & hæc
ignoras?Rurſus autē aliundè ſuum ſermonem ei credi-
bilem facit,ad imbecillitatē eius condeſcendens, cùm
ſubdit:Amen amen dico tibi,quia quod ſcimus,loqui-
mur:& quod vidimus,teſtamur:& teſtimoniū noſtrum
non accipitis,Apud nos viſus aliis ſenſibus certior eſt:
& ſi volumus aliquem facere credere,ita dicimus:quo-
niā oculis noſtris vidimus. Propterea Chriſtus huma
no loquens ad eum ſermone,nō viſum ſenſibilem indu
cit, ſed manifeſtum eſt quòd de certiſſima cognitione
& non aliter ſe habēte loquitur.igitur hoc quidē,id eſt
quod ſcimꝰ ait de ſeipſo ſolo.Haimo. Quæritur autem Inſinuatio trinitatis.
quare pluraliter dicat,Quod ſcimꝰ,loquimur? Ad hoc
dicendum quòd vnigenitus dei filius erat qui hoc lo-
quebatur, oſtendens qualiter pater eſt in filio,& filius
in patre, & ſpiritus ſanctus ab vtroque inuiſibilis pro-
cedat. Alcui.Vel dicit pluraliter,ac ſi dicat: Ego & illi
qui modo ſpiritu ſunt renati, intelligimus illud quod
loquimur: & quod vidimus apud patrem in abſcondi-
to hoc teſtamur foris in mūdo:& vos qui carnales eſtis
& ſuperbi, non accipitis teſtimoniū noſtrum. Theop.
Quod nequaquam de Nicodemo dicit, ſed de genere
Iudæorum qui vſque ad finem in perfidia permanſe-
runt. Chryſoſto . Quod quidem non turbati verbum
eſt.ſed manſuetudinem oſtendentis. Hinc enim erudit
nos cùm ad aliquos locuti fuerimus, & non perſuaſeri
mus, non triſtari neque iraſci,ſed noſtrum ſermonem
credibilem facere non ſolùm non iraſcendo, ſed etiam
non clamando. Materia enim iræ clamor eſt. Ieſus au-
tem dogmata excelſa tangere debens, propter audien-
tium infirmitatem ſe detinet multoties, & non conti-
nuè dignis ſua magnitudine dogmatibus immoratur,
ſed magis his quę cōdeſcenſionē habet.vnde hic ſubdi-
tur:Si terrena dixi vobis,& nō creditis,quomodo ſi di
xero vobis cæleſtia credetis?Augu.Hoc eſt, ſi non cre-
ditis quia templū poſſum ſuſcitare deiectum à vobis,

quomodo creditis quia per ſpiritum ſanctum poſſunt
Cōparatio duarū natiuitatum. homines regenerari?Chryſo.Vel aliter: Si baptiſmum
terrenum dicat,nō mireris: quia in terra perficitur, &
cōparatione illius natiuitatis ſtupendę quæ eſt ex ſub-
ſtantia patris,terrena eſt gratię natiuitati.& bene non
dixit,Non intelligitis,ſed nō creditis.Nam cū quis ali
qua per intellectū ſuſcipere non valet,amētiæ vel igno
rantiæ imputatur. Cū autem hoc non ſuſcipiat aliquis
quod ſolū fide oportet ſuſcipere,non amentiæ,ſed infi-
delitatis eſt accuſatio. Dicebantur autem hæc & ſi nō
credebantur,quia poſteri erant ea ſuſcepturi.

Et nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo.

Augu.De baptiſ.paruulorū.Notata paululū eius im
peritia,qui ſe cæteris de magiſterio ꝑferabat,& omniū
taliū incredulitate reprehenſa,reſpōdet ꝙ alii credant
ſi illi non credunt,ad illud quod interrogatus eſt,quo-
modo poſſunt iſta fieri?dicēs:Et nemo aſcen.in cæ. niſi
qui deſcen.de cæ.filius ho.qui eſt in cælo.q.d.ſic fiet ge
neratio ſpiritualis,vt ſint cęleſtes hoīes ex terrenis,qđ
adipiſci non poterūt,niſi membra mea efficiātur,vt ip-
ſe aſcendat qui deſcēdit,nō aliud deputans corpus ſuū,
id eſt eccleſiā ſuam,q̄ ſeipſum.Grego.27.mor.Quia e-
nim nos vnum cū illo iam facti ſumus,vnde ſolus venit
in ſe,ſolꝰ redit etiā in nobis: & is qui in cælo ſemꝑ eſt,
ad cęlū quotidie aſcēdit.Augu.de baptiſ.paruul.Quā-
uis autē in terra factus ſit filius hominis,diuinitatē ta-
men ſuā quia in cælo manēs deſcēdit ad terram nō indi
gnans cenſuit nomine filii hominis, ſicut carnē ſuā di-
gnatus eſt nomine filii dei.Per vnitatē enim pſonę qua
vtraq; ſubſtātia vnus eſt Chriſtus & filius dei,ambula-
bat in terra:& idē ipſe filius hominis manebat in cęlo.
Fit ergo credibiliorū fides ex īcredibilioribꝰ creditis.
Si enim diuina ſubſtātia longè diſtantior potuit,ꝓpter
nos ita ſuſcipere humanā ſubſtātiam vt vna pſona fie-
ret, q̄tò credibilius alii ſancti fiunt cū hoīe Chriſto v-
nus Chriſtus,vt omnibus ꝑ eius gratiā aſcendentibus,
ipſe vnus aſcendat in cælū qui de cęlo deſcendit.Chry.
Cōmunicatio idiomatum de Chriſto dicitur. Vel aliter:Quia dixerat Nicodemus:Scimus quoniam
à deo veniſti magiſter,ne ęſtimetur ita eſſe magiſter vt
multi prophetarū de terra exiſtimātes,ſubiūgit:Et ne-
mo aſcendit in cælū,niſi qui deſcēdit de cælo filius ho-
minis q̄ eſt in cælo.Theo.Cū verò filiū hominis deſcē-
diſſe de cælo audis, nō putes ꝙ de cælo caro deſcende-
rit:hoc em̄ hęreticorū dogma eſt,qui docebāt ꝙ Chri-
ſtus de cælo corpus ſumpſerat: & virginem tranſierat.
Chryſ. Filium em̄ hominis nō carnē hic vocauit, ſed à
minori ſubſtātia ſe totū nominauit.Eſt em̄ ei conſuetu
do multoties à diuinitate,multoties ab humanitate to-
tum vocare.Bed.Si enim aliquis homo nudus de mōte
ad conualia deſcēdat, & aſſumptis veſtimētis & armis
ad eundē montē aſcendat,rectè ipſe idē qui prius deſcē
dit aſcēdiſſe ꝑhibetur.Hyla.10. de trinita. Vel quia de
cęlo deſcendit cōceptę de ſpiritu originis cauſa eſt.Nō
enim corpori Maria originē dedit,licet ad incrementa
partūq; corporis omne qđ ſenſus ſui eſt,naturale contu
lerit:ꝙ verò hominis filius eſt,ſuſceptæ in virgine car-
nis eſt partus:ꝙ autē in cælis eſt naturę ſemꝑ permanē
tis poteſtas eſt ,quę nō ex infinitatis ſuæ virtute in re-
gionem diffiniti corporis coarctauit verbi dei poteſta-
tem:& in forma ſerui manens ab omni intra extraque
cæli mundiq; circulo,cæli ac mundi dn̄s nō abfuit. Per
hoc ergo & de cælo deſcēdit,quia filius hominis eſt: &
in cælis eſt,qa verbū caro factū nō amiſerat manere qđ
Natura Chriſti duplex vnde. factum eſt.Augu.Miraris autem quia hic erat & in cæ-
lo.Tales fecit diſcipulos ſuos.Paulū audi dicētem,No-
ſtra conuerſatio in cęlis eſt. ſi homo Paulus ambulabat
in terra,& conuerſabatur in cęlis deus cæli & terrę nō
poterat eſſe in cælo & in terra?Chryſo.Vide autē quia
quod valde videtur excelſum, indignum eſt ſua magni
tudine:non enim ſolū in cælo eſt,ſed vbiq; & omnia re
plet, ſed adhuc ad imbecillitatem auditoris loquitur,
paulatim eum reducere volens.

Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto,ita oportet exaltari filiū hominis:ut omnis qui credit in ipſo,nō pereat,ſed habeat uitam æternam.

Chry.Quia dixerat beneficium baptiſmi, īducit hu
ius cauſam.ſ.crucē,dicēs:Et ſicut Moyſes &c.Bed.Ma
giſtrū legis Moſaycę ad ſpiritualē ſenſum eiuſdē legis
inducit recordās veteris hiſtorię, & hāc in figuram ſuę
paſſionis atq; humanę ſaluationis factā ediſſerens.Au- Allegoria ſerpētis ęnei.
gu.de bapti.paruul.Serpentū incurſibus ī deſerto mul-
ti moriebant̄, ac ſic Moyſes ex ꝑcepto dn̄i exaltauit in
deſerto æneū ſerpentē,hunc vidētes ſanabant̄ cōtinuò.
Exaltatus ſerpens eſt mors Chriſti, eo ſignificandi mo
do quo per efficientē id quod efficitur ſignificat̄.A ſer-
pente quippe mors venit, qui peccatū quo mori meret̄
homini ꝑſuaſit:dominus autē in carnem ſuā non pecca
tum trāſtulit tanq̄ venenum ſerpētis ſed mortē,vt eſſet
in ſimilitudine carnis peccati pœna ſine culpa. vnde in
carne peccati & pœna ſolueretur & culpa.The.Videas
ergo figuram ad veritatē.Ibi enim ſerpentis ſimilitudo
ſpeciem quidē beſtiæ habet,venenū autem non habet:
ſic & hic Chriſtꝰ à peccato liber,in ſimilitudinē carnis
peccati venit.Exaltari autē audiens ſuſpenſionē intel-
ligas in altū, vt ſanctificaret aerem qui ſanctificauerat
terram ambulādo in ea:intelligas etiam ꝑ exaltationē
gloriam.Nā illa crucis altitudo gloria Chriſti facta eſt,
in quo enim iudicari voluit in hoc huius mūdi princi-
pem iudicauit.Adā enim iuſtè mortuus eſt, quia pecca
uit:dn̄s verò iniuſtè, quia peccatū nō fecit. Poſtq̄ ergo
iniuſtè mortē ſuſtinuit, ſuperauit illū qui eum tradidit
morti:& ſic liberauit Adā à morte, ſed in hoc deuictū
ſe inuenit.Non em̄ potuit in cruce dn̄m contriſtare,vt
crucifigētes odiret,ſed magis diligebat,& ꝓ eis orabat
ſic igit̄ crux Chriſti eiꝰ exaltatio & gloria factā eſt.Chry.
Ideo etiā non dixit,Pēdere oportet filiū hoīs:ſed exal- Secretū cæleſtè in verbis
tari,qa honeſtius hoc videbat̄, vnde & ꝓpter audientē
& ꝓpter figurā hoc poſuit, vt diſcas quoniam cognata
ſunt vetera nouis:deīde vt cognoſcas,quoniā non inui
tus ad paſſionē venit:& adhuc vt diſcas,quoniā multis
hinc naſcit̄ ſalus.Augu.de bap.paruul.Sicut ergo tūc q̄
conſpiciebat exaltatū ſerpētem à veneno ſanabat̄, & à
morte liberabat̄:ſic nunc q̄ cōformat̄ ſimilitudini mor
tis Chriſti ꝑ fidem baptiſmūq; eius,& à peccato ꝑ iuſti
ficationē, & à morte per reſurrectionē liberat̄ : hoc eſt
enim quod ait, vt omnis q̄ credit in eū non ꝑeat,ſed ha
beat vitā ęternā. quid ergo opus eſt vt morti Chriſti ꝑ
baptiſmū conformet̄ paruulꝰ, ſi morſu ſerpētis non eſt
oīno venenatus?Chry.Attēde autem ꝙ paſſionē obū-
bratè poſuit,ne ex eius verbis fieret triſtis auditor.Fru
ctum verò paſſionis poſuit manifeſtè:ſi enim q̄ credunt
in crucifixū non ꝑeunt, multo magis qui crucifixus eſt
non perit.Augu. Hoc autē intereſt inter figuratā ima-
ginem & rem ipſam: ꝙ illi ſanabātur à morte ad tem-
poralem vitam,hi autē vt habeant vitam æternam.

Sic enim deus dilexit mundū,ut filium ſuū unigenitū daret: ut omnis qui credit in eū,nō pereat,ſed habeat uitā æternā. Non enim miſit deus filiū ſuum in mundū ut iudicet mundū, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum.Qui credit in eum nō iudicatur.Qui autem non credit,iam iudicatus eſt:quia non credit in nomine unigeniti filij dei.

Chry. Quia dixerat, oportet exaltari filiū hominis,

Effectus mortis Christi.

quo mortem ecclesiæ significauit, ne auditor tristis ab his fieret verbis humanũ quid de eo suspicans: & mortem eius æstimans nõ esse existentiã, hoc ad rectitudinem reducit, filiũ dei dicens eũ qui datur ad mortẽ, & mortem eius causam esse vitæ æternæ. vnde dicit: Sic enim deus dile.mundũ &c.q.d. Ne mireris, quoniã ego debeo exaltari vt vos saluemini: etenim & patri hoc videtur qui ita nos dilexit, vt pro seruis indeuotis filium dederit: dicendo autẽ, Sic deus dile.mun. multã indicat amoris intensionẽ. Multa enim est & inifinita distãtia. qui enim immortalis, qui sine principio, qui magnitudo infinita, eos qui sunt ex terra & cinere infinitis plenos peccatis dilexit. Sed & ea quæ post hoc ponit, ostensiua sunt magni amoris. nõ enim seruũ, non angelum, non archangelũ dedit, sed filiũ suũ. Rursus si filios plures habuisset, & dedisset vnũ: hoc etiã esset maximũ. Nunc verò filiũ vnicum dedit: vnde subdit, Vnigenitũ. Hyla. 6. de tri. Sed si dilectionis hinc fides est creaturã creaturæ pstitisse, non facit magni meriti fidẽ vtilis & spernãda iactura. Preciosa autẽ sunt quæ cõmẽdant charitatẽ, & ingentia ingentibus æstimanr. Deus diligens mundũ filium nõ adoptiuũ, sed suum & vnigenitũ dedit, hinc ꝓprietas est, natiuitas est, veritas est. Nõ creatio est, nõ adoptio est, nõ falsitas est, hinc dilectionis & charitatis fides est, & vt ad mundi salutẽ & filiũ suum & vnigenitũ prẽstitisset. Theo. Videt autẽ mihi ꝙ sicut superius dixit, ꝙ filius hominis descẽdit de cælo, cũ caro de cælis nõ descenderit: sed ꝓpter vnã personam in Christo quæ dei sunt attribuit homini: sed & nũc ecõuerso quæ sunt hominis, verbo dei appropriat. etenim deus dei filius impassibilis mãsit, sed quia vnus erat secundum hypostasim dei filius & homo qui passionem sustinuit, filius dari dicitur in mortẽ, qui passibiliter patiebatur, nõ natura propria, sed carne ꝓpria. Est autem maxima vtilitas consecuta ex huiusmodi datione mentem excedens humanã. Sequitur em̃: Vt omnis qui credit in eũ non pereat, sed habeat vitam æternam. Vetus nãque testamentũ his qui seruabant illud dierũ longitudinem ꝓmittebat, euãgeliũ verò æternã & insolubilem vitã. Augu. Notandũ verò ꝙ eadẽ de filio dei vnigenito replicat, quę de filio hominis in cruce exaltato ꝓmiserat, dicẽs: Vt omnis qui credit in eũ, quia idẽ redemptor & conditor noster filius dei ante secula existens, filius hominis factus est in fine seculorũ: vt qui p diuinitatis suę potentiã nos creauerat ad pfruendã beatitudinem perennis vitæ, ipse p fragilitatẽ humanitatis nos restauraret ad ꝓcipiendam quã perdidimus vitam. Alcui. Verè autẽ per filiũ dei habebit mũdus vitã, quia nõ alia de causa venit in mundũ, nisi vt saluet mũdum. vnde sequitur: Nõ enim misit de⁹ filium suũ &c. Augu. Quare enim saluator mũdi dictus est, nisi vt saluet mundũ? ergo quantũ in medico est sanare venit ægrotum. Ipse se interimit, qui præcepta medici seruare non vult aut contẽnit: Chrys. Sed quia hoc dicit, multi pigrorum in peccatorũ magnitudine & negligentiæ superabundantia, dei abutentes misericordia dicũt, non est gehenna, nõ est suppliciũ, omnia nobis deus peccata dimittit. Sed considerandũ quòd duo Christi aduentus: qui iam factus est, & qui futurus est. Et prior quidem factus est, nõ vt iudicet quæ facta sunt à nobis, sed vt dimittat. Secũdus autẽ non vt dimittat, sed vt iudicet. De priore igitur ait: Nõ veni vt iudicem mũdum. quia enim clemens est, nõ facit iudiciũ: sed interim remissionem omniũ peccatorum p baptismum primo, & postea per pœnitẽtiã: quia si hoc modo nõ feciſſet, vniuersi simul ꝓditi essent. Omnes enĩ peccauerũt, & egẽt gratia dei. Ne igitur aliquis crederet se impugnè peccare, subdit de pœna nõ credentis: Qui credit in eum, nõ iudicatur, qui credit (inquit) nõ quid inuestigat. quid igitur si immundã habeat vitã? maximè quidem Paul⁹ tales non fideles esse dicit. Confitenr (inquit) se nosse deum, factis autẽ negãt. sed hoc illud significat, quia secundũ hoc qui credit non iudicatur, sed operũ quidem grauiorem sustinebit pœnã: infidelitatis autẽ causa nõ torquebitur. Alcui. Vel quia credit in eũ & adhæret ei vt mẽbrum capiti, non iudicabitur. Aug. Quid aũt dicturũ sperabas de eo qui non credit: nisi ꝙ iudicat? Sed vide quid dicit: Qui autẽ non credit, iam iudicatus est. Nondum apparuit iudiciũ: sed iam factũ est iudicium. Nouit enim domin⁹ qui sunt eius: nouit qui ꝓmaneãt ad coronã, & qui ꝓmaneant ad flãmam. Chry. Aut hoc dicit quia ipsum discredere, impœnitentis supplicium est. esse enim extra lumen, etiã secundũ se maximũ supplicium est. vel quod futurũ est prænũciat. Sicut enim ꝙ occidit hominẽ, & si nondũ sententia iudicantis cõdem natus sit, rei tamẽ natura condẽnatus est: ita & qui incredulus est, sicut & Adã qua die comedit de ligno mortuus est. Grego. 27. mora. Vel aliter: In extremo iudicio aliqui non iudicãtur & pereunt, de quibus hic dicitur: Qui non credit, iam iudicatus est. Non enim eorũ tunc causa discutitur, qui à conspectu districti iudicis iam cũ damnatione suæ infidelitatis abscedũt: professionem verò fidei retinentes, sed ꝓfessionis opera non habẽtes redarguũtur vt pereant. Qui verò nec fidei sacramẽta tenuerũt, increpationẽ iudicis in extrema examinatione non audiũt, quia pręiudicati in infidelitatis suæ tenebris eius quẽ despexerat inuectione argui non merentur. Princeps nãq; terrenã rẽpublicã regens aliter punit ciuem interius relinquentẽ, aliter hostẽ exterius rebellantẽ. In illo iura sua consulit, contra hostem verò bella mouet, dignaq; eius malitię tormenta retribuit, de malo verò eius quid lex habeat nõ requirit: neque enim lege necesse est perimi eum, qui lege nunq̃ potuit teneri. Alcui. Quare autem iudicatus est qui non credit, causam assignat, dicens: quia nõ credit in nomine vnigeniti filii dei. In hoc enĩ solo nomine est salus. Non habet deus multos filios ꝙ possint saluare, hũc habet vnigenitum per quẽ saluat. Aug. de baptis. paruulorum. Vbi ergo paruulos ponimus baptizatos nisi inter eos qui crediderunt? hoc enim eis acquiritur per virtutem sacramenti, & offerentium responsionem: ac per hoc eos qui baptizati non sunt, inter eos qui non crediderunt, statuimus.

Promissio legis & euangelii.

Iudiciũ varium.

Hoc est autẽ iudiciũ, quia lux uenit in mũdũ, & dilexerũt homines magis tenebras ꝙ lucẽ. Erãt enim eorum mala opera. Omnis enim qui mala agit, odit lucẽ: & non uenit ad lucẽ, ut non arguãtur opera eius. Qui autẽ facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta.

Aduẽtus Christi duo.

Alcui. Redit causam quare non crediderunt, & quare iustè damnantur, dicens: Hoc est autem iudicium, &c. Chryso. q.d. Nunquid ipsi eam quæsierunt vel laborauerunt vt inuenirent? Ipsa lux venit ad eos nec ei occurrerunt. vnde sequitur: Et dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Hic de reliquo omni eos priuat excusatione, venit enim eripere à tenebris & ad lucem ducere. Quis ergo eius qui non vult ad lucẽ accedere miserebitur? Beda. Lucem seipsum appellat, de qua sup rà euãgelista dixit: Erat lux vera. Tenebras verò appellat peccata. Deinde quia videbatur multis esse incredibile quod dictũ est, nullus enim tenebras prẽhonorat luci, subdit causam quare hæc passi sunt, dicens: Erant enim eorum opera mala. Et si quidem in iudicium veniſſet, haberet hoc aliquam rationem.

Qui enim malorũ sibi cõscius est, fugere iudicem consueuit: parcenti verò qui deliquerũt occurrunt. dicens igitur, Erant: eos qui multorũ sibiipsi erãt conscii peccatorũ, maximè Christo ad ignoscendũ venienti occurrere, quod & in multis factũ est. Etenĩ publicani & peccatores veniẽtes recũbebãt cum Iesu. Quia vero quidã sunt ita molles ad eos qui pro virtute sunt labores, vt vsque ad vltimũ velint adhærere malitię, in horũ iniuriam subdit: Omnis em̃ qui malè agit, odit lucẽ. Quod quidem dictũ est de his qui eligunt in malitia manere.

Lucis acceptio mystica.

Alcui. Quia omnis qui malè agit, odit lucẽ. i. qui est in intentione peccãdi, cui placet peccatũ, odit lucem quę detegit peccatũ. Augu. 10. con. Quia enim falli nolunt & fallere volũt, amant eam cũ seipsam indicat, & oderunt eam cũ eos ipsa lux indicat. Inde retribuetur eis vt eos nolentes manifestet, & eis ipsa nõ sit manifesta. Amant ergo veritatẽ lucentem, oderũt eam redarguẽtem. vnde sequitur: Et nõ venit, ad lucem &c. Chry. Eũ enim qui in paganismo viuit, nullus redarguit: qa deus tales habet, & digna dogmatibus opera demonstrat.

Virtus nõ est à natura.

Qui verò Christi sunt malèviuẽtes, ab omnibus rectis accusantur. Si autẽ gentiles sunt rectè viuentes, hoc manifestè nõ noui. Non enim mihi dicas eos qui à natura sunt mites & honesti: non enim est hoc virt⁹: sed eũ dic qui à passionibus sustinet violentiã, & sapienter viuit: sed non vtiq; habes. Si enim regni enũciatio & gehẽnę minæ & alia tanta documenta vix detinẽt homines in virtute, nullo horũ persuasi pertrãsibũt virtutem. si verò hypocrisim fingũt, glorię gratia hoc faciunt. vnde eũ potuerint latere, non omittent vti malis desyderiis. quæ etiam vtilitas est, cũ aliquis sobrius sit & nõ rapit, fit vero vanæ gloriæ seruus: hoc em̃ non est rectè viuere. Inanis enim gloriæ seruus fornicario nõ minor est, multò enim plura & grauiora operatur. Si autẽ quidam rectè sunt viuẽtes in gẽtilibus, nõ hoc aduersatur huic sermoni, quia nõ frequenter cõtingit, sed raro. Bed. Moraliter etiã illi magis tenebras q̃ lucẽ diligũt, qui suos prædicatores bene docẽtes odiis & detractionibus insequũtur. Sequit: Qui autẽ facit veritatem, venit ad lucem &c. Chry. Non autẽ de his qui ab initio facti sunt Christiani hoc dicit, sed tantũ de his q ex gentibus vel Iudęis ad rectã disponẽdi erant fidẽ. ostẽdit em̃ quoniã nullus vtiq; eliget in errore viuens ad fidẽ venire, nisi prius inscribat sibiipsi viã rectam. August. de baptis. paruul. In deo aũt facta dicit opera eius qui venit ad lucem, quia intelligit iustificationem suã non ad sua merita, sed ad dei gratiã pertinere. Aug. su. Ioan. Sed si omnia operã deus mala inuenit, quomodo quidã fecerũt veritatem, & venerũt ad lucem. i. ad Christũ? Sed dilexerunt (inquit suprà) tenebras magis q̃ lucem, ibi posuit vim. Multi dilexerũt peccata sua, multi ea confessi sunt. Accusat deus peccata tua, si & tu accuses, adiũgeris deo. oportet vt oderis in te opus tuum & ames in te opus dei. Initiũ operum bonorũ, confessio est operũ malorum: & tunc facis veritatẽ, quia non te palpas, nõ tibi blãdiris. Venis autẽ ad lucem, quia hoc ipsum quod tibi displicuit peccatũ tuum nõ tibi displiceret, nisi de⁹ tibi luceret, & eius veritas tibi ostẽderet. Facit autẽ ali quis veritatẽ confessionis & venit ad lucẽ in operibus bonis, etiã propter illa quæ videnr minuta esse peccata linguæ, aut cogitationũ, aut immorationis in rebus cõcessis. quoniã minuta plura peccata, si negligant occidunt. Minutæ sunt guttæ quæ flumẽ implent, minuta sunt grana harenę, sed si multa harena imponar, harena prẽmit atq; opprimit. Hoc facit sentina neglecta, qđ facit fluctus irruẽs: paulatim per sentinã intrat, sed diu intrando & nõ exhauriendo mergit nauẽ. Quid est autem exhaurire, nisi bonis operib⁹ agere ne obruant peccata, gemendo, ieiunando, tribuendo, ignoscendo.

Cõfessio mali, est boni initium.

Confessio duplex.

Post hæc uenit Iesus & discipuli eius in terrã Iudæam, & illic morabatur cũ eis & baptizabat. Erat autẽ & Ioannes baptizans in Enõ iuxta Salim, quia aquæ multæ erãt illic, & ueniebant, & baptizabãtur. Nondũ enim missus fuerat Ioannes in carcerẽ. Facta est autẽ quæstio ex discipulis Ioannis cũ Iudæis de purificatione. Et uenerũt ad Ioannẽ, & dixerũt ei: Rabbi, qui erat tecũ trans Iordanẽ, cui tu testimoniũ perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum.

Chry. Nihil veritate apertius neq; fortius, quæ neq; latere vult, neq; periculũ formidat, neq; ĩsidiis tremit, neq; gloriã quæ à multis est desyderat, nulli humanorũ obnoxia. vnde & dominus in solẽnitatibus Hierusalem ascendebat non se ostentãs, neque honorem diligens, sed vt pluribus sua dogmata proponeret, & miraculorum vtilitatem. Postq̃ autem solẽnitates soluebãtur ad Iordanem frequenter veniebat, quia & illic etiã turbæ concurrebant. vnde dicitur: Post hæc venit Iesus &c. Beda. Dicit autẽ, Post hæc: Non continuo post disputationẽ cũ Nicodemo quæ facta est in Hierosolymis, sed pacto spatio tẽporis de Galilæa in Iudæã rediit. Alcui. Per Iudæam quidẽ significãtur confitẽtes, quos visitat Christus. vbi enim est peccatorũ cõfessio, vel diuinarũ laudũ, illuc venit Christus & discipuli eius. i. doctrina & illuminatio eius, & ibi morar purgando à vitiis. vnde sequit: Et illic mo. cũ eis & ba. Chrys. Cũ autem euãgelista postmodũ dicat, ꝙ Iesus non baptizabat sed discipuli eius: manifestũ est quoniã & hic hoc dicit, quòd soli discipuli baptizabãt. Augu. Baptizatus autem dñs baptizabat non eo baptismate quo baptizatus est, baptizatus est em̃ à seruo, ostendẽs humilitatis viã & perducẽs ad baptismum dñi, hoc est suũ. Baptizabat enim Iesus quomodo dñs, quomodo dei filius. Beda. Christo autẽ iam baptizãte, adhuc baptizat Ioãnes, quia adhuc permanet vmbra, nec debet præcursor cessare, donec veritas manifestet. vnde sequit: Erat autẽ Ioannes &c. Enos Hebraicè aqua, vnde quasi nominis interpretatione aperiens subdit: Quia aquę multæ &c. Salim, oppidum est iuxta Iordanẽ sitũ, vbi olim Melchisedech regnauit. Hiero. ad Euãg. Nec refert vtrũ Salem aut Salim nominetur, cũ vocalibus in medio literis per raro vtanr Hebræi, & pro volũtate lectorũ ac regionum varietate, eadẽ verba diuersis sonis atq; accentibus proferanr. Sequit: Et venie. & baptiza. Bed. Quantũ catechumenis nondum baptizatis ꝓdest doctrina fidei, tãtum profuit baptisma Ioãnis ante baptismũ Christi quia sicut ille prędicabat pœnitẽtiã, & bãptismũ Christi prænunciabat, & in cognitionẽ veritatis quę mundo apparuit attrahebat: sic ministri ecclesiæ primo erudiũt venientes ad fidẽ, pòst peccata eorũ redarguũt, deinde in baptismo Christi remissionẽ promittũt, & sic in cognitionem & dilectionẽ veritatis attrahunt. Chry. Discipulis autem Iesus baptizãtibus non cessauit Ioãnes baptizãs vsq; ad incarnationẽ quod significat euãgelista, cũ subdit: Nõdum em̃ missus fuerat &c. Bed. Ecce aptè notat facta Christi ante Ioannẽ incarceratum quæ alii præterierũt, incipiẽtes ab his quę post missum Ioannẽ incarcerem facta sunt. Aug. Quare autẽ baptizabat Ioannes? quia oportebat vt dñs baptizaretur. Non solùm autem baptizatus est ab eo, ne baptismus Ioannis melior baptismate domini videretur. Chry. Sed cuius gratia vsq; tunc baptizabat? si enim cessaret, çstimaret zelo vel ira hoc facere: sed persistens nõ sibiipsi gloriã acqrebat, sed Christo auditores mittebat. Et multo efficacius hoc faciebat q̃ discipuli Christi, qa ĩsuspicabile

eius erat testimoniũ: & maiorẽ gloriã apud omnes habebat: ideo etiã adhuc baptizabat, ne discipulos suos in ampliorem zelũ immitteret. Aestimo autẽ & ꝓpter hoc ꝓmissam esse mortẽ Ioannis, & eo sublato de medio Iesum maximè prædicare cœpisse: vt omnis multitudinis affectio ad Christũ trãsiret, & nõ vltra his quæ de vtroq; erãt sentẽtiis scíderent. Zelotypè enim se habentes discipuli Ioannis ad Christi discipulos, & ad ipsum Christũ, quia viderũt discipulos Christi baptizãtes, cœperũt dicere ad eos qui baptizabãtur, quasi aliquid maius haberet baptisma Ioãnis baptismate discipulorũ Christi. vnde subdit: Facta est ergo &c. Quoniã enim ipsi quæstionẽ mouerũt, sed non Iudæi, euãgelista occultè monstrat, non dicens ꝙ Iudæus quęsiuit, sed ꝙ quæstio facta est ex discipulis Ioãnis. Augu. Intelligas ergo dixisse Iudæos maiorẽ esse Christũ, & ad eius baptisma debere cõcurri. Illi autẽ nõdum intelligẽtes defendebãt baptismũ Ioãnis, ventũ est ergo ad ipsum Ioannem vt solueret quæstionẽ. vnde sequit: Et venerunt ad Ioan. & dixe. ei: Rabbi, qui erat &c. Chryso. Hoc est, quem tu baptizasti. Nõ autem dixerũt, Quem tu baptizasti: quia coacti essent & vocis eius meminisse, quę sup eum est delata: sed dicũt, Qui erat tecũ: quasi qui discipuli ordinẽ habebat, nihil plus habẽs nobis, nũc se à te sperans baptizat addunt autem: Cui etiam testimoniũ perhibuisti. q.d. Quem tu clarũ oftendisti & circũspectum feci sti, eadem tibi audet: & hoc est quod dicunt, Ecce hic baptizat. Non autem in hoc solũ æstimabãt se excitare eum, sed & in eo ꝙ de reliquo ea quę ipsorum erant reprobabantur. vnde subdunt: Et omnes ven. ad eum. Alcui. Quasi dicant, te dimisso omnes currunt ad baptismum illius quem tu baptizasti.

Zelꝰ inter discipulos Christi & Ioannis.

Reſpõdit Ioãnes, & dixit: Nõ *poteſt homo accipere quicquam niſi fuerit ei datũ de cælo: ipſi uos mihi teſtimoniũ perhibetis ꝙ dixerim, nõ ſum ego Chriſtus, ſed ꝙ miſſus ſum ante illũ. Qui habet ſpõſam, ſpõſus eſt: amicus aũt ſpõſi qui ſtat & audit eũ, gaudio gaudet propter uocẽ ſpõſi. In hoc ergo gaudium meũ impletũ eſt. Illum oportet creſcere, me autẽ minui.*

Chryſ. Interrogatus Ioãnes non vehemẽter discipulos increpat, timẽs ne ab eo separati, aliquid aliud operẽtur: sed remissẽ quodãmodo eis loquit. vnde dicitur: Reſpõdit Ioannes & dixit eis, Nõ potest homo accipere quicq; nisi fuerit ei datũ de cælo. q.d. Et si ꝑclara sunt quæ Christi sunt, & si omnes ad eũ currunt mirari non oportet: deus em̃ est qui hoc facit. Humana enim facilè deprehẽsibilia sunt & ꝛbecillia & velociter defluũt, hęc autẽ non talia sunt: nõ ergo sunt humanitus adinuẽta, sed diuinitus ordinata. Si aũt humilius loquit de Christo, nõ mireris: non em̃ erat cõtingens ꝙ ꝑassumptos à tali passione. ſ. inuidię ab initio doceret oĩa, sed ĩterim vult eos terrere ostẽdens ꝙ ad impossibilia conãtur, & quòd deo rebelles ſueniunt. Aug. Vel aliter: Hoc Ioannes de seipso dicit: quasi homo de cælo accepi, ergo qa accepi vt aliquid essem, inanẽ me vultis esse, vt loquar cõtra veritatẽ? Chry. Et vide quia hoc quod æstimabãt proponi in Christi subuersionẽ quãdo dixerũt: Cui temonium phibuisti, hoc in eos cõuertit, dicens: Ipsi vos mihi testimoniũ perhibetis &c. q.d. Si verũ meum testi monium æstimatis, dicite quoniã illũ mihi prẽhonorare oportet. vnde subdit: Sed quoniã missus sum ante illum. q.d. Minister sum. Et ea quæ sunt eius qui me misit, dico nõ humana gratia blãdiẽs ei, sed patri eius qui me misit ministrãs. Alcui. Sed si aliquis dicat, quandoquidem tu non es Christus, quis ergo es tu, vel quis est ille cui phibes testimoniũ? Ad hoc reſpõdet: Ille est ſpõsus, ego sum amicus sponsi, missus vt per me ſpõsa præparetur suo ſpõso. vnde subditur: Qui ha. ſpon. ſponsus est. Sponsam dicit ecclesiã ex omnibus gẽtibus congregatã, quæ virgo est integritate mẽtis, perfectione charitatis, vnitate catholicæ fidei, cõcordia pacis, integritate animæ & corporis, quę habet spõsum, de quo quotidie generat. Beda. Cæterũ fruſtra est virgo corpore, quę virgo nõ manet in mente. Hanc autẽ sponsam Christus in thalamo vteri virginalis sibi sociauit, & eandẽ precio sui sanguinis redemit. The. Omnis etiã animę spõsus, Christus est, sponsaliũ vero locus vbi cõiunctio effi citur, locꝰ est baptismatis siue ecclesia. Dat verò arram sponsæ, peccatorũ remissionẽ, ſpiritus ſancti cõmunionem, ꝑfectiora verò in futuro seculo retribuet dignis. nullus autẽ alius est sponsus nisi solus Christus, omnes nanque doctores paranymphi exiſtunt, ſicut & prẽcursor. Nullꝰ enim bonorũ largitor est nisi dñs, omnes alii ministri sunt bonorũ quæ dantur à domino. Beda. Sponsam igitur suam dominus amico suo, id est ordini prædicatorum cõmendauit, qui eam nõ sibi, sed Christo zelare debet. vnde subditur: Amicus autem sponsi qui ſtat &c. Augu. q.d. Non est mea sponsa, sed nũquid nõ gaudes in nuptiis? Imò gaudeo ait, quia amicus spõsi. Chryso. Sed qualiter qui dixit: Non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamẽti, amicũ nunc seipsum dicit? non quidem propter honoris æqualitatẽ, sed multitudinem gaudii repræsentare volẽs. Non enim in talibus ita ministri sponsi lætãtur, sicut amici. Simul autem & condescẽdens eorum imbecillitati amicũ se dicit: quia enim æstimabãt eum morderi ab his quę fiebãt, ostendit quòd non solũ non mordetur, sed & valde gaudet si sponsum sponsa cognoscit. Augu. Sed quare ſtat? quia non cadit, quia humilis est. vide ſtantem in solido. &c. Stat autem & audit eũ. si ergo cadit, non audit eũ: ergo ſtare debet amicus spõsi & audire. i. permanere in gratia quam accepit, & audire vocẽ ad quã gaudeat. nõ inquit gaudeo propter vocem meam, sed propter vocem sponsi gaudeo ego in audiendo, ille in dicẽdo: ego auris, ille verbũ. Qui enim custodit sponsam vel vxorem amici sui, dat quidem operã vt nullus alius ametur: sed si amari se pro amico voluerit, & vti voluerit cõmendata sibi, q̃ detestãdus vniuerso generi humano apparet? Multos autẽ adulteros video, qui sponsam tanto precio emptam possidere volũt: & id agunt verbis suis vt pro sponso amẽtur. Chryso. Vel ali. Quòd dicit, Qui ſtat: non sine causa posuit, sed indicans ꝙ quæ sua sunt iam ceſſauerũt, & quoniam eũ de reliquo ſtare oportet & audire: quod quidẽ dicit, à parabola sermonem trãſferens ad propositũ. quia enim sponsi & spõsæ mentionem fecerat, ostendit qualiter hæc sponsalia fiant: quia per vocem & doctrinã. Fides enim est ex auditu, auditus autẽ per verbũ dei. & quoniã ea quæ sperauerat euenerũt, idcirco subdit: In hoc autẽ gaudium meũ impletũ est. i. perfectũ est à me opus quod fieri oportebat: & plus nihil operari possum de reliquo. The. Vnde nũc gaudeo, ꝙ. ſ. omnes illũ attendunt. si enim non accessisset ad sponsum sponsa. i. populus, tũc dolerem ego para nymphus. Augu. Vel ali. In hoc gaudiũ meum impletũ est: vt. ſ. gaudeam ad vocem sponsi, habeo gratiã meam: plus non mihi assumo, ne quod accepi. amittã. Qui em̃ vult gaudere de se tristis est, qui autẽ vult de deo gaudere ſemper gaudebit, quia deus ſempiternus est. Bed. Gaudio autem gaudet homo proptet vocem sponsi cũ intelligit non se debere gaudere de sapiẽtia sua, sed de sapientia quã accepit à domino. Quiſquis enim in benefactis non gloriã suã vel laudem requirit, neq; terrena lucra sed cęlestia cupit, hic amicꝰ est spõsi. Chry. Deinde nõ solũ circa ꝑsentia, sed etiã circa futura passionem inuidiæ à se remouet, dicens: Illũ oportet &c. q.d. quæ nostra sunt ſteterũt, & ceſſauerũt de reliquo, creſcunt autẽ quæ sunt illius. Aug. Sed quod est hoc, Illum opor. creſcere? deus nec creſcit nec minuit: sed Ioannes & Ieſus quod ad carnẽ attinet, coęqui erant, sed menſes qui: intererant nullã distinguũt ætatem. Magnũ est hoc sacramentũ anteq̃ veniret dominus, homines gloriabãtur de se: venit ille homo vt minueretur hominis gloria, & augeretur gloria dei: sic em̃ venit ille vt dimitteret peccata, & homo cõfiteretur: etenim cõfessio hominis, humilitas hominis, miseratio dei, altitudo dei: hãc autem veritatem etiã passionibus significauerũt Christus & Ioãnes: nam Ioãnes capite minutus est, Christus autem in cruce exaltatus: deinde natus est Christus cũ iam inciperet creſcere dies, natus est Ioãnes quãdo cœperat minui dies. Creſcat ergo in nobis gloria dei, & minuatur gloria noſtra, vt in deo creſcat & noſtra. quãto aũt magis intelligis deum, videt in te creſcere deus: non autẽ in se creſcit, sed ſemper ꝑfectus est, sicut si curarentur alicuius oculi ex priſtina cæcitate, & incipe ret videre paululũ lucis, & alia die plus videret, videret ei lux creſcere, lux tamẽ perfecta est, ſiue ipse videat ſiue nõ: sic enim & interior homo proficit quidẽ in deo, & deus in illo videtur creſcere, ipse autẽ minuitur vt à gloria sua decidat, & in gloria dei surgat. Theo. Vel aliter: Sicut aliorum luminariũ adueniente sole lumẽ extingui videtur, licet nõ sit ſecundũ veritatem extinctũ, sed à maiori occultatũ: sic & præcursor tanquã ſtella à sole celatus minui dicitur, creſcit autẽ Christus prout paulatim manifestat se per miracula: non ꝙ in virtutibus creſceret, aut proficeret, hæc nempè Neſtorii est opinio, sed ſecundum ostenſionem diuinitatis eius.

Sacra ſecreta verborum.

Qui de ſurſum uenit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur. Qui de cælo uenit, ſuper omnes eſt. Et quod uidit & audiuit hoc teſtatur.

Chryſo. Sicut vermis ligna corrodit, & ærugo ferrũ: ita vana gloria nutrientẽ se perdit animã. Ideo multo ſtudio opus est vt hãc deſtruamus passionẽ: vnde Ioannes multis rationibus discipulos suos habentes passionem hanc vix mitigat. Post illa enim quę antea dixerat rursus eos aliis disponit sermonibus, dicẽs: Qui desursum venit &c. q.d. quia vos meũ extollitis testimoniũ, & ex hoc me dicitis digniorem fide eo. ſ. cui testimoniũ perhibui, hoc neceſſe est vos scire, ꝙ nõ est eum qui de cælis venit fieri fide dignum ab eo qui terrã habitat: & hoc est quod dicit, Super omnes est: quia ipse sibi ſufficiens, & quòd omnibus incomparabiliter maior est. Theo. Ipse enim Christus desursum venit à patre deſcẽdens, & super omnes est distinctus ab omnibus. Alcui. Vel sursum venit. i. de altitudine humanę naturę, quam habuit ante peccatum primi hominis: de illa enim altitudine assumpsit verbũ dei humanã naturam, nõ assumpsit culpam cuius assumpsit pœnã. Sequitur: Qui est de ter. de terra est. i. terrenus est. Et de ter. loquitur. i. terrena loquitur. Chryso. Et nimirũ non ex terra erant ei omnia, etenim animã habebat & ſpiritu participabat, non ex terra: qualiter igitur ipse de terra se esse dicit? Nihil enim aliud per hoc ostendit occultè, q̃ quòd paruus est velut terrenè veniens, in terra natus, & nulla cõparatione dignus ad Christum qui nobis desuper venit. Non autem dicit, De terra loquitur: quoniã ex propria mente loquebatur, sed de terra se loqui dicit in cõparatione ad Christi doctrinam. q.d. parua & humilia sunt quæ mea sunt cõparata his quæ Christi sunt: qualia dicẽs est ſuſcipere terrestrẽ naturam in cõparatione ad illũ in quo sunt omnes thesauri ſapientię & ſciẽtię dei abſconditi. Augu. Vel quod dicit, De terra loquitur, de homine dicebat: quantũ ad ipsum hominem pertinet. Si enim aliquid loquitur diuina illuminatus est à deo, ſicut Apoſtolus dicit, Nõ autem ego, sed gratia dei mecum: ergo Ioannes & quod ad Ioãnem pertinet de terra est, & de terra loquitur: ſi quid diuinũ audiuiſtis à Ioanne, illuminãtis est, nõ recipientis. Chry. Extincta igitur discipulorum passione, de reliquo cum ampliori propalatione loquitur de Christo. Nam ante hoc ſuperfluum erat ista præmittere in mente audientium locũ habere nondum valẽtia. vnde sequitur: Qui de cælo. Aug. i. de parte venit, duobus modis, Super omnes est: primo ſup omnem humanitatem, qui de ipsa priuſquã peccaret venit: ſecundo iuxta altitudinem patris, cui est æqualis. Chry. Magnũ autem quid & excelſum dicens de Christo: rurſus ad humilius ducit ſermonem, dicens: Et quod vi. & au. hoc te. quia. ſ. per ſenſus hos omnia certiſſimè diſcim̃, & digni fide æſtimamur esse magiſtri de his quæ viſu ſuſcepimus vel auditu apprehẽdimus, hoc de Christo aſtruere volens Ioãnes dicit: Quod Vi. & aud. hoc teſt. oſtendens ꝙ nihil eorum quæ ab ipso dicebãtur falſum est, ſed oĩa vera ſunt. q.d. Ego indigeo audire ea quę ab illo dicũtur qui deſuper venit, annũcians ea quæ vidit & audiuit. i. quę ſolus ipse manifeſtè nouit. Theo. Cũ ergo audis ꝙ Chriſtus ea quę audiuit & vidit à patre loquit, nõ putes ꝙ à patre indigeat didiſcere, sed quia omnia quęcũq; naturaliter nouit à patre habet, ꝓpter hoc à patre audire dicit quę cũque nouit. sed quid est quod filiꝰ audiuit à patre? forte filius patris verbũ audiuit? imò filius patris verbum est. Aug. Quãdo concipis verbũ quod proferas, rem vis dicere, & ipsa rei cõceptio in corde tuo iam verbũ est. Quomodo ergo tu verbũ quod loqueris in corde habes, & apud te est: ſic deus edidit verbũ, hoc est genuit filium. Cũ ergo verbum dei filius ſit, filius autẽ locutus est nobis, non verbũ ſuum, sed verbum patris se nobis loqui voluit qui verbum patris loquebatur, hoc ergo quomodo decuit & oportuit dixit Ioannes

Vanę glorię deteſtatio.

Duplex intelligẽtia verborũ.

Et teſtimoniũ eius nemo accipit. Qui autẽ accepit eius teſtimoniũ, ſignauit: quia deus uerax eſt. Quẽ enim miſit deus, uerba dei loquitur. Non enim ad menſurã dat deus ſpiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui autẽ incredulus eſt filio, non uidebit uitam, ſed ira dei manet ſuper eum.

Chryſ. Dixerat quod vidit & audiuit, hoc teſtat: quaſi excuſans, ne quia pauci interim crediturí erant, falſa ęſtimarentur esse quæ dicũtur: & propter hoc subdit, Et teſtimoniũ eius nemo accipit, id est pauci. habebat enim discipulos qui accipiebãt teſtimonium eius in his quæ dicebãtur. In hoc autẽ ſuos discipulos tangit nondum credentes in eum, ſimul etiam Iudaicã oſtendit inſensibilitatem: ſicut & in principio euangelii dictum est, In ꝓpria venit, & ſui eum non receperũt. Aug. Vel aliter: Est quidã populus prẽparatus ad iram dei damnandus cũ diabolo, horum nemo accipit teſtimonium Chriſti. Attendit ergo in ſpiritu diuiſionẽ, in genere autem humano cõmixtionem: & quod nondum locis ſeparatum est, ſeparauit cordis aſpectu, & vidit duos populos infideliũ & fideliũ. Attẽdit infidelis & ait: Et te. eius ne. ac. deinde tulit ſe à ſiniſtra & aſpexit ad dexterã, & ſecutus ait: Qui autem ac. eius te. ſig. Chryſ. i. mõſtrauit: & adhuc augens timorẽ addit, Quoniã deus verax eſt: oſtendens quoniam non aliter quis diſcredet huic, niſi falſè arguerit deum qui miſit illum, quia nihil extra ea quę sunt patris loquitur. Et hoc est quod ſubdit, Quẽ enim miſit deus, ver. dei loquitur. Alcui. Vel aliter: Signauit. i. ſignum poſuit in corde ſuo, quaſi ſingulare

Eximia Ioannis cõfeſſio de Chriſto.

Secretũ verborũ.

Prouidẽtia Chri ſti.

& speciale aliquid,hūc esse verum deum, qui passus est ad salutem humani generis. Augusti. Quid est? quia deus verax est,nisi quia homo mendax est, & deus verax est: quia nemo hominum potest dicere quid veritas est,nisi illuminetur ab eo qui mentiri nō potest? Deus ergo verax, Christus autem deus. Vis probare?accipe testimonium eius,& inuenies,sed si nondum intelligis deum,nondū accepisti testimoniū eius. Ipse ergo Christus est deus verax, & misit illum deus, deus misit deū: iunge ambos,vnus de⁹. Hoc enim,quem misit deus,de Christo dicebat,vt se ab ipso distingueret,quid autem ipsum Ioannē?Nōne deus misit?sed vide quid adiūgat. Nō enī ad mensurā dat deus spiritū hominibus ad mēsuram dat,vnico filio non dat ad mensurā. Alii quidem datur per spiritum sermo sapiētiæ, alii sermo scientiæ, aliud habet ille,& aliud iste habet. Mēsura diuisio quę dam donorum est, sed Christus quæ dat non ad mensuram accepit. Chrys. Spiritū autem hic actionē spiritus sancti dicit, vult enim ostēdere quoniā omnes quidem nos in mensura spiritus actiones susc̄ipimus, Christus autem omnē spiritus susc̄ipit actionem,qualiter igitur erit dignus suspectus haberi? nihil enim dicis quod nō dei est,neq; quod nō spiritus est, & interim de deo verō nihil loquitur sed à patre & spiritu dignā fide facit doctrinam. Nā quoniam de⁹ est, sciuerant: & quoniam spiritus est,nouerant, &si non dicentem de eo opinionem habebant:quoniā autem filius est,nesciuerant. August. Quia ergo de filio dixerat, Non ad mēsuram dat deus spiritū:subiūgit,Pater dili.fi.& adiecit,Et omnia dedit in manu eius. vt nosses & hic distincte quoniam dictum est,Pater di.fi. Pater enim diligit Ioannem aut Paulum,& tamen nō omnia dedit in manu eorum. Pater di.fi.sed quomodo filiū,non quomodo dominus seruum:quomodo vnicū,non quomodo adoptatū. Itaque omnia dedit in manu eius,vt tātus sit filius quantus est pater. ergo cū ad nos dignatus est mittere filium,nō putemus nobis aliquid minus missum q̄ est pater. Theop. Sic ergo secūdum diuinitatem omnia dedit pater filio, natura non gratia, vel dedit omnia in manu eius secūdum humanitatē: dominatur enim omniū eorū & quæ in cælo,& quæ in terra sunt. Alcui. Et quia omnia sunt in manu eius, ergo & vita æterna. vnde subdit. Qui cre.in fi.habet vi.æter. Beda. Nō debet hic intelligi fides quæ verboten⁹ tenetur, sed quæ operibus adimpletur. Chrys. Non enim hic dicit ꝙ credere in filium sufficiat ad vitam habendā perpetuam,cū ipse alibi dicat: Non omnis qui dicit mihi domine,dñe intrabit in regnum cælorum:sed & quę in spiritū est blasphemia sufficit sola mittere in gehennā. Sed &si in patrem & filiū & spiritum sanctū quis crediderit, ne æstimemus sufficere ad salutem:opus est enim nobis vita & conuersatione recta. deinde sciens non ita promissione bonorū multos adduci, vt terribilium minis,in hoc sermonem concludit,di. Qui autem incre. &c. Vide qualiter hic ad patrem reducit eum,qui est supplicii sermonem. Nō enim dixit ira filii,quāuis ipse sit iudex, sed patrem eius instituit,magis terrere volens. Et non dicit,manebit in eo:sed,super eum:ostendens quoniā nunquam ab eo desistet vnde enim non æstimet quis mortē esse tēporaneam, dixit:Non videbit vitam. Augu. Et non dixit,Ira dei venit ad eum, sed manet super eum:quia omnes qui nascuntur mortales, habent secum iram dei, quam accepit primus Adam. Venit filius dei non habens peccatum, & indutus est mortalitate, mortuus est vt viuas. Qui ergo non vult credere in filium, ira dei manet super eum, de qua dicit apostolus: Eramus natura filii iræ.

Christus deus verax.

Dilectio patris ad filium.

Omnes filii iræ.

CAPVT IIII.

VT ergo cognouit Iesus: quia audierunt pharisæi quod Iesus plures discipulos facit & baptizat quā Ioannes:(quanquā Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Iudæā, & abijt iterū in Galilæā. Oportebat aūt eū trāsire ꝑ mediā Samariā. Venit ergo ī ciuitatē Samariæ,quæ dicitur Sichar,iuxta prædium quod dedit Iacob, Ioseph filio suo. Erat autē ibi fons Iacob. Iesus autē fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem,hora autem erat quasi sexta.

Gloss. Postq̄ ostendit euāgelista qualiter Ioannes repressit discipulorū suorum inuidiā qnā de profectu doctrinæ Christi cōceperāt:hic ostēdit quomodo Christ⁹ declinauit pharisęorū malitiam,qui cōtra ipsum ex eadem causa zelo inuidię mouebant. vnde dicit. Vt ergo cognouit Iesus,quia audierūt pharisæi. Aug. Vtiq; dñs si sciret pharisæos ita de se cognouisse ꝙ plures discipulos faceret,& ꝙ plures baptizaret, vt eis hoc ad salutē valeret sequendi eū,non relinqueret Iudęam terrā,sed ꝓpter illos maneret ibi:quia verō cognouit eorū scientiam simul & inuidiam, quia non hoc ꝓpterea didicerunt vt sequerētur,sed vt ꝓsequerentur,abiit inde. Poterat quidē & ꝓsens ab his non teneri si nollet,sed in omni re quā gessit vt homo hoībus in se crediturīs ꝓbebat exemplū,quia vnusquisq; seruus dei nō peccat si se cesserit in aliū locū,videns furorē se persequētiū. Fecit ergo hoc ille magister bonus vt doceret, non vt timeret. Chry. Hoc etiā fecit mitigans eorum inuidiā:conueniēs est etiā hoc fecisse,vt nō discrederet carnis dispēsatio: si enim retentus effugisset,in suspitionē deuenisset veritas carnis. Augu. Fortassis autē hoc moueat qđ dictum est,Baptizabat plures q̄ Ioannes,& postea subiectum est,quanquā Iesus non baptizaret:quid ergo falsum dictū erat & correctū est? Chryso. Non autem ipse Christus baptizabat,sed relatores volētes erigere eos qui audiebant in inuidiam ita annūciabant.s. ꝙ Christus plures baptizaret q̄ Ioannes: sed cuius gratia ipse non baptizaret,Ioannes ꝑdixit,dicens: Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne nōdum autē spiritū sanctum dabat,decēter igitur nō baptizabat. Discipuli verō id agebāt,volentes multos adducere ad salutarē doctrinam. Vt enim nō semper circūeuntes cōgregarent eos qui crediturī erāt,vt in Simone & fratre fecit,ideo baptizare instituerunt. Nihil enī amplius habebat discipulorū baptisma Ioannis baptismate,vtrumque em̄ expers erat ea quæ ex spiritu est gratia, & vtrique vna causa erat.s.adducere ad Christum eos qui baptizabātur. Augu. Vel aliter:vtrūque verū est, quia Iesus & baptizabat,& nō baptizabat. Baptizabat enim quia ipse mūdabat:nō baptizabat,quia ipse non tingebat. Prębebant discipuli ministeriū corporis,prębebat ille adiutoriū maiestatis. de quo dictū est, Hic est qui baptizat. Alcui. Solet autē quæri si in baptismo discipulorū Christi spiritus sanctus daretur:cū dicat spiritus sanct⁹ nōdum erat datus quia Iesus nōdum erat glorificatus. Sed sciendum quia dabatur spiritus,licet nō ea manifestatione, qua post ascensionem in linguis igneis datus est:quia sicut ipse Christus in homine quē gerebat semper habebat spiritū,sed tamē postea sup ipsum baptizatum visibiliter descēdit spiritus in specie eolūbę:sic ante manifestū & visibilē aduentū spiritus sancti,quicūq; sancti eū latenter habere potuerūt. Augu. ad Seleucianum. Intelligimus aūt discipulos Christi iam fuisse baptizatos siue baptismo Ioānis, sicut nōnulli arbitrant: siue quod magis credibile est, baptismo Christi. neque em̄ ministerio baptizādi defuit, vt haberet baptizatos

Dispēsatio Iesu.

Cōsensus euā.

Apostoli baptizati.

seruos:per quos cæteros baptizaret, qui nō defuit illi⁹ humilitatis ministerio quādo eis lauit pedes. Chry. Secedens autē Christus de Iudæa,rursus eisdem adhæret quibus & prius. vnde subditur: Et abiit iterū in Galilæam. Sicut autē Apostoli expulsi à Iudæis ad gētes venerunt,ita & Christus ad Samaritanos accedit: sed tamen omnem auferens à Iudæis excusationē,nō principaliter ad eos vadit,sed quasi transiens, quod euāgelista occultè ostendit,dicens: Oportebat autē eum trāsire per Samariā. Accepit aūt hāc nominationē, quia mons Samariæ Somer dicebatur,ab eo qui possedit, sed qui ibi habitabant olim nō Samaritani, sed Israelitæ vocabant. Tępore aūt procedēte offenderūt deū: & rex Assyriorum vltra eos ibi manere nō permisit, sed in Babylonē & Medos duxit,in Samaria verò gentes ex diuersis locis ductas habitare fecit. Volens aūt deus ostēdere ꝙ non ꝓpter imbecillitatē Iudæos tradidit, sed ꝓpter peccata eorū qni traditi sunt,immisit barbaris leones, qui eos lædebant. Annunciata sunt hæc regi, & mittit sacerdotē quendā traditurū eis dei leges, sed tamē neq; ita ex toto ab impietate destiterunt, sed ex media parte. Etenim tempore ꝓcedente rursus ad idola quidā resilierunt,venerabātur tamen deum,qui à mōte Samaritanos seipsos vocabāt. Beda. Ideo aūt oportebat ipsum transire per Samariā,quia sita est inter Iudæam & Galilæam. Est autē Samaria insignis prouinciæ Palæstinæ ciuitas,adeo vt tota regio ei sociata Samaria dicatur. Ad quem igitur ipsius regionis locū dominus verterit euangelista ostēdit. Vnde ergo dicit,Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicit Sichar. Chry. Locus ille erat vbi pro Dyna,Leui & Simeon grauem occisionem fecerunt. Theo. Postq̄ aūt filii Iacob illā ciuitatem desertam fecerunt occidentes Sichimitas,hanc ciuitatē desertam,tempore procedente,dedit Iacob in sortem Ioseph: vnde dicit in Genesi: Do tibi partem vnam extra fratres tuos,quā tuli de manu Amorrei in gladio & arcu meo,& hoc est quod subditur: Iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Sequit: Erat autē ibi fons Iacob. Aug. Puteus erat,sed omnis puteus fons,non oīs fons pute⁹. Vbi em̄ aqua de terra manat, & vsum ꝑbet haurientibus,fons dicitur: sed si in promptu & superficie sit,fons tantū dicitur: si autem in alto & profundo sit,ita puteus vocat vt nomen fontis nō amittat. Theo. Quare aūt euāgelista de prædio & fonte facit mentionem? Primò quidem vt cū audieris mulierem dicentem ꝙ pater noster Iacob dedit nobis hunc fontem, nō admireris: secūdo ex cōmemoratione fontis & prędii eo cemur,ꝙ ea quæ patriarchæ ꝓpter fidem quam in deo habebāt adepti sunt,Iudæi ꝓpter eorū impietatē perdiderūt,& eorū loca gentibus tradita sunt: quare nihil noui nunc accidit, ꝙ gentiles pro Iudæis regnū cælorū cōsecuti sunt. Chry. Christus igit in Samariā accedens facilem & delicioſam vitam abiiciens,laboriosam verò sequens, nō subiugalibus vtitur,sed ita difficulter incedit,vt ex itinere fatigetur:erudiens nos ita à superfluis alienos esse,vt multa necessaria abscindamus à nobis: & hoc euangelista ostendit,dicens: Iesus ergo fatigatus ex itinere. Augu. Inuenimus Iesum fortem,& infirmū: fortē,quia in principio erat verbū:infirmū, quia verbū caro factū est. Sic ergo infirmus Iesus ab itinere fatigatus sedebat sic super fontem. Chrys. q.d. Non in throno aut puluinari,sed simpliciter vt contingebat sup terrā. Sessio aūt ꝓpter laborem facta est,& vt expectaret discipulos,& propter æstum refrigerās corpus apud fontem. vnde sequit: Hora autē erat quasi sexta. Theop. Et ne quis incusaret dñm, quare ipse in Samariā venerit, cùm hoc discipulis suis ꝓhibuerit, propter hoc dicit, ꝙ circa illū locum sedebat. s. ab itinere fessus. Alcu. Mysticè aūt dñs reliquit Iudæā. i. infidelitatem eorū qui eum reprobauerūt,& per apostolos abiit in Galilæam. i. in volubilitatem huius mūdi docens suos trāsmigrare de vitiis ad virtutes. Prædiū aūt non tā Iosęph q̄ Christo arbitror derelictū,cui⁹ figurā Ioseph portauerit, quem verè sol adorat,& luna,& omnes stellæ. Ad hoc prædiū venit dominus,vt Samaritani qui hæreditatem sibi patriarchæ Israel vendicare cupiebāt,agnoscerent & cōuerterent ad Christū,qui est patriarchæ legitimus hæres factus. Aug, Iter aūt ipsius, est caro ꝙ nobis assumpta: qui em̄ vbiq; est, quo it, nisi q̄ nō ad nos veniret, nisi formā visibilis carnis assumeret: ideo fatigatus ab itinere,quid est aliud q̄ fatigatus in carne? Quare ergo hora sexta? quia ætate seculi sexta. Cōputa tanq̄ vnam horam vnā ætatem ab Adā vsq; ad Noe,secundā à Noe vsq; ad Abrahā,tertiā ab Abrahā vsq; ad Dauid,quartam à Dauid vsq; ad transmigrationē Babylonis,quintam vsq; ad baptismū Ioannis,inde sexta agitur. Aug. lib. 83. q. Hora igitur sexta venit ad puteū dominus nō ster. Video in puteo tenebrosam ꝓfunditatem. Admoneor ergo intelligere mūdi huius infimas partes, id est terrenas,quo' venit dñs Iesus hora sexta. i. sexta ætate generis humani,tāquā senectute veteris hominis, quo iubemur exui,vt induamur nouo. Nam sexta ætas senectus est: quoniā prima est infantia,secunda pueritia,tertia adolescentia,quarta iuuentus,quinta grauitas. Hora etiam sexta venit domin⁹ ad puteū,id est media die; vnde iam incipit sol iste visibilis declinare in occasum, quoniā nobis vocatis à Christo visibiliū delectatio minuitur,vt inuisibilium amore homo interior recreatus ad interiorē lucem quæ nunquam excidit, reuertatur. Quòd autē sedit,humilitatē significat: vel quoniam solent sedere doctores,magistri denunciat personam.

Christus est verus hæres Israel.

Allegoria pulchra.

Venit autē mulier de Samaria haurire aquā. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem ut cibos emerāt. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cū sis,bibere à me poscis quæ sum mulier Samaritana? Non enī cōtuntur Iudæi Samaritanis. Respondit Iesus,& dixit ei: Si scires donū dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuā. Dicit ei mulier, Domine,neq; in quo haurias habes,& puteus altus est: unde ergo habes aquam uiuā? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob,qui dedit nobis puteum? & ipse ex eo bibit,& filii eius,& pecora eius?

Historica expositio.

Chry. Ne quis dicat,quoniā aduersat suo præcepto Samaritanis loquens,posuit euangelista multas causas eius q̄ ad mulierē locutionis. Nō em̄ ad hoc venit antecedēter,vt Samaritanis loqueret. Nō tamē quia ꝓpter hoc non venit,aduenientem ad se expellere oportebat. Dicitur enim: Venit aūt mulier Sa. hau. aquā: vide ꝙ & mulierē ostendit propter çstū exeuntē ad aquam. Aug. Hæc autē mulier forma est ecclesiæ,non iustificatæ,sed iam iustificandæ. Pertinet autē ad imaginē rei,quòd ab alienis venit. Samaritani enim alienigenæ fuerūt,quāquam vicinas terras incolerent: ventura em̄ erat ecclesia de gentibus,& aliena à genere Iudæorū. Theo. Con gruè aūt disputatio ad mulierem à siti sumpsit occasionem. Sequit enim: Dicit ei Iesus, Da mihi bibere. quia secundū humanitatē sitiebat, & ꝓpter laborē & æstū. Aug. li. 83. q. Sitiebat etiā Iesus mulieris illi⁹ fidē, eorū em̄ fidē sitit pro quibus sanguinē fudit. Chry. Dicimus autē domini non solū circa itinera validum robur, sed etiā circa cibaria negligentiā: non em̄ discipuli ei⁹ deferebāt viaticula,propter hoc em̄ subdit: Discipuli autem eius abierant in ciuita. &c. Hinc etiā euangelista ostēdit Christū humilē in eo quòd solus relinquebat,

Figura ecclesię.

Universidad de Biblioteca

& nimirũ poterat ſi vellet aut non omnes emittere,aut
Frugalitas domini Ieſu. abeuntibus illis alios miniſtros habere,ſed noluit.Et-
enim ita diſcipulos aſſuefecit omnẽ ſuperbiã cõculca-
re. Sed fortaſſe dicet aliquis:Quid magnum eſt ſi humi
les erant diſcipuli,piſcatores exiſtẽtes & tabernaculo-
rum factores?ſed repentè facti ſunt oĩbus regibus reue
rentiores,collocutores & ſecutores dñi orbis terrarũ.
Maximè autẽ qui ex humilibus ſunt, quãdo dignitates
quandoq; aſſumpſerint,facilius ad ſuperbiã eleuantur:
velut inexpertè ſe habentes ad tantũ honorẽ.Detinens
igitur diſcipulos dominus in eadẽ humilitate exaudie-
bat eos,vt per omnia ſe reſtringerent. Mulier ergo au-
diens,Da mihi bibere, valde ſapiẽter ad formandã in
terrogationẽ,eum qui à Chriſto accepit ſermonẽ:vnde
ſequit,Dicit ergo illi mulier,Quomodo tu &c. Iudæũ
quidem eum eſſe æſtimauit à figura,& à locutione. In-
tuere verò qualiter mulier inqſitiua erat. Etſi enĩ opor
tebat cuſtodire Ieſum: vt non couteret illi, non tamen
oportebat illam cuſtodire.Non dixit euangeliſta quod
Samaritani Iudæis nõ couterẽtur:ſed ſubdit,Nõ enim
coutuntur Iudæi Samaritanis.Iudæi igitur à captiui-
tate reuertẽtes Zelotypè ſe ad Samaritanos habebãt,
ſicut ad alienigenas &impugnatores.Neq; etiã ſcriptu
ris oĩbus vtebant,ſolũ enim ea q̃ Moyſi ſunt ſuſcipien-
tes,prophetarũ non multã curã habebãt. Contẽdebãt
etiam ſe in nobilitatẽ Iudaicã immittere: vnde & Iu-
dæi eos cum oĩbus gẽtibus abominabant. Aug. Et oĩ-
no eorum vaſculis non vtebant Iudæi.Et quia ferebat
ſecũ mulier vaſculũ,vnde aquã hauriret, eo mirata eſt,
Quæſtio pulchra. quia Iudæus petebat ab eo bibere,quod nõ ſolebant fa
cere Iudæi.Chry. Sed qualiter Chriſtus quæſiuit ab ea
bibere lege non cõcedente?Si autem quis dixerit,quia
præſciebat eam nõ daturã,imò propter hoc,neq; pete-
re oportebat.Eſt igitur dicendũ q̀ ideo petiit,quia in-
differens erat de reliquo tales obſeruantias præterire.
Aug.Ille autẽ qui bibere quærebat, ſitiebat fidẽ ipſius
mulieris:vnde ſequit,Reſpõdit Ieſus,& dixit ei:Si ſci-
res &c.Orig.Nã quaſi dogma quoddã eſt,neminẽ acci-
pere diuinũ donũ ex nõ quærentibus illud:ipſum autẽ
ſaluatorẽ iubet pater poſcere vt det illi, ſecundũ illud:
Poſtula à me,& dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã. Et ipſe
ſaluator dicit:Petite,& dabitur vobis: & ideo ſignãter
dicit,Petiſſes,& dediſſet tibi.Aug.83.q.Hinc aũt oſtẽ-
dit nõ ſe talẽ aquam petiſſe,qualẽ ipſa intellexerat: ſed
quia ipſe ſciebat fidem eius,eidem ſitienti ſpiritum ſan
ctum dare cupiebat.Hãc enim rectè intelligimus aquã
viuam,quod eſt donũ dei: ſicut ipſe ait, Si ſcires donũ.
Aug.ſup.Ioan.Dicit enim vulgo aqua viua illa quæ de
fonte exit:illa enĩ quæ colligit de pluuia in lacunas aut
ciſternas,aqua viua non dicit.Etſi de fonte manauerit,
& in loco aliquo collecta ſteterit,nec ad ſe illud vñ ma
nabat amiſerit,ſed ĩ rupto meatu tanq̃ à fontis tramite
Gratiæ ſpũs ſancti nomina plura ſeparata fuerit,non dicit aqua viua.Chry. Spũs enĩ ſan
cti gratiã quandoq; ſcriptura ignem, quãdoq; aquã vo-
cat,oſtendens quoniã non ſubſtãtiæ ſunt hæc nomina
repræſentatiua,ſed actionis. Per ignis quidẽ appellatio
nem,erectiuũ & cauſale gratiæ,& cõſumptiuũ peccato
rum ænigmaticè inſinuat:per aquæ verò nũcupationẽ,
purgamentũ quod eſt ex ſpiritu,& multũ refrigeriũ re
cipientibus eum mẽtibus oſtendit.Theo. Gratiã ergo
ſpũs ſancti dixit aquã viuã.i.viuificatiuam,refrigerati-
uam,& motiuã. Nam gratia ſpũs ſancti ſemper mouet
illum,qui bona operat aſcenſiones in corde ſuo diſpo-
nens. Chry.Iterũ autẽ dominus eam ab humili ſuſpicio-
ne erexit,qua ęſtimabat eũ vnũ multorũ eſſe:multũ enĩ
honorẽ tribuens,dominũ vocant.Sequit enĩ : Dicit ei
mulier,Domine,neq; in quo hau.ha.&pu.altus eſt:vn-
de ergo habes aquã viuam? Aug. Videte quomodo in-
tellexit aquam viuam.ſ.aquam quæ erat in illo fonte.
q.d.Tu mihi vis dare aquã viuam,& ego fero vnde hau
riam,& tu nõ fers: de hac ergo aqua viua mihi dare nõ
potes,quoniã hauritoriũ non habes : fortè aliũ fontem
p̃mittis.Sed nũquid tu maior es pa. no.&c.Chryſ.q.d.
Non potes dicere q̀ Iacob dedit nobis hũc fontem, &
alio ipſe vſus eſt:etenĩ ipſe & ſui ex eo bibebant, quod
non eſſet ſi meliorẽ alium habuiſſent:de hoc igit fonte
dare non potes,alium autẽ meliorẽ non eſt te habere,
niſi confitearis teipſum maiorẽ eſſe iacob. vnde igitur
habes aquam,quam promittis te daturũ nobis? Theo.
Quòd autẽ dicit,Et pecora eius: oſtenſiuũ eſt abundã-
tiæ aquarũ.q.d.Non ſolũ ſuauis eſt aqua,vt Iacob ex ea
biberet,& filii eius:ſed etiam intantũ eſt abundans,vt
tantæ multitudini pecorũ patriarchæ ſufficiat.Chryſo.
Vide aũt qualiter ſeipſam impulit in nobilitatẽ Iudai-
cam:Samaritani enim Abrahã progenitorẽ ſuum dice-
bant,quaſi à Chaldæa exiſtentẽ:ſed & Iacob patrẽ vo-
cabant,quaſi ipſius exiſtentẽ nepotẽ.Beda. Vel patrem
ſuum Iacob vocat,quia ipſa ſub lege Moyſi vixerat, &
prędiũ quod Iacob filio ſuo Ioſeph dederat poſſidebat.
Orig.Myſticè autẽ fons Iacob,ſcripturę ſunt.ſiquidem
inſtructi in ſcripturis bibunt,vt Iacob & filii eius:ſim-
plices autem & rudes bibunt more pecorum Iacob.

Reſpondit Ieſus,& dixit ei:Omnis qui bibit ex aqua hac,
ſitiet iterũ.Qui autẽ biberit ex aqua,quam ego dabo ei, non
ſitiet in æternum:ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons
aquæ ſalientis in uitam æternã. Dicit ad eũ mulier: Domine,
da mihi hanc aquam,ut non ſitiam,neq; ueniam huc haurire.
Dicit ei Ieſus:Vade,uoca uirum tuum, & ueni huc.Reſpon-
dit mulier,& dixit:Non habeo uirum.Dicit ei Ieſus:Bene di
xiſti,quia non habeo uirum. Quinq; enim uiros habuiſti, &
hunc quem habes,non eſt tuus uir:hoc ueré dixiſti.

Chry.Cùm mulier quæſiuiſſet,nunquid tu maior es
patre noſtro Iacob?non dixit,maior ſum, ne videretur
gloriari:ſed per ea quæ ſubdit, hoc oſtẽdit. Sequit enĩ:
Reſpondit Ieſus,& dixit ei:Oĩs qui bibit ex aqua hac,
ſitiet iterũ: qui autẽ &c.q.d.Si mirabilis fuit Iacob,q̀a
hanc aquam dedit:ſi dabo tibi multo hac potiorẽ,quid
dices?non autẽ ab hac excuſatione, ſed ex ſupereminen
tia cõparationẽ facit.non enim dicit,quoniã hæc aqua
vilis eſt & contẽptibilis:ſed id quod natura teſtat, hoc
ponit.ſ.omnis qui bibit ex aqua hac,ſitiet iterũ.Augu.
Quod quidẽ verũ eſt,& de aqua ſenſibili, & de ea quã
ſignificat illa aqua.etenim aqua in puteo, voluptas eſt Tropologię expoſitio.
ſeculi in profunditate tenebroſa:hic eam hauriunt ho-
mines hydria cupiditatum.nam qui præmiſerit cupidi-
tatẽ, peruenire nõ poteſt ad voluptatẽ. Cũ peruenerit
quiſq; ad voluptatẽ ſeculi huius, nũquid nõ iterum ſi-
tiet?ergo de hac aqua qui biberit, ſitiet iterum. Si au-
tem acceperit à me aquam,non ſitiet in æternum. nam
quomodo ſitient,quia inebriabunt ab vbertate domus
dei?Promitrebat ergo ſaginam quandã in ſatietatẽ ſpi
ritus ſancti.Chry. Hanc aũt excellentiam huius aquæ,
vt.ſ.qui ex ea biberit,nõ ſitiat in æternũ,per ea q̃ con-
ſequunt oſtendit.Sequitur enim:Sed aqua quã ego da-
bo ei,fiet in eo fons aquæ ſa.in vi.æternã.q.d.Sicut qui
fontẽ habet intra ſe poſitũ,nequaquã afficietur ſiti: ita
& qui hanc aquam habet.ſ.quã ego ei dabo.Theo. Nã
aqua quam ego tribuo,ſemp̃ multiplicatur. ſemina enĩ
& principiũ boni ſancti ſumunt per gratiã,ipſi verò ne
gociantur,& operantur ad eius augmentũ.Chry. Vide
autem qualiter mulier paulatim ad dogmatũ altitudi-
nem ducitur.nam primũ quidẽ æſtimauit eũ iniquum
quendã eſſe Iudæum:deinde audiens aquam viuã,ſuſpi
cata eſt de ſenſibili hoc dici:poſtea diſcens quoniã ſpi-
ritualia erant q̃ dicebant,credidit quidẽ quoniã poteſt
aqua ſitis neceſſitatẽ tollere,nondũ autem ſciebat quæ
eſſet hæc aqua,ſed quærebat eam,ſuperiorẽ ſenſibilibus
æſtimans.vnde ſubdit:Dicit ad eum mulier, Domine,
da mihi hanc aquã,vt non ſitiam, neque veniã huc hau
rire.Et ſic eum patriarchę Iacob pręponit,de quo tam
magnam opinionẽ habebat.Aug. Vel aliter:Adhuc illa
mulier carnem ſapit,delectata eſt non ſitire,& putabat
hoc ſecundum carnem ſibi promiſſum eſſe à dño.Dede
rat autẽ deus aliquando ſeruo ſuo Elię vt per dies 40.
nec eſuriret,nec ſitiret.qui hoc potuit dare p̃ 40.dies,
non poterat dare ſemper.delectata aũt tali munere,ro-
gat vt ei aquam viuam daret.vnde ſequit:Dicit ad eum
mulier,Dñe,da mihi hanc aquam &c.Ad laborẽ enim
indigẽtia cogebat,& laborẽ infirmitas recuſabat. vti-
nam audiret:Venite ad me oẽs qui laboratis & onera-
ti eſtis,& ego vos reficiã:hoc enĩ dicebat Ieſus, vt iam
nõ laboraret,ſed illa nondũ intelligebat: deniq; voluit
Tropologica expoſitio. dominus vt intelligeret. vnde ſequitur: Dicit ei Ie.va.
vo.vi.tu.& ve.huc. Quid eſt hoc?per virum ſuũ ei vole
bat aquam illã dare?an quia non intelligebat? per virũ
ſuum eam volebat docere, ſicut apoſtolus dicit de mu-
lieribus:Si q̃ volũt diſcere,domi viros ſuos interrogẽt:
ſed ibi dicitur,vbi nõ eſt Ieſus qui doceat: cũ verò ipſe
dominus aderat,quid opus erat,vt per virũ ei loquere-
tur?nunquid per virũ loquebatur Mariæ, quæ ſedit ad
pedes eius?Chry. Quia igitur inſtabat mulier accipere
aquam promiſſam quærẽs,dicit ei Ieſus,Voca virũ tuũ:
quaſi oſtẽdẽs quoniã & illum oportet his cõmunicare.
hæc autem feſtinans accipere,& rei turpitudinẽ occul-
tans,adhuc æſtimabat ſe ad hominẽ loqui , vnde dicit:
Reſpondit mu.& di.nõ ha.virũ. Hoc audiens Chriſtus
opportunè de reliquo redargutionem inducit.Nam &
priores viros enumerat,& eũ qui nũc occultabatur re-
darguit.vnde ſequitur:Dicit ei Ie.Bene dixiſti,quia nõ
habeo virum.Aug.Intelligas re vera iſtam mulierẽ non
habuiſſe tũc virũ, ſed vtebatur neſcio quo nõ legitimo
viro:vnde ei cõueniẽter myſteria loquit,dicẽs:Quinq;
viros habuiſti.Orig.Vide autẽ ſi poſſibile eſt fontẽ Ia-
cob myſticè totas eſſe ſcripturas,aquã verò Ieſu ea pro
quibus editæ ſunt,q̃ nõ eſt licitũ oĩbus p̃ſcrutari, eo q̀
q̃ſcripta ſunt,dictauerũt hoĩes. Quæ verò oculus nõ vi
dit,nec auris audiuit,nec in cor hoĩs aſcenderũt,in ſcri
pturis non poſſunt redigi,ſed ex fonte aquę ſalientis in
vitam æternam.i.ex ſpiritu ſancto diſciplinæ patefiunt
his qui nondũ humanũ cor geſtant, ſed poſſunt dicere:
Anagogica expoſitio. Non ſenſum Chriſti habemus.Qui ergo nõ ſuſcipit p̃-
funditatẽ verborũ,&ſi ad modicũ quieuerit,denuo inſi
ſtens dubitabit:qui autẽ bibit de aqua Chriſti, ad hoc
promouetur,vt fons omniũ quæſitorũ prorũpat in eo,
ſurſum ſcaturizantibus aquis & peruolãte eius mente
ad cõſequentiã huius aquæ ad vitam æternam.Volebat
autẽ mulier ſine aqua Iacob angelicè & ſuper hominẽ
diſcere veritatem:neque enim angeli indigẽt fonte Ia-
cob vt bibant.ſed quilibet in ſe habet fontẽ aquæ ſcatu
rientis in vitam æternam ab ipſo verbo. Et hoc eſt q̃d
ſubditur:Dicit ei mulier, Domine,da mihi hanc aquã;
ſed impoſſibile eſt hic abſq;,ea quę haurit ex fonte Ia-
cob,aquam capere q̃ datur à verbo:vnde petenti Sama
ritanę aquã videt dicere Ieſus ſe illam prębere nõ alibi
q̃ in fonte Iacob.vnde ſequitur,Dicit ei Ieſus,Vade vo
ca virum tuum,& veni huc.Si enim ſitiamus,idoneum
eſt primò pocula ſumere ex fonte Iacob,ſecũdum autẽ
apoſtolum vir animę lex eſt.Aug.lib.83.q. Quinq; aũt
viros quinq; libros qui p̃ Moyſen miniſtrati ſunt non-
Allegorica curioſa. nulli accipiunt:quod aũt dictũ eſt,Et hũc quem habes,
non eſt tuus vir,de ſeipſo dominũ dixiſſe intelligunt:vt

iſte ſit ſenſus,primò quinq; libris Moyſi quaſi quinque
viris ſeruiſti:nunc autẽ quem habes.i.quem audis,non
eſt tuus vir,quia nondũ in eum credidiſti. Sed quoniã
nondũ credens Chriſto adhuc illorũ quinq; virorum.i.
quinque librorũ copulatione tenebant, poteſt mouerẽ
quomodo dici potuerit,quĩq; viros habuiſti, quaſi nũc
eos iam non haberet? deinde quomodo poteſt intelligi
à quinque illis libris recedere hominẽ,vt ad Chriſtum
tranſeat:cũ ille qui credit in Chriſtũ, nõ relinquendos
illos quinq; libros, ſed ſpiritualiter intelligendos mul
to auidius amplectatur:Eſt ergo alius intellectus.Aug.
ſuper Ioan.Videns enim Ieſus, quia mulier nõ intelli- Tropologicus intellectus.
gebat,& volens eã intelligere: Voca(inquit)virũ tuũ,
id eſt,præſenta intellectũ tuũ. cũ enim ordinata fuerit
vita,intellectus animã regit, ad ipſam animã pertinẽs.
Non enim aliud aliquid eſt q̃ anima.ſed aliquid animę
eſt intellectus. Hoc ipſum animæ q̃d intellectus & mẽs
dicitur,illuminatur luce ſuperiore. Talis lux cum mu-
liere loquebatur,& in illa intellectus non aderat. ergo
dominus tanq̃ diceret,illuſtrare volo,& non adeſt quẽ,
voca(inquit)virum tuũ.i.adhibe intellectũ per quem
docearis, quo regaris.& adhuc illa nondum vocato illo
viro nõ intelligit.Videtur autẽ mihi quinq; viros prio
res animæ,nos poſſe accipere q̃nq; ſenſus corporis:an-
te enim q̃ quiſq; poſſit vti ratione, non regitur niſi ſen
ſibus carnis:ſed cùm cœperit anima capax eſſe rationis,
aut à ſapiente mẽte regitur,aut ab errore : ſed error nõ
regit,ſed perdit.Poſt illos ergo quinque ſenſus mulier
illa adhuc errabat:error autẽ ille nõ erat legitimus vir,
ſed adulter.Dicit ergo dominus: Tolle iſtũ adulterum
qui te corrũpit, & voca virum tuum vt intelligas me.
Orig.Vbi autẽ decebat confutari à Ieſu putatũ Sama-
ritanæ virum,non eſſe virũ,niſi apud fontẽ Iacob? Po-
teſt etiã intelligi ſi vir animæ lex eſt,quod Samaritana
ſecundũ cõgruam acceptionem verborũ legis ritui in-
fidelium tanq̃ viro illegitimo ſe ſubiiciebat. Reuoca-
tur autem ad verbum veritatis quod reſurrecturũ erat
à mortuis,non deinceps moriturum.

Dicit ei mulier:Domine,uideo quia propheta es tu.Patres
noſtri in mõte hoc adorauerũt: & uos dicitis quia Hieroſoly
mis eſt locus ubi adorare oportet.Dicit ei Ieſus:Mulier,cre-
de mihi:quia ueniet hora,quando neque in monte hoc,neque
in Hieroſolymis adorabitis patrem.Vos adoratis quod neſci
tis,nos adoramus quod ſcimus,quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed
uenit hora,& nunc eſt, quando ueri adoratores adorabunt
patrẽ in ſpiritu & ueritate. Nam & pater tales quærit, qui
adorent eum.Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in
ſpiritu & ueritate oportet adorare.

Chry.Mulier autẽ à Chriſto reprehenſa nõn contri
ſtata eſt.neque dimittẽs fugit, ſed admiratur magis &
immoratur.vnde dicitur:Dicit ei mulier,Dñe,vi.quia
propheta es tu.q.d,In hoc q̀ mihi occulta dicis,oſtẽde-
ris propheta eſſe. Augu.Et ſic cœpit ad eam venire vir,
nondũ plenè venit. Prophetã dominum putabat, erat
quidẽ & propheta.nam de ſeidſo ait, Non eſt propheta
ſine honore niſi in patria ſua.Chryſo. Deinde quia hoc
ſuſpicata eſt,nihil mundanum eum interrogauit,nõ de
corporis ſanitate,non de vitiis, non moleſtatur ſitiẽdo
pro doctrinis ſolicita.Aug.Et incipit q̃rere quod illam
ſolet mouere,dicens:Patres noſtri in mõte hoc ado. &
vos di.q̀a Hieroſ. eſt lo.vbi ado.oportet.Cõtẽtio q̀ppe Diſſenſio inter Iudæos & Samaritanos.
fuerat inter Samatitanos & Iudæos, q̀a Iudæi in tẽplo
à Salomone fabricato adorabant deũ:& ideo meliores
ſe eſſe iactabant.Quibus Samaritani dicebãt:quomo-
do iactatis vos,q̀a templũ habetis quod nos non habe-
mus?nunq̀d patres noſtri qui deo placuerunt,in illo tẽ
plo adorauerunt? Melius ergo nos in hoc monte deum

rogamus, vbi patres nostri deum adorauerunt. Chrys. Quod autē dicit, Patres nostri, eos circa Abrahā sunt intelligit: etenim illic aiunt filium suū obtulisse. Orig. Vel Samaritani montē qui dicitur Garizim, iuxta quē Iacob habitauit sanctū reputantes in eo deum adorāt. Sed Iudæi montē Sion sacrum quid arbitrantes, illum locum putant esse electum à Deo. Verùm quia Iudæi a quibus salus processit, exemplū sunt opinantium sanos sermones, Samaritani verò diuersimodè opinantiū: cōgruè Garizim quidē Samaritani significant, quod vocatur distinctio seu diuisio: at Iudæi Sion, quod est speccula. Chry. Christus autē nō soluit quæstionem cōfestim, sed ad altiora mulierē trahit: de quibus non prius ei locutus est, donec confessa est quoniā ꝓpheta est, vt cùm multa certitudine audiat de cætero q̄ dicūtur. vnde sequitur: Dicit ei Ie. Mu. cre. mi. &c. Dicit autem, Crede mihi: quia vbiq; nobis opus est fide matre bonorū, quæ salutis est medicamentū, sine qua nihil magnorū est posse videre: sed qui tentant, assimilant his qui sine naui pelagus tentant transire: qui parū quidem natare sufficiūt, vltra verò procedentes citò mergunt. Aug. Merito aūt iam præsente viro audit mulier, Crede mihi. Iam enim est in te qui credat, cœpisti adesse intellectu: sed nisi ere dideritis, non intelligetis. Alcui. Quòd autē dicit: Venit hora, tēpus euangelicæ doctrinæ quod iam instabat dicit: quando ablata omni vmbra figurarū, veritas pura luce mētes credentiū illustratura erat. Chry. Supuacuum autem erat Christo docere ꝓpter quid patres in monte & Iudæi in Hierosolymis adorabant, ideo hoc tacuit. veruntamen reuerentiores Iudæos indicauit, nō à loco, sed à mente. vnde subdit: Vos ado. quod nes. nos ado. quod sci. quia salus ex Iudæis est. Orig. Quod dico vos, quantū ad vocē, Samaritani quantū ad anagogem, qui erga scripturas alienæ sunt opinionis. Nos quoque quo ad verbū Iudæi, quo ad allegoriā verò ego verbū, qui verè secundū me conformati sunt, obtinentes salutem ex dictis Iudaicis. Chry. Samaritani quidem quod nesciebant adorabant: quoniā localē & particularem deum æstimabāt, nihil de eo plus imaginantes q̄ de idolis. Et idcirco cultū dei cum cultu dæmonū miscuerūt, Iudæi verò ab hac eruti erant suspicione: etenim orbis terrarū eum nouerant esse deū: ꝓpterea dixit, Nos ado. quod sci. Iudæis autē seipsum cōnumerat, secundū opinionem mulieris loquens, quasi propheta Iudæus existens. ideo dixit, Adoramus, cū temen manifestū sit ꝙ ipse est qui ab omnibus adoratur. Per hoc autē ꝙ dicit: Quia sa. ex Iu. est nihil aliud ostendit, q̄ ꝙ orbi terrarū inde salutaria facta sunt. Scire em̄ deū, & idola detestari illinc principium habuit, & alia dogmata: sed ipsum quod est apud nos, à Iudęis orationis principiū habuit. Præsentiā etiam suam salutē vocat quā dicit ex Iudæis esse, secundū illud apostoli: Ex quibus Christus secundum carnem. Vide qualiter applaudit veteri testamēto quod radicē ostendit bonorum, per omnia semetipsum non esse contrariū legi demonstrās. Aug. Multū igitur dedit Iudæis ex quorū persona dixerat, Nos adoramus quod sci. Sed nō ex persona Iudæorum reproborū, sed ex qualibus fuerāt apostoli, quales fuerāt ꝓphetæ, quales fuerant omnes illi sancti, q̄ precia rerū suarū ad pedes apostolorū posuerunt. Chry. Sic igitur super abundantius vobis habent Iudæi ô mulier, in modo adorationis: verūtamen & hic adorationis modus de reliquo finem habebit, vnde subdit: Sed ve. ho. & nunc est quā- do veri adora. ado. pa. in spir. & ve. Quia enim ꝓphetæ ante longa tpa multa prædixerunt, ideo dixit: Et nunc est. Ne æstimes hāc talē esse prophetiā, q̄ post multum temporis impleatur: res iam instat, & in ianuis est. Dixit autē, Veros adoratores, ad distinctionē falsorū, quoniam quidā sunt falsi adoratores, qui tēporalia & caduca quærunt in oratione, siue qui contra hoc quod orant agere non cessant. Chry. Vel dicens, Veros, excludit cū Samaritanis Iudæos. Etsi enim Iudęis meliores essent, tamē futuris multo minores sunt tanq̄ figura veritate. Sunt igitur veri adoratores qui neq; loco circūcludūt dei culturā, & deū spiritu colunt. Orig. Vnde & Paulus dicit: Cū seruio in spiritu meo. Bis autē scribit, Venit hora: & primo quidē non adest, & nunc est. In secundo verò dicitur: Et nunc est. & puto primū quidem notare adorationē præter corpus futurā in perfectione. Secūdum verò eam q̄ fit in vita præsenti perfecta quantum licet humanā procedere naturā. Cùm ergo venerit hora quā dicit dñs, euitandus est mons Samaritanorū, & in Sion vbi est Hierosolyma adorandus est deus, q̄ ciuitas esse dicit à Christo celsi principis. Et hæc est ecclesia vbi sacra oblatio, spirituales victimæ diuinis aspectibus offeruntur ab his qui legē spiritualē intellexerunt. Cùm autē venerit tēporis cōplementū, tunc nequaquā pensandū verum cultū Hierosolymis. i. in præsenti ecclesia amplius pertractari. Neq; enim angeli apud Hierosolymā colūt patrē, sic & qui similitudinē nacti sunt Iudæorū melius q̄ hi qui sunt Hierosolymis colunt patrem. Cùm aūt hæc hora euenerit, patri aliquis in filiū deputatur. Eapropter non dictū est: Adorabitis deū, sed adorabitis patrē. Sed in præsenti colūt patrē in spiritu & veritate veri adoratores. Chryso. Dicit ergo hoc de ecclesia, in qua est vera adoratio & deo cōgrua. vñ subdit: Nam & pater tales quęrit qui adorant eū. Etsi olim volebat eos veteribus immorari, concessit eis figuram, hoc tamen fecit eis condescendēs, vt per hoc ad veritatem inducant. Orig. Si autē pater quærit, per Iesum q̄rit, qui venit q̄rere & saluare quod perierat, quos eruditos veros cultores effici. Quòd aūt subdit: Spirit⁹ est deus, inde abstractū esse suspicor ꝙ ad vitā veram nos perducit. Nam & corporali vita viuificamur à spiritu. Chry. Vel indicat ꝙ deus incorporeus est, oportet igit incorporeā eius culturā esse, hoc est per animā & intellectus puritatem nos ei offerre. vnde subdit: Et eos qui adorāt eū in spiritu & veritate oportet adorare. Quia enim Iudæi animā quidē negligebāt, multū autē circa corpus studiū faciebant id omnifariā purgātes: & ideo ait, quia non corporis mundatione, sed incorporeo qđ est in nobis, hoc est intellectu, quem dicit spiritū, deus incorporeus colitur. Hyla. 2. de tri. Vel cùm in spiritu, deum spiritū docuit adorandū, & libertatē ac sciētiam adorantiū, & adorandi infinitā ostendit: secundū illud apostoli, Vbi spiritus dñi, ibi libertas. Chry. In veritate autem oportet adorare, quia priora figura erant. s. circuncisio, holocausta, & thymiamata: nunc autē totū est veritas. Theo. Vel quia multi putant se deū secundum spiritū. i. animā adorare non rectā opinionem de eo habētes & hęretici, ꝓpter hoc addidit: Et veritate. Fortè etiā dicet aliquis ꝙ duas partes philosophiæ q̄ secundū nos sunt, incitat in prædictis: actionē. s. & contēplationem. per spiritū nanq; actiuum insinuat, secūdum illud apostoli: Qui spiritu dei agunt &c. per veritatem verò contēplatiuum. Vel aliter: Samaritanorū erat opinio ꝙ deus loco cōcluderetur, & ꝙ in hoc loco deum adorari oporteat. Contra quos dicit ꝙ veri adoratores non localiter, sed spiritaliter adorant, Iudæis verò omnia sub figura & vmbra erant, & ideo dicit quòd veri adoratores non in figura adorabunt, sed in veritate. quia enim deus spiritus est, spirituales adoratores quærit: quia verò veritas, veros. Aug. Quærebas montē fortè ad orandum, vt deo esses propinquior; sed ipse qui in altis habitat, humilibus appropinquat. ergo descende vt ascēdas. Ascensiones, inquit, in corde eius, in conualle plorationis quæ humilitatem habet in templo. Vis orare? in te ora, sed prius esto templum dei.

Error Samaritanorum.

Adoratores veri qui sint.

Anagogica expositio.

Deus incorporeus probatur.

Dicit ei mulier: Scio quia Meßias uenit, qui dicitur Christus. Cùm ergo uenerit, ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum.

Chry. Mulier eorum q̄ dicta sunt altitudine fatigata obstupuit: vñ sequit, Dicit ei mulier: Scio qa &c. Aug. Vnctus Latinè, Grecè Christ⁹ est, Hebraicè Messias est. Sciebat ergo quis eum posset docere, sed iam docētem nōdum agnoscebat: vnde subdit, Cùm ergo venerit, ille nobis &c. q.d. Modò Iudæi de tēplo cōtendunt, nos de mōte: cùm ergo ille venerit, & mōtem sperneret, & templū euertet, & docebit nos, vt in spiritu & veritate nouerimus adorare. Chry. Sed vnde erat Samaritanis expectare Christi aduentū? Moysi quidē susципientes legem, ab ipsis Moysi literis hoc nouerāt. Iacob enim de Christo prophetizans dixit: Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Sed & Moyses dicit: Prophetā nobis suscitabit deus de fratribus nostris. Orig. Siquidē non est ignorā dum ꝙ sicut ex Iudæis surrexit Iesus, Christum se esse non solùm dicens, sed ostendēs: sic ex Samaritanis quidam Dositheus nomine asserebat se fore Christum qui prædicabatur. Aug. lib. 83. qæst. Fortasse autem vt intelligētibus indicaret quinq; corporis sensus quinque virorum nomine significari, post quinq; carnales respōsiones quæ supra in litera patent, sexta responsione nominat Christū. Chry. Christus autē de reliquo mulieri reuelat seipsum. vnde sequitur: Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum. Et quidē si circa principium hoc mulieri dixisset, videretur ei ex vanitate loqui: nūc autem paulatim in memoriā Christi eam reducens, opportunè reuelauit seipsum: & quidem Iudæis quærētibus, Si tu es Christus, dic nobis palam: non manifestè seipsum reuelauit, quia non pro discendo quærebāt, sed pro iuriando. Hæc verò ex simplici mente loquebatur.

Sensus quinque notātur.

Vis diuini amoris.

Tropologica expositio.

Et cōtinuò uenerūt discipuli eius, & mirabātur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit, quid quæris, aut quid loqueris cū ea? Reliquit ergo hydriā suam mulier: & abijt in ciuitatē, & dicit illis hominibus: Venite, & uidete hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci. Nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & ueniebant ad eum.

Chry. Expleta doctrina & conuenienter ad tēpus discipuli occurrerunt: vnde dicitur, Et cōtinuò vene. &c. Admirabant quidē superabundantē Christi mansuetudinem & humilitatem: quoniā ita perspicuus existens, sustinuit loqui cum tanta humilitate mulieri incōpi & Samaritanæ. Aug. Quia. s. quærebat perditā, qui venerat q̄rere quod perierat, hoc illi mirabātur. bonū enim mirabant, & nō malū suspicabant. Chry. Sed tamē admirātes nō interrogauerūt causam: vnde subdit: Nemo tamen dixit ei &c. Erant eruditi discipulorū ordinem obseruare, ita eum timebant & venerabant, & nimirū alibi vident cōfidenter interrogare, quia ad eos pertinentia necesse habebant scrutari, hic autē nihil ad eos pertinebat quod fiebat. Orig. Et ferè quidē quasi quodam apostolo ad ciues vtitur hac muliere: adeò eā inflā mans per verba, vt ampliora dimissa iret in ciuitatem relatura conciuibus: vnde sequit: reliquit ergo mulier, &c. Nō curās de corpore ac viliori ꝓpter vtilitatē plurium. Interest quoq; nostra omissis corporeis & neglectis satagere ad impartiendū aliis de cōmodis acquisitis. Aug. Hydria autē græco nomine appellatur tanquā si aquariū diceret, quoniam græcè aqua hydor vocatur.

Modestia Christi mirabilis.

Designatur cibus spiritalis.

Chry. Et sicut apostoli vocati dimiserunt retia, ita hæc dimittit hydriam & euangelistarum opus fecit: & non vnum tantū vocat, sed ciuitatē integrā. vnde sequitur: Et abiit in ciuitatem, & dicit illis &c. Orig. Conuocat quidē illos ad videndū hominē continentē verbū supra hominē. Quæcunq; autē fecit mulier, erat cōtuberniū quinq; coniugum, & post illos conuersatio cū sexto nō proprio viro, quē deserens, & septimo adhærens lagenam dereliquit iam pudica. Chry. Nō verecundata aūt est hoc dicere. Anima enim cū ignita fuerit igne diuino, ad nihil eorū q̄ sunt in terra de reliquo aspicit, neq; ad gloriā, nec ad verecundiā, sed ad vnā solā q̄ detinet eam flammā. Volebat autē nō ex propria annūciatione eos inducere, sed ex auditu ꝓprio eos facere cōmunicatores doctrinę Christi: vnde dixit, Venite, & videte hominē: nō dixit, Venite & credite: sed, venite & videte, quod leuius erat. Nouerat em̄ manifestè qm̄ solū gustātes de illo fonte eadē paterent q̄ & ipsa. Alcu. Paulatim autem venit ad prędicandū Christū, primò vocat hominem ne diceret Christū, auditores irascerent, & nollēt exire. Chry. Vñ etiā neq; manifestè annunciauit Christum, neq; tamen totaliter siluit. sed dixit, Nūquid ipse est Christus? & ideo sermonē eius acceperunt. vnde sequitur: Exierunt de ciuitate &c. Aug. lib. 83. qst. Quod autē relicta hydria discessit mulier, nō negligēcer prętereundū est: hydria enim amorem huius seculi significat, id est cupiditatē: qua homines de tenebrosa profunditate cuius imaginem puteus gerit, hoc est de terrena conuersatione, hauriunt voluptatē. Oportebat autē vt Christo credens seculo rēnūciaret, & relicta hydria cupiditatē secularē se reliquisse demonstraret. Aug. super Ioannem. Proiecit ergo cupiditatē, & properauit annūciare veritatē, discant qui volunt euāgelizare, vt prius hydriam ad puteum proiiciant. Orige. Facta etiam mulier receptaculum honestæ disciplinæ, ea quæ primitus sapiebat parumpendens deponit.

Interea rogabant eū eius discipuli, dicētes: Rabbi, māduca. Ille aūt dixit eis, Ego cibū habeo manducare quē uos nescitis. Dicebant ergo discipuli adinuicem: Nūquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius.

Aug. Ierant discipuli eius emere cibos, & venerant quos Christo offerebant: vnde dicit, Interea rogabant eum eius discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Chry. Videntes enim eum fatigatū ex itinere & æstu qui erat, rogabant eum vulgari eorū voce. Neq; enim erat hoc temeritatis, sed amoris cura circa magistrū. Orig. Arbitrantur aptum fore tempus ad prandiū quod erat inter recessum mulieris ad ciuitatē, & aduētum Samaritanorum ad ipsum: non enim corā aliquo aduena sibi ꝓpinquabāt escas. Ob hoc bene positum est, Interea. Theo. Dñs verò sciens ꝙ Samaritana totā ciuitatem ad eum traheret, hoc discipulis significauit: vnde sequitur, Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quē vos nescitis, Chry. Hominū salutē, hic cibum vocauit, ostēdens quantū desiderium habet nostræ salutis. sicut em̄ nobis cōcupiscibile est comedere, ita ei saluare nos. Tu verò intuere ꝙ non statim reuelat, sed vbiq; in qstionē immittit auditorē, vt incipiens q̄rere quod dicitur, & laborans cū ampliori suscipiat desiderio. Theop. Dicit autem, quem vos nescitis. i. nescitis quòd cibū voco salutem hominum: vel, nescitis quod Samaritani creditori sunt, & salui fient. Discipuli autē adhuc dubitabant: vnde sequitur, Dicebāt ergo discipuli adinu. Nunquid ali. attu. ei mandu. Aug. Quid mirū si mulier illa nō intelligebat aquam: ecce discipuli non intelligūt escam.

Chry. Et quidem assuetam reuerentiam & honorẽ magistro præbent ad seinuicem quidẽ loquẽtes, ipsum verò non præsumentes interrogare. Theo. In hoc autem quòd dicunt discipuli: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Cõsiderandum est quòd cibos ab aliis oblatos dñs suscipere solebat, non quòd alieno ministerio indigeret, qui dat escam omni carni, sed vt deferentes meritum consequerentur, simulq; formam tradens non erubescere paupertatẽ, neq; graue putare ab aliis nutriri. proprium enim & necessarium est doctoribus, alios habere ꝓcuratores ciborũ, vt ipsi de nullo curantes verbi ministrationẽ procurẽt solicitè. g. Aug. Audiuit dominꝰ cogitationes discipulorum, & instruit eos vt magister, non per circuitum sicut mulierem, sed apertè: vnde sequitur, Dicit eis Iesus &c. Orig. Idoneus cibus filio dei cùm actor paternæ voluntatis efficitur, hoc velle in semetipso protestans quod erat in patre. Solus aũt filius perfecti operis paternæ voluntatis est capax, cæteri vero sancti nil præter diuinã peragunt voluntatẽ. Plenam autem & integram facit dei voluntatẽ qui dixit, Meus cibus &c. Proprius enim cibus eius ostendit. Quid autem sit velle patris, innuit sermo sequens: Vt perficiam opus eius. Siquidem simplicius quis asseret, quoniam opus est iussum mãdantis, puta si dicant ædificãtes vel vel fodientes se perficere opus eius qui cõduxit eos, sed si per Christum perficitur opus dei, restat vt priusquam perficeretur erat diminutũ. Qualiter autẽ diminutum erat opus cùm esset dei? perfectio quidẽ operis, rationalis naturę est perfectio: ad huiꝰ enim operis perfectionẽ cùm esset imperfectũ, verbum caro factũ accessit. Cùm enim quodãmodo homo perfectus fieret, ob trãsgressionem factus est imperfectus, & ideo missus est saluator, primo quidẽ vt perficiat voluntatẽ eius qui misit eum, secũdo vero vt cõsumet opus dei: vt quilibet perfectus fiat ad solidi cibi vsum. Theo. Opus etiã dei perfecit. s. hominem dei filius; nostrã naturam in seipso sine peccato ostẽdẽs in omni opere perfectã & incorruptã. Opus etiam dei. s. legem perfecit, quia finis legis Christꝰ eam cessare faciens oĩbus q̃ in ea erant perfectis, & à corporali cultu in spiritalẽ reduxit. Orige. Mysticè autẽ post populi negocium, ac disciplinã distinctionis aquarum, consequẽs erat, & de cibo disceptare. Samaritana quidem petita potum, non habebat præbere Iesu dignum poculũ. Discipuli vero inuenientes humilia pulmenta apud alienigenas ei obtulerunt, rogantes eum vt mãducaret. Et attende si forsan verentur ne verbũ dei, ꝑpriis non vigoratũ escis in eis deficiat. Quæcunq; ergo reperiunt discipuli, his iugiter proponunt verbum alere, vt corroboratũ atq; roboratũ perseueret penes eos qui nutriunt ipsum. Quemadmodũ aũt corpora egentia cibo, neq; eisdem aluntur, neq; eadẽ quantitas ciborũ cũctis sufficiens est: sic intelligendum est, & in his q̃ sunt supra corpus. nam horũ hoc quidẽ plurimi, hoc autẽ paucioris indiget nutrimenti, dissimilis capedinis entia. Sed neq; qualitas alentiũ verborũ atq; intentionẽ contemplatiuarũ operationũ eadem congruit oĩbus. Nam nuper geniti infantes rationale appetũt lac, perfectorum autem est solidus cibus. Veridicus est ergo Iesus, dicẽs: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Semper enim qui præest infimis ac nequeuntibus eadẽ cum validis videre, hoc dicere potest.

Exẽplũ paupertatis in Christo

Opus Christi quid sit.

Exẽplũ ex naturalibus.

Nónne uos dicitis q. adhuc quatuor menses sunt, & meßis uenit? Ecce dico uobis, leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albæ iam sunt ad messem. Et qui metit, mercedẽ accipit: & congregat fructum in uitam æternam. Vt & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est uerbũ uerum: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi uos metere quod uos non laborastis: alij laborauerũt, & uos in labores eorum introistis.

Chry. Quæ sit voluntas patris de cætero interpretatur, dicens: Nõne vos di. ꝙ a. q. m. s. & mes. venit? Theo. Scilicet materialis. Ego aũt dico vobis, ꝙ messis intelligibilis adest: hoc eñ dicebat ꝓpter Samaritanos veniẽtes ad ipsum, vnde subdit: Leuate oculos vestros, & videte regiones: qa albæ sunt iã ad messem. Chry. Rursus consuetis noĩbus ad maximorũ eos cõtẽplationem reducit. Regio eñ & messis hic indicat multitudinem animarũ q̃ paratæ sunt ad prædicationis susceptionem, oculos autẽ hic dicit, & eos qui mentis, & eos qui corporis. Etenim videbant de reliquo multitudinẽ Samaritanorũ venientẽ. Has aũt præparationes hominũ, decenter regiones albatas vocat: sicut enim spicę cũ dealbatæ fuerint, ad messem sunt paratæ: ita & hi ad salutẽ sunt parati. Sed propter quid nõ manifestè dicit ꝙ præparati sunt hoĩes ad susceptionẽ verbi? Duarũ quidem occasionũ gratia: vnius quidem vt manifestior fiat sermo, & magis sub visum dicat quæ dicunt, alterius autẽ dulcior sit narratio, & permanẽtior eorũ q̃ dicunt memoria. Aug. In opus autẽ feruebat, & operarios mittere festinabat: vnde subdit, Et q. metit, mercedẽ accipit, & congregat fructũ in vitam æternã: vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. Chry. Per ea q̃ hic dicit diuidit terrena à celestib⁹: sicut eñ supra dixerat de aqua ꝙ qui bibit hãc aquã, nõ sitiet: ita hic dicit, Qui metit, congregat fructũ in vitã æternã. & iterũ, Qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. Prophetæ eñ sunt qui seminant, sed nõ illi messuerunt, sed apostoli: quia eñ infra dicet, ꝙ alius seminat, & alius metit: ne quis æstimet ꝙ prophetæ seminantes mercede priuent, extraneũ quiddam inducit: & à sensibilibus alienũ: nã in rebus quidẽ sensibilibus si cõtingat alium seminare, & aliũ metere, non simul lætant, sed dolent qui seminant quasi aliis laborantes, lætant autẽ soli qui metunt, hic autẽ non ita. Sed & si non metunt seminantes simul cum metẽtibus lætant, quoniã in mercede cõmunicant. Aug. Disparis enim tẽporis labores habuerunt apostoli & prophetæ, sed gaudio pariter perfruent, mercedẽ simul accepturi sunt vitã æternã. Chrys. Ad hoc autẽ quod dixerat sermonem prouerbialẽ inducit: vnde subdit: In hoc enim est verbum verũ, quia alius est qui seminat, & aliis qui metit. Hoc quidẽ vulgariter dicebat, si quãdo alii labores sustinuerũt, & alii fructꝰ metebãt. Sed & hic sermo iste maximè habet veritatẽ quia ꝓphetæ laborauerũt, sed vos fructus ex illorum laboribꝰ metitis. vñ subdit: Ego misi vos metere qd̃ vos nõ laborastis. Aug. Quid ergo messores misit, non seminatores? Ibi ergo messores mittẽdi, vbi iam ꝓphetæ prædicauerant. Legite labores illorũ, & nõ in oĩbus eorũ laboribus est ꝓphetia Christi: ergo iã in Iudæa messis parata erat, quando tot milia hominũ precia rerum suarũ offerebant, & ad pedes apostolorũ ponentes expeditis humeris à sarcinis secularibus, Christum dñm sequebantur. De ipsa messe iecta sunt pauca grana, & seminauerunt orbẽ terrarũ, & surgit alia messis q̃ in fine seculi metẽda est: ad quam metendã nõ apostoli, sed angeli mittent. Messores (inquit) sunt angeli. Chry. Dicit ergo: Ego misi vos metere qd̃ vos nõ laborastis. q. d. Vbi minor labor est, maior autẽ delectatio ad hoc vos reseruaui: & qd̃ laboriosius erat, hoc fuit prophetarum. s. mittere semina. vnde subdit: Alii labo. & vos in labo. eorum introistis. Per hæc omnia vult ostẽdere, quòd prophetarũ volũtas erat, vt homines ad eũ accederẽt. Et hoc lex ordinabat, & propterea illi seminauerũt, vt hunc facerent fructũ. Ostendit etiã quòd ipse illos misit, & quòd multa est cogna-

Messis duplex ꝺescribitur.

Merces prophetarum & apostolorum.

Allegoriæ myrium.

Notula vtilis.

tio noui ad vetus testamentũ. Orige. Vel aliter totum: Qualiter quidẽ non est incõueniens hoc quod est, Leuate oculos vestros &c. allegorizare. Quòd autẽ dicit: Nõne vos dicitis, quoniã quatuor menses sunt, & messis venit, non secundũ allegoriã tractare? Putamus ergo talia quędã esse in hoc ꝙ dicũt discipuli: Quatuor mẽses sunt, & messis venit. Plurimi eñ discipulorũ verbi animaduertẽtes veritatẽ incõprehẽsibilẽ fore humanæ naturæ, quãdo coniecerunt aliã esse vitam à præsente, q̃ corruptioni quatuor elementorũ quasi quatuor mensium subiicit, putãt solũ post hanc vitam cognitionem esse veritatis. Dicunt igit discipuli de messibus q̃ sunt terminus operũ ad veritatẽ conducentiũ, quia post instantẽ quaternitatem cõtingunt. huiusmodi aũt opinionem argues velut nõ sanã (inquit) verbũ incarnatũ his qui talia suspicant. Nónne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ego aũt hoc dico: Leuate oculos vestros. In pluribus locis scripturæ diuinæ hoc legit iubente nobis verbo diuino extollere, ac sublimare cõsiderationes & cogitationes deorsum cõsistẽtes, nec valent erigi nisi eleuante illas Iesu. Nemo enim consistens in passionibus & viuens carnaliter, hoc propositũ seruat mandatũ: quapropter qui talis est, non videbit regiones si albæ sunt ad messem. Albescũt quidẽ regiones ad messem, cũ adest verbũ dei illustrans singulas regiones scripturæ fœcũdas in eius aduentu: & etiã oĩa sensibilia sunt quasi regiones albę paratę ad messẽ, prẽsto existente leuãtibus oculis ratione q̃ de quolibet est, vt quisquis fulgorẽ prospiciat profusæ vbilibet veritatis. Qui autẽ mittit prędictas messes, duplex habet in metendo emolumentũ: vnũ quidẽ, dum accipit prẽmium. vnde dicit: Et qui metit, mercedẽ accipit: quod arbitror dictũ causa futurarũ remunerationũ. Alterum quod sequit, Et congregat fructũ in vitam æternã. Bonum habitũ quoddã denotat intellectus, qui est fructꝰ ex ipsa speculatione ꝓueniens. Arbitror autẽ ꝙ in qualibet doctrina seminat quidẽ qui principia excogitat, quæ susceptientes alii ac perpetrãtes si quid noui potuerunt exprimere coniungentes fiũt suæ inuentionis gratia, posteris causa vt metendo quasi maturos fructꝰ aggregent. Quanto aũt magis hoc in arte artium expedit contemplari? Siquidem seminãtes sunt Moyses & prophetæ præuenientes aduentũ Christi. Metentes autem sunt apostoli qui Christum susceperunt, & gloriã eius perspexerunt. Semen aũt erat tota ratio secundũ reuelationem mysterii tẽporibus præteritis obfuscati silẽtio: regiones autem. i. legales ac propheticæ scripturę nondum abluerant his qui aduentus verbi nequaq̃ extitẽrũt capaces. Quòd aũt simul serens & metens gaudeat, erit cũ priuatio mœroris & angustiæ in futuro fiet secundo, dum etiam Iesus transfiguraretur in gloria, simul cũ messoribus Petro, Iacobo, & Ioanne, Moyses & Elias satores pariter gaudent in videndo filii dei gloriã. Attende tamen si hoc quod dico aliàs & aliàs intelligi potest, propter aliã & aliã vitæ cõuersationem in qua homines iustificati sunt: vt liceat dicere aliũ quidem legis cultorem, aliũ verò euangelii: & tamen exultant simul dum idem finis ab vno deo per vnũ Christũ in vno spiritu sancto reponit. Ad labores aũt ꝓphetarũ & Moysi aduenerũt apostoli, instruente Iesu metentes ac in horrea colligentes animæ suæ intellectum in scripturis illorum reconditum: & semper qui debitè capiunt discipli nam priorũ labores ad maiorem euidentiã trahunt, nõ tantùm laborantes sunt hi qui semina condiderunt.

Principia scientiarũ sũt semina.

Anagogica expositio.

Ex ciuitate autẽ illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter uerbum mulieris testimoniũ perhibẽtis, quia dixit mihi omnia quæcunq; feci. Cùm uenissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eũ ut ibi maneret. Et mãsit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt propter sermonẽ eius. Et mulieri dicebant, quia iam nõ propter tuã loquelã credimus. Ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est uerè saluator mundi.

Orig. Postq̃ dicta sunt discipulis quæ tractata sunt, resumit scriptura de his qui venerant de ciuitate ad Iesum, & crediderãt per testimoniũ mulieris. Chry. Sicut autẽ in messe cũ facilitate fructus cogregãtur, & in momento vno area manipulis repletur: ita & nũc fit, vnde dicit: Ex ciuitate aũt illa multi crediderunt &c. Considerabant eñ ꝙ nequaquã mulier gratanter cum admirata esset, qui eius delicta redarguerat, nisi magnus qs esset, & excellens qni prædicabat ab illa. Sic ergo solo mulieris testimonio credentes, & nullũ signũ videntes exierunt, deprecantes Christũ vt apud eos maneret: & hoc est quod sequit, Cũ ergo venis. ad il. Samari. rogauerunt eũ vt ibi maneret. Iudæi verò miracula vidẽtes nõ detinuerunt eum apud seipsos, sed omnia egerũt, vt à regione eorũ eum abiicerẽt. Nihil eñ liuore & inuidia deterius, nihil inani gloria difficilius⁹: q̃ infinita corrumpere cõsueuit bona. Et quidẽ Samaritani volebant eum semper secum detinere: ipse autẽ hoc nõ sustinuit, sed solũ mansit ibi duobus diebus post hæc, qd̃ subdit: Et mãsit ibi duos dies. Orig. Nõ incõgruè autẽ aliquis illud obiiciet, quomodo rogatꝰ saluator cũ Samaritanis manet, qui iussit ciuitatẽ Samaritanorum non ingredi? Palã enim quoniã & discipuli eius cũ eo ingressi sunt. Ad quod dicendũ ꝙ in viam gentiũ pergere, est imbui gentili dogmate, & in illo ambulare. Ciuitatẽ verò Samaritanorũ intrare, est acceptare faliã doctrinã recipiẽtium legales, ꝓpheticos, euãgelicos, & apostolicos sermones. Cũ autẽ deseruerint propriã doctrinã, & venerint ad Iesum, licet cũ eis manere. Chry. Et Iudæi quidem etiã signis visis incorrecti manserunt, hi autem & sine signis multã circa eum fidẽ demõstrauerunt: solum enim verba audierũt. vnde sequit: Et multo plu. credi. propter sermonem eius. Cuius igitur gratia hęc verba non dicunt euangelistæ? vt discas quoniã multa magnorum transcurrerunt, à fine verò totum ostenderũt: suasit enim toti ciuitati per ea q̃ dicta sunt. Vbi aũt audito res non persuadent, tunc euangelistæ cogunt dicere ea quæ dicta sunt, ne quod est ex indeuotione auditorum, imputet quis defectui prædicantis. Ipsi autem discipuli Christi iam facti magistrã repulerunt. vnde sequitur: Et mulieri dicebant, quia iam non propter tuã loquelã ere. Ipsi enim audiuimus &c. Vide autẽ qualiter confestim intellexerunt ꝙ orbem terrarũ liberare venerat: & quòd ad cõmunem salutem veniens non debebat in Iudęis suam cõcludere prouidentiã, sed vbiq; seminare sermonẽ. Dicentes etiam quòd est saluator mũdi, ostenderunt quòd mũdus perditus erat in magnis malis existens: & quidem venerunt saluare prophetæ & angeli, sed hic est verè saluator, qui salutem tribuit, non solùm temporaneã, sed æternã. Vide etiã qualiter audientem mulierẽ dubitanter dicentẽ, Nunquid hic est Christus? non dixerunt hi, Quoniã nos suspicamur, sed quoniam scimus: & non simpliciter, sed quoniã hic est verè saluator mundi, nõ quasi vnum ex multis Christum cõfitentes, solùm verba audierunt, & hoc dixerunt, quod dicere habebãt. si miracula multa & magna vidissent. Orige. Cæterum si meminimus prædictorum, non difficile est coniicere quomodo cùm repererint verbum synceritatem, de qua egredientes salutifere credunt: & puto studiosè protulisse Ioannem, cùm non dixit: Rogabant eũ Samaritani intrare tantùm Samariam vel ingredi ciuitatem: sed etiam ibi manere. Manet nanq; Iesus penes

Liuoris detestatio.

Christꝰ orbi aduenit saluifer.

deprecantes:& præsertim quoties qui precatur,exeunt ciuitatẽ,& versus eum veniunt.Augu.Manet apud eos biduo,hoc est dat illis duo præcepta charitatis.Orige. Neq; enim capaces erant tertiæ diei eius,nõ enim erãt auidi miraculosum quid cernere, quale qui fuerant in Chana Galilææ post triduũ cum Iesu cõuiuantes. Initium autẽ credendi multis fuit mulieris verbũ. nõ em̃ sic per seipsum verbum cõficitur, illuminans capientẽ, velut cum alterius dicto sibi testimonium perhibetur. Aug. Sic ergo Christũ cognouerũt. Primo per famam, postea per præsentiam:sicut agitur hodie cũ eis qui foris sunt,& nondũ sunt Christiani : Christ° nunciat per christianos amicos,tanquam illa muliere hoc est ecclesia nunciante ad Christum veniunt : credunt per istam fœminã,& multo plures,& firmius in eo credunt, quoniam verè ipse est saluator mũdi.Orig. Impossibile est nanq; eandẽ circa intellectum fieri passionẽ videnti,& ei qui per videntẽ instruitur: magisq; est per spem ambulare,quàm per fidem.vnde hi non solùm testimonio hominis,sed ob ipsam quoque veritatem credunt.

Allegoricus intellect°.

Post dnos autem dies exiit inde, & abijt in Galilæam:ipse enim Iesus testimoniũ perhibuit, quia propheta in sua patria honorẽ nõ habet. Cùm ergo uenisset in Galilæã, exceperunt eum Galilæi.cũ omnia uidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo.Et ipsi enim uenerant ad diem festum.

Alcun.Post biduum quod fecit in Samaria, abiit in Galileã vbi nutritus fuerat.vnde dicit: Post duos autẽ dies &c.Aug.Mouet autem nos,vt euangelista dixerit consequẽter: Ipse enĩ Iesus testimoniũ perhibuit, quia propheta in sua patria honorẽ non habet. Magis em̃ videtur attestari potuisse,q̃ propheta in patria sua honorem non habet,si cõtineret pergere in Galilæam, & in Samaria remansisset. Hoc ego sentio : in Samaria biduum fecit,& crediderunt in eũ Samaritani:tot dies fecit in Galilæa, & non crediderunt in eum Galilæi : & propter hoc dixit,q̃ propheta in patria sua honorẽ nõ habet.Chry.Vel aliter:Ideo hoc adiectum est, quia nõ Capharnaum abiit,sed in Galilæam & in Chana,vt infra dicet:ego enim patriam eum hic estimo dicere Capharnaum,quoniã autẽ non potitus est illic honore,audi eum dicentẽ:Et tu Capharnaum quæ vsq; ad cœlum exaltata es,vsq; ad infernũ descẽdes.Dicit autẽ hic patriam propriã in qua videtur plus cõuersat°.Theo.Vel aliter:Quia dñs exiens de Samaria venit in Galileam, ne aliquis dubitaret & quæreret,qua de causa nõ semper in Galilæa maneret:dicit quòd ꝓpter hoc non manebat in Galilæa,quia nullũ ibidẽ recipiebat honorẽ: quod ipse testatus est,dicens:quia ꝓpheta in sua patria non habet honorẽ.Orig.Perscrutanda est autem huius dicti sententia.Patria siquidẽ prophetarũ in Iudea erat: & est non ignotũ quòd honorẽ à Iudeis nequaquã sunt consecuti:iuxta illud, Quémnam prophetarũ non persecuti sunt patres vestri? Miranda etiam occurrit huius decreti veracitas, cũ peruenerit non tantũ ad sanctos prophetas vilipensos à propriis, & ipsum dñm nostrũ: sed protensa sit etiam in quosdam prophetiæ sequaces contẽpos à suis ciuibus,& ad mortẽ deductos.Chryso. Quid igit?nónne videmus & apud suos multos in admirationem deductos? ita quidem,sed ab his quæ raro contingunt,non oportet talia pronunciari.Sed &si in propria patria aliqui honorant,multo magis in aliena. Consuetudo enim facile hoies contẽptibiles facere consueuit.quando igitur venit in Galilæam,susceperũt eũ Galilei.Vnde sequit:Cùm ergo venisset in Ga.exce.eum Ga.Vides quoniã qui mali dicebantur, hi maximè ad Christum accedere inueniuntur. Nã propter Galilæos dicitur, Interroga & vide quoniã propheta ex Galilæa non surrexit:propter Samaritanos autẽ improperabãt ei,Samaritanus es,& dæmoniũ habes.Sed ecce Samaritani & Galilæi credunt in cõfusionem Iudæorum. Inueniuntur autẽ & Galilæi Samaritanis meliores: nam illi quidẽ à mulieris crediderunt verbis, hi verò videntes signa quæ faciebat.vnde sequit: Cùm oĩa vidissent quæ fe.Hiero.in die festo.Orig.Quòd enim dñs eiicit de templo vendẽtes oues & boues,tam grande reperitur,vt his moti Galilæi reciperent dñm,considerantes miranteq; maiestatẽ eius:non em̃ minor potentia eius ostendit in his,q̃ vt cæci videant,audiantq; surdi. Aestimo verò nec hęc sola ipsum tũc feciſſe,sed & alia signa. Beda.Sed vnde data est eis videndi occasio, ostẽdit subdens:Et ipsi enim venerant ad diem festus.Mysticè aũt intimat quòd gentibus in fide à duobus præceptis charitatis consolidatis,Christus circa fines mundi reuertetur ad patriam.i.ad Iudæos. Orige.Expedit autem Galilęam.i.transmigrantẽ festare Hierosolymis,vbi est tẽplum dei,& videre singula quæ peragit ibi Iesus. Hoc enim est principiũ,vt Galilæi recipiant dei filium euntem ad ipsos:alioquin vel nõ recepissent illum, vel etiã ipse nõdum ipsis præparatis ad eius receptionem adeò ptopè venisset ad eos.

Allegorica expositio.

Venit ergo iterum in Chana Galilææ,ubi fecit aquam uinum. Et erat quidam regulus,cuius filius infirmabatur. Hic cùm audißet quia Iesus aduenisset à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum,& rogabat eũ ut descenderet & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum:Nisi signa & prodigia uideritis,nõ creditis. Dicit ad eũ regulus: Domine, descende priusquã moriatur filius meus. Dicit ei Iesus:Vade, filius tuus uiuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autẽ eo descendente,serui occurrerũt ei, & nũciauerũt,dicentes,quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei,quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat,in qua dixit ei Iesus,Filius tuus uiuit : & credidit ipse,& dom° eius tota. Hoc iterum secundũ signum fecit Iesus,cùm uenisset à Iudæa in Galilæam.*

* Capharnaũ

Chrys.Primo quidẽ dñs vt suprà dictũ est in Chana galilææ venerat vocatus ad nuptias. Nunc autẽ ad eos vadit,vt magis eos attrahat sponte ad eos veniens propria patria dimissa:& vt fidem à priori miraculo in eis initiatũ fortiorẽ faceret propter suam præsentiã.Augu. Ibi enim quando aquã in vinum cõuertit, crediderunt in eũ discipuli eius:& vtiq; plena domus erat turbis cõuiuãtiũ:& factũ est tã magnũ miraculũ,& non crediderunt nisi discipuli eius:& ideo hãc ciuitatẽ modo repetiuit.s.vt qui pet priora non crediderant,modò credãt. Theo.Rememorat aũt nobis euãgelista miraculũ perpetratum in Chana galilęæ de qua conuersa in vinum, vt augeret Christi præconium:quia galilæi nõ solũ propter miracula Hierosolymis facta, sed & ꝓpter ea quæ apud ipsos facta erant receperunt Iesum,simulq; vt ostẽderet quòd regulus credidit propter miraculũ in Chana perpetratum, quanuis eius non perfectè cognouerit dignitatẽ.vnde sequitur:Et erat quidam regulus,cuius filius infirmabatur Capharnaum.Orig.Putabit autem aliquis regis Herodis hunc esse regulũ: & aliquis asserit hunc esse de familia Cæsaris,exercentẽ tunc tẽporis aliquid in Iudæa:neq; enĩ dicitur quòd Iudæus fuerit. Chry.Regulus autẽ dicit,aut quasi generis existens regalis,aut dignitatem aliquam principatus habens, aut quia sic vocabat.Igit quidã hunc eundẽ esse existimant centurionẽ,qui est apud Matthæmu. Ostẽditur autem alius esse ab eo:nam ille quidem Christum volentẽ ire ad suam domum rogat remanere: hic auuem & nihil tale promittentẽ ad domum trahit.Et ille quidem ad Iesum de monte descendentem Capharnaum intrauit, hic autem ad Iesum in Chana veniẽtem accessit. Et illius quidẽ puer à paralysi detinebatur,huius autẽ filius à febre.De hoc ergo regulo subdit: Hic cùm audiss. qa Iesus adue.à Iud.in Gali.abiit ad eum,& rog. eum &c. Aug.Qui rogabat nónne credebat? Quid à me expectas audire?dũm interroga quid de illo senserit.Sequit enim:Dixit ergo Iesus ad eũ,Nisi signa & prodigia vide.non ere.Arguit hominẽ in fide tepidũ,aut frigidum, aut omnino nullius fideiſed tentare cupientẽ de sanita te filii sui,qualis esset Christus, quid esset,quantũ posset.Prodigiũ quidẽ appellatum est quasi porrodiciũ qđ porrò dicat,porrò significet, & futurũ aliquid portendat.Aug.de con.euan.Adeò autẽ dominus supra omnia mutabilia vult mẽtem credentis attollere, vt nec ipsa miracula quæ q̃is diuinitus de mutabilitate corporũ fiunt,à fidelibus queri velit.Greg.Sed mementote etiã quæ petiit,& apertè cognoscetis qa in fide dubitauit. Popoſcit nanq; vt descẽderet & sanaret filiũ eius,vnde sequitur:Dicit ad eum regulus: Dñe,descẽde priusquã moriatur filius meus.Min° itaq; in illo credidit, quem non putauit posse salutẽ dare nisi præsens esset & corpore.Chry.Audi etiã qualiter adhuc terrenè Christũ trahit,quasi non posset eum post mortẽ suscitare.si aũt non credens venit & rogauit,nil mirabile. Cõsueuerũt em̃ patres ex multo amore nõ solùm medicis loqui de quibus confidũt,sed de quibus non cõfidunt,nihil volẽtes prætermittere eorũ quæ ad salutẽ pertinent filiorum.si tamen valde crederet Christi virtutem,non neglexisset etiam in Iudæam ire.Greg. Sed dominus qui rogat vt vadat,quia non desit vbi inuitatur indicat:solo iussu salutem reddidit,qui volũtate omnia creauit.vnde sequitur, Dicit ei Iesus:Vade,fili° tuus viuit. Hic supbia nostra retundit qui in hoĩbus non naturã qua ad imaginẽ dei facti sunt,sed honores & diuitias veneramur.Redẽptor verò noster vt ostẽderet quoniã q̃ alta sunt hoĩb°, sanctis despicięda sunt:& quæ despicienda sunt hoĩb°, despicięda nõ sunt sanctis.Ad filiũ reguli ire noluit, ad seruũ cẽturionis ire paratus fuit.Chry. Velaliter: Illic quidẽ fides confirmata erat, idcirco & promisit ire, vt discamus viri deuotionẽ:hic autem adhuc imperfectus erat,& nondũ nouerat manifestè ꝓ absens curare potet:vnde ex hoc ꝓ non accedit Iesus, hoc addiscit. Sequitur enim: Credidit homo sermoni quẽ dixit ei Iesus,& ibat.Non tamen integrè neq; sanè.Orig.Ostenditur autẽ eius dignitas & officium ex hoc,ꝓ seruiẽtes illi occurrunt.vnde sequitur: Iam autem eo descendẽte serui occurrerunt ei &c.Chry.Qui quidẽ obuiauerũt, non vt annunciarẽt solũ, sed quasi æstimantes de reliquo superfluam esse Christi præsentiam quẽ credebãt accedere.Quòd autẽ regulus non integrè credidit,neque sanè,ostẽditur ex hoc quod sequitur: Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat.Volebat em̃ scire vtrum casu vel ex pręcepto Christi hoc factũ esset. Sequit:Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris.Vide qualiter miraculum manifestũ est: nõ enim simpliciter,neq; vt cõtingit à periculo liberatus est,sed repentè & simul:vt appareat non esse ex naturæ consequẽtia quod fiebat,sed actione Christi.vnde sequitur:Cog.ergo pa.quia illa ho.erat in qua dixit ei Ie.Filius tuus vi.& cre.ipse & do.eius to.Augu.Si ergo propterea credidit quia nunciatũ est ei ꝓ filius eius esset sanus,& cõparauit horã nũciantiũ horę pænũciãtis:quãdo rogabat,nõdũ credebat.Beda.Vnde dat intelligi & in fide gradus esse,sicut & in aliis virtutibus, quib° est initium,incrementum,atq; perfectio. Huius ergo fides initiũ habuit,cùm filii salutẽ petiit:incrementũ dũ credidit sermoni dñi, dicentis: Filius tuus viuit. Deinde perfectionẽ obtinuit,nũciantibus seruis. Augu.Ad solũ sermonẽ crediderũt plures Samaritani. Ad illud miraculũ sola illa domus credidit,vbi est factũ. vnde subdit euangelista:Hoc iterũ secundũ signũ fecit Iesus,cum venisset a Iudæa in Galilæã.Chry.Non sine causa hoc adiecit,sed ostendẽs quoniã secũdo signo facto, nondũ ad altitudinẽ Samaritanorũ nullũ signum videntiũ Iudæi peruenerãt.Orig.Amphibologiã autẽ cõtinet præsens dictum,vno enim modo denotat ꝓ Iesus veniẽdo à Iudæa in Galilæam duo fecit miracula,quorũ secundũ est factum erga filiũ reguli,alio modo sic:Duobus existentibus signis quæ Iesus in Galilæa exercuit,secũdũ egit veniens à Iudæa in Galileã,& hic sensus verus est. Mystice autẽ per hoc quòd Iesus bis in Galilæã accedit,binus saluatoris aduẽtus in mundũ ostendit: primus quidem misericordię,vt vino facto cõuiuas exhilaret: secũdus verò vt filiũ reguli ad mortẽ penè deductũ suscitet, id est populũ Iudæorũ qui post plenitudinẽ gentiũ accedet saluandus in fine.Magnus autẽ rex regũ est qui cõstitutus esse à deo in monte Sion sancto eius,huius qui viderunt diẽ,& gauisi sunt,reguli dinoscũtur. Arbitramur igitur regulũ,esse Abrahã: ægrotũ verò filiũ eius, Israeliticũ genus debilitatũ erga cultũ diuinũ : & ideo incaluit ignitis spiculis inimici,vt proinde febrire censeatur.Apparet aũt ꝓ præcedentibus sanctis postq̃ carnis exuerunt amictũ populus fuit curæ: vnde legitur in Machabeis post mortem Hieremię,Hic est Hieremias propheta dei,qui plurimũ orat pro populo.Abrahã igitur obsecrat adiuuari à saluatore populũ infirmum. & quidẽ potestatis verbũ de Chana prodit, vbi dictũ est, Filius tuus viuit.Sed verbi efficacia in Capharnaũ agitur.nam ibi filius reguli curatus est quasi in agro consolationis morãs,quod significat genus quoddã debiliũ, non tamen omnino fructibus priuatorũ.Illud aũt,Nisi signa & prodigia vi.nõ ere.dictũ illi,refertur ad multitudinẽ filiorũ suorũ,& ad ipsum quodã modo.sicut em̃ Ioannes expectabat datũ sibi signũ.s.super quẽ videris spiritũ descendentẽ: sic & præmortui sancti aduentum Christi in carnẽ,& signis & prodigiis manifestũ expectabãt.Habebat aũt hic regulus nõ solùm filiũ, sed etiã seruos,per quos significat maneries quædã minus bene & infirmè credentiũ.nec à casu hora septima deserit filium febris:nam septenarius numerus est quietis. Alcu. Vel quia per septiformẽ spiritũ est oĩs remissio peccatorum.Septenarius em̃ in tria & quatuor diuisus significat sanctã trinitatẽ in quatuor anni tẽporibus, in quatuor mundi partibus,in quatuor elementis. Orig.Possunt quoq; significari duo aduẽtus Christi verbi ad animam:primus quidẽ ex facto vino ꝓbens animę gaudiũ spiritualis cõuiuii,secũdus verò oĩs lãguoris ac mortis reliquias amputãs.Theo.Regulus aũt est oĩs homo,nõ solũ qui regi vniuersorũ propinquus existit secundum animã,sed quia & ipse super oĩa principatũ sumpsit, cuius filius.i.mẽs febricitat voluptatib° prauis & desideriis.Accedit aũt ad Iesum & deprecatur vt descendat, id est vt condescẽsu misericordiæ vtatur,& parcat peccatis priusq̃ à voluptatũ infirmitate mortificetur. Sed dñs dicit:Vade.i.profectũ continuũ circa bonum ostendas:& tunc filius tuus viuet. Si autẽ ambulare cessaueris,mortificabit tibi intellectus circa boni operationẽ.

Galilæorum obstinatio.

Consuetudo reddit cõtẽptibiles.

Allegoricus intellect°.

Prodigii ratio.

Exẽplo Iesu docemur.

Centurionis diguitas.

Gradus in fide sunt.

Regul° quis sit.

Aduẽtus Iesu duplex.

Remissio peccatorum significatur septenario.

CAPVT V.

Post hæc erat dies festus Iudæorũ, & ascendit Iesus Hierosolymã. Erat autem Hierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur hebraicè Bethsaida,quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentiũ,cæcorũ, claudorũ,aridorũ,expectantiũ aquæ motum. Angelus autem

domini descendebat secundū tēpus in piscinā, & mouebatur aqua. Et qui primus descēdisset in piscinā post motionē aquæ, sanus fiebat à quacūq; detinebatur infirmitate. Erat aūt quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cùm uidisset Iesus iacentē, & cognouisset quia iam multū tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominē non habeo, ut cùm turbata fuerit aqua mittat me in piscinā: Dum uenio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabbatū tuū, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabbatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatū in die illo. Dicebāt ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatū est, non licet tibi tollere grabbatū tuum. Respōdit eis: Qui me sanum fecit ille mihi dixit, tolle grabbatū tuum & ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo, qui dixit tibi tollē grabbatum tuum. & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco.

Aug. de con. euan. Post miraculū in Galilæa factū, inde Hierosolymā redit: vnde dicitur, Post hæc erat, &c. Chry. Mihi videtur q̄ erat dies festus Pentecostes, ascē dit aūt Iesus Hierosolymā semp in festis diebus, vt cū eis dies festos faciens nō videatur legi cōtrarius, & ob hoc multitudinē simplicē per signa & doctrinam attrahat. maximè em̄ in diebus festis hi qui iuxta positi erāt cōcurrebant. Sequitur: Erat autē Hiero. probatica &c. Alcui. Probaton græcè ouis dicitur, probatica ergo piscina pecuaria dicitur, vbi sacerdotes cadauera hostiarum abluebant. Chry. Decebat quidē baptista dari pec cata purgans, cuius imago præscripta fuit in piscina, & in aliis pluribus: & primū quidē dedit deus aquam expurgantē corporū sordes & inquinationes nō existentes, sed opinatas, puta eas q̄ a funere, & quæ à lepra, & ab aliis talibus: deinde infirmitates diuersas per aquas facit solui, vnde sequit: In his iacebat multitudo lāguētium &c. Volens em̄ deus propinquius adducere ad baptismi donū, non adhuc inquinamenta solùm mundat, sed etiā ægritudines sanat. sicut enim ministri qui prope regem sunt, his qui sunt à longè clariores sunt: ita & in figuris fit. Non autē simpliciter sanabat aquarum natura, semper enim hoc fieret, sed in⁹ angeli descensione. vnde sequitur. Angelus aūt domini descendebat scdm tempus in pisci. & mo. aqua. Sic enim & in baptizatis non simpliciter aqua operatur, sed cū spirit⁹ sancti susceperit gratia, tūc omnia soluit peccata. Angelus enim descendens turbabat aquā, & sanatiuā imponebat virtutem: vt discant Iudæi, quoniā multo magis angelorū dominus omnes ægritudines animæ sanare potest: sed tunc quidē infirmitas impedimentū volenti curari fiebat. Subditur enim: Et qui prior descen. in piscinā &c. Nunc autē vnusquisq; accedere potest, non enim angelus est qui turbat aquā, sed angelorū dominus q̄ omnia operatur: sed & si orbis terrarū vniuersus veniat, gratia non consumitur, sed similis manet. Sicut enim solares radii per vnāquanq; illuminant diē, & non cōsumūtur, neque à multa largitione minor fit solis lux: ita & multo amplius spiritus sancti actio in nullo minuitur à multitudine eorū qui potiūtur ea. Hoc autem fiebat. s. vt vnus tantū post motionē aquę sanaretur, vt qui didicerant quoniā in aqua ægritudines corporis sanabātur, in hoc per multū tempus exercitati facilè crederent, q̄p & ægritudines animæ aqua sanare potest. Aug. Plus est autem q̄ Christus vitis sanauit animarum, quàm quod sanauit languores corporū moriturū: sed quia ipsa anima nō eum nouerat à quo sananda erat, & oculos habebat in carne vnde facta corporalia videret, & nondum habebat in corde vnde deum latenter cognosceret, fecit quod videri poterat, vt sanaretur vnde videri nō poterat. Ingressus est locum vbi iacebat multitudo lāguētium, de quibus elegit vnū vt sanaret, de quo subditur: Erat aūt qui. homo &c. Chry. Non autē confestim eum à principio sanauit, sed primū eum familiarē sibi facit, per interrogationem futuræ fidei faciens viā? Non autem expetit fidem, vt in cæcis fecit, dicens: Creditis q̄ possum hoc facere? quia hic nondū nouerat eū manifestè quis esset. Nam illi quidē ex aliis eius virtutem cognoscentes, cōuenienter hęc auderant. Alii verò nondū eum cognoscētes, sed per signa eū cognituri post miracula requirunt de fide. vnde sequit: hunc cū vidisset Iesus iacentē, & cognouisset quia multū &c. Nō hoc q̄rit vt discat, hoc em̄ superfluū esset, sed vt ostenderet istius patientiā, qui triginta & octo annos habēs, per vnumquenq; annū eripi ab ægritudine expectās assidebat, & non desistebat. Et vt cognoscamus ꝓpter quam causam dimittens alios ad hūc venit: & non dicit, Vis te curabo? nondū enim aliquid magnum imaginabatur ille de Christo, nō autē turbatus est ad interrogationē, neque dixit iniuriari mihi venisti? quādo interrogas si volo sanus fieri, sed mansuete respondet. Sequit enim: Respōdit ei lang. Dñe, hominē non habeo, &c. Non nouerat quis esset qui interrogabat, neq; q̄ curaturus esset eū. Opinabatur aūt fortasse vtilē sibi fore Christū ad mittendū eū in aquā, sed Christus ostendit q̄ verbo omnia potest facere. vnde sequitur, Dicit ei Iesus: surge, tolle grabbatum tuum, & ambula. Aug. Tria dixit, sed surge non operis imperiū fuit, sed operatio sanitatis. Sano autem duo imperauit. Tolle grabbatū tuum, & ambula. Chry. Intuere diuinæ sapientiæ superabundantiā: non solùm sanat, sed & lectū portare iubet: vt & credibile faceret miraculū, & nullus existimet phātasiam esse qđ factū est. Non enim nisi certissimè & vehementer compacta essent membra, lectulū ferre possent. Audiens autem languidus, quoniam cum potestate & velut iubens dixit: Surge, tolle grabbatū tuū: non derisit, dicēs: Angelus descendit, & turbat aquā, & solum vnum curat. Tu autē homo existens, ex solo præcepto speras te magis angelis posse: sed audiuit, & nō discredidit ei q̄ iussit, & sanus factus est. vnde sequitur: Et statim sanus factus est homo, &c. Beda. Multum quippe inter sanationem domini, & quæ à medicis infertur distare ꝓbatur: hæc videlicet voce iubentis, & mox impletur, illa verò per multa tēporis interualla aliquoties perficit. Chryſ. Igitur mirabile quidem est hoc, quæ autē sequent, multo maiora erunt. Nam in initio quidē nullo molestante suaderi non ita mirabile est, sicut q̄ post insanientibus Iudæis & accusantibus Christo obediuit, vt ostendit euangelista consequenter dicēs: Erat autem sabbatum in illo die. Dicebant ergo Iudæi &c. Aug. Non calūnia bantur domino, quia sanū fecerat sabbato, quia eis respondere posset, quia si cuiusquā iumentū in puteū ceci disset vtiq; die sabbati erueret illud & saluaret: sed qui portabat grabbatum suum. quasi dicant: si sanitas non erat differenda nunquid & opus fuerat imperandum? sed ille auctorem sanitatis suæ obiiciebat calumniatoribus. vnde sequitur: Respondit eis, qui me sanū fe. il. mihi dixit: Tolle grabbatū tuū, & ambula. q.d. quare non acciperem iussionem à quo acceperam sanitatē? Chryſ. Nimirum si malignari vellet, poterat dicere: Si crimen est, accusate eum qui iussit, & deponā lectulū: sed & curationem vtiq; occultasset. Etenim sciebat non ita eos esse morsos ex sabbati solutione, sicut ex infirmitatis sanatione: sed neq; hoc occultauit, neque veniam petiit, sed clara voce beneficium confessus est: illi verò malignè interrogauerunt, vnde subditur: Interrogauerunt

Iesus interest festis diebus.

Figura baptismi

Gratia spiritus sancti largissima.

Interrogatio dispensati.

Claritudo miraculi.

Errore fellitur.

ergo eum, quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabbatum tuū, & ambula? Non dicūt, quis est qui fecit te sanum? sed in medium inducunt id quod transgressio æstimabatur. Sequitur: Is autē qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Iesus autē declinauit à tur. const. in loco. Et primū quidē vt eo absente testimoniū insuspicabile fieret. Qui enim adept⁹ fuerat sanitatē, idoneus erat beneficii testis. Demū vt non plus faceret furorem illorū accēdi. Solus em̄ visus eius cui inuidēt, non paruam inuidētibus immittit scintillā, propterea discedēs permisit ab ipsis suum factū examinari. Quidā æstimāt hunc paralyticū esse eū, q̄ in Matthęo positus est: sed nō est. Ille em̄ multos habebat sui curā habentes, & eū ferentes: hic aūt nullū. Sed & locus vtrorūq; diuersus est. Aug. Si quidē mediocri corde & humano ingenio consideremus hoc miraculū facientē, quod ad potestatem pertinet, nō magnū aliquid fecit: & quod ad benignitatem, parū fecit. Tot iacebāt, & vnus curatus est, cū posset vno verbo oēs erigere. Quid ergo intelligendū est, nisi q̄ potestas illa & bonitas magis agebat quid animæ in factis eius pro salute sempiterna intelligerent, q̄ quid pro tēporali salute corporis merērent. In illis em̄ factis quicquid tēporaliter sanatū est in mēbris mortalibus in fine defecit: anima quæ credidit, ad vitā æternam transitū fecit. Piscina illa & aqua illa, populū mihi videtur significasse Iudæorū: significari em̄ populus nomine aquarū, apertè nobis indicat apocalypsis Ioannis. Beda. Bene autē piscina probatica fuisse describit. Ille enim populus ouis nomine significat, secundū illud psalmi: Nos popul⁹ tuus, & oues gregis tui. Aug. Aqua ergo illa. i. populus ille quinq; libris Moysi tanq̄ quinque porticus claudebat, sed illi libri prodebāt lāguidos non sanabāt. Lex em̄ peccatores conuincebat, nō absoluebat. Beda. Deniq; multa genera languentiū in eadem iacuerūt: cæci. s. qui sciētiæ lumine carent: claudi, qui ad ea q̄ iubent impleda vires nō habent: aridi, qui supernę dilectionis pinguedine carēt. Aug. Venit autē Christus ad populū Iudæorū, & faciendo magna, docēdo vtilia, turbauit peccatores. i. aquā p̄sentia sua, & excitauit ad passionē suam, sed latens turbauit. Si em̄ cognouissent, nunq̄ dñm gloriæ crucifixissent. Subitò em̄ videbatur aqua turbata: & à quo turbabat, nō videbat. Descēdere ergo in aquā turbatā, hoc est humiliter credere in dñi passionē. Ibi sanabat vnus, significans ecclesiæ vnitatē: postea quisquis venerit, nō sanabat: quia quisquis prēter vnitatē fuerit, sanari nō poterit. væ illis qui oderūt vnitatem, & partē sibi faciunt in hoībus. Habebat autē 38. annos in infirmitate qui sanatus est, hic em̄ numer⁹ ad languorē pertinet magis q̄ ad sanitatē. Quadragenarius enim numerus sacrat⁹, nobis in quadā perfectione cōmēdatur, quia lex in decē præceptis data est: & prędicanda erat per totū mundū, qui quatuor partib⁹ cōmendatur. Denarius autē per quatuor multiplicatus ad quadragenariū peruenit, vel quia per euangeliū quod quatuor libros habet impletur lex. Si ergo quadragenarius numerus habet perfectionē legis, & lex nō implet nisi in gemino præcepto charitatis: quid miraris q̄ lāguebat qui xl. minus duos habebat? necessarius erat illi homo ad sanitatē. Sed homo ille, qui & deus est: & quia illum iacentē duobus minus inuenit, quia duo quædam iubendo quod minus erat impleuit. In duobus em̄ dñi iussis, duo præcepta significata sunt charitatis. Dei dilectio prior est ordine præcipiendi, proximi aūt dilectio prior est ordine faciendi. Dicit ergo: Tolle grabbatum tuum. q.d. Cùm esses languidus, portabat te proximus tuus: sanus factus es, porta proximum tuum. Dicit etiā, Ambula. Sed quo iter agis, nisi ad dominū deū tuum? Beda. Quid enim est dicere: Surge & ambula? nisi à torpore & ignauia in quib⁹ prius iacebas erigere, & in bonis operibus proficere studē? Tolle grabbatū tuū. i. proximū tum à quo portaris, & ipse patienter tolera. Aug. Porta ergo eum cum quo ambulas, vt ad eū peruenias cum quo manere desideras. Ille autē nondū Iesum nouerat, quia & nos credimus in eum quem nō videmus: & vt non videatur, declinat à turba. Quadam solitudine intētionis videtur deus, turba strepitum habet, visio ista secretum desiderat.

Allegoria pulchra.

Subtilissima expositio.

Postea inuenit eū Iesus in tēplo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid cōtingat. Abiit ille homo, & nunciauit Iudæis, quia Iesus esset qui fecit eū sanū. Propterea persequebātur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Iesus autem respondit eis, Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebāt eū Iudæi interficere: quia nō solū soluebat sabbatū, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo.

Chry. Curatus homo nō secessit ad nūdinas, neq; voluptati aut vanæ gloriæ dedit seipsum, sed in tēplo conuersabatur, quod maximè religionis est signū. vnde dicitur, Postea inuenit eū &c. Aug. Dñs quidē Iesus & in turba eū videbat, & in tēplo. Ille autē languidus Iesum in turba nō agnoscit, in tēplo agnoscit in loco sacrato. Alcui. Quia si gratiā cōditoris cognoscere volumus, & ad eius visionē venire, fugienda est turba cogitationum & affectuū prauorū, declinanda sunt prauorū cōuenticula: fugiendū est ad tēplū, vt nosipsos templū dei studeamus facere, quos deus inuisere, & in quibus manere dignet. Sequit: Et dixit illis, Ecce sanus factus es, iam noli ampli. pec. ne deteri. tibi ali. cō. Chry. Vbi pri⁹ discimus q̄ ex pctis ei nata est hæc ægritudo: quia em̄ sæpius animam in nobis ægrotantē insensibiliter habem⁹, corpus autē & si paruā susceperit læsionē, omne facit studiū vt ab infirmitate liberemur: propterea deus punit corpus pro eis quæ anima deliquit: secūdo vero q̄ verus est gehennę sermo: tertio q̄ longū est & infinitū supplicium. Dicunt em̄ quidā: Nunquid quia in breui tēporis momento adulteratus sum, immortaliter crucior? Vide q̄ hic tanto tēpore pro peccatis cruciabatur, nō em̄ tēporis mensura peccata iudicant, sed ipsa delictorū natura. Cū his autē & illud discimus, q̄ si grauem sustineamus pœnā pro prioribⁿ peccatis, deinde in eadē inciderim⁹ grauiora patiemur, & hoc decenter: qui em̄ neq; suppliciis factus est melior, vt insensibilis de reliquo & contēptor ad maius ducetur tormentū. Si aūt hic non omnes ꝓ peccatis torquent, nō cōfidamus. Nihil enim nos hic pati ꝓ peccatis, signū est maioris illic futuri supplicii. Non autē oēs ægritudines sunt ex peccatis, sed plures. Quædā em̄ & à pigritia fiunt, quædā ꝓpter probationem: sicut in Iob. Sed ꝓpter quid paralytico huic Christus de peccatis mentionē facit? Quidā huic paralytico detrahētes, dicunt eū Christi fuisse accusatorē, & ꝓpter hoc hęc audisse. quid igitur dicent de paralytico qui est apud Matthęum? etem̄ & illi dictū est: Dimittūtur tibi peccata tua. neq; etiam Christus hunc incusat de prætēritis, sed ad futurū eū munit solū. Alios igitur curās peccatorū nō meminit, q̄ a his paralyticis ex peccatis ęgritudines sunt factæ, aliis aūt ex infirmitate naturali, vel per hos reliquos omnes admonet. Cùm his aūt & illud est dicere, quoniā multam vidit inesse animæ huius patientiam, & vt valentem suscipere admonitionem eum admonet. Tribuit autem signum ei propriæ deitatis, dicendo enim: Non amplius pecces: ostendit se scire omnia quæ ab eo facta erant delicta. Aug. Nunc autem ille postea q̄ vidit Iesum, & cognouit eum auctorem salu-

Doctrina salubris & aurea Chry sostomi.

Signum deitatis Christus ostendit.

ris suæ:nõ fuit piger in euãgelizando quẽ viderat. vnde sequit: Abiit ille homo & nũciauit eis, quia Iesus erat q fecit eum sanum. Chry. Non ita insensibilis erat, vt post tantũ beneficiũ & admonitionẽ maligna mẽte hoc dicat. si enim detrahere vellet, sanitatẽ tacẽs transgressionem dixisset, sed hoc nõ fecit: non em̃ dixit quoniã Iesus est qui dixit, Tolle grabbatũ tuum, quod videbatur Iudæis crimen esse: sed dixit, Quoniã Iesus est qui me sanũ fecit. Aug. Sic igit̃ ille annunciabat, & illi insanie bant. vnde sequitur: Propterea persequebant̃ Iudæi Iesum, quia hoc faciebat in sabbato. Manifestũ em̃ opus corporale factũ erat ante oculos Iudæorum, nõ sanitas corporis, sed deportatio grabbati, quę non videbat̃ ita necessaria quẽadmodũ sanitas. Apertè ergo dicit dñs sacramentũ sabbati, & signũ obseruandi vnius diei ad tẽpus datum esse Iudæis: Impletionẽ verò ipsam sacramẽti, in illo venisse. cõsequit̃: Iesus autẽ respõdit eis, Pater meus vsq; modo operat̃, & ego operor. q. d. Nolite putare quia sabbato ita requieuit pater meus, vt ex illo non operetur: sed sicut ipse nunc operat̃ sine labore, operor & ego. sed ideo dictũ est deum requieuisse, quia iã creaturam nullã condebat, postq̃ perfecta sunt omnia: quie tem verò propterea appellauit scriptura, vt nos admoneret post bona opera quieturos. Et sicut deus postquã fecit hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ suam, & perfecit omnia opera sua bona valde, requieuit septimo die: sic & tibi requiem non speres, nisi cùm redieris ad similitudinẽ in qua factus es, quã peccato perdidisti: & nisi cũ bona fueris operatus. Augu. 4. super Gene. ad literã. Dici ergo probabiliter potest ad seruandũ sabbatũ Iudæis fuisse præceptũ in vmbra futuri quæ spiritualẽ requiem significaret, quã deus exemplo quietis suæ fidelibus bona opera facientibus arcana significatione publicebatur. Aug. super Ioan. Erit enim sabbatũ huius seculi cùm trãsierint sex ætates, quasi sex dies seculi. Tũc enim ventura est requies quæ p̃mittit̃ sanctis. Augu. 4. super Gene. ad literã. Cuius etiam quietis ipse domin⁹ Iesus mysterium sua sepultura cõfirmauit. Ipso quippe die sabbati requieuit in sepulchro, postq̃ sexto die consummauit opera sua quando ait: Cõsummatũ est. Quid ergo mirũ si deus istum diẽ quo erat Christus in sepultura quieturus, volẽs etiã hoc modo p̃nunciare ab operibus suis in vno die requieuit, deinceps operaturus ordinem seculorũ? Potest etiãintelligi, deum requieuisse à condẽdis generibus creaturæ, quia vltra iam nõ cõdidit aliqua genera noua. Deinceps autẽ vsq; nũc & vltra operatur eorundẽ generũ administrationẽ quæ tũc instituta sunt, non vt ipso saltẽ die septimo potentia eius à cæli & terræ omniũq; rerum quas condiderat gubernatione cesserat, alioquin continuò dilaberent̃. Creatoris nãq; potentia causa est subsistendi omni creaturæ, q̃ ab eis quæ creata sunt regendis si aliquãdo cessaret, simul & eorum cessaret species, omnisq; natura concideret. neque enim sicut structurã q̃dium cùm fabricauerit quis abscedit, atque illo cessante stat opus eius: ita mundus vix ictu oculi stare potest, si ei deus regimẽ suũ subtraxerit. proinde quidem dominus ait, Pater meus vsque modo operatur, continuationẽ quandã operis eius quæ vniuersam creaturam continet atque administrat, ostendit. Aliter enim posset intelligi, si diceret: Et nunc operatur: vbi non esset necesse vt operis continuationẽ acciperemus. Aliter autẽ cogit intelligi, cùm ait: Vsque nunc, ex illo. s. quo cuncta cũ cõderet operatus est. Aug. super Ioã. Ergo tanq̃ diceret Iudæis, quid expectatis vt non operer sabbato? Sabbati dies vobis ad significationem meã præceptus est: opera dei attenditis, per me facta sunt omnia: operatus est pater lucẽ, sed dixit vt fieret, si dixi verbo operatus est: & verbũ eius ego sum. Pater meus & nunc operatus est cùm fecit mundũ: & vsque nunc operatur, cùm regit mundũ: ergo & per me fecit, cùm fecit: & per me regit, cùm regit. Chrys. Et quidem Christus cùm discipulos excusare oportebat, Dauid conseruum eorũ in medium ferebat. Quando verò de seipso erat accusatio, ad patrẽ refugit. Considerandũ q̃ neque vt homo solũ excusat, sed neque vt deus solũ: sed quandoq; hoc, quandoque illo modo. Volebat enim vtrunq; credi, & condescensionis dispensationẽ, & deitatis dignitatẽ: vnde hic æqualitatẽ sui ad patrẽ ostendit, & in dicendo eum patrẽ singulariter, dicit enim pater meus: & in agendo eadem illi, dicit enim, & ego operor. vnde sequitur: Propterea ergo magis quærebãt eũ Iudæi interficere, quia non solùm soluebat sabbatum, sed & patrẽ suum dicebat deũ. Aug. Nõ quomodocũq; sed quid? æqualẽ se facit deo: nam omnes dicimus deo. Pater noster qui es in cœlis. Legimus & Iudæos dixisse, Cùm tu sis pater noster: ergo nõ hinc irascebat̃, quia patrẽ suum dicebat deum: sed q̃ longè alio modo q̃ homines. Aug. de con. cuãg. Dicendo em̃, pater me⁹ vsque modo operatur, & ego operor: q̃ ei esset æqualis, vòluit intelligi: consequens esse ostendẽs, vt quoniã pater operatur, & filius operetur: quia pater sine filio nõ operat̃. Chry. Si verò non naturalis esset filius, nec eiusdẽ substantiæ, hæc excusatio maior accusatione esset. Nõ em̃ perfectus regalẽ legem trãsgrediens poterit effugere, si accusatus se excuset, dicens: Quoniã & rex soluit legẽ. Sed quia par est dignitas filii ad patrẽ, propterea perfecta excusatio est. sicut igitur pater operans sabbato absolutus est à crimine: ita & filius. Aug. Ecce intelligunt Iudæi quod non intelligũt Arriani. Arriani quippe inæqualẽ dicunt filiũ patri, & inde hæresis pulsat ecclesiã. Chry. Qui verò nolunt cũ bona mente hoc suscipere, dicunt q̃ Christus non fecit se æqualem deo, sed Iudæi hoc suspicabant̃: sed ad hoc per ea quæ supradicta sunt supueniamus. Manifestũ enim est q̃ Iudæi persequebãtur Christum: & q̃ soluebat sabbatũ, & q̃ dicebat patrem suum deũ vnde & quod consequenter adiungitur. Aequalem se faciens deo, adhęret præmissis in veritate. Hyla. 7. de tri. Expositio enim est euãgelistæ causam de monstrantis cur dñm Iudæi interficere vellent. Chryso. Et iterum si ipse hoc ipsum volebat astruere, sed Iudæi hoc inaniter suspicabantur, non dimisisset dominus eorum mentẽ in errore, sed correxisset, neque enim euangelista hoc tacuisset, sicut supra de eo quod dictum est: Soluite templum hoc. Augustinus. Non tamen Iudæi intellexerunt Christum esse filium dei, sed intellexerũt in verbis Christi, quia talis commendaretur filius dei, quòd æqualis esset deo, quia ergo nesciebant, talem tamen prædicari agnoscebant. Ideo dicit: Aequalem se faciens deo, non autem ipse se faciebat æqualem, sed ille illum genuerat æqualem.

Opera. tio Dei qualis.

Sabbatũ quid figurauerit.

Arriano rum per fidia.

Tropologica sẽtentia.

Respondit itaq; Iesus, & dixit eis: Amen amẽ dico uobis, nõ potest filius a se facere quicquã, nisi quod uiderit patrem facientem. quæcũque enim ille facit, hæc & filius similiter facit. Pater enim diligit filiũ, & omnia demõstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini.

Hyla. 7. de tri. Ad violati sabbati obiectum sibi reatum dixerat: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor: vt vsurpasse hoc ex auctoris intelligeretur exẽplis. Significãs tamen hoc quod ipse ageret patris opus esse intelligendũ, quia ipse in se operaretur operãte: & rursum aduersum eam inuidiã q̃ se deo æquasset paterni nominis vsurpatione, volens & natiuitatẽ cõfirmare, & naturæ virtutẽ profiteri, respondit. vnde dicitur:

Error re fellitur.

& dixit eis: Amen amẽ dico vobis &c. Aug. Quidã qui Christianos se haberi volunt Arriani hæretici dicẽtes ipsum filium dei qui suscepit carnẽ, minorẽ esse q̃ pater est, capiunt ex his verbis causam calũniæ, & respõdent nobis: Videtis quia domin⁹ Iesus cũ aduerteret Iudęos ex hoc moueri, quia patri deo æqualem se faceret, talia verba subiunxit, vt se æqualẽ non esse monstraret: qui enim nõ potest (inquiũt) à se facere quicquã, nisi quod viderit patrẽ facientẽ vtiq; minor est, nõ æqualis. Sed si deus erat verbũ, & est deus maior, & deus minor: duos deos colimus, non vnũ deũ. Hyla. 7. de tri. Ne igit̃ exæquatio illa per nomen naturã natiuitatis q̃ filii est auferet eidẽ, ait filium ab se nihil facere posse. Aug. Tanq̃ diceret: Quid scandalizati estis, quia patrẽ meum dixi deũ: & quia æqualẽ me feci deo? ita sum æqualis vt ille me genuerit, non vt ille à me, sed ego ab illo sim filio. Hoc est esse quod posse. Quia ergo substãtia filii de patre est, ideo potẽtia filii de patre est. quia ergo filius nõ est à se, ideo nõ potest à se: sic ergo non potest filius à se facere quicq̃, nisi qđ viderit patrẽ facientẽ: quia videre filii, hoc est natũ esse de patre. Nõ alia visio eius, & alia substãtia eius: totũ quod est, de patre est. Hyla. 7. de tri. Vt autem maneret salutaris in patre & filio cõfessionis nostræ, ordo naturã natiuitatis ostendit: quæ potestatẽ efficiendi, non per incremẽta indultarũ ad vnũquodq; opus viriũ sumeret, sed de cognitione præsumeret: præsumeret autẽ nõ de aliquo operis corporalis exemplo, vt qđ prius pater faceret, id postea filius facturus esset: sed cùm ex patre filius esset nat⁹, per virtutis ac naturæ in se paternæ conscientiã, nihil nisi qđ patrẽ facientem vidisset, filiũ facere posse testatus est. Nõ em̃ corporalibus modis deus videt, sed visus ei oĩs in virtute naturę est. Aug. 2. de tri. Hoc aũt si ꝓpterea dictũ acceperimus, quia in forma accepta ex creatura minor est filius, consequens erit, vt prior pater super aquas ambulauerit, & cætera quæ filius in carne apparens inter hoĩes fecit, vt possit filius ea facere: quis autẽ vel delyrus ista sentiat? Aug. sup. Ioã. Ambulatio tamẽ illa carnis supra mare à patre fiebat per filiũ. Quãdo em̃ caro ambulabat, & diuinitas filii gubernabat, pater absens nõ erat: cũ filius dicat, Pater in me manens, ipse facit opera. Cũ ergo dixisset, Nõ potest filius à se facere quicq̃. Ne fortè carnalis subreperet ĩtellect⁹, vt faceret sibi homo quasi duos fabros, vnũ magistrũ, alterũ discipulũ: vt cũ ille fecit arcã, iste facit alterã: secutus ait. Quæcunq;. n. ille fecerit, hęc & filius sĩr facit. Nõ ait, Quęcũq; pater & filius sĩlia facit: sed hæc eadẽ. Mundũ pater, mũdũ filius, mundũ spũs sanctus. Si vnus deus pater, & filius & spũs sanctus, vnus mũdus factus à patre per filiũ in spiritu sanctõ. Hęc ergo eadẽ facit. Addit aũt, Similiter, ne alius error in animo nasceret. Videt em̃ corpus hoc idẽ facere qđ animus, sed non similiter: animus em̃ imperat corpori, corpus visibile est, animus inuisibilis. vt faceret aliquid seruus, iubente domino fecit, idem ab vtroq; factũ est, sed nunquid similiter? Non ergo sic pater & filius, sed hæc eadẽ facit & similiter facit, vt intelligamus simili potentia facere filiũ eadem ipsa quæ facit pater: Aequalis igitur est patri fili⁹. Hyla. 7. de tri. Vel aliter: Omnia & eadem ad ostendendã naturæ virtutẽ loçutus est. Est igitur natura eadem, cùm eadẽ omnia posse naturæ sit. Vbi verò similiter per filium omnia eadẽ fiunt, similitudo operum solitudinẽ operantis exclusit. Hęc igitur est verę fidei nostræ intelligentia, quia sub vna hac significatione testantur, & similiter facta, natiuitatẽ: & eadẽ facta, naturã. Chrys. Vel aliter: Totum quod dicitur, A semetipso nõ potest filius facere quicquã, intelligendũ est quia nihil contrariũ patri, nihil alienum ab eo facere potest. Ideo autẽ non dicit, Quoniã nihil cõtrarium facit, sed quoniã nõ potest facere, vt hinc ostẽdat indissimilitudinem & certitudinẽ parilitatis. Non em̃ imbecillitatẽ filii, sed multã eius virtutẽ ostendit hoc verbũ. sicut enĩ cũ dicimus, Impossibile est deũ peccare, nõ imbecillitatẽ eius accusamus, sed ineffabilẽ quandã virtutem eius testamur: ita cũ dicit filius, Non possum à me ipso facere quicq̃, hoc dicit quoniã impossibile est eum facere aliquid contrarium patri. Aug. con. ser. Arriano. Hoc autẽ non deficientis est, sed in eo q̃ de patre natus est permanẽtis: tamq̃ laudabile est omnipotentem nõ posse mutari, q̃ laudabile est, q̃ omnipotens non potest mori. Potest enim filius facere q̃ nõ vidisset patrem facientẽ, si posset facere q̃ per filium non facit pater, hoc est: Si si posset peccare, neq; naturæ immutabiliter bonæ, quæ à patre est genita, conueniret: hoc autẽ quia nõ potest, nõ deficiẽter nõ potest, sed potenter. Chrys. His aũt quæ dicta sunt, attestatur qđ sequit, Quæcũq; enim ille fecerit, hæc similiter & filius facit. Si enim per seipsum pater oĩa facit, & fili⁹ per seipsum facit: vt hoc qđ dicit similiter, maneat: vides qualiter intelligentia est excelsa, humilitatis autẽ verba. si enĩ humilius ꝓducit verba quædã nõ mireris, quia enim persequebantur eũ excelsa audientes, & cõtrariũ deo esse æstimabãt, parũper verba remisit. Aug. Cùm ergo dixisset, & se eadem facere, & similiter quæ facit pater, subdit: Pater enĩ diligit filium, & omnia demõstrat ei q̃cunq; ipse facit. Ad hoc qđ supra dixit, Nisi quod viderit patrẽ facere, videt pertinere, & q̃ oĩa demonstrat ei q̃ ipse facit. Sed rursus mortalis cogitatio perturbat̃. Dicet em̃ aliquis: Seorsum facit pater, vt possit filius videre qđ facit, velut si faber doceat filium artẽ suã, & demonstret ei quicquid facit, vt possit & ipse facere qđ viderit patrẽ facientẽ. Cũm ergo pater facit, filius nõ facit, vt possit videre filius quod pater facit. Porrò si fixũ atq; incõcussum tenemus, q̃a per filiũ oĩa pater facit, anteq̃ faciat, demonstrat filio. Vbi etiam demõstrat filio pater quod facit, nisi in ipso filio per quẽ facit? si em̃ pater exẽpla faciat, & filius attẽdat man⁹ patris quẽadmodũ faciat, vbi est illa inseparabilitas trinitatis? Nõ ergo faciẽdo demonstrat pater filio, sed demõstrãdo facit p filiũ. Videt em̃ patrẽ filius demõstrantẽ anteq̃ aliquid fiat, & ex demõstratione patris & visione filii fit qđ fit à patre per filiũ. Sed dices, ostẽdo filio meo qđ volo facere, & facit ipse atq; ego per ipsum. Sed verba dicturus es filio tuo, sed ipse filius est verbũ patris. Nunqd ergo p verbũ loqueretur ad verbũ, an quia filius magnũ est verbũ, minora verba trãsitura erũt inter patrẽ & filiũ: & sonus aliquis & quasi creatura quędã tẽporalis exitura erat ex ore patris, & percussura aurẽ filii? Remoue oĩa corporalia, simplicitatẽ vide, si simplex es: si nõ potes cõprehẽdere qd sit deus, vel hoc cõprehẽde quid nõ deus sit: multũ proficies si non aliud q̃ est senseris de deo. In mente tua vide quod volo dicere, in qua video memoriã, & cogitationẽ: demõstrat memoria tua cogitationi tuæ Carthaginẽ, & quod in illa erat anteq̃ intẽderes conuerse ad se cogitationi ostẽdit. Ecce facta est à memoria demõstratio, facta est in cogitatiõe visio: & nulla verba in medio cucurrerunt. Nullũ ex corpore signũ datum est, sed tamẽ omnia q̃ in memoria tenes forinsecus accepisti. pater q̃ demõstrat filio non accepit extrinsecus, int⁹ totũ agit̃: quia nihil creaturarum esset extrinsecus, nisi pater hoc fecisset p filiũ: & eam pater demonstrando fecit, q̃a per filiũ videntẽ fecit. Sic ergo demõstrãs pater filii visionẽ gignit, quẽadmodũ pater filiũ gignit. Demonstratio quippe generat visionẽ, non visio demonstrationẽ. qđ si purius, & pfectius intueri valerem⁹, fortassis inue

Posse peccare est impotentiæ.

Cõparatio verbi diuini & humani.

niremus nec aliud esse patrẽ, aliud eius demõstrationẽ: nec aliud filiũ, aliud eius visionẽ. Hyla. 7. de tri. Nõ igitur per ignorationẽ credẽdus est vnigenit⁹ deus doctrina demõstrationis eguisse. Demonstratio enim operũ, nihil aliud hic nobis pr̃eterquã natiuitatis fidem ingerit: vt subsistentẽ filiũ ex subsistẽte deo patre credam⁹.

Quid sit filio videre patrẽ.

Aug. Videre enim patrem, hoc est illi esse filiũ. Sic ergo demonstrat pater oĩa q̃ facit filio, vt à patre videat oĩa filius. Videndo enim natus est: & ab eo est illi videre, à quo est illi esse, & natũ esse & pmanere. Hyla. 7. de tri. Neq; aũt incircunspectũ se cœlestis sermo egit, ne fortè diuersæ naturæ significatio sub occasione dicti ambigui subreperet. Demõstrata enĩ potius opera patris esse ait dño, q̃ ad operationẽ eorũ naturã virtutis adiectã: vt demõstratio ipsa natiuitas esse doceretur, cui per dilectionẽ patris operũ paternorum q̃ per eũ effici vellet, esset cognata cognitio. Aug. Sed ecce, quẽ diximus patri coæternũ videntẽ patrẽ, & videdo existentẽ, rursus nobis tẽpora nominat. Nã sequit: Et maiora his demõstrabit ei opera. Si aũt demõstrabit, hoc est, demõstraturus est, nondũ demõstrauit: & tũc filio demonstraturus est, quãdo & istis. Sequit enim: Vt vos mire. Et hoc difficile est videre, qũo tanq̃ tẽporaliter filio coæterno aliquãdo monstret æternus pater oĩa scienti q̃ sũt apud patrẽ. Quæ sint aũt illa maiora facile est intelligere ex hoc qđ subdit: Sicut enim pa. susc. mor. &c. Maiora em̃ opera sũt mortuos suscitare, quàm lãguidos sanare: sed qui paulò ante loquebatur vt deus, cœpit loqui vt homo: Demõstrabit em̃ quasi tẽporaliter homini facto in tpe opera maiora. i. resurrectionẽ corporũ. Corpora em̃ resurgent per dispensationẽ humanã, sed animæ resurgent per substãtiã dei: participatione em̃ dei fit anima beata, nõ participatione beatæ animæ. Quomodo em̃ anima q̃ inferior deo est, id qđ ipsa inferius est, hoc est corpus, viuere facit: sic eandẽ animã non facit beatè viuere, nisi quod ipsa anima superius est. s. deus: vnde & prius dictũ est, q̃ pater diligit filiũ, & demõstrat ei quę ipse facit. Demonstrat em̃ pater filio, vt animæ suscitẽtur, quia per patrẽ & filiũ suscitãtur, nec possunt viuere nisi earũ vita sit deus, vel nobis pater demõstratur⁹ est nõ illi, ꝓpterea subiũgit: Vt vos miremini. In quo expo suit quid voluit dicere, Et maiora his demonstrabit ei opa. Sed quare nõ dixit, Demõstrabit vobis, sed filio? q̃a & nos mẽbra sum⁹ filii, & ipse discit quodãmodo in mẽbris suis qũo & patit̃ in nobis. sicut em̃ dixit, Quod vni ex minimis meis dedistis, mihi dedistis: ita si interrogaretur à uobis, Quãdo eris discẽs, cũ tu doceas oĩa? Respõdet. Cùm vn⁹ ex minimis meis discit, ego disco.

Sicut enim pater suscitat mortuos, & uiuificat: sic & filius quos uult, uiuificat. Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum.

Aug. Quia dixerat q̃ maiora his opera pater demõstraturus est filio, q̃ sint maiora, ꝓsequitur, & dicit: Sicut enim pater suscitat mortuos &c. Planè maiora sunt ista, valde em̃ plus est vt resurgat mortuus quàm vt eũ ualescat ægrotus. Non aũt sic hoc intelligamus vt alios à patre suscitari, alios à filio æstimemus: sed eosdẽ quos pater suscitat & viuificat, ipsos & filius⁹ suscitat & viuificat. Et ne quis diceret, Suscitat pater mortuos p filiũ, ille tanquã potens, iste tanquã ex aliena potestate, tanquã minister facit aliquid. Potestatem filii signauit, dicens: Filius quos vult, viuificat. Tenete hic, nõ solũ potestatem filii, verũetiã & voluntatẽ. Eadẽ em̃ patris & filii potestas est & volũtas. Nõ em̃ vult pater aliud q̃ filius: sed sicut illis vna substãtia, sic vna volũtas est. Hila. 7. de tri. Velle quidẽ naturæ libertas est, q̃ad pfectæ virtutis beatitudinẽ cũ arbitrii voluntate in libertate subsistat. Aug. Sed qui sũt isti mortui quos viuificat pater & filius? Vult nobis insinuare resurrectionẽ mortuorum quã oẽs expectamus, nõ illã quã quidã habuerunt vt cæteri crederẽt: resurrexit enim Lazarus moriturus. Cũ ergo dixisset, Sicut em̃ pater suscitat mortuos & viuificat, ne intelligeremus illã mortuorũ resurrectionẽ quã fecit ad miraculũ non ad vitam æternã, secutus ait: Neq; em̃ pater iud. quenquã &c. Vt ostẽdat quia de illa resurrectione mortuorũ dixerat, q̃ futura est in iudicio. Vel aliter: De resurrectione animarũ dictũ est, Sicut pater suscitat mortuos &c. De resurrectione aut̃ corporum sic dicit, Neq; em̃ pa. iu. quenquã &c. Resurrectio enim animarũ fit p substantiã patris & filii, & ideo id simul operat̃ pater & filius. Resurrectio verò corporũ fit per dispẽsationẽ humanitatis, non patri coætenã. Sed vide qũo verbũ Christi mẽtẽ nostrã huc atq; illuc ducit, vno carnis loco remanere nõ sinit: vt versando exerceat, exercẽdo mũdet, mundãdo capaces reddat, capaces factos impleat. Paulò em̃ ante dicebat, quia demonstrat pater filio quicq̃d facit, videbã quasi patrẽ facientẽ, & filium expectantẽ: modò rursus video filiũ facientẽ, patrem vacantẽ. Aug. 1. de tri. Nõ. n. q̃ dicit, Omne iudiciũ dedit filio, sc̃dm illã locutionẽ dictũ est, qua dicit, Sic dedit filio vitã habere in semetipso: ut significaret quia sic filiũ genuit. Sic em̃ sic diceret, nõ utiq; diceret, Pater nõ iudicat quenquã. sc̃dm hoc. n. q̃ pater æqualẽ genuit filiũ, iudicat cũ illo: sc̃dm hoc ergo dictũ est, q̃ in iudicio non forma dei, sed forma filii hoĩs apparebit: nõ quia nõ iudicabit qui dedit omne iudiciũ filio, cũ de illo dicat filius, Est q̃ quærat & iudicet, sed ita dictũ est, Pater non iud. quen. acsi diceret: Patrẽ nemo uidebit ĩ iudicio, sed oẽs filiũ: quia filius hoĩs est, ut possit & ab impiis uideri, cũ & illi uidebũt in quẽ pupugerunt. Hyla. 7. de tri. Vel aliter: Quia dixerat, Et filius⁹ quos uult, uiuificat, ne nõ natiuitatis uideret in se habere naturã, sed nõ natæ poti⁹ potestatis iure subsistere, cõtinuò subiecit: Neq; em̃ pater iud. quen. &c. Et in eo q̃ omne iudiciũ datum est naturæ, natiuitas demõstrat: quia & oĩa habere sola natura possit indifferens, neq; natiuitas aliquid possit habere nisi datũ. Chry. Sicut em̃ dedit uitã. i. genuit eũ uiuentẽ: ita dedit iudiciũ. i. genuit eũ iudicẽ. Dedit em̃ hic, positũ est ne hunc ingenitũ suspiceris, neq; duos patres æstimes. Dicit autẽ, Omne iudiciũ, quia dñs est & puniẽdi & honorãdi ut uoluerit. Hyla. 7. de tri. Datum est em̃ ei omne iudiciũ, quia uiuificat quos uult, neque adeptũ patris iudiciũ potest uideri cũ ipse non iudicet, quia filii iudiciũ ex iudicio est paterno, ab eo em̃ datũ omne iudiciũ est. Sed dati iudicii causa nõ tacita est. Sequit em̃: Vt oẽs hono. fi. sicut hono. patrẽ. Chry. Ne em̃ audiẽs qm̃ patrẽ habet auctorẽ, dissimilitudinẽ substãtiæ æstimes & honoris minorationẽ: cõplicat honorẽ filii patris honori, eundẽ ostendẽs esse honorẽ patris & filii. Sed nunq̃d patrẽ eũ dicem⁹? Absit: q̃ em̃ patrẽ eum dicit, nõ adhuc filium ut patrẽ honorat, sed totũ cõfundit. Aug. Et prius quidẽ filius uidebat ut seruus, pater honorabatur ut deus, apparebit filius æqualis patri. Vt oẽs hono. filiũ, sicut ho. pa. Sed quid si inueniunt qui patrem honorificãt, & nõ honorificãt filiũ? nõ potest fieri. Vñ sequit: Qui nõ ho. filium, non hono. pa. qui misit illũ. Aliud est em̃ cùm tibi commendat̃ deus quia deus est, & aliud cùm tibi commẽdatur deus quia pater est. Cùm tibi cõmendatur deus creator, tibi cõmendatur omnipotẽs spiritus quidẽ summus, æternus, inuisibilis, incõmutabilis. Cũ uerò tibi quia pater est cõmendat̃, nihil tibi aliud q̃ filius cõmendatur, quia pater dici nõ potest si filiũ non habet. Sed si fortè patrẽ quidẽ honorificas tanq̃ maiorẽ, filiũ tanq̃ minorẽ: ibi tollis honorem patris, vbi minorẽ das filio. Quid enim tibi aliud videt ita sentiẽti, nisi quia pater æqualẽ sibi filiũ generare aut noluit aut nõ potuit? Si noluit, inuidit: si nõ potuit, defecit. Vel aliter: Quod dicit, Vt oẽs honorificẽt filium sicut honorificãt patrẽ, redditũ est resurrectioni animarum, quã sic operatur filius sicut pater, sed ꝓpter resurrectionẽ corporũ subdit: Qui nõ honorificat filiũ, non honorificat patrẽ qui misit illũ. Non dixit sic, Honorat enim homo Christus, sed nõ sicut pater deus. Sed dicit aliquis: Missus est filius, & maior est pater, quia misit. Recede à carne, missionẽ audi, nõ separationẽ. Res humanæ fallũt hoĩes, res diuinæ purgant, quanquã & ipsę res humanæ dicant contra se testimonium: velut si quis vxorem velit petere, & per se nõ posset, amicũ maiorẽ mittit, qui eã petat. Et tamen attẽde q̃ sit aliud in reb⁹ humanis. Nũquid em̃ homo pergit cũ eo quẽ mittit? pater autẽ qui misit filiũ nõ recessit à filio, cùm dicat: Nõ sum solus, quia pater mecũ est. Aug. 4. de tri. Non autẽ eo ipso q̃ de patre natus est, missus dicitur filius. sed vel eo q̃ apparuit huic mũdo, verbũ caro factũ. vnde dicit, A patre exiui, & veni in hunc mundũ. Vel eo q̃ ex tẽpore cuiusquã mente percipitur, sicut dictum est, Mitte illã vt mecũ sit, & mecũ laboret. Hyla. 8. de tri. Conclusa igit̃ sunt omnia aduersum hæretici furoris ingenia. Filius est, quia a se nihil facit, Deus est, quia quæcunq; pater facit, & ipse eadẽ facit. Vnum sunt, quia exæquãtur in honore. Non est pater ipse, quia missus est.

Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam. Et in iudicium non uenit, sed transit à morte in uitam.

Glo. Quia dixerat q̃ filius quos vult viuificat, consequenter ostendit qualiter per filiũ peruenĩat ad vitã, dicens: Amen amẽ dico vobis, quia &c. Aug. Quãdoquidem in audiẽdo & credendo vita ęterna est, multò magis in intelligẽdo. Sed gradus pietatis est fides, fidei fructus intellectus. Et nõ dixit, mihi. Sed credit ei qui misit me. Quare verbũ audit tuũ, & credit alteri: quid voluit dicere, nisi quia verbum eius est in me? Et quid est, audit verbũ meũ, non audit me? Credit aũt ei qui misit me, quia cũ illi credit verbo eius credit, mihi credit, q̃a verbum patris ego sum. Chryſ. Vel nõ dixit, Qui audit sermones meos, & credit mihi, æstimassent enĩ hoc esse tumorem & gloriationẽ verborũ superfluã: dicens aũt, Credit ei qui misit me, susceptibilẽ faciebat suũ sermonem. Ex duobus em̃ suũ sermoẽ susceptibilem facit, & in hoc q̃ patrĩ credit ab eo qui ipsum audit, & ĩ hoc q̃ multis bonis potietur. vnde sequit, Et in iudiciũ nõ venit. Aug. Sed quis est hic? Erit quisquã Paulo aposto lo melior, qui ait: Oportet nos exhiberi oẽs ante tribunal Christi? Aliquãdo ergo iudiciũ pœna dicit, aliquãdo iudiciũ discretio dicit. Ergo secundũ iudiciũ discretionis oportet nos oẽs exhiberi ante tribunal Christi. Sc̃dm iudiciũ dãnationis hic dicitur. In iudiciũ nõ veniet. i. nõ veniet in dãnationẽ. Sequit: Sed trãsit à morte in vitã. Nõ nunc transit, sed iã trãsit à morte infidelitatis ad vitã fidei, à morte iniquitatis ad vitã iustitiæ. Vel aliter: Ne putares credẽdo te nõ moriturũ secundũ carnem, scias te mortẽ quã debes supplicio Adã persoluturũ. Accepit enim ille in quo tũc oẽs fuimus: morte morieris. Nec potes euadere diuinã sententiã. Sed cùm persolueris mortem veteris hoĩs, suscipies vitã noui hominis, & transitũ facies de morte ad vitã. Ad quã vitã? ad æternam. Resurrecturi enim in fine seculi mortui in vitam ęternã transibũt: vita em̃ ista nec vita nominãda est, quia non est vera vita, nisi quæ est æterna. Augu. de ver. do. Videmus autẽ homines amatores præsentis vitæ tẽporalis ac finiẽdæ, sic pro illa laborare, vt quando veniat mortis metus quicquid possunt faciãt, nõ vt auferant, sed vt differãt mortẽ. Si ergo tãto labore tanta cura agitur, vt aliquantulũ plus viuatur, quomodo agẽdum est vt semper viuat? Et si prudẽtes dicunt, qui oĩb⁹ modis agunt, vt differãt mortẽ, & viuãt paucos dies, q̃ stulti sunt qui sic viuunt vt perdant æternum diem?

Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nunc est, quando mortui audient uocem filii dei: & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso.

Aug. Posset aliquis dicere: Ex patre aliquis viuificatur cui credit: quid tu, nõ viuificas? vide qa & filius⁹ quos vult viuificat: vnde dicit, Amẽ amen di. vo. quia ve. ho. & nũc est, quãdo mortui audiẽt vocẽ filii dei: & qui audierint, viuẽt. Chry. Cũ autẽ dicat, Venit hora, ne fortè longũ suspiceris, tẽpus addidit: Et nũc est. Sicut em̃ in resurrectione futura vocẽ audientes præcipientẽ suscitabimur, ita & tunc fuit. Theo. Hoc em̃ dixit pro his quos à mortuis suscitaturus fuit. s. filia Archisynagogi, filio viduæ, & Lazaro. Aug. Vel aliter: Ne fortè quia dixit: Transit de morte ad vitã, intelligamus hoc in futura resurrectione, ostendere volẽs qũo trãsit qui credit, subiungit: Amen amẽ dico vobis, quia venit hora, q̃ hora? Et nunc est, quãdo mortui audiẽt vocẽ filii dei, & q̃ audierint. viuẽt. Nõ (inquit) quia viuũt audiũt, sed audiendo reuiuiscũt. Quid est enim audiẽt? nisi obediẽt. Quid enim credũt, & sc̃dm verã fidem agũt, viuunt & mortui nõ sunt. Qui autẽ vel non credunt, vel credunt malè viuentes, & charitatẽ non habẽtes, mortui potius deputandi sunt: & tamẽ adhuc agit hora ista, & vsq; ad finem seculi ipsa hora vna agitur, vt Ioãnes dicit. Nouissima hora est. Aug. de ver. do. Quãdo mortui. i. ĩfideles, audient vocẽ filii dei. i. euangeliũ. Et qui audierint. i. q̃ obedierint viuent. i. iustificabunt, & infideles iam non erunt. Aug. super Ioannẽ. Sed quæret aliquis: Habet filius vitã vnde viuant credentes? Audi ipsum dicẽtem: Sicut enim habet pater vitã in semetipso, sic dedit & filio habere vitã in semetipso. Viuere quippe suũ in illo est, nõ aliunde, nõ alienũ est: nõ quasi particeps sit vitæ. q̃ non est quod ipse, sed habet vitã in semetipso, vt ipsã sibi sit ipse. Quid tu? anima mortua eras. Audi patrẽ p filium: Surge vt in eo recipias vitã, quã nõ habes in te. Qui habet vitã in semetipso: & sic agit̃ prima resurrectio. Hæc enim vita q̃ pater & filius est, ad animã pertinet. Nõ em̃ vitã illã sapientiæ sentit corpus, sed mẽs rationalis. Hyla. in lib. de Synodis. Concluſi quidẽ hæretici scripturarũ auctoritatibus, hoc solũ tribuere solẽt filio, vt patri tantũ virtute similis sit, tollunt aũt ei similitudinẽ naturæ: nõ intelligentes nõ nisi ex naturę similitudine, similitudinẽ esse virtutis: neq; enĩ aliquãdo inferior natura superioris à se potiorisq; naturæ virtutẽ consequit. Nõ aũt potest negari quin filius dei idẽ possit, cũ dixerit: Quæcunq; pater facit, eadẽ & filius facit similiter: sed similitudini virtutis naturę similitudo succedit, cũ dixit: Sicut habet pater vitã in semetipso, ita & filio dedit habere vitã in semetipso. In vita naturę & essentię significatio est, q̃ sicut habet, ita data esse docet ad habendũ. Quod em̃ in vtroq; vita est, id in vtroque significat essentia: & vita q̃ gignit, est vita. i. essentia q̃ de essentia nascit, dũ nõ dissimilis nascit. s. quia vita ex vita est, tenet in se originis suæ indissimilem naturam. Aug. 15. de tri. Intelligit aũt pater nõ sine vita existenti iam filio vitam dedisse, sed ita eum sine tẽpore genuisse, vt vita quam pater filio gignãdo dedit, coæterna sit

Duplex resurrectio.

Vigilãter intelligehæc

Eadem operatio trinitatis

Solerter lege.

Trinitatis assertio pulcherrima.

Iudicii distinctio

Anagogica expositio.

Collatio hæreticorum

Universidad de Navarra Biblioteca

vitæ eius qui dedit. Hyla. 7. de tri. Quod enim ex viuo viuum natũ est, habet natiuitatis perfectionẽ sine nouitate naturæ: nõ enim nouũ est quod ex viuo generat in viuum, quia nec ex nihilo ad natiuitatẽ vita quæsita est: & vita quæ natiuitatẽ sumit ex vita, necesse est per naturæ vnitatem & perfectę natiuitatis sacramentũ, vt in viuente viuat, & in se habeat vitã viuentẽ. Et quidẽ naturæ humanæ infirmitas ex disparibus cõparatur: & ex inanimatis cõtinetur ad vitã, nec statim in ea quod gignitur viuit, neq; totum viuit ex vita, cùm in ea multa sint quæ sine naturæ sensu cũ excreuerint deficcent. In deo vero totã quod est, viuit. Deus enim vita est, & ex vita nõ potest quicquam esse nisi viuum. Aug. Ergo quod dicitur, Dedit filio, tale est ac si diceret: Genuit filium: generando eũ dedit. Quomodo dedit vt esset? sic dedit vt vita esset in semetipso: vt non aliunde vita indigeret, sed ipse esset plenitudo vitæ: vnde credẽtes alii viuerent dum viuerent. Quid interest? quia ille dedit, iste accepit. Chry. Vides indissimilitudinẽ in vno solo differentiã ostendẽtem in essendo, hunc quidẽ patrem, illum verò filiũ. Hyla. de syno. Discernitur enim persona accipientis & dantis. Non enim potest intelligi ipse atque vnus à se accepisse qui dederit, quia alius est ibi viuens, alius profitens se viuere per auctorem.

Exẽplũ naturæ transfertur ad diuina.

Et potestatem dedit ei iudiciũ facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerũt, in resurrectionem iudicij.

Theo. Nõ solùm pater dedit filio q̃ viuificet, sed etiã q̃ iudiciũ faciat. vnde dicit: Et potestatẽ dedit ei &c. Chry. Guius autẽ gratia circa hæc cõtinuè vertitur: iudicium dico & resurrectionem & vitam? quoniam hæc maximè omnium sunt quæ introducere possunt & inflexibilẽ facere auditorẽ. Qui enim persuasus est, quoniam resurget, & filio dabit noxas eorũ quæ deliquit, & si nihil aliud viderit, signum hoc suscipiẽs curret, benignum sibi iudicẽ faciens. Sequitur: Quia filius hominis est, nolite mirari hoc. Paulus quidem Samosetanus non ita ait, sed sic: Dedit ei potestatem iudiciũ facere, quia filius hominis est: sed nullam conuenientiam habet hoc dictũ ita. Nõ eñ propterea suscepit iudicium, quia homo est: quia quis prohibet omnes homines esse iudices? sed quia ineffabilis dei filius est, ꝓpterea & iudex est. Ita igitur legendum: Quia filius hominis est, nolite mirari hoc, quia enĩ videbatur audientibus obstare his quæ dicebantur, quoniã nihil plus æstimabãt esse Christum q̃ purum hominẽ: quæ verò dicebãtur, erãt maiora q̃ secundũ hominẽ, & etiam q̃ secundum angelum & erant solius dei: ideo hanc opinionẽ soluẽs dixit: Ne miremini, quia filius hoĩs est: & subdit causam quare non sit mirandũ, dicens: Quia venit hora in qua oẽs qui in monumentis sunt, audient vocem filii dei. Et cuius gratia nõ dixit, Ne miremini quia filius hominis est? eteñ & ipse filius dei si resurrectionẽ posuit, quia. s. opus dicens quod dei propriũ erat, dat audientibus ex eo syllogizare de reliquo, quoniã deus erat, & dei filius. Eteñ qui argumenta cõplicant, cùm partes ponentes nobiliter demõstrauerint quod quæritur, multoties nõ inducunt ipsi conclusionẽ, sed clariorẽ facientes victoriam, dimittunt illi qui cõtradicit, vt pro eis sententiã ferat. Igitur eius quidẽ quæ secundũ Lazarum resurrectionis suprà reminiscens de iudicio tacuit, non enim propter iudicium surrexit Lazarus. Vniuersalem vero resurrectionem inducens iudiciũ posuit, vnde sequit: Et procedent qui bona fecerunt &c. Quia enim suprà dixerat, Qui audit sermonem meũ, & credit ei qui misit me, in iudiciũ non venit: vt non æstimet quis q̃ credere sufficit ad salutẽ. Adiecit hic & de vita dũ dicit, Et qui bona egerunt, & qui mala egerũt. Aug. Vel aliter: In quãtum verbũ in principio apud deũ dedit ei vitam habere in semetipso, sed quia verbum caro factũ est ex virgine Maria, homo factus filius hominis est. Et quia filius hominis est, accepit potestatẽ iudicium facere, quod. s. erit in fine seculi. Et ibi erit resurrectio corporũ mortuorum. Animas ergo suscitat deus per Christũ filium dei, corpora suscitat per eundẽ filiũ hominis. vnde additur: Quia filius hominis est. Nam secundũ quòd dei filius est, semper habuit. Aug. de ver. do. Ad iudiciũ eñ forma hominis vẽtura est, forma illa iudicabit quæ iudicata est: sedebit iudex qui stabat sub iudice. Dãnabit verò reos qui factus est falso reus. Rectũ enim erat, vt iudicandi viderent iudicẽ: iudicandi autẽ erãt boni & mali, restabat vt in iudicio forma serui & bonis & malis ostẽderetur, forma dei solis bonis seruare tur. Beati enim mundo corde, quoniã ipsi deum videbunt. Augu. super Ioan. Oẽs autẽ qui instituerunt alicui⁹ etiã falsæ religionis sectam, negare resurrectionẽ mentiũ non potuerunt, sed multi carnis resurrectionem negauerunt: & nisi tu domine Iesu dixeris eam, quid opponemus cõtradictoribus? Ad ipsam igitur ostendendã subdit: Nolite mirari hoc. s. q̃ dedit potestatẽ filio hoĩs iudicium faciendi, quia venit hora. Aug. de ver. do. Hic nõ addit, Et nunc est: quia ista hora in fine seculi erit. Nolite inquam mirari qui dixi: Oportet homines ab homine iudicari. sed quos homines? nõ solũ quos inueniet viuos, vnde sequit: Quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt. Aug. super Ioan. Quid euidentius? corpora sunt in monumentis, non animæ. Superius etiam cùm diceret, Venit hora: & adderet, Et nunc est: subiecit, quando mortui audient vocem filii dei. Non dixit, Omnes mortui: mortuos eñ iniquos voluit intelligi: sed non omnes iniqui obediunt euangelio. At verò in fine oẽs qui sunt in monumentis audient vocẽ eius & procedent: noluit dicere, Et viuent, quod suprà dixit, vbi vitam ęternam intelligi voluit & beatam: quã non omnes habebunt qui de monumentis procedent. Accepisti certè potestatẽ iudicandi, quia filius hominis es. Resurgent corpora de ipso iudicio: dic aliquid, hoc audite: Qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ viuere, scilicet cum angelis dei: qui malè egerunt, in resurrectionem iudicii. Hic iudicium pro pœna posuit.

Pauli Samosetani error arguit.

Forma iudicis vẽtura.

Anagogicus in telle&.

Nõ possum ego à meipso facere quicq̃: sed sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est, quia non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me patris.

Aug. Dicturi eramus Christo: Tu iudicabis, & pater non iudicabit: nónne ergo secundũ patrẽ iudicabis? Et ideo adiecit: Non possum ego à me &c. Chrys. Hoc est: non extraneũ neq; dissimile his q̃ vult pater à me fieri videbitis: sed sicut audio, iudico. In quo nihil aliud ostẽdit, q̃ quoniã impossibile est eum aliquid aliud velle, q̃ quod pater vult, hoc est ita iudico acsi ipse pater esset qui iudicaret. Aug. Cùm ageretur de resurrectione animarũ, nõ dicebat: audio, sed, video: audio enim nũc dicit, tanq̃ percipientis patris imperiũ. Iam ergo sicut homo loquit, quo maior est pater. Aug. ĩ ser. cõtra Arria. Vel aliter dicit filius: Sicut audio iudico, siue ex humana subiectione, quia filius hoĩs est: siue secundũ illã incõmutabilẽ simpliciq̃; naturã quę sic est filii, vt tamen ei de patre sit. In qua natura non est aliud audire, aliud videre, aliud esse. Vnde ab illo est ei audire & videre, à quod illi est ipsum esse. & ideo sicut audit, iudicat, quia sicut genitum est verbũ, vt idem verbum sit veritas, ita secundũ veritatem iudicat. Sequitur: Et iudicium &c.

Simplex natura deitatis.

hoc enim dicens ad illũ hominem voluit referre intentionem nostram: qui volũtatem suam quærendo, nõ eius à quo factus est, nõ habuit iustum iudiciũ de seipso, sed iustũ iudicium habitũ est de seipso. Ipse quippe faciens volũtatem suã, non dei, moriturũ se esse non credit, sed & hoc iudiciũ eius iustum nõ fuit. Deniq; fecit & mortuus est, quia iudiciũ dei iustum est, quod iudicium facit dei filius, nõ quærendo volũtatem suam, cũ sit etiam hominis filius: nõ quia ipsius in iudicãdo nulla voluntas est, sed quia nõ ita est voluntas eius ꝓpria, vt sit à voluntate patris aliena. Augu. sup. Ioan. Nõ ergo quęro volũtatem meam ꝓpriam. i. filii hominis quę resistat deo: faciunt enim homines volũtatem suã non dei, quando faciũt quod volũt, non quod iubet deus. Quando autẽ ita faciunt quod volũt, vt tamen sequãtur volũtatem dei, nõ faciunt voluntatẽ suam. Vel ideo dicit, Nõ quæro volũtatẽ meã, quia Christus nõ est de se, sed de patre suo est. Chryso. Ostendit enim non aliã esse patris volũtatem præter suã, sed vnam vtriusq;. Si verò humanius hoc loquit: Ne mireris. Hominẽ enim purum adhuc eũ æstimant. Inde igitur suũ iudicium iustum esse dixit: vnde quilibet aliud excusans dixisset, qui enim sua vult statuere, in suspicionem deueniet de corruptione iustitiæ: qui verò non suis innititur quam occasionem habebit vt iniusta iudicet? Aug. Filius vnicus dicit non quæro volũtatem meã, & homines volũt facere volũtatẽ suam. Faciamus ergo volũtatem patris, Christi & spiritus sancti, quia horum vna volũtas, vna potestas, vna maiestas est.

Doctrina moralis.

Si ergo testimoniũ perhibeo de meipso, testimonium meum non est uerũ. Alius est qui testimoniũ perhibet de me, & scio quia uerum est testimoniũ eius quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioãnem, & testimonium perhibuit ueritati. Ego autẽ non ab homine testimoniũ accipio, sed hæc dico, ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardẽs & lucens. Vos autẽ noluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autẽ habeo testimoniũ maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi pater ut perficiã ea, ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ perhibent de me, quia pater misit me. Et qui misit me pater, ipse testimoniũ perhibuit de me: neque uocem eius unquam audistis, neque speciem eius uidistis. Et uerbũ eius non habetis in uobis manens, quia quẽ misit ille, huic uos nõ creditis. Scrutamini scripturas, q̃a uos putatis in ipsis uitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, & non uultis uenire ad me ut uitam habeatis.

Chryso. Quia Christus magna de se enũciauerat, quorum demõstratio non erat dicta: ad cõfirmationem eorum quæ dicta sunt, oppositionẽ eorum inducit, dicẽs: Si ego testimoniũ perhibeo de meipso &c. Quis autẽ non statim turbabitur Christũ audiens hoc dicentem? Etenim in multis locis apparet sibiipsi testatus. Si igit omnia hæc falsa sunt, quæ nobis erit spes salutis? Vnde veritatẽ inueniemus, cũ ipsa veritas dicat: Testimoniũ meum non est verũ? Hoc igitur quod dicit, Non est verum: non quantũ ad dignitatem suã, sed quantũ ad illorum suspicionẽ loquebatur. Poterãt enĩ ei Iudæi subinferre, quoniã tibi non credimus. Nullus enim vnquã sibi testans dignus est fide. Deinde post oppositionem alias dat responsiones manifestas & irrefragabiles, tres inducens testes eorũ quæ dicta sunt: opera quæ ab ipso sunt facta, patris testimoniũ, & Ioannis prædicationẽ: & ponit priorem minorẽ, eam. s. quæ Ioannis: vnde dicit, Alius est q̃ testimoniũ ꝓhibet de me, &c. Augu. Noluerat enim ipse verũ esse de se testimoniũ suum, sed propter infirmos & ꝓpter incredulos quærebat sol lucernas: fulgorem quippe solis lippitudo eorũ ferre non poterat, ideo quæsitus est Ioannes qui testimoniũ perhiberet veritati. Martyres nõne testes sunt Christi, vt testimoniũ perhibeant veritati? Sed si diligentius inspicimus, quãdo martyres perhibent illi testimoniũ, ipse sibi perhibet testimoniũ. Ipse enim habitat in martyribus, vt perhibeãt testimoniũ veritati. Alcui. Vel aliter: Quia Christus deus erat & homo, vtriusq; naturæ proprietatem ostẽdit: aliquãdo loquens secundũ hoc quod ex hominibus assumpsit, aliquando secũdum maiestatẽ diuinitatis. Quòd ergo ait, Si ergo testimoniũ &c. Ex parte humanitatis est accipiẽdũ, & est sensus: Si ego homo de me perhibeo testimoniũ. s. absq; deo, testimoniũ meũ non est verũ. vnde sequitur: Alius est qui testimonium perhibet de me. Pater enim testimoniũ perhibet de Christo, quia in baptismo vox patris audita est, & in monte transfigurato Christo. Sequitur: Et scio quia verum est testimoniũ eius. Deus enim veritas est: ergo testimonium veritatis quid aliud potest esse quã verũ? Chryso. Sed secũdum priorẽ intellectum possent illi dicere: Si non est verũ testimonium tuũ, quomodo dicis quoniam noui quod verũ est testimonium Ioannis: vnde ad eorum suspicionem respõdet, dicens: Vos misistis ad Ioannẽ &c. q. d. Nõ misissetis ad Ioannẽ, se eũ dignũ fide non opinaremini. Et quod vtiq; maius est: non miserunt ad eum interrogandũ de Christo, sed de seipso. Qui eñ missi sunt, nõ dixerũt: Quid dicis de Christo? sed tu quis es, quid dicis de teipso? ita magnũ de homine admirationẽ habebãt. Alcui. Ille autẽ testimonium perhibuit, nõ sibi, sed veritati, sicut amicus veritatis veritati Christo testimoniũ perhibuit. Nõ autem dñs refellit testimoniũ Ioannis quod verè necessariũ fuit, sed ostendit non ita debere homines in Ioannẽ intendere, vt iam non putẽt solũ Christũ sibi esse necessariũ. vnde subdit: Ego autẽ non ab ho. test. acci. Beda. Quia non indigeo. Ioannes autẽ & si testimoniũ perhibuit, nõ tamen vt Christus cresceret, sed vt homines ad ipsius cognitionẽ promoueret. Chryso. Testimoniũ etiam Ioannis, dei testimoniũ erat: ab illo eñ discẽs dixit q̃d dixit. Sed ne dicãt, vñ manifestũ est q̃ à deo didicit quod didicit? eorum suspicionẽ correxit, dicens: Sed hoc dico vt uos salui sitis. q. d. Ego quidẽ deus existens nõ indigebam huiusmodi testimonio humano, quia verò ei magis attenditis, & eũ magis omnibus fide dignũ putatis: mihi autẽ neq; miracula facienti credidistis, ꝓpter hoc vobis cõmemoro testimoniũ illius: vt enim nõ dicant. Quid igitur si ille dixit, nos autẽ non suscepimus? ostendit quoniã non acceptauerũt quæ ab eo dicta sunt. vnde sequit: Ille erat lucerna ardens &c. Hoc aũt quod dicit, Ad horã, facilitatẽ credendi ostendit, & q̃ citò ab eo resilierũt: quòd si nõ fecissent, citò eos ad Iesum manu duxisset. Vocando autẽ eum lucernã, ostendit quoniam nõ ex se habebat lumen sed à spiritus sancti gratia. Alcui. Ioãnes enim erat lucerna illuminatus à Christo luce, ardens fide & dilectione, lucens verbo & actione q̃ ꝑmissus est, vt inimicos Christi cõfunderet, secundum illud: Paraui lucernam Christo meo, inimicos eius induam cõfusione. Chryso. Ad Ioannem igit vos duco non quasi illius indigẽs testimonio, sed vt vos saluemini: nam habeo maius testimoniũ Ioãne, & hoc est quod sequitur: Ego autẽ habeo testimoniũ maius Ioãne: hoc autẽ est quod est ab operibus. vnde sequit: Opera enim quę dedit mihi pater, vt perficiã ea &c. Alcui. Quòd enim cęcos illuminat, aures aperit, ora mutorũ resoluit, dæmonia fugat, mortuos suscitat: opera hęc testimoniũ perhibent de Christo. Hyla. 7. de tri. Vnigenitus enim deus nõ nominis testimonio tantũ, sed etiã virtutis docet esse se filiũ, opera enim eius quæ facit testãtur eum

Quæstio vtilis tractatur.

Ioannes quare lucernę cõparatur.

à patre missum. Itaq; filii obedictia & paterna auctoritas docentur in misso. Sed quia opera nō sufficiunt incredibilibus ad testimoniū, sequit: Et qui misit me pater, ipse testimoniū perhibet de me. Reuoluite euangelica volumina, & omne eorū opus recēsete, nullū aliud patris de filio testimoniū extat in libris q̄ ꝺ hic sit filius suus. Quid infertur hodie calūnię vt adoptio nominis sit, vt mendax deus, sit vt nomina inania sint? Beda. Missio aūt incarnatio eius debet intelligi. Deniq; ostēdit q̄ deus incorporeus sit, & q̄ corporalibus & visibilibus oculis videri nō possit. vnde sequitur: Neq; vocem eius vn. au. neq; spe. eius vid. Alcui. Possent enim Iudæi dicere: Nos soliti sumus vocē domini audire in Sina, & eum vidimus in specie ignis. Si ergo deus phiberet testimoniū de te, nos intelligeremus vocē domini. Contra hoc dicit: Ego habeo testimonium à patre, quanuis non intelligatis: quia vos nunquā audistis vocem eius, neque speciē eius vidistis. Chry. Quomodo ergo Moyses dicit, Si facta est aliquādo huiusmodi vt res audiret populus vocē dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti & vidisti, vidisse etiam eum dicūtur Esaias & alii plures. Quid ergo est quod nūc ait Christus? In philosophicum eos inducit dogma, paulatim ostēdens quoniā neq; vox circa deū est, neq; species, sed superior & figuris est & loquelis talibus. Sicut enim dixit, neq; vocem eius audistis: propter hoc nō indicat q̄ vocem emittat, sed non audibilē: ita dicens, Neq; speciē eius vidistis: non hoc dicit, q̄ speciē sensibilem habeat & visibilem, sed quoniā nihil horum est circa deum. Alcui. Nō enim carnalibus auribus, sed spiritali intelligentia per gratiam spiritus sancti audiri potest. Non ergo vocē spiritalem audierāt, quoniā eū amare & præceptis eius obedire nolebāt: neque speciem eius viderūt, quia non exterioribus oculis videri potest, sed fide & dilectione.

Missio Christi est incarnatio.

Chryso. Sed neq; possibile erat eis dicere, q̄ præcepta eius suscepissent & seruarent, ideoq; subiungit: Et verbum eius non hab. in vo. manens. Id est, præcepta dei, legem & prophetas: & si enim ea deus cōstituit, sed apud vos non sunt. si enim scripturæ vbiq; docent vt mihi creditis, vos autē nō creditis, manifestū est q̄ sermo eius deficit à vobis. Et propter hoc subdit: Quia quē misit ille, huic vos nō creditis. Alcui. Vel ali. Verbum quod in principio erat, nō habent in se manens, qui verbū dei quod audiunt & memoria tenere & opere implere cōtemnunt. dixerat igitur se habere testimonoiū à Ioanne, ab operibus, à patre: addit & testimoniū à lege, quę data est p Moysen, di. Scrutamini scripturas, in quibus putatis vitā æternam habere: & illæ sunt quę testimonium perhibent de me. q.d. Vos qui in scripturis putatis vitam æternā habere, & me quasi contrariū Moysi repudiatis, testimonio ipsius Moysi me esse deū intelligere potestis, si ipsas scripturas diligenter inuestigatis. Omnis enim scriptura testimoniū phibet de Christo, siue per figuras, siue per prophetas, siue per angelorum ministeria. Sed his Iudæi de Christo nō crediderūt, & ideo vitam æternā habere non possunt. vnde sequitur: Et non vul. ve. ad me, vt vitam ha. q.d. Scripturæ perhibent testimoniū, & tamen per tot testimonia non vultis ve. ad me. i. non vultis mihi credere & à me quærere veram salutē. Chry. Vel aliter potest cōtinuari: Possent illi dicere, Qualiter si vocem eius non audiuimus, deus tibi testatus est? & ideo dicit: Scrutamini scripturas: ostendens q̄ per has testatus est deus de eo: etenim in Iordane testatus est, & in monte. Sed vocem quidē factam in monte nō audierūt, factam autē in Iordane audierūt, sed non attenderūt. Propterea mittit eos ad scripturas, ostendens quoniā & patris testimoniū illic est.

Testimoniū Christi multiplex.

Non autē ad lectionē simplicem scripturarū, sed scrutationem exquisitā eos mittebat, quia ea quæ de eo dicebantur in scripturis, desuper obūbrabant, neq; in superficie exprimebātur, sed velut quidā thesaurus recondebantur. Nō dicit autē in quibus habetis vitā æternam, sed in quibus æstimatis vos habere: ostēdens qnoniam non capiebant magnū fructum & nobilem ex scripturis sola lectione æstimātes se saluari, cū fide essent priuati. Propter quod subdit: Et non vul. ve. ad me, quia ei cre. nolebant. Beda. Quod autē venire pro credere ponat, psalmista ostēdit di. Accedite ad eū & illuminamini. Subdit autē, Vt vitam habeatis, Si enim anima quæ peccat morit, & ipsi anima & mente mortui erant. Promittebat ergo illis vitam animę vel fœlicitatis ęternę.

Scrutiniū scripturarū.

Claritatē ab hominibus nō accipio. Sed cognoui uos, quia dilectionem dei nō habetis in uobis. Ego ueni in nomine patris mei, & nō accepistis me. Si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo uos potestis credere qui gloriam abinuicem accipitis, & gloriā quæ à solo deo est, non quæritis? Nolite putare quia ego accusaturus sum uos apud patrē. Est qui accusat uos Moyses, in quo uos sperastis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

Chryso. Quia dominus suprà meminit & Ioānis & testimonii dei, & operum suorū: vt eos ad seipsum attraheret, probabile erat multos suspicari q̄ hæc diceret: gloriam hominū amantis, & ideo contra hoc dicit: Claritatem ab ho. non accipi. hoc est nō indigeo. Non em̄ est mea natura talis, vt indigeat quæ ab hominibus est gloria. Si enim sol à lucernæ lumine non recipit adiectionem, multò magis ego humana gloria non indigeo. Alcui. Vel claritatē ab hominibus nō accipio. i. laudem humanam nō quæro, nō enim veni vt honorē ab hominibus acciperem carnalē, sed honorem hominibus darem spiritualem. Nō ergo ideo hoc loquor vt gloriam meam quæram, sed cōdoleo vobis errantibus, & volo reducere ad vitā veritatis. vnde dicit: Sed cognouivos, quia dilectionē dei non habetis in vobis. Chrysost. q.d. Ideo hoc dixi, vt conuincā vos, quoniā propter amorē dei, me non persequimini. Etenim ipse testatur mihi & per opera & per scripturas. Oportebat igit vt sicut me abiiciebatis existimātes esse deo contrariū, ita nūc ad me veniretis si deum amaretis, sed non amatis. Non autem ab his solū, sed etiam à futuris hoc ostendit, dicens: Ego veni in nomine patris mei & non accepistis me. Si alius ve. in no. suo, illum accipietis. Ideo dicit se in nomine patris venisse, vt omnem abscindat occasionem indeuotionis. Alcui. Ac si dicat, ideo veni in mundum, vt per me glorificetur nomē patris, quia patri omnia attribuo. Dilectionē ergo dei non habebāt, quia nolebant eum recipere qui patris venerat facere voluntatem. Antichristus autem veniet in nomine nō patris sed suo, vt non gloriā patris sed suā quærat. Quia enim Iudæi noluerūt recipere Christū, pœna peccati huius congruet vt recipiant antichristū, vt qui nolunt credere veritati credant mēdacio, Aug. de ver, do. Sed audiamus & Ioannē: Audistis quia antichristus venit & nūc antichristi multi facti sunt. Quid autē expauescis in antichristo, nisi quia nomen suū honoraturus est, & nomē domini contēpturus? Quid aliud facit sui dicit: Ego iustificо, nisi boni fuerimus peristis? Er vita mea ex te pendebit, & salus mea ex te religabit.., ita ne oblitus sim fundamentū meū? nōne petra erat Christus? Chry. Sic igitur irrefragabilem indeuotionis eorū ponit demonstrationē. q.d. Si vt amantes deum me persequeremini, multò magis in Antichristo hoc vos facere oporteret: ille enim non dicet se à patre missum, neq; secundum voluntatē illius venire, sed econtrario ea quæ sibi non cōgruunt rapiēs super omnia deū se esse dicet. Manifestum est igitur q̄ liuoris persecutio erat qua Christum persequebant, & odii in deū. Deinde, eorū infidelitatis ponit causam, dicēs: Quomodo vos potestis credere. qui gloriā ab inuicem acci. & glo. q̄ à solo deo est nō quæritis? Hinc em̄ rursus ostendit, quoniā nō quæ dei sunt intendebant, sed propriā volebant passionē defendere. Alcui. Magnū igitur vitiū est iactantia & humanæ laudis ambitio, quæ de se vult æstimari quod de se non habet. Ideo enim nō possunt credere, quia superba mēs eorum laudari desiderat, & se super alios efferre. Beda.

Antichristi designatio.

Ambitionis vitiū tavatur.

Hoc autē vitium melius caueri non potest, q̄ vt ad conscientias nostras redeamus, nosq; puluerē esse consideremus: & si quid nobis boni inesse deprehendimus, nō nobis, sed deo ascribamus. Instruimur etiā vt semp nos tales exhibeamus, quales ab aliis videri desideramus. Deniq; posset ipsi respōdere: Ergo accusabis nos apud patrē? Et ideo eorū quæstionē præueniens subdit: Nolite putare &c. Chry. Quia. s. non veni dānare, sed saluare. Est qui accu. vos Moyses, in quo vos speratis. Sicut enim de scripturis supra dixit, In quib⁹ putatis vitam æternā habere, ita & de Moyse ait: in quo vos speratis, ex propriis eos vbiq; capiens. Sed dicēt, qualiter nos ille accusabit? quid tibi & Moysi cōmune q̄ sabbatum soluisti? Et ideo subdit: Si enim cre. Moysi creder. for. & mihi: de me em̄ ille scripsit. Hæc ex superiorib⁹ cōstitutionē haberes: cū em̄ in cōfessione deductū sit q̄ à deo veni, ab operibus, à voce Ioānis, à patris testimonio: manifestum est q̄ Moyses eos accusabit. Etenim dixit: Si quis venerit signa faciens, & ad deum ducens, & futuro prædicens cū veritate, oportet ei obedire. Christus autē hæc omnia fecit, nec ei crediderunt. Alcui. Forsitan autē more nostro posuit: non quia dubitatio sit in deo. Scripsit autē de Christo Moyses, dicens: Prophetā vobis suscitabit deus de fratribus vestris tanquam me, ipsum audietis. Aug. contra Faustū. Sed & omne quod scripsit Moyses de Christo est. i. ad Christū oīno pertinet: siue q̄ eū figuris rerum vel gestarū, vel dictarū prænunciet, siue q̄ eius gratiā gloriamq; eōmēdet. Sequit: Si autē illius literis nō creditis, quomodo verbis meis. cre. Theo. q.d. Ipse etiā scripsit, & apud vos libros reliquit: vt si fortè obliuisceremini, de facili recordari possitis: & cū scriptis nō credidistis, quomodo verbis meis non scriptis credetis? Alcui. Ex hoc etiā colligitur, quia qui legit præcepta quæ rapinam & alia mala prohibēt, & implere negligūt dicta euangelii, quæ perfectiora & subtiliora sunt, implere non valent. Chry. Et quidem si attenderent his quæ dicebantur, oportebat quærere & ab eo discere quæ sunt illa q̄ Moyses de eo scripsit, sed silent. Tale enim est nequitia, vt quicquid dicat aliquis vel faciat, maneat proprium venenum conseruans.

Lex ad Christū spectat.

CAPVT VI.

Post hæc abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quia uidebāt signa quæ faciebat super his qui infirmabātur. Subijt ergo in montē Iesus, & ibi sedebat cū discipulis suis. Erat autem proximū pascha, dies festus Iudæorū. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum, dixit ad Philippū: Vnde ememus panes ut manducēt hi? Hoc autē dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorū denariorū panes non sufficiunt eis, ut unusquisq; modicū quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius Andreas, frater Simonis Petri: Est puer unus hic, q̄ habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dixit ergo Iesus, Facite homines discumbere. Erat autē fœnū multū in loco. Discubuerunt ergo uiri, numero quasi quinq; milia. Accepit ergo Iesus panes, & cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantū uolebant. Vt autē impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorū ex quinq; panibus ordeaceis & duobus piscibus quæ superfuerūt his qui manducauerant. Illi ergo homines cùm uidissent quod Iesus fecerat signum, dicebāt: Quia hic est uerè propheta, qui uenturus est in mundum.

Chryſ. Sicut iacula cùm in durum aliquid inciderint cùm multo impetu iaciuntur, cùm autē non habuerint aliquid obuians, dissoluitur citò immissio, & quiescit: ita & si cū audacibus hoībus impetuosē incesserim⁹, sęquiunt magis. Si autē cesserimus, facilè mollimus eorum insaniam. Propterea Christ⁹ furorē ex premissis sermonibus tantū secedendo mitigauit in Galilæam vadens, non tamen ad eadē loca vnde in Hierusalē ascenderat, non em̄ in Chana Galilęę, sed vltra mare iuit. vnde ait: Post hęc abiit Iesus trans mare Galilęæ quod est Tyberiadis. Alcui. Hoc mare p diuersitate locorū diuersis nominibus vocatur, sed quantū ad præsentē locū mare Galilææ propter prouinciā, Tyberiadis autē à ciuitate dicitur. Mare autē dicitur, non quia sit amara aqua, sed iuxta Hebraicū modū omniū congregationes aquarū maria vocantur. Quod mare dns etiā frequēter transit, vt populis ibi manentibus verbū prædicationis impēdat. Theo. Transit em̄ de loco ad locū probando populi voluntatē, & auidiores homines vniusquiusq; ciuitatis & solicitiores reddens. vnde sequitur: Et seq. eū mul. mag. quia vide. si. quæ fa. super his qui infirmabantur, Alcui. Scilicet q̄ cæcos illuminabat, & alia hmōi. Et sciendū est q̄ quoscūq; in corpore sanabat, eos pariter reformabat in anima. Chry. Tanta autē doctrina potientes à signis magis mouebātur, quod grossioris mētis erat. Signa em̄, vt ait Paulus, nō sunt data fidelibus, sed infidelibus. Sapientiores aūt erant illi, de quibus in Lucæ dicitur, q̄ stupebant in doctrina eius. Sed quare non dicit quæ signa videbant eū facientē: quoniā hic euangelista maiorē partem libri in sermonibus dñi cōsumere studuit. Sequit: Subiicit ergo in mōtē Iesus, & ibi sede. cū discipuis. In montē quidem ascēdit propter signū quod fieri debebat. Sed q̄ discipulos secū ascendere fecit, accusatio multitudinis erat non sequentis eum. Ascendit etiam in montem erudiens nos à tumultibus, & ab ea quæ in mundo est turbatione quiescere: apta em̄ ad philosophiā solicitudo est. Sequitur: Erat aūt proxi. pa. dife. Iu. Vide qualiter in anno integro nihil plus euāgelista nos docuit de signis Christi q̄ q̄ paralyticū sanauit, & filium reguli: non enim studuit vniuersa annūciare, sed ex multis magna & pauca. Qualiter igit nō ascendit ad diem festū? paulatim enim soluebat legem, occasionem capiens à Iudaica nequitia. Theo. Quia enī Iudæi eum persequebantur, occasionem recessus accipiēs legem exclusit, innuens obseruantibus q̄ veritate adueniente omnis cessat figura: & q̄ legibus nō subiicitur, vt legalia festa perficeret. & vide hoc q̄ nō erat festum Christi, sed Iudæorū. Beda. Si quis autem verba euangelistarum diligenter cōsideraverit, facile cognoscet quia vnius anni spacium fuit inter decollationem Ioānis & passionem dñi. Cùm enī Matthæus dicat, quia dns audita nece Ioannis secessit in desertū locū, & ibi turbas pauit, & Ioannes dicit q̄ proximū erat pascha Iudæorum quando turbas pauit: apertè demonstratur, quia imminente paschali festiuitate decollatus est Ioānes. Euoluu-

Christi duplex sanatio.

Supputatio temporum.

to autē vnius anni ſpacio paſſus eſt Chriſtus in eadem feſtiuitate. Sequit: Cùm ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus &c. Dicit, cùm ſubleuaſſet oculos Ieſus, vt diſceremus ꝙ oculos nō erigebat huc atq; illuc, ſed pudicè ſedebat attētus cū diſcipulis ſuis. Chryſ. Neq; etiam ſimpliciter ſedebat cum diſcipulis ſuis, ſed diligenter loquens aliquid eis, & eos ad ſeipſum cōuertens. Deinde reſpiciēs vidit turbā ad ſe venientē. Cuius igitur gratia Philippum interrogat? ſciebat enim ꝙ diſcipulorū eius cōgregatio, ampliori indigebat doctrina. Talis autē erat Philippus qui poſtea dixit: Oſtende nobis patrē, & ſufficit nobis: propterea igitur prius eum erudiebat. Nā ſi ſimpliciter factum eſſet miraculū, nō tantū appareret: nūc autē prius cogit confiteri inopiā, vt certius diſcat miraculi magnitudinē. vnde ſequitur: Hoc autē dice. ten. eū. Non quidē ignorans id quod debebat ab ipſo dici, ſed humanè hoc dictū eſt. Sicut enim ꝙ dicitur: Qui ſcrutatur corda hominū, non oſtendit ignorātiæ ſcrutationē, ſed certiſſimè cognitionis: ita cùm hic dicat ꝙ tentauit eum, nihil aliud dicit q̄ quoniā ſciebat certiſſimè. Sed & aliud eſt dicere quoniā probatiorē eum faciebat, per talem interrogationē inducens in certiſſimam ſigni cognitionē. Propter hoc & euangeliſta ne infirmitate locutionis minorationē aliquam ſuſpiceris ſubiūgit: Ipſe enim ſcie. quid eſſet facturus. Alcui. Interrogat igit nō vt ignorata diſcat, ſed vt diſcipulo adhuc rudi propriā tarditatē oſtēdat, quā ipſe in ſe perpendere nō valebat. Theo. Vel etiam vt aliis ipſum oſtenderet, non tanquā cor eius ignorās. Aug. de con. euan. Sed ſi dñs ſcđm narrationē Ioannis ꝓſpectis turbis quæſiuit à Philippo tē tans eū, vnde illis eſcæ dari poſſent: poteſt mouere quo modo ſit verum quod alii narrauerūt, prius dixiſſe dño diſcipulos vt dimitteret turbas. Quibus ille reſpondit ſecundū Matthæū, Non habent neceſſe ire, date eis vos manducare: intelligitur igitur poſt hæc verba dñm inſpexiſſe multitudinē, & dixiſſe Philippo quod Ioannes cōmemorat: alii autē prætermiſerunt. Chry. Vel aliter: Alia quidē ſunt illa: alia autē ſunt hæc non eiſdem facta temporibus. Theo. Philippū igitur dñs tentans vtrum fidem haberet, inuenit eum adhuc humanis paſſionib⁹ ſubiacentē, quod patet ex hoc quod ſequit: Reſpondit ei Philippus, Ducentorū denariorū panes non ſufficiūt eis, vt vnuſquiſq; modicū quid acci. Alcui. In quo tarditatē ſuam oſtendit. nam ſi perfectè de creatore intelligeret, de eius potentiæ largitate non diffideret. Augu. de con. euan. Quod autē Philippus hic apud Ioannē reſponderet, Hoc Marcus à diſcipulis reſpōſum eſſe cōmemorat: volens intelligi hoc ex ore cæterorū Philippū reſpō diſſe: quanquā & pluralē numerū ꝓ ſingulari vſitatiſſimè ponere potuerit. Theo. Sed & Andreā dñs ſimilem Philippo inuenit, quanuis altius de illo contēplantem, ſequit enim: Dicit ei vnus ex diſcipulis eius Andre. fra. Si. Pe. Eſt puer hic qui habet quinq; panes hordeaceos & duos piſces. Chryſ. Aeſtimo quidē non ſine cauſa id eū dicere, ſed quia audiuerat ſignū quod Eliſeus de panibus hordeaceis fecerat, pauit em̄ de x. panibus centum homines. Aſcendit igitur mente in aliquod excelſum, ſed ad ſummū nō potuit peruenire, quod patet per hoc quod ſubdit: Sed hæc, quid ſunt inter tantos? Aeſtimabat enim ꝙ de paucioribus pauciora, & de pluribus plura facturus eſſet qui miracula faciebat, ſed hoc non erat verū. Similiter enim ei facile erat, & de plurib⁹ & de paucioribus paſcere turbas: non enim materia ſubiecta indigebat, ſed ne viderētur creaturæ alienæ eſſe ab eius ſapientia ipſis creaturis vtitur ad materiā miraculorum. Theo. Cōfundantur Manichæi qui dicūt ꝙ panes & omnia hmōi creata ſunt à malo deo, ꝙa boni dei filius Ieſus Chriſtus panes multiplicauit: nā ſi creaturæ malæ fuiſſent, nequaq̄ bonus mala multiplicaſſet. Aug. de con. euā. Quod autē Andreas apud Ioannē de quinque panibus & duob⁹ piſcibus ſuggeſſit, hoc cæteri plu ralem numerū pro ſingulari ponentes ex diſcipulorum perſona retulerunt. Chry. Diſcamus autē hic qui voluptati attendimus, quæ comedebāt mirabiles viri illi & magni: & quantitatē eorum quæ inferebātur, & vilitatem menſæ eorū. Nondū autē apparētibus panibus iuſſit eos diſcūbere, vt diſcas quoniā non entia vt entia ei ſubſiſtunt, ſicut Paulus ait: Qui vocat ea quæ nō ſunt, tanq̄ ea quæ ſunt. ſequitur enim: Dicit ei Ieſus, Facite ho. diſcūbe. Alcui. Ad literā hoīes diſcūbere dicimus iacendo comedere more antiquo, vnde ſequit: Erat autē fœnum multū in loco. Theo. i. herba viridis. Erat enim paſcha quod in primo mēſe veris perficiebatur. Sequit: Diſcubue. ergo viri nu. quaſi quinq; mi. Soli viri numerantur ab euangeliſta, quia legalem conſuetudinē ſeq̄batur. Etenim Moyſes à xx. annis, & ſupra populū connumerauit nulla mentione de mulieribus facta: innuēs ꝙ omne quod virile eſt & iuuenile, dignū & honorabile eſt apud deū. Sequitur: Accepit er. Ie. panem, & cùm gratias egiſſet, diſtri. diſcū. ſimiliter ex piſcibus quantū volebant. Chry. Sed quare paralyticū debens ſanare nō orat, neq; ſuſcitans mortuos, neq; mare quietās: hic autem orat gratias agens? vt. ſ. oſtendat eos qui comeſtionem incipiunt gratias agere oportere deo. Sed & aliter in minoribus maximè orat, vt diſcas ꝙ non ꝓpter indigentiā orat. Si em̄ indigeret orare, multò magis in maiorib⁹ hoc feciſſet. Quia verò illa ex auctoritate facit, manifeſtū eſt ꝙ hic condeſcendendo nobis orat: & adhuc quoniā turba multa erat ꝓſens, oportebat eis ſuaderi ꝙ ſcđm volūtatem dei aduenerat, & ideo cū occultè aliquod miraculū faciebat non orabat, ſed corā multis orabat, ne crederent quòd eſſet deo contrarius. Hyla. 3. de tri. Quinq; igitur panes offerunt turbæ & frangunturque, ſubrepūt in frangentiū manus quædā fragmentorū procreationes, nō imminuit: vnde prefringitur, & tamen præfringentis manū fragmenta occupant, non ſenſus, non viſus profectū tam conſpicabilis operationis aſſequitur: eſt quod nō erat, videt quod nō intelligitur: ſolū ſupereſt, vt deus omnia poſſe credat. Aug. Vnde em̄ multiplicat de paucis granis ſegetes, inde in manib⁹ ſuis multiplicauit quinq; panes: poteſtas em̄ erat in manibus Chriſti. panes aūt illi qninq; quaſi ſemina erant, non quidem terræ mandata, ſed ab eo qui terram fecit multiplicata. Chryſ. Vide aūt quāta eſt ſerui & domini differentia: nam ꝓphetæ quaſi ex menſura habentes gratiā ita miracula faciebant, Chriſtus autem abſoluta virtute faciens cū multa ſuperabundantia oīa operabatur. Sequitur: Vt aūt im. ſunt, &c. Nō quidem hæc oſtentatio ſuperflua fuit, ſed nec phātaſiam exiſtimarēt quod factū eſt, propter quod etiam ex ſubiecta materia miraculū fecit. Sed quare non turbis dedit fragmenta portanda, ſed diſcipulis? quoniam hos maximè erudire volebat, qui orbis terrarū debebant eſſe magiſtri. Ego autem non ſolū admiror multitudinem panū quæ facta eſt, ſed & certitudinem ſuperfluorū, quia neq; plus, neque minus fecit ſuperfluum eſſe, ſed tantū quantū volebant, ſcilicet duodecim cophinos ſcđm numerum 12. apoſtolorū. Theo. Addiſcimus aūt ex miraculo perpetrato non fieri puſillanimes in coarctationib⁹ paupertatis. Beda. Turbæ aūt cùm vidiſſent ſignū quod fecit dominus, mirabant quia nondū eum deum eſſe cognouerant, ideoq; euangeliſta ſubdit: Illi ergo hoīes quia quia carnales erant & carnaliter intelligebāt, cùm vidiſſent quod fecerat ſignum, dicebant: quia hic eſt verè

Conſen. euange.

Conſuetudo viri legalis.

propheta, qui venturus eſt in mundū. Alcui. Nondū pleni fide dñm vocāt prophetā, qui nondū deum dicere noluerant, ſed iam multū profecerant ex virtute miraculi: qui eum ſecernentes ab aliis prophetam vocabāt, ſicut ſciebant in populo illo prophetas aliquando miracula feciſſe, nec fallunt ſi dicunt eum prophetā, cū ipſe dominus nouerit ſe prophetā, dicens: Nō capit prophetā perire extra Hieruſalē. Aug. Sic autē propheta eſt Chriſtus & dñs prophetarū, ſicut angelus & dñs angelorū. ex eo enim ꝙ præſens annunciauit, angelus erat: ex eo ꝙ futura prædixit, propheta erat: ex eo ꝙ verbum caro factum eſt, & angelorū & prophetarū dñs erat: nullus enim propheta ſine verbo dei. Chry. Ex hoc autē ꝙ dicunt: Qui venturus eſt in mundū, manifeſtū eſt ꝙ prophetam quendā principalē expectabant. Et ideo quod dicitur: Hic eſt verè propheta, in græco cū adiectione articuli ponit, ad oſtēdendū. ſ. eum eſſe diſcretū ab aliis prophetis. Augu. Conſiderandū autē quod dicitur, quia deus non eſt talis ſubſtantia quæ oculis videri poſſit, & miracula eius quibus totū mundum regit, vniuerſamq; creaturā adminiſtrat, aſſiduitate viluerūt, ſeruauit ſibi quædā q̄ faceret opportuno tēpore: præter vſitatū curſum ordinēq; naturę: non vt maiora, ſed inſolita viuendo ſtuperent, quibus quotidiana viluerūt. Maius enim miraculū eſt gubernatio totius mundi q̄ ſaturatio quinque miliū hominū de quinq; panibus, & tamē hoc nemo miratur. Illud mirantur homines, non quia maius, ſed quia rarū eſt. Nec tamen ſufficit hoc intueri in miraculis Chriſti, quia enim dñs eſt in mōte, verbū dei eſt in alto: proinde non quaſi humiliter iacet, nec trāſeunter prætereūtū eſt. Alcui. Myſticè enim nomine maris turbidum ſeculum deſignatur. Mox autem vt Chriſtus mare mortalitatis noſtræ adiit naſcendo, calcauit moriendo, tranſiit reſurgēdo, ſecutæ ſunt eum credendo & imitādo turbæ credentiū ex vtroq; populo collectorū. Beda. Tunc autē dñs ſubiit in montē, quādo cœlū aſcēdit, quod deſignatur per montē. Alcu. Quòd em̄ turbis inferioribus relictis ad altiora cū diſcipulis aſcendit, oſtendit ꝙ ſimplicibus minora præcepta ſunt cōmittēda, perfectioribus altiora: ꝙ imminēte paſcha illos refecit, ſignificat quia quiſq; pane diuini verbi & corpore & ſanguine dñi deſiderat refici, debet ſpūale paſcha facere. i. de vitiis ad virtutes tranſire. Oculi verò dñi ſunt dona ſpūalia: q̄ cùm dominus electis ſuis miſericorditer concedit, tunc in eos oculos ſuos dirigit. i. reſpectū pietatis impendit. Aug. lib. 83. q. Quinq; autē panes hordeacei ſignificāt veterē legē, ſiue quia nondū ſpiritualibus, ſed adhuc carnalibus data eſt lex. i. quinq; corporis ſenſibus deditis. Nam & ipſæ turbę quinq; milia hominum fuerunt, ſiue quia per Moyſen lex ipſa data eſt. Moyſes em̄ quinq; libros ſcripſit. Et ꝙ hordeacei erāt panes, bene ſignificauit per ipſam legem, quæ ita data erat, vt in ea vitale animæ alimentū corporalibus ſacramentis obtegeretur. Hordei enim medulla tenaciſſima palea tegitur. Vel ipſum populum nondū expoliatū carnali deſiderio tanquā palea cordi eius inhęrebat. Beda. Hordeū etiam pabulū eſt iumentorū, & cibus ſeruorū: & lex vetus data eſt & ſeruis & iumentis. i. carnalibus. Aug. lib. 83. q. Duo autē piſces qui ſaporē ſuauem pani dabant, duas illas perſonas videntur ſignificare quibus populus ille regebatur, regiam. ſ. & ſacerdotalem: quæ tamen duæ perſonę dominū noſtrū præfigurabant, ambas em̄ ille ſuſtinuit. Alcui. Vel duo piſces dicta vel ſcripta prophetarū & pſalmiſtarū ſignificant, & cū quinarius ad quinq; ſenſus corporis referatur, mille ad perfectionē refertur. Qui verò quinq; ſenſus corporis perfectè regere ſtudent, viri dicunt à viribus quos fœminea mollities nō corrūpit, ſed ſobriè & caſtè viuunt: & cœleſtis ſapientiæ dulcedine merent recreari. Aug. ſup. Io. Puer aūt qui iſta habebat fortè populus Iſrael erat, qui ſenſu puerili ea portabat, nec manducabat. Illa enim q̄ portabat clauſa onerabant, aperta paſcebant. Beda. Pulchrè autē dicit: Hæc quid ſunt inter tantos? quia lex vetus parū ꝓficiebat, quousq; eā ſuis manibus ſuſcepit. i. opere impleuit. & eandē ſpūaliter intelligendā eſſe docuit, quia lex neminē ducebat ad perfectū. Aug. ſu. Ioā. Frangendo autē panes multiplicati ſunt. Quinq; enim libri Moyſi multos libros cùm exponunt tanq̄ frangēdo. i. differendo fecerunt. Aug. lib. 83. q. Dominus etiā tanq̄ frangendo & aperiēdo quod durū erat & clauſum in lege diſcipulos impleuit, cùm eis poſt reſurrectionē aperuit ſcripturas. Aug. ſup. Ioan. Quia aut ignorantia populi erat in lege, ꝓpterea tētatio domini ignorantiā diſcipuli demonſtrabat. Super fœnum autē diſcumbebant, quia carnaliter ſapiebāt, & in carnalibus quieſcebant: omnis enim caro fœnū. Illi autē de panibus domini implent, qui quod auribus audiūt, operibus implēt. Aug. Quæ ſunt aūt fragmenta niſi q̄ populus nō poterat māducare? Quid ergo reſtat niſi vt ſecretiora intelligentiæ q̄ non poteſt capere multitudo illis credantur, ꝙ idonei ſunt, & alios docere valent, ſicut erant apoſtoli: vnde & duodecim cophini impleti ſunt. Alcu. Cophinis enim ſeruilia implent officia. Cophini igitur ſunt apoſtoli, & eorum imitatores, qui licet in præſenti ſint deſpicabiles, ſpiritualiū ſacramentorū diuitiis ſunt interius referti. Dicunt autem apoſtoli fuiſſe cophini, ꝙa per apoſtolos fides ſanctæ trinitatis erat prędicanda in quatuor partibus mundi. Quòd autē nouos panes noluit facere, ſed allatos cumulauit, ſignat quia veterē ſcripturam non reprobauit, ſed aperiendo patefecit.

Iesus est propheta.

Allegorica pulchra.

Notula pulchra.

Allegorica expoſitio

Ieſus ergo cùm cognouiſſet quia uenturi eſſent ut raperent eum, & facerent eum regem: fugit iterum in montem ipſe ſolus. Vt autē ſerò factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare. Et cùm aſcendiſſent nauim, uenerunt trans mare in Capharnaum. Et tenebræ iam factæ erant: & non uenerat ad eos Ieſus. Mare autē, uēto magno flante, exurgebat. Cùm remigaſſent ergo quaſi ſtadia uigintiquinq;, aut triginta, uidēt Ieſum ambulantem ſupra mare, & proximum naui fieri, & timuerūt. Ille autem dicit eis: Ego ſum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eū in nauim, & ſtatim nauis fuit ad terram in quam ibant.

Beda. Turbę viſo tanto miraculo, intellexerūt pium atq; potentem, & idcirco voluerunt ipſum facere regē: homines nanq; volūt habere regem pium ad regendū, & potentem ad tuendum. Dominus igitur hoc cognoſcens fugit in montem. i. aſcendit celeriter. vnde dicit: Ieſus ergo cū cogno. quia ven. eſ. vt ra. eum & fa. eū regem, fugit iterū in montem ipſe ſolus. Datur ergo intelligi ꝙ dominus cùm ſederet in mōte cū diſcipulis ſuis, & videret turbas ad ſe venientes deſcenderat de mōte, & circa inferiora loca turbas pauerat. Nam quomodo fieri poteſt, vt rurſus ille fugeret, niſi ante de monte deſcenderet? Aug. de con. euan. Nō autem repugnat quod Matthæus dixit, Aſcendit in mōtem ſolus orare. Neq; enim cauſæ orandi contraria eſt cauſa fugiendi: quādoquidem & hinc dominus doceat hāc eſſe nobis magnā cauſam orandi, quādo eſt cauſa fugiendi. Aug. Erat aūt rex, qui timebat fieri rex: nec talis rex qui ab hominibus fieret, ſed talis qui hominibus regnū daret: ſemper quidem ille cū patre regnat ſecundum ꝙ eſt filius dei. Prædixerunt aūt prophetæ regnū eius, & ſcđm id quòd homo factus Chriſtus: & fecit fideles ſuos Chriſtianos qui ſunt regnū ei⁹ quod modò colligit modò emit ſanguine Chriſti. Erit autem aliquādo manifeſtū regnum

eius,quando erit aperta claritas sanctorũ eius post iudi
cium ab eo factũ.Discipuli autẽ & turbæ credentes in
eum putauerunt illũ sic venisse vt iam regnaret.Hoc est
velle rapere,& facere eum regem.Chry,Vide aũt quã-
ta est gulæ virtus,non vltra eis sabbati transgressionis
Regnũ Christi duplex. cura,non vltra zelant, sed omnia remota sunt vẽtre re-
pleto:& propheta iam erat apud eos,& regẽ eũ introni
zare volebant.Christus autẽ fugit, erudiens nos mun-
danas contẽnere dignitates.Sic igitur Iesus dimittit di
scipulos,& ascendit in montẽ. Hi verò à magistro reli-
cti,vt serò factũ est,descenderũt ad mare.Et hoc est qđ
subditur:Vt aũt serò factũ est,&c. Et quidẽ vsq; ad ve-
sperã expectauerunt eũ,venturũ esse putãtes ad se:fa-
cta verò vespera non vltra sustinent eum,nõ inquirere,
tantus eos detinebat amor,sed ab amore igniti ascẽde
runt in nauem:vnde sequitur, Et cùm ascẽ.na.ve.trans
mare in Caphar.Veniebant quidẽ ad Capharnaũ æsti-
mantes se illic eũ inuenturos.Aug.Sic ergo dixit finem
& redit vt exponat qũo venerũt, quia per stagnũ naui-
gantes transierunt,& dum nauigarẽt recapitulãdo ex-
ponit quid acciderit,di.Et tenebrę iam factę erant &c.
Chry.Non sine causa euangelista tẽpus designat, sed vt
per hoc calidũ eorum amorẽ ostẽdat. Non em dixerũt:
Vespera nunc est, & nox aduenit, sed ab amore igniti
ascenderunt in nauim,multa autẽ erant ex quibus im-
pediebant:à tẽpore,vnde dicitur: Et tene.iam fa. erãt:
à tempestate,vnde sequit: Mare aũt vẽto ma.flan.exur-
ge.à loco.Non enim erat prope terrã:vnde dicit,Cùm
rtmrigassẽt ergo quasi stadia 25,aut 30.Beda.Eo gene-
re locutionis quo cùm dubitãdo loquimur solemus di-
cere ferme 25,aut propè 30.Chry. Et vltimo ab inopi-
nabili:vnde sequit,Vident Iesum am. supra ma.& ꝓxi.
fieri.Apparet quidẽ eis postꝫ illos dimiserat, illo qui-
dem docẽs eos quid est de relicto, & amorẽ excitãs ma
iorem,hic verò suam virtutem ostendens, propter hoc
igitur illi turbabant:vnde sequitur,Et timuerunt,qui-
bus turbatis dñs cõfortationẽ adhibet: vnde sequitur,
Mysteriũ latet in verbis Ille autẽ dicit eis:Ego sum,nolite timere.Beda.Nõ aũt
dixit,Ego sum Iesus,sed tantũ,Ego sum,quia familia-
res eius erant,ideoq; audita voce facile potuerũt cogno
scere magistrũ:siue quod verius est,vt ostenderet se illũ
esse qui Moysi dixit,Ego sum qui sum.Chrys.Ideo aũt
eis apparuit,vt ostendat quoniã ipse est qui tẽpestatem
soluet.Hoc enim ostendit euangelista subdens. Volue-
runt ergo accipere eum in naui, & statim fuit nauis ad
terram ad quã ibãt.Tranquillã enim prębuit eis naui-
gationem.Non autẽ nauim ascẽdit,volens maius mira
culum operari,& deitatẽ eius reuelare apertius. Theo.
Vide nãq; tria miracula:primũ est ꝙ ambulabat supra
mare,secundũ est ꝙ fluctus mitigat, tertiũ est ꝙ statim
facit nauim ad terrã ire ad quam ibant: nam multũ dia
stabant à terra,cùm eis domin⁹ apparuit.Chry.Turbæ
autem nõ ostendit se Iesus supra mare ambulantẽ, quia
hoc signũ imbecillitatẽ eorũ excedebat: sed neq; disci-
pulis diuvisus est hoc faciẽs,sed statim disparuit ab eis.
Aug.de con.euan. Non est autẽ aduersus ꝙ Matthæus
prius eũ dixit dixisse discipulos ascendere in nauiculã,
& præcedere eum trãs fretũ, donec dimitteret turbas,
ac deinde dimissis turbis ascẽdisse in montẽ solus ora-
re.Ioãnes verò prius eum fugisse cõmemorat solum in
montẽ,ac deinde inquit,Vt aũt serò factũ est,descẽ.dis.
eius ad ma.& cũ ascen.in nauim.Quis enim nõ hoc vi-
deat recapitulãdo Ioannẽ postea dixisse factũ à discipu-
lis,quod iam Iesus iusserat anteꝙ fugisset in montem?
Chry.Vel aliter:Mihi videtur hoc signũ aliud ab eo qđ
apud Matthæũ positũ est,tunc enim nõ statim eũ susce-
perunt,nunc autẽ persuasi sunt statim susciperę:& tunc
quidẽ adhuc tẽpestas permanebat cõcutiẽs nauim, nũc
autẽ cũ voce tranquillitas aduenit. multoties em eadẽ
facit signa,vt facile susceptibilia fiant.Augus.Mysticè
autẽ pauit dñs turbas,& ascendit in montẽ:sic enim de
illo prædictũ est,Congregatio populorũ circũdabit te:
& propter hanc in altũ regredere.i.vt circũdet te con-
gregatio populorũ regredere in altũ.Quare autẽ dictũ
est,Fugit?neque enim si nollet,teneretur.Aliquid ergo
significauit fugiendo,quia.s.non potuit intelligi altitu
do eius:quicquid enim nõ intellexeris, fugit me, dicis:
ergo fugit in montẽ ipse solus,quia ascendit sup omnes
cœlos.Illo autẽ sursum posito discipuli in nauicula tem
pestatem patiebãtur,nauicula illa ecclesiã præsignabat.
Tenebræ iam factæ erant,& merito,quia lux non erat,
non enim venerat ad illos Iesus. Quantũ accedit finis
mundi,crescunt errores,crescit iniquitas.Lux denique Lux cha ritas dicitur.
charitas est scdm illud,Qui odit fratrẽ suũ,in tenebris
est.Ipsi fluctus nauem turbantes, & tẽpestates,& venti
clamores sunt maledictorum,inde charitas refrigescit,
inde fluctus augent,& turbatur nauis,nec tamen venti
illi & tẽpestas,& fluctus,& tenebræ id agebant, vt vel
nauis non promouerẽt,vel soluta mergerẽt. Qui enim
perseuerauerit vsq; in finem,hic saluus erit.Quinarius
autem numerus ad legẽ pertinet, ipsi sunt quinq; libri
Moysi,ergo legẽ signat numerus vigesimusquint⁹,quo-
niam quinquies quini fiũt vigintiquinq;.Sed huic legi
antequã euangeliũ veniret,deerat perfectio,quæ in se-
nario numero cõprehẽdit.Ipsa ergo quinq; per sex mul
tiplicent:vt lex per euangelium impleat:vt fiant sexies
quini,30.Ad eos ergo qui legẽ implent,venit Iesus cal-
cans fluctus.i.oẽs tumores mũdi sub pedibus habẽs,oẽs
altitudines seculi præmens,& tamen tantę sunt tribu-
lationes,vt etiã ipsi qui credunt in Iesum,expauescant
ne deficiant.Theo. Cũ autẽ homines vel dæmones nos
per timorẽ nitunt mouere, audiamus Christũ dicentẽ,
Ego sum:nolite timere.i.ego semper assisto,& sicut de⁹
permaneo,& nunꝙ pertranseo:non perdatis in me fidẽ
pro falsis terroribus.Videt etiam qũo non in principio
periculi dñs astitit:sed in fine. Permittit nanq; nos esse
in medio periculorum,vt certantes in tribulationibus
probabiliores fiamus, & vt ad ipsum solũ recurramus:
qui potens est ex insperatis nos liberare.Cũ em intelle Vbi humana de sunt, assunt diuina.
ctus humanus sibi ꝓuidere nõ poterit, tunc salus diui-
na aduenit.Si voluerimus etiã Christum in nauiculam
nostrã susciperę.i.in cordibus nostris habitare, statim
inueniremur in terra ad quam ire volum⁹.i.in cœlum.
Beda. Quia verò hæc nauicula non torpentes vehit,
sed fortiter remigantes,significat quòd in ecclesia non
desidiosi & molles,sed fortes, & in bonis operib⁹ per-
seuerantes peruenient ad portum salutis æternæ.

Altera die turba quæ stabat trans mare,uidit quia nauicu
la alia non erat ibi,nisi una,& quia non introisset cum disci-
pulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abissent. Aliæ
verò superuenerunt naues à Tyberiade iuxta locum,ubi mã-
ducauerant panem,gratias agentes deo. Cùm ergo uidisset
turba quia Iesus non esset ibi,neq; discipuli eius, ascenderunt
in nauiculas,& uenerunt Capharnaum quærentes Iesum. Et
cum inuenissent eum trans mare,dixerunt ei: Rabbi, quando
huc uenisti?Respondit eis Iesus,& dixit:Amen amen dico uo
bis,quæritis me,non quia uidistis signa,sed quia manducastis
ex panibus,& saturati estis.Operamini non cibum qui perit,
sed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis da-
bit uobis.Hunc enim pater signauit deus.

Chry.Dñs & si turbis non manifestè ostẽderit quo-
modo supra mare ambulauerit, dedit tamen eis latẽter
suspicari quod factũ erat,& euangelista hoc ostẽdit,di-
cens:Altera die &c.vsque ibi,abissent.Quid enim hoc

erat aliud qđ suspicari ꝙ mare pedes trãsiens recesserat?
Neq; em est dicere ꝙ alia nauicula ptrãsiuit,quia vna
erat ibi tantũ in quã erant discipuli eius, cũ quib⁹ ipse
non intrauerat.Aug. Insinuatum autẽ est illis tam ma-
gnum miraculũ:venerunt ergo & aliæ naues iuxta locũ
illum,vbi manducauerant panẽ, in quibus turbæ eum
secutæ sunt,& hoc est quod subdit:Aliæ verò supuene.
na.&c.vsq; ibi,quærentes eũ.Chry.Sed tamen post mi-
raculũ tam magnũ venientes non interrogauerũt eum
qualiter pertransiit, neq; curauerũt tantũ miraculũ ad-
discere.Sequitur enim:Et cùm inuenissent eũ trans ma
re &c.Nisi quis dicat hic, quando ꝓ qualiter dictũ esse
ab eis,dignũ aũt est & hinc conspicere facilẽ eorũ men
tem.Qui enim dicebant, Hic est ꝓpheta:qui studebãt
rapere & facere eum regẽ,inuenientes eũ nihil tale cõ-
siliant.Aug.Ecce enim ille qui in montẽ fugerat turba
tus,cũ ipsis turbis loquit:modo teneant,modo regẽ fa-
ciant.Sed ille qui post miraculi sacramentũ,& sermonẽ
infert:& quorũ satiauit panibus ventrẽ, satiat sermoni
Exẽplũ Christi duplex. bus mentẽ.Alcui.Qui em dedit exemplũ fugiendæ lau
dis & terreni imperii, dat exemplũ doctorib⁹ qualiter
debeant insistere prædicationi.Chry.Mansuetudo autẽ
& lenitas nõ vbiq; est vtilis,cùm em deses fuerit disci-
pulus & grossus,stimulo vti ad eum oportet:hoc & hic
filius dei facit.Venientibus enim turbis & blãdiẽtibus
ei dicendo:Rabbi,quando huc venisti,vt ostẽdat ꝙ eũ
qui ab hominibus est,honorẽ non cõcupiscit,sed solum
inspicit eorum salutẽ:redarguẽdo eis respondit nõ solũ
corrigere volens,sed & mẽtem eorũ reuelare. vnde se-
quitur:Respondit eis Iesus,& dixit:Amẽ amẽ dico vo-
bis,quæritis me,nõ qa vidistis signa &c.Aug.q.d.Pro-
pter carnem me quæritis,nõ ꝓpter spiritũ.Chrys.Post
reprehensionẽ autẽ doctrinã eis adiungit,dicens:Ope-
ramini nõ cibũ &c.q.d.Vos escam exquiritis tẽporalẽ,
ego aũt corpora vestra nutriui, vt per hoc exquireretis
illam escam:quæ nõ tẽporaneã, sed æternã tribuit vitã.
Alcu.Corporeus cibus carnem tantũ reficit exterioris
hoĩs:& semel acceptus nõ sufficit, nisi quotidie accipia
tur:spiritalis aũt cibus permanet in æternũ, & satieta-
tem perpetuã immortalitatẽq; largitur. Aug.Seipsum
autẽ insinuat istum cibũ,vt in sequentibus illucescit:ac
si dicat, Quæritis me propter aliud, quærite me ꝓpter
me.Chry.Sed quia quidã eo ꝙ volũt pigrè nutriri, ab-
utuntur hoc verbo, necessariũ est inducere id quod est
Pauli:Qui furabatur,iam nõ furetur,magis autẽ labo-
ret operando manibus suis,vt habeat vnde tribuat ne-
cessitatẽ patienti: sed & ipse Corinthũ veniens, mora-
batur apud Aquilã & Priscillã & operabatur.Dicendo
autẽ,Ne operamini cibũ qui periit:nõ insinuat ꝙ opor
teat pigritari,sed ꝙ oporteat operari & dare: hic enim
est cibus qui nõ perit.operari aũt cibũ qui perit, est af-
fici secularib⁹ rebus. Hoc igitur dixit, quia illi nullam
fidei curã habuerunt,sed solũ volebant ventrẽ implere
nihil laborãtes:& hoc decenter cibũ qui perit vocauit.
Aug.Sicut autẽ Samaritanæ dixerat: Si scires qui petit
à te bibere, postulasses ab eo, & daret tibi aquã viuã:
ita & hic subdit,Quẽ filius hoĩs &c.Alcu. Quãdo aũt
per manũ sacerdotis corpus Christi accipis,nõ sacerdo
tem quẽ vides,sed illũ quem non vides,attende. Sacer-
dos est dispensator huius cibi non actor,filius hominis
seipsum dat nobis,vt nos in ipso & ipse ĩ nobis mane-
at.Istũ filiũ hoĩs nolite sic accipere quasi alios filios ho
minũ.Sequestratus est enim quadã gratia & exceptus à
numero omniũ.iste enim filius hoĩs & dei filius est,hoc
Fili⁹ qũo dicitur si gnatus. est quod subdit:Hunc enim pater signauit deus.Signa-
re,est signũ ponere.q.d.Nolite me cõtẽnere, quia filius
hoĩs sum,sic em sum filius hoĩs,vt deus pater me signa-
ret.i.propriũ aliquid mihi daret,quo nõ cõfunderer eũ
genere humano,sed per me liberaretur genus humanũ.
Hyla.8.de tri.Signaculorũ autẽ natura est,vt omnẽ im
pressę in se speciei explicent formã: & nihil minus ex
eo in se habeant,vnde signentur : & dum totũ accipiũt
quod imprimit,totũ ex se præferunt quicquid impres-
sum est.Verbũ igitur hoc ad diuinæ natiuitatis nõ pro-
ficit exemplũ,quia in signaculis & materies sit & diuer
sitas & impressio,per quã mollioribus naturis,validio-
rum generũ species imprimunt:vnigenitus verò deus
& per sacramentũ salutis nostræ hoĩs filius,volens pro
prietatis nobis paternæ in se signare speciẽ,signatũ se à
deo ait,vt per hoc potestas in eo dandi ad æternitatem
esse intelligi possit:quia omnẽ in se paternæ formæ ple
nitudinẽ signãtis se dei cõtineret.Chry.Vel signauit.i.
in hoc misit hanc nobis afferentẽ escam.Vel signauit.i.
reuelauit per suum testimoniũ.Alcui. Mystice aũt alte- Anagogica expositio.
ra die.i.post ascensionẽ Christi,turba stãs in bonis ope
ribus,non iacens in terrenis voluptatibvs, expectat vt
veniat ad eos Iesus.Vna autẽ nauis est vna ecclesia, sed
& aliæ naues quæ superuenĩũt, sunt cõuenticula hære-
ticorũ,qui quæ sua sunt quærunt, nõ quæ Iesu Christi:
vnde cõuenienter eis dicitur,Quæritis me,quia man-
ducastis ex panibus.Aug.Quàm multi etiã nõ quærũt
Iesum,nisi vt illis benefaciat scdm tẽpus:alius negotiũ
habet,quærit intercessionẽ clericorũ: alius premitur à
potentiore, fugit ad ecclesiã. vix quæritur Iesus ꝓpter
Iesum.Greg.22.moral. Per eorũ etiã personã dñs illos
intra sanctã ecclesiã detestatur, qui per sacros ordines
ad dñm propinquantes,non in eisdẽ ordinibus virtutũ
merita,sed subsidia præsentis vitæ exquirunt. Satiatos
quippe de panibus dominũ sequi, est de sancta ecclesia
temporalia alimenta sumpsisse.Et non pro signis domi
num,sed pro panibus quærere, est ad religionis officiũ
non pro augẽdis virtutibus,sed pro requirendis subsi-
diis inhiare.Beda. Illi etiam qui in oratione quærũt,nõ
æterna,sed tẽporalia,quærũt Iesum nõ propter Iesum,
sed propter aliquid aliud.Significat autẽ mystice quo-
niam hæreticorum conuenticula carent hospitio Chri
sti ac discipulorum eius : & dicuntur aliæ superuenisse
naues,quia hæreses repentinæ fuerũt. Per turbã autem
quæ cognouit quòd Iesus non erat ibi, neque discipuli
eius,illi designantur qui cognoscentes errores hæreti-
corum,relinquunt eos,& ad veram fidem veniunt.

Dixerunt ergo ad eũ: Quid faciemus ut operemur opera
dei?Respõdit Iesus,& dixit eis:Hoc est opus dei, ut credatis
in eũ quẽ misit ille.Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis si-
gnum,ut uideamus & credamus tibi?Quid operaris? patres
nostri manducauerunt manna in deserto:sicut scriptũ est, Pa
nem de cœlo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Iesus:Amẽ
amen dico uobis,non Moyses dedit uobis panem de cælo,sed
pater meus dat uobis panẽ de cœlo uerum. Panis enim uerus
est qui de cœlo descendit,& dat uitam mundo.Dixerũt ergo
ad eum:Domine,semper da nobis panem hunc.

Alcui.Intellexerãt escam istã quæ permanet in vitam
æternam esse opus dei,& ideo interrogant quid facerẽt
vt istum cibum.i.opus dei operari possint:& hoc est qđ
dicitur,Dixerũt ergo ad eum: Quid faciemus vt oper.
&c.Id est,qđ ꝓcepta seruãdo poterimus implere opera
dei?Chry.Hoc autẽ dicebant nõ vt discãt & faciãt, sed
ad cibi exhibitionẽ eum inducere volẽtes.Theo.Chri-
stus verò quãuis cognosceret ꝙ eis nihil ꝓderat,tamen
propter cõmunẽ vtilitatem respondit, & ostendit eis,
imò oĩbus hominib⁹ quod sit opus dei. vnde sequitur:
Respondit Iesus &c.Aug.Nõ autẽ dicit,vt credatis ei:
sed,vt credatis in eũ.Non enim continuò qui credit ei.
credit in eum:nam & dæmones credebãt ei,& non cre-

Universidad de Navarra Biblioteca

Fides vera exprimitur.

debant in eum: & nos credimus Paulo, sed non in Paulum. Credere ergo in eũ, est credendo amare, credendo diligere, credẽdo in eũ ire, & eius mẽbris incorporari. Ipsa est fides quã de nobis exigit deus, quæ per dilectionem operatur. Discernitur tamen ab operibus fides, sicut dicit Apostolus, iustificari hominẽ per fidẽ sine operibus legis. Et sunt opera q̃ videnr̃ bona sine fide Christi, & nõ sunt bona, quia non referunr̃ ad eum finem ex quo sunt bona: finis em̃ legis Christus, ad iustitiã omni credenti: & ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidẽ dixit esse opus dei: ipsa est em̃ fides quæ per dilectionẽ operatur. Nec dixit. Hoc est opus vestrum: sed, hoc est opus dei, vt credatis in eũ: vt qui gloriatur, in dño glorietr̃. Credere ergo in eum, est mãducare cibũ qui permanet in vitã æternã: vt quid paras dentẽ & vẽtrem? crede, & manducasti. Quia ergo inuitabat eos ad fidem, illi adhuc quærebãt signa quibus crederẽt. Iudæi enim signa quærũt, & hoc est quod sequit: Dixerũt ergo ei, Quod ergo tu facis &c. Chry. Nihil irrationabilius q̃ signo præ manibus existente, quasi nullo iam signo facto hoc dicãt, neq; electionẽ signi fiendi dño permittunt: sed in necessitatẽ eum æstimant ducere, vt nullum aliud faciat signũ q̃ tale quale factũ est in eorũ parẽtibus. vnde subdũt: Patres nostri mãducauerunt manna in deserto. Alcui. Et ne videat manna aliquo modo contemnendũ, auctoritate psalmi illud extollũt, dicẽtes: sicut scriptũ est, Panẽ de cœlo dedit eis mãducare. Chry. Multis quidẽ factis signis, & in Aegypto, & in mari rubro, & in deserto, huius maximè meminerunt, qd̃ valde concupiscebant propter vẽtris tyrannidẽ. Neq; autẽ dicunt q̃ deus hoc fecit, ne videãtur eũ exæquare deo: neq; Moysen inducũt, vt nõ videãtur Christũ deprimere: sed mediũ ponũt, dicentes: Patres nostri man. mãna. Vel aliter: Aug. Dñs Iesus talem se dicebat, vt se Moysi præponeret, non enim ausus est Moyses de se dicere q̃ daret cibũ qui non perit. Attendebãt itaq; quanta fecisset Moyses, adhuc aliqua maiora volebant fieri. q.d. Tu promittis cibum qui non perit: & nõ talia operaris qualia Moyses. Panes hordeaceos ille nõ dedit, sed mãna de cœlo. Chry. Licebat aũt dño dicere, quoniã Moyse maiora miracula feci, sed non erat tẽpus horũ verborum nũc, sed vnũ erat ad quod studebat. s. ducere eos ad escam spiritalẽ. vnde sequit: Dicit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis, Non Moyses &c. An nõ ex cœlo erat mãna? qualiter igitur ex cœlo dicitur? sicut & volucres cæli dicunr̃, & sicut dicitur, Intonuit de cælo dñs. Panem autẽ non verũ vocat illũ: non quia falsum erat miraculũ de manna, sed quia figura erat, non veritas. Non dixit: Non Moyses dedit, sed ego: sed pro Moyse quidẽ deum, pro mãna verò seipsum posuit. q.d. Illud manna hoc significabat. s. cibum de quo paulo ante locut⁹ sum, & oĩa signa mea erant. Signa mea dilexisti, qd̃ significatur contẽnitis. De⁹ enim dat panem quẽ significauit manna ipsum. i. dominũ Iesum Christũ. vnde sequitur: Panis enim verus &c. Beda. Non quidẽ elementis, sed hoĩbus habitatoribus mundi. Theo. Seipsum dicit panem verũ: quia principale significatum per manna, est vnigenitus dei filius homo factus. Mãna nanq; interpretatur, quid est hoc: nam Iudæi vidẽtes stupefacti, vnus ad aliũ dicebant, quid est hoc? Filius autẽ dei factus homo, ipse est potissimũ admiratiuũ mãna, ita vt cuilibet contingat quærere, quid est hoc? quo filius dei, filius hominis est? quomodo ex duabus naturis vna fit persona? Alcui. Qui per assumptã humanitatẽ descendit de cœlo, & per assumentẽ diuinitatẽ dat vitam mũdo. Theo. Hic autẽ panis vita secundũ naturã existens, tanq̃ viui patris filius propriũ opus facit, quia viuificat cũcta. Si-

Iudæi quare manna cupierunt.

Manna quid figurauerit.

Christ⁹ panis cœlestis.

cut enim panis ex terra infirmã naturam carnis consecuat: sic & Christus per spirit⁹ operationes viuificat animam, & etiã corpus incorruptibile facit: nam per eius resurrectionẽ corporalis cõfertur incorruptio: & ideo dicit q̃ dat vitam mundo. Chryso. Non Iudæis solũ, sed orbi terrarũ. Illi verò inferius adhuc inspiciebant. vnde sequitur: Dixerunt ergo ad eũ, Domine &c. Dicẽte autem eo, quoniã pater meus dat vobis panem: nõ dixerunt, Roga vt det: sed, da nobis. Aug. Sicut enim Samaritana, cui dictum est: qui biberit de hac aqua non sitiet vnquam, secundũ corpus accipiens, & carere indigẽtia volens: Da mihi (inquit) domine de hac aqua: sic & isti dicunt, Da mihi panem qui reficiat, & non deficiat.

Dixit autẽ eis Iesus, Ego sum panis uitæ: Qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in æternũ. Sed dixi uobis, quia & uidistis me, & non credidistis. Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet: & eum qui uenit ad me, nõ eijciam foras. quia descendi de cœlo, non ut faciam uoluntatẽ meam, sed uolũtatẽ eius qui misit me, patris: ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitẽ illud in nouissimo die. Hæc est autem uoluntas patris mei qui misit me: ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Chry. De reliquo dñs in mysteriorũ traditionẽ eos inducturus est, & primũ de deitate sua loquit. vnde dicitur: Dixit autẽ Iesus, Ego sum panis vitæ. Neq; enĩ hoc de corpore eius dictũ est: de illo enim ĩ fine dicit, Panis quem ego dabo, caro mea est. Sed interim de diuinitate loquitur. Etenim caro propter deũ verbũ panis est, quod spiritũ ipsum suscipienti panis cœlestis fit. Theo. Non autem dixit, Ego sum panis nutrimenti, sed vitæ. Quia em̃ cuncta mortifera erant, viuificauit nos Christus per seipsum: est autẽ panis non consuetæ vitæ, sed illius q̃ morte non reseeat. vnde subditur: Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, nõ sitiet in æternũ. Aug. Qui venit ad me, hoc est qui credit in me: & quod dixit, nõ esuriet: hoc intelligendũ est, Et nõ sitiet vnq̃: vtroq; em̃ significatur æterna illa satietas, vbi nulla est egestas. Theo. Vel non sitiet neq; esuriet. i. ad verbũ dei audiẽdũ, neq; tædiosus efficietur, neq; sitiet siti intellectuali: quasi nõ habeat aquã baptismi, & sanctificationẽ p spiritũ factã. Aug. Panẽ igit̃ de cœlo desideratis, ante vos habetis, sed non manducatis. vnde sequit: Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis. Alcui. q.d. Non ideo hoc dixi q̃ vos sciam hoc pane satiãdos: sed potius ad improperium vestrę incredulitatis dico, quia videtis, & nõ creditis. Chry. Vel per hoc q̃ dicit: Dixi vobis. insinuat testimoniũ scripturarũ, de quo supra dixerat: Illæ sunt quæ testimoniũ perhibent de me. Et item rum dixerat: Quoniã veni in nomine patris mei, & nõ suscepistis me: hoc aũt q̃ dicit, Quia & vidistis me &c. signa occultè insinuat. Aug. Sed non ideo ego populum dei perdidi, quia vos vidistis & nõ credidistis. vnde sequitur: Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eũ qui venit ad me, non eiiciã foras. Beda. Absolutè dicit, Omne: vt ostẽderet plenitudinẽ fidelium. Hi autẽ sunt quos pater dat filio, quando per occultã inspirationem facit eos credere in filium. Alcui. Quenecũq; ergo pater traxerit ad hoc vt credat in me, veniet per fidem ad me vt mihi iungat̃: & eum qui passibilis fidei & bonæ operationis veniet ad me, nõ eiiciam foras. i. in secreto puræ cõscientiæ mecũ morabitur, & tandẽ recipiã eum in æterna beatitudine. Aug. Illud em̃ intus vnde non exit foras: est magnũ penetrale & dulce secretũ sine tædio, sine amaritudine malarũ cogitationũ, sine interpellatione tẽtationũ & dolorũ: de quo dicit, Intra in gaudium

Christ⁹ omnia viuificauit

Gaudiũ puræ cõscientiæ.

domini tui. Chry. Per hoc autẽ q̃ dicit, Quod dat mihi pater: ostendit quoniã non contingens res est credere in Christum, neq; cogitationibus humanis perficit, sed ea quæ desuper reuelatione indiget, etiã anima deuota suscipiente rauelationem. vnde non sunt ab accusatione eruti, quibus non dat pater: indigemus enim & ea quæ ex nobis est voluntate ad credendũ. per hoc autem tangit incredulitatẽ eorum, ostendens quoniã qui non credit ei, voluntatẽ transgreditur patris. Paulus autem ait, q̃ ipse eos tradiderit patri, Cum tradiderit, inquit, regnum deo & patri. Sicut igitur pater dans non priuat seipsum, sic nec filius tradens: dicitur autẽ filius tradere, quoniã per eum ad patrẽ adducimur. Et de patre dictũ est, Per quẽ vocati estis in societatẽ filii eius. Sic igitur qui venit ad me, saluabitur: quia pro his veni carnem assumpsi. vnde sequitur: Quia descen. &c. Quid dicis? alia sunt tua, & quæ illius? Ne igitur hoc aliquis suspicetur, subiunxit, Hæc est autem volun. eius qui misit me: &c. Per hoc autẽ & filius vult: quia filius quos vult viuificat. Quid est igitur quod dicit, Non aliud acturus veni q̃ quod pater vult? quasi non habens diuinam voluntatem à patre, omnia enim quæ patris sunt, mea, sunt: sed hoc nõ dixit: sed in fine reseruat, excelsa enim interim occultat. Aug. Vel aliter: Quare nõ eiiciat foras subiungit, dicens: Quia descendi de cælo non vt faciã voluntatem meã, sed voluntatem eius qui misit me. Propterea enim anima à deo exiit, quia superba erat. Superbia enim electi sumus, humilitate regredimur. Medicus enim quando ægritudinem discutit, si curet quod per aliquã causam factum est, & ipsam causam non curet, ad tempus videtur mederi, sed causa manente morbus repetitur. Vt ergo causa omnium morborum curaretur. i. superbia, descẽdit & humilis factus est filius dei. Quid superbis homo? filius dei propter te humilis factus est. Puderet te fortassẽ imitari humilem hominem, saltem imitare humilẽ deum: hæc est em̃ cõmendatio humilitatis, Nõ veni facere voluntatẽ meã: sed voluntatẽ eius qui misit me. Superbia quippè facit voluntatẽ suam, humilitas voluntatẽ dei. Hyla. 3. de tri. Non igitur hoc dicit quia facit quod non velit, sed obedientiã suam sub effectu parternæ voluntatis ostendit, volens ipse voluntatem patris explere. Aug. Ideo ergo qui ad me venerit nõ eiiciam eum foras, quia non veni facere voluntatẽ meam: humilis veni humilitatem docere: qui ad me venit, incorporatur mihi & humilis fit: quia non faciet voluntatem suam, sed dei: & ideo non eiicietur foras, quia cùm superbus esset, rectus est foras: ad me enim venire nõ potest nisi humilis, non mittitur foras nisi superbia: qui seruat humilitatẽ, non labitur à veritate. Quare autẽ ideo nõ eiiciat foras q̃ venit ad illum, quia non venit facere voluntatẽ suã: ostendit cùm subdit: Hęc est enim volũtas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi pater nõ perdã ex eo. Ipse illi datus est qui seruat humilitatẽ: non est volũtas in conspectu patris vt pereat vnus de pusillis, de tumentibus potest perire: de pusillis nihil perit, quia nisi fueritis sicut pusillus iste, non intrabitis in regnum cælorum. Aug. de correct. & gratia. Qui ergo in dei puidentissima dispositione præsciti, prædestinati, vocati, iustificati, glorificati sunt, etiam nondũ renati, sed & nondum nati iam filii dei sunt, & omnino perire non possunt, hi enim verè veniũt ad Christum. Ab illo ergo datur etiam perseuerentia in bono vsq; in finem: neque enim datur nisi eis qui non peribũt, quoniã qui nõ perseuerant peribunt. Chry. Per hoc autẽ quod dicit: Non perdam ex eo: non ostendit se indigere eorum cura, sed hoc dicit propter eorum salutem. Postquam autem dixerat, Nõ perdã ex eo: & nõ eiiciã foras: subiũgit, Sed resuscitẽ eum in nouissimo die: quia in resurrectione cõmuni mali eiicientur secundũ illud, Tollite eũ & eiicite eũ in tenebras exteriores. Ipsi etiã perdentur secũdũ illud: Qui potest animã & corpus perdere in gehennã. Ideo autẽ multoties resurrectionẽ inducit, vt nõ ex solis rebus præsentibus iudicent dei prouidentiã, sed aliã expectent vitã. Aug. Videte autẽ quẽadmodũ & hic geminam illã resurrectionẽ designet, qui venit ad me modo resurgit, humilis factus in mẽbris meis. Sequitur autem: Sed resuscitẽ illum in nouissimo die. Ad exponendum autẽ quod dixerat, Omne quod dedit mihi pater: Et iterũ quod dixerat, Non perdã ex eo: subiũgit, Hæc est enim volũtas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filiũ & credit in eum habeat vitam æternã. Superius dixit, Qui audit verbũ meum, & credit ei qui misit me. Modo autẽ, Qui videt filiũ & credit in eum: nõ dixit, Et credit in patrẽ. Hoc est enim credere in filiũ, quod & in patrẽ: quia sicut pater habet vitam in semet ipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. vt sic omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternã, credendo & transeundo ad vitam tanquam prima illa resurrectione: & quia ipsa nõ est sola, subiungit de secunda: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Volũtas vna patris & filii.

Resurrectio duplex notatur.

Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis uiuus qui de cælo descendi: & dicebant, Nõne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrẽ & matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cælo descendi? Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare inuicem. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et scriptũ in prophetis, Et erũt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me. Non quia patrem uidit quisquam, nisi is qui est à deo, hic uidit patrem.

Chry. Iudæi existimãtes se comestione carnali potiri nõ turbabãtur, vsq; quo postea diffisi sunt, vnde dicitur: Murmur. er. Iu. de il. quia di. Ego sum panis &c. Videbantut quidẽ turbari in hoc q̃ dixerat eum de cælo descẽdisse, sed nõ hoc erat qd̃ turbationẽ faciebat, sed hoc q̃ nõ expectabãt potiri mensa corporali. Adhuc tamen eũ venerabãtur, quia recens erat signũ, & ppterea nõ manifestè ei cõtradicebãt, sed murmurãdo suã perturbationẽ ostẽdebãt, quid autẽ murmurãdo dixerint subdit: Et dicebãt, Nõne hic est Iesus filius Ioseph: &c. Aug. Lõgè autẽ isti erãt à pane de cælo, nec eũ esurire nouerãt: panis em̃ iste interioris hoĩs quærit esuriem. Chry. Manifestũ est em̃ qm̃ mirabilẽ eius nondũ sciuerant generationẽ: propterea eum adhuc filiũ Ioseph dicunt: sed nõ increpanr̃. Nõ em̃ respõdit eis, Nõ sum filius Ioseph: quia nõ poterãt illũ mirabilẽ partũ audire. Si vero eũ qui secũdũ carnẽ nõ poterãt manifestè audire, multò magis nec superiorẽ ineffabilem. Aug. Ab hominibus em̃ carnẽ assumpsit, sed non more hoĩm. Nam patrẽ habẽs in cælo, matrẽ elegit in terra, & illic natus sine matre: & hic sine patre. qd̃ ergo talibus murmurãtibus respõdit subdit: Respõdit er. Iesus & di. eis: nolite murmura. inuicem. q.d. Scio quare nõ esuritis sic, vt istũ panẽ nõ intelligatis neq; quęratis. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit illũ. Magna gratiæ cõmẽdatio. nemo venit nisi tractus: quẽ trahat, & quẽ nõ trahat: quare illũ trahat, & illũ nõ trahat, noli velle iudicare, si nõ vis errare: semel accipe & intellige. si nõ traheris, ora vt traharis. Chry. Hic autẽ insiliunt Manichęi dicẽtes, em̃ nihil in nobis est positum. sed hoc nõ qd̃ in nobis est destruit, sed ostẽdit nos diuino auxilio indigẽtes: ostendit enĩ hic nõ eũ qui inuitus

Occulta tio mysterii.

venit,ſed eũ qui multa patitur oppugnationẽ. Aug. Si
enim inuiti trahimur ad Chriſtũ,ergo inuiti credimus:
ergo violẽtia adhibeť,nõ volũtas excitatur. ſed intrare
quiſq̃ eccleſiã poteſt nolẽs, credere nõ poteſt niſi volẽs
corde enim credit ad iuſtitiã. ſi ergo inuitus venit qui
trahiť,nõ credit:ſi nõ credit,nõ venit,nõ enim ad Chri
ſtũ ambulãdo currimus, ſed credẽdo: nec motu corpo-
ris,ſed volũtate cordis accedimus, ergo voluntate tra-
heris.Quid eſt autẽ trahi volũtate? delectare in domi-
no,& dabit tibi petitiones cordis tui.Eſt quædã volu-
ptas cordis,cui dulcis eſt panis ille cęleſtis.Porrò ſi poe
tæ dicere licuit, Trahit ſua quẽq; voluptas, quãto for-
tius nos dicere debemus trahi hoĩem ad Chriſtũ,q̃ de-
lectatur veritate,beatitudine,iuſtitia,ſempiterna vita:
quod totũ Chriſtus eſt.An nõ habẽt corporis ſenſus vo
luptates ſuas, & animas deſeritur à voluptatibus ſuis?
Da amantẽ,da deſyderantẽ,feruentẽ, fonti æternæ pa-
triæ ſuſpirantẽ:& ſcit quid dicã.Sed quare voluit dice-
re,quem traxerit pater: ſi trahẽdi ſumus,ab illo traha-
mur,cui dicit quædã quæ diligit, Trahe me poſt te.Sed
quid intelligi voluit, aduertamus.Trahit pater ad filiũ
eos,qui propterea credunt in filiũ , quia eum cogitant
patrẽ habere deum.Deus enim pater æqualem ſibi ge-
nuit filium: & qui cogitat atq; in fide in ſentit ac rumi
nat æqualẽ eſſe patri eũ in quẽ credit creaturã,nõ eum
traxit pater.Fotinus dicit,Homo ſolus eſt Chriſt⁹:qui
ſic credit,nõ eũ pater trahit:trahit Petrũ qui dixit, Tu
eſt Chriſtus filius dei viui.vnde dictũ eſt, Nõ tibi reue
lauit caro & ſanguis,ſed pater meus q̃ in cælis eſt. Iſta
reuelatio ipſa attractio eſt . Si enim qui inter delicias
terrenas reuelãtur amantibus trahũt,non trahet reue-
latus Chriſtus à patre?Quid enĩ fortius deſyderat ani-
ma q̃ veritatẽ?ſed hic hoĩes eſuriunt,ibi ſaturabuntur.
Et ego reſuſ.eũ in no.die.q.d.ſaturabiť, eo ꝙ & hic ſi-
tit in reſurrectione mortuorũ , qm̃ ego reſuſcitabo eũ.
Aug.de q̃.no, & ve.te. Vel attrahit pater ad filium per
opera quæ faciebat per illum.Chry. Non parua digni-
tas filii,ſi pater adducit, & ipſe ſuſcitat : non diuidens
ad patrem opera, ſed oſtendens parilitatẽ virtutis. de-
inde oſtendit modũ ſecũ dum quẽ pater trahit,di. Scri
ptũ eſt in ꝓphe.Et erũt oẽs doci.dei. Vides fidei digni-
tatẽ: quoniã non ab hominibus neq; hoĩes, ſed ab ipſo
deo eam debeant addiſcere.Magiſter enim præſidet om
nibus paratus exiſtẽs ſua tribuere , ad oẽs ſuã doctrinã
effundẽs.Si autẽ omnes docibiles dei: qualiter quidam
non credũt? quia hoc de pluribus dictũ eſt: ſiue quoniã
omnes qui volũt.Aug.de p̃deſti.ſan:Vel aliter:Sicut in
tegrè loquimur cũ de aliquo literarũ magiſtro,qui in ci
uitate ſolus eſt dicimus,omnes iſte hic literas docet:nõ
quia oẽs diſcũt,ſed quia nemo niſi ab illo diſcit quicun
que ibi literas diſcit.Ita rectè dicimus,Omnes deus do
cet venire ad Chriſtũ:nõ quia omnes veniunt, ſed quia
nemo aliter venit.Aug.ſuꝑ Ioan.Vel aliter: Oẽs regni
illius hoĩes docibiles erũt dei , nõ ab hominibus audi-
rent:etſi hic ab hoĩbus audiũt, tamen quod intelligunt
intus datur.ſtrepitũ verborũ ingero auribus veſtris ni-
ſi reuelet ille qui intus eſt , quomodo ergo ô Iudæi me
poteſtis agnoſcere, quos pater nõ docuit? Beda. Dicit
Prophetæ oẽs vno ſpiritu Chriſtũ teſtati ſunt. autem pluraliter,In prophetis:quia oẽs prophetæ, vno
eodemq; ſpiritu repleti,licet diuerſa prophetarent, ta-
men ad idem tendebãt:quapropter cum quouis eorum
oẽs alii cõcordabant, ſicut cũ Ioele propheta qui dicit:
Erũt oẽs docibiles dei.Gl,Hoc in Ioele non inuenitur,
ſed aliquid ſimile.dicitur eñ ibi:Filii Sion exultate &
lętamini in domino deo noſtro,quia dedit vobis docto
rem.Expreſſius tamen eſt in Eſaia vbi dicitur . Ponam
vniuerſos filios tuos doctos à domino.Chr. Quod qui-
dem præcipuũ eſt, quia ante per hoĩes diſcebãt quæ dei
ſunt, nũc autem per vnicũ filium dei & ſpiritũ ſanctũ.
Aug.de prædeſti.ſan. Omnes autẽ docibiles dei veniũt
ad filium, quoniã audierunt & didicerũt à patre per fi-
lium:vnde ſubditur,Omnes qui audiuit à patre & didi
cit,venit ad me.Si autẽ omnis qui audiuit à patre & di
dicit,venit:profecto omnis qui nõ venit,nõ audit à pa
tre nec didicit. Valde remota eſt à ſedſibus carnis hæc
ſchola,in qua pater auditur & docet, vt veniatur ad fi- Scola cęleſtis deſcribitur
lium:nec agit hoc cum carnis aure,ſed cordis,vbi eſt&
ipſe filius:quia ipſe eſt verbũ eius per quod pater ſic do
cet,ſimul eſt & ſpiritus ſanctus.Inſeparabilia enim di-
cimus eſſe opera trinitatis:ſed patri hoc potiſſimũ eſt
attributũ,quia de ipſo procedit & filius & ſpiritus ſan
ctus. Itaq; gratia quæ occultè & humanis cordibus di-
uina largitate tribuitur , à nullo corde duro reſpuitur:
ideo quippè tribuitur, vt cordis duritia premitus aufe
ratur.Cur ergo nõ omnes docet vt veniãt ad Chriſtum?
niſi quia eos quos docet,miſericordia docet: quos autẽ
nõ docet, iudicio nõ docet. ſi autẽ dixerimus ꝙ volunt
diſcere quos nõ docet:reſpondebitur nobis, Et vbi eſt
quod ei dicitur:Deus tu cõuertens viuificabis nos?aut
ſi nõ facit volẽtes ex nolẽtibus deus, vt quid orat eccle
ſia ſecundũ præceptũ domini ꝓ perſecutoribus ſuis?nõ
enim quiſquã dicere poteſt credidi, vt ſic vocaret:ꝑue-
nit quippe eum miſericordia dei,quia eſt vocat⁹vt cre-
deret.Augu.ſuꝑ Ioan. Ecce ego quomodo trahit pater
docẽdo de veritate,nõ neceſſitatẽ imponẽdo.trahere ẽ-
nim dei eſt.Oĩs qui audiuit à patre & didicit, venit ad Pater cæleſtis trahitur.
me.quid igitur Chriſt⁹ nihil docuit?quid ꝙ patrem ma
giſtrũ hoĩes nõ viderũt,filiũ viderũt?fili⁹ ergo dicebat,
ſed pater docebat. Si ego homo cũ ſim illum doceo qui
audiuit verbũ meũ, illũ docet & pater q̃ audiuit verbũ
eius. Exponit aũt hoc ipſe & oſtẽdit nobis quid dixe-
rat,cõtinuò ſubiũgẽs:Nõ quia pa.vi.quiſq; niſi&c.q.d.
Ne fortè cũ dico vobis:oĩs qui audiuit à p̃re & didicit,
dicatis apud vos:Nunq̃ vidimus patrẽ,quomodo ab eo
diſcere poterimus?à meipſo audite.Ego noui patrẽ, ab
illo ſum,qũo verbũ eſt ab illo cuius eſt verbũ. nõ qđ ſo
nat& trãſit,ſed qđ manet eũ dicẽte,& trahit audientẽ.
Chry.Oẽs quidẽ à deo ſum⁹. Id verò qđ eſt p̃cipuũ filii
& propriũ,hic nõ poſuit ꝓpter auditorũ imbecillitatẽ.

*Amen amen dico uobis,qui credit in me,habet uitam æter
nam.Ego ſum panis uitæ.Patres ueſtri manducauerunt man-
na in deſerto , & mortui ſunt. Hic eſt panis de cælo deſcen-
dens:ut ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur.Ego ſum
panis uiuus, de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc
pane,uiuet in æternum.*

Aug.Reuelare voluit ſe dominus quid eſſet,vnde di
cit: Amen amen dico vobis &c.q.d. Qui credit in me,
habet me.quid eſt autẽ habere me?habere vitã æternã.
vita eñ æterna eſt verbũ quod in principio erat apud
deũ,& vita erat lux hoĩm: aſſumpſit vita mortem,& vi
ta occideret mortem.Chryſoſtomus.Quia vero turbæ
inſtabant cibum corporalem petentes, & eius cibi qui
patribus eorum datus erat reminiſcentes: vt oſtẽdat ꝙ
omnia illa figura erant huius veritatis p̃ſentis mẽtionẽ
de cibo ſpũali facit dicẽs: Ego ſum panis vitæ. Panem
quidẽ vitę ſeipſum vocat, qm̃ vitã noſtram continet &
hãc & futurã. Aug. Sed quia illi de mãna ſuperbiebãt, Cõparatio mennæ & eucharistię
ſubiũgit: Patres veſtri mãducauerunt mãna in deſerto
& mortui ſunt.Ideo p̃res veſtri,quia ſimiles eſtis illorũ,
murmuratores patres murmuratorũ filiorum. Nam de
nulla re magis deum offendiſſe ille populus dictus eſt,q̃
contra deũ murmurando. Ideo autẽ mortui ſunt , quia
quod videbãt credebãt,quod non videbãt nõ credebãt

neq; intelligebant.Chry.Nõ autem ſine cauſa addit,In
deſerto:ſed occulte inſinuans quoniã non longũ tẽpus
fuit,quo.ſ.mãna datum eſt, neq; ſimul cũ venit in terrã
promiſſionis, ſed quia videbant panem datũ à Chriſto
minus eſſe illo quod patribus datum erat,in eo ꝙ illud
deſuper deſcendebat .Miraculũ verò panũ inferius ge-
rebatur,propterea ſubiungit , hic eſt panis de cælo de-
ſcendens.Aug.Hũc panẽ ſignificauit mãna, hunc panẽ
ſignificabat altare dei. Sacramenta hæc ſunt,& illa fue
runt.In ſignis diuerſa ſunt , in re quæ ſignificatur paria
ſunt.Apoſtolũ audi. Omnes eandem eſcam ſpiritalem
manducauerũt. Chry. Deinde oſtendit quod maxime
eos poterat perſuadere,quoniã ipſi patribus ſuis multo
digniores effecti ſunt, qui mãna mãducantes ſunt mor
tui,& ideo ſubdit:Vt ſi quis ex ipſo mãducauerat, non
moriatur.A fine vtriuſq; cibi oſtendit differentiã:panẽ
autẽ hic dogmata ſalutaria dicit,& fidem quę in ipſum
eſt,aut corpus ſuum,hæc enim conſeruant animã.Aug.
Sed nunquid nos nõ morimur, qui mãducauimus panẽ
deſcendentẽ de cælo? ſic illi ſunt mortui quemadmodũ
& nos ſumus morituri, quantũ attinet ad mortẽ huius
corporis viſibilẽ atque carnalẽ:quantum autẽ pertinet
ad mortem ſpiritalem , qua patres iſtorũ mortui ſunt,
mãducauit mãna Moyſes & multi qui domino placue-
runt,& mortui nõ ſunt: quia viſibilẽ cibum ſpirituali-
ter intellexerũt , ſpirituáliter guſtauerũt vt ſpirituali-
ter ſatiarẽtur. Nam & nos hodie accipimus viſibilẽ ci-
bum,ſed aliud eſt ſacramentũ,aliud virtus ſacramenti:
quoniã multi de altari accipiũt, & accipiendo moriun
tur.vnde Apoſt.Iudiciũ ſibi manducat & bibit,panem
ego cæleſtẽ ſpiritualẽ manducare, eſt innocentiã ad al-
Acceſſus altaris docetur. tare apportare.peccata etſi ſint quotidiana,nõ ſint mor
tifera:antequã ad altare accedatis, attendite quid dica
tis.Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimitti-
mus debitoribus noſtris. ſi dimittis, dimittentur tibi,
ſecurus accede,panis eſt,nõ venenũ:ſi quis ergo ex hoc
pane mãducauerit, nõ morietur. Sed quod pertinet ad
virtutem ſacramenti,non quod pertinet ad viſibile ſa-
cramentũ:qui manducat ſcilicet intus,nõ foris. Alcui.
Ideo inquã nõ moritur qui comedit hunc panem, quia
ego ſum panis viuus qui de cęlo deſcẽdi. Theo.Per hoc
ſcilicet,ꝙ incarnatus eſt: nõ ergo prius ſolũ fuit homo,
& poſtmodũ aſſumpſit diuinitatẽ, vt Neſtorius fabula
tur.Aug. De cælo deſcẽdit & mãna ſed manna vmbra
erat,iſte veritas eſt.Alcu.Eſt autẽ mea vita viuificans:
vnde ſequitur,Si quis mand.ex hoc pa.viuet, non tan-
tum in præſenti per fidem & iuſtitiam,ſed in æternũ.

Et panis quem ego dabo,caro mea eſt,pro mundi uita.

Aug. Determinat conſequenter dominus quomodo
ſe panẽ dicat.nõ tantũ ſecundũ diuinitatem quæ paſcit
omnia, ſed etiã ſecundũ humanã naturã quæ eſt aſſum-
pta à verbo dei, cũ ſubdit : Et panis quẽ ego dabo &c.
Beda. Hunc panẽ tũc dominus dedit quando myſteriũ
corporis & ſanguinis ſui diſcipulis tradidit,& quando
ſemetipſum deo patri obtulit in ara crucis. quod vero
dicit,Pro mũdi vita: nõ debemus intelligere ꝓ elemen
tis,ſed ꝓ oĩbus qui mũdi noĩe deſignãtur. The. In hoc
quòd dicit, Quẽ ego dabo: poteſtatẽ ſuam demõſtrat,
ꝙ nõ ſicut ſeruus minor patre crucifixus eſt, ſed volun
tariè : nam etſi à patre dari dicať tamen ſeipſum tradi-
dit ipſe. Attẽde aũt ꝙ panis qui in myſteriis à nobis aſ
ſumitur,nõ ſolũ figurã gerit carnis Chriſti,ſed ipſe eſt
vera caro Chriſti:nõ enim dixit, Panis quẽ ego dabo fi
Trãſmutatio panis. gurã carnis meæ gerit,ſed caro mea eſt. Tranſmutatur
autẽ inenarrabilibus verbis iſte panis per myſticã be-
nedictionẽ & habitationẽ ſpũſancti in carnẽ Chriſti.
Sed quare non videmus carnẽ? quia ſi caro videretur,
horror nos in eius aſſumptione inuaderet: vnde vt no-
ſtræ infirmitati cõdeſcendatur talis nobis videtur my-
ſticus cibus, ſecundũ ꝙ noſtræ cõſuetudini cõpetebat.
pro mundi autẽ vita carnẽ ſuam tradidit,quia morien-
do mortẽ ſoluit. Ego etiã intelligo pro mundi vita re-
ſurrectionẽ , nam domini mors vniuerſalẽ reſurrectio-
nem toti generi humano miniſtrauit:fortè autẽ & vitã
quę in ſanctificatione, & beatificatione cõſiſtit & ſpiri
tu,mũdi vitã dixit: quãuis enim nõ omnes ſuſceperint
vitã quæ eſt in ſanctificatione & ſpiritu,tamen domin⁹
ſeipſum pro mundo tradidit , & quantũ in eo eſt totus
mundus ſanctificatur.Aug.Quando autẽ caperet caro,
ꝙ dixit panẽ,carnem: norunt autẽ fideles corpus Chri Beneficium ſacramentale.
ſti,corpus Chriſti eſſe nõ negligant,fiãt corp⁹ Chriſti,
ſi volũt viuere de ſpiritu Chriſti. de ſpiritu eñ Chriſti
nõ viuit, niſi corpus Chriſti, nũquid enim corpus meũ
viuit de ſpiritu tuo? Hunc panem exponit Apoſtolus,
dicens:Vnum corpus multi ſumus: O ſacramentũ pie-
tatis, ô ſignum vnitatis, ô vinculũ charitatis. qui vult
viuere accedat,credat, incorporetur vt viuificetur.

*Litigabant ergo Iudæi adinuicem,dicentes:Quomodo po
teſt hic nobis carnẽ ſuam dare ad manducandum? Dixit ergo
eis Ieſus: Amen amen dico uobis,niſi manducaueritis carnem
filij hominis & biberitis eius ſanguinem , non habebitis uitã
in uobis. Qui manducat meã carnem & bibit meũ ſanguinẽ,
habet uitã æternã,& ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.*

Aug. Quia Iudæi panẽ concordiæ nõ intelligebant
adinuicem litigabãt:vnde dicitur, Litigabant ergo Iu-
dæi adinuicem &c. Qui autem mãducant talem panẽ,
nõ litigant adinuicẽ, nam per hunc deus habitare facit
vnanimes in domo.Bed.Putabant ergo Iudæi ꝙ domi-
nus particulatim carnẽ ſuam diuideret : & eis ad man-
ducandũ daret, & ideo litigabant , quia non intellige-
bant.Chry.Quia igitur dicebant hoc eſſe impoſſibile,
vt ſcilicet carnẽ ſuam ad manducandum daret oſtendit
quoniã non ſolum non eſt impoſſibile,ſed valde neceſ-
ſarium.vnde ſequitur: Dixit ergo eis Ieſus, Amen amẽ
dico vobis &c.q.d.Quomodo quidẽ detur & quiſnam
ſit modus manducandi iſtum panẽ ignoratis, veruntа-
men niſi mãduca.&c.Bed.Et ne crederet illis ſolis hoc
dixiſſe,mox generalem ſententiam intulit,dicens: Qui
man.meam car.& bib.meũ ſanguinẽ. Aug. Et ne iſtam
vitam intelligẽtes de hac re litigarent:ſecutus adiũxit:
Habet vitam æternam. Hanc ergo nõ habet, qui iſtam Panis vitæ quomodo intelligatur.
carnem non manducat,nec iſtum ſanguinẽ bibit. Nam
temporalem vitã ſine illo habere hoĩes poſſunt , æter-
nam vero omnino nõ poſſunt: Nõ ita eſt hæc eſca, quã
ſuſtandandæ huius temporalis vitæ cauſa ſumimus: nã
qui eam nõ ſumpſerit,nõ viuet:nec tamẽ qui eam ſum-
pſerit,viuet. Fieri enim poteſt vt morbo,vel ſenio, vel
aliquo caſu plurimi qui eã ſumpſerint,moriãtur.In hoc
vero cibo & potu.i.corporis & ſanguinis domini non
ita eſt:nam & qui eam nõ ſumit , nõ habet vitã : & qui
eam ſumit,habet vitã,& hãc vtiq; æternã. Theo. Non
enim puri hoĩs caro eſt,ſed dei,& hominẽ diuinũ face-
re valens,tanq̃ diuinitate inebrians. Aug.21. de ci.dei.
Sunt aũt quidã liberationẽ ab æterno ſupplicio homi-
nib⁹ ꝓmittẽtes Chriſti baptiſmate ablutis, qui parti-
cipes ſunt corporis eius quolibet vixerit,propter illud
qđ diciť hic.Sed cõtradicit eis apoſtol⁹,dicẽs: Manife-
ſta ſunt opera carnis,quæ ſunt:fornicatio,immunditia,
&c.quæ prædico ſicut prædixi, quoniam qui talia agũt
regnũ dei nõ poſſidebũt.Quãobrẽ quomõ ſit accipien
dũ quod hic diciť,merito quęriť.Qui eñ in ei⁹ eſt cor- Quæſtio vtilis.
poris vnitate.i.in Chrĩanorũ cõpage mẽbrorũ,cui⁹ cor
poris ſacramẽtũ fideles cõicãtes de altari ſumere cõſue-

uerũt,ipse vere dicendus est mãducare corpus & bibere sanguinẽ Christi: ac per hoc Hæretici & Scismatici ab vnitate corporis separari, possunt idẽ percipere sacramentũ,sed nõ sibi vtile,imò vero etiã noxiũ,quo iudicẽtur graui⁹ q̃ vel tardius liberẽtur:nec illi etiã in pditis & dãnabilibus moribus debẽt esse securi,qui per vitæ iniquitatẽ,ipsam vitę iustitiã quę est Christus deserũt:siue fornicãdo, siue aliquid huiuscemodi faciẽdo. Nõ enim isti dicẽdi sunt mãducare corpus Christi, q̃m nec in mẽbris cõputãdi sunt Christi. Vt em̃ alia taceã, nõ possunt simul esse mẽbra Christi, & mẽbra meretricis.Aug.sup Ioã. Hũc itaq; cibũ & potũ societatẽ vult intelligi corporis & membrorũ suorũ,quod est ecclesia in prędestinatis & vocatis & iustificatis & glorificatis sanctis & fidelib⁹ eius.hui⁹ rei sacramẽtũ.i.vnitas corporis & sanguinis Christi alicubi quotidie,alicubi certis interuallis dierũ in dominica mẽsa pręparauit:& de dñica mẽsa sumit quibusdã ad vitã, quibusdã ad exitiũ. Res verò ipsa cuius sacramẽtũ est, omni homini est ad vitã, nulli ad exitiũ quicunq; eius particeps fuerit. Ne autem putarẽt sic in isto cibo & potu promitti vitam æternã,vt qui eã sumerent iã nec corpore morerentur. Huic cogitationi occurrẽs subiũgit,dicẽs: Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die: vt scilicet habeat interim vitam æternã secundum spiritum in requie quę sanctorum spiritus susc ipit. Quod autem ad corpus attinet, nec corpus etiam vita æterna fraudetur, sed in resurrectione mortuorum in nouissimo die eam habeat.

Corpus Christi mysticũ.

Caro enim mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Qui mamducat meã carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrẽ: & qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Hic est panis qui de cælo descendit. Non sicut manducauerunt patres uestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Hæc dixit in synagoga docẽs in Capharnaum.

Bed.Dixerat superius: Qui manducat meam carnẽ, & bibit meũ sanguinem,habet vitã æternã: & vt ostenderet quãta distantia sit inter corporalẽ cibum & potum,& spirituale mysteriũ corporis & sanguinis sui,adiecit: Caro enim mea verè est cibus &c.Chry. Hoc autẽ dicit aut vt credant his quæ dicta sunt, vt nõ æstiment ænigma & parabolã esse,sed sciãt quoniã omnino oportet manducare corpus Christi, aut vult dicere q̃ verus cibus est hic qui animã saluat.Aug.Vel aliter:Cum cibo & potu id appetant homines vt non esuriant, neq; sitiant:hoc veraciter nõ pręstat nisi iste cibus & potus, qui eos à quibus sumit immortales & incorruptibiles facit.i.societas ipsa sanctorũ,vbi pax erit & vnitas plena atq; perfecta: ꝓpterea domin⁹ noster corpus & sanguinẽ suũ in eis rebũs cõmendauit,quæ ad vnũ aliquid rediguntur ex multis. nãq; aliud.s.panis ex multis granis in vnum constat:aliud, scilicet vinum ex multis acinis cõfluit.Deinde iam exponit quid sit mãducare corpus eius, & sanguinẽ bibere, dicens: Qui man.me.car.&c. Hoc est ergo mãducare illã escam, & illũ bibere potũ: in Christo manere, & Christũ in se habere. At per hoc qui nõ manet in Christo, & in quo nõ manet Christus, ꝓculdubio nec manducat eius carnẽ,nec bibit eius sanguinem,sed magis tantæ rei sacramentũ ad iudiciũ sibi mãducat & bibit,Chry.Vel aliter cõtinuatur,quia ꝓmiserat se manducantibns vitam æternam:vt ergo hoc confirmet induxit, Qui man.meã carnem &c. Aug.de ver.do.Multi quidem qui vel corde ficto carnem illam manducant, & sanguinẽ bibunt: vel cùm manducauerint apostatæ fiunt,nũquid manẽt in Christo, & Christus in eis? Sed est profecto quidã modus manducandi illã carnẽ,& bibendi illũ sanguinẽ:qũomodo qui manducauerit & biberit,in Christo manet & Christ⁹ in eo. Augu.21. de ciui. dei. Hoc est illi qui nõ sacramẽto tenus tantũ, sed reuera corpus Christi mãducant, & sanguinẽ bibunt. Chry. Et quia ego viuo manifestũ est q̃ ipse viuet: & ad hoc ostendendũ subiungit, Sicut misit me viuens pater,&c.Ac si dicat: Viuo ego sicut pater, & ne ingenitũ æstimes,adiecit: Propter patrẽ, patrem sibi esse principiũ occultè insinuans. q̃ autẽ dicit: Qui manducat me,& ipse viuet propter me:nõ de vita simpliciter hoc dicit,sed de approbata. Etenim etiã infideles viuunt non manducantes de carne illa: sed neq; de resurrectione cõmuni hoc dicit, etenim omnes suscitabuntur,sed de gloriosa & mercedẽ habente.Aug. Non autem ait,Sicut manduco patrẽ & ego viuo propter patrem:& qui manducat me,& ipse viuet ꝓpter me.Non enim filius participatione patrit fit melior,sicut participatione filii per vnitatem corporis eius & sanguinis quod illa mãducatio & potatio significat nos efficimur meliores.Si ergo ita dictũ est:Viuo propter patrã, quia ipse de illo est,sine detrimento æqualitatis dictum est: nec tamẽ eandẽ nostrã & suã æqualitatẽ significauit,sed gratiã mediatoris ostẽdit.Si autẽ secundũ id accipim⁹: Viuo ꝓpter patrem,quod alibi ait:Pater maior me est, hæc verba ita dixit: Sicut misit me pater, Ac si diceret: vt ego viuã propter patrẽ, id est ad illum tanquã ad maiorem referã vitã meã, exinanitio mea fecit in qua me misit: vt autem quisq; viuat ꝓpter me participatio facit:quia mãducat me.Hyla.8.de tri. De veritate igitur carnis & sanguinis Christi,nõ relictus est ambigendi locus,nũc enim ex ipsius domini ꝓfessione & fide nostra verè caro est,& vere sanguis est, hæc ergo vitæ nostræ causa est, q̃ in nobis carnalibus manentem per carnem Christũ habemus, victuris nobis per eũ ea conditione qua viuit ille per patrẽ.Si ergo nos naturaliter secundũ carnẽ per eũ viuim⁹.i.naturã carnis suæ adepti: quomodo nõ naturaliter secundũ spiritũ in se patrẽ habeat,cũ viuat ipse per patrẽ? per patrem autẽ viuit,dũ natiuitas nõ alienã ei intulit diuersamq; naturã.Aug. Vt aũt illũ panem mãducãd viuamus,qui æternã vitã ex nobis habere nõ possumus, de cælo descẽdit.vnde sequitur: Hic est pa.qui de cæ.descẽdit.Hyla.x.de tri. Se panẽ hic dicit: ac ne verbi virtus atq; natura defecisse existimaretur in carnẽ, panẽ carnem suã esse dixit:vt per hoc qui descendẽs de cælis panis est, nõ ex humana cõceptione origo esse corporis eius existimaret,dũ cęleste esse corpus ostẽdit:at verò cũ panis est,assumpti per verbũ corporis est ꝓfessio.The.Nõ em̃ purũ deũ comedimus,nã & impalpabilis & incorporeus est:neq; enim hoĩs puri carnem comedimus, quæ nil posset ꝓficere.Sed quia deus carnẽ sibi vniuit,caro eius viuificatiua existit: nõ q̃ in die naturã trãsierit, sed secundũ quãdã igniti ferri cõsuetudinem(quod & ferrũ manet & ignis)actũ ostendit: sic & caro dñi viuificatiua est, tanq̃ caro verbi dei. Bed.Et vt ostenderet distantiã vmbræ & lucis, typi & veritatis,subiũxit: Nõ sicut mãducauerũt patres vestri &c.Aug.Quòd autem illi mortui sunt,ita vult intelligi vt nõ viuãt in æternũ. Nã temporaliter & hi profecto morientur qui Christũ mãducant,sed viuũt in æternum,quia Christus est vita æterna.Chr. Si enim possibile fuit sine messe & frumento & aliis huiusmodi. xl. annis illorũ vitã cõseruare: multò magis nũc cibo spirituali hoc facere poterit,cui⁹ illa erãt figuræ frequenter autem vitã repromittit,quia nihil est ita delectabile hominib⁹: vnde & in veteri testamento lõgitudo vitæ ꝓmittebat,hic aũt vita finẽ nõ habẽs.Simul etiã per hoc

Veritas eucharistiæ comprobatur.

Virt⁹ cu charistię ostendi-tur.

ostẽdere vult,quoniã sententiã morti tradẽtẽ pro pctõ, nunc soluit vitã æternã cõtrario promittẽs. Sequitur: Hæc dixit in synag,do.in Caph.vbi.s.plurimę virtutes eius sunt factæ. Docebat autẽ in synagoga, & in tẽplo multitudinẽ attrahere volẽs,& ostendẽs q̃m nõ est cõtrarius patri.Beda. Mysticè Capharnaũ quę interpretatur villa pulcherrima, significat mundũ, synagoga verò Iudaicum populũ.Per hoc ergo ostenditur q̃ dominus per mysterium incarnationis mundo apparens Iudaico populo multa docuit,quæ ipse intellexit.

Misteriũ allegatię.

Multi ergo audiẽtes ex discipulis eius, dixerũt: Durus est est hic sermo. Et quis potest eũ audire? Sciẽs autẽ Iesus apud semetipsum, quia murmurarẽt de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est qui uiuificat, caro nõ prodest quicquam. Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat: Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro & iam uno cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nunquid & uos uultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei. Respondit ei Iesus: Nonne ergo uos duodecim elegi: & ex uobis unus diabolus est. Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariotæ. Hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

Aug.Talia loquẽte Iesu nõ crediderunt aliquid magnũ dicentẽ, & verbis illis aliquã gratiã cooperantem: sed prout voluerũt intellexerũt,& more hoĩm:quia poterat aut disponebat Iesus carnẽ qua indutũ erat verbũ,veluti cõsciffam distribuere credentibus in se.vnde dicitur:Multi ergo audi.nõ ex inimicis:sed ex disci.ei⁹ dixe.Du.est hic sermo.Chry.i.difficile susceptibilis,su perexcedẽs eorũ imbecillitatẽ,putabant enim eũ supra seipsum loqui maiora propria dignitate, & dixerunt. Quis potest eum audire? quasi pro seipsis respõdentes: quia non debebant. Aug.Si autẽ discipuli durũ habuerunt istum sermonẽ: quid inimici? & tamẽ sic oportebat vt diceretur,q̃ nõ ab hominibus intelligeretur,secretum dei intentũ debet facere,non aduersos.Theop. Cùm autẽ audis q̃ discipuli eius murmurabant, nõ intelligas hos qui actu sunt discipuli,sed hos qui in habitu & figura videbantur ab eo instrui. Nam inter discipulos erant quidã ex plebe qui dicebantur eius discipuli,quia multo cum discipuli manebãt tempore. Aug. Sic autem apud se ista dixerunt,vt ab alio nõ audirentur, sed ille qui nouerat in seipsis apud seipsum audiebat.vnde sequitur: Sciẽs autem Iesus apud semetipsum quia murmur. de hoc disci. eius dixit eis,hoc vos scandali. Alicui. Quòd scilicet dixi vobis mãducare carnẽ meã & bibere sanguinẽ meũ? Chry. Erat autẽ hoc suæ deitatis signũ,occulta in mediũ ferre.vnde sequitur: Si ergo vide.fi.ho.ascẽ.vbi erat prius,supple quid dicetis? Hoc & in Nathanaele fecit,dicẽs: Quoniã dixi tibi,vidi te sub ficu,credis: maiora his videbis, Nõ igit quæstiones quæstionibus copulat, sed magnitudine dogmatũ & multitudine eos inducere vult. Nõ igitur discipulos in scandalũ mittere volens hoc dicit, sed eorum scandalũ soluere volẽs. Nam dum æstimãt eum de Ioseph natũ,nõ susc ipiũt ea quæ dicebãtur. Qui verò credituri erãt quoniam de cælo descendit, & illuc ascẽdit: facilius attendũt his quæ dicebantur. Aug. Vel aliter: Hinc soluit quod illos commemorat:illum enim putabant erogaturũ corpus suum.Ille autẽ dixit se ascensurũ in cælũ vtiq; integrũ.Cùm videritis inquiẽs filiũ hominis ascendentẽ vbi erat prius. Certè vel tũc videbitis,quia nõ eo modo putatis erogat corpus suũ:& quia gratia eius nõ cõsumitur morsibus,filius autẽ hominis Christus ex virgine Maria hic esse cœpit in terra, vbi carnẽ assumpsit ex terra.quid ergo vult quod ait, Cum vide.fi.ho.ascend. vbi erat prius: nisi vt intelligamus vnam personam esse Christũ deum & hominem, non duas?ne fides nostra sit quaternitas, sed trinita. Sic ergo erat filius hoĩs in cælo, quemadmodũ filius dei erat in terra: filius dei in terra in susc epta carne, filius hominis in cælo in vnitate personæ.Theo. Nõ ergo propter hoc putes q̃ de cælo corpus Christi descenderit: hoc enĩ Martiani hæretici & Apollinaris est dictũ, sed quia vnus & idẽ erat filius dei & hoĩs. Chrys. Propter hoc autẽ & aliam solutionẽ inducit,dicens:Spiritus est qui viuificat, caro nõ prodest quicquã. quod autem dicit,tale est:spiritualiter oportet ea quæ de me sunt,audire: qui autem carnaliter audit,nihil proficit. Est autem carnaliter intelligere, simpliciter ea quæ ꝓposita sunt videre,& nihil plus imaginari. Oportet autẽ non ita iudicare, sed omnia mysterii interioribus oculis inspicere,quod semp est spiritualiter audire. Carnale verò erat dubitare qualiter potest nobis carnẽ dare manducare?quid igitur,nõ est vera caro? imò vtiq;. Quod igitur ait,Caro non prodest quicquã:non de sua carne dicit, sed de eius carne qui carnaliter accipiebat quę dicebantur.Aug.Vel ali.Caro non prodest quicquã. Sed quomodo illi intellexerunt? Carnẽ quippè sic intellexerunt,quomodo in cadauere dilaniatur,aut in marcello vẽditur:nõ quomodo spiritu vegetatur. accedat spiritus ad carnẽ,& prodest plurimum. Nam si caro nihil prodesset,verbum caro non fieret vt habitatet in nobis sed spiritus per carnem aliquid operatus est in nobis pro salute nostra. Aug.x. de ciuita.dei. Non enim caro per seipsam mundat, sed per verbũ à quo susc epta est: quod cũ sit principiũ omniũ susc epta anima & carne, & animam credẽtium mundat & carnẽ. Spiritus ergo est qui viuificat, caro nõ prodest quicquã, sicut illi intellexerũt carnem: nõ sic ego do ad manducandũ carnẽ meã,quia nec carnem debemus sapere secundũ carnem proinde dicit, Verba quæ ego locutus sum vobis,spiritus & vita sunt.Chry.Id est,spiritualia sunt: nihil habentia carnale, neq; cõsequentiã naturalem, sed eruta sunt ab omne tali necessitate quæ in terra,& à legibus quæ hic positæ sunt.Aug. Si ergo intellexisti spũaliter, spũs & vita tibi sunt:si intellexisti carnaliter, etiam sic spiritus & vita sunt,sed tibi nõ sunt. Dixim⁹ enim hic dominũ cõmendasse in mãducatione carnis suæ,& potatione sanguinis sui vt in illo maneamus & ipse in nobis: hoc autem quid facit, nisi charitas? Charitas autẽ dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spm̃ sanctũ, qui data est nobis:ergo spũs est q̃ viuificat. Chry. Et quia de carnali audiẽtia supra locut⁹ est,subiũgit: Sed sũt quidam ex vobis qui nõ credũt. Dicẽs quidã,discipulos excepit:suã autẽ dignitatẽ ostẽdit,occulta reuelans.Aug. Non dixit, Sunt quidã in vobis qui non intelligũt, sed causam dicit quare nõ intelligãt. Propheta enim dixit: Nisi credideritis,nõ intelligetis. Nam qui resistit, qũo viuificatur? Aduersarius em̃ radio lucis quo penetrãdus est non auertit aciẽ,sed claudit mentẽ: credant & aperiãt,& illuminabũtur.Chrys.Et vt discas q̃m ante hæc verba, & nõ postq̃ murmurauerũt & scandalizati sunt hoc Christus cognouerat,subiũgit euãge. dicens: Sciebat em̃ ab initio Iesus &c. Theo. Volẽs per hoc nobis euangelista ostẽdere,q̃ ante cõstitutionẽ mundi omnia cognoscebat,qđ diuinitatis erat indicium. Augu. Sed

Deus cognitor occultorũ.

Fides est intelligẽdi principium.

Universidad de Deusto Biblioteca

poſtquam diſtinxit credẽtes dñs à nõ credentibus, expreſſit cauſam quare nõ credunt. vnde ſequitur: Et dicebat, Propterea di. vobis, quia nemo &c. Chryſ. q. d. Nõ turbant me, neq; ſtuporẽ inferũt qui non credunt. Noui quibus dedit pater. Dixit autẽ hoc, vt oſtendat quoniam non illorũ gloriã cõcupiſcẽs hoc dicebat: & vt ſuadeat eis ꝙ patrẽ eius exiſtimant deũ, & non Ioſeph. Auguſt. Ergo & credere datur nobis: nõ enim nihil eſt credere. Si enim magnũ quid eſt, gaude quia credidiſti ſed noli extolli: quid enim habes qđ nõ accepiſti? Augu. de prędeſti. ſancto. Hoc autẽ donũ quibuſdã dari & quibuſdam nõ dari omnino non dubitat, q nõ vult manifeſtiſſimis ſacris literis repugnare. Cur autẽ non oĩbus detᷣ, fidelem mouere nõ debet, qui credit ex vno oẽs iiſſe in condẽnationẽ iuſtiſſimã: ita vt nulla dei eſſet iuſta reprehenſio, & ſi nullus inde liberaretᷣ. vnde cõſtat magnã eſſe gratiã, quòd plurimi liberantᷣ. Cur aũt iſtum poti⁹ quàm illũ liberet, inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Sequitᷣ: Ex hoc multi diſcipuli ei⁹ abierũt retro, &c. Chry. Homo dixit, Receſſerũt, ſed abierunt retro, ab ea quæ ſcđm virtutem eſt auditione: & quam habebant olim fidẽ perdiderũt. Augu. Et præciſi à corpore vitã perdiderũt, quia fortè in corpore nec fuerunt: inter non credẽtes & ipſi reputati ſunt. Abierunt retro nõ pauci, ſed multi poſt ſatanã, non poſt Chriſtũ, quomodo de quibuſdã fœminis dicit apoſtolus: Quædam cõuerſæ ſunt retro poſt ſatanam Petrũ autẽ non repulit dñs retroire poſt ſatanã, ſed fecit poſt ſe ire. Chryſo. Quæret autẽ aliquis ꝙ tẽpus erat verba diſpenſandi his quæ conſtructa erãt nocentiũ? multa quidẽ vtilitas & neceſſitas. Quia eñ inſtabant cibũ corporalẽ patentes, & eius qui ſub patribus datus eſt reminiſcẽtes, oſtẽdens quoniã omnia illa typus erant, meminit cibi ſpiritualis. Nõ igitur ſcandalizari oportebat, ſed interrogare congruũ erat: quare illorũ amentię ſcãdalum fuit, non indiſſolubilitatis eorũ quę dicebãtur. Aug. Et hoc etiam fortè factũ eſt ad cõſolationẽ noſtram, quoniam aliquando contingit vt homo dicat verũ, & quod dicit non capiatur: atque illi qui audiunt ſcãdalizentur & diſcedant, Pœnitet autẽ hominem dixiſſe quod verũ eſt: dicit enim apud ſe homo, Nõ debui ſic dicere: & ſic domino contigit. Dixit & perdidit multos, ſed non turbatur ipſe quia ab initio nouerat qui non eſſent credẽtes. nos ſi nobis contingat, cõturbamur: ſolatiũ in domino inueniamus, & tamen caute verba dicamus. Beda. Sciebat autem dominus de aliis diſcipulis qui remanſerunt an vellẽt abire, ſed tamen eos interrogauit vt fides eorum mõſtraretur, & aliis imitãda proponeretur. vnde ſequitur: Dixit ergo Ieſus ad 12. Nunquid & vos vult. abire? Chryſ. Per hũc autem modũ oportebat eos trahi. Nam ſi eos laudaſſet, paſſi eſſent aliquid humanum, exiſtimantes ſe gratiã Chriſto facere, eũ non relinquendo: oſtẽdens verò ſe non indigere eorũ ſequela, magis eos detinuit te non autem eis dixit, Abi: hoc enim eſſet eos expellere: ſed interrogauit eos an vellẽt abire, auferens eis vim & neceſſitatem: & nolẽs eos verecondia coarctari: ex neceſſitate enim detineri, par eſſet acſi abirent. Petrus autem fratrũ amator, amicitiæ conſeruator, pro toto reſpondet collegio, vnde ſequitur: Reſpondit ergo ei ſi. Pe. Domine, ad quem ibimus? Auguſt. quaſi di. Repellis nos à te. da nobis alterum ad quem ibimus ſi te relinquimus. Chryſo. Hoc autẽ verbum multæ eſt amicitiæ oſtẽſiuum, quia ſcilicet Chriſtus eis honorabilior erat quàm patres & matres: deinde vt non videatur hoc propterea dicere, quia non eſſent qui eos reciperent, ſubiungit: Verba vitæ æternę habes. Audiens enim magiſtrũ dicentem, quoniã reſuſcitabo eum & habebit vitam æternam: oſtendit ſe recordari eorum quæ dicta ſunt verborum. & Iudæi quidem dicebãt, Hic eſt filius Ioſeph: hic verò dicit, Et nos credimus & cognouim⁹, quia tu es Chriſtus filius dei. Chryſo. Credidimus enim vt cognoſceremus. Nam ſi prius cognoſcere, deinde credere vellemus, nec cognoſceremus nec credere valeremus. Hoc credimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius dei, id eſt quia ipſa vita æterna tu es: & non das in carne & ſanguine tuo niſi quod eſt. Chryſoſtomus. Quia verò Petrus dixerat, Et nos credimus: dominus de collegio credentium excipit Iudam, vnde ſequitur: Reſpõdit ergo eis Ieſus, Nõne ego vos 12. elegit, & vnus ex vobis diabolus eſt? Quod autẽ dicit tale eſt, ne æſtimetis ꝙ ſecuti eſtis me: non redarguam malos. Dignũ autem eſt hic quærere, quare nunc nihil dicũt diſcipuli, ſed poſtea formidãtes dicunt, Nũquid ego ſum domine? ſed nondũ Petrus audierat, Vade retro me ſatana: & propter hoc timorem non habuit, nũc etiam non dicit, Vnus ex vobis me tradet, ſed diabolus eſt: ideo neſciebant quod dicebatur, ſed malitiam exiſtimabant vituperari ſolũ. accuſant autem hic Chriſtum gentiles inſipiẽter. Nõ enim electio eius vim infert his quæ futura ſunt, ſed in volũtate poſitum eſt ſaluari & perire. Beda. Vel dicẽdum quòd ad aliud elegit xi. & ad aliud vnum. Vndecim elegit vt in apoſtolica dignitate perſeuerarẽt: Vnum elegit, vt per proditionis eius officium ſalutẽ operaretur humani generis. Augu. Electus enim eſt iſte de quo nolente & neſciente magnum aliquid boni fieret. Sicut enim iniqui male vtũtur bonis operibus dei, ſic econtra deus benè vtitur malis operibus hominum. Quid Iuda peius? ſed malo eius bene vſus eſt dominus: tradi ſe ꝑtulit, vt nos redimeret. Poteſt etiam ſic intelligi quod ait: 12. elegi, quia conſecratus eſt duodenarius numerus eorum, qui per quatuor cardines mundi trinitatẽ fuerant denũciaturi, non autem quia periit inde vnus, ideo illius numeri honor ademptus eſt. Nam in locum pereuntis alius ſubrogatus eſt Grego. 13. mor. Capitis autem nomine cenſetur corp⁹, cùm de peruerſo homine dicitur: Vnus ex vobis diabolus eſt. vnde euangeliſta exponens ſubdit, Dicebat autẽ de Iuda Simonis Iſcariote, hic enim erat traditurus eum cũ eſſet vnus de 12. Chryſoſto. Cõſydera Chriſti ſapientiam: neque enim Chriſtus eum manifeſtum fecit, ne inuerecũdum faciat, & ſic litigioſior fiat: neq; eũ latere permiſit, ne æſtimans ſe latere ſine timore operaretur.

Iudicia dei iſcrutabilia.

Diſcretio Chriſti.

Syncera Petri cõfeſſio.

Sal⁹ animarũ in libertate eſt.

Sapiẽtia Chriſti.

CAPVT. VII.

POſt hæc autem ambulabat Ieſus in Galilæa. Non enim uolebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorũ ſcenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres ei⁹: Tranſi hinc, & uade in Iudæam, ut & diſcipuli tui uideant opera tua quæ facis. Nemo quippè in occulto quid facit, & quærit ipſe in palàm eſſe. Si hæc facis, manifeſta teipſum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dicit ergo eis Ieſus: Tempus meũ nondum aduenit: tempus autem ueſtrum ſemper eſt paratũ. Non poteſt mundus odiſſe uos. Me autem odit: quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo, quòd opera eius mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. Ego enim non aſcendam ad diem feſtum iſtum: quia meũ tempus nondum impletum eſt.

Aug. Futurũ erat vt aliquis fidelis Chriſti abſconderet ſe, ne à perſecutoribus inueniretur: & ne illi ꝑ crimine obiiceretur latibulũ, præceſſit in capite, quod in mẽbro confirmaretur. vnde dicitᷣ: Poſt hæc autẽ ambulabat Ieſus in Galilæa. Nõ enim volebat &c. Bed. Hęc verborũ cõnexio talis eſt: vt intelligamus quoniam in

Iudęa vnde dicta ſit.

medio multa geri & fieri potuerũt. Iudæa autem & Galilęa regiones ſunt Palæſtinæ prouinciæ: ſed Iudæa dicta eſt à tribu Iuda, nõ tamen ſolũ illa regio quã tribus Iuda, ſed & illa quam tribus Beniamin poſſidebat, Iudæa dicta eſt, quia ex tribu Iuda reges oriebãtur. Galilæa verò dicitur, eo quòd lacteũ populum, id eſt candidum gignat gala enim Græcè, Latinè lac dicitur. Augu. Sic autem hoc dominus dixit, quaſi nõ poſſet ambulare inter Iudæos, & non occidi à Iudæis. Hanc enim potentiam quãdo voluit demõſtrauit, ſed infirmitati noſtræ præbebat exemplũ. Non ipſe perdiderat poteſtatẽ, ſed noſtram conſolabãtur fragilitatẽ. Chryſo. Sed & illud eſt dicere, quoniã quæ dæitatis oſtendebat, & quæ humanitatis: etenim fugiebat perſecutores vt homo, & apparebat eis vt deus, vtrũque verè exiſtens. Theo. Seceſſecit etiam nũc in Galileam, quia nõdum paſſionis aderat tempus: Vnde vanũ reputabat in medio inimicorum manere, & magis ipſos ad odium incitare: vnde & conſequẽter tempus deſcribitur, cũ ſubditur: Erat autẽ in proximo dies feſtus Iudęorũ ſcenopegia. Aug. Quid ſit ſcenopegia, qui ſcripturas legerunt nouerunt: faciebant tabernacula in die feſto ad ſimilitudinẽ tabernaculorum, in quibus habitauerunt cũ ex Aegypto educti peregrinarẽtur in heremo, celebrant ex hoc diẽ feſtum reminiſcentes beneficiorũ domini, qui tamen occiſuri erant dominũ. Appellabatur autẽ apud Iudæos dies feſtus, cũ tamen non eſſet vnus ſed plures. Chryſo. Oſtendit igitur per hoc euãgeliſta, quoniã multum tẽpus prętermiſit. Cũ enim dominus ſedit in monte, erat propè dies feſtus paſchæ. Hic autẽ ſcenopegiæ meminit, & in quinq; intermediis menſibus nihil aliud nobis enarrauit, niſi miraculũ panum & allocutionẽ factam ad eos qui comederunt. Quia enim indeficienter ſigna faciebat & diſputabat, non poterant euãgeliſtæ omnia enumerare, ſed illa præcipuè ſtuduerãt dicere, pro quibus aut quærela aut contradictio quædam à Iudæis ſubſequebatur, quod & hic apparet. Theop. Quia enim fratres eius viderant ipſum nõ eſſe paratum ad deſcendendum, ſubditur: Dixerunt autẽ fratres eius ad eũ: Trãſi hinc, & vade in Iudæam, Beda. Ac ſi dicant: Tu ſigna facis, & pauci ea vidẽt: tranſi ergo ad regiam vrbem, vbi ſunt principes, vt ſis ſignis laudem conſequaris ab eis. Sed quia non omnes diſcipuli ſemper dominũ ſequebãtur, ſed eorum multi Iudęa erant, ideo ſubdunt: Vt & diſci. tui vid. opera tua quæ facis. Theop. i. turbæ quæ ſequũtur te: non enim de 12. dicũt diſcipulis, ſed de aliis qui conuerſabantur cũ illo. Chryſo. Cùm autẽ auditis, Fratres domini Mariæ cogitate cõſanguinitatem, non iterum patientis vllã propaginẽ. Sicut enim in ſepulchro vbi poſitum eſt corpus domini, nec ante, nec poſtea mortuus iacuit: ſic vterus Mariæ, nec ante, nec poſtea quicquã mortale concepit. opera quidẽ domini diſcipulos nõ latebant, ſed iſtos latebant. Et ideo dicebant: Vt diſc. tui vi. ope. quæ tu facis. Loquebantur aũt prudentiã carnis verbo quod caro factum eſt: vnde & ſubdunt, Nemo quippè in occulto quid facit, &c. q. d. Facis miracula apparere hominibus, vt laudari poſſis ab hominibus: nam qui eum videntur monere, gloriæ ipſius cõſulunt: & quia humanã gloriam requirebant, in eum nõ credebant: vnde ſequitur, Neque enim fra. eius cre. in eum. Chriſtum enim cõſanguineum potuerunt habere, credere autem in eum ipſa propinquitate faſtidierunt. Chryſo. Dignum eſt autẽ mirari euangeliſtarum morem veritatis amicũ, qualiter non verecũdantur dicere ea quæ magiſtro vidẽtur ferre iniuriam, ſed hoc maximè ſtuduerunt enũciare? Non enim paruam habet detractationem quòd fratres eius de credebant, & videtur quidẽ initium verborum quaſi amicorum eſſe. Multæ autem amaritudinis erãt quæ dicebantur, quia de formidine & de amore glorię eum notant: nam dicunt, Nemo in occu. quid facit. Quod erat dicere, Formidinem incuſantiũ & ſimul ſuſpicantiũ quę fiebant non vere facta eſſe. Per hoc autẽ quod dicunt, Et quærit ipſe in palàm eſſe: amorem gloriæ in eo notant. Chriſtus autẽ manſuetè eis reſpondit, docens nos non indignè ferre, ſi aliquid etiam viles nobis cõſilientur. Sequitur enim, Dicit eis Ieſus: Tẽpus meum nondum aduenit, tempus autẽ ve. ſem. eſt paratum. Beda. Ne autem videatur hoc contrarium ei quod Apoſtolus dicit, Ad vbi venit plenitudo tẽporis, miſit deus filium ſuũ, referendum eſt quod dicitur nõ ad tempus natiuitatis, ſed ad tẽpus glorificationis. Augu. Dabant eñ illi conſilium conſequẽdæ gloriæ, veluti ſeculariter & terreno affectu monentes ne eſſet ignorabilis, & latitaret. Sed dominus voluit ipſam celſitudinẽ per humilitatis viã ſternere. Dicit ergo: Tẽpus meũ, id eſt gloriæ meæ, qua veniam in altitudine iudicaturus: Nondum venit. Tempus autẽ veſtrum. i. mũdi gloria, ſemper eſt paratum. Et quoniã nos domini corpus ſum⁹, quãdo nobis inſultant amatores huius ſeculi, dicamus eis: Tẽpus veſtrum adeſt paratũ, tempus noſtrũ nõdum aduenit, excelſa enim patria, humilis via. Qui recuſat viam, quid quærit patriam? Chryſo. Vel aliter: Videtur mihi aliud occultè inſinuari, fortaſſis enim eũ prodere volebãt & tradere Iudæis. Ideo dicit: Tẽpus meũ nõdum aduenit, hoc eſt tẽpus crucis & mortis. Tẽpus autẽ veſtrum ſemper eſt paratum, quia & ſi vos ſemper ſitis cũ Iudæis, nõ interficient vos eadem cũ illis zelantes: vnde ſequitur, Non poteſt vos odiſſe mundus, me autẽ odit quia ego teſti. perhi. de illo quia ope. eius ma. ſunt. q. d. Qualiter mundus eos odit, qui eadem cũ ipſo volunt, & pro eiſdem ſtudent? me autẽ odit, quoniam redarguo eum. Intantum ergo gloriam hominũ non quæro quòd non prætermitto eos redarguere, licet ſciam ex hoc odium naſci, & mortẽ intẽtari. Per hoc etiã oſtendit ꝙ odium Iudæorũ contra eum cõcitabat publica redargutio: nõ autem ſabbati ſolutio. Theo. Vel domin⁹ cõtra duo de quibus illi eum arguebãt, alia duo inducit. Cõtra formidinem quidẽ dicit, ꝙ opera mundi redarguit, id eſt opera eorum qui mũdana ſapiũt, quod nõ faceret ſi formidoloſus eſſet ſed cõtra inanẽ gloriam miſit illos ad feſtum: vnde ſequitur, Vos aſcendite ad diem feſtũ hunc: nam ſi vanæ glorię paſſione detineretur, retinuiſſet eos ſecũ: nam glorię cupidi cõſueuerunt multos habere qui ſequãtur eos. Chry. Hoc etiã dicit oſtendens ꝙ eis blandiri non vult, ſed cõcedit eis Iudaica facere. Augu. Vel aliter: Vos aſcendite ad diem feſtũ hunc, vbi gloriã humanam quæritis, vbi extendere vultis carnalia gaudia, non æterna cogitare. Sequitur: Ego autẽ non aſcendam ad diem feſtũ. Chryſoſto. Scilicet modo vobiſcũ, quia meum tempus nõdum impletũ eſt. In futuro enim Paſcha crucifigendus erat. Auguſt. Vel meum tẽpus, id eſt, gloriæ meę nondum aduenit, ipſe erit dies feſtus meus non diebus iſtis præcurrens & tranſiens, ſed permanẽs in æternum. Ipſa erit feſtiuitas & gaudium ſine fine, ęternitas ſine labore, ſerenitas ſine nubę.

Multa geſta dñi omiſſa.

Marię & ſepulchri cõparatio pulchri.

Domin⁹ elegit humilitatẽ.

Hæc cùm dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa. Vt autẽ aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcẽdit ad diem feſtũ, non manifeſte, ſed quaſi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant: Vbi eſt ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidam enim dicebant quia bonus eſt. Alij autem dicebant: non, ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metum Iudæorum.

Universidad de ... Biblioteca

Theo. Quia dixerat dñs: Nõ aſcendam vobiſcum, in principio denegauit aſcenſum, vitãs iram frementium Iudæorum: vñ dicitur, Hæc cũ dixiſ. ipſe man. in Gali. Poſtea ve. aſcen. vnde ſequitur: Vt autẽ aſcen. fra. eius, tũc &c. Aug. Aſcendit aũt non gloriari tẽporaliter, ſed aliquid docere ſalubriter: de feſto æterno admonere. Chry. Vel aſcendit nõ vt patiatur, ſed vt alios erudiat. Latenter aũt aſcendit, poterat enim manifeſtè aſcendere, & detinere eorũ inordinatum impetũ, quod multoties fecit: ſed nolebat hoc cõtinuo facere, ne magis ſuã diuinitatẽ denudaret, & vt incarnatio ei⁹ certior eſſet, & vt nos erudiret ad virtutẽ. Vt igit̃ diſceremus quid nos oporteat facere, qui nõ poſſum⁹ ꝑſecutores detinere, voluit latenter aſcẽdere. Non aũt dicit in occulto, vt oſtẽdat diſpẽſatiuè hoc eſſe factum. Si eñ omnia vt de⁹ ageret, qũo poſſemus nos ſcire incidentes hũanis periculis quid oporteat facere? Alcu. Vel occultè aſcendit, quia fauorẽ hoĩm non quęrit, nõ pompis ſtipãtium, ſed turbarũ delectatur. Beda. Myſticè aũt deſignatur, quia ſingulis quibuſq; carnalibus humanã gloriã quærentibus dominus manet in Galilæa, quæ interpretat̃ tranſmigratio ſancta. i. in mẽbris ſuis, qui trãſmigrant de vitiis ad virtutes, & in eis proficiũt. Poſtmodũ vero dñs aſcẽdit quia mẽbra Chriſti nõ huius vitæ, ſed æternæ gloriã quærũt. Occultè autem dñs aſcẽdit: quia oĩs gloria eius eſt ab intus, id eſt de corde puro & conſcientia

Tropologica expoſitio. bona, & fide nõ ficta. Aug. Vel ꝙ quaſi latẽter aſcendit, aliquid ſignificare voluit. Oĩa enim quæ dicta ſũt antiquo populo Iſrael, vmbræ fuerũt futurorũ, & ſcenopegia vmbra erat futurorũ. Oĩa ergo quæ erant in figura, manifeſtantur in nobis. Aſcẽdit ergo in occulto, figura enim erat ipſum eſſe in occulto. In ipſo die feſto Chriſt⁹ latebat, quia ipſe dies feſtus Chriſti mẽbra peregrinatura ſignificabat. Ille enim eſt in tabernaculis qui ſe in mundo eſſe intelligit peregrinũ. Scenopegia aũt erat celebratio tabernaculorũ. Sequit̃: Iudæi autẽ quærebãt eum in die feſto, & dicebãt, Vbi eſt ille? Chry. Et multo odio & inimicitia, neque, eñ nominatim vocare volebant. Nõ autẽ multa erat eis in feſtiuitate reuerẽtia, nec multa religio, quia à feſtiuitate credebant Chriſtũ fraudulẽter detinere. Sequitur: Et murmur mult⁹ &c. Augu. Murmur erat de cõtentione, quã conueniẽter exponit, dicẽs: Quidã enim dice. quia bonus eſt. Alii autem dice. nõ, ſed ſe. turbas. Quicũque emicuerit in aliqua gratia, alii dicũt bonus eſt, alii non, ſed ſeducit tur

Doctri. ſalubris. bas. Quod autẽ dictum eſt de deo, valet ad cõſolationẽ de quocunq; hoc dictũ fuerit Chriſtiano. Et quidẽ ſi ſeducere decipere eſt, nec Chriſtus ſeductor, nec priuſquã debet ſeductor eſſe Chriſtianus. Si aũt ſeducere aliũde aliquẽ ad aliud perſuadẽdo ducere eſt, quærendũ eſt, vnde & quo. Si à bono ad malũ, mal⁹ ſeductor eſt: ſi à malo ad bonũ, bonus eſt: & vtinã ſic omnes ſeductores vocemur & ſimus. Chry. Igitur illã quidem ęſtimo opinionem multitudinis eſſe, qua. ſ. dicebat̃ bonus eſſe, hanc verò principũ & ſacerdotũ, quod oſtenditur per hoc ꝙ dicunt, Seducit turbas: nõ dicunt, Seducit nos. Sequit̃: Nemo tamen palàm loquebatur de illo, propter met. Iu. Aug. Eorum. ſ. qui dicebãt, bonus eſt: non qui dicebant, ſeducit turbas. Hęc enim clarius ſonabãt. Sed bonus eſt, preſſius ſuſurrabãt. Chryſ. Vide autẽ eorum qui principantur corruptionẽ: hi autem qui principatibus ſubiiciũtur, ſani quidem erant iudicio, ſed nõ habebãt libertatem dicendi, quod maximè multitudinis eſt.

Iam autem die feſto mediãte, aſcẽdit Ieſus in tẽplum. Et docebat & mirabantur Iudæi dicẽtes, quomodo hic literas ſcit cum non didicerit? Reſpõdit Ieſus, & dixit: Mea doctrina nõ eſt mea, ſed eius qui miſit me. Si quis uoluerit uolũtatem eius facere: cognoſcet de doctrina utrum ex deo ſit, an ego à meipſo loquar. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriã propriam quærit. Qui autem quærit gloriam eius qui miſit eum, hic uerax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.

Chryſo. Dominus tardatione ſua auditores attẽtiores facere volens, nõ in primis diebus aſcendit, ſed circa ſolennitatis mediũ: vnde dicitur, Iam autẽ die feſto mediante &c. Qui eñ primis diebus eũ quæſierunt repentè eum præſentẽ videntes magis intendebãt docenti: & qui bonũ eum dicebãt, & qui malũ: illi quidem vt aliquid lucrarẽtur & admirarentur, hi verò vt cõprehẽderent. Theop. Nã in principio feſti his quæ feſti erant magis attendebant: vnde poſtea Chriſtũ attentius audierunt. Augu. Quantũ eñ datur intelligi ipſam feſtiuitatẽ diebus pluribus celebrabãt, & ideo dicit: Iã die feſto mediante. i. cum illius diei feſti tot dies remanſiſſent quot pręteriſſent, vt etiã impleretur quod ait: Nõ aſcendã ad diem feſtũ hunc. i. ad quem vos vultis, primum vel ſecũdum diem: aſcẽdit autem poſtea die feſto mediante. Augu. de quæſt. no. & vete. teſta. Tũc etiam aſcendit, nõ quaſi ad diem feſtũ, ſed quaſi ad lucẽ. Illi verò aſcẽderũt quaſi ad perfruẽdũ deliciis diei feſti. Chri-

Feſtum Chriſti eſt dies paſſionis eius. ſto verò ille fuit dies feſt⁹, quo paſſione ſua redemit mũdum. Augu. ſu. Ioan. Ille autẽ qui prius latebat, docebat & palàm loquebatur, & nõ tenebatur. Illud enim quòd latebat, erat cauſa exempli: hoc poteſtatis. Chry. Quid autem docebat nõ dixit euangeliſta, ſed quod mirabiliter docebat, hoc ſolũ oſtẽdit: tanta enim erat virtus docentis vt qui dixerãt, ſeducit turbas tranſmutati mirarent̃. vnde ſequit̃: Et mirabãtur Iudęi dicentes, qũo hic literas ſcit cũ nõ didicerit? Vide admirationẽ nequitia plenã. Nõ eñ dicit ꝙ ĩ doctrina admirarent̃, ſed in aliã admirationẽ inciderũt. Aug. Omnes quidẽ quantũ arbitror admirabãtur, ſed non omnes cõuertebantur. Et vnde admiratio? quia multi nouerant vbi natus, quem admodũ fuerat educatus. Nunq̃ eum viderãt literas diſcentem, audiebãt tamen de lege diſputãtem, legis teſtimonia ꝓferentẽ, quę nemo poſſet proferre niſi legiſſet: nemo legere niſi literas didiciſſet, & ideo mirabantur. Chry. Ab hac autẽ quæſtione cognoſcere debebãt, quoniã hæc ſcientia humanitus non erat in eo, ſed diuinitus: ſed hoc ipſi nolebãt reuelare, ſed in ſola admiratione ſtabant, dñs hæc reuelauit. Sequitur eñ: Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Mea doctrina nõ eſt mea, ſed eius qui miſit me. Aug. Videt̃ autem hoc eſſe contrariũ quod dicit, Mea & non mea: nã ſi dixiſſet, Iſta doctrina non eſt mea, nulla eſſet quęſtio. Quæ eſt ergo doctrina patris, Conſen. euange. niſi verbũ patris? Ipſe ergo Chriſt⁹ eſt doctrina patris, ſi verbũ patris eſt. Sed quia verbũ nõ poteſt eſſe nullius ſed eſt alicuius, & ſuã doctrinã dixit ſeipſum & nõ ſuã, quia patris eſt verbũ, quid eſt tã tuum q̃ tu, & quid tam nõ tuum quàm tu, ſi alicuius es quod es? Breuiter ergo hoc mihi dixiſſe videtur: Mea doctrina nõ eſt mea, ac ſi diceret: Ego nõ ſum à meipſo. Sabellianã hæreſim ſententia iſta diſſoluit, qui dicere auſi ſunt eſſe ipſum filiũ qui eſt & pater, duo eſſe noĩa, ſed vnã rẽ. Chry. Vel ſuã dicit, quoniã eam docuerat: nõ ſuam aũt, quoniã patris erat doctrina. Sed ſi oĩa quæ ſunt patris ei⁹ ſunt, ex hoc ipſo ꝙ patris eſt deberet eſſe & ſua. Sed hoc quod dicit: Nõ eſt mea, vehemẽter oſtẽdit & ſui & patris vnã eſſe doctrinã. ac ſi diceret, Nihil habeo permutatũ aut diuerſum, ſed ita ago vt dico. vt non æſtimet̃ aliud quid præter patrẽ dicere vel agere. Aug. primo de tri. Vel aliter: Secundũ aliud ſuã dixit, ſecundum aliud nõ ſuam: ſecundũ formã dei ſuam, ſecundũ formã ſerui, nõ ſuam. Aug. Si quis autẽ hoc parũ intellexerit, audiat cõſilium quod dñs conſequẽter dat, dicẽs: Si quis voluerit volũtatẽ eius facere, &c. quid eſt ſi quis volue. volun. eius facere? hoc eſt credere in eũ. ipſe eñ ſupra dixit, Hoc eſt opus dei vt credatis in eũ quẽ ipſe miſit. Quis aũt hoc neſciat, hoc eſſe facere voluntatẽ dei, operari opus ei⁹? Cognoſcere autẽ, hoc eſt intelligere. ergo noli quęrere intelligere vt credas, ſed crede vt ĩtelligas. quia niſi crederitis, nõ intelligitis. Chry. Vel hoc ita dicit, ac ſi di

Paſſiões ĩpediũt veritatẽ. cat: Auferte irã & inuidiã & odium, quod ſine cauſa in me habetis, & nihil erit quod prohibeat vos cognoſcere: quoniã dei verba ſunt quę loquor. Deinde aliud inducit argumẽtum inſolubile ab his quæ ſunt in cõſuetudine hominũ nos erudiens. vnde ſequit̃: Qui à ſemet ipſo loquit̃, gloriam propriam quęrit. q. d. Qui aliquã propriam vult inſtituere doctrinã, propter nihil aliud hoc vult q̃ vt gloriam acquirat. Si verò ego gloriam eius qui miſit me quæro, cuius gratia aliena vellẽ vos docere? Et hoc eſt quod ſubdit: Qui aũt quę. glo. eius qui miſit illum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt. Theo. q. d. Verax ſum quia doctrina mea cõtinet veritatem. Iniuſtitia in me nõ eſt, quia alterius gloriã nõ vſurpo. Aug. Qui quærit gloriã propriam, antichriſtus eſt. Domin⁹ autẽ noſter magnũ nobis exemplum præbuit humilitatis, dum habitu inuẽtus vt homo quęrit gloriã patris non ſuã: ſed tu quando aliquid boni facis, gloriã tuam quæris: quando aliquid mali facis, deo calũniam medicaris. Chry. Vide ergo quoniã cauſa quædã ꝓpter quã humilia de ſe dicit hæc eſt: vt credant quoniã non deſiderat gloriã neq; principatũ: & etiã propter imbecillitatem audientium, & vt doceat homines moderata ſapere, & nihil de ſe dicere magnũ, ſed ſemper humile.

Nõne Moyſes dedit uobis legẽ, & nemo ex uobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Reſpondit turba, & dixit: Dæmoniũ habes, quis te quærit interficere? Reſpõdit Ieſus & dixit eis: Vnũ opus feci, & omnes miramini. Propterea Moyſes dedit uobis cirũciſionẽ, nõ quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. Et in ſabbato circũciditis hominem. Si circunciſionẽ accipit homo in ſabbato, ut nõ ſoluatur lex Moyſi: mihi indignamini, quia totũ hoĩem ſanũ perfeci in ſabbato? Nolite iudicare ſecundum faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate.

Chry. Duas criminationes Iudæi cõtra Chriſtũ inducebant: vnã quòd ſabbatũ ſolueret, aliã ꝙ patrem ſuum

Duplex criminatio à Chriſto diluitur. dicebat deum, æqualẽ ſeipſum faciens deo. Hoc igitur prius cõfirmauit, dum oſtẽdit ꝙ non eſt deo cõtrarius, ſed eadem illi docet. De reliquo ad ſabbati ſolutionem inſtat, dicẽs: Nõne Moyſes de. vo. legem, & nemo ex vobis facit legem? Ac ſi diceret, Lex dicit nõ occides: vos autem occiditis, & hoc eſt quod ſubdit̃: Quid me quęritis interficere? Ac ſi diceret, Etſi ego diſſolui legẽ hominem ſanãs, tranſgreſſio fuit, ſed in ſalutẽ: vos autem tranſgredimini in malũ, vnde nõ debeo à vobis de ſolutione legis diiudicari. In duobus ergo eos corripuit: & dicendo, quid me quęritis interficere? oſtẽdendo quoniam occiſionem meditãtes, non ſunt digni aliũ diiudicare. Aug. Vel hoc dicit, quia ſi legẽ facerent, in ipſis literis Chriſtũ agnoſcerent, & præſentẽ non occiderẽt. Reſpondit aũt ei turba non ꝑtinentia ad ordinẽ, ſed ad ꝑturbationem. Sequit̃ enim: Reſpondit turba & dixit: Dęmoniũ habes, quis te quęrit interficere? Et dictũ eſt quòd dæmoniũ haberet q dęmones expellebat. Dominus autem nõ turbatus, ſed in ſua veritate tranquillus, non reddidit maledictũ pro maledictio, ſed reſpondit tranquillè. Beda. In quo nobis patientiæ reliquit exem

Exẽplũ Chriſti ꝓponit̃. plum, vt quoties nobis ab aliquibus falſa obiiciũtur cõuitia, patienter tolleremus, & vera q̃ poſſumus nõ obiiciamus, ſed ſalutaria monita prędicemus. Sequit̃ enim: Reſpõdit Ieſus & dixit eis, vnũ opus feci, & omnes miramini. Augu. Ac ſi diceret, Quid ſi omnia opera mea videretis? Ipſius enim opera erant quæ in mũdo videbant, & ipſum qui fecit omnia nõ videbant, fecit vnam rem & turbati ſũt, quia ſaluũ fecit hominẽ in ſabbato. quaſi ſi quiſquã eorum ęgrotus ſabbato ſinceraret, ali⁹ illum ſanũ feciſſet q̃ ille qui eos ſcandalizauit, quia vnũ hominẽ ſabbato ſaluũ fecit. Chryſ. Hoc enim eſt ꝙ dicit, Miramini: hoc eſt turbamini, tumultuatis. vide autem quomodo prudẽter à lege eos ſyllogizat. Vult eñ oſtendere ꝙ facere hoc opus non erat legẽ ſoluere, ſunt enim multa principaliora q̃ lex de obſeruatione ſabbati, per quorũ obſeruationem lex non ſoluitur ſed impletur, & ideo ſubdit: Propterea Moyſes dedit vobis circũ. non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus, & in ſabbato circũciditis hominem. Aug. q. d. Bene factũ eſt vt acciperetis circũciſionẽ à Moyſe, non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. Abrahã enim primus accepit circũciſionem à dño. Et in ſabbato circũciditis. Conuicit vos Moyſes. accepiſtis in lege vt circuncidatis octauo die. Accepiſtis in lege vt vacetis 7. die. Si octauus dies illi⁹ qui natus eſt occurrit ad diem ſeptimũ ſabbati, circunciditis hominẽ, quæ circũciſio ꝑtinet ad aliquod ſignaculum ſalutis, & nõ debent hoĩes ſabbato vacare à ſalute. Alcui. Propter tres enim cauſas data fuit circũciſio. Primo, vt ſignũ eſſet magnæ fidei Abrahæ: ſecũdo, vt ꝑ eam à cæteris nationibus diſcernerẽtur: tertio vt illam Tres cauſæ circũciſionis. in virili mẽbro ſuſcipientes, caſtitatẽ mentis & corporis obſeruare deberent. Et tantũ conferebat tunc circũciſio quantũ nunc baptiſma, niſi ꝙ ianua nondũ aperta erat. Concludit ergo ex ꝑmiſſis: Si circũci. accipit homo &c. Chryſ. q. d. Sabbati ſolutio in circunciſione legis eſt obſeruatio, ſic & ego hominẽ curans ſabbato legẽ ſeruaui. Vos qui non eſtis legiſlatores, vltra modũ legem defenditis. Sed Moyſes iubet legẽ ſolui propter mandatum quod erat ex lege, ſed ex patribus. Per hoc autem quod dicit: Totũ ho. ſa. fe. in ſab. oſtẽdit circũciſionẽ eſſe particularem ſanitatem. Augu. Fortè autem illa circuncifio ipſum dominum ſignificabat. Quid enim eſt circũciſio, niſi carnis expoliatio? Significauit ergo expoliationem à corde cupiditatũ carnalium. Non ergo ſine cauſa data eſt in eo membro per quod procreatur creatura mortalium, quia per vnũ hominẽ peccatum intrauit in mũdum. Ideo autẽ quiſque cum præputio naſcitur, quia omnis cũ vitio propaginis naſcitur: & non mundat deus ſiue à vitio cũ quo naſcimur, ſiue à vitiis quæ malè viuendo addimus, niſi per Chriſtũ. Cultellis enim petrinis circũcidebant, & petrę nomine Chriſtũ figurabãt. Ideo aũt octauo die: q̃ poſt ſeptimũ ſabbati dominus die dominico reſurrexit. Ipſa autẽ reſurrectio nos circũcidit. i. abſtulit deſideria carnalia. Intelligite hoc ſignificari opus bonũ quod ego feci totũ hominem ſaluum in ſabbato, quia & curatus eſt vt ſanus eſſet in corpore, & credidit vt ſanus eſſet in anima. Eſtis autem prohibiti ſeruilia opera facere ſabbato. Nunquid ſeruile opus eſt hominẽ ſanare in ſabbato? Mãducatis ſiquidem & bibitis ſabbato, quia ꝑtinet ad ſalutẽ, per quod oſtenditis opera ſalutis nullo modo eſſe die ſabbati omittenda. Chryſ. Non autẽ dixit, Ego maius circũciſione operatus ſum: ſed ſolũ factum narrans, iudiciũ eis cõceſſit. vnde ſubditur: Nolite iudi. ſecundũ fa. ſed iuſtum iudiciũ iudicate. q. d. non quia Moyſes apud vos habet maiorẽ gloriam q̃ ego, ex perſonarum dignitate feratis ſententiã, ſed à rerũ natura: hoc enim eſt iuſtè iudicare. Nullus autẽ incuſauit Moyſen de hoc ꝙ iuſſit ſabbatũ ſolui propter mãdatum circũciſionis, quod erat aliũde quàm ex lege inductũ: ergo fide dignior vobis eſt Moyſes, qui iubet ſolui legem à mãdato non legali. Auguſt.

Hoc autem quod dñs notauit hoc loco, euadere in hoc seculo magni laboris est, non pſonaliter iudicare admonuit quidē domin⁹ Iudęos, admonuit & nos. quod em̄ preciosum ſonabat de ore domini, & ꝓpter nos ſcriptū est, & nobis ſeruatū, & propter nos recitatū. ſurſum est dñs, ſed etiam hic est veritas dñs. Corp⁹ em̄ domini in quo ſurrexit vno loco eſſe poteſt, veritas eius vbiq; diffuſa est. Quis ergo est qui nō iudicat perſonaliter? qui æqualiter diligit. Non em̄ cùm homines diuerſo modo pro ſuis gradibus honoramus, timendū est ne perſonas accipiam⁹: nōnunquā enim est iudiciū inter patrem & filium. nō æquamus filiū patri in honore, ſed præponimus ſi bonā cauſam habet filiū patri in veritate: & ſic tribuimus honorē debitū, vt nō perdat ęquitas meritū.

Dicebant ergo quidā ex Hieroſolymis: Nónne hic eſt quem Iudæi quærūt interficere? Ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid uerè cognouerūt principes, quia hic eſt Chriſtus? ſed hūc ſcimus unde ſit, Chriſtus autē cum uenerit, nemo ſcit unde ſit. Clamabat ergo Ieſus in tēplo docens & dicens: Et me ſcitis, & unde ſim ſcitis, & à meipſo non ueni, ſed eſt uerus qui miſit me, quem uos neſcitis. Ego ſcio eum: & ſi dixero quia neſcio eum, ero ſimilis uobis mendax. Sed ſcio eum quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit. Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo miſit in illum manus, quia nondum uenerat hora eius.

Augu. Suprà dictū est ꝙ dominus ideo velut occultè aſcendit ad diē feſtum, nō quia timebat ne teneret, cui poteſtas erat vt nō teneretur: ſed vt ſignificaret etiā in ipſo die feſto, qui celebrabatur à Iudæis, ſe occultari, & ſuum eſſe myſteriū. Nunc autē apparet poteſtas, quę putabatur timiditas. Loquebatur enim palàm ī die feſto, ita vt mirarētur turbę. vnde dicit: Dicebāt ergo qui ex Hieroſo. &c. Nouerant em̄ qua ſeuitia quærebatur: mirabantur qua potētia non tenebat. Chry. Addit autem euangeliſta, Ex Hiero. quoniā qui magis potiti erāt ſignis, hi omnes erāt miſerabiliores: qui deitatis eius ſignum vidētes maximū, omnia iudicio corruptorū principum pmittebant. An nō magnum ſignū, inſanientes & quęrentes interficere, habere eū in manibus, & repē te quieſcere? Augu. Igitur nō plenè intelligētes Chriſti potentiā, putauerunt eſſe principū ſcientiā ꝙ ei pepercerunt. vnde ſubdit: Nunquid verè cognouerunt principes quia hic eſt Chriſtus? Chryſoſto. Sed ipſi neque principū ſequūtur ſententiā, ſed aliam ꝓferunt corruptam, & ꝓpria amentia dignā. vnde ſubditur: Sed hunc ſcimus, &c. Augu. Hæc opinio apud Iudæos nō inaniter nata est, inuenimus tamē quòd ſcripturę dixerūt de Chriſto, quoniā nazareus vocabitur: ergo prædixerūt vnde ſit. Iudęi etiā dixerūt Herodi quęrenti, ꝙ Chriſt⁹ in Bethlehē Iudę naſceretur, & teſtimoniū etiam propheticū attulerūt. vnde ergo nata est hæc opinio apud Iudęos, ꝙ Chriſtus cū venerit, nemo ſciat vnde ſit? niſi quia vtrūque pronūciauerūt ſcripturæ: ſecūdum hominem prædixerūt vnde eſſet, ſecūdum deum latebat impios & quærebat pios. Hāc igitur opinionem in eis generauerat, quod p Eſaiam dictū est, Generationē eius quis enarrabit? Deniq; dominus ad vtrūq; reſpondit, & quia nouerant eū vnde eſſet, & quia nō nouerant. vnde ſequit: Clamabat ergo Ieſus docēs in templo, & dicēs: Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis: hoc est dicere, & vnde ſim ſcitis, & vñ ſim neſcitis. vnde ſim ſcitis, Ieſus à Nazareth, cuius etiāparentes noſtis. Solus enim in hac cauſa latebat virginis partus, quo excepto totū nouerant in Ieſu, qđ ad hominē pertinet. Rectè ergo dixit, Et me noſtis: & vnde ſim ſcitis, ſecūdum carnem & effigiem hominis quā gerebat: ſecundum diuinitatē autem à meipſo nō veni, ſed est verus qui miſit me. Chryſ. Per quod ea quæ in mēte habebant reuelat, ac ſi diceret: Nō ſum de numero eorū q ſine cauſa venerūt, ſed est verax qui miſit me: & ſi verax ex, in veritate miſit: & q miſſus est, cōgruum est veracē eſſe. Rurſus autem ex ꝓpriis ſermonibus eos capit. quia em̄ dicebant, Cū venerit Chriſtus nullus cognoſcit vnde eſt: oſtendit etiā inde ſe Chriſtū eſſe, quoniam à patre venit, quē ipſi neſciebant, & ideo ſubdit: Quem vos neſcitis. Hyla. 6. de tri. Nūquid aūt nō omnis homo licet in carne ex deo nat⁹ est, & quomodo negat ab his vel ſeipſum, vel vnde ipſe ſit ſciri, niſi id vnde est ad naturę ſuę referret auctorē? Nam id quòd vnde ſit ignorat, naturā ex qua eſt, dū vnde ſit neſcitur, oſtēdit. Ignorari em̄ vnde ſit, nō poteſt, quicquid ſubſiſtit ex nihilo: quia hoc ipſum quod non ignoratur, ex nihilo ignorationē eius vnde ſit non habet. Ob hoc autē quid ſit ipſe neſcitur, dum ignoratur à quo ſit: nō enim confitetur filiū, qui negat natum: nec natum intelligit, qui putabit eum eſſe ex nihilo. Chry. Vel ignorantiā hic dicit quæ est per opera, ſicut Paulus ait: Confitentur ſe noſſe deū, factis autem negāt. Dupliciter autem eos redarguit. Et primū quidem quæ occultè loquebātur, hæc in medium inducit, clamans vt eos verecūdari faciat. Augu. Deniq; vt oſtenderet eis vnde poſſent ſcire ſubiecit, Ego ſcio eum. Ergo à me quærite, vt ſciatis eum. Patrem em̄ non cognoſcit niſi fili⁹, & cui voluerit filius reuelare. Et ſi dixero quia neſcio eū, ero ſimilis vobis mendax. Chryſ. Quod est impoſſibile, quia enim verax est qui miſit, cōgruū est & eum qui miſſus est veracē eſſe vbiq; autē cognitionem patris ſoli ſibi attribuit, quia à patre eſt: vnde ſequitur, Et ego ſcio eū, quia ab ipſo ſum. Hilar. 6. de tri. Quæro autem vtrum id quod ab eo opus eſt, in eo creationis aut naturam generationis oſtēdat. Si opus in eo creatiōis est, vniuerſa quoq; quæ creātur à deo ſunt, & quomodo patrem non vniuerſa nouerunt, cū filius eum iccirco quia ab eo eſt nō neſciat? Sic verò iccirco ei quia ab eo ſit eū noſſe ſit propriū, quomodo nō hoc ei qui ab eo eſt erit proprium. ſ. vt verus filius ex natura dei ſit? Habes igit proprietatē cognitionis de proprietate generationis: tamen ne fortè id quod ab eo est, aduentus ſui tēpus hę reſis inuaderet, continuo ſubiecit: Et ipſe me miſit. Tenuit ordinē euangelici ſacramenti, natū ſe profeſſus & miſſum. Augu. Ab ipſo inquit ſum, quia filius de patre: ꝙ autem videtis me in carne, ipſe me miſit: vbi noli intelligere naturæ diſſimilitudinē, ſed generantis auctoritatem. Chryſ. Irritauerūt autem Iudæos ea quæ dicebantur, propter hoc quod dixerat: Quem vos neſcitis, quia ſimulabant ſe ſcire: vnde ſequitur, Quærebant ergo eum apprehendere &c. Vide furorē eorum inuiſibiliter refrenatum. Euangeliſta verò humanius & humilius loqui volens, vt ex hoc Chriſtus homo putaretur, non dixit ꝙ eos inviſibiliter detinuit, ſed ſubiecit: Quia nondum venerat hora eius. Aug. Hoc eſt, quia nolebat: enim dominus ſub fato natus eſt, hoc nec de te credendum eſt: quantò magis de illo, per quem factus es: ſi tua hora voluntas eſt illius, illius hora quæ eſt niſi voluntas ſua? Non ergo horam dixit qua cogeretur mori, ſed qua dignaretur occidi.

Christi huius natalis.

Christus natus & miſſus.

De turba autē multi crediderunt in eum: & dicebant, Chriſtus cū uenerit, nūquid plura ſigna faciet: quàm quæ hic facit? Audierunt phariſæi turbam murmurantē de illo hæc, & miſerūt principes & phariſæi miniſtros ut apprehēderēt Ieſum. Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicū tempus uobiſcū ſum, & uado ad eum qui me miſit. Quæretis me, & non inuenietis: & ubi ego ſum, uos non poteſtis uenire. Dixerūt ergo Iudæis ad ſemetipſos: Quò hic iturus eſt, quia non inueniemus eum? Nunquid in diſperſionem gentiū iturus eſt, & docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quem dixit, quæretis me & non inuenietis: & ubi ſunt ego, uos non poteſtis uenire?

Augu. Hùmiles & pauperes ſaluos faciebat domin⁹. vnde dicitur: De turba autē &c. Turba enim quę ſuam ægritudinem cito vidit, etiā illius medicinā ſine dilatione cognouit. Chry. Veruntamen neq; in his erat ſana fides, ſed more multitudinis vulgaria loquebantur. Sequitur enim: Et dicebāt, Chriſtus cū venerit nūquid ſigna &c. Dicere enim, Chriſtus cū venerit: erat nō firmiter credentiū hunc eſſe Chriſtū: vel etiā hoc dicere, eſt oſtendere eū eſſe Chriſtum. ac ſi dicant, Nónne ille cum venerit melior erit & plura ſigna faciet? groſſiores enim non à doctrina, ſed à ſignis inducuntur. Auguſti. Vel intelligunt: Si duo non erunt, hic eſt Chriſtus. Principes autem inſaniebant. Et ideo medicū non ſolum nō agnoſcebant, ſed etiā occidere cupiebant. vnde ſequit: Audierūt phariſæi turbā murmuratam de illo hęc &c. Chryſ. Multa quidē locutus est ſupra, ſed nihil tale fecerunt. quod maximè enim eos mordebat, hoc erat, ꝙ turbæ. ſ. Chriſtū glorificant: Sabbati autē ſolutio apparens cauſa erat, quā ſcilicet prætēdebant: & ipſi quidē non audebant Chriſtū capere, periculū timentes. Miniſtros autē mittūt tanq̄ periculis expoſitos. Aug. Quia ergo nō poterant apprehēdere nolentē, miſſi ſunt vt audirēt docentē. Sequitur enim: Dixit ergo Ieſus, adhuc modicū tempus vobiſcū ſum. Chry. Verba loquitur humilitatis plena, ac ſi diceret: Quid feſtinatis me interficere? paruū expectare tempus. Aug. Quod modo ergo vult facere, facturi eſtis, ſed nō modo, quia nolo. Implere enim debeo diſpenſationē meam, & ſic peruenire ad paſſionem. Chry. Per hoc igitur audaciorē turbam terruit, ſtudioſiorē verò magis auidā faciebat ad audiendum, quaſi paruo tēpore derelicto, in quo poſſent hac doctrina potiri. Non autē dixit ſimpliciter, Hic ſum: ſed Vobiſcū ſum. q.d. Etſi perſequamini me, nō tamen ceſſabo quæ ſunt pro vobis diſpenſans, & ea quæ ſunt ad ſalutē docens, & monens vos. Quod autē ſubdit: Et vado ad eum qui &c, ſufficiēs erat eos terrere. Theo. Tanquam patri ſit de ipſis cōquæſturus, quia ſi miſſum opprobriis affecerunt, nō est dubiū quòd & mittēti fecerunt iniuriā &c. Beda. Dicit autē, Vado ad eum qui miſit me, ac ſi diceret: Reuertens aſcendo ad patrē qui me incarnari pręcepit, illud ſe dixit ire à quo nunq̄ receſſit. Chryſ. Quòd verò eo indigebant manifeſtat p hoc quod dicit: Quęretis me & nō inuenietis. Sed vbi quęſierunt eū Iudæi? Dicit Lucas, quoniā plangebāt mulieres ſuper eū. Probabile autē est & multos alios hoc paſſos eſſe, & præcipuè dum ciuitas caperetur eos meminiſſe Chriſti & miraculorū eius, & præſentiā eius quęrere. Augu. Vel hic iam reſurrectionem ſuam prædixit, quia quęſituri illū erant poſt reſurrectionem cōpuncti. Noluerunt enim eū agnoſcere præſentē, & poſtea quæſierunt cū viderent in eum multitudinē credentē, vnde multi cōpuncti dixerunt: Quid faciemus? Viderūt em̄ Chriſtū ſuo ſcelere morientē, & crediderūt in Chriſtum ſuis ſceleribus ignoſcētē: & quouſq; biberēt ſanguinē, quē fuderūt, de ſua ſalute deſperauerūt. Chry. Deīde ne qs eū p mortē cōmuni modo abire exiſtimet, ſubiūgit: Et vbi ego ſum, vos nō poteſtis venire. Si verò ī morte maneret, poſſent ad eū ire: illuc em̄ omnes abim⁹. Aug. Non autē dixit, Vbi ero: ſed, Vbi ſum. Semp enim ibi erat Chriſtus, quo fuerat rediturus: ſic rediit, vt nos nō derelinqueret. Erat enim Chriſtus ſecūdum viſibilem carnem in terra, ſecundū inuiſibilē maieſtatē in cęlo & in terra. Non autē dixit, Nō poteritis: ſed non poteſtis venire: tales enim tūc erant qui non poſſent. Nā vt ſcias nō hoc ad deſperationē dictū, & diſcipulis ſuis dixit tale aliquid: Quo ego vado, vos non poteſtis venire. Deniqne hoc Petro expoſuit, dicēs: Quo ego vado nō potes me ſequi modo: ſequeris autē poſtea. Chryſ. Hæc autem omnia induxit, volens eos attrahere: & enim modicum tēpus quod relinquebatur, & poſt receſſum ipſum deſiderabilem eſſe, & eū non poſſe de cętero inueniri, ſufficientia erāt ad ſuadendū vt ad eū accederent. Per hoc aūt qđ dicit: Vado ad eū q me miſit, oſtēdit nullā ſibi fieri læſionē ab inſidiis eorū, & paſſionē ſuā volū tariā ſibi eſſe. paſſi ſunt aūt aliquid ipſi Iudæi ad ea quę dicta ſūt, & q̄runt ad ſeipſos quo debeat ire, qđ nō erat eorū qui deſiderarēt ab eo liberari. Sequit em̄. Dixerūt ergo Iudæi ad ſemetipſos, quo hic iturus eſt qa nō inueniemus eum? Nūquid in diſperſionē gentium iturus eſt, & docturus gentes? Sic enim gentes vocabant quaſi exprobrantes, & magna in ſemetipſis gloriātes, quia. ſ. gentēs vbiq; diſſeminatę erant, & imperfectę adinuicē permixtæ. Sed hoc opprobriū poſtea ipſi ſuſtinuerunt, quia vbiq; diſperſi ſunt. Antiquitus autē tota gens in vnum collecta erat, ſed cū Iudęi vbique terrarū iam gē tibus permixti eſſent, non diceret: Quo ego vado vos non poteſtis venire, ſi per hoc gētes intellexiſſet. Aug. Dixerat autē dominus, Quo ego vado, de ſinu patris. Hoc ergo illi nullo modo intellexerūt, & tamen ex hac occaſione ſalutem noſtrā prædixerunt quòd dominus iturus eſſet ad gentes, nō præſentia corporis, ſed tamen pedibus ſuis. Miſit enim ad nos mēbra ſua, & fecit nos membra ſua. Chryſo. Non autem dixerunt quòd iturus eſſet ad gentes lædere eas, ſed docere. Iam enim irā ſub miſerant, & his quæ dicta erant crediderant, nequaquā autem niſi credidiſſent, quæſiſſent ad ſeipſos: Quis eſt hic ſermo quem dixit, quęretis me, & nō inuenietis: & vbi ego ſum, vos non poteſtis venire?

Passiovo luntaria declarat.

Vulgi opinio de Chriſto.

Reſurrectio animę & corporis.

In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus, & clamabat dicens: Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem dixit ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.

Chryſo. Cū receſſuri eſſent domū celebrata feſtiuitate, dominus dat eis viatica ad ſalutē: vnde dicitur, In nouiſſimo autē die magno &c. Augu. Tunc enim⁹ agebat feſtiuitas quę appellatur ſcenopegia. i. tabernaculorum conſtructio. Chryſ. Quę per ſeptē dies agebatur, prima autem dies & vltima erat celeberrima ſecundū legem, & hoc ſignificauit euāgeliſta cū dixit: In nouiſſimo die magno feſtiuitatis. Medios autē dies magis ad voluptatem conſumebāt. Ideo ergo prima die hoc eis nō dixit, ſed neque ſecūda aut tertia, ne ea quæ dicebātur deperirent, eis voluptati vacātibus. Clamat autem propter turbę multitudinē. Theop. Simul quidem vt audibilis fieret, atq; vt confidētiam largiretur, & quia meminem formidabat. Chry. Dicit autē, Si quis ſitit, ac ſi diceret: Neminē neceſſitate & violantia attraho, ſed ſi quis habet deſideriū multum, hunc ego voco. Augu. Eſt enim ſitis interior, quia eſt homo interior. Cōſtat autē plus amare hominē interiorem q̄ exteriorē. Si ergo ſitimus, veniamus nō pedibus, ſed affectibus: nec migrando, ſed amando. Chryſ. Quia enim de intellectuali loquitur potu, oſtendit p hoc quod poſt inducit: Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina &c. Sed vbi hoc dicit ſcriptura? nuſquā. Quid igitur? Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, hic ſubdiſtinguere oportet, vt poſtea ſubſequatur: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuę: oſtēdens quoniā rectam oportet habere cognitionē, & non ita à ſignis ſicut à ſcripturis credere in ipſum. Et enim ſuperius dixit, Scrutamini ſcripturas. Hiero. in prolo.

Sitis duplex.

Gene. Vel hoc teſtimoniũ de prouerbis ſumptũ eſt, vbi ſcilicet dicitur: Deriuẽtur fontes tui foris, & in plateis aquas tuas diuide. Auguſt. Venter autẽ interioris hominis, eſt conſcientia cordis eius. Bibito autẽ iſto liquore viueſcit purgata cõſcientia, & hauriens fontẽ habebit, & ipſa fons eris. Quis eſt fons, vel quis eſt fluuius qui manat de ventre interioris hominis? Beniuolẽtia qua vult conſulere proximo. Bibunt ergo, qui credũt in dominũ. ſi autẽ putat qui bibit quòd ſoli ipſi debet ſufficere, non fluit aqua viua de vẽtre eius. Si autem proximo feſtinat cõſulere, ideo nõ ſiccatur quia manat. Gregor. ſup. Ezech. Cùm enim à mente fideliũ ſanctæ prædicationis verba defluunt, quaſi de mẽte credẽtium aquæ viuæ flumina decurrũt. Vẽtris autem viſcera quid ſunt aliud niſi mentis interna, id eſt recta intentio, ſanctum deſyderium, humilis ad deũ, pia ad proximum volũtas. Chryſo. Dicit autẽ flumina, & non flumen: copioſitatẽ & vbertatem occultè inſinuãs. Viuentẽ autem aquã dicit, agentem ſemper. Spiritus enim gratia cùm in mentem intrauerit & firmata fuerit, omni fonte magis manat: & neque deficit, neque euacuatur, neq; ſtat, videbit quis vtiq; hoc, ad ſapientiã Stephani, ad Petri linguã, ad Pauli fluxum inſpiciens. Nihil enim eos detinebat, ſed ſicut flumina multo impetu delati, omnia ſecũ trahentes abibant. Augu. Ad qualem autẽ potum dominꝰ inuitaſſet, expoſuit euangeliſta, & dixit: Hoc autẽ dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum. Quem dicit ſpiritũ, niſi ſpiritum ſanctũ? nam vnuſquiſque homo habet in ſe propriũ ſpiritum. Alcui. Spiritũ autem ſanctũ ante aſcẽſionem apoſtolis promiſit, poſt aſcenſionẽ in linguis igneis dedit. Inde dicit: Quẽ acceperuti erant credentes in eum. Augu. Erat ergo ſpiritus dei, ſed nondũ in eis erat qui crediderãt in Ieſum. Ita enim diſpoſuit non eis dare ſpiritũ iſtum, niſi poſt reſurrectionem ſuam: vnde ſequitur, Nondũ enim erat ſpiritus da. &c. Chryſo. Apoſtoli quidẽ prius ſpiritu eiiciebant dæmonia, ſed ea quæ à Chriſto eſt poteſtate: quãdo enim mittebat eos, nõ dicitur: Dedit eis ſpiritũ ſanctum, ſed dedit eis poteſtatẽ. De prophetis autẽ ab omnibus confeſſũ eſt quòd ſpiritus ſanctus eis dabatur, ſed hæc gratia à terra defecerat. Auguſt. 4. de trini. Sed quomodo & de Ioãne Baptiſta dictũ eſt, Spiritu ſancto replebitur ab vtero matris ſuæ: & ſpiritu ſancto repletus Zacharias inuenitur, vt de illo talia diceret: & ſpiritu ſancto Maria, vt talia de domino prædicaret: ſpiritu ſãcto Symeõ & Anna, vt magnitudinẽ Chriſti paruuli agnoſcerent. Quomodo ergo intelligitur, niſi quia certa illa ſpiritꝰ ſancti datio poſt clarificationẽ Chriſti futura erat, qualis nunq̃ antea fuerat? habitura enim erat quandam proprietatẽ in ipſo aduentu qualis antea nũquam fuit. Nuſquã enim legimus linguis quas non nouerant homines locutos veniente in ſe ſpiritu ſancto, ſicut tunc factum eſt, cũ oporteret & eius aduentũ ſignis ſenſibilibus demõſtrari. Auguſt. ſup. Ioan. Cùm ergo & modo accipiatur ſpiritus ſanctus, quare nemo loquitur linguis omniũ gentium: quia iam ipſa eccleſia linguis gentiũ loquitur, in hac qui non eſt, nec modo accipit ſpiritum ſanctũ. Si amas vanitatẽ, etiã tibi habet, quiſquis in illa aliquid habet. Tolle inuidiam, & tuum eſt quod habeo. Liuor ſeparat, charitas iungit. Ipſam habeto, & cuncta habebis: quia ſine ipſa nihil proderit quicquid habere potueris. Charitas autem dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis. Quare ergo dominus poſt reſurrectionẽ ſuam ſpiritum ſanctum dare voluit? vt ſcilicet in reſurrectionẽ noſtram charitas flagraret, ab amore ſeculi ſepararetur, & tota curreret in deũ. Qui enim dixit, Qui credit in me veniat & bibat, & flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Vitam æternã promiſit, vbi nihil timeamus, vbi non moriamur. quia ergo tale eſt quod promiſit ſpiritꝰ ſancti charitate feruentibus, ideo ipſum ſpiritum noluit dare, niſi cũ eſſet glorificatus, vt in ſuo corpore oſtenderet vitã, quam modo non habemus, ſed in reſurrectione ſperamus. Augu. con. Fauſt. Si itaque hæc cauſa erat vt nondũ daretur ſpiritus ſanctus, quia nõdum erat Ieſus glorificatꝰ: proculdubio clarificato Ieſu iam cauſa erat, vt ſtatim daretur. Cataphrices autẽ ſe promiſſum paracletum ſuſcepiſſe dixerũt, & hinc à fide catholica deuiarunt. Manichæi etiam quæ de promiſſione ſpiritus ſancti dicuntur, de Manichæo aſſerunt eſſe prædictum, tanquã ſcilicet antea nõ fuerit ſpiritus datus. Chryſoſto. Vel aliter: Gloriam Chriſti crucem vocat, quia enim inimici eramus, donum autem non inimicis ſed amicis datur: oportebat prius offerri hoſtiã, & inimicitiam in carne diſſolui, & tũc factos dei amicos ſuſcipere donum.

Hæreſis dãnatur.

Aduentꝰ Chriſti oſtenſio.

Ex illa ergo turba cum audiſſent hos ſermones eius, dicebant: Hic eſt uerè propheta. Alij dicebant: Hic eſt Chriſtus. Quidam autem dicebant: Nũquid à Galilæa uenit Chriſtus? Nonne ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid & de Bethlehem caſtello, ubi erat Dauid, uenit Chriſtus? Diſſenſio itaque facta eſt in turba propter eũ. Quidam autẽ ex ipſis uolebant apprehendere eum, ſed nemo miſit ſuper eũ manus. Venerũt ergo miniſtri ad pontifices & phariſæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxiſtis illũ? Reſponderunt miniſtri: Nũquã ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo loquitur. Reſponderunt ergo eis phariſæi: Nũquid & uos ſeducti eſtis? Nunquid ex principibus aliquis credidit in eũ, aut ex phariſæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti ſunt. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui uenit ad Ieſum nocte, qui unus erat ex ipſis: Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat? Reſponderunt & dixerunt ei: Nũquid & tu Galilæus es? Scrutare ſcripturas, & uide, quia à Galilæa propheta non ſurgit, & reuerſi ſunt unuſquiſque in domum ſuam.

Beda. Cùm dñs inuitaſſet credẽtes in ſe ad potãdum ſpiritum ſanctũ, nata eſt de illo in turba diſſenſio. vnde dicitur: Ex illa er. hora tur. cùm audiſ. hos ſermo. eiꝰ dice. hic eſt verè propheta. Theo. Qui ſcilicet expectabatur. Alii. ſ. populus, dicebant: hic eſt Chriſtus. Alcui. Iam iſti ſitim illã ſpiritualiter haurire cœperãt, iam ſitim infidelitatis depoſuerãt: alii in ſuæ infidelitatis aridítate permanebãt, de quibus ſubditur: Quidã autem dic. Nunquid à Gali. venit Chriſtus? nõne ſcri. di. q̃ ex ſemi. Da. & de Beth. ca. vbi erat Da. Chriſtus ve. Nouerant enim quid de Chriſto prædixiſſent prophetæ, ſed ignorabãt omnia in ipſo impleta fuiſſe: & qui nouerãt in Nazareth nutritũ, natiuitatis locũ non attendebant nec prophetiã quã legerant in eo cõpletam credebant. Chryſo. Sed eſto, locũ natiuitatis ignorabant, num etiã genus ignorabant? quoniã ex domo & familia Dauid natus erat. Quare igitur dicebant: Nõne ex ſemine Dauid ve. Chriſtus? Sed & hoc obũbrare volebant per educationem in Nazareth, omnia malitioſè loquentes. vnde non accedunt ad Chriſtũ quærẽtes, quomodo ſcriptura dicunt quòd à Bethlehem oportet venire Chriſtum, tu autem ex Galilæa veniſti? ſed omnia malitioſè loquũtur. Et quia non diligenter attendebant his quæ dicebantur, neq; diſcendi gratia, propter hoc nihil eis Chriſtus reſpondit? Nathanaelẽ autem dicentẽ, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? laudauit, vt verè Iſraelitam, qui veritatis erat inquiſitor, & omnia vetera diligenter edoctus. Sequitur: Diſſenſio itaq; facta eſt propter eum in turba. Theo. Non in principibus: nã principes vnius volũtatis erant, vt videlicet non eũ reciperent, ſicut Chriſtũ. qui ergo magis moderati erãt in malitia, verbis tãtũ gloriæ Chriſti aduerſabãtur: qui verò peiores erant, manus etiã appetebãt imponere: de quibus ſubditur, Quidam autẽ ex eis vo. ap. eũ. Chryſ. Hoc autem induxit euangeliſta oſtẽdens quoniã loquebant neque quærentes veritatẽ neq; diſcere volentes. Sequitur: Sed nemo miſit ſuper illũ manus. Alcui. Quia. ſ. ipſe non permiſit qui conatus illorũ in ſua poteſtate habebat. Chryſo. Hoc autẽ ſufficiens erat eos in compũctionem deducere, ſed nõ ſunt cõpuncti: talis enim nequitia nulli vult credere, ad vnũ aſpicit ſolum, vt eum cui inſidiatur interficiat. Augu. Qui verò miſit fuerant vt eum tenerent redierũt immunes à crimine, & pleni admiratione: de quibus ſubdit, Venerũt ergo miniſtri ad pon. & pha. & dixerũt eis illi: Quare nõ addu. eum? Alcui. Qui eum lapidare volentes tenere non potuerũt, arguunt miniſtros quia eũ non adduxerant. Chryſo. Ecce phariſæi & ſcribæ miracula videtes & ſcripturas legẽtes nihil pfecerunt, miniſtri autẽ nihil horũ habentes, ab vna ſola allocutione ſunt capiti: & abeũtes vt eũ ligarent, redierũt ligati miraculo. Et non dixerũt. Nõ potuimus ꝓpter turbam, ſed præcones efficiũtur Chriſti ſapiẽtiæ. Nam ſequitur: Reſpõderunt miniſtri, Nũquã ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo loquit. Augu. Ille autem ſic locutus eſt, quia deus erat & homo. Chry. Nõ eſt autem ſolũ eorũ ꝓrudẽtia admiranda, quia ſignis nõ eguerunt, ſed à ſola doctrina ſunt capiti: non em dixerunt, nũquam talia miracula fecit homo: ſed nunq̃ ſic locutus eſt homo. Sed etiã admiranda eſt eorũ ſecuritas, quoniam ad phariſæos qui cõtra Chriſtum aduerſabãtur venerũt, & eis talia locuti ſuut. Nec tamen longum ſermonem audierant, ſed breuem: cũ enim mens fuerit incorrupta, non lõgis ſermonibus opus eſt. Augu. Phariſæi tamen eorũ teſtimoniũ repulerunt, nam ſequitur: Reſponderũt ergo eis phariſæi, nunquid & vos ſeducti eſtis? q.d. Videmus vos delectatos eſſe in ſermonibus ſuis. Alcui. Et reuera laudabiliter ſeducti erant, quia dimiſſo malo infidelitatis. tranſierãt ad fidem. Chryſ. Ab argumento autẽ inſipienti contra eos ſyllogizant. Nã ſequitur: Nũquid ex principibus aliquis credidit in eũ, aut ex phariſæis? ſed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti ſunt. Hæc autem eſt ipſorũ accuſatio, quoniã turba quidem credidit, ipſi autem non crediderunt. Augu. Qui enim nõ nouerant legẽ, ipſi & credebant in eum qui miſerat legem: & eũ qui miſerat legẽ condẽnabãt illi, qui docebant legẽ. vt impleretur quod dominus dixerat: Ego veni vt nõ videntes videant, & videntes cæci fiant. Chry. Qualiter igit maledicti ſunt illi, q̃ à lege ſuadent? Vos potius maledicti eſtis, qui non obſeruaſtis legem. Theo. Ideo autẽ ſuauiter & blande phariſæi miniſtris reſpondent, dubitauerũt ne fortè ab eis prorſus ſegregent, & Chriſto adiiciantur. Chryſ. Quia verò dixerant quòd nullus principũ credidit in eũ. Ad hoc excludẽdũ ſubiungitur, dixit Nicodemus ad eos. Ille qui venit ad Ieſum nocte, quivnus erat ex illis. Augu. Ipſe non quidẽ incredulus, ſed timidus. Nã ideo nocte venerat ad lucẽ, quia illuminari volebat, & ſciri timebat: hic ergo reſpondit Iudæis, Nũquid lex noſtra iudicat hominem niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat? Credebat enim quia ſi eum tantũmodo patienter vellent audire, fortè ſimiles fierẽt illis qui miſſi ſunt tenere, & maluerunt credere. Volebant autẽ illi peruerſi ante eſſe damnatores q̃ cognitores. Augu, 22. de ciui. dei. Dicit autem lex noſtra, de lege quæ dei eſt, eo quòd eſt ab illo data hominibus. Chryſo. Oſtendit autem Nicodemus eos neque cognoſcentes legem, neque facientes quæ ſunt legis: cũ autem congruũ eſſet oſtendere quòd nõ indiſcrete miſerunt vocaturi eũ, rudius & iracũdius vtũtur contradictione. Nam ſequitur: Reſponderũt & dixerũt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Aug. i. quaſi à Galilæo ſeductus. Dominus em Galilæus dicebatur, quoniã de Nazareth ciuitate erant parentes eius: ſecundũ Mariam dixi parentes, nõ ſecundũ virile ſemen. Chryſ. Deinde iniurioſè quaſi eo neſciente ſcripturas, induxerũt: Scrutare ſcripturas, & vide quia propheta à Galilæa nõ ſurgit, ac ſi dicerent: Vade & diſce. Alcui. Non enim locũ vbi natus eſt, ſed vbi conuerſabatur attendebant, & ideo nõ ſolũ Meſſiam, ſed nec prophetam eũ credebant. Augu. Propheta quidẽ à Galilæa non ſurgit, ſed dominus prophetarũ inde ſrrexit. Sequitur: Et reuerſi ſunt vnuſquiſq; in domum ſuam. Alcuinus. Nullo perfecto negotio vacui fide, & ideo fraudati vtilitate ſunt reuerſi in domũ infidelitatis & impietatis ſuæ.

Ieſus qua re Galilæus vocatur.

Miraculum doctrinæ Chriſti.

Scribarũ obſtinatio cõtra Chriſtũ.

CAPVT VIII.

IEſus autem perexit in mõtem Oliueti, & diluculo iterum uenit in templũ, & omnis populus uenit ad eũ: & ſedẽs docebat eos. Adducunt autem ſcribæ, & phariſæi mulierem in adulterio deprehẽſam, & ſtatuerũt eam in medio, & dicunt ei: Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege autẽ Moyſes mãdauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebãt tẽtantes eum, ut poſſent accuſare eum. Ieſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terram. Cũ ergo perſeuerarent, interrogantes eum, erexit ſe, & dixit eis: Qui ſine peccato eſt ueſtrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terram. Audiẽtes autem hæc, unus poſt unum exibant, incipientes à ſenioribus: & remanſit ſolus Ieſus, & mulier in medio ſtans. Erigens autem ſe Ieſus, dixit ei: Mulier, ubi ſunt qui te accuſabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit ei Ieſus: Nec ego te condemnabo. Vade & iam amplius noli peccare.

Cõſuetudo Ieſu & vitæ modus.

Alcui. Dominus maximè circa ſuã paſſionem hanc ſibi effecerat conſuetudinẽ, vt in die quidem in templo quod erat Hieroſolymis verbũ dei prædicaret, ſigna & miracula oſtenderet, ſero reuertebatur in Bethaniam, vbi apud ſorores Lazari hoſpitabatur, & mane iterum ad ſimile opus reuertebatur. Igitur ſecũdum hnuc morem cũ in vltimo die ſcenopegiæ tota die in tẽplo prædicaſſet, veſpere perrexit in mõtem Oliueti, & hoc eſt quod dicitur: Ieſus autem perrexit &c. Aug. Vbi enim decebat docere Chriſtũ niſi in mõte Oliueti? in monte vnguentí, in monte chriſmatis, Chriſti enim nomen à Chriſmate dictum eſt. Chriſma autẽ græcè, Latine vnctio nominatur. Ideo aũt nos vnxit, quia luctatores cõtra diabolum fecit. Alcui. Vnctio enim olei feſſis & dolentibus membris ſolet afferre leuamen. Mõs etiam oliuarum ſublimitatem dominicę pietatis deſignat: oleos græcè, latinè miſericordia. Natura quoq; olei myſterio aptiſſimè congruit, ſuperfertur enim omnibus liquoribus: & ſicut ait Pſal. Miſerationes eius ſup omnia opera eius. ſequitur: Et dilu. iterũ ve. in templũ, vt. ſ. miſericordiam cũ incipiente noui teſtamẽti lumine fidelibus in templo videlicet ſuo pandendã prẽbendamq; ſignaret. Quòd enim diluculo redibat, exortũ nouæ gratiæ deſignat. Beda. Significatur autẽ quòd poſtq̃ per gratiam cœpit inhabitare in tẽplo ſuo, id eſt in eccleſia, ex omnibus gentibus crediderunt in eum. vnde ſequitur: Et omnis populus veniebat ad eum & ſedens docebat eos. Alcui. Seſſio humilitatẽ incarnationis inſinuat. Sedẽs

Allegoria expoſitio.

ergo domino ad eum venit populus, quia postq̃ per susceptam humanitatẽ visibilis ãparuit, cœperũt eũ multi audire & in eum credere, quẽ per humanitatẽ sibi ꝓximum meminerãt. Mansuetis autẽ & simplicibus sermonem domini admirantibus scribæ & pharisæi interrogant: nõ vt discant, sed vt veritati laqueos nectãt. vnde sequitur: Adducũt autẽ scribæ & pharisæi mulie. in adul. depre. & statu. etiã in medio, & dixe. ei: Magister, hæc mulier. depre. est modo ĩ adulterio. Aug. Animaduertãt enim eũ nimiũ esse mittẽ. De illo quippe fuerat ante prædictũ: Procede & regna propter veritatẽ & mansuetudinem & iustitiã. Ergo attulit veritatem vt doctor, mansuetudinẽ vt liberator, iustitiam vt cognitor.

Tres Iesu virtutes præcipuę.

Cùm loqueretur, veritas agnoscebatur: cũ aduersus inimicos non moueretur, mansuetudo laudabat. In tertio ergo. c. iustitia scandalũ posuerũt. Dixerunt enim apud seipsos: Si eam dimitti censuerit, iustitiã non tenebit: lex enim quod iniustũ erat iubere non poterat, & ideo legem. inducũt, dicentes: In lege autẽ Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. vt autẽ mansuetudinem non perdat in qua iam populis amabilis factus est, eam dimitti debere dicturus est: vñ eius sententiã requirũt, dicentes: Tu ergo quid dicis? Hinc nos inueniemus ad accusandũ occasionem, & reum faciemus tanquã legis præuaricatorem. vnde euangelista subdit: Hæc autem dicebant, tẽ. eum vt pos. accu. eum. Sed dominus in respondendo & iustitiam seruatus est, & à mansuetudine non recessurus. Sequitur enim: Iesus autẽ incli. se deorsum digi. scri. in ter. Augus. de con. euan. Tanquã illos tales in terra scribendos significaret, non in cælo: vbi monuit discipulos, vt se scriptos esse gauderẽt: aut quòd se humiliãdo (quod capitis inclinatione mõstrabat) signa in terra faceret: aut quòd iam tẽpus esset vt in terra quæ fructum daret, non in lapide sterili sicut antea, lex eius cõscriberetur. Alcui. Per terram enim cor humanum ostenditur, quod bonarũ vel malarum actionũ solet reddere fructus: per digitũ autẽ qui articulorũ cõpositione flexibilis est, sublimitas discretionis exprimunt. Nos ergo instruit, vt cũ quælibet mala proximorum conspicimus, non statim ea temere dãnemus: sed prius ad conscientiam cordis humiliter reuersi, digito discretionis ea solicitè disquiramus. Beda. Quantũ etiam ad historiã pertinet per hoc quòd digito scripsit in terra, illũ se fortè monstrauit qui quondam legem in lapide scripsit. sequitur: Cũ autem perseuerarẽt interrogantes eum, erexit se. Augu. Non dixit, non lapidetur: ne contra legem dicere videretur. Absit autẽ vt diceret lapidetur: venit enim nõ perdere quod inuenerat, sed quærere quod perierat. Quid ergo respondit? Qui sine peccato est vestrũ, primus in illã lapidẽ mittat. Hæc vox iustitiæ est, puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus: impleatur lex, sed non præuaricatoribus legis. Grego. 9. mor. Qui enim prius semetipsum non iudicat, quid in alio rectum iudicet, ignorat. Et si nouit etiã per auditum, rectè tamen aliena merita iudicare nõ valet, cui conscientia innocẽtiæ propriæ nullã iudicii regulam præbet. Augu. Cùm ergo eos telo iustitiæ percussisset, nec dignatus est cadentes attẽdere, sed auertit ab eis obtuitũ. vnde sequitur: Et iterũ se inclinans scrib. in terra. Alcui. Potest etiam intelligi feciſſe hoc dominus iuxta consuetudinẽ, vt quasi aliquis agens vultu intendens in aliud, liberã eis exeundi facultatẽ daret. In hoc etiam figuratè admonet, vt & priusquã peccantem fratrem corripiamus, & post adhibitã correctionem diligenter perpendamus, vtrũ ipsis peccatis de quibus aliũ castigamus, aut in aliis obnoxii sumus. Aug. Sic igit illi voce iustitiæ tanquã telo percussi sese insipiẽtes & reos

Tropologica expositio.

Doctrina moralis.

inuenientes, vnus post vnũ omnes recesserũt: & hoc est quod subditur, Audientes autẽ hæc, vnus post aliũ exibant, incipientes à senioribus. Gloss. Qui fortè magis rei erant, vel magis culpas suas cognoscebant. Aug. Relicti sunt autẽ duo: miseria, & misericordia. Nam sequitur: Et remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Credo territa est illa mulier: ab illo se puniẽdam sperabat, in quo peccatũ inueniri nõ poterat. Ille autem qui aduersarios eius repulerat lingua iustitię, leuans in illã oculos mansuetudinis interrogauit eã. vnde sequitur: Erigens autẽ se Iesus dixit ei: Mulier, vbi sunt qui te accusabãt? Nemo te condẽnauit, quæ dixit: Nemo domine. Audiuimus supra vocẽ iustitiæ, audiamus nũc mansuetudinis. nã sequitur: Dixit ei Iesus, Nec ego te condemno: à quo te fortè condemnari timuisti: quia in me peccatũ nõ inuenisti. Quid est domine? Faues ergo peccatis? non planè. Attende quod sequitur: Vade, & amplius noli peccare. Ergo & dominus dãnauit, sed peccatum, non hominem: nã si peccatorum auctor esset, diceret: Vade, & viue vt vis: de mea liberatione esto secura. Ego te quantũcunq; peccaueris etiam, à gehẽna & inferni tortoribus liberabo: non hoc dixit. Intendant ergo qui amant in domino mansuetudinẽ: & timeant veritatem. Etenim dulcis & rectus dominus.

Pietas Iesu elucescit.

Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicẽs: Ego sum lux mũdi. Qui sequitur me nõ ambulat ĩ tenebris, sed habebit lumẽ uitæ.

Alcui. Quia mulierem absoluit à crimine: ne aliqui dubitarent an ille, quẽ videbant verum hominẽ, posset peccata dimittere, dignatur ipse apertius suæ diuinitatis potentiam demõstrare. vnde dicitur: Iterũ ergo locu. est eis, dicẽs: Ego sum lux mun. Beda. Vbi aduertendum est, quia non ait: Ego sum lux angelorũ, vel cæli: sed lux mundi, id est hominũ in tenebris cõmemorantium: secũdum illud, Illuminare his q̃ in tene. & in vmbra mortis sedent. Chrys. Vel aliter: Quia superius Galilæam ei afferebãt, & quasi de quodã prophetarum de eo dubitabant: voluit ostẽdere quoniam nõ vnus prophetarum est, sed dominator orbis terrarũ. vnde dicitur: Iterum ergo locutus est eis Iesus &c. Non Galilęæ neque Palæstinę, neq; Iudæę. Aug. Manichæi solem istũ oculis carnis visibilem, Christũ dominũ esse putauerũt: sed ecclesia catholica improbat tale cõmentium. Non est enim dominus Christus sol factus, sed per quẽ sol factus est. Omnia enĩ per ipsum facta sunt: & propter nos sub sole factum est lumẽ quod fecit solem, carnis nube tegitur. non vt obscuretur, sed vt temperetur. Loquens ergo per nubem carnis, lumen indeficiẽs, lumen sapientiæ ait hominibus: Ego sum lux mũdi. Theo. Vteris autem aduersus Nestoriũ hoc præsenti sermone: nõ enim ait, Quoniam in me est lux mũdi: sed, ego sum lux mundi. Ipse namq; qui homo videbatur, idem & filius dei, & lux mũdi erat: nõ sicut nugabatur Nestorius, in simplici homine dei filius habitabat. Aug. Abstulit autem te ab oculis carnis, & reuocauit ad oculos cordis, ĩ hoc quod subdit: Qui sequi. me non ambu. in tene. sed ha. lu. vi. Non enim sufficit dicere, Habebit lumen, sed addidit, Vitæ. Hæc verba domini cũ verbis psalmi cõcordant. In lumine tuo videbimus lumen, quoniã apud te est fons vitæ. In istis vsibus corporalibus aliud est lumen & aliud fons. Fontẽ fauces quærunt, lumen oculi: apud deum quod lumen est, hoc est fons. Qui tibi lucet vt videas, ipse tibi manat vt bibas. Quod promisit, futuri temporis verbum posuit: In eo quod facere debemus, præsens tẽpus posuit. Qui sequitur, inquit, habebit modo per fidem, post habebit per speciẽ. Sequere istum solem visibilẽ, si ipse tendis ad occidentẽ quo & ille tendit: & si volueris tu illũ diserere, ipse te dese-

Cõmentum Manichæorum.

ret in occasu. Deus tuus vbiq; est totus, si non ab illo facies cassum, nũquam à quæ ille faciet occasum. Tenebrę satis metuendæ sunt morũ, nõ oculorũ: & si oculorum, noũ exteriorũ sed interiorũ: vnde discernitur non albũ & nigrum, sed iustum & iniustũ. Chryso. Intellectualiter enim dixit: Non ambulabat in tenebris, id est non manet in errore. Hinc & Nicodemum laudat & ministros: & ipsos occultè insinuat, dolos cõplicantes qui in tenebris & errore sunt, sed lucem non superabunt.

Christus verus sol dicitur.

Dixerũt ergo ei pharisæi: Tu de teipso testimoniũ perhibes, testimonium tuũ non est uerum. Respõdit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimoniũ perhibeo de meipso, uerum est testimonium meum, quia scio unde ueni, & quo uado. Vos autem nescitis, unde uenio, aut quo uado. Vos secũdum carnem iudicatis: ego non iudico quẽquam. Et si iudico ego, iudicium meũ uerum est: quia solus nõ sum, sed ego & qui misit me, pater. Et in lege uestra scriptum est, quia duorũ hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimoniũ perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater.

Chryso. Quia dominus dixerat: Ego sum lux mundi, & qui sequit me nõ ambulat in tenebris: Iudæi hoc euertere voluerũt, vnde dicitur: Dixerunt ergo ei pharisæi, Tu de teipso testi. perhibes, &c. Alcui. Sic responderunt tanquã ipse dominus solus sibi testimoniũ perhiberet, cũ cõstet quòd antẽq̃ in carne appareret, multos testes præmisit qui eius sacramenta præduxerunt. Chrys. Dominus autẽ euertit quod dixerant, vnde sequitur: Respõdit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimoniũ perhibeo de meipso, verũ est testimonium meũ. Hoc iuxta eorum suspitionem locutus est, hominẽ cum nudũ æstimantium, & causam subiũgit: Quia scio vnde veni, & quo vado, id est ex deo sum, & deus & dei filius. Nõ autem hocdicit manifeste: quia semper humilia miscet altis, deus autẽ ipse sibi fide dignus testis est. Aug. Verum est enim testimoniũ luminis, siue se ostẽdat siue alia. Locutus est propheta verũ: sed vnde haberet nisi de fonte veritatis hauriret? ergo idoneus est Iesus qui sibi testimoniũ perhibeat. dicẽs aũt, Quia scio vñ venio, & quo vado: patrẽ volebat intelligi, patri emĩ gloriã dabat filiꝰ, à quo est missus. quãtũ ergo debet homo glorificare eũ à quo est creatus? non aũt veniendo inde discessit, aut redeũdo nos dereliqt, nõ potest hoc fieri ab isto sole qui quãdo pergit ad occidentẽ, deserit orientẽ. Sicut autẽ sol iste & videtis faciẽ illustrat & cæci, sed videt ille, ille nõ videt: sic & sapiẽtia dei, verbũ dei vbiq; præsens est etiã infidelibus, sed qbus eã videãt oculos non habẽt cordis. vt ergo dñs inter fideles suos & inimicos suos Iudæos, tanq̃ inter tenebras & lucẽ distingueret, subiũgit: Vos aũt nescitis vñ venio aut quo vado. Isti ergo Iudęi videbãt hoĩem, nec credebant deũ, & ideo dñs subdit: Vos sc̃dm carnem iudicatis, dũ. s. dicitis: Tu de teipso testimoniũ perhibes, & testimoniũ tuũ non est verum. Theo. Ac si dicat: Vos qm̃ in carne sum, carnem me solũ esse putantes, non autem deum scundum carnem fallibiliter iudicatis. Aug. Quia emĩ deũ non intelligitis & hoĩem videtis, ideo vobis arrogãs videor, qa ego de me testimoniũ phibeo. Oĩs enĩ homo quãdo de se phibere vult laudabile testimoniũ, superbus & arrogans videt. hominis emĩ infirmi sumus, verum dicere & mẽtiri possumus, lux mẽtiri nõ potest. Chry. Vel aliter: Sicut sc̃dm carnẽ viuere, malè viuere est: ita sc̃dm carnẽ iudicare, iudicare iniustũ est. Et quia possent dicere. Si iuste iudicamus, ꝓpter quid nõ conuincis? ꝓpter quid nõ cõdẽnas? subiũgit: Ego nõ iudico quẽq̃. Aug. Quod duobus modis intelligi potest: vt aut hoc ĩtelligamus, Non iudico quenq̃. i. modo, sicut dicit alio loco: Ego nõ veni vt iudicẽ mundũ, sed vt saluũ faciam mundũ, nõ iudicium suũ negando, sed differẽdo. aut certè quia dixerat, Vos sc̃dm carnem iudicatis, ita coniũxit: Ego nõ iudico quenq̃. vt subaudias secundũ carnẽ Christũ non iudicare, sicut ab hominibꝰ iudicatus est: nã vt cognoscas iam iudicem Christũ, subdit: Et si iudico ego &c. Chry, q. d. Propter hoc dixi, nõ iudico, quasi nõ præsumens iudicare: quia si iudicarẽ, iustos vos condẽnarẽ, sed nũc tempus iudicii nõ est, sed de futuro iudicio insinuat cũ subdit: Quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater: ostẽdens quia nõ ipse solꝰ eos condẽnabit, sed & pater. Hoc aũt ad suspicionẽ illorũ loquitur: non emĩ æstimabant dignũ fide esse filiũ, nisi patris testimoniũ assumpsisset. Aug. Si aũt tecũ est pater, qũo te misit? Ergo domine, misso tua, incarnatio tua est. hoc ergo Christus erat sc̃dm carnem, & à patre nõ recesserat, quia pater & filius vbiq; erãt. Erubesce Sabelliane, nõ emĩ dixit: Ego sum pater, & ego ipse sum filius: sed solꝰ nõ sum, ĩquit, quia mecũ est pater. Distinguere ergo psonas, distingue intelligentiã, agnosce quia pater, pater est: & filius, filiꝰ est. sed noli dicere pater maior est, filius maior. Vna substantia est, vna cœternitas, pfecta æqualitas. Ergo verum est, inquit, iudiciũ meũ, quia filius dei sum. vt tamẽ intelligas quia mecũ est pater, nõ sic sum filiꝰ, vt ipsum deseruerim. formã serui accepi, sed formã dei nõ amisi. De iudicio dixerat, de stimonio vult dicere: nã sequitur, Et in lege ve. scriptũ est &c. Augu. con. Fausť. An fortè Manichæi calũniant, quia non ait, In lege dei, sed in lege vestra scriptũ est. Vbi vsitatã locutionẽ scripturarũ quis nõ agnoscat? lege emĩ vestra dixit, vobis data: sicut apostolus dicit euangeliũ suũ, quod se tamen accepisse testat, non ab homine, sed per reuelationẽ Iesu Christi. Aug. su. Io. Magnam aũt habet quęstionẽ, & valde videtur in mysterio res esse cõstituta vbi deus dixit, in ore duorum vel triũ testium stat omne verbũ. Fieri emĩ potest vt duo mentiant. Susanna casta duobus falsis testibus vrgebatur, vniuersus populus mentitus est contra Christũ. qũo ergo accipiendũ est, In ore duorũ vel triũ stabit omne verbũ? nisi quia hoc modo ꝓ mysteriũ trinitas cõmendata est, in qua est perpetua stabilitas veritatis? Accipite ergo nostra testimoniũ ne sentiatis iudicium. nõ differo iudiciũ, differo testimoniũ: vnde sequitur, Ego sum qui test. phi. de meipso &c. Bed. In multis enĩ locis pater filio suo phibet testimoniũ: vt est illud, Ego hodie genui te. Et itẽ: Aic est filius meus dilectus. Chry. Vel aliter: Si qd dictũ est simpliciter accipiať, quę stionem habet: nã in hoĩbus quidem ꝓpter hoc determinatũ est, q̃ in ore duorũ vel triũ testiũ stat omne verbum: quia vnus solꝰ non est fidedignꝰ. In deo aũt qualiter vtiq; hoc habebit rationẽ? sed & aliter nõ staret qd dictũ est: nã in hominibus cũ duo de aliena re testãtur, tunc testimoniũ est verũ, hoc emĩ est duos testari: si verò vnus eorũ sibiipsi testať, nõ adhuc sunt testes. Ad nihil ergo aliud hoc dixit, q̃ vt ostendat se nihil minus patre habentẽ, alioquin nõ dixisset: Ego & qui misit me pater. Consydera etiã potestatẽ nihil habentem diminutũ à patre: homo emĩ cũ à seipso dignus fuerit fide, testimonio nõ indiget, sed hoc in aliena re. In ꝓpria verò cũ testimonio alieno indigeat, nõ adhuc dignus est fide. Hic verò totũ contrariũ: etemĩ in ꝓpria re testans & ab alio testimoniũ habẽs, dixit se fidedignũ esse. Alcui. Vel potest sic intelligi quod dicit, q. d. Si vestra lex approbat testimoniũ duorũ hominũ qui possent decipi, & plura testari, qua ratione meũ & patris mei testimoniũ, quod summa stabilitate firmũ est, verum esse non dicitis?

Trinitas personarũ asserit.

Difficultas in verbis.

Contrarietas soluitur.

Dicebant ergo ei, Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque patrẽ meum. Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Hæc uerba locutus est Iesus in gazo-

phylatio,docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum uenerat hora eius.

Augu.Illi qui audierant à dño, vos secundũ carnẽ iudicatis:manifestauerũt quod audierũt,patrem em̃ Christi carnaliter acceperũt:vnde dicitur, Dicebãt ergo ei; &c.q.d.Audiuimus te dicere,solus nõ sum,sed ego & q misit me pater.nos solũ te videmus, ostẽde ergo nobis tecũ esse patrem tuũ.Theo. Quidã verò notãt hoc prolatum esse à Iudæis quasi ad cõtumeliã & contẽptum. Improperãt em̃ ei tanq̃ ex fornicatione genito,& proprium genitorẽ ignoranti,vel tanq̃ vili existenti, eo ꝙ pater eius putabat.s.Ioseph.q.d.ignot⁹ & ignobilis est pater tuus,quid frequenter patrẽ nobis inducis? Quia ergo non vt scire volentes,sed vt tentãtes quęrebãt,ad præmissam quæstionẽ non respõdet:vñ sequit,Respon. Ie.Neq; me scitis &c.Augu.q.d. Quæritis,Vbi est pa. tuus:quasi me iã sciatis,quasi totũ hoc sit qd̃ videtis.Ergo quia me nõ nostis,ideo patrem meũ vobis non ostẽdo.Me quippè hominẽ putatis,ideo patrem meũ hominem quęritis:Quia verò scd̃m quod videtis aliud sum, & aliud scd̃m qd̃ non videtis:patrẽ autẽ meũ locuquor occultũ,occultus prius est,ꝙ vt me noueritis,tũc & patrem meũ scietis:& hoc quod subdit,Si me sciretis &c. Chrys.Dicit autẽ hoc vt ostendat ꝙ nihil eis pdest dicere ꝙ sciant patrẽ,filiũ nescientes.Orig.Cõtrariari autem videt adinuicẽ quod hic dicit,Neq; me scitis, neq; patrem meũ,& qd̃ supra dictũ est:Et me scitis,& vñ sim scitis.sed tamẽ quod dicit,Et me scitis, ad quosdã dicit Hierosolymatũ dicentiũ,Nũquid vere intellexerũt prĩcipes quia hic est Christus?hoc verò qd̃ dicit,Neq; me scitis ad pharisæos dicit.Hierosolymitis tamẽ in prioribus ait:Verax est q me misit,quẽ vos nescitis.Quęret itaq; aliquis,quõ verũ est quod dicit, Si me sciretis, & patrem meũ sciretis, cũ Hierosolymitę quib⁹ dicit, Et me scitis,patrẽ nesciuerint? Dicendũ autẽ est ad hoc ꝙ saluator quãdoq; quidẽ de seipso vt de homine loquit, quãdoq; aũt scd̃m diuinã naturam.hoc ergo ꝙ dicit,Et me sci.de seipso hoĩe dicit:hoc verò, Neq; me sci. de diuinitate.Aug.Quid est em̃,Si me sci.&pa.meũ scir.nisi ego & pater vnũ sum⁹?Quãdo vides aliquẽ alicui similem,quotidiana locutio est,Si hũc vidisti,illũ vidisti:ppter similitudinẽ tale dedisti respõsum. hinc & dñs,Si me,inquit,sciretis:& patrẽ meũ sciretis: nõ quia pater est filius,sed qa patri similis est filius.Theo. Erubescat Arrianus:nã si iuxta eũ creatura filius sit, qualiter q nouit creaturã & deũ nouit?neq; em̃ qui substantiã nouit angeli,nouit & diuinã,cũ itaq; qui filiũ nouit,& patrẽ nouit:igit cõsubstantialis patri,& filius.Aug. Hoc aũt verbũ forsitan increpatiuè dicit, quod videt esse verbũ dubitationis:homines em̃ de rebus quas certa habent, aliquãdo verbũ dubitationis ponũt:velut si indigneris seruo tuo & dicas,Contẽnis me. Cõsydera, forsan dñs tuus sum:sic & dñs dubitando increpat infideles, cũ dicit:Et patrẽ meũ forsitan sci.Orig. Oportet aũt videre quoniã qui alterius sectę sunt,opinant ex hoc pbari manifestè deũ quem Iudæi colebãt, patrem nõ esse Christi.Si em̃,ĩquiũt,hoc pharisæis deũ prouisiorẽ mũdi colentibus dicebat saluator:manifestũ est ꝙ patrẽ Iesu alterum à cõditore mũdi existentẽ, nequaq̃ pharisæi nouerũt.Hoc verò dicũt non obseruãtes cõsuetudinẽ locutionis in scripturis. Si em̃ aliquis vellet inducere ea quæ de deo sunt à parentibus eruditus,non aũt bene viuat,hũc dicimus de deo notitiã nõ habere: vnde & filii Eli propter eorũ malitiã deũ ignorasset dicũtur,sic igit & pharisæi patrẽ ignorauerũt, non em̃ viuebant scd̃m cõditionis edictũ.Est aũt & aliud significatũ cognoscẽdi deũ: altero existẽtem cognoscere dñm q̃ simpliciter credere.Dicit enim in psalmo:Studete & videte, quoniam ego sum de⁹.Quis non cũfitet hoc fribi populo in cõditorem credenti?Multũ em̃ differt credẽdo cognoscere, & credere tantũ:sed pharisæis quib⁹ ait,Neq; me sci.neq; pat.meũ,rationabiliter diceret.Neque creditis patri meo,qui em̃ negat filiũ, minimè patrẽ habet.s.neque.s.neq; scd̃m fidẽ,neq; secundũ cognitionem.Sed & aliter discriptura illos,qui adiũcti sunt alicui,cognoscere illud.Tu enim Adã cognouit vxorẽ suam ei coniũct⁹ est.Si ergo qui adhęret mulieri,mulierẽ cognoscit:& q adheret dño, vnus spũs est,& deum cognoscit. Si verò sic se habet,pharisæi nec patrẽ nouerũt nec filium:Post hoc est quidẽ aliquẽ cognoscere deũ, non aũt cognoscere patrẽ.Infinitis ergo orationibus æditis in lege, non inuenimus aliquẽ orando dicentẽ deũ patrẽ: tamẽ orãt eum tanq̃ deũ & dñm,ne puenirẽt gratiã p Iesum toti mũdo effusam,vocantẽ cũctos ad filiationẽ:iuxta illud, Narabo nomen tuũ fratrib⁹ meis.Sequit: Hæc ver. lo. est Ie.in gazo.do.in tẽplo.Alcui.Gaza,Persica lĩgua diuitiæ:phyla reseruare.Erat aũt locus in tẽplo vbi seruabant diuitiæ.Chrys.In templo loquebat in ordine magistri,& hic loquebat sup quib⁹ mordebãt & accusabãt, q̃m seipsum facit parẽ patri.Augu. Magna igit fiducia, sine timore:nõ em̃ pateret qd̃ nollet.vñ sequitur:Et ne. appre.eũ:quia nondũ &c. Nõnulli cũ hoc audiũt,sub fato fuisse Christũ credũt:sed si fatũ sicut nõnulli intellexerũt,à fando dictũ est.i.à loquẽdo verbũ dei, quõ habet fatũ?Vbi sunt fata?In cælo inquis,ĩ ordine & cõuersionibus syderũ. Quomodo ergo fatũ habet per quẽ factum est cælũ & sydera,cũ tua volũtas si rectè sapias trãscendat & sydera?an qa nosti Christi carnẽ fuisse sub cælo,ideo putas & potestatẽ Christi subditã cęlo?Igit nõdum venerat hora eius,nõ qua cogeret mori,sed qua dignaret occidi.Orig.Vbicũq; aũt addit: Hæc verba locutus est Iesus in tali toto:si bene attẽdas,inuenies additionis opportunitatẽ.Est autẽ gazophylatiũ locus numismatũ,ĩ honorem dei & dispensationẽ pauperũ oblatorũ.Numisma aũt sunt diuina verba imaginẽ regis magni impressam habentia:vnũsquiq; aũt cõferat in ædificationẽ ecclesię,portãs ad intellectuale gazophylatium quicq̃d potest ad honorẽ dei & vtilitatem cõmunẽ.Oĩbus aũt offerentib⁹ in gazophylacio tẽpli,magis oportebat Iesum munera portare,q̃ erant verba vitæ æternæ.Loquente ergo Iesu in gazophylacio, à nemine detentus est,quia sermones eius fortiores erãt his qui eũ capere volebã,cũ non sit infirmitas in quib⁹ verbũ dei loquit:Beda.Vel aliter:In gazophylacio Christ⁹ loquitur,quoniam in parabolis ad Iudæos sermones proferebat,tunc autem quasi gazophylarium operiri cœpit, quando discipulis suis cęlestia reserauit,vnde etiã gazophylacium templo inhærebat:quia quæ lex & prophetæ figuraliter prædixerant, ad dominum pertinebant.

Expositio literalis.

Quæstio soluitur.

Hęresis exploditur.

Gratia p Iesum effusa.

Tropologica pulchra.

Dixit ergo iterũ eis Iesus:Ego uado & quæretis me,& in peccato uestro moriemini.Quo ego uado,uos non potestis uenire.Dicebãt ergo Iudæ,Nũquid interficiet semetipsum,quia dixit:quo ego uado.uos non potestis uenire?Et dicebat eis: Vos deorsum estis,ego de supernis sum uos de mundo hoc estis.ego non sum de hoc mũdo.Dixi ergo uobis, quia moriemini in peccatis uestris.Si eni non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato uestro.

Augu.Quia supra dictũ est ꝙ nemo apprehendit eũ, quia nondũ venerat hora ei⁹: modo de ipsa sua passione quæ posita erat,nõ eius necessitate sed potestate,locut⁹ est Iudæis.vnde dicit:Dixit er.ite.Ie.Ego vado. Christo em̃ domino mors,profectio fuit illuc vnde venerat & vnde discesserat,Beda.Hæc aũt verborũ cõnexio talis esse videt,vt hæc vno tẽpore,vno quoq; in loco, vel

Differentia quęrẽtium Iesum.

certè alio tẽpore alioq; in loco geri potuissent: quoniã nihil exponi,& quædam vel multa potuerũt.Orig.Sed obiiciet aliquis sic:Si his qui manebant in incredulitate,ista dicebat:quõ eis dicit,& quęretis me?quærere enim Iesum:est quærere veritatẽ & sapientiã. Sed dices: quia & de persequẽtibus aliquãdo dicitur ꝙ quærebãt eum capere:differentiæ enim sunt eorũ qui quærunt Iesum.Non omnes enim pro eorũ salute & vtilitate quęrunt eum,ppter hoc solũ hi qui rectè quærũt eum,inueniunt pacem.Rectè autẽ quærere dicũtur,qui verbũ qd̃ est in principio apud deũ quærunt: vt illos patri adducat.Aug.Quæretis ergo(inquit) me nõ pio desyderio, sed odio.Nam illũ,posteaq̃ abscessit ab oculis hominũ, inquisierunt & qui oderũt & qui amabãt:illi persequẽdo,illi habere cupiẽdo.& ne putetis quia me bene quæretis. In pctõ vestro moriemini,hoc est Christum male quærere,in peccato suo mori : hoc est illum odisse, per quẽ solũ posset salus esse:dixitq; sententiã pręscius ꝙ in peccatis suis morient.Beda.Sed nota ꝙ pctõ in singulari numero vtitur,sed vestro in plurali,vt idem omnium scelus ostenderet.Orig.Quæro autẽ propter quid infra dicitur:ꝙ hoc ipso loquẽte multi crediderũt in eũ? nunquid ad omnes pręsentes dicit,in peccato vestro moriemini?sed ad illos dicebat quos sciebat nõ esse credituros,& ppter hoc in eorũ peccatis esse morituros: & nõ valentes post ipsum sequi.nã sequitur: Quo ergo vado &c. Vbi.s.veritas & sapientia est: hoc est em̃ vbi est Iesus.Nõ possunt ait,quia nõ volũt:si enim voluissent, & nõ potuissent,nõ rationabiliter eis diceret: In peccato vestro moriemini.Aug.Hoc aũt & discipulis alio loco dicit,nec tamẽ dixit eis:In peccato vestro moriemini: sed quo ego vado,vos nõ potestis venire: modo nõ abstulit spem,sed pdixit dilationẽ.Orig. Præsens aũt verbum minat Christi recessum sed quãdiu seruam⁹ ea q̃ animæ nostræ sunt insita veritatis semina,nequaq̃ recedit à nobis verbum dei.Si verò à lapsu in malitiam corrumpamur, tunc dicit nobis, ego vado: & cũ quærem⁹ eum nequaquã inueniemus,sed in peccatis nostris moriemur,ab ipsa morte occupati.Non oportet autẽ pertransire inexquisitè,quod dicit:In peccatis vestris moriemini.Si em̃ cõmuniter accipiatur,manifestum est ꝙ peccatores in peccatis eorũ moriunt, iusti verò in iustitia:si verò dicit,Moriemini: sicut qui ad mortẽ peccat, moritur.Manifestũ est ꝙ hi quibus talia dicebãtur nequaquã mortui erãt,sed viuebãt in infirmitate animę, sed infirmitas illa ad mortẽ erat,ppter hoc medicus videns eos grauiter infirmãtes,dicebat: Et in peccatis vestris moriemini,& sic manifestũ erat illud,Quo ego vado,vos nõ potestis venire.Cũ enim aliquis in suo peccato morit,quo vadit Iesus nõ potest ire:nullus em̃ mortuus potest sequi Iesum. Non em̃ mortui laudabunt te domine.Aug.His autẽ verbis auditis quõ solent carnalia cogitantes interrogauerũt.nã sequit:Dice.ergo Iudæi:Nũquid interfi.semetipsum?quia di. quo ego vado vos nõ po.venire?Stulta verba. Quid em̃ non poterat illi venire quo ipse prexisset,si interficeret semetipsum nũqd ipso nõ erãt morituri? Ergo quo ego vado dixit, nõ quo itur ad mortẽ,sed quo ipse ibat postmortẽ.The. Per hoc em̃ manifestauit ꝙ resurget in gloria, & sedebit ad dexterã dei.Orig.Quæremus tamẽ si hoc ab eis de saluatore dicit altius aliquid carnẽtibus. Multa etiã aut ex traditione aut ex apocryphis ipsos contingebat videre prę multis.Forte igit in his quæ tradita sunt de Christo,erat iuxta sanas traditiones propheticorũ sermonum,sicut generari eum in Bethlehem:sic & de morte eius vt hoc modo trãsire deberet ab hac vita,quõ ipse dicit:Nemo tollit animã meã à me, sed ego pono eã: quare quod hic dicitur,Nũquid interficiet se, non secũdum simplicẽ sensum dicit,sed secũdum aliquã Iudęorũ de Christo traditionẽ:multum enim ex hoc ꝙ dixerat, Ego vado:apparet potestas volũtariè morientis corpore derelicto.Aestimo autem ꝙ ignominiosè proferẽtes hoc ꝙ secũdum traditiones suas de morte Christi ad ipsos deuenerat: & non gloriã dantes dixerũt, Nunquid interficiet semeipsum?Oportebat enim eos cũ demonstratione gloriæ sic dicere:Nũquid anima eius cum ipsi placuerit egredietur relicto corpore? dñs aũt ad eos qui terrena sapiebãt,tanq̃ ad terrenos loquitur.vnde subditur,Et di.eis:Vos de deor.estis.i. terram sapitis: sursum cor nõ habetis. Chry.q.d.Nõ est mirũ vos talia cogitare, hoĩes carnales & nihil intelligentes spirituale: ego de supernis sum.Aug.De quibus supernis? Ab ipso patre quo nihil superius.Vos de hoc mũdo estis:ego nõ sum de hoc mũdo.quomodo enĩ erat de mũdo, per quẽ factus est mundus?Beda.Et qui ante mundũ fuit: illi autem de mundo erant, quia postquã mundus esse cœpit fuerant creati.Chryso.Vel propter mundanas & vanas cogitationes hoc dicit, Ego non sum de hoc mundo. Theo.Nihil mũdanum siue terrenum affectãs: vnde nullatenus ad tantã insaniam deuenirẽ,vt meipsum occiderem.Sed Appollinarius malè suscipiens hũc sermonẽ ait:quòd corpus domini non fuit de hoc mũdo, sed desursum cælitus descẽdit.Nũquid igitur & apostoli quibus à dño dictum est:Vos nõ estis de hoc mũdo: omnia corpora sunt cælitus obtinentes?Sic igitur intelligẽdũ est cũ dicitur,Ego nõ sum de hoc mũdo:hoc est,nõ sum de numero vestrũ qui mundana curatis.Orig. Alius autem sensus est eorũ quæ sunt de sursum:& eorũ quę sũt de hoc mũdo.Deorsum em̃ sicut de loco aliquo intelligitur,sed mũdus materialis, locis quidẽ diuersis continetur,qui oẽs quantũ ad ĩmaterialia & inuisibilia deorsum sunt:quo ad mũdũ verò cõparandũ,mũdi loca erũt vtiq; quædã deorsum,& q̃dam sursum.Vbi aũt est thesaurus vniuscuiusq;,ibi est & cor eius.Si itaque aliquis thesaurizet in terra deorsum efficit.Si verò aliquis thesaurizet in cælis,fit desup:sed & trãscendens oẽs cęlos, in fine beatissimo inueniet.Et iterũ: Qui circa hũc mũdum est amor,facit eũ qui de hoc mũdo est:qui aũt non diligit mũdum,nec ea q̃ sunt in hoc mũdo,nõ est de mũdo hoc. tamen est & aliqs alius mũdus pter hũc sensibilem mũdum,in quo sunt inuisibilia:cuius visum & decorem videbũt hi qui mũdo sunt corde.Sed & ipse primogenit⁹ omnis creaturæ potest dici mũdus, prout est summa sapientia:oĩa em̃ in sapientia sunt facta. In ipso itaq; erat totus mũdus:intantũ differens à mũdo materiali,inquantũ differt ratio totius mundi ab oĩ materia denudata à materiali mũdo. Anima ergo Christi dicit, Ego nõ sum de hoc mũdo,quia nõ conuersat in isto mũdo.Aug.Exposuit aũt dñs quid intelligi voluerit, cũ dixit:Vos de hoc mũ.estis:quia.s.pctõres erãt: omnes aũt cũ peccato nati sumus,oẽs viuendo ad id qd̃ nati eram⁹ addidimus.Tota ergo infidelitas Iudæorũ ipsa erat nõ peccatũ habere,sed ĩ pctĩs mori.vñ subdit: Dixi er. vo. quia mo.in.pec.vestris.Credo autẽ in illa multitudine q̃ dominũ audiebat,& eos fuisse qui credituri erãt: quasi in omnes aũt processerat illa seuerissima sentẽtia in peccato vestro moriemini.Ac p hoc & illis qui credituri erant,spes erat ablata:reuocauit ergo eos ad spem,adiũgens:Si em̃ non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.Ergo si credideritis quia ego sum, nõ moriemini in peccato vestro.Chrys.Si em̃ propter hoc venit vt peccatũ tollat,& aliter nõ cõtingit illud exuere nisi p lauacrũ:nec continget eũ qui non credit ex hac vita abire,veterem hominẽ.i.peccatũ non habentẽ: nõ

Expositio moralis.

Iudæorũ lingua videtur cogi spiritu facto.

Tẽperamentum superioris sentẽtiæ.

Universidad de ... Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

solū quia nō credit, sed etiā quia priora pctā habēs hinc recedit. Cū autē dixit, Si nō credideritis quia ego sum: quia nihil addidit, multū est qđ cōmēdauit: quia sic etiā & deus Moysi dixerat, Ego sum q sum: sed qūo audio, Ego sum qui sum: &, nisi credideritis quia ego sum, quasi alia nō sint? Sed prorsus qualiscūq; excellētia si mutabilis est verè nō est. Non eñ est ibi verū esse, vbi est & nō esse. Discute rerū mutationē, īuenies fuit & erit. Cogita deū, īuenies est: vbi tēpus pteritū esse nō possit. Vt ergo tu sis, trāscende tps. Hæc itaq; pmittēs, ne moriamur in pctīs nostris: nihil aliud mihi videt̄ his verbis dixisse, Nisi credideritis qa ego sum: q̄ nisi credideritis quia de⁹ sum. deo grās: quia dixit, Nisi credideritis: nō dixit, nisi ceperitis, quis eñ hoc capiat? Orig. Manifestū est autē ꝙ qui morit̄ in pctīs suis q̄uis dicat se Christo credere, tñ in veritate nō credit: q eñ credit iustitię nō iniustitiā faciet: & credēs in sapiētiā, nihil stultū dicit aut facit, & sic si scrutatus fueris cæteros intellectus Christi inuenies quomodo qui non credit Christo, moritur in peccatis suis. Accedēs autem ad conraria eorū quę considerantur in Christo, in peccatis suis moritur.

Dicebāt ergo ei: Tu quis es? Dicit eis Iesus: Principiū qui & loquor uobis. Multa habeo de uobis qui me misit, uerax est. & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat deum.

Augu. Quia dixerat supra dñs, Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Interrogant illi velut q̄rētes nosse in quē deberēt credere: ne in suo peccato morerent̄, vnde dicit̄: Dice. er. ei: Tu quis es? Non eñ cū dixisti, Nisi credideritis quia ego sum: addidisti quis esses. sciebat aūt ibi quosdā esse credituros, & ideo cū dixissent: Tu quis es? vt scirent quid illū credere deberent. Dicit eis Iesus: Prīcipiū qui & lo. vobis nō tanq̄ diceret principiū suum: sed tanq̄ diceret, Principiū me credite: quod in p nomine græco euidēter apparet, vbi principiū fœminini generis est. principiū ergo me credite, ne moriamini in peccatis vestris: principiū eñ mutari nō potest, in se manet, & innouat omnia. (Trinitatis ostensio.) Absurdū est autē vt filium dicamus principiū, & patrē principiū non dicamus: non tamen duo principia, sicut nec duos deos, spūs autē factus patris & filii est spiritus, nec pater est nec filius. pater tamē & filius & spūs sanctus sunt vnus deus: vnū lumen, vnū principiū. Addidit aūt: Qui loquor vobis: quia humilis propter vos fact⁹ ad ista verba descendi. Ergo credite me esse principium, quia vt hoc credatis non solū sum principiū, sed & loquor vobis. Nam si principiū secuti est ita maneret apud patrē, vt non acciperet formam serui, qūo ei crederent, cū infirma corda intelligibile verbū sine voce sensibili audire non possent? Beda. Sanè in quibusdā exēplaribus inuenitur, Qui & loquor vobis, sed cōgruentius esse pbatur si quia legatur: vt iste sit sensus, Principium me esse credite, quia ppter vos ad hæc verba descēdi. Chry. Vel aliter: Cōsideranda est amentia Iudæorū, qui post tēpus tantū & signa & doctrinā interrogāt, Tu qs es? Quid igitur Christus? à prīcipio loquor vobis. q.d. Sermones meos indigni estis audire: non solū vt dicā vobis, quid ego sum: vos eñ omnia tentātes loquimini, & hæc oīa possem arguere & vos punire. (Aequalitas patris & filii.) vñ sequit̄: Multa habeo de vobis &c. Aug. Supra dixit: Ego nō iudico quemq̄: sed aliud est, Non iudico: & aliud, habeo iudicare: nō iudico dixit ad præsens. Quòd autē dicit, Multa habeo de vobis loqui & iudicare: iudiciū futurum dicit. Ideo autem verus in iudicio ero, quia fili⁹ veracis veritas sum, vnde sequitur: Sed qui misit me, verax est. Verax est pater: non participando, sed generando veritatē. Nūquid enim dicturi sumus, Plus veritas q̄ verax? si hoc diximus, filium incipiemus dicere patre maiorē. Chry. Dicit autem hoc vt non æstiment, quoniā tot audiens ex imbecillitate non punit, aut quia eorū cogitationes & cōtumelias nō nouit. Theo. Vel quia dixerat, Multa habeo de vobis loqui & iudicare: iudiciū futuro seculo reseruās subiūgit: sed qui me misit verax est. q.d. Et si vos infideles estis, pater me⁹ verax est: qui diem stabiliuit, in quo vobis retributio fiet. Chry. Vel aliter: Si in hoc me misit pater, non iudicem mūdum, sed vt salutē mundum: verax autem est pater. Conuenienter nullum ego nunc iudico, sed hæc loquor quæ sunt ad salutē: non quę ad iudiciū. vnde sequitur: Et ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Alcu. Audisse autem à patre, idem est & esse à patre: quia ab illo habet audientiam à quo habet essentiam. Aug. Dat gloriā patri æqualis filius, tanquam dicat: Do gloriam ei cui⁹ sum filius: quomodo tu superbus es aduersus eum cuius es seruus? Alcui. Cū autem audissent, Verax est qui misit me: non intellexerūt de quo diceret: vnde subditur, Et non co. quia pa. eius di. deum. Nōdum enim oculos cordis apertos habebāt quibus patris & filii æqualitatem intellexerunt.

Dixit ergo eis Iesus, Cū exultaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater hæc loquor. Et qui me misit mecū est: & non reliquit me solū. quia ego quæ placita sunt ei facio semper. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

Augu. Cùm dixisse dominus, Verax est qui misit me: non intellexerūt Iudæi ꝙ de patre illis diceret. videbat autē ibi aliquos quos ipse nouerat post passionē suā esse credituros, & ideo sequit̄: Dixit ergo eis Iesus, &c. Recolite illud, Ego sum qui sum: & cognoscetis quid sit dictū, Ego sum. (Ratio dilationis.) Differo cognitionē vestram, vt impleam passionē meā: ordine vestro cognoscetis, qui sum, cum. s. exaltaueritis filiū hominis. Exaltationē autē crucis dicit, quia & ibi exaltatus est quādo pependit in ligno: hoc oportebat impleri p manus eorum qui postea fuerant credituri, quibus dicit hoc. quare? nisi vt nemo in quocūq; scelere, & malè sibi cōsci⁹ desperaret, quādo videat eis donari homicidiū qui occiderant Christum. Chrys. Vel aliter continua: Quia multa signa faciens & docens eos non cōuerterat, de cruce de reliquo loquit̄, dicēs: Cùm exalta. &c. q.d. Vos ęstimatis ꝙ tunc maximè à me separati eritis, quādo me occideritis. Ego autē dico, quoniā tunc maximè scietis & gratia signorum & resurrectionis & captiuitatis vestræ, quoniam ego sum Christus filius dei: & ꝙ nō contrarior illi. ppter quod subdit. Et à meipso facio nihil &c. Per hoc eñ indifferentiā substantiæ manifestat, & ꝙ nihil extra paternales intelligētias loquit̄, si eñ deo contrarius essem, non tantā iram mouissem cōtra eos qui me nō audierūt. Augu. Vel aliter: Quia dixerat, Tūc cog. quia ego sum, & ad ipsum esse ptinet tota trinitas: ne fortè subintraret error Sabellianorū, cōtinuo subiūxit: Et à meip. fa. nih. q.d. à meipso nō sum, filius eñ de patre est deus. Quòd ergo addidit, Sicut docuit me &c. Nemini vestrū obrepat cogitatio carnalis. Nolite vobis quasi duos hoīes ante oculos ponere: & loquentē patrē ad filiū. (Locutio patris ad filium.) Sicut facis tu quādo aliqua verba dicis filio tuo. Quę eñ verba fierēt: vnico verbo? si aūt deus loquit̄ in cordib⁹ vestris sine sono, qūo loquit̄ filio suo? Incorporaliter pater locutus est filio, quia īcorporaliter pater genuit filiū, nec eum sic docuit, quasi indoctū genuerit: sed hoc est eum docuisse, qđ est scientē genuisse. Si eñ simplex est natura veritatis, hoc est filio esse ꝙ nosse. queādmodū ergo pater illi gignēdo dedit vt esse, sic gignēdo dedit vt nosset. Chry. Rursus ad humilius sermonē reduxit. Sequit̄: Et qui me misit. Ne aūt hoc ꝙ dicit, Misit me: minora-

tionis esset, dicit: Mecū est: nā hoc quidē dispēsationis, hoc aūt deitatis est. Aug. Et cū ambo simul sint, vn⁹ tamen est missus, alter misit. quoniā missio incarnatio est, & ipsa incarnatio filii tantū est, nō & patris: ergo īquit, Qui me misit. i. cuius auctoritate tanq̄ paterna incarnatus sum. Misit itaq; pater filiū, sed nō recessit à filio: vnde sequitur, Et nō rel. me solū. Non eñ quo misit filiū, non ibi erat pater qui dixit: Cælū & terrā ego impleo. sed quare eū non dereliquit subdit: Quia quæ pla. sunt ei fa. semp. Non ex quodā initio, sed, sine initio, sine fine, dei eñ generatio non habet initiū temporis. Chry. Vel ali. Quia cōtinuo dicebat, Quoniā non ex deo est, & quia sabbatū non custodit, contra quod ait: Quoniā quæ placita & c. Nstēdēs quoniā & soluere sabbatū placitū est ei. Multipliciter eñ studet vt ostēdat ꝙ nihil facit patri contrariū, & qa hoc humanius locut⁹ est subditur. Hęc illo loquēte & c. Ac si di. euāg. Ne turberis si qui humile à Christo audieris: qui eñ post tantam doctrinam nondū suasi erāt, humiliora audierūt & suadētur: igit̄ crediderūt quidā, sed non vt oportebat, sed simpliciter quasi lætantes & requiescētes in verborū humilitate. Et hoc ostendit euāgelista in subsequētibus sermonibus, in quibus narrat̄ ꝙ rursus ei iniuriabantur.

Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderūt ei, Iudæos: Si uos māseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatē, & ueritas liberabit uos. Respōderūt ei Iudæi, Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus unquā. Quomodo tu dicis, liberi eritis? Respōdit eis Iesus, Amen amē dico uobis, quia omnis qui facit peccatū, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternū. Filius autem manet in æternum. Si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis.

Augu. Voluit dñs in profundū fundare fidem eorum qui crediderāt: vt non supficie tenus crederent. Et ideo dicitur, Dicebat ergo Iesus ad eos &c. Per hoc ꝙ dicit: Si mansueritis, ostendit ea quæ in eorū corde erāt. Sciebat enim quoniā crediderūt quidā, sed non mansuerūt, & magnū quid eis promittit. s. vere discipulos ei⁹ fieri. In quo occultè tangit quosdā qui prius ab ipso recesserant: & illi eū audierūt & crediderūt & recesserūt, quia non permanserūt. (Christus firmat fidem credentium) Aug. de ver. d. Omnes aūt nos vnum magistrū habemus, & sub illo condiscipuli sumus. Nec ideo magistri sum⁹, qa de loco superiore loquimur, sed magister est oīm qui habitat in nobis, ad discipulū autē parū est accedere. sed oportet manere nos, si in illo non māserimus, cademus. Breue op⁹, breue verbū magnū opere si māseritis. Quid eñ est in verbis dei manere, nisi nullis tētationib⁹ cedere? Si labor nō est, gratis accipis præmiū. Si labor est attēde magnū præmiū: & cognoscetis veritatē. (Fides est credere quod nō vides.) Aug. su. Ioan. q.d. Quia nūc credētes estis, manēdo vidētes eritis. Non eñ quia cognouerūt crediderūt, sed vt cognoscerēt crediderūt. Quid eñ est fides, nisi credere qđ non vides? veritas qđ credidisti videre. Si ergo pmaneatur in eo quod credit̄, peruenit̄ ad id qđ videatur: vt. s. contēplemur ipsam veritatē sicuti est, nō per verba sonātia, sed per lucē splendentē? Veritas incōmutobilis est, panis est mentis reficit, nec deficit: mutat vescentē, non ipsa in vescentē mutat̄. Ipsa aūt veritas verbū dei est: hæc veritas carne īdura est, ppter nos latebat in carne, nō vt negaret̄, sed vt differret̄: vt in carne pateret̄, vt caro peccati redimererur. Chryso. Vel cognoscetis veritatē, hoc est me. Ego eñ sum veritas: Iudaica quidē oīa typus erāt: veritatē aūt à me scietis. Augu. de ver. do. Fortè aliquis diceret: Et quid mihi pdest cognoscere veritatē? Et ideo subiūgit: Et ve. li. vos. q.d. Si nō delectat veritas, delectat libertas. Liberari eñ pprie dicit̄ liberum fieri, qūo sanari sanū fieri. Hoc ī verbo græco planius est: nā in cōsuetudine latina maximè in eo cōsueuimus audire hoc verbū: vt quocūq; liberat̄, intelligatur pericula euadere: molestiis carere. Theo. Sicut aūt supra infidelibus ait: In peccatis vestris moriemini: sic manētibus in fide absolutionē annūciat peccatorū. Aug. 4. de tri. Vnde etiam veritas liberabit nisi à morte, à corruptione, à mutabilitate? Veritas quippè īmortalis incorrupta incōmutabilis pmanet: vera autē incōmutabilitas est ipsa æternitas. Chrys. Eorū autem qui crediderāt, erat etiā increpatiōes sufferre: sed hi statim sæuiūt. Si aūt oportebat eos turbari ī priori, cōuenientius erat vt turbarent̄ in hoc. s. ꝙ dixit: Cognoscetis veritatē, vt dicerēt: Nūc ergo veritatē nescimus, lex igit̄ mēdaciū est cognitio nostra. sed nullius horū eis cura erat: sed de mūdanis rebus dolēt. Non eñ aliā seruitutē nouerant nisi mūdanā: vnde sequit̄, Respōderūt ei Iu. semē Abrahę sumus & ne ser. vnquā &c. q.d. Eos qui de genere sunt Abrahæ qui sunt ingenui, nō oportebat seruos vocare: nunq̄ eñ seruiuimus. (Vęsana Iudæorū respōsio.) Aug. Vel hoc respōderūt nō illi qui iam crediderant, sed qui in turba erāt nōdū credētes: hoc aūt ipsum, Nemini seruiuimus vnq̄, scđm huius tēporis libertatem qūo verū dixistis? Ioseph nō est venūdatus? prophetæ sancti ī captiuitatē nō sunt ducti? ò ingrati quid est qđ vobis assiduè imputat deus, ꝙ vos de domo seruitutis liberauit, si nemini seruistis? Vos aūt qui loquimini, qūo soluebatis tributa Romanis, si nemini vnq̄ seruistis? Chry. Quia verò nō ad vanā gloriā erant q̄ dicebant̄ à Christo, sed ad salutē: non voluit ostēdere eos seruos esse hoīm, sed peccati, q̄ difficillima seruitus est, à qua solus de⁹ eripere potest: vnde sequit̄, Respōdit Iesu: Amē amē di. vobis &c. Aug. Multum cōmendat quod sic prouinciat, quodāmodo si dici fas est, iuratio eius est. Amen quippè interpretatur verum: & tamen nō est interptatū, nec græcus hoc interpres ausus est facere vel latinus. (Amen q̄re nō est trāslatū.) Nam hoc verbū amen Hebræū est: nō est aūt interpretatū, vt honorē haberet velamēto secreti, nō vt esset ligatū, sed ne vilescere nudatū. Iam quantū hoc cōmendatū sit, ex ipsa geminatione cognoscite. Verū dico vobis, veritas dicit: q̄ vtiq; & si non dicere verū dico, mentiri oīno nō posset: tamen inculcat, dormiētes quodāmodo excitat, cōtemni non vult qđ dicit: Oīs inquit, Iudæus, Græcus, diues, paup: imperator, & mēdicus si facit peccatū, seruus est peccati. Greg. 3. mor. Quia quisquis se prauo desyderio subiicit. iniquitatis dño dudum libera mentis colla supponit: sed huic dño contradicimus, cū iniquitati quæ nos cœperat reluctamus, cū consuetudini violenter resistimus, cū culpā pœnitendo pcutimus, & maculas sordiū lachrymis lauamus. Greg. 25. moral. Quantò autē aliqui liberius peragunt puersa quæ volūt, tantò eius seruitio obnoxius obligant̄. (Seruitus peccati grauissima.) Aug. O miserabilis seruit⁹. seruus hoīs aliquādo sui dñi duris īperiis fatigatus, fugiēdo reqescit: seru⁹ peccati quo fugit, secū trahit quocūq; fugerit. Peccatū eñ quod facit ītus est, voluptas trāsit, peccatū non transit: pterit quod delectabat, remāsit qđ pungat. Solus de peccato liberare potest, qui venit sine peccato, & fact⁹ est sacrificiū pro peccato. Nā sequitur: Seruus autē non ma. in do. in ęternū. Ecclesia est dom⁹, seru⁹ peccator est: multi intrant in ecclesia peccatores, nō ergo dixit, Seruus non est in domo: sed nō manet in do. in æternum. Si ergo nullus ibi seruus erit, quis ibi erit? quis gloriabitur mūdū se esse à peccato? multū nos terruit: sed adiūgit, Filius aūt ma. in æternū. Ergo solus in domo sua erit Christus? An fortè in hoc ꝙ dicit fili⁹: caput & corpus est? Nō eñ sine causa terruit, & spē dedit: terruit, ne peccatū amaremus: spē dedit, ne de peccati absolutione diffideremus. hic est ergo spes nostra, vt

à libero liberemur. ipſe enim preciũ dedit, non argentum, ſed ſanguine ſuũ & propter hoc ſubditur. Si er. fi. vos li. ve. li. er. Aug. de. v. d. Nõ à barbaris, ſed à diabolo: non à corporis captiuitate, ſed non animæ iniquitate. Augu. ſu. Io. Prima libertas eſt carere criminibus: ſed iſta inchoata eſt non pfecta libertas, quia caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ, vt non ea quæ vultis faciatis. liber tas autem plena atq; perfecta eſt quando nullæ erũt ini micitiæ, quando nouiſſima inimica mors deſtruetur. Chryſ. Vel aliter: quia dixerat, Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati: ne præcurrãt & dicant, ĩmolationes habemus, illæ nos eripere poſſunt, ꝓpterea induxit, Seruꝰ non manet &c. Domus mentionẽ facit, patris principa tum domũ nominans, oſtendens ex trandatione humanorum, quoniã ſicut dñs in domo, ita ipſe omniũ poteſtatem habet, hoc eſt quod dicit. Nõ manet, ſignificat non habet poteſtatẽ donãdi, ſed filius qui eſt dñs domꝰ habet. Et ideo ſacerdotes veteris legis nõ habebant po teſtatem per ſacramenta legalia peccata dimittere, oẽs enim peccauerũt, etiam ſacerdotes, qui pro ſeipſis (vt di cit Apoſt.) neceſſe habebant ſacrificia offerre, ſed filius hanc habet poteſtatẽ: vnde cõcludit, Si ergo fi. vo. li. ve. li. er. oſtẽdens ꝙ mũdana libertas de qua gloriabant nõ eſt vera libertas. Aug. Noli ergo libertate abuti ad libe re peccandũ: ſed vtere ad nõ peccandũ. Erit eſt volũtas tua libera, ſi fuerit pia. eris liber, ſi fueris ſeruꝰ iuſtitiæ.

Allegorica expoſitio.

Scio quia filij Abrahæ eſtis, ſed quæritis me ĩterficere, quia ſermo meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud patrem, loquor: & uos quæ uidiſtis apud patrem ueſtrũ, facitis. Reſponderunt, & dixerunt ei: Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Ieſus, Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Nũc au tem quæritis me interficere, hominem qui ueritatem uobis lo cutus ſum, quam audiui à deo. Hoc Abraham non fecit. Vos fa citis opera patris ueſtri.

Ang. Iudæi ſe liberos dixerant, quia ſemẽ erant Abra hæ. Quid ergo dñs ad hoc reſponderit ſubdit: Scio quia ſi. Abra. eſ. q. d. Agnoſco vos quia filii eſtis Abrahæ car nis origene, non cordis fide. Et ideo ſubdit: Sed quç. me int. Chryſo. Hoc eſt addidit vt non dicant, peccatũ nõ habemus. Dimittens eſt omnem eorũ vitam redargue re hoc quod præ manibus erat, qđ adhuc agere velebãt ducit in mediũ. Paulatim eſt eos à cognitione illa remo uit: erudiens in hoc nõ magna ſapere. Sicut eſt libertas & ſeruitus eſt ab operibus, ita & cognatio: ſed ne dice rent: hoc iuſte agimus, ſubiungit cauſam, dicens: Quia ſer. meus non ca. in vo. Augu. Id eſt non capit in cor veſtrum, quia nõ recipitur à corde veſtro. Sic eſt eſt ſermo dei fidelibã, tanq̃ piſci hamus: tũc capit quãdo capitur, nec fit iniuria illis qui capiũtur, ad ſalutẽ quippè nõ ad pernitiẽ capiunt. Chryſ. Et nõ dixit: Nõ capitis meũ ſer monem, ſed nõ capit meus ſermo in vobis, altitudinem ſuorum dogmatũ oſtendens. ſed poſſent dicere, Quid ſi à teipſo loqueris, propter hoc inducit ſubdens: Ego qđ vidi &c. Non enim ſolũ eandem ſubſtantiam, ſed eandem veritatem habeo patri. Augu. Dominus autem pa trem ſuũ deum vult intelligi. q. d. Veritatẽ vidi, veritatem loquor, quia veritas ſum. Si ergo dominus veritatem loquitur quã vidit apud patrẽ, ſe vidit, ſe loquitur, quia ipſe eſt veritas patris. Orige. Manifeſtat autẽ hæc auctoritas ſaluatorẽ fuiſſe viſorem eorũ quæ ſunt apud patrem, cũ tamen homines quibus reuelatio fit viſores non ſint. Theop. Cũ verò audis, Quod vidi loquor, nequaq̃ corporalẽ viſionem intelligas, ſed naturalẽ notitiam veram & approbatã. Sicut eſt oculi videntes, inte gre aliquid & verè ꝓſpiciũt nec fallunt: ſic ego veraciter ea loquor quæ cognoui à patre meo. Sequit: Et vos quod vidiſtis &c. Orig. Adhuc nõ nominat patrẽ ipſorum, paulo ſuperius Abrahã cõmemorauit, ſed dicturus eſt alterũ patrem eorũ. ſ. diabolũ, cuius filii erant inquã tum mali erãt, non inquantũ hoĩes erant: malũ ergo qđ faciũt, dñs eis obiurgat & corripit. Chry. Alia litera ha bet, & vos quæ vidiſtis apud patrẽ veſtrum facite. q. d. Sicut ego verbis & veritate oſtẽdo patrem, ita & vos à rebus oſtẽdit Abrahã. Orig. Itẽ alia litera habet: Et vos quç audiſtis à patre facite. Audierãt eñ à patre ea quæ in lege & prophetis ſcripta ſunt. Qui aũt hoc verbo cõ tra eos qui alterius opinionis ſunt fuerit vſus, oſtendit ꝙ non alius deus eſt qui legẽ dedit, & ꝓphetas, & Chri ſti pater. Quæramus etiã ab inferentibus duas naturas dicentes, à patre quidẽ audiuiſſe alienos ineonueniens eſt. Si autẽ proprii ſaluatoris erãt & beatæ naturæ, qua liter quęrebãt illũ occidere: & ſaluatoris ſermonem nõ capiebant. Illi aũt longè moleſtius acceperũt q̃ protule rit dñs, quis eorũ eſſet pater: nam eũ qui multarũ gẽtiũ pater eſt: fatenť ſui fore patrẽ: vnde ſequit, Reſpõderũt & di. Pa. no. Abra. eſt. Aug. q. d. Quid tu dicturꝰ es cõtra Abraham? Videbãtur eñ eũ ꝓuocare vt aliqd mali di ceret de Abraham: & eſſet ei occaſio faciẽdi qđ cogita bant. Orig. Sed & hocipſum ſaluator ĩterimit tanq̃ falſo dictũ, vnde ſubdit: Dicit eis Ieſus: ſi filii Abrahę &c. Aug. Et tamẽ ſuperius ait, Scio quia filii Abrahę eſtis. Vnde nũc non negauit eorũ originẽ, ſed facta cõdẽnat: caro eorũ ex illo erat, ſed vita non erat. Orig. Vel dicẽdum qđ ſupra in græco habeť, Scio ꝙ ſemẽ Abrahæ eſtis: vt ergo hæc pateant, videamus primo corporalis ſe minis & filii differentiã. Manifeſtũ eſt eñ ꝙ ſemen in ſeipſo habet rationes eius cuius eſt ſemẽ, adhuc manen tes & pauſantes: filius verò tranſmutato ſemine, & agẽ te in appoſitã ſibi materiã á muliere, ꝓ ſuperinducta nu trimenta ſimilitudinẽ accipit generantis. Et quantũ ad corporalia, ſi aliquis eſt filius alicuius, ſubſiſtit ex ſemine: ſi verò aliquod eſt ſemẽ, non oĩno filius efficit. Quoniam aũt ex operibꝰ iudicanť aliqui ſemẽ Abrahę: videlicet dum eſt ne fortè ex aliquibꝰ ſeminalibus rationibꝰ infuſis qbuſdã animabꝰ oporteat imaginari eos q̃ ſemẽ ſunt Abrahæ. Nõ oẽs igiť hoĩes ſemẽ ſunt Abrahę: neq; eñ omnes habẽt huiuſmodi rationes cõſitas in earũ aĩabꝰ. Oporter igiť eũ qui Abrahã ſemẽ eſt, eius fieri ꝓ ſimili tudinẽ & filiũ. Poſſibile verò eſt ex negligẽtia & ocio deſtruere hoc quod eſt eiꝰ ſemen: hi aũt ad quos ſermo erat, adhuc in ſpe erãt, vnde ſciebat Ieſus ꝙ adhuc ſemẽ erant Abrahæ, & nondũ peremerãt poſſibilitatẽ fiendi filii Abrahæ: ꝓpter qđ eis dicit, Si fi. Abra. eſtis, opera Abra. facite. Si aũt ſuper hoc ꝙ erant ſemen Abra. ad augmentũ magnitudinis adoleuiſſent: verbum Ieſu caperent. Sed quia nõ acceſſerãt ad hoc quòd eſſent filii, verbũ non capiũt ſed interficere volunt verbũ, & quaſi confringere, nõ capientes magnitudinẽ eius. Si igitur aliquis veſtrũ ſemen eſt Abra. & adhuc verbũ dei nõ capit, non quęrat interficere verbũ, ſed trãſmutaret ſe ad hoc quod ſi filius Abrahę, & tunc poterit capere filium dei. Quidã aũt vnũ ex operibꝰ eligũt Abra. illud. ſ. credidit Abrahã deo & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. vt autẽ concedať eis ꝙ fides ſit opus, cur non dictũ eſt ſingulariter: Opus Abra. facite, ſed pluraliter: puto eñ ꝙ hoc dictũ æquipollet ei quod eſt, Cũcta opera Abra. facite, vt tamẽ ex hiſtoria Abra. allegoricè ſumpta, opera eius ſpũaliter ꝓſequamur. Neq; eñ oportet eũ qui vult eſſe filiꝰ Abra. adire ancillarũ cõiugia, nec poſt obitũ cõiugis in ſenectute aliã ducere cõiugẽ. ſequit: Nũc aũt q̃ris me &c. Chry. Hac. ſ. veritatẽ ꝙ eſt patri æqualis: ꝓpter hoc eñ Iudęi quęrebãt eũ interficere, & vt oſtendat ꝙ hoc nõ eſt contrariũ patri, ſubdit: Quã audiui à deo. Alcui. Quia ipſe qui eſt veritas, à deo patre genitus erat. audire enim nihil aliud eſt, q̃ eſſe à parte. Orig. Occidere me (ĩquit) hominẽ. Interim nõ dico filiũ dei, nõ dico verbum, quia nõ moritur verbũ: hoc dico quod videtis, quia quod videtis poteſtis occidere, & quẽ non videtis offendere. Sequit: Hoc Abra. non fecit. Alcui. q. d. In hoc probatis vos non eſſe filios Abrahę, quia faci tis opera contraria operibus abrahæ. Orig. Sed diceret ad hoc quidam, quoniã ſuperflue dictũ eſt hoc quod nõ fecerit Abraham, quod ſuis tẽporibus non contigebat fieri. Non eñ in ſuis diebus natus erat Chriſtus: ſed dicendum ꝙ in tẽporibus Abrahæ natus fuerat homo, q̃ quã audierat à dño veritatẽ dicebat, non tamen quæſitus eſt ab Abraham vt eũ occideret. Et ſcias ꝙ ſpũalis aduẽtus Ieſu, nullo tẽpore defuit ſanctis. Ex hoc igitur cõprehendo, omnẽ hoĩem qui poſt regenerationẽ & cæteras apud ſe factas diuinitus gratias peccat, denuo cru cifigit dei filiũ propriis reatibꝰ in quos reddit: ſed hoc Abraham nõ fecit. Sequit: Vos facitis &c. Aug. Adhuc non dicit quis eſt iſte pater eorũ. Chryſo. Dicit aũt hoc dñs volens eis auferre ſuperfluã gloriam de cognatione: & ſuadere eis vt non vltra ſpem ſalutis habeãt in cognitione naturali, ſed in ea quæ eſt ſecundũ adoptionẽ: hoc enim eos prohibebat venire ad Chriſtũ, quia æſtimabãt cognationem Abrahę ſibi ſufficere ad ſalutem.

Expoſitio ſubtilis.

Aduẽtus Chriſti ad ſanctos.

Dixerũt itaque eis, Nos ex formicatione nõ ſumꝰ nati. Vnũ patrẽ habemus deũ. Dixit ergo eis Ieſus: Si deus, pater ueſter eſſet, diligeretis utiq; me. Ego enĩ ex deo proceſſi & ueni. Ne que enim à meipſo ueni: ſed ille me miſit. Quare loquelã meã non cognoſcitis? quia non poteſtis audire ſermonem meum.

Augu. Cœperant Iudæi vtrũque cognoſcere: quia nõ de carnis generatione loqueretur dominus, ſed de vitæ inſtitutione. Cõſuetudo autẽ ſcripturarũ eſt fornicatio nem ſpiritualiter appellare, cũ diis multis & falſis anima tanquã proſtituta ſubiicit: vnde dicit, Dixe. ei: Nos ex fornicatione non ſu. nati. Vnũ &c. Theo. Quaſi reſponderent quòd dei quæreret vltionem: & ideo aduerſus eum conſiliarenť. Orig. Vel aliter: Quia redarguti ſnnt non eſſe filii Abrahæ, atrocius reſpõdent, letenter deſignantes ex adulterio productũ forè ſaluatorẽ: ſed magis mihi videtur ꝙ contixando reſpũderunt. Cũ eñ prius dixerant, Pater noſter Abrahã eſt, & audiuiſſent: Si filii Abra. eſtis ope. Abrahæ facite, fatenť ſe habere maiorem patrem q̃ Abrahrm. ſ. deũ, & nõ ex fornicatio ne ſumpſiſſe exordiũ. Non enĩ ex ſpõſa, ſed ex meretrice ſeu materia dæmon qui nihil fecit ex ſe producit eos qui carnalibus vſi inhærent materię. Chry. Sed quid di citis? vos patrem habetis deũ, & Chriſtũ incuſatis hæc dicentem? Et nimirũ ex fornicatione multi eorum nati erant, etenim illicitas cõmixtiones faciebant nõ tamẽ hoc redarguit, ſed inſtat vt oſtendat ꝙ nõ ſunt ex deo. vnde ſequit: Dixit er. eis Ieſus: Si deus pater ve. eſ. dili. me vtiq;. Ego &c. Hyla. 7. de tri. Religioſi nominis aſſumptionẽ dei filius in his qui ſe dei filios confitentes patrem ſibi deũ dicerent, non improbauit, ſed temerariam Iudæorũ vſurpationem patrẽ ſibi deum præſumẽtium, per id ꝙ ſe non diligerent obiurgat: nõ vtique di ci poteſt idipſum eſſe ex deo exire, quod veniſſe. Sed cũ ab his qui ſibi deũ patrem dicerent, iccirco ſe diligendum ait quia ex deo exiſſet: cauſam dilectionis ex cauſa docuit eſſe naſcendi. Exiſſe enim, ad incorporalis natiuitatis retulit nomẽ: quia religio profitẽti ſibi patrem deum ex dilectione Chriſti, quòd ex eo genitus ſit merenda eſt. Nec enim in deũ patrem ſit religioſus, qui nõ diligit filium, cũ diligẽdi filii non alia cauſa ſit quàm ꝙ ex deo ſit. Ex deo igitur filius eſt, non aduentu, ſed natiuitate. dilectio autem in patrẽ hĩc erit omnis, ſi filiꝰ ex eo eſſe credatur. Augu. Sic ergo quod de deo proceſſit verbum æterna proceſſio eſt, ab illo enim proceſſit vſq; verbum patris, & venit ad nos, quia verbũ caro factum eſt. Aduentus eius, humanitas eius: manſio eius, diuinitas eius. dicitis deũ patrem, cognoſcite me vel fratrem. Hyla. Nõ eſſe autẽ à ſibi originem docuit cũ ſubdidit, Neque enim à meipſo &c. Orig. Hoc arbitror dici propter quoſdam per ſe venientes & non miſſos à patre, de quibus in Hieremia dicitur: Nõ mittebã eos, & ipſi currebant. Quoniã autem qui duas naturas ingerũt, vtuntur hoc verbo, obiiciendum eſt contra illos. Paulus eñ odiebat Ieſum cũ perſequeretur eccleſiã dei, vnde dominus ad eũ, Quare me perſequeris? Si ergo verum eſt quod hic dicitur: Si deus pater veſter eſſet diligeretis, nequaquã deus pater veſter eſſet. Paulus autem aliquo tempore nõ diligebat Ieſum, fuit ergo tẽpus quo deus pater Pauli non extiti. Non igiť natura Paulus dei filiꝰ fuit, ſed poſt modũ dei filius factus eſt, quãdo verò deus alicuius fit pater, niſi quãdo mãdata eiꝰ cuſtodit? Chryſ. Quia verò ſemp quærebant dicẽtes, Quid eſt hoc qđ dicit: Quo ego vado vos nõ poteſtis venire? propterea ſubdit, Quare lo. meã nõ cognoſcitis? quia nõ po. aud. ſermo. meũ. Aug. Ideo antẽ audire non poterant, qa corrigi credendo nolebant. Chryſ. Primo igitur captanda eſt virtus quæ verbũ diuinũ exaudiat, vt deinceps validi ſiſtamus ad percipiẽdã totam locutionẽ Ieſu, quoniã quãdiu quis curatus non eſt in auditu proprio, à verbo quod dicit ſurdo aperiaris, auditu percipere nequit.

Iudęi natiex fornicatione.

Antichriſti natura tur.

Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri ultis facere. Ille homicida erat ab initio & in ueritate non ſtetit, quia ueritas nõ eſt in eo. Cũ loquitur mẽdaciũ, ex proprijs loquitur quia mẽdax eſt, & pater eiꝰ. Ego aũt ſi ueritatẽ dico, nõ creditis mihi. Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico, quare nõ creditis mihi? Qui ex deo eſt, uerba dei audit propterea uos non auditis, quia ex deo non eſtis.

Chryſo. Excluſit Iudæos dñs à cognatione Abrahã: & quia maiora auſi ſunt, vt. ſ. patrem ſuũ deum diceret: de reliquo percutit eos, dicens: Vos ex patre diab. eſtis. Augu. Hic iam cauẽda eſt hæreſis Manichæorũ, quę dicit eſſe quandã naturã mali: & gentẽ quandã tenebrarũ cum principibus ſuis, vnde diabolꝰ originem ducit: & hic dicunt ducere originẽ carnem noſtram, & ſecundũ hoc putant dictũ à dño, Vos ex patre diabolo eſtis: ꝙ eſſet illi velut natura mali ducentes originẽ de gente cõtraria tenebrarũ. Orige. In hoc autem ſimile videntur incurriſſe ei qui diceret alteram eſſe oculi videntis ſubſtantiam, & alteram caligantis vel ſe auertentis: quemadmodum enim in his non differt ſubſtantiam, ſed quę dam contingit cauſa quæ facit caligare: ſic ſubſtantia eadem eſt, ſiue recipiat rationem ſiue non. Auguſt. Iudæi ergo filii erant diaboli imitando, non naſcendo. vnde ſequitur: Et deſideria patris &c. Ecce vnde filii eſtis ſcilicet talia deſiderantis: non quia de illo nati eſtis. Quæretis enim me occi. ho. qui veritatem vobis dico: & ille inuidit homini & occidit, vnde ſequitur: Ille homici. erat ab initio. Vtique in primo homine & in quo potuit fieri homicidium, non enim poſſet occidi homo: niſi prius fieret homo. Non ferro accinctus diabolus ad hominem venit, verbũ malũ ſeminauit & occidit, Noli ergo putare non eſſe homicidium quando fratri ſuo mala perſuades. Vos autem ideo ſæuitis in carne: quia non poteſtis in mente. Orige. Perpende autẽ quòd nõ propter aliquẽ ſingulariter tantum, ſed pro toto genere quod peremit, inquantũ in Adam cuncti moriuntur: & verè dictus eſt ab initio homicida. Chry. Et non dixit, Opera, ſed deſideria eius facitis: oſtendens quoniã vehementer & ille & ipſi ab occaſionibus poſſidentur, &

Diabolꝰ homicida dicit.

Moralis doctrina

Viſio ſpiritalis notatur.

Fornicatio ſpiritualis.

Tropologica expoſitio.

Universidad de Deusto Biblioteca

quia continuè eũ accuſabant ꝙ nõ eſt à deo, inſinuat occultè ꝙ hoc etiam eis ex diabolo eſt. vnde ſequitur: Et in veritate nõ ſtetit. Aug. 11. de ciui. dei. Fortè aũt aliqs dicet quòd ab initio ſuæ oſtenſionis in veritate nõ ſteterit, & ideo nunq̃ beatus cũ ſanctis angelis fuerit, ſuo recuſans eſſe ſubditus creatori, ac per hoc falſus & fallax: quia pia ſubiectione noluit tenere quod naturę eſt, affectans per ſuperbam elationẽ ſimulare quod non eſt.

Manicheorum confutatio.

Huic ſententiæ quiſquis acquieſcit, non cũ Manichæis ſapit vt ſuam quandã propriam tanq̃ ex aduerſo quodã principio diabolus habeat naturã mali: qui tanta vanitate deſipiunt, vt nõ attendant dixiſſe dominũ, A veritate alienus fuit: ſed, in veritate nõ ſtetit, vbi à veritate lapſum intelligi voluit. Illud etiam qđ ait Ioannes, Ab initio diabol⁹ peccat: hoc intelligũt, ſi naturale eſt nullo modo eſſe peccatum. Sed quid reſpondeſ ꝓpheticis teſtimoniis, ſiue quod ait Eſaias ſub figurata pſona prĩcipis Babyloniæ diabolum notans: Quomodo occidit Lucifer qui mane oriebatur? ſiue quod Ezechiel: In deliciis paradiſi dei fuiſti: quę ſi aliter cõuenientius intelligi nequeũt, oportet quod dictũ eſt, In veritate nõ ſtetit, ſic accipiamus: ꝙ in veritate fuerit, ſed nõ permãſerit: & illud ꝙ ab initio diabolus peccat, nõ ab initio ex quo creatus eſt peccare putãdus eſt, ſed ab initio peccati: cœpit em̃ in ipſo peccatũ, & ipſe initiũ peccati fuit. Orig. Et autẽ vniforme quidẽ, in veritate morari: variũ autẽ ac multiforme, nõ morali in ea: quibuſdam (vt ita dicã) tremẽtibus greſſibus & nitẽtibus ſiſtere in ea: nõ tamẽ obtinere valentibus. Quibuſdã verò nõ paſſis illud, ſed in periculo cõſiſtentibus. ſcđm illud, Mihi autẽ pauliſper cõmoti ſunt pedes: & cæteris ab ea cadẽtib⁹. Cauſa igitur cur diabolus veritatem nõ colat ſubditur: Quia veritas nõ eſt in eo. ſ. ꝙ vana ſuſpicatur, & ſeductus eſt ipſe à ſeipſo: in hoc deterio, ꝙ illi quidem ab eo fallũtur, is aũt ſibiipſi deceptionis auctor exiſtit. Sed oportet inueſtigare quomodo diciſ ꝙ veritas in ipſo nõ eſt: vtrũ quia nullam vnquã veram habet doctrinã, ſed cuncta quæ opinaſ falſa ſunt: vel quia Chriſti particeps non eſt, qui dixit: Ego ſum veritas impoſſibile autẽ eſt aliquã rationalem ſubſtantiam de cũctis opinari falſo, & de nullo vel exiliter rectitudinẽ conſpicere. Diabolus igitur ſaltem id verè capit dogma, conſiderando de

Quæſtio ſubtilis.

ſe ꝙ rationalis eſt. Non igiſ eius natura conſiſtit ex cõtrario veritatis. i. ex errore & ignauia: nunq̃ enim veritatem cognoſcere poſſet. Aug. 11. de ci. dei. Vel cũ dicit: Quia veritas in eo non eſt: ſubiecit iudiciũ, quaſi quæſiſſemus vnde oſtẽdatur ꝙ in veritate non ſteterit: ait, quia veritas non eſt in eo. Eſſet autẽ in eo, ſi ipſa ſtetiſſet. Sequitur: Cũ loquitur mendacium, &c. Auguſt. In his verbis quidam diabolũ putauerũt patrem habere, & quæſierunt quis eſſet diaboli pater: hic eſt error Manichæorũ. Diabolum aũt dñs dixit patrẽ mendacii: nõ enim oĩs qui metiſ, pater mẽdacii ſui eſt. Si em̃ ab alio mendaciũ accepiſti & dixiſti, tu quidẽ mentitus es, ſed pater mendacii nõ es. Ille verò quia non aliũdè accepit mendaciũ, quo mendacio tanquã venio ſerpens hoĩem occideret: pater eſt mẽdacii, ſicut deus pater eſt veritatis Theo. His enim & deũ apud homines criminat⁹ eſt, ad Euã dicens: Quoniã inuidens vobis lignũ inhibuit: & apud deum quondã criminatus eſt hoĩes, vt cũ dixit: An gratis colit Iob dñm? Orig. Attende tamen ꝙ hoc nomen mẽdax, diciſ tam de diabolo q mẽdaciũ genuit:

Calũnia diaboli.

ſicut hic diciſ, Quia mẽdax eſt: q̃ de homine ſcđm illud pſalmi, Oĩs homo mẽdax. Nam ſi quis mẽdax nõ eſt, huiuſmodi nõ eſt homo tantũ: ita ꝙ ei & ſimilibus dici poteſt, Ego dixi dii eſtis. vnde cũ aliquis loquiſ mẽdaciũ, de ꝓpriis loquiſ. Spũs autẽ ſanctus loquiſ à verbo veritatis & ſapientiæ ſcđm illud, De meo accipiet & annũciabit vobis. Aug. de quæ, euã. Vel aliter: Diabolus nõ ſpeciale nomẽ eſt, ſed cõmune. Inquocũq; em̃ opera diaboli fuerint inuenta, diabolã eſt appellãdus: operis enĩ nomen eſt, nõ naturæ. Itaq; hoc in loco patrẽ Iudæorũ Cain ſignificat: cuius imitatores volẽtes eſſe Iudęi, ſaluatorem peremerũt: ab ipſo em̃ forma data eſt fratricidii, quẽ dixit mendaciũ de ꝓpriis loqui, vt oſtenderet vnũquẽq; nõ niſi ꝓpria volũtate peccare: ſed quia Cain imitator diaboli eſt, patrẽ eius diabolũ dixit, cuius opera ſecutus eſt. Alcui. Sed quia dñs veritas eſt, & filius veracis dei veritatẽ dicit: ſed Iudæi q filii erãt diaboli, auerſi erant à veritate. Et hoc eſt qđ ſequiſ. Ego aũt quia veritatẽ &c. Orig. Sed qũo hoc diciſ Iudęis, qui in eum crediderãt, ſed cõſidera ꝙ poteſt aliquis ſcđm aliquã intentionẽ credere, ſecũdũ aliam verò non credere: ſicut qui credũt in eũ qui ſub Põtio Pilato crucifixus eſt, nõ aũt credũt in natũ de Maria virgine: ĩ eũdem credũt, & non credũt. Sic igiſ hi ad quos loquebaſ credebant in eũ, ſcđm ꝙ videbaſ ſignorũ factor: nõ credebãt aũt his, quæ ꝓfunde ab eo dicebanſ. Chry. Quia igiſ inimici eſtis veritatis, in nullo me incuſantes vultis me interficere. & ideo ſubdit, Quis ex vo, arguet me de peccato? Theo. q. d. Si dei filii eſtis, vtiq; peccantes debetis habere odio. Si ergo me quoq;, quẽ exorſum habetis, nõ poteſtis arguere de peccato, manifeſtũ eſt ꝙ propter veritatem me odio habetis: quoniã ſcilicet dicebat ſe filiũ dei. Orig. Habet autẽ hoc verbum Chriſti magnam fiduciam, cũ nullus hominum fiducialiter hoc dicere potuerit, niſi ſolus dñs noſter qui peccatũ non fecit.

Verbum dei filio propriũ.

Grego. in ho. Penſate autem manſuetudinẽ dei. Non dedignatur ex ratione oſtẽdere ſe peccatorem non eſſe, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iuſticeare: vnde ſubdit, Qui eſt ex deo, verba dei audit, &c. Aug. Noli attendere naturam, ſed vitiũ. Sunt iſti ex deo, & non ſunt ex deo: natura ex deo, vitio non ex deo. Eis autem hoc dictum eſt qui non ſolũ peccato vitioſi erant (nam hoc cõmune erat oĩbus) ſed etiam præcogniti quòd nõ erãt credituri ea fide qua poſſent à peccatorũ obligatione liberari. Grego. in ho. Interroget ſe ergo vnuſquiſque, ſi verba dei aure cordis percipit, & intelliget vnde ſit. Nam ſunt nõnulli qui pręcepta dei nec aure corporis percipere dignantur. Et ſunt nõnulli qui hæc quidem corporis aure percipiunt, ſed nullo ea mentis deſyderio complectuntur. Et ſunt nonnulli qui libenter verba dei ſuſpiciunt, ita vt etiam in fletibus compunguntur, ſed poſt lachrymarum tempus ad inquitatẽ redeunt: hi grofecto verba dei, non audiunt, quia hæc exercere in opere contemnunt.

Reſpõderũt ergo Iudæi, & dixerũt ei: Nõnne bene dicim⁹ nos, quia Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes? Reſpondit Ieſus, & dixit: Ego dæmoniũ nõ habeo, ſed honorifico patrẽ meũ, & uos inhonoraſtis me. Ego aũt nõ quæro gloriã meã. Eſt qui quærat & iudicet. Amen amen dico uobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortẽ non uidebit inæternum.

Chtyſo. Cùm aliquid altũ domin⁹ diceret, hoc apud Iudæos, qui valde inſenſibiles erant, inſania videbatur: vt ex eorum reſponſione colligitur. Dicitur enim, Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, &c. Orig. Sed dignum eſt quęrere quomodo cum Samaritani ſecula futura denegent, nec animæ durabilitatem acceptent, auſi ſunt Samaritanum dicere ſaluatorem, qui de reſurrectione & iudicio tot & tanta edocuit? Sed forſan velut improperantes illi hoc dicũt, dum quæ ſentiunt ipſi non docet.

Iudæorũ mẽs peruerſa.

Alcui. Samaritani enim gens odioſa Iſraelitico populo, decẽ tribubus in captiuitatẽ ductis, terram eorũ poſſidebant. Orig. Conuenit quoq; ꝙ aliqui de eo arbitrentur quòd ſecundũ Samaritanos ſentiret, vt nihil poſt obitũ reſeruet hominibus, ſed fictæ ad placendum Iudæis de reſurrectione & æterna vita tractaret. Dæmoniũ verò illum habere dicebant, propter eius ſermones trãſcendentes capacitatẽ humanam quibus deum patrem ſuũ aſſerebat, & ſe de cęlo deſcẽdiſſe, & cætera huiuſmodi vel ꝓpter ſuſpicionem eorũ, quia plures in Beelzebub principem dęmoniorũ opinabanſ ipſum eiicere dęmones. Theo. Vel Samaritanũ dicebãt illũ tanq̃ rit⁹ hebraicos diſſoluẽtẽ ſabbati. Samaritani enim nõ perfectæ iudaizabãt. Ex hoc verò & eorũ cogitationes reuelabat, dęmonũ ipſum habere ſuſpicabanſ: quando verò eũ Samaritanũ dixerunt, nuſquã euangeliſta dicit: ex quo palàm eſt ꝙ multa prætermiſerũt euãgeliſtæ. Greg. ĩ ho. Ecce iniuriã ſuſpiciẽs deus, nõ cõtumelioſa verba reſpõdet. Sequitur em̃: Reſpondit Ieſus, & dixit: Ego dæmo. &c.

Chriſtus quare Samaritanus dicit

Ex qua re quid nobis ĩnuitur, niſi vt eo tempore cũ à proximis ex falſitate contumelias accipimus, eorũ etiam vera taceamus mala, ne miniſteriũ iuſtę correctionis in arma vertatur furoris. Chryſo. Et attẽdendũ quòd vbi eos docere oportebat, & eorum ſuperbiã ſubtrahere, aſper erat: vbi verò exprobatum eũ oportebat ſufferre, multa mãſuetudine vtebaſ: erudiens nos, quæ quidem ad deũ, vindicare: quæ verò ad nos, deſpicere. Aug. Et vt homo prius eius imitetur patientiam, vt perueniat ad potentiã. Sed quãuis maledictus maledicta non redderet, ꝑtinuit tamen ad eũ negare. Duo aũt ſibi fuerãt obiecta: Samaritanus es, & dęmoniũ habes. Non dixit, Nõ ſum Samaritanus: Samaritanus enim interpretatur cuſtos, nouerat autẽ ille ſe noſtrum eſſe cuſtodẽ. non enim pertinuit ad eũ vt redimeremur, & nõ pertinet vt ſeruemur. Deniq; ipſe eſt Samaritanus qui acceſſit ad ſauciũ, & miſericordiã impẽdit. Orig. Aliter quoq; dominus magis q̃ Paulus omnibus omnia fieri voluit, vt omnes nãſciſcatur: & ideo ſe nõ negauit eſſe Samaritanũ. Aeſtimo aũt ſolius Ieſu fore vocem: Ego dæmoniũ non habeo &c. ſicut & illud: Venit princeps mũdi huius, & in me habet quicq̃: quia etiam quæ delictorũ reputata ſunt minima, dæmonib⁹ adaptanſ. Aug. Deinde poſt tale cõuitiũ hoc ſolũ dixit de gloria ſua: Sed ho, pa. meũ. q. d. Ne vobis arrogans videar, habeo quẽ honorificẽ. Theo, Honorificauit autẽ patrẽ vlciſcens eũ, & nõ tolerans homicidas & mendaces, ſe dei veraces filios appellari. Orig. Solus aũt Chriſtus veriſſimè veneratus eſt patrẽ, nullus em̃ honorans quicq̃ ex his quæ nõ honoranſ à deo honorat deũ. Grego. ĩ home. Sed quia quiſquis dei zelo vtiſ, à prauis hominibus dehoneſtatur, in ſemetipſo nobis dominus patientiæ præbuit exẽplũ qui ait: Et vos inho. Augu. q. d. Ego facio quod debeo, vos nõ facitis quod debetis. Orige. Non aũt illis ſolum hoc dictũ eſt, ſed & oĩbus iniuſtè agentibus, qui iniuriã inferunt Chriſto qui eſt iuſtitia, & inferentibus cõtumeliã ſapientiæ, eo quòd Chriſtus eſt ſapientia, & ſimiliter de aliis huiuſmodi. Greg. Sed quid nobis contra iniurias faciendũ ſit, ſuo exẽplo nos admonet cũ ſubiungit: Ego au. glo. &c. Chryſ. q. d.

Exẽplũ Chriſti proponitur.

Ex honore quẽ ad patrẽ habeo hæc locutus ſum vobis, & propter hoc dehonoratis me, ſed nulla eſt mihi cura huius contumeliæ: illi enim noxas debetis propter quẽ hæc audio. Orig. Quærit autẽ deus gloriam Chriſti in quolibet ſuſcipientiũ illum, quàm quidem reperiret in operantibus ſecũdum inſitas virtutis cauſas. Cũ autem non repererit, ponit illos in quibus non reperit gloriã filii ſui: vnde dicit: Et qui quærat & iudicet. Aug. Quẽ autem vult intelligi niſi patrem? Quomodo ergo alio loco dicit, Pater non iudicat quenq̃, ſed omne iudicium dedit filio? Sed videte quòd iudiciũ quãdoq; pro damnatione accipitur, hic autem ſecũdum diſcretionem poſitum eſt. q. d. Eſt pater qui gloriam meam à veſtra diſcernat, vos enim ſecundum hoc ſeculum gloriamini, ego non ſum hoc ſeculum. Diſcernit etiã gloriam filii ſui à gloria omniũ hominum, non enim quia homo factus eſt, iam cõparandus eſt nobis nos homines eũ peccato, ille ſine peccato, & hoc ſecũdum ipſam formã ſerui: nam illud quis dignè loquatur, In prĩcipio erat verbum? Auguſt. Vel aliter: Si verè dictum eſt à ſaluatore: Omnia mea tua ſunt, palàm eſt quoniã & ipſum iudicium filii patris eſt. Grego. Cùm verò malorũ peruerſitas creſcit, non ſolũ frangi prædicatio non debet, ſed etiam augeri: vnde dominus poſtquã dęmoniũ habere dictus eſt, prædicationis ſuæ beneficia largius impendit, dicens: Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonẽ meum ſeruauerit &c. Augu. Videbit dictũ eſt pro eo quod eſt, experietur. Cũ ergo morituris moriturus loqueretur, quid ſibi vult quod ait, Qui ſermonẽ meum ſerua. &c. Niſi quia videbat aliam mortem de qua nos liberare venerat, mortem æternã, mortem damnationis cũ diabolo & angelis eius: ipſa eſt vera mors, nam iſta migratio eſt. Orig. Sic intelligendũ eſt: Si quis ſermonem meum ſer. mor. non vi. inęternum. Ac ſi diceret: Si quis lucem meam cuſtodierit, tenebras nõ videbit. Quòd autẽ dicit in ęternum, cõmuniter eſt ſumendũ: vt ſit talis intellectus, Si quis ſermonẽ meum ſeruauerit in ęternũ, mortem non videbit in æternũ. quia eouſq; non videt aliquis mortem, quouſque Ieſu verbũ cuſtodit.

Quæſtio pulchra.

Cum verò quis torpens in obſeruantia ſermonis, & circa ſui cuſtodiam negligens factus, eum ceſſat cuſtodire, ſubinde mortem videt, non apud alium q̃ apud ſeipſum. Sic igitur à ſaluatore inſtructi prophetæ quærẽti, Quis eſt homo qui viuet & nõ videbit mortem? reſpõdere poſſumus: Qui cuſtodit verbũ Chriſti. Chry. Seruauerit autem dicit nõ ſolũ fide, ſed etiam per vitã puram. Simul autem & occultè inſinuat, quoniam nihil poſſunt ei facere. Si enim qui ſermonem eius ſeruabit nõ morietur inæternum, multò magis & ipſe poteſt non mori.

Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt & prophetæ, & tu dicis, ſi quis ſermonem meũ ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum. Nunquid tu maiores patre noſtro Abraham qui mortu⁹ eſt? Et prophetæ mortui ſunt. Quem teipſum facis? Reſpõdit Ieſus: Si ego glorifico meipſum gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus, qui glorificat me, quẽ uos dicitis, quia deus ueſter eſt, & non cognouiſtis eum, ego autẽ noui eum. Et ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis uobis, mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo. Abraham pater ueſter exultauit ut uideret diem meum: uidit & gauiſus eſt.

Grego. in ho. Sicut bonis neceſſe eſt vt meliores etiã per contumelias exiſtant, ita ſemper reprobi de beneficio peiores fiunt: nã accepta prędicatione iterum Iudęi blaſphemant: dicitur enim, Dixerũt er. Iu. Nũc cogno. quia dæmo. ha. Orige. Hi qui ſacris ſcripturis credunt, comprehenderũt ꝙ quæ præter rectam rationẽ ab hominibus exercentur, nõ præter dęmones fiũt.

Opinio friuola Iudæorũ

Sic igitur Iudæi virtute dæmonis putabãt Ieſum dixiſſe: Si quis ſermonem meũ ſeruauerit &c. Hoc autẽ paſſi ſunt, quia dei virtutem non perſpexerunt: nam hic de morte quadam inimica rationi qua pereunt delinquentes hoc faſſus eſt. Hi verò de cõmuni morte cõiectantes eſſe quod dicitur, increpant dicentẽ quaſi defuncto Abraham & prophetis: vnde ſubditur, Abrahã mortuus eſt & prophetæ, & tu dicis: Si quis &c. Cùm aliqua differentia ſit inter mortem guſtare & videre, pro eo quòd mortẽ non videbit, mortem non guſtabit protulerunt, velut

incauti auditores, cõfundentes dominicũ sermonem. Sicut enim dominus inquantũ panis viuus est, gustabilis est: in eo verò q̃ est sapientia, est visibilis pulchritudinis. Sic etiam aduersaria eius mors & gustabilis est, & visibilis. Cùm ergo quis steterit per Iesum in intellectuali loco mortẽ non gustabit, si statũ serua secũdum illud, Sunt de hic stantibus qui nõ gustabunt mortem: cùm autẽ aliquis sermonem Christi acceperit & custodierit, mortem non videbit. Chry. Rursus autẽ ex inani gloria ad cognitionẽ confugiunt: vnde sequit, Nunquid tu maior es patre nostro Abrahã, qui mortu⁹ est? Poterant etiã dicere, nũquid tu maior es deo cuius sermonem qui audierũt mortui sunt? sed non dicunt hoc, quia etiam q̃ Abrahã minorem eũ æstimabant. Orige. Nõ enim discernũt, quia non solũ Abraham, sed etiam quolibet nato ex muliere, qui natus ex virgine maior est: nec verũ dicebant Iudæi, Abrahã mortuus est: audiuit enim verbũ Christi, atq; seruauit: & huiusmodi simile dicens de ꝓphetis de quib⁹ subdũt: Et ꝓphe. mor. sunt: nam & verbũ filii dei custodierunt, cũ verbum domini factũ fuerit ad Oseæ, vel Esaiã, vel Hieremiã. qđ si quis alius custodiuit, ipsi prophetę custodierũt. Mendacium ergo dicũt & in hoc: Scimus quia dæmoniũ habes, & in hoc: Abrahã mortuus est & proph. Grego. in ho. Quia eñ æternæ morti inhæserãt, & eãdem mortẽ cui inhęserant nõ videbant, cũ solam mortẽ carnis aspicerent in veritatis sermone caligabãt: subdũt autẽ. Quẽ teipsũ facis? Theo. q.d. Tu qui nulla cura dignus es Carpẽtarii filius de Galilæa. tibi subripis gloriã. Bed. Quẽ teipsum facis, hoc est cui⁹ meriti, cuiúsve dignitatis vis credi? Abraham tamẽ mortuus erat corpore, anima aũt viuebat. Maior autẽ est mors animæ in æternũ victurę: quàm corporis quãdoq; morituri. Orig. Cecutiẽtiũ autem fuit hęc prolatio, quoniã non se fecit Iesus id quod est, sed ex patre recepit: vnde sequit, Respõdit Iesus: Si ego glorifico &c. Chrys. Hoc tantũ ad eorum suspitionem dixit, sicut & suprà, Testimoniũ meum nõ est verum, si testimoniũ perhibeo de meipso. Beda. His autẽ verbis nihil esse ostendit gloriã vitæ præsentis. Augu. Dixit autẽ hoc propter illud qđ dixerãt, Quẽ teipsum facis? refert enim gloriã suam ad patrem de quo est: vnde subdũt, Est pater meus qui glorificat me. De isto verbo calũniantur Arriani fidei nostræ, & dicũt, Ecce maior est pater qui glorificat filiũ. Hæretici nõ legistis & ipsum filiũ dicentẽ, q̃ glorificet patrem suũ? Alcui. Glorificauit autem pater filiũ, cum tempore baptismi, & in mõte, & tempore passionis corã turbis vox facta est ad eum & post passionem cũ resuscitauit & collocauit eũ ad dexteram suæ maiestatis. Chrys. Addit autẽ: Quem vos dicitis quia deus vester est. Volebat eñ ostendere quoniam non solũ patrem eũ nesciebant, sed neq; deũ. Theo. Nam si verè patrem cognoscerent, filiũ eius venerarent. Deũ etiam contemnũt, qui homicidiũ in lege prohibuit, aduersus Christũ clamantes: vnde subdit, Et non cog. eum. Alcui. q.d. Vos carnaliter illũ deum vestrum vocatis, pro tẽporalibus ei seruitis: & non cognouistis eum sicut intelligendus est, spiritualiter ei seruire nescitis. Augu. Quidam hæretici dicũt deum annunciatũ in veteri testamento, nõ esse patrẽ Christi, sed nescio quem principẽ malorum angelorũ. Cõtra ipsos ergo dicit patrem suũ, quem illi dicebant deũ suũ. Et non cognouerũt. Si enim ipsum cognouissent, eius filiũ recepissent. De se aũt subdit. Ego aũt noui eũ. Secundũ carnem iudicantibus, potuit & hic arrogans videri, sed arrogantia nõ ita caueatur, vt veritas relinquat: propter quod subdit, Et si dixero, quia nõ scio eum, ero similis vobis mendax. Chrys. q.d. Sicut vos dicentes scire eũ, mentimini: ita ego si dixero, me nescire. sed maxima dẽ monstratio est q̃ ab illo sit missus, hoc quod sequit: Sed scio eum. Theo. Naturaliter ipsius cognitionẽ obtinẽs, qualis enim ego sum, talis & pater: quoniam ego meipsum cognosco, & illũ cognosco. Præbet autem indiciũ quòd ipsum cognoscat, cũ subdit: Et sermonẽ eius seruo. Sermonẽ mandata nũcupans. Quidam aũt sic intelligunt hoc quod dicit, Sermonẽ eius seruo, id est rationem substantiæ eius. Eadem eñ est ratio substantiæ patris & filii, ideoq; patrem cognosco: nã &, pro quoniã, sumitur: vt sit sensus, Quoniã eius sermonem seruo. August. Sermonem etiã patris tanquã filius loquebatur, & ipse erat verbũ patris, quod hominibus loqbatur. Chryso. Et quia dixerant, Nũquid tu maior es patre nostro Abraham? nihil de morte exponens, se maiorẽ q̃ Abraham esse ostendit cõsequenter, cũ subdit: Abrahã pater vester exul. vt vi. diem meũ, vidit & gauisus est. s. ꝓpter beneficium quod à me habet, vt à maiore. Theop. q. d. diem meũ desyderabilem habuit & lætitiæ plenũ, non quasi alicuius minimi aut fortuiti. Augu. Nõ timuit sed exultauit vt videret, credens vtiq; exultauit sperando, vt videret intelligẽdo diem meũ. Incertũ autem potest esse vtrum dixerit temporalem diem dñi quo erat venturus in carne, an diẽ domini qui nescit eorũ nescit occasum. Sed ego nõ dubito patrẽ Abraham totũ scisse. Ait enim seruo suo quem mittebat: Pone manũ sub fœmore meo, & iura mihi per deũ cæli. Ergo quæ fuit illa iuratio, nisi qa significabat de genere Abrahæ venturũ in carne deũ cæli? Grego. Tũc etiã diem domini Abraham vidit, cũ in figura summę trinitatis tres angelos hospitio suscepit. Chry. Vel diem suum dicit diem crucis: quem Abraham in oblatione arietis & Isaac præfigurauit, ꝓ hoc ostendens q̃ nõ inuitus ad passionem veni: & ostendens eos esse alienos ab Abraham, si in quibus ille exultauit, hi dolent. Aug. Quale aũt gaudiũ fuit cordis videntis verbum manens, splendorem piis mentib⁹ refulgentem, apud patrem manentem deũ, & aliquãdo in carne venturũ non de patris gremio recessurum.

Mãdaciũ Iudęorũ.

Calũnia Arriano rum.

Intelle- ctus ana gogicus.

Dies dñi duplex.

Quæstio curiosa.

Dixerunt ergo Iudæi ad eũ: Quinquaginta annos nondũ habes, & Abrahã uidisti? Dixit ergo eis Iesus: Amẽ amẽ dico uobis, anteq̃ Abrahã fieret, ego sũ. Tulerũt ergo lapides, ut iacerent in eum. Iesus aũt abscondit se, & exiuit de tẽplo.

Grego. Carnales mentes Iudæorũ audientium verba Christi oculos à carne nõ subleuant, dum in eo solam carnis ætatem pensant, vnde dicit: Dixerunt er. Iu. ad eum: Quinquaginta annos &c. q.d. multa sunt annorũ curricula ex quo Abraham mortuus est, & quomodo vidit diem tuũ? carnaliter enim hoc intellexerunt. Theo. Tunc autem 33. annorũ Christus erat quare ergo nõ dixerunt: Quadra. annos nõdum ha. sed quinquaginta? Superuacua est huiusmodi quæstio: simpliciter eñ prout eis occurrit dixerunt. Respõdẽt tamen quidã q̃ per quiquagesimũ annum ex reuerentia iubileũ nominãt: in quo & captiuos manumittebant, & emptitis possessionibus cedebant. Greg. Quos benignè redemptor noster à carnis suæ intuitu submouet, & ad diuinitatis cõtemplationem trahit, vnde sequit. Dixit er. eis Iesus: Amen amen dico vo. anteq̃ &c. Ante eñ præteriti temporis est, sum verò præsentis: & quia præteritũ & futurum tempus diuinitas nũ habet, sed semper esse habet, nõ ait: Ante Abrahã ego fui, sed ante Abrahã ego sum: sẽm illud, Ergo sum qui sum. Ante ergo vel post Abraham habuit esse, qui & accedere potuit p exhibitionẽ præsentiæ, & recedere per cursum vitæ. Augu. Quia verò creatura est Abraham: non dixit: Anteq̃ Abrahã esset, sed antequàm fieret, neq; hoc dixit, Ego fact⁹ sum: nam in principio erat verbũ. Grego. Sed sustinere ista

æternitatis verba mentes infideliũ non valentes, quem intelligentes non poterant obruere quærebãt. vnde sequitur, Tule. er. lap. vt ia. in eum. Augu. Tanta duritia quo curreret nisi ad similes. s. lapides? Quia verò postquã cuncta quæ ad eum spectabant docẽdo perfecerat, hi lapides iniiciunt: deserit eos quasi correctionem nõ susciꝑientes, vnde subditur: Iesus autẽ abscon. se, & exiuit de templo. Non autẽ abscondit se in angulo tẽpli quasi timens, aut in domũculã fugiens, vel post murũ, aut colũnam diuertens, sed cælica potestate inuisibilẽ insidiantibus se constituens, per mediũ illorum exiuit. Iesus autẽ abscon. se, & exi. de templo. Gre. Qui si diuinitatis suæ potentiã exercere voluisset, tacito nutu mẽtis in suis eos actibus ligaret, aut in pœnas subitæ mortis obrueret: sed qui pati venerat exercere iudiciũ nolebat. Aug. Magis enim erat cõmẽdãda sapiẽtia, quàm exercenda potentia. Alc. Ideo etiã fugit: quia nondum venerat hora passionis, & quia ipse nõ elegerat hoc genus mortis. Aug. Ergo tanquã homo à lapidibus fugit: sed væ illis à quorum lapideis cordib⁹ deus fugit. Bed. Mysticè autem quotquot malas cogitationes quis assumit, quasi tot lapides in Iesum mittit: ac deinde quãtum ad se pertinet si ad deliberationem transit, Iesum extinguit. Greg. Quid autẽ abscondendo se dominus significat, nisi q̃ eis ipsa veritas absconditur, qui eius verba sequi contẽnunt? eam quippe quam non inuenit humilem, veritas fugit mentem. Quid autẽ nobis hoc exemplo loquitur, nisi vt etiam cùm resistere possum⁹, iram superbientium humiliter declinemus.

Iesus factus inuisibilis.

Pietas domini notatur.

CAPVT IX.

ET præteriens Iesus, uidit hominem cæcum à natiuitate & interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neq; parẽtes eius: sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: Venit nox, quando nemo potest operari. Quandiu sum in mũdo, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutũ ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius cæci, & dixit ei: Vade, & laua in natatoria Siloe. quod interpretatur, missus. Abijt ergo & lauit, & uenit uidens.

Chry. Quia Iudæi sermonũ Christi altitudinẽ non susceperãt, exiens de templo curauit cæcũ, sui absentia eorũ furorẽ mitigãs, & per operationẽ signi eorũ duritiã molliens: & de his quę dicta sunt à se faciens, fidem, vnde dicit: Et præteriens Iesus &c. Vbi considerãdũ q̃ ægrediens de tẽplo studiosè venit ad opus sui manifestatiuũ ipse eñ vidit cæcũ, non cęcus ad eũ accessit. Et ita studiosè respexit, vt discipuli eius videtes eum studiosè aspicientẽ interrogarẽt. Sequit eñ, Et inter. eum disci. ei⁹, Rabbi, quis &c. Aug. Rabbi magister est. Magistrũ appellãt, quia discere cupiebãt, quæstionẽ quippe proposuerãt domino tanquã magistro. Theo. Videt tamen hæc quæstio peccare, neq; eñ susceperant apostoli nugas gentilium, quoniam anima in alio seculo viuens peccauit: sed diligenter intuenti non apparet simplex hęc quęstio. Chry. Venerũt enim ad hãc interaogationem, quia prius supra paralyticũ curãs dixit: Ecce sanus factus es, nõ vltra pecces. Illi igitur cogitãtes, quia ꝓpter pcã fuerat ille paralysi resolutus, quærunt de isto. Si hic peccauit, qđ non est dicere, à natiuitate enim cęcus est. Aut parẽtes eius. sed neq; hoc, filius enim ꝓ patre non sustinet pœnam. Sequit: Respõdit Ie. Neq; hic peccauit, neq; parentes eius. Aug. Nũquid vel ipse sine originali peccato natus erat, vel viuendo nihil addiderat? Habebãt ergo peccatũ & ipse & parentes eius, sed non ipso peccato factũ est vt cæcus nasceretur. Ipse autem causam dicit quare cęcus sit natus, cùm subdit: Sed vt manifestentur opera dei in illo. Chry. Non autẽ ex hoc ostendit q̃ alii cæci facti sunt ꝓpter peccata parentum. Neq; enim contingit vno peccante aliũ puniri. qđ autẽ dicit, Vt manifestetur gloria dei, de seipso dicit, non de patre. Illius enim gloria iam manifesta erat: sed nunquid iste iniusta passus est? Sed ego eum beneficium accepisse dico per cæcitatẽ, per hanc enim interioribus respexit oculis. Qui verò ex non ante ad esse eũ deduxit, potestatẽ habeat absq; iniuria, & ita eum dimittere. Dicũt autem quidã quoniã vt, hic nõ est causatiuũ, sed significat euentũ: sicut & illud, Lex subintrauit vt abundaret delictũ: sic & hoc consecutũ est vt dominus oculos clausos aperiens, & alia naturalis infirmitatis nocumenta corrigẽs, suã demonstrauit virtutẽ. Greg. r. mor. Alia itaq; est percussio, qua peccator percutitur vt sine retractatione puniatur: alia qua peccator percutit, vt corrigatur: alia qua quisq; percutitur, nõ vt pręterita corrigat, sed ne vẽtura cõmittat: alia per quã nec pręterita culpa corrigit, nec futura ꝓhibet. Sed dũ inopinata salus percussionem sequitur, saluantis virtus cognita ardẽtius amatur. Chry. Et quia de seipso dixit, vt manifestetur gloria dei, subiungit: Me oportet operari opera eius qui misit me. i. me oportet manifestare meipsum, & facere ea quæ manifestent me patri eadem facientẽ. Bed. Cùm enim filius se operari opera patris asserit sua, & patris opera eadẽ esse monstrauit, quæ sunt infirma saluare, debilia roborare, homines illuminare. Aug. Per hoc aũt ꝓ dicit: Qui misit me, vniuersam gloriam dat illi de quo est, quia ille habet filium qui de illo sit, ipse non habet de quo sit. Chry. Addit autẽ, Donec dies est. i. donec licet credere hominibus in me, donec vita hæc consistit oportet me operari. Et hoc ostendit subdens: Venit nox quando nemo potest operari. Nox dicta secũdũ illud: Proiicite eũ in tenebras exteriores. Ibi ergo erit nox, vbi nemo potest operari, sed recipere quod operatus est. Cũ viuis fac, si quid factur⁹ es. Chry. Vltra enim neq; fides est, neq; labores: neque pœnitentia. Aug. Si autem modo operamur, hic est dies: hic est Christus, vnde subdidit. Quãdiu sum in mũdo: lux sum mũdi. Ecce ipse est dies. Dies iste qui circuitu solis impletur, paucas horas habet, Dies præsentię Christi vsq; in cõsummationẽ seculi extẽditur. Ipse enim dixit, Ecce ego vobiscũ sum vsq; in cõsummationẽ seculi. Chry. Quia verò sermonẽ quẽ dixerat, per opera credi fecit, subiũgit euangel. Hæc cùm dixisset expu. inter. & fecit lu. ex spu. & li. lu. su. ocu. cæci. Qui aũt maiores substãtias de nihilo ad esse produxit, multò magis oculos sine materia fecisset. Sed voluit docere seipsum esse creatorem qui in principio vsus est luto ad hoẽs formationem. Ideo autẽ nõ aqua vtitur ad lutũ faciendũ sed sputo, vt nihil ascribat fonti. sed discas, quoniã virtus oris eius oculos aperuit & plasmauit, & deinde vt nõ videatur eis ex virtute terrę esse curatio iussit lauari, vnde sequit: Et dixit ei: Va. & la. in na. Si. qđ interꝑtat missus, vt discas quoniã non indigeo luto ad faciendos oculos. Et quia in Siloe erat virtus Christi quæ oĩa operabat, ꝓpter hoc & interpretationẽ nobis euãgelista adiecit, dicẽs: Quod interpretatur missus: vt discat quoniã & illic Christus eum curauit. Sicut eñ apostolus dicit, q̃ petra erat Christ⁹, ita & Siloe spũalis erat, cuius repẽtinus aquæ defluctus occultè insinuat nobis Christi manifestationẽ prẽter omnẽ spem. Sed quare nõ statim eũ fecit lauari, sed ad Siloe misit? vt destruat Iudæorũ indeuotio. Cõueniẽs enim erat omnes eum videre euntẽ,

Sensꝰ profundus.

Nox mystice quã do vẽtura.

Mysterium insinuatur

& lutum super oculos habentem. Et etiã volens ostendere, quoniã nõ alienus est à lege & veteri testamento: mittit eum ad Siloe. Nõ autẽ erat timendũ ne Siloe sumeret hanc gloriã, multi enĩ lauantes ibi oculos, nullo tali beneficio sunt potiti. Et iterũ vt discas cæci fidem qui nõ contradixit, neq; cogitauit apud seipsum: Lutũ solet magis exceçare: multoties laui in Siloe, & in nullo sum adiutus: si quã virtutẽ haberet, prçsens vtiq; curasset: sed simpliciter obediuit, vnde sequit: Abiit ergo & la. & ve. videns. Sic igit manifestauit suã gloriã: non enim parua gloria est vt æstimet auctor creationis. Ea enim quæ de maiori est fides, quod minus est certificat, in vniuersa autẽ creatione honorabilior est homo. Eorum autẽ quæ in nobis sunt mẽbrorũ, honorabilior est oculus, hic enĩ corp⁹ gubernat: hic ornat visum. Et qđ sol est in orbe terrarũ, hoc est oculus in corpore, vnde superiorẽ locũ sortitur, sicut in quodã regali loco collocatus. Theo. Quidã tamẽ dicũt ꝙ lutũ nõ fuit depositũ, sed in oculos est cõuersum. Bed. Mystice aũt postq̃ expulsus est de cordib⁹ Iudæorũ, mox trãsiuit ad gentiliũ populũ. Præterire autẽ eius vel iter facere, est de cælis in terrã descẽdere. Itaq; videt cæcũ, cùm misericorditer respexit genus humanũ. Aug. Genus ei humanum est iste ççus: hæc enim çecitas contigit in primo hoíe per peccatũ, de quo omnes originẽ duximus: cæcus est ergo à natiuitate. Spuit dñs in terrã, de saliua lutum fecit: quia verbũ caro factũ est: & inũxit oculos cæci. Inunctus erat & nondũ videbat: quãdo enim inũxit, fortẽ eum cathecuminũ fecit. Mittit ilium ad piscinam quę vocat Siloe, quia baptizatus est in Christo, & tunc eum illuminauit. Pertinuit autem ad euangelistã vt cõmendaret nobis nomẽ huius piscinæ, & ait: Quod interpretatur missus, Nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. Greg. 18. imo. Vel aliter: Per saliuã sapor intimæ cõtemplationis accipitur, quę ad os à capite defluit, quia de claritate cõditoris adhuc in hac vita nos positos gustu reuelationis tangit: vnde dñs saliuã luto miscuit, & cæci nati oculos reparauit. quia superna gratia carnalẽ cogitationẽ nostrã per admixtionẽ suæ contẽplationis irradiat, & ab originali çecitate hominem ad intellectum reformat.

Gloria dei manifestata.

Gust⁹ fœlicitatis æternæ.

Itaq; uicini & qui uiderãt eum prius quia mendicus erat, dicebãt: Nónne hic est qui sedebat & manducabat? Alij dicebant, quia hic est. Alij autẽ, nequaquã, sed similis est ei. Ille uero dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus lutũ fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe: & laua. Et abij, & laui, & uideo, Et dixerunt ei, Vbi est ille? Ait, nescio. Adducũt eum ad pharisæos qui cæcus fuerat. Erat autẽ sabbatũ, quando lutũ fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterũ ergo interrogabant eum pharisæi quomodo uidisset. Ille autẽ dixit eis: Lutũ mihi posuit super oculos, & laui, & uideo. Dicebant ergo ex pharisæis quidã: Nõ est hic homo à deo, qui sabbatũ nõ custodit. Alij autẽ dicebãt: Quomodo potest peccator homo hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est.

Chry. Inopinabiliter facti miraculi incredulitatem inducebat, & ideo dicit: Itaq; vicini & qui vi. eũ prius quia mendi. erat dice. Nonne hic est qui sede. & mẽdicabat? Mirabilis dei clemẽtia quo descẽdebat? Eos qui mandicabant cũ multa deuotione curabat, & hinc Iudęorum os obstruens. quoniã non prçclaros, non insignes, neq; principes, sed ignobiles sua dignos ducebat prouidẽtia: etem in salute omniũ venerat. Sequit: Alii dicebãt, quia hic est. Cæco enim per longã viam eunte

Clemẽtia Iesu mirãda.

diligentes inspectores facti ex inopinabilitate eius qđ videret, non vltra poterãt dicere: Nõ est hic. Sequitur: Alii autẽ nequaquã, sed similis eius est. Aug. Aperti enĩ oculi vultum mutauerant. Sequitur: Ille autem di. quia ego sum, Vox grata ne demnetur ingrata. Chry. Non enim verecundatus est de priori cæcitate, neque formidauit furorem plebis neque renuit ostendere seipsum, vt prędicet benefactorem. Sequitur: Dicebant ergo ei, quomodo aperti sunt oculi tui? Hunc modũ neque nos scimus neq; ipse qui curatus est nouit: sed quod quidẽ factũ est nouerat, modũ autem comprehendere non poterat. vnde sequitur: Respõdit, Ille homo qui dicit Iesus, lutum fecit, & liniuit oculos meos. Vide quomodo verax est: nõ dixit, vnde fecit. Quod enim nõ nouerat nõ dicit, neq; enim sciuit quoniã in terra expuit, quoniam autẽ superunxit, per sensum tactus didicit. Sequitur. Et dixit, Vade ad natato. Siloe & laua. Et hoc etiã ex auditu testat⁹ est, recognouit enĩ eius vocẽ ex disputatione cum discipulis. Et quia ad vnũ se præparauerat scilicet omnia sibi suaderi à iubẽte subiũgit. Et abii & laui, & vidi. Aug. Ecce annũciator fact⁹ est gratiæ, ecce euangelizat & cõfitetur Iudæis. Cæcus ille cõfitebatur & cor impiorũ stringebatur, quia non habebant in cor de quod iam ille habebat in facie: vnde sequitur, Et dixerunt, vbi est ille? Chry. Dicebãt autem hoc, occasionem meditantes, iam enim aduersus ipsum conspirauerant. Christus autem nõ aderat his qui curabãtur, non enim quærebat gloriã, neq; se ostẽtare. Recedebat etiã semper curãs Iesus: vt omnis suspitio tolleret signorũ. Qui enim nõ cognoscebãt eum, qualiter ob gratiã eius se curatos cõfiterẽtur? vnde sequitur: Ait, nescio. Aug. in his verbis inuncto similis erat, nondũ videri pdicat; & nescit quid prædicat. Beda. Vnde figurã tenet catechuminorũ, qui etsi credunt in Iesum, adhuc tamẽ eum quasi nesciunt, quia nõdum loti existunt. Pharisæorum autem erat approbare opus vel improbare. Chry. Iudęi igitur quærentes: Vbi est ille? Volebãt eum inuenire, vt eum ducerent ad eos: quia vero nõ habuerũt eum, ducunt cęcũ: vnde sequitur, Adducunt eum ad pha. qui cę. fue, vt scilicet vehementius eum interrogarent. Propterea autẽ, & euangelista subdit: Erat au. sabbato &c. Vt scilicet eorum malam mentẽ demonstraret & causam propter quam eum quærebant, vt scilicet occasionem contra eum inuenirent, & vt detraherent miraculo per æstimatam legis præuaricationẽ, quod etiã manifesta est ex his quæ sequũtur. Sequitur enim: Iterum ergo inter. eum &c. Vide autem qualiter non turbatur cæcus: nam quandoquidem turbis dicebat sine periculo interrogatus, nõ ita magnum erat veritatem dicere. Mirabile autem est nunc ꝙ in ampliori periculo cõstitutus, neque negat, neque contraria dicit prioribus. Sequitur enim: Ille autẽ dixit eis, Lutum posuit mihi super oculos meos, & laui, & video. Hoc autẽ ad eos qui iam audierant succinctius loquitur. Nõ enim dixit nomen dicentis, neque quoniã dixit mihi, Vade & laua: sed confestim, Lutum posuit &c. Et sic contrariũ passi sunt eius quod volebant. Duxerunt enim eum vt negaturum, sed ab eo certius didicerũt. Sequitur: Dicebant ergo ex pha. Aug. Non omnes, sed quidã: iam enim inungebantur quidã. Dicebãt ergo, nec videntes nec inuncti: Non est hic homo à deo qui sabbatum nõ custodit. Ipse poti⁹ custodiebat qui sine peccato erat. Sabbatum enĩ obseruare spiritualiter est nõ habere peccatũ: & hoc admonet deus, quando cõmendat sabbatũ. Omne opus seruile nõ facietis. Quid sit opus seruile à dño audite: Omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati: sed isti sabbatum carnaliter obseruabãt, spiritualiter viola

Cæc⁹ fit apostoli cus.

Constantia cæci notatur.

bant. Chry. Malitiosẽ autem quod factum est silentes, æstimatam præuaricationẽ in medium ferebant. Non enim dicebant quoniam sabbato curat, sed quoniã sabbatum non seruat. Sequitur: Alii dicebant. Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? A signis enim inducebãtur, sed imbecilliter erant dispositi, congruũ enim erat ostendere qualiter sabbatũ non soluitur, sed nondum hanc habebant mentẽ ꝙ deus esset, vt possent respondere quoniam dominus sabbati hæc fecit. Nullus denique eorũ audebat ea quę volebat manifeste dicere, sed in ambiguitate, hi quidem propter improbabilitatem, alii vero propter amorem principatus. Sequit: Et schisma erat inter eos. Hoc schisma primo incepit in populo, deinde in principibus: Aug. Dies enim erat Christus, qui inter lucẽ & tenebras diuidit. Chry. Volentes autẽ qui dixerãt, Homo peccator non potest talia signa facere, os aliorũ obstruere, eum qui suscepit virtutis experientiã in mediũ ducunt, vt nõ videantur ipsi aduocatione vti: vnde sequitur, Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo &c. Theo. Vide quomodo beniuolè quærunt, nõ enim dixerunt: Tu quid dicis de illo qui sabbatum non obseruat? sed miraculum cõmemorant. Quomodo aperuit tibi oculos, bene ipsum sanatum concitantes, quasi diceret: Benefecit tibi: vnde debes enim prædicare. Aug. Vel quærebant quẽadmodum hominem calumniarentur, vt eum de synagoga eiicerent, sed ille cõstanter quod sentiebat expressit vnde sequitur, Ille autem dixit, quia propheta est. Adhuc quidem inunctus in corde, nondum dei filium confitebatur, non mentitur tamen. Ipse enim dominus de ipso ait, Non est propheta sine honore nisi in patria sua.

Insidiosa interrogatio.

Non crediderunt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuisset & uidisset: donec uocauerunt parentes eius qui uiderat, & interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius uester, quẽ uos dicitis: quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc uidetur? Responderunt eis parentes eius, & dixerũt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est: quomodo autẽ nunc uideat nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum idterrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniã timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, quia ætatem habet: ipsum interrogate.

Chry. Quia pharisæi cæcũ attonitum facere nõ valuerunt, sed videbãt eum cũ omni ꝓpalatione benefactorem suum prædicantẽ, per parentes putabant Christi miraculũ annihilare: vnde dicitur, Non cre. ergo Iudæi &c. Aug. i. cæcus erat & viderat. Chry. Sed hæc est veritatis natura, per quæ putatur insidias pati, per hæc fortior fit, mendaciũ enim sibiipsi quidẽ obuiat, & per ea per quę lędere veritatẽ videtur, per ea clariorẽ eam ostendit, quod & nũc factũ est. Ne enim aliquis diceret ꝙ vicini nihil certũ dixerunt, sed per quandã assimilationẽ locuti sunt: Parentes in mediũ ducuntur qui maxime suum filiũ cognoscebãt. Statuẽtes autẽ eos in medium, cum multo furore interrogant: vnde sequitur, Et inter. eos &c. Et non dicunt: Qui quandoq; fuit cęcus, sed quẽ dicitis quia nat⁹ est cęcus. O inquinati quis pater eligeret talia mentiri de filio? Solũ nõ dicunt, quem vos feciſtis cęcũ. Duobus autẽ his ad negationẽ eos inducere conantur: & in hoc ꝙ dicunt, Quẽ dicitis quia natus est cęcus: & in hoc qđ subdunt, Quomodo ergo nunc videt? Theo. q.d. Aut hoc falsum est ꝙ nũc videat aut primũ ꝙ cęcus fuerit: sed cõstat hoc esse verũ ꝙ videt, falsum ergo fuit ꝙ cęcũ eum dicebatis. Chry. Tribus ergo interrogationibus factis, si filius eorum est, si cęcus fuit, & qualiter vidit, duas cõfitentur: vnde sequitur, Respõderũt ergo eis parẽtes eius, & dixerũt ei: Scimus quia hic est filius &c. Tertiã autem abiiciũt: vnde subdunt, Quomodo autẽ nũc videat nescim⁹, aut quis eius aperuit oculos nos nescimus. Et hoc etiã pro veritate factũ est, vt nullus alius sed is qui curatus est & qui dignus fide erat: hoc cõfiteretur: vnde sequitur, Ipsum inter. ętatem habet, ipse de se loquatur. Aug. q.d. Iustè cogeremur loqui pro infante, quia ipse pro se loqui non posset. Cęcum à natiuitate nouimus, sed loquẽtẽ. Chry. Qualiter ergo grati fuerint parentes, qui eorum quæ sciebant, quædam tacuerunt propter timorem Iudæorum. Sequitur enim: Hæc dixerunt parentes eius quia time. Iudęos. Rursus & hic opinionẽ Iudęorũ & mente euangelista inducit: vnde sequitur, Iam enim cõspirauerant Iudæi vt si quis eum confiteretur &c. Augu. Iam nos erat malum fieri extra synagogam: illi expellebant, Christus susciebat. Sequitur: Propterea parẽtes eius dixerunt, quia ętatem habet, ipsum interrogate. Alcu. In quo ostendit euãgelista illos non per ignorantiam, sed propter metum talia respondisse. Theop. Imbeciliores enĩ filio erãt qui testis aderat intrepidus veritatis, illuminatos habens oculos intellectus à deo.

Natura veritatis quæ sit.

Vocauerunt ergo rursum hominẽ qui fuerat cæcus, & dixerũt ei: Da gloriã deo. Nos scimus quia hic homo, peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio: unum scio, quia cæcus cum essem, modo uideo. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi uobis iam, & audistis? quid iterum uultis audire? Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerũt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est deus: hunc autẽ nescimus unde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est quia uos nescitis unde sit: & aperuit meos oculos. Scimus autem quia peccatores deus non audit: sed si quis dei cultor est, & uoluntatẽ eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à deo, non poterat facere quicquã. Responderunt & dixerunt ei: In peccatis nat⁹ es totus, & tu doces nos? Et eiecerũt eũ foras.

Chry. Quia parentes miserunt pharisæos ad illũ qui curatus est, rursus vocauerunt eum secundo: vnde dicitur, Voca. er. rur. ho. qui cæ. fuerat. Non autem manifeste dicũt: Nega quoniã Christus te curauit, sed sub prę textu religionis ad hoc eũ inducere volũt. vnde sequit: Da gloriã deo. q.d. Confitere, quia hic nihil est operatus. Aug. Nega quod accepisti, hoc planè nõ est deo gloriam dare, sed deũ potius blasphemare. Alcu. Sic autem volebant illum dare gloriã deo: vt sicut & ipsi, Christũ diceret peccatorẽ: vnde sequitur, Nos scimus quia hic homo peccator est. Chry. Qualiter ergo non arguistis eum dicentem. Quis ex vobis arguet me de peccato? Alcu. Sed ille vt neq; pateret calumnię, neque veritatẽ celaret nõ dixit: Scio eum iustũ, nam sequitur: Dicit er. il. Si pec. est nescio. Chry. Qualiter qui dixit, Quoniã ꝓpheta est: nunc dicit, Si pec. est nescio. Nunquid modo timuit cęcus? Absit: sed voluit Christũ à rei testimonio & nõ à sua voce ab incusatione eripere, & suam responsionem facere side dignũ ab accepto beneficio. Vnde subdit: Vnũ scio, quia cęcus cũ essem, modo video. q.d. Nihil modo de hoc dico, vtrũ sit peccator, sed iterum dico ꝙ manifeste noui. quia igitur nequiuerunt euertere quod factum est, ad priores redeunt sermones, rursus modũ curationis inquirentes, sicut canes quidẽ venationẽ nunc huc, nunc illuc inuestigantes: vnde sequitur, Dixe. er. il. Quid fecit tibi &c. hoc est: Nũquid præsagio aliquo? Nõ enim dixerũt, qualiter vidisti, sed

Inique æmulorum præ textio.

qualiter aperuit oculos tibi, dantes occasionē detrahēdi cōtra eius operationē. Doneç igitur res inquisitione indigebat, cæcus remissē loquebatur: quia vero iam vicerat, audacter de reliquo eis loquitur: vnde sequitur, Respondit eis: Dixi vobis &c. q.d. Nō attēditis ad ea quę dicuntur: vnde vltra non respondebo vobis inaniter interrogātibus, & nō volētibus addiscere sed cauillari quæ dicūtur: vnde sequitur, Nūquid & vos vul. discipu. eius fieri. Aug. Quid est nūquid & vos, nisi quia iam ego sum, nūquid & vos vultis? iam video, sed non inuideo. Hęc loquebatur iam stomachus aduersus duritiam Iudæorum, & ex cæco videns, nō ferens cæcos. Chry. Itaq; forte quid est veritas, ita imbecille mendacium: nam veritas quidē etsi despectos assumpserit, clamabus fuerit, imbecilles eos mōstrat. Sequitur: Maledix. er. ei, &di. Tu dis. eius sis. Aug. Maledictū est si cor discutias, non si verba perpendas: tale maledictum super nos, & super filios nostros. Sequitur: Nos autē Moysi discipuli sumus: nos scimus, quia Moysi locut. est deus Sed tunc scieretis, quia per Moysen prædictus est deus: habetis enim dominū dicentē, Si credideretis Moysi, credideretis & mihi, de me ille scripsit: ita ne segnē seruum & dorsum ponitis contra dominū? nam subditis, Hunc autē nescimus vnde sit. Chry. Ea quę per visum cognoscitis, auditu minora æstimatis: illa enim quę nosse vos dicitis, à progenitorib⁹ audistis. Sed nōne fidedignior est qui certificauit ꝙ à deo venit per miracula, quæ nō solum audistis sed vidistis? vnde sequitur: Respōdit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos. Vbiq; signum inducit, quia hoc deprauare nō poterāt, sed ab eo conuincebāt: & quia dixerant, ꝙ homo peccator nō potest talia signa facere, de cętero illorū assumit iudiciū propria verba eis in memoriā reducens: vnde subdit, Scimus autē quia peccatores de⁹ nō audit. q.d. Opinio hęc mea & vestra cōmunis est. Aug. Adhuc tamē vnctus loquitur. Nā & peccatores exaudit deus. Si enim nō frustra publicanus diceret, Deus ꝓpitius esto mihi peccatori, ex illa cōfessione meruit iustificationem, quomodo ipse cæcus illuminationē. The. Vel dicēdū est, quoniā ꝙ dictū est deū non exaudire peccatores, hoc signficat, ꝙ facere miracula deus peccatoribus nō concedit. Cùm vero veniā implorant de cōmissis, translati sunt de gradu peccantium ad statum pœnitentium. Chr. Et vide quòd cùm supra dixit: Si peccator est nescio, nō dubitans dixit, hic enim non solū à peccatis eum excusat, sed valde deo placentē ostendit: nam subdit, Si quis dei cultor est &c. Non enim sufficit deum cognoscere, sed voluntatē eius facere, deinde extollit quod factum est di. A seculo nō est au. quia quis ape. ocu. cæ. nati. q.d. Si confitemini quoniā deus peccatores non audit, hic aūt miraculum fecit, & tale quale nullus hominū fecit manifestum est virtutē qua hoc fecit maiorem esse, q̄ quæ est secundum hominē virtus: vnde subdit, Nisi esset hic à deo, non posset facere quicq̄. Aug. Libere constanter veraciter. Hęc enim quæ facta sunt à domino, à quo fierent nisi à deo? aut quādo à discipulis talia fierent, nisi in eis dominus habitaret? Chry. Quia ergo veritatē locutus est, in nullo cōfusus est, quando maxime admirari eum oportebat tunc eū condemnāt. Sequitur enim, Respōderunt, & di. ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Aug. Quid est totus? cum oculis clausis: sed qui aperuit oculos, saluat & totum. Chrys. Vel dicunt, Totus, ac si dicerent: A prima ætate in peccatis es, hic igitur eius cęcitatē exprobrāt, ostēdentes ꝙ ꝓpter peccata factus est cæcus, quod rationē non habeat. donec ergo expectabant eum negaturū esse, fidedignum esse putabant, sed nunc eum eiiciunt: vnde sequitur, Et eiece. eum fo. Aug. Ipsi illum magistrū fecerant, ipsi vt discerent toties interrogauerunt, & ingrati docentem proiecerunt. Bed. Solet enim maiorū consuetudo à minoribus aliquid discere dedignari.

Veritas facit elatos.

Greci opinio falsa.

Opinio falsa pharisæorū.

Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filiū dei? Respondit ille, & dixit: Quis est domine, ut credā in eum? Et dixit eis Iesus: Et uidisti eum & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo domine Et procidens adorauit eum. Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum ueni: ut qui nō uident, uideant: & qui uidēt, cæci fiant. Et audierūt quidā ex pharisæis qui eum ipso erāt, & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc uero dicitis, quia uidemus peccatum ergo uestrum manet.

Chry. Qui propter veritatē & Christi cōfessionem iniuria opprimūtur, hi maximè honorātur, quod in cęco factū est: eiecerūt enim eū ex tēplo Iudæi, & inuenit eum dñs tēpli & eū susceperit, sicut agonotheta atlethā multum laborantē & coronauit, vnde dicit: Audiuit Iesus quia eie. eū fo. & cū inue. cū di. Tu cre. in fi. dei? Ostē dit autē euāgelista, quoniā ꝓpter hoc venit Iesus vt ei loqueretur. Interrogat autē nō ignorās, sed volens seipsum notū facere, & ostendēs quoniā multū appreciat eius fidem. q.d. Plebs cōuitiata est mihi, sed nulla mihi est cursi illorū, vnius cura est, vt tu credas melior est faciens voluntatem dei, q̄ decies mille iniqui. Hila. 6. de tri. Si autē sola Christi qualiscūq; cōfessio fidei esset cōsummatio, dictū fuisset: Tu credis in Christū. Sed quia hæreticis penè oībus hoc nomen in ore esset futurū vt Christū cōfiterentur, & filiū tamē negarēt: id quod ꝓprium Christo est, ad fidē poscitur. i. vt credatur in dei filium. Credidisse autē in dei filiū quid proficit, si creditur in creaturā: cū à nobis fides in Christo nō creaturæ dei, sed filii dei postuletur? Chry. Nōdum autem Christū: & post curationē à Iudæis circūtrahebatur, vnde sequit: Respōdit ille & dixit, Quis est dñe vt credā in eū? desiderātis & valde ingerentis animæ verbū est, pro quo tot disputauit. Hūc ignorat, vt discas in eo veritatis amorē, nondum dixit ei dominus: Ego sum qui curauit te, sed mediè adhuc loquitur, vnde sequitur: Et vidisti eum. Theo. Hoc autē dicit, vt reducat ei in memoriā sanitatē, & quia ab ipso virtutē videndi accepe-rat. Attende autem quoniam qui loquebatur ex Maria natus est, & ipse idem est dei filius, nō alius & alius secundū errorem Nestorii. vnde sequitur: Et qui loquit tecum, ipse est. Aug. Modo lauat faciē cordis eius. Denique iam facie lota cordis & mundata cōsciētia, agnoscit illum nō filium hominis tantum, quod ante crediderat: sed iam filiū dei qui carnem susceperat. vnde sequitur: At ille ait, Credo domine. Parū est credere, vis videre qualem credat? Et procidens adorauit eū. Beda. In quo possunt sumere exemplū, vt non erecta ceruice quis dominū roget, sed supplex in terram prostratus, eius misericordiam imploret. Chry. Per hoc igitus eius diuinam virtutem ostendens, & verbo opus adiungēs: dominus autē illum feruentiorē circa fidē fecit, & eos qui sequebantur erexit: vnde sequitur, Et dixit eis Iesus. In iudiciū in hunc mundū veni. Aug. Dies enī erat inter lucē & tenebras discurrens: rectè autē subnitur, Vt qui nō vident videant, quia de tenebris liberat. Sed quid est quod subditur, Et qui vident cæci fiant? audi quod sequitur, Cōmoti sunt enim pharisæi quidam ex verbis istis, vnde sequitur: Et audierūt quidā ex pha. q̄ cum ipso erāt, & di. ei: Nunquid & nos cæ. sumus? hoc

Nestorii error dānatur.

Confessionis remediū.

enim eos mouebat, Et qui vident cæci fiant. Sequitur: Dixit ergo eis Iesus: Si cæci essetis, non haberitis peccatum. i. si vos cæcos diceretis, & ad medicum recurreretis. Nunc vero quia dicitis: Videmus, peccatum vestrum manet: quia enim dicēdo, Videmus: medicū non quæritis, in cæcitate vestra manebitis. hoc est ergo qđ pauloante dixi. Ego veni, vt qui non vident videant. i. qui se nō videre cōfitentur, & medicum quęrunt vt videant. Et qui vident cæci fiant. i. qui se putāt videre, & medicū non quærunt, in cęcitate permaneant. ergo istā discretionē vocauit iudicium cùm ait: In iudicium veni in hunc mundū. Nō illud iudiciū iam intulit mundo, quod de viuis & mortuis in fine seculi iudicabit. Chr. Vel aliter: In iudiciū dixit. i. in maius suppliciū, ostendens q̄m qui condēnauerunt eum, ipsi sunt qui condēnati sunt. Quod autē dicit: Vt qui nō vident videāt, & qui vidēt cæci fiant. Idē est quod Paulus dicit ꝙ gentes quæ nō quęrebāt iustitiā, inuenerūt iustitiā, quę est ex fide Christi: Israel autē persequēs legē iustitię, in legem iustitię nō peruenit. The. q.d. Ecce qui à natiuitate nō videbat, iā videt aīa in corpore: qui verò videre videntur, excæcati sunt intellectu. Chr. Sūt em̄ duæ visiones & duæ cæcitates. s. sensibilis & intellectualis: illi aūt ad sensibilia inhiāt solū, & de sensibili solum verecundabantur cæcitate, vnde ostēdit eis ꝙ melius esset eos esse cæcos, q̄ sic videntes. Propter quod dici. Si cæci essetis, nō haberetis peccatū, quia tolerabilius fieret vobis supplicium. Sed nūc dicitis: quia videtis. Theo. Non cōsiderantes factum in cæco miraculum, nō estis digni venia, quasi ex visis miraculis ad fidē non attracti. Chrys. Hoc igit quod æstimabāt esse magnā laudē, ostēdit quòd eis fert suppliciū, & simul consolatus est eum qui à natiuitate fuerat cæcus de corporali cæcitate. Non autem sine causa euāgelista dicit: quòd audierunt hoc quidā ex pharisæis qui cū ipso erāt, sed vt rememoretur quoniā isti illi erāt qui prius restiterāt Christo, deinde eum lapidare voluerunt. Erāt enim quidā superficietenus sequentes, & facile in contrariū transmutabātur. Theo. Vel aliter: Si cæci essetis. i. insci. i-scripturarū, nequaquā tam grāde vobis peccatū incūberet tanquā ignorantia peccantibus: nūc verò quia prudentes vos atque legisperitos asseritis, per vos ipsos condemnabiles estis.

Pseudochristi notantur.

CAPVT X.

AMEN *amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui aūt intrat per ostiū, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues uocem eius audiunt. Et proprias oues uocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emiserit ante eas uadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt uocē eius. Alienum autem non sequuntur, sed effugiunt ab eo: quia non nouerunt uocem alienorum. Hoc prouerbium dicit eis Iesus, illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.*

Chry. Quia dominus de cæcitate Iudęorū disputauerat, ne dicāt. Non est ex nostra cæcitate ꝙ ad te non accedimus sed à te auertimur, vt erroneū fugiētes, vult ostēdere ꝙ nō est erroneus sed pastor ponens, signa latronis & pastoris. Et primo ostendit quis est erroneus & fur, dicēs: Amen amē di. vo. qui non intrat per ostiū in ouile ouium, sed ascēdit aliundè, ille fur est & latro. Hoc autē & eos qui ante eum fuerūt occultè insinuat, & eos qui post eū futuri sunt antichristū & pseudochristos: ostiū autē scripturas vocauit, hę enim dei cognitio nē aperiūt, hæ oues custodiūt & lupos superuenire nō permittunt, hęreticis introitū pcludētes. Qui ergo nō scripturis vtitur sed aliunde ascendit, hoc est aliā sibi & non legitimā viā facit, hic fur est: dicit autē, Ascēdit & nō intrat, ad similitudinem furis maceriam trascendere volētis, & periculosē omnia agentis. dicēs autem, Aliunde: etiā scribas occultè insinuauit, qui docebant mādata & doctrinas hominū, & legē prævaricabant. Si autem infra seipsum ostium dicit non oportet turbari. etenim pastorem seipsum & ouem differenter prædicat: quia enim adducit nos patri, ostiū se dicit: quia verò procurat, pastorem. Aug. Vel aliter: Multi sunt qui secundum quandā vitæ huius consuetudinem dicūtur boni homines, qui ea quę in lege mādata sunt, quasi obseruāt & Christiani nō sunt: & plęrunq; se iactant sicut pharisæi, nunquid & nō cæci sumus? quia verò oīa ista quæ faciūt, & nesciūt ad quē finem referāt, inaniter faciunt: dominus de grege suo & ostio quo intratur ad ouile ad similitudinē posuit, dicens: Amen amē &c. Dicant ergo Pagani, vel Iudæi, vel hæretici, bene viuim⁹: si per ostiū non intrāt, quid eis prodest? Ad hoc em̄ debet vnicuiq; prodesse bene viuere, vt detur illi semper viuere: quia nec bene viuere dicendi sunt, qui finē bene viuendi, vel cæcitate nesciūt, vel inflatione contemnunt. Non est autē cuiquā spes vera semper viuēdi, nisi cognoscat vitā, quod est Christus: & per hanc ianuā intret in ouile. Quicūque ergo vult intrare ad ouile, per ostium intret: nō solum Christum prædicet, sed Christi gloriam quærat, non suā. Humilis autē ianua est Christus, qui intrat per hāc ianuā, oportet humilem esse, vt sano capite possit intrare. Qui autem se non humiliat, sed extollit: per maceriā vult ascendere, ideo exaltatur vt cadat. Quęrūt ergo plærunque tales homines etiam persuadere hominibus vt bene viuāt, & Christiani nō sint: per aliā partem volūt ascendere, rapere, & occidere. Tales ergo fures sunt, quia quod alienū est, suum dicunt. Latrones quia quod furātur, occidunt. Chry. Vidisti qualiter descripsit latronē, intuere & pastoris diffinitionē. Sequit enim: Qui autē intrat per &c. Aug. de ver. do. Intrat per ostium qui intrat per Christum, qui imitatur passionem Christi, qui cognoscit humilitatem Christi: vt cū Deus factus sit homo ꝓ nobis, cognoscat se homo nō esse deum, sed hominē. Qui enim vult deus videri cùm sit homo, non imitatur illum qui cùm deus esset, homo factus est: Tibi autem non dicitur, Esto aliquid minus q̄ es, sed agnosce quid est. Sequit: Huic ostiarius aperit. Chry. Nihil prohibet ostiarium vocare Moysen, ille enim est cui eloquia dei credita sunt. Vel spūssanctus est ostiarius, per quē scripturæ reseratæ nobis indicant Christū. Aug. Vel aliter: Ostiarium ipsum dominū debemus accipere: multò sunt enim magis inter se diuersa in rebus humanis pastor & ostium, quàm ostiarius & ostiū: & tamen dominus & pastorem se dixit, & ostiū. Cur ergo non intelligamus ipsum & ostiarium? ipse enim se aperit, qui se ipsum exponit. Si aliās persōnā quæris ostiarii, vide ostiariū forte spiritum sanctū: de quo dominus dicit, Ipse vos docebit omnem veritatem: ostium est Christus, qui est veritas: quis aperit ostiū, nisi q̄ docet veritatē? Cauēdū tamē est, ne maior æstimet ostiarius esse q̄ ostiū, quia in domib⁹ hoīm ostiarius ostio, nō ostiū pręponit ostiario. Chry. Quia vero dicebāt eum esse deceptorē, & hoc ex infidelitate sui ipsorū certificabāt, dicētes: quis principiū credit in eum? ostēdit nūc ꝙ ex hoc ꝙ nō attēdūt ei, ex ordine oūi excludunt. vnde sequit: Oues vocē eius audiunt. Si enim pastoris est per legitimū intrare ostiū per qđ ipse intrauit, ab ouiū cōgregatione se abstrahunt qui ipsum non audiūt. Sequit: Et ꝓprias oues vocāt nominatim. Aug. Nouit em̄ noīa prædestinatorū, vnde discipulis ait: Gaudete quoniā noīa vestra scripta sunt in cęlo. Se-

Virtutes gentiliū vanæ.

Passio Christi imitāda.

Spūssanctus ostiarius.

Universidad de D Biblioteca

quit:Et educit eas.Chr.Oues educebat,quãdo eas mittebat,non extra lupos,sed in medio luporũ. Videt aũt & de cæco occultè insinuare. Etenim illũ eduxit vocãs ex medio Iudæorũ.Aug.Sed & quis alius oues emittit, nisi qui earum peccata dimittit? vt eum sequi duris liberatæ vinculis possint.Sequitur enim:Et cum ꝓprias oues emiserit,ante eas vadit. Glos. Emittit siquidẽ eas de tenebris ignorantiæ ad lucem, dum ante eas vadit, quasi in columna nubis & ignis. Chr. Nimirũ pastores contrariũ faciunt oues sequentes,sed ipse ostẽdit se cõtrariũ facere,quoniã oues deducit ac veritatẽ.Aug. Et quis est qui oues præcessit, nisi qui surgens à mortuis iam non moritur?& patri dixit:Quos dedisti mihi,volo vt vbi ego sum & ipsi sint mecũ? Sequit: Et oues illũ sequuntur,&c.Chry. Alienos dicit eos qui circa Theodam & Iudã, aut eos qui post hæc alios debent decipere pseudoapostolos: vt em̃ non dicatur vnus illorũ esse, per multa se ab eis separat.Primo quidẽ,per doctrinam

Allegorica expositio.

scripturarũ, per quas Chr̃s ad se hoĩes adducebat: Illi vero ab eis hoĩes abstrahebãt. Secundo, per ouiũ obedientiã.Nã in eũ quidẽ non solũ viuentẽ,sed etiã mortuũ hoĩes crediderũt, illos autẽ confestim reliquerunt. Theo.Significat etiã antichristũ qui paululũ decipiens nõ obtinebit sequaces post eius mortẽ. Aug. Sed quomodo soluet ista quęstio? Audiũt vocẽ Christi quãdoq; non oues:audiuit em̃ Iudas,sed lupus erat:& nõ audiũt oues,aliqui em̃ eorũ qui Christũ crucifixerũt nõ audierunt,sed oues erãt. Sed dicet aliquis,quando non audiebant,oues nõ erãt: vox audita eos mutauit, & ex lupis oues fecit.Me aũt adhuc mouet ꝙ per Ezechielẽ obiurgat dominus pastores, & dicit inter cætera de ouibus: Errantẽ non reuocastis, & errantẽ dicit, & ouẽ appel-

Nouit domin⁹ quę sunt eius.

lat.Nõ erraret,si vocẽ pastoris audiret:sed ideo errauit, quia vocẽ alieni audiuit.Dico ergo: Nouit dñs qui sũt eius:nouit pręscitos:nouit prędestinatos. Ipsi sũt oues, aliquãdo seipsi nesciũt, sed pastor nouit eas. Multæ em̃ oues foris sunt,& multi lupi int⁹.De prędestinatis ergo loquitur. Est autem aliqua vox pastoris in qua oues non audiũt alienos: in qua oues non audiũt Christum. Quę est ista vox?Qui perseuerauerit vsq; in finem,hic saluus erit. Hanc vocem nõ negligit,ꝓprius,non audit alienus.sequit: Hoc ꝓuer.di.eis Ie. Illi au.nõ cog.quid lo.eis.Pascit em̃ dñs manifestis,exercet obscuris.Cum autẽ duo audiũt verba euãgelii:vnus impius,alter pius: & talia forrè sunt,vt ambo non intelligãt. Vnus dicit, verum est quod dixit,& bonum est quod dixit,sed nos nõ intelligamus.Iste quia credit, iam pulsat dignus est cui aperiatur,si pulsare persistat.Alius dicit,Nihil dixit quia adhuc audiat,Nisi credideritis non intelligetis.

Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico uobis, quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot uenerunt, fures sunt & latrones:se non audierũt eos oues. Ego sum ostiũ. Per me si quis introierit saluabitur : & ingredietur & egredietur, & pascua iuueniet. Fur non uenit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego ueni & uitã habeant, & abũdantius habeãt.

Chry.Dominus attẽtiores volẽs Iudæos facere,manifestat quod supra dixerat.vnde dicit.Dixit er.iterum eis Iesus,Amẽ amẽ di.vobis &c.Aug. Ecce quod clausum posuerat aperuit:ipse est ostiũ intremus,& nos intrasse gaudeamus.Sequitur:Omnes qnotquot vene.fures sunt & latrones.Chry. Non de prophetis hoc dicit, sicut hæretici dicunt:sed de seditiosis. vnde & laudans oues subiungit.Sed nõ audierũt eos oues.Nusquã autẽ videtur laudare eos qui nõ obedierunt ꝓphetis: sed eis detrahit vehementer.Augu.Intellige ergo:Quotquot venerunt præter me:non autem pręter illum prophetę venerunt, quia cũ illo venerunt qui cum verbo dei venerunt:qui veraces fuerũt, quia ipse verbum & veritas venturus præcones mittebat: sed eorũ corda, quos miserat,possidebat: carnẽ quippe ipse accepit ex tempore qui est semper. In principio erat verbũ, Ante aduentũ autẽ eius quo humilis venit in carne pręcesserunt iusti, sic eum credentes venturũ, quomodo nos credimus in eum qui venit: tẽpora variata sunt nõ fides. Eadẽ enim

Vna fides oĩm temporũ

fides vtrosque coniungit, & eos qui venturum esse, & eos qui venisse,crediderunt. Quotquot ergo pręter illum venerunt,fures fuerunt & latrones.i.ad furandum & occidendũ venerunt. Sed nõ audierunt eos oues, illi .s.de quibus dictum est : Nouit dominus qui sunt eius. Eos ergo nõ audierũt oues, in quibus no erat vos Christi:errantes,vana fingẽtes, miseros seducẽtes. quare autem se ostiũ dixerit,aperit subdens: Ego sum ostiũ, per me si quis intro.saluabitur.Alcu.q.d.Illos non audiunt oues,sed me audiũt,quia ego sum ostium,& qui per me non fictus, sed verus introierit perseuerando saluabit. Theop.Educit autẽ ad pascua dominus oues per ostiũ, vnde sequitur: Et ingredietur & egredietur &c. Quæ sunt autẽ hæc pascua nisi delectatio futura & requies in quam nos dominus introducit? Aug.Sed quid est quod dicit,Ingredietur & egrediet?Ingredi quippe in ecclesia,non est bonũ.Potest ergo dici ingredi nos,quãdo interius aliquid cogitamus:egredi autẽ,quando exterius aliquid operamur:secundũ illud,Exiuit homo ad opus suum.The.Vel ingredi dicitur,cui est curæ homo interior:egredi vero,qui hoĩem exteriorẽ,id est mẽbra quę

Pascua mystica.

sunt super terrã in Christo mortificat: hic enim pascua in futuro reperiet seculo. Chry. Vel hoc dicitur ꝓpter apostolos,qui cũ ocio introierunt & exierunt,vt totius orbis terrarũ facti domini:& nullus eos eiicere valuit, & nutrimentũ habuerũt. Aug. Sed plus me delectat ꝙ ipse quodãmodo nos admonuit, cùm secutus adiunxit: Fur nõ venit nisi vt furetur.Alcu.q.d.Merito oues non audiunt vocem furis,quia non venit fur nisi vt furetur, alienã rem sibi vsurpando,nõ de pręceptis Christi suos sectatores instruens, sed suis exẽplis eos viuere suadẽs. vnde subditur : Et mactet, mala doctrina detrahendo à fide.Et perdat,in æterna damnatione. ille ergo furãtur & occidunt.Ego veni vt vitã habeant:& abundantius

Vita duplex distinguitur.

habeant.Aug.Videtur mihi dixisse vt vitã habeant ingredientes,hoc est per fidem quę per dilectionem operatur:per quam fidem in ouile ingrediuntur vt viuant, quia iustus ex fide viuit.Et abundantius habeant,scilicet egredientes, scilicet quando veri fideles moriũtur: & abundantius habeant vitam, vbi nunquam deinde moriantur. Quanuis ergo & hic in ipso ouili nõ desint pascua, inuenient tamen pascua vbi saturentur, qualia inueuit cui dictum est: Hodie mecum eris in poradiso. Greg.su.Eze.in ho.13. Ingredietur ergo ad fidem,egredietur ad spem,pascua vero inueniet in æterna satietate.Chry.Quòd autem dicit,Fur non venit nisi vt furetur & mactet & perdat,de seditiosis dicit,quod ad literam est factum omnibus occisis & perditis, qui eos sequebantur, & sic etiam pręsenti vita eos priuauerunt. Ego autem veni pro salute ouium vt vitam habeant,& abundantius habeant in regno cælorum: & hęc est tertia differẽtia, qua se discernit à pseudoprophetis. The. Misticè autem fur diabolus est, qui venit tentando vt furetur per cogitationes illicitas,& mactet per consensum,& deinde per opera destruat.

Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis. Mercẽnarius autẽ & qui nõ est pastor, cuius non sunt oues propriæ, uidet lupũ uenientẽ, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit & dispergit oues. Mercẽnarius aũt fugit, quia mercẽnarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

Aug.Aperuit dominus duas res,quas quodammodo clausas proposuerat. Primo quidẽ scimus quia ostium ipse est:nunc autẽ ostendit quia pastor est,dicens : Ego sum pastor bonus.Supra autẽ dixerat pastorem intrare per ostiũ, si ergo ipse est ostium quomodo per seipsum intrat?Sicut ergo ipse per ipsum nouit patrẽ, nos autẽ per illũ: sic intrat in ouile per seipsum,nos autẽ per ipsum:nos quia Christũ prædicamus per ostiũ intramus, Christus autẽ seipsum prædicat,lumen enim & alia demõstrat, & seipsum. Si autẽ præpositi ecclesiæ qui filii sunt,pastores sunt, quomodo vnus pastor est, nisi quia sunt illi omnes vnius membra pastoris?& quidẽ qui pastor est,dedit membris suis:nam & Petrus pastor,& cęteri apostoli pastores,& omnes boni episcopi,Ostium vero nemo nostrũ se dei: hoc sibi ipse ꝓpriè tenuit, nõ autẽ adderet, Bonus : nisi essent vt pastores mali, ipsi sunt fures & latrones,aut certe vt multum mercẽnarii.

Pastoris boni forma.

Greg.in hom. Atq; eius bonitatis formã quã nos imitemur adiungit,dicẽs,Bonus pastor &c.Fecit quod monuit,ostendit quod iussit, pro ouibus suis animã suam posuit,vt in sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret: & oues quas redemerat carnis suæ alimẽto satiaret, ostensa est nobis de contemptu mortis via quã sequimur apposita forma cui imprimamur, primũ nobis est exteriora nostra misericorditer ouibus eius impendere postremum verò si necesse sit etiam in mortem animã nostrã pro eisdẽ ouibus ministrare. Qui autem nõ dat pro ouibus substantiã suam,quando pro his daturus est animã suã?Aug.Non autẽ solus Christ⁹ hoc fecit,& tamẽ si illi qui fecerunt mẽbra eius sunt, idem ipse vnus hoc fecit, ipse em̃ potuit facere sine illis, illi sine ipso nõ poterant. Aug.Omnes tamen pastores boni fuerũt,non solũ quia sanguinem fuderũt, sed quia ꝓ ouibus fuderũt:nõ enim fuderunt elatione, sed charitate.

Pseudomartyres hæreticorum.

Nã & apud hæreticos qui ꝓpter iniquitates & errores suos aliquid molestiarũ perpessi fuerũt,nomine martyrii se iactãt,vt hoc pallio dealbati facili⁹ furẽtur,quia lupi sunt. Non autẽ omnes qui corpora sua in passione etiã ignibus tradunt, æstimãdi sunt sanguinẽ fudisse ꝓ ouibus,sed potius contra oues dicit enim Apost. Si tradidero corpus meum vt ardeã, charitatẽ aũt nõ habeã, nihil mihi prodest.Quomodo autẽ habet vel exiguam charitatẽ, qui etiã coniunctus non amat vnitatẽ, quam dominus cõmendans noluit multos appellare pastores sed pastorẽ vnũ,dicens, Ego sum pastor bonus?Chrys. Sic igit de cætero dñs de passione sua disputabat, ostendẽs,quoniã pro salute fieret mũdi, & nõ inuitus in hãc venit. Deinde rursus ostẽdit signa pastoris & mercẽnarii,cũ dicit:Mercẽnarius aũt & qui nõ est pastor, cuius non sunt oues propriæ,videt lupũ venientẽ,& dimittit oues,& fugit.Greg. Sunt em̃ nonnulli qui dũ plus terrenã substantiã q̃ oues diligũt, merito nomen pastoris perdunt. nõ enim pastor sed mercẽnarius vocatur, qui non pro amore intimo oues dominicas, sed ad tẽporales mercedes pascit.Mercẽnarius quippe est,qui pastoris locũ tenet,sed lucrũ animarum non quærit,terrenis commodis inhiat,honore prælationis gaudet. Aug. de ver.do. Aliud ergo quærit in ecclesia, non deũ quærit: si deum quæreret, castus esset, quia legitimum maritũ anima deum habet, quisquis à deo præter deũ aliquid quærit,nõ caste deum quærit.Greg.in ho. Vtrum vero pastor sit vel mercẽnarius cognoscit veraciter non potest,si occasio necessitatis deest.trãquillitatis enim tempore plęrunq; ad gregis custodiã sicut verus pastor, sic etiam mercennarius stat:sed lupus veniens indicat quo quisq; animo super gregis custodiã stabat. Aug.de ver. do.Lupus autẽ diabolus est, & qui illũ sequũtur. Nam dictum est ꝙ induti quidam pellibus ouium intus sunt lupi rapaces. Aug.su.Io. Ecce lupus ouis guttur apprehendit,diabolus fidei adulterium persuasit,excõmunicandus est,sed excõmunicatus inimicus erit,insidiabit nocebit cũ potuerit:vnde taces,nõ increpas:lupum venientẽ vidisti & fugisti, corpore stetisti, animo fugisti. affectiones em̃ nostrę,motus animorũ sunt:lætitia animi diffusio est, tristitia autẽ cõtractio, cupiditas animi progressio,timor animi fuga est. Greg.in ho.Lup⁹ etiã super oues venit cũ quilibet iniustus & raptor, fideles quosq; atq; humiles opprimit. Sed is qui pastor videbatur & nõ erat,relinquit oues & fugit:quia dum sibi ab eo periculũ metuit, resistere eius iniustitiæ nõ p̃sumit. fugit autẽ non mutando locũ, sed subtrahendo solatiũ. Sed cõtra hęc mercẽnarius nullo zelo accenditur, quia dũ sola exteriora cõmoda requirit,interiora gregis dãna negligẽter patitur:vnde subdit, Mercẽnarius aũt fugit &c.Sola ergo causa est vt mercẽnarius fugiat, quia mercẽnarius est. Ac si dicat:Stare in periculo ouiũ non potest,qui in eo ꝙ ouibus pręest, nõ oues diligit sed lucrũ terrenũ quęrit : & ideo opponere se cõtra periculũ trepidat,ne hoc quod diligit amittat. Aug. Si aũt apostoli pastores fuerũt nõ mercẽnarii,quare fugiebãt quãdo persecutionẽ patiebãtur?& hoc dño dicente, Si vos persecuti fuerint fugite pulsemus, aderit qui aperiat. Aug.ad hono. Fugiũt ergo omnino de ciuitate in ciui-

Apostoli quare fugerint.

tatẽ serui Christi,ministri verbi & sacramẽti eius,quãdo eorũ quisq̃ specialiter à persecutorib⁹ quæritur, vt ab alis qui nõ ita requirũtur nõ deseratur ecclesia.Cùm aũt oĩm.i.episcoporũ & clericorũ & laicorũ, est cõmune periculũ, hi qui aliis indigẽt non desiderãtur ab his quibus indigẽt: aut igitur ad loca munita oẽs trãseant, aut qui habẽt remanẽdi necessitatẽ, nõ relinquãtur ab eis, per quos eorũ ecclesiastica est implenda necessitas. Tũc ergo de locis in quibus sumus premẽte ꝑsecutione fugiendũ est Christi ministris: quãdo ibi aut ples Chr̃i nõ fuerit cui ministret, aut potest impleri per alios necessariũ ministeriũ,quibus eadẽ non est causa fugiendi. Cũ aũt ples manet & ministri fugiũt, ministeriũq; subtrahit, quid erit nisi mercẽnariorũ illa fuga dãnabilis, quib⁹ nõ est cura de ouibus? Aug.su. Io. In bonis ergo

Mali perlati sunt tolerandi.

noĩantur ostiũ,ostiarius pastor, & oues. in malis,fures & latrones mercẽnarii,lupus.Aug.de ver.do. Diligendus est pastor,cauẽdus latro, tolerandus mercennarius Tandiu enim est vtilis mercennarius, quãdiu nõ videt lupũ,furẽ vel latronẽ,cũ aũt viderit fugit.Au.su.Io.Nec em̃ mercẽnarius diceret, nisi acciperet à cõducẽte mercedẽ,filii æternã hæreditatẽ patris patienter expectãt, mercẽnarius tẽporalẽ mercedẽ cõducti festinãter exoptat, & tamẽ per liuguas vtrorũq; diuina Christi gloria diffamat.Inde ergo lædit vnde mala facit,non vnde bona dicit:botrum carpe, spinam caue,quia botrus aliquando de radice vitis exortus.pendet in spinis, multi quippe in ecclesia cõmoda terrena sectantes Christum prędicãt,& per eos vox Christi audit,& sequũtur oues nõ mercennariũ, sed vocẽ pastoris per mercennarium.

Ego sum pastor bonus & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater & ego agnosco patrẽ, & animã meã pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & uocẽ meã audient: & fiet unũ ouile & unus pastor. Propterea me pater diligit: quia ego pono animã meam ut iterũ sumã eam. Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à meipso. Potestatẽ habeo ponẽdi eam, & potestatẽ habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatũ accepi à patre meo. Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos, Dicebant autẽ multi ex ipsis, Dæmonium habet & insanit. Quid eum auditis? Alij au

tem dicebant, hæc uerba non sunt dæmonium habentis. Numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

Chry. Duos superius malos præmisit dominos: vnũ qui furatur & mactat & rapit, alterũ qui non ꝓhibet: per illũ seditiosos insinuans, per hunc Iudæorum magistros cõfundens, & nõ ꝓcurãtes creditas oues. Sed ab Christus duo facit pro ouibus suis. vtrisq; seipsum Christus distinxit: ab illis quidẽ qui ad lędendũ venerũt in hoc ꝙ dixit. Veni vt vitã habeant: ab his qui contẽnũt luporũ rapinas, ex eo ꝙ pro ouib⁹ aĩam ponit: & ideo quasi cõcludẽs subdit, Ego sum pa. bonus. Sed quia superi⁹ dixerat ꝙ oues pastoris vocem audiũt, & sequunt eum: ne quis dicat, Quid ergo dicis de his qui tibi nõ credunt? consequenter subdit: Et co. oues meas &c. Quod & Paulus ostendit dicens: Nõ repellit dñs plebem suã quã pręsciuit. Greg. in ho. Ac si aperte dicat: diligo oues meas, & ipsę me diligẽtes obsequuntur. qui enim veritatẽ non diligit, adhuc minime cognouit. Theo. Hinc aũt differentiã mercennarii & pastoris eliciens. Nã mercẽnarius ignorat oues, quia raro visitat eas, pastor vero cognoscit oues ꝓprias tanquã erga eas sollicitus. Chr. Deinde vt nõ ęstimes parẽ mensurã cognitionis Christi & ouiũ, consequẽter subdit: Sicut no. me pa. & ego co. patrẽ. q. d. Ita certissime ipsũ scio, sicut ipse me. hic ergo est par cognitio, ibi nõ: nam sequit, Et ani. po. pro ouib. meis. Greg. in ho. Ac si aperte dicat: In hoc cõstat, quia cognosco patrem: & cognoscor à patre, quia animã meã pono ꝓ ouib⁹ meis, id est ea charitate qua ꝓ ouibus meis morior, quãtũ patrem diligã ostendo. Chry. Hoc etiã dicit ostendens ꝙ nõ est erroneus, quia & apostol⁹ quãdo seipsum voluit ostendere verũ esse magistrũ, cõtra pseudoapostolos induxit rationẽ periculis & mortib⁹. Th. Seductores ẽm nõ exposuerũt animã suã pro ouibus, sed sicut mercennarii deserũt illos qui eos sequebant, dñs aũt vt nõ caperentur dixit: Sinite hos abire. Greg. Quia vero non solũ Iudęã, sed etiã gẽtilitatẽ redimere venerat adiungit: Et alias oues habeo quę nõ sunt ex hoc ouili. Aug. de. v. d. Loquebatur ẽm primo de ouili de genere carnis Israel: erãt aũt alii de genere fidei ipsius Israel, extra erant adhuc in gẽtibus, erãt prędestinati, nondũ congregati. Nõ ergo sunt de hoc ouili, quia non sunt de genere carnis Israel, sed erunt de hoc ouili: nam sequitur, Et il. opor. me &c. Chry. Ostendit vtrosq; dispersos & pastores non habentes. Sequit: Et vocẽ meã audient. Ac si dicat: Quid miramini si hi sunt me secuturi & vocem meam audituri, quando alios videbitis me sequẽtes, & vocem meã audientes? deinde & futurã eorũ prænunciat vnionẽ, vnde subdit: Et fiet vnũ ouile &c. Greg. in ho. Quasi ex duobus gregibus vnũ ouile efficit, quia Iudaicũ & gentilẽ populũ in sua fide coniungit. The. Idẽ nanq; oĩbus est baptismi signaculũ: vnus pastor verbũ dei. Attendãt ergo Manichæi, quoniã vnũ ouile & vn⁹ pastor est noui & veteris testamenti. Augu. Quid ergo Vnus pastor vtriusque testamẽti. est. Nõ sum missus nisi ad oues q̃ perierũt dom⁹ Israel, nisi quia præsentiã suã corporalẽ non exhibuit nisi populo Israel? ad gentes autẽ non perrexit ipse sed misit. Chry. Hoc autẽ verbũ oportet, quod hic positũ est non necessitatis est demonstratiuum, sed eius quod omnino fiet, quia autẽ alienũ dicebãt eum à patre subiũgit: Propterea me &c. Aug. 1. quia morior vt resurgã, cum magno enim pondere dictũ est, Ego pono. Non gloriẽtur Iudæi, sæuire poterunt si ego voluero ponere animam meam, quid sæuiendo facturi sunt? Theo. Dilexit autẽ pater filium, non tanquã stipendia mortis pro nobis sustinendę dilectionẽ suã ei tribuens, sed quasi suæ quiditatis proprietatẽ in genito intuens dũ ex eadem charitate pro nobis voluit mortẽ subire. Chry. Vel vtiq; hic condescensione. q. d. Et si nihil aliud esset, hoc suasit mihi amare vos: ꝙ vos ita amamini à patre, vt ego etiã ꝓpter hoc diligat ab eo, quia pro vobis morior, non autẽ à patre antea nõ amabar, & nos sumus facti amoris ei⁹ causa. Similiter aũt & hoc ostendere vult, qm̃ nõ inuitus ad passionẽ venit: vnde sequit, Nemo tollit eam à me, sed ego po. eã à meipso. Aug. 4 de tri. In quo demõstrauit ꝙ nulla causa peccati vsq; ad mortẽ carnis accessit, sed quia voluit, quãdo voluit, & quomodo voluit vnde sequit: Potestatẽ ha. po. ani. meã. Chry. Quia enim multoties consiliabãtur eũ interficere: dicit, qm̃ nolẽte eo inutilis erat hic labor. Ita ẽm habeo potestatẽ aĩam meã ponere, vt nullus possit me inuito facere, quod in oĩbus non est: nos ẽm non habemus potestatẽ aliter ponere nisi interficiendo nosmetipsos, ipse autẽ solus dñs est ponendi eam. Hoc aũt existente vero & illud cõstat ꝙ quãdocũq; voluerit eã suscipere possit: vnde sequit, Et po. ha. ite. su. eam. In quo & resurrectionẽ demõstrauit indubitabilem. Vt aũt non æstiment cum eũ interfecerint derelictũ à patre, subiũgit: Hoc mandatũ accepi à patre meo. s. ponendi animam & sumendi. Ex quo non est intelligendũ ꝙ prius expectauerit audire, & opus ei fuerit discere: sed voluntariũ monstrauit processum & cõtrarietatis ad patrẽ suspitionẽ destruxit. The. Nihil ẽm aliud mãdatũ hic dicit, q̃ ea quæ ad patrẽ cõcordia. Alc. Verbũ ẽm non verbo accepit mandatũ, sed in verbo vnigenito patris est omne mandatũ. Cũ autẽ dicit filius accipere quod substãtialiter habet, nõ potestas minuit, sed generatio eius ostendit: pater ẽm filio, quem perfectũ genuit, oĩa gignendo dedit. Theo. Postq̃ autẽ de se sublimia ostẽderat, mortis & vitę se principẽ exprimẽs, rursum iuducit humilia: sic mira dispositione vtraq; connectens, vt nec minor aut subditus patri reputet, nec dei aduersarius, sed eius potestatis & cõsilii. Augu. Per hoc aũt quod dixit de anima sua, instruimur contra Apollinaris, qui dicũt Christũ non habuisse animã humanã. i. rationalẽ. Quæramus aũt quomodo dñs animã suã ponit. Christus ẽm est verbũ & homo. i. verbum, anima & caro: Chr̃s ergo an ex eo ꝙ verbum est, ponit animã & iterũ sumit eam: an ex eo quòd anima humana est ipsa se ponit, & iterũ ipsa se sumit: an iterũ ex eo quòd caro est, caro animã ponit & iterum sumit? Si aũt dixerimus quia verbũ dei posuit aĩam suã, & iterum sumpsit eã: ergo aliquãdo aĩa illa separata est à dei verbo. Mors ẽm corp⁹ ab aĩa separauit: à verbo autem aĩam separatã nõ dico. Si aũt dixerimus, quia ipsa se aĩa posuit, absurdissimus sensus est: si ẽm à verbo separata nõ erat, à seipsa poterat separari. Caro ergo ponit aĩam suã, & iterũ sumit eã, nõ tamẽ potestate sua, sed potestate inhabitãtis carnẽ. s. verbi. Alc. Et ꝙa lux in tenebris lucebat, & tenebrę eã nõ cõprehenderũt subiũgit: Dissentio itaq; facta est inter Iudæos ꝓpter sermones hos: dicebãt aũt multi ex ipsis, Dæmoniũ habes & insanit. Chr. Quia ẽm maiora erãt q̃ secundũ hoĩem ea quę dicebãtur dęmoniũ eum habere dicebãt: sed ꝙ dæmoniũ nõ habebat ostendũt alii ab his quæ fecit, vnde sequit: Alii au. di. Hęc verba nõ sũt dęmoniũ habẽtis: nũquid dęmonium potest cæcorũ oculos aperire? q. d. Nec ipsa verba dæmoniũ habẽtis videtur. Si vero nõ suademini à verbis, ab operib⁹ moueamini: quia ergo dñs eã quæ per res est tribuerat demõstrationẽ, silebat de reliquo. Neq; enim responsione erant digni, sed & nos erudiuit mansuetudinẽ & lõganimitatẽ oẽm: ipsi etiam seipsos compescebant, quando ab inuicem diuisi altercarẽtur.

Mandatum ver bi quomodo intelligendum.

Quæstio subtilis.

Facta sunt autem encænia in Ierosolymis: & hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Circumdederũt ergo eũ Iudæi, & dicebãt ei: Quousq; animã nostrã

tollis? Si tu es Christus, dic nobis palàm. Respondit eis Iesus: Loquor uobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Sed uos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meæ uocem meã audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitã æternam do eis, & non peribant in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus.

Alcui. Audiuimus patientiã dei, & inter opprobria prædicationẽ salutis: sed ipsi obdurati magis eum tentare, q̃ ipsi obedire volebant, vnde dicitur: Fa. sunt aud. encæ. in Ieroſolymis. Aug. Encænia festiuitas erat dedicationis templi. Græcè enim cænon dicitur nouũ: quãdocunq; nouũ aliquid fuerit dedicatũ, encænia vocat. Chry. Dicit enim diem secundũ quẽ templũ dedicatũ est, redeũtibus eis à captiuitate babylonis. Theo. Splẽdidè ergo ꝓsequebãtur solẽnitatẽ, veluti proprium decorẽ recuperãte ciuitate post tàm longam captiuitatẽ. Alcu. Vel hæc dedicatio in memoriã illius erat dedica-

Tres tẽpli dedicationes

tionis quã Iudas Machabęus fecit. Prima ẽm dedicatio à Salomone facta est, tẽpore autũni. Secũda à Zorobabel & Iesu sacerdote, tẽpore veris. Hæc aũt tẽpore hyemali, vnde sequit: Et hyẽs erat. Bed. Sub Iuda ẽm Machabęo statutũ legitur, vt eadẽ dedicatio per oẽs annos in memoriã solẽnib⁹ renouaretur officiis. Theo. Tẽpus autẽ hyemis euãgelista exprimit, ad ostendendũ ꝙ proximũ esset tẽpus passionis. Nã in verè sequẽti passus est dñs: & ideo Ieroſolymis conuersabatur. Greg. 2. mor. Vel iccirco hyemis curauit tẽpus exprimere, vt inesse Iudæorũ cordib⁹ malitiæ frigus iudicaret. Chry. In hac autẽ solẽnitate Christus cum multo studio aderat: de reliquo enim Iudæã frequentabat, quia passio erat in ianuis, vnde sequitur: Et amb. Ie. in tem. in porti. Salomonis. Alc. Porticus Salomonis dicitur, vbi rex ille ad orandũ stare cõsueuerat: & ideo ex eius noĩe cognominabatur. Solẽt aũt porticus quib⁹ tẽplũ cingebatur ex noĩe tẽpli vocari. Si autẽ filius dei in tẽplo, in quo caro brutorũ animaliũ offerebatur, ambulare voluit: quãtò magis nostrã orationis domum in qua caro & sanguis

Tropologica ex positio.

eius cõsecratur, visitare gaudebit? The. Satagas tu quo que dũ hyẽs imminet. i. vita præsens turbinibus iniquitatis cõcussa, spũales encænias tui tẽpli celebrare, semper renouãdo teipsum & ascẽsiones in corde tuo disponens: tũc Iesus erit prẽsto tibi in porticu Salomonis, pacificum statũ tibi tribuẽs sub tegmine ꝓprio: in seculo autẽ futuro nemo renouationis solẽnia perficere poterit. Aug. Quia ergo Iudæi friguerãt à diligẽdi charitate, & ardebãt nocẽdi cupiditate: nõ accẽdebãt ꝓsequẽdo, sed ꝑmebant persequẽdo: vnde sequitur, Circun. er. Iu. & dixe. ei: Quousq; ani. no. tollis? Si tu es Chr̃s, dic no. palã: nõ veritatẽ desiderabant, sed calũniã pręparabãt. Chry. Opera ẽm eius in nullo incusare valentes, captionẽ quandã ex verbis cupiebãt inuenire. Et intuere peruersitatẽ illorũ: nã cum per sermonẽ erudit, dicũt ei: Quod signũ ostendis? Cùm autẽ per opera demõstrat, dicũt ei: Si tu es Christus, dic nobis palã: quasi semper ad contrariũ stantes, sed & plenum odio erat quod dicunt, Dic nobis palã. Et nimirũ ipse palã omnia dicebat, in festiuitatibus semper assistẽs, & nihil occultè loquebatur: sed & adulationis verba præmittũt, dicẽtes: Quousq; animã nostrã tollis? vt. s. eũ ꝓuocantes aliquã captionem inueniãt. Alcui. Causantur enim ꝙ animos eorũ incertos & suspensos dimittendo tolleret, qui venerat vt animas saluaret. Aug. Quęrebãt autem audire à domino, Ego sum Christus: & fortasse de Christo secundũ hominẽ sapiebãt, sed diuinitatẽ Christi in prophetis nõ intelligebãt: & sic si diceret, Ego sum Christus: secundum ꝙ illi sapiebant de semine Dauid, calũniarentur ꝙ sibi arrogaret regiã potestatẽ. Alcu. Et sic cogitabant eũ tradere potestati pśidis ad puniendum, quasi cõtra Augustũ Imperiũ vsurparet, quare domin⁹ ita tẽperauit responsionẽ, vt etiã calũniatorũ ora cõcluderet, & quia Christus est fidelibus pãderet: & de hoĩe quærẽtibus diuinitatis mysteria narrat, vnde sequitur: Respon. eis Ie. Lo. vo. &c. Chry. Quia enim simulabãt à solo verbo se suaderi, qũi à tot operibus nõ sunt suasi, arguit malitiã corũ. q. d. Si operibus nõ creditis, qualiter verbis credetis? & quare non credãt ostendit, subdens: Sed vos &c. Aug. Hoc aũt dixit, quia videbat eos ad sempiternũ interitum prædestinatos, non ad vitam

Prædestinatio in malã partem capitur.

æternã sui sanguinis precio cõparatos: oues enim sunt credẽdo, pastorẽ sequendo. The. Postquã verò dixerat, Nõ estis ex ouibus meis. Consequenter induxit eos vt oues eius efficiãtur, dicẽs: Oues meæ &c. Alcu. i. præceptis meis ex animo obediũt. Et ego cognosco eas. i. eligo. Et sequũtur me: hic mãsuetudinis & innocẽtiæ viã incedendo, & post ad gaudia æternæ vitæ intrãdo, vnde sequitur: Et ego vitam &c. Aug. Ista sunt pascua de quibus supra dixerat, Et pascua inueniet: bona pascua vita æterna dicitur, ibi nulla herba aresçit, totũ viret. vos autẽ calũniã propterea quæritis, qui de vita prẽsenti cogitatis. sequitur: Et non peri. in æter. Subaudi tanquã eis dixerit: Vos peribitis in æternũ: quia non estis ex ouibus meis. Theop. Sed quomodo videmus Iudam perisse? quia nõ permansit vsq; ad finẽ: Christus autẽ de perseuerantibus hoc dixit. Nã si quis separatur ab ouiũ grege desinens sequi pastorem, confestim incurrit periculũ. Aug. Quare aũt nõ pereãt subdit: Et non rap. eas quisquã de ma. mea. De illis enim ouibus de quibus dicitur: Nouit dñs qui sunt eius: nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit. Securus est de numero illorũ qui pro eis nouit quid dedit. Hila. 7. de tri. Conscięa potestatis hæc vox est: at verò vt in natura licet dei, tamẽ ex deo intelligẽda est eius natiuitas: subiecit, Pater me⁹ quod dedit mihi, ma. omnibus est. Non occultat ex patre esse se natũ: quod ẽm à patre accepit, accepit nascendo, nõ postea. Aug. Nõ ẽm crescendo, sed nascẽdo ęqualis est, qui semper natus est de patre filius, de deo deus. Hoc est ergo quod dedit mihi pater, quod maius oĩbus est: vt. s. im verbũ eius, vt sim vnigenitus filius eius, vt sim splendor lucis eius. Ideo ergo nemo rapit oues meas de manu mea, quia nec de manu patris, vnde sequit: Et nemo potest &c. Si manũ intelligamus potestatem, vna est patris & filii potestas: quia vna diuinitas. Si aũt manũ intelligamus filiũ, manus patris est ipse filius: qd̃ non ita dictũ est tanq̃ deus pater habeat corporis membra, sed ꝙ per ipsum facta sunt omnia. Nam solẽt & homines dicere, man⁹ suas esse alios hoĩes, per quos faciũt quod volunt. Aliquãdo & ipsum opus hoĩs manus hoĩs dicitur, qd̃ fit per manũ: sicut dicit quisquẽ agnoscere manũ suã, cũ id quod scriptũ sit agnoscit: hoc autẽ loco manum patris & filii intelligimus potestatem: ne fortè cum hic magnũ patris ipsum filium dictũ acceperimus, incipiat carnalis cogitatio etiã filii quęrere filiũ. Hila. 7. de tri. Vt ẽm per corporalem significationẽ virtutem possis eiusdẽ nosse naturæ, cõmemorata est filii manus, manus patris: quia natura & virtus patris esset in filio. Chry. Deinde vt nõ ęstimes, quia ipse quidẽ imbecillis est ꝓpter patris autẽ virtutẽ in tuto sunt oues: subdit, Ego & pater vnũ sumus. Au. Vtrũq; audi: & vnũ, & sum⁹: & à charybdi & à scylla liberaberis. Qd̃ dixit vnũ, liberat te ab Arrio: ꝙ dixit sum⁹, liberat te à Sabellio. Si vnũ, nõ ergo diuersum: si sumus, ergo pater & filius.

Manus deiest ius potestas.

Arri⁹ & Sabelli⁹ colliduntur vno verbo.

Furor hereticorū

Aug.8.de tri. Vnū enim sumus dictū est, Quod ille, hoc & ego secundū essentiā, non secundū relatiuū. Hila.8. de trini. Hæc igitur quia hæretici negare non possunt, impietatis suæ mēdacio neganda corrumpunt. tentant enim id ad vnanimitatis referre cōsensum: vt voluntatis in his vnitas sit, nō naturæ. i. vt nō per id quod sunt, per id quod idem volunt vnū sint: sed per naturæ natiuitatem, dum nihil deus in eo ex se gignendo eum degenerat, vnū sunt. Dumq; de manu eius non rapiuntur, non rapiuntur de manu patris: dum in operante se, operatur pater: dum ipse in patre, & in eo pater est: hoc nō præstat creatura, sed natiuitas: non efficit voluntas, sed potestas: nō loquitur vnanimitas, sed natura. Non negamus igitur vnanimitatē inter patrem & filium: nā hoc solent hæretici mentiri: vt cùm solam concordiam ad vnitatem non respicimus, discordes eos à nobis affirmari loquantur, sed audiant quam à nobis vnanimitas non negetur: Vnum sunt pater & filius natura, honore & virtute: nec natura eadem, potest velle diuersa.

Sustulerūt ergo lapides Iudæi, ut lapidarēt eum. Respōdit eis Iesus: Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo, propter quod eorū opus me lapidatis? Respōderūt ei Iudæi: De bono opere nō lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cū sis, facis teipsum deū. Respōdit eis Iesus: Nōne scriptū est in lege uestra. quia ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit, & misit immundū, ei uos dicitis, quia blasphemas, quia dixi filius dei sum. Si nō facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite: ut cognoscatis & credatis quia pater in me est, & ego in patre.

Aug. Audierūt Iudæi, Ego & pater vnū sumus: & nō pertulerūt, & more suo duri ad lapides cucurrerūt: vnde dicit, Sustulerūt ergo lapides &c. Hila.7. de trinit. Nūc hæreticorū furor iam dño in cælis sedente pati infidelitate dictis nō obedientē: odiū impietatis exercent, verborū lapides iniiciūt: & si possent de throno eū suo in cruce detraherēt. Theo. Dñs autem ostendens ꝙ nullam iustā habebāt occasionē furēdi aduersus, cōmemorat signa quę fecerat. nā sequit: Respō. eis Ie. multa &c. Alcui. In sanitatibus infirmorū, in exhibitione doctrinę & miraculorū, quæ ex patre ostendi, quia eius gloriā per omnia quæsiui: propter quod eorū opus me lapidatis? quāuis inuiti cōfitētur multa beneficia sibi impēsa à Chro, sed quod de sua patrisq; æqualitate dixerat, ꝓ blasphemia deputabāt, vnde sequit: Respō. ei. Iud. De bono opere &c. Aug. Ad hoc respōderūt quod dixerat, Ego & pater vnū sumus. Ecce Iudęi intellexerūt quod Arriani nē intelligūt: ideo em̄ irati sunt, quoniā senserunt non posse dici: Ego & pater vnum sumus: nisi vbi æqualitas est patris & filii. Hila.7. de tri. Iudęus dicit, Cùm sis homo: Arrian⁹, Cùm sis creatura: vtriq; dicūt, Facis te deū. Subiicit em̄ Arrianus substantiæ nouæ & alienę deū: vt autē alterius generis deus sit, aut omnino nec deus: dicit em̄, Nō est filius ex natiuitate, nō est de⁹ ex veritate: creatura est præstātior cunctis. Chry. Dñs autē nō destruxit opinionē Iudæorum æstimantiū ꝙ se deo parē diceret, sed magis contrariū facit. Nā sequit: Respon. eis Ie. Nónne scri. est in lege vestra? Aug. i. nobis data. Quia ergo di. dii estis. Deus hoc dicit, per ꝓphetā in psalmo hoībus. Et legē appellauit dominus generaliter oēs illas scripturas, quāuis alicubi specialiter dicat legē, à prophetis eam distinguens sicuti est. In his duobus præceptis tota lex pendet & ꝓphetę. Aliquādo autem in tria distribuit eadē scripturas, vbi ait: Oportebat impleri omnia quę scripta sunt in lege, & ꝓphetis, & psalmis de me. Nūc vero etiā psalmos legis noīe nūcupauit, ex quibus sic argumētat: Si illos dixit deos, ad quos ser. dei fa. est: & nō po. sol. scri. quem po. sancti. & mi. in mundū, vos di. quia blasphemas, quia dixit filius dei sum. Hila.7. de trini. Demonstraturus quidē ꝙ ipse & pater vnū essent, in eo primo ineptia ridiculi opprobrii cōfutat, ꝙ in reatū vocaretur, ꝙ se cū homo esset deū faceret. Cū em̄ huius lex noīs appellationē sanctis hoībus decerneret, & sermo dei indissolubilis confirmaret hanc impartiri nominis professionem: iam ergo est criminis ꝙ se deum, cum homo sit faciat: cū eos qui homines sunt, deos lex dixerit. Et si à cæteris hominibus nō irreligiosa huius nominis vsurpatio est, ab eo homine quē sanctificauit pater nō impudenter vsurpari videtur, quia dei filium se dixerit, cum præcellat cæteros per id quod sanctificatus in filium est, beato Paulo dicente ꝙ prędestinatus est filius dei in virtute secūdum spiritū sanctificationis: omnis enim hæc de homine respōsio est, ꝙ dei filius etiā hominis filius est. Aug. Vel ali. Sanctificauit. i. vt sanctus esset gignendo ei dedit, quia sanctū eum genuit. Si autē sermo dei factus est ad homines vt dicerentur dii, ipsum verbū dei quomodo nō est deus? Si per sermonē dei homines participando fiunt dii, verbū vnde participatur nō est deus? The. Vel sanctificat eum hoc est sanxit sacrificari pro mundo. In quo ostendit se nō esse deū sicut cæteri: nā saluū facere mundū diuinū opus est, nō autē hominis deificati per gratiā. Chry. Vel interim quidē vt susciperet sermo humili⁹ locutus est, postea autē ad maius eos reduxit dicens: Si nō facio opera patris mei, nolite credere mihi. per hoc ostēdens ꝙ in nullo minor est patre, quia enim substantiā eius impossibile erat eis videre ab operum parilitate & identitate, demonstrationē eius quæ secundū virtutē indissimilitudinis est tribuit. Hila.7. de tri. Quid hic adoptio, quid īdulgētia noīs loci inuenit ne ex natura dei filius sit, cū dei fili⁹ ex naturæ paternæ operibus credendus sit nō exequatur ac similis est deo creatura. Neq; em̄ naturę alienę potestas cōparatur: gerere aūt se nō sua, sed quæ patris sunt testatur: ne ꝓ magnificentiā gestorū naturæ natiuitas auferatur. Et quia sub sacramēto assumpti corporis & nati ex Maria, hominis & dei filius nō intelligebat, fides nobis intimat ex gestis cū ait: Si aūt facio, & si mihi nō vultis credere operibus credite. Cū em̄ sacramentū nati hoīs intelligentiā diuinæ natiuitatis impediat, cū diuina natiuitas omne opus suum sub ministerio assumpti hoīs exequitur: Faciēs igitur opera patris demōstrare debuit, quid esset operibus credendū. Nam sequit: Vt cogno. & cre. quia pa. in me est & ego in pa. Hoc est illud: Dei filius sum, hoc est illud: Ego & pater vnum sumus. Aug. Non enim filius sic dicit: In me est pater, & ego in illo, quomodo possunt dicere hoīes. Si enim bene cogitemus, & bene viuamus, in deo sumus, & deus in nobis est, quasi participātes ei⁹ gratiā & illuminati ab ipso. Vnigenit⁹ autē dei filius in patre est, & pater in illo tanq̄ æqualis.

Lex sanctos homines deos vocat

Testimoniū deitatis Christi.

Bene viuēdo in Christo sumus.

Quærebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum. Et abiit iterum trans Iordanem in cum locum ubi erat Ioannes baptizans primum, & mansit illic. Et multi uenerunt ad eum, & dicebant, quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, uera erant, & multi crediderunt in eum.

Beda. Adhuc Iudæos in cœpta dementia persistere euangelista ostendit, dicens: Quęrebant er. eū apprehe. Augu. Non credendo & intelligendo, sed sæuiendo & occidendo. Tu apprehēdas vt habeas, illi apprehēdere volebāt vt nō haberent, vnde sequitur: Et exiuit de manibus eorum. Non eum apprehenderunt, quia manus fidei non

habuerunt. Sed nō erat magnum verbo eiicere carnem suam de manibus carnis. Chry. Cùm autē Christus aliquit magnū locutus fuerit, recedit velociter, vt sedetur eorum furor per absentiā eius, quod vtiq; & nūc fecit: vnde sequitur, Et abiit iterum trans Iordanē &c. Ideo hunc locum euāgelista commemorat, vt discas quoniā prope abiit vt recordetur eorum quæ illic facta sunt: & dicta à Ioanne & testimonii illius. Beda. Dicit autem, Vbi erat primum. i. primæua ætate. Demorante autem eo ibi narrat quia multi venerunt ad eum: vnde sequitur, Et multi venerunt ad eum, & dicebant, quia Ioannes quidē fecit signum nullū. Aug. Id est nullū miraculum ostendit. Nō dęmonia fugauit, nō cæcos illuminauit, nō mortuos suscitauit. Chry. Vide aūt qualiter syllogismos cōponunt in dubitabiles. Ioannes quidem dicunt nullum signū fecit, hic autē facit, quare huius prę-eminentia ostēditur. Deinde ne putet Ioannes quia nullum signū fecit indignus restimonio, subdunt: Omnia autē quæcūque &c. Et si nullum signū fecerit, tamen de hoc omnia veraciter dixit, ergo dicunt: Si Ioanni credere oportebat, multo magis huic, cum illis testimonio etiam demonstrationē signorū habenti: vnde sequitur, Et multi crediderunt in eum. Aug. Ecce qui apprehenderunt permanentē, non quomodo Iudæi volebant apprehendere discedentem. Et nos ergo per lucernam veniamus ad diem, quia Ioannes lucerna erat, & diei testimonium perhibebat. Theo. Notandum autem ꝙ cerebro dominus educit populos ad solitaria loca: de perfidorū societate eripiens, vt magis fructificent, sicut legē veterem daturus eduxit populū in desertū. Mistice autem recedēs à Ierosolymis dominus hoc est à plebe Iudaica ad loca fontes habētia se transferat: id est ad ecclesiam ex gentibus quæ habet fontem baptismi, per quē multi ad Christū accedunt, quasi transeuntes Iordanē.

CAPVT XI.

ERAT autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ, sororum eius. Maria autē erat quæ unxit dominum unguento, & exterſit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicētes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autē Iesus, dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam & Lazarum.

Bed. Dixerat euāgelista dominū trās Iordanē abiisse, tūcq; Lazarū cōtigit infirmari: vnde dicit, Erat quidam. La. à. Be. Hinc est ꝙ in quibusdā exēplaribus copulatiua cōiunctio &, posita inuenitur: vt sequētia verba superioribus cōnexa videātur. Interpretat aūt Lazarus adiutus. Inter omnes enim mortuos, quos dñs suscitauit, hic magis ab eo adiuuat, quē non solū mortuum sed quatriduanū suscitauit. Aug. Inter oīa em̄ miracula quę fecit dñs, Lazari resurrectio prę-cipue prędicatur. Sed si attēdamus quis fecerit, delectari debem⁹ potius, q̄ mirari. Ille suscitauit hoīem, qui fecit hoīem: plus enim est hoīem creare, q̄ resuscitare. Infirmabatur aūt in Bethania Lazarus: vnde dicit. A Bethan. de castello Mar. &c. Quod castellum erat proximū Ierosolymis. Alcui. Et quia plures fœminæ huius noīs erant, ne erraremus in noīe ostēditur ex notissima actione. Nam sequitur: Maria autem erat quę vnxit dominū vnguento &c. Chry. Igitur primum quidem illud necessarium discere, quoniam hęc nō fuit illa meretrix quę in Luca legitur. Hęc enim honesta fuit, & studiosa circa Christi susceptionē. Aug. de con. euan. Vel aliter: Hoc dicens Ioannes attestatur Lucę, qui hoc in domo pharisæi cuiusdam Simonis factum esse narrauit, iam itaque hoc Maria fecerat. Quod autem in Bethania rursus fecit, aliud est quod ad Lucæ narrationē non pertinet, sed pariter narratur à tribus. Aug. de ver. do. Inuaserat igitur Lazarū pernities inimica languoris miserādi hominis, corpus, quotidie edax febris incendium consumebat. Aderant aūt duæ sorores languenti, & casum dolētes iuuenis ægrotātis lectulo iugiter inhęrebāt: vnde de eis mox subditur, Miserūt ergo sorores eius ad eū, dicentes: Dñe, ecce quē amas infirmatur. Aug. su. Io. Non dixerunt, veni & sana, nō ausæ sunt dicere: Ibi iube, & hic fiet: sed tantūmodo, Ecce quē amas infirmat. q. d. sufficit vt noueris, nō enim amas, & deseris. Chry. Per hoc enim ad miserandum volunt attrahere Christum, adhuc enim ei quasi homini intendebant. Ideo autem non iuerunt ad Christum sicut centurio & regulus, sed mittūt: quia vehementer confidebant de Christo, propter multam familiariatem quā habebant ad eum: & quia à luctu detinebantur. Theo. Et quia mulieres erāt quas non decet de facili domū exire. Multā autem deuotionem, & fidei magnitudinē exprimūt, dicentes: Ecce quē amas infirmatur, tantā enim potentiā in domino esse credebant, ꝙ mirū videretur qualiter virū sibi delictū infirmitas potuerit occupare. Sequit: Audiēs autē Iesus dixit eis: Infirmitas hæc nō est ad mortē, quia ipsa mors non erat ad mortem, sed potius ad miraculū quo facto crederent homines in Christum, & vitarent verā mortem: vnde sequitur, Sed pro gloria dei. Vbi ex obliquo dominus deum se dixit contra hæreticos qui dicunt, ꝙ filius dei non sit deus. pro gloria ergo cuius dei audi quod sequitur, Vt glori. fi. dei per eam. s. infirmitatem. Chry. Hoc autem vt, non est causale, sed euentus. Nam euenit quidē aliunde infirmitas: vsus est autē ea in gloriā dei. Sequitur: Diligebat aūt Iesus Marthā &c. Aug. Ille languens, illæ tristes: omnes dilecti. Habebāt ergo spem, quoniam diligebantur ab eo qui est dolentiū cōsolator, languentiumque sanator. Chry. Per hoc etiam erudit nos euangelista, non tristari si qua infirmitas facta fuerit circa bonos viros, & dei amicos.

Lazarus iuuenis.

Miraculum plus amandū quàm mirandum.

Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hæc dicit discipulis suis: eamus in Iudæam iterū. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? Respōdit Iesus: Nónne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.

Alcu. Dominus nūciata infirmitate Lazari, quousq; quatriduanū cōpleretur sanare distulit, vt mirabili⁹ suscitaret: vnde dicitur, Vt ergo audiuit quia infirmabatur &c. Chry. Vt scilicet expiraret, & sepeliretur, & dicant: Quoniā fœtet, vt nullus posset dicere, quoniā nōdum defunctum eum suscitauit: sed stupor fuit & non mors. Sequit: De. post hęc di. dis. su. Eamus in Iu. iterū. Aug. Vbi penè fuerat lapidatus, quia ꝓpterea inde discesserat videbat ne lapidaretur. Discesserat em̄ vt homo, Sed in redeundo quasi oblitus infirmitatē, ostendit potestatem. Chry. Nusq̄ autem alibi dominus prędixit discipulis quo iturus esset, sed hic prędixit: quia formidabant vehementer, vt nō repente eos conturbet. Nā sequitur: Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare: & tu iterū vadis illuc? formidabant em̄ & pro eo & pro seipsis, nondum enim erant in fide firmati. Augu. Cum autē vellent dare consilium homines deo, discipuli magistro, corripuit eos: vnde sequit, Respondit Iesus: Nōne duodecim &c. Vt enim diē sese ostenderet, 12. discipulos elegit. In hoc autē verbo non ipsum Iudā, sed successorē eius præuidebat. Iuda enim

Singulare est qđ dicitur.

cadente succeſſit Matthias, & duodenarius numerus manſit. Horę ergo illuſtrętur à die, vt per horarũ prędicationẽ credat mũdus in diẽ. Me ergo ſequimini, ſi non vultis offẽdere: vnde ſubdit, Si quis ambulauerit in die non offendit &c. Chryſ. q.d. Qui ſibi nihil conſcius eſt nequitiæ, nihil patietur verſutiæ. Qui vero mala agit, patietur. Itaq; nõ oportet formidare, nihil enim dignũ morte geſſimus. Vel aliter: Si quis lucẽ huius mundi videt ſecurus eſt, multò magis qui mecũ eſt niſi amouerit ſe à me. Theo. Quidã vero hunc diem intelligunt tempus prędcedens paſſionẽ: noctem vero ipſam paſſionem. Dicit ergo eis, Dũ dies eſt. i. dum nondũ imminet tempus paſſionis, non offendetis. Non enim vos perſequẽtur Iudæi. Cum autem nox venerit, paſſionem propriã dico, extunc noctem poſſidebitis anguſtiarum.

Intellectus moralis.

Hæc ait, & poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit, ſed uado ut à ſomno excitem eum. Dixerunt ergo diſcipuli eius: Domine, ſi dormit ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius, illi autem putauerunt quia de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſte: Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter uos ut credatis quoniã non erã ibi. Sed eamus ad eum, Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus ad condiſcipulos: Eamus & nos, & moriamur cum eo.

Chry. Poſita vna confortatione diſcipulorũ, hic alio modo eos confortat: oſtendens quoniã non Ieroſolymã debent ire, ſed in Bethaniã: vnde dicitur, Hęc ait, &c. q.d. Non eo rurſus diſputaturus cõtra Iudęos, ſed amicum noſtrum excitaturus: propter hoc ergo dicit, Amicus noſter, vt oſtendat neceſſarium ſuum aduentum.

Aug. Quòd autem dixit dormit, verum dixit domino dormiebat: hominibus mortuus erat qui eum ſuſcitare nõ poterant. Nã dominus tanta facilitate excitabat de ſepulchro quanta tu excitat dormientẽ de lecto. Ergo ſecundum potentiã ſuam dixit dormientẽ, ſicut & apoſtolus dicit: De dormiẽtibus aũt nolovos ignorare: dormiẽtes appellauit, quia reſurrecturos pręnũciauit. Sed quomodo intereſt in ipſis qui quotidie dormiũt & exurgunt, quid quiſq; videat in ſomnis: alii ſentiũt lęta ſomnia alia torquentia: Sic vnuſquiſq; cũ cauſa ſua dormit, cum cauſa ſua ſurgit. Chry. Diſcipuli autẽ impedire voluerunt eius aduentũ in Iudæam: vnde ſequitur, Dixerunt ergo diſcipuli eius: Domine &c. q.d. Si dormit, nõ igitur vtile eſt ꝙ tu vadas ad excitandũ eũ. Aug. Quomodo ergo intellexerunt diſcipuli, ſic reſpõderunt: vnde ſequitur, Dixerat autem Ieſus de morte eius &c. Chry. Si vero quis dicat quomodo nõ cognouerũt diſcipuli mortuum eſſe ab eo quod dixit, Vado vt excitẽ illum? ſtultum enim erat eum ire per tot ſtadia vt Lazarum à ſomno excitaret. Iſtud dicemus, quoniã æſtimabant hoc ęnigma eſſe, qualia multa loquebatur. Augu. Quia ergo obſcurè dixerat: Dormit, manifeſtat quod dixerat: vnde ſequitur, Tunc ergo Ieſus dixit eis &c. Chry. Non autẽ hic adiecit, Vado vt reſuſcitem eum, non enim volebat verbis prædicare quod per opera debebat certificare, vanam gloriam vbiq; nos fugere docens, & ꝙ non oportet ſimpliciter promittere. Sequitur: Et gaudeo propter vos &c. Augu. Aeger enim non mortuus fuerat nũciatus, ſed quo lateret eum qui creauerat, ad cuius manus anima morientis exierat. Ait ergo: Gaudeo propter vos vt credatis quoniam nõ eram ibi, vt iam inciperent admirari, quia dominus poterat dicere mortuum quod ne viderat, nec audiuerat. Vbi meminiſſe debemus ꝙ adhuc etiã ipſorum diſcipulorum miraculis ædificabatur fides, non vt eſſe inciperet ſed vt quę cœperat creſceret, ꝙ ergo dicit, Vt credatis: intelligendũ eſt vt amplius robuſtiuſq; credatis. Theo. Intellexerunt autẽ quidam hoc ſic: Gaudeo, inquit, propter vos: nam cum illic non extiterim, confert ad maioritatẽ fidei veſtrę, quoniã ſi aſtitiſſem ęgrotantem curaſſem; quod eſſet modicũ ſignum ad meę virtutis indiciũ: quia vero me abſente ſupuenit mors, potiꝰ in fide mea corroboramini, cũ videbitis me poſſe etiã defunctũ putreſcentẽ reſuſcitare. Chr. Igit oẽs diſcipuli quidẽ timebãt Iudęos, ſup alios verò Thomas: vnde ſequit, Dixit ergo. Tho. q di. Didymus ad cõdiſci. Eamus & nos, & mori. cũ eo. Infirmior eñ erat aliis & infidelior, poſtea oĩbus fortior factꝰ eſt & irreprehẽſibilis, qui ſolꝰ orbẽ terrarũ pcurrit, & in mediis plebibꝰ voluebaẽ volẽtibus eũ interficere. Beda. Vel caſtigati diſcipuli ſuperioribꝰ dñi verbis, nõ auſi ſunt vltra contradicere. Sed Thomas prę oĩbus ſocios hortatur vt irent & morerẽtur cũ eo. In quo magna eius videtur eſſe cõſtantia. Sic enim loquebatur: quaſi facere poſſet quæ alios hortabatur, immemor ſuæ fragilitatis ſicut & Petrus.

Somnus eſt indicium ſalutis in ægrotis.

Fides apoſtolorum augeſcit.

Venit itaq; Ieſus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumẽto habentẽ. Erat autẽ Bethania iuxta Ieroſolymã quaſi ſtadijs quindecim. Multi autẽ ex Iudæis uenerãt ad Marthã & Mariã: ut conſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo ut audiuit quia Ieſus uenit, occurrit illi, Maria autẽ domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domie, ſi fuiſſes hic, frater meus nõ fuiſſet mortuus. Sed & nunc ſcio quia quæcunq; poposceris à deo, dabit tibi deus. Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Dicit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio & uita. Qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit, uiuet. Et omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Vtique domine. Ego credidi quia tu es Chriſtus filius dei uiui, qui in hunc mundum uenisti.

Myſteriũ quatuor dierum Lazari.

Alcui. Dñs ad hoc venire diſtulerat, vt quatriduum impleretur, vt Lazarus glorioſus reſuſcitaret. vnde dicit: Veni itaq; Ieſus & inuenit &c. Chry. Mãſerat enim dominus duobus diebus & ante duos dies venerat nũcius. In qua die Lazarus eſt defunctus: ipſe autẽ quarta die acceſſit. Aug. De quatuor autem diebus multa dici poſſunt. Diuerſis enĩ modis vna res ſignificari poteſt. Eſt enim vnus dies mortis, quẽ homo trahit de morte propagine. Sed & legem naturalẽ trãſgrediuntur homines, ecce alter dies mortis. Lex etiam ſcripturę data eſt diuinitus per Moyſen, & ipſa contẽnitur: adde tertium diem mortis. Venit euangeliũ, & ipſum tranſgrediũtur hoĩes: ecce quartus dies mortis: etiam ad tales excitandos dominus nõ dedignaẽ accedere. Alcui. Aliter: Primũ peccatũ extitit, latio in corde: ſecũdũ, cõſenſus: tertium, factũ: quartũ, cõſuetudo. Sequitur: Erat au. Be. iuxta Ieroſo. quaſi ſtadiis 15. Chryſo. Quod erat miliaria duo. Hoc aũt inducit ad oſtendẽdũ ꝙ cõgruũ fuit multos Iudęorũ à Ieroſolymis abeſſe. vnde ſubditur: Multi autẽ ex Iudęis &c. Sed quomodo Iudæi cõſolabãtur dilectas à Chriſto: cùm iam ſtatuiſſent ꝙ ſi quis Chriſtũ cõfiteretur extra ſynagogã fieret? Sed propter calamitatis neceſſitatẽ, aut quaſi nobiles has mulieres reuertẽtes eas cõſolabãtur, aut quia hi aderãt qui nõ mali erãt: multi eñ ex ipſis credebãt. Hoc autem dicebat euãgeliſta, ad oſtendẽdũ ꝙ Lazarus verè mortuus erat. Beda. Nondũ autẽ dominus caſtellum introierat: vnde adhuc extra caſtellũ poſito occurrit Martha, vnde ſequitur, Martha er. vt audi. quia Ie. ve. accur. illi. Maria au. do. ſe. Chryſ. Nõ autẽ aſſumit ſororẽ obuiã Chriſto vadẽs. Vult eñ ſingulariter Chro loqui: & quod factũ eſt ei annũciare. Cùm verò eã in bonã ſpem duxit, tunc abiit & vocauit Mariã. Theo. Primo itaq; nõ pãdit ſorori volens hoc latere, quoniam ſi percepiſſet Maria Chriſtũ accedere, obuiã iret & comitarẽtur eã preſentes Iudæi, quibus notũ fore aduentũ Ieſu Martha nolebat. Sequitur: Dixit au. Mart. ad Ie. Dñe ſi fu. hic frater meus nõ fuiſ. mortuus. Chryſ. Credebat enim in Chriſtum, ſed nõ vt oportebat: nondũ eñ cognoſcebat quoniã deus erat: & ideo dicebat, Si fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Theo. Quaſi diffidens, quoniam etiam abſens ſi vellet poſſet, phibere mortẽ fratris ſui. Chry. Nondũ etiã cognoſcebat ꝙ propria virtute hoc faceret, quod apparet ex hoc quod ſubdit: Sed & nunc ſcio quia quæcũq; popoſ. à deo da. ti. deus, vt de virtuoſo quodã & approbato viro loquẽs. Aug. Non autẽ dicit ei. Rogo te vt reſuſcites fratrẽ meũ: vnde eñ ſciebat ſi fratri eius reſurgere vtile fuerat? hoc tãtũ dixit, Scio quia potes ſi vis facere: vtrum facias iudicii tui eſt, non pręſumptionis meæ. Chry. Dñs autem vtraq; quæ non cognoſcebat eam docuit, vnde ſequitur: Dixit ei Ie. reſur. fra. tuus. Non dixit petã vt reſurgat: ſed ſi diceret, Nõ indigeo adiutorio. à meipſo omnia facio: valde fuiſſet graue mulieri: ſed hoc dicere, Reſurget: mediũ erat. Aug. Ambiguũ autem fuit quod dixit, Reſurget. Non enim ait. Mõ. & ideo ſequitur: Dicit ei Mar. Scio quia reſurget &c. De illa reſurrectione ſecura ſum: de hac in certa ſum. Chry. Audierat autẽ mulier multa à Chriſto de reſurrectione loquente: dñs autem manifeſtius ſuam oſtendit auctoritatẽ. Nã ſubditur, Dicit ei Ie. Ego ſum reſur. & vi. oſtẽdens quoniã nõ indiget alio adiutorio: ſi eñ alio adiutorio indigeret, qualiter erit reſurrectio? Si vero ipſe eſt vita, nõ loco circũcluditur: ſed vbiq; exiſtens poteſt ſanare. Alcu. Ideo ego ſum reſurrectio, qa vita. Per quem tũc cum aliis reſurget, per eundẽ poteſt & modo reſurgere. Chryſ. Illa ergo dicente, quæcũque petieris, ipſe dicit, Qui cre. in me, etiam ſi mor. fue. vi. oſtendens quoniã ipſe eſt tributor bonorum, & ab ipſo oportet petere: per hoc autẽ eius intellectũ eleuat, non enim hoc erat ſolũ quod quærebatur. vt ſolũ Lazarum ſuſcitaret, ſed etiã oportebat eã & qui præſente erant diſcere reſurrectionẽ. Aug. Dicit ergo: Qui cre. in me, etiã ſi mor. fue. in carne, viuet in anima: donec reſurget caro nunq̃ poſtea moritura. Nam vita animæ fides eſt. Sequit: Et oĩs qui vi. in carne: & cre. in me: etiã ſi moriat ad tẽpus, ppter mortẽ carnis, nõ morietꝰ in æternũ. Alc. Propter vitã ſpũs & immortalitatẽ reſurrectionis. Sciebat aũt dñs quẽ nihil latet, ꝙ hoc credebat: ſed cõfeſſionem qua ſaluaretur quærit, vnde ſequitur: Credis hoc? At illi: Vtiq; dñe, ego cre. quia tu es Chriſtus filius dei viui qui in hunc mun. ve. Chry. Videtur mihi nõ intellexiſſe mulier quod dictũ eſt: ſed quoniã magnũ quid erat intellixit, non tamen cognouit quid eſt: propterea aliud interrogata, aliud reſpõdit. Aug. Vel aliter: Quoniam hoc credidi quòd filius es dei, credidi quia tu eſt vita: quia & qui credit in te, etiam ſi moriatur viuet.

Dulcedo verborũ Chriſti.

Interrogat Chriſtus.

Et cum hæc dixiſſet, abijt & uocauit Mariã ſororem ſuam ſilentio, dicẽs: Magiſter adeſt, & uocat te. Illa ut audiuit ſurgit cito, & uenit ad eũ. nondũ enim uenerat Ieſus in caſtellũ, ſed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha Iudæi ergo qui erãt cũ ea in domo cõſolabãtur eam, cùm uidiſſent Mariam qui cito ſurrexit & exijt, ſecuti ſunt eam, dicentes: quia uadit ad monumentum ut ploret ibi. Maria ergo cum ueniſſet ubi erat Ieſus uidens eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus.

Chr. Ex virtute ſermonũ Chri interim Martha luerata eſt luctus diſſolutionẽ: ea eñ quæ ad magiſtrum erat deuotio: nõ permittebat eã ſentire pręſentia quæ luctũ inducere poterãt, vnde ſequitur: Et cùm hæc dixiſſet, &c. Aug. Aduertendũ ꝙ ſuppreſſam vocẽ ſilentiũ nuncupauit. Nã quomodo ſiluit, cùm ſubdatur dicens, Magiſter adeſt & vocat te. Chry. Ideo autem occultè ſororem vocat, ſi enim ſciuiſſent Iudæi Chriſtum aduenire, receſſiſſent, & non fuiſſent teſtes miraculi. Aug. Aduertendum etiã quemadmodum euangeliſta non dixerit, vbi vel quando vel quomodo Mariam dominus vocauerit, vt hoc verbis Marthæ potius intelligeretur narrationis breuitate ſeruata. Theo. Siue etiã ipſam Chriſti præſentiã vocationẽ reputauit. q.d. Inexcuſabile eſt vt eo pręſente tu non exeas obuiã ipſi. Chry. Omnibus autem aſſidentibus illa lugens & plangens non expectauit ad ſe venire magiſtrũ, neque dignitatẽ ſeruauit, neque à luctu de tenta eſt, ſed ſurgens cõfeſtim obuiauit, vnde ſequitur: Illa vt audi. ſu. ci. & ve. ad eum. Aug. Ex quo patet ꝙ non illam præueniſſet Martha ſi ei notus fuiſſet aduentus Ieſu. Sequitur: Nondũ enim venerat Ie. in caſtellũ &c. Chry. Vacantius enim ibat, vt nõ videatur iniicere ſeipſum miraculo, ſed rogari ab aliis. Hoc igitur vult occultè euangeliſta inſinuare: aut quia citò currebat, vt anticiparet eum venientẽ: venit autẽ nõ ſola, ſed oẽs trahens Iudæos: vnde ſequit, Iudæi igitur qui erant in domo cũ ea, &c. Aug. Hoc pertinuit ad euangeliſtã narrare vt videamus quæ occaſio fuerit ꝙ plures ibi eſſent quando Lazarus reſuſcitatus eſt, vt tã grande miraculum quatriduani mortui reſurgentis teſtes plures inueniret: ſequit, Maria ergo cũ ve. vbi erat Ieſus, &c. Chry. Feruentior hæc ſoror erat, nõ enim turbam verecundata eſt: nec ſuſpitionem timuit quam de Chriſto Iudæi habebat, cum aliqui inimicorũ Chriſti intereſſent, ſed oĩa cõtempſit humana præſente magiſtro, & ſoli ſe dabat ei qui ad magiſtrum honori. Theo. Quãuis etiã ſe diminutè videbatur habere dicens: Domine ſi fuiſ. hic, frater &c. Alcu. Dum nobiſcũ præſens fuiſti: non morbus, nõ infirmitas aliqua apparere auſa eſt, apud quas vita nouerat habitare ſiue hoſpitari. Augu. de ver. do. O infidelis conuenio te adhuc poſitum in ſeculo: Lazarus amicus moritur. Si amicus moritur, ini micus quid patietur? parũ eſt ſi non tibi ſoli ſuperi ſeruiunt. Ecce tuum dilectum inferi rapuerunt. Beda. Nõ autem omnia dixit Maria quę Martha protulerat, quia conſuetudo hominum more lachrymis non omnia quæ voluit & in animo habuit proferre potuit.

Notabile verbũ.

Ieſus ergo ut uidit eam plorantem, & Iudæos qui uenerãt cum ea, plorantes: infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & dixit: Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, ueni & uide. Et lachrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur? Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo uenit ad monumentum. Erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror eius qui mortuus fuerat: Domine iam fœtet: quatriduanus eſt enim. Dicit ei Ieſus: Nõne dixi tibi, quoniam ſi credideris, uidebis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem.

Chry. Mariæ loquẽti nihil Chrs loquit neq; ea dicit quæ ſorori dixerat: turba eñ aderat multa, & non erat tẽpus illorũ verborũ. Sed cõdeſcẽdit & humiliatur, humanã naturã denudãs: quia enim miraculũ magnũ erat futurũ, & multos per id lucraturus: ſua condeſcenſione attrahit teſtes, & humanã mõſtrat naturã. vnde ſequit: Ieſus ergo vt vidit &c. Augu. Quis eñ eum poſſet niſi ipſe turbare: Turbatus eſt Chriſtus quia voluit, eſuriuit quia voluit: in illius poteſtate erat ſic vel ſic affici vel nõ affici. Verbũ eñ animã ſuſcepit & carnẽ, totius hoĩs ſibi coaptãs in perſonę vnitate naturã: ac per hoc vbi ſumma poteſtas eſt, ſecũdũ volũtatis nutũ turbatur infirmitas. The. Ad approbandã enim cõditionem humanã iubet ei quod ſuũ eſt proſequi, nec non iniũgit ei virtute ſpũ ſancti, illãq; cõpeſcit. Hæc autẽ cuncta natu

Amor ſororũ Lazari.

ram pati dñs cõniuet,cũ approbando ꝙ homo verus &
nõ apparẽs fuerat,tum etiã nos monendo, ac metã mœ
stitiæ & iocũditati imponendo. Nã ex toto nec cõpati
nec merere ferinũ,ac horũ exuberãtia muliebre. Sequi
tur:Et dixit, Vbi posuistis eũ?Aug.de ver.do. Nõ locũ
sepulti ignorare credi debuerat, sed fidẽ populi appro-
bare volebat.Chr. Non eñ vult ipse se iniicere,sed oĩa
ab aliis discere & rogatus facere vt ab omni suspitione
eripiat signũ.Aug.lib.83.q. Quod & interrogat voca-
tionẽ nostrã quæ fit in occulto arbitror significare. Prę
destinatio eñ nostræ vocationis occulta est,cuius secre
ti signũ interrogatio domini quasi nescientis cũ ipsi ne
sciamus:vel ꝙ ignorare se peccatores alio loco domin⁹
Prędestinatio occulta. ostendit,dicens:Nõ noui vos:quia in disciplina & prę-
ceptis eius nõ peccata sunt.sequit̃: Dicunt ei,dñe veni
& vide.Chry.Nõdũ eñ aliquod resurrectionis mõstra-
uerat: vnde ita videbat̃ iturus vt lachrymaturus, nõ vt
resuscitaturus,ꝓpter hoc dicunt:Veni & vide.Aug. Vi
det autẽ dñs quãdo miseretur, vnde illi dicit̃: Vide hu-
militatẽ meã & laborẽ meũ , & dimitte omnia peccata
mea.Sequit̃:Et lachrym.est Iesus.Alcu.Quia fons pie-
tatis erat,flebat pro parte humanitatis,quẽ resuscitare
poterat per potentiã diuinitatis.Aug. Quare autẽ fle-
uit Christus, nisi quia hoĩes flere docuit?Bed. Est autẽ
hoĩm cõsuetudo charos suos mortuos lugere . Secundũ
hanc consuetudinẽ Iudæo dominũ flere putabãt, vnde
subditur: Dixerũt er.Iu. Ecce quomodo ama.eũ. Aug.
Quid est amabat eũ?Non veni vocare iustos:sed pecca
tores ad pœnitentiã. Sequit̃: Quidã autẽ ex ipsis dixe.
Non pote.hic qui ape.ocu. cæci nati, facere vt hic non
moreretur? Plus est quod facturus est:vt mortuus susci
tetur. Chry. Erãt aũt ex inimicis eius qui hoc dixerũt.
Ex quibus igit̃ oportebat eius admirari virtutẽ,ex his
ei detrahũt,scilicet ex illuminatiõe cęci nati, quasi nec
illo miraculo facto. In hoc etiã se ostendunt esse corru-
ptos:quia nõdũ Christo aduenĩete ad monumentũ ꝑas-
sumunt accusationes non expectãtes rei finẽ. Sequitur:
Iesus er.rur.fremẽs in semetipso ve.ad mo. Studiosẽ e-
uangelista frequẽter dicit ꝙ lachrymatus est, & ꝙ fre-
Consuetudo praua notatur. muit:vt discas ꝙ verè nostrã naturã induit.Quia enim
his magis aliis euangelistis magna de eo loquit̃, etiã in
rebus corporalibus humiliora dicit.Aug. Fremas autẽ
& in ꝟ;,si disponis reuiuiscere.omni homini dicitur, ꝙ
præmitur pessima cõsuetudine sequit̃:Erat aũt spelũ.&
lap.superpositus ei. Mortuus sub lapide, reus sub lege.
Lex eñ quę data est Iudęis in lapide scripta est.Oẽs au
tem rei sub lege sunt:iusto autẽ non est lex posita. Bed.
Est autẽ spelunca rupes cauta.Porrò monumentũ dicit̃
eo ꝙ mentẽ moneat,hoc est mortuos ad memoriã reuo
cat.Sequitur:Ait Iesus,toltite lapidẽ.Chry. Sed quare
non lapide iacente fecit resuscitari?Nonne poterat qui
corpus mouit mortuũ voce, etiã multò magis lapidem
mouere? Nõ aũt hoc fecit vt eos testes faciat miraculi,
vt non dicãt quod in cæco dixerãt:Non est hic. Magn⁹
eñ & accessus ad monumẽtũ testabant̃ ꝙ ipse est.Aug.
Misticè aũt dicit, Remouete lapidẽ, remouete legis põ
dus gratiã prędicate.Aug.lib.83.q. In quo puto illos si
gnificari qui veniẽtibus ad ecclesiam ex gẽtibus, onus
circuncisionis imponere volebant,vel eos qui in eccle-
sia corruptè viuũt & offensioni sunt credere volẽtibus
Aug.de ver.do. Iam autẽ Maria & Martha sorores La-
zari quæ Christum frequenter mortuos resuscitasse vi-
derant fratrẽ suum posse resuscitare pœnitus nõ crede-
bant.Nam sequitur: Dicit ei Mar.so.eius qui mor.fue.
Domine &c.Theo.Hoc autẽ Martha tanq̃ diffidẽs di-
cit, veluti impossibile credens posse fratrẽ suscitari ob
dierum diuturnitatem.Bed.Vel hæc verba nõ sunt de-
sperationis, sed potius admirationis. Chryso. Sed hoc
etiam quod dicit valet ad obstruendum indeuotos , vt
& miraculum testentur manus tollentes lapidẽ, & au-
ditus vocem audiens Christi , & visus videntiũ Lazarũ
exire,& odoratus fœtorem recipiens.Theo. Christ⁹ au
tem rememorat mulieri ea de quibus secum cõtulerat,
& penè vt obliuiscenti loquitur: vnde sequitur, Dicit
ei Iesus:Nónne dixi &c.Chry. Non enim memor erat
mulier eius quod Christus dixit:Qui credit in me,etiã
si mortuus fuerit viuet : & discipulis quidem dixit , Vt
glorificetur filius dei in ea : hic autẽ gloriam dei de pa- Gloriã dei quõ visa in miraculo.
tre dicit.Infirmitates enim eorum qui audiebant, cau-
sa erant differentiæ eorũ quæ dicebantur.Nolebat do-
minus interim turbare astantes,& ideo dicit: Videbis
glo.dei.Aug.In hoc autẽ est gloria dei, quia & fœtentẽ
& quatriduanum resuscitat. Sequitur : Tulerunt ergo
lap.Orig. Mora tollendi lapidem adiacentem ex soro-
re defuncti causata est. Ni enim dixisset,Iam fœtet,est
enim quatriduanus, non diceretur : Dixit Iesus, tolil-
te lapidem. Sustulerunt ergo lapidem , nunc ergo lon-
ge tardius ablatus est. Commodum est igitur nihil in-
terponere inter iussa Iesu,& ipsorum executionem.

*Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit:Pater, gratias a-
go tibi quoniam exaudisti me. Ego autem sciebã quia semper
me audis , sed propter populum qui circunstat , dixi:ut cre-
dant quia tu me misisti.Hæc cum dixisset,uoce magna clama-
uit:Lazare,ueni foras.Et statim prodijt qui fuerat mortuus,
ligatus manus & pedes institis , & facies illius sudario erat
ligata.Dixit eis Iesus:Soluite eum,& sinite abire.Multi er-
go ex Iudæis qui uenerant ad Mariam,& Martham, & ui-
derant quæ fecit Iesus,crediderũt in eum. Quidam autem ex
ipsis abierunt od pharisæos , & dixerunt eis quæ fecit Iesus.*

Alcu. Quia Christus secundum hominẽ minor erat
patre,ab illo petit suscitationẽ Lazari,atq; ideo se exau
ditũ esse dicit:vnde dicitur, Iesus aũt ele.sursum oculis
dixit,Pater &c. Orige. Eleuauit quidẽ sursum oculos,
quoniam intelligentiã humanam erexit, adducens illã
per orationem ad excelsum patrem. Sed & necesse est
volentem ad exemplar orationis Christi orare, eleuare Orationis Christi exemplum.
oculos cordis sursum, ac erigere illos à pręsentibus re-
bus,memoria,cogitationibus,atque intentionibus. Si
autẽ digne orãtibus huiusmodi quidã exprimitur à deo
de propria oratione ꝓmissio, adhuc te loquente : Ecce
assum,quid expedit arbitrari de dño saluatore?erat eñ
oraturus pro resurrectione Lazari. Sed præueniens il-
lius oratione qui solus bonus pater est,exaudiuit dicen
da. Pro impletione igit̃ orationis subdit gratiarũ actio
nes,dicens. Pater gratias ago tibi quo.exau.me. Chry.
Hoc est, mihi est contrariũ mei ad te. Non autẽ osten-
dit ꝙ ipse nõ potuit , vel ꝙ minor sit patre, quia hoc &
amicis dicitur,& honore ęqualibus.Vt autem ostendat
quoniã non indiget oratione,subiungit: Ego autẽ scie.
quoniã sem.me.au.q.d. Ad hoc ꝙ fiat voluntas mea,nõ
indigeo oratione ad hoc quòd tibi suadeam : vna enim
est nostra volũtas.hoc autẽ obumbrare dicit ꝓpter au-
ditorum imbecillitatẽ. Deus enim non ita dignitatem
suam respicit , vt ad salutẽ nostram : propterea excelsa
quidẽ & magna, pauca & ipsa occultata , humilia vero
multa circunfluunt eius sermonibus.Hyla.3.de tri.Nõ
igitur prece eguit,nobis orauit ne filius ignoraret̃: vn-
de subditur, Sed propter populũ qui circunstat dixi,vt
credant quia tu me mi. Cùm enim sibi non proficeret
deprecationis sermo, ad profectũ tamẽ nostræ fidei lo-
quebat̃,Non inops ergo auxilii est, sed nos sumus ino-
pes doctrinæ. Chry. Non autẽ dixit vt credant quoniã
minor sum,quoniã sine oratione nõ possum facere:sed

quoniã tu me misisti.Nõ dixit,misisti me imbecillẽ,ser
uitutẽ recognoscentẽ,à meipso nihil facientem:sed me
misisti,vt nõ deo contrariũ æstiment,ne dicant: Nõ est
ex deo,& vt ostendam secundũ tuam voluntatem opus
hoc fieri.Aug.de ver.do. Venit autẽ Christus ad monu
mentũ in quo Lazarus dormiebat,& non tanq̃ mortuũ
sed tanq̃ sanum,tanq̃ viuũ,tanq̃ audire paratum,de se-
pulchro protinus vocauit:vnde sequitur,Hæc cũ dixis-
Nota verba. set,vo.ma.cla.Laxare veni fo.Ideo dicit nomen, ne oẽs
mortui cogerentur exire.Chry. Non autem dixit,Sur-
ge tu, sed veni foras:vt viuenti loquens ei qui mortuus
fuerat.Propter quod nõ dixit,In nomine patris veni fo
ras,aut resuscita eum pater. Sed hęc oĩa dimittẽs postq̃
orantis formã acceperat , per res auctoritatem ostẽdit:
quoniã & hoc sapientiæ suæ est,per verba quidẽ cõde-
scensionẽ,per vero ostendere potestatem.Theop. Alta
vero saluatoris vox quæ Lazarum suscitauit, indicium
est tubæ magnæ sonaturæ in cõmuni resurrectione.Al-
tius etiã clamauit vt gentiliũ ora refrenet fabulantiũ,
in tumulis esse aĩas defunctorũ: nã quasi foras manentẽ
eam aduocat per clamorẽ. Sicut autẽ vniuersalis resur-
rectio in ictu oculorũ ꝓueniet,sic & hæc resurrectio sin
gularis: & ideo sequitur, Et statim ꝓdiit qui mor.fue.
liga.ma. & pe.insti. &c. Iam mancipatur effectui quod
dicitur:Venit hora cum audient defuncti vocẽ filii dei,
& qui audierint viuẽt.Orig. Nam vox elata & clamor
non incõuenienter dicetur excitasse illum,& sic adim-
pletum est quod dixerat :Vado vt excitem eum. Sed &
pater qui filium orantẽ exaudiuit suscitauit Lazarũ, vt
sic resurrectio Lazari cõmune opus sit filii orãtis & pa
tris exaudiẽtis. Sicut eñ pater suscitat mortuos & vi-
uificat,sic & filius quos vult viuificat. Chry. Exiit autẽ
ligatus, vt non putaretur esse phantasma.Sed & hoc ꝙ
exibat ligatus nõ minus videbatur esse q̃ resuscitare.Se
quitur:Dicit eis Iesus:Soluite eũ.Vt videlicet tangen-
tes & ei appropinquantes videant,quia vere est ille se-
quitur:Et sinite abire, & hoc propter humilitatem:nõ
enim ducit eum, neq; iubet secum ambulare ad sui de-
monstrationẽ.Orig. Dixerat autẽ supra dominus:pro-
pter populum qui circunstat dixi, vt credãt quia tu me
misisti,nullo autẽ eorum credẽte, hoc dixisset velut ali
quis hominũ inscius futurorũ:vnde ad hoc remouendũ
subditur, Multi ergo ex Iudæis &c.Quidam autem ex
ipsis abierunt ad pharisęos & dixerunt eis quę fecit Ie
sus. Continet quid ambiguum sermo præsens , verum
qui iuerunt ad pharisęos fuerunt ex illis multis qui cre
diderant proponentes cõciliare Christo hostiliter se ha
bentes ad eum.Vel alii à credentibus irritare volentes
inuidum pharisæorum zelum in ipsum: & videtur mi-
hi hoc magis euãgelistã exprimere velle , multos enim
dixit qui per hoc quod viderũt crediderũt , veluti pau-
cis existẽtibus aliis de quibus subdit:Quidam aũt &c.
Augu. lib. 83.q. Quanq̃ autem secundum euangelistæ
Tropologica expositio. historiam resuscitatum Lazarum plena fide teneamus,
tamen in allegoria aliquid significare non dubito:neq;
cum res factæ allegorizantur,gestę rei fidem amittunt.
Aug.super Ioan. Omnis quidẽ qui peccat moritur, sed
deus magna misericordia animas suscitat, ne moriãtur
in æternũ.Intelligimus ergo tres mortuos quos in cor-
poribus suscitauit,aliquid significare de resurrectioni-
bus animarum.Greg.mo.4.Puellã enim in domo,mu-
lierem extra portam,in sepulchro autẽ Lazarum susci-
tat.Adhuc quippe in domo mortuus iacet, qui iacet in
peccato.Iam quasi extra portã ducitur,cuius iniquitas
vsque ad inuerecundiã publicæ perpetrationis opera-
tur.Aug.Vel intus est mors, quia cogitatum malũ nõ-
dum processit in factum. Si autẽ ipsum malum fecisti,
quasi mortuũ extra portam extulisti. Greg. Sepulturæ
vero aggere premitur,qui in ꝑpetratione nequitię etiã
vsu cõsuetudinis pressus grauat̃: sed hos plęrunq; diui-
na gratia respectus sui lumine illustrat.Augu.lib.83.q.
Vel accipiamus Lazarũ in monumento animam terre-
nis peccatis obrutam. Augu.su.Io. Et tamen Lazarum
dominus amabat:si enim peccatores nõ amaret,de cæ-
lo ad terras non descenderet. Bene autẽ de illo qui pec-
care cõsueuerat dicitur, Fetet:incipit enim habere pes-
simam famam tanq̃ odorem teterrimũ.Augu.lib.83.q.
Recte etiam dicit, Quatriduanus est:vltimũ enim ele-
mentorum terra est, significat enim puteũ terrenorum
peccatorum, id est cupiditatum carnalium. Aug.su.Io.
Fremuit autẽ dominus, lachrymauit, voce magna cla-
mauit, quia difficile surgit quẽ moles cõsuetudinis prę-
mit.Turbat semetipsum Christus,vt tibi significet quo-
modo tu turbari debeas,cum tanta mole peccati graua-
ris & præmeris . Fides enim hominis sibi displicentis
fremere debet in accusatione malorum operum,vt vio-
lentiæ pœnitentis cedat consuetudo peccandi. Quãdo
dicis,illud feci,& pepereit mihi deus:euangelium audi
ui,& contempsi.Quid facio?Iam fremit Christus,quia
fides fremit:in voce fremẽtis apparet spes resurgentis.
Greg.22.mor. Dicitur autẽ Lazaro. Veni foras , vt ab
excusatione & occultatione peccati ad accusationẽ suã
ore proprio exire prouocetur : vt qui intra conscientiã
suam abscõsus iacet per nequitiã,à semetipso foras ex-
eat per confessionẽ.Aug.lib.83.q. Quòd autẽ Lazarus
exiit de monumento, animam significat recedentem à
carnalibus vitiis : ꝙ vero institis obuolutus , hoc est ꝙ
etiã à carnalibus recedẽtes & mente seruiẽtes lege dei,
adhuc tamẽ in corpore constituti alieni à molestiis car
nis esse non possumus : ꝙ autem facies eius sudario te-
cta erat,hoc est ꝙ in hac vita plenam cognitionẽ habe-
re non possumus: ꝙ autem dicit, Soluite eum, & sinite
abire, hoc est ꝙ post hanc vitã auferuntur omnia vela-
mina vt facie ad faciem videamus. Aug.su.Io. Vel alit,
Quando contẽnis, mortuus iaces : quando confiteris, Forma
procedis. Quid est enim procedere nisi ab occultis ve-
lut exeũdo manifestari? Sed vt cõfitearis deus facit ma-
gna voce clamãdo,id est magna gratia vocando. Mor-
tuus autẽ procedens adhuc ligatus est, confitens adhuc
reus:vt aũt soluerent̃ peccata eius, ministris hoc dixit,
Soluite eum & sinite abire:quod est,Quę solueritis su-
per terrã,erunt soluta & in cælis. Alcui. Christus ergo
suscitat,quia interius per seipsum viuificat. Soluunt di
scipuli, quia per ministeriũ sacerdotũ absoluuntur viui
ficati.Bed.Per eos autẽ qui pharisæis annunciauerunt,
significantur nonnulli qui videntes bona seruorum dei
opera odiis insequuntur & infamare conantur.

*Collegerunt ergo pontifices & pharisæi conciliũ, & di-
cebant:Quid facimus?quia hic homo multa signa facit. Si di-
mittimus eũ sic,omnes credent in eũ.Et uenient Romani, &
tollent nostrũ locum & gentem.Vnus autẽ ex ipsis Caiphas
nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis
quicquã, nec cogitatis , quia expedit nobis ut unus moriatur
homo pro populo,& non tota gens pereat. Hoc autem à se-
metipso non dixit.sed cum esset pontifex anni illius, prophe-
tauit, quòd Iesus moriturus erat pro gente, *sed ut filios dei
qui erant dispersi,congregaret in unum.Ab alio ergo die,co-
gitauerunt ne interficerent eum.* *Et nõ tã tũ pro gẽte.

Theo.Decebat admirari ac extollere eũ qui talia per
agebat miracula: ipsi vero potius consiliantur illũ occi
dere : vnde dicitur, Collegerunt ergo pontifices &c.
Aug.Nec tamen dicebant,Credimus.Plus enim perdi-
ti homines cogitabãt quomodo nocerent & perderẽt,
quàm quomodo sibi cõsulerent ne perirent,& tamẽ ti-

Universidad de ... Biblioteca

mebant & quasi consulebant. Dicebant enim: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Chry. Hominẽ eum adhuc vocant, qui tantam susceperũt eius deitatis demonstrationem. Orig. Est autẽ per ea, quæ dicuntur ab ipsis, consyderare eorum insipientiã, & cęcitatẽ. Insipientiã quippe, quia testificabãtur illũ & multa peregisse miracula, & tamen æstimabãt se posse aduersus eũ æmulari, velut nõ posse pro se aduersus eorũ æmulationes. Cæcitatis aũt hoc ipsum erat, ad facientẽ enim tot miracula pertinebatvt se ab eorũ insidiis eximeret nisi forte crederent ꝙ signa fecit, & putabãt ea nõ fieri diuina virtute. Hi quidẽ igitur deliberabãt non dimittere ipsum, opinãtes se per hoc esse impedimento volentibus credere in eum, & Romanis ne eis auferrent terrã & gentem: vnde sequitur, Si dimittimus eum sic, omnes credent in eũ &c. Chry. Hoc dicentes populum volunt concutere, vt periclitandũ ex suspitione tyrannidis. q.d. Si Romani viderint eum turbas ducentem, suspicabũtur nos in tyrannidẽ velle consurgere, & destruent nostrã ciuitatem: sed fictio erat quæ dicebãtur. Quid enim demonstrabat tale? armigeros circunferebat, & æquitaturas trahebat? Nónne deserta persequebatur? Sed vt nõ putentur ob passionẽ suã hoc dicere; totã ciuitatem periclitari dicũt. Aug. Vel timuerũt ne, si omnes in Christũ crederent, nemo remaneret qui aduersus Romanos ciuitatem dei templumq; defenderet, quoniam contra ipsum templum & contra suas paternas leges doctrinã Christi esse sentiebant: temporalia ergo perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt: nam & Romani post domini passionem & glorificationem tulerunt & locum & genrem, expugnando & transferendo. Orige. Sed & secundũ anagogẽ locum eorum qui ex circuncisione sunt gentes occupauerunt, quia per eorũ casum salus gentibus euenit: loco enim gentium Romani ponuntur ex regnantibus, qui regno suberãt nuncupatis. Gens etiã ab eis sublata est, quia qui fuit populus dei factus est non populus. Chr. Cùm autẽ illi hæsitabant, & non in ordine consilii proponebant, dicentes: Quid facimus? vnus inuerecundè & cum crudelitate clamauit: vnde sequitur, Vnus autẽ ex ipsis Caiphas &c. Aug. Mouere potest quomodo dicatur põtifex anni illius, cùm dominus cõstituerit vnũ summum sacerdotem, cui mortuovnus succederet? Sed intelligendum est per ambitiones & contentiones inter Iudæos postea cõstitutum esse plures fore põtifices, qui per annos singulos vicibus ministrarent, & forte etiam in vnum annum plures administrabant, quibus alio anno alii succedebant. Alcu. Nam de hoc Caypha, Iosephus refert quòd pretio sibi sacerdotiũ vnius anni redemerit. Orig. Increpatur autem Caiphę prauitas in hoc quod dicitur: Pontifex anni illius, quo scilicet noster saluator exercuit ministeriũ passionis: & tamẽ cùm esset pontifex anni illius dixit eis, Vos nescitis quicq̃, neque cogitatis: quia expedit nobis vt vnus moriatur homo &c. q.d. Vos sedetis & adhuc segnius rem attenditis, sed attendatis vnius hominis salutem pro cõmuni republica oportere contẽnere. Theo. Hoc autem ipse quidẽ praua dixit intẽtione, tamen spiritusancti gratia ore eius vsa est ad futuri præsagiũ. vnde subdit: Hoc au. &c. Orig. Non quicũque prophetizat, propheta est: sicut non quicunq; ius prosequitur, iustus est: sicut qui facit aliquod opus propter humanã gloriam. Cayphas ergo prophetauit quidẽ, nec tamen erat propheta: sicut & Balaã. Audebit autem quis dicere, quòd nõ per spiritum sanctũ Caiphas prophetauerit: quia etiã spiritus maligni est attestari Iesu & ꝓphetare pro eo: iuxta illud quod dicit, Nouimus te ꝙ sis sanctus dei. nam eius intentionis est nõ fideles auditores efficere, sed incitare in prętorio cõsidẽtes aduersus Iesum, vt eũ perimerent. deinde qd dicit, Expedit vobis: quod pars eius ꝓphetię fuit: dicit verũ vel mẽtitur. Nã si verũ dicit, saluãtur hi qui in ptorio aduersus Iesum nitũtur mortuo Iesu ꝓ populo, & pertingũt ad id quod expedit. Quod si incõueniens est, manifestũ ꝙ non fuit spũ sanctus qui dedit hæc ꝓferri, quia spũ sanctus nõ mentitur. Si autẽ quis velit veridicũ & in hoc esse Caiphã cõuerteretur illi quod gratia dei ꝓ oĩbus gustet mortẽ, & ꝙ est saluator oĩm hoĩm? maximè fideliũ. Fatebat etiã cuncta quę sunt in hoc loco prophetiã esse veridicã, incipiẽdo ab illo, Vos nihil scitis. Nihil em̃ nouerat, qui Iesum ignorabant esse veritatẽ, sapientiã, iustitiã & pacẽ. Et ꝙ ipsis quoq; erat expediẽs, vt hic vnus inquãtũ est homo moriatur pro populo: nõ em̃ inquantũ est imago inuisibilis dei, est susceptibilis mortis. Pro populo autẽ obiit, velut potẽs totius orbis culpã in seipsum torquẽs dissipare ac delere. Ex hoc vero ꝙ dicit: Hoc aũt à semetipso nõ dixit: docemur ꝙ aliqua nos hoĩes per nos dicimus, nulla inducente virtute ad ꝓferendũ: quædã verò suadente nobis quadã virtute, etsi nõ integrè exprimamus, & sic cõsequẽter disponamur ad ea, insectantes ea quę dicimus, sed nõ intentionẽ dictorũ: velut Caiphas ex se nihil ꝓtulit, nec dixit intẽtionẽ, quia ꝓphetiã dicti nõ accipiebat. Sed etiã apud Paulũ quidã legisperiti sunt nõ intelligẽtes nec ea quę ꝓferũtur. Aug. Hic docemur etiã hoĩes malos ꝓphetiæ ipsũ futura prædicere, quod tamẽ euãgelista diuino attribuit sacramẽto, quia pontifex fuit, id est summus sacerdos. Chry. Vide autẽ quanta spiritu sancti virtus est: à mente em̃ mala valuit verba proferre prophetiæ. Vide etiã quanta est pontificalis virtus potestatis, pontifex enim affectus etiã indignus existens, tamen prophetauit nesciens quid diceret: ore em̃ solum vsa est gratia, cõtaminatũ autem cor non tetigit. Aug. Caiphas igitur de sola genere Iudęorũ prophetauit, in qua erant oues de quibus ait ipse dñs. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. sed nouerat euangelista alias esse oues quę nõ erãt de hoc ouili, quas oportebat adduci: & ideo addidit: Et non tantum pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi cõgregaret in vnũ. Hæc aũt secundũ prædestinationẽ dicta sunt, nã neq; oues eius neque filii dei adhuc erant Greg. 6. mor. Persecutores igitur peregerunt hoc quod pernicioſe moliti sunt, intulerũt mortem, vt ab eo abscinderẽt fideliũ deuotionẽ: sed fides inde creuit, vnde se hanc extinguere infidelium crudelitas credidit. Non enim ad pietatis suæ obsequium redegit, quod contra illum humana crudelitas extorsit. Orig. Cõcitati autẽ ad iram ex verbis Caiphæ, taxauerũt vt occiderent dominum. vnde sequitur: Ab illo ergo die cogitauerũt vt interficeret eum. Et quidem si non spiritu sancto Caiphas prophetauerat, alius spiritus fuit q valuit & pimpium loqui, & sibi compares aduersus Christum incitare. Qui autem vult respondere pro spiritu sancto, dicet ꝙ sicut sacrarum intentionem scripturarum ad vtilitatem prolatam, aliqui prauè susciunt ad constituendã enormem disciplinam: sic ęditam pro saluatore prophetiam veridicam, nõ debito modo percipientes cõsiliati sunt vt interficerent Christũ. Chry. Quęrebãt quidẽ prius & eum interficere, & nũc sententiã firmauerunt.

Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Ierosolymã de regione ante pascha, ut sanctificarent seipsos. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur adinuicem, in templo stantes:

Cæcitas Iudęorũ.

Anagogica expositio.

Priuilegiũ pontificale.

Gratia ꝓphetiæ Caiphę.

Quid putatis, quia non uenit ad diem festũ istum? Dederant autem pontifices & pharisæi mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

Orig. Cùm consiliũ congregauerùt põtifices & pharisæi vt occiderent Iesum ipse cautius se obseruans, nõ vltra cũ fiducia conuersabatur cũ Iudæis, sed neque ad aliã ciuitatẽ abiit populatam: sed ad quandã remotam: vnde dicitur, Iesus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos, &c. Augu. Non quia potentia eius defecerat, in qua si vellet palàm cũ Iudæis cõuersaretur, & nihil ei facerent: sed exemplũ discipulis demõstrauit, quo appareret non esse peccatũ si fideles eius, oculis persequentiũ se subtraherent, & furorẽ sceleratorũ latendo potius euitarent, q̃ se ostẽdendo magis accẽderent. Orige. Honestũ neq; est imminente agone cõfitenti Iesum non euitare confusionẽ, nec recusare subire mortẽ gratia veritatis: nec minus honestũ est non tradere occasionem tantæ tẽtationi, non solũ propter intertitudinem euentus proprii: sed ne nos occasionẽ præstemus vt alii magis impii ac noxii fiant. Nã si quis factus erga quẽq̃ materia criminis luet pœnas: quod ꝓsecutorem non declinans, non etiam & perseuentis delicto dabit responsum? Non solus autẽ dominus illuc iuit, imo vt nullam daret causam perquirendi eũ, discipulos etiam secũ duxit. vnde sequitur: Et ibi morabatur cũ discipulis suis. Chryſ. Qualiter putas turbatos discipulos humanè videntes eum saluatũ? Ipsi autem quando omnes lætabantur & festa celebrabrant, tũc occultantur & in peculis sunt, sed tamen permanebant cũ eo secũdum illud: Vos estis qui permansistis mecũ in tentationibus meis. Orige. Quo ad anagogiam verò dicatur, quòd Iesus dudũ cũ fiducia ambulabat inter Iudæos, cũ verbum diuinũ per prophetas in ipsis cõuersabatur: sed abiit illuc, nec est verbum dei inter Iudæos. Accessit autem ad villam quæ est prope desertũ, de qua dicitur: Multi filii desertæ magis q̃ cõiugatę. Villa autẽ dicitur Effrem, quæ interpretatur fertilitas. Fuit autẽ Effraim frater Manasse senioris populi obliuioni traditi: post populum enim obliuioni datũ & prætermissum prodiit ex gẽtibus abundantia. Discedens ergo à Iudæis dominus, venit in terram totius orbis propè desertã ecclesiam: quæ dicit ciuitas secũda & ibi moratur cũ discipulis vsque nunc. Augu. Ille autem qui de cęlo venerat pati, propinquare voluit loco passionis, quia immunebat hora passionis: vnde sequitur, Proximũ autem erat &c. Habebant Iudæi Pascha in vmbra, nos in luce: sanguine occisi pecoris Iudæorũ postes signati sunt, sanguine Christi frõtes nostræ signantur. Illum diem festũ Iudæi cruentũ haberi domini sanguine voluerũt, illo die festo occisus est agnus qui eundem diem festũ suo sanguine consecrauit. Mandatũ erat in lege Iudæis, vt die festo quo pascha erat omnes vndique cõuenirent, & illius dei celebratione sanctificarentur: vnde sequit, Et ascenderunt multi Hie. de re. ante Pas. vt sanctificarent seipsos. Theo. Ascẽderunt autem ante pascha vt purgarentur: quoniã quicũque peccauerant inuiti vel spontanei pascha nõ celebrabant, nisi prius expiarenturvt moris erat balneationibus & ieiuniis ac rasura, quętiam quasdã deputatas oblationes offerendo. Hi ergo expiationem celebrantes, infidiantur domino. vnde sequitur: Quærebãt ergo Iesum & colloquebãtur adinuicem in templo stantes, quod putatis, quia nõ venit ad diem festũ? Chryſo. Insidiabantur ei, & tẽpus festi tempus faciebãt occisionis. Orig. Et propter hoc nõ dixit: Pascha dñi, sed Iudęorũ: nam saluator in illo patiebatur insidias. Alcu. Illi ergo quęrebant Iesum non bene: nos autẽ quærimus eũ stantes in templo dei, mutuo nos consolando & exorando, vt veniat ad idem festum nostrum, & sua præsentia nos sanctificet. Theo. Sed si talia solũvulgus peragret videretur vtiq; passio ex imperitia ꝓgredi. Sed etiam pharisæi præcipiũt vt capiatur. vnde sequitur: Dederant em̃ põtifices & pharisæi mãdatũ, vt si quis cognouerit vbi sit indicet: vt apprehẽdant eũ. Orig. Et attende ꝙ ignorabant vbi est, ostensum est enim eũ discessisse. Dices etiam quoniã insidiantes Iesus ignorabant vbi sit, propter quod dederũt alia q̃ diuina mãdata, docentes discipłinas & mãdata hominũ. Aug. Nos aũt indicemus modo Iudæis vbi sit, vtinã velint audire & apprehendere.

Dispẽsatio Christi.

Analigica expositio.

Moralis doctrina

Quomodo Iesus quęrẽd⁹.

CAPVT XII.

IEsus ergo, ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quẽ suscitauit Iesus. Fecerũt autem ei cœnã ibi, & Martha ministrabat, Lazar⁹ uerò unus erat ex discũbentibus cũ eo. Maria ergo accepit libram unguẽti nardi pistice preciosi, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius Iudas Scariotes, qui erat eum tradituru: Quare hoc unguentũ non uenditur trecentis denaris, & datũ est egenis? Dixit autẽ hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habẽs, ea quæ mittebãtur portabat. Dixit ergo Iesus: Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ seruet illud. Pauperes enim semper habetis uobiscum, me autem non semper habetis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est, & uenerunt non propter Iesum tantũ, sed Lazarum uiderent, quem suscitauit à mortuis. Cogitauerunt autẽ principes sacerdotũ ut & Lazarum interficerẽt, quia multi propter illum abibãt ex Iudæis & credebant in Iesum.

Alcui. Appropinquante tẽpore in quo dominus pati disposuit, appropinquauit ipse loco in quo eiusdẽ passionis dispensationẽ perficere voluit. vnde dicitur: Iesus ergo an. sex di. pas. ve. in Bethaniam. Primo venit in Bethaniam, deinde Hierosolymã: in Hierosolymam quidem vt ibi pateretur, in Bethaniã verò vt resuscitatio Lazari memoriæ omniũ artius imprimeret. vnde subditur: Vbi fuerat Lazarus &c. Theo. Decima autẽ die mensis agnũ Iudæi capiunt immolandũ in festo paschæ, extunc enim festiuitatis prælibãt solemnia: quapropter in die quæ est nonamensis, & ꝓcedit sextum diem ante pascha, epulantur splendidè, & exordiũ festi hanc diem constituant: quo fit vt Iesus quoq; pergens Bethaniam conuiuaretur. vnde sequitur: Fece. au. ei cœnam &c. Per hoc autem quod dixit ꝙ Martha ministrabat, insinuat quòd in illius domo erat conuiuiũ. Sed attende mulieris fidelitatem: nõ enim famulabus imponit ministeriũ, sed ipsamet susciepit: innuere autem volens euangelista verè resurrectionis Lazari signũ, subdit: Laza. verò vn⁹ erat ex discũ. cum eo. Augu. Viuebat, loquebatur, epulabatur: veritas ostẽdebatur, infidelitas Iudæorũ confundebatur. Chryso. Maria autem non faciebat cõmunem famulatum, sed ad solum dominum cõstituit honorem: & non vt ad hominem accedit, sed vt ad deum, vnde sequitur: Ma. er. ac. li. vnguẽ. nar. pi. præci. & vnxit pe. Ie. & extersit capil. suis pe. eius. Augu. Quod ait pistici, locum aliquem credere debemus: vnde erat hoc vnguentum preciosum. Alcui. Vel pistici, id est fidelis: nec extraneis speciebus adulterati. Hæc est illa mulier quæ quondam peccatrix in domo Simonis venit ad dominum cũ alabastro vnguenti. Augu. de con. euan. Quod autem hoc in Bethania rursus fecit, aliud est quod ad Lucæ narrationẽ nõ pertinet, sed pariter narratur à tribus: Ioanne. s. Matthęo & Marco, quòd ergo Matthęus & Marcus caput domini vnguẽto illo perfusum dicũt,

Aductus Iesu ratio.

Consen. euange.

Ioannes autē pedes:non solū caput,sed & pedes domini accipiamus perfudisse mulierē.Matthęus & Marcus recapitulando ad illū diem redeunt in Bethaniam, qui erat ante sex dies paschæ, & narrant quod Ioannes de cœna & vnguento.Sequitur: Et do.imple. est &c. Augu.super Ioannem.Ad apostolū reuoca intētionem qui dicit: Alij sumus odor vitæ ad vitam, aliis sumus odor mortis ad mortem: deniq; audies hinc ex vnguēto isto quomodo erat aliis odor bonus in vitā,aliis odor bon⁹ in mortē.vnde sequitur:Dixit ergo vnus ex disc.su. Iu. Sca.qui erat &c. Augu.de con.euan. Quōd alij dicunt discipulos murmurasse de vnguenti precioſi effusione, Ioannes autem Iudam cōmemorat: puto discipulorum nomine Iudam significatū:plurali numero pro singulari vsurpato. Potest etiā intelligi ꝙ alij discipuli aut senserint hoc,aut dixerint,aut eis Iuda dicente persuasum sit:atque omniū voluntatem Matthæus & Marcus verbis etiam expresserunt,Sed Iudas propterea dixerit,ꝙa fur erat:cæteri,propter pauperū curam: Ioannem verō de solo illo id cōmemorare voluisse, cuius ex hac occasione furandi cōsuetudinem credidit intimādam. nam sequitur:Dixit autem hoc nō quia de ege.perr. ad eum: sed quia fur erat & locu.habens,ea quæ mit. portabat, Alcui.Portabat ministerio,exportabat furto.Augu.Nō tunc periit Iudas,quādo accepit à Iudæis pecuniam vt dominū traderet:iam fur erat, dominū perditus sequebatur,non corde sed corpore. Voluit autem per hoc do minus nos admonere vt malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus. Qui aliquid de ecclesia furatur iure perdito comparatur,tolera malum bonus,vt venias ab præmium bonorū,ne immittaris in pœnam malorum. Exemplum domini accipite cōuersantis in terra:quare habuit loculos cui angeli ministrabant,nisi quia ecclesia ipsi? loculos habitura erat? Quare fures admisit, nisi vt eius ecclesia fures dum patitur toleraret? sed ille qui consueuerat de loculis pecuniam tollere, nō dubitauit accepta pecunia ipsum dominū vendere.Chrys.Ideo etiam ei furi existenti loculos cōmisit pauperum,vt omnem abscīderet occasionem:nō enim habuit dicere quoniam propter pecuniarū desiderium hoc fecit, etenim suf ficientem habebat ex loculo concupiscentię mitigationem.Theo.Quidam verō administrationē pecuniæ susceppisse Iudam fatentur,tanquā minimum omniū. Nā pecuniæ administratio, doctrinæ administratione infe rior est secundum ꝙ dicunt apostoli in actibus: Non est æquum nos derelinquere verbum dei,& ministrare mēsis.Chrys. Christus autē multa condescensione ad Iudā vtens,non increpauit eum furripientē, sed communem intulit excusationem.nam sequitur:Dixit ergo Ie. sini. il.vt in diem sepul.meę ser.illud. Alcui.Significat se moriturū & ad sepeliendum aromatibus esse vnguendum: ideo Marię cui ad vnctionē morituri corporis multum desyderanti peruenire non liceret,donatum sit viuenti adhuc impendere obsequiū, quod post mortē cleri resurrectione præuenta nequiret.Chrysost.Rursus etiam propter ꝙditorem rememoratus est sepulturæ:Ac si di. Grauis sunt tibi & onerosus,sed expecta parum & abibo. & hoc ostēdit,cū subdit:Pauperes enim semper habetis vobiscū,me autem non semper habebitis.Augu. Loquebatur de præsentia corporis sui:nā secūdum maiestatem suam,secūdum prouidentiam,secūdum ineffabilem & inuisibilem gratiam impletur quod ab eo dictum est:Ecce ego vobiscū sum vsque ad consummationem seculi.Vel aliter: In Iudæ persona significati sunt in ecclesia mali,si ei in bonus es habes Christum & in præsenti per fidem & sacramentū, & habebis semper: quia cū hinc exieris,ad illūvenies qui dixit latroni,Hodie mecum eris in paradiso.Si autē malè versaris,videris habere in præsenti Christū,quia baptizatis baptismo Christi,accedis ad altare Christi,sed malè viuendo non semper habebis,non aūt dixit habes, sed habebis: quia vnus malus,corpus malorum significat.Sequitur: Cog.er.tur.mul.ex Iudæis quia illic esset, & vene. non pro. Ie.tātū:sed vt Laza.vide.quem suscī.à mortuis.Curiositas eos adduxit,nō charitas.Theo. Visores em̄ suscitati fieri cupiebant, expectātes etiam de inferis aliquid Lazaro referente perpendere.Aug.Quia verō tātum miraculū domini tanta erat euidētia diffamatum, vt non possent vel occultare quod factū est vel negare, cogitauerunt vt Lazarū interficerent:vn de sequit, Cogi.autem prin.facer.vt &c.O cæca sæuitia,quasi dominus suscitare potuerit mortuū,& nō possit occisum.Ecce vtrūque dns fecit:& Lazarū mortum, seipsum suscitauit occisum.Chryso.Nullum autē miraculum Christi eos ita furere fecit:hoc enim mirabilius erat, & coram multis factum est:& erat inopinabile mortuū quadriduanum videre ambulantē & loquentem.Aliter etiam illi in aliis putabant criminari sabbati solutionē,& hac via abducere turbas: hic autē quia à nullo habebāt conqueri contra Iesum,aduersum Lazarū faciunt cognatū: itaque & in cæco hoc fecissent,nisi haberent accusationem de sabbato.Aliter autē: Ille quidē ignobilis erat, & eiecerunt eum de tēplo:hoc etiam eos mordebat ꝙ festiuitatem instātem omnes dimittentes,Bethaniā veniebant.Alcui.Mysticè auē ꝙ ante sex dies venerat Bethaniā,significat ꝙ ille qui sex diebus omnia fecerat,& sexto die hominē creauerat,ipse sexta mūdi ætate,sexta feria,sexta hora redimere mūdum venerat. Cœna autem dominica,fides est ecclesiæ quę per dilectionē operatur.Marta ministrat,cū fidelis anima opera suæ deuotionis domino impēdit:Lazarus vnus erat ex discūbentibus, cū hi qui post peccatorū mortē resuscitati sunt, ad iustitiam vnà cū eis qui in sua permanserūt iustitia, de præsentia veritatis exultant,& cælestis gratię muneribus alūtur:& bene in Bethania celebratur,quæ interpretatur domus obedientię: nā ecclesia est obedientiæ domus.Aug. Vnguentū autem quo Maria vnxit pedes Iesu,iustitia fuit,ideo libra fuit.Erat autē vnguentum nardi pistici precioſi.Pestis grēce,latinè fides dicitur. Quærebas operari iustitiā,iustus ex fide viuit.Vnde pedes Iesu bene viuēdo,dnica sectare vestigia,capillis terge:si habes supflua,da pauperibus & dni pedes terfisti, capilli enim superflua corporis videntur.Alcui.Et notandum ꝙ primo tantū pedes vnxerat:hic autem pedes & caput vnxit: ibi rudimenta pœnitentium, hic iustitia perfectarū designatur animarū. Per caput enim domini sublimitas diuinitatis: Per pedes humilitas incarnationis exprimit:vel per caput ipse Christus, per pedes pauperes qui sunt membra eius.Aug. Domus autē repleta est odore,mūdus impletus est bona fama.

In crastinum autē turba multa quæ cōuenerat ad diem festum,cū audissent quia uenit Iesus Hierosolymam,acceperunt ramos palmorum,& processerūt obuiam ei,& clamabant: Hosanna, benedictus qui uenit in nomine domini, rex Israel. Et inuenit Iesus asellū, sedit super eum,sicut scriptū est:Noli timere filia Sion,ecce rex tuus uenit tibi sedens super pullū asinæ.Hæc non cognouerūt discipuli eius primū, sed quando glorificatus est Iesus tunc recordati sunt,quia hæc erant scripta de eo,& hæc fecerunt ei.Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo,quando Lazarū uocauit de monumento,& suscitauit eum à mortuis,Propterea & obuiam uenit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis qnia nihil proficimus : ecce mundus totus post eum abijt.

Doctrinaexēpli Christi.

Sepulture suæ quare Christus fecit mentionem.

Tropologica expositio.

Chrys.Pręceptū legis erat,vt decima luna primi mēsis agnus siue hædus in domo reclud̄eret vsq; ad quartamdecimam lunā eiusdem mensis,quādo ad vesperam immolabatur:vnde & verus agnus ex omni grege sine macula electus,pro populi sanctificatione immolandus ante quinq; dies,id est decima luna Hierosolymā ascendit.Augu.Quantus autē fructus apparuerit prędicatio nis eius,& quantus grex ouiū ex his quæ perierant domus Israel vocē pastoris audierit,intendendū est ex eo quod dicitur in crastinū autem turba multa quæ cōuenerat ad diem festum &c.Rami palmarū laudes sunt significantes victoriam qua erat dominus mortē moriēdo superaturus, & trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Chryso. Ostendebant autem quoniam de reliquo maiorem q̄ de propheta opinionē habebant de eo:vnde sequitur, Et processerūt obuiam ei,& clamabant:Hosanna &c. Augu. Hosanna vox est obsecrantis,magis affectum indicatus, q̄ rem aliquam significans,sicut sunt in lingua latina quas interiectiones vocans.Beda.Est autem cōpositum ex corrupto & integro. Osi enim salua, anna obsecrantis est interiectio: osi ergo corruptum, anna est integrum. Benedictus autem qui venit in nomine domini, sic potius accipiendum est,vt in nomine domini,in nomine dei patris intelligatur,q̄uis possit intelligi etiam in nomine suo,quia & ipse dominus est:sed verba eius melius nostrum dirigūt intellectum,qui ait:Ego veni nomine patiis mei,nō vtiq; amittit diuinitatē, quando nos docet humilitatē.Chry. Hoc est etiam qđ maximè coegit credere in Christū omnes,quoniā non est deo contrarius: & hoc maximè erigebat plebē, ꝙ ipse dicebat se à patre venisse.Ex his ergo verbis colligimus ꝙ deus est.nā Hosanna,saluos fac interpretat̄, salutē aūt soli deo scriptura attribuit.Deinde quia verè est deus qui venit inquiūt,non qui dicit: hoc enim seruile est quodāmodo, illud verò dnicum.Quia etiā dicunt:In nomine dñi, illud idem erga ipsum ꝓtendit:non em̄ in nomine serui, sed dñi dicunt illum venire. Aug. Quid autē magnum fuit regi seculorū regem fieri hominum?Non enim rex Israel Christus ad exigendum tributū vel ferro excitū armandum, sed rex Israel ꝙ mentes regat, ꝙ in regnū cælorum perducat,ꝙ ergo rex esse voluit Israel, dignatio est non promotio:miserationis indiciū,non potestatis augmentū,qui em̄ appellatus est in terra rex Iudæorum,in cælis est dns angelorum.Theo. Iudæi autē regē Israel ipsum nuncupabant,quasi sensibilem regem somniantes.Expectabāt nāque exurgere quendā in regem maiorem q̄ secundū humanam naturam,saluaturū eos à Romanorū iurisditione.Quomodo autē dominus venerit ostendit euangelista subdens: Et inue. Iesus as. &c. Auguſt.Hoc breuiter dictum est:nam quēadmodum fit factum apud alios euangelistas plenissimę legitur.Pullū autem asinæ in quo nemo sederat (hoc enim apud alios euangelistas inuenitur)intelligimus populū gentiū,qui legem domini non acceperat:asinā verò (quia vtrūque domino adductū est) plebem eius quæ veniebat ex populo Israel.Chrys.Fecit ergo hoc propheticè aliquid figurans,quoniam videlicet immūdum gentium populū debebat subiectum habere,& prophetiam quandā implens.Aug. Adhibetur autē huic facto propheticum testimonium,vt apparet.quoniā maligni prīcipes Iudæorum eum non intelligebāt,in quo implebantur quę legebant:vnde sequitur,Sicut scriptū est: No.ti.fi. Sy.ec. rex tu.ve.ti.se.su.pul.asinę.In illo populo erat filia Sion, ipsa est Hierusalem, quæ est Sion cui dicitur: No.ti. illum,agnosce qui à te laudatur,& noli trepidare cū patitur:quia ille sanguis funditur,per quem tuū delictū deleatur,& vita redimatur.Chrys.Vel aliter: Quia reges eorum iniusti fuerant,& eos obnoxios bellis faciebāt: confide ait,hic non talis,sed mitis & mansuetus: quod ostendit ab asino, non enim exercitū habens intrabat, sed asignum habens solū. Vide autem euangelistæ sapiētiam,non verecūdatur priorem ignorātiam diuulgare: nam sequitur, Hæc non cog.dis.eius pri. sed quādo glo. est.Iesus.Augu.r. quando virtutē suæ resurrectionis ostendit, tunc recordati sunt ꝙ hæc erant scripta de eo, & hoc fecerunt ei,id est non aliqua q̄ quæ scripta erant de eo.Chry.Hoc aūt ignorabant quoniā ipse nō reuelāuit eis,scandalizasset em̄ eos si rex existens talia passurus erat:& etiam nō suscepissent statim cognitionē regni de quo dicebatur,de regno enim temporali hoc dici putassent.Theo.Aspicè autē consequentiā passionis: suscitauit Lazarū,hoc omnium nouissimè reseruans miraculum,& ob hoc plurimi cōcurrebant & credebant; vnde sequitur,Test.er.perhi.tur.quę cū eo erat quando vo.La.de mo.& su.eum ā mor.prop.& ob. ve. ei tur.qa au.eum fecis.hoc signū.Exinde liuor & insidie:vnde sequitur,Pharisæi aūt dice.ad semet.vide. quia nihil ꝓfi. Ec.mun.totus post eum abiit.Aug.Turba turbauit turbam.Quid autem inuidet cæca turba qua post eū abiit mundus,per quem factus est mundus:Chryso.Mundum enim hic turbam dicunt.videtur autem mihi hoc dictū esse eorum qui sani quidem erant,non audebant autem propalari,demum ab euentu deterrebāt alios quasi inconsammabilia tentantes.Theo.Ac si diceret:Quantū cunque insidiamini,tāto hic augetur & gloria eius intenditur:quis ergo profectus de tantis insidiis?

Fructus prędicationis Christi.

Hosanna interpretatio.

Eximiū miraculū suscitationis Lazari.

Nouissimū mirāculum Christi.

Erant autē quidam gentiles ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippū qui erat à Bethsaida Galilææ,& rogauerunt eū,dicētes: Domine, uolumus Iesum uidere. Venit Philippus,& dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu.Iesus autē respōdit eis, dicens:Venit hora,ut clarificetur filius hominis. Amē amen dico uobis,nisi granū frumenti cadens in terram, mortuum fuerit,ipsum solū manet. Si autem mortuū fuerit, multū fructum affert. Qui amat animā suam,perdet eā: & qui odit animā suam in hoc mūdo,in uitā æternam custodit eā. Si quis mihi ministrat,me sequatur:& ubi ego sum, illic & minister meus erit. Si qs mihi ministrauerit,honorificabit eū pater meus.

Beda.Templū domini Hierosolymis situ adeo erat famosum,vt diebus festis non solū vicini, sed etiā multæ ex longinquis regionibus gētes illuc aduenirent, sicut de Eunucho Cadacis reginæ Ethiopū actus apostolorū declarat.hac ergo cōsuetudine hi gētiles venerant adorare,de quibus dicit: Erant aūt gen. qui ex his qui asc. vt ado.in die festo.Chrys.Propè existētes de cætero ꝓselyti fierent.Fama itaq; audita de Christo,volunt eū videre:vnde sequitur, Hi ergo acce. ad Philip. qui erat à Bethſ.Gal.& ro.eum di.Do.vo.Ie.vide.Augu.Ecce volunt eū Iudęi occidere,gentiles videre:sed etiam illi ex Iudæis erāt qui clamabant,Benedictus qui venit in nomine domini.Ecce illi ex circūcisione,illi ex præputio: velut duo varietes de diuerso veniētes,& in vnam fidē Christi pacis osculo cōcurrentes. Sequitur: Ve.Phi, & di.Andręæ.Chry.Quasi priori existenti,audiuerat em̄: In viam gentiū ne abieritis:propterea cū condiscipulo cōmunicans magistro refert, vnde sequitur: Au.rur. & Phi.dicūt Iesu.Aug.Audiamus ergo vocē lapidis angularis:vnde sequitur,Ie.au.ref.eis di.ve.ho.vt cla.fi.hominis.Forsitan aliquis putat ideo se dixisse glorificatū,qa gentiles volebant eū videre:nō ita est, sed videbat gentiles post passionē & resurrectionē suā in omnibus gentibus credituros. Ex occasione igitur istorum gentiliū

Frequentia ꝓseliti.

Māsuetudo Christi regis.

Universidad de ... Bibl...

qui eum videre cupiebant, annũciat futurã plenitudinẽ gẽtium, & promittit iam adesse horam glorificationis suæ, qua facta in cælis gentes fuerant credituræ, secundum illud: Exultare sup cælos deus, & super omnẽ terram gloria tua, sed altitudinẽ glorificatiõis oportuit vt ꝑcederet humilitas passionis: vñ adiunxit, Amen amen di. vo. Nisi gra. fru. ca. ĩ ter. mor. fue. ipsum vo. ma. Si aũt mor. fue. mul. fru. affert. Se autẽ dicebat granũ morficãdum in infidelitate Iudæorũ, multiplicandũ in fide populorũ. Beda. Ipse enim ex semine patriarcharũ in agro huius mũdi seminatus est. i. incarnatus est, vt moriendo cũ multiplicatione resurgeret. solus mortuã est, cũ multis surrexit. Chrys. Et quia per sermones non ita suadebat, vtitur experimento, quia frumentũ magis facit fructum cũ mortuum fuerit. Si autẽ ex seminibus accidit, multò magis in me. Quia igitur de reliquo debebat dimittere discipulos ad gentes, videt autẽ gentiles præsilientes ad fidẽ: ostendit ꝙ tempus erat vt ad crucẽ veniret. Non eñ prius eos ad gentes misit, donec Iudæi offenderunt, donec crucifixerũt, & quia de morte sua prę uidit discipulos cõtristandos, superabũdãtiam facit sermonis, dicens: Non solũ si non mortẽ meã patienter sustinueritis, sed etiam si vosipsi non moriamini, nullũ vobis erit lucrũ: & hoc est quod subdit, Qui amat ani. suã per. eam. Aug. Hoc duobus modus intelligi potest. Qui amat, perdet. i. si animas, pedes: si cupis vitam tenere in Christo, noli mortẽ timere pro Christo. Itẽ alio modo: Qui amat animã suam, perdet eam. noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita. hoc aũt quod posteri⁹ dixi, magis habere videtur euãgelicũ sensum. Sequitur enim: Et qui odit animã suam in hoc mũdo &c. ergo qđ supra dictũ est: Qui amat: subintelligitur in hoc mũdo. Chryso. Amat autẽ animam suã in hoc mundo, qui desyderia eius inconuenientia facit: odit autem eam, qui non cedit ei noxia cõcupiscenti. & non dixit, Qui non cedit ei, sed qui odit eam. Quẽadmodum enim eorum qui odio habentur nec vocẽ audire sustinemus, nec visum videre delectabitur: ita & animam cũ contraria iniungit quæ deo nõ placent, cũ vehementia auertere oportet. Theo. Quia eñ valde onerosum erat audire ꝙ oporteret odire animã, consolatur ꝑ hoc ꝙ additur: In hoc mũdo, tẽporis indicans particularitatẽ. non eñ in perpetuũ iubet animã odio haberi. & emolumentũ ponit cũ dicit: In vitam æternã custodit eam. Aug. Sed vide ne tibi subrepat, vt teipsum interimere velis, sic intelligendo ꝙ debes in hoc mũdo odisse animã tuã. hinc enim quidam maligni atq; peruersi homicidæ flãmis se donant, aquis ꝑfocant, præcipitatiõe collidũt. hoc Christus non docuit, imò & diabolo præcipitiũ suggerenti respõdit: Vade satana. Cũ ergo causæ articulus venerit, vt hæc conditio ꝓponatur, aut faciendũ esse contra dei præceptũ, aut ab hac vita migrandũ: cõminante mortẽ persecutore, ibi odoris in hoc mũdo animam tuã, vt in vitam æternã custodias eam. Chryso. Dulcis quidẽ est præsens vita his, qui affixi sunt ei: si verò quis ad cęlum respexerit, videns qua ibi sunt bona, cito contẽnet vitã præsentem. Cũ eñ apparuerit melior, cõtemnitur peior. In hoc ergo nos inducens Christ⁹ subdit: Qui mihi ministrat, me sequatur. i. me imitetur: de morte hoc dicit, & de ea quæ per opera assecutione: oportet enim eum qui ministrat, cũ cui ministrat sequi. Aug. Quid ergo sit ministrare Christo in ipsis verbis agnoscimus cũ dicit: Si quis mi. mi. Ministrat ergo Iesu, qui nõ quę sua quęrũt, sed quæ Iesu Christi: hoc est eñ me sequatur, vias ambulet meas non suas: non ea tantũ quæ ad misericordiã ꝑtinent corporalẽ, sed omnia opera bona ꝓpter Christũ faciẽs, vsq; ad illud opus magnę charitatis, quod est animam pro fratrib⁹ ponere: sed quo fructu? qua mercede? sequitur: Et vbi ego sum il. & mini. me. erit. Gratis amatur, & operis quo ministrat illi precium sit esse cũ illo. Chryso. Ostendit aũt per hoc ꝙ resurrectio morti succedet. Vbi aũt sum ait, quia in cælis ante resurrectionẽ Christus erat. Igitur illud transmigremus animo & mẽte. Sequitur: Si quis mi. mini. hono. eũ pa. meus. Augu. Per intelligitur exposuisse vt supra dixerat, illis & minister me⁹ erit. Nam quẽ maiorem honorem accipere poterit adoptatus, q̃ vt sit vbi est vnicus? Chry. Nam aũt dixit: Ego honorificabo eũ, sed pater me⁹: nondũ enim de eo decentem opinionem habebant, sed maiorem de patre.

Christus qte grano comparatur.

Animam quõ amare licet.

Sanus intellectus

Ministri Iesu qui sint.

Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea ueni in horam hãc. Pater, clarifica nomen tuũ. Venit ergo uox de cælo dicens: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruũ esse factũ. Alij autem dicebãt: Angelus ei locutus est. Respondit Iesus, & dixit: Non propter me hæc uox uenit, sed propter uos. Nunc iudicium est mundi: nũc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.

Chryso. Quia dominus ad passionẽ discipulos exhortatus fuerat, ne dicãt ꝙ ipse extra dolores existẽs humanos, facile de morte philosophatur & nos admonet, propter hoc ꝙ ipse est sine periculo: ostẽdit ꝙ & ipse in agonia sit, tamẽ propter vtilitatẽ mortem nõ renuit. vnde dicitur: Nũc anima mea turbata est. Aug. Audio qui in hoc mũdo odit animam suam, in vitã æternam custodit eam, & mũdũ contẽnere accendor: & in cõtrario modo nihil est vitę huius totius q̃tunlibet fuerit prolixior, vapor: pro amore æternorũ tẽporalia mihi cũcta vilescũt, & rursum dominũ audio dicentẽ: Nunc anima mea turbata est. Sequi iubes animã meã, sed turbari video animam tuam. quale fundamentũ quæram, si petra succũbit? Agnosco dñe misericordiã tuã. nam qui charitatis voluntate turbaris multos in corpore tuo qui suæ infirmitatis necessitate turbantur, ne desperando ꝑeant consolaris. In se ergo caput nostrũ suscepit membrorũ suorũ affectũ: & ideo nõ est ab aliquo turbatus, sed sicut de illo supra dictũ est, turbauit semetipsum. Chrys. Appropinquans eñ de reliquo cruci quod humanũ est ostendit, & naturam non volentem mori, sed præsenti adhærentem vitæ ostẽdens quoniam non extra humanas passiones erat. sicut eñ esurire non crimen est: ita neq; præsentem vitam appetere. Christus autẽ corpus à peccato mundũ habebat, non à naturalibus necessitatibus exutum: hoc igitur dispẽsationis est, nõ deitatis. Augu. Denique homo qui sequi vult, audiat qua hora sequatur. accessit fortè hora terribilis, proponitur optio, aut faciẽdæ iniquitatis, aut subeundæ passionis, turbatur anima infirma: audi ergo quid subiũgit: Et quid dicam? Beda. Hoc est, quid aliud nisi vt mẽbra mea instruãtur? Pater saluifica me ex hac hora. Augu. Docuit te quẽ inuoces: cuius volũtatem tuæ volũtati præponas: non ideo tibi videatur ex alto diffidere, quia te vult ab initio ꝓficere: hominis suscepit infirmitatem, vt doceat cõtristantum dicere, non quod ego volo, sed quod tu vis. vnde & hic subditur: Sed propt. ve. &c. Chrys. q. d. Non habeo quid dicam ereptionẽ quęrens. Propterea enim veni in horam hanc, ac si dicat: Etsi turbemur & tumultũ patiamur, non fugiamus mortẽ, quia ego nũc turbatus nõ dico, vt effugiam, oportet enim ferre quod superuenit. nõ dico: Eripe me ex hora hac: sed contrarium dico. s. clarifica nomen tuum. ostẽdit enim quoniã pro veritate moritur, gloriam dei hoc vocãs, & hoc euenit: futurum e-

Philosophari de morte est facile.

Exẽplo Christi docemur

nim erat vt post crucem conuerterentur orbis terrarũ, & cognosceret nomen dei & coleret nõ solũ patris sed etiam filii: sed tamẽ hoc silet. Sequitur: Ve. er. vox de cę. di. Et cla, & iterũ clarificabo. Greg. 28. mo. Huiusmodi verbis per angelũ loquitur deus. Et cum nil in imagine ostenditur, sed supernę vocis verba audiuntur, & nimirũ de cælestibus loquens verba sua quæ audiri ab omnib⁹ voluit, rationali creatura administrãte formauit. Aug. Clarificaui autẽ dicit antequã facerem mũdum, & iterum clarificabo cũ resurget à mortuis. Vel aliter: Clarificaui cùm de virgine nat⁹ est, cũ miracula multa fecit, cùm descendente spiritu sancto in specie colũbæ monstratus est: & iterũ clarificabo cùm resurget à mortuis, cùm exaltabitur super cælos deus & super omnẽ terrã gloria eius. Sequitur: Tur. er. quæ sta. & au. di. to. esse fa. Chryso. Aperta quidem & bene significatiua erat vox, sed citò ab eis euolauit, quasi à grossioribus & carnalibus & desidiosis: & hi quidem sonitũ tantum retinuerunt, alii verò quoniam articulata erat vox nouerãt, qđ autem significauit non adhuc: de quibus subditur, Alii dicebant: Angelus ei locutus est. Sequitur: Resp. Ie. & di. Non prop. me ex vox ve. sed pro. vos. Aug. Hic ostendit illa voce non sibi indicatũ quod iam sciebat, sed eis quibus indicari oportebat. Sicut autẽ vox illa nõ propter eũ facta est, sed propter eos sic anima eius nõ propter ipsum, sed propter eos turbata est. Chrys. Ad illud enim instat vox patris quòd semper dicebant quoniam non est ex deo qui enim à deo glorificatur, qualiter nõ est ex deo? vbi vide ꝙ humilia propter eos facta sunt nõ quasi filio auxilio indigente. Quia ergo dixit Clarificabo, ostẽdit consequẽter & motum gloriæ. Nã sequitur: Nunc iudicium est mũdi. August. Iudicium enim quod in fine expectatur erit præmiorum pœnarumq; æternarum: dicitur etiam iudiciũ nõ discretionẽ. s. & à suis redemptus diaboli expulsionẽ. vnde sequitur: Nunc princeps mundi huius eiicietur foras, absit vt diabolũ principem mundi ita dictum existimemus, vt eum cæli & terræ dominari posse credamus: sed mundus appellatur in malis hominibus, qui toto orbe terrarũ diffusi sunt. Sed ergo dictum est: Princeps huius mundi. i. princeps malorum hominũ qui habitant in mundo. Appellatur etiam mũdus in bonis, qui similiter per totũ orbem terrarum diffusi sunt: ideo dicit apostol⁹, deus erat in Christo mũdum reconcilians sibi: hi sunt ex quorũ cordibus principes mũdi eiicietur foras: prȩuidebat enim dominus post passionẽ & glorificationẽ suam per vniuersum multos populos credituros, in quorũ cordibus diabol⁹ intus erat: cui quando ex fide renũciant, eiicitur foras. Sed nunquid de cordibus veterũ iustorum non est eiectus foras? quomodo ergo dictum est nunc eiicietur foras, nisi quia tunc quod hominibus paucissimis factum est, nunc in multis magnisq; populis iam mox futurum essę prędictum est? Quid ergo ait quispiã? quia diabol⁹ eiicitur foras, iam fideliũ neminem tentat? imò tentare non cessat, sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare. Chrys. Sed quale est illud iudiciũ quo diabolus foras eiicitur, exemplo id faciam manifestum: sit aliquis debitores expetens & feriat, & in vĩcula mittat. Deinde ex eadẽ dementia & eũ qui nihil debet sub eundem carcerem ducat, hic & eorum quæ in alios fecit dabit vindictam: ita & in christo factũ est. Eorum enim quæ diabolus in nos fecit, per ea quæ in Christũ ausus est sustinebit vindictam: & ne quis dicat, Qualiter mittetur foris si te superabit? subiũgit, Et ego si exaltatus fuero &c. Qualiter enim superatur, qui & alios trahit? hoc autem plus fuit dicere quàm resurgam. Si enim hoc dixisset, nondũ manifestum esset quòd traheret: dicendo verò, Traham: vtrumq; demõstrat. Aug. Sed quæ omnia trahit, nisi ex quibus diabolus eiicitur foras? non autem dixit, Omnes, sed Omnia, nõ enim omniũ est fides: non itaq; hoc ad vniuersitatẽ hominum retulit, sed ad creaturæ integritatẽ, id est spiritũ & animam & corpus, ad illud. s. quod intelligimus, ꝙ viuimus, ꝙ visibiles sumus. aut si omnia ipsi homines intelligendi sunt, omnia prædestinata ad salutẽ possumus dicere: aut certè omnia hominũ genera secũdum innumerabiles differẽtias quibus inter se ꝑter sola peccata homines distãt. Chrys. Qualiter igitur supra dixit, quoniam q̃ter trahit? quia. s. filio trahẽte pater trahit. Dicit aũt trahã, quasi à tyrãno detentos, & ꝑ seipsos nequeuntes accedere, & illius manus effugere. Augu. Sed si exaltatus inquit fuero à terra: hoc est, cũ exaltatus fuero: non enim dubitat futurũ esse quod venit implere, nam exaltationẽ suam dixit in cruce passionẽ. vnde euãgelista subdit: Hoc autem dixit significans qua morte esset moriturus.

Glorificatio Christi quando facta.

Princeps mũdi qs dicatur.

Exaltatio Christi dicitur passio.

Respõdit ei turba: Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in æternum. Quomodo tu dicis: oportet exaltari filiũ hominis? Et quis est iste filius hominis? Dicit ergo eis Iesus: Adhuc modi cũ lumen in uobis est. Ambulate dũ lucem habetis, ut non uos tenebræ cõprehẽdant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo uadat. Dũ lucem habetis credite in lucem, ut filij lucis sitis. Hæc locut⁹ est Iesus, & abijt, & abscõdit se ab eis.

Augu. Cũ intellexissent Iudæi ꝙ dominus de sua morte dixisset proponũt ei quęstionẽ quomodo diceret moriturum. vnde dicitur: Respon. ei tu. Nos audi. ex le. quia Christus ma. in æter. quomodo tu di. opor. exal. filiũ hominis? Memoriter tenuerũt ꝙ dominus assiduè dicebat se esse filium hominis. Nã hoc loco non dixit, Si exaltatus fuerit filius hominis: sed superius dixerat, Venit hora vt clarificetur filius hominis. hoc ergo in animo retinentes inquiũt, Si Christus manet in ęternũ, quomodo exaltabitur à terra. i. quomodo crucis passione morietur? Chrys. Hinc est videre, quoniã multa eorum quæ parabolicè dicebantur intelligebant. quia eñ præuenit de morte disputãs, audiẽtes hic exaltationẽ suspicati sunt hoc. Aug. Vel hoc eum dixisse intelligebẽt quod facere cogitabant. nõ ergo eis verborũ istorum obscuritatem aperuit infusa sapiẽtia, sed stimulata cõscientia. Chrys. Et vide qualiter maliciosè interrogãt. non enim dixerunt, Nos audiuimus ex lege, quia Christus nihil patitur. In multis eñ scripturarũ locis, & passio & resurrectio simul ponitur: sed quoniã manet in æternum, & nimirum hoc nõ erat contrariũ. Immortãlitati enim per passionem non est factũ impedimentũ, sed æxistimauerunt per hoc ostendere eũ non esse Christum, quoniã Christus manet in æternũ. deinde subdũt, Quis est iste filius hominis? & hoc maliciosè. q. d. Nõ dicas ꝙ ꝓpter odiũ tuum hoc dicamus: ecce enim non nouimus de quo dicis. Sed Christus respõdit, ostẽdens quoniam passio nõ prohibet manere eum in æternũ. vnde subditur, Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modi. lu. in vo. est. q. d. Adhuc paruo tempore ego lux vobiscũ sum, per hoc ostendens ꝙ mors eius transmigratio est: etenim lux solaris nõ interimitur, sed parum recedens rursus apparet. Augu. Vel aliter: Modicũ lumen in vobis est, per hoc quod intelligitis, quia Christus manet in æternũ: ergo ambulate, accedite, totũ intelligite, & moriturũ Christum & victurum in æternum dum lucẽ habetis, Chryso. Hic dicit tempus totũ pręsens vitę: & ante crucem & post crucem: multi eñ post crucem crediderant in eũ. vt nõ tenebræ vos cõprehendant. Augu. Si. s. eo modo credideritis Christi æternitatẽ, vt negetis in eo mortis humilitatẽ. Sequitur: Et qui am. in tene. ne. quo vadat. Chrys.

Iudæi in tenebris ambulãt

Quanta deniq; Iudæi nũc agunt & neſciũt quod agũt: ſed vt in tenebris ambulantes, putant quidẽ rectam incedere vitam, cõtrariam autẽ vadunt: propterea ſubdit, Dum lucem habetis, credite in lucem. Augu. Id eſt, dũ aliquid veri habetis, credite in veritatem: vt renaſcami ni veritati: vnde ſequitur, Vt filii lu.ſitis. Chry. Quod eſt filii mei. In principio autẽ euãgeliſta dicit, ꝙ ex deo nati ſunt, hoc eſt ex patre, hic aũt ipſe dicit hos genera re: vt diſcas quoniã vna ex actio patris & filii. Sequit: Hæc locut⁹ eſt Ieſus, & abiit & abſcõdit ſe ab eis. Aug. Non ab eis qui credere & diligere cœperũt, ſed ad eis q videbant & inuidebant, Cũ autẽ abſcondit, noſtrę infirmitati cõſulit, nõ ſuæ poteſtati derogauit Chryſo. Sed cùm nec lapides leuarent nec blaſphemarẽt, cuius gratia ocultatus eſt? Corda eñ rimatus, nouerat furorẽ in eis ſæuientem, & non expectauit vt in opus exirent, ſed occultatur mitigans eorum inuidiam.

Cũ autem tẽta ſigna feciſſet coram eis, nõ credebãt in eũ, ut ſermo Eſaiæ ỹplerętur quẽ dixit: Domine quis credidit auditui noſtro? & brachiũ domini cui reuelatum eſt? Propterea non poterant credere, quia iterũ dixit Eſaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorũ, ãt non uideãt oculis, & nõ intelligãt corde, & conuertãtur & ſanẽ eos. Hæc dixit Eſaias, quando uidit gloriã eius & locutus eſt de eo. Verũtamen & ex principibus multi crediderũt in eum, ſed propter phariſæos non cõfitebantur, ut de ſynagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominũ magis quãm gloriam dei.

Chryſo. Nouerat dominus feruentẽ animum Iudęorum, & occiſionẽ meditantem: & ideo occultatus eſt, & hoc occultẽ inſinuauit euãgeliſta ſubdẽt: Cũ autem tã. ſig.fe.co.eis. non cre.in eum. Theop. Non autẽ modicæ iniquitatis fuit tantis ſigni nõ credere: ea verò ſigna cõ memorat quæ ſupra ſunt poſito. Chryſ. Ne quis autem ei intenderent: & ideo ad id hoc excludendũ inducit etiam prophetas hoc ſcientes, propter quod ſequitur: Vt ſer. Eſa. imp. quem dixit: Do. quis cre. au. no. & bra. do. cui re. eſt. Alcui. Quis pro raritate poſuit, qa quod ſancti prophetæ à deo audierunt, & populo prædicauerũt, pauciſſimi crediderũt. Augu. Satis autem oſtendit brachium domini ipſum dei filiũ nuncupatũ, nõ ꝙ deus pater figura detinetur carnis humanæ, ſed quia omnia per ipſum facta ſunt ideo brachiũ domini dictũ eſt. Si enim aliquis homo táto poteſtate ꝓualeuaret, vt ſine vllo motu corporis ſui quod diceret fieret, verbũ eius brachiũ eius eſſet. Non aũt patet occaſio erroris his qui dicunt, quia ſolus pater eſt, ſi brachiũ eius, eſt filius, non enim duæ, ſed vna perſona eſt homo & brachiũ eius, non intelligentes quo verba de rebus aliis ad res alias ꝓpter aliquã ſimilitudinem transferanꝰ. Quidam aũt inter ſe muſitant, quæ culpa fuit Iudæorũ ſi neceſſe erat vt ſermo Eſaiæ impleręꝰ. Quibus reſpondemus deũ, præſciũ futurorũ per prophetã prædixiſſe, infidelitatẽ Iudæorũ non feciſſe, non eñ propterea quenq̃ deus ad peccandũ cogit, quia futura hominũ peccata iã nouit, ipſorũ eñ præſciuit peccata nõ ſua, fecerũt ergo peccatũ Iudęi qđ facturos eſſe ꝓdixit quem nihil latet. Chryſ. Quòd ergo dixit, vt ſermo Eſaiæ proph. impleręꝰ, ly vt, nõ cauſale eſt, ſed euentus. Non eñ quia dixit Eſaias nõ crediderunt, ſed quia nõ erant crediturꝰ ꝓpterea Eſaias dixit. Augu. Sed ea quæ ſequũtur ꝓfundiorẽ faciunt quæſtionem, adiũgit eñ & dixit. Propterea non po.cre.qa iterꝰ dixit Eſa. Excę, ocu.eo. & indu.cor eorũ, vt nõ videant oculis & non intelligant &c. Si eñ credere nõ poterãt quod peccatũ eſt hominis nõ facientes quod nõ poteſt facere. Et quod eſt grauius ad deũ cauſa referẽ quando quidem ipſe excæcauit oculos eorũ & indurauit eorum cor. non enim hoc ſaltẽ de diabolo dicit, ſed de deo, ſed quare nõ poterant credere, reſpõdeo quia nolebãt. Sicut eñ ꝙ dominus negare ſeipſum non poteſt, laus eſt volũtatis diuinæ, ita ꝙ illi non poterant credere, culpa eſt volũtatis humanę. Chryſ. Hoc aũt in cõmuni conſuetudine cuſtodiũ, vt cũ quis dicat. Non poſſum amare illum vehementia volũtatis potentiã dicit, ſed euangeliſta dicit. Nõ poterãt, vt oſtẽdat quoniã impoſſibile eſt mentiri ꝓphetam, nõ tamen ꝓpterea impoſſibile erat eos credere, non eñ hæc prædixiſſet, ſi crediturꝰ eſſent. Augu. Sed aliam cauſam inquis dicit ꝓpheta, nõ volun tates eorũ quia. ſ. Excęcauit oculos eorũ &c. ſed hoc eſt etiam eorũ voluntatẽ meminiſſe reſpondendo. Sic eñ excæcat & obdurat deus diſerendo & nõ adiuuando ꝙ occulto iudicio facere poteſt in quo nõ poteſt. Chryſo. Neq; enim dereliquit nos niſi nos voluerimus ſecundũ illud Oſeę. Oblitus es legis dei tui, obliuiſcar & ego tui, hęc dicit oſtendens nos incipere derelictionẽ: & cauſam fieri perditionis. Sicut eñ ſol infirmũ offendit viſum. non ex propria natura, ita fit & in his qui nõ attendunt dei ſermones, terrens autẽ auditores ſcriptura dicit. Excæcauit & indurauit. Augu. Quòd autẽ addidit, Et conuertanꝰ & ſanem eos, vtrũ ſubaudiendũ ſit nõ. i. non cõuertantur etenim conuerſio de illius gratia eſt, an fortè & hoc de ſupernæ medicinæ miſericordia factum intelligendũ, vt quoniam ſuperbè ſuam iuſtitiã conſtituere volebant adhuc deſerẽtur & excæcarenꝰ vt offenderent in lapidẽ offenſionis: & impleretur facies eorum ignominia, atq; humiliati quęrerent non ſuã qua inflaꝰ ſupbus, ſed iuſtitiã dei qua iuſtificatur impius, hoc eñ multis eorũ profecit in bonũ qui de ſuo ſcelere cõpuncti in Chriſtũ poſtea crediderũt. Sequit: Hoc dixit Eſa. quando &c. Vidit aũt non ſicuti eſt, ſed modo quodam ſignificatiuo, ſicut prophetæ viſio fuerat ĩ formãda. Nemo ergo vos fallat eorũ qui dicunt inuiſibilẽ patrem & viſibilem filiũ, qui putant eũ eſſe creaturam. In forma enim dei in qua ęqualis eſt patri etiam filius inuiſibilis eſt, vt autem ab hominibus videretur, formã ſerui accepit, oſtendit etiã ſe anteq̃ ſuſciperet carnẽ oculis hominũ ſicut voluit in ſubiecta creatura, nõ ſicuti eſt. Chryſ. Gloriam aũt hic dicit viſionem ſedentes in throno excelſo & alia quę ibi dicunꝰ. vnde ſequit. Et lo. eſt de eo. hoc. ſ. vidi dominũ ſedentem, & ꝙ audiuit vocem dicẽtem quẽ mittam, & quis ibit nobis &c. Sequit: Verũtamen ex principibus multi crediderũt in eum, ſed propter phariſæos nõ cõfitebantur vt de ſynagoga nõ eiicerentur, dilexerunt enĩ magis gloriã hominum q̃ gloriam dei. Alcu. Gloria dei eſt publicè confiteri Chriſtũ, gloria hominum eſt in mundanis gloriari. Auguſt. Hos ergo improbauit euangeliſta qui in hoc greſſu fidei ſi proficerent per amorem quẽ humanæ gloriæ ſunt proficiendo ſuperarent.

Filiꝰ dei brachiũ nominat

Quõ modo deobcæcat cor.

Viſio Eſaiæ qualis fuerit.

Ieſus autẽ clamauit, & dixit, Qui credit in me, nõ credit in me, ſed in eũ qui miſit me. Et qui uidet me, uidet eum qui miſit me. Ego lux in mundũ ueni, ut oĩs qui credit in me in tenebris non maneat. Et ſi quis, audierit uerba mea & nõ cuſtodierit ego non iudico eũ. Non enim ueni ut iudicẽ mundũ, ſed ut ſaluificẽ mundũ. Qui ſpernit me, & nõ accipit uerba mea, habet qui iudicet eum, Sermo quem locutꝰ ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Quia ego ex meipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mãdatũ dedit quid dicam & quid loquor. Et ſcio quia mandatum eius uita æterna eſt, Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater ſic loquor.

Chryſo. Quia amor humanæ gloriæ principes credẽtes cõfiteri ꝓhibebat, dñs cõtra hoc eis loquiꝰ: vnde dicitur: Ieſus aũt cla. & dixit. Qui credit &c. q.d. Quid

Deus duplices habet filios

formidatis credere in me? in deũ fides puenit per me. Augu. Quia eñ homo apparebat hominibus cũ lateret deus ne putarent eũ hoc eſſe tantũ quod videbant talẽ ac tantũ ſe volẽs credi, qualis & q̃tus eſt pater. Qui credit in me, ĩquit, nõ credit in me. i. in hocquod videt, ſed in eũ qui me miſit. i. in patrẽ: nã ſi putauerit eũ habere filios ſcđm gratiã, nõ aũt habere filiũ æqualem ſibi atq; coęternũ, non credit in patrẽ qui eum miſit, quia nõ eſt hoc pater qui eũ miſit. Ne aũt putarent ſi voluiſſe ĩtelligi patrẽ tanq̃ multorum filiorũ per gratiã generatorẽ, non vnici verbi æqualis ſibi, cõtinuo ſubiecit. Qui videt me &c. q.d. Vſq; adeò nihil diſtat inter eũ & me, vt qui me videt videat eũ qui miſit me, apoſtolos ſuos certè ipſe dñs miſit, nunq̃ tamen aliquis eorũ dicere auderet. Qui credit in me. Credimꝰ eñ apoſtolo: ſed nõ credimus in apoſtolũ. Filius aũt rectè vnigenitꝰ dicit. Qui credit in me, non cre. in me: ſed cre. in eũ qui me miſit. vbi non à ſe abſtulit credentis fidẽ, ſed voluit in forma ſerui remanere credẽtẽ. Chryſ. Vel dicit. Qui credit in &c. q.d. Qui fluminis accipit aquã, non eã quę eſt flumis accipit ſed eam quæ eſt fontis, volens aũt eſtendere quoniam nõ eſt credere in patrẽ, non credentẽ in eum, ſubiũgit. Qui videt me &c. quid igit? Corpus eſt deus? nequaq̃, ſed conſyderatio veri q̃ eſt per intellectũ, hic viſio dicit, deinde oſtẽdit eã q̃ ad patrẽ cognitionẽ in hoc quod ſubdit. Et lux in mundũ veni, quia eñ pater lux vocaꝰ, vbiq; eo hic vtitur noſe. Lucẽ autem ſe hic vocauit ꝙ ab errore eripit & intellectuales tenebras ſoluit: vnde ſubdit. Vt omnis qui credit &c. Aug. In quo ſatis manifeſtat omnes ſe in tenebris inueniſſe, ſed in eis tenebris maneãt, in quibus inuenti ſunt, debent credere in lucem quæ venit in mundũ. Dixit quodã loco diſcipulis ſuis. Vos eſtis lux mũdi: non tamen eis dixit. Vos lux veniſtis in mũdũ, vt oĩs qui credit ĩ vos in tenebris non maneat, lumina ergo ſunt oẽs ſancti, ſed credẽdo illuminanꝰ ab eo, à quo ſi quis receſſerit tenebraꝰ. Chryſ. Vt aũt non exiſtiment ꝙ ꝓpter imbecillitatẽ eos q ipſum contẽnunt illæſos dimittat ſubiũgit. Et ſi quis audierit verba mea, & nõ cuſtodierit ego nõ iudico eum. Augu. Intelligendũ eſt. Modo non iudico eum, cũ alio loco dicat. Pater omne iudiciũ dedit filio, quare aũt modo non iudicat oſtendit ſubdẽs. Non eñ veni vt iudicẽ mundũ, ſed vt ſaluificẽ mundũ. i. vt ſaluum faciẽ mũdũ: nunc ergo eſt tempus miſericordiæ, poſt erit iudicii. Chryſ. Deinde vt non pigriores ex hoc fiant, terribile ſubit iudiciũ. Qui ſpernit me & nõ accipit verba mea, habet qui iudicet eũ. Augu. Non dixit. Ego non iudico eum in nouiſſimo die. hoc eñ eſſet contrariũ illi ſentẽtiæ. Omne iudiciũ dedit filio. Expectãtibus aũt quiſnã eſſet ille ſecutus adiũxit. Sermo quẽ locutus ſum ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Satis manifeſtauit ſeipſũ in nouiſſimo die iudicaturũ, ſeipſum quippè locutꝰ eſt, ſeipſum annũciauit, aliter atq; iudicabunꝰ qui non audierũt, aliter qui audierunt & contẽpſerunt. Augu. 1. de tri. Ideo aũt iudicat verbũ quod locutus eſt filius, quia non ex ſe locutus eſt filius: vñ ſequit. Quia ego ex meipſo non ſum locutus, ꝓ quod intelligi voluit. Ego non ex me natus ſum. Quęro itaq; qũo intelligamus. Ergo non iudiccabo, ſed verbũ quod locutus ſum iudicabit, cũ ipſe ſit verbũ patris quod loquitur: vel ita. Ego nõ iudicabo ex poteſtate humana quia filius hoĩs ſum, ſed ego iudicabo ex poteſtate verbi dei, quia filius dei ſum. Chryſ. Vel aliter. Ego non iudico eũ i. non ſum cauſa ꝓditionis eius, ſed ipſe qui verba mea ſpernit. Verba eñ quæ modo locutus ſum in ordine ſtabũt accuſatoris omnem tollentia excuſationem, & hoc eſt quod ſubdit. Sermo quem locutus ſum, ille iudicabit eũ & quis ſermo? Quia ego ex meipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mãdata dedit quid dicã, & quid loquar. Omnia igit hæc propter eos dicebanꝰ, vt nullã habeant excuſationẽ. Aug. Mandatũ autẽ non quod filius non habebat pater dedit, ſed in ſapientia patris qđ eſt verbum patris omnia mãdata ſunt patris. Dicit autem mandatũ, quia nõ eſt à ſeipſo cui dicit datum: & hoc eſt dare filio id ſine quo nunq̃ filius fuit, quod eſt gignere filium qui nunq̃ non fuit. Theo. Cũ enim verbũ patris exiſtat filius, & quæ ſunt in mente patris reuelat in integnum mãdatũ accepiſſe dicit, quid ſit dicturus & qđ loquaꝰ. Sicut etiã noſtrum verbũ ſi verũ fateri volumus ea ꝓfert q̃ ſuggerit mens. Sequit. Et ſcio quia mandatũ eius in vita æterna eſt. Aug. Si ergo vita æterna eſt ipſe filius, & vita æterna eſt mandatũ patris, quid aliud dictum eſt nisi quia ego ſum mandatũ patris, proinde & id quod adiũgit, quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater ſic loquor, nõ accipiamus. Dixit mihi, quaſi ꝓ verba locutus ſit vnico verbo, dixit ergo pater filio id ſine quo nunq̃ filiꝰ fuit, ſicut dedit vitã filio: nõ quod neſciebat vel nõ habebat: ſed quod ipſe filius erat, quid eſt autem. Sicut dixit mihi ſic loquor, niſi verbũ loquor? Ita ille dixit vt verax, ita iſte loquitur vt veritas, verax aũt genuit veritatẽ, quid ergo iam dicere veritati? non eñ imperfecta erat veritas cui verum aliquod adderetur.

Quomodo Chriſtus mũdi & quõ apoſtoli.

Quæſtio ſubtilis.

Chriſtus quõ vita æterna.

CAPVT XIII.

ANte diem feſtũ Paſchæ ſciens Ieſus quia uenit hora eius ut tranſeat ex hoc mũdo ad patrẽ, cũ dilexiſſet ſuos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Et cœna facta cũ diabolus iã miſiſſet in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Scariothis, ſciẽs quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit & ad deum uadit, ſurgit cœna & ponit ueſtimenta ſua, & cũ accepiſſet lintheũ præcinxit ſe. Deide miſit aquã in peluium & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere lintheo quo erat præcinctus.

Theo. Quia dominꝰ trãſmigraturus erat de preſenti ſeculo: explicat qualẽ erga ſuos amicitiã gereret: vnde dicitur. Ante diem feſtũ Paſchæ &c. Beda. Plurimas ſiquidem feſtiuitates Iudæi habebant, ſed apud eos inſignior atq; celebrior erat Paſchæ feſtiuitas, propter qđ ſignificanter dicit. Ante diem feſtum Paſchę. Augu. Paſcha non ſicut quidam exiſtimant græcũ nomen eſt, ſed hebræum opportuniſſimè tamen occurrit in hoc nomine quędam congruentia vtrarumque linguarũ, quia enim pati grecè paſchin dicitur, ideo Paſcha paſſio putata eſt, vel hoc nomen à paſſione ſit appellatũ, in ſua verò lingua hoc eſt in hebræa Paſca tranſitus dicitur, propterea quia tunc primũ Paſcha celebrauit populus dei quando ex Aegypto fugiẽtes, rubrum mare tranſierũt, nunc ergo figura illa prophetica in veritate completa eſt, cum ſicut ouis ad immolãdum ducitur Chriſtus, cuius ſanguine illinitis poſtibus noſtris, id eſt cuius ſigno crucis ſignatis frontibus noſtris à perditione huius ſeculi, tanquam à captiuitate ægyptiaca liberamur: & agimus ſaluberrimũ tranſitum, cũ de diabolo tranſimus ad Chriſtum, & ab iſto inſtabili ſeculo, ad eius fundatiſſimum regnũ. Hoc itaq; nomen. i. Paſcha velut interpretans nobis euangeliſta dicit. Sciens quia venit hora eiꝰ vt tranſeat ex hoc mũdo ad patrem. Ecce paſcha, ecce tranſitus. Chry. Non ſolũ autẽ tũc ſciens, ſed olim. Trãſitus aũt eius mortem vocat. Relicturus aũt diſcipulos maiorem eis demõſtrauit amorẽ, & hoc eſt quod dicit. Cũ dixiſſet ſuos qui erant in mundo in finẽ dilexit eos, hoc eſt nihil dereliquit eorũ quæ eũ qui valde amat decens eſt facere, non aũt à principio hoc fecit, ſed maio-

Paſchæ notio & dignitas

Signa ad moris Chriſti.

ra postea adiecit,vt eorũ augeat familiaritatẽ: & multã eis præparet consolationẽ,ad ea quæ superuẽtura erant suos autẽ eos vocat secundum familiaritatis rationem, qua & alios suos dicit secundũ conditionis rationẽ: vt cũm dicitur.Sui eũ non receperũt,addit autem qui erãt in mundo, quia sui erant etiã defuncti vt Abrahã Isaac & Iacob,sed in mũdo non erant.Hos ergo suos qui erãt in mũdo mansit amans cõtinuè, & tandẽ perfectã amicitiam circa eos ostendit,& hoc est.In finẽ dilexit eos. Augu.Vel ali.In finẽ dilexit eos,vt & ipsi de hoc mundo ad suũ caput dilectione transirent,quid est em.In finem:nisi in Christũ?Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti,finis pficiens non interficiens.Video autem posse ista verba quodã humano modo etiam sic accipi iaq̃ vsq; ad mortem Christus dilexerit suos. Sed absit vt dilectionẽ morte fierit qui nõ est morte finitus,nisi fortè sit ita intelligẽdũ vsq; ad mortem dilexit eos.i.vsque ad mortem illũ dilectio ipsa pduxit.Sequit: Et cœ.facta.i.iam peracta,& ad cõuiuantiũ mensam vsumiq; pducta.Nõ em ita debemus intelligere cœnẽ factam,veluti iam cõsumptam atq; transactã,adhuc enim cœnabatur surrexit & pedes lauit discipulis: nã postea recubit & buccellã traditori dedit,q̃ autem ait.Cũ iam diabol⁹ missiset &c.Messio ista spũalis suggestio est, q̃ non fit per autẽ, sed per cogitationem, diabolicę enim suggestiones immittũtur:& humanis cogitationib⁹ immiscentur.Factũ ergo iam fuerat in corde Iudæ p immissionem diabolicã,vt traderet discipul⁹ magistrum. Chryſ.Hoc autẽ quasi stupens interfetuit euangelista, quoniam eũ qui iam prodere statuerat dñs lauit,ostendit etiam proditoris multã nequitiam,quoniã neq; salutis eum cõmunicatio detinuit: quod maximè cõsueuit nequitiã detinere. Augu.Locuturus aũt euengelista de tanta dñi humilitate prius eius celsitudinẽ voluit cõmẽdare,ad quod pertinet quod dicit. Sciens quia omnia &c.ergo & ipsum traditorẽ.Grego.6.mor.Sciebat enim q̃ in manu sua ipsos etiam pſecutores acceperat, vt ipse in se ad vsum pietatis intorqueret,quicquid eorum contra se malitia permissa fæuiret. Orige. Omnia enim tradidit ei pater in man⁹, hoc est in opere eius & potestate.Pater em meus vsq; huc(inquit) operat & ego operor,vel omnia tradidit ei pater in manus, cũcta capientes vt quælibet ei famulat.Chry.Traditionẽ enim hic salutẽ fidelium vocat. Cũ autẽ audieris traditionẽ nihil humanũ suspiceris:eum em qui ad patrẽ ostendit honorẽ & concordiã.Sicut em pater ei tradidit, ita ipse patri,vnde Paulus.Cũ tradiderit inquit regnũ deo & patri.Aug.Sciens etiã quia à deo exiuit:& ad deum vadit,nec deum cũ inde exiret, nec nos deserens cũ rediret.Theo.Quia ergo pater oĩa ei cõmisit in manus.i.salutem ei cõmisit fidelium,decẽs reputabat quęcũq; spectant ad salutẽ illis ostẽdere. Sciens etiã q̃ à deo exiuit q̃ ad deum vadit, nullaten⁹ eius gloria minui poterat, dum pedes discipulorũ ablueret:neq; enim gloriã usurpauit,qui em dignitatatẽ usurpant, minimè cõdescendunt ne dissipent quod incongruè sibi diripuerũt.Aug. Cũ ergo illi pater omnia dedisset in manus,ille discipulorum non manus, sed pedes lauit, vt cũ se sciret à deo exisse & peregrè ad deum, non dei dñi,sed hominis serui implcuit officiũ.Chryſ.Hoc autem dignũ erat,eo q̃ à deo exiuit, & ad deũ vadit:vt vniuersum conculcaret tumorem,vnde sequit.Surgit à cœna & ponit vestimẽta,& cum accepisset linteũ precinxit se,deinde misit aquam in pel.& cc.la.pe.dis. & exter.lin. quo erat pcin. Vide qualiter humilitatem ostẽdit,non solũ in lauando pedes,sed etiam aliter.Non em antequã recũberet,sed postquam recederũt omnes,tunc surrexit, deinde nõ solum lauit,sed vestimenta deponit:linteum prẽcinxit & peluium implet:& non alii impleri iussit. sed omnia operatur ostendens quòd cũ omni studio oportet talia facere.Orige. Mysticè autem prandiũ cibus esse dinoscitur:& ante terminũ diei spiritualis qui in vita præsenti considerarur,& his qui introducũtur cõueniens existit:cœna verò finalis & his qui iam vltra progessi sunt apponitur.Aliter quoq; poterit quis asserere prandium fortè intentionẽ scripturarum antiquarũ: cœnam verò recondita in nouo testamento mysteria. Puto autem q̃ qui vna cũ Iesu cœnãt,& in finali vitæ præsentis die se cum conuiuantur,egent lauacro quodã, non vtiq; erga quod primorũ(vt ita loquar)corporis &animç,sed quo ad vltima & postrema q̃ terrę necessario hęrent. Dicit autem q̃ cœpit lauare pedes,nam postmodũ lauit & finiuit lotuiã: quia pedes apostolorũ fuerunt contamina ti,iuxta illud. Omnes vos scandalizamini ista nocte in me.Postea aũt pefecit eos lauare,purgãs eos vt vltra nõ fedentur.Augu.Posuit autem vestimenta sua,qui cũ in forma dei esset semetipsum exinaniuit, præcinxit se linteo,qui formam serui accepit, misit aquã in peluiũ vnde lauaret pedes discipulorũ,qui in terram sanguinẽ fudit quo immunditiã dilueret peccatorũ. Linteo autem quo erat præcinctus pedes quos leuerat tersit,qui carne qua erat indutus euãgelistarũ vestigia confortauit, & linteo quidem vt se præcingeret,posuit vestimẽta quæ habebat,vt autẽ formam serui acciperet, quãdo semetipsum exinaniuit,nõ quod habebat depositi,sed quod non habebat accepit, crucifigendus sanè suis expoliatus est vestimentis,& mortuus inuolutus est linteis, & toto eius passio nostra purgatio est.

Allegoria lotionis.

Venit ergo ad Simonẽ Petrũ.Et dicit ei Petrus. Domine tu mihi lauas pedes?Respõdit Iesus & dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo:scies aũt postea.Dicit ei Petrus. Nõ lauabis mihi pedes inæternum.Respõdit ei Iesus, Si nõ lauero te, non habebis patrẽ mecũ.Dicit ei Simon Petrus.Domine non tantum pedes sed & manus & caput.Dicit ei Iesus. Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet,sed est mundus totus. Et mundi estis,sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum:propterea dixit non estis mundi omnes.

Orige.Sicut medicus pluriũ ægrotũ intẽtus curæ:ab his q̃ magis indigent propriã curam incipit,sic & Christus quifœdos abstulit pedes discipulorũ exorditur ab his qui magis erant fœdi,& sic vltimo venit ad Petrum quasi minus aliis indigentẽ latura pedũ, vnde dicit:Venit ergo ad Si.Pe.cui quodãmodo ad resistendum penè munda pedũ conscięti ap̃suadebat:vnde sequit.Et dixit ei Petrus &c.Augu. Quid est.Tu quid est mihi?cogitã da sunt potius q̃ dicẽda,ne fortè quod ex his verbis ali quatenus quidem dignè cõcepit anima:nõ explicet lingua.Chryso.Vel si Petrus primus erat, sed credibile est proditorem stultũ existentẽ ante eum recubuisse: quod euangelista significauit cũ dixit.Cœpit lauare pedes,deinde venit ad Petrũ.Theo. Et quo patet q̃ non primus lauit Petrũ,ex cæteris verò discipulis nullus tentauisset ante Petrum lauari.Chryso. Quæreret autẽ vtiq; quis quare nullus eũ aliorum,phibuit,sed solus Petrus quod nõ parui amoris & verecũdiæ erat.Ex hoc igitur videt prius solũ proditorẽ lauasse, deinde ad Petruum venisse: & alios discipulos per eum de reliquo castigatos.Si em quẽquam ex cęteris lauare cœpisset prohibuisset dñm, & dixisset q̃ Petrus dixit.Orig.Vel aliter.Omnes porrigebant pedes decernẽtes q̃ tãtus nõ irrationabiliter eorũ lauaret pedes:solus autẽ Petrus nullam aliã cõsiderationẽ conferẽs tanquã reuerẽs Iesum:non p̃bebat pedes suos lauandũ,sæpe em scriptura designauit Petrum

Sanctitas Petri notatur.

Iudas primo lotus à Iesu.

Suggestio diabolica.

Signabu militatis Christi.

feruidum ad insinuandum quę sibi visa sunt vtiliora & meliora.Aug.Vel aliter. Nõ debem⁹ putare hoc Petrũ inter cæteros formidasse atq; recusasse,cũ & id alij ante ipsum libenter vel æquanimiter fieri permisissent:nõ enim ita intelligendũ est quasi aliquibus iã lauasset: & post eos venisset ad primũ.Quis enim nesciat primum apostolorũ esse beatissimum Petrum?sed q̃ ab illo cæperit. Quando ergo pedes discipulorũ lauare cępit:venit ad eum à quo cepit.i.ad Petrum:& tunc Petrus expauit,quod etiã quilibet eorũ expauescet. Sequitur. Re.le.& di.ei:qđ ego fa.tu ne.mõ.sci.aũt postea Chr.i. humilitatem huius doctrinæ: & quõ humilitas sufficit in deũ pducere.Orig.Vel insinuat dominus q̃ hoc erat mysteriũ.Lauãdo enim & exsiccando pedes eorũ,facie bat eos decores debentes euãgelizare honesta, vt ostendere valeãt iter factũ ac pergere per eum qui dixit.Ego sum via : oportebat aũt lauari pedes discipulorũ à Iesu deponente vestimenta vt mundos pedes mundiores efficiat,vel vt immunditiã pedum discipulorũ susciṗiat in proprium corpus, per linteum quo solo p̃cinctus manebat,ipse nanq; languores nostros portauit. Attende etiã q̃ cũ debeat pedes discipulorũ abluere, non aliud tempus elegit, quã cum diabol⁹ iã intrauerat in cor Iudæ vt eum proderet,& futura pro hominibus dispensatio imminebat.Nã ante hoc nõ erat oportunum pedes discipulorũ lauari à Iesu.Quis enĩ pedum eorum sordiciẽ interm edij temporis vsq; ad passionem lauisset?Sed neq; tempore passionis: alter enim Iesus nõ aderat qui pedes eorum lauaret,sed neq; post dispensationem:illo nanque tẽpore spiritusancto superueniente eorum loti sunt pedes. Huius ergo mysterij dicit dominus Petro, tu nõ es capax, sed post hæc noſces cum illud perceperis illustratus.Aug.Nec tamen ille dominici facti altitudine exterritus permittit fieri,quod cur fieret ignorabat, sed vsq; ad suos pedes humilem Christum videre non potest sustinere. Nam sequitur,Dicit ei Petrus, non lauabis mihi pedes &c.Hoc quippe in ęternũ non fit quod nunq̃ fit.Orig.Ex hoc autem accipimus exemplum,quoniã possibile est quenq̃ secundũ purum propositum dicere propter ignorantiã quod sibi non prodest.Petrus enim ignorans hoc esse conueniens,primo quidem quasi dubitans suauiter dixit.Domine,tu mihi lauas pedes?Secundo.Non lauabis mihi pedes inæternum,quod erat prohibitum operis perducentis eum ad habendum partem cum Iesu,in quo etiam non tantum Iesum arguit inconuenienter lauantẽ pedes discipulorum.sed etiã condiscipulos indecenter suos pedes porrigentes:cum ergo nõ esset expediens Petro proprium responsum,nõ permisit illud dominus verificari. Nam subditur.Respõ.ei.Ie.Si nõ lauò te &c.Aug.Ita dictum est.Si non lauero te,cùm de solis pedibus ageretur quõ dici solet,calcas me quando sola planta calcatur.Orig. Qui aũt recusant hæc & similia tropologizare dicant, quõ probabile est eũ qui ob reuerentiã Iesu dixit. Nõ la.mihi pe.in æter.non habiturum partem cũ dei filio, propter non lauare pedes ab eo, sicut propter immane scelus:& ideo præstandi sunt pedes.i.mentis affectus lauandi à Iesu vt sint pedes nostri decori,& pſertim cum emulantes potiora dona volumus annumerari eis qui euangelizant bona. Chry.Ideo aũt nõ dixit cuius gratia hoc faciebat, sed minas imposuit , quia ille nequaq̃ persuasus esset:audiens enim.Sciens autẽ postea:nõ dixit,doce igitur me vt permittã, sed quando cõminatus est id qđ maximè timebat.s.separari ab eo:tunc permisit.Orig.Hoc dicto vtemur contra eos qui indiscretius se facere statuerunt quod eis non prodest. Nam ostendendo illis q̃ non sunt habituri partem cum Iesu:dum

Tempus lotionis congruũ.

Indiscreta vota mutãda.

præsumptuosum decretum obseruant , admonebimus illos ne immorentur male decretis , etiã si iureiurando ex multo impetu illud firmauerunt.Aug.At ille amore & timore perturbatus, plus expiauit Christum sibi negare,q̃ vsq; ad suos pedes humiliari,vnde sequitur.Dicit ei Si.petrus &c.Orig.Manus autem lauare nolebat Iesus contemnens quæ dicebantur quoniã discipuli tui nõ lauant manus cùm panem manducant:caput autem submergi nolebat,in quo imago & gloria patris extiterat:satis est autem ei vt pedes lauandos porrigeret,vnde sequitur.Dicit ei Iesus &c.Augu.Totus vtiq; præter pedes,vel nisi pedes quos habet opus lauare.Homo enim in baptismo totus abluitur,non præter pedes sed totus omnino,veruntamen cum rebus humanis postea viuitur,vtiq; terra calcatur.Ipsi igitur humani affectus sine quibus in hac mortalitate non viuitur,quasi pedes sunt , vbi & humanis rebus afficimur , vt si dixerimus quia peccatum non habemus : nosipsos decipiamus.Si autẽ cõfitemur peccata nostra,qui pedes discipulorum lauit nobis peccata dimittit, vsq; ad pedes quibus conuersamur in terra.Orig.Impossibile autem puto nõ cõtaminari extrema animæ & infima eius, q̃q̃ quoad homines perfectus quis esse putetur : plurimi autẽ & post baptismum implentur puluere scelerum vsq; ad verticem:qui vero legitime discipuli sunt , erga solos pedes indigent lauatione,Aug.ad seleuciã.Ex hoc autẽ quod hic dicitur intelligitur q̃ iam Petr⁹ baptizatus fuerat: intelligimus enim eius discipulos per quos baptizabat iam fuisse baptizatos:siue baptismo Ioannis sicut nonnulli arbitrantur,siue quod magis credibile est baptismo Christi . Neq; enim renuit misterium baptizandi, vt haberet baptizatos seruos per quos cæteros baptizaret : qui non defuit humilitatis ministerio quando eis pedes lauit,vnde sequitur.Et vos mun.estis:sed nõ omnes.Aug.Hoc quid sit ne quęramus,ipse euangelista patefacit adiungens.Sci.enim quisnã es.qui tra.eum propte.di.Nõ estis mun.oẽs. Orig. Quod ergo dicit,Vos mundi estis:refertur ad xj.quod verò subditur. Sed nõ oẽs:dicitur propter Iudã existentẽ immundum: primo quidã quia pauperes non erãt sibi cure,sed fur erat:demum diabolò ingresso in cor eius vt proderet Christũ. Lauat autẽ pedes postq̃ mundi erant quoniã gratia trãscendit necessitatẽ:& sicut dicit Ioannes.Mundus mundificetur adhuc. Augu.Vel quia ipsi discipuli cùm loti essent , non opus habebant nisi pedes lauare,quia dum in isto seculo viuit homo,humanis affectibus terã velut pedibus calcans contrahit.Chry.Vel aliter.Non dicit eos mundos , vt à peccatis erutos æstimes victima nõdum oblata,sed eam quæ cognitionis est mundationem dicit,iam enim ab errore Iudaico eruti erant.

Apostoli fuere baptizati.

Postquam ergo lauit pedes eorum , accepit uestimenta sua, & cum recubuisset iterũ dixit eis. Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magister & domine, & bene dicitis,Sum etenim . Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister,& uos debetis alter alterius lauare pedes . Exemplum enim dedi uobis,ut quemadmodum ego feci uobis , ita & uos faciatis.Amen amen dico uobis,nõ est seruus maior domino suo,neque apostolus maior est eo qui misit illum.Si hæc scitis,beati eritis si feceritis ea. Non de ommbus uobis dico.Ego scio quos elegerim.Sed ut adimpleatur scriptura . Qui manducat meum panem leuabit contra me calcaneum suum . Ammodo dico uobis priusquam fiat ut cum factum fuerit credatis.quia ego sum. Amen amen dico uobis,qui accipit si quem misero,me accipit . Qui autem me accipit,accipit eum qui me misit.

Aug.Memor dominus se promisse scientiã facti suĩ Petro dicẽs,Scies aũt postea quid sit quod feci,docere

nunc incipit,vnde dicitur. Postq̃ er.la.pe.eorum:acce. ve.sua & cũ recu.ite.di.eis.Sci.quid fe.vo.Orig.Quod vel interrogatiue proferatur vt ostendat facti magnitudinem,vel imperatiuè vt eorũ erigat intellectũ. Aleui.

Allegoria pulchra.

Mysticè aũt impleta redemptionis nostræ purgatione per sanguinis sui effusionẽ accepit vestimẽta sua,tertia die de sepulchro resurgens, & eodẽ corpore iã immortali vestitus,& cùm recubuisset ascendens in cælum in dextera paterna diuinitatis recũbens, inde vẽturus est ad iudicandum.Chry.Nõ aũt adhuc ad solum Petrum: sed ad oẽs loquitur.d.Vos vo.me ma.& do.in quo eorũ iudicium assumit,deinde vt non illorum gratiæ esse putẽtur hęc verba subiũgit.Et bene di.sunt etenim.Aug. Homini præceptum est.Nõ te laudet os tuũ,sed laudet te os proximi tui, periculosum est enĩ sibi placere, cui cauendum est superbire. Ille aũt qui super oĩa est quantũcunq; se laudet:non se extollit excelsius, nec potest rectè dici arrogãs deus, nobis nanq; expedit deũ nosse nõ illi.Nec eum quisq; cognoscit, si non se indicet ipse qui nouit.Si ergo nõ se laudando quasi arrogantiã vitare voluerit:nobis sapientiam denegabit.Quõ aũt arrogantiã veritas timet? Et quidem q̃ magistrum se dicit nemo reprehenderet etiam qui cum nihil aliud hoĩem crederet,quoniã id profitetur quod & ipsi hoĩes in qui buslibet artibus vsq; adeo sine arrogantia profitentur vt professores vocentur.Quod vero dominũ discipulorum se dicit,cùm sint secundũ seculum ingenui:quis ferat in hoĩe?Sed cum deus loquitur,nulla est elatio tãtę celsitudinis,nullũ mendaciũ veritatis,nobis subiacere vtile est illi celsitudini,seruire veritati. Ideo bene ergo dicitis vocãdo me magistrũ & dominum:quia sum. nã si nõ.essem:quod dicitis male diceretis.Orig.Et illi quidẽ nõ bene dicũt Domine:quibus dicetur, Discedite à me qui operamini iniquitatẽ:sed apostoli bene dicũt magister & domine,nõ enim eis nequitia dominabitur,sed verbũ dei.Sequitur.Si ergo ego la.pe.ve.dominus & ma.& vos de.al.alte.la.pe.Chry.A maioribus reb⁹ accipit exẽplũ,vt q̃d minus est operemur. Nã ipse quidẽ dominus est:nos aũt ad cõseruos facimus si fecerimus,Et ideo subdit.Exẽplũ enim de. vo.vt quẽadm. ego fe.vo. ita & vos fa.Beda.Primũ domin⁹ egit factis quod postmodum docuit verbis secundũ illud. Ce. le. fa.& do.Aug. Hoc est beate Petre quod nesciebas hoc tibi postea sciendum promisit.Orige.Considerandum vero est si necessariũ est quemlibet volentem disciplinã Iesu perficere,velut debitum opus prosequi lauacrũ sensibilium pedum:propter hoc dicit. Debe. ad in.la. pedes. Sed hic mos vel nõ fit:vel admodum raro.Aug. Est enim apud plerósq; cõsuetudo hui⁹ humilitatis cũ seinuicẽ hospitio suscipiunt,& faciũt hoc sibi inuicem fratres,etiã opere ipso visibili. Multo enim melius est & sine cõtrouersia verius:vt etiã manibus fiat,ne de dignetur quod fecit Christus facere christian⁹.Cum.n.ad pedes fratrũ inclinatur corpus, etiã in corde ipso excitatur,vel si iã inerat, confirmatur humilitatis affectus. Sed expecto hoc morali intellectu,nunquid etiã frater fratrẽ à dilecti poterit cõtagione mundare? Sed cõfitea fratrẽ à dilecti poterit cõtagione mundare?Sed cõfitemur inuicẽ delicta nostra inuicem nos delicta donem⁹: & pro nostris delictis inuicẽ oremus,atq; ita quodãmõ inuicem pedes nostros lauemus.Ori.Vel alit.Hoc lauacrũ spũale pedum:de quo dictũ est, principaliter quidẽ à nullo nisi à solo Iesu potest effici,secũdario verò à discipulis eius,quib⁹ dixit. Vos deb.adin.la.pe.Iesus enĩ lauit pedesdiscipulorũ inquantũ magister,&seruorum in eo q̃ dominus.Hic aũt est finis magistri vt discipulum,faciat sicut se, quod de saluatore apparet,q̃ p cæteris magistris & dominis vult vt fiãt eius discipuli quasi magister & dominus,nõ habẽtes spiritũ seruitutis, sed spiritũ filiationis, in quo clamãt.Abba pater.Prius ergo q̃ fiãt & magister & domin⁹ egent lauacro pedũ,velut in sufficientes discipuli,& adhuc sapientes spiritũ seruitutis.Cum aũt aliquis eorum statũ magistri attingit & domini,tunc imitari:poterit eũ q̃ lauit discipulorũ pedes,ac lauare pedes p doctrinã quasi magister.Chr.Adhuc aũt prouocans eos ad lauandum pedes, subiungit. Amen amen di.vo. Nõ est ser.ma.do.suo:neq; apo.ma. eo q̃ mi.illũ.q.d.Si ergo hæc à me facta sunt,multò magis à vobis oportet hæc fieri.Theo.Necessario etiã hic apostolos admonet,quia enĩ ad dignitates habebãt attingere:& hic quidẽ maiores,hic minores:ne insurgant adinuicẽ,serenat conscientiã oĩm.Bed.Quia verò scire bonum & nõ facere pertinet ad beatitudinẽ,sed ad cõdemnationem:secm illud.Scienti bonũ,& nõ facienti, peccatũ est illi.subiũgit.Si hæc sci.be.eri.si fe.ea.Chr. Nã scire quidem oĩm est,facere vero non oĩm.Deinde proditorẽ nõ manifeste redarguit:sed obumbrate:cum subditur.Nõ de oĩbus vo.dico.Aug.q.d.Est inter vos q̃ non erit beatus, neq; facit ea.Ego scio quos elegerim. Qui os,nisi eos q̃ beati erunt faciendo q̃ p̃cepit? Nõ est igitur Iudas electus, quid est ergo q̃d alio loco dicitur. Nõne ergo vos.12.elegi? an ipse ad aliquid est electus, ad quod erat vtiq; necessarius, nõ autẽ ad beatitudinẽ, de qua dicit. Beati eri.si fec.ea.Orig.Vel alit.Nõ recte existimo posse referri,quod dicitur.Nõ de oĩbus vobis dico:ad hoc quod dictum est.Beati eritis si fec.ea.Totũ enim hoc & de Iuda & de quolibet alio verum est dicere:Beatus talis si fecerit hæc. Reducemus aũt hæc ad illud dictum.Nõ est ser,ma.do,suo:nec apo.ma.eo q̃ mi. illum. Iudas enĩ cum esset seruus peccati,nõ erat seru⁹ diuini verbi,nec apostol⁹ diabolo ingresso in cor eius, cum ergo dominus nouisset qui sunt sui:alienos à se nõ nouit propter quod non ait. Ego scio cunctos p̃sentes, sed ego scio quos elegerĩ.q.d.electos meos noui.Chry. Deinde vt nõ multos cõtristet suo sermone subiungit. Sed vt adimpleatur scri.q̃ man.mecum pa.le.cal.suum cõtra mẽ,ostendens q̃ non ignorans traditur, quod maxime sufficiens erat Iudã retinere,& non dixit. Tradet mẽ,sed leuabit cõtra me calc.suum: dolum & occultationem insidiarum representare volens.Aug.Quid est enĩ.Leuabit calcaneum suum super me,nisi cõculcabit merin quo Iudas traditor eius attingitur.Chrys.Dicit aũt.Qui mãducat mecum panẽ.i.qui à me nutritus est, qui mea mensa cõmunicauit, vt si quãdo à famulis,aut aliquibus vilioribus patiamur aliquid malum nõ scãdalizemur,respicientes Iudę exẽplum qui infinitis potit⁹ bonis,in cõtrarium remunerauit benefactorẽ.Aug.Illi ergo qui electi erãt manducabãt dominum,ille mandu cabat panẽ domini cõtra dominum,illi vitã:ille pœnã. Qui enim manducat indigne ait apostolus,iudicium si bi mãducat.Sequitur.Ammodo di.vo.priusq̃ fiat,vt cũ fa.fue.cre.quia ego sum,de quo.s.illa scriptura processit.Orig.Nõ aũt dictum est apostolis.Vt credatis,quasi nõ credentibus, sed dictum est tanq̃ æquipolleat ei,q̃d est vt credentes operamini,perseuerãtes in credulitate, nec aliquam occasionẽ ad repulsam captantes,super ea enim q̃ obtinebãt discipuli ad fidem facientia, hoc etiã adepti sunt videre perfici scriptutã prædictam. Chrys. Quia ergo discipuli exituri erãt ad p̃dicandum & multa passuri duob⁹ modis eos cõsolatur, vno modo à seipso,cum dicit.Beati eri.si fe.ea.Alio vero modo cõsolatus est eos ab aliis: eo scilicet q̃ ab hoĩbus multa patiẽtur procurationem:vnde subdit. Amen amen dico vobis &c.Orig.Qui enim recipit quẽ mittit Iesus.Iesum qui missoconfitit recipit,qui autem Iesum recipit,patrem

Professores scientiarum.

Magistetiũ Xpi.

Exemplũ Xpi proponitur.

Consolatio duplex apostolo.

recipit, igitur q̃ recipit quem mittit Iesus,mittẽtẽ recipit patrẽ.Potest etiã & hic sermo fore, qui recipit,quẽ ego misero:vsq; ad mei receptionẽ attingit. Qui vero nõ per aliquẽ apostolorum meorũ me recipit, sed recipit me venientẽ ad aĩas,patrẽ recipit,vt non tantũ ego in eo maneã,sed & pater, Aug.Arriani aũt cum hoc audiunt statim ad gradus sui dogmatis currunt,dicentes, Quantum apostolus distat à domino,tantũ filius à patre:sed vbi domin⁹ dixit, Ego & pater vnũ sumus,nullã distantię suspicionem reliquit. quoniã ergo nos accepturi sumus hæc verba dominica, Qui me accipit,accipit eũ,q̃ me misit,q̃ vnius naturæ sunt pater & fili⁹,cõsequẽs videbitur,quia dixit,Qui accipit si quẽ misero, me accipit,& vni⁹ naturę sunt filius & apostolus,ita dixisse possit videri,Qui acc.si quẽ mi.me secũdũ hoĩem accipit:qui aũt me scm deũ acci.acci.eũ qui me misit. Sed cum ista dicebat,nõ ab illo naturę vnitas,sed in eo qui mittitur mittentis cõmendabatur auctoritas.Si ergo attendas Christũ in Petro,discipuli præceptorem:si autem patrem in filio, inuenies vnigeniti genitorem.

Cũ hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu & protestatus est. & dixit, Amen amen dico uobis,quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant ergo adinuicem discipuli hæsitãtes,de quo diceret. Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus.Innuit ergo huic Simon Petrus,& dixit ei,Quis est,de quo dicit? Itaque cum recubuisset ille supra pectus Iesu,dicit ei,Dñe,quis est? Respondit Iesus,Ille est cui ego intinctum panẽ porrexero,& cum intinxisset panẽ dedit Iudæ Simonis Scharioth. Et post buccellam introiit in eum Sathanas, & dixit ei Iesus,Quod facis fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant quia loculos habebat Iudas,quòd dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum,aut ut egenis aliquid daret.Cum ergo accepisset ille buccellam,exiuit continuo.Erat autem nox.

Chry.Quia dominus apostolis debentib⁹ orbẽ terrarum vniuersum percurrere, exhibuerat duplicem cõsolationem p̃dictã,cogitans q̃ vtraq; proditor priuatus

Turbatio Iesu exponitur.

est turbatur.Et hoc significat euangelista dicens.Cùm hæc dixisset Iesus,turbatus est spiritu &c.Aug.Nõ illi hoc tunc primũ venit in mentem,sed quia proditorem iã fuerat expressurus,vt non lateret in cæteris,ideo turbatus est spiritu:& quia ipse traditor iã fuerat exitur⁹, vt Iudæos quib⁹ dominus ab eo traderetur adduceret. Turbauit eũ imminens passio & periculum proximorum: & traditoris impendentes manus cuius fuerat p̃cognitus animus.hoc etiã dominus significare sua turbatione dignatus est,q̃ quãdo ex falsis fratrib⁹ aliquos separare etiã ante messem vrgens causa cõpellit,fieri sine ecclesiæ turbatione non possit.Turbatus est aũt nõ carne,sed spũ.Spiritus enim in huiusmodi scandalis nõ peruersitate, sed charitate turbatur,ne forte in separatione aliquorum zizaniorum simul aliquod eradicetur & triticum:siue ergo ipsum Iudã pereuntẽ miserando, siue sua morte appropinquãte turbatus est,nõ animi infirmitate,sed potestate turbatur.Nõ enim aliquo cogẽte turbatur,sed turbauit semetipsum : vt supra dictum est.q̃ autẽ turbatur, infirmos in suo corpore,hoc est in sua ecclesia cõsolatur,vt si qui suorũ morte imminente

Sto corũ error diluitur.

turbantur,nõ se reprobos putent. Ori.In eo enim q̃ dicit turbatus est spũ,q̃d humanũ est.s.passio, proueniebat ab exuberantia spũs, si enĩ sanctus quilibet in spũ viuit,& agit,& patitur,quãto magis hæc dicenda sunt de Iesu sanctorum premiatore? Aug.Pereãt igitur argumenta Stoicorũ,qui negãt in sapientem cadere perturbationem aĩorum, qui ,pfecto sicut vanitatem æstimãt veritatem,sic stuporem deputant sanitatem.Turbetur planè animus christiani nõ miseria,sed misericordia:dicit aũt,Vnus ex vobis:numero nõ merito,specie nõ virtute,Chry. Quia verò nõ nominatim dixit, rursum in oẽs inducit timor em:vnde sequitur, Aspiciebant ergo discipuli adinuicem hæsitantes de quo diceret.Et nimirum nullius sibiipsis consci⁹ mali tamen æmulationem Christi propriis cogitationibus credibiliorẽ putabãt. Aug.Sic etiã in eis erat erga magistrum suum pia charitas, vt tamen eos humana alterũ de altero stimularet infirmitas.Orig.Reminiscebãtur etiã vt hoĩes existentes,quoniã alterabilis est affect⁹ adhuc prouectorum ac susceptibilis appetitus cõtrariorum his quæ prius voluerat.Chry. Oĩbus aũt trementibus & ipso vertice.s. Petro formidãte,Ioãnes velut dilectus recubuit in sinu Iesu,vnde sequitur: Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu quem di.Ie. Aug. Ipse est Ioãnes cuius est hoc euangelium,sicut postea manifestat.Erat enim hæc eorum cõsuetudo qui sacras nobis literas ministrarunt, vt quãdo ab aliquo eorũ diuina narrabatur historia,cũ ad seipsum veniret tanq̃ de alio loqueretur. Quid enim deperit veritati quando & res ipsa dicitur, & quodãmodo dicenti iactãtia deuitatur? Chry.Si aũt huiusmodi familiaritatis causam quęris discere,amoris res erat,propterea dicit:Quem dil.Ie.Quãuis enim & alij amarentur,tamen iste plus aliis.Orig.Aestimo aũt q̃ etiã hoc protendit & Ioãnes recumbens verbo ac in secretioribus pausans incumbebat gremiis verbi.Chr. Volebat etiã ostẽdere seipsum esse alienum à crimine, & hoc etiã dicit:ne æstimes q̃ Petr⁹ ei vt maiori existẽti innuerit:nã sequitur,Innuit ergo huic Si.Petr⁹,& dicit ei,quis est de quo dicit? Vbiq; enim inuenitur Petr⁹ ab amore impetũ faciens, & quia primo increpatus est nõ locutus est,sed,mediante Ioanne vult discere.Vbiq; enim scriptura ostendit Petrũ feruidũ: & familiaritatẽ habentem ad Ioannem. Aug.Notanda aũt locutio est: dicere aliquid nõ sonãdo, sed tantummodo innuendo. Innuit(inquit)& dicit.i.innuendo dicit.Si enim cogitando aliquid dicitur:ficut illud,Dixerunt apud semet ipsos,q̃to magis innuendo vbi iã foris qualibuscunque signis promitur,quod fuerit corde conceptũ?Orig Vel primo innuit,& deinde nõ cõtentus nutu dixit illi,Dic quis sit de quo dicit.Sequitur,Itaq; cum recubuisset il

Cõsuetudo euangelistarũ.

Contenlo supra dixerat in sinu.

le supra &c.Aug.Quod aũt nũc supra pectus dicit,Pau sus euãg. sinu Iesu superascendit & incubuit supra pectus quasi si nõ incubuisset in pectore,sed remansisset iacens in sinu,nequaq̃ dominus ei tradidisset verbũ quod Petr⁹ scire cupierat . Per hoc ergo q̃ vltimo supra pectus incubuit,exprimitur tanq̃ per maiorem & abundantiorem gratiã specialis Iesu discipulus esse.Bed.Quod autẽ in sinu & supra pectus recubuit,non solum fuit præsentis amoris indicium,sed etiã futurę rei signũ,q̃ scilicet inde vocem sumeret quã postmodum cunctis seculis inaudità emitteret.Aug.Per sinũ enim quid aliud significatur q̃ secretum:hic est vtiq, pectoris sinus sapientiæ secretum.Chry. Neq; autẽ tunc nominatim proditorem dominus manifestauit:nã sequitur, Respõdit Iesus,ille est cui intinctum panem porrexero:& modus ipse manifestationis cõuersurus erat,quia enim ob mensationẽ verecundatus nõ est,eodem pane cõmunicans verecundari debuit . Sequitur. Et cum intinxis. pa.dedit Iudæ Si.Sca.nõ vt putãt quidã negligenter legentes tunc Iudas solus Christi corpus accepit, intelligendũ est enim q̃ iã eis oĩbus distribuerat domin⁹ sacramẽta corporis & sanguinis sui,vbi & ipse Iudas erat , sicut Lucas narrat.At demũ ad hoc ventum est,vbi scm narrationem Ioãnis dominus per buccellã tinctam atq; porrectã suũ exprimit traditorẽ,fortassis per panis tinctionẽ illi⁹ si-

gnificans fictionē,nō enim oīa quę tingūtur abluuntur sed vt inficiantur,nonnulla tinguntur,si autem bonum aliquid hæc significat tinctio, eidē bono ingratū meritō est secuta dominatio. Sequitur enī, Et post buccellā &c. Orig. Attende ꝙ primo quidem nō introiuit Sathanas in Iudā, sed immisit in cor eius solū vt proderet p̄ceptorē. Post panem aūt in eum ingressus est,quāobrē nobis cauendum est,ne diabolus intrudat in cor nostrū aliquid ignotorū telorum suorum: nā si intruserit insidiatur deinde vt & ipse introeat. Chry. Donec enī fuit in collegio nō audebat insilire, sed extrorsum immittebat,quando vero eum manifestū fecit,& expulit libere in eā de cætero exiliuit. Aug. Vel intrauit in eū vt sibi iā traditū plenius possideret,neq; enim non in illo erat quando ad Iudęos de p̄cio tradendi dominū pactus est, cum Lucas dicat,Intrauit aūt Sathanas in Iudā,&abiit & loeutus est cum principibus sacerdotum,talis iā venerat ad cœnandum,sed post panē introiuit in eum,nō vt adhuc alienum tētaret, sed vt proprium possideret. Orig. Decebat enim vt ęstimo propter panis exhibitionem auferri ab indigno bonum quod se habere credebat,quo priuatus factus est capax ingressus Sathanæ in ipsum. Aug. Dicunt aūt aliqui,Ita ne hoc meruit panis porrectus de mensa Christi,vt post illū intraret in discipulum Sathanas? Quibus respondemus,hinc potius nos doceri q̄ sit cauendum male accipere bonū:si enim corripitur qui nō diiudicat,hoc est nō discernit à cęteris cibis domini corpus, quomodo dānatur qui ad eius mensam fingēs se amicum accedit inimicus? Sequitur, Et dicit ei Ie. Quod fa.fac citius. Orig. Cui aūt ei ambiguum est,quoniā potuit vel Iudæ,vel Sathanæ dominus dixisse. Quod fa.fac citius,prouocās aduersariū ad pugnā,vel proditorē ad subministrandū dispensationi quæ erat futura salubris sæculo quā nō amplius tardari nec protrahi,sed pro posse maturari volebat. Aug. Non tamen præcepit faciuus, sed prædixit,nō tā in permitiē perfidi sæuiendo,q̄ ad salutē fidelium festinādo. Chry. Hoc enim ꝙ dicit, Quod facis fac citius,nō præcipientis est neq; cōsiliantis,sed exprobrantis & ostendentis, quoniā ipse nolebat suā proditionem impedire. Sequitur, Hoc aūt nemo sciuit discumbētium &c. Multā vtique quis hic dubitationē inueniet,si interrogātibus discipulis,quis est? dixit. Cui ego intingēs panē dabo: & tamē nō intellexerunt. Nisi dicatur quod latēter dixit, vt nullus audiret: & ꝓpterea supra pect⁹ Ioānes residēs interrogat quasi ad aurē,vt non fieret proditor manifestus. Fortassis enim si Xp̄s eum manifestum fecisset,Petrus vtiq; eum interfecisset: propterea dicit ꝙ null⁹ cognouit recūbentium,sed neq; Ioannes,nequaquā enim putauit ꝙ discipulus intantū iniquitatis prodiret,quia enim procul à tali iniquitate erat,non de aliis hoc suspicabatur. Veram igitur causam eorum q̄ à Christo dicta sunt ignorauerunt. Quid aūt æstimarent ostendit euā gelista,cùm subdit: Quidā enim puta.quia loculos habebat Iudas ꝙ dixisset ei &c. Augustinus. Habebat ergo dominus loculos:& à fidelibus oblata cōseruās suorum necessitatibus & aliis indigētibus tribuebat: tunc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, nisi intelligeremus ꝙ prȩcepit non cogitandum esse de crastino,non ad hoc esse p̄ceptū vt nihil pecunię seruetur à sanctis,sed ne deo propter istā seruiatur:& ꝓpter inopiæ timorē iustitia deseratur. Chry. Et nimirū nullus discipulorum pecunias afferebat,sed p̄ hoc q̄ dicit hic occultè insinuat ꝙ quędā mulieres eū de suis facultatibus nutriebāt: qui aūt non perā, non virgā,nō ęs iubet deferre,loculos ferebat ad inopum ministeriū,vt discas quoniā valde pauperē & mundo crucifixū huius oportet partis multā facere procurationem, multa enim ad nostrā dispēsans doctrinā agebat. Orig. Sic igitur Iudę Saluator dicebat, Quod fa.fac citi⁹, ac proditor in hoc tantum ad p̄sens obedit magistro: accepto nanq; pane nullā traxit morā, vnde sequitur: Cū er.ac.ille buc.exi. cōti. Et reuera exiit,nō solū recedendo de domo in qua tenebatur,sed oīno egress⁹ est à Iesu: ego aūt opinor ꝙ post panem ingressus Sathanas in Iudā,nō tolerabat in eodē loco cum Iesu esse. nulla nanq; cōformitas est Iesu ad Sathanā: non frustra aūt requirā, quare super hoc q̄ est, Accipiēs panē,nō adiicitur, Et manducās. Nūquid igitur accepto pane nō māducauit Iudas? post panē enī forsan acceptū à Iuda nō esum,qui semel in cor eius immiserat vt magistrū prodat timore duct⁹, ne q̄ immissum fuerat euanescēret vsu panis,q̄ citò panē Iudas recepit, introiuit in eū & statim domum excessit. Aliter quoq; nō ineptè dicetur,ꝙ sicut qui indignè manducat panē domini,aut bibit eius calicē,in p̄iudicium sibi cō edit atq; bibit,si panis à Iesu dat⁹ aliis fuit ad salutem, Iudæ in dānum, vt post panē intraret in eum Sathanas. Chry. Subdit aūt, Erat aūt nox, vt discas Iudæ temerita tē,quoniā neq; tēpus eum tenuit ab impetu. Orig. Nox etiā sensibilis instar extitit obductę noctis in aīa Iudę. Gre. 2. mor. A qualitate enim tēporis finis exprimitur accusationis, dum non rediturus ad veniam, ad traditionis perfidiam nocte Iudas exisse perhibetur.

Cum ergo exisset dixit Iesus,nunc clarificatus est filius hois & deus clarificatus est i eo, Si deus clarificatus est i eo,& deus clarificabit eum in semetipso & continuo clarificabit eum.

Ori. Post euenientia ex prodigiis,necnō ex trāsfiguratione p̄conia initium glorificandi filij hoīs fuit exit⁹ Iudę à loco vbi morabatur Iesus cū Sathana,q̄ eū ingressus est. vnde dicitur, Cum er.ex.di.Ie. Nunc &c. Nō enī immortalis vnigeniti verbi, sed hoīs q̄ factus est ex semine Dauid gloria hic narratur. Si enim in morte Xp̄i glorificātis deū illud verū est, exuens principat⁹ & potestates traduxit cōfidenter triūphans in ligno & illud cōcilians per sanguinē Xp̄i crucis suæ,siue q̄ in terra,siue q̄ in cælis. In his oībus glorificat⁹ est filius hoīs,deo etiā glorificato in eo. vnde sequitur, Et deus &c. Quia nō est Xp̄m glorificari nisi cum eo quoq; glorificetur & pater. At quoniā quicunq; glorificatur, ab aliquo glorificatur: si quæras de eo ꝙ clarificatus est filius hoīs, à quo, respōdens subdit: Si de⁹ clarificatus &c. Chr. Hoc est p̄ semetipsum nō per aliū. Sequitur, Et cōti. cla. eū. q.d. nō post lōgum tēpus, sed cōfestim in ipsa cruce ea q̄ clara sunt apparebunt: sol nanq; auersus est: petrę scissæ sunt, multa corpora eorū q̄ dormierunt surrexerūt. Hac aūt via eas q̄ ceciderāt cogitationes discipulorum restituit: & suadet non solū tristari, sed etiā lętari. Aug. Vel aliter: Exeūte immundo oēs mundi cū suo mundatore manserunt: tale aliquid erit cū zizaniis à tritico separatis, iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. hoc futurū p̄uidens dominus discedente Iuda tanq̄ zizaniis separatis, remanētibus tanq̄ tritico apostolis sanctis dixit: Nunc cl. est fi. ho. tanq̄ diceret, Ecce in illa mea clarificatiōe quid erit: vbi malorū nullus erit, vbi bonorū nullus perit? Sic aūt nō est dictū, nūc significata est clarificatio filij hoīs, sed nūc clarificat⁹ est filius hoīs: sicut non est dictum, Petra significabat Xp̄m, sed petra erat Xp̄s. solet enim loqui scriptura res significātes, tanq̄ illa q̄ significātur appellās. Est autē clarificatio filij hoīs vt de⁹ clarificetur in eo. vnde adiūgit, Et deus clarificatus est in eo. Deniq; tanq̄ ista exponēs adiūgit & dicit, Si fili⁹ clarificat⁹ est in eo, quia nō venit facere volūtatē suā, sed voluntatē eius q̄ eū misit. Et de cla. eū in se. vt natura humana q̄ ab æterno verbo susceptа est etiā

Doctrina salubris.

Doctrina salubris.

Rara opinio.

Glorificatio Xp̄i.

Anagogica expō.

Luculi dñi quales.

immortali æternitati donetur. Sequitur, Et cō. cla. eum resurrectionem. s. suā: non sicut nostrā in fine seculi, sed cōtinuo futurā hac attestatione prædicēs. Potest & de ista clarificatione dictū videri. Nūc clarificatus est filiꝰ hoīs: vt quod ait: nunc non ad imminentē passionē, sed ad vicinā resurrectionem pertinere credatur: tanquam fuerit factū quod erat tā proximo iā futurum. Hyla. xi. de tri. Quod aūt deus in eo glorificat⁹ est ad corporis gloriā spectat, per quam dei intellecta est gloria, quasi corpus ex naturæ diuinæ cōsolatione gloriā mutuaret: ꝙ vero quia glorificatus in eo de⁹ est, ideo glorificauit eū in se, vt qui regnat in gloria quæ ex dei gloria est, ipse exinde in dei gloriā transeat, toto iā in deo ex ea qua homo est dispensatione mansuro, nec sanè de tempore tacuit di. Et cōti. cla. eū. vt quia prodeunte ad proditionem Iuda, gloriā quæ sibi post passionē consecutura resurrectionē futura esset, significasset in p̄sens eā qua in se deus eum clarificaturus esset, in posterū reseruaret: dei in eo gloria per virtutē resurrectionis ostensa: ipso vero in dei gloria ex subiectionis dispensatione mansuro. Hyla. 9. de tri. Primā aūt significationem huius dicti nō ambiguā existimo cum ait. Nunc cla. est fi. hoīs gloria enim non verbo: sed carnis acquirebatur: hoc vero quod sequitur, Et de⁹ cla. est in eo: quid significet interrogo: & cū non alius sit filius hoīs, neq; alius filius dei, verbum enim caro factum est: requiro quis in hoc filio hoīs, qui & filius dei est glorificatus sit deus. Et videamus quod si hoc quod tertio dicitur. Si deus clar. est in eo, & deus cla. eum in semetipso, Homo vtiq; nō per se glorificatur neq; rursum qui in hoīe glorificatur deus: licet gloriam accipiat, nō tamen aliud ipse q̄ deus est. Vtiq; aut Christum necesse est esse qui glorificatur in carne, aut patrē qui glorificatur in Christo. Si Xp̄s est de⁹ certè Christus est qui glorificatur in carne: si pater sacramentū est vnitatis, cum pater glorificatur in filio. De eo vero ꝙ glorificatum in filio hoīs deū: deus glorificat in seipso, in quo relicta facultas execrandę impietatis existimatur, ne se secundū naturæ veritatem ver⁹ deus Xp̄s sit. Nūquid enim extra se est quod glorificat in seipso? Quem enim in seipso pater glorificat, in eius gloria confitendus est: & qui in patris gloria glorificandus est, in his intelligendus est esse in quibus est pater.

Glorię variæ acceptio.

Orig. Vel aliter. Nomen gloriæ nō hic accipitur iuxta quosdā paganorum qui diffiniunt gloriā esse à plurib⁹ collata p̄conia. Palā est enim quod hoc aliud est ab eo quod Exodo dicitur: quod in gloria dei repletum est tabernaculum: & quod aspectus Moysi glorificatus erat, quantum enim ad corporalia diuinior quidā apparitio cōtingit in tabernaculo: necnō in facie Moysi cum deo locuti. Quantum ad anagogiā vero gloria dei dicitur esse q̄ apparuit, quoniā deificatus ac trāscendens cūcta materialia intellectus vt scrutetur diuinā visionem in his q̄ cernit deificatur. Vt hoc sit tropicè q̄ glorificata est facies Moysi, eo facto diuino secundum intellectū. Nulla aūt cōparatio fuit excellentiæ Xp̄i ad cognitionem Moysi glorificantē faciem aīæ eius. Totius enim diuinæ gloriæ fulgorem esse filiū æstimo dicente Paulo. Qui cū sit splendor gloriæ &c. quinimo perueniunt ab hac totius gloriæ luce singulares splendores ad totā rationalem creaturam. Non enim arbitror quempiam totum posse capere totius diuinæ glorię fulgorem nisi filium eius. Inquantum igitur nō erat notus filius mundo, nondum, in mundo glorificatus erat, cum aūt pater aliquibus de mundo existentibus tradidit Iesu notitiā, tunc glorificatus est filius hoīs in his qui cognouerunt eū, & hoc dedit gloriā cognoscentibus. Nā qui libera facie diuinam gloriā intuentur, secundum eandem trāsfigurantur imagine à gloria glorificati in glorificantium gloriā. Cùm igitur appropinquauit ad eā dispensationem, quia mundo notus debebat gloriā promereri in gloria glorificantiū ipsum ait. Nunc clarificatus est filius hoīs. Et quia nullus nouit patrem nisi filius, & cui reuelauit filius. Debebat aūt ex dispensatione de promere patrem filius, ob etiā deus glorificatus in illo dignoscitur: vel hoc quod est. Et deus clarificatus est in eo: cum illo perscrutaberis. Qui me videt & patrē meū videt. Nā videbitur in verbo cum deus existat: & imago inuisibilis dei qui genuit eum pater. Amplius autē sic quoq; clarius quæ sunt in hoc loco capientur. Velut enim per quosdā nomen dei blasphematur in gētibus, sic per sanctos quorum bona gesta corā hominibus politissima discernuntur, celsi patris nomen extollitur. In quo verò à deo glorificatus est, vt in Iesu dum peccatū non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Cum ergo talis esset filius glorificatus est, & deus glorificatus est in eo, at si de⁹ in eo glorificatus est recōpensat ei pater maius illo quod filius hoīs exercuit. Longè enim superstās est gloria in filio hoīs cū glorificat eum pater, quā in patre cū in illo glorificatus eum decebat ꝓpotētem maiorem repēdere gloriam: deinceps quoniam statim hæc erant futura. Dico autem filium hoīs in deo glorificari: ob hoc subiecit. Et continuo glorificabit eum.

Glorificatio Iesu quo intelligenda.

Filioli adhuc modicū uobiscum sum. Quæritis me, & sicut dixi Iudæis. quo ego uado uos nō potestis uenire. Et uobis dico nouum do. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

Aug. Cum dixisset superius. Et cōtinuo clarificabit eum. Ne putarent ꝙ sic eū clarificaturus esset deus, vt non eis cōiungeretur vlterius ea conuersatione quæ in terra est, adiecit atq; ait. Filioli adhuc mo. vo. sum. tanquā diceret continuo quidē resurrectione clarificabor, nō tamen cōtinuo ascensurus in cælum. Sicut enim scriptum est in actibus apostolorum. Fuit cū eis post resurrectionē. 40. dies hos igitur. 40. dies significauit dicendo. Adhuc mo. vo. sum. Orige. Per hoc autē quod dicit. Filioli: ostendit adhuc imminentem animabus eorum paruitatem. Hic autē quibus nunc dicit Filioli: post resurrectionē fiunt fratres, sicut & antequā essent filioli fuerunt serui, Aug. Potest etiam & sic intelligi, Adhuc sicut & vos in hac infirmitate carnis etiam ipse sum, donec. s. moreretur atq; resurgeret. Cum illis quidem fuit postquam resurrexit exhibitione præsentię corporalis, sed non cum illis fuit consortio infirmitatis humanæ, Apud alium enim euangelistā post resurrectionem ait. Hæc locutus sum vobis: dum adhuc essem vobiscum. i. in carne mortali cum essem sicut & vos. Tunc enim in eadem quidem carne erat, sed cum illis in eadem mortalitate iam non erat. Est & alia diuina præsentia sensibus ignota mortalibus, de qua idem dicit: Ecce ego vo. sum vsq;, ad consummationem seculi: hoc non est. Adhuc modicum sum vobiscum. non enim modicum est vsq; ad consummationem sæculi, aut si & hoc modicū est, quia in occultis dei mille anni sunt dies vnus, non tamen hoc significare voluisse credendus est nunc quādo secutus adiūxit. Quo ego va. vos nō po. ve. Nūquid enim post consummationem seculi quo ipse vadit venire non poterant. de quibus postea dicturus est. Pater volo vt vbi ego sum: & ipsi sint mecum. Orig. Intrinsecus autem scisciteberis an post multū non fuit cum eis non adeo ꝙ non aderat illis secundum carnem. Sed eo modico cōsummato vos scandalizabimini in me in nocte, & sic nō erit cū eis qui cū dignis tantummodo conuersatur. Sed si cū eis nō erat, nihilominus ipsi quęsitu-

Cōsensus euāgelic⁹

ri erant Iesum, velut Petrus post negationem grauiter plorabat,quærens puto Iesum.Et ideo sequitur,Quæritis me.& sicut di.Iu. Quo ego va.vos nō potestis venire. Quærere Iesum est verbum quærere,sapientiā,iustitiā,veritatem,diuinā virtutem:quæ omnia Christus est.Volentibus ergo discipulis sequi Iesum non quippe velut rudiores arbitrātur corporaliter:sed vt significet illud,Qui nō tollit crucem suam & sequitur me,nō potest meus esse discipulus. Ait nūc dominus,quo ego vado,vos nō potestis venire . nam & si vellent sequi verbū,& illud confiteri, tamen nondum erant validi circa hoc, cū nondum esset spūs datus,eo ꝙ Iesus nondū erat glorificatus. Aug.Vel hoc dicit:quia adhuc minus idonei erāt sequi morituri dominū pro iustitia: quō enim iā fuerant secuturi martyrio non maturi? aut iterū dominum ad immortalitatem carnis quomodo iā fuerant secuturi,nō quandolibet morituri,sed in fine seculi resurrecturi?aut iterum dominū ad sinum patris quō iam erant secuturi,cū esse nemo possit in illa fælicitate nisi perfectus in charitate? Iudæis aūt cum hoc diceret:non addidit, Modo. Ipsi aūt non poterant venire tunc quo ille ibat,sed poterant postea: & ideo subdit , Et vo.di. modo.Orige.q.d.Et vobis dico nō absq; additione huius aduerbij modo.Iudæi nāq; quos præuidebat in suis facinoribus morituros,in breui tpe nō valebāt pergere quo Iesus ibat,sed discipuli post breue tēpus poterāt sequi verbū.Chry. Ne aūt audientes discipuli sicut dixi Iudæis,ęstiment similiter & in eos dictum esse adiecit,Filioli. Orig. Quod est exprimentis imminentem adhuc animæ discipulorum modicitatē. Fiunt aūt post resurrectionem hi quibus dixit, Filioli,fratres:sicut & prius serui fuerāt antequā essent filioli. Chry.Hoc aūt dicit eū qui in seipsum est erigens discipulorum amorem.Cùm enim viderimus aliquos dilectissimorū discedentes exardescimus:& maxime cum viderimus eos in locum abeuntes in quem nō est possibile nobis abire. Simul etiā ostendit,quoniā mors eus quędā translatio est & trāspositio melior ad loca mortalia corpora non suscipientia. Aug. Docens autē quō idonei esse possint pergere quo ille antecedēbat subiungit,Mādatum nouum do vobis vt diligatis inuicem. Nónne iā hoc erat mandatū in antiqua lege dei: vbi scriptum est. Diliges proximum tuū tanquā teipsum ? cur ergo nouū mādatum appellatur à domino?an quia exuto vetere induit nos hominē nouū?Innouat quippe audientē vel potius obedientē non omnis,sed ista dilectio quā dominus vt à carnali dilectione distingueret addidit , Sicut dilexi vos:vt & vos diligatis inuicē: non sicut se diligunt qui corrumpunt , nec sicut se diligunt homines quia hoīes sunt, sed sicut se diligunt qui dei sunt : & filij altissimi omnes,vt sint filio eius vnico fratres,ea dilectione inuicem diligētes, qua ipse dilexit eos , perducturus eos ad illum finem,vbi satiabitur in bonis desyderiū eorum. Chry.Vel dicit,Sicut dilexi vos,non enī præexistentibus vestris iustitiis debitum vobis reddidi, sed ipse incepi,ita & vos benefacere oportet etiam nihil debētes. Aug. Noli autē putare illud maius prætermissum esse mandatum quo præcipitur,vt diligamus dominū deum nostrum, sed bene intelligentibus vtrūq; inuenitur in singulis:nam & qui diligit deum nō eum potest contēnere præcipientē vt diligat proximum , & qui supernè ac spiritualiter diligit proximū , quid in eo diligit nisi deum?ipsa est dilectio quā ab omni mundana dilectione distinguēdo addidit dominꝰ,Sicut dilexi vos. Quid enim nisi deū dilexit in nobis non quē habebamus, sed vt haberemus.sic ergo & nos inuicē diligamus,vt quātum possumus inuicē ad habendum in nobis deū cura dilectionis attrahamus. Chry. Prætermittens aūt miracula quæ erant facturi, ab amore eos designat subdens, In hoc cognoscent oēs,quia mei estis discipuli , si dilectionem habueritis adinuicem. hoc enim est quod maxime homines sanctos ostendit, hos enim dicit esse discipulos. Aug. Tanquàm diceret: Alia munera mea habent vobiscum etiam non mei,non solum naturam,vitam,sensum,rationem,& eam salutem quæ hominibus pecoribusq; communis est: verūetiam linguam,sacramenta,prophetiā,scientiam,fidem,distributionem rerum suarum pauperibus,& traditionem corporis sui vt ardeant. sed quoniam charitatem non habent,vt cymbala concrepant,nihil sunt,nihil eis prodest.

Iesus quō queritur.

Signū discipulat⁹ Christi.

Dicit ei Simon Petrus:Domine,quo uadis? Respōdit ei Iesus: Quo uado ego, non potes me modo sequi.sequeris autē postea. Dicit ei Petrus: Quare non possum te modo sequi? animam meā pro te ponam. Respondit Iesus : Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi,non cantabit gallus donec ter me neges.

Chryso. Magnus amor & ipso igne vehementior,& nulla est prohibitio quę eius prōptum inpetum detinere possit. Ardentissimus itaq; Petrus audiens, Quo ego vado vos nō potestis venire,eum interrogauit: vnde sequitur, Dicit ei Si.Petrus: Domine,quo vadis? Aug. Sic vtiq; hoc dixit magistro discipulus tanq̄ sequi paratus: propterea dominus qui eius animum vidit, sic ei respōdit:nam sequitur, Respon.ei Iesus, Quo ego vado &c. Dilationem intulit:nō spem abstulit,sed eam sequenti voce firmauit,dicens:Sequêris autē postea. Quid festinas Petre? nōdum te suo spiritu solidauerat petra:noli extolli præsumendo,non potes modo:noli deiici desperando,sequêris enim postea. Chry. Audiens autem hoc Petrus,neq; ita desyderium detinuit,sed benignā spem accipiēs properat: & quia timorē excussit proditionis, cum securitate per seipsum de reliquo interrogat aliis silentibus : vnde sequitur , Dicit ei Petrus: Quare &c. Quid dicis Petre? Dixi quoniam non potes,& tu dicis quoniam possum:quocirca sciesper experientiam quoniam nihil est tuus amor:nisi præsente superna liberatione,vnde sequitur : Respondit Iesus , Animam tuam pro me pones? Bed. Quæ sententia duobus modis potest pronunciari:vno modo affirmando,ac si dicat:Animam tuam pro me pones , sed nunc timendo mortem carnis,animæ mortem incurres: alio modo insultando, quasi diceret. Augu. Ita ne facies pro me quod nondum ego pro te?præire potes,qui sequi non potes? Quid tamen præsumis?audi quis sis. Amen amen dico tibi &c. Qui mihi promittis mortem tuam , ter negabis vitam tuā. quid in animo eius esset cupiditatis videbat, quid virium non videbat , voluntatem suam iactabat infirmus,sed inspiciebat valitudinem medicus. An apostolus Petrus,sicuti eum fauore peruerso excusare quidam nituntur, Christum non negauit, quia interrogatus ab ancilla hominem se nescire respondit,sicut alij euangelistę testātur expressius? quasi qui hominem Christum negat, non Christum neget:& hoc in eo negat quod factus est propter nos , ne periret quod fecerat nos . per quid autē caput est ecclesiæ nisi per hominem?quomodo est igitur in corpore Christi, qui negat hoīem Christum? Sed quid multis immorer? nō enim dominus ait: Non cantabit gallus donec hominem aut filium hominis neges, sed donec me neges . Quid est me nisi quod erat?quicquid eius negauit,Christum negauit. Siquidē dubitare nephas est, Christus hoc dixit vtrunq; prædixit,proculdubio Petrus Christum negauit. Non accusemus Christū , cum defendimus Petrum. agnouit planè peccatū suum infirmitas Petri, & quantū mali Christū negādo cōmiserit, plorando monstrauit:neq; nos cum

Mandatū nouū quare dicat.

Zelus Petri.

Erronea Petri excusatio.

ita dixim⁹ primū apostolorū accusare delectat, sed hūc intuendo admoneri nos oportet,ne homo quisq̄ de humanis viribꝰ fidat. Bed. Respiscendi nihilominus vnusquisq;,si in lapsum conuerterit , exemplū capiat ne desperet.sed incūctanter veniā se posse promereri credat. Chry. Vnde manifestū est quoniā & casum Petri domi nus concessit:nam poterat quidē & à principio reuocare,sed quia permanebat in vehemētia,ipse quidē nō impulit ad negationē,sed dimisit desertū, vt discat propriā imbecillitatē,& vt post hęc talia non patiatur cū orbis terrarū dispensationē susceperit, sed reminiscēs eorum quę passus est cognoscat seipsum. Aug. In anima itaque cōtigit Petri quod offerebat in corpore,sed aliter q̄ putabat:nā ante mortē & resurrectionem domini & mortuus est negando,& reuixit plorando. Aug. de cō. euan. Hoc aūt de prædicta negatione sua Petro nō solū Ioannes sed & cęteri tres cōmemorant,nō sanè oēs ex vna eademq̄; occasione sermonis ad eam cōmemorandam veniunt:nā Matthęus & Mar.eam subnectunt postquā dominꝰ egressⁱ⁹ est ex illa domo vbi māducauerat Pascha. Lucas vero & Ioannes antequā inde esset egressus . Sed facilè possumus intelligere,aut illos duos eam recapitulādo posuisse,aut istos p̄occupando,nisi magis moueret ꝙ tā diuersa nō tantū verba,sed etiā sententias domini prætitūt: quibus permotus Petrus illā præsumptionē proferret pro domino vel cū domino moriēdi,vt magis cogāt intelligi ter eum expressisse præsumptionem suā diuersis locis sermonis Christi , & ter illi à domino respōnsum ꝙ eum esset ante galli cantum ter negaturus.

Cōsensus euang.

CAPVT XIIII.

NOT dicit discipulis suis: Nō turbetur cor uestrū. Creditis in deum,& in me credite . In domo patris mei mansiones multæ sunt . Si quominus,dixissem uobis , quia uado parare uobis locum. Et si abiero & præparauero uobis locum,iterū uenio & accipio uos ad meipsum: ut ubi sum ego,& uos sitis. Et quo ego uado scitis,& uiā scitis.

Aug . Ne discipuli mortem Christi tanquam homines timerent,& ideo turbarentur,consolatur eos etiam deum se esse contestans : vnde dicitur . Et ait discipulis suis? Non turbetur cor vestrum &c.q.d. Consequens est si in deum creditis vt in me credere debeatis,quod non esset consequens si Christus non esset deus. Mortē metuitis huic formæ serui,nō turbetur cor vestrum, suscitabit illam forma dei. Chry. Ea etiam quæ in me est fides & in patrem qui genuit , patientior est his quæ superuenient, & nihil contra eam potest prævalere difficilium,hoc etiam modo diuinitatis virtutem ostendit, quia ea quæ in mente habebant ducit in medium , dicens:Non turbetur cor vestrum. Aug. Quia igitur etiā sibi metuebant discipuli cum Petro dictum esset fidentiori atque promptiori: Non cantabit gallus donec ter me neges:subiunxit,In do.pa.mei &c. Per quod à turbatione recreantur cæteri, ac fidentes etiam post pericula tentationum se apud deū cum Christo esse mansuros, quia si alius est alio fortior,sapientior,iustior,sanctior, nullus alienabitur ab illa domo : vbi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius quidem ille æqualis est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati sunt in vinea iubet dari . Quo vtique denario vita significatur æterna, vbi amplius alio nemo viuit : quoniam viuendi non est diuersitas in æternitate mansura, sed multę mansiones diuersas meritorū in vna vita æterna significant dignitates. Greg.su. Ezech. Vel hac ratione conueniunt mansiones multę cum vno denario,quia & si alter minus atque alius amplius exultat,omnes tamen vnum gaudiū cōditoris sui visione lætificat. Aug.

Mansiones variæ paradisi.

Atque ita deus erit omnia in omnibus, vt quoniā deus charitas est per charitatem fiat,vt quod habent singuli, cōmune sit omnibus . Sic enim quisq; etiam ipse habet cum amat in altero quod ipse non habet.non enim erit ita aliqua inuidia imparis claritatis,quoniā regnabit in omnibus vnitas charitatis. Greg. vlt. mor. Eiusdem etiā disparilitatis dāna non sentiunt, quia tantum sibi vnusquisque quantum sufficit percipit. Aug. Respuendi aūt sunt à corde Christiano,qui putant ideo dictum multas esse māsiones,quia extra regnum cœlorum erit aliquid vbi beatē maneant innocentes cū sine baptismo ex hac vita emigrauerint, sine quo in regnū cælorū intrari nō potest. Absit aūt,vt cū omnis domus regnantiū filiorū non sit alibi nisi in regno , ipsius regię domus pars aliqua non sit in regno.nō enim ait dominus , In beatitudine sempiterna mansiones multæ sunt,sed in domo patris mei. Chry. Vel ali.conti. Quia dominus supra dixerat Petro, Quo ego vado nō potes me sequi modo,sequeris aūt postea:ne existiment soli Petro hāc ꝓmissionem esse datā,dixit:In domo pa.mei &c. Hoc est,& vos regio illa suscipiet quæ & Petrū, copia enim est ibi multa māsionum,& nō est dicere,quoniā præparatione indigēt. Et propter hoc subdit:Si quo.di.vo.quia vado para. vobis locū. Aug. Vbi satis ostēdit ideo se hoc illis nō dixisse,quia iā ibi māsiones multæ sunt , & nō est opus illi aliquā præparare. Chry. Quia vero dixerat,Nō poteris me modo sequi,vt nō ęstimēt se ab eo finaliter abscissos esse,subiungit:Et si abier.& præpa.vo.lo.ite.ve. & acci.vos ad meipsum,vt vbi ego sum & vos sitis. Ex quo ostēdit ꝙ oportet eos vehementer cōfidere. Theo. Ac si dicat vtrunq;: Vos turbari non oportet siue paratę sint siue nō. Nam etsi paratæ nō sint,ego cū omni solertia præparabo vobis illas. Aug. Sed quomō vadit & parat locum,si iam mansiones multæ sunt?sed nondum sunt sicut parandę sunt. Easdē enim māsiones quas prędestinando præparauit , præparat operando . Iam ergo sunt in prædestinatione , si quo minus , dixisset, Ibo & præparabo,hoc est prædestinabo:sed quia nōdū sunt in operatione,dixit,Et si abiero & præparauero vobis locū. Parat autem modo mansiones,mansionibus præparādo mansores. Quippe cum dixit:In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quid putamus esse domus dei nisi templum dei? de quo Apostolus dicit, Templū dei sanctum est,quod estis vos. Hæc ergo domus dei adhuc ædificatur,adhuc præparatur. Sed quid est ꝙ vt præparet abiit,cum nosipsos præparet, quod non faciet si reliquerit? Sed illud significat,quia vt parentur istæ māsiones,viuere debet iustus ex fide:si autem vides,nō est fides. Eat ergo ne videatur.lateat vt credatur. Tūc enim locus paratur,si ex fide viuatur:creditus desideretur,vt desideratus habeatur. si bene intelligendo nec vnde vadis,nec vnde venis recedis,vadit ergo latendo,venit apparendo. Sed nisi maneat regendo,vt proficiamus bene viuēdo,nō parabitur locus vbi possumus ꝑmanere perfruendo. Alcu . Dicit ergo, Si abiero per carnis absentiam. Iterum veniam per diuinitatis pręsentiam:vel iterum veniam iudicare viuos & mortuos. Et quia sciebat eos interrogaturos quo iret, vel per quā viam iret,subiungit : Et quo ego vado scitis , scilicet ad patrem . Et viam scitis,scilicet per meipsum. Chrys. Hoc autem dicens desyderium quod in eorum mente erat ostendit,& dat eis desyderium interrogandi.

Fidei efficacia.

Prædestinatio māsionum.

Dicit ei Thomas: Domine , nescimus quo uadis. Et quomodo possumus uiam scire? Dicit ei Iesus : Ego sum uia ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me . Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis . Et amodo cognoscetis eum, & uidistis eum.

Deus est veritas.

Exemplo vię christi eundum.

Exemplū naturæ.

Chryso. Si Iudæi volentes à Christo seperari quærebant quo itur? esset, multò magis discipuli nunq̃ ab eo seperari volẽtes hoc discere cupiebant, & interrogabãt eum ex multa dilectione & timore, & ideo dicitur, Dicit ei Thomas, Domine &c. Aug. Vtrunque illos dominus dixerat scire: vtrunq, dixit iste nescire. Sed nescit ille mentiri, ergo isti sciebant, & se scire nesciebant. Conuincit ergo eos hoc scire: vnde subditur, Dicit ei Iesus, Ego sum via ve. & vita. Augu. de ver. do. q. d. Qua vis ire? ego sum via, quo vis ire? ego sum veritas, vbi vis permanere? ego sum vita: veritatem & vitam omnis homo capit, sed viam nõ omnis inuenit, deum esse quandã vitam æternã, veritatem scibilem etiã huius sæculi philosophi viderunt. verbum ergo dei qui apud patrẽ est veritas & vita assumendo hominẽ factum est via. Ambula per hominem, & peruenies ad deum. Melius enim est in via claudicare, q̃ præter viã fortiter ambulare. Hyla. 7. de tri. Non enim nos in erratica atque in inuia deducit ille qui via est, neque illudit per falsa qui veritas est, neq; in mortis relinquit errore qui vita est. Theo. Cùm itaq; actiuam exerces, fit tibi Christus via. Cum autem in contemplatiua perseueras, efficitur tibi veritas. Adiecta autẽ vita est actiuo & contemplatiuo. Decet enim ire & prædicare pro futuro sæculo. Augu. sciebant ergo viam, quia sciebant ipsum qui est via. Quid autẽ opus erat vt adderet veritas & vita, cũ restaret nosse quo iret, quia ad veritatẽ ibat, & ad vitam? ibat ergo ad seipsum per seipsum, sed nunquid ô domine vt venires ad nos te liqueras te? scio quidem q̃ formam serui accepisti & in carne venisti, manens vbi eras, & per hanc redisti non relinquens quo veneras. Si ergo per hanc & venisti & redisti, per hanc nobis non solum qua veniremus ad te: verunetiã tibi qua venires & redires via fuisti. cum vero ad vitã quod es ipse iuisti, eandem carnẽ tuã de morte ad vitã duxisti. itaq; dum caro de morte venit ad vitã, Christus venit ad vitã. Et quia verbũ est vita, Christus venit ad seipsum, quoniã vtrunq; est Christus, vna persona scilicet verbũ caro: venerat etiam per carnem deus ad homines, veritas ad mendaces. Est enim deus verax, omnis autẽ homo mendax. Cùm itaque se ab hominibus abstulit, atq; illuc vbi nemo mentitur carnem suã leuauit, idem ipse quia verbũ caro factum est, per seipsum, id est per carnẽ suã ad veritatẽ quod est ipse remeauit, quã quidem veritatẽ q̃uis inter mendaces etiam in morte seruauit. Ecce ego ipse si loquor vobis q̃ intelligatis: quodãmodo ad vos, pcedo, nec me relinquo. Cũ aũt tacuero, quodãmodo ad me redeo, & vobiscum maneo si tenueritis quod audistis. Si hoc potest imago quã fecit deus, quid potest ex deo nata imago? Ac per hoc & ipse per ipsum, & ad seipsum, & ad patrem, & nos per ipsum, & ad ipsum, & ad patrem imus. Chrys. Si enim dicit, Ego sum dominus, ducẽdi ad patrẽ omnino venietis illuc. neq; enim est possibile alia venire via. Cũ autẽ supra dixerit, Ne. potest ve. ad me nisi pa. traxerit illũ. Nunc dicens, Quoniã nullus po. ve. ad pa. nisi per me, exequat seipsum ei qui genuit. Qualiter autem dixerit, Quo vado sci. & viã scitis: ostendit subdens, Si cog. me & pa. meum &c. q. d. Si sciretis meã substantiam & dignitatẽ, & eam quæ patris est sciretis. nouerant quidem eum, sed non ita vt oportebat, postea autem spiritus veniens, perfectã in eis construxit cognitionẽ, & propter hoc subditur, Amodo cog. eum. Dicit autem eam quæ secũdum mentẽ cognitionẽ. Et vidistis eum scilicet per me, ostendens quoniam qui videt eum & patrem videt. Viderunt aũt eum non in nuda substantia, sed carne indutum. Beda. Sed quærendum est quomodo nunc dicat dominus, Si cognouissetis me &c. Cũ præmiserit supra, Quo ego va. sci. & viã scitis? Datur ergo intelligi quia quidam eorum sciebant, quidã vero nesciebant, quorũ vnus erat Thomas. Hylar. 7. de tri. Vel aliter continua, Cùm iter ad patrem per filium sit, quærendũ est vtrum hoc p doctrinæ admonitionẽ, an per naturæ fidẽ fit. Intelligẽtiæ igitur sensum in cõsequentibus requiramus. nã sequitur: Si cog. me, & patrem meũ vtique cognouisse tis, In sacramento enim assumpti corporis diuinitatis paternæ naturam confirmans, hunc ordinem tenuit. Tẽpus autem visionis seperauit à tempore cognitionis. nã quem cognoscendum ait, eundem iam dixit & visum. vt naturæ iam pridem in se conspectę scientiam ex tempore nunc huius reuelationis acciperent.

Dicit ei Philippus, Domine ostende nobis patrem & sufficit nobis. Dicit ei Iesus, Tanto tempore uobiscum sum & non cognouistis me? Philippe qui uidet me, uidet & patrem. Quomodo tu dicis ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre & pater in me est? Verba quæ ego loquor uobis, à me ipso non loquor. Pater autẽ in me manens ipse facit opera, Non creditis quia ego in patre & pater in me est? Alioquí propter opera ipsa credite.

Hyla. 7. de tri. Cõmouit apostolum Philippum nouitas dictorum, homo cernitur, dei se filium confitetur: cognito se cognoscẽdum patrem fatetur, patrem visum esse dicit. Prorupit igitur apostolica familiaritas dominum interrogans, vnde dicitur: Dicit ei Phil. Do. ost. no. pa. & suffi. no. Non visum negauit, sed ostendi sibi rogauit: neque ostensionem veluti corporalis contemplationis intuitum desiderauit, sed demonstrationem intelligendi eius qui visus est postulauit: filium enim in habitu hominis viderat, sed quomodo per id patrem viderit nescit. Nam & ostensio illa intelligendi potius esset demonstratio quàm videndi, subiecit, & sufficit nobis. Aug. j. de trin. Illa enim lætitia qua nos adimplebit cum vultu suo nihil amplius requiretur, quod bene intellexerat Philippus, vt diceret: Domine osten. no. pa. & suffi. no. Sed nõdum intellexerat eo quoque modo ad ipsum se potuisse dicere, Domine ostende nobis te & sufficit nobis. Vt enim hoc intelligeret respõsum est ei à domino: vnde sequitur, Dixit ei Iesus: Tanto tẽpore vob. sum: & non cogno. me? Augu. super Ioan. Sed quomodo hoc dicit: cum & quo iret scirent, & viam scirent, non ob aliud nisi quòd ipsum scirent? Sed facile ista quęstio soluitur si dicamus quòd eum aliqui eorum sciebant, aliqui nescibãt, de quibus erat Philippus. Hylar. de trini. Arguit ergo apostolum in cognescendo se ignorantem, cùm enim ea quæ gereret propria deo essent, calcare vndas, iubere vẽtis, peccata dimittere, mortuis vitam reddere: huic querelæ omnis orta cõquestio est, quòd in homine assumpto dei non intellecta natura est. Et ideo postulanti vt sibi patrem ostenderet ait, Phil. qui vi. me vi. & pa. Augu. Solemus enim de similimis duobus ita loqui, Vidistis illum: sic ergo dictum est, Qui vi. me: vi. & pa. non quòd ipse sit pater & filius, sed quòd à patris similitudine in nullo prorsus discrepet filius. Hylar. 7. de trini. Non autem ille hic visum oculorum carnalium significat. Non enim hoc quod ex partu virginis carnale est, ad contemplandam in eo deo formam & imaginem proficit, sed intellectus dei filius id prestat, vt intellectus & pater sit. Dum ita imago est vt non differat genere, sed significet auctoritatem. non enim solitarium sermo significat & indifferentem, tamẽ naturam professio docet. Cùm enim dicitur, Et patrem, excluſa est singularis atque vnici intelligentia. Et quid reliquũ est, nisi per naturę vnicã similitudinem pater per filium visus sit? Aug. Sed nunquid obiurgandus est qui cum similẽ viderat, etiã illum cui est similis vult videre? Sed ideo discipulũ dominus arguebat, quoniã

Quæstio pulchra.

Trinitas in vnitate essentiæ.

cor postulãtis videbat. Tanquàm enim melior esset pater quàm filius ita Philippum patrem nosse cupiebat: & ideo nec filium sciebat, quo alium meliorem esse credebat. Ad hunc ergo sensum cõtingendum dictũ est, Non credis quia ego in patre & pater in me est? q. d. Si ad te multũ est hoc videre, saltẽ quod non vides crede. Hyla. Quæ enim ignorandi patrem aut ostendẽdi ignorantibus necessitas relinquebatur, cũ pater in filio visus esset ex proprietate naturę? dum ex indifferentia vnitatis vnũ sint natus & generãs, vt hic sermo domini sequeretur, Non credis quia ego in patre & pater in me est. Augu. 1. de tri. Volebat enì eũ ex fide videre ãteq̃ illud posset videre, & ideo dicit, Non credis. Contẽplatio quippe merces est fidei, cui mercedi per fidem corda mundã tur. Hyla. 7. de tri. Pater autem in filio est, & filius in patre, nõ per duplicem conuenientium generum coniunctionẽ, neque per insitam capacioris substantiæ naturã, quia per corporalẽ necessitatem interiora fieri his quibus continẽtur exteriora nõ possunt, sed per natiuitatẽ viuẽtis naturæ ex viuente, dum non aliud ex deo quàm deus nascitur. Hyla. 7. de tri. Naturã enì suam (vt ita dicam) sequitur indemutabilis de? indemutabilẽ gignẽs deum. Nec naturã suã deserit ex indemutabili deo indemutabilis dei perfecta natiuitas. Subsistẽtẽ igitur in eo dei naturã intelligimus, cum in deo deus sit, nec prẽter eũ qui est deus quisquã alius deus sit. Chry. Vel aliter: Totum Philippus hic corporeis oculis patrem volebat videre. quia & ipsum filium ita se existimabat vidisse, fortassis à prophetis audiens, quoniã vidi dominum: & ideo dixit, Ostende no. patrẽ. Etenim Iudæi interrogauerũt, Quis est pater tuus? & Petrus & Thomas quo iret, & null? didicit manifestè: vt ergo nõ videatur one rosus esse Philippus & ipse interrogans, ostende no. patrem subiungit, Et sufficit nobis. i. nihil plus quęrimus: dominus autem nõ dixit ei, Impossibile petis, sed ostendit quoniam neq; ipsum filium vidit. Nam si hunc potuisset videre, & illum vidisset. Et ideo dicit, Tanto tẽ. vo. sum: & non cog. me Philippe. Non dixit nõ vidistis me, sed non cognouistis me: quantum ad hoc. s. q̃ filius hic manens quod pater decenter in seipso ostendit eum qui genuit. Deinde diuidens hypostases ait, qui vi. me: vi. pa. ne quis dicat q̃ ipse est pater, ipse filius. Ostendit autẽ per hoc, quoniã neque filiũ visu corporeo vidit. Si autem aliquis hic visum cognitionẽ dicere velit nõ cõtradico. q. d. qui cognouit me cognouit & patrẽ: sed non dixit hoc, sed consubstantialitatem repræsentare volẽs dixit, qui meam substantiam vidit, vidit & eam quę patris. Vnde patet q̃ non est creatura: creaturam enim videntes deũ nesciunt omnes. Philippus etiam substantiã patris videre quęrebat. Si ergo alterius subſtantię esset non diceret, qui videt me videt & patrẽ, sed nec aliquis in argento auri substantiã videre potest, nõ enì alia per aliam apparet natura. Aug. Deinde non ad solum Philippum sed ad omnes pluraliter loquitur dicens, Verba quæ ego lo. vo. à meip?. non loquor. quid est, A meipso nõ loquor, nisi à meipso non sum qui loquor? ei quippe tribuit quod facit, de quo est ipse q̃ facit. Hyla. 7. de trini. Vnde neq, se filiũ denegauit, nec naturã in se paternæ virtutis abscondit. Nã dum loquitur, ipse in substantia manens loquitur: dum autem à se loquitur, natiuitatem in se dei à deo testatur. Chryso. Vide autẽ abundãtem super vnius substantiæ demõstrationem, nam subditur, Pater autem in me &c. q. d. Nequaquàm aliter facit pater & aliter ego, sicut & alibi ait, Si non facio opera patris mei, non credatis mihi. Sed quomodo à verbis incipiens ad opera venit? Conueniens enim erat dicere, Ipse loquitur verba. Sed duo ponit de doctrina & signis, aut quia & verba opera dicit. Aug. N amqui proximũ loquendo ædificat, bonũ opus operatur. In his duabus sentẽtiis diuersi nobis aduersantur hęretici. Arriani dicũt, Ecce inęqualis est patri filius, nõ à seipso loquitur. Dicũt Sabelliani, Ecce q̃ pater est ipse est filius. Quid est Pater in me ma. ipse facit: nisi in me maneo ego qui facio? Hyla. 7. de tri. Sed manere in filio patrem, nõ est singularis atq; vnici, operari vero per filium patrem, non est differentis aut exteri: sicut nõ vnius est nõ à se loqui qui loquitur, neq; tursus alieni ac seperabilis loqui p loquentẽ. Et quia in se patrem loqui & operari docuerat: perfectæ huius vnitatis fidẽ statuit dicens, Credite mihi quia ego in pa. & pa. in me est, ne. s. per virtutis efficientiã, & nõ p naturę quę secundũ natiuitatẽ est, pprietatẽ pater in filio & operari crederetur & loqui: sic enim habetur in græco. Nostra litera habet, Nõ creditis quia ego in patre & pater in me est? Aug. Antea solus Philippus arguebatur. Chry. Si vero nõ sufficit hoc ad ostẽdẽdũ cõsubstãtialitatẽ, saltẽ ab operib? discite: vnde subditur, Alioquin propter opera ipsa credite. Vidistis enì signa cũ auctoritate, & omnia quæ deitatis erãt propria & quæ solus pater operatur, pctã soluta, mortem recedẽtem, & hmõi. Aug. Hoc ergo propter opera credite: quia ego in patre & pater in me est. Neq; enim si seperati essemus, inseparabiliter operari vlla ratione possemus.

Ex creaturis deus nõ perfecte videtur.

Hereses duę colliduntur.

Cõtẽplatio ẽ merces fidei.

Amen amen dico uobis, qui credit in me opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem uado. Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo hoc faciam, ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam.

Chry. Quia dominus dixerat, propter opera credite: ostendens quoniã nõ hoc solũ põt: sed multò maiora, & quod est mirabilius aliis potest dare, adiunxit, Amen amen dico &c. Aug. Sed quæ sunt ista maiora? an fortè quòd egros ipsis transeuntibus etiam eorũ vmbra sanabat? Maius est enì q̃ sanet vmbra quàm fimbria. verũtamen quãdo ista dicebat: verborũ suorum facta & opera commendabat. Cùm enim dixit, Pater in me manens ipse facit opera, quæ opera tunc dicebat, nisi verba quę loquebatur: & eorum verborum fructus erat fides illorũ? veruntamen euangelizantibus discipulis non tam pauci quàm illi erant, sed gentes etiam crediderunt. Nónne ab ore ipsius diues ille tristis abscessit? & tamen postea quod ab illo auditum non fecit vnus, fecerunt multi, cũ per discipulos loqueretur: ecce maiora fecit prędicatus à credentibus quàm locutus audientibus. Verũ hoc adhuc mouet q̃ hic maiora per apostolos fecit, non autem ipsos tantum significans ait, Qui credit in me, nunquid inter credentes in Christum nõ est computandus qui non fecerit opera maiora quàm Christus? durũ est nisi intelligatur. Apostolus dicit: credẽti in eum qui iustificat impium deputatur fides ad iustitiam. In hoc opere faciemus opera Christi, quia & ipsum credere in Christũ opus est Christi: hoc operatur in nobis nõ vtique sine nobis. Audi ergo, Qui credit in me, ope. quę ego fa. Prius ego facio, deinde & ipse faciet, quia facio vt faciat. quæ opera, nisi vt ex impio iustus fiat? quod vtiq; in illo, sed nõ sine illo Christus operatur, prorsus hoc maius esse dixerim q̃ creare cęlum & terram: Cœlũ enim & terra transibunt, prædestinatorũ autem salus & iustificatio pmanebit. sed ĩ cęlis angeli opera sunt Christi: nunquid etiam his operibus maiora facit qui cooperatur Christo ad suã iustificationem? iudicet qui potest vtrũ maius sit, iustos creare quàm impios iustificare: certè si æqualis sit vtrunq; potẽtię, hoc maioris est miseri-

Miracula apostolorum quo modo maiora.

cordiæ, ſed oĩa opera intellige Chriſti vbi ait, Maiora horũ faciet. Nulla neceſſitas cogit: horũ enim forſitã dixit q̃ illa hora faciebat: tunc autẽ verba fidei faciebat. & vtiq; minꝰ eſt verba iuſtitię p̃dicare, q̃d fecit ꝓpter nos: q̃ impios iuſtificare, quod ita facit in nobis vt faciamus & nos. Magnã autem ſpem dominus ſuis promiſit

Duo opera dei cõparantur.

orantibus dicens, Quia ego ad patrem vado. Chryſo. Hoc eſt non pereo: ſed in propria manebo dignitate & in cælis ero. vel hoc dicit: acſi diceret, Veſtrũ eſt de cætero miracula facere: ego enim vado. Aug. Et ne quiſquam hoc ſibi tribueret: vt etiã illa opera maiora ſeipſum facere oſtẽderet, adiecit: Et quodcũq; petieritis &c. Qui dixerat Faciet, poſt ait: Faciam tanquam diceret. Non vobis hoc impoſſibile videatur. non enim poterit eſſe maior me qui credit in me, ſed ego ſum facturus & tunc maiora quàm nunc maiora per eũ qui credit in me quàm nunc per me: quod non eſt defectio, ſed dignatio. Chry. Dicit autẽ in nomine meo, quia & apoſtoli dicebãt, In nomine Chriſti Ieſu ſurge & ambula. Oĩa enim ſigna qua fecerunt ipſe faciebat, & manus domini erat cum illis. The. Exponit autẽ nobis per hoc miraculorũ doctrinam, nam per orationẽ ac inuocationem ſui nominis poteſt quis exercere ꝓdigia. Aug. Sed q̃d eſt, Quodcunque petieritis? cũ videamus plerũq, fideles eius petere & non accipere. an fortè propterea quia male petũt? malè enim vſurus eo q̃d vult accipere, deo potiꝰ miſerante non accipit. quomodo ergo intelligendum eſt,

Quæſtio pulchra.

Quodcunq; petieritis hoc faciã, ſi deus aliqua petentibus fidelibus etiã cõſulendo nõ facit? an fortè ſolis apoſtolis hoc dictum debemus accipere? abſit: Superius enĩ dixerat, Qui cre. in me ope. q̃ ego fe. & ip. fa. Ipſos quoque ſi cogitemus apoſtolos: inuenimus eũ qui plus omnibus laborauit rogaſſe: vt ab eo diſcederet angelus ſathanæ, nec tamẽ q̃d rogauerat accepiſſe. Sed audi q̃d illic poſitũ eſt. In no. me. q̃d eſt X̃ps Ieſus: Chriſtus regẽ Ieſus ſaluatorẽ ſignificat. ac ꝓ hoc quodcũq; petim⁹ aduerſus vtilitatem ſalutis: nõ petimus in noſe ſaluatoris: & tamẽ ipſe ſaluator eſt: nõ ſolũ quãdo facit q̃d petim⁹, verũ etiam quando non facit. quoniam quod videt petitiõtra ſalutem, non faciendo ſe exhibet ſaluatorẽ. Nouit enim medicus quid pro ſua, quid contra ſuam ſalutẽ poſcat ægrotus, & ideo contrariam poſcentis non facit voluntatem, vt faciat ſanitatem. Sanè quędam quamuis in nomine eius petamus, non tunc quando petimus facit: ſed tamen facit: differtur enim quod petimus, nõ negatur. Cõtinuo autem ſubiecit, Vt glo. pa. in fi. ſi quid peti. in nomine meo hoc faciã. Nullo modo igitur ſine patre filius facit, quandoquidem vt in illo pater glorificetur propterea facit. Chry. Cùm enim filius oſtendatur magna potẽs, glorificabitur ille qui genuit: ideo autem ſecundo id ponit vt certificet ſuũipſius ſermonẽ. Theo. Attende etiam ſeriem paternæ glorificationis. In nomine Ieſu facta ſunt ſigna per quæ credebãt apoſtolorum ſermonibus: & ſic dum ad notitiam patris peruenirent, glorificabatur pater in filio.

Nomen Chriſti exponit.

Si diligitis me mandata mea ſeruate, & ego rogabo patrẽ, & alium paraclytum dabit uobis, ut maneat uobiſcum in æternum ſpiritum ueritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non uidet eum, neſcit eum. Vos autem cognoſcetis eũ, quia apud uos manebit, & in uobis erit.

❧ Chr. Quia dominus dixerat, Quodcũq; petieritis, hoc faciam, vt nõ æſtiment omnem ſimpliciter petitionem valere: induxit, Si di. me man. mea ſerua. q. d. tunc faciam q̃d petitis. Vel quia audiẽtes quoniã ad patrẽ vado, conſequẽs erat eos turbari dicit, non eſt hoc me amare vt turbemini, ſed vt faciatis mandata mea, hoc eſt enim amor obedire & credere ei qui diligitur. Quia vero conſequens erat eos veheměter inquirere carnis preſentiam: & illam habere cõſolationẽ quam prius habuerunt, ſubiungit: Et ego ro. pa. & alium para. da. vo. Aug. In quo oſtendit & ſeipſum eſſe paraclytum. Paraclytus autẽ latine dicitur aduocatus & dictum eſt de Chriſto, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtũ iuſtũ. Alcui. Vel paraclytum. i. conſolatorẽ: habebãt enĩ & tũc vnũ conſolatorem qui miraculorum dulcedine & prædicatione eos erigere & cõfortare ſolebat. Didymus de ſpiritu ſancto. Sed ſpiritum ſanctum alium paraclytum nominauit, non iuxta naturę differentiã, ſed iuxta operationis diuerſitatẽ. Cùm enĩ ſaluator mediatoris & legati perſonam habebat ex qua pontifex deprecetur pro peccatis noſtris, ſpiritus ſanctus ſecundum aliam ſignificationẽ paraclytus: ab eo ꝙ conſolatur in triſtitia poſitos nuncupatus eſt. Verũ noli ex filij & ſpiritus ſancti operatione diuerſa varias eſtimare naturas, ſiquidem in alio loco reperitur paraclytus ſpũs legati apud patrem perſona fungi, vt ibi: Ipſe ſpiritus interpellat ꝓ nobis. Saluator quoq; conſolationẽ operatur in cordib⁹ eorũ, quia indigent. ſcriptũ eſt enim, Et hũiles populi ſui conſolatus eſt. Chryſ. Ait autem, Rogabo patrẽ: vt fide dignum faciat eis ſermonem. quoniã ſi dixiſſet, Ego mittam: non ſimpliciter credidiſſent. Aug. cont. Arrianos. Qui tamen vt inſeparabilia ſua & patris opera demonſtraret alibi ait, Cùm abiero mittam eũ ad vos. Chryſ. Quid autẽ apoſtolis plus haberet, ſi patrem ſolum rogaret vt ſpiritũ aliis daret? quoniam illi multoties & ſine oratione oſtenduntur hoc facientes. Alcui. Rogabo igitur dicit vt inferior ſecũdum humanitatem patrẽ meũ, cui ſum ęqualis & cõſubſtantialis ſecundum diuinã naturam. Chryſ. Dicit autẽ, Vt maneat vobiſcum in æternum, quoniam neq; poſt mortem recedit, per hoc etiam occultè inſinuat ꝙ ſpiritus ſanctus nõ patietur mortem vt ipſe neq, abibit. Ne autem paraclytũ audientes rurſus incarnationem aliam ſuſpicentur, & oculis putẽt eũ videre ſubiungit, Spiritum veritatis quem mũdus non poteſt accipere quia non videt eum, nec ſcit eum. Aug. Hic eſt vtiq; in trinitate ſpiritus ſanctus quẽ patri & filio conſubſtantialẽ & coæternum fides catholica profitetur. Chryſ. Spiritum autẽ veritatis eum vocat per hoc ꝙ figuras veteris teſtamẽti manifeſtat. Mundũ autẽ hic malos dicit, viſionẽ autem certiſſimã cognitionẽ dicit, quia viſus eſt apertio ſenſus. Beda. Nota etiã ꝙ cum ſpiritum ſanctum, ſpiritum veritatis dicit, ſpiritum ſanctũ eſſe, ſpiritũ ſuum oſtendit. deinde cum à patre eum dari narrat, patris etiam eum ſpiritum eſſe declarat: ac per hoc ſpiritus ſanctus à patre ꝓcedit & filio. Greg. ſ. mor. Spiritus autem ſanctus omnem quẽ repleuerit ad deſideranda inuiſibilia accendit, & quoniam mundana corda ſolũ viſibilia diligunt, hunc mundus nõ accipit, quia ad diligenda inuiſibilia non aſſurgit. Seculares etenim mentes quanto ſe foras per deſyderia dilatant, tanto ad receptionem illius ſignũ cordis anguſtant. Aug. Sic autem mundum, id eſt mundi dilectores dicit nõ poſſe accipere ſpiritum ſanctum, velut ſi dicamus, Iniuſtitia iuſta eſſe nõ poteſt. Mundus ergo, id eſt mundi dilectores nõ poteſt eum accipere, quia non videt eum. Non enim habet inuiſibiles oculos mundana dilectio, ꝓ quos videri ſpiritus ſanctus niſi inuiſibiliter nõ poteſt. Sequitur: Vos autem cog. eum, quia apud vos manebit. Sed ne putarent quod dictũ eſt, Apud vos manebit: ita dictũ quẽadmodum apud hoſtes hoſpes viſibiliter manere cõſueuit, adiecit: In vobis erit. Chryſo. q. d. Non ita apud vos manebit ſicut ego, ſed in veſtris habitabit animabus. Aug. Prius autem eſt eſſe alicui, poſt manere. Sed expoſuit q̃d dixerat, Apud vos: cũ adiũxit, In vobis. Si enim

Spũs ſanctus quomodo paraclytus.

Spũs veritatis quo intelligit.

non ſit in vobis, nõ poteſt eſſe in vobis eius ſcientia, ſic enim à vobis videtur in vobis & veſtra cõſcientia. Gre. go. 2. moral. Si autẽ ſpiritus ſanctus in diſcipulis manet: quomodo iam ſingulare ſignũ erit quod in mediatore permanet? ſecundũ illud, Supra quem videris ſpiritum deſcendentem & manentem, hic eſt qui baptizat: quod tamen citius cognoſcim⁹ ſi dona eiuſdẽ ſpiritus diſcernamus. In his enim donis ſine quibus ad vitã perueniri non poteſt, ſpũs ſanctus in electis omnibus ſemper manet. In illis autẽ quibus non noſtra vita ſeruatur, ſed aliorum quæritur, nequaq̃ ſemper manet. Aliquando enim ſe à ſignorũ oſtẽſionibus ſubtrahit, vt eo hũilius virtutes eius habeantur: Chriſtus autẽ in cunctis eum & ſemper habet præſentem. Chry. Hic autẽ ſermo oppoſitas hęreſes velut vno ictu ſuſtulit. nam dicere aliũ oſtendit eius, id eſt ſpiritus hypoſtaſeos differentiã: dicere vero paraclytum, ſubſtantię cognationem. Aug. con. ſe. Arri. Conſolationem enim quod officium tanq̃ perſonæ inſimæ, in trinitate ſpiritui ſancto deputant, deũ dicit apoſtolus, ſecundum illud: Is qui conſolatur humiles, cõſolatus eſt nos deus. Deus eſt itaq; ſpiritus ſanctus q conſolatur humiles. aut ſi hoc de patre vel filio dictũ ab apoſtolo volunt accipi, deſinãt conſolationis tanq̃ munere proprio ſeparare à patre & filio ſpiritum ſanctum. Aug. ſu. Io. Si cum charitas dei diffuſa ſit in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, quomodo diligemus & mãdata Chriſti ſeruabimus vt eum accipiamus? quem niſi habuerimus, diligere & mãdata ſeruare nõ poſſumus: an forte præcedit in nobis charitas qua diligamus Chriſtũ? vt diligendo Chriſtum eiuſq; faciendo mãdata mereamur accipere ſpiritum ſanctum, vt charitas dei patris diffũdatur in cordib⁹ noſtris. peruerſa eſt iſta ſentẽtia. Qui enim ſe filiũ dei diligere credit & patrem nõ diligit, profecto nec filiũ diligit, ſed quod ſibi ipſi videtur confinxit. Reſtat ergo vt intelligamus ſpiritum ſanctum habere q̃ diligit, & habendo mereri vt plus habeat, & plus habendo plus diligat. Iam itaq; habebãt ſpiritum diſcipuli quem dominus promittebat, ſed dandus eis erat amplius: habebant occultè, accepturi erant manifeſtè. proinde non ſolum non habenti, verumetiam habenti non incaſſum promittitur: nõ habẽti quidem vt habeatur, habenti autẽ vt amplius habeatur. Chry. Quando igitur diſcipulos purgauerat per ſacrificium paſſionis, & peccatum ſolutum erat, & ipſi ad pericula & agones mittebanter, oportebat ſpiritum ſanctum venire abundantur. Non autem ſtatim poſt reſurrectionem, vt in multo eius cõſtituti deſyderio, cum multa eum ſuſcipiant gratia.

Quæſtio pulchra.

Hæreſes oppoſitę tollidũt.

Non relinquam uos orphanos: ueniam ad uos. Adhuc modicum, & mundus iam me non uidet. Vos autem uidetis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoſcetis quia ego ſum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. Qui habet mandata mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.

Aug. Ne quiſq̃ putaret ꝙ ita ſpiritum ſanctum dominus daturus fuerat, velut per ſeipſum nõ & ipſe eſſet futurus cum eis: adiecit & ait, Non relin. vos orph. Orphani pupilli ſunt. Illud enim eſt græcũ, hoc latinum. Quãuis ergo nos filius dei ſuo patri adoptauit filios, tamen in hoc etiã ipſe erga nos paternum oſtẽdit affectum. Et quidem à principio dixerat, Venietis quo ego vado: ſed quia hoc longum tempus erat, promiſit ſpiritũ. Et quia neſciebant quid eſt hoc, promittit eis ſuam preſentiam quam maxime quærebãt cum dicit, Veniam ad vos. Ne tamen rurſus eandem quærant preſentiã qualẽ & prius habuerũt, occultè hoc excludit, cum ſubdit: Adhuc modicũ &c. ac ſi diceret, Veniã quidẽ ad vos, non tamen vt prius vobiſcum per vnamquanq; diem conſiſtens. Et ne dicant, Qualiter igitur Iudęis dixiſti, Amodo non videbitis me? ſoluit opinionem, dicens: Ad vos ſolos veniã. Aug. Videbat enim tunc eum mundus carneis oculis in carne conſpicuum, nõ autem videbat ꝙ in carne verbũ latebat. ſed quoniã poſt reſurrectionẽ etiã carnẽ ſuam quã nõ ſolum videndã, verumetiam cõtractandã demõſtrauit ſuis, noluit domonſtrare nõ ſuis. hinc dictũ eſt, Adhuc modicum & mundus iam me non videt, vos autem videbitis me. Sed quoniam in iudicio eum mundus videbit, quo nomine ſignificati ſunt à regno eiꝰ alieni, melius intelligitur illud etiam tẽpus ſignificare voluiſſe quando in fine ſæculi auferetur ab oculis dãnatorum vt eum de cætero videant diligentes. Modicum autẽ dixit, quia id quod prolixum videtur hominibus, breuiſſimũ eſt ante oculos dei. Sequitur: Quia ego viuo & vos viuetis. Theo. q. d. Et ſi mortem ſubiero, tamẽ reſurgo: vos quoq; viuetis, hoc eſt cũ videritis me lętabimini, & tanq̃ mortui reuiuiſcetis in apparitione mea. Chry. Mihi autem videtur vitam non preſentem dicere, ſed futuram: ac ſi dicat, Mors crucis non diſtare faciet vos à me in finẽ, ſed momento paruo occultabit me à vobis. Aug. Cur autem de preſenti ſe dixerit viuere, illos autem de futuro eſſe victuros: niſi quia & vitam carnis reſurgẽtibus qualis in ipſo præcedebat, & illis eſt pollicitus ſecuturã? & quia ipſi⁹ mox futura erat reſurrectio, præſentis temporis ponit verbum, propter ſignificãdã celeritatẽ. Illorum autem quoniã ſeculi differtur in finem, non ait, viuitis, ſed viuetis. Quia vero viuet ille, ideo & nos viuem⁹. p hominem quippè mors, & per hominẽ reſurrectio mortuorũ. Sequitur, In illo die, de quo. ſ. ait, Et vos viuetis. Vos cognoſcetis, contẽplando: q̃uis & nunc credẽdo nouerimus, quia ego ſum in patre, & vos in me & ego in vobis. quia quãdo viuemus ea vita qua mors abſorbetur, tunc pficietur hoc ipſum quod nunc inchoatũ eſt iam ꝓ ipſum, vt ſit in nobis & nos in ipſo. Chry. Vel in illo die cùm reſurgam, cognoſcetis. quia cum viderũt eum reſurrexiſſe & eſſe cum eis, tunc certiſſimam fidem didicerunt. Magna enim erat virtus ſpiritus ſancti quæ omnia eos docebat. Quod autem dictum eſt, Ego ſum ī patre, humilitatis eſt. Quod autem dicit, Et vos in me, & ego ī vobis, humanitatis eſt & auxilij quod eſt à deo. Conſueuit enim ſcriptura multoties eiſdem verbis in deo, & hoĩbus poſitis nõ ſimiliter vti. Hyla. 8. de tri. Vel hoc dicit vt cũ ille in patre per naturam diuinitatis eſſet, nos autem in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille rurſus in nobis per ſacramẽti myſterium ineſſe crederetur. Ipſe enim teſtatus eſt qui edit carnem meam & bibit ſang. meũ: in me manet & ego in eo. Alcui. Per dilectionem autẽ & obſeruantiã mandatorum eius tũc perficietur hoc ipſum q̃d nunc inchoatũ eſt per ipſum, vt ſit in nobis & nos in ipſo. Et vt omnib⁹, non tantum apoſtolis hanc beatitudinẽ ꝓmiſiſſe videatur, adiungit: Qui habet mandata mea &c. Aug. Qui habet in memoria & ſeruat in vita, qui habet in ſermonibus & ſeruat ī operibus, qui habet audiendo & ſeruat faciendo, qui habet faciendo & ſeruat perſeuerando, ipſe eſt qui diligit me. Opere eſt domonſtranda dilectio, ne ſit infructuoſa nominis appellatio. Theo. Ac ſi dicat, vos putatis ꝙ ex affectione quadam triſtamini de morte mea, ſed ego ſignum dilectionis reputo mandata mea ſeruari. Qualẽ autem prerogatiuam obtineat qui diligit, oſtendit ſubdens: qui autem di. me, di. à patre meo, & ego diligã eũ. Aug. Sed quid eſt diligam, tanq̃ nunc non diligat? expo nit per id quod ſequitur, Et manifeſtabo ei meipſum, id eſt ad hoc diligam vt manifeſtem, & ipſam viſionem

orphanus vox græca.

Analogica expo.

mercedem fidei capiamus. Nunc enim ad hoc nos dilexit vt credamus,tũc ad hoc vt videam°, quia & nos nũc diligimus credendo quod videbimus. Tunc autem diligemus videndo quod credidimus. Aug. ad paulinã de videndo deo. Sic autem promisit ostensurũ seipsum dilectoribus suis cum patre deum vnum, non quomodo in hoc seculo visus est ĩ corpore & à malis. Theo. Vel quia post resurrectionẽ apparituru illis erat in corpore magis representante diuinitatem ne credant ipsum spiritũ fore seu phantasma,ob hoc prędixit illis,& tũc videtes illũ nõ diffidant, sed reminiscantur quia propter mãdatorum suorum custodiam apparet eis, atq; ideo tenentur semper custodire illa vt perpetuo eis appareat.

Dicit ei Iudas,non ille scariothis. Domine,quid factũ est quia manifestaturus es nobis teipsum,& nõ mundo? Respondit Iesus, & dixit ei. Si quis diligit me,sermonem meũ seruabit, & pater meus diliget eũ,& ad eum ueniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. Qui non diligit me sermones meos nõ seruat. Et sermonẽ quẽ audistis,non est meus,sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum uobis apud uos manens. Paraclytus autẽ spiritussanctus quẽ mittet pater in nomine meo,ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcũque dixero uobis. Pacẽ relinquo uobis: panem meã do uobis. Non quomodo mundus dat,ego do uobis.

Augustꝰ. Quia dominus dixerat. Adhuc modicum & mundus me iam non videt,vos autem videbitis me. Interrogauit eum de hoc ipse Iudas,non ille traditor eius q Schariothis cognominatus est,sed cuiº epistola inter scripturas canonicas legitur: vnde dicitur. Dicit ei Iudas,non ille schariothis. Domine, quid factum est, quia nobis manifestaturus es teipsum & nõ mundo? Causam quæsiuit quare nõ se mundo: sed sui manifestaturus esset. Dominus autẽ exponit quare suis se manifestaturus est nõ alienis,quia s.hi diligunt, illi vero non diligunt: vnde sequitur. Respondit Iesus & dixit eis, Si quis &c. Greg.in hom. Probatio enim dilectionis exhibitio est operis nunq̃ amor dei est ociosus, operatur enĩ magna si est.si vero operari renuerit:amor nõ est, Aug. Dilectio autem sanctos discernit à mũdo,quę facit vnanimes habitare in domo, in qua facit pater & filius mansionem, qui donant & ipsam dilectionem, quibus in fine donabunt suã manifestationem. Est enim quædã dei manifestatio interior,quam prorsus impij nõ nouerunt quibº dei pãtris & spiritussancti manifestatio nulla est,filij vero esse potuit, sed in carne quæ nec talis est qualis illa, nec semper illis adesse potest,sed ad modicum tẽpus,& hoc ad iudicium non ad gaudium, ad suppliciũ non ad præmium vnde sequitur. Et ad eum venie. Veniũt quidem ad nos dum venimus ad eos, veniunt subueniẽdo, venimus obediendo,venimus illuminãdo,venimus intuendo,veniunt implendo,venimus capiendo,vt sit nobis eorũ non extranea visio sed interna, & in nobis eorum non transitoria mansio sed æterna: vnde sequitur. Et man.apud eum faci. Greg.in ho. In quorundam etenim corda venit & mansionem non facit,quia per conpunctionem quidem respectum dei percipiunt,sed tẽtationis tempore hoc ipsum qđ compuncti fuerũt obliuiscuntur,sicq; ad perpetranda peccata redeunt,ac si hæc minime planxissent. Qui ergo deum vere diligit ĩ eius corde dominus & venit & mansionem facit, quia sic eũ diuinitatis amor penetrat: vt ab hoc amore tentationis tempore non recedat. Ille enim vere amat cuius mentẽ dilectio praua ex consensu non superat. Aug. An forte putabit mansionem in dilectore suo facientibus patre & filio exclusus esse ab hac mansione spiritussanctus? Quid est ergo quod superius ait de spiritusancto apud vos manebit & ĩ vobis erit:nisi forte quisq; sic absurdº est vt arbitretur cum pater & filius venerint discessurũ inde spiritum sanctum tanq̃ locum daturum maiorib°? Sed & huic carnali cogitationi occurrit scriptura cum dicit. Vt maneat vobiscum inæternum. In eadem ergo mãsione cum ipsis erit in ęternum,quia nec ille sine ipsis venit,nec illi sine eo,sed propter insinuationem trinitatis,personis singulis nominatis dicuntur quædã,nõ tamen aliis separatis intelliguntur,propter eiusdem trinitatis substantiam. Greg.in ho. Tanto autem quisque à superno amore disiungitur quãto inferius delectatur, vnde subditur. Qui non diligit me &c. De dilectione ergo conditoris lingua mens & vita requiratur. Chry. Vel aliter totum. Aestimauit Iudas sicut mortuos videmus in somno,ita & secũ esse visuros,vnde quęrit. Quid est q̃ debes te manifestare nobis & non mundo. q.d. ve nobis quoniam morieris & vt mortuus debes nobis assistere. Ne igitur hoc suspicentur dicit. Ego & pater ad eum veniemus. q. d. Sicut pater manifestabit seipsum, ita & ego,& mansionem apud eum faciemus,quod somniorum non est. Sequitur. Et ser. quem au. non est meus: sed eius qui mi. me patris. q. d. non me solum, sed neque patrem amat qui hunc non audit sermonem. Dicit autẽ hoc,quoniam nihil extra patrem loquitur: neque præter id quod illi videtur. Aug. Et fortasse propter aliquã distinctionem, vbi suos dixit:pluraliter sermones dixit dicens. Qui non diligit me sermones meos non seruat. Vbi aũt sermonem hoc est verbum non suũ esse dixit, sed patris seipsum intelligi voluit:nõ enim solũ sed patris est verbũ,quõ nec sua imago sed patris nec suus filius sed patris. Rectè igitur auctori tribuit quod facit ęqualis à quo habet hoc ipsum q̃ illi est indifferẽs ęqualis. Chry. Quia vero eorum quæ dixerat quædam manifesta erant:& quędam non intellexerunt vt non turbarẽtur subiũgit. Hæc lo. sum vob. apud vos manẽs. Aug. Alia est illa mensio quã promisit futuram, alia verò hęc quam præsentẽ esse testatur, illa spiritualis est atq; intrinsecus mentibus redditur:hæc corporalis forinsecus oculis atque auribus adhibetur. Chry. Vt autẽ eius corporalem recessum facilius sustinerent, præparat eos, promittens q̃ eius recessus magnorum eis esset futura causa bonorũ:quia donec ipse apud eos corporaliter manebat:& spiritus nõ venerat, nihil magnum poterãt scire, vnde sequitur. Paraclytus autem spiritussan. quem mit. pater in meo ille vos do. omnia: & sug. vo. oĩa quęcũq; dixero vobis. Greg. Græca locutione paraclytus:latina aduocatus dicitur vel consolator. Qui idcirco aduocatus dicitur: quia pro errore delinquentium apud iustitiam patris interuenit,dum eos quos repleuerit exorantes facit. Consolator autem idem spiritus vocatur,quia de peccati perpetratione merentibus dum spem veniæ præparat, ab afflictione tristitiæ mentem leuat. Chry. Continuè autem eum paraclytum vocat propter continẽtes eos tribulationes. Didymus de spiritu sancto. Spiritum autem sanctum à patre in suo mitti nomine saluator affirmat:cum propriè nomen saluatoris sit filius, siquidem naturæ consortium,& vt ita dicam proprietas personarum ex ista voce significatur filij quippe tantũ modo est in nomine patris venire,salua proprietate filij ad patrem, nullus autẽ alius venit in nomine patris: sed verbi gratia. In noĩe domini dei &oĩpotentis. Quomodo igitur serui qui in nomine domini veniunt, per hoc ipsum quod subiecti sunt & seruiunt indicãt dominum,serui quippe sunt domini:sic & filius qui venit in nomine patris,portat eius nomen per hoc quod vnigenitus dei filius approbatur. Quia ergo spiritussanctus ĩ nomine filij à patre mittitur: ostendit quia vnitate sit iũctus ad filium: vnde & filij dictus est spiritus per adoptionem suam,filios faciens eos qui se recipere voluissent. Iste autẽ spiritussanctus q venit ĩ nomine filij missus à patre, docebat oĩa eos q ĩ fide Christi pfecti sunt. Oĩa autẽ illa q̃ spiritualia sunt & intellectualia veritatis & sapiẽtiæ sacramẽta. Docebit verò nõ sicut q artes aliquas & sapiẽtiã studio industriaq; didicere, sed quasi ipsa ars atq; doctrina & sapientia, veritatis spũs inuisibiliter menti insinuat scientiã diuinorũ. Greg. Nisi autẽ idem spiritus cordi adsit audientis,ociosus est sermo doctoris: nemo ergo docenti homini tribuat qđ ex ore docentis intelligit,quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Sed & ipse cõditor nõ ad eruditionẽ hominis loquitur: si eidem homini per vnctionem spiritus non loquatur. Aug. Nunquid autem dicit filius & docet spiritussanctus: vt docẽte filio verba capiamus, docente autem spiritu sancto eadẽ verba intelligamus? Omnis igitur & dicit & docet trinitas. Sed nisi etiam sigillatim cõmendaretur, eam nullo modo humana capere vtcunque posset infirmitas. Greg. Requirẽdũ verò nobis est cur de eodẽ spiritu dicatur, Suggeret vobis omnia, cum suggerere soleat esse minoris. sed quia suggerere aliquãdo dicimus subministrare, inuisibilis spiritus suggerere dicitur:nõ quòd nobis sciẽtiam ab imo inferat, sed ab occulto. Aug. Vel q̃ addit, Suggeret. i. commemorabit vos intelligere debemus etiam q̃ iubemur non obliuisci saluberrima monita ad gratiam pertinere, qua nos cõmemorat Christus. Theo. Spiritus itaque sanctus & docuit & cõmemorauit: docuit quidem quęcunq; non dixerat eis Christus, tanquam non valentibus portare. Cõmemorauit verò quæcunque dominus dixerat, sed obscuritatis causa vel intellectus tarditate, commendare memoriæ nequiuerunt. Chry. Quia verò & hęc audientes turbabãtur excogitantes odia & prelia sibi imminere post eius recessum, rursus eos consolatur dicens, Pacem relinquo vobis &c. Aug. Pacem nobis relinquit in hoc seculo, in qua manentes hostem vincimus, & vt etiam hic inuicem diligamus, pacem suam nobis dabit in futuro seculo, quãdo sine hoste regnabimus, vbi nunquàm dissentire possumus. Pax aũt nobis ipse est & cùm credimus quia est, & cùm videbimus eum sicuti est. Sed qui est q̃ vbi dicit, Pacem relinquo vobis, nõ addit, meam: vbi verò ait. Do vobis, ibi dixit meam vtrum subaudiendũ est meã, & dictum non est: an fortè & hic aliquid latet? Pacem enim suam eam voluit intelligi qualem habet ipse. Pax verò ista quã nobis reliquit in hoc seculo, nostra potius dicenda est quàm ipsius. Illi quippe nihil repugnat ĩ seipso, quia nullum habet omnino peccatum, nos autem talem pacem nunc habemus in qua adhuc dicamus. Dimitte nobis debita nostra. Itemq̃; inter nosipsos est nobis pax, quia inuicem nobis credimus q̃ inuicem diligamus. Sed nec ipsa plena est: quia cogitationes cordis nostri inuicem non videmus. Nec ignoro ista domini verba etiam sic accipi posse, vt eiusdem sentẽtiæ repetitio videatur. Quod verò dominus adiunxit, Non quomodo mundus dat ego &c. Quid est aliud, nisi non quomodo homines dant qui diligunt mundum? qui propterea sibi dant pacem, vt sine molestia perfruantur. Et quando iustis dant pacem vt non eos persequantur: pax esse non potest vera, vbi non est vera concordia, quia dissũcta sunt corda. Chryſ. Pax etiam exterior ad malum fit multoties, & eis qui habent eam nihil prodest. Aug. de ver. do. Est autem pax sanitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, cõsortium charitatis. Nec poterit ad hæreditatem domini peruenire qui testamentum pacis noluerit obseruare: nec potest concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum christiano.

Dilectionis probatio.

Amoris veri signum.

Mãsionis promissæ qualitas.

Doctrina spũsancti.

Pax duplex à deo.

Pax vera notatur.

Non turbetur cor uestrũ, neque formidet. Audistis quia ego dixi uobis,uado & uenio ad uos. Si diligeretis me gauderetis utique,quia uado ad patrem,quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit,credatis. Iam non multa loquar uobiscũ. Venit enim princeps mũdi huius, & in me nõ habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrẽ. Et sicut mandatũ dedit mihi pater, sic facio. Surgite,eamus hinc.

Chryso. Quia dixerat, Pacem relinquo vobis quod erat tacẽtis: hoc poterat eos cõturbare: ideo dicit,nõ turbetur cor vestrum, neq; formidet: quoniã hoc quidẽ ex dilectione: illa verò ex formidine patiebãtur. Aug. Hĩc autem turbari & formidare poterat cor illorum q̃ ibãt ab eis. q̃uis venturus ad eos, ne forsitan gregẽ lupus hoc interuallo iuaderet pastoris absentia, vnde sequitur: Audistis quia ego di. vo. Va. & ve. ad vos. Ibat autẽ q̃ id q̃ homo erat: & manebat per id q̃ deus erat. Cur itaq; turbaretur & formidaret cor, quãdo sic deserebat oculos vt non deseret cor? Vt autem intelligerent secundũ id qđ homo erat eum dixisse, Vado & venio, ad hoc subiecit atq; ait, Si diligere. me, gauderetis vtiq, &c. Per quod ergo filius non est æqualis patri, per hoc erat iturus ad patrẽ, à quo & venturus est iudicaturus viuos & mortuos. Per illud aũt in quo est æqualis gignẽti, nunquã recedit à patre, sed cum illo est vbique totus pari diuinitate, quam nullus continet locus. Ipse ergo filius dei æqualis patri in forma dei: quia semetipsum exinaniuit, nõ formam dei amittens, sed formam serui accipiẽs: maior est etiã seipso, quia maior est forma dei, q̃ amissa non est, q̃ forma serui q̃ accepta est. Hæc igitur est forma serui, in qua dei filius minor est non patre solo, sed etiam spiritu sancto: secundum hanc formam serui, puer Christus etiã parentibus minor erat, quando paruus maioribus, sicut scriptum est, subditus erat. Agnoscamus igitur geminã substantiam Christi: diuinam. s. qua æqualis est patri, & humanam qua maior est pater: vtrunque autem simul, non duo sed vnus est Christus, ne sit quaternitas, sed trinitas deus, ideo ergo dixit: Si dili. me gau. vtique, quia va. ad patrem, quia naturæ humanæ gratulandum est, eo quòd sic assumpta est à verbo vnigenito, vt immortalis constitueretur in cælo: atque ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis sederet ad dexterã patris. Quis non hinc gaudeat, qui sic diligit Christũ, vt suam naturam iam immortalem gratuletur in Christo, atq; ipsum speret futurum esse per Christum? Hyla. 9. de tri. vel aliter: Si donantis auctoritate pater maior me est, nũquid per doni confessionem minor filius est? Maior itaq; donans est: sed minor iam non est cui vnum esse dõatur. Chry. Vel aliter: Nondum nouerant apostoli quid sit resurrectio quã prædixerat dicens, Vado & venio ad vos: neque qualem oportebat de eo opinionem habebant, patrem verò magnum esse æstimabant. Dicit igitur eis, Etsi de me formidatis vt non sufficiente mihi ipsi assistere, neque confiditis quòd post crucem rursus vos videbo, tamen audientes quoniam ad patrem vado oportebat lætari, & de reliquo quoniam ad maiorem vado, & potentem omnia versuta dissoluere. Hæc autem omnia ad imbecillitatem discipulorum dicebantur. Et ideo subdidit, Et nũc dixi vobis priusquam fiat, vt cùm factum fue. credatis. Augu. Quid est hoc cum magis credere homo debeat antequàm fiat id quod creden- dum est? Hęc est enim laus, fidei si quod creditur non videtur. Nam & ille cui dictum est, Quia vidisti credidisti: aliud vidit, aliud credidit: vidit hominem, credidit deum. Sed si dicuntur credi quæ videntur sicut dicit vnusquisque oculis suis se credidisse, non tamen ipsa est quæ in nobis ædificatur fides, sed ex rebus quæ videtur, acquiritur in nobis vt ea credantur quæ non videntur.

Christus homo minor patre

Fidei vera laus.

Illud itaque dicit, Cum factum fuerit, ꝙ eum post mortem visuri erãt viuentem, & ad patrem ascendentẽ, quo viso fuerant crediturꝰ ꝙ ipse esset Christus filius dei ꝙ hoc potuit facere & prædicere anteꝙ faceret. Crediturꝰ autem hoc non fide noua, sed aucta, aut certè cũ mortuꝰ esset defecta, cum resurrexisset refecta. Hyla. 9. de trini. Gloriæ autem resumendę meritũ continuo subiecit dicẽs, Iam nõ multa loquar vobiscum. Bed. Ideo dicebat, quoniam iam instabat tempus vt comprehẽderetur, & ad mortẽ traderetur. Venit enĩ princeps mundi huius. Aug. Quis nisi diabolus? nõ autẽ creaturarũ, sed peccatorũ princeps est diabolus. Vnde apostolus cùm dixisset aduersus rectores mũdi: sequenti verbo exposuit qd dixisset mundi, cùm subiungit tenebrarũ harum. i. hominum impiorum. Et in me non habet quicq̃. Quia neque cũ peccato deus venerat, nec eius carnem de peccati ꝓpagine virgo pepererat. Et tanꝙ ei diceretur, Cur ergo morieris si nõ habes peccatum cui debetur mortis suppliciũ? continuo subiungit, Sed vt cog. mundus quia dili. pa. & sicut man. de. mihi pater sic facio. Surgite eamꝰ hinc. discumbens enim discumbẽtibus loquebatur. Eamus autem dixit ad illum locum vnde fuerat tradẽdus ad mortem: qui nullum habebat meritum mortis, sed habebat vt moreretur mandatum patris. Aug. contra Arria. Quòd autem voluntati & præcepto patris obediẽs est filius, nec in hominibus demonstrat diuersam impa remq̃ naturam patris præcipientis, & filij obedientis: huc accedit ꝙ Christus non tantum deus est, qua natura æqualis est patri: sed etiam homo, qua natura minor est patre. Chry. Vel hoc quod dicit, Surgite eamus hinc, principiũ est alterius sententię: cõsequens enim erat eos formidare, & à tempore & à loco in villa manifestè existentes, etenim nox profunda erat: & erat consequens eos non attendere his quæ dicebantur, sed sem per circumuoluere oculos & imaginari eos qui aggressuri eos erant, & maximè audientes. Adhuc modicum vobiscum sum. Et venit princeps mundi huius. Quia igitur hęc & huiusmodi audientes turbabantur vt mox capiendi: ducit eos in locum alium, vt æstimantes se in cautela esse cum ocio de reliquo audiant: magna enim dogmata erant audituri.

Diabolus quõ princeps dicitur.

CAPVT XV.

EGo sum uitis uera, & pater meus agricola ẽ. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis.

Hyla. 9. de tri. Ad consummandũ corporeę passionis sacramentum per dilectionẽ efficiendi mandati paterni festinat exurgens: corporeæ tamen assumptionis statim mysterium pandens, per quam ei tanquam in vite modo palmitis inesse mus adiecit, Ego sum vitis vera. Aug. Quod secundum hoc dicit ꝙ est caput ecclesię, nosq̃ membra eius: homo Christus Iesus. Vnius quippe naturæ sunt vitis & palmites: sed cum dicit ego sum vitis vera, nunquid vt adderet vera, ad eam vicem retulit vnde ista similitudo translata est? Sic autem dicitur vitis per similitudinem, non per proprietatem: sicut agnus ouis &c. huiusmodi, vt magis ipsa sint vera ex quibus dicuntur istæ similitudines. Sed dicendo, Ego sum vitis vera: ab illa se discernit cui dicitur, Quomodo conuersa est ī amaritudinem vitis aliena? Nam quo pacto est vitis vera, q̃ expectata est vt faceret vuam, fecit autem spinas? Hyl. 9. de tri. Sed à corpore huiꝰ humilitatis assumptionem formã paternæ maiestatis alienans agricolam patrẽ curiosum huius vitis ostendit dicens, Et pater meꝰ agricola est. Aug. Colimus enim deũ, & colit nos deus. Sed sic deum colimus vt non meliorem eum faciamus: colimus enim eum adorando, non arando. Quòd autem ille nos colit, meliores nos reddit. Cultura ipsius est in nos, ꝙ nõ cessat verbo suo extirpare mala semina de cordibus nostris, aperire cor nostrum tanquã aratro sermonis, plantare semina pręceptorum, expectare fructũ pietatis. Chry. Et quia Christus sibi sufficit, discipuli verò multo indigent agricolę auxilio, ꝓpterea de vite nihil dicit sed de palmitibus, cũ subdit, Omnẽ pal. in me non feren. fru. tollet eum. Fructum autem hic vitã occultè insinuat: ostendens ꝙ sine operibus non potest ali quis esse in eo. Hyla. 9. de tri. Inutiles autẽ & inueraces palmites desecãs deputabit arsuros. Chrys. Et quia etiã qui valde virtuosi sunt indigent agricolæ opere, adiungit: Et omnem qui fert fructum purgabit eum vt fructũ plus afferat. Hoc dixit propter tribulationes eorũ quæ tunc inducebantur, ostendens ꝙ tentationes fortiores eos faciebant: sicut & purgare, hoc est circuncidere palmitem eum magis germinare facit. Aug. Quis autẽ est in hac vita sic mundus, vt non sit magis magisque mundandus? Vbi si dixerimus quia peccatum nõ habemus, nosmetipsos seducimus. Mundat itaque mundos id est fructuosos: vt tanto sint fructuosiores quanto sunt mundiores. Secundum hoc ergo vitis est Christus: quod ait, Pater maior me est: secũdum illud autem quod ait, Ego & pater vnum sumus, & ipse agricola est. Nec talis quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministerĩ: sed talis vt det etiam intrinsecus incrementũ. vnde cõtinuo etiam seipsum mundatorem palmitum ostendit, dicens: Iam vos mundi estis propter sermonem quem locu. sum vobis: Ecce ipse mundator est palmitum, quod est agricolæ non vitis officium. Sed quare non ait, Mũdi estis propter baptismum quo abluti estis, nisi quia & in aqua verbum mundat? Detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum & fit sacramentũ, vnde ista tanta virtus aquæ vt corpus tangat & cor abluat: nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Nã in ipso verbo aliud est sonus trãsiens, aliud virtus immanens. Hoc verbum fidei tantum valet in ecclesia dei, vt per ipsum credentem, offerentem, benedicentem tingentem mundet infantem quanuis credere nõ valentem. Chry. Vel dicit, Mundi estis: propter sermonem quem locutus sum vobis. i. interim lumen doctrinæ iam susceptistis: & à Iudaico errore eruti estis.

Christus quõ agricola.

Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos nisi ī me manseritis. Ego sum uitis, & uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligẽt eum, & in ignem mittent & ardet. Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcunque uolueritis petetis, & fiet uobis.

Chry. Quia iã mundos eos dixerat propter sermonẽ quẽ locutꝰ fuerat eis, docet ꝙ oportet de reliquo incipere ea quæ ab eis sunt, & ideo dicit: Manete in me &c. Aug. Non eo modo illi in ipso sicut ille in illis: vtrunq; enim ꝓdest, nõ ipsi sed illis. Ita sunt quippè in vite palmites, vt viti nõ conferant, sed inde accipiant vnde viuant. Ita vero vitis est in palmitibus vt vitale alimentũ subministret eis, non sumat ab eis: ac per hoc vt manentem in se haberẽt Christum, & manerent in Christo, discipulis prodest vtrunq;, nõ Christo: vnde subdit, Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi mãserit in vite &c. Magna gratiæ commendatio, corda instruit humilium, ora obstruit superborum. Nónne huic resistuntveritati, ad bona opera facienda deum sibi necessarium non putantes, nõ assertores, sed præcipitatores liberi arbitrij? Quia enim à semetipso se fructũ æstimat ferre, in vite non est. Qui in vite nõ est, in Christo non est, q̃ in Christo non est, Christianus nõ est. Alcui. Oĩs enim fructus boni operis ab illa radice ꝓcedit, qui nos sua gratia liberauit: & suo auxilio prouehit, vt fructũ plus afferre valeamus, vnde cũ repetitione & superiorũ explanatione subdit. Ego sum vitis & vos palmites, Qui ma. in me, credendo: obediẽdo: perseuerãdo. Et ego in eo, illuminando: subueniendo, perseuerantiã donando. Hic & nõ alius fert fructum multũ. Aug. Sed ne quisquã putaret saltẽ paruum aliquem fructum posse à semetipso palmitẽ ferre subdit. Quia sine me ni. po. fa. non ait parum potestis facere, quia nisi palmes in vitę manserit, & vixerit de radice quantumlibet fructum à semetipso non potest ferre. Quanuis autẽ Christus vitis non esset, nisi homo esset, tamen istam gratiã palmitibus non prębere t: nisi etiam deus esset. Chry. Vide ergo filium non minus patre conferentẽ ad discipulorum procurationem. Nam pater quidẽ purgat, ipse verò ī se tenet qd facit palmites fructificare. Sed tamen & purga re filij monstratũ est esse, & manere in radice est patris q̃ radicẽ genuit. Igitur magnum quidẽ damnum est nihil posse facere, verum nõ vsq; ad hoc sistit, sed vlterius ꝓducit sermonem, dicens, Si quis ī me nõ manserit, mittetur foras sicut palmes. i. agricolæ non potietur manu. Et arescet. Hoc est, si qd habebat à radice amittet, denudatus eius auxilio & vita. Et colligẽt eum. Alcui. Messores angeli & in ignem æternum. s. mittẽt, & ardet Aug. Ligna enĩ vitis tãtò sunt contẽptibiliora si in vite non mãserint, quãtò gloriosiora si mãserint, vnũ ex duobus palmiti cõgruit, aut vitis, aut ignis, si in vite non est, in igne erit. Chrys. Deinde ostendens quid est manere in eo subdit. Si manseritis in me ver. mea &c. Eam enim q̃ per opera ostensionẽ quęrit. Aug. Tunc enim sunt dicẽda verba eius in nobis manere, quando facimus q̃ præcepit, & diligemus quæ promisit. Quando autem verba eius manent in memoria, nec inueniuntur in vita, non computatur palmes in vite, quia vitam non attrahit ex radice. Quid autem velle possunt manendo in salua tore, nisi ꝙ non alienum est à salute. Aliud quippe volumus, quia sumus in Christo, & aliud volumus, quia sumus adhuc in hoc seculo. De mãsione autẽ huius sæculi nobis aliquãdo subrepit, vt hoc petamus qd nobis non expedire nescimus. Sed absit vt faciat nobis si maneamus in Christo q̃ nõ facit quando petimus, nisi qd̃ expedit nobis. Ad verba autẽ ejus pertinet oratio. Pater noster, ab huiꝰ orationis verbis & sensibus nõ recedamus in petitionibus nostris, & quicquid petimus fiet nobis.

Gratiæ magna cõmẽdatio.

Gloria & gratia à deo.

In hoc clarificatus est pater meus ut fructũ plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in dilectiõe mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis ī dilectione mea, sicut & ego patris mei præcepta seruaui & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum uobis & gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrum impleatur.

Chry. Ostendit supra dominus quoniã qui eis insidiabantur ardebunt, non manentes in Christo, deinde ostendens quoniam ipsi inexpugnabiles erunt ita. s. vt multũ fructificent ait. In hoc clari. est pa. meus &c. q. d. Si ad gloriam patris pertinet ꝙ vos fructificetis, nõ cõtemnet gloriam suam, qui autem fructum facit, ille est discipulus Christi: vnde subdit. Et effi. mei disci. Theo. Fructus autem apostolorum sunt gentes q̃ per eorũ doctrinam astrictæ sunt fidei, nec non ad dei redactæ sunt gloriam. Aug. Siue enĩ clarificatus siue glorificatus dicatur, exuno verbo græco vtrunq; translatum est. Doxa ergo græcè dicitur, latinè glorię est, quod ideo cõmemorandum putaui, ne hoc nostrę glorię tribuamus tãquàm ex nobis ipsis habeamus, eius est enĩ hæc gratia, & ideo in hoc non nostra, sed eius est gloria. A quo enim faciemus fructum nisi ab illo cuius mĩa præuenit nos: vnde subditur. Sicut dil. me pater &c. Ecce vnde sunt nobis opera bona: nam vnde nobis essent nisi quia fideles ꝓ dilectionem operatur: vnde autem diligeremus, nisi prius diligeremur? Quòd autem ait. Sicut di. me pa. & ego di. vos. Non æqualitatem naturæ ostendit nostræ & suę, sicut est patris & ipsius, sed gratiam qua mediator est dei & hoĩm homo Christus Iesus. Mediator quippe monstratur: cum dicit. Pater di. me, & ego di. vos. Nã pater vtique diligit & nos, sed in ipso. Chrys. Si igitur pater amat nos, confidite, si patris est gloria, fructificare. Deĩde vt nõ pigros eos faciat subdit. Manete in dilect. mea. Qualiter autem hoc erit ostendit subdens. Si præcepta mea seruaui &c. Aug. Quis ambigat ꝙ dilectio præcedat obseruantiam præceptorum: vnde enĩ prębepta seruet non habet qui non diligit, ꝙ ergo hinc ait, ostendit non vnde dilectio generetur, sed vnde mõstretur, vt nemo se fellat dicendo ꝙ eum diligat si eius præcepta nõ seruat, quanuis ꝙ dicit manete in dile. mea: non appareret quam dixerit dilectionem, vtrum qua eum diligimꝰ, an qua ipse nos diligit, sed ex verbo superiore dinoscitur. Dixerat quippè. Ego dilexi vos, & continuo subiecit. Mane. in di. mea. Illa ergo qua dilexit eos. Quid est ergo. Manete in dile. mea, nisi manete in gratia mea? Et quid est. Si præcepta mea seruaueritis, mane. in dile. mea? nisi ex hoc scietis ꝙ in dilectione mea qua vos diligo manetis, si mea præcepta seruatis? Non ergo vt nos diligat prius ꝓcepta eius seruamus, sed nisi nos diligat, ꝓcepta eius seruare nõ possumus, hæc est gratia q̃ humilibus patet superbos latet. Sed quid illud est qd̃ adiũgit. Sicut & ego præcepta pa. mei seruaui, & ma. in eius dilꝫ vtique eam hic dilectionem patris intelligi voluit, qua eum diligit pater. Sed nunquid & hæc gratia intelligenda est qua pater diligit filium, sicut gratia est qua nos diligit filius, cum simus nos filij gratia non natura, vnigenitus autem natura, nõ gratia. An hoc etiã in ipso filio ad hominem referendum est? Ita sane: nam dicendo. Sicut dilexit me pa. & ego dil. vos gratiã mediatoris ostẽdit, mediator autem dei & hominum non inquãtum deus, sed inquantum homo est Christus. Igitur hoc rectè possumus dicere, ꝙ cum ad naturam dei non pertineat humana natura, ad personam tamẽ filij dei per gratiam pertinet, qua nulla est maior, nulla prorsus æqualis. Neq; enim illam susceptionem vlla hominis merita precesserunt, sed ab illa susceptione merita eius cuncta cæperunt. Alcui. Quę autẽ ꝓcepta dixerit exponit Apostolus, di. Christus factus est obediens patri vsque ad mortẽ, mortem autem crucis. Chry. Deinde quia futura passio & tristia verba interruptura erant eorum lætitiã subiungit. Hæc locutus sum vobis vt gaudium &c. q. d. Et si incidat tristitia, hanc auferam, vt ad finem veniat gaudium. Aug. Quòd est autem gaudium Christi in nobis, nisi ꝙ dignatur gaudere de nobis? Et quod est gaudium nostrum quod dicit implendum, nisi eius habere consortium? Gaudium autem iam ipse perfectum de nobis habebat, quando nos præsciendo & prædestinendo gaudebat, sed illud gaudium in nobis nõ erat, quia nec nos in quibus esse posset eramus, cœpit autem esse ī nobis quando vocauit nos. Et hoc gaudium nostrum meri to dicimus, quo nos beati futuri sumus, quod inchoatur in fide renascentiũ, implebitur aũt in ꝑmio resurgẽtiũ.

Gratia patet humilibus.

Hoc est eũ præceptũ ut diligatis inuic ẽsicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego

præcipio uobis, Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius, Vos autem dixit amicos, quia oĩa quæcunque audiui à patre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis sed ego elegi uos, & posui uos ut eatis & fructum afferatis, & fructus uester maneat, ut quodcunque petieritis patrem in nomine meo det uobis.

Theo. Quia prædixerat: ꝙ si mandata mea custodieritis tunc in me permanebitis, hic ostendit q̃ mãdata ob seruare oporteat, dicens, Hoc est præceptum meum &c.

Charitas arbori cõparatur.

Greg. in ho. Cum aũt cuncta sacra eloquia dominicis sint plena p̃ceptis, quid est qđ de dilectiõe quasi de speciali mandato hic dicit, nisi quia oẽ mandatũ de sola dilectione est, & omnia præcepta vnum sunt, quia quic̃qđ præcipitur in sola charitate solidatur: vt enim multi arboris rami ex vna radice prodeunt sic multę virtutes ex vna charitate generantur. Nec habet aliquid viriditatis ram⁹ boni operis si nõ manet in radice charitatis. Aug. Vbi ergo charitas est, quid est qđ possit deesse? Vbi aũt non est, quid est qđ possit prodesse? Discernitur aũt ista dilectio ab ea qua seinuicem diligunt homines sicut homines. vnde adiunctum est. Sicut dilexi vos. Vt quid enĩ nos dilexit Christus nisi vt possumus regnare cũ Christo. Ad hoc ergo & nos inuicem diligamus, vt dilectionem nostrã discernamus à cæteris, qui non ad hoc seinuicem diligunt vt deus diligatur, quia nec verè diligũt, Qui aũt se ꝓpter habendũ deum diligũt, ipsi se diligũt. Greg. Vna aũt & summa est ꝓbatio charitatis, si & ipse diligatur, ꝙ aduersatur: nam & ipsa veritas & crucis patibulum sustinet, & tamen ipsis suis persecutoribus affectũ dilectionis impendit, dicens, Pater ignosce illis quia nesciũt qđ fa. cuius dilectionis summam exprimit cum subiungit. Maio. hac di. ne. ha. quã vt ani. suam po. quis ꝓ amicis suis. Mori ꝓ inimicis domin⁹ venerat, & tamẽ positurum se animam pro amicis dicebat, vt nobis ostẽderet, quia cum diligẽdo lucrũ facere de inimicis possumus, etiã ipsi inimici sunt ꝙ persequũtur. Aug. Quia ergo superius dixerat. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, fit ex hoc cõsequens qđ idem Ioãnes in epi. sua dicit, vt quẽadmodum Christus ꝓ nobis aĩam suam posuit, sic & nos debemus aĩas pro frãtribus ponere. Hoc martyres ardenti dilectione fecerunt. ideo ad mensam Christi nõ sic nos cõmemoramus quemadmodum alios, vt etiã ꝓ eis orem⁹, sed magis vt eorum vestigiis hereamus. Talia enĩ suis fratribus exhibuerunt, qualia de domini mẽsa pariter acceperũt. Gre. Qui vero trãquillitatis tẽpore non dat ꝓ deo tunicam suã, qualiter ĩ persecutione daturus est aĩam suã? Virtus ergo charitatis vt inuicta sit in ꝓturbatione nutriatur ꝓ mĩam in tranquillitate. Aug. 8. de tri. Ex vna aũt eadẽque charitate deum proximumq̃, diligimus sed deũ ꝓpter deum, nos aũt & proximum ꝓpter deũ. Cum ergo duo sint p̃cepta charitatis in quibus tota lex pendet & ꝓphetę, dilectio dei & ꝓximi. nõ immerito plerũq; scriptura ꝓ vtroq; vnũ ponit, quia q̃ diligit deũ. cõsequens est vt faciat q̃ præcepit deus, cõsequens ergo est: vt ꝓximũ diligat, quia & hoc p̃cepit de⁹, vnde & hic sequitur. Vos inimici mei estis &c. Greg. 27. mora. Amicus quippe quasi animæ custos dicitur: vnde nõ immerito q̃ voluntatẽ dei custodire in præceptis illis dicitur, cius amicus vocatur, Aug. Magna dignatio cum seruus bon⁹ esse non possit, si p̃cepta domini sui non fecerit, hinc amicos suos voluit intelligi: vnde boni serui possunt ꝓbari. Potest igitur esse & seruus & amicus qui seruus est bonus. Qũo aũt intellecturi sumus & seruum & amicum esse, seruum bonum declarat: cum subdit. Iã non dicam vos seruos &c. Itaque tunc serui non erimus, quãdo boni serui fuerimus. Nunquid seruo bono & probato dominus eius non etiã sua secreta committit? Sed sicut sunt deo timores, sic sunt duæ seruitutes. Est timor quẽ perfecta charitas mittit foras, in quo etiã est seruit⁹ simul foras cũ ipso timore mittenda. Et est alius timor castus ꝑmanens in sæculum sæculi. Ad primã ergo seruitutem seruos pertinentes intuebatur dominus, dicens, Iã nõ dicã vos seruos &c. Non ille vtiq̃; seruus ad timorẽ pertinẽs castum cui dicitur. Euge serue bone: intra in gau. domini tui, sed ille seruus pertinens ad timorem foras à charitate mittendum, de quo alibi dicitur. Seruus non manet in domo in ęternum, filius autẽ manet in æternũ. Quoniam itaq; dedit nobis potestatem filios dei fieri, vt miro modo serui non serui esse possimus, hoc dominũ facere scimus, hoc seruus ille nescit, q̃ nescit, quid faciat dom⁹ eius, & cum aliquid boni facit, sic extollitur quasi hoc ipse faciat, & non dominus eius, & in se, & nõ ĩ domino gloriatur. Sequitur, Vos autem dixi amicos &c. Theo. q. d. Seruus non nouit consilia sui domini, vos autem cum amicos reputem, secreta mea vobis cõmunicaui. Quo autem pacto intellecturi sumus, omnia enĩ nota feciſſe discipulis quæcunque audiuit à patre, cum ꝓpterea multa non dicat eis, quia scit eos modo portare nõ posse. Sed oĩa se nota feciſſe discipulis dicit, q̃ se nouit nota esse facturum, nã in illa plenitudine de qua dicit apostol⁹. Tunc cognoscã sicuti & cognitus sum sicut enim immortalitatem carnis & salutẽ animarũ futurarum expectamus, ita omnem notitiã quęcũq; vnigenit⁹ audiuit à patre futurã expectare debem⁹ Greg. Vel oĩa q̃ audiuit à patre q̃ nota fieri voluit seruis suis, sunt gaudia internę charitatis: & festa supernæ patriæ, q̃ nostris quotidie mẽtibus per aspirationẽ sui amoris imprimit, dum enim audita superna cęlestia amam⁹ amata iã nouimus: quia amor ipsa notitia est. Oĩa ergo nota eis fecerat: quia à terrenis desideriis immutati, amoris summi fascibus ardebant. Chry. Vel oĩa dicit q̃cunq; eos audire oportebat. Per hoc autem ꝙ dicit se audisse, ostendit ꝙ nihil alienum loquitur, sed qua patris. Greg. Sed quis quis ad hãc peruenit dignitatem vt amicus dei vocetur, dona q̃ percipit super se, non suis meritis tribuat, vnde subditur. Non vos me ele. sed ego ele. vos. Aug. Hæc est ineffabilis gratia: quid enim eramus quando Christum nondũ elegeramus, nisi iniqui & perditi. Neq; enim crederamus in eũ vt eligeret nos: nam si credẽtes elegit, eligentes elegit, hic certè vana illorũ ratio qui ideo nos dicunt electos ante mundi constitutionẽ quia p̃sciuit nos deus futuros bonos non seipsum nos facturum bonos, quoniam si propterea nos elegisset, quia bonos futuros esse præscierat, simul etiam præscisset quòd eum nos fuissemus prius electuri non enim aliter possumus esse boni. nisi fortè dicendus est bonus qui non elegit bonum. Quid ergo elegit in non bonis? Non est vt dicas. Ideo electus sum: quia iam credebam. Si enim credebas in eum iam elegeras eum. Nec est vt dicas. Antequàm crederem iam bona operabar: ideo electus sum. Qui enim est boni operis ante fidem? Quid ergo dicturi sumus, nisi quia mali eramus: & electi sumus, vt boni per gratiam nos eligentis essemus. Aug. de præde sancto. Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea prædestinatione, in qua deus sua futura facta præsciuit, electi autem de mundo ea vocatione qua deus id quod prædestinauit impleuit, quos enim prædestinauit. hos & vocauit. Auguſt. super Ioan. Et videte quemadmodum nos eligat bonos, se quos elegit faciat bonos. nam sequitur, Et posui vos vt eatis & fructum afferatis, Iste est fructus de quo iam dixerat. Sine me nihil potestis facere, ipse est via in qua nos posuit vt eamus. Grego. in ho. Posui ergo vos, scilicet ad gratiam plantaui. Vt eatis, quia velle iã mente ire est, Et fructum afferatis operando. Qualẽ verò fructum afferre debeant, Et fructus vester maneat, omne enim quod secundum ꝑsens sæculum laboramus: vix vsq; ad mortem sufficit. mors nanque interueniẽs fructum nostri laboris abscindit. quod vero pro æterna vita agitur, etiam post mortem seruatur: & tunc apparere incipit, cùm laborum carnaliũ fructus cæperit non videri. Tales ergo fructus operemur qui maneant, q̃ cum mors cũcta interimat, ipsi exordiũ à morte sumant. Aug. Dilectio ergo est fructus noster, q̃ nunc est in desiderio nondũ in saturitate. Et ipso desiderio quodcunque petierimus in noĩe vnigeniti filij dat nobis pater: vnde sequitur, Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo det vobis, Hoc petimus in nomine Saluatoris quod pertinet ad rationem salutis.

Bona immortalia.

Hæc mando uobis ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit, scitote quia me priorem uobis odio habuit. Si de mũdo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia uero de mũdo nõ estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Memento te sermonis mei quem ego dixi uobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Si sermonẽ meum seruauerunt, & uestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient uobis propter nomẽ meum, quia nesciunt eũ qui misit me.

Aug. Dixerat dominus. Posui vos vt eatis & fructũ afferatis. Charitas aũt fructus noster est, de quo itaque fructu mandans nobis dicit, Hæc mando vobis vt diligatis inuicem. Vnde & apostolus, Fructus (inquit) spũs charitas: ac deinde cætera tanq̃ ex isto capite exorta & religata contexuit. Merito itaq; sic dilectionem sępe cõmendat, tanq̃ sola p̃cipienda sit, sine qua non possunt prodesse cætera bona, & q̃ non potest haberi sine cæteris bonis quibus homo efficitur bonus. Chry. Vel aliter cõtinua. Dixi quoniã aĩam meã ꝓ vobis pono. & quia primum vos elegi. Hæc autem omnia non exprobrans dixi, sed ad dilectionem vos inducens vt diligatis inuicem, deinde quia persecutionem pati, & à multis exprobrari difficile erat. ostendit cõsequenter ꝙ non dolere, sed lætari oportet, vnde sequitur: Si mundus vos odit, sci. quia me pri. vo. odio habuit. q. d. Scio hoc esse durum: sed propter me patiemini. Aug. Cur enim se membra supra verticem extollunt? recusas esse in corpore: si non vis mundi odiũ sustinere cum capite, Pro dilectiõe aũt patiẽter debemus etiã mundi odium sustinere. necesse est enim vt nos oderit, quos cernit nolle qđ diligit. vnde sequitur, Si de mundo fuissetis &c. Chry. Quia enim propter Christum pati nõdum erat eis sufficiens mitigationis causa, illa causa dimissa hãc adiecit, ostendens ꝙ hoc est virtutis argumentum à mundo odio haberi, vnde dolere oporteret, si à mũdo diligeremini. hoc enim est malitiæ vestræ ostensiuum. Aug. Vniuersæ aũt hoc dicit ecclesiæ, quam plurimum mundi nomine appellat: sicut est illud. Deus erat in Christo mundum reconciliãs sibi. Totus ergo mundus ecclesia est: & totus mundus odit ecclesiã. Mund⁹ igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, inquinatus mundatum. Quęri ergo potest si etiã mali faciunt persecutionẽ malis, sicut impij reget & iudices, cum essent persecutores piorum, vtiq; & homicidas & adulteros puniebant, quõ intelligendũ est quod dominus ait. Si de mundo esletis mundus quod suum est diligeret? nisi quia mundus est in eis à quibus talia scelera puniuntur: & mundus est in eis à quibus diliguntur. Mundus ergo odit quod suum est, ex ea parte hominũ qua sceleratis nocet: & diligit quod suum est, ex ea parte qua ipsis fauet. Si etiam quæratur, quomodo se diligat mundus qui odit modum redemptionis? Diligit vtiq; falsa dilectione non vera, quoniã quod ei nocet hoc diligit, odit naturam: diligit vitium, vnde & nos prohibemur diligere in illo quod ipse diligit, & iubemur diligere quod ipse odit in seipso. Vitiũ quippe in illo diligere prohibemur: iubemurq̃; naturã. Vt autem de hoc mundo dãnato non essent, electi sunt inde: non meritis suis, quorum nulla bona præcesserãt opera, nõ natura, quę tota fuerat in ipsã radice vitiata: sed gratia. vnde sequitur, Quia vero de mũdo nõ estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Gre. super Ezechielem in ho. 9. Nam peruersorum derogatio vitæ nostræ approbatio est, quia iã ostenditur nos aliquid iustitiæ habere, si illis displicere incipimus qui non placent deo. Nemo enim potest in vna eademq̃; re omnipotenti domino atq; eius hostibus gratus existere. Nam se deo amicum denegat: qui eius placet inimico: & inimicis veritatis aduersabitur, qui eidem veritati in mente subiugabitur. Augu. Exhortans autem dominus suos seruos ad mundi odia perferenda patienter, nullum eis maius & melius quam de seipso proponit exemplum. vnde sequitur, Memẽtote sermonis mei quem ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: &c. Glo. Idem obseruauerunt vt calumniarentur: iuxta illud. Obseruabit peccator iustum. The. Vel alit. Si dominum (inquit) persecuti sunt, vos etiam seruos multo magis. Si non persecuti fuissent, sed sermonem custodiuissent, vestrum etiam custodirent. Chry. q. d. Non vos turbari oportet si communicabitis meis passionibus, quia vos non estis potiores. Aug. Hic aũt vbi dicitur. Non est seruus maior domino, illum significat seruum pertinẽtem ad timorem castum qui permanet in sæculum sæculi. Chry. Deinde & aliam mitigationem ponit: quoniã & pater cum eis cõtumeliam patitur cui iniuriantur. vnde sequitur, Sed hæc omnia facient vobis &c. Augu. Quæ omnia nisi q̃ dixit odio habebunt & persequentur sermonem q̃; contemnent? Quid est autem aliud dicere, Propter nomen meũ, quã me in vobis odio habebunt, me in vobis persequentur, & sermonem vestrum, quia meus est. ideo nõ seruabunt. Tanto igitur miseriores qui propter hoc nomen ista faciunt, quanto beatiores qui propter hoc nomen ista patiuntur. Faciunt aũt & ista mali malis, sed vtriq; miseri, & qui faciunt, & qui patiuntur. Quõ aũtem hoc erit verum, Hæc omnia facient vo. propter nomen meum, cũ illi non propter nomen Christi faciant, hoc est propter iustitiã, sed propter iniquitatẽ suã? Hęc quæstio ita soluitur. Si totum referatur ad iustos tanq̃ dictum sit. Hæc omnia patiemini ab eis propter nomẽ meum. Si aũt, Propter nomen meũ, sic accipitur. i. quod in vobis oderunt & propter iustitiã quam in vobis oderunt. Similiter rectè dici possunt & boni, cũ persecutionem faciunt malis, & propter iustitiã facere quã diligẽdo persequuntur malos, & propter iniquitatem quam oderunt in ipsis malis. Quòd autem addidit, Quia nesciunt eum qui misit me, secundum eam scientiam dictum est, qua dicitur scire te, sensus est consummatus.

Amicus dei discernitur.

Quæstio verbis orta soluit.

Si non uenissem & locutus fuissem eis, peccatũ non haberẽt. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrem meũ odit. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberent. Nunc aũt & uiderunt, & oderunt & me & patrem meũ. Sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis.

Chry. Ponit iterũ dominus aliã discipulorũ mitigationẽ, ostẽdens quoniã iniustè & in ipsum & in discipulos talia operabũtur. vnde dicit, Si nõ veni & locutus eis &c. Aug. Iudæis locutus est Christus nõ aliis gẽtib⁹. In eis ergo voluit intelligi mũdum, qui odit Christum & discipulos eius. immò vero non in eis solis, sed nos quoque ad eundem mundum pertinere monstrauit.

Ineredulitas peccatũ maximum.

Memoria martyrũ per celebris.

Seruus q̃s bonus, & timor duplex.

Mundus quõ dicit ecclesia.

Electio dei ostenditur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Nunquid ergo sine peccato erãt Iudæi,quibus Christ⁹ locutus est,anteq̃ Christ⁹ in carne venisset?Sed magnũ quoddã peccatum: non oẽ peccatum sub generali noĩe vult intelligi. Hoc est enĩ peccatum,quo tenentur cuncta peccata,qđ vnusquisq; si nõ habeat: dimittuntur ei cuncta peccata,Hoc aũt est,quia nõ crediderũt in Christum:q̃ propterea venit vt credatur in eũ.Hoc ergo peccatum si non venisset,nõ vtiq; haberent.Aduentus enĩ eius quantum credentib⁹ salutaris, tantũ non credentibus exitialis factus est.sequitur,Nunc aũt excusationẽ non habent &c.Si aũt hi ad quos nõ venit Xp̃s, nec locutus est eis,excusationem non habent de pct̃o suo:cur hic dictum est ꝓpterea istos non habere : quia venit & locutus est eis. Si aũt habent vtrum ad hoc habent vt à pœnis alienentur:aut vt mitius puniantur? Ad hęc inquisita respondeo eos habere excusationem, non de oĩ peccato suo,sed de hoc peccato suo,ꝙ in Xp̃m non crediderunt.Sed non in eo sunt numero,ad quos ꝑ discipulos venit:non sunt enim in pœna leuiori ponendi q̃ oĩno legem Christi accipere noluerunt:& eã quantum ad ipsos attinet oĩno nullã esse voluerunt.Hanc etiã excusationem possunt habere,qui priusq̃ euangelium Christi audirent,vitæ huius fine p̃uenti sunt,sed non ideo possunt effugere dãnationem. Quicunq; enim hoĩes nisi in eo Saluatore saluentur, q̃ venit q̃rere qđ petierat: ad perditionem sine dubio pertinebunt:q̃uis dici possit alios leuiores alios grauiores pœnas passuros . Ille enim perire deo dicitur,qui ab illa beatitudine quã dat sanctis suis ꝑ supplicium separatur.Tanta est aũt diuersitas suppliciorum quanta est diuersitas peccatorum,q̃ quõ se habeat,altius iudicat sapientia diuina quã coniectura scrutatur,aut effatur humana. Chry . Quia vero hincinde causabantur, quoniã propter patrem eũ persequebantur, destruens eorum excusationẽ dicit . Qui me audit &c.Alc.Sicut enĩ qui diligit filium diligit & patrem,quia vna est dilectio patris & filij sicut vna natura,ita & qui odit filium odit patrem.Augu.Sed cum superius dixerit.Nesciunt eũ qui me misit,quõ possunt odisse quem nesciunt? Si enim deum nõ qđ est ipse:sed nescio quid aliud eũ suspicantur aut credunt,non vtiq; ipsum oderunt,& de hoĩbus quidem fieri potest vt eos sępe quos nũq̃ vidim⁹ oderimus vel diligamus,fama de aliquo sermocinãte, vel bene vel male.Sed quõ de quo natura nobis intimatur dicendus est ignotus? Nõ enim eius facie corporali nobis intimatur,sed tunc nobis ad cognitionem patet quando ei⁹ mores & vita nõ latent, alioquin nec seipsum nosse quisquã potest , qui videre faciem suam non potest. Sed plerunq; in eis nostra credulitas fallitur quia nonnunquam & historia:& multò magis fama mentitur. Pertinet aũt ad nos: vt quia non possumus hoĩm indagare conscientiã, de ipsis rebus habeamus veram certamq; sententiam.Quando ergo nõ erratur in rebus vt recta sit improbatio vitiorum virtutumq; approbatio,si erratur in hoĩbus,venialis est humana tẽtatio. proinde sicut fieri potest vt homo bonus hominem bonum oderit,nesciens non ipsum,sed qđ putat esse ipsum vel potius diligat,nesciens cũ bonum diligit,qđ est ille:ita fieri potest vt homo iniustus hoĩem oderit iustũ,&tamen dum eum credit iniustum,diligat nõ ita sed qđ putat esse ipsum,quẽadmodum aũt hoĩes: sic & deum.Deinde sic interrogarentur Iudæi vtrũ diligerent deum, se diligere respõderent,nõ ex aĩo mentientes,sed errando potius opinantes: quõ enim diligerent patrẽ veritatis qui habent odio veritatẽ? Nolunt enim sua facta dãnari:& hoc habet veritas. Tantũ igitur oderunt veritatẽ,quantũ oderunt suas pœnas quas talibus irrogat.Nesciunt aũt illã esse veritatem, q̃ tales quales ipsi sunt dãnat,ac per hoc quia veritatem qua iudicãtur dãnantur,de patre deo natam nesciunt,etiam ipsum & sciunt & oderunt.Chry . Sic igitur nõ habent(inquit) excusationẽ, per hoc ꝙ eam q̃ à sermonib⁹ doctrinã tribuebã,sed & eam q̃ ab operibus adieci scđm Moysi legem? qui ab eo ꝙ hoc facit persuaderi vniuersos iussit, cùm ad pietatẽ ducat,& miracula tribuat,vnde subdit. Si opera non fecissem &c. Aug. Hoc.s.peccatum ꝙ in eum loquentẽ & operantem non crediderunt.Sed quid est qđ addidit,q̃ nemo alius fecit? Nulla quippe in operibus Christi videntur esse maiora q̃ suscitatio mortuorum:quod scimus etiã antiquos fecisse prophetas,fecit tamen aliqua Christus q̃ nemo alius fecit.Sed respõdetur nobis & alios fecisse:q̃ nec ipse nec alius fecit . Sed ꝙ tam multa vitia & malas valitudines vexationesq; mortalium tanta potestate sanaret,nullus oĩno legitur antiquorum:vt enim taceatur ꝙ iubendo sicut occurrebant,saluos singulos fecit.Marc⁹ dicit ꝙ quocunq; introibat in vicos vel in villas aut in ciuitates, in plateis ponebãt infirmos,& deprecabãtur:vt vel fimbriã vestimenti eius tangerent & quotquot tangebant eum saluifiebant,Hæc nemo alius fecit in eis,Sic enim intelligẽdum est ꝙ ait,In eis,non inter eos,vel corã eis,sed prorsus in eis,quia sanauit eos,nemo tamen alius fecit quicunq; talia opera in eis fecit,quoniã quisquis alius homo aliquid eorum fecit ipso faciente fecit:hæc aũt ipse nõ illis facientibus fecit:sed hæc & si pater spiritus sanctus fecit , nemo alius fecit , quia totius trinitatis vna substantia est. his ergo beneficiis amorem non odium retribuere debuerunt, & hoc eis exprobrans adiungit, dicens,Nunc autem vide.&c.Chry.Hoc autem dicit ne discipuli dicant.Cur igitur intra tot nos induxisti mala?Nõnne prælia & odium præuidisti?sed & prophetiã inducit:cũ subdit.Sed vt adimpleatur sermo &c.Aug. 12.de tri.Legis nomine aliquando simul omnia veteris testamenti sanctarum scripturarum significantur eloquia,& ita dominus hic dicit,In le.eo.sc.i.est:cùm legatur in psalmis.Aug.su.Io.Eorum autem legẽ dicit non ab ipsis inuentam, sed ipsis datam . Gratis autem odit qui nullum ex odio commodum quærit vel incommodum fugit:sic oderunt deum impij sic diligunt iusti,vt alia pręter illum bona nõ expectent, quoniam ipse erit in oĩbus omnia.Greg.25.mo.Aliud est autem bona nõ facere , aliud bonorum odisse doctorem sicut aliud est ex præcipitatione, aliud ex deliberatione peccare . Ex infirmitate enim plerunq; solet accidere amare bonũ: sed implere non posse. Ex studio autem peccare est bonum nec facere nec amare.Sicut ergo nonnunquàm grauius est peccatum diligere quam perpetrare,ita nequi⁹ est odisse iustitiam quã non fecisse. Sunt ergo nonnulli in ecclesia qui non solum bona nõ faciunt: sed etiam persequuntur, & quæ ipsi facere negligunt etiã in aliis detestantur . Horum peccatum non ex infirmitate aut ignorantia,sed ex solo studio perpetratur.

Quæstio subtilis explicatũ.

Diuersitas pœnarum infernalium.

Vna substantia trinitatis.

Cùm autem uenerit paraclytus quem ego mittam uobis à patre,spiritum ueritatis qui à patre procedit ille testimonium perhibebit de me. Et uos testimoniũ perhibebitis,quia ab initio mecum estis.

Chry.Possent discipuli domino dicere.Si verba à te audierunt q̃ nullus dixit,si opera viderunt q̃ nullus ali⁹ fecit: & tamẽ nõ pro fuerũt. Si oderunt & patrẽ tuũ & te cũ eo,cuius gratia nos mittis,qualiter digni fide erimus?Ne igitur hęc cogitãtes turbẽtur, cõsolationẽ inducit,dicẽs,Cùm aũt venerit paraclytus &c. Aug.Tãq̃ diceret. Odio me habuerunt & occiderũt videntes: sed tale de me testimonium paraclytus perhibebit , vt eos faciat in me credere nõ vidẽtes, & quia ille perhibebit, & vos perhibebitis:vnde sequitur,Et testimoniũ ꝑhibebitis.Ille cordibus vestris inspirando, vos vestris sonã do:vnde poteritis p̃dicare qđ nostris,Quia ab init.me. estis,quod modo non facitis, quia illius spũs plenitudo nondum adest vobis.Dabit enim vobis fiduciam testimonium perhibendi charitas dei diffusa in cordibus vestris per spiritum sanctum qui dabitur vobis. Ille quippe testimonium perhibens & testes fortissimos faciẽs, abstulit amicis Christi timorẽ, & inimicorum odiũ cõuertit in amorem.Didy.de spi.san.Spiritum aũt sanctũ venientẽ consolatorem dicit, ab operatione ei nomen imponens,quia non solum eos quos se dignos esse reperit ab omni perturbatione reddit alienos,verum incredibile quoddã gaudium eis tribuit.Sempiterna quippe lætitia in eorũ corde versatur, quorum spũs sanctus habitator est.Iste spũs cõsolator à filio mittitur,nõ scđm angelorum aut prophetarum aut apostolorum ministerium,sed vt mitti decet à sapientia & virtute spiritum dei indiuisam habentẽ cũ eadẽ sapientia & virtute naturã. Etenim filius missus à patre nõ separatur atq; disiungitur ab eo,manens in illo,& habens illũ in semetipso,qui spũs sanctus supradicto mõ missus à filio,de patre egreditur nõ aliunde ad alia transmigrãs. Quõ enĩ pater nõ consistit in loco,cum vltra oẽm corporum sit naturam,ita & spũs veritatis nequaq̃ locorum fine clauditur,cum sit incorporalis & excellens vniuersam creaturarum essentiã.Chry.Propterea verò nõ spiritũ sanctum,sed spiritum veritatis eum vocauit, vt ostẽdat ꝙ erit fide dignus,dicit aũt ꝙ à patre procedit,oĩa certissime nouit,quemadmodum ipse ait de seipso. Quoniã noui vnde venio & quo vado. Didy.Sed cum posset dicere à deo siue omnipotente nihil horũ tetigit,sed ait. A patre,nõ ꝙ pater à deo omnipotente sit alius, sed secundũ proprietatẽ patris intellectum parientis,ęgredi ab eo dicitur spũs veritatis.Mittente aũt filio spiritum veritatis:simul mittit & pater, cum eadẽ voluntate patris & filij spũs veniat.Theo. Et alias quidem patrẽ dicit mittere spiritum, nunc aũt cum se missurum dixit, æquipollentiã denotat.Ne aũt censeretur reniti contra patrẽ velut ab alia potestate trãsmittens spiritum,addit, A patre,quasi acceptãte patre & pariter destinãte. Cum aũt audis ꝙ procedit,ne intelligas processum missionẽ esse illatã extrinsecus,qua mittuntur administratorij spũs,sed quoddã differens excepte actionis ꝓpriũ processum appellat vni principali spũi attributum,originalis enim cõsistentia spũs est processus,nõ ergo ꝓcedere promittere sumendũ est, sed ex patre naturalẽ essentiã obtinere.Aug. Hic aliquis forsitã q̃rit,vtrũ & à filio procedat spi.san. filius enĩ solius patris est fili⁹, & pater solius filij est pater. Spũs aũt sanctus nõ est vni⁹ eorum spũs sed amborum,quãdo quidẽ dicit ipse Xp̃s. Spũs patris vestri q̃ loquitur in vobis.Et dicit apo.Misit deus spiritum filij sui in corda vestra . Nec ob aliud æstimo ipsum proprie vocari spiritũ, cum etiã si de singulis interrogemur nõ possumus nisi & patrẽ,& filium spiritũ dicere,ꝙ ergo cõiter vocãtur & singuli, hoc ꝓprie vocari oportuit eum q̃ non est vnus eorum, sed in quo cõitas apparet eorum amborum. Cur ergo nõ credamus ꝙ etiã de filio procedat spir.san.cum filij quoq; ipse sit spũs? Si enĩ ab eo nõ procederet,nec post resurrectionẽ discipulis suis insufflasset,di. Accipite spiritũ san. De hac quoq; virtute credendus est dicere euãgelista.Virtus de illo exibat & sanabat oẽs.Si ergo & de patre,& de filio ꝓcedat spi.sa.cur fili⁹ dixit.De patre ꝓcedit,nisi queãdmodum solent ad eum referre,ꝙ & ipsius est de quo ipse est:vnde illud est qđ ait.Mea doctrina nõ est mea,sed eius q̃ me misit. Si igitur hæc intelligatur eius doctrina,quã tamen dixit nõ suã sed patris, quanto magis & intelligendus est & de ipso procedere spi.san.vbi sic ait.De patre procedit,vt nõ diceret. De me non procedit.A quo autẽ habet filius vt sit deus,ab illo habet vtiq; vt procedat ab eo spi.san. Hinc vtcunque etiã illud intelligitur,cur nõ dicatur natus esse,sed potius procedere spi.san.quoniã si & ipse filius diceretur,amborum vtiq; fili⁹ diceretur,qđ absurdissimũ est, filius quippe nullus est duorũ nisi patris & matris.Absit aũt vt inter deum patrẽ & deum filium tale aliqd suspicemur, quia nec filius hoĩm simul ex patre & ex matre procedit,sed cũ in matrẽ procedit ex patre,nõ tunc ꝓcedit & ex matre.Spũs aũt sanct⁹ nõ de patre ꝓcedit in filium & de filio procedit ad sanctificandã creaturã, sed simul de vtroq; procedit.Neq; enĩ possumus dicere ꝙ non sit vita spiritus sanctus,cum vita pater,vita sit filius,ac per hoc sicut pater cum habeat vitam in semetipso,dedit & filio vitam habere in semetipso,sic ei dedit vitam procedere de illo sicut procedit & de seipso.

Sũs sanctus quõ cõsolatio dicitur.

Spũs san. dicitur spũs veritatis.

Spũs san. à patre & filio.

Spũs san. quõ ꝓcedite dicit.

CAPVT XVI.

HAec locutus sum uobis,ut nõ scãdalizemini. Absque synagogis facient nos.Sed uenit hora,ut omnis qui interficit uos,arbitretur obsequiũ se præstare deo.Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrẽ,neque me.Sed hæc locutus sum uobis,ut cum uenerit hora,eorũ reminiscamini,quia ego dixi uobis.Hæc autem uobis ab initio nõ dixi,quia uobiscum eram.

Aug.Merito promisso spũ sancto quo in eis operante fierent testes eius,subiunxit,Hæc lo.sum vo.&c.Cũ enĩ charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum san. q̃ datus est nobis,fit pax multa diligentibus legẽ dei:vt nõ sit illis scandalũ.Deinde q̃ passuri essent exprimens.ait,Absq; syna.fa.vos. Chry.Iã enĩ composuerant:vt si quis confessus fuerit Xp̃m:extra synagogã fieret.Aug.Quid aũt mali erat apostolis expelli de Iudaicis synagogis quasi nõ fuerint inde exituri,etiam si eos nullus expelleret,Sed hoc voluit denunciare, quia Iudæi Xp̃m non fuerãt recepturi à quo isti non fuerãt recessuri.Nã quia non erat vllus alius populus dei:q̃ illud semen Abrahæ si cognosceret Xp̃m,non alię fierẽt ecclesiæ Xp̃i,aliæ synagogæ Iudæorum.Quod q̃uia noluerunt,qd restabat nisi vt remanentes extra Xp̃m,extra synagogã facerẽt eos,q̃ non reliquerunt Xp̃m?Deinde cũ hoc eis dixisset adiecit,Sed venit hora &c.Quę verba ita subiecit tanq̃ ex hoc consolaretur eos,q̃ de synagogis Iudaicis pellerẽtur , an forte de synagogis illa separatio sic eos fuerat turbatura vt mori vellẽt potius q̃ in hac vita sine Iudęorũ congregationibus morari,vt sic turbarentur , qui dei non hoĩm gloriã requirebant? Iste itaq; sensus est in his verbis,Extra synagogã faciẽt vos:sed nolite solitudinẽ formidare. Separati quippe à congregationibus eorũ, tã multos in noĩe meo congregabitis,vt illi metuentes ne tẽplũ quod erat apud eos: & oĩa legis veteris sacramenta deserãtur:sic interficiẽt vos vt deo arbitrentur se p̃stare obsequiũ,Zelũ dei habẽtes,sed non scđm scientiã.Hoc enĩ de Iudæis dictum debemus accipere,de quib⁹ dixerat. Extra synagogam facient vos.Nã testes.i.martyres Xp̃i:etiã si occisi sunt à gentilibus : non tamen illi arbitrati sunt deo:sed diis suis falsis obsequium se p̃stare,Iudęorum aũt oĩs qui occidit p̃dicatores Xp̃i: deo se putauit p̃stare obsequium credens ꝙ desererent deũ Israel quicunq; conuerterentur ad Xp̃m. Hinc ergo accẽsi & zelũ dei habentes:sed non scđm sciam obsequium se deo p̃stare credentes occidebant eos. Chry.Deinde cõsolationẽ inducit,di.Et hæc oĩa &c.q.d. Sufficit vobis in cõsolationem ꝓpter

Abrahæ semen electum.

Passiones mũdi trãsitoriæ.

me & patrem hæc pati. Aug. Ne autẽ ignaros atq; imperitos aĩos mala improuisa, quãuis cito transitura turbarent: hanc fuisse causam vt hæc eis ꝓnunciaret, ostendit subdens, Hæc lo. sum vobis &c. Hora eorum, hora tenebrosa, hora nocturna: sed nox Iudæorum separatum à se diem Christianorum nulla confusione fuscauit. Chry. Sed & propter aliã causam hoc ꝓdixit: vt nõ dicerent quoniã non ꝓuidit futura: & hoc significat cum dicit, Remin. quia ego di. vo. & vt nõ possent dicere: quoniam blandiens nobis ea q̃ ad gratiã dicebat solum, cuius aũt gratia hoc à principio nõ dixit, ostendit dicens, Hæc aũt ab ini. vo. non di. quia vo. erã. quia. ſ. in custodia mea eratis: & licitum erat interrogare quando volebatis, & super me totum ꝓlium vertebatur. Vnde superfluũ erat hoc à principio vobis dicere, nõ quia hęc tunc non nouerã propterea non dixi. Aug. Sed alij tres

Cõsensus euang.

euangelistæ eum prædixisse ista demonstrant antequã ventũ esset ad cœnã: qua peracta sc̃m Io. ista locutus est. An forte hinc ista soluitur q̃stio, quia & illi eũ narrant proximum fuisse passioni cum hoc diceret? non ergo ab initio quando cum illis erat. Sed Matthæus nõ solum imminente passione, verumetiã ab initio hæc denunciata esse commemorat. Quid sibi ergo vult quod hic dicit hæc autem &c. nisi quia ea quæ hic dicit de spiritu sancto: quod sit venturus ad eos & testimonium perhibiturus? quando mala passuri sunt, hæc eis ab initio non dixit, quoniã cum ipsis erat, & eius ꝓsentia cõsolabãtur. Absessurus aũt oportebat vt diceret illum esse vẽturum per quẽ charitate diffusa in cordibus suis verbum dei cum fiducia ꝓdicarent. Chry. Vel prædixit quidẽ quoniam flagella patientur. Non autem q̃ mors eorum reputaretur vt dei cultura, quod maxime poterat eos attonitos facere. Vel quia illic ea quæ à gẽtibus debebant pati dixit: hic autem & Iudaica adiecit.

Et nunc uado ad eum qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me, quo uadis. Sed quia hæc locutus sum uobis, triſtitia implcuit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadã. Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iuſtitia uero quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me. De iudicio autem quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt.

Chry. Quia discipulos nondũ perfectos tristitia impugnabat, eos dominus increpãdo dirigit dicẽs, & nunc va. ad eum qui me misit & ne. ex vo. interro. me quo va. Audientes enĩ quoniã qui interficiet vos, opinabitur se

Mœroris apostolici cõsolatio.

obsequium ꝓstare deo: ita ceciderunt vt nihil ei loquerẽtur. Et ideo subditur, Sed quia hęc lo. sum vo. &c. Nõ parua autẽ est hæc mitigatio scire eos: quoniã sciuerat dominus tristitiæ eorum superabundantiã, & propter desertionem eius, & propter mala q̃ didicerant se passuros, & nesciebant si possent viriliter ferre. Aug. Vel qa superius interrogauerunt eum quo esset iturus & respõderat eis se iturum quo ipsi tunc venire nõ possent, nũc ita se promittit iturum vt nullus eorum quo vadat interroget. Et hoc est q̃d dicit, Et nemo ex &c. Euntẽ enĩ in cælum nõ verbis quæsierunt, sed oculis deduxerunt. Videbat aũt dominꝰ quid sua verba in eorum cordibꝰ agerent. spũalem quippe nondum interius habentes cõsolationem quã p spiritum sanctum fuerãt habituri, id q̃d exterius in Christo videbant, amittere metuebãt: & quia se amissuros esse illo vera denunciãte dubitare nõ poterant, cõtristabatur humanus affectus, quia carnalis desolabatur aspectꝰ: vnde sequitur, Sed quia hęc lo. sum vo. &c. Nouerat aũt ille quid eis potius expediret, quia visus interior ipse est melior quo eos consolaturus erat spũs sanctꝰ: vnde subdit, Sed ego veritatẽ &c. Chry. q. d. Etsi milies cõtristemini, oportet vos audire, quia me recedere vobis cõfert. Quid aũt cõferat ostendit subdẽs, Si enĩ nõ abiero &c. Aug. 1. de tri. Hæc aũt dixit nõ ꝓpter inæqualitatem verbi dei, & spũs sancti: sed tanquã impedimento esset ꝓsentia filij apud eos, quo minus veniret ille qui minor nõ esset, quia nõ semetipsum exinaniuit sicut filius formã serui accipiens. Oportebat ergo vt auferretur ab eorum oculis forma serui quã intuẽtes hoc solum Christum esse putabant quod videbant: vnde sequitur, Si autem abiero &c. Aug. Nunquid aũt hic

Quæstio pulchra.

positus eum nõ poterat mittere, quẽ scimus super eum baptizatum venisse, atq; mansisse? imo verò à quo scimus eum nunquã separabilem fuisse. Quid est ergo, Si non abiero para. non ve. ad vos? nisi nõ potestis capere spiritum quandiu secundum carnem nosse persistitis Christum. Christo aũt discedente corporaliter non solum spũs sanctus, sed & pater & filius illis affluit spũaliter. Greg. 8. mo. Ac si apertè diceret, Si ad intentionis vestræ oculis corpus non subtraho, ad intellectum vos inuisibilem per consolatorium spiritum non perduco. Aug. de ver. do. Hanc aũt habitudinẽ spiritus paracletus attulit, ab oculis carnis forma serui remota quam de virginis vtero accepit, in ipsa dei forma in qua patri æqualis, etiã cum in carne dignatꝰ est apparere permansit, purgata mentis facie ostenderetur. Chry. Quid aũt hic dicunt, qui non cõuenientem de spũ sancto habent opinionem? Nunquid expedit dominatorẽ abire, & seruum accedere? Quæ aũt sit vtilitas aduenientis spiritus ostẽdit, cum subditur: Et cùm venerit ille arguet &c. Aug. Nunquid autẽ Christus non arguit mundum? an forte quia Christus in Iudæorum tantum gente locutus est, mundum nõ videtur arguisse. Spiritus autem sanctus in discipulis eius toto orbe diffusis nõ vnã gentem intelligitur arguisse, sed mundum. Sed quis audeat dicere q̃ per discipulos Christi arguat mundum spũs sanctus, & non arguat Christus cum clamet apostolus, An experimentum q̃ritis eius qui in me loquitur Christus? Quos itaq; arguit spũs sanctus, vtiq; & Christus. Sed dixit ille arguet mundũ. q. d. Ille diffundet in cordibus vestris charitatẽ. Sic enĩ timore depulso arguendi habebitis libertatem. Exponit deinde quod dixerat dicens, De peccato quidẽ, quia non crediderunt in me.

Fidei discretio.

hoc enim peccatum quasi solum ꝑ cæteris posuit, quia hoc manente cætera detinentur, & hoc discedente cętera dimittuntur. Augu. de ver. do. Sed multum interest, vtrum quisq; credat ipsum esse Christum & vtrum credat in Christum. nã ipsum esse Christum & dæmones crediderunt: ille vero credit in Christum, qui & sperat in Christum, & diligit Christũ. Aug. super Ioan. Arguitur ergo mundus de peccato, quia in Christũ nõ credit: & arguitur de iustitia eorum qui credunt. Ipsa quippe fidelium cõparatio, infidelium est vituperatio. De iustitia verò quia ad patrẽ vado. Et quoniã ista vox infideliũ esse consueuit, q̃ũ credimus quod non videmus? Ideo credẽtium iustitiã sic oportuit diffiniri, Quia ad patrem vado, & iã non videbitis me. Beati enĩ qui non vident & credunt. Nã & qui viderunt Christum, nõ in eo laudata est fides eorum quia credebãt q̃d videbãt. i. filium hoĩs: sed quia credebant quod non videbant. i. filium dei. Cum verò & ipsa forma serui subtracta eorũ esset aspectibꝰ, tunc ex omni parte impletum est, Iustꝰ ex fide viuit. Erit itaq; nostra iustitia de qua mundꝰ arguitur, quoniã in me quẽ nõ videbitis credetis. Et quã do me videbitis, quoniã tunc sicut ero videbitis me, nõ q̃d sum vobiscum mõ. i. non videbitis mortalẽ, sed sempiternũ. Dicendo enĩ, iã non videbitis me: velut nunq̃ eos de cætero visuros Christum prænunciauit. Aug. de

ver. do. Vel alit. Illi non crediderunt: ipse ad patrem vadit, illorũ ergo peccatum, ipsius aũt iustitia. Quod enĩ ad nos venit: mĩa est, iustitia vero q̃ ad patrem vadit scdm illud apostoli. Propter quod & deus exaltauit illum. Sed si solus vadit ad patrem q̃d nobis prodest? An ideo solus quia Christus vnꝰ est cum oĩbus mẽbris suis, tanq̃ caput cum corpore suo. Arguitur ergo mundus de peccato in eis q̃ non credunt in Xp̃m. Et de iustitia in

Diabolus foras mittitur.

eis qui resurgũt in membris Xp̃i, sequitur: De iudi. au. quia prin. mun. hu. iã iud. i. diabolus princeps iniquorum, q̃ corde non habitant nisi in hoc mundo quẽ diligunt. Hoc aũt ipso quo foris missus est iudicatus est, & de hoc iudicio mũdꝰ arguitur, q̃a frustra de diabolo q̃ritur, qui nõ vult credere in Xp̃m quem iudicatum. i. foras missum: & propter nostrã exercitationem forinsecꝰ expugnare permissum nõ solum viri: sed etiã mulieres & pueri & puelæ martyres vicerunt. Aug. ſu. Io. Vel iudicatus est: quoniã iudicio ignis æterni irreuocabiliter destinatꝰ est. Et de hoc iudicio mũdus arguitur: quoniã cum suo principe iudicatur quẽ superbũ atq; impium imitatur. Credant itaq; hoĩes in Xp̃m, ne arguantur de peccato infidelitatis suæ quo pctã oĩa detinentur. Trãseant in numerũ fidelium, ne arguantur de iustitia eorũ q̃ iustificatos nõ imitantur. Caueant futurum iudiciũ, ne eũ mundi principe iudicentur, quẽ iudicatũ imitantur. Chr. Vel alit. Arguet mundũ de pctõ. i. oẽm eorum excusationẽ abscidet, & ostendet eos peccasse nõ credẽtes in me: dũ videbunt spũs sancti donationẽ ineffabilẽ inuocato me fieri. Aug. de q̃. no. & ve. te. Hoc etiã mõ spũs sanctus de pctõ arguit mundũ, quia in noĩe Saluatoris q̃ reprobatus est à mundo virtutes operatus est. Saluator aũt reseruata iustitia, nõ trepidauit reuerti ad eũ qui se miserat: ꝑ id q̃d regressus est probauit se inde venisse: vnde sequitur. Et de iustitia: quia ad. pa. vado. Chry. i. ire ad patrẽ erit argumentum q̃ irreprehensibi lẽ agebã vitam, vt non possint adhuc dicere: quoniã hic homo peccator est, & non est ex deo. Rursus quoniam expugnauit aduersarium: nequaq̃ autem peccator existens expugnasset. Non possunt dicere quod dæmoniũ habeo: & quod seductor sum. Quoniã autem condẽnatus est propter me: cient q̃ cõculcabunt eum postea, & q̃d resurrectionem meã manifestè scient: nõ re enim valuit detinere. Aug. de quæ. ve. & no. test. Videntes etiã dæmones animas de inferis ire ad cęlos, cognouerunt iudicatum esse principem huius mundi, vt rectus factus in saluatoris quæ tenebat amitteret. Hæc quidem ascendente saluatore visa sunt, sed superueniente in discipulis spiritu sancto palam aperteq; manifesta sunt.

Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nõ poteſtis portare modo. Cum aũt uenerit ille ſpiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcũque audiet loquetur, & quæ futura ſunt annunciabit uobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet & annunciabit uobis. Omnia quæcunque habet pater meа ſunt: propterea dixi quia de meo accipiet & annunciabit uobis.

Color hæreticorũ.

Theo. Quia supra dixerat dominus, Expedit vobis vt ego vadam: iam hoc amplificat dicens, Adhuc multa habeo &c. Aug. Oẽs hęretici audacias figmentorũ suorũ quas maximè exhorret sensus humanus: hac occasione euangelicæ sententiæ colorare conantur: quasi hæc ipsa sint q̃ tunc discipuli portare nõ poterant, & ea docuerit spũs sanctus, q̃ palam docere atq; prædicare spũs erubescit immundus: sed alia sunt mala q̃ portare non potest qualiscunq; pudor humanus. Et talia sunt bona q̃ portare non potest paruus sensus humanus. Ista sunt in corporibus impudicis: illa remota sunt à corporibꝰ vniuersis. Quis aũt nostrum audeat eorum se dicere iã capacem: q̃ illi capere nõ volebant? ac per hoc nec à me expetenda sunt vt dicantur. Sed dicet aliquis: sic multi possunt quod tunc non poterat Petrus sicut multi possunt martyrio coronari: quod tunc nõ poterat Petrus, ꝑsertim iam misso spũ sancto: q̃ tunc nondum erat missus. Sed nunquid ideo scimus q̃ sunt, q̃ dicere voluit, ab surdissime enĩ mihi videtur dici tunc nõ potuisse portare discipulos, q̃ de altissimis rebꝰ inuenimꝰ in apostolicis literis, q̃ postmodum scripta sunt: nec ea dominum dixisse narratur, puersarum quidẽ sectarum hoĩes ferre nõ possunt q̃d in scripturis sanctis de fide catholica reperitur, sicut nos ferre non possumus sacrilegas eorum vanitates. Quid enim est ferre non posse: nisi æquo aĩo non habere? Quis aũt fidelis vel etiã cathecuminis anteq̃ spiritũ sanctum baptizatus accipiat non æquo aĩo legit atq; audit, etiã si non intelligit ea q̃ post ascensio nẽ domini scripta sunt? Dicet aũt aliquis, Nihil ne spũa

Secretales viri habẽt in doctrina q̃d carnalibus taceãt, & spũalibus eloquantur.

Nulla quidẽ necessitas est, vt aliqua secreta doctrinæ taceantur fidelibus paruulis, seorsum dicenda maioribus: sed spũales spũalia carnalibus non oĩno taceant propter catholicã fidem, q̃ oĩbus ꝓdicãda est, nec tamen sic ædisserãt vt volentes ea percipere ad intelligentiã: non capacibus facilius fastidire faciant in veritate sermonem: quã in sermone percipi veritatem. Non ergo in his domini verbis nescio q̃ secreta suscipimus, q̃ cũ dici à docente possint, portari à discente non possint. Sed ea ipsa q̃ in doctrina religionis in quorũli bet hoĩm notitia dicimus si vellet nobis Christus dicere: sicut ea dicit angelis suis, quinã hoĩes portare possẽt, etiam si essent spũales, quales adhuc apostoli nõ erant? Nã vtiq; quicquid de creatura sciri potest, minꝰ est ipso creatore, & qs eum tacet? quis aũt viuens in hoc corpore posset oẽm cognoscere veritatẽ, cum dicat apostolus, Ex parte scimus. Sed quia ꝑ spiritũ sanctum fit, vt ad ipsam quoq; plenitudinẽ veniamus, de qua idẽ dicit apostolus. Tunc aũt facie ad faciẽ, Non quod est in hac tantum vita dominus nobis promisit dicens, Cum aũt ve. ille spi. verita. doce. vos oẽm veri. vel deducet vos in oẽm veritatẽ, quo verbo intelligimus eius nobis plenitudinem in vita alia reseruari. Ipse aũt spũs sanctus, & nunc docet fideles, quanta quisq; potest capere spũalia & in eorũ cordibus desyderium maius accendit. Didy. Vel hoc dicit q̃ auditores verborum eius nõdum fuerant oĩa consecuti, q̃ postea pro noĩe eius sufferre potẽrãt, sed aliqua tradens eis, illa q̃ maiora erãt in posterũ distulit, q̃ tunc nõ poterant nisi primitus in capite nostro magistẽriũ forma crucis ꝑiret. Adhuc etiã typo legis & vmbrę imaginibus seruientes nõ poterant veritatem, cuius vmbrã lex portabat: inspicere, Cùm autẽ venerit spũs veritatis, diriget vos in oẽm veritatẽ sua doctrina & institutione vos trãsferens à morte literæ ad

Lex vmbra futurorum.

spiritũ viuificantẽ, in quo solo oĩs scripturę veritas posita est. Chry. Quia ergo dixerat, Nunc nõ potestis portare: tunc autem poteritis, Et quoniam spiritus sanctus ducet vos in oẽm veritatẽ, ne hoc audientes maiorẽ spiritum sanctũ existiment: subiungit, Nõ enĩ loquetur à semetipso &c. Aug. Simile est hoc ei q̃d de ipso dixit. Nõ possum à meipso facere quicq̃, sed sicut audio iudico, sed illud sc̃m hoĩem posse accipi dicimus. Cum igitur spũs sanctꝰ nulla susceptiõe cuiusq̃ creaturę creatura sit factus: quõ de illo hoc intelligendũ est? Sic itaq; debemus accipere, vt intelligamꝰ nõ eum esse à seipso. Nã filius de patre natus est: & spũs sanctꝰ de patre procedit. Quid aũt illic intersit inter procedere & nasci: & sanctꝰ inlõgũ est disserere, & temerariũ diffinire. Audire autẽ illi scire est, scire verò esse. Quia ergo nõ est à semetipso,

Spiritus creatus.

sed ab illo à quo procedit, à quo illi est essentia: ab illo scientia, ab illo igitur audientia. Sēper itaq; audit spūs sanctus, qa semper scit: ab illo ergo audiuit audit & audiet: à quo est. Didy. Ait ergo, Non lo. à semetipso, hoc est: nō sine me & sine meo & patris arbitrio: quia nō ex se est, sed ex patre & me est. Hoc enī ipsum ꝙ subsistit & loquitur, à patre & à me illi est. Ego veritatem loquor. i. inspiro q̄ loquor, siquidem spūs veritatis est. Dicere aūt & loqui in trinitate nō scd̄m consuetudinē nostrā accipiendū est, sed iuxta formā incorporalium naturarū: & maximè trinitatis, q̄ voluntatē suam inserit cordibus credentiū, & eorum q audire eum sunt digni. Loqui ergo patrē & audire filiū eiusdem naturæ in patre & filio cōsensusq; significatio est. Spūs verò sanct⁹ qui, est spūs veritatis, spūsq; sapientię, non potest filio loquēte audire q̄ nescit, cū hoc ipsum sit qd̄ profertur, à filio. i. procedens, veritas à veritate, cōsolator manās à cōsolatore, de⁹ de deo spūs veritatis procedēs. Deniq; ne quis illū à patris & filij voluntate & societate discerneret scriptum est. Sed q̄ audiet loquetur. Aug. 3. de tri. Non aūt hinc efficitur vt minor sit spūs sanctus, scd̄m hoc enim dictū est ꝙ de patre procedit. Aug. su. Io. Nec moueat ꝙ verbū futuri tpis positum est. Illa quippe audientia sempiterna est, quia sempiterna est, scientia. In eo aūt ꝙ sempiternū est, sine initio & sine fine cuiusli bet tpis verbum ponatur. quāuis enim natura illa immutabilis nō recipiat fuit & erit, sed tantū est: nō tamē mēdaciter dicimus fuit & est & erit: fuit, quia nunq̄ defuit: erit, quia nunquā deerit: est, quia semper est. Didy. Per spiritū etiā veritatis futurorum sanctis viris scientia certa cōceditur. Vnde & prophetæ hoc eodē repleti spū pnunciabant, & quasi psentia intuebantur q̄ erant deinceps secutura, vnde sequitur. Et q̄ ven. sunt an. vo. Bed. Cōstat quia multi spūs sancti gratia repleti, q̄ ventura erant agnouerunt. Sed quia multi variis coruscāt virtutibus, nec tamen q̄ ventura sunt agnoscūt, potest hic sermo sic accipi. Quæ vētura sunt vobis annunciabit. i. gaudia vobis cęlestis patrię ad memoriā reducet. Ventura vero apostolis nunciaūit mala. s. q̄ pro confessione Christi erāt passuri: & bona quæ pro eisdē malis erūt percepturi. Chry. Eleuauit igitur per hoc eorū mētē, cum ad nihil ita auidum sit humanū genus vt ad sciēdū futura: ab hac igitur eos eruit solicitudine, ostēdens quoniā futura eis pericula p̄dicet, vt nō incidant non obseruantes. Deinde ostendens quoniā dixerit omnem veritatem in quā spūs sanctus adducet subiungit. Ille me clarificabit. Aug. Quia. s. effundendo in credentiū cordibus charitatem spūalesq; faciendo declarauit eis, qualiter patri filius esset æqualis quē scd̄m carnē prius tantummodo nouerāt, & hoīem sicut hoīes cogitabāt. Vel certè: quia per ipsam charitatē fiducia repleti & timore depulso, annunciauerunt hoībus Christum, ac sic fama eius diffusa est toto orbe terrarū. Quod enim facturi erant in spū sancto, hoc eundē spiritum dixit esse facturum. Chry. Et quia dominus dixerat. Magister vester vnus est Christus, vt & spūs sanctus suscipiatur ab eis, subiunxit. Quia de meo accipiet &c. Didy. Accipere hic vt diuinæ naturæ cōueniat intelligēdum est, quō enim filius dans nō priuatur his quę tribuit, neq; cum dāno suo impartitur aliis, sic & spūs sanctus nō accipit quod ante nō habuit. Si enī prius quod nō habebat accepit, trāslato in alium munere vacuus largitor effect⁹ est. Sic igitur spiritum sanctū à filio accipere id qd̄ suę naturę fuerat cognoscendum est: & nō aliā dantē & accipiētem, sed vnā significare substantiā. Siquidē & filius cadē à patre suscipere dicitur, in quibus ipse subsistit. Neq; enim quid aliud est filius exceptis his q̄ eis dātur à patre, neq; alia est spūs sancti substātia pter id quod datur à filio. Aug. Non aūt propterea sicut quidā hæretici putauerunt, minor est filio spūs sanctus, quia filius accipiat à patre, spūs sanctus à filio, quasi quibusdā gradibus naturarum. Vnde ipse quęstionē soluens cur hoc dixerit explanat dicens, Oīa quę habet pater mea sunt &c. Didy. q. d. Licet à patre procedat spūs veritatis: tamen quia omnia quæ habet pater mea sunt, & ipse patris spiritus meus est, & de meo accipiet. Caue autē ne cùm ista dicuntur, putes rem esse aliquā possessionem q̄ à patre habeatur ac à filio, verum q̄ habet pater iuxta substantiā. i. æternitatem, immutabilitatem, bonitatē, hæc eadem habet & filius. Procul hinc absint dialecticorum tendiculæ, dicunt enim. Ergo & pater est filius. Si aūt dixisset. Omnia quæcunq; habet deus mea sunt, haberet occasionēm impietatis consurgendi, cùm verò dixerit, Omnia quæ habet pater mea sunt, patris nomine se filium declarauit, paternitatem qui filius erat nō vsurpauit, quāuis & ipse per adoptionis gratiā multorum sanctorum sit pater. Hyla. 8. de tri. Nō ergo in incerto dominus reliquit vtrum ex patre an ex filio spiritus paraclytus esse putetur, à filio enim accepit ꝙ ab illo mittitur: & à patre procedit. Et interrogo vtrum idipsum sit à filio accipere quod à patre procedere? Certè idipsum atq; vnum esse existimabitur à filio accipere: ꝙ si acciperet à patre. Cum enim ait, Omnia quæcunque habet pater sua esse, & idcirco dixisse de suo accipiendum esse, docet etiam à patre accipienda, à se tamen accipi, quia omnia quæ patris sua sunt. Non habet hæc vnitas diuersitatem, nec differt à quo acceptum sit quod datum à patre, datum referatur à filio.

Modicū & iam non uidebitis me, & iterū modicum, & uidebitis me, quia uado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem, Quid est hoc q̄ dicit nobis, modicum & non uidebitis me: & iterū modicum, & uidebitis me, & quia uado ad patrem? Dicebant ergo, Quid est hoc q̄ dicit nobis modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus, quia uolebant eū interrogare: & dixit eis. De hoc quæritis inter uos quia dixi, modicum, & non uidebitis me. & iterum modicum, & uidebitis me. Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mūdus autem gaudebit. Vos autem non triſt abimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudiū. Mulier cum parit tristitiam habet, quia uenit hora eius. Cum aūt peperit puerū, iam non meminit pressuræ propter gaudiū, quia natus est homo in mundum. Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem uidebo uos & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis.

Chry. Postq̄ dominus discipulos reuelauit per ea q̄ de spiritu sancto promisit, rursus eorum oppressit sensum, dicens, Modicum & iā nō videbitis me, Hoc aūt facit vt assuefaciat eos per tristium auditionē, bene ferre suam separationē, eam enim quæ dolet animam & à tristitia multa detinetur, nihil ita cōsueuit quietare: vt q̄ tristitiā pariunt verba reuoluta continuè. Beb. Dicit enī, Modicum & iam non videbitis me, quia tentus est nocte illa à Iudæis, & in mane crucifixus est sepult⁹ ab humanis est seclusus obtutibus. Chry. Si vero quis diligēter scrutabitur hoc cōsolationis est dicere. Quoniā ad patrē vado, Hoc enim est ostēdere quod nō perierit, sed mors eius translatio sit: & aliā consolationē eis imposuit: cum adiecit, Et iterum modicū, & videbitis me, ostendens quoniā & redibit, & in pauco erit separatio, & cōtinua q̄ cum eis coexistentia. Aug. Hæc autem verba domini obscura erāt discipulis anteq̄ id quod dicit esset impletū: vnde sequitur, Dixerunt er. ex discī. eius adinuicem, quid est hoc ꝙ dicit nobis. Modicum & nō videbitis me, & iterū modicū & videbitis me, quia vado ad patrē. Chry. Hoc aūt nō intelligebāt, aut ꝓpter

Spūssancti diuinitas.

Nūanum genus auidum futurorum.

Aequalitas trium personarum asseritur.

Christus assuefacit apostolos tribus.

tristitiā quæ amouebat à mente eorum ea quę dicebantur, aut propter immanifestationem eorū quæ dicebantur, idcirco videbatur eis duo cōtraria ponere non existētia cōtraria. Si enim videbimus te aiunt, quō vadis? si vero vadis, qualiter te videbimus? propterea dicunt, Quid est hoc ꝙ dicit nobis, Modicum, nescimus quid loquitur. Aug. Nā in præcedentibus, quia non dixerat, Modicum, sed dixerat, Ad patrem vado, Aperte illis visus est loqui. Nunc ergo quod illis tunc obscurum fuit, & mox manifestum est, iā nobis vtiq; manifestum est. Post paululum enim passus est, & nō viderūt eum, rursus post paululum resurrexit, & viderunt eum. dicit autem, Et iā non vi. me, quia scilicet mortalem Christum vlterius non viderent. Alcui. Vel aliter: Modicum tempus est futurū, quo non videbitis me. i. illud triduū, quo in sepulchro quieuit, & iterum est modicum futurū tēpus quo videbitis me. i. illi 40. dies, in quibus eis sæpi⁹ post passionem suā vsq; ad tempus ascensionis suę apparuit, & ideo illo modico tēpore videbitis me. Quia vado ad patrē, quia non semper in terra corporaliter sum mansurus, sed per humanitatē quā assumpsi ascensurus in cælum. Sequitur, Cognouit aūt Ie. quia vo. eum interrogare, & dixit eis, De hoc q̄ritis inter vos, quia dixi vobis, Modicum & non vid. me. Amen amen di. vobis, quia plorabitis & flebitis vos, ignorantiā ipsorum pius magister intelligens secundum illorū dubitationem respondit, quasi expositurus quid esset quod dixit. Aug. Quod si accipi potest, quia contristati sunt discipuli de morte domini, & cōfestim de resurrectiōe lætati. Mundus autē, quo nomine significati sunt inimici à quibus Christus occisus est, tunc itaq; lætati sunt occiso Christo, quādo sunt discipuli cōtristati: vnde sequitur, Mundus autem gaudebit &c. Alcui. Sed & cunctis fidelibus cōuenit hic sermo domini, qui per lachrymas præsuras q̄ue præsentes ad gaudia ęterna contendunt. Flentibus autem iustis, mundus gaudet, quia in præsenti delectantur, alterius vitæ nulla gaudia sperantes. Chry. Deinde ostendens quoniā tristitia parit gaudium, & quoniā tristitia breuis, lætitia vero infinita est, ad exemplum venit mundanum, dicens, Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius. Cùm autē peperit puerum, iā non meminit pressurę propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Aug. Ista similitudo ad intelligendum non videtur esse difficilis, quoniam cōparatio ei⁹ in prōptu est eoipso exponente cur dicta sit. Nam sequitur, Et vos igitur nunc quidem tristitiā habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, Parturitio quippe tristitiæ partus aūt gaudio cōparatur, quod tūc magis esse cōsueuit quando non puella, sed puer nascitur. Quod verò subdit, Et gaudiū vestrum nemo tollet à vobis, quia gaudium ipsorum ipse Iesus est, significat quod ait apostolus, Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur. Chry. Significat etiam prędicto exemplo quoniā soluit ipse mortis p̄suras & nouum hoīem regenerans esse fecit: & non dixit quoniā nō erit ei tribulatio, sed neq; meminit eius, tantum est quod succedit gaudium, ita erit & sanctis. Et nō dixit, Quoniam natus est puer, sed quoniam homo: occultè suā resurrectionē insinuans. Aug. Vel de futuris visione & gaudio quæ superius dicta sunt melius existimo intelligi. Modicum & iam non vid. me. Modicum enim est hoc totū spatium, quo prēsens peruolat sæculum. Ideo nanq; addidit, Quia vado ad patrem, Quia ad superiorem sententiam referendum est, vbi ait, Modicum & iam non vi. me. Nō ad posteriorem: vbi ait, Modicum & iam vi. me. Eundo quippe ad patrem facturus erat, vt eū nō viderent, illis ergo ait, Modicum & iam nō videbitis me, Qui eum tunc corporaliter videbant, quia iturus erat ad patrem, & eum deinceps mortales viuri non erant, qualem cum ista loquebatur videbant. quod vero addidit, Et iterum modicum & videbitis me, vniuersę promisit ecclesię. Hoc aūt modicum lōgum nobis videtur, quoniā adhuc agitur. Cum finitum fuerit, tunc sentiemus q̄ modicum fuerit. Alcui. Mulier aūt sancta ecclesia est, propter fœcunditatem bonorū operum, & quia spiritales deo filios generat. Hæc mulier dum parit. i. dum in mundo virtutum profectibus insistit, dum vndiq; tētatur & affligitur, tristitiā habet de hoc, quia venit hora eius vt patiatur, quia nemo carnem suam odio habuit. Aug. Nec tamen in huius gaudij parturitione sine gaudio tristes sumus, sed sicut apost. ait, Spe gaudentes, quia & ipsa mulier parturiens cui cōparati sumus, plus gaudet de mox futura prole, q̄ tristis est de psenti dolore. Alcui. Sed cum peperit. i. cum deuicto laborum certamine ad palmam peruenerit, iam nō meminit pressuræ præcedentis propter gaudium perceptæ retributionis, quia natus est homo in mundū. Sicut enim mulier nato in hoc mundo homine lætatur, ita ecclesia nato in vitā æternam fidelium populo exultatione repletur. Bēd. Nec nouum debet videri si natus dicatur q̄ ex hac vita migrauerit. Sicut enim consuete nasci dicitur, cum quis de vtero matris procedens in hanc lucem ingreditur, ita potest natus appellari, qui solutus à vinculis carnis ad lucem æternā sublimatur: vnde sanctorum solennia, nō funebria, sed natalia vocātur. Alcui. Quod aūt dicit, Iterum videbo vos. i. assumā vos ad meipsum. Vel, iterum videbo vos. i. iterum videndus apparebo, & gaudebit cor vestrum. Aug. Hunc enī totius laboris sui fructum ecclesia nunc parturit desiderādo, tunc est paritura cernendo. Et ideo masculum, quoniā ad istum fructum contēplationis cuncta officia referuntur actionis, solus enī liber est qui propter se appetitur, nō refertur ad aliud, huic seruit actio. Ad hoc enī refertur quic quid bene agitur, ibi est finis qui sufficit nobis, æternꝰ igitur erit. Neq; enim finis nobis sufficit, nisi cuius nullus est finis. De hoc igitur quod sufficit nobis rectissimè audiuimus, Gaudium vestrū nemo tollet à vobis.

Allegorica expō.

Gaudium mūdi ostēditur.

Finis nō nitus.

Et in illo die me non rogabitis quicquam. Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrē in nomine meo, dabit uobis. Vsque modo nō petistis quicquā in nomine meo. Petite & accipietis, ut gaudiū uestrum sit plenum. Hæc in prouerbiis locutus sum uobis. Venit hora cum iam nō in prouerbiis loquar uobis, sed palām de patre meo annūciabo uobis. In illo die in nomine meo petetis. Et non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis, quia à deo exiui. Exiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & uado ad patrem.

Chry. Rursus ostendit dominus ꝙ expedit eū abire cū dicit, & in illo die me nō rogabitis quicq̄. Aug. Hoc verbum quod est rogare, non solum petere, verum & interrogare significat, & græcū euangelium, vnde hoc translatum est, tale habet verbum quod vtrunq; possit intelligi. Chrys. Dicit ergo, Et in illo die, scilicet cum resurrexero, Me nō rogabitis quicq̄. i. non dicetis, Ostē de nobis patrem, & quo vadis: quoniam scietis per spiritum sanctum: vel, non rogabitis me. i. nō indigebitis mediatore ad impetrādum, sed sufficiet nomen meum quod inuocantes omnia accipietis: vnde sequitur, Amē amen dico vobis &c. Ostendit aūt nominis virtutem si nō visus neq; rogatus, sed nominatus solum apud patrē facit mirabilia. nō ergo ait, Existimetis, quia de reliquo nō ero vobiscum, vos derelictos esse: nomen enim meū maiorem dabit vobis securitatem: vnde sequitur, Vsq; modo non &c. Theo. Alacritas. n. vestra, tunc erit enim

integerrima: cum ad vota vobis petita succedẽt.Chry. Quia igitur obumbrata erant quæ dicta sunt, subiunxit,Hæc in ꝓuerbiis loquut⁹ sum vobis &c.Id est erit tempus quando scietis omnia manifestè, dicit autẽ resurrectionis tempus. Sed palã de patre meo annunciabo vobis. Etenim 40.diebus disputauit cum eis cõgregatis,loquens de regno dei. Et nunc(inquit)in timore existentes non attenditis his quæ dicuntur,tunc autem resuscitatum videntes, poteritis palàm omnia dicere.

Annunciatio palam facta quæ sit.

Theo.Adhuc prębet illis fiduciã,quoniam recipient in tẽtationibus auxilium desuper:cùm subdit,In illis die. inno.me.petetis,adeò assero vobis patrem fauere ꝙ ne que interuentu meo vlterius indigebitis: vnde subdit, Et non dico vobis,quia ego rogabo patrem &c. Porrò ne resiliant à domino, velut eo vlterius non egentes, subiungit: Quia vos me amastis. q.d. Ob hoc diligit vos pater, quia vos me dilexistis:cum itaq; excideritis ab amore meo,confestim & à paterno decidetis. Augustinus, Sed nunquid ideò amat ille, quia nos amamus? an potius quia ille amat, ideo nos amamus? hoc in epistola sua dicit. Nos diligamus, quia ipse prior dilexit nos. Amat ergo nos pater, quia nos amamus filiũ:cum à patre & filio accepimus, vt & patrẽ amemus & filiũ. Amauit ipse quod fecit,sed non in nobis faceret quod amaret,nisi anteꝙ id faceret nos amare. Hyla.7.de tri.

Fides perfecta de filio.

Caret etiã apud patrem intercessionis necessitate perfecta de filio fides,quia quòd à deo exierit credit atque amat: & per seipsam iam & audiri meretur & amari, natum ex deo filium missumq; confessa:vnde sequitur, Et cre.quia à deo exiui. Natiuitas itaq; eius & aduẽtus ostenditur:cum subdit,Exiui à patre & ve.in mun. Alterum in dispensatione:alterum in natura est. A patre enim venisse & à deo exisse,non est significationis eiusdem, cum aliud sit à deo in subsẽtiam natiuitatis exisse:aliud à patre in hunc mundum ad cõsummanda salutis nostrę sacramenta venisse. Cùm autẽ exire à deo sit ex natiuitate subsistere, quid aliud ꝙ deus esse posset? Chrys. Quia vero resurrectionis sermo non modicum eos mitigabat, & cum hoc audire ꝙ à deo exiuit, & illuc vadit continuè ea circunuoluit.vnde sequitur, Iterum relin.mun.& va.ad pa.Nam hoc quidem certificabat quoniã rectè in ipsum credebãt,hoc vero quoniam sub munitione eius futuri erant.Aug.Exiit enim à patre: quia de patre est, in mundum venit: quia mundo suum corpus ostendit. Mundum reliquit corporali discessione: perrexit ad patrem hominis ascensione, nec mundum deseruit præsentiæ gubernatione: quia sic in mundum venit exiens à patre,vt nõ desereret patrem. Sed dominum nostrum Iesum Christum postea quã resurrexit,& interrogatum legimus & rogatum:nam interrogatus est à discipulis ascensurus in cælum,quando regnum restitueret Israel.Rogatus est à Stephano cum esset in cælo,vt spiritum eius susciperet.Et quis audeat dicere rogandum non esse immortalẽ, rogari debuisse mortalem? puto ergo ꝙ dicit,In illa die me non rogabitis quicquã: non ad illud tempus referendum esse quo resurrexit,sed ad illud quãdo videbim⁹ eum sicuti est: quæ visio non temporalis vitæ est, sed æternæ vbi iam nihil rogemus,nihil interrogemus: quia nihil desyderandum remanebit,nihil quærendũ latebit.Alcui. Sic ergo dicit,In futuro me non rogabitis quicquã,sed interim dum in peregrinatione huius miseriæ conuersamini,si petieritis patrẽ dabit vobis:vnde subdit, Amẽ amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis.Aug.Hoc quod ait,Si quid,nõ quodlibet intelligitur,sed aliquid quod non in beatę vitę cõparatione sit nihil, non autem petitur in nomine saluatoris quicquid petitur contra rationẽ salutis:non enim sonum literarum aut syllabarum, sed quod sono recte ac veraciter intelligitur hic accipiẽdum est,cum dicit: In nomine meo. Vnde qui hoc sentit de Christo quod non est de vnico filio dei sentiendum,non petit in eius nomine. Qui vero quod est de illo sentiendum sentit, ipse in eius nomine petit, & accipit quod petit, si non contra suam salutem sempiternã petit. Accipit autem quando debet accipere. Quædam enim non negantur sed vt cõgruo dentur tempore differuntur. Ita sanè intelligendum est quod ait, Dabit vobis:vt ea beneficia significata sciantur his verbis, quæ ad eos qui petunt propriè pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro seipsis,non aũt pro omnibus:quia non vtcunq; dictum est dabit,sed dabit vobis. Quòd aũt sequitur,Vsque mo.non pe.quicq̃ in no.meo,duobus modis intelligi potest.Vel quia in nomine meo nõ petistis:quod nomen non sicut cognoscendum est cognouistis: vel non petistis quicq̃, quoniã in comparatione rei quã petere debuistis pro nihilo habendum est quod petistis.Vt igitur in nomine eius nonnihil, sed gaudium plenum petant,subdit: Petite & acci.vt gau.ve.sit plenum,hoc ꝙ dicit.Gaudium plenum,non carnale, sed spiritale gaudium est:& quando tantũ erit vt aliquid ei iam non sit addendum,tunc erit plenum.Aug.1.de tri.Hoc est autem plenum gaudium vestrũ quo amplius non est,frui deo trinitate ad cuius imaginẽ facti sumus.Aug.su.Io. Quicquid ergo petitur quod pertinet ad hoc gaudium consequendum,hoc est in nomine Christi petendũ.Isto enim bono in petendo perseuerantes sanctos suos nequaq̃ misericordia diuina fraudabit,quicquid aũt aliud petitur nihil petitur: non quia nulla res est,sed quia in tantę rei comparatione quicquid aliud concupiscitur nihil est.Sequitur, Hæc in prou.lo.sum vo.ve.ho.cum iam non in prou.lo.vo.sed pa.de pa.in.an.vo.possem dicere hãc,de qua loquitur horã futurum sæculum intelligi:vbi videbimus palã,quod Apost.dicit facie ad faciẽ: vt quod ait, Hæc in prouer.lo.sum vo. hoc sit quod ab apostolo dictũ est,Videmus nũc per speculũ in ænigmate.Annunciabo aũt vobis,quia per filium pater videbitur,neq; enim patrẽ quis cognoscit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Gre.30.mo.Palã quippè de patre annunciare se asserit, quia per patefactã tunc maiestatis suæ speciem,& quõ ipse gignẽti non impar oriatur, & quõ vtrorumq; spiritus vtrique coæternus procedat ostendet.Aug.Sed istũ sensum videtur impedire,quod sequitur, In illo die in nomine meo petetis. In futuro enim sęculo quid petituri sum⁹ quãdo satiabitur in bonis desiderium nostrũ? petitio nãq; alicuius est indigẽtiæ. Relinquitur itaq; vt intelligatur Iesus discipulos suos de carnalibus vel aĩalibus se spirituales esse factu rum. Homo autẽ animalis sic audit quæcunq; audit de dei natura,vt aliud q̃ corpus cogitare non possit. Ideo prouerbia illi sunt quæcunq; dicta sapiẽtię de incorporea immutabiliq; substanti a:non tanq̃ prouerbia deputet,sed quia sic cogitat quõ qui prouerbia solent audire neque intelligere. Cùm vero spiritualis cœperit oĩa diiudicare, etiam si in hac vita velut per speculũ & ex parte perspicit,tamẽ nullo corporis sensu, nulla imaginaria cogitatione,sed mentis certissima intelligẽtia capit deum nõ corpus esse,sed spiritum.Ita palàm de patre annunciãte filio vt eiusdẽ substãtię conspiciatur & ipse ꝙ annunciat,nunc in eius noĩe petunt qui petunt, quia in sono eius noĩs non aliud quàm res ipsa est quæ hoc nomine vocatur intelligunt. Hi possunt cogitare dominum nostrũ Iesum Christum inquãtum homo est ꝙ nobis interpellare patrẽ, inquantũ deus est vos exaudire cum patre, quod eum significasse arbitror vbi ait, Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem pro vobis. Ad hoc quippè intuendum quomodo non rogat patrem filius, sed simul exaudiat rogantes pater & filius, non nisi spiritualis oculus mentis ascendit.

Quid à deo petẽdum.

Dicunt ei discipuli eius, Ecce nũc palã loqueris, & prouerbiũ nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à deo existi. Respõdit eis Iesus. Modo creditis, Ecce uenit hora & iã uenit ut dispergamini unusquisque in propria & me solũ relinquatis: & nõ sum solus, quia pater mecũ est. Hæc loquutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis, sed confidite ego uici mundum.

Chrys. Quia discipulos hoc maximè respirare fecit ꝙ erant patris amici,propterea dicunt se cognoscere ꝙ omnia nosset,vt sequitur,Dicunt ei dicit.eius:Ecce nũc palam &c.Aug.Cùm adhuc promittatur futura illa hora in qua sine prouerbiis locutus est, cur isti hoc dicunt nisi quia illa q̃ scit ipsis non intelligentibus esse prouerbia,vsq; adeo nõ intelligunt,vt nec saltem non se intelligere intelligãt? Chry. Quoniã autem ad id quod in eorum mente erat respõdit subdunt,Nunc scimus quoniã scis omnia. Vides qualiter imperfectè se habeant, qui post tot & tãta demonstrata dicunt,Nũc scimus:& hoc dicunt tanq̃ ei quandam gratiam tribuentes. Et non est opus tibi vt quis te interroget,hoc est antequam audias nosti ea q̃ scandalizant nos:& quis cere nos fecisti dicẽs.

Quæstio pulchra resoluit.

Quoniam pater vos amat. Aug. Quid ergo vult sibi, ꝙ ei quem sciebant nosse omnia, cùm dicere debuisse videantur,Non est opus tibi vt quicquam interroges, dicendum potius putauerunt. Nõ est opus tibi vt quis te interroget? Quod vtrunq; legimus factũ, & interrogasse.s.dominum & interrogatum fuisse. Sed hoc citò soluitur,quia hoc non ei,sed illis potius opus erat quos interrogat,vel à quibus interrogabatur. Neq; enĩ aliquos ille interrogabat,vt ab eis aliquid disceret, sed eos potius doceret:& qui interrogabant eum volẽtes ab eo aliquid discere illis profecto id opus erat, vt scirent ab eo aliqua qui nouerat omnia.Ille autem non opus habebat vt qđ ab eo scire quisq; vellet,per ipsius cognoscere interrogationem,quia priusquã interrogaretur,interrogatorum nouerat voluntatem. Prędere autem cogitationes hominum, magnum domino nõ erat:sed magnũ paruulis erat qui subdunt,In hoc credimus: quia à deo existi.Hyla.7.de tri.Per id enim credunt ꝙ à deo exiit, quia ea q̃ dei sunt agit.nam cum dominus vtrunq; dixisset,A deo exiui,& à patre veni in hunc mundum: nihil admirationis in eo habuerunt, quod frequenter audierunt:vnde non addunt,A patre venisti in hunc mundũ.

Natiuitas Christi ex parte.

Sciebant enim à deo missum, exisse tamen à deo nescie bant. Inenarrabilem vero illam filij natiuitatẽ per virtutem dicti istius intelligentes,tunc primum cæperunt aduertere, cum illum sine proutrbiis profiterentur esse locutum.Non enim per consuetudinem humani partus deus ex deo nascitur,cuius à deo exitio potius q̃ partus est.Est enim vnus ex vno,non est portio, non est defectio non est diminutio,non deriuatio,non est protẽsio, non passio,sed viuentis naturę ex viuente natiuitas est, Deus ex deo exiens est:non creatura in dei nomine electa,non vt esset cœpit ex nihilo:sed exiit à manente,& exisse significationẽ habet natiuitatis, nõ inchoatiõis. Aug.Deniq; de ipsa eorum ætate adhuc secundum interiorem hominẽ parua & infirma eos admonet, vnde subditur:Respon.eis Iesus,Modo creditis.Beda.Quod duobus modis pronunciari potest, affirmando.s.& insultando.Si insultando,hic est sensus:tardius ad credẽdum euigilastis.Ecce enim venit hora &c. Si affirmando,sensus est:Verum est ꝙ creditis.Sed ecce ve.hora vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis.Aug.Non enim quando comprehensus est tã tummodo carne sua eius carnem, verumetiã mente reliquerunt fidem.Chry.Dicit autẽ dispergamini.s.quãdo tradar: tantum enim vobis dominabitur timor: vt neque simul possitis recedere. Sed ego ex hoc nullum patiar malum,vnde subdit:Et non sum solus &c.Aug. Ad hoc intelligendum eos volebat extendi & crescere, ne sic à patre filium cogitarent exisse, vt putarent etiã recessisse:deinde sermonem concludit dicens, Hæc lo. sum vo.vt in me pacem habeatis.Chry.i.vt non abiicia tis me à mente vestra.Non enim nunc solũ quando cõprehendar fient vobis aduersa, sed donec eritis in mũdo pressuram habebitis.i.tribulationem, & hoc est qđ subdit:In mundo pressuram habebitis.Greg.16.mo.q. d. Sit vobis de me interius quod consolando reficiat, quia erit de mũdo exterius quod sæuiẽdo grauiter premat.Aug.Illud initium habitura fuerat ista pressura,de quo dicit, Venit hora vt dispergamini vnusquisque in propria,sed non eo modo erat perseueratura:quod enĩ adiunxit,Et me solum relinquatis,non vult eos tales esse in consequenti pressura,quem post eius ascensionem fuerant in mundo habituri vt relinquant eum, sed vt ĩ illo pacem habeant permanentes in eo:vnde sequitur, Sed confidite.Chry.i.resurgite mente. Magistro enim superante inimicos,non oportet discipulos anxiari. vnde subdit,Quia ego vici mun.Aug.Dato autem spiritu sancto confiderunt & vicerunt non nisi in illo: non enim vicisset ille mundũ, si membra eius vinceret mundus,cum autem dicit:Hæc lo.sum vo.vt in me pa.ha.nõ recentiora paulò ante ab eo dicta sed oĩa debemus accipere,siue quęcunq; illis locutus est ex quo eos cœpit habere discipulos,siue ex quo post cœnã exorsus est hunc mirabilem prolixumque sermonem. Hãc enim causam commendauit sermonis sui,vt in illò pacem haberent. hic pax finem temporis non habebit,sed omnis piæ nostræ intentionis actionisque finis ipsa erit.

CAPVT XVII.

Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cælum dixit, Pater uenit hora clarifica filiũ tuũ, ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam æternam. Hæc autem est uita æterna, ut cognoscant te solum deũ uerum: & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te.

Chry. Quia dixerat dominus,In mundo pressuram habebitis, post admonitionem in orationem conuertitur,erudiens nos in tribulationibus omnia dimittentes ad deum refugere,vnde dicitur:Hæc lo.est Ie.Beda.Illa intelligi debent quæ in cœna locutus est,quædam quidem sedendo vsque ibi, Surgite eamus hinc. Deinde stando vsque ad hymni finem:cuius hoc est initium, Et sub.ocu.in cæ.di.Pater &c.Chryso. Propter hoc in cælum oculos eleuauit,vt nos doceret extensionem quæ est in orationibus vt stantes sursum aspiciamus,non oculis carnis solum sed & mentis. Augu. Poterat autem dominus in forma serui si hoc opus esset orare silentio. sed ita se patri exhiberi voluit precatorem, vt meminisset nostrum se esse doctorem. Proinde non solum ad ipsos sermocinatio, sed etiam pro ipsis ad patrem oratio discipulorum est ædificatio. Profecto & nostrum qui fueramus conscripta lecturi: hoc autem quod ait, patet venit hora, ostendit omne tempus & quid quan-

Oratiõis Christi modus.

do faceret:vel fieri sineret ab illo esse dispositum,q̃ tempori subditus non est,non autem credatur hęc hora fato vrgente venisse,sed deo potius ordinante:absit enim vt sidera mori cogerẽt siderum conditorem. Hyla.3.de tri. Nõ diem aũt,non tẽpus,sed horã venisse dicit.In hora diei portio est: & q̃ erat hæc horaꝰ iã nunc conspuendus,flagellandus,crucifigendus erat:sed clarificat pater filium.Sol de cursu operis defecit,& interitũ suum cum eo reliqua mũdi elementa senserunt, ad onus domini in cruce pendentis terra tremuit, & in eum q̃ mortuꝰ erat intra se contestata est non capere.Proclamat centurio, Verè filius dei erat iste : prædictioni consentit effectus: dominus dixerat,Clarifica filium tuum, nõ solum noĩe contestatus est esse se filium,sed & proprietate qua dicitur,Tuũ.multi enim nos filij dei,sed non talis hic filius: hic enim proprius & verus est filius origine nõ adoptione,veritate non nuncupatione,natiuitate non creatione:ergo post clarificationem eius veritatis confessio secuta est . Nã verum dei filium Centurio confitetur , ne quis credentiũ ambigeret, quod aliquis persequẽtiũ nõ negasset.Aug.Sed si passione clarificatꝰ dicitur,quanto magis resurrectione?Nam in passione magis esse humilitas quàm claritas commendatur.Quod ergo ait,pater ve.ho.clari.filium tuum:sic intelligendum est,tanquam dixerit:Venit hora seminandæ humilitatis,fructum nõ differas claritatis.Hyla.3.de tri. Sed fortè infirmus reperietur filius dum clarificationẽ potioris expectat . Et quis non patrem potiorem confitebitur cum ipse dicat, Pater maior me est?Sed cauendũ est,ne apud imperitos gloriam filij honor patris infirmet,nam sequitur, Vt fi. tu.cla.te. Non ergo infirmus est filius vicẽ clarificationis ipse cùm clarificandus sit redditurus.Ergo expostulatio clarificationis dandæ vicissimq̃ue reddendę eandẽ in vtroque ostendit diuinitatis virtutem.Aug . Merito autem quæritur,qũo patrem clarificauerit filius,cũ sempiterna claritas patris nec diminuta fuerit in forma humana,nec augeri potuerit in sua profectiõe diuina? Sed apud homines minor erat quando in Iudæa tantũmodo deus notus erat:quia vero per euangelium Christi factũ est,vt pater innotesceret gẽtibus, patrem clarificauit & filius. dicit ergo,Clarifica filium tuum:vt filius tuus clarificet te.ac si dicat,Resuscita me,vt innotescas toti orbi per me.deinde magis pandens quomodo clarificet patrem filius,subiũgit , Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis,vt omne quod dedisti ei,det eis vitam æternam. Omnem carnem dixit omnem hominem,à parte totum significãs : hoc autẽ q̃ potestas Christo à patre data est oĩs carnis:secũdum hominem intelligendũ est. Hyla.3. de trini.Caro enĩ factus ipse vitæ æternitatẽ erat caducis & corporeis & mortalibꝰ redditurus.Hyla.9.de tri. Vel acceptio potestatis sola significatio natiuitatis : in qua accepit id qđ est.Nõ est infirmitati datio deputãda: cũ in eo significetur pater esse q̃ dederit, & in eo filius deus maneat,q̃ vitæ æternæ dãdæ sumpserit potestatẽ. Chr.Dicit,Dedisti ei po.om.car.vt ostẽdat q̃ nõ ad Iudæos solos sua prædicatio , sed ad totũ crbem terrarum extenditur.Sed quid est quod dicit,omnis carnis?Nõ enim vtiq; omnes crediderunt.Et quidem quãtum ex eo est,oĩs crediderunt.Si vero non attendebãt his q̃ dicebantur,non eius q̃ dicebat est criminatio, sed eorum q̃ non susceperũt.Aug.Dicit ergo sicut dedi ei po.car.ita te glo.filius.i.notum te faciat oĩ carni quam dedisti ei, Sic enĩ dedisti vt omne qđ dedisti ei, det eis vitã æternã.Hyla.3.de tri.Sed in quo tandem æternitatis vita est ostendit cùm subdit,Hęc est au.vi.ęter.vt cog.te so.ve.de.Vita est verum nosse,sed solũ hoc nõ facit vitã.quid ergo cõnectitur, Et quẽ misisti Iesum Christũ?Hyla.4. de tri.Dum autem Arriani intelligũt solum patrem verum deum,solum iustum,solum sapientem,à cõmunione horum secundum hos filius separatur . Soli enim vt aiunt ꝓpria non participantur ab altero:q̃ si in patre solo & nõ in filio existimabuntur, necesse est vt filius deꝰ falsus & insipiens esse credatur.Hyla.5.de tri.Nulli autem dubium est veritatem ex natura & ex virtute esse. verum enim triticum est quod in far comminutum & i panem coctum & in cibum sumptum reddit ex se & naturam panis & munus.Quæro ergo in quo filio veritas desit,cui nõ desit dei nec natura nec virtus? Naturæ enĩ suæ virtute vsus est,vt essent q̃ non erant,& fierent quę placerent.Hyla.9.de trini.An fortè quòd ait,Te solum communionem atque vnitatem suam à deo separat? Separat sanè si non ad id quod ait,Te solum verum deum continuè subiecit,Et quem misisti Iesum Christũ . Per id enim ecclesiæ fides Christum verum deum confessa est,q̃ solum verum deum confessa patrem sit:non enim vnigenito deo naturæ demutationem naturalis natiuitatis intulit.Aug.6.de tri. Vidẽdum est ergo an intelligere cogamur , cùm dictum est patri, Vt cognoscant te solũ verum deum:tanquàm hoc insinuare voluerit,quia & solus pater deus verus est, ne non nisi ipsa tria simul patrem & filium & spiritum sanctũ intelligeremus esse deum. Nunc ergo ex domini testimonio, & patrem solum verum deum dicimus:&filium solum deum verum & spiritũ sanctũ solum verũ deũ & simul patrẽ , & filiũ & spiritum sanctum.i. simul ipsam trinitatem non tres veros deos,sed vnum verum deum.Aug.super Ioã. Vel ordo verborum est,vt te & quem misisti Iesum Christũ cognoscant solum verum deum.consequenter enim & spiritus sanctus intelligitur, quia spiritꝰ est patris & filij tãquam charitas consubstantialis amborũ. Sic igitur filius glorificat te,vt omnibus quos dedisti ei te cognitũ faciat.Porrò si cognitio dei est vita æterna,tantò magis in vita æterna,quantò magis in hac cognitione proficimus,non autem moriemur in vita æterna. Tunc ergo dei cognitio pfecta erit,quãdo nulla mors erit:summa tunc dei clarificatio, quia summa gloria . A veteribus autem gloria diffinita est frequens de aliquo fama cum laude,at si homo laudatur cum famæ creditur:qũo deꝰ laudabitur, quoniam ipse videbitur? propter quod scriptum est, Beati qui habitant in domo tua,in sæcula sæculorum laudabunt te:ibi erit dei sine fine laudatio, vbi erit dei plena cognitio,& ideo clarificatio . Aug.1. de trini. Quod autem dixerit famulo suo Moysi , Ego sum qui sum,hoc contẽplabimur cùm viuemus in ęternum. Aug.3.de tri. Cùm enim fides nostra videndo fiat veritas , tunc mortalitatem nostram commutatam tenebit æternitas. Aug.super Ioannem.Sed prius hic clarificatur deus,cùm annunciatus hominibus innotescit, & per fidem credentibus prædicatur?propter quod dicitur,Ego te clarificaui super terram. Hyla.4.de trini. Hęc quidem clarificationis vicissitudo non pertinet ad diuinitatis profectum:sed ad honorem q̃ ex cognitione ignorantium susciebatur.Chris.Vnde bene dixit,Super terram.In cælo enim glorificatus fuerat,& in natura gloriã habens, & ab angelis adoratus : non igitur de illa gloria ait quæ substantiæ eius est , sed de ea quæ ad culturam hominum pertinet : vnde subdit,Opus consummauit quod dedi.mi.vt facerem.Aug.non ait,Iussisti , sed dedisti,vbi commẽdatur euidens gratia:quid enim habet quod non accepit etiam in vnigenito humana natura? Sed quomodo consummauit opus quod accepit vt faciat,cum restet adhuc passionis experimentum nisi cõsummasse se dicit,qđ se consummaturum certissimè nouit?Chry.Vel dicit,Cõsummaui, quasi ea quæ ex parte

Cautio fi pei.

Explicat dubium.

Arriani exibilãt.

Spiritus. sanct' insinuatus.

Fides sit veritas.

mea sunt omnia feci, aut quia cum id quod maximũ est factum est,dici põt totum iam factum esse.Radix enim bonorum submissa erat,quã omnino debebat sequi fructus,& quia his q̃ futura erant,ipse iam aderat & copulabatur.Hyla.9.de tri.Post quę,vt meritum obedientię & sacra mẽtum totius dispẽsationis intelligeremus adiecit,Et nunc clari. me tu pa. apud temetipsum. Augu. Supra dixerat,Pater venit hora clarifica filiũ tuum : vt filius clarificet te,In quo: verborum ordine ostenderat prius à patre clarificandum filium,vt patrem clarificaret filius modo aũt dixit.Ego te clarificaui,& nunc clarifica me:tanq̃ prior ipse patrẽ clarificauerit,à quo deĩde:vt clarificetur exposcit.Ergo intelligẽdum est vtroque verbo superius vsum eo ordine quo futurũ erat,mõdo verò vsum fuisse verbo prẽteriti tẽporis de re futura,velut si dixisset,Ego te clarificabo super terrã,opus cõsummando quod dedisti mihi,vt faciã,& nunc clarifica me tu pater,q̃ est omnino eadem sentẽtia:nisi q̃ hic additur clarificationis modus:cum subditur , Claritate quam habui priusq̃ mundus fieret apud te.Ordo verborũ est.Quẽ habui apud te priusq̃ mũdus esset, hoc quidam sic intelligendum putauerunt, tanq̃ humana natura q̃ susceptа est à verbo conuerteretur in verbũ, & homo mutaretur in deum:immo si diligentius cogitemus homo periret in deo. Nõ enim quisquàm ex ista mutatione hominis , vel duplicari dei verbum dicturus est, vel augeri,sed quisquis dei filium prædestinatum negat,hunc eundẽ filium hominis negat. Cum ergo videret illius prædestinatæ suæ glorificationis venisse iã tẽpus:vt & nunc fieret in redditione,quod fuerat in prædestinatione iam factum orauit,dicens,Et nunc clarifica me &c.Id est illam quam habui apud te in prædestinatione tua,tempus est vt apud te habeam etiam viuẽs in dextera tua. Hyla.3.de tri. Vel orabat vt id quod ex tempore erat , gloriam eius quæ sine tempore est claritatis acciperet,vt in dei virtut ẽ & spiritus incorruptio nem transformata carnis corruptio absorberetur.

Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo.Tui erant & mihi eos dedisti , & sermonẽ tuũ seruauerunt.Nũc cognouerunt,quia omnia quæ dedisti mihi,abs te sunt. Quia uerba quæ dedisti mihi,dedi eis, & ipsi acceperũt & cognouerũt uerè quia à te exiui, & crediderũt quia tu me misisti.

Chry.Quia dixerat, Opus consummaui manifestat quale opus:vt.s.nomen dei manifestaret:vnde dicitur, Manifestaui nomen tuum &c.Aug.Quod si de his tantum dicit discipulis cum quibus cœnauit, non pertinet hoc ad illam clarificationem de qua superius loquebatur,qua filius clarificat patrem,quanta est enim gloria. 12.vel.11.innotescere potuisse mortalibus?Si aũt ꝓ ait. Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo , omnes intelligi voluit qui in eum fuerãt crediturí,est planè ista clarificatio qua filius clarificat patrem:& tale est quòd ait, Manifestaui nomẽ tuũ,quale illud quod supra dixerat. Ego te clarificaui pro tempore futuro,& illic,& hic prætеritum ponens,sed de his q̃ iam erant discipuli,nõ de omnibus qui in illũ fuerant crediturí eum hoc dixisse ea q̃ sequuntur credibili demonstrant, ab ipso ergo orationis suæ exordio oĩs suos dominus volebat intelligi,quibus notum faciendo patrem clarificat eum.Cùm enĩ dixisset.Filius tuus clarificet te,mox quemadmodum id fieret demonstrauit, dicens,Si.de.ei . po.om.car.&c . Iam nunc quid de illis à quibus tunc audiebatur discipulis suis dicat,Ma.no.tu. ho.q.de mi.de mun.Non ergo dei nomen nouerãt cùm essent Iudei,& vbi est qđ legitur.Notus in Iudæa deus, & in Israel magnũ nomẽ eiꝰ?Ergo intelligendũ est.Ma. no.tu.ho. istis quos de.mi.de.mun.qui me audiunt hic dicentẽ,nõ illud nomen tuum quod vocaris deus,sed illud quod vocaris pater meus, qđ nomẽ manifestari sine ipsius filij manifestatione nõ possit:nam quod deus dicitur vniuersæ creaturæ,etiam omnibus gentibus antequàm in Christum crederent non omnimodè esse potuit hoc nomen incognitum . In hoc ergo ꝓ fecit hunc mundum, & antequam inbuerentur in fide Christi,notus in omnibus deus . In hoc autem ꝓ non est cum diis falsis colẽdus,notus in Iudæa deus. In hoc vero quod pater est huius Christi , per quem tollit peccata mundi, hoc nomen eius prius occultum, nunc manifestauit eis quos dedit ei pater ipse de mundo. Sed quomodo manifestauit si nondum venit hora,de qua sperius dixerat, quod veniet hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis,proĩde intelligendum est pro tempore futuro prẽteritum positum.Chrys. Vel quòd ipsum Christum filium habeat , manifestauerat eis iam & verbis,& reꝰ. Aug. Per hoc autem quòd dicit , Dedisti mihi de mundo,dictum est de illis quòd nõ essent de mundo,sed hoc eis regeneratio præstitit,non generatio . Quid est autẽ quod sequitur,Tui erant,& mihi eos dedisti? An aliquãdo habuit pater aliquid sine filio?abs̃t.Veruntamẽ habuit aliquãdo dei filius quod nondum habuit idem ipse hominis filius,qui nondum erat homo factus ex matre,quapropter quod dixit.Tui erant non inde se separauit dei filius,sed solet ei tribuere omne quod potest à quo est ipse qui potest,quod itaque ait,Et mihi eos dedisti , secũdum hominem se accepisse hanc potestatẽ vt eos haberet ostẽdit,& etiam ipse sibi eos dedit, hoc est cum patre deus Christus homini Christo,quod cum patre non est.Hoc autem dixit vt ostendat eam quæ ad patrem vnanimitatem,& quoniã placet patri vt filio credant:vnde sequitur,Et ser.tu.seruauerunt.Bed.Sermonem patris semetipsum appellat , quia per ipsum pater omnia condidit,& in se continet oĩnes sermones: ac si diceret.Me memorię cõmendauerũt vt nunquàm obliuiscantur.vel dicit,Et sermonem tuum seruauerunt, in eo scilicet quòd mihi crediderunt:vnde sequitur,Et nõ cognoue.&c. Quidam autem dicunt hanc esse literam, Nũc cognoui,quia omnia quæ dedisti mihi,abs te sunt, sed hi non habent rationem . Quomodo enim potuit ignorare filius quæ sunt patris?sed de discipulis dictum est.q.d.Didicerunt quòd nihil est in me alienum extra te,& quòd quæcunque doceo tua sunt. Augus̃t . Simul autem pater dedit ei omnia cum genuit qui habet omnia.Chrys. Et vnde didicerunt? ex verbis meis quibus docebam eos,quoniam à te exiui, hoc enim per totum studebat ostendere euangelium : vnde sequitur , Quia ver.quæ de mi.de.eis & ip.acceperunt,Id est intellexerunt atque tenuerunt . Tunc enim verbum accipitur quando mente percipitur:vnde sequitur,Et cogno.ve. quia à te exiui.Et ne quisquàm putaret istam cognitionem iam per speciem factam non per fidem exponẽdo addit , Et crediderunt,vt subaudiamus verè , Quia tu me misisti,Hoc itaque crediderunt verè,quod cognouerunt verè.Idem enim est.A te exiui:quod est. Tu me misisti.Quòd autem dicit,Crediderunt,verè intelligẽdum est,non eo quo supra dixit modo crediderunt sed verè id est quomodo credendum est,inconcussè, firmè, stabiliter,non iam ad propria redituri,& Christum relicturi.Adhuc ergo discipuli non erant tales,quales eos dicit verbis prætеriti temporis,quasi iam esset prænũciãs ęquales futuri essent accepto spiritusancto quomodo aũt pater ea verba filio dederit,facilior quæstio videtur,si secũdum qđ est filius hoĩs accepisse à patre creditur , si verò secundum id quod est de patre genitus, accepisse à patre ista verba cogitatur , nihil ibi tẽporis

Gloria Christi q̃ intelligẽda sit.

Notus in Iudęa deꝰ quomodo.

Christus sermo patris.

cogitetur quasi prius fuerit & ea non habuerit, quoniã quicquid deus pater deo filio dedit, gignendo dedit.

Ego pro eis rogo, nõ pro mũdo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea oĩa tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt & ego ad te uenio. Pater sancte serua eos ĩ nomine tuo quos dedisti mihi ut sint unum sicut & nos. Cùm essem cum eis ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui & nemo ex eis periit nisi filius perditionis ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

Chry. Quia multas à domino consolationes discipuli audientes nondũ persuasi erãt, de reliquo patri loquitur, dilectionem quã ad eos habeat ostendens: vnde sequitur, Ego pro eis rogo. q.d. Nõ solum q̃ à me sunt tribuo eis, sed & alium pro hoc rogo, vt ampliorẽ ostendat amorem Aug. Cùm ergo addidit. Nõ pro mundo, mundum vult intelligi eos qui viuunt secundum concupiscentiã mundi: & non sunt in ea sorte gratiæ, vt ab illo eligantur ex mundo, quã sortem significat: cum subdit, Sed pro his quos dedi. mihi, Per hoc. n. ꝙ eos illi pater iã dedit: factum est, vt non pertineant ad eum mundum ꝓ quo nõ rogat, neq; autem quia pater eos filio dedit amisit ipse quos dedit: vnde subdit, Quia tui sunt. Chr. Frequenter autem hoc ponit, dedisti mihi, vt discãt quoniã patri hoc placet, & quoniam nõ vt alienus veniens eos seduxit, sed vt proprios accepit, deinde ne quis æstimet nouum esse eius principatum, & nuper eos suscepisse à patre subiungit, Et oĩa mea tua sunt &c. Ac si dicat, Ne que audiens aliquis quoniam mihi eos dedisti, æstimet eos alienos esse à patre, mea enim eius sunt, nec audiẽs, Quoniam tui erãt, æstimet alienos eos fuisse à me, quæ enĩ sunt eius, mea sunt. Aug. Satis aũt hic apparet quoniã vnigeniti filij sunt oĩa q̃ sunt patris, per hoc vtique ꝙ etiam ipse deus est, & de patre natus, patri æqualis, nõ quomodo dictum est maiori ex duobus filiis, Oĩa mea tua sunt, Illud enim de omnibus dictum est creaturis q̃ infra creaturam sanctam rationabilem sunt. Hoc autem ita dictum est vt sit hęc etiam ipsa creatura rationalis q̃ non nisi deo subditur, Hoc ergo cũ sit dei patris non simile esset & filij, nisi patris esset æqualis. Nefas est enim vt sancti de quib⁹ hæc locutus est cuiusq̃ sint: nisi eius à quo creati & sanctificati sunt, hoc autem qđ ait cum de spiritu sancto loqueretur. Oĩa q̃ habet pater mea sunt, de his dixit, q̃ ad ipsam patris pertinẽt diuinitatem, neque enĩ spiritus sanctus de creatura q̃ patri est subdita & filio fuerat acceptur⁹: cũ dicat, de meo accipiet. Chry. Deinde demonstrationem prædictorum ponit dicens, Et clarificatus sum in eis. Ex quo patet, quoniam potestatem super eos habeo, quoniã glorificant me tibi credentes & mihi, nullus enim in quibus nõ habet potestatem glorificatus est: Aug. Dicendo autem iã esse factum ostendit iam fuisse prędestinatum, & certum haberi voluit ꝙ esset futurum. Sed vtrum ipsa sit clarificatio: de qua dixerat. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, si enim apud te, qũo in eis: an cum hoc ipsum inno tescit eis, & propter eos oĩbus q̃ credunt eis quasi testibus suis: vnde subdit, & iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, Chry. Hoc est. Et si nõ appaream secundũ carnem, per hos glorificor qui pro me moriuntur, sicut & ꝓ patre, & prędicant me sicut & patrem. Aug. Sed si horam illam qua loquebatur attendas, vtriq; in mundo adhuc erant. Non enim secundum ꝓfectum cordis & vitæ id accipere possumus, cum dicat, Iã non sum in mundo, nunquid ergo fas est, vt cum credamus aliquãdo mũdana sapuisse? Restat igitur vt secundum illud, ꝙ etiam ipse in mundo prius erat: in mundo se dixit iam nõ esse

Mundani dicuntur mundus.

Patris & filij equalitas.

pśentia corporali, an nõ quotidiè dicim⁹ iã non est hic, de aliquo q̃ totius habituro & maxime morituro, vnde exponẽs cur hoc dixerit, adiecit. Ego ad te venio, Commendat igitur patri eos quos corporali absentia relicturus est: dicẽs, Pater sancte serua eos in noĩe tuo, quos dedisti mihi, Sicut homo deũ rogat ꝓ discipulis suis: quos accepit à deo. Sed attende qđ sequitur, Vt sint vnum sicut & nos: nõ ait, Vt simus vnum ipsi & nos, sicut & nos vnum sumus, ipsi vtiq; in natura sua vnũ sunt, sicut nos in nostra vnum sumus, quia enim vna eademq; persona est deus & homo, intelligimus hominem in eo ꝙ rogat, & deum in eo ꝙ vnum sunt, & ille & ipse quem rogat, poterat quidem dicere ꝓ id ꝙ ecclesię caput est & corp⁹ eius ecclesia. Ego & ipsi non vnũ, sed vnus sumus, quia caput & corpus vnus est Christus. Sed diuinitatẽ suã cõ substantialem patri ostendens, vult esse suos vnum sed in Christo, non tantum per eãdem naturam qua oẽs ex hominibus mortalibus æquales angelis fiunt, sed etiã ꝓ eandem in eandẽ habitudinẽ cõspirantem cõcordissimã voluntatem in vnum spiritum quodammodo charitatis igne cõflati. Ad hoc enim valet qđ ait, Vt sint vnũ sicut & nos vnum sumus, vt quemadmodum pater & filius non tantum æqualitate substantiæ, sed etiam voluntate vnum sunt, ita & hi inter quos & deũ mediator est fili⁹, non tantum per hoc ꝙ eiusdem naturæ sunt, sed etiam per eandem dilectionis societatẽ vnum sint. Chry. Rursus vt homo loquitur: subdens, Cum essem cum eis ego seruabam eos in nomine tuo, hoc est per tuum adiutorium, humanæ enim loquitur, & ad eorum mentem ęsti mantium ꝙ maiorem quandam haberent vtilitatem ab eius pśentia. Aug. In noĩe enim patris seruabat discipulos suos filius homo, cũ eis humana pśentia constitutus, sed & pater in nomine filij seruabat, quos in noĩe filij petentes exaudiebat. Neq; hoc tam carnaliter debemus accipere velut vicissim nos seruent pater & filius, simul enim nos custodiũt, & pater & filius & spiritus sanctus, sed scriptura nos non leuat nisi descendat ad nos. Intelligamus ergo cum ita dominus loquitur, personas eum distinguere non separare naturam. Quando ergo seruabat discipulos suos filius præsentia corporali, non expectabat pater ad custodiendum succedere filio discedenti, sed eos ambo seruabant potentia spirituali, & quando eis abstulit filius præsentiam corporalem tenuit cum patre custodiam spiritalem, quia & custodiendo quando filius homo accepit, custodiæ paternæ non abstulit, & cum pater filio custodiendos dedit, non dedit sine ipso cui dedit, sed dedit homini filio, non sine deo eodem ipso filio: Sequitur enim, Quos dedisti mihi ego custodiui, & nemo ex ipsis periit: nisi filius perditionis. i. traditor Christi perditione pdestinatus, vt scriptura impleretur, qua. s. de illo maxime in psalmo. 108. prophetatur. Chry. Et nimirũ solus ille tunc periit, sed multi postea. Dicit autẽ, Nemo ex eis periit, id est quãtum ex mea perte non perdam, quod manifestius alibi dicit. Non eiiciam foras, Si vero per seipsos exirẽt, non ex necessitate ad me traho. Sequitur, Nũc autẽ ad te venio, Sed quia posset aliquis quærere, Nunquid nõ potes eos cõseruare recedens? Potest quidem, sed cuius gratia hoc dicat, ostendit subdens, Et hæc lo. ĩ mun. vt ha. gau. me imple. in se. ipsis. i. vt nõ tumultuẽtur imperfectiones existentes, p id quod indicauit ꝙ propter eorũ gaudium & requiẽ, oĩa hęc infima loquebatur. Aug. Vel aliter, Quod sit hoc gaudium, iã superius expressum est vbi ait, Vt sint vnum sĩ. & nos vnum sumus, Hoc gaudiũ suum, id est à se in eos colatum, in eis dicit implendum propter quod se locutum dixit in mundo. Hæc est pax & beatitudo futuri sæculi. In mundo autem loqui se di

Vnitas dei & ecclesiæ.

Personarum in diuinis distinctio.

cit qui paulò ante dixerat, Iam non sum in mundo: quia enim nondum abierat, hic adhuc erat: & quia mox fuerat abiturus, hic quodammodo iam non erat.

Ego dedi eis sermonẽ tuũ & mũdus eos odio habuit, quia nõ sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Nõ rogo ut tollas eos de mũdo, sed ut serues eos à malo. De mundo nõ sunt sicut & ego nõ sum de mũdo. Sanctifica eos in ueritate. Sermo tuus, ueritas est. Sicut tu me misisti in mundũ, ita & ego misi eos in mũdũ. Et pro eis ego sãctifico meipsũ, ut sint & ipsi sãctificati in ueritate.

Chry. Rursus domin⁹ assignat causam ꝓpter quam digni sunt discipuli multa diligentia potiri à patre dicens, Ego dedi eis &c. q.d. propter te odio habiti sunt, & propter sermonem tuum. Aug. Nõdum autem id experti fuerãt passionibus suis q̃ illos postea sunt secutæ: sed more suo dicit ista: verbis præteriti temporis futura prænuncians. Deinde causam subiicit cur eos oderit mũdus dicens, Quia non sunt de mundo hoc eis regeneratione collatũ est. nã generatione de mundo erãt. Donatum est ergo eis, vt sicut nec ipse, ita nec ipsi de mundo essent, vnde sequitur: Sicut & ego nõ sum de mũdo. Ipse de mundo nunq̃ fuit, quia etiam secundum formã serui de spiritu sancto natus est: de quo illi renati. Quanuis autem iam non essent de mundo, adhuc tamen necessarium erat eos esse in mundo. vnde subdit, Nõ ro. vt tol. eos de mundo. Bed. q.d. Iam imminet tẽpus vt tollar ego de mundo, ideoq̃, necesse est vt illi nunc nõ tollãtur de mundo, vt me & te primum annuncient mundo. Quod vero subdit, Sed vt serues eos à malo, licet omne malũ intelligi possit, maximè vult intelligi malũ secessionis. Aug. Repetit autem eandem sententiã dicẽs, De mundo non sunt sicut &c. Chry. Supra autẽ dixit, Quos dedisti mihi de mundo, illic naturam dicens, hic autem de actibus malis. Dicit autẽ, Non sum de mũdo: quia nihil cõmune cum terra est eis, sed cęlestiũ facti sunt ciues: in quo amorem suum eis ostendit, dũ patri eos laudat. hoc autem ꝙ dicit sicut, cum in ipso & patre ponitur, parilitas ostenditur propter naturæ vnitatem: sed cùm de nobis & Christo dicitur, multa distantia intermedia inter vtrunq; existit. cùm autem prius dixit, Serua eos à malo non de periculorum ereptione ait solum, sed de permanẽtia in fide: vnde subdit, Sãctifica eos in veritate. Aug. Sic enim seruãtur à malo: quod superi⁹ orauit vt fieret. Quæri autem potest qũo de mundo iã non erant, si sanctificati in veritate nondũ erant, an quia & sanctificati in eadem proficiunt sanctitate, neq; hoc sine adiutorio gratiæ dei? Sanctificantur autem in veritate hæredes testamenti noui, cuius veritatis vmbræ fuerunt sanctificationes veteris testamenti: & cùm sanctificãtur inveritate sanctificantur in Christo q̃ dixit, Ego sum via veritas & vita: vnde sequitur, Sermo tuus veritas est. Græcũ euangeliũ logos habet. i. verbũ. Sanctificauit ergo pater in veritate. i. in verbo suo vnigenito suos hæredes eiusque cohæredes. Chr. Vel aliter: Sanctifica eos in veritate. i. sanctos fac per sancti spiritus donationem & recta dogmata. Recta enĩ dogmata de deo docẽt & sanctificãt animam: & quia hic de dogmatib⁹ ait subiunxit, Sermo tuus ve. est. hoc est, nullũ mendacium est in eo, & nihil typicũ ostendit neq; corporeum. Videtur autẽ mihi & aliud ostẽdere hoc ꝙ dicit, Sanctifica eos ĩ veritate. i. segrega eos sermoni & prędicationi, vnde subdit: Sicut tu me misisti &c. Glos. Pro quo enĩ Xps missus est pro hoc & hi, vnde Paulus: Deus erat in Christo mundum recõciliãs sibi, & posuit in nobis verbũ reconciliationis. hoc aũt ꝙ dicit sicut, nõ similiter de eo & de apostolis ponitur, sed vt erat possibile hoĩbus. Dicit aũt se eos misisse in mundum secundũ ꝙ erat ei consuetudo futurũ vt factum dicere. Aug. Manifestum est autem per hoc quod

Generatio & regeneratio.

Quæstio pulchra explicat.

nunc adhuc de apostolis loquitur. Nã ipsum nomẽ apostolorum quoniam græcum est, missus significat in latino. sed quoniam per hoc ꝙ Christus factus est caput ecclesiæ: illi membra sunt eius: ideo ait, Et ꝓ eis ego sanmeipsum. i. eos ĩ meipso sanctifico, cùm & ipsi sint ego: & vt intelligeremus cum dixit, Pro eis sanctifico meipsum hoc eum dixisse ꝙ eos ipse sanctificaret, mox addidit, Vt sint & ipsi sanctificati in veritate. i. in me: secundũ ꝙ verbum veritas est, in quo & ipse filius hoĩs sanctificatus est ab initio, quãdo verbũ caro factũ est. Tũc enim sanctificauit se in se. i. hominẽ se, in verbo se, quia vnus Christus verbum & homo, propter sua vero membra dicit, Et pro eis ego sanctifico meipsum, hoc est ipsos in me, quoniam in me etiam ipsi sunt & ego. Vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Quid est, Et ipsi? nisi quẽ admodum ego, & in veritate quod sum ego? Chry. Vel aliter: Pro eis sanctifico meipsum. i. meipsum offero tibi hostiam: hostiæ enim omnes sanctæ dicuntur, & quęcunque deo dicantur. quia vero antiquitus in figura sanctificatio erat vt puta in oue, nunc autem est in ipsa veritate, ideo subdit, Vt sint & ipsi sanctificati in veritate, quia & eos tibi facio oblationem. quod propterea dicit, quia ipse qui offertur est caput eorum, aut quia & ipsi immolantur. Exhibete enim (ait apostolus) membra vestra hostiam viuentem sanctam.

Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorũ in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quã tu dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum sicut & nos unum sumus. Ego in eis & tu in me, ut sint consummati in unum, & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & tu me dilexisti.

Aug. Cùm orasset dominus pro discipulis suis, quos & apostolos nominauit, adiunxit & cæteros qui in eum fuerant erediturí di. Non pro eis autem rogo tantũ &c. Chrys. Hinc rursus consolatur eos, ostendens aliorum salutis causam futurorum cùm dicit, Qui cre. sunt per ver. eo. in me. August. Vbi omnes suos intelligi voluit non solum qui tunc erant in carne, sed etiam qui futuri erant, neque hi tantum qui ipsos cum in carne viuerent apostolos audierunt, sed & post obitum eorum, & nos longe post nati per verbum eorum credidimus in Christum, quoniam ipsi qui cum illo tunc fuerũt quod ab illo audierunt, & cæteris prædicauerunt, atq; ita verbum eorum ad nos vsque peruenit, & peruenturum est ad posteros quicunque crediturí sunt: potest autem videri in hac oratione non orasse pro quibusdam suis: pro illis scilicet qui neque tunc erant cum illo, neq; per verbum eorum postea, sed in eum ante crediderunt: nunquid etiam eum illo erat tunc Nathanael, Ioseph ab Arimathia & multi alij, de quibus Ioannes dicit quod crediderunt in eum? Omitto dicere de Symeone sene, de Anna prophetissa, Zacharia, Helizabeth, Ioanne præcursore: quoniã responderi potest orandũ pro talibus mortuis non fuisse, qui cũ magnis suis meritis hinc abierãt, hoc enim & de antiquis iustis similiter respondetur. Intelligendum est igitur ꝙ nõdum ei sic crediderant, quõ ipse in se credi volebat. Sed post eius resurrectionẽ spiritu sancto impartito edoctis & cõfirmatis apostolis sic alios credidisse, quemadmodũ Christo credi oportebat. Sed restat ad quæstionem: Paulus apostolus non ab hominibus neq; per hominem, & latro qui tunc credidit quando in ipsis doctoribus fides quæ fuerat qualiscunq; defecit. proinde relinquitur vt sic intelligamus quod dictum est per verbum eorum, vt ipsum verbũ fidei quod prædicauerunt in mundo sic significatũ esse credamus. Dictum aũt esse verbum eorum, quoniã ab ipsis est pri

Membra Christi omnes Christiani.

mitus ac ꝑcipue prędicatum,nã quidem ab ipsis prędicabatur ĩ terra quãdo ꝓ reuelationẽ Iesu Christi ipsum verbum eorũ Paulus accepit, ac ꝓ hoc & ille latro in fide sua verbũ eorum habebat: ergo illa oratione ꝓ omnibus quos redemit,siue tunc in carne viuentes,siue postea futuros redẽptor noster orauit. Quid autẽ vel quare ꝓ eis rogaret,continuo subiunxit di. Vt oẽs vnũ sint, hic pro oĩbus rogauit quod vt supra ꝓ illis vt oẽs , hoc est vt nos & illi vnũ simus. Chry. Et sic in vnanimitate sermonem cõcludit,vnde incepit, ibi finiẽs. nã incipiẽs dixit. Mandatum nouum do.vo. vt diligatis inuicẽ. Hyla.8.de tri. Tum demum vnitatis profectus exẽplo vnitatis ostenditur cùm ait , Sicut tu pater in me & ego in te , & ipsi in nobis vnum sint,vt.s.sicut pater in filio & filius in patre est:ita per huius vnitatis formam ĩ patre & filio vnum oẽs essent. Chry. Rursus autẽ & hoc quod dicit,Sicut,nõ certissimæ paritatis in eis est,sed vt hominibus possibile est,sicut & cùm dicit, Estote misericordes sicut &c. Aug. Est autem hic diligẽter aduertendum,nõ dixisse dominum. Vt omnes vnũ simus. sed,Vt omnes vnũ sint,sicut tu pater in me & ego in te: subintelligitur. Vnũ sumus,ita est enim pater in filio vt vnũ sint:quia vnius substantię sunt,nos vero esse quidẽ possumus in eis vnum , vnũ tamen cum eis esse non possumus,quia vnius substantiæ nos & ipsi nõ sumus. Sic autem sunt in nobis vel nos in illis,vt illi vnum sint in natura sua,nos vnũ in nostra. Sunt quippe & ipsi in nobis, sicut deus in templo:sumus autem nos in illis sicut creatura ĩ creatore suo,ideo ergo addidit,In nobis, vt quod vnum efficimur fidelissima charitate,gratię dei tribuẽdum esset nõ nobis. Aug.4.de tri. Vel quia in seipsis vnũ esse non possunt, dissociati abinuicem per diuersas voluptates & cupiditates & immunditiã peccatorũ, vnde mundentur per mediatorem, vt sint in illo vnũ Hyla.8. de tri. Laborãtes autem hæretici fallere ne per id quod dictum est. Ego & pater vnum sumus,naturæ ĩ his vnitas & indifferes diuinitatis subst̃tia crederetur , sed ex dilectione mutua & voluntatũ concordia vnum essent, exemplum vnitatis istius ex his dictis dominicis ꝓtulerunt. Vt oẽs vnum sint &c. sed licet ipsum intelligentię suæ sensum impietas demutet. non tamen potest intelligentia non extare dictorum:si enim regenerati in vnius vitę atq; ęternitatis natura sunt,cessat in his solus vnitatis assensus q vnum sunt in eiusdem regeneratiõe naturę:soli autem patri & filio ex natura ꝓprium est,vt vnũ sint,quia deus ex deo vnigenitus , non põt nisi in originis suæ esse natura. Aug. Quid est autem hoc quod subdit. Vt mundus credat quia tu me misisti? nunquid tunc creditur⁹ est mundus quoniã in patre & filio oẽs vnum erimus? Nónne ista est pax illa ꝑpetua,potius fidei merces q̃ fides? sed etsi in hac vita ꝓpter ipsam cõmunẽ fidẽ omnes q vnum credimus vnum sumus,etiã si nõ vt credamus,sed quia credimus vnũ sumus:quid est ergo, Omnes vnum sint,vt mundus credat? Ipsi quippe oĩs mundus est credens cum de his dicat de quib⁹ dixerat,Nõ ꝓ his rogo tantum,sed ꝓ his q crediturí sunt ꝓ verba eorum in me Quõ,rogo, intellecturi sumus? nisi quia nõ ĩ eo causam posuit vt credat mund⁹ quia illi vnum sunt, sed orãdo dixit,Vt mundus credat, sicut orãdo dixerat. Vt vnum sint,Deniq, si verbum qd̃ait,rogo,vbiq,ponamus,erit hui⁹ expositio sententię manifestior, Rogo vt oẽs vnum sint,rogo & ipsi in nobis vnum sint : rogo vt mũdus credat:quia tu me misisti. Hyl.4.de tri. Vel ꝓ id mundus crediturus est filium à patre missum esse ꝙ omnes q crediturí in illũ sunt, vnum in patre & filio erunt Chry. Nihil enĩ ita scãdalizat oẽs vt ab inuicẽ diuidi,ꝙ credentes fiãt vnum,hoc ædificat ad fidem,& hoc etiã à principio dixit. In hoc cognoscent oẽs quia mei estis discipuli:si dilectionem habueritis adinuicẽ. Si.n. altercãtua,nõ dicentur pacifici magistri esse discipuli,me vero (inquit)nõ existente pacifico:nõ cõfitebuntur à te missum. Aug. Deinde saluator noster q rogãdo patrẽ se hominem demõstrabat,nunc demonstrat seipsum,quoniã cum patre deus est,facere qd̃ rogat vnde subdit. Et ego claritatem quã &c . Quã claritatem? nisi immortalitatẽ q̃ natura humana in illo fuerit acceptura , ꝓpter immutabilitatem enĩ ꝑdestinatiõis ꝓteriti temporis verbis futura significat. immortalitatis autẽ claritatem quã sibi à patre datã dicit: etiã se sibi dedisse intelligendum est. Cum enim tacet filius in opere patris operationem suã humilitatẽ cõmendat, cum vero in opere suo tacet operationem patris, parilitatẽ cõmendat. Isto igitur modo: & hoc loco nec se fecit alienum à patris opere, q̃uis dixerit, Claritatem quã dedisti mihi, nec patrem fecit alienum ab opere suo, quãuis dixerat. Dedi eis, Sicut autem ex eo ꝙ patrem ꝓ suis omnibus rogauit hoc fieri voluit vt omnes vnũ sint, ita etiã suo beneficio id fieri voluit, vnde adiunxit. Vt vnum sint in nobis , sicut & nos vnũ sum⁹. Chr. Vel claritatem dicit gloriã q̃ est per signa & dogmata,& vt vnanimes sint. vnde subdit, Vt vnum sint in no. sicut & nos vnum sumus, Hæc enim gloria vt sint vnum, etiã signis maior est. Vniuersi enim q per apostolos crediderunt vnũ sunt:& si quidã ex ipsis diuisi sunt, hoc eorum desidiæ fuit. quod tamẽ eum nõ latuit, Hyl. Per acceptum igitur & datum honorem oẽs vnum sunt: sed nondum apprehendo ratione, quoniam datus honor vnum omnes esse perficiat, sed dominus gradum quẽdã atq; ordinem cõsummandæ vnitatis exposuit cum subdit. Vt vnum sint in nobis, vt cum ille in patre ꝓ naturã diuinitatis esset, nos cõtra in eo per corporalem eius nativitatem, & ille iterum in nobis per sacramẽti esse mysterium crederetur. perfecta per mediatorem vnitas doceretur. Chry. Alibi vero ait de se & patre, veniemus & mansionem apud eum faciemus, illic quidem Sabellianorum obstruens ora, dum.s. ponit duas personas, hic vero Arrij suspitionem destruit cùm patrem per se dicit discipulis aduenire. Aug. Neq; tamen hoc ita dictum est tanq̃ pater non in nobis aut nos in patre non simus. sed per mediatorem ĩter deum & hominem se breuiter intimauit, quod vero addit, vt sint consummati in vnum: ostendit eo perduci reconciliationem quæ fit per mediatorem vt perfecta beatitudine perfruamur . vnde id quod sequitur, vt cognoscat mund⁹ quia tu me misisti, non sic accipiendum puto , tanquam iterum dixerit vt dat mundus. Quandiu enim credimus quod non videmus, nondum sumus cõsummati, sicut erimus, cùm meruerimus videre quod credimus : quando ergo de consummatione loquitur , talis est intelligenda congnitio qualis erit per speciem , non qualis nunc est per fidem. Ipsi quippe credẽtes sunt mundus nõ permanens inimicus, sed ex inimico amic⁹ affectus:ꝓpterea sequitur. Et dilexisti eos:sicut me dilexisti, In filio quippe nos pater diligit, quia in eo nos elegit: nec ideo pares sum⁹ vnigenito filio, neq; enĩ semper æqualitatem significat qd̃ dicitur. Sicut illud ita & illud , sed aliquãdo tãtũ qd̃ illud est:est & illud, ita in hoc loco nihil est aliud . Dilexisti eos sicut me dilexisti, q̃ dilexisti eos quoniã & me dilexisti. Nõ enim alia causa est diligendi membra eius nisi quia diligit eum. Cum igitur eorum q fecerit, nihil oderit, quis digne possit eloqui quantum diligat membra vnigeniti filij sui: & quãto amplius ipsum vnigenitum.

Pater quos dedisti mihi , volo ut ubi sum ego & illi sint mecum ,ut uideant claritatem meã quam dedisti mihi , quia dilexisti me ante cõstitutionem mundi . Pater iuste, mũdus te nõ cognouit.

Vnitatis duplicis ostensio.

Hæretiorũ insidiæ.

Hæreses duę colliduntur.

Ego autem te cognoui, & hi cognouerunt quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum & notum faciam, vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis.

Chry. Postq̃ dixerat, quia multi credent ꝓ eos & multa gloria potiẽtur, loquitur de reliquo de coronis eis repositis, dicẽs, Pater, quos dedisti mihi &c. Aug. Ipsi sunt quos à patre accepit, quos & ipse de mundo elegit sicut enim ait in huius orationis exordio. Dedit eis potestatem omnis carnis, id est omnis hominis vt det eis vitam ęternam, vbi ostendit potestatem se omnis hominis accepisse vt liberaret quos voluerit: & damnaret quos voluerit. Qua propter omnibus mẽbris suis promisit hoc præmium: vt vbi est ipse & nos cum illo simus. nec poterat nõ fieri: ꝙ omnipotenti patri se velle dixerit omnipotens filius, vna verò est patris & filij voluntas, etsi ĩtelligere nondũ ꝓmittit infirmitas credat pietas. Quãtum ergo attinet ad creaturam in qua factus est ex semine Dauid secundum carnem eo modo dicere potuit, vbi ego sum, vt iam ibi se esse diceret, vbi fuerat mox futur⁹. in cęlo ergo nos futuros esse ꝓmisit. Illo enim forma serui leuata est, quam sumpsit ex virgine, & ad dexterã patris collocata. Greg. 27. mora. Vbi est ergo qd̃ rursus eritas dicit. Nemo ascendit in cælũ nisi q de cęlo descẽdit. q̃ sibi in verbis suis nõ discrepat, quia enim mẽbrorum suorum caput dominus factus est, repulsa reprobo rum multitudine. solus etiam est nobiscum , & sic dum nos cum illo vnum iam facti sumus? vnde solus venit in se illud etiam solus redit in nobis. Aug. Quod verò attinet ad formam dei in qua æqualis est patri si secũdum eam vellimus intelligere quod dictum est, vbi ego sum: & illi sint mecum , abscedat ab animo omnis imaginũ corporalium cogitatio, & non inquiratur æqualis patri filius vbi sit quoniã nemo inuenit vbi non sit. Propterea non ei satis fuit dicere . Volo vt vbi ego sum & ipsi sint, sed addidit, Mecum , Esse enim cum illo magnum bonũ est. Nã & miseri possunt esse vbi est ille, sed beati soli sunt cum illo, & vt de visibili quamuis lõge dissimili qualecunque sumamus exemplũ. sicut cæcus etiam si ibi sit vbi lux est non est tamen ipse cum luce: sed absens est à præsente, ita non solũ infidelis sed etiam fidelis, etsi esse nunq̃ possit vbi non sit Christus non est tamen ipse cũ Christo ꝓ speciem: nã fidelem non est dubitandum esse cũ Christo per fidẽ, sed hic de specie illa dicebat, ĩ qua videbimus eum sicuti est: vnde adiunxit, Vt vi.cla.meã &c. Vt videant dixit: nõ. Vt credãt, fidei merces est ista, nõ fides. Chr. Non aũt dixit. Vt participent gloriam meã: sed, Vt videant, hoc occultè insinuãs quoniam oĩs requies ibi est filiũ dei videre. Dedit aũt ei pater claritatem quando eum genuit. Aug. Cũ ergo videri mus claritatem quam dedit pater filio, etiam si eam dici hoc loco intelligamus, non quam pater æquali filio gignens eũ dedit , sed quam facto homini filio dedit post mortẽ crucis. Tunc fiet iudiciũ: tunc tolletur impius ne videat claritatẽ domini. Quã? nisi illam qua deus est, si ergo secundũ id qd̃ filius de⁹ est, accipiamus hoc dictũ. Volo & vbi ego sum & ipsi sint mecũ, in patre cũ Xpo erimus, q cum dixisset, Vt vi.cla.meam quã de.mihi: cõtinuo subiũxit, Quia dilexisti me &c. In illo enim dilexit & nos ante constitutionem mundi, tunc ꝑdestinauit quod in fine futurus est mundi. Bed. Claritatem igitur vocat dilectionem qua ipse dilectus est à patre ante mũdi constitutionem , in illa claritate & nos dilexit ante constitutionem mundi. Theo. Postquam ergo pro fidelibus orauit, & tot illis prospera ꝓmisit, ponit quoddã piũ, & ꝓpria mansuetudine dignum, dicens, Pater iuste &c. q.d. ego cuperem cunctos homines cõsequi dicta bona q̃ quidem ꝓ fidelibus imploraui, sed quia ignoraue-

Apostoli quomodo de mũdo electi.

Esse cum deo est esse fœlicẽ.

runt te, ideo non cõtingent gloriã & coronas. Chry. Videtur autem mihi hoc & anxius dicere, quoniam eũ qui ita bonus & iustus est cognoscere noluerunt, non igitur hoc est quod Iudæi dicunt. Quoniam ipsi quidem te cognoscunt ego verò ignoro: sed econtrario est, vnde subdit. Ego autem cognoui te, & hi cognouerũt &c. Per spiritum sanctum eis perfectam cognitionem dando. Si autem didicerint qui-es tu, scient quia ego non sum separatus à te, sed valde amatus & proprius filius, & cõiũctus. Hoc verò suasi eis, vt ego maneam in eis , & sic fidem q̃ est in me, & amatorem seruabunt certissimæ, & hoc est qd̃ subditur. Vt dilectio qua di.me &c. q.d. Ipsis me amãtibus ego manebo in eis. Aug. Vel aliter . Quid est eum cognoscere , nisi vita æterna quam mundo damnato nõ dedit, reconciliato dedit. Propterea itaque mundus non cognouit, quia iustus es, hoc meritis eius vt non cognosceret retribuisti: & propterea mundus reconciliatus cognouit, quia misericors es, & vt cognosceret non ei merito sed gratia subueniisti, denique sequitur, Ego autem cognoui te. Ipse fons gratiæ est deus natura. homo autẽ de spiritu sancto & virgine ineffabili gratia . Denique quia gratia dei per Iesum Christum est, dicitur. Et hi cognouerunt. Ipse est mundus reconciliatus, sed ideo quia tu me misisti, ergo gratia cognouerũt. Et notum feci eis nomen tuum per fidem, & notum faciam per spẽ, vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit . Qualis est ista locutio, tali & apostolus vsus est. Bonum certamen certaui. nõ ait, Bono certamine, quod vsitati⁹ diceretur, quomodo aut̃ dilectio qua pater dilexit filium esset in nobis? nisi quia mẽbra eius sumus & in illo diligimur eum ipse diligitur totus, id est caput & corpus. Et ideo subiũxit, Et ego in ipsis . Est enim in nobis tanquam in templo suo. nos autem in illo secundum quod caput nostrũ est.

Notitia Iudæorũ de Xpo.

CAPVT XVIII.

Hæc cum dixisset: Iesus, egressus est cũ discipulis suis trans torrentem Cedron , ubi erat hortus in q. ē introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autem, & Iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.

Aug. Terminato sermone quem post cœnam dominus ad discipulos habuit, adiuncta oratione quam dixerat ad patrem, eius passionem Ioannes euãgelista sit exorsus est. Hęc cũ dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans &c . Non autem continuo hoc factum est cum eius illa finita esset oratio: sed alia quędam sunt interpositas quæ ab isto prætermissa apud alios euangelista leguntur. Aug. de con. euang. Facta est enim contentio inter eos quis eorum videretur esse maior, sicut Lucas commemorat. Dixit etiam ipse Petro: sicut ipse Lucas subiungit. Ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum & cætera quę ibi sequuntur. Et hymno dicto: sicut Matthęus & Marcus commemorant. Exierunt in montem Oliueti. Contexit ergo narrationem Matthæus & dixit. Tunc venit Iesus cum illis in villam quę dicitur Gethsemani . Iste locus est quem commemorat hic Ioannes, vbi erat hortus in quem introiuit ipse & discipuli eius. Aug. sup. Ioã. Ad hoc ergo valeat quod dictum est. Hæc cum dixisset, vt non eũ ante opinemur ingressum quam illa verba finiret. Chry. Sed propter quid nõ dixit . Cessans ab oratione venit illuc? quoniam oratio illa fuit loquela propter discipulos facta. De nocte autẽ vadit & flumen pertransit, & properat ad locum proditori cognitum, auferens his qui insidiantur laborem, & ostendens discipulis, quoniam volens ad mortem venit. Alcui. Dicit autem, Trans torrentem Cedron, id est, cedrorũ genitiuus enim est grẽcus. Transit torrentẽ: quia

Exordiũ passionis.

Tranſit torrentis mysteriũ.

de torrete passionis bibit, vbi erat hortus, vt peccatum quod in horto commissum fuerat in horto deleret. Paradisus enim hortus deliciarum interpretatur. Chry. Ne autem audiens hortum eum occultari æstimes: subiungit, Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locũ, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis, Aug. Ibi ergo Lupus ouina pelle contectus: & inter oues alto patrisfamilias consilio toleratus didicit, vbi ad tẽpus exiguum dispergeret gregem insidiis appetẽdo pastorem. Chrys. Multotiens autem ibi cum discipulis Iesus singulatiter conuenerat, de necessariis loquens, & q̃ non erat fas alios audire. Facit autem hoc in montibus & in hortis maxime purũ à tumultibus inquirens semper locum, ne mens impediatur ab auditione. Ideo autem Iudas illuc venit quoniam multotiens Christus extra pernoctabat. Iuisset autem ad domum si putasset eũ ibi inuenire dormientem. Theo. Nouerat etiam Iudas dominum festo tempore consueuisse semper docere discipulos aliquid sublime. Erat autem solitus docere huiusmodi mystica in talibus locis, ac quoniam tunc dies erat solennis, arbitratus est illum esse illic & discipulos docere quæ ad celebritatem spectabant.

Iudas ergo cum accepisset cohortẽ, & à pontificibus & pharisæis ministros, uenit illuc cum laternis & facibus & armis. Iesus itaque sciens omnia quæ uentura erant super eum, processit & dixit ad eos. Quem quæritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit ei Iesus. Ego sum. Stabat autẽ & Iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis. Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderũt in terrã. Iterum ergo interrogauit eos. Quem quæritis? Illi autẽ dixerunt, Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, dixi uobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis sinite hos abire. Vt impleretur sermo quẽ dixit, quia quos dedisti mihi nõ perdidi ex eis quẽquã.

Glo. Ostenderat euangelista quomodo Iudas ad locum vbi Christus erat peruenire potuerit, nunc ostẽdit quomodo illuc peruenit, dicẽs, Iudas ergo cum accepisset cohortem & à pontificibus &c. Augu. Cohors non Iudæorum, sed militum fuit. A præside itaque intelligatur accepta, tanquàm ad tenendum reum seruato ordine legitimæ potestatis, vt nullus tenẽtibus auderet obsistere, quanq̃ & manus tanta fuerat congregata, & sic armata veniebat, vt vel terreret, vel etiam repugnaret, si quisquàm Christũ defendere auderet. Chry. Sed qualiter cohorti suaserunt? quia milites erant pecuniarum gratia omnia facere meditantes. Theo. Faces autem asserunt & laternas? ne Christus latent in tenebris fugeret. Chry. Multotiens autem alias miserunt comprehẽdere eum, sed non valuerunt, vnde manifestum est quòd tunc spõte seipsum dedit. Propter quod subditur, Iesus autem scient omnia quæ ventura erant super eum, processit & dixit ad eos, quem quæritis? Theo. Quærit autem non vt volens scire. Nam vtique nouerat omnia q̃ ventura erant super eum, sed ostendere volẽs quoniam cum præsens esset, ab eis videri non poterat vel discerni. nam sequitur, Dicit eis Iesus. Ego sum, Chry. In medio enim eorum existens excęcauit eorum oculos, quoniam enim non tenebræ causa erant, indicauit euangelista dicens. Quoniam habuerunt lampades, si vero lãpades non essent, à voce saltem debebant eum agnoscere. Si vero & illi ignorabant, qualiter Iudas ignorauit q̃ cum eo fuerat cõtinuè? Et ideo subdit, Stabat autẽ &c. Fecit autem hoc Iesus ostendens quoniam non solum comprehendere eum non possent, sed nec videre in medio existentem, nisi ipse concederet. vnde subditur, Vt ergo di. eis. Ego sum &c. Aug. vbi nũc militum cohors? vbi terror & munimẽ armorum, vna vox turbam odiis ferocem armisq̃; terribilem sine tello vllo percussit, repulit, strauit. Deus enim latebat in carne, & sempiternus dies ita membris occultabatur humanis, vt cum laternis & facibus quæreretur occidẽdus à tenebris, quid iudicaturus faciet qui iudicandus hoc fecit? Et nũc vtique per euãgelium. Ego sum, dicit Christus, & à Iudæis expectatur antichristus: vt retro redeant & in terram cadant, quoniam descerentes cælestia terrena desyderant. Greg. sup. Ezech. Quid autem hoc quòd electi in faciẽ: & reprobi retrorsum cadunt: nisi quòd omnis qui post se cadit, ibi cadit vbi non videt, qui verò ante se cecidit, ibi cadit, vbi videt. Iniqui ergo quia in inuisibilibus cadunt, post se cadere dicuntur, quia ibi corruunt vbi quod tunc eos sequitur modo videre non possunt. Isti verò, quia in istis visibilibus semetipsos sponte deiiciunt vt in inuisibilibus erigantur quasi in faciem cadunt, quia timore compuncti videntes humiliantur. Chrysost. Demum ne quis dicat, quoniam ipse Iudæos ad hoc induxit vt eum occiderent, seipsum in manibus eorum tradens, manifestè ostendit eis omnia quæ sufficiebant eos reuocare. Sed quia permanebãt in malitia, & nullam habebant excusationem, tunc seipsum in manibus eorum tradidit: vnde sequitur, Iterum ergo interrogauit eos. Quem quæritis? Illi ergo &c. August. Audierant primo: ego sum, sed non comprehenderant, quia hoc noluit qui potuit quicquid voluit, verũ si nunquam se ab eis permitteret apprehendi, non quidem illi facerent propter quod venerant, sed nec ipse faceret propter quod venerat. Proinde quia tenere volentibus & non valentibus ostendit potestatem suam, iam tenebunt eum vt faciat de nescientibus voluntatem suam: vnde subditur, Si ergo me quæritis sinite hos abire. Chrysost. q.d. Si me quæritis, nihil vobis ad hos commune est. Ecce meipsum trado vsque ad vltimam horam ad suos dilectionis conseruantiam demonstrans. Aug. Inimicos iubet, & hoc faciunt quod iubet, sinunt scilicet nunc eos abire quos non vult perire. Chry. Vnde euangelista ostendens quòd hoc non fuit eorum propositi, sed virtus eius qui comprehensus fuerat: subiungit, Vt impleretur sermo quem dixit &c. Perditionem autem non hanc dixerat quæ est mortis, sed illam æternam euangelista verò & de præsenti morte id accepit. Aug. Nunquid autem non erant postea morituri? Cur ergo si tunc morerentur perderet eos, nisi quia nondum in eũ sic credebant quomodo credunt quicunq; non pereunt.

Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dicit ergo Iesus Petro. Mitte gladium tuum in uaginam. Calicem quem dedit mihi pater: non uis ut bibam illum?

Chry. Petrus confidens in prædicta voce domini & in his quæ iam facta erant, armatur aduersus eos qui superuenerant. vnde dicitur, Simon ergo Pe. &c. Sed qualiter qui iussus erat non peram habere, neque duo vestimenta gladium habet? Mihi videtur hunc formidans præparasse dudum. Theo. Vel ad opus agni illo indigẽs ferebat hunc etiam post cœnam. Chry. Sed qualiter qui iussus erat non alapam dare, homicida fit? quia maxime non se vlciscebatur, sed magistrum. Demum nondum perfecti adhuc erant, sed videbis postea Petrum verberatum & humiliter ferentem: non sine causa autem subdit, Et abscidit. eius audex. Videtur mihi enim impetum apostoli significare: quoniam ad ipsum caput impetum fecit. Aug. Solus autem hic euangelista etiam nomen serui huius expressit cum dicit, Erat au. no. ser. Mal. Sicut Lucas solus q̃ eius auriculam dominus tetigerit & sanauerit eum. Chry. Tunc enim miraculum fecit: & erudiens nos, quoniã eis qui male faciunt benefacere oportet & virtutem reuelans suã. Nomen aũt ꝓpterea posuit euangelista, vt his qui tũc legerẽt, liceret q̃rere si verè factũ sit. Seruũ autẽ eũ summi põtificis dicit, quia magnũ est quod factũ est, non solũ quia curauit, sed quia curauit eũ: qui sup eũ venerat, & paulopost alapã datur⁹ erat. Aug. Malchus aũt interpretatur regnaturus, quid ergo auris pro dño amputata: & à dño sanata significat, nisi auditũ amputata vetustate renouatũ, vt sit in nouitate spũs: & non in vetustate literç, quod cui pstitum fuerit à Christo quis dubitet regnaturũ esse eũ Christo? q̃ autẽ seruus inuentus est: & hoc ad illã pertinet vetustatẽ, quæ in seruitutẽ generat, sed cum accessit sanitas figurata est & libertas.

Allegoria de aure abscisa.

Theo. Vel cæsio auris dextræ serui principis sacerdotũ signum erat surditatis eorũ: quæ ꝑcipuè in principibus sacerdotũ inoleuerat. Quod aũt denuo restituta sit auris, significat vltimã reparationẽ intellectus in israeliticis veniente Elia. Aug. Factũ autem Petri dñs improbauit & progredi vltra ꝓhibuit. vnde sequit: Dicit er. Ie. Pe. Mitte gla. tuũ in vaginã. Etẽ ille ad patientiã conscribendum. Chrys. Non solũ autem minis eũ cohibuit: vt Matthæ⁹ refert, sed & aliter cõsolabat eum dicens: Calicẽ quẽ dedit mi. pa. nõ vis vt bi. illũ? ostendens quoniã non illorũ virtutis quę fiebant erãt, sed suæ cõcessionis: & q̃ non est deo cõtrarius, sed obediens vsq; ad mortẽ. Theo. In eo autẽ q̃ ipsum calicem dicit, q̃ sibi grata & acceptabilis pro salute mortaliũ mors videat ædisserit. Aug. Quod autẽ à patre traditũ sibi dicit calicẽ passionis: illud est quod ait apostolus. Filio ꝓprio nõ pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit eum: verum auctor calicis huius est etiam ipse qui bibit: vnde idem apostol⁹ di. Christus dilexit nos & tradidit seipsum pro nobis.

Calicis Christi mysteriũ

Dilectio Christi ad apostolos.

Traditio Christi ꝑ Iudam.

Iudicis vẽturi terror.

Cohors autẽ & tribunus & ministri Iudæorũ comprehenderunt Iesum & ligauerũt eum & adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim socer Caiphæ qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consiliũ dederat Iudæis, quia expedit unum hominem mori pro populo.

Theo. Peractis cũctis quæ sufficiẽter se habebant ad prohibendũ Iudæos: eũ illi hoc nequaq̃ discernerẽt tũc duci se ꝓmisit, vnde dicit: Cohors ergo & tribunus &c. Augu. Cõprehenderunt ad quẽ non accesserũt nec audierunt. Accedite ad eũ & illuminamini. Si emẽ sic accederent non eũ manibus occidendũ: sed recipiendũ corde cõprehenderẽt. Nunc aũt quãdo eum illo modo comprehenderũt ab eo longius recesserunt. Sequit: Et ligauerunt eum à quo solui potius velle debuerũt: & erant fortè in eis: postea liberati ab eo dixerũt. Dirupisti vincula mea. Postea verò q̃ persecutores tradente Iuda dominum ligauerũt: vt intelligatur Iudas non laudabilis vtilitate traditionis huius sed sceleris volũtate dãnabilis, subditur: Et adduxerunt eũ, &c. Chrys. Prè delectatione enim gloriabant in his quę fiebant quasi tropheũ statuẽtes. Augu. Nec tacet causam cur ita factũ sit subdens. Erat emẽ socer &c. Merito & Matthæus cũ id breuius narrare voluisset, eũ ad Caipham ductũ fuisse commemorat: quia & ad Annã prius ideo ductus est, q̃ socer eius fuerit: vt intelligẽ dum sit hoc eũdem Caipham fieri voluisse. Beda. Quatenus dum à consimili põtifice dãnaretur, ipsi quoque minoris criminis reus haberetur, vel fortassis sic domus eius sita erat vt præterire eã non possent, siue diuinitus actũ est: vt qui erant affines sanguine sociarentur in scelere. Sed quod dicit quòd esset pontifex anni illius: sonat contrariũ legi, in qua præceptum erat, vt vnus esset pontifex summus: quo mortuo succederet ei filius suus, sed iam pontificatus ambitione erat infectus. Alcui. Refert enim Iosephus istum Caipham vnius anni sacerdotium redemisse. Non ergo mirũ si iniquus põtifex iniquè iudicauerit: sæpe qui per auaritiam ad sacerdotium accedit, per iniustitiã in eo põtifex seruatur. Chryso. Ne autem audiens vincula auditor tu emptiti⁹, multuetur recoluit prophetię quoniam mors eius salus fuit orbis terrarũ. vnde sequitur: Erat autẽ Caiphas qui consilium dederat Iudæis, quia expedit vnũ hominem mori pro populo, tanta enim est veritatis superabũdantia: vt & inimici eam personent.

Caiphas

Sequebatur autẽ Iesum Simõ Petrus & alius discipulus. Discipulus autẽ ille erat notus pontifici & introiuit cũ Iesu in atriũ pontificis. Petrus autẽ stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ: & introduxit Petrũ. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. Nũquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dixit ille. Non sum. Stabãt autẽ serui & ministri ad prunas quia frigus erat: & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se.

Augu. de con. euã. De Petri tentatione quæ inter dominicontumelias facta est non eodẽ origine omnes narrant. Nam ipsas primo cõmemorat Matthæus & Marcus: deinde Petri tentationẽ. Lucas verò explicat prius tentationes Petri, demũ domini contumelias, Ioannes autem incipit Petri tentationẽ dicere cùm dicit, Sequ. au. Ie. Si. Pe. & alius disci. Alcui. Ex deuotione sequebatur magistrum: quãuis à longè propter timorẽ. August. Quis sit autẽ ille alius discipulus: non temere affirmãdum est: quia tacetur. Solet autẽ se idem Ioannes ita significare & addere: quem diligebat Iesus, fortassis ergo & hic ipse est. Chryso. Si autẽ occultat humilitatis gratia, etenim hic magnã rectitudinẽ enarrat qũo omnib⁹ fugientibus ipse sequitur: sed ꝓponit sibi Petrũ & suipsius coactus est meminisse vt discas quoniã certius aliis enarrat ea quæ facta sunt in atrio quasi ītus existẽs. Succidit autem propriã laudem subdẽs. Disci. au. ille erat notus &c. Nõ enim hoc vt magnum quid de seipso ponit, sed quia dixit q̃ intrauit cũ Iesu solus, vt non æstimes hoc excelsæ mentis esse addit causam. Igitur Petrum veniſſe illuc amoris fuit, non intrasse autẽ intra timoris, vnde sequitur: Petrus au. sta. ad ostiũ foris. Alcu. Foris stabat qui negaturus erat dñm, nec erat in Christo, qui Christũ confiteri non erat ausus. Chrys. Sed quoniam & Petrus intrasset vtiq; domũ si ei concessum esset indicauit subdens, Exiuit er. discipulus &c. Ideo autem ipse eũ non introduxit, quia Christo adhærebat & sequebatur eum. Sequitur: Di. er. an. ostia. Nũquid &c. Dicit ille. Non sum. Quid dicis ô Petre? Nõne prius dixisti. Et si oportuerit animam meã pro te ponã? quid ergo factũ est: quoniã nec ostiariæ fers interrogationẽ. Non erat miles qui interrogabat: sed ostiaria vilis: neque dixit. Seductoris discipulus es: sed hoīs illius quod miserentis erat. Dicit aũt. Nunquid & tu: quia Ioãnes intus erat. August. Sed quid mirum si deus vera prædixit, homo autem falsa prę sumpsit? Sanè in ista quæ iam cœpta est negatione Petri debemus aduertere non solũ ab eo negari Christum: qui dicit eum non esse Christum: sed ab illo etiam qui negat se esse christianũ. Dominus enim non ait Petro. Discipulũ meũ tu negabis, sed me negabis, negauit ergo ipsum cũ se negauit esse discipulum. Quid autẽ aliud isto modo q̃ se negauit christianum. q̃ multi postea etiam pueri & puellæ potuerunt mortem pro Christi confessione contẽnere & regnũ cælorũ forti ter introire, quod tunc iste non potuit qui claues regni eius accepit: ecce vnde dictum est. Sinite hos abire, quia quos dedisti mihi, nõ ꝓdidit ex eis quenq̃, vtiq; eñ Petrus si negato Christo hĩc iret, quid aliud q̃ periret? Chrysosto. In sermone de Petro & Elia. Idcirco autem

Consen. euange. de negatione Petri.

Tropolo gica expositio.

Compre henſio Iesu.

Gladius : vnde Petro.

diuinæ prouidentię secretū permisit vt primus ipse laberetur Petrus: quo erga peccātes duriorem sententiā proprii casus intuitu temperaret. Petrus enim orbis terrarum doctor & magister peccauit & veniam impetrauit, vt hæc indulgentiæ norma & regula iudicantibus præbetur. Idcirco eñ angelis arbitror cōmissam sacerdotii potestatem, ne cū ipsi minimè peccarent: in peccatoribus sine misericordia vīdicarēt. Homo passibilis supra homines ordinatur, vt dū ipse in aliis suas recolit passiones: mitē apud eos se præbeat & benignū. Theo. Quidam tamen inanē quandam gratiam apropriantes Petro dicūt, ꝙ ideo negauit Petrus, quoniā volebat semper esse in Christo, & sequi cōtinuè. Nouit enī ꝙ si fateretur se esse de Christi discipulis, diuideret ab eo & nō haberet vltra spaciū sequendi videndiq; dilectū, vnde si mulabat se officiū gerere ministrorū ne vult⁹ mœsticia cognitus excluderetur, vnde sequitur: Stabant autē ser. & mini. ad pru. quia fri. erat & cale. se. Erat autem & Petrus stans &c. Augu. Nō hyems erat: & tamen frigus erat: quale solet etiam æquinoctio verno accidere. Gre go. 2. mo. Iam autē intus à charitatis calore Petrus torpuerat: & ad amorem præsentis vitæ quasi ad persecutorum prunas infirmitate æstuante recalebat.

Petrus quare negare permissus.

Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis & de doctrina eius. Respondit ei Iesus. Ego palàm locutus sum mūdo: Ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interrogat eos qui audierūt quid locutus sim ipsis, ecce hi sciunt quæ dixerim ego.

Chrys. Quia Christo nullū crimen inferre poterāt de discipulis interrogabant, vnde dicitur: Pōt. er. in Ie. de discipulis suis fortassis vbi erāt: vel cuius gratia eos collegit: hoc autē dicebat quasi seditiosum & nouarū rerū factorem eū redarguere volens, quasi nullo alio attendere ei q̄ eius discipulis. Theo. Explorat īsuper de doctrina, vnde sequitur: Et de doctrina ei⁹ cuiusmodi. s. foret vtrum à lege discrepās & aduersa Moysi: vt exinde occasione concepta vt dei emulū perdat. Alcui. Non enim cognoscēdæ veritatis amore interrogat, sed vt causam inueniret qua eū accusare potuisset: & tradere Romano præsidi ad damnādum. Sed dominus ita temperauit responsionē: vt nec veritatem taceret, nec se defendere videretur. Sequitur eñ: Respondit ei Ie. Ego palàm locutus sum mun. ego semper &c. Augu. Non prętereūda nascitur hic quæstio. Si enim ipsis discipulis non loquebatur palàm: sed horam promittebat quādo palàm fuerat locuturus, quomodo palàm locutus est mundo? Deinde ipsis discipulis suis multo manifestius loquebatur quando cū eis erat remotus à turbis: tūc enim & parabolas aperiebat, quas clausus ꝓferebat ad alios. Sed intelligendum est ita eum dixisse. Palàm locutus sum mūdo, ac si dixisset, Multi me audierūt: & rursus non erat palàm, quia non intelligebant: & quòd seorsum discipulis loquebatur nō in occulto vtiq; loquebatur. Quis nanq; in occulto loquitur qui corā tot hominibus loquitur? præsertim si hoc loquitur paucis: quod per eos velit innotescere multis. Theo. Reminiscit autem hic prophetiæ quæ dicit. Non in occulto locutus sum: nec in occulto terræ tenebroso. Chrys. Vel locutus est quidem in occulto: sed non vt hi æstimabant trepidans, & seditionem faciens: sed vbi multorū auditione superiora erant quæ dicebantur: volens autē ex superabūdantia fidedignum cōstituere suū testimoniū subdit. Quid me interro. Interro. eos qui audi. quid locu. sim ipsis. Ecce hi &c. q. d. Tu me de meis interrogas: interroga inimicos meos qui insidiātur mihi: sicut autem hæc verba confidentis in eorū quę dicta erant veritate. Hæc est enim veritatis inaltercabilis demonstratio: cū inimicos quis inuocat testes. Aug. Ipsa enim quę audierant & nō intellexerāt talia erant vt nō possent iustè ac veraciter criminari: & quotiescūque interrogando tentarūt vt inuenirent vnde accusarent eū, sic eis respondit vt omnes eorū retūderent doli: & calūniæ eorum frustrarentur.

Hæc autem cū dixisset, unus assistens ministrorū dedit alapam Iesus dicens. Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus. Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, Si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatū ad Caipham pontificem.

Theo. Cùm Iesus astantiū interpellasset testimonium, volēs se minister excusare quod nō esset de his qui admirābantur Iesum percussit eum, vnde dicitur: Hæc autem cùm dixisset &c. Aug. de con. euan. Hic sanè ostenditur quòd Annas pontifex erat: nōdum enim erat missus ad Caipham cū hoc diceretur. Et hos duos Annam & Caipham pontifices cōmemorat etiam Lucas in initio euangelii sui. Alcui. Hic impletur prophetia. Dedi maxillam meā percutientibus: sed Iesus iniustè percussus mansuetè respondit, vnde sequitur: Respōdit ei Iesus. Si malè locutus sum &c. Theo. q. d. Si habes ex his quæ nunc à me plorata sunt reprehēdere, ostende quòd mali dixerim: quòd si nequis quid furis? vel etiam sic. Si perperam docui cū in synagogis docebā, certifica principē sacerdotū: ꝙ si rectè docui: ita vt etiā vos ministri miraremini: quid me nūc cædis quem prius admirabaris? Augu. Quid ista responsione verius mansuetius, iustius? Qui enim accepit alapā nunquid vellet eū qui per cussit aut cælesti igne consummi: aut terra de hiscente sorberi, aut correptum dæmonio voluntari, aut etiam alia huiusmodi qualibet pœna, vel etiā grauiori puniri? quid horū per potentiam iubere non potuisset ꝓ quē factus est mundus: nisi patientiam nō docere maluisset, qua vincitur mundus? Hic dicet aliquis cur fecit quod ipse præcepit percutienti. s. non sic respondere: sed maxillam debuit alteram prębere. Quid quòd & mansuetè respondit & non solū maxillam alteram iterum percussuro sed totum corpus figēdum pręparauit in ligno: & hinc potius demonstrauit sua illa præcepta patientiæ non ostensione corporis, sed cordii prępara tione fienda. Fieri enim potest vt alteram maxillam visibiliter homo prębeat iratus: quantò ergo melius & respondet vera placatus: & ad perferenda grauiora tranquillo animo sit paratus? Chrysost. Quid igitur consequens erat, nisi aut redarguere aut acceptare quod dictum est: sed hoc non fit. Ea enim quæ fiebant non erant iudicium: sed seditio & tyrannis. Non inuenientes aūt quid plus facerent, mittūt eum ligatum ad Caipham, vnde sequitur: Et misit eum Annas ligatum, ad Caipham pontificem. Theo. Suspicantes hunc cū astutior esset excogitare aliquid posse aduersum Iesum dignum morte. Augu. Ad illum autem sicut Matthæus dicit, ab initio ducebatur quoniam ipse erat illius anni princeps sacerdotū. Alternis quippè intelligēdi sunt solere annis agere pōtificatum: & credendum est secūdum voluntatem Caiphæ id esse factum, vt Iesum primo ad Annā ducerent, vel etiam domos eorum ita fuisse positas: vt non deberet Annas à transeuntibus præteriri. Beda. Quòd autem dicit ligatum: non sic intelligendum quod tūc tantum fuerit ligatus, sed tunc ligatus est: cum est captus, itaque ligatum ad Caipham misit, sicut sibi fuerat præsentatus, siue fieri potuit, vt ad horam solueretur quatenus discuteretur, post hoc discussus iterum ligaretur & sic ad Caipham mitteretur.

Mansuetudo Christi.

Processus tumultuarius.

Erat autem Simon petrus stans & calefaciens se. Dixerūt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Nō sum. Dicit ei unus ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidis Petrus auriculā. Nōne ego te uidi in horto cū illo? Iterū ergo negauit Petrus, & statim Gallus cātauit.

Augu. Cùm dixisset euangelista ꝙ Iesum ligatū misserat Annas ad Caiphā, reuersus est ad locū narrationis, vbi reliquerat Petrū, vt explicaret quod in domo Annę de trina eius negatione cōtigerat: vnde dicit, Erat aūt Simon Petrus &c. Hic recapitulat quod ante iam dixerat. Chrys. Vel multo stupore detinebatur qui feruidus erat, vt deducto Iesu de cætero moueretur. Sed hoc fit vt discas, quanta naturæ sit imbecillitas: cū deus homi nem dereliquerit, & interrogatus rursus etiam negat: vnde sequitur, Dixerunt ergo ei, Nūquid & tu ex discipulis &c. Aug. de con. euā. Hoc loco inuenimus nō ante ianuam, sed ad focum stantē secundo negasse Petrū, quod fieri nō posset, nisi iam rediisset postea q̄ foras exierat: vt Matthæus dicit, Neq; enim iam exierat, & foris vidit eum altera ancilla, sed cū exiret eum vidit, id est surgeret & exiret animaduertit eum, & dixit his qui erant ibi. i. qui simul erant ad ignem intus in atrio. Et hic cū Iesu Nazareno erat. Ille autem qui foras exierat, hoc audito rediens iurauit illis contra nitentibus, quia non noui hominē. Deinde in eo ꝙ Ioannes hic ait, dixerunt. Nūquid & tu ex discipulis eius es? quod redeunti ꝙ stanti dictum intelligimus. Hoc quoq; confirmat, nō illam tantū. alteram ancillam quā commemorāt in hac secunda negatione Matthæus & Marcus, sed & alium quendam cōmemorat Lucas cū Petro illud egisse: vnde Ioannes dicit. Dixerunt ergo ei. Ioannes aūt secutus de tertia Petri negatione, ita explicat. Dicit ei vnus ex seruis pontificis &c. Quòd Matthæus & Marcus non singulari sed plurali numero annūciant eos qui cū Petro agebant, cū Lucas vnum dicat. Ioānes quoq; vnum cumq; cognatum eius cuius abscidit Petrus auriculam, facille est intelligere, aut pluralem numerū pro singulari vsitata locutione vsurpasse Matthæum & Marcum, aut quòd vnus Maximè tanq̄ sciēs, & qui eum viderat affirmabat, cæteri autē secuti eius fidem Petrum simul vrgebant. Chry. Sed neque hortus in memoriā eius reduxit eorū quæ ibi dicta sunt neq; multa dilectio quā illic per verba multa ostendit: vnde sequitur, Iterū ergo negauit Petrus &c. Augu. Ecce medici cōpleta est prædictio, ægroti conuicta præsumptio: non enim factū est, quod ille dixera. Animā meā pro te ponā: sed factū est, quod ille prædixerat. Ter me negabis. Chrys. Euangelistæ verò concorditer negationē Petri scripserunt, nō discipulum accusantes, sed nos erudire volentes quantū malum sit non deo totū concedere: sed in semetipso cōfidere. Beda. Mysticè autem per primā Petri negationē illi designantur, qui ante passionem ipsius negauerunt eum esse deū, per secūdam verò illi qui post resurrectionem eius in diuinitate pariter & humanitate offenderunt. Item per primū gallicantum ipsius designatur capitis resurrectio, per secūdum illa quæ in fine celebrabitur totius corporis. Per primam autē ancillam quæ petrum negare coegit designatur cupiditas, per secundam carnalis delectatio, per vnū seu plures seruos dæmones qui suadent Christum negare.

Consen. euange.

Implet Christi sentētia.

Allegotia pulchra.

Prætorii locus qs.

Adducunt ergo Iesum à Caiphain prætoriū, Erat autē mane. Et ipsi non introierūt in præceptoriū ut non contaminarē tur: sed manducarent pasca. Exiuit ergo pilatus ad eos foras & dixit, Quā accusatione affertis aduersus hominē hunc? Respondērūt, & dixerūt ei. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eū. Dicit ergo eis pilatus, Accipite eum uos, & secundum legem uestrā iudicate eum. Dixerunt ergo Iudæi, Nobis nō licet interficere quenquā ut sermo Iesu impleretur quem dixit significans qua morte esset moriturus.

Augu. Redit euāgelista ad locum narrationis suæ vbi eam reliquerat vt explicaret Petri negationē: vnde dicitur, Adducunt ergo Iesum &c. Ad Caipham quippè ab Anna collega & socero eius dixerat missum: sed si ad Caiphā, cur ad prætorium quod nihil aliud vult intelligi quàm vbi præses Pilatus habitauit? Beda. Prætorium enim dicitur sedes prætoris. Prætores verò dicūtur perfecti siue prętores: eo quòd ciuibus præcepta donent. Augus. Aut igitur aliqua vrgente causa de domo Annę, quoad audiēdū ambo conuenerant Caiphas perrexerat ad prætorium præsidis & socero suo Iesum reliquerat audiēdum, aut in domo Caiphæ prætorium pilatus acceperat: & tanta domus erat vt seorsum habitantem dominū Iesum seorsum iudicem ferret. Augus. de con. euā. Tamen ad ipsum Caipham ab initio dicebatur ad quem in extremo perductus est, sed quia iam tanq̄ conuictum rem adducebant, Caiphæ autē antea visum fuerat vt Iesus moreretur, nulla mora ītē posita est quin occidendus pilato traderetur. Sequitur: Erat autē mane. Chryso. Antequā Gallus cantaret ad Caiphā ducitur, mane verò pilatū per quæ demonstrat euangelista, quoniā per totū intermediū noctis à Caipha interrogatus in nullo redarguitur, & iccirco misit eum pilato, sed in aliis dimittēs enarranda, ipse quæsiuit quod deinceps est. Sequitur eñ: Et ipsi nō intro. &c. Augu. Hoc est in eum patrē domus quā pilatus tenebat si ipsa erat domus Caiphæ. Cur aūt non introierunt exponit subdens. Vt contaminarentur &c. Chry. Quoniā tunc Iudæi faciebant pascha, ipse verò ante vnam diem tradidit pascha, reseruans suā occasionē sexta feriæ quando vetus pascha fiebat. vel pascha dicit totū festum. Augu. Dies enim agere cœperant azimorū quibus diebus cōtaminatio illis erat: in alienigenę habitaculum intrare. Alcu. Pascha enim propriè dicebatur dies illa qua agn⁹ ad vesperā. 14. luna occidebatur. Septem verò dies sequentes dies azimorū dicebantur, in quibus nihil fermentatū in domibus eorū debuit inueniri, sed tamen dies paschalis inuenitur inter dies azimorum: vt apud Matthæū. Prima autē die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Pascha etiā dies azimorū inueniuntur nominati sicut hic. Vt māducarent pascha. Pascha enim nō immolationē agni hic notat, quæ fiebat. 14. luna ad vesperam, sed magnam solēnitatē quæ. 15. celebrabatur post agni immolationem. 14. enim luna dominus sicut & alii Iudæi pascha celebrauit. 15. luna quando magna solennitas celebrabatus est crucifixus. 14. vero luna cœpit esse immolatio, ex quo captus est in horto. Aug. O impia ęcitas alienigenę iudicis prętorio cōtaminari timebant, & fratris innocentis sanguinē non timebant. Nam ꝙ etiā dñs erat & vitæ dator qui occidebatur nō eorū conscientiæ, sed nescientię deputetur. Theop. Sed Pilatus vtcunq; ꝓcedens mitius ipse idem egreditur, vnde sequitur: Exiuit er. Pilatus &c. Bed. Hæc aūt erat consuetudo Iudæorum vt quē mortis reum iudicarent vinctum præsidi traderent, vt dum præses vinctū cerneret intelligeret morti addictū. Chryso. Sed videns eū ligatum & à tot ductū non ęstimauit hoc argumentum esse inaltercabile sed interrogat: vnde sequit, Et di. eis. Quā accusationē &c. Incōueniēs eñ dicit esse iudiciū eos rapuisse, dupliciū aūt illi cōcedere. Sed illi renuentes ex directo accusationē: & coniecturis quibusdā vtūtur: vnde sequitur, Responderunt & dixe. Si non esset hic &c. Aug. Interrogētur atq; respondeans ab immūdis spiritibus liberati, cæci vidētes: mortui resurgētes,

Pilati rigor.

& quod omnia ſuperat, ſtulti ſapientes, vtrũ ſit malefactor Ieſus: ſed iſta dicebãt, de quibus p̃ prophetam iam ipſe prædixerat. Retribuebant mihi mala pro bonis. Augu. de con. euã. Sed videndũ eſt ne contra ſit qđ Lucas dicit certa in eo dicta eſſe crimina. Cœperũt autẽ illum (inquit) accuſare, dicentes. Hũc inuenimus ſubuertentẽ gentem noſtrã: & ꝓhibentẽ tributa dari Cæſari, & dicentẽ ſe Chriſtũ regem eſſe. Sed ſecundũ Ioan. videtur Iudęi noluiſſe dicere crimina, vt eorũ auctoritatem ſecut⁹ Pilatus, quid ei obiicerẽt deſineret q̃rire. Sed ob hoc tantũ nocentẽ crederet q̃ ſibi ab eis tradi meruiſſet, ergo intelligere debemus & hoc dictũ eſſe, & illud qđ Lucas cõmemorauit. Multa em̃ dicta & multa reſpõſa ſunt: Vnde in narrationẽ ſuam quiſq; poſuit, quod ſatis eſſe iudicauit: nã & ipſe Ioan. dicit quędã quæ obiecta ſunt quæ ſuis locis videbim⁹. Itaq; ſequit: Dicit er. eis Pi. Accipite &c. Theo. q. d. Quoniã ad votũ iudiciũ poſcitis & ſuperbitis, ac ſi nihil vnq̃ prophanũ ęgeritis accipite vos & dãnatę, ego nequaq̃ talis iudex efficiar. Alcui. Vel hoc dicit. q. d. vos qui legẽ habetis ſcitis quid lex de talibus iudicet, ſecũdum quod iuſtũ eſſe ſcitis: ita facite. Sequit: Dice. er. ei Iudæi &c. Aug. Sed nõne lex præcepit ne malefactoribus pſertim ſeductoribus adeò qualem iſtũ putabãt parcãt? Sed intelligendũ eſt eos dixiſſe non ſibi licere interficere quenq̃ propter feſti diei ſanctitatem quã celebrare iã cœperant. Ita ne oẽm ſenſum nimia malitia pdidiſtis: vt ideò vos à ſanguine innocentis impollutos eſſe credatis, quia eũ fundendũ alteri traditis? Chryſ. Vel ideo ipſi eũ non interficerunt, qa multũ de poteſtate eorũ abſciſſum erat eis Romanis regibus ſubiacẽtibus. Vel ali. Quia dixerat eis: ſcđm legem veſtrã interficite eũ: volentes oſtẽdere q̃ peccatum eius non eſt Iudaicũ, dicunt, Nõ licet nobis. Non em̃ ſecũdum legẽ noſtrã peccauit, ſed crimẽ eius eſt publicũ, quia ſe regem dixit, vel quia eũ crucifigi cupiebãt: vt etiam modo mortis eũ diffamẽt. Non aũt licebat eis crucifigere. Sed quod olio modo interficiebãt mõſtrat, Stephanus ab eis lapidat⁹. Et ideo ſubditur: Vt ſermo Ieſu &c. quoniam. ſ. Iudæis crucifigere nõ licebat, aut dicit hoc euãgeliſta, quoniã nõ ab eis ſolũ, ſed & à gẽtib⁹ debebat interfici. Aug. Sic em̃ legimus apud Marcum vbi ait. Ecce aſcẽdim⁹ Hieroſolymã, & filius hoĩs tradetur principibus ſacerdotũ & ſcribis, & tradent eũ gẽtibus. Pilat⁹ aũt Romanus erat, eumq; in Iudęã Romani præſidem miſerant, Vt ergo iſte ſermo Ieſu impleretur. i. vt eum ſibi traditũ gentes interficerent, noluerunt eũ accipere dicentes: Nobis non licet interficere quenquam.

Accuſatio Chriſti.

Introiuit ergo iterũ in prætoriũ Pilatus & uocauit Ieſum, & dixit ei, Tu es rex Iudæorũ? Reſpondit Ieſus, à temetipſo hoc dicis, an alij dixerũt tibi de me? Reſpondit Pilatus. Nũquid ego Iudæus ſum? Gens tua & põtifices tui tradiderũt te mihi. Quid feciſti? Reſpondit Ieſus. Regnũ meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mũdo eſſet regnũ meum, miniſtri mei utique decertarent ut non traderer Iudæis. Nunc autẽ regnum meum non eſt hinc. Dixit itaque ei Pilatus. Ergo rex es tu? Reſpondit Ieſus. Tu dicis quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mũdum, ut teſtimonium perhibeam ueritati. Omnis qui eſt ex ueritate audit uocem meam. Dicit ei pilatus, Quid eſt ueritas?

Chryſ. Pilatus ab odio Iudęorũ eripi volens iudicium nõ protraxit in longũ: vnde dicitur, Introiuit ergo iterum &c. Seorſum eo q̃ magnã habebat de eo ſuſpitionem. Proponebat autem omnia exquiſitè rimari amato ſtrepitu Iudæorũ: vnde ſequitur. Et dixit ei, Tu es rex Iudæorũ? Alcui. His verbis oſtẽdit Pilatus Iudęos abiciſſe hoc criminis vt viceret ſe eſſe regẽ Iudęorũ. Chry.

Pilati aſtutia.

Vel hoc Pilat⁹ à multis audierat. quia verò nihil illi habebant dicere nõ multo fieret inueſtigatio, quod cõmuniter dicebaẽ hoc in mediũ ducere vult. Sequit: Reſpondit ei, A temeipſo &c. Theop. Innuit ex hoc Pilatũ eſſe vecordẽ ac indiſcretè iudicantẽ, ac ſi diceret. Si hoc ex teipſo loqueris pãdis ſigna meæ rebelliõis, ac ſi ab aliis pcepiſti inquiſitionẽ fac ordinariã. Augu. Sciebat vtiq; dñs & quod ipſe interrogauit, & quo ille reſponſurus fuit, ſed tamen dici voluit nõ vt ipſe ſciret, ſed vt cõſcriberetur q̃ voluit vt ſciretur. Chryſ. Non ergo ignorans interrogat: ſed ab ipſo accuſari Iudæos volens: vnde ſequitur, Reſpon. Pil. Nũquid ego Iu. ſum. Aug. Abſtulit à ſe ſuſpitionem qua poſſet putari à ſemetipſo dixiſſe id ſe à Iudæis audiſſe demonſtrans: vnde ſubdit, Gens tua &c. Deinde dicendo. Quid feciſti? Satis oſtendit illud ei pro crimine obiectum tanq̃ diceret. Si te regẽ negas, quid feciſti vt tradaris mihi? quaſi mirũ non eſſet, ſi puniendus iudici traderetur qui ſe diceret regẽ. Chryſo. Reducit autem Pi. non valde malum exiſtentem, & vult oſtenderet q̃ nõ eſt homo nudus: ſed deus, & dei filius, & qđ formidauerat pilatus diſſoluit tyrannidis ſuſpitionẽ: vnde ſequitur, Reſpondit Ieſus. Regnum &c. Augu. Hoc eſt quod bon⁹ magiſter ſcire nos voluit, ſed prius nobis demoſtranda fuerat vana hominũ de regno eius opinio, ſiue gentiũ, ſiue Iudæorũ, à quibus id Pilatus audierat, quaſi propterea fuiſſet morte plectẽdus q̃ illicitum affectauerit regnũ, vel quoniam ſolent regnaturi inuidere regnanti, & videlicet cauendũ erat ne huius regnum ſiue Romanis ſiue Iudæis eſſet aduerſum. Quòd ſi interrogante Pilato cõtinue reſpondiſſet, non etiam Iudæis: ſed ſolis gentibus hoc de ſe opinantibus reſpõdiſſe videret. Sed poſt reſponſionẽ Pilati, iam Iudæis & gentibus oportunis aptiuſq; reſpõdit. q. Audite Iudæi & gentes, non impedio dominationẽ veſtram in hunc mũdo. Quid vultis amplius? Venite credendo ad regnum quod non eſt de hoc mundo. Quid eſt em̃ eius regnum niſi credentes in eũ? quibus dicit. De hoc mũdo non eſtis q̃ eos eſſe vellet in mundo: vnde & hic non ait. Regnũ meum non eſt in hoc mũdo, ſed non eſt de hoc mũdo. De mũdo enim eſt quicquid hominum à deo quidem creatũ, ſed ex Adam vitiata ſtirpe genneratum eſt. Factum eſt autem regnũ nõ iam de mũdo quicquid inde in Chriſto regeneratũ eſt. Sic enim nos deus eruit de poteſtate tenebrarũ & tranſtulit in regnũ filii charitatis ſuæ. Chryſo. Vel hoc dicit: quoniã non tenet regnum vt hic reges terreni tenent, ſed quoniã deſuper habet principatũ qui non eſt human⁹, ſed multo maior & clarior: vnde ſubdit, Si ex hoc mũdo eſſet &c. Oſtendit hic regni eius quod apud nos eſt imbecillitatẽ, quoniam à miniſtris habet fortitudinem, ſuperius verò regnum ſufficiens eſt ſibiipſi nullo indigens. Si igitur maius eſt illud regnum, volens captus eſt ſeipſum tradẽs. Aug. Cùm autem probaſſet regnũ ſuum nõ eſſe de hoc mundo: ſubdit, Nunc autem regnũ meum non eſt hinc, non dicit. Non eſt hic, hic enim eſt regnũ eius vſque ad finem ſeculi habens intra ſe commixta zizania vſq; ad meſſem: ſed tamen nõ eſt hinc, quia pegrinatur in mundo. Theo. Vel ideò nõ dicit. Nõ eſt hic, ſed non eſt hĩc: nam regnat in mũdo & vtiq; illius ꝓuiſione & iuxta votum cũcta diſponit. Non eſt aũt ab infimis cõſtitutũ regnum eius: ſed cælitus & ante ſecula. Chry. Hinc aũt hęretici accipientes occaſionẽ alienum eũ eſſe à mũdi conditione dicũt. Sed cũ dicit, Regnũ meũ non eſt hinc, nõ priuat mundũ à ſua ꝓuidẽtia & ꝓlatione, ſed oſtẽdit regnũ ſuũ nõ eſſe humanũ neq; corruptibile. Sequit: Dicitaq; ei. Pi. Er. rex es tu? Rñdit Ie. Tu dicis &c. Auguſt. Nõ quia regẽ ſe timuit cõfiteri, ſed ita dictũ eſt, vt neq;

Regni Chriſti cõditio.

regem ſe neget: neq; regem ſe talem eſſe fateatur, cuius regnũ putetur eſſe de hoc mundo. Dictum eſt enim, Tu dicis, ac ſi diceretur. Carnalis carnaliter dicis. Deinde ſubiungit. Ego in hoc natus ſum &c. Non eſt producenda huius pro nominis ſyllaba quod ait, In hoc natus ſum: tanq̃ dixerit. In hoc renatus ſum: ſed corrpiẽda tãq̃ dixerit. Ad hoc natus ſum: ſicut & ait, Ad hoc veni in mundũ. Vnde manifeſtũ eſt eũ tẽporalem natiuitatem ſuã hic cõmemoraſſe, qua incarnat⁹ venit in mundum: non illã ſine initio qua deus erat. Theo. Vel alit. Queſito per Pilatum ſi dominus eſſet rex. Ego (inquit) in hoc natus ſum. i. ad hoc, quia rex ſum hoc enĩ ipſo q̃ à rege productus ſum: me quoq; teſtor fore regẽ. Chry. Si igitur rex natus eſt, nihil niſi accipiẽs habet, Ad hoc (inqt) veni: vt teſtimonium perhibeã veritati, hoc eſt vt hoc ipſum ſuadeã oĩbus. Et notandum eſt q̃ ſuã humilitatẽ oſtendit, dum dicentibus. Quoniã malefactor eſt: feretbat ſilens. quando vero interrogatus eſt de regno, tunc locutus eſt ad Pilatum erudiens eũ & reducens ad altiora & oſtendit ſe nihil verſutum operatum eſſe per hoc qđ dicit, Vt teſtimonium perhibeã veritati. Aug. Cum aũt Chriſtus teſtimonium perhibeat veritati, teſtimonium perhibet ſibi: eius quippe eſt vox. Ego ſum veritas. Sed quia nõ oĩm eſt fides, adiũgit atq; ait, Oĩs q̃ eſt ex veri. au. vo. meã, Audit vtiq; interioribus auribus. i. obedit meæ voci, ac ſi diceret. Credit mihi. Quod vero ait, Oĩs qui eſt ex veritate, gratiã cõmendauit: qua ſcđm propoſitum vocat. Nã ſi naturã cogitemus in qua creati ſumus, cũ oẽs veritas creauerit, quis nõ eſt ex veritate ſed nõ oẽs ſunt, quibus vt obediant veritati ex ipſa veritate p̃ſtatur. Si enim dixiſſet: oĩs q̃ audit vocẽ meã ex veritate eſt, ideo dictus ex veritate putaretur, quia obtẽperat veritati. Non aũt hoc dicit: ſed ait, Oĩs qui eſt ex veri. au. vo. meam. Audit vtiq;, ac per hoc non ideo eſt ex veritate, quia eius audit vocem, ſed ideo audit, quia ex veritate eſt, quia hoc illi donum ex veritate collatum eſt. Chryſo. Hæc autem dicens: attrahit & ſuadet fieri eorum quæ dicuntur auditorem, ita denique & eum cæpit his breuibus verbis vt quęreret. Quid eſt veritas. ſequitur enim Dixit ei Pilatus. Quid eſt veritas? Theo. Nam ferè ab hominibus euanuerat, & à cunctis erat incognita dum eſſent increduli.

Natiuitas Xpi dup.

Veritatis ratio diſcutitur.

Et cum hoc dixiſſet iterũ exiuit ad Iudæos & dixit eis. Ego nullã inuenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo uobis ut unum dimittam uobis in paſcha. Vultis ergo dimittam uobis regẽ Iudæorũ? clamauerunt rurſum omnes dicentes. Non hunc: ſed Barrabam. Erat autem Barrabas latro.

Aug. Cùm dixiſſet Pilat⁹. Quid eſt veritas credo in mentẽ illi veniſſe continuo conſuetudinẽ Iudæorũ qua ſolet eis dimitti vnus in paſcha, & ideo non expectauit vt reſponderet ei Ieſus, ne mora fieret cum reuoluiſſet morẽ quo poſſet eis in paſcha dimitti, qđ eum valde voluiſſe manifeſtum eſt. vnde dicit, Et cũ hoc dixiſſet &c. Chryſ. Sciebat enĩ quidẽ quoniã hęc indigebat tpe interrogatio. oportebat aũt eũ eripere ab impetu Iudęorum: idcirco & exiuit. Alcui. Vel nõ expectabat audire reſpõſum: quia forte indignus fuit audire. Sequitur, Et dicit eis. Ego nul. in eo inue. cauſam. Chry. Non dixit: quia peccauit & dignus eſt morte, donate eũ feſto: ſed primum eũ excuſans, tunc rogat ex abundanti, vt ſi nollent eum vt innocentem dimittere ſaltem obnoxiũ donarent tempori. Ideóq; induxit, Eſt aũt conſuetudo vobis &c. Bed. Hæc cõſuetudo non erat legis ꝓceptũ, ſed ex antiqua patrum traditione deſcendit, vt ob recordationẽ liberationis ex ægypto: vnũ etiã in die paſche dimitterent vinctũ. Deinde exhortatiue dicit, vultis ergo dimittã vobis regẽ Iudęorum. Aug. Auelli enim ex eius

Veritatis reſpõſum nõaccepit Pilatus.

Priuilegium paſchale.

corde nõ potuit Ieſum regem Iudæorum eſſe tanq̃ hoc ibi ſicut in titulo ipſa veritas fixit: de qua qđ eſſet interrogauit. Theo. pulchrè aũt Pilatus reſpondet p̃ hoc q̃ in nullo Ieſus errauerit, ſed fruſtra inquietatur ab eis velut regnũ deſiderans. Non enim eum q̃ ſe regem aſſereret, ac æmulum Romanæ poteſtatis, Romanorũ vicari⁹ abſoluiſſet. Quãobrem in hoc q̃ dixit. Regẽ Iudęorum abſoluã, prorſus innoxium Ieſum prodit, illuditq; Iudæos. q. d. quẽ vos criminanimi vt regem ſe putantẽ: hũc abſolui iubeo, quaſi talem nõ exiſtentem. Aug. Sed hoc audito clamauerunt. vnde ſequitur, Clamauerunt oẽs rur. di. Nõ hunc: ſed Bar. Erat au. Bar. latro, Non reprehendimus ô Iudæi q̃ per paſcha liberaſtis nocẽtem, ſed occidiſtis innocentem: qđ tamen niſi fieret verum paſcha non fieret. Bed. Quia ergo reliquerunt Saluatorem & petiuerunt latronem, vſq; hodie diabolus ſua latrocinia exercet in ipſos. Alcui. Barrabas aũt interpretatur. Iſte filius magiſtri eorũ. i. diaboli: qui huic latroni in ſuo ſcelere, Iudæis in ſua perfidia magiſter fuit.

CAPVT XIX.

TVnc ergo apprehendit Pilatus Ieſum & flagellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius. Et ueſte purpurea circundederunt eum. Et uenichant ad eum & dicebãt. Aue rex Iudæorũ, & dabãt ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, ut dixit eis. Ecce adduco uobis eum foras, ut cognoſcatis quia nullam inuenio in eo cauſam. Exiuit ergo Ieſus portans ſpineam coronam & purpureum ueſtimentum: & dixit eis. Ecce homo.

Aug. Cum Iudęi clamaſſent non Ieſum ſibi dimitti à Pilato velle propter paſcha, ſed Barrabam latronem, ſubditur, Tunc er. apprehendit &c. Hoc Pilatus non ob aliud feciſſe credendus eſt, niſi vt eius iniuriis Iudæi ſatiati ſufficere ſibi æſtimarent: & vſq; ad eius mortem ſęuire deſiſterent. Ad hoc pertinet q̃ idẽ ꝓſes etiã cohortem ſuã permiſit facere q̃ ſequuntur, aut fortaſſis & iuſſit: dixit enĩ quid deinde fecerint milites: Pilatũ tamen id iuſſiſſe nõ dixit. Sequitur enim, Et mili. ple. coro. de ſpi. impo. ea. eius: & veſt. pur. cir. eũ. & ve. ad eum & di. Aue rex &c. Chry. Quia enim Pilatus dixit eum regem Iudæorum ſchæma ei cõtumeliæ de reliquo apponunt. Beda. Nam pro diademate ſpineã illi impoſuerunt coronam: & pro purpureo veſtimento quo reges veteres vtebantur, veſtem purpureã ei circundãt, vbi nõ debet videri contrarium, qđ Matthęus dicit circundediſſe clamidẽ coccineã, quia vt Origenes refert: vnius ſunt materiæ coccus & purpura. cocculæ enim incidũtur, & ex his guttæ ſanguis fluunt, ex quibus vtriuſque generis tingitur veſtimentum, & quãuis hoc milites illudendo facerent, nobis tamen operabantur myſteria. Nam per ſpineam coronam noſtrorum deſignatur peccatorũ ſuſceptio, q̃ ſicut ſpinas terra noſtri corꝓris germinat. In veſtimẽto purpureo caro paſſionibus ſubiecta ſignificatur. purpura etiam veſtitur cùm de triumphis ſanctorum martyrum gloriatur. Chry. Non autem iniuncta principis erat quod faciebant, ſed ad gratiã Iudaicam hoc faciebant, quia neque circa initium ab illo iuſſi fuerunt nocte, ſed Iudæis pecuniarũ gratia gratificantes omnia audebãt. tot autẽ & talibus factis ipſe ſtabat ſilens. Tu verò audiens hæc in mente habe cõtinuè: & regem orbis terrarum & angelorum dominũ videns cõtumeliã patientem & oĩa ferentẽ ſilentio imitare. Aug. Sic enim implebantur q̃ de ſe dixerat Chriſtus: ſic martyres informabantur ad oĩa quæ perſecutores libuit facere perferenda, ſic regnũ qđ de hoc mundo nõ erat, ſuperbum mundũ nõ atrocitate pugnãdi, ſed patiendi humilitate vincebat. Chry. Vt aũt conuiciũ quod à mili-

Flagellationis Ieſu cauſa.

Illuſionis myſteria.

Pilatus cõfcius illuſionis.

cibus factũ erat in eũ videtes respirent à passione:coronatũ Iesum adduxit ad eos.vnde sequitur,Exiuit iterũ Pi.fo.& di.eis,Ecce add.vobis &c.Aug. Hinc apparet nõ ignorãte Pilato hæc à militib⁹ facta,siue iusserit ea: siue pmiserit illa.s.causa quã supra dixim⁹:vt hęc ei⁹ lu dibria inimici libẽtissimè videret,& vlterius sanguinẽ nõ sitiret.vnde sequitur,Exiuit er.Ie.por.spi.co.& pur. ve.Nõ clarus imperio,sed plenus opprobrio.Sequitur, Et di.eis, Ecce homo. q.d. Si regi inuidetis iã parcite, qa abiectũ videtis: feruet ignominia,frigescat inuidia.

Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri clamabant dicentes,Crucifige crucifige eum. Dixit eis Pilatus,Accipite eum uos & crucifigite.Ego enim non inuenio in eo causam.Responderunt ei Iudæi,Nos legem habemus,& secundum legem debet mori,quia filium dei se fecit.Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit.

Aug.Iudæorũ inuidia ꝓ Xpi ignominia nõ frigescit, inardescit potius & increscit.vnde dicitur,Cum er.vi. eũ po.& mi.cla.di.cru.cru.eũ.Chry.Vidit ergo Pilatus oĩa inaniter fieri.vnde sequitur,Dicit eis Pi.acc.eũ vos & crucifigite. Execrantis est hoc verbũ & ad rẽ non cõcessam eos impellentis.Ipsi enĩ ducebant eũ:vt cum ꝑsidiis iudicio hoc fieret. Contigit aũt cõtrarium iudicio ꝑsidis eũ magis absolui.vnde subditur,Ego enĩ nõ inue nio &c. Cõtinuè enĩ eum ab accusationib⁹ eruit.Vnde manifestũ est:quoniã & priora propter illorum cõcessit insaniã,sed Iudæos canes nil horum in verecundiã conuertit.nã sequitur,Resp.Iu.Nos legẽ habem⁹ &c.Aug. Ecce alia maior inuidia. parua quidẽ illa videbatur velut affectatę illicito ausu regiæ potestatis:& tamen neutrum sibi Iesus mẽdaciter vsurpauit,sed vtrũq; verum est:& vnigenit⁹ est dei filius, & rex à deo cõstitut⁹ sup Sion montẽ sanctum eius: & vtrũq; nunc demõstraret: nisi quãto erat potentior, tanto mallet esse patientior. Chry. Adinuicẽ enĩ ipsis disputãtibus silebat,implens propheticum illud:ꝙ nõ aperuit os suum,in humilitate sua iudicium eius sublatũ est. Aug.de cõ.cuã.Hoc aũt põt congruere ei qđ Lucas cõmemorat in accusatione Iudæorũ dictum,hunc inuenimus subuertentẽ gentem nostrã:vt adiungatur, quia filiũ dei se fecit. Chry. Deinde Pilatus quidem timet ab ipsis auditis :& formidauit ne fortè verũ esset quod dicebatur, & videretur iniquè agere.vnde sequitur, Cùm ergo audisset Pi.hũc sermagis timuit.Beda.Non timuit quia legẽ audiuit,quia alienigena erat:sed magis timuit ne filium dei occideret.Chry.Illi verò hoc dicentes non horruerunt,sed interficiunt eum pro quibus oportuerat adorare.

Diligẽtia Pilati.

Et ingressus est prætorium iterum,& dixit ad Iesum,Vnde es tu?Iesus autem responsum non dedit ei. Dixit ergo ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatẽ habeo dimittere te?Respondit Iesus,Nõ haberes potestatem aduersum me ullam:nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatũ habet.Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum.

Chry.Pilatus timore concussus,rursus inquisitionẽ facit.vnde dicitur, Et ingressus est prætorium iterũ:& dicit ad Ie.vnde es tu? Non aũt vltra interrogat, Quid feciſti? Sequitur,Iesus aũt responsum nõ dedit ei. Qui enim audiuit quoniã in hoc natus sum , & ad hoc veni: & quoniã regnum meum nõ est hinc.cũ debuisset resistere & eripere eũ:hoc quidẽ nõ fecit,sed secutus est Iudaicum impetũ. Propterea ergo nihil ei respõdit,quoniã inaniter oĩa interrogabat.Sed & aliter operib⁹ testãtib⁹ ei: volebat per sermones vincere & excusatiões cõponere,ostendens quoniã ad hoc venit.Aug.Hoc aũt silentiũ domini nostri Iesu Christi nõ semel factũ collatis oĩm euangelistarũ narrationib⁹ reperitur:& apud

Incõstantia Pilati.

principẽ sacerdotum,apud Herodem,& apud ipsum Pilatum,vt nõ frustra de illo prophetia processerit,Sicut agnus corã tõdente fuit sine voce,sic nõ aperuit os suũ, tunc vtiq; quãdo interrogantibus nõ respõdit : quãuis enĩ quibusdã interrogãtibus sępe respõderit,tamen ꝓpter illa in quibus noluit respondere ad hoc data est de agno similitudo,vt in suo silentio nõ reus,sed innocens haberetur.i.nõ sicut malè sibi cõscius q̃ de peccatis cõuincebatur suis:sed sicut mãsuetus q̃ ꝓ peccatis immolabatur alienis.Chrys.Quia igitur siluit, sequitur:Dixit ei Pi . Mi.non loq. nescis &c. vide qualiter seipsum condẽnauit. si enĩ in te totũ positũ est:cuius gratia nulla causam inueniẽs nõ absoluis ? Quia igitur aduersus seipsum protulit:respõdit Iesus,Non haberes pote.aduersum me vllã,nisi tibi datũ esset desup,ostendẽs quoniã nõ simpliciter & scdm aliorũ consequentiã hoc fit, sed mysticè cõsummatur.Ne igitur hoc audiẽs ęstimes eũ ab oĩ erutum crimine:subdit, Propterea q tra.me tibi,pec.maius habet.Et nimirum si datum erat,neq; hic neq; illi obnoxij sunt criminib⁹:inaniter dicis,Hoc enĩ datũ est.i. cõcessũ.ac si diceret:pmisit hoc fieri,neq; tamẽ ꝓpterea extra nequitiã sunt.Aug. Ecce respõdit ꝓuidẽ:vbi nõ respondebat,nõ sicut reus siue dolosus,sed sicut ouis silebat: vbi respõdebat,sicut pastor docebat. Dicamusergo qđ dixit,qđ & p apostolum docuit,quia nõ est potestas nisi à deo.Et quia plus peccat qui potestati innocentẽ occidendũ liuore tradit:q̃ potestas ipsa si eũ timore alicuius maioris potestatis occidit.Talem quippe deus dederat illi potestatẽ:vt esset etiã sub Cęsaris.potestate:quapropter inqt, Nõ haberes aduersum me potestatem vllã.i. quantulãcunq; habes:nisi hoc ipsum quicquid est,tibi esset datum desuper,sed quia scio quantum sit:non enĩ tantum est vt tibi oĩmodo liberũ sit, propterea q tradidit me tibi maius peccatũ habet. Ille quippe me tuę potestati tradidit inuidẽdo:tu verò eãdẽ potestatẽ in me exercitur⁹ es metuẽdo.nec timẽdo quidẽ psertim innocentẽ hoiem non debet occidere:sed id celando facere multò maius malũ est q̃ timendo : & ideo nõ ait,Qui me tibi tradidit,ipse habet peccatum: tãq̃ ille nõ haberet:sed ait,maius peccatũ habet:vt etiã se habere intelligeret.Theo. Dicit aũt,qui tradidit me tibi.i.Iudas vel etiã turba.Cùm ergo patens respõsum Iesus ediderit:ꝙ nisi memetipsum ꝑberẽ & pater cõcederet,nõ haberes potestatẽ in me, ex hoc potius ipsum absoluere Pilatus satagebat. vnde sequitur, Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Aug. Lege superiora & inuenies iã dudũ eum quærere dimittere Iesum.Exinde, itaq; intelligendum est,Propter hoc.i.ex hac causa,ne haberet peccatũ occidendo innocẽtẽ sibi traditũ.

Iudæi autem clamabant dicẽtes, Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris.Omnis enim qui se regem facit,contradicit Cæsari. Pilatus aũt cum audisset hos sermones , adduxit foras Iesum,& sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostratos,hebraicè autẽ gabatha.Erat autem parasceue paschæ hora quasi sexta,& dicit Iudæis,Ecce rex uester.Illi autem clamabant,Tolle tolle crucifige eum.Dicit eis Pilatus, Regem uestrum crucifigam ? Responderunt pontifices,Non habemus regem nisi Cæsarem.Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur.

Aug.Maiorem timorem se ingerere putauerunt Iudæi Pilato terrendo de Cæsare vt occideret Christum q̃ superius:vbi dixerunt, Nos legem habemus & secundum legem debet mori,quia filium dei se fecit.vnde dicitur,Iudæi autem cla.dicen. Si hunc &c.Chry.Sed vnde habetis hoc demonstrare? à purpura, à diademate,à curru,à militibus?Nónne solus semper cum 12.discipulis incedebat per omnia vilia transiens & cibum & stolam & habitationem?Aug.Pilatus autem eorum legem

non timuit vt occideret,sed magis filium dei timuit ne occideret.Nunc verò non sic potuit contemnere Cęsarem auctorẽ potestatis suæ,quemadmodum legem gentis alienæ.vnde subditur,Pilatus autem cũ audisset hos sermones adduxit foras Iesum & se .pro tribuna.in lo. qui dici.lithostratos,hebraicè aũt gabatha,Chry.Exiit quidẽ vt scrutatur⁹ rem:sedere enim pro tribunali hoc ostendebat. Glos.Sicut enim tribunal est iudicum, sic tronus vel solium regum:& cathedra doctorum.Beda. Lithostratos autem dicitur pauimentum quasi lapide stratum, erat locus sublimis. Sequitur,Erat autem parasceue Paschæ hora quasi sexta,Alcui.Parasceue,id est præparatio,hoc nomine dicebatur sexta sabbati in qua præparabant necessaria sabbato vt de manna dictum est.Sexta die colligetis duplum,quia enim sexta die homo est factus, & in.7.requieuit deus,ideo sexta die pro homine patitur,sabbato quiescit in sepulchro,hora autem erat.quasi sexta,Aug.Quid est ergo quod Marcus dicit. Erat hora tertia quãdo crucifixerunt eũ,nisi quia hora tertia crucifixus est dominus linguis Iudæorũ: hora sexta manibus militum vt intelligamus horam.ꝙ.iã fuisse transactam , & aliquid de sexta cœptum quando sedit pro tribunali Pilatus,quæ dicta est à Ioanne hora quasi sexta,& cum duceretur & crucifigeretur, & iuxta eius crucẽ gegerentur quæ gesta narrantur , hora.6.integra cõperetur. Ex qua hora vsq;.ad .9. sole obscurato:tenebras factas trium euãgelistarũ Matthęi, Marci, & Luce contestatur auctoritate.Sed quoniã Iudæi faci

Cõsensus euangel.

nus interfecti Christi à se in romanos.i.Pilatum & eius milites transferre conati sunt,propterea Marcus ea hora,qua Christ⁹ à militibus crucifixus est ꝑtermissa:tertiã potius horã recordatus expressit,vt non tantũ milites reperiantur crucifixisse Iesum,verunetiã Iudæi qui vt crucifigeretur hora.3.clamauerunt. Est & alia huius solutio q̃stionis,vt non hic accipiatur hora.6.diei,quia neq; Ioãnes ait,Erat hora diei,quasi sexta.Sed ait,Erat parasceue hora quasi sexta, parasceue aũt latine præparatio est.Pascha enim nostrũ: vt dicit apostolus immolatus est Christus. Cuius paschæ præparatione si ab hora noctis nona cõputemus quando videntur principes sacerdotũ pronunciasse domini immolationẽ dicentes. Reus est mortis vsq; ad horã diei tertiam : qua crucifixum esse Christum Marcus euangelista testatur,sex horæ sunt tres nocturnæ,& tres diurnæ . Theop. Soluunt aũt quidam quod ex peccato scriptoris cõtigerit apud græcos.nam quædam litera græca nomine gama, cuius talis est figura tertiã horam importat. Quędam autem figura quæ ab eis vocatur Epysimon quæ talis est sextã horam importat.Ex negligentia ergo scriptorum prędecedens figura cedere potuit in sequentẽ. Chry.Pilatus ergo vt scrutaturus exiens , nullam tamen scrutationẽ faciens tradit eum æstimans mouendos esse eos . vnde sequitur,Et dicit Iudæis.Ecce rex vester, Theo.q.d.Ecce qualem hoiem fatemini ꝙ imperium vestrũ capesseret humilis vt nihil tale possit tentare.Chrys.Et nimi-

Error scriptoris.

rum quæ dicta sunt erãt sufficientia vt facerent eos de cætero ab ira cessare, sed trepidabant ne dimissus rursus turbam ducat.Amor etenim principatus versutum quid est & aĩam sufficiẽs perdere:propterea magis insistunt. vnde sequitur,Illi.au.cla.Tolle,tolle.Interficere enim eum conantur exprobratissima morte.vnde subdunt,Crucifige eum, formidãtes ne aliqua eius post ipsum fiat memoria.Augu.Adhuc autẽ Pilatus terrorem quem de Cęsare ingesserãt,superare conatur.vnde subditur,Dixit eis Pilatus.Regem vestrum crucifigã ? De ignominia eorum volens eos frangere quos de ignominia Christi mitigare nõ potuit.Sequitur,Respõderunt pontifices. Non habemus &c.Chrys. Volentes seipsos submiserunt supplicio propterea & deus tradidit eos. Quia enim concorditer negauerunt regnum dei,dimisit eos in suum iudicium incidere. regnũ enim Christi refutantes id quod Cæsaris est super seipsos vocabant. Aug.Sed Pilatus timore mox vincitur . vnde sequitur, Tunc ergo tradidit &c.Apertissimè enim contra Cæsarem venire videretur,si regem se non habere nisi Cæsarem profitentibus alium regem vellet ingerere,dimittendo impunitum,quem propter hos ausus ei tradiderunt occidendum.nõ autem dictum est,Tradidit eis illum,vt crucifigerẽt illum:sed,vt crucifigeretur,scilicet iudicio ac potestate præsidis.Sed ideo illis traditum dixit euangelista vt eos crimine implicatos à quo alieni esse conabantur ostenderet.non enim faceret hoc Pilatus,nisi vt id quod eos cupere cernebat impleret.

Vindicta Iudęorũ.

Susceperũt aũt Iesum,& eduxerũt.Et bajulãs sibi crucẽ exiuit in eũ qui dicitur caluariæ locum,hebraicè aũt golgotha. Vbi crucifixerũt eũ,& cũ eo alios duos hinc & inde,medium aũt Iesũ.

Glo.Ad mandatũ ꝑsidis milites Christum susceperunt crucifigendum.vnde dicitur, Susceperunt aũt Ie. & eduxe.Augu.Potest enim hoc iam referri ad milites apparitores prędisis:nam postea euidentius dicitur.Milites ergo cum crucifixissent eum,q̃uis euangelista etiã si totũ Iudæis tribuit merito facit.ipsi enĩ fecerũt quicquid vt fieret,extorserunt.Chry.Sed quia lignũ vt prophanũ putabant,& vitabant,& neq; tangere ipsum sustinebant crucẽ Iesu vt condemnato imponunt.vnde se quitur,Et bajulans sibi crucem &c.Ita & in typo factũ est.Isaac etenim ligna portauit,sed tuncquidem vsque ad patris beneplacitum res processit, nunc autem in rebus effectũ obtinuit,veritas enim erat.Theo.Sed quodãmodovt illic Isaac dimissus est,& mactatus est aries, sic & hic diuina natura manet impassibilis,sed humanitas secundum quem aries dicitur tanq̃ errantis arietis Ade filius hic mactata est.Sed qualiter alius euãgelista dicit, ꝙ angariauerunt Simonem vt crucem portaret. Aug.de.con.euan.Vtrunq; factum inuenimus.primo id quod Ioannes dicit,deinde quod cæteri tres:vnde intelligitur ꝙ ipse sibi portabat crucem, cum exiret in locũ memoratũ.Aug.su.Io. Grande spectaculũ,sed si spectet impietas grande ludibrium,si pietas grande mysteriũ. Ridet impietas,regem pro virga regni lignum sui portare supplicij.Videt pietas regẽ baiulãtẽ lignũ ad seipsum figendum, quod fixurus fuerat,etiam in frontibus regum: spernendum oculis impiorum in qua erant gloriacatura corda sanctorum , ipsam crucem suam gestãs humero commendabat,& lucernæ arsuræ quæ sub modio ponenda non erat candelabrum ferebat.Chrys. Et sicut victores, ita & ipse in humeris portabat victoriæ signum.Quidam autem dicunt ꝙ in illo loco qui Caluariæ dicebatur Adam mortuus est & sepultus,vt in loco vbi mors regnauit,illic & Iesus tropheum statuerit. Hiero.su.Mat.Fauorabilis interpretatio & mulcens aurem populi,nec tamen vera.Extra vrbem enim & foris portam loca sunt,in quibus truncantur capita damnatorum & caluariæ quasi decollatorum sumpsere nomen. Adam verò sepultum iuxta Ebron & Arbęe in Iesu filij naue volumine legimus.Chry.Crucifigebant autem eum cum latronibus.vnde sequitur,Et cũ eo alios duos hinc & inde,me. autem Iesum.In hoc prophetiam implentes,quoniam cum iniquis reputatus est.Quę enim cõuiciantes faciebant,hæc veritati cõferebant.volebat enim demõ quod fiebat obũbrare:sed nõ valuit. Trib⁹ enĩ in cruce affixis miracula q̃ fiebant nulli ascripsit nisi soli Iesu:ita inanes diaboli artes factæ sunt , nec solũ nõ obfuit glorię eius,sed cõtulit non parũ.nam latronẽ

Adã vbi sepultus.

in cruce cõuertere:& in paradisum inducere nõ minus fuit q̃ concutere petras. Alcui. Tamen & ipsa crux si attendas tribunal fuit in medio enĩ iudice cõstituto, vn⁹ latro qui credidit liberatus, alter qui insultauit dãnat⁹ est, iã significabat quod factur⁹ est de viuis & mortuis, alios posiurus ad dextram, alios verò ad sinistram.

Scripsit aũt & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptũ hæbraicè, græcè, & latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum, Noli scribere rex Iudæorum, sed quia ipse dixit rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi scripsi.

Chrys. Sicut in trophæo literę ponuntur victoriam ostendẽtes, ita Pilatus titulum cruci Christi inscripsit.

Tituli mysterium.

vnde dicitur, Scripsit aũt &c. Simul quidem pro Christo respondens, vt eum à communione latronum discerneret, simul autem & de Iudæis vlciscens, ostendẽs scilicet ipsorum malitiã dum in suum regẽ insurrexerunt. vnde sequitur, Erat autem scriptum &c. Beda. In quo monstrabatur iam tunc regnum ipsius, nõ vt ipsi putabant destructum, sed potius augmentatũ. Aug. Sed Iudæorum tantum rex Christus est an etiã gentium? immò & gentium. Cùm enim dixisset. Ego autem sum cõstitutus rex ab eo super Syon montẽ sanctum eius: subiecit, Postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuã. magnum ergo volumus intelligi in hoc titulo sacramẽtum, quia scilicet Oleaster factus est particeps pinguedinis Oleæ: non Olea particeps facta est amaritudinis oleastri. Rex ergo Iudæorum Christus, secundũ Iudęorum circuncisionẽ non carnis sed cordis, non litera sed spiritu. Sequitur, Hunc ergo titulum multi legebãt Iudæorum &c. Chry. Credibile autem est multos gentiles simul cum Iudæis propter festum cõuenisse, & ideo vt nullus ignoraret, non in vna lingua sed in tribus scripsit. vnde subditur, Et erat scriptum hebraicè, græcè, & latinè. Aug. Hæ quippè tres linguę ibi præ cæteris eminebant. Hebræa propter Iudæos in lege dei gloriantes. Græca propter gentium sapientes. Latina propter Romanos multis & penè omnibus tunc gentibus imperãtes. Theo. Significat autẽ superscriptio triplici sermone figurata dominum esse regem practicę, physicę, necnon theologicæ. Nam per latinas literas figuratur practica, eo quod Romanorum imperium potentissimũ satisq; officiosum in expeditionib⁹ fuerit. Per græcas verò literas physica figuratur, græci nanq; erga naturaliũ speculationem insudauerunt. Dæmum per hæbraicas theologia prætenditur, dum Iudæis est credita rerũ diuinarum agnitio. Chry. Iudæi autem crucifixo inuidebant. vnde sequitur, Dicebant ergo Pilato &c. Nã hæc quidem enunciatio est & cõmunis sentẽtia. Si vero adiiciatur, Quoniã ipse dixit, ipsius petulantiæ & extollẽtiæ ostẽderetur crimen esse, sed Pilatus in priori stetit mente. vnde sequitur, Respondit Pilatus, Quod scripsi scripsi. O ineffabilẽ vim diuinæ operationis etiã in cordibus ignorãtiũ: nónne occulta vox quędã Pilato intus quodã si dici potest clamoso silentio personabat, quod tantò ante in psalmorũ literis prophetatũ est? Ne corrũpas tituli inscriptionẽ. Sed qd loquimini insani põtifices? nũquid enim propterea nõ erit verũ, quia Iesus ait, Rex sum Iudæorũ? Si corrumpi nõ potest quod Pilatus scripsit, corrũpi potest qd̃ veritas dixit. Ideo enĩ Pilat⁹ quod scripsit, scripsit: quia dominus, quod dixit, dixit.

Linguarũ trium ratio.

Prophetia tituli.

Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes unicuique militi partẽ & tunicam. Erat aũt tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem, Nõ scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur, dicens, Partiti sunt uestimenta mea sibi, & in uestem meam miserunt sortem.

Aug. Iudicante Pilato milites qui ei parebant crucifixerunt Iesum. vnde dicitur, Milites ergo cum cruc. &c.

Crucifixio Iesu.

Et tamen si voluntates, si clamores eorum cogitemus, Iudęi magis crucifixerũt. sed de partitione sortitioneq; vestimentorum eius cæteri euangelistæ breuius & clausẽ, iste verò apertissimè locutus est. nam sequitur, Et seteruntquatuor &c. Vnde apparet quatuor fuisse milites qui in eo crucifigendo præsidi paruerunt. Sequitur, Et tunicam, subaudiendum est. Acceperunt, vt iste sit sensus: Acceperunt autem & tunicam, & sic locutus est, vt de cæteris vestimentis nullã sortem missam esse videamus, sed de tunica quã simul cũ cæteris acceperunt, sed non similiter diuiserunt. De hac enim sequitur exponens, Erat aũt tu. incon. desuper cõtexta per totum. Chry. Ipsam speciem tunicæ euangelista historicè designat, quia enim in Palæstina duos pannos cõnectentes subtexunt indumenta, ostendit Ioannes q⁹ talis erat tunica Iesu, occultè vilitatem vestimentorum insinuans. Theo. Alij verò dicunt q⁹ apud Palæstinam telas cõtexunt, nõ velut apud nos texuntur, existẽte superius stamine, inferius verò texentibus, vt sic nõ versus partem suprema textura protendat, sed econtra. Aug. Cur autẽ de illa sortẽ miserint narrat dicens, Dixerunt ergo &c.

Vestis Christi qualis.

Apparet itaq; in aliis vestimentis æquales se habuisse partes, vt sortiri necesse non fuerit. In illa verò vna nõ eos habere potuisse singulas partes, nisi scinderetur vt pannos eius inutiliter tollerent: quod ne facerent, ad vnum eã peruenire sortitione maluerunt. Huius euangelistæ narrationi consonat etiã propheticum testimonium. vnde subiungit, Vt scriptura impleretur dicens, Partiti sunt &c. Chrys. Intuere prophetiæ certitudinẽ. non enim quæ partiti sunt solum, sed & quæ non partiti sunt. Dixit igitur propheta, vestimenta quidẽ diuiserunt, sed vestẽ sortiti concesserunt. Aug. Matthæus dicendo diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes, totam diuisionẽ vestimentorum voluit intelligi, & ad illã tunicam pertinere de qua sortẽ miserunt. Tale est quod etiam ait Lucas, Diuidentes vestimenta eius miserunt sortes. Diuidentes enim venerunt ad tunicã de qua facta est sortitio. Dicendo autem sortes, pluralem numerum pro singulari posuit. Marcus autem solus videtur intulisse aliquam quæstionem: dicendo enim, Mittẽtes sortem super eis quis quid tolleret, tanq̃ super omnibus vestimentis, non super sola tunica sors missa sit locutus videatur, sed hęc breuitas obscuritatem facit. Sic enim dictum est, mittentes sortem super eis, ac si diceret mittentes sortem cum diuiderentur. Cùm aũt dicit, Quis quid tolleret. i. quis tunicã tolleret, tanq̃ si totum ita diceretur, mittentes sortẽ super eis, quis tunicã quæ partibus æqualib⁹ superfuerat tolleret. Quadripartita aũt vestis domini nostri Iesu Christi quadripartitã figurauit eius ecclesiã, quatuor. s. partibus in orbe diffusam, & in eisdẽ æqualiter. i. cõcorditer distributã. Tunica verò illa sortita oĩm partium significat vnitatẽ, q̃ charitatis vinculo cõtinetur. Si aũt charitas & supereminentiorem habet viam & supereminet scięntiæ & super oĩa præcepta est, secundum illud, Super omnia aũt hæc charitatem habete, meritò vestis quæ significatur desuper contexta perhibetur. Et addidit per totum, quia nemo eius expers qui pertinere videtur ad totum, à quo toto catholica vocatur ecclesia. Inconsutilis aũt ne aliquando dissuatur: & ad vnum peruenit, quia in vnum omnes colligit. In sorte aũt dei gratia cõmẽdata est, ùm enim sors mittitur, non personæ cuiusq; vel meritis, sed occulto iudicio dei creditur. Chry. Vel sicut quidã dicunt

tunica inconsutilis desuper contexta per totum secundum allegoriam ostendit, quoniam non simpliciter homo erat qui crucifixus est, sed & desuper deitatem habebat. The. Vel aliter: Vestis inconsutilis denotat corpus Christi: quod à superiori parte contextum est. Spiritus enim sanctus superuenit: & virtus altissimi virgini obũbrauit. Hoc ergo sacrosanctũ Christi corpus indiuisibile constat. nam & si diuidatur per singulos sanctificans vniuscuiusque animã simul & corpus, integrè tamen & indiuisibiliter consistit in omnibus. At quoniã ex quatuor elementis mundus consistit, intelligendum est pro Christi vestimentis visibilem creaturam quã inter se diuidunt dęmones quoties morti tradunt verbũ dei quod habitat in nobis: ac satagunt nos suæ partis efficere per mundanas illecebras. Aug. Et ideo ista non aliquid boni significasse quis dixerit, quia per malos facta sunt: quid enim de ipsa cruce dicturi sumus q̃ similiter ab ipiis facta est, & tamen ea significari rectè intelligitur: quod ait apostolus, Quæ sit latitudo: longitudo: altitudo: & profundum. Lata est quippe in transuerso ligno quo extenduntur pendentes manus: & significat opera bona in latitudine charitatis. Longa est à transuerso ligno vsq; ad terram, & significat perseuerantiã in longitudine tẽporis. Alta est incacumine quo transuersum lignũ sursum versus excedit, & significat supernum finem. quo cũcta opera referuntur. Profunda est in ea parte quæ in terra figitur, ibi quippe occulta est, sed cuncta eius apparẽtia inde cõsurgunt, sicut bona nosta de profunditate gratię dei q̃ cõprehẽdi non potest, vniuersa ,pcedunt. Sed & si crux Christi hoc solum significet qd̃ ait apostolus, Qui Christi sunt carnẽ suã crucifixerunt cum passionibus & concupiscentiis: q̃ magnum bonum est, Postremo quid est signum Christi nisi crux Christi? quod signũ nisi adhibeatur siue frontibus credentiũ, siue ipsi aquæ, ex qua regenerantur, siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum vitæ proficitur.

Crucis Christi mysteria.

Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Cum uidisset ergo Iesus matrẽ & discipulum stantẽ quem diligebat, dixit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

Miracula mortis Christi.

Theo. Cùm milites quæ ad propriam spectabãt secordiam prosequebantur: ipse genitricis cura solicitus est. vnde dicitur, Et mili. quidem hæc fe. Stabant autem &c. Ambro. in epist. Maria mater domini ante crucẽ stabat filij: nullus me hoc docuit nisi sanctus Ioannes euangelista. Mundum alij concussum in passione domini cõscripserunt, cælum tenebris obductum: refugisse solem: in paradisum latronem, sed post piam confessionem receptum. Ioannes docuit quod alij non docuerunt, quẽadmodũ in cruce positus matrẽ appellauerit. Pluris putauit q⁹ victor suppliciorũ pietatis officia matri exhibebat, q̃ q⁹ regnum cæleste donabatur vitæ æternę. Nam si religiosum est q⁹ latroni donatur vita: multò vberioris pietatis est q⁹ à filio mater tanto affectu honoratur. Ece (inquit) filius tuus, ecce mater tua. Testabatur de cruce Christus: & inter matrem atque discipulum diuidebat pietatis officia. Condebat dominus non solum publicum, sed etiam domesticum testamentũ. Et hoc eius testamentum significabat Ioannes dignus tanto statore testis. Bonum testamentum non pecuniæ sed vitæ ęternę, quod non atramento scriptum est, sed spiritu dei viui. Lingua mea calamus scribę: velociter scribentis. Sed nec Maria minor q̃ matrem Christi decebat fugientib⁹ apostolis ante crucem stabat, & piis spectabat oculis filij vulnera, quia expectabat non in pignoris mortẽ: sed mundi salutẽ: aut fortasse quia cognouerat per filij mortem mundi redemptionem. Aula regalis etiam sua morte putabat se aliquid publico audituram muneri: sed Iesus nõ egebat adiutore, ad redemptionem omnium, qui omnes sine adiutorio seruauit. vnde & dicit, factus sum homo sine adiutorio inter mortuos liber. Suscepit quidem affectu parentis, sed non quæsiuit alterius auxiliũ. Hanc imitamini matres sanctæ: quæ in vnico filio dilectissimo tantum maternæ virtutis exemplum dedit. neque enim vos dulciores liberos habetis: neque illud virgo quærebat solatium, vt alium posset generare filium. Hier. contra Elui. Maria ista quæ in Marco & Matthæo Iacobi & Ioseph mater dicitur, fuit vxor Alphæi & soror Mariæ matris domini, quam Mariam Cleophæ nũc Ioannes cognominat à patre siue à gentilitate familiæ, aut quacunque alia causa ei nomen imponens. Si autem inde tibi alia atq, alia videtur q⁹ alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater, & hic Maria Cleophę: disce scripturæ consuetudinem eundem hominem diuersis nominibus appellari. Chry. Et cõsidera q⁹ imbecillius genus. s. mulierum virilius apparuit iuxta crucem stando fugiẽtibus discipulis. Aug. de con. euã. Nisi autẽ Matt. & Lucas Mariam Magdalenæ nominassent, potuissemus dicere alias à longe, alias iuxta crucem fuisse. Nullus enĩ eorum præter Ioannem matrem domini commemorauit. Nunc ergo quomodo intelligitur eadẽ Maria Magdalenæ & à lõgè stetisse cũ aliis mulieribus, sicut Matthæus & Lucas dicunt, & iuxta crucem fuisse, sicut Ioannes dicit: nisi quia in tanto interuallo erant vt iuxta dici possent, quia in conspectu eius prę stò aderant, & à longè in conspectu turbæ propinquius circunstantis cum Centurione & militibus. Possumus etiam intelligere: quòd ille q̃ simul aderant cum matre domini postq̃ eã discipulo commẽdauit, abire iam cœperant, vt à dẽsitate turbæ se eruerent, & cætera quæ facta sunt lõgius intuerentur: vt cæteri euangelistæ, qui post mortẽ domini eas cõmemorauerunt iam lõgè stantes cõmemorarent. Quid autem interest ad veritatem q⁹ quasdam mulieres pariter, quasdam singuli nominauerunt? Chry. Et cum aliæ mulieres astarent nullius alterius meminit nisi matris, docens nos plus aliquid matribus præbere. Sicut enim parentes circa spiritualia aduersantes, neq; nosse oportet: ita quando nihil impediunt, omnia decet eis præbere & aliis præferre. vnde subditur, Cùm vidisset ergo Iema. & dis. stantem quem di. dixit ma. suę. Mu. ecce filius tuus. Beda. Dilectionis indicio euangelista suam demõstrat personã, non q⁹ exceptis cæteris solus: sed præ cæteris familiarius propter priuilegium castitatis à domino amabatur, quoniam virgo ab eo vocatus, virgo permansit in æuum. Chry. Papè quanto discipulũ honorauit honore: sed ipse seipsum occultat moderate. sapiens, si enim vellet gloriari, & causam vtique adiecisset propter quam amabatur. Etenim conueniens est magnam quandam & mirabilem esse causam. Ideo autem nihil aliud Ioanni loquitur, neque cõsolatur tristantem: quoniam tẽpus non erat verborum cõsolatione. Sed neq; parum erat honorari eam tali honore. Quia verò cõueniens erat matrem existentem dolore oppressam procurationem quærere, quia ipse aberat, discipulo qui diligebatur tradidit diligentiã habituro. vnde sequitur, Deinde di. dis. Ec. mater tua. Aug. Hæc nimirum est illa hora de qua Iesus aquam conuersurus in vinum dixerat matri, Quid mihi & tibi est mulier? nõdũ venit hora mea. Tunc enim diuina facturus non diuinitatis, sed humanitatis vel infirmitatis matrẽ velut incognitã repellebat: nunc autem humana iã patiens, ex qua factus fuerat homo, affectu commendabat humano. Moralis igitur insi-

nuatur locus & exemplo suo instruit præceptor bonus, vt à filiis piis impendatur cura parẽtibus,tanq̃ lignum illud vbi erant fixa membra moriẽtis etiã cathedra fuerit magistri docentis. Chry. Itaque etiam martionis obstruit in verecundiam. si enim non genitus est secũdum carnem, neque matrem habuit cuius gratia tanta circa eam solam facit prouidentiam? intuere autem qualiter cum crucifigeretur vniuersa impertubatè agebat, discipulo loquẽs de matre, prophetias implens, latroni bonã spẽ tribuẽs: antequã aũt crucifigeretur, trepidans videtur. Nam illic quidem naturæ imbecillitas demõstrata est. hic autem virtutis superabundantia ostendebatur. Sed & nos per hoc erudit si ante aduersa conturbamur: nõ propterea desistere, cum in agonã ingressi fuerimus oĩa sustinere vt facilia & leuia. Aug. Quia ergo matri quam relinquebat: alterum pro se filium quodammodo prouidebat, cur hoc fecerit ostendit in hoc quod subditur, Et ex illa hora accepit &c. Sed in quę sua Ioãnes matrẽ domini accepit? Neq; n. non ex eis erat q̃ dixerãt ei. Ecce nos dimisim⁹ oĩa & secuti sumus te. Suscepit ergo eã in sua nõ prędia q̃ nulla ꝓpria possidebat, sed officia quę ꝓpria dispensatione exequẽda curabat. Bed. Alia litera habet: accepit eã discipulus in suã, quidã volunt in suam matrem, sed congruentius subauditur in suã curã.

Postea sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura dixit. Sitio. Vas autem erat positum aceto plenum. Illi ergo spongiam plenam aceto, hysopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit. Cõsummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum.

Aug. Patiebatur hæc omnia qui apparebat homo, & ipse idem disponebat hęc omnia qui latebat deus. vnde dicitur, Postea sciens quoniam om. consum. sunt, vt consum. scriptura. i. qđ scriptura prædixerat. Et in siti mea potauerunt me aceto, dixit. Sitio, tanquàm diceret: hoc minus feciſtis, date quod estis. Iudæi quippe ipsi erant acetum degenerantes à vino patriarcharum & prophetarum. Vas ergo positum erat aceto plenum. tanquàm enim de pleno vase, de iniquitate mundi huius impletum cor habentes, velut spõgia cauernosis quodammodo atque tortuosis latibulis fraudulentum. vnde sequitur, Illi autem spongiam plenam, aceto hyso. circumpo. obtule. ori eius. Chry. Neque enim ex his quæ videbant facti sunt mansueti, sed sæuiebant magis, & eum potabant, condemnatorum pocula offerentes. propterea enĩ hysopus appositus erat. Aug. Hysopum autem cui circũ posuerunt spongiam aceto plenam, quoniam herba est humilis & pectus purgat, Christi humilitatem congruẽter accipimus, quam circundederunt & se circũuenisse putauerunt, Christi nanque humilitate mũdamur. Nec moueat quomodo spongiam ori eius potuerunt admouere, qui cruce fuerat exaltatus à terra. Sicut enim apud alios euãgelistas legitur ꝙ hic prætermisit: in arundine factum est: vt in spongia talis potus ad crucis sublimia leuaretur. Theo. Quidam verò hysopum dicunt vocari arundinem, nam frondes habet arundini consimiles. sequitur, Cum ergo accepiſ. Ie. ace. di. Cosummatum est, Aug. Quid? nisi ꝙ prophetia tantò ante p̃dixerat. Bed. Hic quæri potest, quomodo hic dicitur. Cùm accepisset acetum, cum alius euangelista dicat. Noluit bibere. Sed hoc facile soluitur: quoniam non accepit vt biberet, sed vt quod scriptum erat impleret. Aug. Deĩde quia nihil remanserat quod antequam moreretur fieri adhuc oportet. Sequitur, Et inclinato capite tradidit spiritum. Peractis oĩbus quę vt peragerentur expectabat, tanquam ille qui potestatem habebat ponendi animam suam: & iterum sumendi eam. Greg. 11. mor. Spiritus autẽ hic ꝓ anima ponitur. Si enim aliud spiritum quã animã euangelista dicere. texeũte spiritu anima remansisset. Greg. Non autem quoniã expirauit inclinauit caput, sed quia inclinauit caput tunc expirauit: per quæ omnia indicauit euãgelista, quoniam omniũ dominus ipse erat. Aug. Quis enim ita dormit quando voluerit, sicut Iesus mortuus est quando voluit? Quanta speranda, vel timenda potestas est iudicantis: si apparuit tanta moriẽtis? The. Tradidit autem dominus spiritum deo & patri, ostendens quòd nequaquàm sanctorum animæ conuersantur in tumulis, immò deueniunt ad manus patris omnium peccatoribus ad locum pœnarum delatis videlicet ad infernum.

Mos christi spõtanea.

Aceti dati mysterium.

Iudæi ergo quoniã parasceue erat ut non remanerent in cruce corpora sabbato. Erat enim magnus dies ille sabbati, rogauerunt Pilatum ut frangerentur eorum crura & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum uenissent ut uiderunt eum iam mortum non fregerunt eius crura, sed unus militũ lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit testimoniũ perhibuit, & uerum est testimonium eius, & ille scit quia uera dicit, ut & uos credatis. Facta sunt enim hæc ut scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo, & iterũ alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.

Chry. Iudæi qui camelum transglutiebant, culicẽ autem colliquabãt, cùm tantam fuissent operati audaciã: de die diligẽter ratiocinantur. vnde dicitur, Iu. er. quoniam para. erat: vt non re. in cru. cor. sab. Beda. Parasceue. i. præparatio dicta est sexta feria, quia eo die duplices sibi cibos filij Israel præparabant, Erat enim ma. di. il. sab. s. propter solẽnitatem paschalem. Roga. Pilatum vt frange. cru. eorum. Aug. Non crura tollerẽtur, sed hi quibus ideo frangebantur, vt morerentur auferrẽtur ex ligno: ne pendentes in crucibus magnum diem festum sui diurni cruciatus horrore fœdarent. Theo. Sic enĩ iubebantur in lege, non occidere solem in hominis supplicio, vel quia noluerunt in die festo tortores aut homicidæ censeri. Chry. Vide autẽ qualiter valida est veritas. per eorum enim studia prophetia completur. vnde subditur, Venerunt mil. & primi qui. frege. cru. & alte. q̃ cruci. est cum eo. Ad Ie. autem cùm veni. vt vide. cum iam mor. non frege. eius cru. sed vnus militum lancea latus eius aperuit. Theo. Vt Iudæis cõplaceant lãceant Christum circa corpus ex anime contumelias inferentes, sed contumelia insignum prodiit. sanguinem enim de corpore extincto manere miraculosum est. Aug. Vigilanti verbo euãgelista vsus est: vt non diceret. Latus eius percussit aut vulnerauit: sed aperuit, vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur, vnde sacramenta ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad vitam quæ verè vita est nõ intratur. vnde sequitur, Et cõtinuò exiuit sanguis & aqua, Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum, aqua illa salutare temperat poculum: hoc & lauacrũ præstat & potum. Hoc prẽnunciabat, quòd Noe in latere arche ostium facere iussus est, quo intrarent animalia quę non erant diluuio peritura, quibus præfigurabatur ecclesia. ꝓpter hoc prima mulier facta est de viri latere dormiẽtis. & hic secundus Adam inclinato capite in cruce dormiuit, vt inde formaretur ei cõiunx, p̃ id quod de latere dormiẽtis effluxit. O mors vnde mortui reuiuiscũt, quid isto sanguine mũdius? quid isto vulnere salubrius? Chriso. Et quia hinc suscipiunt principium sacra mysteria cum accesseris ad tremendum calicem: vt ab ipsa bibiturus Christi costa ita accedas. Theo. Erubescant igitur qui vinum in sacris non limphant mysteriis. videntur enim non credere ꝙ aqua de latere fluxerit. Potest tamen quis calumniosè dicere quod aliqua virtus vitalis erat in corpore, & ideo sanguis effluxit, aqua vero vero manans inexpugnabile signum fuit, & ideo euangelista subiungit, Et qui vi. te. perhibuit. Chry. q. d. Nõ ab aliis audiuit, sed ipse præsens vidit. Et verum est testimonium eius. Quod conuenienter subiungit, conuitiũ Christi enarrans, non magnum aliquod & admirabile signum, vt sic suspectus sermo redderetur: sed ipse hoc dixit, hæreticorum ora præcludens, & futura personans mysteria, & eum qui iacebat in eis inspiciens thesaurum. Sequitur, Et ille scit, quia &c. Augusti. Scit enim qui vidit: cuius credat testimonio qui non vidit. Duo autem testimonia de scripturis reddidit singulis rebus, quas factas fuisse narrauit. Nam quia dixerat, Non fregerunt crura Iesu: subdidit, Facta sunt enim hæc vt &c. Quod prẽceptum est eis, qui celebrare pascha iussi sunt ouis immolatione in veteri lege, quæ dominicæ passionis vmbra præcesserat. Item quia subiunxerat, Vnus mili. lancea latus eius aperuit: ad hoc pertinet alterũ testimonium quod subdit dicens, Et iterum alia scriptura dicit, Vid. in quem transfixe. vbi promissus est Christus in ea qua crucifixus est carne futurus. Hiero. Hoc autem testimonium sumptum est de Zacharia.

expositio hystoriæ.

Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo quòd esset discipulus Iesu, occultus aũt propter metũ Iudæorum, ut tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu. Venit aũt & Nicodemus qui uenerat ad Iesum nocte primum ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerũt eum lintheis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondũ quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum quia iuxta erat monumentum posuerunt Iesum.

Officium funeris Christi.

Chry. Aestimans Ioseph extinctum esse Iudæorum furorem Christo crucifixo: cum fiducia accessit vt deponendum funus procuraret. vnde dicitur, Post hæc autem rogauit &c. Beda. Arimathia ipsa est Ramatha ciuitas Helcane & Samuelis. Cœlitus autem prouisum est vt esset dies, vt ad prędidem posset accedere: & vt esset iustus, vt corpus domini accipere mereretur. vnde sequitur, Vt tolleret corpus Iesu &c. Chry. Non ex 12. sed ex septuaginta, quoniam nullus ex 12. accesserit. Et si timore Iudæorum quis pro causa assumpserit, hoc eodem detinebatur timore. vnde dicitur, Occultus autem propter metũ Iudæorum. Sed valde insignis erat, & Pilato notus: vnde & gratiã accepit, & hoc est quod subditur, Et permi. Pi. Et sepelit de reliquo, non vt cõdemnatum, sed vt magnum quendam & mirabilem. vnde subditur, Venit ergo & tu. cor. Iesu. Augusti. de con. euang. In extremo enim illo officio funeri exhibendo minus curauit à Iudæis, quanuis soleret in domino audiendo eorum inimicitias deuitare. Beda. Sedata enim vtcunque eorum sæuitia, eo quòd se aduersus Christum prævaluisse gaudebant, corpus Christi petiit, quoniam non videbatur causa discipulatus, sed pietatis venisse: vt funeri officium impenderet: quod homines non solũ bonis, sed etiam malis solent impendere. Adiũgitur autem ei & Nicodemus. vnde sequitur, Venit autem & Nicodemus qui &c. Augu. Non ita distinguendum est: vt dicamus primum ferens mixturam myrrhę, sed vt quod dictum est primũ ad superiorem sensum pertineat. Venerat enim ad Iesum Nicodemus nocte primum, qđ idẽ Ioannes narrauit in prioribus euãgelij sui partibus, hic ergo intelligendum est ad Iesum non tunc solum, sed tunc primum venisse Nicodemum: venisse autem postea vt fieret audiendo discipulus. Chry. Ferunt autem pigmenta quæ maxime corpus apta sunt quàm plurimum conseruare, & non permittere cito subiici corruptioni: adhuc enim vt de nudo homine disponebãt: sed tamen multam dilectionem demonstrabant. Beda. Notãdum est autem quòd simplex vnguentum fuerit: quia ex diuersis aromatibus licentiam conficiendi non haberent. Sequitur, Acceperunt ergo corpus Iesu, &c.

Mos funeralis.

Augst. In quo euangelista admonuit in huiusmodi officiis, quæ mortuis exhibentur morem cuiusque gentis esse seruandum. Erat autem illius gentis consuetudo, vt mortuorum corpora variis aromatibus condirentur, vt diutius seruarentur illæsa. Augusti. de con. euang. Neq; autem hic Ioannes aliis repugnat, neque enim illi qui Nicodemum tacuerunt, affirmauerunt à solo Ioseph dominum sepultum, quanuis solius commemorationem fecerint: aut quia illi vna syndone à Ioseph inuolutum dixerunt, propterea prohibuerunt intelligi, & alia linthea potuisse afferri à Nicodemo & superaddi vt verũ narrat Ioannes, quod non vno lintheo sed lintheis inuolutus sit, quãuis & propter sudarium quod capiti adhibebatur, & institas quibus corpus totum alligatum est, quia omnia de ligno creãt: etiã si vna syndo ibi fuit, veracissimè dici potuit, Ligauerunt eum lintheis. Linthea quippè generaliter dicuntur quæ lino texuntur. Beda. Hinc ecclesiæ consuetudo descendit: vt corpus domini non sericis & auro textis consecretur, sed in syndone munda. Chry. Syndonis mysteriũ.

Sepulchri Xpi mysteriũ.

Chry. Quia verò breuitate temporis vrgebantur, nona enim hora mortuo Christo, deinde accedentibus ad Pilatum, & deponentibus Christi corpus vespera imminebat, ideo ponũt eum in proximum monumentum: vnde subditur, Erat autem in loco &c. Quod dispensatione factum est, ne alterius alicuius qui cum eo iaceret æstimaretur resurrectio facta esse. Aug. Sicut etiam in Mariæ virginis vtero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est: ita in hoc monumẽtum nemo ante illum & nemo post illum sepultus est. The. Per hoc etiam quòd nouum fuit sepulchrum, mysticè datur intelligi, quòd per Christi sepulturam omnes innouamur morte corruptione destructa. Attende etiam abundantiam pro nobis susceptæ paupertatis. Nam qui domum in vita non habuit, post mortem quoque in alieno sepulchro reconditur, & nudus existens à Ioseph operitur. Sequitur, Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum quia &c. Augusti. Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne aduesperasceret, quando iam propter parasceuen, quam cœnam puram Iudei latinè vsitatius apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat. Chrysost. Propinquum autem fuit sepulchrum, vt discipuli possent cũ facilitate accedere: & cõsideratores fieri eorum quæ eueniebant prope existente loco, & vt sepulturæ testes essent etiã inimici custodientes sepulchrum, & vt falsus ostenderetur is qui de furto sermo. Beda. Mysticè autem Ioseph interpretatur aptus per acceptionem boni operis: ad quod monemur vt corpus domini dignè percipere mereamur. Theop. Nunc etiam quodammodo Christus apud auaros mortificatur, in paupere famẽ patiente. Esto ergo Ioseph & tege Christi nuditatem, non semel, sed in tuo tumulo spirituali cõsyderando reconde, cooperi & immisce myrrham & aloen amaricantia consyderando vocem illam, Ite maledicti in ignem æternum, qua nihil amarius æstimo.

Tropologica expositio.

CAPVT XX.

VNa autẽ sabbati Maria Magdalenæ uenit mane cum adhuc tenebræ essent, ad monumentũ, & uidit lapidem reuolutum à monumento. Cucurrit ergo & uenit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Iesus, & dicit illis. Tulerunt dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & uenerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille

Universidad de Navarra Biblioteca

alius discipulus præcucurrit citius Petro, & uenit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset uidit posita lintheamina non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequēs eum, & introiuit in monumentum. Et uidit lintheamina posita & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum lintheaminibus positum, sed separatim inuolutum in unum locum. Tunc ergo introiuit, & ille discipulus qui uenerat primus ad monumentum, & uidit & credidit. Nondum enim sciebant scripturam, quia oportuit eū à mortuis resurgere.

Chry. Quia iam transierat sabbatum in quo impediebatur à lege, non potuit Maria Magda. quiescere, sed venit profundo diluculo consolationem quandam à loco sepulturæ inuenire volens. vnde dicitur, Vna autem sabbati Maria Magda. &c. Augusti de con. euang. Venit quidem Maria Magda. sine dubio cæteris mulieribus quæ domine ministrauerant plurimum dilectione feruentior, vt non immerito Ioannes solam commemoraret, tacitis eis quæ cum illa fuerant. sicut aliis testatur.

Magdale næ feruor

Aug. su. Io. Vna autem sabbati est, quem iam diem dominicum propter domini resurrectionem mos christianus appellat, quam Matthæus primam sabbati nominauit. Beda. Dicitur ergo, Vna sabbati, hoc est altera siue prima die post sabbatum. Theo. Vel aliter. Hebdomadæ dies Iudæi sabbatum nominabant, vnam autem ex sabbati diebus primam, futuri autem sæculi exemplar est hic dies, quoniam futuri sæculi vna dies est nequaquàm nocte interpolata. Deus enim ibi sol est, qui nunquàm occidit. In hac igitur die domin⁹ resurrexit incorruptibilitatē corporis assumēs, sicut nos in futuro sæculo incorruptione induemur. Augu. de con. euan. Quòd autem Marcus dicit. Valde manè oriente iam sole non repugnat ei quod hic dicitur. Cum adhuc tenebræ essent, die quippè surgente aliquæ reliquiæ tenebrarum tantò magis extenuantur, quantò magis oritur lux. Nec sic accipiendum est quod ait Marcus. Valde manè orto iam sole, tanquàm sol ipse iam videretur super terram, sed potius sicut dicere solemus eis quibus volumus significare temperius aliquid faciendum, orto iam sole dicitur, id est de proximo adueniente in has partes. Greg. in hom. Congruè autem dicitur, Cum adhuc tenebræ essent, Maria enim auctorem omnium quem carne viderat, mortuum quærebat in monumēto, & quia hunc minime inuenit, furatum credidit. Adhuc ergo erant tenebræ cum venit ad monumentum. Sequitur, Et vi. la. re. à monumento. Augusti. de con. euang. Iam ergo factum erat quod solus Matthæus commemorat de terræmotu & lapide reuoluto, conterritisque custodibus. Chryso. Surrexit quidem dominus lapide & signaculis de sepulchro iniacentibus, quia verò oportebat & alios certificari aperitur monumentum post resurrectionem, & ita creditur quod factum est, hoc denique & Mariam mouit. videns enim lapidem sublatum non intrauit neque prospexit, sed ad discipulos ex multo amore cum velocitate cucurrit. Nondum autem de resurrectione nouerat aliquid manifestum, sed putabat translationem corporis esse factam. Glo. Et ideò cucurrit nunciare discipulis, vt aut secum quærerent, aut secum dolerent. Et hoc est quòd sequitur, Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum &c. Aug. Ita se commemorare solet quòd eum diligebat Iesus, qui vtique omnes, sed ipsum præ cæteris & familiarius diligebat. Sequitur, Et dixit eis. Tulerunt dominum meum & nescio vbi posuerunt eū. Grego. 3. moral. Hoc autem dicens totum pro parte insinuat, solum quippè corpus domini quęsituram venerat, & quasi totum dominum sublatum deplorat. Augusti. Nonnulli autem codices græci etiam habent, Tulerunt dominum meum, quod videri dictum potest propensiore charitatis, vel famulatus affectu. Sed hoc in pluribus codicibus, quos in prōptu habemus nō inuenimus. Discipulum autem quem diligebat Iesus seipsum dicit. nam quippè ita commemorare solet, quòd eum diligebat Iesus qui vtique omnes, sed ipsum præ cęteris & familiarius diligebat. Chry. Euangelista verò non priuauit mulierem hac laude, nec verecundum existimauit quòd ab ea prius adiscerent. Audientes ergo illi cū multo studio monumento insistunt. Grego. Illi autem præ cæteris cucurrerunt, qui præ cæteris amauerunt, videlicet Petrus & Ioannes. vnde sequitur, Exiit ergo Petrus &c. Theop. Sed si quæras quomodo astantibus custodibus venerunt ad monumentum. Rudis quomodo, quoniam postquàm dominus resurrexit & vna cum terræmotu affuit angulus in sepulchro: recesserunt custodes annunciantes pharisæis. Augu. Cum autem iam dixisset, venerunt ad monumentum, regressus est vt narraret quomodo venerunt. atque ait, Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro & venit prior ad monumentum, vbi ostendit quòd ipse prior venerit, sed tanquàm de alio cuncta narrat. Chrys. Veniens autem consyderat lintheamina posita. vnde sequitur, Et cùm se inclinasset vidit posita lintheamina, nihil tamen ipse plus perscrutatur, sed desistit. & hoc est quod subditur, Non tamen introiuit, Petrus vero vt feruidis introiens vniuersa inspexit diligenter & amplius vidit. vnde sequitur, Venit ergo Simon Petrus & intro. in mo. & vidit linth. po. & su. quod fu. su. ca. ei⁹ non cum linth. po. sed se. inuolu. in vnum loc. quod erat

Argumē. tū resurrectionis.

resurrectionis signum. Neque enim quidem eum trāstulisset, corpus eius denudassent, neque si furati essent, huius rei fuissent solliciti, vt leuarent sudarium & inuoluerent, & ponerent in vnum locum seorsum à lintheaminibus, sed simpliciter vt se habebat suscepissent corpus. Ideo enim Ioannes præmiserat quoniam sepultus est cum myrrha, quæ conglutinat corpori lintheamina: vt non decipiaris ab his qui dicunt eum futuro subleuatum esse. Non enim ita insensatus esset qui suraretur, vt circa rem superfluam tātum studium consumeret. Post Petrum autem & Ioannes introiuit. vnde sequitur, Tūc ergo introiuit & ille discipulus &c. Aug. Nonnulli putant hoc Ioānem credidisse quòd Iesus resurrexerit, sed quod sequitur, hoc non indicat. vidit ergo manè monumentum & credidit quod dixerat mulier. nam sequitur, Nondum enim scie. scripturam &c. Non ergo eum credidit resurrexisse, quem nesciebat oportere resurgere. quando autem ab ipso domino audiebant quanuis apertissimè diceretur, consuetudine tamen audiendi ab illo parabolas non intelligebant: & aliquid aliud eum significare credebant. Grego. in ho. Hæc autem tam subtilis euangelistæ descriptio à mysteriis vacare credenda nō est, per Ioannē iuniorem synagoga: per seniorē verò Petrum ecclesia gentium designatur: quia etsi ad dei cultū est prior synagoga quā ecclesia gentiū, ad vsum tamē ęculi prior est multitudo gentiū quā synagoga. Cucurrerūt autem simul, quia ab ortus sui tempore vsq; ad occasum pari & communi via: & si nō pari & cōmuni sensu gētilitas cum synagoga decucurrit, venit synagoga pri⁹ ad monumētum sed minime intrauit, quia legis quidē mādata percepit prophetias de incarnatione ac passione dominica audiuit sed credere in mortuū noluit, Venit autem Simon Petrus & introiuit in monumentum, quia secuta posterior ecclesia gentium Christum Iesum & cognouit carne mortuorū & viuentem credidit deū. Sudarium autē capitis domini cum lintheaminibus nō inuenitur, quia caput Christi deus & diuinitatis incomprehēsibilia sacramēta ab infirmitatis nostrę cognitione disiuncta sunt, eiusque potentia creatura transcendit naturam. Non solum autem separatim sed inuolutum inueniri dicitur, quia linthei quo inuoluitur, nec initium nec finis aspicitur. Celsitudo autem diuinitatis, nec cœpit esse nec desinit. Bene autem additur in vno loco, quia in scissura mentiū deus non est, & illi eius gratiā habere merentur: qui se ab inuicē per sectarum scādala non diuidunt. Sed quia solet per sudarium laborantium sudor detergi: potest & sudarii nomine intelligi labor dei. Sudarium ergo quod super caput eius fuerat seorsum inuenit, quia ipsa redēptoris nostri passio longe à nostra passione disiuncta est, quoniam ipse sine culpa patitur quod nos cum culpa toleramus. Ipse sponte morti succumbere voluit, ad quā nos venimus inuiti. Post ꝙ autēm intrauit Petrus ingressus est & Ioannes: quia in fine mundi ad redemptoris fidem etiam Iudæa colligetur. Theoph. Vel aliter: Intellige Petrum actiuum & promptum. Ioannem verò contēplatiuū & docilem rerum diuinarum habuisse peritiam, plærunq; autem præuenit contemplatiuus notitia & docilitate, sed actiuus instantia feruoris & sedulitate præcedit illius acumen, & prius inspicit diuinum mysterium.

Linthei mysteriū

Abierunt ergo discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentū foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se & prospexit in monumentū: Et uidit duos angelos in albis sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes ubi positum erat corpus Iesu. Dicunt illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominū meum, & nescio ubi posuerunt eum. Hæc cum dixisset conuersa est retrorsum, & uidit Iesum stantem & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus. Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei. Domine si tu sustulisti eū dicito mihi ubi posuisti eū, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus. Maria, Conuersa illa dicit ei. Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus. Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autē ad fratres meos & dic eis. Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum, deum meum & deum uestrum. Venit Maria Magdalenæ annuncians discipulis quia uidit dominum, & hæc dixit mihi.

Greg. in ho. Maria autē Magdalenę quæ fuerat in ciuitate peccatrix: amādo veritatē lauerat lachrymis maculas criminis, cuius mentē magna vis amoris accenderat, quæ à monumento domini etiā discipulis recedentibus nō recedebat. Dicitur enim. Abie. er. ite. dis. ad semetip. Aug. Id est vbi habitabāt, & vnde ad monumentum cucurrerāt. Víris autē redeuntibus, nisi infirmiorem sexum in eodē loco fortior figebat affectus, vnde sequitur: Maria autē stabat &c. Aug. de cō. euan. Id est autē illi saxei sepulchri locū, sed tamen intra illud spacium quo iam ingressæ fuerāt, hortus quippe illic erat,

Mulieris constantia.

Ne mireris autē ꝙ Maria amare flebat ad sepulchrum, Petrus vero nihil tale passus est. cōpassibile em̄ est muliebre genus & natura flebile. Aug. Oculi igitur qui dominum quęrierāt & nō inuenerant lachrymis vacabāt, amplius dolentes ꝙ fuerit ablatus de monumento q̄ ꝙ fuerat occisus in ligno: quoniā magistri tanti cuius vita subtracta fuerat nec memoria remanebat. Augu. de cō. euā. Viderat autē cum aliis mulieribus angelū sedētem à dextris super lapidē reuolutū à monumento, ad cuius verba cū fleret, prospexit in monumētū. Chry. Magnū enim ad mitigationē ad monumentū apparens, videniq; eam vt plus requiesceret, & inclināt se & volentem locū videre vbi iacuit, vnde sequitur: Dum ergo fleret &c. Grego. Amanti enim semel aspexisse non sufficit: quia vis amoris intentionē multiplicat inquisitionis. Aug. Nimiū enim dolebat nec suis nec discipulorum oculis facile putabat esse credendū, an potius diuino in animo eius effectū est vt, prospiceret. Greg. Quęsiuit em̄ corpus & minime inuenit: perseuerauit vt quęreret, vnde & cōtingit vt inueniret, actumq; est vt desideria dilatata crescerent, & crescentia causarēt quod inuenissent. Sancta em̄ desideria dilatione crescunt. Si autē dilatione deficiūt, desideria nō fuerunt. Ista itaque quæ sic amat: quæ se ad monumentū quod prospexerat iterū inclinat, vide⁊mus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur em̄: Et vidit duos angelos &c. Chry. Quia enim non erat excelsa mulieris mens vt ex sudariis perciperet resurrectionem, angelos videt in læto habitu, & ipsa à passione mitigetur. Augu. Quid est autē ꝙ vnus ad caput & alter ad pedes sedebat, an quoniā qui Græce angeli dicuntur, Latinē sunt nuncii. Isto modo Christi euangeliū velut à capite vsq; pedes, ab initio vsq; in finem signabāt esse nūciandum. Greg. Vel ad caput sedet angelus eum per apostolos prædicatur: quia in principio erat verbū, & quasi ad pedes sedet cum dicit. Verbū caro factum est. Possumus etiam per duos angelos duo testamenta agnoscere, quæ dum pari sensu incarnatū & mortuū, ac resurrexisse dominū nunciāt, quasi testamentū prius ad caput, & testamentū posterius ad pedes sedet. Chrys. Angeli autē apparentes nihil de resurrectione dicunt: sed paulatim in eum qui de resurrectione est intrant sermonē. Quia em̄ mulier vltra cōsuetudinē præclarū habitum videratne turbetur audiuit cōpassionis vocē, vnde sequitur: Dicunt ei il. mu. quid ploras? Angeli lachrymas prohibebant: & futurū quodāmodo gaudiū nunciabant. Ita em̄ dixerūt. Quid ploras? ac si dicerent plorare noli. Greg. Ipsa enim sacra eloquia quæ in nos lachrymas amoris excitant easdē lachrymas cōsolātur dum nobis redemptoris nostri spem repromittunt. Augu. At illa eos putans interrogasse nescientes causas prodit lachrymarū, vnde sequitur: Dicit eis, quia tulerūt dominum meum. Dominū suū vocat dñi sui corpus ex animæ à toto partem significās: sicut oēs cōfitemur Iesum Christū filium dei sepultum, cū sola eius sepulta sit caro. Sequitur: Et nescio vbi posuerūt eum. Hæc erat causa mortis doloris quia nesciebat quo iret ad cōsolandū dolorē. Chry. Nondū aūt de resurrectione aliquid nouerat, sed adhuc translationē imaginabatur. Aug. de cō. euā. Hic intelligendi sunt surrexisse angeli, vt etiā stantes viderentur, sicut Lucas eos visos esse cōmemorat. Aug. su. Io. Sed hora iam venerat qua id quod nunciatū quodāmodo fuerat ab angelis flere, phibētibus, gaudiū succederet flentibus, vnde sequitur: Hæc cum dixisset conuersa est retrorsum. Chry. Sed quare ad angelos loquēs & nōdum ab eis aliquid audiēs cōuertat retrorsum. Mihi videtur ꝙ hæc ea dicēte: Chrs post eam apparuit, & angeli cōsiderātes dominatorē: & figura & inspectione & motu cōfestim ostēderunt qm̄ dñm viderūt, & hoc est qđ mulierē cōuerti retrorsum fecit. Greg. Notādū etiā ꝙ Maria quę adhuc de dñi resurrectione dubitabat conuersa retrorsum est vt videret Iesum, quia videlicet per eandē dubitationē suā quasi tergū in dñi faciē miserat quē resurrexisse minime credebat. Sed quia amabat & dubitabat, videbat & nō cognoscebat eū, vnde sequit: Et vidit Ie. stātē &c. Chry. Angelis em̄ vt dñator apparuit, mulieri verò nō ita, nec eam ex prima visione stupefaceret nō em̄ oportebat eam repēte ad excelsa reducere: sed paulatim. Sequit: Di. ei Ie. Mult. quid &c. Greg. Interrogat doloris causa, vt augeatur desideriū quatenus cum noīaret quē quęreret, in amorē eius ardētius ęstuaret. Chry. Et quia in cōmuni figura apparuit: æstimauit eum hortulanū esse, vnde sequitur: Illa ęsti. quia hor

Angelorum mysterium.

Figurata locutio.

Figura Christi resurgē. tis.

Universidad de

la.ef.di.ei.Domine si tu sust.eum di.mi.vbi pos.eum: & ego eum tol.hoc est, si ꝑpter timorem Iudæorũ leuasti eum dicito mihi, & ego eum accipiã. The. Timebat em̄ ne Iudæi etiam corpori insæuirent exanimi, & ideo volebat in alio loco incognito illud transponere. Grego. Forsitan autem nec errando hæc mulier errauit quę Iesum hortulanum credidit: an non ei spiritualiter hortulanus erat qui in eius pectore per amoris sui vim semina virtutum virentia plantabat? Sed quid est ꝙ viso eo quem hortulanum credidit, cui necdũ dixerat quẽ quęrebat ait. Dñe si tu su.eum? Sed vis amoris hoc agere solet in animo, vt quẽ ipse semper cogitat, nullum alium credat ignorare. Postquã autem eam dñs cõmuni vocabulo appellauit ex sexu, & agnitus nõ est: vocat ex nomine, vnde sequitur: Dicit ei Iesus. Maria. ac si dic. Recognosce eum à quo recognosceris. Maria ergo quia vocauit ex noïe recognoscit auctorẽ, quia & ipse erat qui quærebatur exterius, & ipse qui eam interius vt quæreret docebat, vnde sequitur: Cõuersa illa di. Rabboni quod dicit magister. Chry. Sicut enim Iudæis quãdoq; immanifestus erat: & præsens, ita & loquens cum volebat seipsum notũ faciebat. Qualiter autẽ conuersa dicit cum Chrs ad eam loqueretur? Mihi videtur ꝙ dicente ea. Vbi posuisti eum: cõuersa est ad angelos vt interrogaret cur stupefacti essent: deinde Christus vocãs eã cõuertit eam ad seipsum: & per vocẽ manifestũ seipsum fecit. Augu. Vel quia prius conuersa corpore quod non erat putauit, nũc corde cõuersa, quod erat ãgnouit. Nemo autẽ calũnietur mulierẽ ꝙ hortulanum dixerit dominũ, & Iesum magistrũ, ibi em̄ honorabat hominẽ à quo discernere humana & diuina discebat. Aliter ergo dum dixit. Sustulerũt dominum meũ, aliter autẽ, Dñe si tu sustulisti eum. Greg. Iam vero ab euãgelista nõ subditur quid mulier fecit, sed ex eo innuit quod audiuit. Sequitur: Di.ei Ie.No.me tan. In his nãq; verbis ostenditur ꝙ Maria amplecti voluit eius vestigia quem recognouit. Sed cur tangi nõ debeat ratio quoque additur cum subiũgitur. Nondũ em̄ ascen.ad pa.meũ. Aug. Sed si stans in terra nõ tangitur, sedens in cęlo quomodo ab hoïe tangetur? qui certe anteq̃ ascẽderet discipulis suis se obtulit tãgendũ dicens. Palpate & videte, quia spiritus carnẽ & ossa nõ habet, vt Lucas testatur. Quis aũt tam sit absurdus vt dicat eum à discipulis quidẽ anteq̃ ascẽdisset ad patrem se voluisse tãgi, à mulieribus autẽ noluisse, nisi cum ascendisset ad patrem. Sed leguntur etiã fœminæ post resurrectionem anteq̃ ad patrem ascenderet tetigisse Iesum, in quibus erat etiã ipsa Maria Magdalena, narrãte Matth. Aut ergo hoc sic dictũ est, vt in illa fœmina figuraretur ecclesia degẽtibus, quæ in Christũ nõ credidit: nisi cũ ascẽdisset ad patrem, aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est sic spũaliter tangi ꝙ ipse & pater vnum sunt. Eius quippe intimis sensibus quodãmodo ascendit ad patrem, qui sic in eo ꝑficerit vt patri agnoscat ęqualẽ. Quomodo hęc nõ carnaliter adhuc in eum credebat, siue sicu hoïem flebat? Aug.1.de tri. Tactus autẽ tanq̃ finem facit notionis. Ideoq; nolebat in eo esse finẽ intenti cordis in se, vt qđ videbatur tantũmodo putaretur. Chry. Vel aliter: Volebat hęc mulier adhuc cum Chro esse, sicut & ante passionẽ, & prę gaudio nihil magnũ excogitabat, quãuis caro Christi multo melior facta fuerit resurgendo. Ab hac ergo intelligentia eã abducẽs dixit. Noli me tãgere, vt cũ multa reuerentia ei loquatur: vnde nec discipulis apparet de reliquo cũ eis cõuersans: vt reuerenti⁹ ei attendãt dicens. Nõdum em̄ ascendi: ostendit qm̄ illuc ꝑperat & festinat. Eũ autem qui illuc debet abire: & nõ vltra cũ hoïbus cõuersari nõ oportebat cũ eadem videre mente qua & ante:

Ies⁹ hortulanus.

Christus quomodo tangitur.

& hoc manifestat cõsequenter dicẽs: Vade au.fra.meos & dic eis. Ascen. ad pa.meũ & pa.ve. deũ meum & deũ vestrũ. Hila.11.de tri. Inter cæteras impietates suas etiã hoc dicto dñi vbi solent hæretici, vt per id ꝙ pater eius pater eorũ est, & deus eius deus eorum est in natura dei nõ sit, sed in forma dei manens formam serui assumpsit. Et cũ ad hoïes in serui forma Christus Iesus loquatur, nõ ambigitur quin pater sibi vt cæteris sit ex ea parte qua homo est, & deus sibi vt cũctis sit ex ea natura qua seru⁹ est. Deniq; hũc eundẽ sermonẽ cœpit dicẽs, Vade ad fratres meos. Fratres autẽ ex carne sunt deo. Cæterum vnigenitus deus sine fratribus est. Aug. Vel aliter: Nõ ait patrem nostrũ sed patrem meum & patrem vestrum: aliter ergo meũ, aliter vestrũ natura meũ, gratia vestrũ. Neq; dixi deũ nostrũ, sed deũ meũ, sub quo ego homo: & deũ vestrũ, inter quos & ipsum mediator sum. Aug. de cũ.euan. Tũc ergo egressa est à monumẽto, hoc est ab illo loco vbi erat horti spatiũ ante lapidem effossum: & cum illa aliæ quas secundũ Marcũ inuaserat tremor & pauor. & nemini.s.aliorũ quicquã dicebant, vnde & hic dicitur. Venit Maria Magdalena &c. Grego. Ecce humani generis culpa ibi absconditur vnde processit: quia em̄ in paradiso mulier viro propinauit mortem, à sepulchro mulier viris annunciauit vitam, & dicta sui viuificatoris narrat, quæ mortiferi serpẽtis verba narrauerat. Aug.de cõ.euan. Dum autem cum aliis veniret tunc secundũ Matth. occurrit illis Iesus dicẽs. Auete. Sic ergo colligimus angelorũ collocutionẽ bis numero eas habuisse venientes ad monumentũ, & etiã ipsius domini: semel.s. quando Maria hortulanum putauit, & iterum cum eis occurrit in via vt eas repetitione firmaret, & sic venit Maria Magdalenæ annuncians discipuli, non solum ipsa sed & aliæ quas Lucas cõmemorat. Beda. Misticè autem Maria quæ interpretatur domina illuminata, illuminatrix: seu stella maris: significat ecclesiam quæ Magdalena.i.tutensis dicitur, Nam magdalon Græcè, Latinè turris dicitur, propter illud quod dicitur in psal. Factus est mihi turris fortitudinis In eo autem ꝙ hæc mulier discipulis Christum resurrexisse nunciauit, omnes mouentur, maxime quibus est commissum prædicandi officium, vt si quid ei cælitus reuelatum fuerit, studiosè proximis propinent.

Hæretici arguũtur.

Concordia literalis.

Cum ergo sero esset die illo una sabbatorũ, & fores essent clausæ ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, uenit Iesus & stetit in medio, & dixit eis. Pax uobis. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iterum: Pax uobis. Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Hæc cum dixisset, insuflauit & dixit eis. Accipite spiritũ sanctum. Quorũ remiseritis peccata remittuntur eis, & quorũ retinueritis retenta sunt. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus non erat cum eis quando uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominũ. Ille autem dixit eis. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum & mittam digitum meum in loco clauorum, & mittã manum meam in latus eius, non credam.

Chry. Audientes discipuli quod Maria annũciauit, cõsequens erat vt aut discrederent, aut credentes dolerent, quoniã eos nõ reputauit dignos sua visione. Hæc igitur recogitãtes, neq; per vnã diem dimisit pertrãsire, sed ex eo ꝙ sciebãt iam suscitatũ esse, videre sitiẽtibus & timidis existentibus cũ sero factũ esset ipsis astitit, vnde dicitur: Cùm ergo sero esset die &c. Beda. In hoc infirmitas apostolorũ monstratur, qui foribus clausis intus cõgregati resident propter timorẽ Iudæorum quorũ metu fuerant prius dispersi. Venit Iesus & stetit in medio. Ideo aũt sero apparuit, quia consequens erat

Apostolorũ infirmitas.

tũc maxime eos timidos esse. The. Vel quia prestolabatur vt omnes cõuenirent. Ostiis verò clausis, vt ostendat quia eodẽ modo resurrexit adiacẽte lapide sup monumentũ. Aug. in ser. Pas. Nõnulli aũt de hac re ita mouentur, vt penè periclitẽtur afferẽtes cõtra miracula diuina prçiudicia ratiocinationũ suarũ. Sic em̄ disputãt. Si corp⁹ erat, si hoc surrexit de sepulchro qđ pependit in ligno. Qũo per ostia clausa intrare potuit? Si cõprehendis modũ, non est miraculũ: vbi deficit ratio: ibi est fidei ædificatio. Aug. su. Io. Moli quidẽ corporis vbi diuinitas erat ostia clausa nõ obstiterunt. Ille quippe nõ eis apertis intrare potuit quo nascẽte virginitas matris inuiolata ꝑmãsit? Chry. Sed mirabile est qualiter phantasma eũ non æstimarũt, sed hoc fuit, quia mulier ꝑueniens in eis multã fidem operata est. Sed & ipse per visum manifestũ se eis ostendit, & voce eorum fluctuantem mentem firmauit, vnde sequitur: Et di. eis. Pax vobis. Id est ne tumultuemini. In quo etiã commemorat verbũ quod ante crucẽ dixerat. Pacem meam do vobis: & rursus. In me pacẽ habebitis. Greg. Et quia ad illud corpus quod videri poterat fides intuentiũ dubitabat, ostẽdit eis ꝓtinus manus & latus, vnde sequitur: Et cùm hoc dixisset &c. Claui enim manus fixerant lancea latus aperuerat. Ibi ad dubitantiũ corda sanãda vulnerũ sunt seruata vestigia. Chry. Et quia ante crucẽ eis dixerat. Iterũ videbo vos, & gaudebit cor vestrũ, hoc opere impletur, vnde sequitur: Gauisi sunt &c. Aug.12.de.c.d. Claritas qua iusti fulgebũt sicut sol in regno patris sui, in Christi corpore cũ resurrexit ab oculis discipulorũ potius abscõdita fuisse q̃ defuisse credenda est, nõ enim eam ferret human⁹ atq; infirmus aspectus quãdo ille à suis ita deberet attẽdi vt posset agnosci. Chry. Vniuersa aũt hæc eos ad fidẽ certissimã inducebant, quia verò præliũ expugnabile habebãt ad Iudæos, rursus eis pacem annũciat, vnde sequitur: Dixit eis er.ite. Pax vobis. Bed. Iteratio cõfirmatio est, siue ideo repetit quia gemina est virtus charitatis, vel quia ipse est qui fecit vtraq; vnũ. Chry. Simul quoq; demõstrat crucis efficaciã per quã soluit oïa tristia & cõtulit oïa bona: & hoc est pax. Mulieribus aũt supra annunciatũ est gaudiũ, quia in tristitiis illud genus erat, & hãc suscepit maledictionẽ dicente dño. In dolore paries. Quia ergo vniuersa prohibentia sunt destructa & directa sunt oïa de reliquo: subdit. Sicut mi.me pater &c. Greg. Pater quidẽ filium misit qui hunc pro redẽptione generis humani incarnati cõstituit. Itaq; dicit. Sicut mi.me pater &c. Id est ea charitate vos diligo, cum inter scãdalum persecutorũ mitto qua me charitate pater diligit quẽ venire ad tolerandas passiones fecit. Aug. Aequalem autẽ patri filium nouimus, sed hic verba mediatoris agnoscimus. Medium quippe se ostendit dicendo. Ille me: & ego vos. Chry. Si igitur eleuauit eorum animum & ab his quę facta sunt, & à dignitate mittẽtis, & nõ adhuc deprecatio ad patrem fit: sed sua auctoritate dat eis virtutẽ, vnde sequitur: Hæc cùm di.insuf. & eis, Acci.spi.sanctũ. Augu.11. de tri. Flatus ergo ille corporeus substantia spiritu sancti non fuit, sed demonstratio per congruã significationem non tantum à patre, sed etiã à filio procedere spiritum sanctũ. Quis enim dementissimus diceret alium fuisse spiritũ quẽ sufflans dedit, & alium quẽ post ascensionem suam misit? Grego. Cum autẽ prius in terra discipulis datur: postmodum de cælo mittitur, nisi ꝙ duo sunt præcepta charitatis, dilectio videlicet dei & dilectio proximi? in terra datur spiritus, vt diligatur proximus: ex cælo datur spiritus vt diligatur deus: sicut ego vna est charitas & duo pręcepta, ita vnus est spiritus & duo data, prius à consistente domino in terra: postmo-

Fides resurrectionis.

Flat⁹ qualis fuerit

dum datur ex cælo, quia proximi amore dicitur qualiter perueniri debeat ad mortem dei. Chry. Quidã autẽ dicunt quoniã non spiritum dedit sed aptos eos ad susceptionem spiritus per insufflationẽ construxit. Si em̄ angelum videns Daniel excessum mentis passus est, qđ ineffabilem illã gratiam suscipientes passi essent nisi discipulos suos primitus instruxisset? Nequaquã aũt quis peccabit dicens tunc suscepisse eos quandam potestatẽ spiritualis gratiæ, non vt mortuos suscitent & miracula faciãt, sed vt dimittãt peccata, vnde sequitur: Quorũ remiseritis &c. Augu. Ecclesiæ charitas quæ per spiritũ sanctum diffunditur in cordibus nostris participũ suorum peccata dimittit, eorũ autem qui nõ sunt eius participes tenet. Ideo postq̃ dixit. Accipite spiritum sanctum cõtinuo de peccatorũ remissione & retẽtione subiecit. Greg. Sciendũ verò est ꝙ hi qui prius spiri.san.habuerunt, vt ipsi innocentes viuerẽt, & in prædicatione quibusdã prodessent: idcirco hũc post resurrectionẽ domini patẽter acceperunt, vt prodesse nõ paucis sed pluribus possent. Libet ergo intueri: illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocati ad quantũ culmen gloriæ sint producti. Ecce nõ solum de seipsis securi fiũt, sed etiam principatum superni iudicii sortiuntur vt vice dei quibusdã peccata retineãt, quibusdã verò relaxent, horum nunc in ecclesia episcopi locum tenent: & soluẽdi ac ligandi auctoritatem suscipiunt qui gradum regiminis sortiuntur. Grãids honor, sed graue põdus istius est honoris. Durum quippe est vt qui nescit tenere moderamina vitæ suæ iudex fiat vitæ alienæ. Chryso. Sacerdos enim etsi propriã bene dispensauerit vitã aliorum vero non cum diligentia curam habuerit, cum perniciosis in gehennã vadit. Scientes igitur periculi magnitudinem multã tribuite eis deuotionẽ, & etiã si non valde nobiles fuerint: non autẽ iustum est ab his qui in principatu subiiciuntur iudicari, & si vita eorum fuerit valde detractabilis, in nullo lædens in his quæ sunt eis cõmissa à deo. Nõ enim sacerdos sed neque angelus aut archangelus operari aliquid potest in his quę sunt data à deo. Sed pater & filius & spiritussanctus omnia dispensant. Sacerdos autẽ suam linguã & manum tribuit. Non em̄ iustum esset vt ꝑpter alterius malitiã circa symbola nostræ salutis lædi eos qui ad fidẽ veniunt. Omnibus autẽ discipulis cõgregatis solus Thomas deficiebat à dispersione quæ iam facta erat, vnde dicitur: Thomas autem vnus ex.12.&c. Alcu. Didymus Gręcè: Latinè gemin⁹: propter dubium cor in credẽda: Thomas abyssus: quia altitudinem diuinitatis certa fide penetrauit. Greg. Nõ autem casu gestum est vt electus ille discipulus tunc deesset. Egit nanq; miro modo superna clementia vt discipulus dubitãs dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis infidelitas Thomæ ad fidem q̃ fides credentium discipulorum profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur: nostra mens omni dubitatione postposita in fide solidatur. Bed. Quæri autem potest quare hic euangelista tunc Thomam defuisse dicat cum Lucas scribat ꝙ duo discipuli euntes in Emaus reuersi in Hierusalem inuenerunt vndecim cõgregatos: sed datur intelligi qđ dã fuisse interuallum ꝙ ad horã Thomas egressus sit, & Iesus veniens in medio eorũ stetit. Chry. Sicut autẽ simpliciter & qualitercunq; credere facilitatis est: ita multum inuestigare est grossissimæ mentis, ꝑpter hoc Thomas accusatur. Apostolis enim dicentibus quoniã vidimus dominũ: non credidit, non tantũ illis discredens, quãtum rem putans impossibilem esse, vnde sequitur: Dixerũt er.ei alii disci.vi.do. Ille au.di.eis. Nisi vi.in ma. eius fixu.clauo. & mit.digi.meũ in lo.clauo. & mittam

Ratio afflat⁹ apostolorũ.

Honor sacerdotalis.

ma.meã in latus eius nõ credã.Aliis em̃ groſſior exiſtẽs eam quæ eſt per ſenſum groſſiſſimum.ſ.tactũ quærebat fidem : & neque oculis credebat,vnde non ſufficit eum dicere.Niſi videro:ſed addidit.Et miſero digi.&c.

Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis & ſtetit in medio & dixit eis.Pax uobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitũ tuum huc,& uide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum,& noli eſſe incredulus ſed fidelis.Reſpõdit Thomas & dixit, Dominus meus & deus meus . Dicit ei Ieſus. Quia uidiſti me Thoma credidiſti, beati qui non uiderunt & crediderunt. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt ut credatis quia Ieſus eſt filius dei, & ut credentes uitam habeatis in nomine eius.

Clementia Chriſti notatur. Chry.Cõſidera dñatoris clemẽtiã,qualiter & ꝓ vna anima oſtẽdit ſeipſum vulnera habẽtẽ & accedit vt ſaluet vnũ & nimirũ diſcipuli annũciãtes digni erant fide & ipſe ꝓmittẽs. Sed tamẽ quia ſolus Thomas quęſiuit neq; hoc eũ priuauit Chr̃s:nõ aũt ſtatim ei apparet, ſed poſt dies octo vt in medio à diſcipulis admonitus accẽdatur in maius deſideriũ & fidelior fieret in futurũ,vnde dicit̃.Et poſt dies octo ite.erãt diſ.eius intus & Tho. cũ eis.Venit Ie.ia.clau.& ſte.in me.eo.& di. Pax vobis. Aug.in ſe.paſ.Quæris à me & dicis:ſi ꝑ oſtia clauſa intrauit,vbi eſt corporis modus?& ego reſpõdeo:ſi ſuper mare ambulauit , vbi eſt corporis põdus, ſed fecit illud dñs tanq̃ dñs, nunquid igit̃ quia reſurrexit deſtitit eſſe dñs? Chry. Aſtat itaq; Ieſus & non expectabat à Thoma interrogari, ſed vt oſtẽdat qm̃ cũ loquebatur ad cõdiſcipulos aderat: eiſdẽ verbis vſus eſt.Et primo quidẽ increpat vel improperat,vnde ſequit̃:Deinde di. Thomę:infer digitũ &c.ſcd̃o autẽ erudit dicẽs, Et noli eſſe incre. ſed fidelis. Vide quoniã infidelitatis erat ambiguitas, anteq̃ ſpiritũ ſanctũ acciperẽt poſtea autẽ non, ſed firmi erãt de reliquo.Dignũ autẽ eſt quærere qualiter corpus incorruptibile typos habebat clauorum,ſed ne tumultueris:cõdeſcẽſionis em̃ erat vt diſcerent quoniã ipſe erat qui crucifixus fuerat.Aug.de ſymb.Poſſet autẽ ſi vellet de corpore ſuſcitato & clarificato omnem maculã cuiuſlibet cicatricis abſtergere,ſed ſciebat quare cicatrices in ſuo corpore reſeruaret. Stigmatũ Chriſti ratio. Sicut em̃ demõſtrauit Thomæ non credenti niſi tãgeret & videret,ita etiã inimicis ſuis vulnera demõſtratur⁹ eſt ſua,nõ ꝙ eis dicat ſicut Thomę.Quia vidiſti credidiſti:ſed vt cõuincens eos veritas dicat.Ecce hoĩem quẽ crucifixiſtis, videris vulnera quę infixiſtis, agnoſcitis latus qđ pupugiſtis, qm̃ per vos & ꝓpter vos apertũ eſt:nec tamẽ intrare voluiſtis.Au.22.de ci.dei. Neſcio aũt quomodo etiã ſic afficimur amore martyrũ beatorũ,vt velimus in illo regno in eorũ corporib⁹ videre vulnerũ cicatrices quę proChriſti noĩe pertulerũt:& fortaſſe videbimus:non em̃ deformitas in eis,ſed dignitas erit:& quędã quãuis in corpore nõ corporis ſed virtutis pulchritudo fulgebit : nec ideo tamen ſi aliqua martyribus amputata & ablata ſũt mẽbra , ſine ipſis mẽbris in reſurrectiõe erũt mortuorũ: quibus dictũ eſt. Capillus capitis veſtri non peribit. Sed ſi hoc decebit ĩ illo nouo ſęculo,vt indicia glorioſorũ vulnerũ in illa immortali carne cernantur vbi mẽbra vt præſciderẽtur ꝑcuſſa vel ſecta ſunt ibi cicatrices ſed eiſdẽ mẽbris redditis nõ ꝑditis apparebũt. Quãuis igit̃ oĩa quę acciderãt corpori vitia tũc nõ erũt nõ ſunt tamẽ appellãda vitia,ſed virtutis iudicia. Miracula corporis Chriſti. Gre. in ho. Palpandã autẽ carnẽ dñs præbuit quã clauſis ianuis introduxit, qua in re duo mira & iuxta humanam rationẽ valde ſibi cõtraria oſtendit : dum poſt reſurrectionẽ corpus ſuũ & incorruptibile;& tamen palpabile demonſtrauit.Nã & corrũpi neceſſe eſt quod palpatur, & palpari non poteſt quod non corrũpitur,& incorruptibilem ergo ſe & palpabilẽ demõſtrauit, vt profecto poſt reſurrectionẽ eſſe oſtenderet corpus ſuũ & eiuſdẽ naturæ & alterius gloriæ.Gre.13.mor. Corpus etiã noſtrum in illa reſurrectionisgloria erit quidẽ ſubtile per effectũ ſpiritalis potẽtię, ſed palpabile per veritatẽ naturę,nõ aũt ſicut Euticius ſcripſit impalpabile:& vẽtis aereq; ſubtilius.Aug.Videbat aũt Thomas tangebatq; hominẽ, & confitebatur deũ quẽ non videbat neq; tangebat:ſed per hoc quod videbat atq; tãgebat,illud iam remota dubitatione credebat,vnde ſequitur: Reſpõdit Thomas,& di.ei.Dñs meus &c.Theo. Qui prius infidelis fuerat poſt lateris tactum optimum ſe theologum oſtendit. Nam duplicẽ naturam vnicamq; hypoſtaſim Chriſti ediſſeruit dicẽdo enim.Dominus meus humanam naturã , dicendo vero deus meus diuinã confeſſus eſt, & vnũ & eundem deum & dominũ. Sequitur: Dicit ei Ieſu.Quia vidiſti me credidiſti.Au. Nõ ait tetigiſti me ſed vidiſti me,qm̃ generalis quodãmodo eſt ſenſus viſus: nam & ꝑ quatuor alios ſenſus noĩari ſolet velut cũ dicimus. Sẽſus viſus generalis. Audi & vide q̃ bene ſonet,olfac:& vide q̃ bene oleat,guſta & vide q̃ ſapiat,tange & vide q̃ bene caleat:vnde & hic dñs dicit. Infer dig.tuũ huc,& vide manus meas. Quid aliud ait q̃ tange & vide? ne tamen ille oculos habebat in digito,ergo ſiue intuẽdo ſiue etiã tangendo hoc ait.Quia vidi.me credidiſti,quamuis dici poſſit non auſum fuiſſe diſcipulũ tangere: cũ ſe offerret ille tangendũ. Greg. Sed cũ apoſtolus dicat fides eſt ſubſtantia ſperandarũ rerum argumentũ nõ apparentiũ,profecto liquet, quia quę apparẽt iam fidẽ nõ habent,ſed agnitionẽ. Dum ergo vidit Thomas:cũ palpauit:cur ei dicit̃. Quia vidiſti me credidiſti. Sed aliud vidit:aliud ctedidit,hominẽ vidit, & deum cõfeſſus eſt Lætificat aũt valde quod ſequitur. Beati qui non viderunt & crediderunt.In qua ſententia nos ſpecialiter ſignificati ſumus , qui eum quẽ carne non vidimus mẽte retinemus,ſi tamen fidem noſtram operibus ſequimur. Ille enim vere credit,qui exercet operãdo quod credit. Aug. Præteriti autem temporis vſus eſt verbis tanquã ille qui id quod erat futurũ in ſua nouerat prædeſtinatione iam factũ.Chry. Cum ergo aliquis nunc dixerit. vtinam in tẽporibus illis fuiſſem : & vidiſſem Chriſtũ miracula facientẽ:excogitet.Beati qui non viderunt & crediderunt. The. Exprimit aũt & hinc diſcipulos qui nec plagas clauorũ nec lat⁹ palpãtes crediderũt. Chry. Fidei locus datur. Quia verò Ioãnes pauciora aliis euangeliſtis dixerat, ſubiũgitur. Multa quidẽ & alia ſigna fecit Ieſus in cõſpectu diſcipulorũ ſuorũ q̃ nõ ſunt ſcripta in libro hoc, ſed nec alii omnia dixerũt, ſed quę erãt ſufficiẽtia attrahere ad fidẽ audientes . Mihi autẽ videtur hic dicere ea quæ poſt reſurrectionẽ ſunt ſigna, & ideo dicit in conſpectu diſcipulorũ ſuorum, cum quibus ſolis poſt reſurrectionem cõuerſatus eſt, deinde vt diſcas quoniam nõ ſolum diſcipulorum gratia ſigna fiebant:induxit. Hæc autẽ ſcripta ſunt vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius dei,cõmuniter ad humanã naturam loquens. Et vt oſtendat quoniã vt non illi qui creditur , ſed nobiſipſis vtile eſt credere : ſubdit. Et vt credentes vitã habeatis in nomine eius id eſt per Ieſum.Ipſe autem eſt vita.

CAPVT XXI.

POSTEA *manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare tyberiadis. Manifeſtauit autem ſic. Erant ſimul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus & Nathanael qui erat à chana galiee , & filij Zebedæi & alij ex diſcipulis eius duo. Dicit ei Simon Petrus. Vado piſcari.Dicũt ei.Venimus & nos tecũ. Et eiecerũt & aſcenderũt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt.Mane autẽ facto ſtetit Ieſus in littore,nõ tamen cognouerũt diſcipuli quia Ieſus eſt.Dicit ergo Ieſus.Pueri nũquid pulmentarium habetis?Reſpõderũt ei.Non.Dicit eis mittite in dexterã nauigij rete, & inuenietis.Miſerũt ergo & iam nõ ualebãt illud trahere præ multitudine piſciũ.Dicit ergo diſcipulus ille quẽ diligebat Ieſus Petro,dominus eſt. Simon Petrus cũ audiſſet quia dominus eſt tunica ſuccinxit ſe.Erat enim nudus & miſit ſe in mare.Alij autẽ diſcipuli nauigio.uenerũt.Non enĩ longe erãt à terra, ſed quaſi cubitis ducentis trahentes rete piſciũ.Vt ergo deſcenderũt in terrã uiderunt prunas poſitas & piſcẽ ſuperpoſitũ & panẽ.Dicit eis Ieſus. Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nũc.Aſcendit Simõ Petrus & traxit rete in terram plenum magnis piſcibus centũ quinquagintatribus.Et cum tanti eſſent,non eſt ſciſſum rete.*

Augu. Quod immediatẽ euãgeliſta ꝑmiſerat, veluti huius libri indicat finẽ,ſed narrat̃ hic deinde queãdmodum ſe manifeſtauerit dñs ad mare tyberiadis,vnde dicitur.Poſtea manifeſtauit &c.Chryſ.Dicit aũt poſtea, quia cõtinuẽ cũ eis ambulabat vt antea.Dicit etiã.Manifeſtauit ſe: quia non videret̃ niſi condeſcẽderet,quia in corruptibile erat corpus.Loci aũt meminit oſtendẽs quoniã plurimũ timoris eis dñs abſtulerat, vt de reliquo ipſi longẽ à domo ꝓcedant nõvltra in domo cõcluſi,ſed in Galilæã ierant periculũ declinãtes Iudaicum. Beda.More autẽ ſolito euãgeliſta prius retulit cauſam, deinde queãdmodum res geſta ſit enarrat,vnde ſequit̃: Manifeſtauit autẽ ſic.Chr.Quia verò neq; dominus cũ eis continuẽ erat:neq; ſpũs datus erat: neq; aliquid tũc erat ei cõmiſſum neq; aliquid habebãt agere,artẽ piſcatoriã tractabãt,vnde ſequit̃:Manifeſtauit autẽ ſic.Erãt ſi.Si.Pe.& Tho.qui di.didy.& Na.qui erat à cha.ga. q ſcilicet vocatus eſt à Philippo,& filii zebedæi.ſ.Iacob⁹ & Ioannes, & alii ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Si. Quæſtio euãgeli. Pe.Vado piſcari.Grego.in ho.Quæri poteſt cur Petrus qui piſcator ante cõuerſionẽ fuit, poſt cõuerſionem ad piſcationẽ rediit,cũ veritas dicat.Nemo mittens manũ ad aratrum,& reſpiciens retro apt⁹ eſt regno dei. Aug. Quod ſi feciſſent diſcipuli defuncto Ieſu priuſquã reſurrexiſſet à mortuis putarem⁹ eos illa quę animos eorum occuparat deſperatione feciſſe.Nũc verò poſt eum ſibi de ſepulchro reditũ viuum:& poſt inſpecta vulnerum loca poſt acceptũ eius inſufflatione ſpiritũ ſanctũ ſubito fiũt ſicut fuerant non hominũ,ſed piſciũ piſcatores,Reſpondendũ eſt ergo nõ eos fuiſſe ꝓhibitos ex arte ſua licita victũ neceſſariũ quærere,ſui apoſtolatus integritate ſeruata,ſi quãdo vnde viuerent aliud nõ haberent.Sic em̃ beatus Paul⁹ ea poteſtate quã profecto cũ cæteris euãgelii ꝑdicatoribus habebat, non cũ cęteris vteret̃ ſed ſtipendio ſuo militaret, negẽtes à noĩe Chriſti poſitas alienas,doctrina eius quaſi venialis offenderet,aliter educatus artem quã nõ nouerat didicit vt dũ ſuis manibus tranſigit̃ doctor,nullus grauaret̃ auditor. Quanto magis beatus Petrus qui iã piſcator fuerat qđ nouerat fecit, ſi ad præſens illud tempus aliud vnde viueret non inuenit.Sed reſpõdebit quiſpiã.Et cur nõ inuenit cũ dñs promiſerit dicens. Quærite primũ regnũ dei & iuſtitiã eius,& hæc oĩa apponent̃ vobis?Prorſus etiã dñs quod ꝓmiſit ĩpleuit.nã quis alius piſces qui caperent̃.appoſuit,qui nõ ob aliud credẽdus eſt eis ingeſſiſſe penuriã qua coegerent̃ ire piſcatũ niſi depoſitũ volẽs exhibere miraculũ?Greg.ĩ ho.Negociũ ergo quod ante cõuerſionẽ ſine peccato extitit, hoc etiã poſt cõuerſionẽ repetere culpa nõ fuit,vnde poſt cõuerſionem ſuam ad piſcationẽ Petrus rediit Matthęus verò ad thelonii negociũ nõ reſedit.Sũt enim plęraq; negocia quę ſine peccatis exhiberi aut vix aũt nullatenus poſſunt. Qua ergo ad peccatum implicant ad hæc neceſſe eſt vt poſt conuerſionẽ animus nõ reuertat. Negocia duplicia. Chry.Alii autem diſcipuli ſequebãtur Petrũ,vnde dicitur:Dicunt ei:venimus & nos tecũ. Colligati enim de reliquo ſibiinuicem erãt.Simul volebãt piſcationẽ videre.Sequitur.Et exie.& aſcen.in nauim. In nocte autẽ piſcabantur , quia adhuc formidoloſi erãt.Grego. Facta eſt autẽ diſcipulis piſcationis magna difficultas,vt veniente magiſtro fieret admirationis magna ſublimitas,vnde ſequit̃: Et illa no.ni.prẽdiderũt.Chry. Laborãtibus autẽ & afflictis diſcipulis aſſiſtit Ieſus,vnde ſequit̃.Mane aũt facto &c. Non enim ſeipſum mox eis oſtendit : ſed voluit & allocutionem cũ eis inire. Et primo loquit̃ eis humanius nam ſequit̃.Di.eis Ie.pue.nũ.pul.ha.Hoc autẽ dicit quaſi ab eis aliquid emere vellet, vt autẽ timuerũt eis ſignũ oſtẽdit per quod cognoſcerent.Sequitur em̃: Dixit eis. Mitti.in de.na.rhe.& inuenietis. Multa aũt cõſequẽter facta ſunt:quorũ primũ eſt multos piſces eſſe cõprehenſos,vnde ſequit̃. Miſe.er.rhe. & iã nõ vale,illud tra.pre. mul.piſciũ. Sed in Chriſti cognitione Petrus & Ioãnes ſuos ꝓprios modos oſtẽderũt.Ioãnes enim perſpicatior erat:& ideo primo cognouit Chriſtũ,vnde ſequitur:Dicit ergo diſcipulus &c.Beda.Hoc indicio ſicut ſępe: ita & hic ſuã demonſtrat perſonã.Cognouit aũt prim⁹ dominũ ſiue miraculo iſtius piſcationis , ſiue ſono præcognitę vocis,ſiue primæ reminiſcẽs piſcationis.Chry. Petrus autẽ feruẽtior erat: & ideo prõptius venit ad Chriſtum.Sequit̃:Simon Petrus cũ audiſſet &c.Beda. Dicit̃ autẽ Petrus nudus fuiſſe ad cõparationẽ cæterorũ veſtimentorũ quibus vti ſolebat,ſicut ſolemus dicere cũ aliquẽ ſimplici veſtimento videmus indutũ : quare nudus incedis.Siue poteſt intelligi quòd more piſcatorum ſtudio piſcandi nudus inceſſerit. Theoph. Quod verò ſe præcinxit Petrus pudoris eſt ſignũ. ꝑcinxit autẽ lineo amictu quẽ Phenices & tyrii piſcatores circũuoluũt ſibi cũ nudi ſint etiã cæteris indumẽtis apponunt.Beda. Eodem aũt adorare quo & multa alia fecerat: venit ad Ieſum,vnde ſequit̃:Et mi.ſe in mare.alii aũt diſ.na.venerũt.Non tamẽ intelligendũ eſt Petrũ ſuꝑ fluctus veniſſe,ſed aut natãdo aut pedibus ꝓpriis, quia erant ꝓpe terram ſequit̃ em̃:Non lõge em̃ &c.Gloſſ.Inter poſitio eſt,ſequit̃ enim:Trahẽtes rete piſciũ,vt ſit ordo literæ.Alii diſcipuli nauigio venerũt trahentes rete piſcium.Nõ longẽ em̃ &c.Chryſo.Deinde aliud ſignum ponitur,cũ ſubdit̃. Miraculum prunarum. Vt ergo deſcenderũt &c.Non enim adhuc ex materia ſuperpoſita operat̃,ſed ad id quod eſt mirabilius ducit ſigna oſtendẽs, quoniã & ex ſubiecta materia ante crucẽ miracula faciebat ꝓpter quandã diſpenſationẽ.Augu. Non eſt hic intelligendũ & panem fuiſſe prunis ſuppoſitũ, ſed quaſi diceret. Viderũt prunas poſitas & piſcẽ ſuperpoſitũ prunis,& viderunt panem.Chry.Vt aũt oſtenderet nõ eſſe phãtaſmata quod factũ eſt,iubet ex piſcibus ab eis captis afferri,ſequitur enim:Dicit ei Ie.Affer.ex piſ. quos prẽdi.nũc. Deinde & aliud ſignũ fuit ꝙ ex multitudine piſciũ rete non eſt ſciſſum,vnde ſequit̃:Aſcẽ.Si.Pe.& traxit re.ad ter.ple. ma.piſ.cẽtũquinquagĩtatribus.Et cũ tãti &c.Aug.Myſticẽ autẽ in captura piſcium cõmẽdauit eccleſiæ ſacramentũ,qualis futura eſt in vltima reſurrectione mortuorum. Et ad hoc cõmendandũ valet ꝙ tanq̃ finis eſt intepoſitus libri,ꝙ eſſe etiã ſecuturæ narrationis quaſi proemiũ,Quòd autẽ ſeptẽ diſcipuli fuerunt in illa piſcatione,ſuo ſeptenario numero finẽ ſignificat tẽporis, vniuerſum quippe ſeptẽ diebus voluit̃ tempus. Analogica expoſitio. Theo. Cũ autem nox erat,ante ſolis Chriſti præſentiã ꝓphetæ nihil cœperunt, quia etſi vnã nationẽ Iſrael corrigere

Universidad de Deusto Biblioteca

conarent, illa tamen frequenter in idolatria habebatur Greg. in ho. Quæri aũt potest cur discipulis in mare laborantibus, post resurrectionẽ suã coram discipulis in fluctibus maris ambulauit. Sed mare ꝓsens seculũ significat ꝙ se causarũ tumultibus & vndis vitæ corruptibilis illidit: ꝓ soliditatẽ autẽ littoris perpetuitas quietis æternę figurat. Quia igitur discipuli adhuc fluctibus mortalis vitæ inerãt, in mari laborant, quia aũt redemptor noster iã corruptionẽ carnis excesserat, post resurrectionem suã in littore stabat. Aug. Litt⁹ etiã finis est maris: & ideo sinẽ significat seculi. Sicut em̃ in hoc loco qualiter in fine seculi futura sit, ita dñs alia piscatione significauit ecclesiam qualiter nũc sit, vnde ibi Iesus nõ stabat in littore, sed ascẽdẽs in vnã nauim q̃ erat Simonis, rogauit à terra reducere pusillũ. In alia piscatione non mittunt retia in dexterã ne solos significẽt bonos, nec in sinistram ne solos malos: sed indifferẽter Laxate (inquit) retia vestra in captura, vt ꝓmixtos intelligam⁹ bonos & malos. Hic aũt (inquit) mittite in dexterã nauigii rete, vt significaret eos qui stabant ad dexterã solos bonos. Illud fecit ĩ initio ꝓdicationis suę: hoc resurrectionẽ suam, hinc ostẽdens illam capturam piscium bonos & malos significare quos nũc habet ecclesia: ista vero tantũmodo bonos quos habebit in æternũ, cõpleta in fine huius seculi resurrectione mortuorũ. Illi aũt qui ptinent ad resurrectionẽ vitæ. i. dexterã: & inter christiani nois retia defigunt, nõ nisi ĩ littore. i. in fine seculi cũ resurrexerit apparebũt. Ideo nõ valuerũt sic trahere retia, vt in nauẽ refunderẽt quos cœperant pisces sicut de aliis dictũ est. Habet aũt istos dexteros ecclesia post finẽ huius vitę in somno pacis, velut in ꝓfundo latentes donec ad littus rete pueniat, qđ in prima piscatione duab⁹ nauiculis hoc isto loco ducẽtis cubitis tantum, centũ & centũ existimo figuratum ꝓpter vtriusq; centos cubitos gemina charitatis virtus exprimit, ꝓ dilectionem em̃ dei & ꝓximi Christo appropinquamus. Piscis aũt assus est Christus passus. Ipse latere dignat⁹ est in aquis generis humani. Cãpi voluit laqueo nostræ noctis & qui nobis factus est piscis humanitate, extitit nobis panis nos reficiẽs sua diuinitate. Greg. Petro aũt sancta ecclesia est cõmissa, ipsi specialiter dicit. Pasce oues meas. qđ ergo est postmodũ aperit invoce nũc significatur in opere. Ipse em̃ pisces ad soliditatẽ littoris ꝓtrahit, quia stabilitatẽ æternę patriæ fidelibus ostẽdit, hoc egit verbis, hoc epistolis, hoc agit quotidie miraculorum signis, sed cũ rete magnis piscibus plenũ dicitur, additur & quantis: & hoc est quod subdit. Plenũ magnis &c. Augu. In alia piscatione numerus piscium nõ exprimitur tanq̃ illud ibi fiat quod ꝓdictũ est per ꝓphetã. Annũciaui & locutus sum, multiplicati sunt sup numerum. Hic vero certus est numerus cuius reddẽda est ratio. Numerus em̃ qui legẽ significat decẽ est ꝓpter decalogũ. Cũ autem accedit ad legem gra. i. ad literã spũs, quodãmodo denario numero addit septenarius, septenario quippe numero significat spũsanct⁹, ad quẽ significatio ꝓprie pertinet. Primũ em̃ in lege sonuit sancti ficatio in die septimo. Esaias etiã propheta cũ cõmendat opere vel munere septenario. Cũ itaq; legis denario spũs sanctus ꝓ septenariũ numerũ accedit fiũt. 10. & 7. qui numerus ab vno vsq; ad seipsum cõputatis oĩbus crescens ad centũ quinquagintatres ꝓuenit. Greg. Ducamus etiam ꝓ trigonũ. 10. & 2. veniunt quinquaginta vnũ. In quĩquagesimo aũt anno cũctus popul⁹ ab omni operatione quiescebat, sed vera requies nõ est. Aug. Nõ ergo tantũmodo centũ quĩquagintatres sancti ad vitã resurrecturi significant ęternã, sed oẽs ad gratiã spũs ꝓtinentes hoc numero figurant, qui etiã numerus ter habet quĩquagenariũ numerũ: & ĩsup ipsa tria ꝓpter mysteriũ triniratis. Quinquagenari⁹ aũt multiplicatis septem ꝓ septẽ & vnius adiectione cõplet: vnius aũt additur, vt eos significet esse vnũ. Non aũt fruſtra dictum est ꝙ erant magni. Cũ em̃ dixisset dñs. Non veni soluere legẽ sed implere, daturus spiritũ vtiq; per quem lex posset ĩpleri paucis verbis ĩtepositis ait. Qui fecerit & docuerit, magnus vocabit in regno cęlorũ. In prima autem piscatione rete ꝓpter significãda scismata rupebatur: hæc vero quoniam in illa summa pace sanctorũ nulla erũt scismata, ꝓtinuit ad euangelistã cõsequenter dicere. Et cũ tanti essent. i. tam magni: non est scissum rete, tanquã illud respiceret vbi scissum est: & ĩ illius mali comparatione commendaret hoc bonum.

Numeri quinquagenarii. ratio mistica.

Dicit eis Iesus. Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare cũ: tu quis es? scientes quia dominus est. Et uenit Iesus & accepit panem & dabat eis & piscẽ similiter. Hoc iam tertio manifestat⁹ est Iesus discipulis suis cum resurrexisset à mortuis.

Augu. Peracta piscatione dñs eos ad prandiũ vocat: vnde dicit. Di. eis Ie. ve. prã. Chrys. Hic quidẽ nõ dicit ꝙ comedit cũ eis, sed Lucas hoc dicit. Hoc autẽ fiebat, non vt natura indigente cibis de reliquo sed condescẽsione ad demõstrationẽ resurrectionis facta. Aug. 13. de ciui. dei. Corpora autẽ iustorũ quę in resurrectione futura sunt, neque ligno vitæ indicebunt, quo fiat vt nullo morbo vel senectute ĩueterata moriant, neq; vllis aliis corporalibus nutrimentis: quibus esuriendi atq; sitiendi qualiscũque modestia deuitetur: quoniã certo & inuiolabili munere immortalibus induent: vt non nisi ve lint possibilitate nõ necessitate vescant, non em̃ potestas sed egestas edendi & bibendi talib⁹ corporibus auferetur, sicut & saluator noster post resurrectionẽ iam quidem in spũali carne sed tamen vera, cibũ ac potum cũ discipulis sumpsit, nõ alimentorum indigentia, sed ea qua & hoc poterat potestate. Sequitur: Et nemo audebat &c. Ac si dice. Aug. super Ioã. Nemo audebat dubitare ꝙ ipse esset. Tanta em̃ erat euidentia veritatis, vt eorum non solũ negare sed nec dubitare quidem vllus auderet, quoniã si quisquam dubitaret vtiq; interrogaret. Chryso. Vel hoc dicit: quia de reliquo non similiter confidebant ei loqui vt prius, sed cum silentio & reuerentia multa sedebant attẽdentes in eũ & formam quidẽ alteram vidẽtes & multa admiratione plenã valde stupefacti volebant interrogare. Sed formido in hoc quod sciebãt ꝙ dñs est detinebat interrogationẽ: & solum comedebãt quę eis dabat cum priori potestate: hic autẽ nõ respicit in cælũ neq; humana illa facit ostendẽs qm̃ cõdescẽsionis gratia fiebãt, vnde subditur. Et venit Iesus &c. Aug. Mystice aũt piscis assus Christus est passus. Ipse est & panis qui de cælo descendit: hic incorporatur ecclesia ad participandũ beatitudinem sempiternam, ꝓpter hoc dictum est. Afferte de piscibus quos apprehẽdistis nunc, vt oẽs qui hanc spẽ gerimus per illum septenariũ numerũ discipulorũ per quem potest in hoc loco nostra vniuersitas intelligi figurata tanto sacramento nos cõmunicare nocemus & eidem beatitudini sociari. Grego. Per hoc etiam ꝙ septem discipulis vltimum conuiuiũ celebrat, eos tantũmodo qui septiformi gratia sancti spũs pleni sunt futuros secũ in ęterna refectione denunciat, septẽ quoq; diebus omne hoc tempus euoluitur: & sæpe septenario numero ꝑfectio designat. Illi ergo vltimo cõuiuio de prę sentia veritatis epulant: qui nũc perfectionis studio terrena transcẽdunt. Chry. Quia verò nõ cõtinuo cum eis conuersabat neq; similiter vt prius, subdit euangelista dicens, Hoc iam tertio

Corporũ gloriosũ cũ condition notat.

Allegoria assi piscis.

Tropologica expositio.

Allegorica expositio.

manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset à mortuis. Augu. Quod non ipsas demõstrationes, sed ad dies referre debem⁹. i. primo die cũ resurrexisset: & post dies octo quãdo Thomas vidit & credi. & hoc die quando hoc de piscibus fecit: & deinde quotiẽs voluit vsque ad diem quadragesimũ quo ascendit in cęlũ. Augustꝰ de con. euan. Inuenimus autẽ apud quatuor euangelistas decies cõmemoratum dominũ visum esse post resurrectionem, semel ad monumentum à mulieribus, iterum eisdem egredientibus à monumẽto in itinere, tertio Petro, quarto duobus euntibus in castellũ, quĩto plurib⁹ in Hierusalem: vbi est erat Thomas, sexto vbi vidit eum Thomas, septimo ad mare tyberiadis, octauo omnibus vndecim in monte Galileę secũdum Matthæi. Nono vt dicit Marcus nouissimè recũbentibus, qa iam nõ erant in terra cũ illo cõuiuaturi, decimo ipso die ascensionis non iam in terra sed eleuatũ in nube.

Cũ ergo prandissent dixit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum Simon Ioannis diligis me? Ait illi. Et iam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei iterum. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simõ Ioannis amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me. Et dixit ei. Domine, tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas.

Theo. Finito prandio cõmissionem ouium mũdi Petro cõmendat: nõ aliis: vnde dicit, Cũ ergo prandissent dixit Simoni Petro Iesus &c. Aug. Sciens dñs interrogat. Sciebat enim dñs ꝙ non solũ eum diligeret, verum etiam ꝙ plus oĩbus eum diligeret Petrus. Alcui. Dicit autẽ Simon Ioannis. i. filius Ioãnis carnalis patris. Mystice autẽ Simon obediens, Ioannes gratia merito hoc noĩe vocat. i. obediens gratiæ dei, vt ostendat ꝙ ardentiori eũ charitate amplectit, non meriti humani sed diuini esse numeris. Aug. in ser. Pas. Cũ autẽ dñs morerẽt timuit & negauit, resurgẽs autem dñs amorẽ inseruit: timorẽ fugauit: nam quãdo negauit mori timuit: resurgens te dño quid timeret: in quo mortẽ mortuã reperiret: vnde sequit, At illi: etiã domine &c. Confitenti aũt amorem suũ oues suas cõmendauit: vnde sequitur, Dicit ei, Pasce agnos meos tanq̃ nõ esset vbi ostẽderet Petrus amorem suũ in Christũ nisi esset pastor fidelis sub principe ouium pastorũ. Chryso. Quod enim maximè omniũ tribuit nobis eã quæ desup est beniuolentiã est proximorũ procuratio. Præteriens aũt dominus alios Petro de talibus loquit: eximius enim apostolorũ erat Petrus: & os discipulorũ & vertex collegii: vnde & negatione deleta cõmittit ei plationẽ fratrũ. Et negationem quidẽ ei nõ exprobrat: sed dicit. Si diligis me: præsiste fratribus ꝓ feruentẽ amorem quẽ per omnia demõstrasti nunc ostende, & animam quã dixisti te esse posiurum pro me: hanc da pro ouibus meis. Sequit: Dicit ei iterum, Simon Ioannis &c. Aug. Merito dicitur Petro. Diligis me, & respõdet, Amo te, eiq; dicitur. Pasce agnos meos, vbi etiam demõstratur vnũ atq; idem esse amorem & dilectionem: nã etiam dominus nouissimè non ait, Diligis me, sed amas me. Sequit: Dicit ei tertio Simon &c. Tertio vtrum Petrus eũ diligat dominꝰ interrogat. Redditur enim negationi trinæ trina cõfessio, ne minus amori lingua seruiat q̃ timori, & plus vocis elicuisse videat mors imminens quã vita præsens. Chry. Tertio & iam interrogat & tertio iniũgit eadẽ, ostẽdens quantũ apreciatur prę lationẽ propriarũ ouiũ, & quoniã hoc est maximè eius amoris signum. Theo. Ex tunc etiam inoleuit consuetudo, vt ter cõfiteantur qui veniunt ad baptismũ. Chryso. Deinde tertio interrogatus conturbatus est, vnde sequitur: Contri. est Petrus &c. Rursus formidans priora ne forte æstimans se diligere si non diligat, corripiatur, sicur & prius correptus est, multũ se æstimans fortẽ: vnde ad ipsum Christum refugit, vnde sequit: Et dicit ei, domine tu omnia scis. i. ineffabilia cordis ꝓsentia & futura. Augu. de ver. do. Inde ergo cõtristatus est ꝙ sæpe interrogat esset ab eo qui sciuerat quod interrogabat: & donauerat quod audiebat. Veraciter ergo respõdit, & de intimo cordis protulit amantis vocẽ di. Tu scis quia amo te. Aug. sup. Io. Non aũt addidit plus his, hoc em̃ respõdit quod de seipso sciebat, non em̃ quantũ ab alio quolibet diligeret scire poterat, qui cor alterius videre nõ poterat. Sequit: Di. ei pa. oues meas. q. d. Sit amoris officiũ pascere dominicũ gregem, sicut fuit timoris indiciũ negare pastorem. Theo. Potest aũt quis assignare differẽtiã inter agnos & oues. Agni sunt qui introducũtur, oues verò perfecti. Alcui. Pascere aũt oues est credẽtes in Christo ne à fide deficiant cõfortare, terrena subsidia si necesse est subditis prouidere: & exẽpla virtutum cũ verbo prędicationis ĩpendere, aduersarius obsistere, errantes subditos corrigere. Aug. Qui hoc aũt animos pascũt oues Christi, vt suas velint esse non Christi, se conuincũtur amare non Christũ, vel gloriandi vel dominãdi: vel acquirendi cupiditate: nõ obediẽdi & subueniẽdi & deo placendi charitate. Nõ ergo nos sed ipsum amemus, & in pascẽdis ouibus eius ea quæ sunt eius nõ quæ nostra sunt quæramus, quisquis enim seipsum nõ deum amat nõ amat se, qui em̃ non potest viuere de se, morit vtiq; amando se, nõ ergo se amat, q ne viuat se amat. Cũ verò ille diligit de quo viuit, nõ se diligẽdo magis se diligit: q ꝓpterea nõ se diligit, vt eũ diligat de quo viuit. Aug. in ser. Pas. Extiterũt autẽ quidã serui infideles qui diui serunt gregẽ Christi: & furtis suis peculia sibi fecerunt & audis eos dicere. Oues meę sũt illę, qd quęris ad oues meas, non te inueniã ad oues meas, sic & nos dicamus meas, & illi dicant suas, perdidit Christus oues suas.

Pastores mali notantur.

Amen amen dico tibi, Cum esses iunior cingebas te, & ambulabas ubi uolebas. Cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quo tu non uis. Hoc autẽ dixit significans qua morte clarificaturus esset deum.

Chry. Cum dixisset Petro dñs de amore quem habebat ad ipsum prenũciat ei martyriũ quod ꝓ ipso debebat sustinere: erudire nos volens qũo eum amare oportet, vnde dicit: Amen amen di. ti. Cum esses &c. Meminit prioris vitæ, quia in secularibus iuuenis quidẽ vtilis est, qui verò senuerit inutilis. In diuinis autẽ non ita est. sed cum superuenerit senectus, tunc virtus clarior: tunc vtilitas industrior: in nullo ab ætate prohibita, quia ergo Petrus semper volebat in periculis esse cum Christo dicit ei. Confide, ita implebo tuũ desyderiũ, vt quę passus non es iuuenis existens, oporteat te pati senẽ vnde sequitur: Cum autẽ senueris. Per quod ostendit ꝙ neq; tũc iuuenis erat neq; senex, sed vir perfectus. Orig. sup. Matt. Et attende ꝙ nõ facilè inuenitur quis ex eis qui apti fuerint ad hoc opus: vt cito trãseat de hac vita vnde nũc Petro dicitur. Cũ senu. ex. ma. tuas. Aug. Hoc est crucifigeris. Ad hoc aũt vt venias, alius te cinget & ducet quo nõ vis. Prius dixit quod fieret, & deinde qũo fieret, nõ enim crucifixus: sed crucifigendus quo nollet est ductus. Solutus quippe à corpore esse volebat cum Christo, sed si fieri posset prẽter mortis molestiam vitã concupiscebat æternam, ad quã molestiam nolens venit: sed volens eam vicit, & reliquit hũc infirmitatis affectum quo nemo vult mori vsq; adeò naturalem vt cũ beato Petro nec senectus auferre potuerit, sed molestia q̃tũcũq; sit mortis debet eã vincere vis amoris quo amat

Alia iuuenis alia senilis officia.

Laus fidei Petri.

Ritus baptismi.

Universidad de Navarra

Vita omnibus amabilis.

ille qui cũ sit vita nostra etiam mortẽ voluit ferre pro nobis. Nam si nulla esset mortis vel parua molestia, nõ esset tam magna martyrii gloria. Chryso. Dicit ergo. Quo non vis. Propter naturalem cõpassionem animæ, quæ inuita separatur à corpore, deo hoc vtiliter dispensante: vt non multi sibi mortem inferant violentã, deinde rigens auditorem euangelista induxit. Hoc autẽ dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. Nõ dixit. Moriturus esset, vt discas quoniam pati pro Christo, gloria est patiẽtis & honor. Nisi autem certificaretur animus quia verè deus est minimè eius intuitu mortem toleraret, quo fit vt sanctorũ mors diuinę sit glorię certitudo. Aug. Hunc inuenit exitum ille negator & amator, vt pro eius nomine perfecta dilectione moreretur, cũ quo semorituru peruersa festinatione promiserat. Hoc enim oportebat, vt prius Christus pro Petri salute, deinde Petrus pro Christi ꝓdicatione moreret.

Et cũ hoc dixisset, dixit ei. Sequere me. Conuersus Petrus uidit illum discipulũ quem diligebat Iesus sequentem, qui & recubuit in cœna supra pectus eius, & dixit, Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cũ uidisset Petrus dixit Iesu, Domine, hic autam quid? Dixit ei Iesus. Sic eum uolo manere donec ueniam, quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, non moritur, sed sic eum uolo manere donec ueniam, quid ad te?

Augu. Cùm prænunciasset dñs Petro qua morte clarificaturus esset eũ, inuitat eũ ad sui sequelam: vnde dicitur, Et cũ hoc di. di. ei. Sequere me. Cur dicit Petro. Sequere me, nec dicit cæteris qui simul aderant, qui eũ sicut magistrum discipuli sequebant? Sed si ad passionẽ intelligendũ est, nunquid solus pro Christiana veritate passus est Petrus? nõne ibi erat Iacobus qui ab Herode manifestatur occisus? Verũ aliquis dixerit, quoniã non est. Iacobus crucifixus: merito dictũ esse Petro. Sequere me, qui nõ solum mortẽ: sed & mortẽ crucis sicut Christus expertus est. Theo. Audiens aũt Petrus quia mortẽ pro Christo passurus est, quærit de Ioãne an moriatur: vnde sequitur, Conuersus Petrus vidit illum discipulũ quem diligebat &c. Auguſt. Seipsum dicit discipulum quem diligebat Iesus, quia ipsum præ cæteris & familiarius diligebat, ita vt in conuiuio supra pectus suum discumbere faceret. Credo vt istius euangelii quod per eum fuerat prędicaturus: diuinã excellentiam hoc modo alius cõmendaret, sunt qui senserint: & hi non contemptibiles sacri eloquii tractatores à Christo Ioannẽ propterea plus amatũ, quia ab ineunte pueritia castissimus vixeris. Sequitur: Hunc ergo cũ vidisset Petrus dixit Iesu. Domine, hic autem quid? Theo. Id est nũquid non morietur & ipse? vt quidam exponunt. Sequitur: Dicit ei Iesus. Sic eum vo. ma. do. ve. quid ad te? Augu. Et repetitũ est. Tu me sequere, tanq̃ ille ideo non sequeretur, quoniã eum manere voluit donec veniat. Quis facile aliud esse credat q̃ quod fratres crediderunt qui tunc erant. Sequitur enim: Exiit ergo ser. iste inter fra. quia discipulus non moritur. Sed hanc opinionẽ Ioannis ipse abstulit subdens. Et nõ dix. Ie. non mo. sed sic eum vo. ma. do. ve. quid ad te? Sed cui placet adhuc resistat & dicat verum esse quod ait Ioannes, nõ dixisse dominum ꝙ discipulus ille non moritur: sed hoc tamen significatum esse talibus verbis: qualia eum dixisse narrauit. Theo. Vel dicet: Christus non negauit Ioannẽ moriturum: nã quicquid oritur moritur: sed dixit volo eũ manere. i. viuere vsq; ad mũdi finẽ: & tunc pro me patietur martyrium: & ideo fatentur adhuc illũ viuere, ab Antichristo verò debere occidi: vna cũ Elia prædicaturum nomen Christi. Sed & si assignetur eius sepulchrum viuens quidem illud intrauit, postea discessit. Auguſt. Vel fortè aliquis in illos sepulchro ei⁹ quod est apud Ephesum dormire potius eum, q̃ mortuũ iacere contendet, assumens argumentum ꝙ illic terra sensim scaturire: & quasi ebullire perhibetur, atq; hoc eius anhelitu fieri pertinaciter asseuerãs. Sed cur eius discipulo quem præ cæteris diligebat pro magno munere longum in corpore donauerit somnum, cũ beatum Petrum per ingentem martyrii gloriã ab onere corporis absoluerit, eiq; concesserit quod Paulus se concupiscere dixerit. Cupio dissolui & esse cũ Christo. Si autem verè ibi quod semper sparsit fama aut ideo sit, vt eo modo commendetur pretiosa mors eius: quoniam non eam cõmendat martyrium: aut propter aliquid aliud quod nos latet, manet tamen quæstio cur dixerit dominus de homine moritu-
ro. Sic eum volo manere donec veniã. Illud etiam mo- Quæstio
uet ad quęrendũ, cur Ioannẽ plus dilexerit dominus, cũ Pulchra.
ipsum dominũ plus dilexerit Petrus, quantũ ipse sapio: melior est qui plus diligit Christum: felicior est verò quem plus diligit Christus, facilè respondeꝛim, si iustitiam liberatoris nostri quemadmodũ defenderem prouiderem. Aggrediar igitur de soluenda quæstione tam ingẽti, duas vitas sibi diuinitus prædicatas nouit ecclesia, quarum vna est in fide, altera in spe. Ista significata est per apostolum Petrum propter apostolatus sui primatum. Illa per Ioãnem, ideo huic dicitur. Sequere me, per imitationem. s. perferendi temporalia mala: de illo verò dicitur. Sic eum vo. ma. donec veniam. q. d. Tu me sequere per imitationem perferendi temporalia mala. Ille maneat donec sempiterna venio redditurus bona: quod apertius dici potest, perfecta me sequatur actio in formata meæ passionis exemplo. Inchoata verò cõtemplatio maneat donec venio, perficiẽda cũ venero, quod non sic intelligendũ est, quasi dixerit remanere. Vel pmanere, sed expectare, quoniã quod per eum significat, cũ venerit Christus implebitur, in hac autẽ actiua vita quãto magis Christũ diligimus, tãto facilius liberamur à malo, at ipse nos minus diligit quales nos sumus: & hinc ideo liberat, ne semp tales simus ibi verò amplius nos diligit, quoniã quod ei displiceat, & quod à nobis auferat non habebimus. Amet ergo eũ Petr⁹, vt ab ista mortalitate liberemur. Ametur ab eo Ioãnes: vt in illa immortalitate seruemur. Cur ergo Ioannes minus eum diligebat q̃ Petrus si eã vitã significabat, in qua est multo amplius diligendus, nisi quia ꝓpterea dictũ est. Volo
eum manere. i. expectare. Donec veniã, quãdo & ipsum Petri &
amorẽ qui tunc multo amplior erit nõdũ habemus, sed Ioannis
expectamus futurũ: vt dum ipse venerit habemus. Hoc compa-
ergo per Petrũ stgnificatũ est plus amantem, sed minus ratio.
amatũ, quia minos nos amat Christ⁹ miseros q̃ beatos veritatis autẽ contemplationẽ qualis tũc futura est minus amamus, quia nũc nõdũ nouimus nec habem⁹. Nemo tamẽ istos insignes apostolos seperet, & in eo ꝙ significabat Petr⁹ ambo erãt: & ĩ eo ꝙ significabat Ioãnes ambo futuri erãt. Glo. Vel ali. Sic eũ vo. manere. i. nolo eũ per martyrium cõsummare, sed expectare eũ in placidã absolutionẽ carnis suæ, qñ ego veniẽs recipiam eũ in æterna beatitudine. Theo. Vel aliter: Totũ in hoc ꝙ dicit dñs Petro. Seq̃re me: cunctorũ fideliũ plaꝛuram ei instituit. Simul autẽ & sequi itelligas hic imitationẽ in cunctis & verbis, & operibus, ostendit etiã affectionem ad ipsum: quia qui nobis astrictiores sunt, hoc sequi nos volumus. Chryſ. Si verò dixerit quis, qualiter igitur Iacobus thronũ assumpsit Hierosolymorũ? Illud vtiq; dicam, quoniã Petrus orbis terrarũ intronizauit magistrũ. Sequitur: Conuersus Petrus &c. Nõ sine cau-

sa recolit illam accubationẽ, sed vt ostendat quantã Petrus habebat fiduciã post negationẽ. Qui enim in cœna non audebat interrogare, sed Ioanni interrogationem cõmisit, huic & prępositura fratrum credita est: & non solũ non cõmittit alteri interrogare quę ad ipsum pertinent, sed de reliquo ipse pro aliis magistrũ interrogat. Quia igit magna ei ꝓdixerat dñs, & orbem terrarum cõmiserat: & martyriũ prenũciauerat: & amorẽ protestatus est ampliorẽ, volens & Ioannẽ communicatorem accipere dixit. Hic aũt quid. q. d. Nõne eadẽ nobiscũ veniet via? Valde enim Ioannẽ amabat Petrus. & per euangeliũ ostenditur eorũ colligatio: & in actibus apostolorũ. Sic igitur nũc vicem reddit Petrus Ioanni Aestimãs autẽ eum velle interrogare de seipso, nec audere: ipse pro eo suscipit iterrogationẽ. Quia verò debebant orbis terrarũ procurationẽ accipere, nec oportebat eos de reliquo sibi inuicẽ esse coniunctos, qđ esset damnũ orbi terrarũ, propterea dñs dicit scđm literam gręcã. Si eũ volo manere donec veniã, quid ad te? tu me sequere. q. d. Opus tibi cõmissum attẽde & pfice, hunc verò si voluero manere hic quid ad te? Theo. Quod verò dicitur cũ venero, quidã sic ĩtellexerũt, ac si diceret. Quousq; cõtra Iudæos qui me crucifixerũt veniã pcutiens illos baculo Romanorũ. Aiunt em hũc apostolũ vsq; ad Vespasiani tẽpus cũ Hierusalẽ capienda erat in locis illis cõuersatũ. Vel dicit. Dũ venero. i. dũ hũc volẽs dirigã ad ꝓdicandũ, te nãq; nũc dirigo ad orbis põtificatũ. & in hoc seq̃re me, ipse verò maneat hic donec & eum educã sicut te, Chry. Deinde euãgelista discipulorum opinionẽ punit & corrigit, vt supra dictum est.

Hic est discipulus ille qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus quia uerũ est testimoniũ eius. Sunt aũt & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribãtur per singula, nec ipsum arbitror mundũ capere posse eos qui scribẽdi sunt libros.

Chryſ. Quia ex multa certitudine scripsit Ioãnes, nõ refutat suiipsius testimoniũ in mediũ ferre, vnde dicit. Hic est discipulus ille &c. Consuetudo em est, cũ valde vera dicamus nostrũ testimonium nõ denegare, & multo magis ille q̃ spiritu sancto scribebat, vnde & alii apostoli dicebant. Nos sumus testes horũ. Sequitur: Et scribebat hæc. Quod ipse solus dicit: quia posterior ad scribendum venit Christo monẽte: vnde & frequenter ostẽdit Christi ad se amorẽ: occultè insinuans causam ex qua ad scribendũ processit: & fidedignũ faciens hũc sermonem à sua dignitate. Sequit: Et scim⁹ quia verũ &c. Omnibus em aderat. & neq; cũ crucifigeretur defuit, & mater ei cõmissa est, quæ sunt signa amoris: & ꝙ cũ certitudine sciat omnia. Et si aliqui nõ credant: inducãtur ad credendũ ex hoc quod subditur. Sunt aũt & alia multa quæ fecit Iesus. Vnde manifestũ est ꝙ nequaquã scripsi vt Christo gratiã præstarem, cũ tot existentibus nõ tot scripserim quot cæteri, sed horum plura reliqui cõtumelias & conuitia in mediũ proponẽs. Eum autẽ qui ad gloriã alterius scribit, oportet ecõtrario ea quæ sunt exprobabiliora tacere, quæ verò sunt clara ꝓponere. Aug. Quod autem subdit. Quæ si scri. per sin. nec ip Sublimi
sum arbi. mun. capere pos. eos qui scribẽdi sunt libros. tas gesto
Non spacio locorũ credendũ est mundũ capere nõ pos- rũ Chri-
se, sed capacitatte legentium comprehendi non posse, sti.
quanuis salua rerum fide plerũque verba excedere videant fidem quod nõ fit quando aliquid quod erat obscurum vel dubiũ exponitur, sed quando id quod apertum vel augetur vel extenuatur: nec tamẽ à tramite significandæ veritatis erratur, quoniã sic verba rem quæ indicatur excedunt, vt voluntas loquentis nec fallentis appareat: hunc loquendi modum græco nomine hyperbolem vocant, qui modus sicut in hoc loco, ita in nonnullis aliis diuinis literis inuenit. Chryso. Vel hoc referendum est ad eius potentiam qui faciebat virtutẽ: sicut enim nobis facile est loqui: ita & illi. & multo facilius facere quæ volebat, quia ipse est sup omnia deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Euãgelium Ioannis no uissimè scriptum

TABVLA EVANGELIORVM TOTIVS ANNI
secundum ritum Romanæ curiæ. Incipit dominicale & feriale.

Dominica prima de aduentu.
Erunt signa in sole & luna, vsque ibi. Verba aũt mea non trãsibũ, Lucæ 21. 246.
Dominica secunda de aduentu.
Cũ audisset Ioannes in vinculis, vsque ibi. Qui prępparabit viam tuam ante te. Matt. 11. folio 54.
Dominica tertia de aduentu.
Miserunt Iudæi ab Hierosolymis, vsque ibi. Vbi erat Ioannes baptizans. Ioan. 1. f. 265.
Feria quarta quatuor temporum de aduentu.
Missus est angelus Gabriel, vsq; ibi. Fiat mihi secundũ verbum tuum. Lucæ 1. fo. 169
Feria sexta quatuor temporum de aduentu.
Exurgens Maria abiit in montana, vsq; ibi. Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Luce 1. fo. 171.
Sabbato quatuor temporum in aduentu.
Anno 15. imperij Tyberij Cæsaris, vsq; ibi. Et videbit oĩs caro salutare dei. Luc. 3. 179.
Dominica quarta de aduentu. Anno quintodecimo, vt supra sabbato præcedenti.
In vigilia natiuitatis domini.
Cum esset desponsata mater Iesu, vsque ibi. Ipse enim saluum faciet populum à peccatis eorum. Matth. 1. fo. 7.
In natiuitate domini. In prima missa.
Exiit edictum à Cæsare. vsque ibi. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Lucæ 2. fo. 174.
In natiuitate domini in secunda missa.
Pastores loquebãtur, vsque ibi. Sicut dictum est ad illos. Lucæ 2. fo. 175.
In natiuitate domini In tertia missa
In principio erat verbũ, vsque ibi. A patre plenum gratiæ & veritatis. Ioan. 1. fo. 260.
In festo sancti Stephani protomartyris,
Dicebat Iesus turbis Iudæorum & principibus saterdotum. Ecce ego mitto, vsque Bene dictus qui venit in nomine domini. Matth. 23. fo. 102.
In festo sancti Ioannis apostoli & euãgelistæ.
Dixit Iesus Petro sequere me, vsque Et scimus quia verum est testimonium eius Ioan. 21. fo. 356.
In festo innocentiũ. Angelus domini apparuit in somnis Ioseph, vsque Et noluit consolari quia non sunt. Matt. 2 fo. 12
In sancti Thomæ episcopi & martyris, Ego. sum pastor bonus, vsque Et fiet vnũ ouile & vnus pastor. Ioan. 10 fo. 305.
Dominica infra octauam natiuitatis domini.
Erat Ioseph & Maria mirãtes super his, vsq; Et gratia dei erat cũ illo. Lucæ 2. fo. 177.
In sancti Syluestri pape. Sint lumbi. Quare in cõmuni vnius confessoris pontificis.
In octa. nati. domini. Postquã cõsummati sunt dies, vsque In vtero conciperetur. Lucæ 2. fo. 175.
In vigilia epyphaniæ Defuncto Herode ecce angelus, vsque Quoniam nazareus vo. Matthæi 2. fo. 13.
In epiphania. Cũ natus esset, vsq; reuersi sunt in regionem suam. Matth. 2 fo. 9.
Dominica infra octauã epiphaniæ. Cũ factus esset Iesus annorũ, vsque Apud deum & homines. Lucæ 2. fo 178.
In octa epypha. Vidit Ioannes Iesum, vsque Quia hic est filius dei. Ioãnis primo. fo. 266
Dominica secũda post epiphaniam. Nuptię factæ sunt, vsque Et crediderunt in eum discipuli eius Ioannis secundo fo. 269
Dominica tertia post epipha. Cũ descendisset Iesus de monte, vsque Et sanatus est puer in illa hora. Matthæi 8. fo. 41.
Dominica quarta post epipha. Ascendente Iesu in nauicu. vsque Venti & mare obediunt ei. Mat 8 fo. 43.
Dominica quinta post epiphaniã. Simile est regnum cælorũ homini qui seminauit, vsque Cõgregate in horeũ meum. Mat. 13 fo. 65.
Dominica in septuagesima. Simile est regnum cælo. homini patrifa. qui exiit, vsque Pauci verò ele. Matt. 20 fo 86.
Duminica in sexagesima. Cum turba plurima conuenirent, vsque Et fructũ afferunt in patientia. Lucæ 8 fo. 197.
Dominica in quinquagesima Assumpsit Iesus 12. discipulos vsq; & omnis plebs vt vidit dedit laudem deo. Lucæ 18 fo. 238.
Feria quarta cinerum. Cũ ieiunatis, vsque Ibi est & cor tuum. Matt. 6 fo. 33.
Feria. 5. Cũ introisset Iesus Capharnaũ, vsque Et sanatus est puer in illa hora Mat. 8 fo. 41
Feria sexta. Audistis ga dictũ est antiquis diliges proximũ, vsq; Et pater tuus qui videt in abscõdito reddet tibi. Matt. 5. fo. 28.
Sabbato. Cũ fero esset factũ erat nauis, vsq; Et quotquot tãgebãt eũ salui fiebãt Mar. 6. 141
Dñica prima ĩ quadragesima. Ductꝰ est Iesus in desertũ à spiritu, vsq; Et ecce angeli accesserunt & ministrabãt ei. Matth. 4 fo 17.
Feria secunda. Cum venerit filius hominis in maiestate, vsque Iusti autem in vitam æternam. Matth. 25 fo. 111.

Feria 3. Cũ intrasset Iesus Hierosolymã, vsque ibiq; docebat eos de regno dei. Mat. 21. f. 192
Feria 4. Magister volumus a te signum videre, vsque Ipse meus frater & soror & mater est. Matt. 12. fo. 61
Feria. 5. Egressus Iesus secessit in partes Tyri, vsque Et sanata est filia eius ex illa hora. Matth. 15. fo. 73.
Feria sexta. Erat dies festus Iudæorum, vsque Quia Iesu esset qui fecit eum sanum. Ioannis 5 282
Sabba. Et dominica secunda quadragesimæ. Assumpsit Iesus Petrum &c. vsq; Donec filius hominis à mortuis resurgat. Matth. 17. fo. 78
Feria secũda. Ego vado & quæretis me, vsque Quæ placita sunt ei facio semp Ioan. 8. 296
Feria tertia. Super cathedrã Moysi, vsque Et qui se humiliat exaltabitur. Matth. 23. f. 99
Feria quarta. Ascendens Iesus Hierosolymam assumpsit, vsque Et dare animam suam redemptionem pro multis, Matth 20. fo. 89.
Feria quinta. Homo quidam erat dines, vsque Resurrexit credent. Lucæ 16. 16. 231.
Feria sexta. Homo quidam erat paterfamilias qui plantauit vineã, vsque Sicut prophetam eum habebant. Matth. 21 94.
Sabbato. Homo quidam habuit duos filios, vsque Perierat & inuentus est. Lucæ. 15. 228.
Dominica tertia in quadragesima. Erat Iesus eiiciens dæmoniũ. vsque Beati qui audiunt verbum dei: & custodiũt illud Lucę. 11 213.
Feria secunda, Dixerunt pharisæi ad Iesum. Quanta audiuimus, vsq; Ipse autẽ transiens per medium illorum ibat. Lucę. 4 175.
Feria tertia Respiciẽs Iesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro. Si peccauerit, vsque Sed septuagies septies. Matth. 18 82.
Feria quarta Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis scribę, vsque Manducare non coinquinat hominem, vsque Matthæi 15. 73.
Feria quinta. Surgens Iesus de synagoga, vsque prædicans in synagogis galileæ Luc. 4 186.
Feria sexta. Venit Iesus in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sicar, vsq; Quia hic est verè saluator mundi. Ioannis quarto ca. 276
Sabbato Perrexit Iesus in montem Oliueti, vsque Vade & iam amplius noli peccare. Ioannis. 8 295.
Dominica quarta in quadragesima. Abiit Iesus trans mare galileę, vsque Quia hic est verè propheta qui venturus est in mundum. Ioan 6 fo. 286.
Feria secunda. Prope erat pascha Iudęorum & ascendit Iesus, vsque Ipse enim sciebat quid esset in homine, Ioannis secũdo. 227.
Feria tertia. Iam die festo mediante, vsque Deturba autem multi crediderunt in eum. Ioannis 7. 292.
Feria quarta. Præteriens Iesus vidit hominem cæcum, vsque Et procidens adorauit eum. Ioan. 9 301.
Feria quinta Ibat Iesus in ciuitatẽ quæ vocatur Naym, vsque Et quia deus visitauit plebem suam. Lucæ 7. 194.
Feria 6 Erat quidã languens Lazarus, vsque Et viderant quæ fecit Iesus: crediderunt in eum. Ioan. 11. 307.
Sabbato. Ego sum lux mundi, vsque Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Ioan. 8 fo. 295.
Dominica de passione. Quis ex vobis arguet me de peccato? vsque Iesus autem abscondit se: & exiuit de templo, Ioan. 8. 299.
Feria secunda Miserunt principes & pharisæi ministros, vsque quẽ accepturi erant credentes in eum. Ioan. 7. 297.
Feria tertia. Ambulabat Iesus in Galileam, vsque Nemo tamen palãm loquebatur de illo propter metum Iud Ioan. 7 fo. 291
Feria quarta Facta sunt encęnia, vsq; Quia in me est pater & ego in patre. Ioan. 10. fo 304
Feria quinta. Rogabat Iesum quidam pharisæus vt manducaret cum illo, vsq; fides tua te saluum fecit vade in pace. Lucæ 7. cap. folio 196.
Feria 6. Collegerũt pontifices & pharisæi cõsilium, vsque Et ibi morabatur cũ discipulis suis Ioan. 11. fo 309.
Sabbato Cogitauerũt principes sacerdotum, vsque Hæc locutus est Iesus: & abiit & abscondit se ab eis Ioannis 12. fo. 310.
Dominica in ramis palmarum ad benedictionem palmarum. Cum appropinquasset Ie. Hierosolymis, vsque Osanna filio Dauid benedictus qui venit in nomine domini. Matthæi 21. fo. 91.
Dominica in palmis ad missam. Scitis qa post biduum. vsque Signantes lapidem cum custodibus Matthæi. 26. fo. 113.
Feria secunda. Ante sex dies paschæ venit Iesus Bethaniam, vsque Sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis. Ioannis. 12. fo. 310
Feria tertia. Erat pascha & azyma. vsque Et aduoluit lapidem ad hostium monumenti. Marci. 14 fo. 158.
Feria quarta Appropinquabat autem dies festus, vsque in quo nunquã quisq; positus fuerat. Lucæ 22. folio 247.
Feria quinta. Ante diem festum paschæ, vsque Vt quemadmodum ego feci vobis ita & vos faciatis. Ioan. 13. folio 313.
Feria sexta. Egressus est Iesus cum discipulis suis trans torrentem cedron, vsque Quia iuxta erat monumentum posuerunt Iesum. Ioan. 18. folio 328.
Sabbato paschæ. Vespere autem sabbati. vsque Ibi eum videbitis ecce prædixi vobis. Matthæi 28. folio 126.
Dominica resurrectionis domini Maria Magdalenæ & Maria Iacobi, vsque ibi eum videbitis sicut dixit vobis Marci 16. fo. 165
Feria secunda. Duo ex discipulis Iesu, vsque Et quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Lucæ 24. fo. 250.
Feria tertia. Stetit Iesus in medio discipulorũ suorum & dixit illis, vsque In remissionem peccatorum in omnes gentes. Lucę 24. cap. folio 257.
Feria quarta. Manifestauit se iterum Iesus, vsque Cum surrexisset à mortuis. Ioan. 21. ca. folio 338.
Feria quinta Maria stabat ad monumentũ foris, vsque Quia vidi dominũ, & hæc dicit mihi. Ioan. 20. fo. 336
Feria sexta. Vndecim discipuli abierũt in Galilæam. vsq; Omnibus diebus, vsque ad cõsummationem sęculi Matthæi 28 fo. 128.
Sabbato in albis. Vna sabbati Maria Magda. vsque Quia oportebat eum à mortuis resurgere. Ioannis 20. fo 335.
Dominica in octaua Paschę. Cũ esset sero die illa vna sabbatorum. vsque Et vt credentes vitam habetis in nomine eius. Ioannis 20. folio 336.
Dominica secunda post Pascha. Ego sum pastor bonus, vsque Et fiet vnum ouile & vnus pastor. Ioannis 10. ca. fo 304.
Dominica tertia Modicum & iam non videbitis me. vsque Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Ioannis 16. fo. 325.
Dominica quarta. Vado ad eum qui me misit. vsque Quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Ioannis 16. fo. 322.
Dominica quinta. Amen amen dico vobis, si quid petieritis. vsque In hoc credimus quia à deo existi Ioan. 16. fo. 324.
In lætaniis maioribus, Quis vestrum habebit amicum. vsque Dabit spiritum bo. petentibus. Lucæ 11. fo. 212.
In vigilia Ascensio. Subleuatis Iesus oculis. vsque Et ego ad venio. Ioannis 17. capite folio 325.
In fest. Ascen. Recumbentibus 11. disci. vsque Sermonem confirmante sequen. signis. Marci 16. fo. 166.
Dominica infra octaua. Ascen. Cùm venerit paraclytus. vsque Reminiscamini quia ego dixi vobis. Ioannis 15. fo. 321.
In vigi. Penthe. Si diligitis me mandata mea seruate, vsque Et manifestabo ei meipsum. Ioan. 14. folio 317.
In die penthecostes. Si quis diligit me sermonem meum ser. vsque Et sicut mandatũ dedit mihi pater sic facio. Ioan. 14 fol. 318.
Feria secunda. Sic deus dilexit. vsque Quia in deo sunt facta. Ioan. 3. fo. 274.
Feria tertia. Amen amen dico vobis, qui non intrat, vsque Ego veni vt vitam habeant & abundantius habeant. Ioan. 10. fo. 309.
Feria quarta. Nemo potest venire ad me, vsq; Et panis quẽ ego dabo caro mea est pro mũdi vita. Ioan. 6 fol. 289.
Feria quinta. Connuocatis Iesus. 12. apostolis, vsque Euangelizantes & curantes vbique. Lucæ 9. fo. 202.
Feria sexta. Factum est in vna dierum vsque Quia vidimus mirabilia hodie Lucæ 5. 188.
Sabbato. Surgens Iesu de synagoga. vsque Et erat prædicãs in synagogis Galileæ Luc. 4 folio 186.
In festo trinitatis. Cum venerit paraclytus, vsque Quia ego dixi vobis. Ioannis 15. folio 321
Dominica prima post Penthecosten. Estote misericordes. vsque Vt educas festucam de oculo fratris tui. Lucæ 6. fo. 192.
In fest. corpo. Christi. Caro mea ve. est cib. vsque Qui manducat hunc panem viuet in æter. Ioannis 6 fo. 290.
Dominica secunda post Penthe Homo quidẽ fecit cœnam magnã. vsque Nemo virorũ illorũ qui vocati sunt gustabit cœnam meam. Lucæ 14. fo. 226.
Dominica tertia. Erant appropinquantes ad Iesum publicani. vsque Super vno peccatore pœnitentiam agente. Lucæ 15. folio 227.
Dominica quarta. Cùm turbę irruerent in Iesum. vsque Relictis in omnibus secuti sunt eum Lucæ 5. fo. 186.
Dominica quinta. Amen dico vobis nisi abundauerit. vsque Et tunc veniens offeres munus tuum. Matthæi. 5. fo. 25.
Dominica 6. Cùm turba multa esset cũ Iesu, vsque Quasi quatuor milia & dimisit eos. Marci 8. fo. 145
Dominica 7. Attendite à falsis prophetis, vsque Ipse intrabit in regnum cælorum. Matthæi. 7 fo. 38.
Dominica octaua Homo quidã erat dives qui habebat villicũ. vsque Recipiant vos in æterna tabernacula. Lucæ 16. fo. 230.
Dominica 9. Cũ appropinquaret Iesus Hierusalem. vsque Et erat docens quotidie in templo. Lucæ 9. fo. 241.
Dominica 10. Dixit Iesus ad quosdã qui in se. vsq; Qui se humiliat exaltabit. Luc. 18. 237.
Dominica 11. Exiens Iesus de finibus Tyri. vsque Et surdos fecit audire, & mutos loqui. Marci 7. fo. 144.
Dominica 12. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. vsque Vade & tu fac similiter. Lucæ 10. fo. 209.
Domica 13. Cũ iret Iesus in Hierusalem trãsibat. vsq; Quia fides tua te saluum fecit. Lucæ 17. fo. 234.
Dominica 14. Nemo potest duobus dominis seruire. Et hæc omnia adiicientur vobis. Matthęi 6. fo. 34.
Dominica 15. Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naym. vsq; Et quia deus visitauit plebem suam. Lucæ 7. fo. 194.
Dominica 16. Cũ intraret Iesus in domum cuiusdam principis. vsque Et qui se humiliat exal. Lucæ 14. fo. 225.
Dominica 17. Accesserunt ad Iesum pharisæi & interrogauit eum. vsque Neque ausus fuit quisq; ex illa die amplius eum interrogare. Matthęi 17. fo. 98.

Feria. 4 quatuor temporum. Respõdens vnus de turba dixit ad Iesum, vsque Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione & ieiunio. Marci. 9. fo. 147
Feria sexta quatuor temporum. Rogabat Iesum quidam pharisæis. vsque Vade in pace. Luc. 7. fo. 166
Sabbato. Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc. Arborem fici. vsque Gaudebat in vniersis quæ gloriosæ fiebant ab eo. Lucæ. 13. fo 222.
Dominica. 18. Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit, vsque Qui dedit potestatẽ talem hominibus. Matth. 9. fo. 43
Dominica 19 Simile est regnũ cælorũ homini regi, qui fecit nuptias. vsque Multi eñ sũt vocati pauci verò electi Matth 22. fo. 95
Dominica. 20 Erat quidam regulus. vsque Et credidit ipse & domus eius tota. Ioannis. 4. fo. 280
Dominica vigesima prima. Simile est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationẽ ponere. vsque vnusquisque fratri suo de cordibus vestris Matth. 18. fo. 83
Dominica. 22. Abeũtes pharisæi consiliũ inierunt. vsque Et quæ sunt dei deo. Matth. 22. fo. 97.
Dominica. 23 Loquente Iesu ad turbas ecce princeps, vsque Et exiit fama hæc in vniuersam terram illam Matth. 9. fo 47
Dominica. 24 Cum videritis abominationem desolationis. vsque Verba autem mea non præteribunt. Matth. 24. fo. 107

Incipit proprium de sanctis.

IN vigilia san. Andreę apostoli. Stabat Ioãnes & ex discipulis. vsque Ascendentes & descendentes supra filium hominis. Ioan. 1. fo. 268.
In festo sancti Andreæ. Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ. vsque Et patre secuti sunt eum. Matth. 4. fo. 20
In festo san. Thomæ apost. Thomas vnus de duodecim qui dicitur Didymus vsque Beati qui non viderunt & crediderunt. Ioan. 11. fo 336.
In purificatione beatæ Mariæ virginis. Postq̃ impleti sunt. vsque Et gloriam plebis tuæ Israel Lucæ. 2. fo 176
In annunciatione virg. Mariæ. Missus est. vsq; Secundum verbum tuum Lucæ. 1. fo. 169
In sanctorum apostolorum Philippi & Iacobi. Non turbetur cor vestrũ. vsque Et quodcunque petite. patrem in nomine meo hoc faciam. Ioan 14. fo. 316
In Inuen. crucis. Erat ex pharisæis Nicodemus. vsque Sed habeat vitam æternã. Ioan. 3 fo. 272.
In vigilia beati Ioannis Bapt. Fuit in diebus Herodis. vsque Parare domino plebem perfectam Lucæ. 1. fo. 168
In natiuitate Ioannis Bap. Helizabeth impletum est tempus pariendi. vsque Et fecit redemptionem plebis suæ Luc. 1. fo. 172
In vigilia apostolorum Petri & Pauli, Simon diligis me plus his vsq; Significans qua morte esset clarificaturus deum. Ioan. 21. fo. 339
In festo aposto. Petri & Paull. Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi vsque Et quodcunque solueris super terrã erit solutum & in cælis. Matth. 16. fo. 75
In visitatione. Exurgens Maria. vsque In deo salutari meo. Lucæ. 1. fo. 171
In octaua apostolorum Petri & Pauli. Iussit Iesus discipulos ascendere in nauiculã vsque Vere filius dei es. Matth. 14. fo. 69
In sanctorũ martyrum 7. fratrum & sanctarũ Rufinæ martyris & secundę virgin. Loquẽte Iesu ad tur. ecce mater. vsque Et soror & mater est. Matth. 12. fo. 62
In festo sanctæ Mariæ Magd. Rogabat Iesum quida pharisæus. vsq; Vade in pace. Luc. 7. fo. 196.
In festo san. Apollinaris epis. & mar. Facta est contentio inter discipulos. vsque Et sedeatis super thro. iudicantes duodecim tribus Israel. Lucæ 22. fo. 205
In festo sancti Iacobi apost. Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi. vsque Sed quibus paratum est à patre meo. Matth. 20. fo. 89
In festo transfigurationis. Assumpsit Iesus Petrum. vsque Filius hominis à mortuis resurgat. Matth 17. fo. 78.
In fest. san. Laurentii. Niũ granum frumen. Quære in cõmuni vnius martyris.
In vigil. assumptio. virg. Mariæ. Loquẽte Iesu ad turb. vsque Et custodiũt illud. Luc. 11. fo. 214.
In assump. virg. Mariæ. Intrauit Iesus in quoddam castellum. vsque Quæ nõ auferetur ab ea. Lucæ. 10. fo. 211
In decollatione san. Ioannis Bap. Misit Herodes rex ac tenuit Ioannem. vsque Et posuerunt illud in monumento. Mar 6. fo. 141
In Natiui. beatæ Mariæ virgi. Liber generationis vsque De qua natus est Iesus qui vocatur Matth. 1. fo. 3.
In exalta. Crucis. Dixit Iesus turbis Iudæorũ. Nunc iudiciũ. vsque Vt filii lucis sitis. Io. 12 fo. 312.
In vigi. san. Matthæi apost. & euang. Vidit Iesus publicanum nomine Leui. vsq; Sed peccatores ad pœnitentiam. Lucæ. 5. fo. 188
In fest. san. Matthæi. Vidit Iesus hominem sedentem in teloneo. vsq; Non enim veni vocare iustos sed peccatores. Mat. 9. fo. 45
In dedicatione san. Michaelis, Accesserunt discipuli ad Iesum. vsq; Vident faciem patris mei, qui in cęlis est. Matth. 18 fo. 80
In festo san. Francisci. Confitebor tibi pater domine cæli & terræ. vsque Et onus meum leue Matth. 11. fo. 56
In vigilia omniũ sanctorum. Descendens Iesus de monte stetit in loco campestri vsque Ecce enim merces vestra multa est in cælo. Lucæ. 6. fo. 190
In festo omniũ sanctorum. Videns Iesus turbas ascendit in montem. vsque Quoniã merces vestra copiosa est in cælis. Matt. 5. fo. 21

Incipit commune sanctorum.

IN vigilia vnius apostoli. Hoc est præceptũ meum vt diligatis inuicem. vsque Quodcunque petieritis patrẽ in nomine meo det vobis. Ioan. 15. fo. 320.
In vigilia plurimorum Apostolorũ. Ego sum vitis vera. vsque Quodcunque volueritis petetis & fiet vobis. Ioan. 15. fo. 319
In natali Apost. Hoc mando vobis vt diligatis. vsque Quia odio habuerunt me gratis. Ioan. 15. fo. 321
Ecce ego mitto vos. vsque Hic sal. erit. Mat. 10 fo. 51
Dixit Simon Petrus. vsque vitam æternã possidebit. Matth. 19. fo. 89
Designauit Iesus. vsq; Appropinquabit ĩ vos regnum Lucæ. 10. fo. 208.
In festo vnius marty. Nolite arbitrari quia venerim pacẽ mittere. vsque Non perdet meredem suam. Mattth. 10. fo. 53
Si quis vult venire. vsque Veniẽtem in regno suo. Matth. 16. fo. 77
Amen amen dico vobis. Nisi granum. vsque Qui in cælis est. Ioan. 12. fo. 311
Nihil opertum quod non reueletur. vsque Coram patre meo qui in cælis est Mat. 10. f. 52
Si quis venit ad me. vsque Quæ possidet non potest meus esse discipulus. Luc 14. fo. 226.
In festo vnius sancti. A Pascha vsque ad Penthecostẽ. Ego sum vitis. vsque Et gaudium vestrũ impleatur. Ioan. 15. fo 320
In festo plurimorum martyrum. Videns Iesus turbas. vsque Quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Matth. 5. fo 21
Sedente Iesu super montem Oliueti. vsq; Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit Matth 24. fo. 103
Attendite à fermento pharisæorum. vsque Cõfitebitur eum corã angelis dei. Luc. 12. f. 216
Descendens Iesus de monte stetit in loco campestri. vsque Ecce enim merces vestra multa est in cælo. Lucæ. 6. fo. 190
Væ vobis qui ædificatis. vsque Vt accusarent eum. Lucæ. 11. fo. 216
Cum audieritis prælia & seditiones. vsque In patientia vestra possidebitis animas vestras Lucæ. 21. fo. 245
Quis vos audit me audit. vsque Quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Luc. 10. fo 208
Cõfitebor tibi pater. vsque Et onus meum leue. Matth. 11. fo. 56.
In festo vnius confessoris pontificis. Vos estis sal terræ. vsque Hic magnus vocabitur in regno cælorum. Matth. 5. fo 23
Vigilate quia nescitis. vsque Super omnia bona sua constituet eum. Matth. 24. fo. 108
Homo quidam peregre. vsque Intra in gaudium domini tui. Matth. 25. fo. 110
Sint lumbi vestri præcincti. vsque Filius hominis veniet. Lucæ. 12. fo. 220
Nemo ascendit lucernã. vsque Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Lucæ, 11. fo. 215
Videte vigilate & orate vsque Quòd autẽ vobis dico, omnib⁹ dico vigilate. Mar. 13. f. 157
Nolite tim. pusillus grex. vsque Vbi enim est thesaurus tuus ibi & cor tuum erit. Lucæ. 12 fo. 219
Homo quidam nob. abiit in regionem longinquam. vsque Et quod videtur habere ausferetur ab eo. Luc. 19. fo. 39
In fest. vnius san. confes. non ponti. Vos estis sal ter. Vigila, quia ne. Sint lumbi. Nemo. accen. Videte vigi. Nolite timere. Homo quidã nobi. Require supra in confessore & pontifice.
Ecce nos reliqui. Quere in cõi apostolorum.
In fest. virg. Simile est re. cæ. thes. vsque Qui profert de thesauro suo noua & vetera. Mat. 13. fo. 67.
Simile est re. cæ. 10. virginibus. vsque Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Matth. 25. fo. 109
In anniuersario dedicationis ecclesiæ. Egressus Iesus perambulabat Hierico, vsque Saluum facere quod perierat Lucæ. 19. fo. 239
In commemoratione beatæ virg. Mariæ à Pascha vsque ad Penthecosten. Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, vsque Et ex illa hora accepit illam discipulus in suam, Ioan. 19. fo. 334.
In agenda pro mortuis. Dixit Martha ad Iesum, domine si fuisses hic, vsque Qui in hũc mundũ veni. Ioan. 11. fo. 308
Omne quod dat mihi pater, vsque Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Ioan. 6. f. 288
Amen amen dico vobis quia venit hora vsque Qui vero male egerunt in resurre. iudi. Ioan. 5. fo. 284
Ego sum panis viuus. vsque Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Ioannis. 6. fo 289
Pro spõso & sponsa. Accesserunt ad Iesum pharisæi tentantes eum & dicentes. Si licet homini. vsque Quos ergo deus cõiunxit homo non separet. Matth. 19. fo. 84

¶FINIS.

¶INCIPIT TABVLA EVANgeliorum totius anni secundum ordinem fratrum prædicatorum.

DOminica prima in aduentu. Cum appropinquasset. vsque Qui venit in nomine domini. Matth. 21. fo. 91
Dominica secunda de aduentu. Erũt signa in sole. vsque non transibunt. Lucæ. 21. f. 246
Dominica tertia. Cum audisset Ioannes, vsque Viam tuam ante te. Matth. 11. fo. 54
Feria quarta quatuor temporum. Missus est angelus, vsque Secundũ verbum. Luc. 1. f. 169
Feria sexta. Exurgens Maria, vsque Salutari meo. Lucæ, 1. fo. 61
Sabba. Anno quintodecimo, vsque Salutare dei. Luc. 3. fo. 173
Dominica quarta. Miserunt Iudæi, vsq; Ioan

nes baptizans. Ioan. 1. fo. 265
In vigilia natiuitatis domini. Cũ esset despon sata, vsque à peccatis eorum. Matth. 1. fo. 7
In nocte natiuitatis. Exiit edictum, vsque Bonæ voluntatis. Luc. 2, fo. 174
In aurora natiuitatis Pastores loquebantur, vsque Dictum est ad illos. Lucæ. 2. fo. 175
In missa maiori In principio erat, vsque Gratiæ & veritatis. Ioan. 1. fo. 260
Dominica infra octa nati. Erat Ioseph, vsque Erat cum illo. Lucæ. 2. fo. 177
In circuncisione domini. Postquam consummati, vsque in vtero conciperetur. Lucæ 2. fo. 175.
In vigilia epyphaniæ. Defuncto Herode, vsque Nazareus vocabitur. Matth. 2. fo. 13
In die epyphaniæ, Cum natus esset, vsque In regionem suam. Matth. 2. fo. 9.
Dominica infra octauam epyphaniæ. Cum factus esset, vsque deum & homines. Lucæ. 2. fo 178.
In octaua epyphaniæ. Venit Iesus à Galilæa, vsque In quo mihi complacui Matth. 3. f. 16
Dominica prima post octa. epypha. Nuptiæ factæ sunt, vsque Discipuli eius. Ioannis. 2. fo. 170.
Dominica secunda. Cum descendisset Iesus, vsque In illa hora Matth. 8. fo. 39
Dominica tertia. Ascendente Iesu, vsque Obediunt ei. Matth. 9. fo. 41
Dominica quarta. Simile est regnum cælorũ, vsque in horreum meum. Matth. 13. fo. 62
Dominica in septuagesima. Simile est regnũ cælorũ, vsque Pauci verò electi. Matthæi 20 fo. 86.
Dominica in sexagesima. Cum turba pluri. vsque Afferunt in patientia. Lucæ. 8. fo. 197
Dominica in quinquagesima. Assumpsit Iesus vsque Laudem deo. Lucæ, 18. fo. 138
Feria quarta in capite ieiunii. Cum ieiunatis nolite, vsque Ibi est & cor tuum. Matth. 6. fo. 32.
Feria quinta. Cum introisset, vsque in illa hora. Matth. 8. fo. 40
Feria sexta. Audistis quia, vsque Reddetti Matth. 5. fo. 29
Sabbato. Cum sero esset, vsque Salui fiebant. Marci, 6. fo 140
Dominica prima quadragesimæ. Ductus est Iesus, vsque Et ministrabant ei Mat. 4. f. 17
Feria secunda. Cum venerit filius, vsque in vitam æternam. Matth. 25. fo 108
Feria tertia, Cum intrasset Iesus, vsque De regno dei. Matth. 12. fo. 89
Feria quarta. Magister volumus, vsque Et mater est. Matth 21. fo. 60
Feria quinta Dicebat Iesus ad eos, vsque Non creditis mihi. Ioan. 8. fo. 298
Feria sexta. Erat dies festus, vsque Fecit eum sanum. Ioan. 5. fo. 281
Sabbato. Assumpsit Iesus, vsque A mortuis resurgat. Matth. 17. fo. 76
Dominica secunda in quadragesima. Egressus Iesus, vsque Ex illa hora. Matth. 15. fo 70
Feria secunda. Ego vado & quæretis me, vsq; Facio semper Ioan. 8. fo. 297
Feria quarta. Ascendens Iesus, vsque Pro multis. Matth. 20. fo. 87
Feria quinta. Homo quidam erat, vsque Resurrexit credent Luc. 16. fo. 231
Feria sexta Homo erat paterfa. vsque Eum habebant. Matth. 21. fo. 92
Sabbato. Homo quidam habuit, vsque inuentus est. Luc. 15. fo. 228
Dominica tertia. Erat Iesus eiiciens, vsq; Custodiunt illud Lucæ, 11. fo. 212
Feria secunda Dixerunt pharisæi, vsque illorum ibat. Lucæ, 4. fo 184
Feria tertia Respiciés Iesus, vsque septuagies septies. Matth. 18. fo. 80
Feria quarta. Accesserunt ad Iesum, vsque Coinquinat hominem. Matth. 15, fo. 69
Feria quinta. Surgens Iesus de sy. vsque Synagogis Galilex. Lucæ, 4. fo. 185
Feria sexta. Venit Iesus in ciuit. vsque Saluator mundi. Ioan. 4, fo. 276
Sabbato Perrexit Iesus, in vsque Iam noli peccare. Ioan. 8. fo. 295
Dominica quarta. Abiit Iesus trans ma. vsque In mundum. Ioan. 6. fo. 286
Feria secunda Prope erat pascha, vsque in homine. Ioan. 2. fo 271
Feria tertia. Iam die festo, vsque Et crediderunt id eum. Ioan. 7, fo. 292
Feria quarta. Præteriens Iesus, vsque Adorauit eum. Ioan. 9. fo. 300
Feria quinta. Ibat Iesus in ciuitatem, vsque Plebem suam. Lucæ, 7. fo. 193
Feria sexta. Erat quidam Languens, vsq; Crediderunt in eum. Ioan. 11, fo. 306
Sabbato. Ego sum lux mundi, vsq; Hora eius. Ioannis, 8. fo. 296
Dominica de passione. Quis ex vobis arguet vsque Et exiuit de templo. Ioan. 8. fo. 299
Feria secunda. Miserunt principes, vsque Credentes in eum. Ioannis, 7, fo. 294
Feria tertia. Ambulabat Iesus, vsque Metũ Iudæorum. Ioan. 7. fo. 291
Feria quarta. Facta sunt encænia, vsq; Ego in patre. Ioan. 10, fo. 305
Feria quinta. Rogabat Iesum quidam, vsque Vade in pace. Lucæ, 7. fo. 195
Feria sexta. Collegerunt pontifices, vsque Discipulis suis. Ioan. 11. fo 308
Sabbato. Subleuatis oculis, vsque Ad te venio Ioannis, 17. fo. 325
Dominica in ramis palmarũ. Cum appropinquasset vsque in nomine domini. Matthæi. 21, fo. 91,
Scitis quia post, vsque Signantes lapidem cum custodibus. Matth. 26. fo. 113
Feria secunda, Ante sex dies, vsque Se ab eis. Ioannis. 12. fo. 309
Feria tertia. Erat pascha & aximo. vsque monumenti. Mar. 14. fo. 156
Feria quarta. Appropinquabat dies, vsque Positus fuerat. Luc. 22, fo. 247
Feria quinta. Ante diem festum, vsque vos faciatis Ioan. 13, fo. 312
In parasceue. Egressus Iesus, vsque Posuerunt Iesum. Ioan. 18, fo. 328
Sabbato sancto. Vespere autem sabbati, vsque prædixi vobis. Matth. 28, fo. 126
In die sancto paschæ. Maria Magdalenæ, vsque sicut dixit vobis. Mar. 16. fo. 165
Feria secunda. Duo ex discipulis, vsque In fractione panis. Lucæ. 24, fo. 256
Feria tertia. Stetit Iesus in medio, vsque in omnes gentes. Lucæ, 24. fo. 257
Feria quarta. Manifestauit se, vsque Resurrexisset à mor. Ioan 21, fo. 336
Feria quinta. Maria stabat, vsque Dixit mihi. Ioan. 20, fo. 335
Feria sexta. Vndecim discipuli, vsque Cõsummationem sæculi Matth. 28. fo. 124
Sabbato. Vna sabbati, vsque A mortuis resurgere. Ioan. 20. fo. 334
Dominica in octaua paschæ. Cũ esset sero die, vsque in nomine eius. Ioan. 20. fo. 335
Dominica prima post octa. paschæ. Ego sum pastor bonus, vsque Et vnus pastor. Ioan. 10 fo. 305,
Dominica secunda. Modicum & iam non, vsque tollet à vobis. Ioan. 16. fo. 323
Dominica tertia. Vado ad eum, vsque annunciabit vobis. Ioan. 16, fo. 322
Dominica quarta. Amen amen dico vobis, vsque A deo existi Ioan. 16, fo. 324
¶ Feria secunda & tertia in rogutionibus.
Quis vestrum habebit, vsque petentibus se. Luc. 11, fo 212
In vigilia ascensionis. Subleuatis Iesus, vsque Ad te venio Ioan. 17. fo. 325
In die ascensionis. Recumbentibus vndecim vsque Sequentibus signis. Mar. 16. fo. 165
Dominica octaua. Cum venerit paraclytus, vsque Dixit vobis Ioan. 15. fo. 321
In vigilia penthecostes, Si diligitis me, vsque Meipsum. Ioan. 14. fo. 317
In die penthecostes. Si quis diligit me, vsque Sic facio. Ioan. 14. fo. 319
Feria secunda. Sic deus dilexit, vsque Sunt facta. Ioan. 3. fo. 274
Feria tertia. Amen amen dico vobis, vsq; Abũ dantius habeant. Ioan. 10. fo. 303
Feria quarta. Nemo potest venire, vsque Pro mundi vita. Ioan. 6. fo. 289
Feria quinta. Conuocatis Iesus, vsque Curantes vbique. Luc. 9, fo. 201
Feria sexta. Factum est in vna dierum, vsque Mirabilia hodi. Lucæ. 5. fo. 187
Sabbato. Surgens Iesus de, vsque Synagogis Galileæ. Luc. 4. fo. 185
In festo sanctæ trinit. Erat homo expha. vsque Vitam æternam. Ioan. 3. fo. 272
In festo corporis Christi. Caro mea verè est, vsque Viuet in æternum. Ioan. 6. fo. 290
Dominica prima post trinitatẽ. Homo quidã erat dives, vsque Resurrectionem credent. Luc. 6, fo. 231
Dominica secunda. Homo quidã fecit, vsque Cœnam meam. Lucæ, 14. fo. 225
Dominica tertia. Erant appropinquantes, vsque Pœnitentiam agente. Luc. 15, fo. 227
Dominica quarta. Estote misericordes, vsque Fratris tui. Luc. 6, fo. 191
Dominica quinta. Cum turbæ irruerent, vsq; Secuti sunt eum. Luc. 5. fo. 185
Dominica sexta. Amen amen dico vobis nisi, vsque munus tuum. Matth. 5, fo. 24
Dominica septima. Cum turba multa, vsque Dimisit eos. Mar. 8, fo. 142
Dominica octaua. Attendite à falsis, vsque In regnum cælorum. Matth. 7. fo. 37
Dominica nona Homo quidam erat dives, vsque Tabernacula. Luc. 16, fo. 230
Dominica decima, Cum appropinquasset Iesus, vsque In templo. Luc. 19, fo. 241
Dominica vndecima. Duo homines ascenderunt, vsque Exaltabitur. Luc. 18. fo. 236
Dominica duodecima. Exiens Iesus de finib⁹, vsque Et mutos loqui. Mar. 7, fo. 142
Dominica. 13. Beati oculi qui vidét, vsque facsimiliter. Luc. 10, fo. 209
Dominica quartadecima. Cũ iret Iesus in Hierusalem vsque Saluum fecit. Luc. 17. f. 234
Dominica quintadecima. Nemo potest duob⁹ vsque Adiicientur vobis. Matth. 6, fo. 34
Dominica sextadecima. Ibat Iesus in ciuitatẽ, vsque Plebem suam. Luc. 7, fo 193.
Dominica decima septima. Cum intraret Iesꝰ, vsque Exaltabitur. Luc. 14. fo. 225
Feria quarta quatuor temporum. Respondens vnus, vsque Et ieiunio. Mar. 9, fo. 147
Feria sexta Rogabat Iesum quidam, vsque Vade in pace. Luc. 7, fo. 196
Sabbato. Ar. fici. ha. vsque fiebant ab eo. Luc. 13 fo, 222,
Dominica decimaoctaua. Pharisæi audien. vsque Amplius interrogare. Matth. 22, fo. 98
Dominica decimanona. Ascendẽs Iesus in na. vsque talem hominibus. Matth. 9, fo. 44
Dominica vigesima. Simile est regnum cælorum homini, vsq; Pauci verò electi. Matt. 22 fo. 95,
Dominica vigesimaprima. Erat quidam regulus, vsque Eius tota. Ioan. 4, fo. 285
Dominica vigesima secunda. Simile est regnũ cælorum homini, vsque Cordibus vestris. Matth. 18, fo 83
Dominica vigesima tertia. Abeuntes pharisei, vsque Dei deo. Matth. 22, fo. 97
Dominica vigesima quarta. Loquente Iesu, ad vsque Terram illam. Matth. 9, fo. 47
Dominica vigema quinta. Cum subleuasset, vsque Est in mundum. Ioan. 6, fo. 286
In consecratione ecclesiæ. Ingressus Iesus, vsque Quod perierat. Luc. 19. fo. 239

¶IN NATALICIIS SANCTORUM totius anni Secundum ordinem Fratrum prædicatorum.

IN vigilia sancti Andreæ. Stabat Iesus & ex. vsque Filium hominis. Ioan. 1. fo. 268
In die ambulans Iesus, vsque Secuti sunt eum.

Matth. 4, fo. 20
Sanctæ Barbaræ virginis & marty. Simile est regnum cælorum thesau. In communi.
Sancti Nicolai episcopi. Sint lumbi vestri. In communi.
Io ordinatione. s. Ambrosii. Ego sum pastor, vsque vnus pastor. Ioan. 10, fo. 303
In conceptione beatæ Mariæ. Loquente Ie. In sabba. fo. 214
Sancti Damasi pontifi. & confes. Homo quidã pere. In communi.
Sanctæ Luciæ virginis & mar. Simile est regnum cælorum thesau. In communi.
Sancti Thomæ apostoli & martyris. Thomas vnus de, vsque Et crediderunt. Ioannis 20, fo. 335,
Sancti Stephani prothomar. Ecce ego mitto, vsque in nomine domini. Matth 23. fo. 99
Sancti Ioannis euangelistæ. Dixit Iesus Petro, vsque Testimonium eius. Ioan. 21, f. 328
Sanctorum Innocentiũ. Angelus domini apparui, vsque Quia non sunt. Matth. 2. fo. 12
Sancti Thomę marty. Nisi granum frumenti. In communi.
Sancti Syluestri pape. Homo quidam pere. In communi.
Sancti Pauli primi heremitæ & confessoris. Ecce nos reliquimus, vsque Possidebit. Mat. 19. fo. 84,
Sancti Fœlicis confesso. Qui vos audit me, vsque Scripta sunt in cælis. Lucæ, 10. fo. 208
Sancti Mauri abbatis. Nemo accendit. In cõmuni.
Sancti Marcelli pape & mar. Homo quidam pere. In communi.
Sancti Anthonii abba. Nemo accen. In communi.
Sanctæ Priscæ marty. Simile est reg. cæ. the. In communi.
Sanctorum marty. Fabiani & Sebastiani. Descendens Iesus de. In communi.
Sanctæ Agnetis virginis & marty. Simile est regnum cælorum decem. In communi.
Sancti Vincentii marty. Nisi gra. frumen. In communi.
Sanctæ Emerentianæ virgi. & marty. Simile est regnum cælorum decem virgi. In communi.
In conuersione sancti Pauli. Ecce nos reliquimus, vsque Possidebit. Matth. 9. fo. 85
Sancti Iuliani episcopi & confes. Sint lumbi. In communi.
In transla. san. Thomæ episcopi de Aqui. sicut in alio festo.
Sanctę Agnetis secũdo. Simile est reg. cæ. the. In communi.
Sancti Ignatii episcopi & marty. Nisi granum frumen. In communi.
In purificatione beatæ Mariæ. Postquam impleti sunt, vsque Plebis tuæ Israel. Lucæ, 2. fo. 274
Sancti Blasii episcopi & marty. Nisi granum frumen. In communi.
Sanctæ Agathæ virginis & mar. Simile est regnum cælorum thesau. In communi.
Sanctorum Vedasti & Amendi confesso. Sint lumbi. In communi.
Sanctæ Scolasticæ virgi. Simile est regnum cę lurum thesau. In communi.
Sancti Valentini marty. Nolite arbitrari, vsq; Mercedem suam. Matth. 10, fo. 51
In cathedra sancti Petri apost. Venit Iesus in partes, vsque Solutum & in cælis. Matth. 16 fo. 72,
Sancti Mathiæ apost. Confitebor tibi pater, vsque Et onus meum leue. Matth. 11. fo. 55
Sancti Albini episcopi & confesso. Vigilate. In communi.
Sancti Thomæ de Aquino. Vos estis sal terræ vsque In regno cælorum. Matth. 5. fo. 22
Sancti Gregorii pape. Vigilate quia. In communi.
Sancti Benedicti abbatis. Nemo accendit. In communi.
In annunciatione Dominica. Missus est angelus, vsque Secundum verbum. Luc. 1. fo. 168
Sancti Ambrosii Archiepisco. Vigilate quia In communi.
Sancti Vincentii confesso. Nemo accendit. In communi.
Sanctorum mar. Tyburtii & Valeriani. Ecce ego mitto, vsque Hic saluus erit Matth. 10, fo. 49,
Sancti Georgii marty. Si quis vult post me. In communi.
Sancti Marci euange. Ego sum vitis vera. In communi.
Sancti Vitalis martyris. Ego sum vitis vera. In communi.
Sancti Petri marty. Si quis vult post me, vsque Sanctorum angelorum. Luc. 9. fo. 203
Sanctæ Catherinæ de Senis. Simile est regnũ cælorum grano, vsque Constitutione mundi. Matth, 13. fo. 64
Apostolo. Philippi & Iacobi. Nõ turberur cor vsque Hoc faciam. Ioan 14, fo. 315
In inuentione sanctæ Crucis. Erat homo ex pharisæis, vsque Vitam æternam Ioannis 3, fo 272
Sanctorum Alexandri & sociorum eius mar. Cum egrederetur, vsque Seruus erit. Mar. 13 fo. 154,
In festo sanctæ Coronæ Apprehendit Iesum Pila. vsque purpureum vestimẽtum. Ioan. 9. fo. 330.
Sancti Ioannis ante portam Latinam sicut in alio festo ipsius.
In translatione sancti Petri marty. Sicut in festo ipsius. Si quis vult post me. In cõmuni.
In apparitione san. Michaelis, sicut in festo alio ipsius.
Sanctorum mar. Gordia. & Epimachi In cõmuni.
Sanctorum marty. Nerei Archillei & Pancratii Descendens Iesus de. In communi.
Sancti Seruentii episcopi. Sint lumbi vestri. In communi.
Sanctæ Potentianæ virginis. Simile est regnũ cælorum decem virgi. In communi.
In trãslatione beati Dñici sicut in die ipsius.
Sancti Vrbani pape & marty. Homo quidam pere. In communi.
Sanctæ Petronillę virginis. Simile est regnum cælorum thesau. In communi.
Sanctorum martyrum Marcelli & Petri. Cum audieritis. In communi.
Sancti Medardi episco. & con. Vigilate. In cõmuni.
Sanctorum martyrum Primi & Feliciani. Videns Iesus turbas. In communi.
Sancti Barnabe apost. Hoc est præceptum me. In communi.
Sanctorum marty. Naboris Basilidis & Cirini. Attendite à fermento. In communi.
Sancti Anthonii confesso. Nemo accendit. In communi.
Sancto. Viti & Modesti marty. Cum audie. In communi.
Sanctorum Ciriaci & Iulitæ marty. Ecce ego mitto, vsque Salus erit. Matth. 10. fo. 59
Sancti Martialis episcopi & confes. Vigilate. In communi.
Sanctorum martyrum Marci & Marcelliani, Cum audieritis. In communi.
Sanctorũ marty. Gerua. & Protha. Cum egrederetur Iesus, vsque Hic saluus erit Mar. 13 fo. 254,
Sancto. x. mar. Cum audieritis. In communi.
In vigi. san Ioannis Baptistæ, Fuit in diebus Herod. vsque Plebem perfectam. Lucæ 1. fo. 166,
In die Helizabeth impletum est, vsque Redẽptionem plebis suæ. Luc. 1. fo. 171
Sanctorum Ioannis & Pauli martyrũ. Attendite à fermento. In communi.
In vigilia apostolo. Petri & Pau. Dicit Iesus Simoni Pe. vsq; Clarificaturus deũ. Ioan. 21 fo. 336.
In die. Venit Iesus in partes, vsque Solutum & in cælis. Matth. 19, fo. 72
In commemoratione beati Pauli. Ecce nos reliquimus, vsque Aeternã possidebit. Mat. 16 fo 85,
Per octa. apost. Petri & Pau Hoc est præceptũ. In communi.
In visitatione beatæ Mariæ virginis. Exurgẽs Maria, vsque Salutari meo. Luc. 1. fo. 169
Sancto Processi & Martini mar. Attendite à fermẽ. In communi.
In octa. apostolorum. Iussit discipulos, vsque filius dei es. Matth. 14. fo. 67
Sancto. septem fratrum. Loquente Iesu ad. vsque Et mater est. Matth. 12. fo. 60
Sancti Alexii confessor. Ecce nos reliquimus, vsque æternam possidebit. Matth. 19. fo. 84
Sancti Protopii abbatis. Nemo accendit. In communi.
Sanctæ Margaretæ virginis & marty. Simile est regnum cælorum the. In communi.
In diuisione apostolo. Conuocatis, vsque Curantes, vbique. Luc. 9, fo. 201
Sanctæ Praxedis virgi. Simile est regnũ cæ. de In communi.
Sanctæ Mariæ Magd. Rogabat Iesum quidã, vsque Vade in pace. Luc 7, fo. 195
Sancti Apollinaris episco. & marty. Facta est contentio, vsque Tribus Israel. Lucæ. 22, fo. 249,
S. Christinæ virgi. & marty. Simile est regnũ cælorum the. In communi.
Sancti Iacobi apost. Accessit ad Iesum, vsque A patre meo. Matth. 20, fo. 86
Sanctæ Marthæ virgi Intrauit Iesus in quoddam, vsque Auferetur ab ea. Luc. 10, fo. 210
Sanctorum martyrum Nazarii Celsi & Pantaleonis. Attendite à fermento. In cõmuni.
Sanctorum martyrum Fœlicis & simplicis & aliorum. Cum audieritis. In communi.
Sanctorũ martyrum Abdon & Sennẽ, Videns Iesus turbas. In communi.
Sancti Germani episcopi. Vigilate quia nesci. In communi.
Ad vincula san. Petri apostо. sicut in alio fest.
Sancti Stephani pape. Homo quidam nobilis. In communi.
In inuen. sancti Stepha. prothomarty. sicut in alio fest.
Sancti Dominici patris nostri. Vos estis sal terræ, vsque in regno cælorũ, Matth. 5, fo. 23
In transfiguratione domini. Assumpsit Iesus Petrum, vsque A morte resurgat. Matth. 17 fo. 78,
In vigilia san. Lauren. marty. Si quis vult post me. In communi.
In die. Nisi granum frumenti. In communi.
San. Hypoliti & socio. eius. Attendite à fermento. In communi.
In vigilia assumptionis beatæ Mariæ. Loquente Iesu ad tur. vsque Custodiunt illud. Lucę 11. fo. 214,
In die. Intrauit Iesus in quoddam, vsque Non auferetur ab ea. Luc. 10, fo. 211,
Sancti Agapiti martyris. Si quis vult. In communi.
Sancti Bernardi abbatis. Nemo accendit. In communi.
Sancto. Timothęi & Simpho. marty. Descendens. In communi.
Sancti Bartholomæi apost. Hoc est præceptũ. In communi.
Sancti Ludonici confesso. Homo quidã nob. In communi.
Sancti Ruffi martyris. Si quis vult. In communi.
Sancti Augustini episcopi. Sint lumbi vestri. In communi.
In decollatione sancti Ioãnis Bapt. Misit Herodes ac, vsque In monumento. Marci, 6. fo. 141,
Sanctorum Fœlicis & Adaucti marty. Videns In communi.
Sancti Egidii abbatis. Nemo accendit. In communi.
Sancti Marcelli marty. Nisi granum. In communi.

In natiuitate beatæ Mariæ. Liber generationis, vsque Qui vocatur Christus. Matthæi 1. fo.3,
Sancti Gorgonii marty. Si quis. In cõmuni.
Sanctorum Prothi & Iacinthi marty. Videns in communi.
In exaltatione sanctæ crucis. Nunc iudicium est mun. vsque Vt filii lucis sitis. Ioan.11, fo.311,
Sancto. Cornelii & Cypriani marty. Descendens. In communi.
Sancti Nicomedis presbyter & marty. Nolite arbitrari, vsque Mercedem suam. Lucæ 5, fo.189.
Sanctæ Eufemiæ virgi. Simile est regnum cælorum decem. In communi.
Sancti Lamberti episcopi & marty. Nisi granum. In communi.
In vigilia beati Matthæi apostо. Vidit Iesus publica. vsque Ad pœnitentiã. Luc.5.f.183
In die. Cum transiret Iesus, vsque Sed peccatores. Matth.9, fo.45
Sancti Mauricii ac socio. eius. Descendens Iesus. In communi.
Sanctorum martyrũ. Cosme Damia. Vidés Iesus tur. In communi.
Sancti Vincesłai marty. Si quis vult post me. In communi
Sancti Michaelis archangeli. Accesserunt discipuli, vsque Qui in cælis est. Matthæi.18, fo.88,
Sancti Hieronymi presbyteri. Nemo accendit. In communi.
Sancti Remigii confesso. Homo quidã pere. In communi.
Sancti Leodegari episcopi & martyris. Si quis vult. In communi.
Sancti Francisci confessoris. Nemo accendit. In communi.
Sancti Marci pape. Homo quidam nobilis. In communi.
Sanctorum Sergi Bachi & Marcel. Cum audi. In communi.
Sancti Dionysii & socio. eius. Descendens Iesus de. In communi.
Sancti Eduardi marty. Homo quidam nobi. in communi.
Sancti Calixti pape & marty. Qui vos audit, vsque Scripti sunt in cælis. Luc.10. fo.288
Sancti Lucæ euangelistæ. Designauit dominus, vsque Mercede sua. Luc.10. fo.207
Sanctarum vndecim millium virginum. Simile est regnum cælorum decem. In communi.
Sanctorum Crispini & Crispinia. martyrũ. Videns. In communi.
In vigi. apostо. Simonis & Iudæ, Ego sum vitis vera. In communi.
In die. Hæc man. vo. vsque Me gratis. Ioan.15 fo.321,
In vigilia omnium sanctorum. Descendens Iesus de. In communi.
In die. Videns Iesus turbas. In communi.
In die animarum. Amen amen amen dico vobis, vsque In resurrectionem iudi. Ioãnis.5, fo.284,
Sancti Theodori episcopi & marty. Nihil opertum, vsque Qui est in cælis. Matthæi,10. fo.52.
Quatuor Coronatorum. Cum audieritis, In communi.
Nihil opertum est quod, vsq; Qui est in cælis. Matth.10. fo.52,
Sancti Martini episcopi. Sint lumbi vestri. In communi.
Sancti Menne marty. Si quis vult. In cõmuni.
Sancti Britii episcopi & confesso. Sint lumbi. In communi.
Sanctæ Elizabeth viduæ. Respiciens, vsque Habuit misit Luc.21, fo.244
Sanctæ Ceciliæ virgi. & marty. Simile est regnum cælorum de. In communi.
Sancti Clementis pape & marty. Vigila. quia In communi.
Sancti Grisogoni marty. Si quis vult. In communi.
Sanctæ Catherinæ virginis & marty. Simile est regnum cælorum the. In communi.
San. Vitalis & Agricolæ. Attendite à fermen. In communi.
Sancti Saturnini episcopi & marty. Vigilate. In communi.

¶INCIPIT TABVLA EVANgeliorum in communi sanctorum totius anni.

IN communi apostolorum & euang. Hoc est præceptum meum, vsque Det vobis, Ioan. 15, fo.320,
Ego sum vitis vera, vsque Et fiet vob. Ioan 15, fo.319,
In communi vnius mar. Si quis vult post me, vsque Opera eius Matth.16, fo.77
Nisi granum frumen. vsque Pater meus. Ioan. 12. fo.310,
In communi plurimorum martyrum. Cum audieritis prælia, vsque Animas vestras. Luc.21 fo.245,
Descendens Iesus de, vsque Multa est in cæ. Luc.6. fo.190
Videns Iesus turb. vsque Copiosa est in cælo. Matth.5, fo.21
Attẽdite à fermen. vsque Angelis dei. Luc.12 fo.216,
In communi vnius cõfessoris. Sint lumbi vestri, vsque Hominis veniet. Luc.12. fo.320,
Vigilate quia nescitis, vsque Constituet eum. Matth.24, fo.108
Homo quidam pere. vsque In gaudio domini tui. Matth.25, fo.110
Homo quidam nobi. vsque Auferetur ab eo. Luc.19. fo.239
Nemo accendit, vsque Illuminabit te. Luc.11. fo.215,
In communi vnius virginis. Simile est regnũ cælorum thesau. vsque Et vetera. Matth.13, fo.67,
Simile est regnũ cælorum de, vsque Diem neque ho. Matth.25, fo.109

¶De sancta Trinitate.

CVm venerit para. vsque Ego dixi vo. Ioannis,15. fo.321
De spiritu sanct. Si quis dili. me, vsque Sic facio. Ioan.14, fo.318
De sancta Cruce. Ascendens Iesus Ierosolymam, vsque Tertia die resurget, Matth.20, fo.89,
De beata Virgine. Missus est angelus, vsque Secundum verbum tuum Luc.1. fo.169
Loquente Iesu ad turbas, vsque Custodiunt illud Lucæ,11. fo.214.
De mortuis. Dixit Martha ad, vsque Mundum venisti. Ioan.11. fo.306
Amen amen dico vobis nisi, vsque in nouissimo die. Ioan.6, fo.290
Amen amen dico vobis quia, vsque in resurre. iudi. Ioan.6, fo.284

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de